Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
E
3(10
NAPOLI

Digitized by Google

CUJACIJ
OPERUM
TOMUS DECIMUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI CUJACIJ

J. C. PRÆSTANTISSIMI
TOMUS DECIMUS
SIVE
APPENDIX

Cum ſupplemento quarundam Recitationum, & aliorum excuſorum curante, & edente

Carolo Annibale Fabroto J.C.

Accessere in hac noviſſima Editione ab eruditiſſimo Viro græcorum Verſio locorum hactenus ab omnibus deſiderata;

Index locupletiſſimus, ac perpetuus omnium omnino rerum, quæ his Operibus continentur;

Præterea diſſertatio Emundi Merillii, & Interpretatio ab eodem facta Variantium ex CUJACIO obſervatarum, quæ per totum opus ſuo quæque loco variante notantur;

Postremo Controverſiæ Joannis Roberti ejuſdemque Notæ in Reſponſiones à CUJACIO nomine Antonii Mercatoris editas; quæ majori Eruditorum commodo in ipſis Obſervationibus afferuntur, ſtudio & diligentia Liborj Ranii J.C. Neap.



NEAPOLI

Typis ac Sumptibus Michaelis Aloyſii Mutio.

SUPERIORUM LICENTIA,

ET PRIVILEGIO PER DECENNIUM.

M. DCC. XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

VIRO AMPLISSIMO

D. JOH. BAPTISTAE PISACANIO TRANENSI PATRICIO

DUCI S. JOHANNIS IN CILENTANIS, MARCHIONI S. LEUCI, ET UTILI DOMINO FEUDORUM PORCILIS ET GUARRAZZANJ, REGIAM CANCELLARIAM REGENTI, ET REGIO COLLATERALI CONSILIARIO.

Liborius Ranius S. P. P.

MAgnus Cujacius e Neapolitanis Typis prodiens, veſtro in ſuprema Curia ſedendi ordine, tanquam Fato, Te, Vir Ampliſſime Joh. Baptiſta Piſacanj, ſibi Patronum loco poſtremum parat, qui es virtute, & ſapientia ſecundus nemini: nam vix duodeviginti annos natus juris civilis Inſtitutiones, quas, utpote totius legitimae ſcientiae elementa hic doctiſſimus Auctor omni interpretatione, commentariove puras putas tradendas monebat, & ipſemet breviſſimis Notis prioribus, poſterioribuſque ador-

adornavit, Tu multo rectius, quam Matthaeus Gribaldus leges Pandectarum vel Codicis, aut intellectu, aut uſu juris praeſtantiores, ad animi jucunditatem una, & memoriae monimentum, e ſoluta oratione in carminis heroici numeris, ſalva Jurisprudentiae Romanae Majeſtate, facundiſſime concludiſti. Et ſane ob praecocis ingenj, & eruditionis praeter aetatem egregia ſpecimina, quae jam antea dederas, & ob praematuram prudentiam, animique gravitatem, quibus ad juriſprudentiam factus, nedum natus omnibus videbaris, illa in Te irrogari Privilegia meritus es, ut nondum primam pubertatem attingens, quod de Romano Juriſconſulto plenae pubertatis, tanquam hiſtoria dignum narratur, ex publica auctoritate de jure reſponderes; biennio poſt Militum Arcis, Caſtrinovi dictae, praeſidium agitantium quaeſturam inires; & vigeſimum agens aetatis annum in Foro Neapolitano cauſſas ſuſciperes defendendas. Eoque Famae teſtimonio commendatus, ferme adoleſcens in Conſiliarios Sac. Neap. Conſilj cooptatus, in eo munere per ſummam doctrinam, & integritatem, ſemper juſtitiae curſu inoffenſo, ſex ſupra viginti vitae annos emenſus es. Per quod omne tempus ab hujus Regni pro Rege Moderatoribus, ob eximiam fortitudinem, & ſapientiam ſingularem, non ſolum in gravioribus privatorum cauſſis judicandis extra ordinem Judex datus, ſed de publicis conſulendis etiam extra ordinem Senator lectus; uti de re beneficiaria, de violatae Religionis judicio moderando, ſemper omnium expectatione Te praebuiſti majorem. Sed nuſquam aeque atque ubi Annonae Praefecti Adſeſſor in ſumma rei frumentariae difficultate, Neapolitanas Provincias peragrans frumenti conquiſitor, adverſus Annonae vexatores populi ſalutem; quae omnium ſuprema lex eſt, cum ſumma gloria vindicaſti. Pro qua tua in Rempublicam copia, perpetuitate, & conſtantia meritorum, jamdiu Sac. Conſ. Princeps, ſive Decanus, tandem in Summi Neapolitani Senatus Ampliſſimos Patres conſcriptus es. Enimvero

Fortes creantur fortibus.

Nam Te talem, tantumque virum progenerare oportebat tuum antiqua nobilitate praeclarum Urbis Trani ex Campi Curia indigenum Genus; cujus primus, qui e denſis temporum tenebris

bris

bris fulget Auctor, Joh. Jacobus Piſacanius, Falangonenſium Baro; ex cujus Joh. Baptiſta filio, Johannae primae Reginae Aulae Praefecto, Philippus nepos, ejuſdem Reginae a conſiliis ob emeritam Militiam Ripaelongae beneficium retulit: & Piſacanium nomen in Jacobum, Ladislai Regis Aulae item Praefectum tranſmiſit: atque ex Leone filio Donadeum nepotem reliquit; cui Ferdinandus ob inſigne obſequium maritimam Tranenſium juriſdictionem conceſſit. Ex eo autem & Lucretia Agneſia, Neapolitana Foemina ex Portaenovae Curia, Philippus ortus filius, Regis familiaris, & ex Leonora Torellia, Neapolitana item Foemina ex Curia Portus Leonardus progenitus nepos: Ex quo Tu Joh. Jacobum abavum, Joh. Baptiſtam proavum, Januarium avum, & ex Eliſabetha Giuvo, nobili Genuatum genere orta Philippum nomine patrem cies. Cujus originis claritudine Philippus, optimus Parens tuus ab Sereniſſimo Carolo II. Rege, Marchio, Tuque ab Auguſtiſſimo Carolo Caeſ., & Hiſpan. Rege Dux appellatus. Quare Tibi & id nobile genus ingenium, & tales majores exemplum, & domeſticae opes commoditatem, & tua ipſius virtus ductum praebuere, qui in tantum juriſprudentiae columen abires, ut eruditorum juris Interpretum maximus nunc tuam fidem appellet; in quam eum recipere tua eximia juris ſcientia, ut facias; ordinis amplitudo, ut graviter facias; generis claritas, ut liberaliter facias exhortantur. Perpetuo Vale.

HIC TOMUS
COMPLECTITUR

I. Controverſiarum Johannis Roberti, & Jacobi Cujacij libros tres.

II. In Digeſta ſeu Pandectas Dn. Juſtiniani Imperatoris notas.

III. Notas in Codicem Dn. Juſtiniani.

IV. Ad Legem nonam D. de juriſdictione repetitam Prælectionem.

V. Ad Titulum de Actionibus empti, & venditi, repetitam item Prælectionem.

VI. Ad Titul. VI. *Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi*, repetitam Prælectionem.

VII. Ad Titulum de Appellationibus, & Relationibus.

VIII. Ad Titulum *Unde vir, & uxor*.

IX. Ad Titulum de ſucceſſorio Edicto.

X. Ad Titulum VII. *Unde legitimi*.

XI. Ad Titulum VIII. *Unde cognati*.

XII. Ad Titulum XI. *Eum qui appellaverit, in provincia defendi*.

XIII. Ad Titulum XII. *Apud eum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum*.

XIV. Ad Titulum XIII. Si pendente appellatione mors intervenerit.

XV. Ad Titulum XLIX. Codicis lib. 6. ad Legem Falcidiam.

RECITATIONES SOLEMNES.

XVI. Recitationes in Libros IV. priores Codicis Juſtiniani.

XVII. Ad Titulum de legatis III. ex Bibliotheca Jacobi Auguſti Chevannæi Juriſconſulti Divionenſis.

XVIII. Ad Titulum I. Lib. XXXIX. Digeſt. de operis novi nuntiatione. Ex ejuſdem Chevannæi Bibliotheca.

XIX. Ad Titulum I. Lib. XLII. Digeſt. de re judicata Commentarium. Ex ejuſdem Chevannæi Bibliotheca.

XX. Ad Titulum Digeſt. de uſuris, & fructibus, &c. Commentarium alterum.

INDEX TITULORUM

EX

DN. JUSTINIANI IMPERATORIS DIGESTIS, SEU PANDECTIS A CUJACIO IN NOTIS SUIS EXPLICATORUM

Juxta ordinem Alphabeticum.

A

ABigeis. pag. 570
Acceptilationibus. pag. 562
Accuſationibus, & inſcriptionibus. pag. 571
Acquirenda, vel omittenda poſſeſſione. 512
Acquirendo rerum dominio. 512
Actionibus empti, & venditi. 434
Adoptionibus. 383
Adimendis, vel transferendis legat. 471
Ad exhibendum. 414
Ad legem Aquiliam. 410
Ad legem Corneliam de falſis. 574
Ad legem Corneliam de ſicariis. 573
Ad legem falcidiam. 486
Ad legem Pompejam de parricidiis. 573
Ad legem Juliam majeſtatis. 571
Ad legem Juliam de vi publica. 573
Ad legem Juliam de vi privata. ibid.
Ad legem Juliam repetundarum. 574
Ad legem Juliam de annona. ibid.
Ad legem Juliam peculatus. ibid.
Ad legem Juliam de ambitu. 575
Adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium. 585
Ad municipalem, & de incolis. 584
Ad Senatuſconſultum Turpillian. 575
Ad Senatuſconſultum Trebellian. 490
Ad Senatuſconſultum Tertullian. 503
Ad Senatuſconſultum Vellejanum. 433
Aeſtimatoria actione. 449
Aedilitio edicto. 457
Aleæ luſu, & aleatoribus. 415
Appellationibus, & relationibus. 578
Appellationibus recipiendis, vel non. pag. 579
Aqua quotidiana, & æſtiva. 518
Arboribus cædendis. 519
Arborum furtim cæſarum. 568

B

BOnis damnatorum. 577
Bonis libertorum. 499
Bonorum poſſeſſionibus. 497
Bonorum poſſeſſion. contra tabulas. 497
Bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas. 498

C

CAlumniatoribus. 393
Capitis diminutione. 395
Captivis, & de poſtliminio, &c. 582
Carboniano edicto. 498
Caſtrenſi peculio. 583
Cenſibus. 587
Collatione bonorum. 498
Collegiis, & corporibus. 571
Commodati, vel contra. 427
Communia prædiorum, tam urbanorum, quam ruſticorum. 409
Communi dividundo. 413
Compenſationibus. 435
Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. 421
Condictione ob turpem cauſam. 422
Condictione indebiti. ibid.
Condictione ex lege. 425
Condictione furtiva. ibid.
Condictione ſine cauſa. ibid.
Condictione triticaria. ibid.
Conditionibus, & demonſtrationibus, &c. 483
Confeſſis. 515
Conjungendis cum emancipato liberis. pag. 498
Conſtituta pecunia. 426
Contrahenda emptione, & venditione. pag. 440
Cuſtodia, & exhibitione reorum. 571

D

DAmno infecto. 503
Decurionibus, & eorum filiis. pag. 584
Depoſiti vel contra. 436
Diverſis, & temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum. 521
De diverſis regulis juris. 599
Diſtractione pignorum. 457
Doli mali, & metus exceptione. 521
Dolo malo. 393
Donationibus. 506
Duobus reis conſtituendis. 553

E

EDendo. 388
Effractoribus, & expilatoribus. pag. 570
Eo per quem factum erit quo minus quis judicio ſiſtat. 388
Eo quod certo loco dari oportet. 426
Evictionibus. 459
Exceptione rei judicatæ. 520
Exceptione rei venditæ. 460
Exceptionibus, præſcriptionibus, & præjudiciis. 519
Exercitoria actione. 429
Expilatæ hereditatis. 570
Ex quibus cauſis majores 25. annis in integrum reſtituuntur. 395
Extraordinariis cognitionibus, &c. 586
Extraordinariis criminibus. 569

F

FAmiliæ erciſcundæ. 412
Feriis & dilationibus. 388
Fideicommiſſariis libertatibus. 508
Fidejuſſoribus, & mandatoribus. 555
Finium regundorum. 412
Fluminibus, & ne quid in flumine, &c. pag. 517
Fugitivis. 415
Furibus balneariis. 570
Furtis. 566
Furti adverſus nautas, caupones, &c. pag. 568

Glan-

G

Glande legenda. 519
Gradibus, & affinibus, & nominibus eorum. 500

H

His, quæ pœnæ cauſa relinquuntur. 477
His quæ pro non ſcriptis habentur. 477
His, quæ ut indignis auferuntur. 478
His, qui dejecerunt, vel effuderint. 411
His qui notantur infamia. 391

I

Incendio ruina, naufragio, &c. 569
Injuriis & famoſis libellis. 569
In integrum reſtitutionibus 393
Interdictis, & relegatis. 578
Interdictis ſeu extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt. 517
In jus vocando. 387
In litem jurando. 420
Inofficioſo teſtamento. 403
Interrogationibus in jure faciendis, & Interrogatoriis actionibus. 415
In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contrahitur. 456
In rem verſo. 432
Inſtitoria actione. 430
Itinere actuque privato. 518
Judicatum ſolvi. 565
Judiciis, & ubi quis agere, vel conveniri debeat. 397
Jure fiſci. 580
Jurejurando. 418
Jure patronatus. 498
Juris, & facti ignorantia. 467
Juriſdictione omnium judicum. 384
Juſtitia, & jure. 381

L

Legationibus. 585
Lege commiſſoria. 442
Lege Rhodia de jactu. 430
Legibus Senatuſque con. 381
Legatis præſtandis contra tabulas, &c. pag. 497
Libertis univerſitatum. 500
Litigioſis. 522
Locati & conducti. 446

M

Mandati vel contra. 437
Manumiſſionibus. 507
Manumiſſis teſtamento. 508
Manumiſſis vindicta. 507
Minoribus 25. annis. 394
Mortis cauſa donationibus, &c. 506
Mortuo inferendo, & Sepulchro ædificando. 416
Muneribus, & honoribus. 585

N

Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant. 396
Nautico fœnore. 462
Negotiis geſtis. 392
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. 511
Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. 517
Novationibus, & delegationibus. 557
Noxalibus actionibus. 412
Nundinis. 586

O

Obligationibus, & actionibus. 522
Obſequiis a liberis & libertis, &c. 498
Officio aſſeſſorum. 384
Officio conſulis. 383
Officio præfecti Urbi. 383
Officio Præfecti vigilum. 383
Officio præſidis. 383
Officio proconſulis, & legati. 383
Operis novi nuntiatione. 503
Operis ſervorum. 407
Operis libertorum. 499
Operibus publicis. 586
Origine juris. 381

P

Pactis. 389
Peculio. 431
Periculo, & commodo rei venditæ. 443
Petitione hereditatis. 403
Pignoribus, & hypothecis. 455
Pœnis. 576
Pollicitationibus. 586
Popularibus actionibus. 571
Poſtulando. 391
Precario. 518
Prætoriis ſtipulationibus. 564
Præſcriptis verbis. 450
Prævaricatoribus. 570
Privatis delictis. 565
Privilegiis creditorum. 516
Probationibus. 464
Pro emptore. 513
Pro donato. ibid.
Pro herede. ibid.
Pro legato. ibid.
Pro ſocio. 439
Pro ſuo. 513
Proxeneticis. 586
Publicanis, & vectigalibus. 504
Publiciana in rem actione. 405
Publicis judiciis. 571

Q

Quando dies legatorum cedat. 495
Quando de peculio actio annalis eſt. 432
Quæ in fraudem creditorum facta ſunt. pag. 516
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. 580
Quæ res pignori obligari non poſſunt. pag. 456
Quæſtionibus. 576
Quando appellandum ſit. 579
Quibus ad libertatem proclamare non licet. 511
Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. pag. 515
Qui, & à quibus manumiſſi, &c. 510
Quis à quo appellatur. 579
Qui ſine manumiſſione, &c. 510
Qui potiores in pignore habeantur, &c. pag. 456
Qui ſatiſdare cogantur, &c. 388
Quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur. 457
Quibus non competit bonorum poſſeſſio. pag. 502
Quis ordo in poſſeſſion. detur. 502
Quod vi, aut clam. 518
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate, &c. 430
Quod juſſu. 432
Quod quiſque juris in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. 387
Quod legatorum. 317

R

Rebus auctoritate judicis poſſidendis, ſeu vendendis. 515
Rebus creditis. 416
Rebus dubiis. 472
Receptis, qui arbitrium receperunt ut ſententiam dicant. 395
Regula Catoniana. 577
Re judicata. 513
Re militari. 583
Rei vindicatione. 404
Religioſis, & ſumptibus funerum. 415
Rem pupilli, vel adoleſcentis ſalvam fore. 564
Rem ratam haberi, & de ratihabitione. pag. 565
Rerum permutatione. 449
Reſcindenda venditione. 443
Reſtitutione in integrum. 501
Ripa munienda. 517
Rivis. 518

S

Senatoribus. 383
Sententiam paſſis: & reſtitutis. 578
Separationibus. 516
Sepulchro violato. 569
Servis exportandis. 444
Servitutibus. 408
Servitutibus urbanorum prædiorum. ibid.
Servitutibus prædiorum ruſticorum. 409
Servo corrupto. 415
Si à parente quis fuerit manumiſſus. pag. 498
Si cui pluſquam per legem Falcidiam, &c. 490
Si familia furtum feciſſe dicatur. 568
Si ingenuus eſſe dicetur. 511
Si menſor falſum modum dixerit. 415
Si pars hereditatis petatur. 404
Si quis teſtamento liber eſſe juſſus. 568
Si quis in jus vocatus non ierit. 387
Si quis jus dicenti non obtemperaverit. pag. 387
Si quis cautionibus judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit. 388
Si quid in fraudem patroni factum ſit. pag. 500
Si ſervitus vindicetur, &c. 409
Si Tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. pag. 500
Si Uſusfructus petetur, vel ad alium pertinere negetur. 407
Sponſalibus. 470
Statu hominum. 382
Statuliberis. 509
Stellionatus. 570
Stipulatione ſervorum. 554
Succeſſorio edicto. 500
Suis, & legitimis heredibus. 502
Superficiebus. 518

T

Tabulis exhibendis. 517
Termino moto. 570
Teſtibus. 467
Tigno juncto, alias injuncto. 568
Tranſactionibus. 391
Tributoria actione. 430

V

Vacatione & excuſatione munerum. 585
Ventre in poſſeſſionem mittendo. 498
Verborum obligationibus. 524
Verborum ſignificatione. 587
Vi bonorum raptorum. 568
Vi & vi armata. 517
Unde cognati. 500
Uſucapionibus ſeu uſurpationibus. 512
Uſufructu, & quemadmodum quis utatur, fruatur. 405
Uſufructu adcreſcendo. 406
Uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur. 407
Uſu & habitatione. 407
Uſufructuar. quemadmodum caveat. 407
Uſuris, & fructibus, & cauſſis, & omnibus acceſſionibus, & mora. 460
Ut legatorum ſeu fidei commiſſorum nomine caveatur. 496
Ut in poſſeſſionem legatorum, &c. 496
Uti poſsidetis. 517

INDEX ALPHABETICUS TITULORUM EX DN. JUSTINIANI IMPERATORIS CODICE, A CUJACIO

In ſuis Notis explicatorum.

A

Abigeis. 730
Abolitionibus. 731
Acceptilationibus. 717
Accuſationibus & inſcriptionibus. 720
Acquirenda & retinenda poſſeſſ. 691
Actionibus empti, & venditi. 658
Ad exhibendum. 624
Ad legem Jul. majeſtatis. 722
Ad legem Jul. de adult. 723
Ad legem Corn. de ſicariis. 725
Ad legem Fabiam de plagiariis, 726
Ad legem Falcidiam. 686
Ad legem Viſelliam. 726
Ad legem Corneliam de falſis. 726
Ad legem Juliam de ambitu. 728
Ad legem Jul. repetund. 728
Adminiſtratione tutorum, &c. 676
Adoptionibus. 718
Ad Senatuſconſultum Velleianum. 642
Ad Senatuſconſultum Trebellianum. 685
Ad Senatuſc. Tertullian. 688
Ad Senatuſc. Orficianum. 688
Ad Senatuſc. Turpilianum. 732
Ad Senatuſc. Macedonianum. 642
Ad Syllanianum Senatuſc. 682
Advocatis Fiſci. 613
Ædilitiis actionibus. 661
Ædificiis privatis. 698
Agricolis & cenſitis, & colonis. 738
Aleatoribus, & aleatorum uſu. 624
Alluvionibus, & paludibus. 694
Annali exceptione, &c. 693
Annonis, & tributis. 734
An ſervus pro ſuo facto, &c. 633
Apochis publicis, & deſcription. &c. pag. 735
Apoſtaſis. 606
Appellationibus, & conſultat. 695
Aquæductu. 738
Aſſertione tollenda. 690
Aſſeſſoribus, & Domeſticis, &c. 609
Authoritate præſtanda. 677

B

Bonis, quæ liberis, &c. 688
Bonis authorit. jud. poſſidendis. 696
Bonis proſcriptorum. 733
Bonis eorum qui ſibi mortem conſcriverint. 733

C

Caducis tollendis. 686
Calumniatoribus. 732
Capiendis & diſtrahendis pignoribus. pag. 735
Carboniano edicto. 679
Caſtrenſi peculio militum, & Præfect. pag. 741
Cenſibus & cenſitoribus & peræquatoribus, &c. 739
Codicillis. 683
Cohortalibus, &c. 742
Collationibus. 679
Collegiatis & chartopratis, & nummulariis. 737
Commeatu. 742
Commerciis, & mercatoribus. 663
Commodato. 639
Communi dividundo. 623
Communia de legatis. 684
Communia de ſucceſſionibus. 688
Communia de Manumiſſ. 690
Communia utriuſque judicii, &c. 623
Communium rerum alienatione. 659
Compenſationibus. 645
Concubinis. 675
Conditis in publicis horreis. 735
Condictione indebiti. 628
Condictione ob cauſam datorum. 629
Condictione ob turpem cauſam, 630
Condictione furtiva. 630
Condictione ex lege, &c. 630
Condictionibus inſertis, &c. 685
Conductoribus, & procuratoribus, &c. pag. 740
Confirmando tutore. 676
Conſtituta pecunia. 634
Contrahenda emptione. 652
Contrahenda & committenda ſtipulatione. 709
Contrario judicio tutelæ. 677
Conſulibus & non ſpargen. ab his pecun. &c. 740
Crimine peculatus, 729
Crimine ſacrilegii. 729
Crimine expilatæ hæreditatis. 729
Crimine ſtellionatus. 629
Cupreſſis & Luco Daphnenſi, &c. 740
Curatore furioſi, vel prod. 678
Curioſis, & ſtationariis. 741
Cuſtodia reorum. 721

D

Debitoribus Civitatum. 737
Debitorem venditionem pign. 706
Decurionibus & filiis eorum, &c. 735
Decretis decurionum ſuper immunit. &c. pag. 736
Defenſoribus Civitatum. 609
Delatoribus. 734
Depoſiti, vel contra. 649
Deſertoribus & occultatoribus eorum. pag. 742
Dignitatibus. 740
Dilationibus. 619
Diſcuſſoribus. 735
Diſtractione pignorum. 706
Diverſis prædiis urbanis & ruſticis. 740
Diverſis officiis & apparit. judicum, &c. pag. 742
Dolo malo. 615
Donationibus. 718
Donationibus inter virum & ux. 674
Donationibus cauſa mortis. 719
Donationibus ante nuptias, &c. 670
Donationibus, quæ ſub modo, &c. 719
Dote cauſa non numerata. 674
Dotis promiſſione, &c. 672
Duobus reis ſtipulandi. 712

E

Edendo. 609
Edicto divi Hadriani tollendo. 682
Emancipationibus. 718
Emendatione propinquorum. 725
Epiſcopis, & clericis, &c. 604
Epiſcopali audientia, &c. 605
Erogatione militaris annonæ. 741
Errore advocatorum, &c. 613
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe. 705
Evictionibus. 718

Eunu-

Digitized by Google

Eunuchis. 754
Exactoribus tributorum. 734
Exceptionibus,ſeu præſcriptionibus. 707
Excuſationibus artificum. 736
Excuſationibus tutorum & curatorum. pag. 677
Ex delictis defunctorum,&c. 634
Executione rei judicatæ. 694
Executoribus,& exactoribus. 742
Exhibendis, & tranſmittendis reis. 721
Ex quibus cauſis infamia irrogatur. 613

F

Falſa cauſa adjecta legato. 685
Falſa moneta. 727
Familiæ erciſcundæ. 623
Feriis. 620
Fide inſtrument. & jure haſtæ fiſcalis. pag. 734
Fideicommiſſis. 684
Fideicommiſſariis libertatibus. 688
Fidejuſſoribus minorum. 615
Fidejuſſoribus, & mandatoribus, 713
Fidejuſſoribus tutorum. 677
Filiisfamil.& quemadmodum pater pro his teneatur. 736
Filiofamilias minore. 615
Fructibus, & litium expenſis. 694
Fundo dotali. 675
Fundis patrimonialibus,&c. 739
Fundis rei privatæ,&c. 740
Furtis & ſervo corrupto. 678

G

Generali abolitione. 731
Gladiatoribus penitus tollendis. pag. 738

H

Hereditate,vel actione vendita. 653
Hereditariis actionibus. 634
Heredibus inſtituendis. 680
Hæreticis, & Manichæis, & Samaritis. 606
His qui ſe deferunt. 734
His, quæ ſub modo legata vel fideicommiſſa relinquuntur. 685
His, quæ vi, metuſve cauſa geſta ſunt. pag. 614
His, qui accuſare non poſſunt. 720
His, qui ad eccleſiam confugiunt, &c. pag. 607
His, qui in eccleſiis manumittuntur. pag. 607
His,qui veniam ætatis impetraverunt. pag. 617.
His, quibus ut indignis,&c. 682
His, qui à non dominis manumiſſi ſunt pag. 689
His, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. 704
His, qui ſibi adſcribunt. 727
His, qui Latrones, vel aliis criminibus, &c. 730

I

Impuberum & aliis ſubſtitutionibus. pag. 681
Incolis, & ubi quis domicilium,&c. 735
Infantibus expoſitis,&c. 718
Infirmandis pœnis, &c. 719
Ingeſtis, & inutilibus nuptiis. 672
Ingenuis manumiſſis. 689
In litem dando tutore,&c. 677.
In integrum reſtitutione poſtulata, &c. pag. 617
Injuriis. 730
Inofficioſo teſtamento. 621
Inofficioſis donationibus. 622
Inofficioſis dotibus. 622
In jus vocando. 610
In quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. 616
In quibus cauſis militantes,&c. 620
In quibus caſibus tutorem habenti, &c. pag. 676
In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio. 691
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. 702
Inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. 681
Inſtitutoria & exercitoria actione. 641
Interdicto matrimonio,&c. 672
Interdictis. 696
Inutilibus ſtipulationibus. 711
Judæis, & cælicolis. 606
Judiciis. 618
Jure aureorum annulorum. 678
Jure dominii impetrando. 707
Jure deliberandi,&c. 681
Jure dotium. 673
Jure emphiteutico. 667
Jure fiſci. 734
Jure liberorum. 719
Jure reipublicæ. 737
Jurejurando propter calumniam dando. pag. 618
Juris, & facti ignorantia, 607
Juriſdictione omnium judicum,&c. 620

L

Latina libertate tollenda. 689
Legatis. 683
Lege Aquilia. 623
Legibus & conſtitutionibus principum, & edictis. 607
Legitima tutela. 676
Legitimis hæredib. 688
Liberali cauſa. 690
Liberis exhibendis. 698
Liberis præteritis, vel exheredatis. 681
Libertis & eorum liberis. 678
Litigioſis. 708
Litis conteſtatione. 619
Littorum, & itinerum cuſtodia. 742
Locato, & conducto. 665
Luitione pignoris. 706

M

Maleficis; & mathematicis. 726
Mandati, vel contra. 650
Mandatis principum. 607
Metallariis, & metallis, & procu.metall. 737
Metatis, & epidemeticis. 741
Modo multarum,&c. 609
Monopoliis,&c. 662
Mulieribus, quæ ſe ſervis propriis junxerunt. 725
Muneribus & honoribus non continuandis,&c. 735
Municipibus, & originariis. 735
Murilegulis & Gynæciariis,&c. 737

N

Naturalibus liberis. 675
Naviculariis, ſeu naucleriis,&c. pag. 736
Naufragiis. 736
Nautico fœnore. 649
Neceſſariis ſervis hæredibus inſtit. 681
Ne chriſtianum mancipium, &c. 606
Ne de ſtatu defunctorum. 690
Ne fiſcus,vel reſpublica, &c. 614
Ne filius pro patre, &c. 633
Negotiatores ne militent. 741
Ne quid oneri publico imponatur. 736
Ne ſine juſſu principis, &c. 733
Ne Uxor pro marito, &c. 632
Nili aggeribus non rumpendis 730
Non numerata pecunia 644
Non licere habitatoribus metrocomiæ. &c. 739
Novationibus, & delegationibus. 716
Novi operis nuntiatione 700
Noxalibus actionibus. 624
Nulli licere infrænis, & equeſtribus
Numerariis, & actuariis, &c. 742
Nundinis, & mercatibus. 662
Nuptiis. 670

O

Obligationibus, & actionibus. 631
Obſequiis patrono præſt. 678
Officio comitis ſacri palatii. 608
Officio comitis rerum privatarum 608
Officio comitis orientis. 608
Officio Magiſtri officiorum. 608
Officio militarium judicum. 608
Officio præfecti urbi. 608
Officio præfecti prætorio Aphricæ, &c. pag. 608
Officio rectoris provinciæ. 608
Officio Vicarii. 608
Omni agro deſerto, &c. 739
Operi libertorum. 678
Operibus publicis. 700
Ordine judiciorum. 619
Ordine cognitionum. 690

P

Pactis. 610
Pactis inter emptorem, & venditorem. 660
Pactis conventis tam ſuper dote, &c. pag. 674
Pactis pignorum. 707
Paganis ſacrificiis, & templis, 606
Partu pignoris, & omni cauſa. 705
Paſcuis publicis, & privatis. 739
Patria poteſtate. 718
Patribus qui filios ſuos diſtraxerunt pag. 654
Pedaneis judicibus. 619
Pœna judicis, qui male judicavit, &c. pag. 694
Pœnis. 732
Per quas perſonas nobis acquiratur. pag. 642
Periculo,& commodo rei venditæ. 657
Periculo tutorum. 677
Periculo ſucceſſorum parentis 736
Petitione hereditatis. 622
Pignoratitia actione. 640
Pignoribus, & hypothecis. 702
Plus valere quod agitur. 639
Poſthumis heredibus inſtituendis. 681
Poſtliminio reverſis. 778
Poſtulando. 613
Precario, & Salviano interdicto. 698
Precibus imperatori offerendis, &c. pag. 608

Præ-

Prædiis, & aliis rebus minorum 678
Prædiis Decurionum ſine decreto non alienandis. 735
Præſcriptione longi temporis: x. vel xx. ann. 691
Præſcriptione xxx. vel xl. annorum pag. 692
Prætorio pignore, &c. 705
Primipilo. 742
Privilegio fiſci. 696
Privilegiis ſcholarum. 741
Privatis carceribus. 721
Probationibus. 635
Procuratoribus. 613
Prohibita ſequeſtratione pecuniæ. 628
Pro quibus cauſis frui, &c. 689
Pro Socio. 952
Proximis ſacrorum ſcriniorum, &c. pag. 741

Q

Quando libellus principi datus faciat litis conteſtationem. 608
Quando civilis actio præjudicet criminali. 729
Quadriennii præſcriptione. 692
Quando dies legati, vel fideicommiſſi cedit. 689
Quando fiſcus, vel privatus, &c. 634
Quando provocare non eſt neceſſe. 695
Quando, & quibus quarta pars non debetur ex bon. Decurio. &c. 735
Quando tutores, vel curatores eſſe deſinunt. 677
Quemadmodum teſtamenta aperiantur. pag. 682
Quæ res vendi non poſſunt, &c. 653
Quæ res exportari non debeant. 654
Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non. 703
Quæſtionibus. 730
Qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſunt pag. 678
Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant pag. 677
Qui potiores in pignore habeantur. pag. 703
Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium, &c. 740
Qui bonis cedere poſſunt. 696
Quibus ex cauſis majores, &c. 617
Quibus non objicitur longi temporis præſcriptio. 692
Qui dare tutores, vel curatores poſſunt. pag. 676
Qui & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt. 617
Qui manumittere non poſſunt. 689
Qui militare poſſunt, &c. 741
Qui non poſſunt ad libertatem pervenire. 689
Qui pro ſua juriſdictione judices dare, darive poſſunt. 619
Qui petant tutores, vel curatores. pag. 676
Qui teſtamenta facere poſſunt. 680
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate &c. 641
Quomodo & quando judex, &c. 694
Quorum appellationes non recipiuntur. pag. 696
Quorum bonorum 697
Quorum legatorum. 697

R

Raptu virginum ſeu viduarum: pag. 725
Ratiociniis operum publicorum, & patribus civitatum. 700
Re militari. 741
Rebus creditis. 624
Rebus alienis non alienandis, &c. 659
Receptis arbitris. 617
Rei vindicatione. 622
Re judicata. 694
Religioſis, & ſumptibus funerum. 624
Rem alienam gerentibus, &c. 660
Remiſſione pignoris. 705
Repudianda bonorum poſſeſſione. 679
Requirendis reis. 730
Rerum amotarum. 675
Rerum permutatione. 664
Reſcindenda venditione. 655
Reſtitutionibus militum, &c. 617
Revocandis donationibus. 719

S

Sacroſanctis Eccleſiis, &c. 603
Secundis nuptiis. 672
Seditioſis, &c. 729
Senatuſconſulto Claudiano tollendo. pag. 690
Sententiis recitandis. 694
Sententiis, & interlocutionibus omnium judicum. 694
Sententiis, quæ ſine certa quantitate proferuntur. 694
Sententiis adverſus fiſcum latis retract. 734
Sententiam reſcindi non poſſe. 694
Sententiam paſſis, & reſtitutis. 733
Sepulchro violato. 726
Servitutibus, & aqua. 623
Servo pignori dato manumiſſo. 689
Servis fugitivis, &c. 678
Si adverſus venditionem pignorum pag. 615
Si adverſus libertatem. 616
Si adverſus tranſactionem, &c. 616
Si adverſus uſucapionem. 616
Si adverſus creditorem præſcriptio opponatur. 692
Si aliena res pignori data ſit. 702
Si antiquior creditor pignus vendiderit. 704
Si certum petatur. 626
Si dos conſtante matrimonio. 675
Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum. 696
Si ex falſis inſtrumentis. 695
Silentiariis, & Decurionibus eorum. pag. 741
Si major factus alienationem ratam habuerit. 678
Si mancipium ita fuerit alienatum. 661
Si major factus ratam habuerit. 617.
Si mater indemnitatem promiſit. 677
Si minor ſe majorem dixerit, vel probatus fuerit. 617
Sine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe. 657
Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti. 684
Si pendente appell. mors intervenerit. pag. 696
Si per vim, vel alio modo abſentis poſſeſſio turbata ſit. 698
Si pignus pignori datum ſit. 705
Si pignoris conventio numerationem. pag. 607
Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata. 657
Si quis aliquem teſtari prohibuerit. pag. 682
Si quis alteri, vel ſibi, &c. 659
Si rector provinciæ, &c. 670
Si ſecundo nupſerit mulier, &c. 672
Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur. 617
Si Servus extero, &c. 651
Si Servus exportandus veneat. 660
Si Tutor, vel curator intervenerit: pag. 615
Si Tutor, vel curator non geſſerit: pag. 677
Si vendito pignore agatur. 706
Si unus ex pluribus heredibus. 706
Si unus ex pluribus appellaverit. 696
Si ut omiſſam hereditatem, &c. 616
Solutionibus, & liberationibus. 716
Solutionibus & liberationibus debitorum civitatis. 737
Sponſalibus, &c. 669
Suffragio. 628
Suis, & legitimis liberis. 687

T

Tabulis exhibendis. 698
Tabulariis, ſcribis, &c. 736
Temporibus in integrum reſtitutionis &c. 617
Temporibus & reparationibus appellationum. 695
Teſtamentaria tutela. 676
Teſtamento militis. 679
Teſtamentis & quemadmodum teſtamenta ordinentur. 680
Teſtamentaria manumiſſione. 688
Teſtibus. 636
Tractatoriis, & ſtativis. 742
Tranſactionibus. 612

V

Ubi *cauſæ fiſcales, &c.* 620
Ubi *de hereditate agitur.* 620
Ubi *& apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.* 617
Ubi *in rem actio exerceri debeat.* 620
Ubi *petantur tutores, vel curatores.* pag. 676
Ubi *Senatores, vel clariſſimi, &c.* 620
Vectigalia nova inſtitui non poſſe. 663
Vectigalibus, & commiſſis. 662
Venditione rerum fiſcalium, &c. 734
Vendendis rebus civitatis. 737
Verborum, & rerum ſignificatione. 683
Veſtibus Holoberis, &c. 737
Veteranis. 742
Veteris numiſmatis poteſtate. 737
Vi bonorum raptorum. 729
Unde *liberi.* 679
Unde *vir & uxor.* 679
Unde *vi.* 697
Uſucapione *pro herede.* 690
Uſucapione *transformanda, &c.* 690
Uſufructu, *& habitatione, &c.* 622
Uſuris *rei judicatæ.* 694
Uſuris. 646
Uſuris *pupillaribus.* 677
Uſuris *& fructibus legatorum* 685
Ut *actiones, & ab heredibus, & contra heredes incipiant.* 932

Ad Novellas, Conſuetudines, Legum, & Paragraphorum.

Ut armorum uſus inſcio Prin: interdicatur. 738
Ut cauſæ poſt pubertatem adſit tutor. pag. 677
Uti poſſidetis. 698
Ut in poſſeſſionem legatorum. 687
Ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. 732
Ut nemo ad ſuum patrocinium &c. 738
Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. 739
Ut omnes judices tum civiles, quam militares, &c. 609
Ut quæ deſunt advocatis 882
Ut ruſticani, &c. 739

I N D E X
COLLATIONUM IN NOTIS AD NOVELLAS
Dn. Juſtiniani contentarum.

Collatio 1. *tit.* 1. de *heredibus & Falcidia.* 742
Collatio 3. tit. 1. de lenonibus. ibid.
Collatio 4. tit. 1. de nuptiis. 745
Collatio 5. tit. 13. ut in privatis domibus ſacra myſteria non fiant. ibid.
Collatio 6.t.8.apud quos oporteat cauſſas dicere monachos & aſcetrias. ibid.
Collatio 7. titul. 1. quibus modis naturales efficiantur ſui, & de eorum teſtamento, ſive ab inteſtato ſucceſſione. ibid.
Collatio 8. tituli 18. ut liceat matri, vel aviæ, & aliis parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint, reſiduam facultatem ſuam diſponere, & capita plura. ibid.

INDEX TITULORUM IN NOTIS
Ad Conſuetudines Feudorum contentorum.

Ad Librum I.

Tit. 1. de his, qui feudum dare poſſunt, & qui non; & qualiter acquiratur, & retineatur. 743
T. 2. de feudo guardiæ & gaſtaldiæ, quibus modis feud. amittitur. 744

Ad Librum II.

T. 2. quid ſit inveſtitura. ibid.
T. 26. ſi de feudis defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos vaſſalli. ibid.
T. 29. De filiis natis ex matrimonio ad Morgatanicam contracto. ibid.
T. 33. De conſuetudine recti feudi. ibid.
T. 48. De feudo non habente propriam feudi naturam. ibid.
T. 52. De prohibita feudi alienatione per Lotharium. ibid.
T. 54. De allodiis. ibid.
T. 55. De prohibita feudi alienatione per Fridericum. ibid.

I N D E X
DIVERSORUM DIGEST. ET CODICIS TITULORUM,
Legum & Paragraphorum, qui ſequuntur in Appendice.

Ad l. g. nonam Digeſt. de juriſdictione repetita prælectio. 745
Ad Titulum de actionibus empti & venditi. 748
L. 1. ibid.
§. Venditor. 750
L. 2. Si in emptione. 751
§. Vacua. 752
L. 3. §. 1. ibid.
§. Si per venditorem. 753
L. 4. ſi ſervum mihi. 754
L. 5. 755
L. 6. §. 1. 756
§. Si locum. ibid.
§. Si vas. 757
§. Si tibi iter. ibid.
L. 7. Fundum mihi. ibid.
L. 8. Si tibi liberum. 758
L. 10. Non eſt novum. ibid.
L. 11. Ex empto. 759
§. Redhibitionem. 760
§. Idem ait. 761
§. Idem Neratius ait. ibid.
§. Si quis rem vendiderit. 762
§. Qui autem. 763
L. 13. Julianus. 764
§. Si venditor. 765
§. Offerri. ibid.
§. Si fructibus. 766
§. Si fundum. 767
§. Si Titius. ibid.
§. Idem Celſus. ibid.
§. Ex vendito. ibid.
L. 19. Prædia. 769
Ad Titulum 6. Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. 771
L. 1. §. ult. 772
L. 5. Si quis ex his. 773
L. 7. Scripto. ibid.
L. pen. Filiusfam. 774
Ad Titulum ſeptimum, Unde legitimi. 775
L. 2. §. Si quis deceſſerit. 776
L. ult. 777
Ad Titulum octavum, Unde cognati. ibid.
§. Cognationem facit. 778
§. Proximus. ibid.
§. Si quis proximior. 779
L. 7. Is, qui aliqua. 780
L. penult. §. fratris. 781
L. ult. ibid.
Ad Titul. Unde vir, & uxor. ibid.
Ad Titulum, De ſucceſſorio edicto. 782
§. Si quis autem. 784
§. Unuſquiſque. 785
§. Decretalis. ibid.
§. Si intra. 786
§. Sed videndum. ibid.
L. 2. inferioris. ibid.
L. 33. Fratres de pœnis, quæ Papin. eſt ex lib. 2. quæſt. 787
Ad Titulum, De appellationibus, & relationibus. 788
Lib. 49. Digeſt. commentarius editus à Dion. Gothofredo, operariorum culpa non ſuo loco editus. ibid. & ſeqq.
L. 1. De appell. & relat. 792
§. Si quis. 793
§. ult. libelli. 794
L. 3. princip. Scio quæſitum. 795
L. 10. Si qui. ibid.
§. Si quis. ibid.
§. 3. Quotiens. 796
§. 4. Quod eſt reſcriptum. ibid.
L. 4. Ab executore. ibid.
§. 1. Sed ab eo. ibid.
§. Si procurator. 797
L. 9. Illud ſciendum eſt. 798
L. 11. Cum ex cauſa. ibid.
L. 12. Si conſtet. ibid.
L. 1. §. Solent, ff. quando appellandum. ibid.
L. 16. Conſtitutiones. 800
L. 11. Cum in una. ibid.
§. Tutor. ibid.
L. 24. Negotiorum. 801
Ad Titulum undecimum, Eum qui appellaverit, in provincia defendi.

feudi. ibid.
Ad Titulum duodecimum, Apud cum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum. ibid.
Ad Titulum decimumtertium, Si pendente appellatione mors intervenerit. 802
Ad Titulum quadrageſimumnonum ſexti libri Codicis.
Ad Legem Falcidiam. ibid.
L. 1. 805
L. 2. 807
L. 6. In ponenda; 809
L. 15. 812

INDEX TITULORUM
IN LIB. IV. PRIORIBUS COD. JUSTINIANI EXPLICATORUM.
Serie Alphabetica expoſitus.

A

Actionibus empti, & venditi. 1012
Ad exhibendum. 947
Ad Senatuſconſ. Macedonianum. 979
Ad Senatuſconſ. Vellejanum. 980
Adſeſſoribus, & domeſticis, & Cancellariis judicum. 866
Advocatis diverſorum judiciorum. 879
Advocatis fiſci, 880
Aedilitiis actionibus. 1030
Aleæ luſu, & aleatoribus. 947
Alienatione mutandi judicii cauſa facta. 913
Annonis, & capitatione adminiſtrantium. 808
An Servus ex ſuo facto. 960
Apoſtatis. 826

C

Cauſis, ex quibus infamia &c. 882
Commercii, & mercatoribus. 1039
Commodato. 970
Communi dividundo. 942
Communia utriuſque judicii. 942
Communium rerum alienatione. 1018
Compenſationibus. 981
Condictione ex lege. 957
Condictione furtiva. 956
Condictione indebiti. 953
Condictione ob cauſam datorum. 954
Condictione ob turpem cauſam, 955
Conſortibus ejuſdem litis. 944
Conſtituta pecunia. 963
Contractibus judicum, &c. 869
Contrahenda emptione. 996

D

Defenſoribus Civitatum. 871
Depoſiti, vel contra. 985
Dilationibus. 922
Diverſis reſcriptis, &c. 840
Dolo malo. 892

E

Edendo, 873
Epiſcopis, & Clericis, &c. 818
Epiſcopali audentia. 822
Errore advocatorum, &c. 881
Errore calculi. 878
Etiam per procurat. &c. 909
Eunuchis. 1002
Ex delictis defunctorum. 962

F

Familiæ erciſcundæ. 941
Feriis. 923
Fidejuſſoribus minorum. 896
Fide inſtrumentorum. 968
Filiofamilias minore. 895
Finium regundorum. 943
Formulis, & impetrationibus. 915

H

Hereditate, vel actione vendita. pag. 998
Hereditariis actionibus. 961
Hæreticis, & Manichæis. 824
His quæ vi metuſve, cauſa fiunt. 890
His qui ad eccleſiam confugiunt. 831
His qui ad ſtatuas confugiunt. 842
His qui in Eccleſiis manumittuntur. pag. 831
His qui potentiorum nomine, &c. 885
His qui veniam ætatis impetraverunt. pag. 907

I

In integrum reſtitutione minorum XXV. ann. 893
In integr. reſtitutione poſtulata ne quid &c. 910
In jus vocando. 875
Inofficioſo teſtamento. 932
Inofficioſis donationibus. 934
Inofficioſis dotibus. 935
In quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. 903
In quibus cauſis militantes. &c. 930
Inſtitoria actione. 973
Judæis. & Cœlicolis. 828
Judiciis. 916
Jure emphyteutico. 1045
Jurejurando propter calumniam. 916
Juris, & facti ignorantia. 836
Juriſdictione omnium Judicum. 924

L

Lege aquilia, 940
Legibus & conſtitutionibus Principum. 831
Litis conteſtatione. 921
Locato & conducto. 1043

M

Magiſtratibus municipalibus. 871
Mandati, vel contra. 988
Mandatis Principum, 834
Modo Mulctarum: 870
Monopoliis, &c. 1032

N

Nautico fœnore. 985
Ne Chriſtianum mancipium &c. pag. 829
Ne Comitibus, &c. 860
Ne filius pro patre, &c. 960
Ne fiſcus, vel reſpublica, &c. 888
Negotiis geſtis. 888
Ne liceat potentioribus, &c. 885
Nemini licere ſignum Salvatoris, &c. pag. 827
Ne quis in ſua cauſa judicet. 919
Ne Sanctum baptiſma iteretur. 825
Ne uxor pro marito, &c. 959
Noxalibus actionibus. 945
Numerata pecunia. 980
Nundinis, & mercatibus. 1034

O

Obligationibus, & actionibus. 958
Officio civilium Judicum. 858
Officio Comitis Orientis. 849
Officio Comitis ſacri patrimonii. 848
Officio Comitis rerum privatarum. 848
Officio diverſorum judicum. 861.
Officio ejus, qui vicem alicujus judicis obtinet. 866
Officio juridici Alexandriæ. 872
Officio magiſtri militum. 844
Officio magiſtri officiorum. 845
Officio militarium judicum. 859
Officio Præfecti annone. 855
Officio Præfecti urbi. 844
Officio Præfecti vigilum. 857
Officio Prætoris. 851
Officio Præfecti Prætorio Aphricæ. 843
Officio Præfecti Prætorio Orientis, & Illyrici. 842
Officio Proconſulis, & Lagati. 849
Officio Quæſtoris. 844
Officio Rectoris Provinciæ. 853
Officio Tribuni. 860
Officio Vicarii. 850
Ordine judiciorum. 921

P

Pactis. 875
Pactis inter emptorem, & venditorem. 1024
Paganis, & ſacrificiis, & templis eorum. 830
Patribus qui filios ſuos diſtraxerunt. pag. 1002.
Pedaneis judicibus. 918
Periculo, & commodo rei venditæ. pag. 1009
Per quas perſonas nobis acquiritur. pag. 978
Petitione hereditatis. 935
Pignoratitia actione. 972
Plus petitionibus. 922
Plus valere. quod agitur, &c. 969

Poſtu,

Poſtulando. 878
Precibus Imperatori offerendis. &c. pag. 837
Probationibus. 964
Procuratoribus. 884
Prohibita ſequeſtratione pecuniæ. 952
Pro ſocio. 993

Q

QUæ res exportari non debeant. 1001
Quæ res venire non poſſunt, &c. pag. 1001
Quando fiſcus, vel privatus, &c. 961
Quando Imperator inter pupillos, & viduas, &c. 925
Quando libellus Principi datus faciat litis conteſtationem. 838
Quando liceat ab emptione diſcedere. pag. 107
Quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare. 932
Qui, & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt. 905
Qui legitimam perſonam habent ſtandi in Judicio, vel non. 919
Qui pro ſua juriſdictione judices dare darive poſſunt. 919
Quibus ex cauſis majores, &c. 912
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate, &c. 975

R

REbus alienis non alienandis. 1028
Rebus creditis, & jurejurando. pag. 950
Receptis arbitris. 914
Rei vindicatione. 937
Religioſis, & ſumptibus funerum. 949
Rem alienam gerentibus. 1021
Reputationibus, &c. 909
Rerum permutatione. 1040
Reſcindenda venditione. 1003
Reſtitutionibus militum. 910

S

SAcroſanctis Eccleſiis. 815
Satiſdando. 915
Senatuſconſultis. 835
Servitutibus, & aqua. 940
Si adverſus creditorem. 902
Si adverſus delictum. 901
Si adverſus donationem. 898
Si adverſus dotem. 900
Si adverſus fiſcum. 901
Si adverſus libertatem. 898
Si adverſus ſolutionem, &c. 899
Si adverſus tranſactionem, &c. 898
Si adverſus venditionem. 897
Si adverſus venditionem pignorum. 898
Si adverſus uſucapionem. 901
Si certum petatur. 951
Si contra jus, vel utilitatem publicam, &c. 839
Si in communi eademque cauſa, &c. pag. 897
Si major factus ratum habuerit. 908
Si mancipium ita fuerit alienatum. 1028
Si mancipium ita venierit. 1028
Si minor ſe majorem dixerit, &c. 906
Sine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe. 1009
Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata. 1008
Si quis alteri, vel ſibi, &c. 1016
Si Sæpius in integrum reſtitutio poſtuletur. 907
Si ſervus extero, &c. 991
Si ſervus exportandus veneat. 1027
Si Tutor, vel Curator intervenerit. 896
Si ut omiſſam hereditatem, &c. 903
Si ut ſe hereditatem, &c. ibid.
Sportulis, & ſumptibus, &c. 917
Statuis, & imaginibus. 841
Suffragio. 952
Summa Trinitate; & fide cathol. &c. pag. 813

T

TEmporibus in integr. reſtitutionis, &c. 911
Teſtibus. 966
Tranſactionibus. 877

V

UBi cauſa ſtatus agi debeat. 928
Ubi cauſæ fiſcales. 930
Ubi conveniatur, qui certo loco dare promiſit. 927
Ubi de criminibus agi oportet. 926
Ubi de hereditate agatur, &c. 927
Ubi de poſſeſſione agi oportet. 926
Ubi de ratiociniis tum publicis, quam privatis agi oportet. 928
Ubi, & apud quem cognitio in integr. reſtitutionis agitanda ſit. 908
Ubi fideicommiſſum peti oporteat. 926
Ubi in rem actio exerceri debeat. 927
Ubi quis de curiali, aliavè conditione conveniatur. 929
Ubi Senatores, vel clariſſimi. 929
Vectigalia nova inſtitui non poſſe. 1037
Vectigalibus, & commiſſis. 1035
Veteri jure enucleando. 835
Uſufructu, & habitatione, &c. 938
Uſuris. 983
Ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant. 958
Ut lite pendente. 839
Ut nemo invitus agere, vel accuſare cogatur. 920
Ut nemo privatus titulos prædiis ſuis. pag. 886
Ut nemini liceat ſine judicis authoritate, &c. 887
Ut nulli patriæ ſuæ. 854
Ut omnes judices tam civiles, quam militares, &c. 865
Ut quæ deſunt advocatis. 882
Uxoribus militum. 911

INDEX LEGUM, ET PARAGRAPHORUM
In Titulo de legatis III. explicatorum.

LEx 1. Sumpta eſt. 1045
§. Sed ſi filiuſfam. 1047
§. Hi quibus. 1048
§. Sciendum. ibid.
§. Illud certe. 1049
L. 2. 1050
L. 3. Si mulier. ibid.
§. Julianus. 1052
§. Si rem, quis debeat. ibid.
§. Sed ſi habenti. 1053
§. Si autem. ibid.
L. 4. 1054
L. 5. 1055
L. 6. §. 1. 1056
L. 7. ibid.
L. 8. 1057
L. 9. 1058
L. 10. 1059
L. 11. ibid.
§. Cum eſſet, quis rogatus. 1060
§. Si quis ita ſcripſerit. 1061
§. Sic fideicommiſſum relictum. ibid.
§. Hæc verba. 1062
§. Si rem ſuam. 1063
§. Si quis illicite. ibid.
§. Si heres. 1064
§. Si quis decem. ibid.
§. Item ſi quis certam. 1065
§. Plerumque evenit. ibid.
§. Interdum. 1066
§. Penult. ibid.
L. 12. 1067
L. 13. 1068
L. 14. 1069
§. Sed etſi. 1070
Ll. 15. & 17. ibid.
§. Ult. L. 17. 1071
L. 18. ibid.
L. 19. 1072
L. 20. 1073
L. 21. 1074
§. 1. L. 21. ibid.
L. 22. ibid.
§. Milet. 1076
§. Mortis damnum. ibid.
L. 23. ibid.
L. 24. 1077
L. 25. ibid.
L. 26. 1079
L. 27. ibid.
§. Pompejus. 1080
§. Julius Severus. 1081
L. 28. 1082
L. Qui concubinam. 1083
§. Cum ita legatum eſſet, ut T. 1084
§. Cum ita legatũ eſſet quanta. 1085
§. Si heres tibi. ibid.
§. Si Stichus. 1088
L. 30. 1090
§. Qui hortos. 1091
§. Cum in teſtamento. ibid.
§. Qui fundum. 1092
§. Uxori meæ. ibid.
L. 31. Si cui ædes. 1093
L. 32. Sextium filiam. ibid.
L. 33. Uxori. 1095
§. Uxori. ibid.
§. Cum Sejus. 1096
L. 34. Nomen. 1097

§. Uni ex heredibus. ibid.
§. Ult. 1098
L. 35. 1099
§. Sempronio. ibid.
§. Codicillis. 1100
L. 36. 1100
L. 37. Cum qui decedens. 1101
§. Sejam, & Mævium. 1102
§. Pater emancipato. 1103
§. Nuptura. ibid.
§. Codicillis. 1104
§. Titia. ibid.
§. Ult. 1105
L. 38. Pater filium. ibid.
§. Duobus. 1106
§. Filiam ſuam. ibid.
§. Fundum. 1107
§. Lutius Agrippa. 1108
§. Quindecim libertis. ibid.
§. Tuſculanus, alias in Floren. incipit ab his verbis: fideicom. 1109
§. Mater. ibid.
§. Ult. 1110
L. 39. Pamphilo. ibid.
§. Propoſitum eſt. ibid.
§. Ult. 1111
L. 40. Poſt emancipationem. ibid.
§. Ult. ibid.
L. 41. Uxorem. 1112
§. In teſtamento. 1113
§. Codicillis. ibid.
§. Feliciſſimo. 1114
§. Teſtamento pueros. 1116
§. Concubina. ibid.
§. Legaverat. ibid.
§. Teſtamento, quo filium. 1117
§. Ejus heres. ibid.
§. Agri. 1118
§. Sorori. ibid.
§. Pater naturalis. ibid.
§. Sejum. 1119
§. Scævola. ibid.
§. Ult. ibid.
L. 42. 1120
L. 43. ibid.
L. 45. ibid.
L. 46. 1121
L. 47. 1122
LL. 50. & 51. ibid.
L. 52. ibid.
§. Si Homeri corpus. 1123
L. 53. §. libris autem. ibid.
L. 54. ibid.
LL. 55. 56. 57. 58. ibid.
L. 59. 1124
L. 60. ibid.
§. Servis, & ancillis. ibid.
§. Prædiis legatis. ibib.
L. 61. 1125
L. 62. ibid.
L. 63. ibid.
L. 65. legatis ſervis. ibid.
§. Si unus ſervus. 1126
§. Ult. ibid.
L. 66. avibus. ibid.
L. 68. teſtatorem. ibid.
L. 70. ſi cui luna. ibid.
L. 71. cum ſuæ, & 3. ſeqq. 1127
L. 75. nummis. ibid.
L. 77. cum in ſubſtitutione, 1128
L. 78. quæſitum eſt. ibid.
§. 1. 1129
§. Peto. ibid.
§. Illud fortaſſe. ibid.
§. Coccum. 1130
L. 79. Si chorus. ibid.
§. Aurea legata. ibid.
§. Servus quoque. ibid.
L. 83. quod his verbis. ibid.
§. Idem teſtatores. 1131
L. 89. re conjuncti, 1132
De jure antiquo. 1137
De jure novo. ibid.
De verbis tantum conjunctis. 1138
An jus accreſcendi tranſeat in fideicommiſſarium cui ex ſenatuſconſulto Trebell. reſtituitur hereditas. 1149
An jus accreſcendi in emptorem tranſeat. 1150
Ex conjunctis uter utri præfer. 1152
An ſubſtitutus præferatur conjuncto, vel heredi. ibid.
An conjunctus præferatur ei à quo legatum relictum eſt. 1153
An accreſcat cum onere cui accr. 1156
An legata remaneant apud heredem cum onere. 1157
Pro qua parte accreſcat coheredibus, vel legatariis. ibid.
Qua ratione petitur id, quod accreſcit. ibid.
An jus accreſcendi trahatur ad bona impuberis coheredis. 1158
An ſit jus accreſcendi inter dominos, ſi ſervo communi legatum ſit, uno repudiante. ibid.
Quemadmodum inter coheredes, vel collegatarios teſtamentarios unus alteri præfertur, an ita ſit in heredibus ab inteſtato, vel legitimis. 1159
An ſine nova aditione accreſcat legitimis heredibus. ibid.
An accreſcat cum onere. ibid.
An in omnibus negotiis inter vivos, inter conjunctos, vel conſortes ſit jus accreſcendi? & modo eſt, modo non in legatis, & hereditatibus. ibid.
An inter eos quibus eadem res donata eſt mortis cauſa ſit jus accreſcendi. 1160
Ad L. 91. prædiis, & L. 97. Oſtd. 1161
Ad L. 117. 1162
Ad §. 1. & 2. 1163
Ad §. collegio, legis 93. ibid.
Ad L. is, qui complures 94. 1164
Ad L. quiſquis 95. ibid.
Ad L. ſi Titius 96. 1165
Ad L. ſi plures 98. ibid.
Ad L. heres meus 100. ibid.
§. 1. 1166
§. Uxori. ibid.
§. Cui Corinthia. ibid.
§. Teſtudinem. ibid.
Ad L. his verbis 102. ibid.
§. Paterfamilias. 1167
§. Ult. ibid.
Ad L. ult. ibid.
§. Si filius. 1168

INDEX LEGUM, ET PARAGRAPHORUM

In Titulo de operis novi nuntiatione explicatorum 1170.

§. Hoc autem edictum 1174
§. Et adverſus abſentes. 1177
§. Poteſt autem. ibid.
§. Inde quæritur. ibid.
§. Opus novum. 1178
§. Sine autem. ibid.
§. Nuntiamus. ibid.
§. Inde quæritur. 1179
§. Juris noſtri. 1180
Ad L. 2. ibid.
Ad L. 3. 1181
§. Si in loco. 1182
§. Si ego. ibid.
Ad L. 5. ibid.
§. Nuntiationem. 1183
§. Si quis forte. 1184
§. Si plurium res ſit. ibid.
§. Si plurium dominorum. ibid.
§. Si quis ipſi prætori. ibid.
§. Sed etſi quis, & §. ſeq. ibid.
§. Si quis rivos. 1185
§. Præterea generaliter. 1186
§. Qui opus novum. ibid.
§. Qui nuntiat. ibid.
§. Si in pluribus locis. ibid.
§. Qui remiſſionem. 1187
§. Ult. hujus leg. 5. & L. 6. & 7. quæ ſunt de eadem re. 1189
Ad L. 8. non ſolum. 1191
§. 1. ibid.
§. Si cum poſſem. 1192
§. Sciendum. ibid.
§. Morte. & §. ſeq. 1193
Ad L. ſi priuſquam 15. 1194
Ad L. ſi opus 16. 1196
Ad L. prætor ait 20. 1197
§. Interdictum, & ſeq. ibid.
§. Ait prætor. ibid.
§. Deinde, & §. hoc interdictum prohibitorium. ibid.
Ad L. ſtipulatio 21. 1198
§. Sive. ibid.
§. Quæſitum. ibid.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LEGUM, ET PARAGRAPHORUM

In Comment. ad Titul. 1. lib. 42. Dig. de re judicata, explicatorum 1200.

AD leg. 2. 1201
Ad L. intra dies 7. 1203
Ad L. 3. 1205
Ad L. 4. ibid.
§. Si ex contentione. 1207
§. Idem obſervandum. ibid.
§. Condemnatum. ibid.
§. Ult. 1208
Ad L. ait prætor 5. 1209
Ad L. miles 6. 1210
§. Pen. ibid.
§. Ult. ibid.
Ad L. ſi homo 8. 1211
Ad L. furioſo 9. ibid.
Ad L. qui cum 10. ibid.
Ad L. ſi Calendis 11. 1212
Ad L. in depoſiti 12. 1213
Ad L. ſi quis ab alio 13. 1214
§. Ult. 1215
Ad L. quod juſſit 14. ibid.
Ad L. à divo Pio 15. 1216
§. In venditione. 1217
§. Si pignora. 1218
§. Si rerum. ibid.
§. Rerum repet. 1219
§. Quod ſi res. 1220
§. Si poſt addictum. 1221
§. Sed ſi emptor. 1222
§. Sic quoque, & §. ſeq. ibid.
§§. Penult. & ult. 1223
Ad L. ſunt, qui 16. 1227
Ad L. inter eos 19. 1228
Ad L. ſi convenerit 26. 1232
Ad L. præſes 27. 1233
Ad L. duo judices 28. 1234
Ad L. duo 39. 1236
Ad L. tempus 29. 1237
Ad L. 33. cui adjungitur lex 35. ibid.
Ad L. 42. 1239
§. Paulus. 1240
Ad L. ex contractu 44. 1241
Ad L. acta 45. 1243
Ad L. ſi quis dolo 51. 1246
§. 1. 1247
Ad L. poſt rem judicatam 56. 1248
Ad L. quidam 57. 1249
Ad L. ſi cum nulla 58. 1250
Ad L. in ſententiis 59. ibid.
Ad L. quæſitum 60. 1251
Ad L. ſæpe 63. ibid.
Ad L. ult. 1257

Commentarius ad Tit. Dig. de uſuris, & fructibus 1259.

INDEX CAPITUM CONTROVERSIARUM JOHANNIS ROBERTI, ET JACOBI CUJACIJ.

Lib. I.

Cap. I. *De conditione; Si non nupſerit, ex legibus Julia de maritandis ordinibus, & Papia Poppæa.* 1
Cap. II. *De eadem conditione ex lege Julia Miſcella.* 7
Cap. III. *In quibuſnam, aut illa lex Julia Miſcella juri anteriori detraxerit, aut illi derogatum Juſtiniani conſtitutione fuerit: & inde explicatæ, & compoſitæ pleræque leges.* 13
Cap. IV. *An & quatenus, cum in materia erratur, ſubſiſtat emptio: & de Cedrinis menſis adnotata, quædam.* 17
Cap. V. *Non eſſe opus negationis adjectione Mauritiani Reſponſ. l. licet 23. ff. de uſu. & uſuf. legato.* 22
Cap. VI. *Non recte addi negationem Pomponio in l. ſtatuliberi à cæteris 29. in princip. ff. de ſtatuliberis.* 25
Cap. VII. *Explicatio ejuſdem l. ſtatulib. §. Quintus, ff. de ſtatulib.* 28
Cap. VIII. *Quam late pateat vendendi emendique appellat.* 32
Cap. IX. *Quo ſenſu accip. quod à Cajo dic. veteres promiſ. empt. vendit. voc. in appell. uti ſol.* 35
Cap. X. *An qui locator, idem & cond. dici poſſit.* 40
Cap. XI. *Qui fiat, ut is locat. contr. ſubſ. quo conductor obliget, at non locator ex Paulo in l. ſicut 22. ff. locat.* 43
Cap. XII. *An pub. cura. hab. ſine curat. ſuo civil. oblig.* 49
Cap. XIII. *An Caton. reg. ad heredit. pertineat.* 56
Cap. XIV. *Præter rem detrahi negat. Dioclet. & Max. in l. circ. C. de locat. & cond.* 61
Cap. XV. *Nihil eſſe cur add. negat. Papin. in l. General. 78. ff. de reg. jur.* 64
Cap. XVI. *Quand. committ. ſtipul. facti tractum tempor. hab. cui cum die, & pœna adjec. ſit.* 67
Cap. XVII. *Quando committ. ſtipulat. fact. tractum tempor. hab. quibus nec dies nec pœn. adjic.* 72

Digitized by Google

Index Capitum Controverſiarum

CAP. XVIII. *Quam multipl. correct. agitatus ſit com. l. Barbar. ff. de offi. Prat.* 82
CAP. XIX. Rep. aſſert. recep. lect. l. ſi ſerv. 34. ff. de uſuc. 85
CAP. XX. *An negat. gemin. aut neceſſ. ſit in Diocl. reſcripto, l. ult. C. de his, qui ſibi aſc. aut conveniens Papin. in l. Titio centum 77. ff. de condict. & demonſt.* 88
CAP. XXI. *An & quat. legis act. hab. mag. munic. & leg. Proc.* 92
CAP. XXII. *Deſenſa lect. Ulp. in l. qui vas, §. ſi ancil. ff. de furt.* 98
CAP. XXIII. *Quid fructus, & fructuoſi appellat. in jure ſignificetur.* 103
CAP. XXIV. *Admitt. neg. Ulp. in l. 4. §. ſi quis non int. ff. de doli mali, & met. except. ſed eam addi neceſſe non eſſe.* 107
CAP. XXV. *Diſcrimen perpet. donat. & quaſi perpet. apud Juſtin. in l. ſancimus. §. ult. C. de donat.* 106
CAP. XXVI. *Quibus caſibus uſurar. nom. creditori pignus retinere liceat, & de Repromittendi ſignific.* pag. 112.
CAP. XXVII. *Non eſſe neceſſe Gord. reſcrips. in l. unica, C. etiam ob chiro. pec. pign. ten. poſſ. de duab. fortib. intellig.* 116
CAP. XXVIII. *An quidquam interſit int. damnat. ad temp. in metall. ſive opus met. & dam. ad temp. in aliud op. publ.* 121
CAP. XXIX. *Comprobatur denuo Paulo neque quidquam detrahendum in l. qui ſervum 33. in fin. neque quicquam addendum l. quoties 40. in fin. ff. de oblig. & act.* 127
CAP. XXX. *Addita quædam ſuperiorib. notis rec. lect. l. 3. ff. de reg. jur.* 135

LIB. II.

CAP. I. *QUi poſthumi dicantur, & quo ſenſu Virg. Sylvium poſthumam Æneæ prolem dixerit.* pag. 139
CAP. II. *De Poſt. etym. & de ortogr. non ſemper certa ratione ſervata.* 143
CAP. III. *An invicem oppoſitarum ex adverſo certi, & incerti condictionum eadem ſit vis, & quatenus extendantur.* 148
CAP. IV. *Quid inter certi, & triticariam condictionem interſit, & an earum aliqua arbitraria dici poſſit.* pag. 151
CAP. V. *An ut loci, ita & temporis adjecti ratione ſtricti juris ratio arbitrar. fiat.* 156
CAP. VI. *An tituli aliqui in Pandectis generales conſtit. ſunt.* 161
CAP. VII. *De diviſione fructuum ſoluto matrim. facienda inter maritum, & uxorem compendiaria, & certa exegeſis.* 166
CAP. VIII. *Explicat. Papin. reſp. in l. fructus, §. Papin. ff. ſolut. matrim. quemadmod. dos pet.* 171
CAP. IX. *Quænam fruct. diviſ. inter virum, & uxorem ſolut. matrim. facienda ſit, ad eund. §. Papin. verſ. & ex contrario, & verſ. item ſi meſſes.* 177
CAP. X. *An quæ int. marit. & ux. ſol. matr. eadem vel int. uſufructuarii hered. & proprietarium finito uſufruct. vel emphyt. aut vaſſall. aliumve ſuperficiarium, & dom. dir. finito ſuperficiei jure obtineat.* pag. 181
CAP. XI. *Inter vendit. & empt. fiatne fructuum diviſio.* 186
CAP. XII. *An rerum mob. vendit. ratione ſit locus beneſ. l. 2. C. de reſc. vendit.* 187
CAP. XIII. *Non tantum venditori, ſed & empt. d. l. 2. beneſ. comp.* 190
CAP. XIV. *An & ad permut. & locat. condictioneſque ejuſdem, l. 2. ſent.* 194
CAP. XV. *Quænam, vel ſortis, vel ſorti debitæ uſuræ intell. ap. Ulp. in l. ſi non ſortem 26. in pr. ff. de condict. ind.* 199
CAP. XVI *Intereſſe plur. in ſpecie, l. ſi cum dotem 23. §. ſi pater. ff. ſol. matr. an pater invita, & contr. an vero abſen. tantum, & ignor. filia dotem exegerit.* pag. 200
CAP. XVII. *Nihil immutandum eſſe ex cont. d. §. ſi pater.* 205
CAP. XVIII. *Excuſſa var. lect. & corr. Jul. in l. ſi ita ſcriptum 13. §. reg. ff. de lib. & poſt. hered. inſtit.* pag. 208.
CAP. XIX. *Conſtare ſibi cont. Pomp. reſp. in l. ſi à prim. 8. ff. de lib. & poſt. her. inſt.* 213
CAP. XX. *Quæ actio comp. in prior. par. l. dotalem 62. & in l. hæc act. 66. ff. ſol. mat.* 217
CAP. XXI. *Rep. aſſertio lectionis, l. cum Stichus 29. ff. de ſolutionib.* 221
CAP. XXII. *An qui vel nom. fuerit tantum à latron. damnat. vel qui accuſat. corrup. tantum, ſatis hab. pro confeſ. atque convict.* 225
CAP. XXIII. *Non eod. ſemper ſenſu quid dici conſtare int. om. & ſimpl. conſt.* 228
CAP. XXIV. *Add. ſup. nonn. ad aſſer. apud Ulp. rec. lec. in l. 3. §. ult. ff. de tab. exhib.* 231
CAP. XXV. *An & quando emptori, cui in diem add. eſt fund. ob opus interim vi, aut cl. fact. competat interd. §. Ariſto. l. is qui in puteum, ff. quod vi, aut clam.* 233
CAP. XXVI. *Quid Utilitatis Inutilitatiſque dict. apte ſign.* 237
CAP. XXVII. *Retract. conciliatio Pauli in l. 2. §. ſi à furioſo, ff. pro empt. cum Marcell. in l. ſed & ſi rei 7. §. 1. ff. de pub. in rem act.* 239
CAP. XXVIII. *An quis ejus rei nom. furti ag. poſſ. cujus ipſe fur ſit.* 242
CAP. XXIX. *Quib. caſib. furti act. conveniri poſſ. à cred. debitor, qui pign. ſubtr. explic. l. itaque 12. §. pen. ff. de furt.* 245
CAP. XXX. *Cum nuntiatio tenet, utilis remiſſ. cum autem null. mod. tenet, inut.* 253
CAP. XXXI. *In quibus fiat, ut nuntiandi jus non hab. eo qui nuntiat, quandoque teneat nunciatio, quandoque nullius ſit momenti.* 259
CAP. XXXII. *Tertius caſus ap. Julian. deſenſ. in l. ſi ſerv. plur. 53. §. 1. ff. de leg. 1. minime detrahenda illius negatione.* 263

LIB. III.

CAP. I. *AN dolus dans cauſam bonæ fidei contractui. reddat contractum ipſo jure nullum.* 269
CAP. II. *Ad ſuperiorum comprob. explic. Ulp. l. ſi res æſtimata 13. §. 1. ff. de jure dot. & l. ex empta 11. §. ſi quis virginem, ff. de act. empt. & Diocl. in l. 5. C. de reſcind. vendit.* 273
CAP. III. *Bonæ fidei contract. quib. metus cauſam præb. non eſſe ipſo jure nullos.* 275
CAP. IV. *Quid inter ſtricta, & bonæ fidei judicia interſit quoad dolum in iis quoquomodo admiſſum.* 279
CAP. V. *An ſervus ab eo manumiſſus, cui minor dolo inductus vendiderit, ea manumiſſione fiat liber.* pag. 280
CAP. VI. *Repet. tract. Aphric. reſp. in l. frater a fr. 38. ff. de condict. indeb.* 283
CAP. VII. *Nihil abſurdi ex eo conſequi, quod in hypoth. Aphric. reſp. accom. contingere poſſ. unum ex fratribus nihil ex fratris peculio conſequi, cum alter ex ipſius pecul. non exig. quant. conſeq.* pag. 290
CAP. VIII. *Qui in Aphr. reſp. ſpecie intell. confuſ. & particip. natur. oblig. tolli.* 293
CAP. IX. *Non idem eſſe dominium, & propriet. & maritum dotal. rer. conſt. matrim. vere dominum eſſe.* pag. 294

CAP.

CAP. X. *Non apte addi negat. Paulo, in l. Paulus 47. ff. de bon. libert.* 301
CAP. XI. *Non recte detrahi neg. l. ſed ſi res alien. 42. ff. de leg. 1.* 305
CAP. XII. *In empt. her. tranſ. jus accreſc.* 309
CAP. XIII. *Nihil neceſſe eſſe immutari ex context. l. Papin. 43. ff. ad Sen. Treb.* 313
CAP. XIV. *Inſtin. præferri vol. mul. in dotis repet. vi tac. hyp. in bon. mar. credit. temp. anter. expreſſ. quoque hyp. jus hab.* 315
CAP. XV. *De ſign. dict. Inſuper: & min. mut. eſſe cont. l. 2. C. ſi omiſ. ſit cauſ. teſt.* 320
CAP. XVI. *Negationem neque detrah. eſſe Ulp. in l. 3. §. ſi quis duob. ff. de adim. leg. neque add. eid. in l. ſi ita fuerit 11. in fin. prin. ff. de reb. dub.* 325
CAP. XVII. *Patri & filiæfam. ſol. profect. dot. comm. eſſe, non etiam advent.* 327
CAP. XVIII. *Nihil à Trib. add. Ulp. neque in l. 2. §. 1. ff. ſolut. matrim. nec in l. cum mortem 27. ff. de jure fiſc.* 330
CAP. XIX. *In quibus project. & ſuperf. poſſ. rat. intend. Uti poſſ. compet. expl. l. 3. §. item videamus, ff. uti poſſ.* 332
CAP. XX. *Confir. aſſer. recep. lect. l. ita tamen 27. §. quotiens, ff. ad Sen. Treb.* 338
CAP. XXI. *Perperam in ex. Flor. prætermiſſ. neg. quæ abeſſe nullo modo poſ. à Papin. reſp. l. cum illud 25. §. her. ff. quando dies leg. vel fideicomm. ced.* 345
CAP. XXII. *Quo ſenſu à Plin. dict. Ariſton. antiq. jura ut recent. tractaſſe.* 350
CAP. XXIII. *An & quo, vel infantiæ vel puber. proximi in jure diſc.* 351
CAP. XXIV. *Diſſimil. eſſe rat. ejus quod ſerv. meus propr. vel ſtip. ſit, vel quod ipſi leg. fuer. & ill. quod vel ſer. al. vel lib. hom. à me bon. fide poſſ. ſtip. ſit, aut quod bis legat. fuerit.* 355
CAP. XXV. *Calumn. depell. à trad. in aſſer. cont. §. poſtea. de ſucceſſ. libert. in Inſtit.* 359
CAP. XXVI. *Quid interſ. int. verb. hæc: Cum 14. an. erit; & cum ad 14. an. perven.* 365
CAP. XXVII. *Aſſer. recep. lect. & Fl. ex. ap. Marc. in l. Pub. 36. §. 1. ff. de cond. & dem.* 368
CAP. XXVIII. *Aſſert. lect. Flor. ex. ap. Paul. in l. in illa. 8. ff. de verb. obl.* 371
CAP. XXIX. *In quibus ſim. diſſimiliave hæc ſint; Calendis, Ante Calendas, Intra Calendas, & Poſt Calend. promitti.* 374
CAP. XXX. *Quid interſit inter hæc duo, Poſt diem tertium Calendarum, & Die tertio poſt Calendas.* 376



L E C T O R I.

J*Acobum Cujacium hujus libri Parentem eſſe nemo dubitat : nam & ipſe Cujacius partum agnovit* Obſerv. lib. xxiv. cap. 21. *Annibal Fabrotus curavit, ne ſeorſim ederetur liber Cujacij digniſſimus, & intereſſet Reipublicæ literariæ, monumentum hoc extra Cujacij corpus non evagari ; ne ſenſim auctori ſuo ſummo ſtudioſorum damno periret at Johannis Roberti* animadverſiones, & notas *ſimul edi paſſus non eſt, putans Cujacij manes iratos habere, qui lucubrationes ejus, qui cum V. Cl. capitales inimicitias exercuerat, una curaret excudi. Sed quando viri alioqui non indocti Opera jam ſemel, atque iterum in lucem edita ſint, ac evulgata, ut ne quid Cujacij, vel ad Cujacium petas foris, ejus in noſtrum Auctorem lucubrationes heic accenſuimus ; & qua humanitate a Cujacio acerbius in Robertum dicta ipſe Fabrotus accepit, eadem te convicia a Roberto in Cujacium ingeſta æquo animo feras, rogatum volumus: vale. Kal. Maii* CIↃ.IↃ.CCXXI:

Nobis

Nobilitate, Generis, & Virtutum

PRÆSTANTISSIMIS JUVENIBUS:

Dn. ERHARDO GRIENTALER

In Cremſeck, & VVintern, Auſtriaco, &c.

&

Dn. JOSEPHO AMMAN

Ab Ammanſeck, Styro:

Dominis, & amicis ſuis unice colendis S.

QVOD antiquitatem in Homeri Iliade membranis inſtripta, nucique includenda effeciſſe, atque hanc induſtriam cum admiratione probaſſe audimus: idem me his modo, quæ cernitis, operibus excudendis tentaſſe fateor, ut quæ prius forma grandiuſcula, ac particulatim eſſent edita, ea meliore nunc atque aptiore in ſtudioſorum manus opera mea redirent. Etſi autem hoc omne qualitercunque à me confectum, non uſquequaque fortaſſe probari omnibus intelligam: feci tamen, quod ante me in eodem ſtudiorum genere fecerunt alii, feci ſtudio atque animo eodem; ſucceſſu, ut ſpero, haud diſpari. Congeſſi enim in hoc volumen controverſias à duobus præſtantiſſimis hujus ſeculi Juriſconſultis, mutuo ingeniorum, ac eruditionis conflictu mirifice, & ad calorem uſque diſputatas: quæ cujuſmodi ſint, res ipſa loquitur: quantopere vero à multis nunc annis in Germania deſideratæ, omnium Academiarum, & Doctores, & diſcipuli de hiſce ſedulo inquirentes teſtatum faciunt; in quibus merito nomino clariſſimum virum Dn. D. Hermannum Vultejum, illuſtriſſimæ Academiæ Marpurgenſis Jureconſultum, fautorem, ac rerum mearum promotorem ſingularem, cuiuſque ope, & conſilio in meis operis typographicis plurimum uti ſoleo; utpote, qui autor mihi fuerit harum controverſiarum prælo meo copiam ſtudioſæ juventuti faciendi: quod exiſtimaret, de Legalis ſcientiæ ſtudioſis me initurum gratiam haud vulgarem; eamque ad rem exemplar, quod in hac urbe erat unicum, mihi ſuppeditaverit. Equidem poſteaquam Reipubl. literariæ, cumprimis autem Illuſtriſſimis, ac potentiſſimis Principibus, & Dominis, Dn. VVilhelmo, *& Dn.* Ludovico, *fratribus germanis, Haſſiæ Landgraviis, Comitibus in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, & Nidda, &c. Dominis meis clementiſſimis, ipſorumque Celſitudinum Academiæ Marpurgenſi omnem meam operam addixi, nihil potius habui, quam ut provinciæ mihi demandatæ pro virili reſponderem; in hoc præſertim juris ſtudio, quod in hac præ cæteris Germaniæ Academiis (citra invidiam dixerim) cum publice tum privatim longe eſt florentiſſimum. Omnino autem confido, operam hanc meam, ut omnibus literatis probatam cupio, ita iiſdem pariter probatum iri. Neque enim quiſquam, opinor, vitio mihi vertet, ſi, quod autores ipſi ante multos annos fecerunt publicum, idem ego nunc non patiar privatum fieri, ſed omnium atque adeo uſui publico relinqui velim. Vobis autem vera nobilitate, & generis, & virtutum præſtantiſſimis juvenibus hanc operam meam potiſſimum dicatam volui, quod & virtus, & eruditio veſtra id mereretur. Præterquam enim quod natalium veſtrorum ſplendor, rerumque experientia, quam in hac veſtra ætate ex peregrinationibus per Italiam, & Germaniam vobis comparaſtis, ſuſpiciendos vos facit; tum vero mores veſtri ita ſunt amabiles, ut omnibus merito veſtro ſitis cariſſimi; & quæ ſunt raræ aves in hoc ævo, ingenii vigorem aciemque, neque divitiarum rubigine, neque generis nobilitate premi, ac hebetari ſinitis: ut dubium nullum ſit, quin Diva illa, cui militatis, vos ſuo ſolio aliquando præfectos in Reip. gubernaculis antiſtites habitura ſit prudentiſſimos, atque æquiſſimos. Accedit haud vulgaris benevolentia, qua me familiariter hactenus eſtis complexi: quamque, ut firmis radicibus adoleſcat, grato officii rore irrigatam fovere æquum eſt. Accipite ergo quod vobis offero, & in veſtros literarum theſauros æquis animis recipite; ſi non munus, at ſaltem pignus, ac teſtimonium vitæ, & candoris veſtri, proſecuturum quocunque profecturos: meiſque laboribus bene precari, & favere pergite. Valete. Marpurgi, ad diem* XXI. *Januarii, Anno Chriſti M. D. XCII.*

V. N.

Studioſiſſimus
Paulus Egenolphus, Typograph.
Academ. apud Marpurg.

Epi:

Digitized by Google

Epigramma.

NOn opus hic hedera, non eſtque forenſibus haſtis,
   Non ope præconis, qui fora cogat, opus.
Mercator prodis, mercíſque encomia dicit:
   Cede liber libro; cedite ſcrinia foro:
Ced te blattarum, neglecta volumina, paſtus,
   Mercator priſca prodiit arte novus.
Juridicas age quiſque ſuas aperite tabernas:
   Mercatoris opus fulgeat inter opes.
Legiferque locum plutei concedite libro:
   Ordine Mercator principe primus erit.
Cujas, inquis, hic eſt? CujatI eſt numine plenus;
   CujatI merx eſt arteque tela potens.
Telam quid dixi? ſunt tela potentia juris
   Contra Roberti robora torta gravis.
En utriuſque ſimul completas lege pharetras:
   Hic cuneus cuneum, robora robur agit.
Fallor, an Aſtreæ Mercator fortior ictu
   Exilit, & merci fert decus omne ſuæ?
Currite mercatum vigilantes juris Athletæ,
   Currite, ne citius claudat, ut ante, forum:
Merx cito diſtrahitur, quæ ſe bonitate probavit:
   Et Mercatori ſtans fora prompta bono.
Quæſitus fuit hic auctor per mille tabernas:
   Inventuſque diu nullibi, clauſus erat.
Redditur ecce foro: laus hæc, Egenolphe, labori
   Debita tota tuo, debita lucra typo.

Her. Kirchneri Poetæ, & LL. Stud.

Epigramma.

IN ROBERTUM REDIVIVUM.

SI cupis in medios legum penetrare receſſus,
   Hunc eme præſentem grata juventa librum;
Si labyrinthæos animus fert ſolvere nodos,
   Quicquid & emunctæ pectora naris habent;
Accipe præclari doctiſſima ſcripta Roberti,
   Egregiis iterum condecorata typis.
Jactet Erythræas furioſa potentia gemmas,
   Quas tulit auriferis Lydia dives aquis:
Monſtret ab extremo tranſmiſſas littore gazas;
   Hic ubi flammivomis Phœbus inerrat equis;
Leges noſter honos, pretioſis ſancta lapillis
   Jura per æternos ſtant potiora dies.
His rerum potimur ſumma ſublime levati,
   Et gerimus rigidi ſtrenua ſceptra fori.
His moderatrices dat Juſtinianus habenas,
   Quos videt in ſtadio fortius ipſe ſuo.
Noſtram poſcit opem Reſpublica tota domique
   Et foris, à nobis robora ſumma capit.
Cynthius Eoum cum Titan ſcandit Olympum;
   Et matutinis purior exit aquis:
Prævia ſtellarum Pallantias omnia condit
   Atria: Titanis ſydera ſola patent.
Relliqua purpureo condit Themis una nitore
   Sydera, ſic ſummi fulget ab axe poli.
Qui leges igitur faciunt, & jura vigere,
   Marmoreis ſignant facta futura notis.
Sic ſe Vultejus ſeros commendat ad annos;
   Qui patet Heſſiacæ portus, & aura ſcholæ.
Sic Egenolphe tuæ dilatas carbaſa famæ.
   Quando tuis mandas aurea dicta typis;
Vivat uterque ſuis meritis celebrandus, & arte;
   Dum Themis aurora clarior eſſe ſtudet.

M. Otho Melander Honenſis Haſſus LL. ſtudioſus F.
αὐτοσχεδιαστί.

DE DUOBUS GALLIS
Veritatem ex Vetuſtis LL. Ruderibus certatim eruentibus.

PVgnaces crepitante diu quos Gallia Gallos
   Penna per patrium vidit, & ungue ſolum;
Germanis etiam jam nunc ſpectacla parati
   Indicunt precio grata minore foris.
De grano non tanta levi certamina Gallis
   Noveris in cunctas mota venire plagas.
Eruta ſed Legum de priſcis ſenſa ruinis
   Æmula ſub lucem protulit ira novam.
Juſtitiæ tulit unde ſuum pars magna nitorem;
   Et Diva in ſolio cultior illa ſedet.
Clarior hinc pridem ſublimibus evolat alis
   Fama, nec in tenebris nomina magna latent:
Docta juventutis ſtimulent, quæ pectora, juſtam
   Vt cauſam in medio dicat agatque foro.

M. Joannes Hugius Haſſus F.

VIRO CLARISSIMO

LUDOVICO ALEALMO

Conſiliario Regio, Aurelianenſis provinciæ præſidi integerrimo & doctiſſimo,

JOHANNES ROBERTUS

Aurelianenſis Anteceſſor & Conſiliarius Regius, S.

NON poſſum non illud mirari, Doctiſſime Præſes, quod cum in iis artibus, quæ in veri inveſtigatione verſantur, duo vitia imprimis fugienda ſapienter monuiſſet de Officio ſcribens Tullius, quippe ne res incognitas pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentiamur, & ne nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras & minime neceſſarias conferamus: atque idem Juris noſtri magis quam ullarum aliarum artium ſectatores ab utroque vitio illo caviſſe & abfuiſſe, eodem loco teſtatum reliquerit: iſta jam tempeſtate noſtra, quaſi mutatione in contrarium facta, hanc multo frequentius quam aliam ullam amplexos, in illa duo præcipites ruere contingat. Nam (ut poſterius in præſens omittam, quod jam majore ſtudio verba curantur, & in iis atque etiam aliis ad propoſitum artis finem minus conducentibus multo plus operæ impenditur, quam in aſſequenda vera illa Juris cognitione, quæ in ipſis rerum argumentis uſui eſſe queat) quis fieri poſſe credat, ut non in prius illud ii ſæpius incurrant, quos ipſa eorum ſcripta non alium ſibi animo præfixiſſe ſcopum arguunt, quam ut quævis ante ipſos tradita convellentes, novis ſuis commentis Jus omne hoc noſtrum inficiant? dum id quoquomodo aſſequi cupientes, minus penſi habent, an recta & à Juris ratione minime aliena, quam an longe longeque plurima ſint, quæ ex ſua ipſorum velut exquiſitiore penu depromant. Ut quidem eo quid tandem aliud effeciſſe, quam non ſat exploratis, & perſpectis omnibus incognita pro cognitis habuiſſe, aut oſtentare forte voluiſſe, à ſolidioris eruditionis judiciique viris deprehenduntur? Neque tamen ut interim, qui his aſſentiantur deſint: quin iſtos maximus conſequitur Juris ſtudioſorum adplauſus, ita ut vix jam fere alios, quam qui iſtiuſmodi aliqua novitatis congerie ſeſe offerant, in pretio eſſe conſpicias. Tantum & iſta quoque ex parte ab illo ſeculo abſumus, quo indignabatur Flaccus reprehendi multa, non quod craſſe illepideve, ſed quia nuper ſcripta & inventa eſſent: cum nobis jam contra in Juris diſciplina id uſuvenerit, faſtidiri vetuſta, novitatem vero præ ſe ferentia, vel hoc ſolo non vulgo, & multitudini tantum, ſed & jam fere omnibus placere. Cujus rei quænam ratio reddi queat, non diſpicio, niſi ſi pro ratione illud admittas, quod jam olim in eam rem ab Homero ſic proditum legimus:

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται:

Quod & probaſſe videri poſſit his verbis Pindarus:

— αἴνει δὲ παλαιὸν
μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων
νεωτέρων. —

Inde eo jam ventum, ut qui ſic ſtante legum noſtrarum contextu, qualis ad hanc uſque ætatem conſentientibus quoque exemplaribus omnibus pervenit, ſententiæ non antea auditæ, & novi inventi excogitandi alia ratione ſe deſtitutos ſentiant, quo id quaquaverſus aſſequantur, jam non in interpunctionum, notarum, literarum, ſyllabarum, dictionumque tantum inverſionibus mutationibuſque ingenioſos ſeſe præſtare contendant, ſed nec à clauſularum integrarum additionibus detractionibuſque temperent: adeo ut non diſſimile quid in hanc Juris artem irrepſiſſe agnoſcas ab eo, quod in ſacris litteris olim Manichæis familiare fuiſſe teſtatur id illis exprobrans D. Auguſtinus, quos prout extarent locos ad ſuum ipſi ſenſum detorquere non valerent, falſos & depravatos eſſe aſſerere, neque tamen eam falſitatem ſcribentibus Apoſtolis, ſed exemplarium exſcriptoribus tribuere. An non enim idem & iſti? niſi quod etiam ulterius progreſſi, non librariis modo, ſed eo amplius Juris voluminum compoſitoris Triboniani cum imprudentiæ, tum & inſcitiæ, quin etiam malitiæ, quæ mutari & alio pertrahi velint, adſcribere non dubitent: Atque late adeo jam graſſetur hoc malum, ut quod Timonem Nicæum ab Arato rogatum, quanam ratione veram & incorruptam Homeri poeſim certo ſibi comparare poſſet, reſpondiſſe ſcribit Laertius, εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις, id jam & de Juris noſtri voluminibus aptiſſime dici poſſit. Quæ eo gravius ferenda, quod non jam male feriatorum ſciolam tantum manum exitiale id cacoethes occupaverit, ſed & pleroſque etiam eruditos viros pervaſerit. Qui qua mente idem mira ſtudio agitare non deſinant, aliorum eſto judicium: me certe, in quibus Juris noſtri autorum ſententia malo iſto more aliorſum quam oporteret, deflecti videretur, ut contra ſtarem, non inſectandi cujuſquam, ſed Juris civilis puritatis, & integritatis retinendæ tuendæque, ſolum ſtudium permovit. Indicio id eſt, quod editis antea in eam rem Receptæ lectionis libris noſtris, neminem præcipue attingens, ab omni verborum contumelia, & acerbitate longiſſime abfuerim, ac neque illa mea me plane aſſerere, aut aliena damnare ibidem initio ſim profeſſus, verum ea tantum, quæ contra exemplarium fidem negantia ajentiave facta eſſent, in diſquiſitionem revocare, ne quis me Sententias meas προκαταγνῶναι eſſe voluiſſe arbitraretur, ac inde eo magis ſe perſtrictum queri poſſet. Itaque & illos, quibus noſtrà ipſos contingere viſa eo minus probari potuerunt, eadem in nos moderatione uti par fuit, nec acriores ſe ad conviciandum quam revincendum præſtare. At illud nos parum moverit, quibus non, ut omnibus quoad fieri poſſet prodeſſe, ita & omnibus placere conſtitutum eſt. Quid enim illis placere curem, quibus ipſa diſplicet Juris noſtri ſynceritas & authoritas? Certe in eo quod jam olim inſtitutum peragere contendimus, non aliorum judicia moramur, quam eorum, qui cum nec præjudicio ullo, nec popularis plauſus aut novitatis gratia tranſverſum agantur, ea tantummodo probare, & luce lectioneque digna exiſtimare in animum inducant, in quibus recti judicii ratio extet. Qualem eum te eſſe, ac eo amplius optimarum aliarum artium ſcientiam cum exactiſſima Juris

cogni-

cognitione conjunxiſſe, ex publici muneris mihi tecum communi tractatione compertiſſimum haberem, V. Clariſſ. hæc ſuperioribus feriis à me in Juris civilis autorum & interpretum ſcriptis animadverſa, tanto primum Cenſore aut ſtare, aut cadere optavi, qui etiam in iis, quæ judicio minus perfecta & accurata excidere potuerunt, nonnihil & quotidianam docentis operam, & forenſis vincula propenſius excuſaturus videreris. Tribus autem iſtis Animadverſionum libris illud noſtrum aſſerendæ receptæ lectionis (ſicubi temerario auſu attentata ſit) inſtitutum difficillima hic civilium motuum iactatione primum, deinde vero & fori occupatione diu intermiſſum magna ex parte perſequimur: quos ſi a te non improbari intellexero, idem doctorum, & egregie cordatorum omnium futurum judicium confidens, male in hanc Juris diſciplinam affectorum oblatrationes conſtantiore propoſito poſthac deſpexero. Bene vale. Aureliæ, pridie Cal. Decembr. 1579.

ANTONIUS MERCATOR JOHANNI ROBERTO S.

LEGI *libros tres Animadverſionum; quos triennio parturiſti, & edidiſti nuper: de quibus quid ſentiam ſi forte requiris, eſſent memorabiles, ſi exiſſent ante annos CC. ſerius editi, non ſunt memorabiles; digni tamen mihi ſunt viſi adnotationibus, quod ſubobſcuriores eſſent: quia nec tu in ſcribendo latino ſermone, nec in ratiocinando arte, & ſenſu communi uti voluiſti, quodque in Dominum meum, & in veritatem ipſam rerum eſſent aliquanto impudentiores immodeſtioreſque. Has ego ſi feci te inconſulto, non eſt quod doleas: feci enim in rem tuam, primum ut ex obſcuro clarior eſſes & ſuavior, deinde ut via tibi pateret, qua deerrabas ſi eam ingredi forte tandem, & capeſſere velles: hoc tantum dolere, & queri potes, quod Lovarios adhibuerim, qui in hoc opere mihi ſuppetias ferrent, faceréntque ſecundas: ſed quid egiſſem? non poteram ſolus tot ſufficere animadverſionibus; alii mihi fuerunt in auxilium advocandi Doctores. Verum ſenties, me in his, etſi non ſequi ſermonem ſenſumque tuum, utrumque tamen adſequi probe. Convicia autem, quæ Domino ingeſſiſti non niſi parce & deſtricte reſequi, quia ea omnia tibi potius te ingeſſiſſe exiſtimavi ejus vicem. Alius, niſi ego occupaſſem, tecum egiſſet acerbius: ego me præbeo clementiorem. Imo alius forte tranſmiſiſſet ad plures: ego te incolumem ſervo, & ita me Deus amet, mentis & animi tui ſanum eſſe percupio. Vale. Avarici Biturigum,* VII. *Id. Octob.* CIↃ IↃ. LXXX.

JOHANNIS ROBERTI

AURELIANENSIS ANTECESSORIS

Et Conſiliarii Regii

AD SYNCEROS LECTORES

PRÆFATIO.

VIX antea credidi (ſyncere Lector) quod audieram ; feras ; quo arctius irretitæ tenentur, eo magis irritari, vehementiuſque commoveri : at ego idem propemodum jam nunc reipſa expertor. Nam cum ſcripſiſſem Receptæ lectionis libros duos, quos novem poſt annis protervius multis locis Jacob. Cujaſius vellicaſſet, & ego exin Animadverſionum libris, quos edidi, pleraque admiſcuiſſem, quibus ejus & calumnias detegerem, & errores certius patefacerem : ecce quaſi qui ſe illis undique circumcluſum, & in anguſtias redactum ſentiens, impotenter id ferret, irritatior & concitatior effectus, impetuoſius calcitrare, & ferire occipit : nil non movet cum argutiarum calumniarumque, quibus nos opprimat, tum & petulantiſſimorum verborum convitiorumque, quaſi ex vetuſtis ganearum lacunis maxima ex parte conquiſitorum. Quoties Marrucinum vocat, bambalionem, burricum, lucumonem, magnum cantherium, furem, aſinum, ſeſquiaſinum, infantem, bis Infantem, fatuelem, lucifugum, tenebrionem, potitio ſtultiorem, cucumerem, peponem, & quid non ? dicas non modo pudoris omnis oblitum, ſed & qualiſcunque ſui ipſius. Quin & alium Ajacem maſtigophorum in nos irruere credas, qui niſi ipſe feriat, Cordaliones, Colaphos, Coraces (in cujuſmodi homines imperium habere fertur) truculentiſſime nos ferire jubeat. Adeo ut mihi primum ab eo læſo, & ejus furori obſiſtere paranti, Plautinum illud haud ab re prædici potuiſſe agnoſcam :

Non tu ſcis ! Bacchæ ; bacchanti ſi velis adverſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.
Si obſequaris, una reſolvas plaga.

Atqui cum illos meos Receptæ lectionis libros eo conſilio ſcripſiſſem, ut quo ad poſſem, illam non unius, ſed plerorumque licentiam, quæ plus æquo invaleſcere videretur, compeſcerem, ex quavis conjectura (quæ ſæpius fallere ſoleat) commutandæ, & pervertendæ juria noſtri autorum receptæ, & exemplarium omnium fide comprobatæ lectionis, & illorum neminem, nedum iſtum, acerbiore ullo verbo notaſſem, eum (ſi quidem ſe non jure à me reprehenſum adverſariis ſcriptis commonſtrare poſſe confidebat) in nos eadem verborum moderatione uti par fuit, illudque Ariſtophanis ſubſequi :

Ἔλεγχ' ἐλέγχου : λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
Ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

Non autem tot cavillis, & mordacibus dicteriis, indigniſque convitiis inceſſere, ac iis probris onerare, quibus Obſervationum ſuarum poſteriores libros aſperſit. Quæ cum ſola primum occurriſſent, & ea ex amariore & innata illi fervidiore bile irrepſiſſe crederem, verba tantum eſſe exiſtimabam, eaque, ut male ſani hominis, ad animum revocare, & ad rem conferre minus curabam. Verum cum etiam calumniis & fallacibus argutiis illa noſtra oppugnari cernerem, cum illud vitare cupiens, ne imperitorum mentes circumvenirentur, & doloſis mendaciis faſcinarentur, tum vero & quas exiſtimationi noſtræ inurere tentaret notas, amoliri, Animadverſionum mearum libris ea quidem admiſcere viſum fuerat, quibus ipſius calumniæ depellerentur, & argutiolæ refellerentur. Quod ſi qui forte paulo acrius, quam & ætas hæc mea ingraveſcens, & vitæ tranquilliſſime actæ ratio ferat, à me factum arbitrantur, hi velim expendant, & quam modeſte duo priores illi noſtri libri conſcripti fuerint, & quam virulentis exinde ſcriptis petulantiſſime in nos eſſet invectus. Sic confido fore, ut quod alioqui inclementius (ut Comici verbis utar) in illum exiſtimaturi fuerint dictum, ſic inde exiſtiment ;

Reſponſum non dictum eſſe, quia læſit prius.

Quod cum, & illum quoque agnoſcere decuiſſet, eoque etiam moderatiore animo id ferre, quod meminiſſe poſſet, re maledicere, etiam Senatori, olim fas æquumque ſemper habitum fuiſſe, cum maledicere

nollo

Digitized by Google

PRÆFATIO.

nullo modo liceret : tantum tamen à moderatione poſtea abfuit , ut velut furiis agitatus , qua poſſet , irruere , & dente calcibusque exitialius nos impetere porrexerit . Sed ita , ut quaſi , qui aperto Marti non ſatis fideret , & larvatum ſe , ut tectiore , ita & tutiore , aut ad inſidias aptiore conditione fore crederet , ſervi perſonam (velut primævæ origini ſeſe redditurus) ſibi aptaverit , & quidem Mercatoris . Quod eo convenientius ab ipſo factum jure quis exiſtimare poſſit , quod cum conjecturarum ſuarum , & nugarum venditatione compendium captare pridem occœpiſſet , in eo etiam peritare inſtitueret . Inde igitur ex Grammatiſta , & Juriſconſultorum conjectario correctore , prodiit Jacobus Cujaſius Mercator nugivendus , ac ita (quaſi perſonatum latere confidens , cum ibi omnibus innoteſceret) totos menſes duos ante juſtitium feriis autumnalibus indici ſolitum Animadverſiones noſtras undique oppugnare adgreditur : attamen machinis tam parum firmis , ut qui ipſas impellente nullo per ſe concidere providerent , probi & eruditi viri multi , ſæpius & verbis cohortati , & litteris obteſtati ſint , ne , cum nil eſſet opus , in illis vehementius propellendis inanem operam ſumerem . Sed tamen cum illa ejus ſcripta relegens , & ſingula expendens , nullibi fere non calumnias in nos intentari perſpicerem , & abſurda falſaque multa , quaſi à me ſcripta , mihi vaferrime ingeri , quin & eo malitioſæ ſimulationis illum progredi , ut (quod ait Fabius) quæ dicendo refutare nulla ratione valeat , ea quaſi faſtidiendo calcet : illudque Iſocratis in animum ſubiret : Ἐυλαβῦ τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσιν ; οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοῦσι , πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν : in publica commoda peccaturum me ſum arbitratus ; ſi quæ falſa , & erronea detegi facile poſſent , ſilentio tranſmitterem , & juris peritia minus confirmatorum mentes eludi , erroribuſque faſcinari ſinerem . Itaque cum illud etiam nobis verendum eſſet , ne ſilentium noſtrum ad confeſſionis conjecturam aliquam transverſum traheretur , ſingula quoque ejus capita excutere , quæque prave , aut imponi , aut aſſeri comperiſſem , refellere , & retegere viſum eſt , In quo ſi minus accuratum verborum delectum , & ornatum adhibuimus , at certe id ſcribendi genus (quantum in nobis fuit , & ſubjectæ materiæ ratio paſſa eſt) ſequi ſtuduimus , quo ut barbaras , ita & inſolentes voces refugientes , perſpicue ſententiam de quaque re noſtram exponeremus , eloquentiæ ſermoniſve elegantiæ laudem (quod ille facit) nulla ex parte nobis , aut arrogaremus , aut captaremus . Quod cum ab inſtituto noſtro alienum ſit , quid eſt quod Latini ſermonis elegantiam , & puritatem in nobis tantopere deſideret , idque præcipue toties objectet ? An quia in eo totus eſt , ut petitis ab antiquitate , atque etiam exoletis autoribus , exquiſitiſſimis , & ab uſu remotiſſimis dictionibus , imo vero , & obſoletis exculeatiſque ipſius perſpergantur ſcripta , aliud eo ſe conſecutum confidat , quam ut abſtruſiſſimæ , & reconditiſſimæ eruditionis laudem inepte affectaſſe exiſtimetur ? Nec intelligat ſtylum interim ipſius inconditum agreſtemque , & aſpernm ab eruditis quibuſque judicari : Eoque magis id notari , quod ſermonis elegantiæ , & accuratæ Latinitatis , quam docendo profeſſus ſit , gloriam inde quaſi ſuo jure ſibi vendicet . Neque tamen eo id dictum velim , ut quoſvis idem inſtitutum quondam ſequutos perſtringi , & ſolo iſto nomine minoris à me fieri quiſquam exiſtimet : abſit ut id mihi unquam in mentem veniat , qui nullos , aut habuerim , aut habeam mihi chariores , quoſque pluris facere ſoleam , quam illa primum docendi exercitatione confirmatos , & ſolidiorem politiorum litterarum cognitionem adeptos . Sed eos præcipue , qui cum ad ardua magis , & graviora , quam quæ docuerint , ſtudia ſe conferant , ſcholaſticis moribus , & nugis , ut pueri cum adoleverunt , nucibus relictis , eam vitæ rationem ineant , qua non inani faſtu , & aliorum præ ſe deſpectu , ſed reipſa cæteris præſtare , & civili cum modeſtia eo progredi conantur , ut Rempublicam , & ipſi aliqua tandem ex parte capeſſere , operamque , & induſtriam ſuam in commune conferre valeant , quos tum nihil minus , quam quod fuerint , eſſe arbitrer . At quos cum magiſterio non etiam tumidum ſupercilium , & didaſcalicas affectationes deponere , ſed quoſvis præ ſe nihili ducentes , in puerilibus tantum tricis , & verborum anxiis diſquiſitionibus ac captiunculis totos eſſe cernimus , cum in feriis agitandis , & tractandis , ubi ad rem ventum eſt , vere non alios quam inertes ſeſe prodant , hos nequeam non inter παιδευτὰς perpetuos recenſere . Atque ſi à Latini ſermonis puritate ſcripta mea abeſſe tam ex animo credit , quam invidioſiſſime jactat , & non terſius , quam cupiat , conſcripta , quæ emittimus , ipſi videntur , quid cauſæ eſt cur me Epiſtolas meas , cæteraque iſtiuſmodi ab aliis emendicari , ut calumnioſiſſime , ita & impudentiſſime toties inculcet ? An quia ſibi ipſi conſcius , non diſſimili ſe eorum opera uti , quos menſæ aſſeclas culinæ nidore fovere conſpicitur , eo proclivius conſimile quid ab aliis , quod ab ipſo , factitari opinione præſumat ? Quaſi vero deſint cum noſtrates , tum exteri viri docti multi , qui Latine loquentes me in dies conveniant , aut ad me ſcribant , quibus eodem ſermone mutuo reſpondere , aut reſcribere , non (ut ille) refugiam . Sed enim quid eum ut in hæc Μικρολογήματα toties expatietur impellit ? An ullum unquam de eleganter , elegantiuſve , aut abſtruſioribus vocibus contexenda oratione , aut curioſa vocularum captatione , inter nos propoſitum fuiſſe certamen meminiſſe poteſt ? aut obſtitiſſe me illa in aula ne ſeſe jactaret , & cum ſceptro unus regnaret ? qui ſat habeam quod ejus , quam profiteor , diſciplinæ puritatem , & dignitatem , ab iſtiuſmodi maltigiis aliqua ex parte ſartam tectam conſervare valeam . Quod dum præſtare hiſce Notis enitor , vos (ſynceri Lectores) æquis animis conatus noſtros excipite . Vale , Aureliani 4. Calend. Mart. cIↃ. IↃ. LXXXII.

GRÆ-

GRÆCARUM
DICTIONUM

Quæ continentur in hoc Sexto Tomo
Operum Poſtumorum.

INTERPRETATIO
HACTENUS DESIDERATA.

PAg. 9. προϊδμοθετήσας, præſanciens.

pag. 10. ὁ νόμος πολλὰ περιέχων, lex multa continens.

pag. 11. ἀλλὰ ταύτην τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς ὁ Ἰούλιος Μισκέλλας ἐξεῦρεν. Sed hanc adjectionem non ipſe Julius Miſcella adinvenit.
ὁ γὰρ καλούμενος Ἰούλιος Μισκέλλας, &c. quæ enim vocatur Julia Miſcella, lex antiqua, & vetuſta, procreationis liberorum ſtudium proponens, mulieribus permittebat.
νόμος, lex.
νομοθέτης, legis auctor, conditor.

pag. 12. παλαιὸς νόμος, ἀρχαῖος, antiqua lex; vetuſta.
κατ' ἐπεξήγησιν, per enarrationem.

pag. 15. τὸ πλάτος, interpretatio.

pag. 19. προσφώνησιν, καὶ κολοφῶνα, adlocutionem, & colophonem.

pag. 20. ἔχει δὲ τὸ δένδρον, &c. habet quidem hæc arbor folium ſimile, ac fere idem cum lauro.

pag. 24. λεπτολογήματα, minutas de rebus tenuiſſimis diſputationes.

pag. 31. τὸ πλάτος, interpretatio. *bis ead. pag.*

pag. 32. ἐμόν, meum.
μεταφορικῶς, per metaphoram.

pag. 33. ἐμὸν, meum.
κάνθωνι ὀχούμενον, aſino vectum.
κατ' ἔλλειψιν, per eclipſio.

pag. 34. παρονομασία, adnominatio.
ἐμὸν, meum.
καταφρονητικὸς, qui contemnit.

pag. 35. λογόμοιρος, verba captans.

pag. 38. ἐκ παραλλήλων, per voces idem ſignificantes.

pag. 46. μονοπλεύρως, ex una parte duntaxat. πλατεῖα κέλευθος, aperta via eſt, & patens.
μῦθον ἀκέφαλον, ſermonem ſine capite.

pag. 53. ἐξ ἀντιδιαστολῆς, ad diſcrimen.

pag. 56. λογόμαχος, verbis pugnans. λογίδιον, verbulum. λογοθῆραι, eos qui verba venantur.

pag. 63. κατὰ τὸ ἔθος, &c. ſecundum regionis conſuetudinem fit locatio, niſi contrarium quid videbitur; poteſt enim quiſque, & contrarium paciſci, ſecundum regionis morem, ſed ipſi ſoli, nec alteri præjudicium affert.

pag. 64. ὅτε περὶ ἀπάτης, &c. cum de dolo quæſtio eſt, non admodum animadvertimus quid actor habuerit, verum quid per adverſarium habere potuerit.

pag. 65. Βασιλικῶν, Baſilicωn.

pag. 66. ἀδιάφορον, ſimile, non diſtans.

pag. 78. λεπτολογήματα, minutas de rebus tenuibus diſputationes.

pag. 89. ὡς τὸ κοινὸν, ut vulgo.
ἀδιαφορίαν, ſimilitudinem.

pag. 93. τὸν ἡγεμόνα, Præſidem. *bis ead. pag.* ἔπαρχον Rectorem.

pag. 95. ἐπίτροπον, Procuratorem Cæſaris.
καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, & Cæſaris procuratores.
ἡγεμὼν, Rector.
τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ, poteſtate ſuper omnes.

pag. 97. μεταφορικῶς, per metaphoram.

pag. 101. ἄφυκτος, quæ effugi nequit.

pag. 107. Βασιλικῶν, Baſilicωn.

pag. 113. ἀσυλλόγιστον, rationis expers.

pag. 114. ἄζυγες, ſingulares, diverſi.

pag. 116. βορβόρῳ, luto aquam ſplendentem conſpurcans.

pag. 118. ὁ πηλὸς γὰρ, &c. cœnum enim niſi vapulet, tegula non conficitur.

pag. 121. οὐκ ἐκπίπτουσι τῆς πολιτείας, non amittunt civitatem.

pag. 125. ὀνοματοθῆραι, nomina captans.

pag. 132. ἀμφιβολίαν, ambiguitatem.

pag. 134. ἰδοὺ ἐνταῦθα εἰ καὶ εἰς ἁπλοῦν, &c. ecce hic etſi in ſimplum agat, pœnæ tamen petitionem habet; ſervo enim occiſo, qui cædis tempore quinquaginta æſtimaretur, damnatur in centum, cum tanti fuerit quo tempore erat integer.

ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων, ob iram labia mordicus lacerans.

pag. 137. ἐκ τῶν ἀκανθώνων, heu ſenticetum.

pag. 138. χρυσῷ καταπάττων, auro nos conſpergere non noſti.

pag. 142. ἀπάτωρ, ſine patre. παιδευτὴς, præceptor.

pag. 143. ὀλιγοχρόνιον, μακροχρόνιον, juvenis, longævus.
ἀπάτωρ, ſine patre.
μακραίωνας, longævos.

pag. 144. πόστυμον, poſtumum.
τοὺς γὰρ ὕστερον, &c. eos enim, qui poſt patrum mortem naſcuntur, ſic Romani nominant.

pag. 146. λογοδαίδαλος, ſophiſta.

pag. 147. αὐτὸς ἔφη, ipſe dixit.

pag. 161. πρῶτα, priora.

pag. 163. δικαστήρια, δίκας, judicia; actiones.

pag. 170. λογέμπορον, verba vendens.

pag. 184. εἰδώλων φαντασία, imaginum ſpecies.

pag. 188. ῥᾳδιουργίαν, facilitatem.

pag. 191. συναλλάσσοντες, contrahentes.

pag. 192. μετεωροφενακισμὸς, impoſtura argutis quæſtionibus obruta.
τὸ περισσότερον τῆς ἡμίσεως. bis ead. pag. quod ſupra dimidium eſt.
τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ τιμήματος, quod pretium implet, quod pretio deeſt.
τὸ περισσότερον τοῦ τιμήματος, quod ſupra pretium eſt.

pag. 193. περισσότερον τῆς ἡμίσεως, quod ſupra dimidium eſt.
περισσότερον τοῦ τιμήματος, quod ſupra pretium eſt, & quod pretio deeſt, bis ead. pag.
τιμήματος, precii.
περισσότερον. περισσὸν. bis ead. pag. quod excedit.

pag. 195. στοίχημα. στοιχέω. στοιχηθὲν, operis propoſitum. delineo. forma delineatum.
σύμφωνον. συμβόλαιον, conventio. contractus.
αἱ εἰκόνες, καὶ, &c. imagines, & ſomniorum ſpecies, quæ parvum, magnumque temporis excurſum habent.

pag. 196. στοιχέω, efformo.

pag. 197. στοίχημα. στοιχηθὲν. στοιχεῖν, operis forma. efformare.
οἷον ἐπὶ ταῖς, &c. quale in venditionibus, & emtionibus eſt hoc, lege, & in operum formis.
τὸ σύμφωνον. τὸ στοιχηθὲν, conventionem, operis formam.
ἐπαρχικὰ, edicta Provincialia.
φεῦ φεῦ τῆς τερατολογίας, heu heu monſtrum.

pag. 198. ἐκλογὴ, ſelectio.
σύνοψιν οἰκειότητος, ſynopſin familiaritatis, mutuorum præceptorum.

εἰς ὀλίγα, ad pauca capita ſynopſis cauſa totum colligentes.
στοιχηθὲν. στοιχεῖν, operis forma, efformare.

pag. 199. προθεωρία τῶν νόμων, legum præludium.
τὰ ῥωμαϊκὰ, urbica edicta, & provincialia.

pag. 202. ἀκούσια συναλλάγματα, obligationes nobis invitis natas.

pag. 205. ὀνοματοθήρας, vocum venator.

pag. 210. ἀμέσως, ſine medio.

pag. 214. ἐξήγησιν. παραλληλισμὸς; expoſitionem; ejuſdem vocis repetitionem.

pag. 215. ἀλεῖθων, aſine ad molendum aptus.

pag. 227. ὡς συνομολογήσαντες τὸ ἁμάρτημα, ut de crimine confeſſi.

pag. 228. φανερὸν, manifeſti. μᾶλλον, magis. ἔλλειψις, ellipſis.
ἐμφατικὸν, maxima cum ſignificatione.

pag. 230. ἐμφατικὸν, maxima cum ſignificatione.

pag. 231. παρέργως, perfunctorie.

pag. 243. αὐτὸς ἔφη, ipſe dixit.
οἱ ἀπατήσαντες, &c. qui dolo fecerunt, ſi fuerint decepti, non poſſunt juſte in eos agere, à quibus decepti fuerunt.

pag. 244. ἀποφατικὰ, negantia.

pag. 255. εἴτε δικαίως, ſive juſte, ſive injuſte quis ædificet, prohibere ipſum licet, ceterum is cui nunciatum eſt, remiſſionem petet ad injuſtam prohibitionem auferendam.

pag. 265. ὀνομάκλυτον, celebrem.

pag. 270. ἀντίφωνος. πρόφωνον, contra ſonans, præſonans.

pag. 282. ἐνέχεται ὁ ἐλευθερωθεὶς, tenetur manumiſſus doli actione, niſi emtor doli conſcius fuerit: nam ſi fuit conſcius, is actione tenetur ex emto vendito.
ἄκυρός ἐστιν, irrita eſt emtio, ſi in venditione ipſa dolus adfuit.
κἂν δὲ, at ſi minor ſit emtor, non reſcinditur, non reſtituitur.

pag. 284. ἕλικτα, involuta, nihilque ſanum.

pag. 297. ἀεὶ ἀπειρίων, ſemper imperitorum hominum mens pervicax, nec volunt ex rebus vel certis perſuaderi.

pag. 298. κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, quoad poteſt fieri.

pag. 307. ἐὰν ἀλλότριον, ſi aliena res legata ſit, cujus poſſeſſionem non habeo, nec ipſam poſſidere poſſum.

pag. 316. ὥστε καὶ, ut & antiquioribus creditoribus præferantur, & potiorem ordinem ipſæ habeant, etiam ſi tempore vincantur.

pag. 321. ὀνοματοθῆρες, verborum captatores.

Interpretatio hactenus deſiderata.

pag. 323. ὢ ἔτι, qui adhuc prava aſina veheris.

pag. 328. ἀντιλογία. ἀντιδιαστολὴ, contrarietas, diſcrimen.

pag. 342. ϗ τῶν, & tua diſciplina plenus.
ϗ μάλα, & admodum juſte.

pag. 343. λογοδαιδαλίαν, verborum futilem copiam.

pag. 346. ἀσυνδέτως, disjunctim. *bis ead. pag.*

pag. 347. τὸ ἀσύνδετον, quod diſſolutum eſt, ac diviſum, obſcurum totum eſt; obſcurum enim cujuſque membri initium ob diſſolutionem, cujuſmodi Heracliti opera; obſcura quippe ea reddit nimia diſſolutio.
ἔωλος, inanis, & frigidus ſermo, ἀσύνδετον, diſſolutionem. *bis ead. pag.* κῶλα, membra.

pag. 354. μελλέφηβος, pubertati proximus, qui ab annis decem gradum facit ad adoleſcentiam.

pag. 357. παρέργως, perfunctorie.

pag. 362. ἐπὶ διαθήκῃ, cum teſtamento.
ἀπὸ κοινοῦ, ut vulgo.

pag. 394. ἑλκέσθω, trahatur & ad hæc conſtitutionis ſententia.

pag. 365. ὥσπερ, quemadmodum ſi nullus ſuperſit filius.

pag. 373. διὰ σημείων, per notas.

pag. 376. ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, tertia die novarum Calendarum.

pag. 381. κἂν ἀμαθεστάτῳ, quamvis imperitiſſimo.

pag. 382. νόθος, nothus eſt, qui patrem non agnoſcit.

pag. 384. διοικητὴν, Actorem, diſpenſatorem.

pag. 385. ἄκρατον ἐξουσίαν, imperium non mixtum, merum.
τὸ κράτος ἄκρατον, ἤτοι καθαρὸν, imperium non mixtum, ideſt merum.
ξίφους ἀδείαν, gladii poteſtatem.

pag. 392. τῷ πένθει, luctus tempore.
πένθος, luctus.

pag. 393. τὸ παραχρῆμα, &c. confeſtim, duarum horarum ſpatio.
ἐνεῖναι, ineſſe ex ipſa natura contractus.

pag. 395. μεσῖται, μεσάζοντες, arbitratores, mediatores.
μεσίτης, arbitrator.

pag. 399. ἔκδικοι, defenſores.

pag. 405. τὰ ἐκ τοῦ, à re relicta alimenta.

pag. 406. ὡς μακροχρόνιος ἄνθρωπος, ut longævus homo.

pag. 409. περὶ λατομιῶν, de lapidicinis. *bis ead. pag.*
παρακυπτικάς. φωταγωγὰς, proſpectui inſervientes. lumini recipiendo aptas.

pag. 410. πλὴν, præter ſervitutem ferendi onera vicini, & uſusfructus.

pag. 418. περὶ ὅρκου, de jurejurando delato, & relato, & judiciali.

pag. 419. σαφῶς, liquido, apertè.

pag. 421. μονομερῆ ὅρκον, judiciale, quod ex altera tantum parte defertur.

pag. 429. ἀντίχρησιν, antichreſim.

pag. 430. ὁ ἐργαστηριάρχης, qui tabernæ præeſt.

pag. 433. ζημιουμέναις, iis, quæ damno affectæ ſunt, non quæ lucrum habuerunt.
ταῖς γὰρ, mulieribus deceptis lex auxilio eſt, non autem pravis.

pag. 439. μονομερῶς, ex una parte duntaxat.

pag. 440. πρίαιτο, emat.

pag. 441. ὕλη, ſubſtantia, materia.

pag. 443. ἀθρόα πιπράσκεσθαι. κατακλίζειν. Per averſionem vendere, diviſim, & per ſingulas partes vendere.

pag. 447. ἐν ὁμάδι, per averſionem.

pag. 450. ἀγωγὴν, actionem præſcriptarum conventionum.
ἀνωνόμαστος, innominata.

pag. 455. ἀντίχρησις, antichreſis.

pag. 462. χρήματα, pecunias trajectitias.

pag. 464. ὁ λέγων, qui ait, non qui negat, probat.

pag. 466. περὶ ὅρων, de terminis.
δημοσίαν, publicam præſtationem.

pag. 472. περὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων, de dubiis negotiis.
προπετῶς, temere.
ὁμωνυμία, ejuſdem vocis uſus.

pag. 474. ὁμωνυμία, ejuſdem vocis uſus, nominis participatus.

pag. 475. σύνθεσιν, compoſitionem, contextum.
ὁμωνυμίαν. ἀμφιβολίαν, ejuſdem vocis uſum, ambiguitatem.
ἐναντίαι. ὑπεναντίαι, contrariæ, adverſis contrariæ.
ἀόριστοι λόγοι, ſermones indefiniti.
ἐναντίαι, contrariæ.
κατηγόρημα, accuſatio. probatio.
περὶ τοῦ καθόλου, de univerſo.
λόγος ἀποφατικὸς, ſermo pugnans, negans.

pag. 479. ἐκ τῆς, ex conditione, ætate, perſonis.

pag. 483. ὀνόματι τοῦ ἀνήβου, nomine pupilli.

pag. 487. οὐσίας, ſubſtantiæ puræ.

pag. 492. νόμιμον μέρος. φυσικὸν, legitima portio naturalis.
ἐν ἀπαιτήσει, in petitione. αὐτομάτως, ſponte.

pag. 494. εἰς ἀπάτην, decipiendi animo. *bis eadem pag.*
ἀναλόγως, pro rata.

Digitized by Google

Græcarum Dictionum

ὑποκατάστασιν : ὑποκατάστασις, ſubſtitutionem, reſtitutio.

pag. 495. μονομερῶς, una tantum parte præſente. *pl. ead. pag.*

pag. 499. ἑαυτοῦ κατήγορος γίνεται, ſui ipſius accuſator fit.

pag. 501. πάτρωος. πατράδελφος. θεῖος, patruus, thius. μητράδελφος, avunculus.

pag. 502. ἀδελφιδῆν, fratris filiam. *bis ead. pag.* ἀνεψιὸν, conſobrinum. *bis ead. pag.*

pag. 505. τελῶναι, tabelliones.

pag. 507. τὸ κοινὸν; publicam vectigalis rem fraudare.

pag. 509. κατὰ πρόληψιν, per præſumtionem:
ἐν ἀπαιτήσει, petitione. αὐτομάτως, ſua ſponte. ἑκατὸν μυριάδας, millies.

pag. 510. πρόχρεαν, promutuum.

pag. 518. ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, à fluendo.

pag. 521. ὑπογραφὰς, ſubſcriptiones.
περὶ διαφόρων, de diverſis temporalibus præſcriptionibus, & acceſſionibus poſſeſſionum.

pag. 523. κερμακόλλυθος, pecuniarum exactor.

pag. 624. ἐν ἀρχῇ, in initio, in fine. *bis ead. pag.*

pag. 525. κατὰ πρόληψιν, per præſumtionem.
ἑπταετῆ, ſeptennem.
τί μή; quidni?

pag. 537. ἔσχατα εἴδη, poſtremas ſpecies. τελευταῖα γένη, poſtrema genera.

pag. 542. ἡ γὰρ, vis enim ipſa contrariorum, contrarietas eſt.

pag. 543. ἀποτέλεσμα, perfectio operis.

pag. 546. παρατατικὰ, extenſiva.

pag. 548. ἐν προχρείᾳ, in promotuo:
κερμακόλλυθος, pecuniarum exactor.

pag. 551. συναπτῶς, conjunctim.

pag. 554. ἀλληλέγγυον, mutua fidejuſſio.

pag. 562. ἐπίσταται νόμος, ſcivit lex.
δανειστὴν, creditorem.
χαλκόκρατον, ære mixtum.

pag. 563. ἀνωνόμαστος, non nominata.

pag. 564. δικαστικαὶ, Judiciales.

pag. 566. ἀμεριμνία, ſecuritas.
τῷ καινῷ, novo domino.

pag. 567. περὶ κλοπῆς. περὶ ὑφαιρέσεως; de furto, de rebus ablatis.

pag. 569. περὶ, de præda animalium: πραῖδα, præda, damnum quod fit in vitibus.

pag. 570. ἀνατρέψωσι; ſubverterunt.

pag. 571. εἰ οὐκ, ſi literas non novit:
παραστάσεως, ſiſtendi judicio.

pag. 572. ὁ πολίτας, qui decem annos in civitate fecit.

pag. 573. ἄοκνον; invitum eſt in non immorando.

pag. 576. περὶ στάσεων, de ſtatibus.

pag. 578. κληρωταὶ, ſortito creati. διαιτηταὶ, arbitri, & judices.

pag. 581. τῶν προσαγγελθέντων, bonorum delatorum.

pag. 584. μείζονος, majoris poteſtatis.
συγκριτικῶς, comparate.

pag. 589. ἑρμηνευτικὸν. ἑρμηνευταὶ, interpretationi deſerviens. Interpretes.

pag. 593. ἢ τῶν τέκνων natorum.

pag. 594. κατοχὴν. κτῆσιν, detentionem; poſſeſſionem.

pag. 595. ἐν ἀτόμῳ, momento temporis.
παλλακὴν, pellicem.

pag. 596. ὁ καὶ ἡ παῖς, hic & hæc puer; puella.
παιδίον, puerulus, puellula.

pag. 598. χρήματα, pecuniæ.

pag. 601. οὐδὲ ἕν, nullum crimen patitur; qui non poteſt.

pag. 603. οἱ τὰ σώματα, qui mortuorum corpora efferunt.

pag. 604. περὶ, de decedentibus; & relinquentibus heredem eccleſiam.

pag. 606. Ἰουδαῖον δὲ, Judæum quidem ſanxerunt neminem ſervum emere, qui alterius ſectæ fuerit, & qui ſecus fecerit, liberum ſervum fieri. Si autem, & circumciderit ſecondum Judæorum ſtatuta, capitis periculum ſubibit, & publicationis bonorum: ondique enim voluerunt religionem adaugeri, & hac cauſa ſic ſtatuerunt, ne impune eſſet Judæiſmum iis profiteri, qui alienæ nationis eſſent.

pag. 608. τύποι, formæ Præfect. Præt. ἐπαρχικὰ, edicta Præfectorum Prætorio.

pag. 609. εἰς τὰς; in provincias, ſive in themata:
ἑρμηνευτικὸν. διαζευκτικὸν, interpretationi deſerviens, disjungens.

pag. 611. περὶ ἀλλοτριοκληρονομίας, de aliena hereditate.

pag. 613. ἐσυκοφάντησε, circumvenit.

pag. 616. παρὰ κανόνας, adverſus leges.

pag. 620. περὶ μαγείρων, de coquis, ſive piſtoribus:
προεστῶτες, qui operibus piſtoriis præſunt.
ἅρπαγας, latrones ſceleſtos, & piratas vocant.

pag. 621.

Interpretatio hactenus deſiderata.

pag. 621. τῶν χαμαιζήλων, humiliorum digniſſimum.

pag. 626. μονομερῆ ὅρκον, jusjurandum, quod ex una parte defertur.

pag. 629. παρεγγιζόντων, proximi timentibus.

pag. 630. ἀναγκάζεται, compellet.

pag. 631. τοῖς κανόσι, legibus, & mercedi, quæ placuerit.
ἡ ἀρχὴ τούτων, horum initium liberum.

pag. 632. οὐκ ἀναγκάζονται, non coguntur debitores inopes ſuis creditoribus ſervire.

pag. 637. ἀμεριμνία, ſecuritas.

pag. 639. ἑρμηνευτικὸν, interpretationi deſerviens.

pag. 640. ἀντίχρησιν. *bis eadem pag.* antichreſis, mutuus uſus.
εἰς λόγον, in rationem referre.
κἂν μὴ, etſi non dolo.
χωρὶς, ſine conventione, & Præſidis auctoritate.

pag. 641. ἀντιχρήσει, antichreſi.

pag. 645. ἀποδεικτικὴ ὁμολογία, recepti confeſſio.

pag. 647. ἀντιχρήσει, antichreſi.
ἀντίχρησις, mutuus uſus. *bis ead. pag.*
περὶ ἀντιχρήσεως, de antichreſi, de mutuo uſu.

pag. 648. περὶ ἀντιχρήσεως, de antichreſi.
ἀντίχρησις, mutuus uſus.
πλείονα τόκον, majorem uſuram per exuperantiam.

pag. 649. ἔγγυα, pecuniæ mediterraneæ, & ſine periculo.

pag. 650. ἀντίχρησις, antichreſis.

pag. 652. ἀρχὴ, initium non invitum eſt.

pag. 655. περὶ δημοπρασιῶν, de auctione.

pag. 656. ἐμπορικῶς, mercatorum more.
τὰ κτήματα, poſſeſſiones privatis noſtris adjungi.

pag. 657. μονομερῶς, una taotum parte præſente.

pag. 662. ἐξαγωγικὰ, vectigalia, quæ pro evehendis rebus penduntur. εἰσαγωγικὰ, quæ pro invehendis.
κλεψιτελώνημα, fraudati vectigalis crimen.

pag. 663. τελώνας, publicanos.
ἐπ' ὄψει ἄρχοντος, in Præſidis conſpectu.

pag. 664. χρυσάργυρον, chyſargyrum.

pag. 665. ἀντίχρησιν, mutuum uſum.

pag. 667. προχρείαν, promutuum.
μικρὸν, parvum per elementa.

pag. 668. ἐμπονήματα. βελτιώσεις, emponemata, meliorationes.

pag. 669. προτιμήσεως, prælationis.
γενικὸν, generalis.
ἑρμηνευταὶ, interpretes.
ἑρμηνευτικὸν, proxeneticum. interpretis honorarium.

pag. 670. ἑρμηνευτικὸν, proxeneticum.
ἑρμηνευτικῷ, interpretis honorario.
προγαμιαίαν δωρεὰν, ante nuptias donationem.

pag. 671. περὶ μυστικῶν γάμων, de myſticis nuptiis.
ἱερολογία, ſacra benedictio.

pag. 633. ἐναντιοφανὲς, quod contrarium videtur.
ἐναντίωσιν, contrarietatem.
κατέχειν, detinere.

pag. 675. σύμβολον, ſignum, indicium.
διαπρεποτάτους, oppido inſignes.

pag. 676. ἐν τῷ, in libro de tutoribus compoſito.

pag. 678. ἵνα τὸ λοιπὸν, ut reliquum temporis intervallum currat, ipſius herede ſilentium agente.

pag. 680. ὁλογράμματος, integre ſcripta.
τυπικὰ, formalia.

pag. 683. τυπικὰ, formalia.

pag. 684. παραδιάζευξις, falſa disjunctio. *bis ead. pag.*
παρορᾶν, inſuper habere.

pag. 685. ἐνορκῶ, adjuro.

pag. 686. ἀσφάλειαν, ſecuritatem.

pag. 688. δευτέραν ἡλικίαν, ſecundam ætatem.

pag. 689. ἀναδούλωσιν, reverſionem in ſervitutem.
τῷ πράτῃ, venditori.

pag. 693. τοῖς ἐκκρίτοις, præcipuis civium. τοῖς ἐκδίκοις, defenſoribus civitatum.

pag. 694. ἀναψηφίσεως, revocationis à ſuffragio.

pag. 695. εἴτε μονομερῶς, ſive altera, ſive utraque parte præſente.
μονομερῶς, una tantum parte præſente.

pag. 699. μονομερῶς, una tantum parte præſente.
τειχισταὶ, mœniana. ἐξωσταὶ, protectiones.
ἐξωστάρια, ſolaria.

pag. 700. περὶ καινοτομιῶν, de innovationibus.

pag. 702. τὸς ἐνοικοῦντας, in alienis ædibus habitantes.
κατὰ πρόληψιν, ex præſumtione.

pag. 703. βοῦν ἀροτῆρα, bovem aratorium.
πάγαρχος, pagi præfectus. παγαρχία, pagi præfectura.

pag. 704. ἰδιόχειρα, ſcripturæ propriæ, privatæ; chirographa, quaſi manu propria ſcriptæ.
κατέχει, poſſidet.
πραγματευταὶ, domeſticas res adminiſtrantes.

pag. 711. πλεῖον, plus, vel minus.

Digitized by Google

Græcarum Dictionum

pag. 711. περὶ ἀλληλεγγύων, de mutuis ſidejuſſionibus.

pag. 713. συγγνωμονοῦσιν, debiti agnitionem. debiti negationem.
ἔγγυηταὶ, ſponſores: βεβαιωταὶ ſidejuſſores.

pag. 714. τί μή; quidni? ὅτι ἐθελήσῃς ποιήσω, quod volueris, faciam.

pag. 715. ὡς ἐν καταθήκῃ, ut in depoſitione.
τύποι τῶν ἐπάρχων, formæ præfectorum prætorio.
ἐπαρχικὰ, edicta Præf. præt. ἀπὸ τῶν βασιλικῶν, à conſtitutionibus imperialibus. βασιλικῶν. ἐπαρχικῶν, Imperialium conſtitutionum, Præfectorum prætorio,
κατὰ πρόληψιν, per præſumtionem.

pag. 716. κατὰ πρόληψιν, per præſumtionem.
μετάθεσις, debiti translatio.
ἄνευ καινότητος, ſine oovatione.

pag. 717. διὰ τὸ φύσει; ex juſta naturæ ratione.
εἰκονικὴν ἀποχὴν, imaginariam apocham.
εἰς τῶ οἴκου, ad domus everſionem.
τυπικὰ ῥήματα, formalia verba.

pag. 720. ἀναζήτησιν, inveſtigationem facere.

pag. 722. τῆς ἀσεβείας, impietatis.

pag. 726. παραχαράκται, falſam monetam ſculpentes.

pag. 727. ἀρχέτυπον, σφραγῖδα, formam, achetypum, ſigillum.

pag. 729. ἄρχοντα, magiſtratum dando non fieri.
θετικῶς, poſitive.
ἀφαίρεσις, ablatio, occupatio, ἁρπαγὴ, rapina.

pag. 730. χώματα, aggeres.

pag. 732. κατηγορίαν, accuſationem.

pag. 733. ἑρμηνευτικὸν interpretationi deſerviens.

pag. 734. ἐκ προλήψεως, ex præſumtione.
τῶν προσαγγελθέντων, bonorum quæ nunciata ſunt.

pag. 735. παράφερνα, bona ſupra dotem.

pag. 738. εὔχεσθαι, optare, precari.

pag. 738. καμηλιαρχίῳ; loco ad res digniores condendas facto.

pag. 739. ὁ ἐρήμῳ ἀγρῷ ἐπιβὰς; qui deſertum agrum ingreſſus.
ἐπιβολὴν, indictionem. *bis ead. pag.*
συγκληρονόμοι. συντελεσταὶ. ὁμόκηνσοι. ὁμόχωροι. ὁμόκηνσοι, ſimul heredes. qui una vectigalia locarunt. qui prædia communia habent. qui ſimul cenſum pendunt.

pag. 740. συγκτήσεις ἀγωνοφόρος, prædiorum maſſa fructum dantium ad certamina ſtatutum.

pag. 743. δεκαέτη, decennem.
ἐν τῷ τῶν ἐπιτρόπων λόγῳ, in ſermone de tutoribus.
περὶ διαφόρων; de diverſis capitibus, & ſolutione nuptiarum.

pag. 744. παροικικὸν, ſuperficiarum. libellarium.
εἰς παροικίαν, ad incolatum.
διακατοχεὺς, detentor. poſſeſſor.

pag. 746. ἀποτέλεσμα. ἔργον, operis perfectio. opus.

pag. 756. τύμβον, ſepulchrum.

pag. 799. κατὰ τὸ, per formam, quæ vocatur litis deſertæ.

pag. 804. τὸ λοιπὸν, reliquum relinquere.

pag. 806. ὁμολογίαν, confeſſionem.

pag. 807. ἀναθήματα, donaria diis vota, & in templis appenſa.

pag. 813. ὁμοούσιον, ſubſtantia parem.

pag. 814. κακότης, malitia, improbitas. ἀνθρωπολάτρας, humanitatem adorantes.
ὁμοφυὲς, natura parem.
ἐκπόρευσις, egreſſio.
τὸ πνεῦμα, ſpiritus veritatis, quod ex patre progreditur.

pag. 815. ἀναθεματισμὸς, excommunicatio. *bis ead. pag.* καθαίρεσις, depoſitio.

pag. 817. παροικικῷ, libellario.
γενικὸν, generalem.

pag. 819. ἐν διατάξεσι in conſtitutionibus.
ἱερέων, ſacerdotum.

pag. 820. νοσοκόμων; eorum; qui curam habent valetudinariorum. γεροντοκόμων, qui ſenum.
ὁ ἐπὶ, qui inopiæ curam habet.
ἐκδίκων, ἐξάρχων, defenſorum eccleſiæ; chorepiſcoporum.
χωρεπίσκοποι, chorepiſcopi, qui nunc dicuntur exarchi.
ὡς συλλειτουργοὶ, ut eodem munere fungentes ad formam.
περιοδευταὶ, circuitores.
ἐκ τοῦ, à circumeundo, & fideles commonefaciendo.
παραμονὴ, perduratio.
πελεκυφόρος, bipennifer barbarus.

pag. 823. ἔκδικοι, defenſores Urbium.

pag. 824. συνάξεις. παρασυνάξεις, eccleſiæ, conventicula.

pag. 830. ἀθέμιτον, nefas eſſe propheticidis, & dominicidis eos, qui à ſalvatore liberati ſunt, ſervitutis jugo ſubmitti.

pag. 832. ὃ ἂν κριθῇ; quod decretum fuerit, legem facere.

pag. 833. ὅταν, eum legem conſtituimus.

pag. 835. συνδικαστὴν, ſimul judicem.

pag. 842. βωμὸν σωτηρίας, aram ſalutis & in noſtris ſtatuis antiquitas ſtatuit.
πρωτοὶ, primi militum, ſatellitum.

pag. 845.

Digitized by Google

Interpretatio hactenus deſiderata.

pag. 845. ἀπὸ κοινοῦ, ex communi.
πλίνθος, πλινθίον, later, latereulus:
μέγας λογοθέτης, magnus legum conditor:

pag. 846. τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, ſtatutorum quæ in aula fiunt.

pag. 854. μητροπόλει, metropoli:

pag. 860. ἐκέλευσα, juſſi parari ſabana :i. lintea ad lotos exſiccandos.
ὑδρῶτα, ſudorem, ſabanum:

pag. 862. ἀκόλουθον, adhærens juriſdictioni, imperio:

pag. 863. ἐξ ἀντιδιαστολῆς, ex diſcrimine.
τοὺς ἐπὶ, eos qui magno crimini obnoxii ſunt.
περὶ ἁλώσεως, de captivitate,

pag. 864. ϗ μηδέποτε, & nequaqoam.

pag. 867. βελτιφέρον, prudentem virum.

pag. 868. οἱ, qui omnes ordinis eſſe debent:

pag. 871. στρατηγοὶ τῶν πόλεων, duumviri urbium.

pag. 872. τῶν στρατηγῶν, duumvirorum urbium.
δικαιοδοτικῶν, juridicum.

pag. 875. κεντεῖν ἵππον, equum ſtimulare:

pag. 876. πρὸς διαστολὴν, ad diſtinctionem:

pag. 877. συγχωρητικὸν, remittendi pactum:

pag. 883. λεπτολογίας, minutas de tenuibus diſputationes.
περὶ αἰτιῶν, de cauſis, ex quibus infamia alicui non irrogatur.
πρὸς ἀντιδιαστολὴν, ad diſcrimen.
ἐγὼ τὴν, ego delationem amo, licet delatores non laudo.

pag. 885. χαλεπὰ, aſpera diſſenſio hominibus cum potentioribua congredi.

pag. 886. ἐπιφημίζειν, celebrare.
αὐτομάτως, ſua ſponte:

pag. 888. ὅρον, ſignum.

ὅρον σανίδιον, ſignum eſſe tabellam; quæ domibus, & locis illia affigitur, quæ pignori ſunt obnoxia, pro dominorum debitis.

pag. 889. ὅτε βούλεται, cum voluerit; ceſſat:

pag. 891. στραγγαλιὰς, ſtrangulationes vi factorum contractuum.

τραχύτητι, aſperitate factorum:
ἀπό, ex perſpicuis inſidiis.

pag. 893. διὰ τό, ob ætatis infirmitatem:

pag. 901. ἀλλ' ὅτε, ſed eum delictum:
συνάλλαγμα, ſynallagma.

pag. 903. πρὸς τούτοις, ad hæc.

pag. 906. πράττειν, facere dictam perfectionem;

ἀπογραφὰς, tabulas patris:
τὸ αἰδοῖον, pudenda hominis:
ἀναγκαῖον, neceſſariam partem,
παίδων, puerorum.
τὸν, nuptiarum tempua.

pag. 911. ἐν τοῖς, in ædibus propriis:
νομίμως, jure.

pag. 916. ἀντωμοσίαν, jusjurandum calumniæ; utriuſque partis.

pag. 917. δῶρα, dona; quæ in omnium arbitrio ac poteſtate dantur.

pag. 920. ἀπρόσωπον, perſonam non habens.

pag. 923. ἀναβολὴ, dilatio non eſt in judiciis:

pag. 931. ὁ τῶν μεγίστων, qui maximis rebus præeſt:

pag. 940. πρωθύστερον, præpoſterum.

pag. 941. διαμερισμὸς, dividendæ ſubſtantiæ, hereditatis.

pag. 946. εἰς εὐθύνας, in pœnam.

pag. 949. πορισταὶ, quæſtuarios.

pag. 951. ἰδιαιτάτως, admodum proprie:

pag. 967. ἄγραφος, non ſcriptum teſtimonium adverſus ſcriptum vim habere non poteſt.

pag. 974. πιστικὸς, fidelis.

pag. 986. ἀντιδώρου, remunerationis:
δῶμα, datio cum fide.

pag. 988. διδόασιν, dant epiſtolas:

pag. 990. κατὰ πόδα, verbum verbo reſpondens:

pag. 991. κατασκευάζειν, inſtruere:

pag. 998. προτιμήσεως, prælationis:

pag. 1001. μέταξαν, ſericum.
ὑάκινθος, hyacinthus:
πολεμίους, hoſtes.

pag. 1002. ἅλας, ſal. *bis ead. pag.*

pag. 1003. Ἑλένα χήρα, Helena inops:

pag. 1032. κάλλυντρα, ſcopæ:

pag. 1033. ἀποτελεσθῆναι, perficere; abſolvere:

pag. 1035. ἐξαγώγικον, vectigal quod pro evehendis rebus ſolvitur.
εἰσαγώγικα, vectigalia quæ pro invehendia mercibus exolvuntur.
ἐξαγωγικὰ, quæ pro evehendis.

pag. 1039. κοτυλίζειν, diviſim vendere:
καθοσίωσις, juſtificatio.

pag. 1040. ἀσαφῆ obſcuram, dubiam:

pag. 1045. ἐμφυτευσιν, emphyteuſim: ἐμφύτευσις; emphyteuſis.

pag. 1046. προτιμήσεως, prælationis:

pag. 1064.

Græcarum Dictionum Interpretatio hactenus deſiderata.

pag. 1054. πάλιν, denuo.
δεύτερον, ſecundo.

pag. 1076. ἐφεδρεῖ, inſeſſionem.
ἀδίκημα, injuria. ἔγκλημα, crimen.

pag. 1097. ἀνατοκισμὸν, anatociſmum, uſuras renovationem. *bis eadem pag.*

pag. 1099. ἐπίδοσις, largitio ſupra leges, donum;
σύγκτησις, ſynteſis, poſſeſſionum maſſa.

pag. 1105. ἀνατοκισμὸς, anatociſmus.

pag. 1146. παραδιάζευξις, falſa disjunctio.

pag. 1157. ἀναλόγως, pro rata.

pag. 1222. ἐπὶ ἀναβολῇ, cum dilatione.

pag. 1233. παράνομος, adverſa legibus. ἄδικος, injuſta.

pag. 1241. μονομερῶς, una tantum parte præſente.

pag. 1245. μονομερῶς, una tantum parte præſente;
καταφρονητὴς, qui contemnit.

pag. 1260. ἡ βίων πρᾶσις, vitarum auctio.
λογίζεσθαι, fœnori pecuniam dare. συλλογίζεσθαι, ratiocinari.
ἔγγεια, mediterraneæ pecuniæ;
ἀκίνδυνα, periculi expertia.

pag. 1266. ὅρον; ut quidem legitimum, ſtatutum non tranſgrediatur.

pag. 1267. τοκογλύφοι, uſuras ſcalpentes.
ἀνὴρ, vir fœnerator uſuris uſuras corradens.

CONTRO-

Digitized by Google



CONTROVERSIARUM JOHANNIS ROBERTI AURELIANENSIS, ET JACOBI CUJACIJ BITURICENSIS,

Præſtantiſſimorum Anteceſſorum, & Juriſconſultorum.

LIBER PRIMUS.

A *De conditione*, Si non nupſerit: *Ex legibus Julia de maritandis ordinibus, & Papia Poppæa.*

CAPUT I.

JOHANNES ROBERTUS.

QUANTÆ Romanis curæ fuerit omni ratione proſpicere, ne civium, populique tot bellis exhauſti frequentia civitas deſtitueretur, & ſubinde minimè ſuccreſcentibus, qui demortuorum locum replerent, ſenſim dilaberetur, teſtantur abunde leges ab iis latæ: tum hæ, quibus omnes ad uxores liberorum procreandorum cauſa ducendas coegerunt, & cœlibatui pœnas irrogantes, maritos eo majoribus privilegiis, & prærogativis donarunt, atque præmiis affecerunt, quo plures liberos ſuſtuliſſent: tum vero, & illæ, quibus quicquid conjugiorum ineundorum libertati obſtare poſſet, amoliti ſunt: Cujuſmodi illud eſt, quod cum alioqui ſupremarum voluntatum obſervationi plurimum tribuerent, tamen conditionem iſtam, *Si non nupſerit*, teſtamentariis diſpoſitionibus adjectam ſperni, & pro non ſcripta haberi voluerunt. Harum autem omnium antiquior ea eſt, quæ de maritandis ordinibus dicitur, non ab Auguſto, aut etiam Julio Cæſare primum lata, ut vulgo exiſtimari ſolet: verum illa, quam Q.Metellus Numidicus in cenſura ſanxit, qua uxorem liberorum procreandorum cauſa ducere quiſque cogebatur. Cujus Metelli orationem in id habitam, quæ tum extabat, Auguſtum Cæſarem, cum de maritandis ordinibus ageret, velut ex tempore ſcriptam recitaſſe ſcripſit Titus Livius *decad. 6. lib. 9.* teſtante id L. Floro in ejuſdem libri epitome. Quæ lex exinde à C. Julio Cæſare Julia dicta fuerit, ob id quod ab eodem propter exhauſtam bellicis cladibus populi frequentia civitatem iis, qui liberos multos procreaſſent, lege lata præmiis propoſitis, illa non comprobata modo, ſed & adaucta eſſet, ut refert Dion *hiſt. lib.* 43. quodque exinde Auguſtus eandem legem illam de maritandis ordinibus (ut etiam ſumptuariam, de adulteriis, & de ambitu) pœnis quoque in eos, qui non paruiſſent propoſitis ex integro ſanxerit, authore Sueton. Tranquillo in Auguſto: niſi forte quis legem aliam de connubiis inter patres, & plebem communicandis, de maritandis quoque ordinibus fuiſſe contendat: quam C. Canulejo Trib. pleb. pertinacius inſtante latam fuiſſe author eſt idem Livius *lib.* 4. *decad.* 1. ut quidem eam ad maritandos indifferenter civi- B tatis ordines ſpectaſſe conſtat. Hæc enim illis omnibus longe antiquior eſſet. Verum quæ legis de maritandis ordinibus mentio fit, aut in jure, aut apud probatos authores, ad iſtam referri minime ſoleat: ſed illam tantum, quæ exinde Julia quoque ſimul dicta fuerit, *ut in l. adigere 6. in fin. ff. de jure patr. l. unic. ff. unde vir, & uxor, l. nec patronus 6. C. de oper. libert.*

Atque cum illa poſterioribus temporibus eodem Auguſto imperante accuratius lege Papia Poppæa ſancita, iiſque & alia nonnulla addita fuiſſent, puta pœnæ in eos propoſitæ, qui aut iſti, aut illi Juliæ legi non paruiſſent (nam etſi pœnas in id Auguſtus primum conſtituiſſet, illas tamen maxima ex parte adimere, & lenire coactus fuerat, id teſtante Tranquillo prædicto loco) Similiter cum lege Julia Senatores, liberique eorum libertinas, & eas, quæ ipſæ quorumve parentes artem ludicram exercuiſſent, ducere prohiberentur, *l. lege Julia 44. in princ.*

ff. de rit. nupt. eoque id eſſet protractum, ut & ingenui quique alii libertinarum conjugia, quaſi & ſibi quoque interdicta refugerent, quo plane diſcrimen id tolleretur: Papia lege cautum eſt, ut omnibus ingenuis, præter Senatores, & eorum filios, libertinas uxores ducere liceret, *l.lege Papia 44. ff. de ritu nuptiar.* Cujus capitis ſanciendi cauſam eo aptiſſime referre videtur vir clariſſimus, idemque & diſertiſſimus, & doctiſſimus D. B. Briſſonius, in ſupremo Galliarum tribunali Advocatus Regius, in Tractatu connubiorum, quod Dion *lib.54. hiſt.* ſcripſit, ideo id ſancitum fuiſſe, quia maſculorum ingenuorum numerus tum major eſſet, quam mulierum: recte notato ab eodem Xylandri errore, qui εὐγενῆ, illic pro patricio ſit interpretatus, cum ingenuum reddere debuiſſet, ut quidem hoc ſenſu eam dictionem perſæpe ſumi probat: tametſi alioqui claro, & nobili genere ortos proprie magis ſignificet. Eadem quoque illa lege Papia ſancitum fuiſſe conſtat, ut conditio, *Si non nupſerit*, & quæcunque alia conſimiliter connubiorum libertati obſtans, pro non ſcripta haberetur, & impune ſperni poſſet. Quibus, & aliis conſimilibus additis, effectum eſt, ut propter eundem utriuſque legis ſcopum, veluti Julia in Papiam conjecta ex duabus unica lex conflata, multis & quidem doctis viris viſa ſit, quæ eſſet lex Julia Papia Poppæa. Quod eo comprobari exiſtimarent, quod in plurimarum legum epigraphe Juriſconſultos plurimos non ad hanc tantum, illamve legem commentarios, aut notas ſcripſiſſe referatur: ſed ſic, *Ad legem Juliam & Papiam, ut in l. intercidit 59. cum ll. ſeqq. ff. de condit. & demonſt.* Ad quam veluti unam quæcunque de connubiorum libertate conſervanda jure cauta ſunt, referenda cenſeant.

Mihi vero earum ab invicem diſtinctio, & in jure noſtro, & apud probatos authores ſervari ſemper viſa eſt: nec quidem eo, quod Juliam ad matrimonia ineunda, & contrahenda, Papiam vero ad procreandos liberos pertinere alii exiſtimarunt: nec eo quoque, quod Papia lege pœnæ inprimis in eos conſtitutæ ſunt, qui legi Juliæ non paruiſſent: verum nullo iſtorum diſcrimine in aliis plurimis, ut quidem eo comurobatur, quod cum Ulpianus in frag. tit. de pœna legis Juliæ dixiſſet, fœminis lege Julia à morte viri anni tribui vacationem, à divortio vero ſex menſium, ſubjungit: *Lex autem Papia à morte viri biennii, à repudia anni, & ſex menſium*. Et ex Cornel. Tacito, qui *annal. lib.3.* ſeniorem Auguſtum poſt Julias rogationes etiam Papiam Poppæam ſanxiſſe refert. Idem teſtatur & Dion *lib.55. hiſt.* Nec repugnat prædicta plurium legum epigraphe: quin magis ſententiam noſtram comprobat, quod ea Juriſconſultos illos ad utranque legem non quaſi unam, ſed quaſi diverſas ſcripſiſſe ſignificet, interpoſita conjunctiva particula &, quæ, ſi utraque unam tantum ſignificaret, non fuiſſet interponenda: ut in lege Fuſia Caninia, aut Ælia Sentia, minime eam interponi (cum tamen harum cujuſque duo latores eſſent) patet, & ex ſimilibus ſuperſcriptionibus & aliis, *in l. ſi quis eum 37. ff. de condit. & demonſtr. tit. de leg. Fuſ. Caniu. toll. C. & in Inſtit. l. & ſi quis integris 7. cum l. ſeq. ff. qui, & à quib. man. lib. non fiant*. Similiter & Papia Poppæa unicam legem ſignificat, tametſi à duobut latam, M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo Coſſ. ut quidem refert Dion *lib.56.* Sicque & eam vocat Tacit. *Annal. lib.3.* & Sueton. *in Claudio*: quo loco refert Claudium conſtituiſſe pro conditione cujuſque civis vacationem legis Papiæ Poppææ. Sic enim legendum, non autem Pompejæ, ut vulgo legitur. In quo extricando laboravit fruſtra Philipp. Beroald. illo primo in alios (ut fit) maximos errores tranſverſum actus, dum quæ fuerit lex Papia Poppæa, non intelligeret. Sed & Auſonius hoc Epigrammatis initio utriuſque diverſitatem ſignificaſſe dici poteſt.

Juriſconſulto, cui vivit adultera conjux,
Papia lex placuit, Julia diſplicuit.

Cum Juriſconſultum, in quem ſcribit, eo notet, vel quod maſcula Venere uteretur, cum in iſtiuſmodi nefandam libidinem exercentes, alia lege Julia eſſet capitis pœna conſtituta, *§. item lex Julia de adult. de publ. jud. in Inſtit. l. cum vir. 31 C. ad leg. Jul. de adult.* Vel etiam quod eadem illa lege Julia, qui aut in adulterio deprehenſas ducerent, aut lenocinium uxorum exercerent, notarentur, & plecterentur, *juxta Ulpian. in frag. tit.13.* quibus fieret, ut illa non poſſet non illi diſplicere: Papia autem ideo illi placuerit, quod ea & privilegiis, & præmiis afficerentur, qui quoquo modo mariti eſſent effecti, ut refert idem Tacitus *lib.3. Annal. & Ulp. in fragm. tit.15.* Scio & alios viros doctos non diſſimiliter eoſdem Auſonii verſus antea interpretatos eſſe.

Ex ſupradictis itaque omnibus concludo, nec quæ de lege Julia dicuntur, ad Papiam, nec quæ de Papia, ad Juliam eſſe referenda, ut in *l. lege Papia 23. ff. de ritu nupt. & d. l. adigere*. Nec ſi ſimpliciter in iſtiuſmodi quæſtioonibus legis mentio fiat, id confuſe de utraque dictum intelligi oportere: ſed juxta ſubjectam materiam, prout ad alterutram magis illud pertineat, ad eam id eſſe referendum: ut quod dicitur in *d. l. adigere, in princip. & ſimilibus*, de lege Julia dictum intelligatur, *juxta §. ult. ejuſdem legis*, & quod dicitur in *l. hoc modo 64. ff. de condit. & demonſtr.* ad legem Papiam: tametſi ex ejus epigraphe appareat eam ſumptam eſſe ex Commentariis ad legem Juliam, & Papiam: quia ejus argumentum ad Papiam magis pertineat, quod eſt prædictæ conditionis: *Si non nupſerit*, quæ lege Papia pro non ſcripta in univerſum habebatur, & indiſtincte ſperni poterat, *juxta l. avia 76. §. 1. & l. heres meus 68. §. ult. & l. cum tale 72. §. reſcriptum, l. ſed ſi hoc 62. §. ult. cum l. ſeq. ff. de cond. & demonſtr.*

Fuiſſe & à poſterioribus Imperatoribus exinde illi legi Papiæ nonnulla, & addita, & detracta ex eo colligi poteſt, quod idem Tranquillus in Claudio refert, Capiti Papiæ Poppææ à Tyberio Cæſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, addito Claudium abrogaſſe (ſic enim illic rectius in nonnullis exemplaribus legitur) Ex quo intelligimus caput hoc Tyberium legi Papiæ Poppææ adjeciſſe, quo ſexagenariis ob illam rationem fuerint certis modis prohibitæ nuptiæ, juxta ea, quæ à Juſtin. in eamrem dicuntur in *l. penult. C. de nupt. & Ulpiano in fragm. tit. de ſolid. capac. inter vir. & uxor.* Quod caput fuerit à Claudio abrogatum: quam abrogationem ſubſequutus fuerit Juſtin. in *d. l. pen.* juncta *l. ſi major 12. C. de leg. hered.* Alia quoque legis Papiæ Poppææ capita fuiſſe conſtat, ut quidem ea, de quibus agitur pluribus à Juſtin. in *l. unica, C. de cadnc toll. & ab Ulpiano in fragment. tit. qui habeant jus antiquum in caduc. & in tractatu de jure patronatus, quod ex l. Julia, & Papia venit*: ad quem librum ſingularem ſcripſiſſe Paulum Jureconſult. patet ex ejus librorum enumeratione præfixa operi Pandectarum. Alias item & antiquiores fuiſſe leges Papias prob. ex Cicerone, *lib.3. Offic. & Gellio cap. 12. lib. 1. Noct. Attic. & Valer. Max. lib.3.* At iſtæ leges Papiæ fuerunt ab illa, quam dicimus Papiam Poppæam, diſtinctæ.

ANTONIUS MERCATOR.

Conſtare ais, condicionem, *ſi non nupſerit*; remitti lege Papia, quod tamen nullo auctore comurobare poſſis. Si non poſſis, non conſtat igitur: niſi te ſolum vis haberi pro auctore locupletiſſimo. Nos qui id legi Juliæ adſcribimus, quæ Miſcella appellata eſt, habemus auctorem Juſtinianum in *l. 2. & 3. c. de ind. vid. tol. & Nov. 21.*

Et mox legem Juliam, & Papiam, ad quas multi Juriſconſulti libros ſcripſerunt, probas duas eſſe leges ex interpoſito articulo &, perperam: nam eodem argumento lege Liciniam, & Muciam de civibus regundis, quæ una lex eſt, ſic dicta à duobus Coſs. tuo exemplo, quis volet efficiet, duas eſſe leges diverſas, itemque legem Liciniam, & Juniam, legam Juliam, & Titiam, legem Cæciliam, & Didiam. Aut meliore argumento uti debuiſti, aut pravo non debuiſti rem certam incertam facere atque ſuſpectam. Hoc enim genere veritatem quodammodo impugnas, nullo modo tueris: & inanis quoque eſt labor in comprobanda re, qui ſumitur, notiſſima omnibus.

Fal-

Digitized by Google

Falſo quoque adſeris Ulpianum in Frag. tit. 8. ſcribere, lenocinium mariti lege Julia puniri, quia id ſane eo loco non ſcripſit.

Sequitur peritiæ tuæ certiſſimum argumentum. Omne id quod eſt in *l. adigere, de ju. pat.* ex §. ult. referri debere ad legem uſque ad §. ult. & alias quaſcunque ſimiles, quæ de jurejurando loquuntur exacto à liberta, vel liberto ne nuberet, vel ne uxorem duceret, eſſe de lege Ælia Sentia, *l. qui contra, eod. l. pen. qui, & à quibus man. l. 3. §. ſi quis libertam, de ſuis, & leg. her.* idque te ſatis inſcriptio *d. l. adigere* docere potuit.

Addis capiti Papiæ Poppææ legis à Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent addito Claudium abrogaſſe, exiſtimans ita apud Suetonium eſſe legendum. Verum diſce ſi vis illa verba, à Tiberio Cæſare, eſſe gloſſema tui ſimilis cujuſdam, quoniam non hoc caput legi Papiæ Tiberius addidit, ſed lex ipſa Papia ſexagenariis, ut Seneca ait, fibulam impoſuit, quod *& lex pen. C. de nup.* oſtendit, & Ulpianus lib. Reg. dum ait Lege Papia in mare finitos annos 60. in fœmina 50. juxta Comicam veterem legem. *Annos natus 60. qui erit, ſi quem ſcibimus, ſeu maritum ſive hercle adeo cælibem ſcortariet. Cum eo nos hic lege agemus, inſcitum arbitrabimur.* Diſce etiam huic capiti Claudium edicto abrogaſſe, quod S. C. Claudianum ſubſecutum eſt, cujus eodem libro Ulpianus meminit illo loco: Claudiano S. C. major ſexagenario ſi minorem quinquagenaria duxerit uxorem, &c. Et non Orationes tantum, ſed etiam Edicta Principum ſolere S. C. ſequi, *l. 2. C. de ædif. priv. l. 1. in quibus cau. pig. tac. cont.* conjuncta *l. ſi ventri, §. 1. De bon. auct. jud. poſſ.* Denique illo Suetonii loco rectius legere, edicto, & nullum unquam legiſſe, addito.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc primum in utroque labitur, & eo, quod negat conſtare conditionem *ſi non nupſerit*, atque iſtiuſmodi quamcunque aliam connubiorum libertati obſtantem, lege Papia remiſſam, & pro non ſcripta habitam fuiſſe. An non enim hoc certo teſtatur id, quod Auguſtum illa lege cœlibes non præmiis tantum ad connubia ineunda invitaſſe, ſed & pœnis propoſitis eo adigere, ſicque & illa, quæ conjugiorum libertati obſtare poſſent, amovere voluiſſe referunt Corn. Tacitus Annalium lib. 3. Dion hiſtoriarum libro 53. & Suetonius in Auguſto? Id vero, & illo comprobatur, quod juris noſtri autores, his commentariis, quos ad eam legem ſcripſerunt, in illius in primis conditionis, ejuſque remiſſionis (quaſi ea lege comprehenſæ) explicatione toti ſunt: ut patet ex Ulpiano, Terentio, Clemente, & Cajo, *in l. ſi vir uxori 61. cum tribus ll. ſeqq. ff. de condit. & demonſt. & aliis conſimilibus*.

Et in illo pariter labitur, quo aſſerit id, quod prædicta conditio remittitur, legi Juliæ Miſcellæ eſſe adſcribendum, cujus rei perperam citet Juſtinianum teſtem, cum id ab ejus, & verbis, & mente plane alienum eſſe conſtet, *l. 2. & 3. C. de ind. viduit. & l. Jul. Miſcel. toll.* quibus maniſeſtiſſimum fit, tantum abeſſe, ut illa conditio ea lege remitteretur, ut contra, quod ante illam legem ea conditio plane remittebatur, & pro non ſcripta habebatur (quod ad alterutrum conjugum, cui à præmortuo ſic viduitas eſſet indicta) in hoc revocatum fuerit illa lege Julia Miſcella, ne aliter remiſſa ea conditio intelligeretur, & pro non ſcripta haberetur (ad hoc, ut conjugum ſuperſtes ea non obſtante conjugium inire, ac nihilominus relictum capere poſſet) quam ſi intra annum à teſtatoris morte, juraſſet procreandæ tantum ſobolis cauſa ſe ad ſecundas migrare nuptias. Quod ſi intra annum id minime jurejurando affirmaſſet, non aliter relictum exinde capere poſſet, quam ſi caviſſet ſe ad ſecundas nuptias minime convolaturum, quod etiam comprobat *Novel. Juſtin. 22. §. quod vero nunc ſequitur.* Eo vero quid apertius? ac ſimul illo quid ineptius, qui dum me pedicis aſtu tenſis involvere conatur, iiſdem ipſe ſeſe perplexiſſime implicet?

Et hoc quoque frivolum, quod cavillatur me eo ſolo probare voluiſſe duas leges fuiſſe Juliam, & Papiam, quod inter has interponi ſoleat particula &: cum appareat, quod ibi dixi, non eo ſpectare, ut id hac ſola ratione comprobem (ſiquidem antea aliis, & rationibus, & argumentis id probaveram, quod ex meis, atque illius ſcriptis cuivis liquebit, cum ille etiam id verum agnoſcens, demum arguat inanem me operam ſumpſiſſe in eo comprobando, quod omnibus ſit notiſſimum, cum illum lateret contrarium ſenſiſſe, & ſcriptis prodidiſſe non ſolum Franciſ. Balduinum in tractatu de lege Papia, ſed & alios) verum illud idcirco adjiciebam, ut oſtenderem legum multarum epigraphen, quæ id haberet, iſta ex parte ſententiæ meæ eo minus obeſſe, quod id regulariter magis interjecta illa particula arguat. Atque ut aliis nonnullis locis aliter id ſumatur, hanc tamen ejus uſitatam magis ſignificationem eſſe nemo negaverit: ſicque quod aliarum legum appellationem eadem conjunctiva particula ſic diſtinctam profert, ut tamen eo tunc lex tantum una ſignificetur, primum id illi uno ſaltem aliquo authoris teſtimonio probandum fuit (nullum enim citat) Deinde, ut id demus nonnunquam fieri, hoc ſententiæ noſtræ, vel eo (quantumvis refractario) teſte, nulla ex parte obeſt.

Quam ridiculum autem, quod cum ſcripſiſſem eum, qui in adulterio deprehenſam duceret, aut lenocinium uxoris exerceret, eadem lege natum fuiſſe, in idque citaſſem Ulp. Fragment. *tit. 13.* falſo me aſſeruiſſe ait ſcribere illic Ulpian. lenocinium mariti lege Julia puniri: illud reticens, quod cum duo conjunctim poſuiſſem, alterum illud prius non falſo aſſerui illic ſcripſiſſe Ulpianum: poſterius autem, quid authoritatibus longinquius ex illis Fragmentis repetitis probari opus fuit, cum id in jure ſit tritiſſimum? *l. 2. in pr. verſ. lenocinium, C. ad l. Jul. de adult.* Quam levia hæc, quæ quo avidius perſequitur, eo magis teſtatur defuiſſe, in quæ rabidum dentem acrius intendere poſſet.

Carpit etiam, quod ſcripſerim, id quod ſcribitur *in l. adigere, in pr. ff. de jure patr. ex §. ult. ejuſdem legis*, referendum eſſe ad legem Juliam. Imo, inquit, ad legem Æliam Sentiam, quod & illius legis, & aliarum conſimilis inſcriptio monere me debuerit. Verum animadvertat non illic mihi fuiſſe propoſitum legis Æliæ Sentiæ capita recenſere, aut cum illis ſuperioribus duabus legibus conferre, ſed tantum Juliam cum Papia, ut quod dicitur de jurejurando liberti illic, nominatim ad legem Juliam de maritandis ordinibus referri patet. Atque cum plura fuerint legis Æliæ Sentiæ capita, inter ea non negamus, & illud fuiſſe de jurejurando à liberto in ea re, aut aliter onerandæ libertatis cauſa exacto: ſed, quod ex ejuſdem legis Juliæ generaliore ſanctione fuerit repetitum, ac nonnullis etiam quoad libertos ſpecialius additis, aut accuratius conſtitutis, ut ex illis, quæ lege Julia præſcripta fuiſſent, multa exinde lege Papia repetita, & exactius ſancita fuiſſe docuimus. Neque obſtat legum epigraphe relata ad Pauli, alterіuſve juriſconſulti commentarios ad legem Æliam Sentiam, quin & de his, quæ alia lege ſancita eſſent, ſimul quatenus conjuncta materia expoſceret, tractatum ab illis fuiſſe intelligamus. Quod eadem in re illic *§. ult.* apertiſſime teſtatur, *& l. ſi juravero 14.* (*arg. ejus epigraph.*) *ff. de jur. patr.* Ut vice verſa cum ex eodem Pauli *comment. lib. 8.* ad legem Juliam, & Papiam deſumpta ſit *l. qui contra 15. ff. de jure patr.* ejus tamen ſententia nominatim ad legem Æliam Sentiam refertur. Atque ſi ex legum epigraphe ducta argumenta nos movent, in univerſum de libertorum jure multa illis legibus Julia, & Papia fuiſſe ſancita, patet & ex inſcriptione, & ex ſententia *l. cum patronum 10. cum l. ſeq. & l. ſi libertus 16. cum l. ſeq. ff. de jur. pat.* Agnoſcat itaque elatior magiſter hoc tam eſſe peritia alicujus meæ, quam ipſius, vel imperitiæ, vel imprudentiæ certum argumentum.

Pari levitate verba illa, à *Tyberio Cæſare* (quæ apud Sueton. in omnibus exemplaribus extant, & ille non ne-

gat, cum nullius teſtimonium in contrarium citet (conjectari illi libet eſſe alicujus gloſſema, quoniam non Tyberius hoc caput legi Papiæ addiderit, ſed & lex ipſa Papia ſexagenariis fibulam impoſuerit. Verum ut illa lege, & ante Tyberium certo aliquo modo improbatæ fuerint ſexagenariorum, & quinquagenariarum nuptiæ (quod inficiati minime ſumus) quid obſtare quiviſſe dicet, quominus alia etiam ratione non improbari tantum à Tyberio, ſed & plane interdici potuerint, quaſi capite iſto legis Papiæ renovato, & ſancito rurſus, ſive addito, vel (ut in pluribus exemplaribus legitur) *edito*, non diverſa ratione ab illa, qua Auguſtus leges complures à C. Cæſare latas, & ipſe, cum additis nonnullis eas renovaſſet, pertuliſſe ſcribitur ab iiſdem illis autoribus Dione, & Tacito, quæ propterea Juliæ dici non deſierint: Sicque quid vetat, quod de fibula ſexagenariis lege Papia impoſita, non ab uno B tantum (quem citat) Seneca ſcriptum eſt: ſed & Lactantio Firmian c. 16. *lib.* 1. *de falſa religione*, ad illud quoque caput à Tyberio, vel editum, vel additum, referre? cum uterque Tyberio poſterior fuerit: ut & eodem ſpectare dici poteſt, quod & ab Ulpiano in fragmentis, & Juſtioiano in eandem rem ſcriptum eſt in *l. pen. C. de nuptiis*. Quin & ſi verba illa, *à Tyberio Cæſare*, ex ejus ſententia demeremus, deeſſet quo ſequentia hæc verba illic addita apte referri valerent, *quaſi ſexagenarii generare non poſſent*. Sed nec exinde id à Claudio edicto ſancitum eſt, verum ſenatuſconſultum eo imperante factum, quod inde Claudianum dictum fuit, juxta prædicta Ulpian. fragmenta, tit. de ſolidi capacitate inter virum, & uxorem. Nam quod ille, alio id avertere tentans, ut ſenatuſconſultum Claudiaoum evincat ſubſecutum fuiſſe præcedens C Claudii edictum, aſſumit ſenatuſconſulta ſubſequi ſolita non orationes tantum, ſed & edicta Principum, nihil minus, quam locis ab eo in hanc rem citatis probatur (tametſi id nos ſimpliciter minime inficiemur) quin & ſi illud probaret, eo amplius id illi probandum incumberet, ab eo Principe, qui edictum de re aliqua primus conſcripſiſſet, id ſenatuſconſultum eadem de re nullo addito detractove ſubſecutum, denominationem ſumpſiſſe. Nam quod in eandem rem citat *l. 2. C. de ædif. privat.* fallitur nugivendus. Siquidem, quod illic dicitur de eo, quod & Veſpaſiani edicto, & ſenatuſconſulto vetitum eſſet, non poteſt referri ad ſenatuſconſultum ullum, quod Veſpaſiani temporibus fuerit latum, cum id ſenatuſconſultum, cujus nominatim ibi mentio fit, longo poſt Veſpaſianum tempore ſecutum fuerit, quippe Aviola, & Panſa Con- D ſulibus, ut expreſſe traditur in illa *l. cætera*, 43. juncta *l. ſeq. ff. de leg.* 1. quos Aviolam, & Panſam non niſi imperante Hadriano, Conſules extitiſſe conſtat. Sed nec id ſimpliciter juxta præcedens illud edictum fuit latum, verum additis multis, ac forte etiam detractis, ut inde colligi poteſt. Ac neque urget *l. ſi ventri, ff. de bon. auth. jud. poſſ. & l. 1. ff. quibus in cauſ. pign. vel hypoth.* cum verbum iſtud Edicere (quo Ulpianus uſus eſt *in d. l. ſi ventri*) generale ſit, & non unum illud ſignificans, quod edicto ſancitur, ſed & quodcunque publice proponitur, ut alio loco pluribus à me probatum eſt.

De eadem conditione ex lege Julia Miſcella.

CAP. II.

JOHANNES ROBERTUS. E

SECUTA eſt exinde lex Julia Miſcella, ab illius autore, & latore Julio Miſcello appellationem iſtam ſortita, ut quidem à Juſtin. proditum eſt, quem in eo ſequi cogimur, cum nuſquam quidquam certius de ea re ſcriptum extet. Nam quod Miſcellam legem illam ideo dictam quidam poſterioribus iſtis temporibus commentus eſt, quod ea miſtim tam ad viros, quam fœminas pertineat, futiliſſimum eſt, cum id nullo autore, nullaque probabili aut ratione, aut etiam conjectura fulciatur. Hac verò lege his, quæ ſuperioribus in univerſum ſancita fuiſſent, modus hic adhibitus eſt, ut cum iſta conditio, *Si non nupſerit*, ſive ea, quæ ex adver- A ſo illi reſpondet, *Si uxorem non duxerit*, tam iis perſonis adſcribi poſſit, quæ conjugio junctæ nunquam fuerint, quam illis, quæ matrimonium inierint, ad iſtam tantum poſteriorem partem lex Julia Miſcella pertineret: quippe in qua conditione illa adſcripta viduitas indiceretur, & quidem à teſtatore conjuge uxori ſuæ, non autem ab alio. Quod aperte teſtantur duo legis illius capita: ſicque eam non alio, quam ad indictam ab altero conjugum viduitatem pertinuiſſe prob. *l. 2. & 3. C. de indict. vid. toll. & §. quæ vero nunc ſequitur in Auth. de nupt. novell.* 22. Sed neque ut in hac parte ſuperiores illæ leges circa prædictam conditionem abrogatæ fuerint, verum ad modum juſtum reductæ, ut adjecta, aut conditione, *Si non nupſerit*, à teſtatore marito, uxoris, vel inſtitutioni, vel legato, aut conditione, *Si uxorem non duxerit*, ab B uxore teſtatrice, viri, vel legato, vel inſtitutioni, ſiquidem hi intra annum à teſtatoris morte juraſſent, ſe liberorum procreandorum cauſa ad ſecundas nuptias convolare propoſuiſſe, exinde connubium repetere poſſent, ac nihilominus quodvis ea conditione relictum capere. Quod ſi intra annum id non juraſſent, non aliter exinde relictum capere poſſent, quam ſi caviſſent ſe ad ſecundas nuptias minime perventuros, ut quidem colligitur ex Juſtin. *in d. §. quæ verò nunc ſequitur*. Quod autem inde colligit Novellarum noviſſimus interpres tunc nondum fuiſſe luctui præfinitum annum, quaſi id ſimul illa lege conſtitueretur, ut ſi intra annum à morte mariti, ſicque luctus, ita juraſſet, intra id quoque anni tempus nubere ei liceret, abſurdum plane, & ineptum eſt, cum hoc ad ſolum illud jusjurandum ſit referendum, cujus C præſtandi licentia illo quidem anni tempore eſſet concluſa: at non ideò intra id tempus nubendi facultatem contra aliarum legum præſcripta fuiſſe conceſſam inde colligi poteſt. Ut etiam illud, quod idem autor aſſerit, tunc nondum fuiſſe luctui præfinitum mulieribus annum, eo convellitur, quod Plutarchus io Numa refert, Numam luctus diem decem menſibus terminaſſe, & hoc ſpatium viduis quoque abſtinendi à ſecundi viri nuptiis præfiniiſſe, & quæ ante nupſiſſet, bovem fœtam illius lege immolare cogendam fuiſſe. Attamen Ovid. *lib.* 1. *Faſtor.* illud decem menſibus lugendi tempus à Romulo introductum fuiſſe, prodidit his verſibus:

Per totidem menſes à funere conjugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Comprobatur & eo, quod Dion. Halicarn. antiquit. D Rom *lib.* 5. luctus tempus apud veteres Romanos annuum fuiſſe teſtatur: Sicque eo temporis ſpatio Romanas matronas luxiſſe P. Valerium Publicolam eodem modo, quo Brutum, auri purpuræque depoſitione, ut erat eis luctus conſuetudo in parentum, ac proximiorum cognatorum funeribus. Cui in eo ſubſcribit & T. Liv. *decad.* 1. *lib.* 2.

Eſt & alius conſimilis lapſus, ni plurimum fallor, Franciſci Balduini in comment. de lege Papia, in eo quod cum Juſtin. prædicto loco nominatim, non Julium Miſcellam cautionem illam adinveniſſe, ſed Q. Mutium Scævolam eam io omnibus, quæ in facti prohibitionem collata ſunt, conditionibus propoſuiſſe tradidiſſet, is in eam partem id acceperit, quaſi à Juſtin. proditum ſit, Q. Mutium Scævolam aliquid illi legi appendiſſe: ob id- E que eo impelli ſe ait, ut dubitet, an non ea lex Julia Miſcella legibus illis Julia, & Papia antiquior fuerit, tametſi illum Juſtiniani locum ſibi dicat valdè ſuſpectum eſſe: in quem errorem videtur eum induxiſſe, aut Latina Haloandri verſió, aut etiam contextus ipſe Græcus in eo mendoſus, quem Haloander ſecutus eſſet ex mendoſo exemplari, ut quidem inde vulgo hæc habentur Juſtin. verba: Ἀλλὰ ταύτην τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς Ἰούλιος Μισκέλλας ἐξεῦρεν, ἀλλὰ Κοΐντος Μούκιος Σκαιβόλας ὑπονομοθετήσας ἐτύγχανεν. Quem locum cum ſequentibus conjunctim ſic vertit Haloander: *Sed hanc appendicem, & clauſulam non ipſe Julius Miſcella adinvenit, verum Q. Mutius Scævola, qui in omnibus, quæ ex facti prohibitione penderent, ejuſcemodi cautiones excogitavit, hanc forte legi*

gi appoſuit. In quo fefelliſſe videtur utrunque, quod ſic vulgo (ut retuli) legitur, προσνομοθετήσαι: cum demendum ſit prius illud σ, & legendum juxta Græcum Scrinigeri exemplar προνομοθετῆσαι, ut quidem conſtat vetuſtum, & vulgo extantem Novellarum interpretem legiſſe, & (ſi illi negationem ex Accurſii eodem loco annotatione addideris, ut omninò eam addendam eſſe locus ipſe per ſe indicat) rectius vertiſſe, ut hic quidem nobis loci illius ſenſus eſſe videtur. *Sed hanc utique adjectionem non ipſe Julius Miſcella adinvenit, verum Q. Mutius præſanciverat, qui in omnibus, quæ ex hujuſmodi facti prohibitione penderent, iſtiuſmodi cautiones excogitavit*. Ut non appendicem hanc illi legi appoſuiſſe Scævolam intelligamus (ut qui multis ſeculis ante hanc legem latam, utpote Juliis rogationibus, & Papia poſteriorem deceſſiſſet) verum iſtiuſmodi cautiones in univerſum facti prohibitionem continentibus conditionibus accommodandas priorem excogitaſſe, & ut ita jure comprobarentur, effeciſſe *juxta l. Mutianæ 7. l. avia 76. §. Titio in fin. ff. de cond. & demonſt.* cujuſmodi cautionem illi ſuæ legi Julius Miſcella adhibuerit, ſicque aliunde ductam legi ſuæ accommodaverit, nec per conſequens primus invenerit.

Quænam autem ejus legis Juliæ Miſcellæ ſanciendæ ratio fuerit, ob quam defuncti voluntatem relictæ uxori viduitatem indicentem præter anteriorum legum præſcripta non ſperni, & plane remitti, ſed adhibito temperamento illo obſervari juſtum fuerit viſum: recte ſubnotaſſe videtur Juſtin. *in d. §. quæ vero nunc ſequitur*, quippe quod ejus conditionis obſervatione defunctum tum liberis, ſi quos relinqueret, perſpicere voluiſſe veriſimile eſſet, ne ad alias nuptias convolans uxor, aut natorum, ſi quos ex ſecundo matrimonio ſuſciperet, dilectioni, aut ſecundi mariti amori, priorum liberorum curam poſthaberet: quod quis non ſæpius contingere perſpicit? Tum ſibi ac priori matrimonio hunc honorem haberi vellet, nec ejus pudorem, & jura (quod ait apud Virgilium Dido) uxoris libidine reſolvi, ut quidem illis mulieribus, quæ ſecundis nuptiis abſtinuiſſent, plus hoc nomine ſemper tributum, ex multis conſtat: vel eo inprimis, quod fortunæ muliebri corona non poſſet ab alia imponi, quam quæ eſſet univira. Quod & à Tertulliano relatum eſt in libro de Monogamia: ut neque creari potuit vel Pontifex Maximus, qui ad ſecundas nuptias convolaſſet, vel Flaminica, ſique Matri Matutæ coronam imponere, quæ plus quam ſemel nupſiſſet. Quin & adulterii ſpecies pleriſque viſa eſt pluries nubere, ut illud Martial. *Epig. lib. 6.* teſtatur, quo & ad hanc legem reſpexiſſe videri poteſt.

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt:
Offendor mœcha ſimpliciore minus.

Nec Ethnicos ſolos in ea ſententia fuiſſe comperimus, ſed & orthodoxos pleroſque, atque in his precipuè Tertullianum: qui eo adductus, ut videtur, quod Paulus Apoſt. 1. *ad Cor. cap. 7.* ſcripſit, uxorem alligatam eſſe matrimonio, quamdiu vivit maritus ejus, quod ſi dormierit maritus ipſius, liberum eſſe cui velit nubendi, modo in Domino: quaſi ab eo ſcriptum ſit, ut nubat tantum in Domino, adductus iſtius dictionis taxativæ vi, hanc exertam, ut vocat, Apoſtoli ſententiam eſſe contendit, ne aliter quam in Domino, hoc eſt, Chriſto, nubat. Verum & illud minime diluit, quod eodem loco libertatem, cui velit, nubendi ipſi relinquit, cum fruſtra id dixiſſet, ſi Chriſto tantum nubendi poteſtatem illi factam voluiſſet: & ſimul diſſimulat ille, aut ſaltem reticet, quod illic poſtea ita ſubjicitur: *At tamen beatior eſt, ſi ſic maneat juxta meam ſententiam*: Si tunc beatior eſt, cum tunc vidua manet: ſi non maneat, beata dici poteſt. Quod aperte ab eodem Apoſtolo in hanc ſententiam explicatur, *cap. 7. epiſt. ad Rom.* Quo effectum, ut idem Tertullianus aſſertionis illius ergo, in qua obſtinatiſſime perſtaret, hæreſeos notaretur, quaſi connubia damnaret. Quod ita non inſcite diluere conatus eſt: *Non* (inquit) *non magis nuptias auferimus, ſi ſecundas recuſamus, quam cibos reprobamur, ſi ſæpius jejunamus. Aliud eſt auferre, aliud temperare: aliud eſt legem non nubendi ponere, aliud nubendi modum ſtatuere.* Unde multo æquius judicandum illud legis Jul. Miſcellæ temperamentum, ut quod ipſis viduis, neque ejus, quod à defunctis maritis ſub conditione ita viduitatem indicente, relictum eſt capiendi poteſtatem, etiam ſi nupturæ ſint, neque nubendi libertatem adimat, cum & juratæ nubere liceat, & non juratæ quoque: Quo conſultius ea poſtremis temporibus à Juſt. aliis inſuper cautionibus adhibitis revocata eſt, & ad modum reducta, ut explic. *d. §. quæ vero nunc ſequitur*.

ANTONIUS MERCATOR.

Quod cap. ſecundo prælato Juſtiniano adſeris legem Juliam Miſcellam dici à latore ſuo Julio Miſcello, in eo maxime hallucinaris: nam neque Juſtinianus dixit Miſcello, ſed Miſcella, neque latorem intellexit cum dicit, ἀλλὰ ταυτὴν δὴ τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς ὁ Ἰούλιος Μισκέλλας ἐξεῦρεν, ſed legem ipſam, ut paulo ante cum dixit, Ἰούλιος Μισκέλλας παλαιὸς νόμος: νόμος dixit, non νομοθέτης. ex quo efficitur Juliam Miſcellam non ducere nomen à Julio Miſcello, neque vero ulla lex ducit nomen ab uno latore duplex, nec auſis dicere duos eſſe latores, Julium, & Miſcellum, quia nulla fuit Romæ gens, aut familia Miſcella, & à latorum gentilitio nomine leges nomen accipere ſolent: quamobrem, ut legem Papiam decimariam dicimus, & legem Juliam caducariam, aut viceſimariam, aut theatralem à re, qua delata eſt, ita Miſcellam ſimiliter dici veroſimilius eſt à varietate plurium rerum ac perſonarum utriuſque ſexus, ut *l. heres, §. ult. de cond. & dem. l. 3. C. de ind. vid. tol.* ut Siculo Flacco æs miſcellum dicitur lex ſive forma ænea à multorum agrorum modo, multarumque perſonarum, qui ſibi acceptas defendunt numero confuſe in ea deſcripto, quaſi miſcella, & confuſanea lex, ut miſcellam quoq; & confuſaneam doctrinam Agellius dixit qualis tua eſt, & tu ipſe miſcellio. Denique lex Miſcella dicitur, ut lex Satura, ὁ νόμος πολλὰ περιέχων.

Non videris etiam eſſe tuæ mentis, cum ſubjicis legem Juliam Miſcellam viduis tantum remiſiſſe conditionem: Si non nupſerint, vel, Si uxorem non duxerint, quam moriens conjunx impoſuit, quia major cauſa fuit remittendi eam virginibus, quæ nondum legi Juliæ paruerant, quæ nuptias contrahi jubet, quam viduis, quæ paruerant ſemel, atque iterum forte tertiumque, & vero ſi his remiſit eam conditionem, & virginibus multo magis: quod ſi ita eſt, relinquitur, non ex lege Papia hoc jus eſſe, ut tu audacter adfirmas ſine ullo auctore, ſed lege Julia. Nec te movere debet, quod *l. 2. & 3. C. de ind. vid. tol.* tantum loquantur de conditione adſcripta viduis jam ante nuptias expertis: quia enim major in his erat ratio recipiendæ conditionis, quam in virginibus, ideo fuit ſane cur potius in viduis moneret lex eam conditionem non eſſe recipiendam, & quod his etiam relinquitur ſub ea conditione, pro puro legato habendum eſſe.

Eademque ratione, quod d. l. 2. & 3. loquantur de conditione adſcripta conjugis teſtamento, vel codicillis, non ideo exiſtimandum eſt idem non eſſe in conditione adſcripta extranei teſtamento, ſed de illa potius egiſſe Juſtinianum, quæ imponeretur à conjuge, quod in ea major videretur ejus explendæ ratio ſubeſſe. Hoc tu non animadvertiſti, qui ſcribis legem Juliam pertinere tantum ad conditionem adſcriptam à maritis, cum tamen l. 1. eod. tit. dum ait, non remitti conditionem ſi non nupſerit alii, quam mulieri quicunque eam impoſuerit, ſatis oſtendat quicunque eam impoſuerit mulieri remitti, itemque l. 3. cum ait hanc conditionem, Si vidua, vel cælebs erit, quicunque eam impoſuerit non remitti, ex contrario innuit eam, qua de agimus tamen ſive à marito, ſive ab alio quolibet impoſita ſit, remitti lege Julia Miſcella, de qua nominatim agitur in d. l. 3.

quia

Digitized by Google

quia ſcilicet illa conditione, Si vidua erit, viduitas non injugitur, ſicut iſta, Si non nupſerit: ſed datur, legatur aliquid pro ſolatio domus imperſectæ, vacuique cubilis, & ſtatim atque extiterit conditio, morte alterutrius conjugis, legati petitio eſt, & retentio, etiamſi mox legatarius ſe alii junxerit, quia conditio, quæ ſemel extitit non reſumitur, *l. quidam, de fid. lib. l. 3. §. Stichus, de ſtatulib. l. ult. C. de cond. inſ.* Præterea Juſtinianus ipſe hac de lege Miſcella tractans Nov. 22. nominatim ſcribit, nihil referre conjunx an extraneus eam legato conditionem injecerit.

Quod ſubjicis, legi Papiæ legem Juliam addidiſſe modum jurisjurandi, ut non aliter, quam de nuptiis contrahendis intra annum dato jurejurando, vel poſt annum præſtita cautione Muciana ea conditio remitteretur, commentitium eſt, quis enim te docuit legem Papiam eam condicionem remiſiſſe? Si nullum habes, ut non habes, quem proferas auctorem hujus ſententiæ, nec docere igitur potes huic remiſſioni legem Juliam modum addidiſſe. Et te Juſtinianus refellit evidenter, qui hoc totum tribuit legi Juliæ miſcellæ, hoc eſt remiſſionem condicionis ſub modo ſupraſcripto.

Ad hæc qualis ſis nolo dicere cum negas tempore legis Juliæ perlatæ non eſſe verum, quod interpres ille Novellarum, cujus ſi non delingeres ſalem, eſuries tibi finderet latus, ſcribit nondum luctui fœminarum præfinitum fuiſſe annum: nam quod doces præfinitos fuiſſe decem menſes, hoc non eſt docere præfinitum fuiſſe jam olim annum eundem, 12. menſium ſcilicet, qui erat tempore legis Juliæ. Et ſi neſcis, ſcias annum hunc luctui fœminarum primos præfiniſſe Gratianum: Valent. & Theodoſium, *l. 2. C. de ſec. nupt.*

JOHANNES ROBERTUS:

ANgitur admodum miſcellaneus Mercator in etymologia, quam à varietate plurium rerum, ac utriuſque ſexus perſonarum, miſcellæ legi tribuit, tuenda. Atqui hic nec rerum, nec perſonarum varietatem diſpicio, ſexus quidem utriuſque comprehenſionem video. Et quam bene cohærentia illa duo argumenta ſint, quibus quod nominatim à Juſtiniano traditum eſt, quodque nos aſſeruimus, convellere conatur. Nulla lex (inquit) ducit nomen duplex ab uno latore, atque nulla fuit Romæ gens, aut familia Miſcella, & à latorum gentilitio nomine leges appellationem ſumunt. Sed cum plures Juliæ leges, & quidem variis de cauſis latæ inter ſe diverſæ ſint, cum ad earum diſtinctionem alias adſcititias appellationes inditas videamus, ut alia fuit de maritandis ordinibus, alia de adulteriis, alia de vi, alia repetundarum, alia de peculatu, atque iſtiuſmodi aliæ complures, quid abſurdi ſimilis diſtinctionis loco ſecundum latoris nomen (etſi id regulariter fieri non ſoleret) fuiſſe inditum? Et vero nomenclaturam omnium, quæ unquam Romæ extiterunt familiarum, illum in ſcrinio (quod ajunt) pectoris habere reconditam, eſt quod illi credamus, qui conſtanter adeo aſſerat nullam unquam Romæ extitiſſe familiam Miſcelli nomen habentem, ſive Miſcellæ: in hoc enim utrum præſtaret, non admodum laborandum duximus, cum videamus Græcos Romanorum nomina Græce efferentes, ea ſæpius arbitrio ſuo, & ad idiomatis ſui rationem convertere.

At quam miſelle avertere conatur, quæ illi arguto ipſius etymo aperte repugnant, illudque præcipue quod ibidem à Juſtiniano ſcriptum extat: *ἀλλὰ ταύτην τὴν προσθήκην ἐκ αὐτοῦ ὁ Ἰούλιος Μισκέλλας ἐξεῦρεν*, &c. & iſtius obicis loco, qui ipſi repugnet, alium ſententiæ noſtræ obicem opponat; quippe quod idem Juſtinianus antea ſcripſiſſet, *ὁ γὰρ καλούμενος Ἰούλιος Μισκέλλας, παλαιὸς νόμος ἐγχώριος, τὸ τῆς παιδοποιΐας προβαλλόμενος σπούδασμα ἐπέτρεπε ταῖς γυναιξὶν*, ſic id accipi volens, quaſi his verbis non Jul. Miſcellam legis autorem Juſtinianus ſignificare voluerit, quia ſcriptum ſit *νόμος*, non autem *νομοθέτης*, ex quo non poteſt efficere id, quod concludit,

A legem iſtam vocatam fuiſſe à Juſtiniano Juliam Miſcellam, quod omnium eſſet abſurdiſſimum. Præterea quæ & antecedunt illic, & ſubſequuntur, aperte teſtantur id ad legiſlatoris nomen Juſtinianum referre voluiſſe, cum & paulo ante dixiſſet tractatum illum, de quo dicere adgreditur, correctionem ſuſcepiſſe non tantum ab aliis, ſed & à nobis denique ipſis (inquit) mox ſubjecit illi. alii quinam fuerint, quippe Julium Miſcellam; poſtea vero illud, quod diximus inculcat, adjectionem illam non Julium Miſcellam adinveniſſe: verum Q. Mutium præſanciviſſe: in quo quid apertius, quam legis autorem cum legis autore conferre eum voluiſſe? Nec in illo priore obſunt verba illa *παλαιὸς νόμος ἀρχαῖος*: nam ut appoſititie, & *κατ' ἐπεξήγησιν* dicta accipi debent, ut in illo Virg. 1. Æneid.

Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem.

B In id vero quod explicui, prædictæ legis Juliæ Miſcellæ temperamentum (quo certo jurisjurandi modo adhibito remittitur conditio *ſi non nupſerit*) ad viduas tantum ſpectaſſe, quod ita argutatur, ut dicat majorem fuiſſe cauſam ejus conditionis virginibus remittendæ, quam viduis, eo quod virgines, quæ eſſent, legi Juliæ Papiæ nuptias contrahere jubenti nondum paruiſſent, omnium inſulſiſſimum eſt: ut & illud quod addit, ſi viduis remiſit conditionem, multo magis virginibus. Atque, aut non percepit ſententiam meam, apertiſſime tamen illic propoſitam, aut non percepiſſe ſeſe (cum aliud deeſſet, quod illic, vel in ſpeciem tantum carperet) non tam aſtu, quam fatue diſſimulat, cum ego conditionem illam omnino virginibus remitti aſſererem ex anterioribus legibus, ſicque multo magis, quam viduis, quibus ex illa lege Miſcella

C nonniſi adhibito illo jurisjurandi modo ſit remiſſa. Rationes autem, ob quas viduis magis, quam virginibus temperamentum illud adhiberi æquum videretur, illic circa finem perſpicue adeo adſcripſi, ut mirandum ſit eum, qui lynceus haberi velit, in clara adeo luce tantopere cæcutiiſſe. Quo & illud diluimus, quod exigat à nobis dictum, legem Juliam pertinuiſſe tantum ad conditionem illam ab alterutro conjugum alteri conjugi ſuperſtiti adſcriptam, quæque nominatim à Juſtiniano *Novell. 22. §. quicunque igitur*, & pluribus locis comprobatur: ſed in eo tantum, quod de lege Julia Miſcella Juſtinianus ibidem tractat. Nam alioqui non inficiamur, quin idem Juſtinianus eam obſervationem, quam illic introduxerit, à lege Julia diverſam in fine ejuſdem ſanctionis, & ad ea extenderit, quæ ab iis fuerint relicta, qui matrimonium inter ſe minime iniiſſent, non tamen ut nominatim ſcrip-

D ſerit (ut corrector falſo aſſerit) nihil quod ad legem Miſcellam referre, an conjunx, an extraneus iſtiuſmodi conditionem legato adjecerit. Ridiculum vero quod in illam rem nobis objectat *l. 1. C. de indict. viduit. toll.* quæ cum alio omnino pertineat, quid hic longioribus tibiis canere opus?

Quod autem inde rurſum relabitur in eundem ſententiæ noſtræ minus ab eo perceptæ errorem, quo antea etiam nobis illud objecerat, quod aſſeramus lege Papia remiſſam illam conditionem fuiſſe, id à nobis ſuperiore capite abunde confutatum eſt.

Magno inde ſubtiliſſimi ingenii acumine obtegere contendit admiſſum in eo apertiſſimum errorem, quod ſcripſiſſet tunc nondum luctui fuiſſe præfinitum annum. Imo (inquit) erant præfiniti decem menſes, at non annus.

E Quaſi vero, & tunc non conſtaret, qui numerabatur annus, decem menſibus, & non decem illos menſes eadem in re annum antiquiores vocaſſe, ex Dionyſio Halicarnaſſeo, & Tito Livio comprobaverim. Quid igitur etiam non puduit aſſerere primos Grat. & Valent. & Theodoſ. annum luctui præfiniſſe *in l. 2. C. de ſecun. nupt.* cum tanto antea tempore id invaluiſſet, & obſervatum eſſet?

In

Digitized by Google

A *In quibus nam, aut illa lex Julia Miſcella juri anteriori detraxerit, aut illi derogatum Juſtiniani conſtitutione fuerit: & inde explicatæ, & compoſitæ pleraque leges,*

CAP. III.

JOHANNES ROBERTUS.

SED enim ut illa duo, quæ diximus, lege Julia Miſcella obtinueriot, eam juri anteriori derogaſſe, ſive temperamentum illud adjeciſſe conſtat, non quoad omnes conditiones connubiorum libertati obſtantes, verum illas tantum, quibus, ut dixi, viduitas iodicebatur, vel uxori à marito, vel ipſi marito ab uxore: Itaque in cæteris caſibus jus illud ante- B rius intactum permanſiſſe, neque aut illa lege Julia Miſcella, aut à Juſtiniano legem miſcellam tum tollente, tum modo adhibito, in uſum reducente immutatum fuiſſe, ut patet *l.2. & l. ult. C.de indict. viduit. & l. Jul. Miſcell. toll.* juncto *d. §. quæ vero nunc ſequitur*. Qua ratione locos extantes in Pandectis, in quibus iſtiuſmodi conditionum teſtamentariis diſpoſitionibus adjectarum mentio fit, ſiquidem ad viduitatem ab alterutro conjuge indictam minime ſpectent, ex illo anteriore jure intelligendos ſentio, quales ſunt *l. quoties 22. l. cum tale 72. §. reſcriptum, cum §. ſeq. & l. avia 76. §. Titio, & l. heres meus 78. ff. de condit. & demonſt.* Sin vero ad viduitatem indictam pertineant ex lege Julia Miſcella, utpote minime dum ita ſublata, ut illa omnia prorſus reſecanda fuerint, quæ ex ea juriſconſultorum ſcriptis eſ- C ſent adſperſa, cum editus nondum eſſet hic noſter Juſtinianus Codex, in quem ſupradictæ Joſtin. novæ conſtitutiones illa abrogantes congeſtæ fuerunt. Quo certius conciliari, & componi poteſt *l. non dubium 14. ff. de leg. 3. cum d. l. quoties 22. ff. de cond. & demonſt.* ut cum in illa proponatur legatum uxori ſub ea conditione à marito fuiſſe relictum, & in caſum, quo nupſerit, rogatam eam eſſe alteri reſtituere, eo viduitatem illi etiam pœna adjecta indictam intelligamus: quo fiat, ut ſi nupſerit ea obſtante lege Julia Miſcella, non indiſtincte legatum id capere, & retinere poſſet: ſed ita demum, ſi intra annum à morte mariti juraſſet fore, ut matrimonium non alio propoſito, quam liberorum procreandorum cauſa exinde contraheret. Quod ſi hac ſacramenti præſtatione intra illud tempus minime interpoſita legatum accepiſſet, cautione de eo, ſi nupſiſſet, vel heredi, vel ei, cui roga- D ta eſſet reſtituendo præſtita (*ex d. l. Juliæ Miſcellæ præſcripto*, quæ aliter id exigi prohibebat) exinde nupſiſſet, legatum reſtituere cogeretur, jux. *d. l. non dubium*. Cum ſecus obtineat aliis caſibus, quibus illi, vel quæ antea non nupſerit, vel cui cum nupſerit, ab alio quam marito ſub illa conditione relictum aliquid fuerit: Tunc enim ex eo quod illa omnia, quæ nuptiis impedimentum adferunt, à lege rejiciuntur, plane pro non adjecta habetur ea conditio, quo referenda, & ita concilianda *d. l. quoties, & d. §. reſcriptum cum ſimilibus*. Nec aliter apte locos illos invicem repugnantes conciliare poſſis, ut quidem, quæ illic in eam rem ab Accurſio, cæteriſque produntur, plane frivola ſunt, & inepta, nec eſt quod in iis refellendis pluribus immorari nos oporteat.

Et quod ſoperioribus repugnare videri poſſet *l. ſed ſi* E *hoc 61. §. ult. ff. de cond. & demonſtr.* facile componetur, ſi ſubintellexerimus in caſu primum illic propoſito conditionis, *ſi à liberis non nupſerit*, mulierem poſſe capere relictum, ac non ideo minus nubere ex illius legis Miſcellæ obſervatione jurejurando præſtito. Quod ſi ſcriptum fuerit. *Si à liberis impuberibus non nupſerit, legem locum non habere*, ait ibi Terent. *Quia* (inquit) *magis cura liberorum, quam viduitas injungeretur*. Quæ verba poſteriora aperte indicant, & locum illum ad eam legem plane eſſe referendum, ut reliquos conſimiles conditionem, qua viduitas indicta videatur, à cæteris conditionibus nuptiarum libertati obſtantibus ſecernentes, cum

A nulla alia lege, quam Julia Miſcella diſtinctio illa tradita uſquam comperiatur, & noluiſſe legem ullum omnino nuptiis impedimentum injici: Alioqui pro non ſcripto id haberi, ſed ita ſi inde perpetuum ſit futurum illud impedimentum, ſive directo, ſive oblique, & quoquo modo adſcribatur, ac per conſequens, ſi liberorum curæ ratione, & prætextu id adjectum dici poſſit, ut in priore exemplo *d. §. ult.* Secus ſi ad tempus aliquod certum duntaxat id ex cauſa aliqua non improbata adſcriptum fuiſſe appareat, ut in poſteriore exemplo *d. §. ult.* ad tempus pubertatis liberorum, quorum in illa infirmiore ætate matrem eo majorem curam habituram optima ratione ſperaverit, quo alterius mariti conjugio non eſſet adſtricta, ut ſupra dictum eſt. Conſimiles autem illi ſuperiori ſunt loci, io duabus legibus illum *§. ult.* ſub ſequen- B tibus quippe *l.62. & l.63. præd. tit.* Ac licet tres illæ leges ibi referantur, ſumtæ ex Terentii, & Caji commentariis ad legem Juliam, & Papiam; cum tamen neutrum illorum commentarios nominatim ad legem Juliam, & Papiam ſcripſiſſe proditum ſit, ſed ſimpliciter tantum *Ad leges*, illum viginti libros: hunc vero quinque, & decem, ut Pandectarum Florentinarum initio præfixum eſt, verius crediderim illis commentariis non de Julia, & Papia tantum eos ſcripſiſſe, ſed & Julia Miſcella, & ejuſdem argumenti aliis. Itaque nihil moror illarum legum, & ſimilium epigraphen, quod cum cujuſque Juriſconſultorum illorum duorum commentarii, ex quibus leges illæ ductæ ſunt, inſcriptionem iſtam generalem præfixam haberent *Ad leges* (ut nominatim probatur ex utriuſque voluminum catalogo initio Pandectarum Florent extante) cum C tamen in plures libros eſſent diſtributi; quippe illius in 20. hujus vero in 15. libros (ut patet prædicto catalogo) quorum prioribus de legibus Julia, & Papia ageretur: quin & propterea iidem priores ad legem Juliam, & Papiam idcirco ſpecialius inſcriberentur, tametſi & in iis mixtim, & legis Juliæ Miſcellæ ſæpius mentio fieret, inde epigraphe legum multarum ex his ductarum propoſita ſic ſpecialius fuerit, ad legem Juliam, & Papiam, ac nonnunquam ſola illa generalis. Comprobatur & eo, quod cum in prædicto catalogo, nec Ulpianus nec Paulus proponantur. ſpecialiter commentarios ſcripſiſſe ad legem Juliam, & Papiam, ſed tantum ad leges ille libros 20. hic vero 10. tamen in finitis locis, quaſi ex eorum libria ad legem Juliam, & Papiam ductæ leges inſcribantur.

ANTONIUS MERCATOR.

D CUm jam ſuperiore capite legem Juliam Miſcellam feciſſes poſteriorem, & aliam à lege Julia, & Papia, hoc quia refellebat Clemeos *l. 62. §. ult. de cond. & dem.* quæ eſt ad legem Juliam, & Papiam, qui ex Juliano etiam ad viduitatem injunctam à marito eam legem pertinere docet, qua de re tu ſolus contendis fuiſſe Miſcellam quaſi legem quandam propriam, non etiam ad curam injunctam liberorum impuberum, ſicut ad legem Æliam Sentiam, quæ à patrono vetat injungi viduitatem, idem auctor ex eodem Juliano conjuncta, ut opinor ſcriptora ſcripſit non pertinere curam, quæ injungitur liberorum impuberum, *l. pen. qui, & à quibus man.* hoc, inquam, quia refellebat epigraphe d. l. 62. ut effugias quid comminiſceris? Hanc ſcilicet epigraphen ad E legem Juliam, & Papiam, non eſſe ſpectandam, & magis illi adhærendum ad leges, quæ eſt in indice Digeſtorum, quaſi ſcilicet mens hujus, & illius non ſit eadem: hoc, ut quoquomodo efficias, quid ais? Legem Juliam Miſcellam, quam ab his diverſam facis comprehendi ſub ea inſcriptione, *Ad leges*, quod falſum eſſe coarguit, *l. ult. de reg. Cat.* quæ novas leges appellat non alias quam legem Juliam, & Papiam, quæ non à die mortis, ut regula Catoniana, ſed ex apertis tabulis diem legatorum cedere jubet. Hac vero ratione non animadvertis te damnare innumeras inſcriptiones legum explanatius ita conceptas. Ad legem Juliam, & Papiam, quam, Ad leges conciſius in Indice, qui hoc animadvertit ſi vis ſcire,

quid

quid de te ſentiat, parcam tibi, pudet dicere, & rumor A forte jam ad te pertulit. Eandem vero eſſe legem Juliam quæ Papiæ jungitur, & eam, quæ Miſcella appellatur, etiam argumentum præſtat τὸ πλάτος Digeſtorum antiquiſſimum, cujus auctor eſt Dorotheus *l. ult. de ſtatul.* qua dicitur ex lege nubente muliere, cui ſervus legatus liber eſſe juſſus erat cum illa nuberet liberum fieri, quia ſcilicet potior eſt legato libertas, *l. Titio uſusfr. §. ult. de cond. & dem.* nam Dorotheus eam nupſiſſe dicit ex lege Julia Miſcella. Ulpianus detracta appellatione Miſcellæ hoc tribuit Juliæ lib. Reg. illo loco: *Qui quæve neutri legi paruerit*, id eſt, qui neque contraxerit nuptias, neque liberos procreaverit, quod perinde eſt ac ſi diceret, qui legi Juliæ, & Papiæ non paruerit, de qua dixit paulo prius: ergo nun eſt alia lex Julia Miſcella quam Julia, & Papia: ſicut nec alia lex Julia caducaria B quam Julia, & Papia, appellationes variæ ſunt ejuſdem legis, variorum capitum indices, non variæ, aut diverſæ leges. Et Miſcellam appellationem eſſe, ut dixi, neceſſe eſt, cum non poſſit eſſe legis proprium nomen.

Probaremus autem libenter rationem, qua hoc capite componis diſſidium, quod eſſe videtur inter *l. 14. de leg. 3. & l. 22. de cond. & dem.* ſi qua ejus extaret ratio. At, ut ille ait, cujus ratio non extat, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Nullam extare ita demonſtro. In l. 14. inquis, vir uxori legavit ſub condicione ſi non nupſerit, & sub contraria condicione ſi nupſerit eundem fundum ab ea per fideicommiſſum reliquit. In l. 22. extraneus mulieri legavit, &c. hoc caſu fideicommiſſo mulierem non teneri, quia ſtatim condicio habetur pro non ſcripta, illo caſu uxorem teneri, quia condicio non ſta- C tim habetur pro non ſcripta, ſed ita demum ſi ex lege Julia Miſcella juraverit uxor, vel cautionem Mucianam præſtiterit. Excutiamus ſingula. In l. 14. vir uxori fundum legavit ſub condicione ſi non nupſerit, fateor, & ſub contraria condicione ſi nupſerit eundem fundum ab ea alii per fideic. reliquit, hoc nego; quoniam lex ſimpliciter ponit uxorem fuiſſe rogatam alii reſtituere legatum: purum igitur fuit fideicommiſſum, non condicionale. Verum ſi legatum ceperit intra annum, vel poſt annum contractis nuptiis ex lege Julia Miſcella, quamvis id ceperit beneficio legis, non ex judicio defuncti, *l. mulieri, de cond. & dem.* tamen fideicommiſſo obſtringitur, ut eum quoque, cui condicio jurisjurandi remittitur, quamvis non veniat ex judicio defuncti, *l. 1. §. ad eos, ad l. Fal.* ſubjicit d. l. 14. fideicommiſſariis teneri. D At in l. 22. ſub contraria condicione video, & fateor relictum eſſe fideicommiſſum, atque ideo nubentem mulierem non obſtringi fideicommiſſo, ne per fideicommiſſum illudatur legi Juliæ: relictum autem eſſe à muliere extranea, hoc nego, cum eadem ratio evitandæ fraudis obtineat etiam in uxore, & qui modus uxori datus eſt ad capiendum legatum relictum ſub condicione viduitatis, idem etiam ſit datus cuilibet mulieri lege Julia Miſcella, ut docui capite ſuperiore. Proinde ſive uxori, ſive extraneæ mulieri ſub ea condicione legatum relinquatur, ex ea lege condicio remittitur, non quidem ſtatim, ſed ita demum ſi juraverit, vel caverit, ut lege perſcriptum eſt intra annum, vel poſt annum.

Quod autem l. 22. adjungis *l. 72. §. reſcriptum, eod. tit.* etiam improbamus: nam neque ullus in ea lege eſt *§. reſcriptum*, neque ullus, qui eadem de re loquatur. E

JOHANNES ROBERTUS.

Rurſus ſub incudem revocat conjecturarum Mercator, quod pertinacius ab illo aſſertum refutavimus, Juliam Miſcellam non eſſe legis proprium nomen, & non eſſe aliam legem Juliam Miſcellam, quam Juliam Papiam, ſicq; ipſummet arguit Juſtinianum, quem id diſertis verbis tradentem docui ſuperiore capite me fuiſſe ſubſecutum. At hoc (inquit) refellitur ex Clemente *in l. ſed ſi hac 6. §. ult. ff. de cond. & dem.* cum eam legem ex ejuſdem Clementis commentariis ad legem Juliam & Papiam deſumptam teſtetur ejus epigraphe, & tamen ejuſdem legis §. ultimus non ad aliam, quam legem Juliam Miſcellam ſit referendus; quod etiam comprobetur *l. Titio uſusfructus 45. §. ult. ff. de condit. & demonſtr.* juncta illi Dorothei Græci autoris interpretatione, quod illic dicitur, ad legem Miſcellam nominatim referentis. Quo illius *l. 6.* inſcriptio qui accipienda ſit, & cum Indice operi Florentinarum Pandectarum præfixo componenda, ſatis ſuperque explicui. Ex quibus facile dilui poteſt, quod pari levitate objectat ex Dorotheo *in d. l. Titio, §. ult.* Et quod *in l. ult. ff. de regul. Caton.* leges novas non alias appellari ait, quam Juliam, & Papiam, id non ego ſolus illi minime concedo, atq; etiam, ſi juxta ſuperiorem illam falſam ejus ſententiam concederem, parum ſententiæ noſtræ obeſſet.

Jam vero expendamus quanto acumine illud convellere conetur, quo componimus diſſidium Caji *in l. non dubium 14. in pr. ff. de leg. 3. & Juliani in l. quoties 22. ff. de cond. & demonſtr.* Admittit à Cajo proponi legatum ſub conditione ſi non nupſerit relictum fuiſſe, quia id Cajus nominatim expreſſerit: fideicommiſſum autem ſub conditione ab uxore relictum negat, quia ab eo non fuerit id expreſſum, quod fideicommiſſum illic purum eſſe contendit, non conditionale, cum apud Julianum legato ſub conditione, & fideicommiſſo ſub contraria conditione relicto, utrumque conditionale ſit: at ego utrobique fideicommiſſum conditionale eſſe aſſumam, ut quidem eſſe (velit nolit) fateatur neceſſe eſt. Nam alioqui ſi purum fideicommiſſum eſſe proponeret Cajus, quorſum interpretaretur cum ita reſpondiſſe, uxorem cogendam eſſe, *ſi nupſerit, reſtituere*? cum ſiquidem purum eſſet, nihil obſtaret quominus, quoquomodo ea legatum conſecuta fuerit, tam ſi non nupſerit, reſtituere cogenda ſit, quam ſi nupſerit: ſiquidem (ut & ille admittit) quomodocunque, hoc eſt, etiamſi ex beneficio legis, non etiam judicio defuncti capiat, eo obſtringatur ad fideicommiſſum præſtandum, non ſecus quam ille, cui jurisjurandi conditio remittitur, ut idem Cajus ſubjecit *in d. l. non dubium, verſ. heres quoque, & l. 1. §. ad eos, ff. ad leg. Falcid.* Deinde vero ut nulla omnino conditionis mentio in fideicommiſſo facta ſit, qui fieri poteſt, ut eum, cui aliquid ſub conditione legatum fuerit, aliter ejuſdem rei alteri reſtituendæ fideicommiſſo efficaciter obſtrictum intelligamus, quam, vel ſub eadem quaſi, & in fideicommiſſo tacite repetita, vel ſub contraria conditione? cum non aliter fideicommiſſo locus eſſe poſſit, quam ſi, vel ipſamet legati conditio extiterit (ſiquidem ab eo, qui nihil ex teſtamento, vel mortis cauſa donatione conſequatur, fideicommiſſum inutiliter relinqueretur, *l. ab eo. C. de fideic. l. cum quidam, C. de leg.*) vel contraria, ut quidem in conſimili prorſus ſpecie, quemadmodum Julian. ita & Cajum aſſumere perſpicue patet. Quod ſi hæc ita non habent, nec eo recte ex ſententia mea componitur diſſidium illud, cur non reprehenſor aptius aliquid affert? Nihil enim hic aliud attexit, quam quod cum illud negaſſet, poſtea & hoc alterum negat (quod ego nunquam neq; ſcripſi, neq; cogitavi) relictum eſſe à muliere extranea apud Julianum, ab extranea quidem muliere ſcripſi relictum, ex eo quod antea explicueram, legem Juliam Miſcellam non pertinere ad illa, quæ mulieri ab alio quam marito relicta ſint, in quam rem, atque ad illius noſtræ interpretationis, *d. l. quoties*, comprobationem, aptiſſime citavi *l. cum tale 72. §. reſcriptum, cum §. ſeq. ff. de condit. & demonſtr.* Et quod contendit *in d. l. cum tale*, nullum eſſe *§. reſcriptum*, ac neque ullum alium §. qui de ea re loquatur, certe illud prius ex Florentino exemplari dici poteſt, in quo aptius verba hæc, *reſcriptum eſt*, præcedenti §. adjunguntur, & qui in vulgatis exemplaribus ab his verbis initium ducit, *Reſcriptum eſt ſi arbitratu*, in Florent. incipit. *Si arbitratu*. Pollerius vero quod addit, falſum eſt: nam & ille, vel §. reſcriptum, vel §. ſi arbitratu, & ſequens, ea de re loquuntur, & ſententiæ noſtræ conveniunt, *d. l. quoties 22.*

An

Digitized by Google

An, & quatenus cum in materia erratur ſubſiſtat emptio; & de Cedrinis menſis adnotata quædam.

CAP. IV.

JOHANNES ROBERTUS.

QUI locus ita ex Paulo cum negatione refertur in vulgatis, & receptis exemplaribus, atque etiam Norico: *Quamvis ſupra diximus, cum in corpore conſentiamus, de qualitate autem diſſentiamur, emptionem non eſſe, tamen venditor teneri, debet*, &c. in Florentino exemplari, detracta negatione legitur. Quam lectionem eſt qui hac ratione magis probet, quod in ea quæſtione, an cum in corpus ejus, quod venditur, conſenſum eſt, in ſubſtantia veru, ſive materia error intervenit, eo vitietur emptio, nunquam inter ICtos convenerit, ut quidem in ea ſententia fuiſſe Marcellum, ob errorem in materia emptionem minime vitiari, quem tamen in eo nominatim reprehendat Ulpian. patet *l. in venditionib. 9. ff. de contr. empt. & vend.* Quam Marcelli ſententiam ſubſecutum interpretatur Martianum *in l. Labeo libris 45. D. de contrab. empt.* Ex quo colligit, mirum videri non debere, ſi in eo, & Paulus quoque ab Ulp. diſſenſerit *in d. §. quamvis*: Sed enim huic ejus interpretationi illud aperte repugnat, quod illi prædictæ *l. in venditionibus*, quæ Ulpiani eſt, proxime ac conjunctim ſubjicitur ex eodem Paulo *l. aliter* 10. cujus contextu, & argumento patet hac in re idem omnino cum Ulpian. in ea quæſtione ſenſiſſe Paulum. Quo fit, ut mihi verior videatur illa lectio recepta, quæ negotiationem habet, quamque etiam ſecutum Accurſium fuiſſe illic patet ex ejus gloſſemate. Tum quia, ut dixi, ejus ſententiæ Paulum fuiſſe liqueat *ex d. l. aliter*. Ad quam & illa quæcunque in eam ſententiam à Paulo dicta ſubnotantur *in d. §. quamvis*, referenda videntur: Tum etiam quod quæ ſubſequuntur *in d. §. quamvis*, aptius illi lectioni conveniant: quippe, & quod cum dixiſſet emptionem non eſſe, ſubjiciat, *tamen venditor teneri debet, quanti intereſt, &c.* Ut itidem & Modeſt. *in l. qui officii 62. ff. de contr. empt. Licet* (inquit) *emptio non teneat, ex empto tamen adverſus venditorem*, &c. Et quod exemplum poſtea proponit menſarum emptarum, quaſi citreæ eſſent, tum alterius qualitatis, ſive materia exiſterent (ſic enim iſtiusmodi qualitates ſubſtantiæ innatæ, idem in jure, quod ſubſtantiam, & materiam ſignificare intelligimus, non autem alias accidentales) Nam errore ita in qualitate, ſive materia interveniente emptionem vitiari conſtat, *d. l. in venditionib. 9. l. alioquin 11. & l. quid tamen, 14. ff. de contrab. empt. l. ſi in qualitate 23. & l. ſi fundo vendito 35. ff. de action. empt.* Atque ut hoc caſu intelligamus non ſecus Paulum, quam Ulpianum ſenſiſſe, ideo tunc plane nullam eſſe venditionem: quia tamen non tantum venditionem, ſed & alios contractus, in quibus iſtiusmodi error intervenerit, eatenus ſubſiſtere interpretamur, quatenus ejus, qui eo errore læditur, expedit ut ſubſiſtant, poſſet & ejuſdem loci ſententia negatione detracta aliquo modo conſtare. Sic autem tunc contractum venditionis ſubſiſtere dici poſſe interpretamur, ut cum venditor ignorans orichalcum pro auro vendidit, in hoc teneat venditio, ut cogatur aurum quod vendiderit, præſtare, *l. Labeo 45. in fin. ff. de contrab. empt.* Atqui cum orichalcum non aliud ſit, quam æs, quod in montibus effoditur, unde nomen habet (tametſi aurichalcum vitioſe, & contra compoſitorum analogiam ſcribi invaluerit, ab eo forte, quod id alio ære præſtantius, aurum colore magis referat) diverſæ omnino materiæ, & qualitatis ab auro id eſſe conſtat, *l. 4. in princ. ff. de leg. 1. l. 1. circa fi. & l. ſi quir in pignore 76. ff. de pignor. action. l. cum ær 20. ff. de furt.* Nec ſecus id quam aliis caſibus, quibus cum itidem dicatur nulla eſſe venditio, *l. hanc legem 22. cum. l. ſeq. & l. qui officii 62. ff. de contrab. empt.* aliis tamen non ideo minus ſubſiſtere dicitur, *l. 4. & 12. l. veri 70. ff. de contraben. empt. l. juſto 44. in princ. ff. de uſucap.* Sic igitur & in ſpecie *d. §. quamvir*, intelligimus, emptoris tantum contemplatinne non ſubſiſtere contractum, quod is cogi nequeat re accepta pretium conventum ſolvere, aut jam ſolutum venditori relinquere. Secus aurem ex parte venditoris, cujus reſpectu ſubſiſtere intelligitur venditio, in hoc ut qualem vendidit, præſtet, aut id quod intereſt, *§. ult. de empt. in Inſtit. d. l. Labeo, in fi.* comprobatur *arg. l. ſed Celſus, §. ult. verſ. nec conturbari, ff. de contrab. empt.* in quam ſententiam diſcedit Accurſ. *in d. §. quamvis*. Sic quandoque nullum eſſe contractum conſtat in præjudicium unius, non autem alterius. Quo pertinent & illi caſus, quibus contractus ex unu tantum latere conſtare dicuntur, *l. Julianus 13. §. ſi quis à pupillo, ff. de action. empt. l. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quis in fraud. patr. d. verſ. nec conturbari, d. §. ult. de empt. & vend. in Inſtit.* Quod autem in venditore ſecus obtinere diximus, quam in emptore, ad eos tantum caſus referimus, quibus emptor illo errore qualitatis læſus eſt. Secus enim converſa ſpecie, nimirum in qua venditor eo errore læſus proponeretur. Nam tunc idem venditori tribuendum eſſet, quod emptori competere diximus: puta in eo, quod ita à Cicer. proponitur lib. 3. Officio. *Si quis* (inquit) *dum aurum vendit, orichalcum ſe putet vendere, indicetne ei vir bonus aurum illud eſſe*. Quo ſignificat, ſi judicaverit, aliterve id cognoverit venditor, quaſi nulla exiſtente venditione, aurum ab eo poſſe repeti: ut quidem nobis aptior illa lectio videtur, quæ negationem habet *in d. §. quamvis*. In quo conſimilis error in materia proponitur, quippe menſuram, quæ quaſi citreæ emerentur, quas antiquis in pretio magno fuiſſe id arguit, ut & quod Cicer. 6. in Verrem actione, Verri objicit, eum maximam, & pulcherrimam citream menſam à Q. Luctadio omnibus ſcientibus Lilybæi abſtuliſſe. Cujuſmodi menſæ, & ſola quoque Citri appellatione duobus locis à Martiale ſignificantur, & precioſæ ſupellectili annumerantur, lib. 9. in Mamurram.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

Idem lib. 10. de Erote:

Plorat Eros quotier maculoſæ pocula myrrhæ
Inſpicit, aut pueros, nobiliuſve citrum.

Fuiſſe & majore quoque in pretio Cedrinas menſas, ex Cedro arbore factas, illud arguere videtur, quod earum ob pretium inſaniam viris margaritas exprobrantibus fœminas regerere ſolitas teſtatur Plinius cap. 15. lib. 13. natur. hiſtor. Quod caput cum & de Cedrinis menſis ſit inſcriptum, & de Cedro arbore, ex quibus fierent, in eo nominatim loquatur, nec in eo varient exemplaria ulla, miror quid obſervaturi in mentem venerit, ut in illius capitis inſcriptione legendum contendat de Citreis menſis: & ubi legitur, Cedrus, reponendum eſſe Citrus, credo ne non & alios quam juris noſtri autores temerare auſus diceretur. Id vero abſurdius etiam eo eſt, præter id, quod Cedrinarum menſarum pretium plane ignoraſſe videtur, quod ejus locis verba alia, apertiſſime ejus correctioni repugnent. Nam præter id, quod ibi Plinius Cedrum nominaſſet, explicat diſerte de ea ſe arbore loqui, quæ Cupreſſu fœminæ ſit ſimilis, folio, odore, & caudice. Atque cum in his tribus maxima ſit Cedri cum Cupreſſo ſimilitudo, ea certe Citri cum Cupreſſo nulla eſt, atque imprimis quoad folia, vix poteſt inter arbores ullas diſſimilitudo major reperiri. Sic & Vitru. *cap. 19. lib. 2. de architect.* de illis Cedri arboribus loquens. *Arbores* (inquit) *ſunt ſimiles Cupreſſeæ foliaturæ*. Quod ita emendandum cenſuiſſe G. Philandrum comperio, *Arboris folia Cedri ſunt Cupreſſinir ſimilia:* nec ejus, quod ille ſe ex Philandri ſententia locum illum Plinii emendare ait, veſtigium ullum ibi extat apud Philandrum: tametſi is de Cedro illic plura congerat, Citri autem mentionem nullam faciat. Quo fit, ut niſi alio loco id à Philandro proditum probari poteſt, falſo prætenta in apertiſſimo mendo ipſius autoritate falſi accuſaturus ſit Philander.

Digitized by Google

ANTONIUS MERCATOR.

IN eum, qui in *l. ſi ſterilis*, *§. quamvis*, *de act. emp.* probat magis Flor. quam vulgarem ſcripturam, tela accipis ab obſervatore, & immemor ingratuſque ei mox inſultas, quod probaverit emendationem Philandri in lemmate totoque contextu cap. 15. Plinii 13. imo quod falſo, ut ais, ejus emendationis Philandrum fecerit auctorem: at diſce hoc Philandrum ſcribere in Vitruvii cap. 3. lib. 8. & Obſervatorem, qui noverit neminem eſſe, qui neſciat nunquam ignorantiæ pudore mentiri, neque vero ullum tale mendacium in ejus operibus inveniri poſſe. Quod ſi Philandro fidem derogas, diſce & derogare te ipſi Plinio, qui eidem capiti libro primo hunc titulum adſcribit: De Atlanticis arboribus, & citreis, ut vulgo eſt expreſſum, & ut in manuſcriptis legi: De citrea arbore: De citreis menſis. Imo & illo capite libri manuſcripti habent: Plurima arbor citrei, & menſarum inſania. Laudatiſſimum dedit citrum: quam ſcripturam in eo c. locus de menſa Ciceronis collatus cum Tertulliani, qui cam menſam orbem citri appellat lib. de pallio, quod tibi non libuit attendere, aperte confirmat: nec foliaturæ cupreſſi cum cedro, non citro, ut ſupples de tuo, ſimilitudo quidquam facit: nec enim cupreſſo dicitur ſimpliciter ſupradicto c. ſimilia folia citrus habere, ſed cupreſſo ſylveſtri ac fœminæ, non domeſticæ, non mari, & poſſit omnium ſimilis foliatura eſſe.

Et hæc dum tractas etiam es valde ſuavis, cum de cedro apud Vitruvium illum locum, Arbores autem ejus ſunt ſimiles cupreſſeæ foliaturæ, ita Philandrum emendare ſcribis: Arboris folia cedri ſunt cupreſſinis ſimilia: nam Philander emendat tantum arboris pro arbores: perſpicue. Cætera ponit pro interpretatione: Folia, inquit, ſunt cupreſſinis ſimilia, verbo, inquit, ſatis demonſtrans ſe interpretari illa Vitruvii: Arboris ejus ſunt ſimiles cupreſſeæ foliaturæ.

Etiam es valde ſuavis eodem capite cum aurichalcum ſcribis ſcribi vitioſe pro orichalcum: quæ ars, quæve facultas te hujus rei arbitrum fecit? aut nulla ſane, aut litoratura. Hujus nun eſſe te compotem ſatis nimiumque ſtylus tuus prodit, & penuria, quæ ut fertur te coegit à pædagogo tuorum nepotum emendicare harum animadverſionum προσφώνησιν καὶ κολοφῶνας, in quibus tamen quot periodi tot barbariſmi. Et ut non es hujus artis compos, ita non debuiſti hujus rei ſuſcipere arbitrium. Aurichalchum dixere auctores noſtri, maxime non quod eſſet ex auro, & ære mixtum: nam hoc ſi exiſtimaſſent, venditionem aurichalci pro auro valere dixiſſent, quia auri aliquid haberet, *l. 14. de contr. emp.* ſed æs quod auri colorem, & ſplendorem haberet, quodve auro ſimile eſſet, quod longo jam tempore non reperiri effœta tellure Plinius ait 34. Sed ex eo ſcilicet reſtabant tamen ſpecies, aut maſſæ, & fragmenta plura, & in d. l. 14. & l. 9. cod. ſi æs pro auro veneat .i. ſi aurichalcum, quod auro ſimile eſt, ut ſimiliter d. l. 9. ſubjicit de plumbo, vel ſtanno, quod argento ſimile eſt, & pro argento veniit. Æs igitur pro aurichalco Ulpianus in ſupradictis legibus atque etiam alibi poſuit, ut & Lucretius 5. qui æs auro olim ſcribit fuiſſe pretioſius, quod idem de aurichalco alii auctores. Ruſtici orichalcum dicebant, ut orum, aurum, & oratam, auratam.

JOHANNES ROBERTUS.

TAntum abeſt, ut quod oblatrator noſter exprobrat in explicatione *l. ſi ſterilis*, *§. quamvis*, *ff. de act. empt.* tela ab eo acceperim, ut cum ille Florent. exemplaris, ad prædict. §. lectionem comprobarit, ego contra reprobarim, atque iis rationibus id, quæ ipſius interpretationi plane adverſæ ſint: Sicque illud improbans, quod ille inſcriptionem *c. 15. lib. 13. natur. hiſtor. Plin.* emendandam cenſuerat, & quo loco in ea legitur, *cedrinis menſis*, aſſeruerat legendum eſſe, *citreis menſis*, & in contextu capitis quo loco legitur, *cedri*, legendum eſſe *citri*, atque quod toto illo capite de cedro nominatim dicta, contendit intelligenda eſſe de citro, ut & G. Philandrum referebat emendaſſe in Annotationibus ſuis ad Vitruvium. Scripſeram quidem illi emendationi, ſive ipſius tantum eſſet, ſive etiam Philandri, repugnare, & verba Plinii in eodem capite, & Vitruvium ipſum, c. *9. lib. 2. de Architect. Plinii*, in eo, quod ibidem arbores, quas in omnibus exemplaribus cedros nominarat, vel (ut nomen demas (de quibus locutus erat, nominatim ait ſimiles eſſe cupreſſo fœminæ ſylveſtri, folio, odore, caudice: Vitruvii vero, in eo, quod prædicto capite de cedro loquens dicat (ut habent exemplaria vetuſta) *arbores autem ejus ſunt ſimiles cupreſſeæ foliaturæ*. Quo loco pro *arbores*, idem Philander legendum eſſe cenſet, *arboris*, ut planius intelligat, folia cedri ſunt cupreſſinis ſimilia. Et hæc poſtrema verba (quæ Vitruvii non ſunt, ſed Philandri) quod Typographus in Animadverſionibus meis majuſculis characteribus imprudentia conjunctim excuderit cum illa dictione *arboris*, chartas latratibus implet, quod tribuam Vitruvio, quæ Vitruvii non ſunt, ſed Philandri. Id vero mihi nunquam in mentem veniſſe, quis non ex his, quæ illo loco ſcripſi, aperte perſpiciat? Sic, inquam, ex eo, quod & Plinius eam arborem, qualiſcunque ſit, de qua ibi agit, ſimilem ait eſſe cupreſſo, & foliis, & odore, & caudice, dicebam non eſſe immutandam illius capitis inſcriptionem, ſed neque immutandum ulla ex parte ejuſdem capitis contextum, quod in illis tribus maxima ſit cedri cum cupreſſo ſimilitudo, citri vero cum cupreſſo nulla. Atque iis, quæ ad extantes in exemplaribus omnibus illius Plinianæ lectionis defenſionem de cedrinarum menſarum pretio dixi, addi poſſunt plura ex Dione in Nerone, apud quem earum, quaſi maximo in pretio haberentur, ſit mentio.

Quam leve autem illud eſt, quod obtendit nugivendus, non ſimpliciter fuiſſe dictum ibi à Plinio citrum (ut vult legi) habere folia cupreſſo ſimilia, ſed cupreſſo, & ſylveſtri, & fœminæ, non etiam domeſticæ, & mari. Nam ut omnes cupreſſi ſpecies perluſtres, & exquiras, nullam invenies, cujus foliorum, & odoris non maxima ſit cum citri foliis, & odore diſſimilitudo, cum cedri foliorum, & odoris cum cupreſſi foliis, & odore ſimilitudo ſit maxima. Quod trium iſtorum collatione facile jam conſtare poteſt, quod cum in ſuburbanis Lutetiæ, atque iſtius quoque civitatis noſtræ jampridem frequentiſſimæ extent omnium generum cupreſſi abhinc nonnullis annis, & citri quoque, atque etiam cedri, tametſi rariores cedri habeantur, ac ita collata, & cedri, & cujuſvis cupreſſi planta, cernitur utraque pariter anguſtiſſima habere folia, nec in continuam latitudinem fere ullam protenſa. Quo aptius idem Vitruvius *d. c. 9.* videtur ipſis adjunxiſſe juniperum, non tantum propter facultatis affinitatem, ſed & foliaturæ ſimilitudinem, ut etiam eo adductus dici poteſt Dioſcorides, ut de iſtis quatuor plantis, cupreſſo, junipero, herba Sabina, & cedro, ſubſequentibus immediate libri primi quatuor capitibus ageret, & loco longe diſſito de citro, ſive citrio tractaret, quam & Medicam vocat, & ejus poma Medica, & Perſica, quæ etiam ſeculo ſuo cedromela Græcis, Latinis vero citria dicta fuiſſe teſtatur. Idemque citri, ſive medicæ folia, lauri, portulacæ, & nucis foliis ſimilia cum ſpinis circa foliorum ima, quales pyrus, & oxyacantha: *ἔχει δὲ*, inquit, *τὸ δένδρον τοῦτο, φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἀνδράχνης, καὶ καρύας, ἀκάνθας δὲ εἶναι ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος*. Quarum plantarum formam, quis non videt plane diſſimilem eſſe ab ea, quæ eſt cujuſvis cupreſſi? Illam ipſam citri, & lauri ſimilitudinem expreſſiſſe videtur *Virg. lib. 2. Georg.* his verſibus:

Ipſa ingens arbos, faciemque ſimillima lauro,
Et ſi non alium late jactaret odorem,
Laurus erat, folia haud ullis labentia ventis:

Quem tamen locum, & quæ præceſſiſſent, de citro intelligi non poſſe exiſtimat illic Servius, tum quod ingentem dicat arborem, at non poſſit multum creſcere citrus, tum

tum etiam, quod habeat folia lauro majora, ut quidem conſtat latiora eſſe multo, quam lauri, haud tamen longiora, quo etiam magis à foliis cujusvis cupreſſi diſtant. Cæterum eo mirum magis, quod is revocet in dubium, an de citro loquatur Virgilius, quod ibi omnino conſtet ex præcedentibus eum de medica arbore agere, cujus mali felicis triſtes ſuccos dixerat, medicam autem, & citrum arborem eandem eſſe ſcripſerint Dioſcorides c. 131. *libr.* 1. *de re medica*, & *Athenæus d. c.* 5. *lib.* 3. quibus locis iidem, & quanta ſit odoris citri gravitas, teſtantur.

Illa, inquam, & foliorum formæ, & odoris manifeſtæ diſſimilitudinis ratione adductus, ſcripſeram quidem nihil videri immutandum *in d. c.* 15. *lib.* 13. *Plinii*, nec emendationis illius, cujus ille laudaſſet Philandrum authorem, veſtigium ullum extare in ejuſdem Philandri Annotationibus in Vitruvium, *præd. c.* 9. *lib.* 1. quo imprimis loco de cedro agit Vitruvius. Sed & cum ejuſdem Philandri Annotationes legiſſem *ad c.* 3. *l.* 8. *Vitruvii*, nihil quoque de eo ibi ſcripſiſſe Philandrum compereram in ea editione ejus Annotationum, quæ eſt anni 1545. Verum cum in eo perſtare illum viderem id à Philandro *præd.* c. 3. fuiſſe proditum, fecit ea res, ut exquirem, an auctiores alias Annotationes exinde edidiſſet idem Philander in Vitruvium, ut quidem comperi edidiſſe anno 1552. in quibus *præd. c.* 3. de citro, & cedro tractans, integro fere folio auctiorem reddiderit annotationem, qua quidem vere comperi cum illam Plinii emendationem prodidiſſe, & comprobaſſe ex illius capitis inſcriptione in Indice Pliniano *ejus libr.* 1. Sed ita tamen, ut dicat tandem ſtatuendum cedri vocabulum multiplex eſſe, quia ſignificet, & eam arborem, ex qua colligitur cedria, & præterea citrum, ex qua fiebant contignationes templorum, & eam, quæ citrea mala profert, ſive medica. Quibus videatur convenire, quod & ſupra relatum eſt, Dioſcoridem ſcripſiſſe cedromela eſſe mala citrea. Et iſta quidem multiplici hujus vocabuli acceptione admiſſa, ut & cedrum pro citro, & vice verſa citrum pro cedro ſumi dicas, nihil moror, quin utraque lectio ſtare poſſit *in d. c.* & quæ vulgo extat, & quæ in indice illo Pliniano habeatur. Nam alioqui ſi propriam cedri vocabuli ſignificationem ſpectes, omnino illi convenit cum ſimilitudine cupreſſi, cum diſconveniat plurimum, ut dixi, inter cupreſſum, & citrum, de qua nihil quidquam attigit Philander, tametſi plura de his prædicto loco congerens. Sed hæc rerum naturalium ſtudioſis indagatoribus exactius dijudicanda relinquo.

In eo vero quod inde ſubjicit nugivendus, expendite majorne ejus impudentia ſit, quam inſcitia cum calumnia maxima conjuncta. Scripſeram *orichalcum* æs eſſe, quod in montibus effoditur, unde nomen habeat, tametſi *aurichalcum* vitioſe, & contra analogiam ſcribi ab eo forte invaluerit, quod id alio ære præſtantius aurum colore referat. Contra ille *aurichalcum* ſcribendum eſſe contendit, & ruſticos tantum *orichalcum* dicere. Ac cum multus ſit in eo comprobando, in quo illi præiviſſem, qui pluribus docuiſſem, id non aliud eſſe, quam æs, quod aurum colore magis referens in montibus effodiatur, ac per conſequens ex auro, & ære minime mixtum ſit, hic inclamare non puduit, quænam ars, aut facultas ejus rei me fecerit arbitrum, aliaque indigna. Sed primum ad rem, & uter noſtrum in eo aberravit, atque an ſoli ruſtici *orichalcum* dicant, & ſcribant, expendamus. Sextus Pompejus *lib.* 6. *fragm. Aurichalcum*, inquit, *orichalcum quidam putant compoſitum ex auro, & ære, ſive quod colorem habeat aureum. Orichalcum ſane dicitur, quod in montuoſis locis invenitur: mons etenim Græcis appellatur* ὄρος. Verum quia nobis cum magiſtro refractario admodum res eſt, qui & ipſum quoque Sex. Pompejum in ruſticorum numerum referre auſit, advocabimus, & Horatium, quem, velit nolit, agnoſcere cogetur *orichalchum* ſcripſiſſe, non *aurichalcum*, illo Artis Poeticæ loco, quo ait,

Tibia non ut nunc, orichalco juncta tubæq; Æmula.

Hic verendum ne medius crepet, qui nulla ratione emendatrices manus in hunc locum injicere queat, quod non ferat quantitatis ratio, ut hic *orichalci* loco *aurichalchum* reponat. At forte, & ruſticus Horatius illi erit, quem ruſtice, *aurum*, *orum*, & *auratam*, *oratam* ſcripſiſſe hic demum dicere non vereatur. Quod autem ejus, quam exercuit pædagogiæ memor, ſubjicit de pædagogo nepotum (quos vocat) meorum, cum ſatis ſuperque hoc caput excreverit, ſequentis libri initio (quo idem rurſus non minus inepte inculcat) aptius agitabitur.

Non eſſe opus negationis adjectione ad Mauritianum in l. licet 23. ff. de uſu, & uſufruct. leg.

CAP. V.

JOHANNES ROBERTUS.

ERRORES quidem pleroſque in jure ſuboriri potuiſſe agnoſco ex literarum notis, quibus Librarii ad exprimendas paucioribus characteribus dictiones uſi ſunt: ſed ita tamen, ut eo certius illos emendari poſſe ſentiam, quo nonnullorum exemplarium error aliorum diverſa lectinne revinci poteſt, nec alioqui ſibi tantum quiſque licere putet ob minimam quamque (ut jam fit) erroris ſuſpicionem, illam ſyllabarum, dictionumque contractionem, ad eam, quæ magis collibuerit ſententiam, arbitrio ſuo trahere. Illiuſmodi eſt Juliani locus in *l. licet* 23. *ff. de uſu, & uſufr. leg.* in verbis, *tunc tantum eſſe*. Sic enim legitur, non ſolum in vulgatorum, & vetuſtorum exemplarium magna parte, ſed & Florentino exemplari, cum alioqui in pleriſque aliis, & quidem vetuſtis, tam excuſſis, quam manuſcriptis legatur, *tunc tamen eſſe*. Quin & in quibus vulgatis legitur: *tunc tantum*: In margine adſcribitur alias legi: *tunc tamen*. Atqui plurimum intereſt utro modo legamus. Nam juxta illam priorem lectionem, & ſibi ipſi Julianus eodem in loco repugnaret, qui cum dixiſſet licere teſtatori ita legatum uſusfructus repetere, ut etiam poſt capitis diminutionem debeatur, hoc verbis in eam rem expreſſis à teſtatore fieri poſſe ſignificans, idque Antonini conſtitutione confirmans, poſtea ſubjiceret, tunc tantum illi conſtitutioni eſſe locum, cum in annos ſingulos relegatus ſit uſusfructus. Quod ſi ita eſſet, teſtatori minime liceret ſic legatum uſusfructus verbis expreſſis repetere, ut etiam poſt capitis diminutionem debeatur. Et præterea id apertius aliis juris locis everteretur, quibus teſtatori expreſſe in hoc uſumfructum repetere licere traditum eſt, *l. in annos ſingulos octava, ff. de ann. legat. l. tertia in princip. & l. in repetit.* 5. *in princip. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Itaque longe aptior eſt altera illa lectio, qua pro *tantum* legitur *tamen*, errore veriſimiliter ex notarum contractione creato, cum utraque dictio eodem fere modo contrahatur, nec aliud interſit, quam quod illa per literam *m*, ſic efformetur *tm̃*, hæc vero per *n*, ita *tñ*. Juxta quam poſteriorem lectionem poſterior pars illa priori apte cohæret. Nam cum in priore teſtatori illud legatum uſusfructus, in hoc ita repetere licere dixiſſet, idque Antoninum reſcripſiſſe, addit ſimul, tunc tamen ex eodem reſcripto illi conſtitutioni locum eſſe, cum in annos ſingulos relegatur uſusfructus: ſic quod expreſſa repetitione à teſtatore fieri poſſe dixerat, & abſque alia ulla expreſſione, vi uſusfructus legati in annos ſingulos concepti conſimiliter fieri indicans, non quidem tacite, ut illic Accurſ. interpretatur (quaſi & ipſe non aliter locum illum legiſſet, quam nos admittimus) verum, ut ego quidem ſentio, etiam expreſſe. Nam cum in iſtiuſmodi legato plura ſint legata, quippe primi anni purum, ſequentium annorum conditionale (quo à ſtipulatione, quæ in annos ſingulos, quæ una & perpetua ſit, iſtiuſmodi legatum diverſum eſſe dicitur in *l.* 4. *ff. de annu. leg. l. ſenatus* 35. *§. ult. ff. de mort. cau. donat. l. ſi Stichum* 16. *§. ult. ff. de verb. obligat.*) patet ipſa verborum expreſſione hoc actum: ne quod intermediis annis contingeret, ſequentibus

tibus noceret: comprob. arg. *d.l.3. in princ.* Quod ſignificaſſe videtur Ulpian. in *d.l.repeti* 5. dum dixit repeti poſſe in hoc legatum uſusfructus *qualicunque ratione*. At hæc tacita non eſt repetitio, cum legatum ipſa conceptione eam inſeſtat, ut quod non aliter vim ſuam obtinere queat: cum alioqui ea tantum tacite repetita cenſeantur, quæ nulla verborum, aut propria ſignificatione, aut vi ex ſola defuncti voluntatis conjectura, lex repetita interpretatur, ut in *l.licet Imperator 77. ff. de leg.1. l.ſervo alieno 116. §. ſi quis à primo, ff. de leg.1.* ſed tamen & ſi hæc tacite repeti intelligas, nihil oberit, quominus & id poſteriori lectioni accommodari poſſit. Quibus concludimus, non tantum nil neceſſe eſſe illi loco negationem addi (ut cuidam viſum eſt, ita addendum, ut pro iſtis verbis, *tunc tamen*, ſive illis *tunc tantum*, legamus, *nec tantum*) ſed neque locum illum id apte admittere, cum ſi ita legas, eo imperfecta reddatur oratio, in eaque ſequens aliquid deſiderari videatur.

ANTONIUS MERCATOR.

CApite quinto premis veſtigia Obſervatoris, ſed tuo pede varo, non ſuo. Nam mendum, quod is detexit ineſſe *l. licet, de uſufruct. leg.* quam tu perpetam bis iterato nomine, ut ſoles, ſine delectu deuti verba nominaque omnia, Juliano tribuis, cum ſit Junii, tu ipſe agnoſcis quidem iiſdem, quibus ille rationibus uſus, ſed id vis corrigi tuo arbitratu, non ſuo, cum illo emendante. Nec tantum, tu mavis: Tunc tamen. Videant lectores utrius judicio magis ſtandum ſit: ille ut emendat, hic eſt ſenſus. Etiam expreſſim uſumfructum repeti poſſe, ita ſcilicet ut & poſt capitis deminutionem debeatur, idque Imp. Antoninum reſcripſiſſe, uſumfructum ſcilicet non tacite tantum, ut ſi legetur in annos ſingulos, quod genus legati quis non videt eſſe tacitam non expreſſam repetitionem, ſed etiam expreſſim repeti poſſe, qui etiam eſt ſenſus *l. 3. quibus mod.uſusfr. amittit. & l.8. de annuis legat.* cum ait: Uſumfructum ſicut in annos ſingulos legari poteſt, ita & expreſſim poſſe repeti. In aliis ſcilicet cauſis pleriſque tacite, quod licet expreſſim non licere, in hac utrumque licere. Tu ut legis, hic eſt ſenſus: Licere expreſſim uſumfructum repetere, idque Imp. Antoninum reſcripſiſſe, tunc tamen cum in annos ſingulos relegaretur. In hoc ſenſu tuiſque verbis controverſia ineſt: perinde enim eſt, ac ſi diceres plane, licet expreſſim, ſed ita tamen ſi tacite relinquatur, puta in annos ſingulos, quo nihil eſt ineptius. Nihil etiam quam dicere his verbis, in annos ſingulos, expreſſim uſumfructum repeti, & adjicere hanc rationem, quam adjicis, quia hoc actum ſit, quod perinde eſt, ac ſi diceres, expreſſim repeti, quia tacite repetitur. Expreſſo enim opponitur id quod agitur *l. cum quid, de reb. cred.* vel quia addis, id agi ipſa verborum expreſſione, ſi vis id agi expreſſim, non tacito intellectu, perinde eſt, ac ſi diceres, petito principio, expreſſim repeti, quia expreſſim repetitur, aut ſi vis id quaſi expreſſim agi, quod ea verba, in annos ſingulos, eandem ſignificationem habeant, quam hæc expreſſa. Quotienſque amiſſus uſusfructus erit, eundem uſumfruct. relego, aut reſtitui volo, non ideo dici poteſt expreſſim repetitus, *l. 68. de her. inſtit.*

Quod præterea in Obſervatorem, emendationem ejus imperfectam orationem facere ais, quam facit maxime perfectam tota lex ſi legatur uno ſpiritu, in eo plane demonſtras te ſenſu vacare communi.

Itemque in eo, quod his verbis *l. 5. quib. mod. uſusfr. amit.* Repeti poteſt legatus uſusfructus amiſſus qualicumque ratione ſignificari exiſtimas, quacumque verborum conceptione repeti legatum uſusfructus poſſe, cum de amiſſo uſufructu quacunque ratione loqui eam legem plusquam manifeſtum eſt, puta capitis minutione, aut tempore, aut non utendo, aut rei mutatione, dummodo non morte, ut ſubjicit, excipiens mortem ſolam à qualicunque ratione uſusfructus amittendi.

JOHANNES ROBERTUS.

NOn hic veſtigia (ut ait) ſed jugulum me premere, cui non habeat, quod apponat, eo ſatis indicat, quod ad λεπτολογήματα confugit. In capitis noſtri inſcriptione Mauritianus citatur à me autor *l. licet 23. ff. de uſu, & uſufr. leg. qui quidem eſt Junius Mauritianus*. Contigit tamen, ut in capitis enarratione, pro Junio nominatus ſit Julianus, vel typographi, vel librarii, qui exſcripſerunt, errore. Hic quanto mugitu exclamat, ſine delectu deuti me verba nominaque omnia, qui Juliano tribuam, quod ſit Junii, cum nihil minus, quam Juliano me eam legem tribuere plane appareat ex illa capitis mei inſcriptione. Itaque dignoſcere facile potuit ſola imprudentia id contigiſſe, ut pro Junio excuderetur Julianus. Quod ſi potiora habuit, quibus leviculam negationis temere illic à ſe additа conjecturam fulciret, ea in medium proferre debuit, nec adeo levibus chartas implere, & lectorem fruſtra morari. Cum autem apertiſſime explicuerim, rejecta negatione illa, legis ſententiam, nulla ex parte immutato contextu, optime conſtare, quam appoſite illam ſententiam meam hic conjecturarum Mercator recenſet, quo pervertat, dum hunc fuiſſe ſenſum meum calumniatur, licere expreſſim uſumfructum repetere, idque Antoninum Imperatorem reſcripſiſſe, tunc tamen cum in annos ſingulos relegaretur: Deinde vero, quam ſubtiliter argutatur eo ſpectare ſcripta mea, ut dicam expreſſe tunc repeti, quia expreſſim repetatur, cum nihil iſtiuſmodi ex his, quæ ſcripſerim, colligi poſſit. Atque aut ſciens videnſque cavillari hic voluit, aut inſcite aſſumit, medium nihil eſſe inter verbis nominatim, & directo ſignificantibus expreſſum, & tacitum: nec quid in jure tacitum dicatur intelligit, cum tamen eodem illo loco ex me, qui id aperte explicuerim, diſcere potuerit, tacite repetita, aliove modo tacita in jure cenſeri, quæ nulla verborum, aut propria ſignificatione, aut vi, ex ſola defuncti voluntate conjectura lex ineſſe, aut repetita interpretetur, *ut in l. licet Imperator 77. ff. de leg. 1. l. ſervo alieno 116. §. ſi quis à primo, ff. de leg. 1. arg. l. 2. & l.4. in pr. ff. de pact. l.3. & 4. in pr. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. item quæritur 14. §. qui impleto, ff. locat. & ſimilibus*. Hinc tacitum fideicommiſſum, quod neque verbis directo id ſignificantibus, neque verborum vi apparere poſſit relictum, *l.3 ff.de probat.* juncta *l. 3. in princ. & §. 1. l. ita fidei 40. & l. cum tacitum 49. ff. de jur. fiſc.* Ex quibus facile intelligi poteſt, tacito non tantum id expreſſum opponi, quod verbis nominatim id, de quo agitur ſignificantibus ſit enunciatum, ſed & quod verborum vi, & (ut dici ſolet) conſequentia fuerit declaratum: quod poſtremum ab eo, quod tacitum in jure vocatur, plurimum differre apertiſſime teſtantur, *d.l.3. & d. l.ita, cum ſimilibus, ff. de jur. fiſc.* Imo vero, & id ipſum pro nominatim expreſſo haberi prob. *l. 2. cum l.ſeq. in princ. ff. de lib. & poſth.hered. inſt.* Hoc ipſum eſt, quod (aliter quam nugivendus referat) ſcripſi, cum expreſſa repetitione (hoc eſt, verbis id nominatim, & directo ſignificantibus) à teſtatore id fieri poſſe ibidem initio legis illius dixiſſet Mauritianus reſcripſiſſe Antoninum: tunc tamen eſſe illi conſtitutioni locum, cum in annos ſingulos uſusfructus relegaretur, quia commemoratio temporis ita repetitionem eo factam ſubinferat, ſive, ut ait Papin. repetitionis poteſtatem habeat *in l. 2. verſ. ſi non mors, ff. quib. mod. uſuſf. amit.* Adeo etiam, ut Ulpian. videri queat exiſtimaſſe, tunc expreſſius eum repetitum dici poſſe, quam ſi ita nominatim eſſet relegatus, *quoties is capite minutus erit, vel quoties amiſſus erit in l.3. in princ. ff.quib. mod. uſusfr. amitt.* Idemque illic ſtatuit iis caſibus, quibus, vel quandiu vivat, vel ad diem certum legatus ſit, ut ſi forte in ſingulos annos legatus eſt, illius duntaxat anni uſusfructus amittatur, etſi in menſes, ejus menſis, etſi in dies, ejus diei, *l.1. in fin. illo tit.* Hinc igitur diſcat conjectarius corrector, non uno modo, ſed dupliciter quid in jure expreſſum accipi. Nec iis repugnat quod dicitur in *l. ſi quis Sempronium 68. ff. de hered. inſt. & l. nonnunquam 51. D.de condit. & demonſt. 1. de leg. 2.*

& ſimi-

Digitized by Google

& ſimilibus, in quibus non reperies, quod de expreſſa voluntate dicitur, hoc eſt verbis eam directo ſignificantibus declarata, opponi tacitæ, aut cum tacita conferri, quaſi nil medium ſit, verum cum illa conferri, quæ verbis obtecta ſit, *d. l. ſi quis Sempronium, in verb. quæ ſi verbis tegantur, d.l. nonnunquam*. Eo referri poteſt *l. expreſſa* 195. *ff. de regul. jur.* atque illa ſic verbis obtecta, ut tamen ex verborum conſequentia idem, ac ſi apertioribus enunciatum eſſet, deſignent, non reperiet vocari tacita, aut quæ iſtiuſmodi ſunt tacitæ voluntati adſcribi, tametſi tunc ea minime dicantur expreſſa, quod ſubſentiens Barthol. hæc relata vocavit *in d. l. ſi quis Sempronium*, iſtis verbis inſtitutioni adjectis: Si Titius in Capitolium aſcenderit, illam conditionem ſi voluerit relatim eo exprimi docens, & quod ita relatim exprimitur, alio modo expreſſum intelligi, quam quo tacite aliquid diſpoſitioni inſit, ut in caſu poſtremæ partis illius legis. Et quidem, quæ ita per relata exprimuntur, non ſecus id quod relative infertur, ſignificare, quam ſi nominatim eſſent expreſſa, prob. *l. ait Prætor* 5. *§. ult. ff. de re judic. l.* 3. *C. de ſentent. quæ ſine cert. quant.*

Non recte addi negationem Pompon. in *l. ſtatuliberi à cæteris* 29. *in princ. ff. de ſtatulib.*

CAP. VI.

JOHANNES ROBERTUS.

STATULIBERUM intermedio conditionis, ſub qua libertas relicta eſt tempore, heredis, à quo relicta fuit, plane ſervum eſſe, traditum eſt ab Ulpian. in *l. ſtatuliberum* 9. *ff. de ſtatulib.* Unde cum interim ſervus ſit, cum à cæteris ſervis noſtris nihil pene differre ait Pompon. in *l. ſtatuliberi* 29. *in princip. ff. de ſtatulib.* Atque cum ibidem addidiſſet, propterea quoad actiones, vel ex delicto venientes, vel ex negotio geſto, vel ex contractu, ejuſdem conditionis eos eſſe, cujus cæteri ſervi ſunt, ſubjicit: *Et ideo in publicis quoque judiciis eaſdem pœnas patiuntur, quas cæteri ſervi.* At repugnat, quod à Modeſtino iidem dicuntur puniendi ut liberi, non autem ut ſervi in *l. ſtatuliber.* 14. *ff. de quæſtion. & ab Ulpiano in l. moris* 9. *§. ult. ff. de pœnis*. In quo nodo diſſolvendo laborat Accurſius, non aliud diſcrimen conſtituens, quam quod Pomponius in eo caſu loquatur, quo ſervus antequam ſtatuliber eſſet, deliquerit: in imponenda autem pœna tempus delicti attendendum ſit, non autem ferendæ ſententiæ juxta *l.* 1. *ff. de pœnis*. At Modeſtinus, & Ulpianus in illo, qui poſtquam ſtatuliber factus eſt, deliquerit. Verum cum indiſtincte leges illæ in ſtatulibero loquantur, idque tantum, quod ſervus ſtatuliber ſit, expendant, non eſt, quod alienam ab illarum legum verbis, & ſententia rationem præter rem accommodare conemur. Itaque cum nil aptius diſpiceret Obſervator, priora duo verba illa corrupta eſſe ſic conjectat, (ex Librariis uſitata literarum contractione, quæ hoc loco eos in errorem induxerit) ut legi illic malit, *ſed non in publicis, &c.* Atque id mira ſubtilitate ſolus colligit: & cum juxta receptam lectionem plana ſit ejus verſ. ſententia à ſuperioribus aptiſſime juxta ipſa verba pendens, & illis omnino cohærens, nova ſua lectione dubium relinquit, cur non in publicis quoque judiciis eaſdem pœnas patiantur, quas ſervi, ſicque graviores, quam liberi, juxt. *l. cap.* 28. *in fin. & l. in ſervorum, ff. de pœnis*. Cum publica judicia ſeverius, quam privata delicta punienda ſint, *arg. l. infamem* 7. *ff. de publ. jud. l.* 3. *C. de his, qui accuſ. poſſ. & l. qui de nomine publico, C. de accuſat.*

Itaque ſic ſentio retinendam illo loco receptam lectionem, & intelligendum, diſtingui quidem in ea quæſtione publica judicia à privatis delictis, non quidem illo, quo is exiſtimat, nempe quod non puniantur ſtatuliberi in publicis judiciis ut ſervi: ſed contra, quia in ipſis publicis puniantur ut ſervi, in privatis autem ut liberi, ut quidem eo referendam eſſe *d. l. ſtatuliber. arg.* eſt delicti dictio, qua illic uſus eſt Modeſtin. quæ ipſa privata delicta proprie ſignificat, juxta *l. quis ſit* 17. *verſ. quod ajunt, ff. de ædilit. edic. l. aliud eſt fraus* 131. *circa fin. ff. de verb. & rer. ſignific. & tit. de privat. delict. ff.* non autem judicia publica, ſive publicorum judiciorum crimina, ut quidem criminis dictionem, ad utrumque pertinere contra illius ſententiam prob. *l.* 1. *in fin. in verb. privatorum criminum, ff. de pœnis, & l.* 1. *in princ. ff. de publ. jud. l. ult. ff. de furt. & l. ult. ff. de privat. del. & tit. de extraord. crimin. ff.* & quidem id expreſſius eo probari contendo, quod cum ſtatuliber ex delictis privatis non ut ſervus, ſed ut liber puniendus ſit, nec propter hæc quæſtioni quoque ſubjici poſſit, probatur *d. l. ſtatuliber.* quæ licet de puniendo tantum ſtatulibero loquatur, ea tamen & ad quæſtionem quoque de eo ut libero, ex iiſdem delictis habendam referenda eſt, juxta *l. ex libero* 15. *ff. de quæſtion.* Alioqui omnino præter rem exiſtimanda eſſet collocata ſub illo tit. de quæſtion. cum tamen propter crimen publici judicii, puta adulterium, idem dicatur eſſe torquendus: addita ſuperiore illa ratione, quod heredis non ideo minus ſervus eſt. *T. in l. edictum* 8. *in fin. ff. de quæſt. & l. ſi poſtulaverit* 27. *ver. ſed & ſi ſervus, ff. ad l. Jul. de adulter.* prob. *arg. l.* 1. *verſ. ſed in eo, cui, in verb. libertas pure debetur, ff. ad Senatuſconſ. Syllan.* Illud etiam haud adeo ab re addi poteſt, in his, quæ publicum jus propius contingunt, poteſtatis rationem haberi non ſolere, *l. nam quod ad jus* 14. *in princ. ff. ad Senatuſc. Trebell.*

ANTONIUS MERCATOR.

UT jure, vel injuria quantum in te eſt, quod nunquam obtinebis, convellas quod docuit Obſervator eſſe legendum: *ſed non in publicis quoque judiciis*, &c. cum antea inepte bis repeteretur initiu *l.* 29. *de ſtatulib.* Et ideo & falſo quoque proderetur in publicis judiciis ſtatuliberos ut ſervos puniri, illius minime refutata ſententia in contrarium tuam veluti è tribunali quodam, quaſi ſupremus judex, cui potius ſtandum ſit, ita pronuncias, ſtatuliberos tibi videri in publicis judiciis ut ſervus eſſe puniendos, in privatis ut liberos, ſtulti judicis, ut eſt in proverbio, ſtulta ſententia, quam non animadvertiſti ſatis abundeque refellere d. l. 29. dum ait: Quod ad actiones ex delicto venientes ſtatuliberos ejuſdem conditionis eſſe, cujus cæteros ſervos. Nam delictum etiam ipſe dicis privatum delictum eſſe, non publicum, & ſic eo loco fateor delictum accipi ſpecialiter, quod alioquin generaliter accipitur pro privato, & publico, ut in definitione pœnæ tradita ab Ulpiano, & in titulo ſi adverſus delictum, vel ſpecialiter pro delicto publico tantum non privato, locis innumeris: nam genus, & de omnibus dicitur, & de ſingulis ſpeciebus: & ita in *l. ſtatuliber. de quæſtion.* ſtatuliber in delicto repertus .i. in publico delicto, quia lex eſt ex Modeſtini 8. Reg. cujus libri major pars eſt de publicis delictis, & in lib. digeſtorum 48. qui totus eſt de publicis delictis, ut qui antecedit totus eſt de privatis, ad quem eam legem ablegas cum vis accipi de privato delicto; nec interea animadvertis te ſic acceptam prorſus facere contrariam d. l. 29. quam tractas. Neque vero dices: Si in publicis judiciis ſtatuliberi ſunt puniendi ut liberi, ut ait *d. l. ſtatuliber*, ergo torquendi non ſunt: atquin hoc falſum eſt *l. edictum, §. ult. eod tit.* ergo & illud: nego enim hoc eſſe falſum, nego ſtatuliberos torqueri poſſe, cum nec ii, quibus fideicommiſſaria libertas debetur, qui ſtatuliberi locum obtinent, *l. non tantum, §. cui per fid. de fid. lib.* temere torqueri poſſint. *l. is, cui, de quæſt.* Excipio tantum crimen adulterii, in quo, ut illud jure ſingulari receptum eſt, ut ſervi torqueantur in caput domini, ita hoc ut ſtatuliberi torqueantur, quia, ut Pap. ait quodam loco, non facile tale delictum ſine miniſterio ſervorum admitti creditur: nec enim in alio crimine idem admitti uſquam invenies. Ac præterea *l. moris, §. ult. de pœnis*, cujus tu nullam rationem habes, quæ eſt de pœnis publicorum judiciorum, definit, ſtatuliberos,

ut

ut liberos eſſe puniendos. Etiam non dicas, ideo in publicis judiciis ſtatuliberos eſſe puniendos, ut ſervos, quod ſeverior ſit judiciorum publicorum exercitio. Severior quidem eſt, ſi reus teſtibus, aut argumentis quampluribus oneratur, non aliter: alioquin pleriquc innocentes durius haberentur: quod eſſet iniquiſſimum, & ita in his cauſis ſæpe mora melior, & ut alius Poeta ait: *Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt*.

Ridiculum etiam eſt, quod in extremo ejus capitis ſcribis, quod ad jus publicum attinet uon ſequi jus patriæ poteſtatis ex *l. 4. ab Treb.* quid enim ex eo inſeras, non video, niſi hoc, quod ad crimina publica attinet non ſequi jus poteſtatis. quam heres habet in ſtatuliberos: quo argumento non efficitur, ſtatuliberos in publicis judiciis puniri ut ſervos, imo puniri ut liberos. Sed & hoc quoque prave.

JOHANNES ROBERTUS.

NOn unum, aut alterum, ſed omnia hie inepta, & ridicula. Primum eo tuetur id quod uſurpato pridem more conjectaverat initio *l. ſtatuliberi 29. ff. de ſtatulib.* qun loco exemplarium omnium autoritate receptum eſt legi, *& ideo in publicis*, legendum eſſe, *ſed non in publicis*, quod ibi jam antea verba hæc, *& ideo*, eſſent adſcripta, quæ ita (ut vult) bis inepte repeterentur. Quod ſimpliciter falſum eſt: nam licet antea ibidem hac dictione uſus eſſet, *ideoq;* non tamen iſtis, & *ideo*. Atque etſi iſtis etiam uſus jam fuiſſet, cum interſtitium aliquod ſit, an propterea vitioſum adeo id habendum, ut idcirco violentas illi contextui manus injicere, ejuſque ſententiam pervertere licuerit? quaſi vero non, vel ipſum quoque Tullium, alioſque probatos authores iſtjuſmodi repetitionibus proximius uti ſæpiuſcule comperias. Deinde plane nihil ſe habere prodens, quo illud evertat, quod ſcripſi, & probavi, delicti dictionem proprie ipſa delicta privata ſignificare, id primum admittit, ſpecialiter quidem privata delicta ſignificare, ſed tamen & generaliter accipi contendit pro privato, & publico, vel ſpecialiter quoque, & pro publico tantum delicto, non privato, locis infinitis, quia genus, & de omnibus dicatur, & de ſingulis ſpeciebus. Nec ejus rationem ullam habet, quod cum altera ſpecies generis nomine contenta ſpecialem ſibi appellationem ſortita eſt, jam non amplius ſpecialiter generis nomine ſignificetur, ſed ſuo tantum illo ſpeciali: at illa, quæ ſpeciali nomine deſtituta ſolo generis nomine comprehenditur, non alia, quam generis appellatione ſpecialiter deſignari poſſit, ut patet ex cognationis generali voce, & ſpeciali agnationis, item adoptinnis, & arrogationis, *l. 4. in pr. ff. de grad. & affi. §. 1. de adopt. in Inſt.* Ut item hac in re ab illo delicti quaſi generis (ut vult) nomine ſejuncta eſt publici judicii, ſive eriminis appellatio: delictum enim publicum in jure vocari haud facile comperiet. Sed quam ſubtiliter inde eo relabitur, ut delicti dictionem ſimpliciter prolatam *in l. ſtatuliber, ff. de quæſt.* ſpecialiter illic ad publicum judicium referri arguat. Lex eſt, inquit Modeſtini 8. regul. cujus libri major pars eſt de publicis delictis (ſi major pars: ergo non ab omni parte eſt de publicis judiciis) Præterea ſub illo libro ſita eſt, inquit, qui totus eſt de publicis judiciis, ut præcedens totus deprivatis delictis. An vero Juſtinianeus ullus abſurdius argutari poteſt? & quis tractatus illos alios de quæſtionibus, de pœnis, de bonis damnatorum, & ſequentes omnes, ad publica judicia totos pertinere dixerit? atque quid prodeſt aſtute reticuiſſe illam *l. ſtatuliber* eſſe *ſub tit. de quæſt.* niſi quod veritus eſt, cum generaliter id feciſſet, etiam ſpecialiter totum illum titulum ad judicia publica referre, quam nemo non perſpicit ad crimina omnia, ſive publica, ſive privata, fuiſſe relatum? Etiam infirmius probat ſtatuliberos torqueri non poſſe publici judicii ratione, cum quod de quæſtione habenda de iis propter adulterium dicitur *in l. edictum 8. ff. de quæſt.* non exceptionis modo dictum fuerit. Nam quæ ſimpliciter, & exempli gratia ſcripta ſunt, ad alia iltiuſmodi

A omnia extendi nihil prohibet, *l. damni 30. in fin. ff. de damn. inf. l. regula 9. §. ult. ff. de jur. & fact. ignor.* Nec aptius, quod generaliter de eo dicitur, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt *in l. is, cui 19. ff. de quæſt.* ad publica etiam judicia transferri vult, in quibus nos aliud obtinere contendimus, cujus contrarium illi certius, & ſpecialius probandum fuit. Abſurdius, quod illud reprehendit à me dictum, ſeveriorem eſſe publicorum judiciorum, quam privatorum coercitionem, quia, inquit, tunc tantum ſeverior ſit, cum reus teſtibus, aut argumentis oneratur. An vero ego aliter ſcripſi, aut intellexi, eum, qui accuſatus, non etiam convictus ſit, ex iis judiciis eſſe puniendum? Quid eum tantopere hic commovit, ut vehementer adeo inſurgeret? Deinde quid eſt, quod rodat in eo, quod retuli *ex l. nam quod 14. ff. ad Senatuſc. Treb.* in
B iis, quæ ad publicum jus attinent, non ſequi jus poteſtatis (ſic enim ſcripſi, ut in Pandectis extat, non autem jus patriæ poteſtatis, ut falſo mihi tribuit) cum eo aptiſſime id quod dixi comprobetur: In iis, quæ ad jus publicum attinent, eo minorem haberi cujuſvis poteſtatis rationem, quod quæ fieri publice expedit, non debeat remorari, aut avertere ullius poteſtatis conſideratio.

Explicatio ejuſdem l. ſtatuliberi 29. §. quintus, ff. de ſtatulib.

CAP. VII.

JOHANNES ROBERTUS.

C ADEO perplexe quæſtionem à Q. Mutio agitatam refert Pomponius noſter in ſupradicta *l. ſtatuliberi 29. §. quintus, ff. de ſtatulib.* ut non abs re ſcripſiſſe nonnullis viſus ſit Alciat. imperfecta, & mutila ab eo verba Mutii referri, quorum propterea poſteriorem tantum partem explicare tentet, priorem prætermittat. Sed ex tantis tenebris quænam lux erui poſſit, excutiamus. Quæſtionem hanc ſibi propoſitam ſcribit Q. Mutius. Paterfamilias libertatem teſtamento his verbis Andronico ſervo reliquerat: *Si Andronicus ſervus meus heredi meo decem dederit, liber eſto*. Teſtatore mortuo mota à legitimo herede controverſia hereditatis ſcripto heredi aditam hereditatem poſſidenti: *Secundum eum ſententia*, inquit, *dicta erat*, *qui teſtamento ajebat ſe heredem eſſe*. *Deinde Andronicus quærebat*, *ſi ipſi heredi ſcripto decem dediſſet*, *quoniam ſecundum eum*
D *ſententia dicta eſt, futurus ne eſſet liber*, *an nihil videatur ſententia qua vicit*, *ad eam rem valere*. Hie vero cum ſubſiſtat Pomponius, nec aliter Q. Mutium propoſitæ quæſtioni reſpondiſſe referat, nimirum Mutium illud poſterius magis probaſſe intelligit: nempe quamvis heredi ſcripto, qui ſententiam obtinuerit, decem dederit Andronicus, non tamen eum liberum fore: quod forte illis verbis expreſſum fuiſſet, *quod magis eſt*, vel, *quod magis eſſe*, ſive, *quod magis ſibi placere*. Quæ in iſtis perplexe agitatis quæſtionibus uſitatiſſima veteribus Juriſconſultis fuiſſe, infiniti in jure loci teſtantur, *l. ſi ſervo 31. ejuſdem tit.* ut & his omiſſis, id ſolum, quod poſterius illud ſub interrogationis forma propoſitum eſt, hoc ab eo, qui noviſſime ita interroget, dubitanter quidem, ſed tamen magis probari arguit. Deinde ſubjicit immediate
E Pompon. juxta receptam lectionem, qua mutatio non fit illius ſummæ decem in viginti, ut fit præter rem in Florent. exemplar. aliiſque nonnullis. *Quapropter ſi decem heredi ſcripto dediſſet*, *& res contra poſſeſſorem judicata eſſet, illum in ſervitute fore*. Quæ verba cum eo ſpectare videantur, ut ſignificent, iſtud ex ſuperioribus colligi, & inferri, non tamen ut ſimpliciter id fiat, verum id iſtis ſignificetur, ea propter iſto alio caſu, quo heredi ſcripto decem data ſint ab Andron. cum non ſecundum eum, ſed contra eum hereditatem poſſidentem ſententia lata fuerit, multo minus Andronicum liberum fieri: Ac ita in utroque ſenſerit Scævola non aliter fieri liberum Andronicum, quam ſi illi decem dederit, qui & ſententiam ob-

tinue-

tinuerit, & verus heres ſit, quia alterum tantum illi ſufficere non videretur, ob id, quod licet verus heres ſit is, cui dederit, tamen ſi contra eum ſententia lata fuerit, heredis loco nullo modo ſit habendus, cum ſententia veritatis loco in jure habeatur, ſicque veritati iſta ex parte prævaleat, *l. Papinia.* 8. *§. ult. & l. eum, qui* 21. *§. ult. ff. de inoff. teſtam. l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. l. res judicata, ff. de reg. juris, l.* 1. *C. de condict. indeb.* Quod ſi cum is, cui dedit, verus heres non ſit, ſententiam tamen obtinuerit, non poſſit dici heredi dediſſe: quia qui ſemel heres extitit, deſinere non poſſit heres exiſtere, *l. & ſi ſine octava, §. ſed quod Papinian. ff. de minoribus, l. ei, qui ſolvendo* 88. *in fin. ff. de hered. inſtit. §. reſtituta. de fideicomm. hered. in Inſtitut.* ſed nec facti cauſæ ulla juris ratione infectæ reddi poſſint, *l. in bello, §. facti autem cauſæ, ff. de capt. & poſtl. reverſ.* nec jus, aut veritatem faciat ſententia *l. qui* **B** *repudiantis* 17. *in fin. ff. de inoff. teſtam. l. Julianus, ff. de condict. indeb.* Itaque illo priore caſu, quo ſententiam pro ſcripto herede latam proponit, illud magis probet, ſententiam per ſe ſolam ad hoc non valuiſſe, ut ejus ſolius vi Andronicus liber fieret: Ex quo in poſteriore inferat, in altera iſta ſpecie, in qua proponatur ſententia contra heredem ſcriptum hereditatem poſſidentem lată Andronicum ei decem dediſſe, in ſervitute fore Andronicum, ſubintelligens utrumvis illo caſu ponamus, vel ipſum ſcriptum, vel legitimum, eſſe verum heredem, non poſſe Andronicum non manere ſervum, quia quo caſu tunc ſcriptus, cui decem data ſunt verus heres exiſtat: quia is ſententia victus fuerit, tametſi injuſte, non tamen veri heredis loco habendus ſit, ſed magis legitimus, ſecundum quem pronunciatum fuerit, juxta ea, quæ dicta ſunt. **C** Ac multo minus, ſi idem juſte victus ſit, quia nec illi dediſſe proponatur, qui heres, aut vere ſit, aut ſententia declaratus fuerit. Sicque eo id omne recidit, quod diximus, hic ſignificari, ſenſiſſe Scævolam, non aliter Andronicum iſtum liberum fieri, quam ſi illi dediſſet, qui heres, & vere ſit, & talis ſententia pronunciatus fuerit. Quod tamen quoad poſterius in eo carpebat Labeo (ut idem ſubjicit Pompon.) quod hoc tantum caſu illud poſterius obtinere contenderet, quo legitimus eſſet verus heres, ac per conſequens jure ſententia adverſus ſcriptum heredem lata eſſet. Nam alioqui ſi judicis injuria victum fuiſſe ſcriptum heredem proponeremus, utpote verum heredem, non ideo quod ſententia adverſus eum lata fuerit, minus exiſtimandus ſit Andronicus paruiſſe conditioni, & ideo liber eſſe, cum ſententia illud efficere non potue- **D** rit, ut qui heres eſſet, heres eſſe deſineret, ut dictum fuit. Sed tamen verius, atque etiam veriſſimum eſſe concludit Pompon. ex eo, quod ab Ariſtone Celſo reſcriptum eſt, illo poſteriore caſu potuiſſe Andronicum illi heredi ſcripto dando, ſecundum quem ſententia dicta fuerit, conditionem implere, nulla diſtinctione adhibita, an is vere heres extiterit, an non. Cujus ſententiæ ſubobſcure hanc rationem reddit. Quod cum *lex* 12. *tabul.* inquit, *emptionis verbo omnem alienationem complexa videretur, non intereſſet, quo genere quiſque dominus fieret, & ideo hunc quoque ea lege contineri, ſecundum quem ſententia dicta eſt, & liberum futurum eum, qui ei dediſſet pecuniam.* Quibus verbis illud ſignificat, quod cum lege 12. tabul. cautum eſſet, ut ſiquidem is, cui libertas ſub conditione dandæ pecuniæ relicta eſt, ante ſolutam pecuniam ab he- **E** rede venditus fuiſſet (ut quidem ex ea 12. tabul. lege tunc vendi potuiſſe conſtat, *l. ſtatuliberos* 25. *ff. de ſtatulib.*) is ſervus eam pecuniam quandocunque poſtea emptori dando ad libertatem perveniret, juxta Ulpian. in *frag. tit. de ſtatulib.* Emptionis vocabulo quamcunque alienationem, hoc eſt, juris ſervi in alium translationem ea lege comprehendi intelligendum eſſe, ac per conſequens ab hoc ſcripto herede cum verus eſſet heres, ſententia victo, eo ſic alienatus intelligeretur ſervus, ut cum ideo legitimus heres emptoris loco eſſet: quia nihil intereſſet, quo genere quiſque in eo dominium nanciſceretur, Andronicus ei pecuniam illam, quippe decem dando, libertatem conſequatur. Quin & ſcriptum heredem, qui victus ſit

A hereditatis petitione, & cui ea pecunia prius data ſit, tametſi verum heredem, cum aliarum hereditariarum rerum reſtitutione, & hanc quoque pecuniam, quam acceperit, reſtituere cogendum eſſe. Ac ita mihi conſtare poſſe videtur illius loci explicatio, nulla ex parte immutato contextu, multoque certius, & clarius, quam ſi ex lectionis receptæ temeratoris correctione, quo loco in omnibus exemplaribus legitur, *Qui teſtamento*, legas, *Qui lege*, huic enim correctioni, ut repugnant exemplaria omnia, ita & ſubſequens verſic. *Quapropter*, quem ita non habeas, quo apte referre poſſis, ut & illud falſum eſſe plane arguit totus ille contextus, ſenſiſſe Mutium indiſtincte primo caſu, quo data fuerit pecunia illi, qui ſententiam obtinuerit, Andronicum fore liberum, ex ſuppreſſa, ut male ſomniat, Mutii ſententia: cum quatenus eam **B** ſuppreſſam volunt, in contrariam partem quæſtionis noviſſimo loco propoſitæ interrogationem vertere debeamus, *arg. l. ſi mihi, & tibi* 12. *§. in legatis, ff. de leg.* 1.

ANTONIUS MERCATOR.

IN §. 1. ejuſdem legis, hoc capite ſupprimi fateris ſententiam Q. Mucii, ſed eam, quam tu adfers, non quam ille, quem te non reſpiciens temeratorem vocas, pridem attulit, qui ſi forte tuam attuliſſet, proculdubio ſuam feciſſes tuam: verum age videamus, quam Mucio ſententiam imponas. Servum, inquis, manumiſſum ſub conditione ſi heredi 10. dederit, dando decem heredi ſcripto, qui agentem petitione hereditatis eum, qui ſe ab inteſtato heredem eſſe ajebat ſuperavit, non perve- **C** nire ad libertatem: hoccine audes imponere Q. Mucio? liberum non fieri eum, qui implevit voluntatem defuncti, qui ut defunctus voluit, condicioni paruit in perſona heredis ſcripti, heredis veri, heredis pronunciati contradicto judicio? quis, niſi deſipit mentis, hanc ſententiam tribuit, aut tribuerit unquam Q. Mucio? Etiam heredi ſcripto, cui ſit controverſia hereditatis ſolvitur recte, *l. ult. C. de pet. her.* Cur & in ejus perſona non implebitur condicio recte? & multo magis cur non ei, qui vicerit ſolvetur recte? Et ea tamen tibi ſententia data, ut dialectici loquuntur, non conceſſa, quid ex ea efficis? Scilicet multominus liberum fieri eum, qui dedit 10. heredi ſcripto, quem heres legitimus ſuperavit. Scilicet ex antecedente manifeſto falſo concluſionem veram efficis, quod dialectici ex neceſſitate negant effici poſſe: ve- **D** ra etiam per ſe illa concluſio non eſt omnimodo, ſi heredi ſcripto ſtatuliber dederit ante rem judicatam, falſa, ſi poſt rem judicatam contra heredem ſcriptum, vera. Suave eſt, quod ſubjungis: Verum heredem, qui victus eſt, non haberi pro herede, quia res judicata pro veritate habetur, & mox, falſum heredem, qui vicit, non haberi etiam pro herede: qua in re controverſaris tibi ipſi: nam poſteriore caſu heredem falſum, qui vicit non haberi pro herede nihil aliud eſt, quam rem judicatam pro veritate non haberi. At ſi priore caſu pro veritate habetur, cur non & poſteriore, vel ſi non poſteriore, cur non etiam priore? hunc locum amet, qui volet cognoſcere peritiam ratiocinandi, hoc eſt idiotiſmum tuum.

Ejuſdem generis eſt, quod ſubjicis: Verum heredem, **E** qui poſtquam heres extitit victus eſt, non deſinere eſſe heredem, quod eſt omninò falſum: nam & verus debitor ſi abſolvatur, tametſi natura non deſinit eſſe debitor, *l. 8. rem rat. hab.* deſinit tamen debere jure civili. Ergo & heres, qui non alio jure ſit heres, quam jure civili, deſinit eſſe heres, ſi pronuncietur non eſſe heres, quia res judicata pars eſt juris civilis, vel Cicerone auctore, & jus civile contrario jure civili tollitur: & ſic querela inofficioſi teſtamenti, quæ civilis actio eſt, ſi contra heredem pronuntiatum ſit, defunctus, qui jure teſtamentum fecit, teſtatus eſſe, & heres, qui adivit, heres eſſe deſinit, quia hæc ſententia jus facit, duobus tantum caſibus exceptis, qui proponuntur in *l. 14. de appel.* Item capitis deminutione maxima etiam deſinit eſſe heres, qui

ſci-

ſemel extitit, *l. ex facto*, *§. ult. de her. inſt.* & lege Julia teſtatore poſt mortem damnato perduellionis, *§. per contrarium*, *Inſtit. de her. quæ ab inteſt. def.* A

In eodem §. t. perperam te legere, ut vulgo, ſi ipſi heredi ſcripto 10. dediſſet. Flor. & τὸ πλάτος Dorothei coarguit, qui non agnoſcunt illa verba, *heredi ſcripto*. Ipſi igitur, id eſt heredi legitimo, quoniam tota lex heredem legitimum viciſſe ponit, præterquam eo loco, ſecundum eum ſententia dicta erat, qui teſtamento ajebat ſe heredem eſſe, quo Obſervator emendâvit: *Qui lege ajebat*, &c. in id compellente lege ipſa, quæ ſæpius inculcat viciſſe legitimum heredem. ſicut initio, ſi Andronicus 10. dederit, idem emendavit 20. quod & τὸ πλάτος probat, quia in ſequentibus bis erat ſcriptum 20. Hoc vero tu non obſervas, quia non cuilibet datum eſt obſervatori eſſe, non certe vacuo capiti, aut ſi quis obſervet B etiam, quid obſervet quaque ratione comprehendere nequis: quamobrem, & in his verbis enarrandis, *ſed veriſſimum*, &c. quæ ponunt nominatim legitimum heredem viciſſe, tu quaſi errans inter orcum, & ſolem ponis, viciſſe heredem ſcriptum,

JOHANNES ROBERTUS.

QUo perplexior eſt contextus, & ſententia *§. Quintus*, *in d. l. ſtatuliberi*, *ff. de ſtatulib.* eo facilius fuit conjecturarum Mercatori interpretationem meam ad calumniam rapere, neque tamen, ut id ille aliter potuerit, quam omnia falſa mihi imponendo, hoc eſt à me dicta falſo referendo. Falſum enim quod ſcribit, eam me Q. Mutio ſententiam adſcribere, qua in ſpecie illic C agitata is ſenſerit Andronicum, qui ut voluerit defunctus, heredi ſcripto, heredi vero, & quidem contradicto judicio heredi ſententia pronunciato, decem dando conditionem impleverit, non fieri liberum, cum tantum abeſt, ut tunc eum non fieri liberum ex ſententia Mutii ſcripſerim, cum is ſcripto, & vero heredi, & ſententia pronunciato, ea decem dederit, ut contra nominatim ex ſententia Q. Mutii dixerim, tunc eum non fieri liberum, cum illi ſcripto heredi dederit, qui ſententiam obtinuerit, ſi is ſcriptus verus heres non ſit. Et falſum quoque illud, quod aſſumit, probari *l. ult. C. de petit. hered.* ſcripto cui controverſia ſit hereditatis, recte ſolvi, ex quo inferat quod falſius eſt, in ejus perſona conditionem impleri recte, ut ex falſo antecedente non poteſt non illud eſſe falſum, quod conſequens eſſe vult. Nihil igitur illa, ut omnino falſa obſtare poſſunt, quin recte ſequatur quod ſubjeci, quodque ille mordaciſſime arguit, multo minus Andronicum liberum fieri, ſi ea decem dederit ſcripto heredi, non tamen vero, qui ſententia ſuperatus fuerit. Nec in eo me mihi ulla ex parte (ſat ſcio) repugnare comperiet, qui ſincere illa mea expendet. D

Et quod falſum contendit quod ſcripſi, verum heredem, qui ſententia victus ſit, non ideo deſinere eſſe heredem, in eo à juris, & civilis, & naturalis ratione alieniſſimus eſt: quippe civilis, qua qui ſemel heres extitit, nullo modo deſinere poſſit eſſe heres, *l. ei qui ſolvendo* 88. *in fin. ff. de hered. inſtit. l. ait Prætor* 8. *§. ſed quod Papin. in fin. ff. de minor*, *§. reſtituta*, *de fideicomm. hered. in Inſtit.* Naturalis, quæ facta, nulla juris civilis ratione infecta reddi poſſunt, *l. in bello*, *§. facti autem cauſæ*, *ff. de captiv. & poſtl. rever.* juncto *§. ult. de leg. agnat. tut. in Inſtit.* Nec obſtat, quod rem judicatam E partem juris civilis eſſe ait, & veritatis loco haberi. Itaque cum non alio, quam civili jure quis fiat heres, cum ſententia heres minime eſſe declaratur, eodem jure deſinat eſſe heres, non ſecus, quam verus debitor ſententia abſolutus, natura quidem debitor manet, at jure civili debitor eſſe deſinit. Imo vero nullo loco dici comperias deſinere eum debitorem eſſe, licet propter perpetuam, & peremptoriam rei judicatæ exceptionem ipſi competentem pro eo haberi exinde incipiat, qui deſierit debitor eſſe: ut nec ingenuus ſit, qui ſententia ingenuus declaratus eſt. Verum ſententia id efficit, ut ingenui loco exiſtimetur, & quod ſententia pronunciatum eſt, non idcirco ſit veritas, ſed veritatis loco accipiatur, *l. ingenuum* 25. *ff. de ſtat. homin. l. res judicata*, *ff. de reg. juris.* Ut neque eo, quod iſto jure civili alicui, ut indigno auferatur hereditas, is deſinit eſſe heres, *l. ex facto* 43. *§. Julianus*, *in pr. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Ut neque qui jure civili dictante hereditatem reſtituere cogitur, *§. reſtituta*, *de fideic. hered. in Inſtit.* Atque ut heres eſſe deſinat qui fuerit, eo ſolo fit, quod, vel teſtator in eum ſtatum devenerit, ut etiam damnata poſt mortem ejus memoria fiſco ſuccedente alium heredem habere non potuerit, juxta *§. interdum*, *verſ. per contrarium*, *de hered. quæ ab inteſtato*, *in Inſtit.* vel in ſervilem ſtatum redactus fuerit heres, *d. §. Julianus*, *in fin.* Ex quibus, & illud patet, fruſtra eum inſudare, ut verba illa, *qui lege*, loco illorum ſupponat, *qui teſtamento*, quæ in omnibus exemplaribus habentur: quæ ſi demeres deeſſet, quo referri poſſet ſequens verſ. *quapropter*, illis verbis omnino conveniens. Quo cum dici nihil queat clarius, eo vehementius eum hic angi veritatis vi preſſum, attamen contra tumidis quidem, ſed inanibus verbis renitentem, agnoſcas.

Quam late pateat vendendi emendique appellatio.

CAP. VIII.

JOHANNES ROBERTUS.

SED enim ex his, quæ proxime diximus, id forte quis argui poſſe exiſtimabit, quod illud legis 12. Tabularum generale dictum. Emptionis vocabuli alienationem omnem complectentis, anguſtius ibi ad illum caſum unum referre videamur: ut quidem, prout illo loco extat, non eo ſpectare dici poteſt, ut generaliter id definiatur, verum ut ſpeciei tantum illic propoſitæ, quæ inde explicationem aſſumit, accommodetur, comprobat id Ulpian. *in fragm. tit. de ſtatulib.* Idem in eadem plane ſpecie hoc ſenſu ſic proponens: *Statuliber*, *ſeu alienetur ab herede*, *ſive ſuſcipiatur ab aliquo*, *libertatis conditionem ſecum trahit*: deinde immediate ſubjicit, *Sub hac conditione liber eſſe juſſus ſi decem heredi dederit*, *& ſi ab herede abalienatus ſit*, *emptori dando pecuniam ad libertatem perveniet*, idque *lex* 12. *tabul. jubet*: neque tamen ut inficiari velimus, non tantum in legibus 12. tabul. verum & aliis quibuſque eam appellationem latiſſime protenſam fuiſſe: ut quidem veteres emere, pro eo generaliter dixiſſe, quod eſt ſumere, autor eſt Feſtus Pomp. in fragment. Sicque ut quocunque genere quid fieret ἐμὸν, id ego emere dicerer: ſiquidem in hoc, meum ut fieret, acciperem, ex quo & illud ſiuxerit, ut emi dicatur, quidquid alia re, quam pecunia comparatur: ut quidem pulmenta laboribus empta dixit Horatius, & voluptatem dolore emptam. Et Claudianus in Panegyrico, ſcire poteſtatem virtute emi dixiſſe viſus eſt, & Virgil. 1. Georgicorum, Tethyn empturam ſibi omnibus undis auguſtum generum: tametſi non ignorem hæc μεταφορικῶς quoque dicta. Propius vero ad rem pertinet, quod ex Homero *libr. 1. Odyſſ.* puellam aliis rebus quam pecunia emptam dici refert Paul. *in l. 1. ff. de cont. empt.* inde vero effectum, ut ſimiliter genaraliore appellatione vendere diceretur, quiſquis rem à ſe quoquo modo abalienaret, atque in alium transferret, quod quidem generalius ſit utriuſque ſignificatum. Nam alioqui ſpecialius ad eam ſolam conventionem utrunque hoc vocabulum reſtringitur, qua quid non alio, quam quod in pecunia numerata conſiſtat pretio comparatur, juxt. *d. l. 1.* juncta *l. 2. in fin. ff. de contr. empt.* *§. item pretium de empt. in Inſtit.* Sed tamen, quoniam, ut diximus, emere primum dictum eſt, quiſquis rem ſibi compararet, & acquireret, ut & vendere, quiſquis rem à ſe alienaret, & in alium transferret, quiſque iſtorum emptor, venditorque ſimul recte dici poteſt. Nam is, qui pretium dat, idcirco id agit, ut rem acquirat: qui vero rem dat, id, ut pretium ſuum faciat; ita & è converſo eorum quiſ-

Digitized by Google

quiſque id agit, ut à ſe abalienet, ille nummos, hic vero rem. Quo ſit, ut uterque illo reſpectu emere dici queat, illo vero vendere: quod alludens ſignificaſſe videtur Plautus in Trinummo illo loco, quo cum Staſimus ſervus hæc primum propoſuiſſet:

Si quis mutuum quid dederit, ſit pro proprio perditum:
Cum jam repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo:
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio,
Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum miſeris.

Paulo poſt in eandem ſententiam ſubjicit. *Nam ego talentum mutuum. Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.* Unde & hoc jure noſtro venditi actio pro empti actione, & empti actio pro venditi actione dicitur, *l. un. C. ſi ſervus ext. ſe emi mand. & l. ex conventione in fin.* juncta *gloſſ. C. de pactis*, *l. Julian.* 13. *§. ſi proc. in fin. ff. de act. empt.* ut etiam, qui venditor eſt, idem & emptor dicitur in *l. qui fundum 2. §. qui bona, ff. pro empt.* Quod tamen ex relationis natura, & vi, ideo ſic plerumque fieri ſenſit Alciat. *lib.* 5. *Paradox.* quia fieri nequeat, quin poſito uno ex duobus correlativis, ſequatur alterum, quod niſi ſimul eſſe non poſſint. Sed tamen verius, & aptius illud videtur, quod diximus.

ANTONIUS MERCATOR.

CAput eſt inſigne originatione nova emptionis, quod per eam id, quod emo fiat ἐμόν, quæ emptioni convenire non poteſt, quia emptione res non fit mea, *l. qui tibi, C. de her. vend.* nec qui mihi vendit cogitur eam facere meam, *l. 1. de rer. perm.* quamvis id agatur, ut fiat mea, *l. pen. §. ult. de cont. empt.* Et ſi vera ea originatio eſt, cœpit igitur ab origine ſua cum primum ea vox in uſum venit. Atqui tum non aptabatur ad mercium comparationem, ſed ad acceptionem ſumptionemve quamlibet, veteribus dicentibus emere, pro ſumere, nec omne, quod ſumerent ſumentibus dominii adquirendi cauſa. Ergo inſcita planeque tui capitis ea originatio eſt, aut in verbo ſumere licebit idem tibi etiam comminiſci, quaſi ſit ſuum facere, ubi & ſumere viciſſim didiceris accipi pro emere, ut apud Ciceronem: *Quanti ego non æſtimo tanti ſumpſiſti*: & Horatium: *Quæ parvo ſumi nequeunt obſonia.*

Inſigne etiam aliis pleriſque nugis, puta cum emendi verbum, ut oſtendas pertinere ad omnia genera adquiſitionum, id confirmas ex metaphoricis locutionibus, quæ ad eam rem confirmandam nihil attingunt, quas etiam miſer, & egenus ſumis ex Calepinis pontibus, ut dicitur, aſellorum. Et cum ex Homero idem, quaſi Homerus ſcilicet uſus ſit emendi verbo. Cum & verbum vendere complecti vis omne genus alienationis, id quod uno verbo ſi negavero, vincam non eſſe verum, & conſequenter nec verbo emere ſignificari omne genus adquirendi dominii: nam reciprocorum eadem eſſe debet ratio. Stultius etiam eſt, confundere venditoris, & emptoris vocabula, ita, ut invicem ſtatuas ea poſſe commutari, ut ſit unus idemque emptor rei, & venditor pretii, unus idemque emptor pretii, & venditor rei. Non dicam Paulum in *l. 1. de rer. perm.* ſcribere alium eſſe emptorem, alium venditorem, aliud pretium, aliud mercem, ſed dicam, quod latet in tuo nomine à te aucto nuper afflatu uno hæc ſcripſiſſe te bruto herentem aſino, quaſi Silenum ſcilicet, vel Anſelmum κάνθωνα ὀχούμενον. Dicam etiam in *l. qui fundum, §. qui bona, pro emp.* quam profers, non eum, qui eſt venditor hominis, emptorem dici quaſi ſit emptor pretii, ſed eum, qui emptor eſt hominis venditorem dici, quod ipſe poſtea eundem hominem alii vendiderit. Et quod Plautus ait, inimicum mihi emi, amicum vendidi, nihil prorſus ad rem attingere, quia non eundem ſimul dicit ſe emiſſe, & vendidiſſe, ſed alium emiſſe, alium vendidiſſe. Ac præterea in jure actionem ex empto dici ex vendito quandoque, & contra κατ' ἀναστροφήν, quia integra appellatio eſt, actio ex empto vendito, vel ex vendito empto, *l. multum, de her. vend. l. & ſi uno, de act. empt.* ſicut actio ex locato conducto, & ex conducto locato, *l. ult. §. 1. ad leg. Rhod.* Diſce tandem, & vel hoc te didiciſſe confitere, in cæteris, ut ſoles jam tibi uſurpatione longa quæſita licentia, quæ ab eodem didiciſti venditandi pro tuis, non abrogata, diſce emptionem tantum dici de ea, quæ ſit pretio numerato, *l. 19. §. pen. de ædil. edic.* ſed ex ſententia legum facile eam appellationem trahi ad permutationem, quæ vicina eſt emptioni, *l. 2. de rer. per.* quæ inſtar eſt emptionis, ut Valentinianus ait in *Nov. de conſ. iis, quæ adm.* &c. & facilius ad locationem conductionem, quæ iiſdem regulis juris conſtat, & ſicut emptio, & ipſa ſine pretio non conſiſtit, & nudo conſenſu perficitur, *l. 2. Locat.* & quod eſt difficilius ex eadem ſententia legum ad alios contractus aliaſve alienationes, & cauſas quaſcunque adquirendi dominii re tradita à domino, ut *l. 29. de ſtatu liber.* non quidem vi ipſius verbi, ſed ex ſententia legum, ut dixi, & interpretatione Juriſconſultorum, quibus ſolis, ut ſolent licet augere ſignificationes verborum: non ergo tibi, qui ne pilum quidem prudentiæ, aut conſilii habes: nam anteceſſorem qualem te eſſe fers in fronte harum animadverſionum ſimul ac conſiliarium regium, has inter ſe dignitates ita diſtinguimus, ut conſiliarium quidem agas ſicut tempora fluunt, anteceſſorem ludas, & anteceſſorem Aurelianum, quoniam civitas tua in monumentis, & numiſmatis antiquis Aurelianis vocatur, non Aurelia, nec Aurelium igitur, nec Aurelianenſem. Et quod ad præſens quidem caput attinet inſignitum tot maculis, vale.

Imo nondum vale: nam monendus es, regulam Ulpiani initio hujus capitis perperam à te referri, ita ſcilicet, ut in ea pro uſucapiatur, legas ſuſcipiatur, quam lectionem eſſe vitioſam docebit è obſ. 13. c. 16.

JOHANNES ROBERTUS.

NEc nova, nec mei capitis, vel originatio, vel καινοτομία in eo dici poteſt, quod cum ex Sexto Pompejo præfatus eſſem, veteres emere generaliter pro eo dixiſſe quod eſt ſumere, in his id obtinuiſſe adjeci, in quibus quocunque genere hoc ageretur ἐμὸν fieret quod acceperam, idque, & ante nos ab aliis, quippe clariſſimo eruditiſſimoque viro Franc. Connano, c. 6. l. 7. *Comment. juris*, proditum reperiet καταφρονητικῶς Mercator. Cæterum acuta admodum ratione eam impugnat, nempe, quod qui mihi rem vendit, eam non cogatur facere meam. An vero ideo minus verum eſt, quod ſcripſi, eum, qui emit, id agere, ut quod inde accipit, ſuum faciat? cum ſi id agatur ne ſuum faciat, iſtiuſmodi pactio (ut ejus ſubſtantiæ repugnans) contractum vitiet, *l. cum manu. 80. in fin. ff. de contrah. emp.* Etiam abſurdius infert: Ergo idem in verbo ſumere commiſci licebit, quaſi ſit ſuum facere, ſi id pro emere dicere concedatur. Sed nos de eo, quod à veteribus dictum ſit, & uſurpatum, locuti ſumus, non autem extenſa inde, aut coarctata alterutrius vocabuli acceptione. Verum quam id omne indicat hic illi defuiſſe, quod in potioribus obganniat, qui in leviuſculis iſtis, quæque curſim, nec ſolus, ut ait, attigi, tot verba temere effutiat.

An vero non ab omni, & juris diſciplinæ, & Latini ſermonis ratione alienius ſit, emptoris venditoriſque, atque emptionis venditioniſque ſignificationem, & appellationem, cum conductoris locatoriſque, atque conductionis locationiſque ſignificatione, & appellatione (quod facit) confundere, quam emptionis venditioniſque vocabulorum promiſcuam acceptionem apertiſſimis authoritatibus, & argumentis commonſtrare, ſynceris rerum æſtimatoribus dijudicandum relinquo: Idque ſimul, an non illud ſcurrile, ſic iterum inverſarum ab eo nominis mei literarum convitioſius in me excogitatum, gravius illum ipſum premat. Quis enim non perſpicit illum convitiorum deteſtandorum congerie contendere, me contra reipſa tantum pugnare? qui illa innumera, quibus vana conjectura ductus jus hoc noſtrum civile fœdavit, apertiſſime detegere, & repurgare ſat habeam, veritus ne acrius illi adeo *bruto aſino hærens*, & vehemen-

tius inſtanas: Doctorum, & bonorum offenſionem incurram. Itaque illud indicaſſe ſufficiet, eundem in utroque iſto toto cœlo aberrare, & quod *in l. qui fundum, §. qui bona, ff. pro empt.* (ut illud quoquomodo invertat, quod eundem, qui illic emptor, poſtea venditorem vocari ſcripſi, idem ſentientibus Accurſio, Alciato, aliiſque) ariolatur, nulla quam proferat ratione adductus, eum, qui emptor fuerat hominis, propterea venditorem poſtea dici, quod exinde alii hominem, & ipſe vendidiſſet. Et quod in loco à me citato ex Trinummo Plauti, negat eundem Staſimum ſeſe dicere, & emiſſe inimicum, & amicum vendidiſſe, ſed alium emiſſe, alium vendidiſſe: quo quid manifeſtius falſum, & ab arguta Plauti ſententia alienius, uti jam abunde explicui?

Sed illud etiam ineptius (quo magis prodit ſe in eo, de quo inter nos quæſtio eſt: quippe ipſius in jure civili apertiſſimis erroribus, nihil in quo ſibi ſatisfaciat, habere) quod quia natalis hæc mihi civitas in antiquis monumentis non Aurelia vocetur, ſed Aurelianis (ut vult) me, nec Aurelianenſem, nec Aurelium dici debuiſſe ait, ut in ſcriptis meis inſcribor, quia Aurelianum dici oportuerit. Deinde vero in his, quæ ad utriuſque muneris noſtri functionem pertinent, mihi quantum poteſt detrahit, & hoc quidem livori ejus eo libentius condono, quo nihil dubitem iſtiuſmodi caninos latratus apud bonos, & graves eo minus ponderis habituros, quo quantuluſcunque ſim, qui publice quotidie, & profitear, & reſpondeam, hic latere neminem poſſit. In illo vero diſtat λεγόμενος, etiamſi Aurelianum civitas hæc noſtra ſæpiuſcule in antiquis monumentis dicatur (ab Aureliano, ut multi volunt, Imperatore, ejus urbis inſtauratore) non ideo me Aurelianum potius, quam Aurelianenſem dici debere nec magis, quam ab Arimino Ariminos vocamus indigenas, ſed Ariminenſes, à Mediolano, Mediolanenſes, à Lugduno, Lugdunenſes, à Cameraco, Cameracenſes, à Genabo, Genabenſes, aut ſaltem utrumque, dici quid vetat, ut à Cæſare ab Eburoduno non Eburodunos tantum, ſed & Eburodinenſes vocari comperimus, ab Ambiano, & Ambianos, & Ambianenſes, à Cenomano, & Cenomanos, & Cenomanenſes, à Bellovaco, & Bellovacos, & Bellovacenſes, ſic Turones, & Turonenſes, Carnutos, & Carnutenſes, alioſque iſtiuſmodi plures.

Quo ſenſu accipiendum ſit quod à Cajo dictum eſt, veteres promiſcue emptionis venditioniſque vocabulis in appellationibus uti ſolitos.

CAP. IX.

JOHANNES ROBERTUS.

PROXIMUM ſuperioribus eſſe, atque etiam eodem ſpectare videtur, quod in *l. veteres 20. ff. de act. empt.* Cajus veteres ait emptionis, venditioniſque appellationibus promiſcue uſos fuiſſe, non autem, aut quod communiter exiſtimatum eſt: generalia quippe fuiſſe hæc vocabula, omnem alienationem complectentia: quod ſentit, & Alciat. *parerg. lib. 3. cap. 22.* tametſi id verum eſſe non inficiemur. Sed illi loco minime convenire arbitramur, aut etiam quo alius omnium abſurdiſſime diſtruit illo loco ſignificare voluiſſe Cajum, veteres locationem venditionem, & venditionem locationem ſæpe appellaſſe, & conductorem emptorem, ſive redemptorem. Quod ut quaquaverſus efficiat, & proxime illic ſequentem legem (cujus ex eodem Cajo, conjuncta eſt cum ſuperiore ſententia) eodem pertrahat ejus textum contra omnium exemplarium fidem more ſuo ita immutat, ut etiamſi illam ipſam ejus emendationem tacitus feras, eam vel ſcioli ejus alioqui nævos probare ſoliti, temerariam, & planè inanem judicaturi ſint. Nam quid ad rem facere exiſtimare poſſint, quantumcunque in ejus cauſam propenſi, quod pro verbis iſtis, *Idem eſt*, à quibus illa lex initium ſumit, vult legi, *id eſt*? Quod qua ratione præcedenti legi apte id accommodari poteſt, ut quod vult ſignificet: quippe veteres locationem, venditionem, & conductionem, emptionem appellaſſe, & his appellationibus promiſcue uſos fuiſſe? id vero probari contendit *l. liberto, in princip. ff. de annu. legat.* quod æque abſurdum eſt, cum in eo, quod Scævola ibi refert, teſtatorem Philoni liberto, ſic legaſſe *uſque dum vivet, quinquageſimam omnis reditus, qui pro prædiis à colonis, vel emptoribus fructus ex conſuetudine domus meæ præſtaretur*, is colonos, & emptores conjungi, & pro iiſdem poni interpretetur, cum tamen nominatim eos ab invicem teſtatorem ſecreviſſe, & disjunxiſſe illa verba teſtantur. Nec eſt, quod hic attexat disjunctam reſolvi nonnunquam in conjunctam. Nam eam interpretationem tum fieri poſſe non negamus, cum vel inter perſonas ponitur: vel alioqui ſubjecta materia non aliam commodam, aut proferentis menti convenientem ſententiam admittit juxt. *l. 4. C. de verb. ſignif. l. ſæpe 53. ff. de verbor. ſignif.* Quorum naturam intervenit, cum aptiſſime, & colonos, & ad fructuum emptores, ut ab invicem diſcretos, illud referri poſſit: cum id quod ſint aliqui coloni prædiorum noſtrorum, ſive ab his certæ penſiones in frumento, oleo, vino, aliiſve fructibus præſtentur, juxta *l. ſi olei 21. C. de locat. & cond. l. ſed addes, §. ſi dominus, ff. locati.* Sive etiam, cum his, ut partiariis, dominus fructus partiatur, juxta *l. ſi merces, §. vis major, ff. locati*, nihil obſtet, quo minus præter eos ſint, & alii iſtorum fructuum emptores, quos ita ex conſuetudine patrifamil. fructus comparare ſolitos illic ſignificet Scævola, *argu. l. nec emptio 8. verſ. & tamen fructus, ff. de cont. emp.* nec magis ejus ſententiam juvat id quod de mancipibus adfert, qui cum reipſa non alii, quam conductores ſint, tamen & emptores dicantur: cum conſtet mancipes dictos, qui quod è publico alia conducerent, alia quoque emerent, inde & conductores, & emptores eodem iſto nomine ſignificarentur, id vel ipſo teſtante Feſto Pompejo, *Manceps* (inquit) *eſt, qui quid à populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe autorem emptionis eſſe.* In quo tamen intelligendum, ex eo quod locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, pleroſque caſus eſſe, non tantum in quibus ambigatur, utrum emptio, & venditio, an vero locatio, & conductio contracta fuerit, juxta *l. 2. ff. locat. §. adeo autem, & §. item quæritur de locat. in Inſt.* ſed & in quibus uterque contractus velut conjunctim iniri dici poſſit, puta eo caſu, quo quis alicujus agri, vel prædii fructus in plures annos certo pretio cuipiam addixit: Tunc enim utrumque dici poſſet, eum, qui dederit, & vendidiſſe, & locaſſe, illum vero qui ſuſceperit, & emiſſe, & conduxiſſe: nam ut tunc emptio contracta dici poteſt, juxta *l. cum manu ſata 80. verſ. ſylva, & d. l. nec emptio 8. verſ. & tamen fructus, ff. de contrah. empt.* Ita & locatio, *l. 1. §. quia in perpetuum, ff. ſi ager vecti. vel emphyt. l. eotem, §. 1. ff. de public.* Atque eo imprimis caſu id, quo unicum in plures annos, ſeu pretium, ſeu merces in pecunia conſtituatur: nam tunc haud dubie emptionem contractam fuiſſe agnoſcere cogimur, *arg. d. l. cum manu, & d. l. nec emptio.* Quo quidem refertur, quod ab Hygino *lib. 2. de limit. conſtit.* eorum agrorum, quos ex aſſignatione militibus facta ſupereſſe contingebat. *Vectigalibus* (inquit) *ſubjecti ſunt alii per annos, alii vero mancipibus ementibus*, id eſt, *conducentibus in annos centenos: plures vero finito illo tempore iterum venduntur locanturque, ita ut vectigalibus eſt conſuetudo.* Quæ poſteriora verba aperte indicant, non hic emptionem pro conductione, aut venditionem pro locatione ſumi, ſed utrunque in eo concurrere dici poſſe. Quod confirmant, & hæc ibidem paulo poſt ſubſequentia: *Mancipes autem, qui emerunt lege dicta jus vectigalis ipſi per centurias locaverunt, aut vendiderunt proximis quibuſque poſſeſſoribus.* Et poſtea quoſdam ait propter ſterilitatem non inveniſſe emptores. Ac paulo inferiore loco idem ait, ſolere agros compaſcuos *accipere per ſingula luſtra*

ſtra mancipem, ſed & annua conductione ſolere locari. Illud nimirum ſubindicans, mancipes non ſimpliciter conductores eſſe. Quod autem non hi tantum, ſed & qui opus, aliudve quid faciendum ſuſcipiunt, atque etiam qui aliud quid in univerſum conducunt: redemptores dicuntur, alio pertinet, tametſi & in eo ſimilitudo aliqua emptionis notari poſſe videatur, & iſtiuſmodi redemptores etiam mancipes dicti ſint, *ut patet ex Cic. lib.1. de divinat. l.1. & 2. Action. in Verrem*: quo loco Aſcon. Pædian. *Mancipes (ait) eſſe publicanorum principes Romanos homines, qui quæſtus ſui cauſa decumas redimunt, aut portoria, aut paſcua publica*. Ut idem alio loco mancipes interpretatur, id eſt, *publicanos, qui decumani vocantur*. Ex quibus concludo, prædictos, & conſimiles alios locos eo non poſſe trahi, ut probent confundi locationis, & conductionis cum venditionis, & emptionis vocabulis appellatione, ſed magis cujuſque horum propriam retineri: ſic tamen ut eidem nonnunquam negotio utraque accommodari poſſit, at interim proprio ſuo cujuſque horum reſpectu.

ANTONIUS MERCATOR.

QUæ dixi ſuperiore ſatis refellunt, quod tradis hoc capite *l. 20. de act. empt.* hoc velle veteres promiſcue uſos eſſe emptionis, & venditionis appellationibus, ſatis refellit uſus ipſe veterum, qui his appellationibus nunquam abutuntur, ſed aliam ab alia ſemper cuſtodite ſecernunt. Quod autem Obſervator ait hunc eſſe d.l.20. ſenſum, veteres appellationibus emptionis, & venditionis promiſcue uſos eſſe tam in emptione, & venditione, quam in locatione, & conductione, & in l. ſeq. eſſe legendum, *id eſt*, & in locatione, & conductione id tu ſimpliciter improbas hoc modo. Immutat, inquis, verba legis ſequentis contra omnium exemplarium fidem temere, & inaniter. Contra omnium exemplarium fidem, fatetur Obſervator: ac præterea adfirmat apud alios auctores ſæpe, & uno maxime loco apud Salluſtium vexato multum, & in jure idem mendum inſidere aliis ſeptem locis, quod & ex his, vel uno vulgus interpretum agnovit in l.30. in fine *de act. emp.* In quo Piſani tamen habebant: *Idem eſt*, & quo frequentius id eſt, eo facilius urgente re, veritate, uſu veterum, notare id ſe debuiſſe ait, in d. l.21. urgente etiam maxime inſcriptione leg. 20. quæ cum ſit de publicanis, qui conductores ſunt publicorum, convenienter ei ſubjecta eſt interpretatio hujuſmodi, id eſt, & in locatione, & conductione. Addis, temere quod ille ſtulto facile condonat, & inaniter, quaſi verba eo modo immutata eum ſenſum non referant, hoc non condonat, ſed te ad plagoſum aliquem grammaticum ire jubet, qui te pretio tuo doceat, quæ ſit in quaque oratione necne apta ſtructura verborum.

Quod autem ille probat, veteres promiſcue ſupradictis appellationibus uti, ex Scævola primum in *l. liberto de annuis leg.* Id ita eludis, ut dicas neſcio quo ore illum in *d.l. liberto* colonos, & emptores fructuum eoſdem eſſe interpretari, quod ille nunquam ſcripſit. Emptores tantum ſcripſit eſſe redemptores, & conductores fructuum, quia de iis emptoribus Scævola loquitur, qui quotannis prædiorum dominis reditum certum inferunt, non de his, ut tu comminiſceris, qui ſemel uno pretio fructus emunt. Et coloni, qui eſſent, nihil ad rem pertinere arbitratus, interpretari noluit.

Deinde quod ex Hygeno, & Feſto, & potuiſſet etiam probare ex eo, quod veteres mercenarium militem empticium appellarunt, id fieri ais, vel quod mancipes, qui nihil aliud ſunt, quam publicani ſive conductores publicorum alia conducerent, alia emerent, quod in alio negotio eſſent emptores ſcilicet, in conductione etiam dictos emptores. Fac in alio negotio eſſe creditores: an ideo, & in conductione dicentur creditores? nugaris, ſed nugari tibi libet magis, quam breviter, & deſtricte confiteri, veteres promiſcue uti emptionis, & venditionis appellationibus etiam in locatione, & conductione. Vel id fieri ais tantum in his negotiis, & contractibus, quibus, & venditio, & locatio ſimul, vel ut ipſe loqueris conjunctim contrahitur, id eſt, qui venditiones locationes, emptiones conductiones ſunt, qualia negotia rerum natura non novit. Non certe id quod pro exemplo adfers: Si in plures annos, vel in perpetuum fundus fruendus detur certo pretio, quod emphyteuſis eſt, ſive locationis ſpecies quædam propria, non venditio, nec venditionem eſſe probat, *l. nec emptio, de cont. emp.* dum ait fructus futuros recte emi, quia non fructus plurium annorum intelligit, ſed fructus hornos, nec item altera, quam adfers *l. cum manu. §. Sylva, eod.* quæ de ſylva cædua loquitur vendita in quinquennium, quod quidem temporis ſpatium, etſi pluribus annis conſtat, tamen pro uno anno habetur, *l. fructus, §. quo in anno, ſol. mat.* quod non niſi quinto quoque anno fructus ex ſylva cædua perciperetur, *l. ult. C. de ſervit.* denique, ut unum idemque negotium ſit venditio ſimul, & locatio fieri non poteſt, non magis, quam, ut unum aliud quodcunque negotium ſit precarium, & commodatum, vel mutuum commodatum ſimul. Et his, quæ tibi Obſervator indicavit verbis Hygeni: Qui ſuperfuerant agri vectigalibus ſubjecti ſunt alii per annos quinque (ſi legendum) alii vero mancipibus ementibus .i. conducentibus in annos centenos, plures vero finito illo tempore iterum venduntur locanturque, quibus ſimilia fere ſunt illa Siculi Flacci, ſubſeciva per ſingula luſtra locare ſoliti, per mancipes reditus percipiunt, alii in plures annos, his inquam, verbis non ſignificatur duplex negotium, quod, & venditio locatio ſit, & emptio conductio, ſed locatio conductio tantum, quæ & venditio emptio à veteribus, dicitur, ut nominatim Feſtus ſcribit Cenſorum locationes olim venditiones dictas. His etiam verbis Feſti, Manceps dicitur, qui quid à populo emit conducitve, conductio tantum publicorum *ἐκ παραλλήλου* ſignificatur, quam mox etiam uno verbo emptionem vocat dum ait, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis, quod ſi neſcis, Ciceroni eſt digitum tollere, Plauto ſuo articulo emere.

Et inter ea tamen tibi ipſi contrarius non negas ex ſimilitudine venditionis emptionis, & locationem conductionem venditionem emptionem dici, quod eſt veriſſimum, & redemptores conductores, redimere conducere: neſcis ubi conſiſtas. Idem fateris, idemque negas.

JOHANNES ROBERTUS.

QUI contra omnium exemplarium fidem profiteri non dubitat immutatum à ſe fuiſſe principium *l.20. ff. de act. empt.* & pro iſtis verbis, *idem eſt*, à quibus ea lex initium ducit, reponendum cenſuiſſe, id eſt, detecta illa ut conjectitia, ita & temeraria ac plane inani emendatione, in ea tamen ſubdolis tergiverſationibus obtegenda hic preſtat, affirmatque apud alios authores (quorum tamen nullum profert) at uno maxime apud Salluſtium loco multum vexato, & ſeptem in jure locis idem mendum inſidere. Tam facile, & promptum fuit ſeptingentis locis, quam ſeptem dicere, illi qui ubi ubi libuerit, nullo authore nullaque ratione, ex quavis levi conjectura menda ſupponere non dubitet. Verum ut hoc loco illud etiam, & nos illi ſine teſte credamus, inanem, & huic loco minime convenientem emendationem iſtam contendimus, nec, quod ad verborum ſtructuram archigrammatiſtes nos revocat, quidquam urget, neque hac illi effugium patere poteſt, cum de verborum ſtructura hic minime agamus, ut quam ex ipſius ſub auditionibus ſtare poſſe non negemus. Sed hanc quomodocunque adſtruat, etiam illi ipſius interpretationi (utpote omnium ineptiſſimæ) convenire poſſe inficiamur. Deinde vero, ut ex illis ſe expediat quibus irretitum ſe ſentit, quod veriſſime docui emptorum vocabulum non ſimpliciter ſumi pro conductoribus, *in l. liberto, ff. de ann. leg.* ut de-

clinet,ſe ait id tantum ſcripſiſſe,emptores illic eſſe redemptores, & conductores fructuum,cum tamen prius eo loco redemptoris fructuum nullam prorſus mentionem feciſſet. Atque hoc etiam eo ibi admiſſo ſequetur, non igitur illic conductores ſimpliciter dici emptores, ſed illo tantum modo, quo ego ſum interpretatus, eſſe caſus in quibus dici poſſit uterque contractus conjunctim iniri: ac per conſequens illius contextus verba, quoquomodo ab eo correcta, & contorta, illam ejus ſententiam plane reſpuere.

Deinde quo plus verborum congerit, eo magis ſententiam meam à me plane comprobatam, etiam confirmat, quale eſt quod addit de mercenario milite emptivo appellato, de mancipibus, qui nihil aliud quam publicani, ſive conductores fuerint. Sed enim in alio negotio ait me eos facere emptores, in alio vero conductores, & tamen utroſque conjungere, quaſi eodem actu copulatos. Quod & his, quæ ſcripſi, falſiſſimum apparet, & idem aliter me ſcripſiſſe attexit, dum in eo ſententiam illam meam vellicat, qua eodem loco in iiſdem negotiis, & contractibus venditionem, & locationem conjunctim initam dici potuiſſe ſcripſi. Nam (inquit) talia negotia rerum natura non novit. An vero, quod rerum imperiti non norint id, nec rerum naturam eſſe cuiquam perſuadebit? Ac inde quam belle exemplum, ut meam mihi affingat ſententiam, proponit, quo in plures annos, vel in perpetuum fundus fruendus detur certo pretio, tumque emphyteuſin, ſive locationis ſpeciem eſſe ait. Quis hic non videat impudentem eſſe calumniam, quod de fundi (qui ſub colono, vel partiario, vel alio quovis ſit) fructuum per unum annum, aliquoſve annos emptione dixi, id ad conductionem fundi fruendi trahere? Sed & illo quid abſurdius? quod de fructuum futurorum emptione dicitur in *l. nec emptio* 8. *ff. de con. empt.* id ad hornorum tantum fructuum emptionem reſtringere? Dicat nugivendus ſi non ex jure, ſaltem ex Grammaticis autoribus, quid obſtet, quo minus, ut unius anni, ita & plurium quoque annorum fructus ex fundo vendi poſſint? Ejuſdem generis eſt, quod cum ſcripſerim pleroſque caſus eſſe, in quibus ſic ambigatur utrum emptio, & venditio, an vero locatio, & conductio contracta fuerit, ita ut in his uterque contractus velut conjunctim iniri dici poſſit, ille contendit unum idemque negotium non magis venditionem, ſimulque locationem fieri poſſe, quam ut unum aliud quodcunque negotium ſit precarium, & commodatum, vel mutuum commodatumque ſimul. At non ego ſcripſi eſſe, ſed dici poſſe: quia utrumque in eo concurrat, cujus ratione, & ad emptionem, & ad locationem eadem in re id trahi poſſit. Sicque eo caſu, quo convenerit cum aurifice,ut ex auro ſuo annulum mihi conficiat, ſimul emptionem, & conductionem eſſe Caſſium ſenſiſſe, quippe materiæ emptionem, operæ vero conductionem, ita ut ſi ex auro minus probo eum factum intendere velim,ex empto, ſin vero in opere vitium admiſſum, ex locato ſit agendum,refert Juſtin. in *§.item quæritur* (ubi ſic plenius explicat Theophil. *de locat. in Inſtit.* convenit, *& l.2. §.1. ff. locat.* Ac tametſi placuiſſe ut unum id ſit negotium, referant prædictis locis tam Juſtin. quam Cajus, ita tamen ut magis unum negotium eſſe ob id contendant, quod opera velut acceſſorii vice fungatur, quam quod in eo mixtum eſſe negotium negent, ut ibidem interpretatur *d. Theoph.* facit in hanc rem *l. Ariſto* 18. *ff. de don.* Nec ego ſcripſi illum contractum duplicem eſſe, ſed in eo contractu illa concurrere, ex quibus dici poſſit aliquo reſpectu emptio, alio vero reſpectu conductio contracta, ut quidem in eo locationis contractus negotio, quem uno reſpectu locatorem, altero vero reſpectu conductorem vocari, probabitur *c. ſeq.* nec eo minus tamen in eo perſtiti, ut emptionis, venditioniſque cum locatione, & conductione appellationem confundi negarem.

An qui locator, idem & conductor dici poſſit.

CAP. X.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM non illis tantum emptionis venditioniſque appellationibus veteres promiſcue uti ſolitos, dictum fuerit à Cajo, ſed itidem & locationis, & conductionis, quemadmodum nos illud eo referendum interpretati ſumus, eum qui emptor ſit, & venditorem, ac contra eum, qui venditor ſit, emptorem dici ſolitum: nec deeſſe rationem, qua id fieret: & in hoc quoque idem fieri ſolitum, ut qui conductor, idem & locator, & qui locator, idem & conductor diceretur, nobis explicandum reſtat. Id vero clarius fiet, locatoris à conductore propoſita diſtinctione, quæ nec ab eo ſumenda videtur, quod communiter antea exiſtimatum fuit, locatorem eum eſſe,qui pecuniam accipit, conductorem vere, qui det: cum & qui locator ſit, pecuniam nonnunquam det, & conductor, qui accipiat, ut & ab aliis explicatum eſt. Nec ab eo quoque ſolo, quod locatorem eſſe volunt, qui faciendum, aut fruendum aliquid det: conductorem vero, qui accipiat. Verum paulo generalius locatorem eum eſſe dicimus, qui interveniente certa mercede alteri, vel faciendum, vel fruendum quid, vel operam præſtet: conductorem vero,qui illorum quid mercede interveniente ab altero ſuſcipiat: ut quidem conducere, & ſumere, ſive ſuſcipere, pro eodem accipi, prob. *l. Moſchis*, *§.1. in fin. ff. de jur. fiſc.* Quo effectum, ut cum maxima ex parte contingat, eundem qui illorum aliquid interveniente mercede præſtet, ſimul & ipſum illorum quid ſuſcipere, in his qui locator, is etiam conductor, & qui conductor, idem & locator diceretur: ſicque promiſcua eſſet utriuſque appellatio: ut quidem ego locans architecto domum conſtruendam, cum viciſſim ab eo operas conducam, & is in hoc domum à me conducens, ſimul operas ſuas mihi locet. Ut idem ego, & locator, & conductor dici poſſum, ita & utraque appellatio illi convenit. Ac ita quem conductorem prius vocarat, poſtea operam ſuam locare eadem in re dixit Paulus in *l. item ſi pretio* 25. *§.1. ff. locat.* Atque inde promiſcue cuique iſtorum,tam ex locato, quam ex conducto actio competere diverſo illo reſpectu dici poteſt, prob. *l. 2. in princ. ubi not. Accurſ. ff. ad l. Rhod. de jactu.* Proinde in artifice, qui quid faciendum ſuſceperit, utrunque hoc concurrere, nemo vel mediocriter in jure verſatus negaverit, ut & operam ſuam locare recte dicatur, *d. l. item ſi pretio*, *§.1. & l. ſed addes* 25. *§. ult. & l. qui operas, ff. locat.* & ſimul illud faciendum conducere, *l. ſi quis fundum* 10. *§. Imperator, & §. Celſus, l. ſi merces* 28. *§. pen. l. ult. ff. locat.* Quod cæteris rectius ſenſiſſe videtur Paul. Caſtr. in *d. l. ſi quis fundum.* Quod etiam attigiſſe videtur Laurentius Valla c.27. *lib. 1. elegant.* in eo tamen lapſus, quod locare ſepulturam faciendam, tam eum recte dici exiſtimavit, qui alii faciendam eam daret, quam qui ſe ad faciendam eam locaret. Nec enim id diceretur apte,ni adderes, illum ſepulturam faciendam locare, hunc vero ſe ad ſepulturam faciendam locare. Ac ita in eo, quod locatur ſepultura, eundem qui illam locat, & alterius ſuſcipientis operam conducere, & eum, qui ſuſcipit, & conducit faciendam, viciſſim & operam ſuam locare, apte intelligemus. Quod cum in illis omnibus obtineat, in quibus utrumque intervenit, & res in qua aliquid fieri conveniat, & facientis opera, latiſſime id manat. At non idem, ubi alterum tantum intervenit, vel res ſola, non in hoc ut circa eam quid fiat, verum ut ea ſuſcipiens fruatur utaturque, ut in domus,aut fundi,alteriuſve conſimilis rei locatione, vel opera tantum, ut in artifice, qui operas ſuas ſimpliciter locarit, non autem ſimul rem, in qua aliquid efficeret, conduxerit. In iſtis enim non idem, qui locator, ulla ratione dici poteſt, & conductor: ſed diſtincta in eo manet cujuſque eorum appellatio: atque tunc præcipue, cum nulla certa res intervenit, cui artificis ope-

Opera applicetur: ut quidem in eo contingebat, quod Cic. in Orat. pro C. Roſc. Comœdo, Panurgum illum, quem cum Roſcio Fannius arte hiſtrionica in ſruendum communem feciſſet, diſciplina, quæ à Roſcio eſſet tradita, locaſſe ſe ait, non minus H. S. CCC. ιιij. cum ejus alioqui membra ſine illa diſciplina per ſe non amplius duodecim æris merere poſſent.

Licet autem illa, quam diximus, reciproca utrinque, & locationis, & conductionis appellatio, tunc quoque obtineat, cum magiſter navis merces vehendas conduxit: ac per conſequens, ſimul cum nave, & navis inſtrumento operas ſuas in id locavit, *d. l. 2. & l. ult. §. ſi ea, cum §. ſeq. ff. ad leg. Rhod. de jact.* (quibus locis invicem collatis patet, juxta ſuperiora, eundem, qui navem ad merces ſuas vehendas conduxiſſe referatur, & merces ſuas vehendas locaſſe quoque dici) Aliud tamen obtinere interpretamur, B cum quis ipſam navim, aut totam, aut ejus partem in hoc conduxit, ut merces ſuæ veherentur: quia hic caſus illi ſimilis ſit, quo quis domum, aut totam, aut ejus partem conduxerit: ac per conſequens, tunc ille dici nequeat merces ſuas vehendas locaſſe, prob. arg. *d. l. 2. in princ. verſ. ſi totam navem: & verſ. ſicut vectores, qui loca.* Quo fiat, ut cum incertum eſt quid in eo actum ſit, quippe an quis navem, aut ejus partem conduxerit, an vero ſimpliciter merces ſuas vehendas locaverit, civilis in factum actio danda ſit, non autem, vel ex locato, vel ex conducto, ſic intellig. *l. 1. ff. de præſcript. verb.*

ANTONIUS MERCATOR:

C Etiamne locationis, & conductionis appellationibus vis promiſcue, & καταχρηστικώτερον juris auctores uti? unde id probas, aut quomodo, quia, inquis, ab eo cui loco inſulam ædificandam, & viciſſim conduco operas. Sum igitur in eodem negotio locator, & conductor. Et contra qui conducit inſulam ædificandam, mihi locat ſuas operas. Eſt igitur in eodem negotio conductor, & locator. Id totum nego atque pernego. Perinde enim hoc eſt ac ſi negotium do, ut facias, verteres in Facio, ut des, quod non poſſis ſine confuſione utriuſque negotii, & injuria juris auctorum, qui accurate ſeparant alterum ab altero, adeo ut ex hoc denegent actionem præſcriptis verbis, non etiam ex illo. Ergo nec poſſis etiam negotium ita geſtum: Do tibi C. ut mihi inſulam ædifices, ita convertere, Ædifico tibi inſulam, ut mihi C. des, quia D ut recte Doctores noſtri docent, ſervanda non pervertenda eſt ratio ineundi contractus. Si ergo dedi tibi inſulam ædificandam, tu ſuſcepiſti, ego qui inivi contractum ſum locator non conductor, tu conductor non locator. Contra vice mutata ſi tu te mihi ultro utendum dediſti ad inſulam ædificandam, ego ſuſcepi, tu es locator, non conductor, ego conductor, non locator. Et ſimiliter ſi tu navem mihi utendam dediſti, ego ſuſcepi, tu locator es non conductor, ego conductor non locator. Contra ſi ego tibi dedi merces vehendas, ego ſum locator, tu qui ſuſcepiſti, conductor, non locator, eademque ratio intervenit indiſtincte, & ſemper in caſibus omnibus, ut docet Obſ. 2. & 3.

Ac præterea conventio hæc, Ædifico tibi inſulam, aut in ædificanda eam præbeo tibi meam operam, ut mihi C. E des, neque locatio eſt neque locationi ſimile negotium, quia omnis locatio incipit à verbo Do, non à verbo Facio: alioquin articulus Facio, ut des, eſſet ſimilis locationi, non minus, quam articulus Do ut facias, & ex utroque daretur actio præſcriptis verbis: quam tamen conſtat non dari ex articulo Facio, ut des, *l. naturalis, §. quod ſi faciam, de præſ. ver.* & dari ex aliis articulis, ex Do, ut des, quia ſimile venditioni negotium eſt: ex Do ut facias, quia ſimile locationi: ex Facio, ut facias, quia ſimile mandato. Ideo igitur non dari ex Facio, ut des, quia neque locationi, neque ulli alii negotio civili ſimile negotium eſt. Unum tantum locum habes in jure, quo videris haud nihil efficere poſſe, eundem, qui con-

A duxit inſulam ædificandam, & locare ſuam operam in *l. item ſi pretio, §. cum inſulam, Loc.* quo tamen ſi penitus inſpiciatur non conductor, ſed artifex dicitur locare ſuam operam: nam, qui conduxit inſulam ædificandam, fieri non poteſt, ut & locaverit ſuam operam, ſicut nec qui locavit, ut conduxerit, quia naturaliter harum rerum, quæ ſunt ad aliquid, ut Quintil. loquitur, inter ſe pugna eſt, ut nec poſſint ex cauſa una in unum cadere ſubjectum. Cæterum *d. §. cum inſulam*, ut comprehenſione rerum brevis, ita ſubobſcurus eſt: regula eſt, locationem dominium non mutare, *l. non ſolet, Loc.* id eſt locatorem non transferre dominium in conductorem, quam Paulus in *d. §. cum inſulam* docere voluit vitiari uno caſu, non ſi quod proponit initio inſulam ædificandam locavi, ut ſua impenſa conductor omnia faciat, quo B caſu non locator cujuſquam rei dominium transfert in conductorem, ſed conductor in locatorem, puta dominium materiæ, ut *l. 39. de rei vind.* quia ſuperficies ejus ſit cujus eſt ſolum, nec quidquam fit adverſus ſuperiorem regulam, ſed ex diverſo: quem caſum nobis cogitandum relinquit plus ſentiens minus ſcribens Paulus more ſuo moroſiſſimo. ſi artifex locaverit operam ſuam in inſula ſua impenſa, & ſua materia ædificanda, quo ſane caſu locatio eſt non venditio materiæ, *l. 20. de cont. emp.* & tamen vitiata ſuperiore regula eorum, quæ impenduntur dominium à locatore transfertur in conductorem: & hæc eſt mens Pauli in *d. §. cum quidam:* ac ſi dixiſſet. Et tamen locatio eſt non venditio, etiamſi artifex injerit contractum: locat enim ſuam operam, non materiam vendit.

C Ad hæc cum ſtatuis, locatorem eſſe eum, qui quid alteri certa mercede faciendum, vel fruendum, vel operam præſtat, & conductorem, qui ſuſcipit, in eo primum peccas, quod eum, qui init contractum, operam præſtando, quod eſt faciendo locatorem facis, quia ut ſupra luculenter oſtendi, verbum Facio nunquam initium dat locationi, itemque in eo, quod fruſtra addis. Certa mercede, quod neque Paulus addidit in *d. l. item ſi pretio, §. 1.* ſed ſimpliciter dixit: Quotiens faciendum aliquid datur, locatio eſt, nec item Obſervator eum locatorem ſcripſit eſſe eum, qui dat aliquid utendum, vel faciendum, conductorem, qui accipit: quia differentiam tantum explicare voluit locatoris, & conductoris, non ſubſtantiam, quales eſſent, non qui eſſent.

JOHANNES ROBERTUS.

Superiores abſurditates omnes iſtud ſuperat, quod hoc loco nugivendus locationis nominatum contractum ad innominatorum contractuum regulam, & naturam redigere contendit, ut quemadmodum iſti ex forma, qua ineuntur, dijudicandi ſunt, an dederim ut faceres, an vero fecerim ut dares, ut in illo, conſtituamus contractum, Do ut facias, conſtare, in hoc vero Facio ut des, non autem in horum unoquoque converſa hinc inde verborum formula utrumque in ſingulis concurrere dici poſſe, cujus rei non exigua ſint diſcrimina, nec leves effectus, *l. 5. naturalis, in pr. & §. at cum do, juncto §. quod ſi faciam, ff. de præſcript. verb.* Hoc enim manifeſte indicat ſe leviorum juris principiorum plane, aut E ignarum, quippe locationem ex eo contractuum, & quidem nominatorum genere eſſe, qui ſolo conſenſu ineuntur, & perficiuntur: ac per conſequens, nec ex hoc, vel illo eorum ineundorum modo, qualiter conſtent dijudicari, ſed conſenſu illorum ſubſtantiæ conveniente, quippe ſi de mercede, & ſine concepta ulla formula convenerit, juxta *tit. de oblig. quæ ex conſ. in Inſt. l. 1. cum l. 2. in pr. ff. locat.* nec aut ex re tradita, aut implemento alio ullo, initium eos ſumere neceſſe ſit, ut illos innominatos, ſed nuda, & qualitercunque interveniente contrahentium voluntate, juxta *l. 1. verſ. permutatio autem, ff. de rer. permut. l. juriſgentium, in prin. verſ. ut puta, cum ſeq. ff. de pact. l. 3. C. de* rer.

rer. permut. Quod ſi ita eſt, ut nemo, vel tantum Juſtinianeus non agnoſcet, quoniam illud ejus axioma: Omnis locatio (inquit) incipit à verbo Do, non à verbo Facio. Ex quo vult ſequi, cum ad ædificandam inſulam operam tibi meam præbeo, ut centum des, non eſſe locationem: quo quid à jure, & omni locationis tractactu alienius? *l. item ſi pretio 25. §. cum inſulam, & l. qui inſulam 33. §. qui ædem, l. ſi merces 28. §. qui columnam, ff. locat.* Illud autem expendamus, quid in tantos errores præcipitem eum egerit, nimirum quod crudius ejus cerebrum illud concoquere non valuerit, quod à Paulo dicitur, cum do, ut facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, locationem eſſe, in *d. §. at cum do*: inde illud, vel ſequi, vel à contrario inferri falſo ſibi perſuadens: Igitur locationem non aliter iniri, quam ſervata forma iſta, Do tibi ut facias: quo fiat, ut qui fundum fruendum, vel habitationem conducit præſtituta mercede, locationem non ineat. Quis unquam ita argumentatus eſt? Hac Lutetiam itur, ſi in recta via perſtetur: ergo non alia Lutetiam pervenire quis poteſt. Hoc quid aliud eſt quam à ſpecie ad genus argumentum ducere?

Quibus ſic perperam contra Juris leviora, & apertiora principia poſitis, videamus quid efficere contendat, nimirum ut illud convellat, quod veriſſimum, & certiſſimum eſſe pluribus docui, in pleriſque eundem, qui locator vocetur, conductorem etiam, & qui conductor locatorem quoque dici. Atque cum idem multis, & autoritatibus, & rationibus ego comprobaverim, in uno ſolo quoquo modo diluendo, ſive potius alio detorquendo, adeo anxie laborat (quippe *d. §. qui inſulam*, quo apertiſſime ſententia noſtra comprobatur) ut tandem in anguſtias redactum ſeſe ſentiens, more ſuo in ipſummet Paulum, ut moroſiſſimum, invehatur, quem plus in eo ſenſiſſe, quam ſcripſiſſe conjectet: ac inde mira ratione alio id omne deflectat, quippe cum ne minimus quidem illic apex de venditione Paulum cogitaſſe arguat, ad venditionem id omne detorquet. Et quis hæc vibicibus digna negaverit.

Deinde vero in eo, quod ejus errori ſubveniens, quo cum eum locatorem eſſe conſtituiſſet, qui faciendum, aut fruendum aliquid det, conductorem vero, qui accipiat: ſic illum definio locatorem eſſe, qui certa mercede faciendum, vel fruendum quid præſtet, conductorem vero, qui ſuſcipiat, in eo peccare me ait, & quod eum, qui in hoc, ut operam præſtet, contractum ineat, locaturem faciam, quia verbum Facio nunquam det initium locationi: & quod fruſtra certæ mercedis mentionem adjiciam. Quorum illud ineptiſſimum, & à juris principiis alieniſſimum eſſe apertiſſime antea docuimus: hoc vero à juris ratione abhorrens, vel Juſtinianeis ſolis configendum relinquo, quibus ignotum eſſe non poteſt, locationem non magis ſine certæ mercedis, quam emptionem ſine pretii in pecunia numerata præſtatione ſubſiſtere poſſe: nec per conſequens fruſtra id à me addi, quod ab eo vitioſiſſime tot verbis in explicanda locationis ſignificatione, & ſubſtantia effuſis prætermiſſum perperam fuerit, prob. arg. princ. *tit. de locat. & cond. in Inſtit. in verb. ſi de pretio, & verb. ſi merces conſtituta ſit, & ibi Accurſ.* quem ſi conſuluiſſet, nec (quod facit) lectione indignum judicaſſet, is in errores tantos minime incidiſſet, *accedit, & d. l.2. in pr. ff. locat. cond.*

Qui fiat, ut is locationis contractus ſubſiſtat, quo conductor obligetur, at non locator, ex Paulo in l. ſicut 22. ff. locat.

CAP. XI.

JOHANNES ROBERTUS.

NON in emptione tantum, aut locatione evenit, ut ex uno ſolummodo latere teneat, ſicque velut claudicet contractus, alioqui natura ſua ultro citroque obligationem producens, verum & quibuſcunque aliis iſtiuſmodi, quos, quia ſic ex his mutuæ utrinque obligationes naſcantur, proprie contractus vocamus, ſed ita ut tunc ſpeciali alterius contrahentium perſonæ incapacitatis ratione id contingat, puta pupilli, furioſi, prodigi, juxt. *princ. tit. de auth. tut. in Inſtit. l. 5. §. 1. ff. de auth. tut. l. Julianus 14. §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt. l. ſi id quod. 7. ff. de reſcind. vend.* juncta *l. Labeo 19. ff. de verb. & rer. ſignific.* ſed hoc plus in locatione fieri poſſe ait Paul. ut alia quam perſonarum qualitatis ratione eveniat, ut conductor quidem obligetur, at non locator, quippe cum emptor fundum conducit, donec pretium ſolvat, in *l. ſicut 23. §. interdum, ff. locat.* Quod eo mirum magis eſt, quod contra naturam ejus contractus id fiat, ut una tantum ex parte obligationem pariat. Sed tamen idem & in mandato contingere, patet ex Cajo in *l. poteſt 41. & ibi not. Accurſ. ff. mand.* Quo ad locationem vero, qui id in illa ſic ſimpliciter à Paulo propoſita ſpecie obtineat, non facile explicari poſſe videtur. Adeo ut non defuerit, qui audacter aſſereret, illo loco neceſſe eſſe immediate ſubſequentem *l. cum venderem 23. illius tit. ff. locati conduct.* quæ eſt Jaboleni loco moveri, ut prædictus §. interdum, proxime ſequatur *l. item ſi pretio, quæ eſt 24. illius tit.* Neque id ſatis: verum prætcrea corrigenda eſſe hæc illius leg. 24. verba, *Item ſi pretio*, & illorum loco legendum, *id eſt ſi pretio, &c.* Quo iſta conjunctione, ac ſimul correctione fiat, ut d. §. interdum, in hac ſpecie obtineat, in qua cum ita venditus eſſet fundus lege commiſſoria, ut ſi intra diem præfinitum non eſſet exolutum pretium, fundus eſſet inemptus, & ut interim emptor fundum certa mercede conductum haberet, donec pretium ſolveretur: quia in ea ſpecie, cum exinde pretium illa die non eſt ſolutum, ſicque emptio ex illa lege irrita facta eſt, veriſſimum illud ſit conductorem obligari, & ad ſolvendam ejus temporis penſionem, quo fundo fruitus ſit, aut in poſterum fruatur, ex locato actione poſſe conveniri: eum ipſe locator minime in id obligetur, ut frui præſtet, ſi id nolit, nec eo nomine adverſus eum agi poſſit, aut aliud quicquam, in quo videamus, quam is multa peccet.

Primum quod (uc dixi) id neceſſe eſſe ait præterita *d. l. cum venderem*, illi §. interdum conjungere *d. l. item ſi pretio*, quod ego minime admitto. Deinde quod *d. l. item ſi pretio*, fruſtra illo modo interpolat, cum nec illa interpolatione illud apte efficiat, quod vult. Nam ut ita, quemadmodum cupit, conjungantur: *Interdum locator non obligatur, conductor obligatur, veluti cum emptor fundum conducit, donec precium exolvat, id eſt, ſi pretio non ſoluto inempta res facta ſit, tunc ex locato erit actio*: quis non diſpicit, hic ſequentem velut ſuperiorum explicationem iſtam, *id eſt ſi pretio*, non dicam hiulcam eſſe, verum ſupradictis nullo modo cohærere, ut in quibus eorum, quæ ſubjiciuntur, nulla, ac ne obſcure quidem mentio facta ſit, comprob. arg. *l. id eſt 15. ff. de act. empt. l. 2. ff. ſi famil. furt. fec. dic. l. 2. ff. de ſupell. leg. l. id eſt 39. ff. de hered. inſtit. & ſimil.* Poſtremo non attexit, in quas ſedes releganda ſit d. l. cum venderem: cujus alioqui ſententiam omnino cum præcedente, & ſubſequente, ſimul lege conjunctam eſſe conſtat. Nam ſi ut ejuſdem argumenti eſt, & conjunctim quoque voluit adjici, fuit & tertium quoque illud eadem licentia audendum, ut *d. l. item ſi pretio*, diſcerperet, & ejus principio adſueret, *d. l. cum venderem.*

Sed ut hæc, quæ legum ordinis immutandi, & verborum invertendorum in jure docendo rationem non improbantibus, leviora videri poſſunt, miſſa faciam, illud præcipuum excutiamus, quod neceſſe eſſe ait illa *l. cum venderem* præterita, alteram ita ut dictum eſt, corrigi: eo nimirum ſignificans, non aliam ſpeciem, aliumve caſum poſſe proponi, quo ſubſiſtente locationis contractu, conductore obligato locator ipſe non obligetur. Quod id minime verum eſſe ſpecies hæc indicabit, cum in venditione fundi mei Titio facta, mille aureorum pretio præfinito, ſimul convenit, ut quamdiu Titius pretium non exolveret, is cum fundum conductum haberet quinquaginta aureorum mercede conductionis nomine in ſingulos annos

præ-

Digitized by Google

præſtituta, duo commiſti ſunt contractus, alter emptionis, A alter vero locationis ejuſdem fundi, quorum licet eo diverſa ſit, & pugnans natura, quod ex illo dominium transferri neceſſe ſit, ſiquidem venditor tradens dominus ſit, *l. cum manu* 80. *in fin. ff. de contr. empt.* Ex hoc vero non tantum neceſſe non ſit, ſed nec poſſit transferri, *l. non ſolet* 42. *ff. locat.* Quo nomine ſimul non poſſe ſubſiſtere videantur, id tamen ita verum ſit, ſi utriuſque contractus effectum plenum, & executionem perfectam ſimul ſpectes, quippe traditum ita à venditore (qui fidem habeat de pretio) fundum, ut in emptorem ejus dominium transtulerit: tunc enim ſuæ rei conductio conſiſtere nullo modo poſſet, *l. ſi aliquam* 48. *ff. de acquir. poſſeſſ. l. qui rem* 20. *C. de locat.* ut minus etiam ſtare ſimul illo modo queunt mutui, & depoſiti contractus, ob repugnantem magis eorum naturam: cum illud, niſi transferatur do- B minium, non ſubſiſtat: iſtud vero, ſi dominium transferatur, ſtare nequeat, *l. 2. §. appellata, ff. de reb. cred. l. licet* 18. *ff. depoſ.* At ſi ſolam utriuſque conventionem, ſimul ita initam ſpectes, ut earum cujuſque effectus ſucceſſive poſtea ſequatur, nihil obeſſe poteſt, quominus ea ſimul ſubſiſtant, ut earum quæque ſubordinate (quod aiunt) vim ſuam obtineat, ut in depoſito mutuoque prob. *l. 4. & l. certi condictio* 9. *§. ult. cum l. ſeq. ff. de reb. cred.* Sicque hic uterque contractus, ſimul ita ſubſiſtit, ut ex horum altero, quippe locatione, locator nullo modo ejus locationis vi obligetur. Dices: Atqui ſi non obligatur locator, neque etiam conductor. Nam niſi obligatum dixeris locatorem, eundemque venditorem ad fundum præſtandum conductori, ut frui illi liceret, nec ipſe quoque conductor, idemque emptor ad mercedem ſolven- C dam obſtrictus erit, *l. ſi in lege* 27. *§. ſi colonos, ff. locat.* imo vero obligari quidem tunc venditorem intelligimus ad rem præſtandam, qua frui liceat, ſed non locationis contractus vi, ut tunc ex locato adverſus eum agi poſſit, verum venditionis, ut ex vendito actio adverſus eum inſtituatur, quaſi in partem pretii ea res ſit, prob. arg. *l. ſi ſterilis* 22. *§. ſi tibi, ff. de act. empt.* juncta *l. qui fundum* 75. *& l. fundi* 79. *ff. de contrahen. empt.* Atque licet inde venditor rem tradat, non tamen eo emptorem accipientem dominum efficit, cum neque in hoc tradat, neque etiam pretium acceperit, aut ejus nomine in creditum abiiſſe dici poſſit, qui ex conductionis tantum cauſa, quo inde mercedem acciperet, fundum præſtiterit, juxta *l. ſervi* 16. *ff. de per. & comm. rei vend.* juncta *l. quod vendidi* 19. *ff. de contrah. empt.*

D In reliquo autem videndum, an hic locator locationis iſtius vi ullatenus obſtrictus dici poſſit, puta poſt illiuſmodi traditionem, adempta conductori re fruendi facultate, vel ædium ruina, vel fundi chaſmate, aut inundatione, quoquove alio caſu fortuito: an eo nomine conductor adverſus locatorem, quaſi in quid obſtrictum ex locato actione experiri poſſit, vel ut præſtet frui licere, vel ad mercedis exonerationem. Minime vero, ac non ideo minus, quouſque venditionis pretium fuerit perſolutum, quanticunque temporis mercedem ex conducto actione petet locator: quo pertinet hic §. interdum, ut recte interpret. Accurſ. propterea quod ut commodum, ita & incommodum periculumque rei emptæ, perfecta ſolo conſenſu emptione ipſi emptori incumbat, *d. l. ſervi, & l. neceſſario* 8. *ff. de peric. & com. rei vend.* Ita ut iſtis caſi- E bus mercedis ſolutæ deductionem nullo modo cogi poſſit venditor facere ex pretio, quia hæc merces partis pretii loco eſſe nulla ratione dici poſſit, ſed magis velut uſurarum pretii vicem obtinere intelligatur, arg. *d. l. Julianus, §. ex vendito, & l. curabit, C. de actio. empt.*

Sicque fit, ut ſi in prædicta ſpecie proponas pretium venditionis ſolutum fuiſſe ab emptore, ſive fundo (ut dictum eſt) prorſus ſublato, ſive extante non ideo minus teneatur, ſimul emptor pro rata portione totius temporis præteriti mercedem exolvere, ſed non ulterioris temporis, juxta locationis legem, quo pertinet in hoc aptiſſime illi §. *interdum*, proxime ſubjuncta *d. l. cum venderem.*

Quod ſi eo amplius illi venditioni adjectam fuiſſe legis commiſſoriæ pactionem aſſumas, ſicque conveniſſe, ut niſi die ſolutionis præfinita pretium ſolveretur, res inempta fieret, & ob pretium ea die minime ſolutum, res inempta facta ſit, non ideo minus ad petendam, & præteriti, & ejus, quod ad fundi reſtitutionem uſque inſequitur, temporis mercedem, ex locato recte aget locator, cum interim ipſe ad locationem continuandam minime ſit obſtrictus: quia in ejus tantum gratiam ea pactio adjecta ſit, ut interim dum pretium non ſolveretur, ea merces, velut uſurarum pretii loco cederet, ut dictum eſt, non autem illum ullo modo obſtringeret, arg. *d. §. ſi vi, & d. l. qui fundum*: quo pertinet prius *l. item ſi pretio*, in eo aptiſſime ſubjuncta *d. l. cum venderem.* à qua convenientiſſimam interpretationem iſtam aſſumit, id quod ad diverſam quidem, ſed tamen ſuperioribus ad finem ſpeciem in ea tranſitum fieri ſignificat apte particula, *Item*, quæ ſic in oratione poſita ſuperiorum continuationem ſubinferens, non aliud ſignificat, quam, *ſimiliter*, ut & in *l. Item quia* 4. *& l. item magiſtri* 12. *ff. de pact.* & infinitis illiuſmodi aliis legibus ab ea ſimiliter incipientibus, quo minus ea demenda, & commutanda hic fuit, abductis facilioris interpretationis ſpecie, ſimulque correctionis novitate, à legis, ut abſtruſiore, ita & veriore, ac ſolidiore ſenſu in veſtigando juris ſtudioſis, alioqui hoc tempore bona magnaque ex parte exactioris diſquiſitionis laborem plus ſatis fugitantibus, quorum iſtiuſmodi præſtigiis inertiam ſovere flagitium.

ANTONIUS MERCATOR.

IN hoc capite, parcat mihi gravitas tua, Domine Johannes, falſo adſeris Dominum meum ſcribere *l.* 21. *Loc.* eſſe loco movendam, & inſulſe poſtulas: quas igitur alias ei ſedes det, qui nominatim agnoſcit eam eſſe intermediam legi 20. & 22. & interjectam verbis Pauli, quibus dato caſu ſive exemplo uno Paulus docuit interdum ἑτερόπλευρον, & ex parte duntaxat locatoris, non etiam conductoris actionem ex locato conducto dari, & quaſi interpoſitionem eſſe prætereundam, ſi quis modo velit à Paulo caſum propoſitum, quo id contingit facile percipere. Falſo quoque adſeris, eundem exiſtimare, non alium caſum poſſe dari, quo idem contingat, cum det nominatim alium ex Baſilicis. Stultiſſime omnium hominum. Securus exiſtimationis tuæ, neque legem Remmiam, neque Corneliam metuis. Præterea negas finem l. 20. cum initio 22. conjungi debere: qua ratione vero? nil, inquis, ego non admitto, Johannes, ut non admittas juxta Bacchilidem πλατεῖα κέλευθος. Ut hoc tuum non admittere pro ratione cuiquam probes, nulla via conſequere: nos facile conſequemur, ut conjungantur argumento ducto ex eo, quod utraque lex ſit ex Pauli 34. ad Edictum, quod bene cohæreat initium hujus illius extremo, quodq; niſi eas conjunxeris facturus ſis μῦθον ἀκέφαλον. Ratio autem interferendæ l. 21. eſt evidens, nimirum, ut intelligeremus in caſu à Paulo propoſito, pretio ſoluto mercedis nomine, ex locato actionem eſſe pro portione tantum temporis, quo pretium ſolutum non eſt.

Negas item Obſervationem illius, quæ veluti ſuo corpori membrum ferruminatio, ita l. 20. agglutinat l. 22. quæque reponit initio l. 22. Id eſt, pro item, quo mendo nullum eſt frequentius in Digeſtis: negas, inquam, eſſe ei ſenſum, quem ille voluit: quo nomine, quid jubeam aliud, quam, quod ſuperiore capite, ut te celerrime proripias ad Orbilium aliquem cui ſceptrum frangas.

Ab his tranſis ad deteriora, & ais, d. l. 20. his verbis: Veluti cum emptor fundum conducit donec pretium exolvat, etiamſi nihil aliud addatur, ſatis exprimi caſum, quo claudeat locatio, & conductio, & conductor ſcilicet obligetur non locator, quia, ut ais, duo ſunt in unum commixti contractus emptio, & conductio, quod totum ineptum, & vitioſum eſt. quandoquidem his verbis pluſquam manifeſtum eſt, unum tantum contractum ſignificari, locationem, & conductionem, non duos, emptionem, & conductionem: & ut ſint duo, ſeparatos tamen

eſſe

eſſe non commixtos: etiamſi eodem momento habiti ſint, quia fieri utriuſque commixtio non poteſt ſine interitu alterutrius, vel potius utriuſque. Tu ipſe eos etiamſi bene tua verba mixo barbara percepi, intellectu ſeparas, ſeparas ſcilicet intellectu, qui & re ipſa non poſſunt non eſſe ſeparati.

Duo denique in hoc primo libro contractuum monſtra producis quaſi circulator pro miraculo. Cap. 9. contractum, qui ſit venditio ſimul, & locatio, quaſi animal, quod ſit, & homo ſimul, & ſimia. Hoc capite contractum, qui ſit commixtus, & concretus ex venditione, & locatione, quaſi ex vi hominis, & ſimiæ tertium animal quoddam. Lorarii efferte lora.

His quod adjungis, claudere obligationem locati, & conducti ſi emptur fundum conduxerit, donec pretium exolveret, quaſi ſolo conductore obligato, vitio ipſo vitioſius eſt: nam ſi locator interim ex conducto conductori nun tenetur, ut præſtet fundo frui licere, quæ ratio eſt, ut tamen ex locato locatori conductor mercedem præſtare teneatur? quæ ratio ſolvere mercedem ſi re, neque utor, neque fruor? An quia merces cedit in vicem pretii? ut Bartolus ait? Minime vero, quia contractus hic eſt à venditione emptione ſeparatus, locatio, & conductio, in quo de emptionis venditionis pretio nihil agitur, ſed de locationis tantum pretio, ſive mercede: nec his verbis, donec pretium exolvat, de pretio quidquam agitur, ſed finiendæ tantum locationi modus ſtatuitur: item, quia ſi merces eſſet loco pretii, & conſummata plurium annorum merces æquaret pretium, nulla pretii petitio ſupereſſet: quod tamen eſt falſum, quia utrumque debetur, precium ex emptione, & merces ex locatione pro rata temporis, quo ſolutum pretium non eſt, *l.21.* ac præterea ſi merces ſuperaret pretium, quæſo quid mercedis ſuperfluo fieret, quæ jam æquavit pretium? an deberetur locatori? & quo jure deberetur? ſane aut non deberetur ſuperfluum mercedis, quod nemo dixerit, aut jure locationis deberetur, atque ita deberetur merces modo jure venditionis, quaſi pretium fini conventionis habitæ de pretio: modo jure locationis, quaſi merces, quam ejuſdem pecuniæ functionem variam, & mutabilem quis ſanus admittat? Paulus etiam Caſtrenſis, quo uſus es in hac re, quique rationem illam Bartoli improbat, in idem vitium incidit cum ſcribit: non cedere quidem mercedem in locum pretii, ut Bar. exiſtimat, ſed in locum uſurarum pretii, quarum vero uſurarum? an de quibos convenit? atquin de nullis conveniſſe proponitur: an quæ ex mora veniunt in bonæ fidei judiciis? atqui nullam moram facere emptor intelligitur, cui ex conventione prorogatus eſt dies ſolvendi pretii: an quia emptor fundo fruitur jure conductionis? Atquin hoc caſu æquum non eſt emptorem, qui fundo fruitur, & mercedem præſtat, etiam uſuras pretii dependere, non quod merces ſit vice uſurarum pretii, quia in hoc poſteriore contractu locationis, & conductionis nihil agitur de pretio emptionis venditionis, & ſeparata eſt cauſa hujus contractus à cauſa venditionis emptionis, ſed quia emptor re non fruitur gratuito, nec ut emptor, ſed ut conductor: & uſuris pretii tantum obſtringitur emptor, qui re fruitur ut emptor, hoc eſt, non alio quam emptionis jure, vel qui gratuito precarii jure, ut docet *l. Julianus, §. ex vendito, de act. empt. l.2. §. Ariſto, Quod vi, aut clam.*

Non eſt etiam vera, & idonea ratio, qua ratione ex Accurſio tradis poſtquam locator præſtitit cõductori, ut fundo frueretur ſi fundus perierit caſu majore, non teneri ex conducto locatorem, ut mercedem remittat, aut quam prorogavit reddat, quia, inquis, poſt perfectam venditionem omne commodum, & incommodum pertinet ad emptorem, primum enim ſeparata eſt cauſa venditionis, & locationis, nec ratio, quæ valet in venditione, etiam in locatione valere continuo debet. Deinde ſi ut ponis commixta eſt utriuſque contractus cauſa, & hac ratione fiat ut fundo perempto, locator penſionem remittere, aut reddere non cogatur, aliud ergo dicendum erit ſi locatio ſimplex fuerit, quod tamen eſt falſum, *l. ſi fundus loc.*

Præterea ad hunc caſum amiſſi fundi, quod ais reſpicere *l.20.* hoc ego ſi uno verbo negavero, longius progredi non poteris: nec enim ejus ullum in ea lege veſtigium extat, & in promptu ſunt ſimiles innumeri, quibus ex accidenti locator non obligatur, conductor obligatur, vel contra. Ab initio utrumque obligari in id, quod principaliter venit in utramque actionem, negare nemo poteſt, re ſimpliciter ita geſta, ut qui fundum emit eum fundum teneat jure conductionis, donec pretium exolvat, nulla alia addita lege.

Tu vero in tractatione hujus quæſtionis valde ridiculus es, cum venditorem actione ex vendito teneri ais, locatorem actione ex locato, quod quis neſcit falſiſſimum eſſe? & cum mercedem locationis modo ais cum Bartolo cedere in partem pretii, modo cum Caſtrenſi nullo modo pretii, ſed magis uſurarum precii vicem obtinere, & cum traditum fundum dicis quo conductor fruitur, quod eſſe falſum oſtendit *l. ſervi, de per. & com. rei vend.* Et cum in caſu, quem Obſervator expoſuit, conjuncta utraque lege 20. ſcilicet, & 22. ex lege commiſſoria fundo inempto facto, locatori adfirmas ſolus, nullo auctore fretus, deberi mercedem inſequentis temporis uſque ad reſtitutionem fundi, quod perinde eſt, ac ſi diceres, poſt finitam locationem inſecuti aliquantuli temporis mercedem locatori deberi. Finitur enim locatio eodem momento, quo finitur venditio, ſtatim atque tempus exiit, intra quod pretium ſolvi debuit: & finitur, ſi quo auctore hoc dicam forte requiris, ex conventione ipſa, quæ ita finivit locationem, donec pretium exolveretur, cujus ſolvendi poteſtas jam non eſt integra commiſſa venditione, ſi venditor legem commiſſoriam exercere velit. Finitur ergo ſtatim lege commiſſa cauſa ſolvendæ mercedis. Tu hæc non cernis, quia tu ipſe tibi faſcinas oculos.

JOHANNES ROBERTUS.

VAferrime hic quaſi ludens, & εἰρωνεύων ſibi parci poſtulat, quo majoris confidentia ſimulatione, & hic admiſſus error incautos, & ejus aſtus minus gnaros lateat. An vero etiam inficiari audet ſe eo loco, quo temerare conatur *l. ſicut 20. in §. interdum, ff. locat.* ſcripſiſſe, *neceſſe eſſe preterita l. 21. quæ eſt* Javoleni, *quæ eſt intermedia, jungere extremo dictæ l. 20. initium l. 22.* quod cum iiſdem verbis ſemel, & iterum, atque etiam iterum quaſi ab eo ſcripto retuliſſem, quia iſtis verbis ſe uſum plane negare non poteſt, illud inficiatur ſe dixiſſe prædictam *l. 21.* eſſe loco movendam, quia (jam à me edoctus rationem, qua extremæ parti illius *l. 20.* ſic optime conveniat, ut & illam etiam rationem evidentem eſſe dicat, & agnoſcat) nunc admittat eſſe interpoſitam, ſed quaſi interpoſitionem eſſe prætereundam, ſi quis velit caſum à Paulo propoſitum facile percipere. Id itaque ipſius confeſſione ab eo extorſi, illam præteriri amplius neceſſe non eſſe. Quid autem aliud erat illud, neceſſe eſſe eam præteriri, quam debere eam quoquomodo loco moveri? vel ea, re ipſa, interpuncta, vel intellectu ſaltem in alium locum collata? Nec enim ſimpliciter dixi exiſtimare me, non poſſe aliam ſpeciem aliumve caſum proponi, quo conducture obligatn locator non obligetur, ſed illis neceſſitatis verbis ſignificari, in eo de quo ibi agitur venditionis, ſimulque adjunctæ locationis facto non aliam ſpeciem, aliumve caſum poſſe proponi, quo conductore obligato, locator non obligetur, quam initio illius *l. 22.* atque ſi jam loco moveri eam non vult, quo ejus interpolatio iſta initio illius *l. 22.* id eſt, pro *item*: quonam etiam exquiſita illa ejus, ceu corpori membrum adglutinans ferruminatio? Hic quis Orbilium (quem ut ejus oblivisci nun poteſt, ita & refert) aut artis, quam imprimis exercuerit, ſepta imprudentius tranſilire conatum non judicet, aut ſcientem videntemque non aliud in his, quam nugari voluiſſe agnoſcat?

Reliqua ipſius, quæ ſequuntur, ejuſdem generis ſunt, niſi quod eo amplius aperte ſignificat, ea quæ ſcripſi, ſe aut nullatenus percepiſſe, aut percepta diſſimulaſſe. cum

illis

Digitized by Google

illis plane omnia diluantur, & explicentur, quæ quaſi, vel repugnantia, vel abſurda inde ſecutura colligit, quale illud eſt de commixtione contractum duorum, quam ſine alterutrius, aut etiam utriuſque interitu fieri non poſſe contendit. Ea vero ſi ſine alterius, aut etiam utriuſque interitu fieri non poteſt, ſic plane fieri non poſſe dici præſtaret. Appoſita vero comparatio hominis, & ſimiæ ab eo excogitata, quem verius ſimiam, quam hominem ab omni parte dixeris.

Quod autem acrius notat nonnullis locis dictum à me, venditorem ex vendito, & locatorem ex locato actione teneri, ac contra emptorem ex empto, conductorem ex conducto, eo proclivius potuit imprudenti excidere, quod ejus ſententiæ ſim, ut quemadmodum venditoris, & emptoris locatoriſque, & conductoris, ita & actionum ex illis contractibus deſcendentium appellationem plerumque in jure confundi paulo ante aſſeruiſſem, idque comprobaviſſem. Accedit, quod quævis harum, etiam ex empto vendito, & locato conducto dicitur, quod & idem ille ſæpius inculcat.

Sed quod addit me in ſupradicta ſpecie modo cum Bartholo ſentire, mercedem illius locationis cedere in partem pretii, modo cum Caſtrenſi nulla ratione pretii, ſed magis uſurarum vicem obtinere, calumnioſiſſimum eſt: nec enim illud prius ullo loco prodidiſſe me quiſquam comperiet, calumniandi vero anſam inde veterator malitioſe arripuit (qui haud fere aliis, quam calumniis nos oppugnat) quod eodem capite ſcripſi in agitata ſpecie illa, me intelligere venditorem, eundemque locatorem obligari ad rem præſtandam, qua frui liceat, non quidem locationis contractus vi, verum venditionis, quaſi in partem pretii ea res ſit, juxta ſpeciem *l. ſi ſterilis 22. §. ſi tibi, ff. de act. empt.* cum aliis ſimilibus ab eodem citatis. Ex quibus colligitur, non de mercede illic me ſentire, quæ pretii loco ſit, verum de conventione illa locationis, adjecta emptionis contractui, quæ reliquarum ad eum modum contractui adjectarum pactionum inſtar, partem pretii conſtituere intelligatur, ideoque ad ejus obſervationem, & ex venditionis contractu agi poſſit, juxta ſpeciem ibidem à me tacitarum legum, *d. l. ſi ſterilis 22. §. ſi tibi, l. qui fundum 75. & l. fundi 79. ff. de contrah. empt.*

Quam frigida vero ratio, qua illud improbat quod ſentio, fundo ſub commiſſoria lege vendito, ac itidem, & locato (ut dictum eſt) deinde eo inempto facto, locatori non ideo minus inſequentis temporis mercedem uſque ad reſtitutionem deberi, quia perinde eſſe ait, ac ſi dicerem, poſt finitam locationem inſequentis temporis mercedem deberi, eo quod eodem tempore finiatur locatio, quo venditio: nego enim eodem momento finiri. Nam quod ex eo finiri ait, quod ea fuerit locationis lex, ut tamdiu ſtaret, donec pretium exolveretur, nec ulterius, id ego pernego: legis enim commiſſoriæ eſt illa conditio: locationis vero ipſa fruitio, atque ut quamdiu frueretur, merces ab eo perſolveretur. Quo fit ut etiam quomodocunque aliter finito conductionis tempore, recunductio facta cenſeatur, conductore in conductione remanente, *l. item quæritur 14. §. qui impleto, ff. locat.*

An puberes curatorem habentes, ſine curatore ſuo civiliter obligentur.

CAP. XII.

JOHANNES ROBERTUS.

QUOD dictum eſt à Modeſtino, puberes ſine curatoribus ſuis ex ſtipulatu obligari poſſe, in *l. puberes 101. ff. de verb. oblig.* interpretes Rogerium, & Martinum ſecuti, in eam partem communiter accipiunt, ut intelligant dictum de iis puberibus, qui curatores non habeant, quaſi dixerit, ſine curatoribus ſuis exiſtentes, hoc eſt, curatores non habentes, quod ideo ſubjecti tantum ratione dictum interpretatur Accurſ. ut ita non repugnet *l. 3. C. de in integr. reſtitu. min.* Cui interpretationi alii dictionem *ſuis*, quam adjecit Modeſt. plane repugnare contendunt: quod & nobis videtur. Alii vero ſic legem illam accipiunt, ut eo intelligant obligari puberem curatorem habentem, ſine ſuo curatore, ſed naturaliter tantum. Verum repugnat, & quod illic verbum *obligari* in dubio intelligi oporteat, ſumptum in potentiore ſignificato, arg. *l. 1. in verb. in perpetuum, & ibi Gloſſ. ff. ſi ager vect. vel emphyt.* junct. *l. 1. ff. pro ſocio* arg. *c. 1. de teſt. in 6.* Et quod ibi de ſtipulatione, ſicque civili actu loquatur, ideoque juxta ejus vocabuli vim, & qualitatem, quæ ad id referuntur, civiliter quoque dicta exiſtimanda ſint. Eſt qui puberem curatorem habentem indiſtincte, ſine curatore ex quibusvis contractibus civiliter obligari aſſerat, exceptis tamen iis in quibus de rerum ipſius venditione, & alienatione agitur: quia in iſtis neceſſaria ſit curatoris autoritas, de quibus ſolis intelligendam ſentiat *d. l. 3.* quia res ſuas propterea alienare ſine curatore nequeat: ut non ideo minus obligari, ſine eo queat, quod curatori rerum adminiſtratio commiſſa ſit, non tamen illi in puberis perſonam poteſtas data, cum pubes ſuæ tutelæ ſit, ideoque ipſius perſonam ex promiſſione ab ipſo facta obligari nihil vetet, idque eo comprobari exiſtimat, quod puberem puellam, ſine curatore nubere poſſe probatur, *l ſciendum, ff. de ritu nupt.* Quin & puberi ſine curatore recte ſolvi, & ab eo ſine curatore jusjurandum deferri queat, *l. ait prætor, ff. de minor. l. nam poſtea, §. ſi minor, ff. de jurejur.* Ut etiam mulieri puberi tutorem habenti, ſine tutore recte ſolvitur, cum tamen impuberi non recte ſolvatur. In quam rem Ciceronem citat in topic. ſimiliter, & à pubere recte hereditas abſque ejus curatore reſtitui, ut & ab eo ſine curatore hereditas adiri poteſt: at non ab impubere ſine tutore, *l. 1. §. ſunt quædam, ff. ad Senat. Trebell. l. cum in una, §. ult. ff. de appell.* Et vero quod dicitur tunc, cum pupillus navem exercet, tutoris autoritatem exigi, in hoc ut perpetuetur obligatio, ut & in aliis conſimilibus idem traditum eſt, *l. 1. §. exercitor, ff. de exerc. actio. & l. ſed ſi ex ſtipulatu 24. ff. de verb. oblig.* illud arguere interpretatur, aliud in pubere obtinere.

Verum illi eorum ſententiæ, & interpretationi obſtat, & quod in *d. l. 3.* puberes curatorem habentes iis non abſimiles dicuntur, quibus curatore dato bonis interdictum eſt, quos contrahendo minime obligari conſtat, ſive de rerum alienatione agatur, ſive non, *l. is cui 6. ff. de verbor. oblig. l. furioſi 41. ff. de reg. jur.* Et quod ex venditionis contractu non ſecus perſonalis actio naſcitur, quam ex ſtipulatione, aliiſque contractibus (qua eum obſtringi illud nulla ratione ex eorum ſententia impediret, quod is rei ſuæ dominii transferendi poteſtatem non haberet) & quod per ſtipulationem non ſecus poſſit rerum minoris alienatio fieri, quam per veditionem, *l. ubi autem 75. §. ult. ff. de verb. oblig.* Itaque ab illorum omnium ſententia diverſus, illud imprimis diſpiciendum exiſtimaverim, non illic à Modeſt. abſolute dictum fuiſſe, puberes ſine curatoribus ſuis ex ſtipulatu obligari (quod admitti intelligendum de his, qui curatorem habeant) ſed ex ſtipulatu poſſe obligari, nimirum ut in eo intelligamus, non indiſtincte, & regulariter eos obligari, verum in nonnullis tantum id fieri, quippe iis, quæ ad eorum ſubſtantiæ imminutionem minime vergant: puta ſi illa eorum pactio, aut ſtipulatio, qua obſtringantur, ad rei, aut juris ipſorum conſervationem imprimis ſpectet, & ſtipulando, vel tranſigendo, aliterve paciſcendo, ita quid promittant, & ad id dandum ſe obſtringant, ut tantundem, vel plus conſequantur, majuſque ex eo commodum, quam incommodum ad eos perventurum ſit, arg. *l. contra juris 29. in fin. ff. de pact. & l. ſinctas 27. ff. de reb. cred.* ut cum curator bonis minoris detur, non autem perſonæ, cum prodigo non prorſus ſimilem dicamus: Cujus perſonæ quoque curator datus intelligatur, non ſecus, quam furioſi, arg. *l. 1. ff. de curat. furioſ. præd. l. furioſi*, ſed non abſimilem juxta expreſſa Dioclet. verba, in *d. l. 3.* ut quidem eo non eſt illi diſſimilis, quod propter curatorem ipſi ſimiliter datum ei quoque rerum ſuarum adminiſtratio eatenus in-

terdicta cenſeatur, ut in his, quæ ad deteriorem ejus bonorum conditionem faciendam, & rerum ipſius imminutionem ſpectent, ſine curatore minime obligetur: ideoque in his reſtitutione in integrum opus non habeat, *ſic intellig. d.l.3.* Quo fiat, ut ſine curatore,& nuptias contrahere, & hereditatem reſtituere poſſit, *d.l.ſciendum, d.§.fuit quæſitum*: quia nullum iſtorum ad rerum, quæ ipſius propriæ ſint, diminutionem ſpectet: Sed non ut propterea,ſine curatore quicquam ex rebus ſuis in dotem dare, aut propter nuptias donare, vel obligare,aut hereditatem adire poſſit, prob.hoc poſtremum *l.cum quædam. C.de admin.tut.*Cui non repugnat *l.cum in una, §.ult. ff. de appell.* quam falſo in contrarium citant, ex cujus contextu eam alio ſpectare manifeſtum ſit. Ut neque verum eſt, quod aſſerunt, puberi ſine curatore recte ſolvi, quod refellitur *d.l.ait prætor. verſ. aut curatoribus ſolvi, ſi ſint*. Sed neque etiam ad rem ullo modo pertinet Cic. in topicis locus,quem citat, cum ibi de muliere minore minime loquatur Cicero, ſed ſimpliciter de muliere illud dicat. Quod tam in majore, quam minore obtineat, cum mulieres in perpetua tutela, quantumcunque provecta ætate eſſent, quippe vel tutoris dati, vel mariti, in cujus manum ubi conveniſſent,in ejus manu mancipioque eſſe incipiebant, aut ejus in cujus mancipio eſſet maritus, puta ipſius patris, quia tunc, ubi in manum convenirent, finiretur earum tutela, ut nominatim Boetius prædicto loco explicat, & Aul. Gellius *lib. 18. Noct. Attic. c.6.* nec ſecus falſum quoque, quod à minore curatorem habente jusjurandum, ſine curatore poſſe deferri ajunt,ut minime id probatur *d.§.ſi mino.*cum in eo curatoris nulla mentio fiat. Nec ad rem ullo modo facit, quod quæ de pupillis in jure dicuntur, nequeuntibus, aut obligationem perpetuare (niſi ipſis, vel adhibito tutore, vel ipſi tutori interpellatio facta ſit) aut navem exercere, & alia iſtiuſmodi ſine tutore agere, eo pertrahere conantur, ut diſtinctionem puberis ab impubere in eo conſtituant, & hæc à pubere curatorem habente, ſine curatore fieri poſſe ulla ratione arguant: Verum id tantum, cum hæc ab impubere ſine tutore neutro caſu fieri poſſint,neque ſi tutorem habeat, neque ſi tutore careat, à pubere altero ſaltem caſu fieri poſſe ſignificent, quo curatorem non habeat.

ANTONIUS MERCATOR.

HOc capite innumera compoſuiſti menda atque mendacia, ac primum quidem,Dominum meum ſcribere, puberem ſine curatore ſuo ex quibuſcunque contractibus indiſtincte obligari civiliter, quod neque ſcripſit, neque ſenſit, & non ſenſiſſe ſatis oſtendit Obſ.19. cap.33. in quo nominatim ſcribit, ex contractu venditionis rei ſuæ puberem ſine curatore ſuo non obligari. Verum cur tibi non liceat ſcripto ejus appingere, indiſtincte, cum & idem quodammodo audeas in *l.3. C. de reſt.in int.* dum ait minorem 25. annis, qui curatorem habet non eſſe abſimilem ei, cui à prætore curatore dato bonis interdictum eſt. Vis enim hanc comparationem minoris cum eo, cui bonis interdictum eſt valere in omnibus, ſive, inquis, de rerum alienatione agatur, ſive non, cum lex ea tantum utatur in alienatione bonorum, ut regula quoque juris, quæ furioſum ſimilem facit ei, cui bonis interdictum eſt, in damnis dumtaxat amittendæ rei ſuæ locum habet, non in cauſis omnibus, & illud quoque ipſe poſtea à te ipſo deſciſcens eodem capite confirmas, non eſſe ſcilicet extra cauſam alienationis bonorum congruam minoris cum eo, cui bonis interdictum eſt comparationem.

Cum autem ſcribis hoc diſtare curatorem furioſi, vel prodigi à curatore minoris 25. ann. quod hic datur bonis, ille perſonæ principaliter, ut puto, ſi æger animi non es intelligis hunc dari bonis, illum perſonæ. Atquin nullus eſt curator omnino, qui principaliter detur perſonæ. Omnes dantur bonis, quod ratio, propter quam dantur probat. Cur prodigis dantur? quia bonorum adminiſtratio eis interdicta eſt. Cur furioſis, cur aliis pleriſque? quia rebus ſuis ſufficere negotiave ſua tueri non poſſunt. Et

A audi de curatore furioſi quid dicat Julianus, *l.7. de cur. fur.* Non ſolum patrimonium tueri debet, quaſi ſcilicet in hoc principaliter datus, ut patrimonium tueatur, ſed etiam corpus, & ſalutem furioſi. Et placet valde, quod Acc. *l.1. eod.* in poteſtate curatorum eſſe interpretatur in cura. Cura bonorum potius, quam perſonarum. Audi etiam quid Hermogenianus de curatore furioſi, & prodigi, & pupilli, in *l.inter, de adm.tut.* his plane rerum adminiſtrationem committi: nec ſeparat, quod obſerva, curatorem furioſi, vel prodigi à curatore pupilli: ergo nec à curatore minoris, & pupilli nomine illo loco κατὰ ἀναφορὰν etiam pubes continetur, ut *l.ſciendum, de rit.nupt.* igitur nec tu eos ullo modo ſeparare debuiſti.

Ex *l.cum in una, §.ult.de app.* falſo colligi ais, puberem adire hereditatem ſine curatore ſuo, nec cur falſo id ex B ea colligatur oſtendis. Diſce vero,etiamſi non lubet; diſce verbis, quibus te cædimus, ut recte colligatur. Lex ait, ad adeundam hereditatem pupillo tutore auctore opus eſſe: quare? quoniam, inquit, curatoris auctoritas ad hoc inutilis eſt: ratio eſt generalis, ut eſſe debet ducta ex eo, quod aditio hereditatis eſt actus ſolemnis, & legitimus, *l.actus, de reg jur.* & ea,quæ ſolemnitatem juris deſiderant, neque per curatorem, neque curatore auctore expediri poſſunt. *l.curatorem, de auct.tut. l.per procuratorem, de adq. her.* Ex ea ita colligo. Cui quid rei adhibere, inutile eſt, nec adhibere neceſſe eſt. Ad adeundam hereditatem curatoris auctoritatem adhibere inutile eſt.Ergo nec adhibere eam neceſſe eſt.

Tu vero in contrarium, ut probes à pubere non poſſe hereditatem adiri non adhibita curatoris auctoritate, per- C peram adducis *l. cum quædam, C. de adm. tut.* quoniam ea lex adeunte pupillo, vel pubere non exigit in utroque auctoritatem tutoris, vel curatoris, ſed auctoritatem in pupillo ſcilicet, conſenſum in pubere. Ait enim in initio auctoritatem ſuam, vel conſenſum, quod & in extremo ita repetit. Ex hujuſmodi auctoritate, vel conſenſu. Repetitio oſtendit curæ Juſtiniano fuiſſe ea duo ſeparare, qua ratione vero,niſi ratione perſonarum pupilli,& adulti? quod ſit harum perſonarum inter ſe ſeparata ratio. Conſentire autem videtur curator puberi adeunti, qui ei conſilium dat, ut adeat, à quo conſilio multum diſtat auctoritas, ut in *l.2. de accuſ.* & apud Paulum *5. Sent. tit. 1.* ex conſilio tutoris, vel curatoris: longe aliud eſt, quam ex auctoritate. Quamvis recte pubes adeat hereditatem ſine curatoris auctoritate, non tamen id facit, neque fa- D cere debet ſine conſilio ejus. Conſilium conſenſuſve negotium non perficit, auctoritas perficit.

Præterea negas, puberi ſine curatore recte ſolvi, quo argumento? hoc uno, quod curatori ſolvi poſſit, eodem argumento dicam. Procuratori tuo ſolvi poteſt: ergo tibi ſolvi non poteſt. Quis vel hoc uno argumento non te eruditum eſſe neget? imo quis non deſipere mentis cum dicis nihil pertinere ad confirmandam ſententiam ejus, qui dicit minori ſolvi recte ſine curatore, vel tutore auctore, quod M. Tullius ait, mulieri ſolvi recte ſine tutore auctore. Cedo cur nihil id ad eam rem pertinere arbitraris? quia. inquis, M.Tullius tam de majore muliere loquitur, quam de minore. Quæſo ſi & de minore, nihilne igitur pertinet ad minorem, qui ſolvit ſine tutore auctore. Ejuſdem generis eſt, quod ſtatim quaſi ex jure antiquo refers, mulierem eſſe in perpetua tutela mariti, E & conveniendo in manum mariti tutela liberari: hoc enim dicis, eſſe in tutela mariti, & non eſſe.

Ad hæc negas, puberem recte jusjurandum deferre ſine curatoris auctoritate, quo vero argumento? quia, inquis, in *l.nam poſtea, §.ſi minor, de jurjur.* curatoris nulla mentio fit: ſane ita eſt, curatoris nulla mentio fit: ex quo non efficies, curatorem in ea re deſiderari: nam ſi deſideraretur, curatoris mentio fieret. Efficies rectius, non deſiderari.

Poſt hæc qua ratione, quave fronte negas, quod Dominus ad *l. puberes, de verb. obl.* ſcribit de pupillo tantum ſcripta in *l.24. eod.tit.* & *l.1. §.exercitorem, de exerc. act.* argumentum præbere ex contrario non valere eadem

in

Digitized by Google

in pubere, ſicut & quod de pupillo, aut de re pupilli A tantum ſcriptum eſt in *l.20. §.1. de novat. l. cum prætor, §. pen. de jud. l.bonæ fidei, de adqu. rer. dom. l.8. de accuſ. l.1. C. de inut. ſtip.* idem vult hodie diſcas eſſe ſcriptum *ἐξ ἀντιδιαστολῆς*, quod ſcilicet in pubere aliud obtineat: id vero qua ratione quaque fronte negas? fronte, ſed ratione nulla.

Poſtremo calumniaris manifeſto, quod generaliter, & abſciſè Modeſtinus ſcribit in *l.puberes, de verb. oblig.* his verbis, Puberes ſine curatoribus ſuis poſſe ex ſtipulatu obligari, dicens, non eſſe ſcriptum, non eſſe regulariter verum, ſed aliquo caſu tantum, puta, Si nulla captio ſit adoleſcentis, quod calumniæ genus iteras etiam c. 19. à quo vel hoc loco, ſi non oratio Modeſtini, non inſultantium ſermo, te deterrere, vel inſcriptio legis debuit, quæ eſt de præſcriptionibus, & adſignificat, quod ea ſenten- B tia quaſi generalis valeat etiam capto adoleſcente, dolo adverſarii, hoc caſu adverſus actionem ex ſtipulatu adoleſcenti præſcriptionem dari fere Plautinæ ſimilem, Ni dolo malo in ſtipulatus ſies, nive etiam dum ſiem 5. & 20. annos natus: quo pertinere *l. 7. in fin. de except.* & eam præſcriptionem eſſe ex lege Lætoria alio loco Dominus docuit.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc non tantum calumniatur, ſed & mendacium mihi ingerere audet oblatrator, quod ſcripſerim eum aſſeruiſſe in *l. puberes* tot. *ff. de verb. obl.* puberem ſine curatore ſuo ex quibuſcunque contractibus indiſtincte civiliter obligari; id enim pernegat, eoque magis, C quod alio loco ſcripſiſſe ſe ait, puberem ex contractu venditionis rei ſuæ ſine curatore ſuo minime obligari. Verum illud ita à me ſcriptum eſt, ut illam ſimul ipſius exceptionem adjecerim, rerum quæ ipſius puberis ſint alienationis. Quid itaque hac ex parte obgannit, cum eum ab iſta parte ne attingere quidem cogitarim?

Non diſpar in eo calumnia eſt, quod ait me facere comparationem minoris, & ejus, cui bonis interdictum eſt, in omnibus, cum nominatim ſcripſerim illum prodigo non prorſus ſimilem eſſe, ſed non eiſe illi abſimilem, juxta expreſſa Dioclet. verba in *l.3. C. de in integ. reſt. min.* quod & ipſe agnoſcit à me confirmari. Verum in eo me à memetipſo deſciſcere, eum inepte cavillari clarius eſt, quam ut comprobationem accuratiorem exigat.

Non diſſimiliter, & quod ſcripſi curatorem bonis mi- D noris dari, non autem perſonæ, cum quod ad prodigum perſonæ quoque dari intelligatur, non ſecus quam furioſi, ſic interpretatur contra ipſiſſima verba mea, quaſi prodigi, & furinſi perſonæ principaliter dari dixerim, cum nullus omnino, inquit curator ſit, qui principaliter perſonæ detur, ſiquidem omnes bonis dantur. At quid aliud expreſſi verbis illis, *cujus perſonæ quoque curator datus intelligatur?* idem nimirum iſtis verbis ſignificans cum eo, quod ille vult.

Deinde vero quam hoc uno acute contendit probare, non debuiſſe me curatorem minoris à furioſi, & prodigi curatore ſecernere, quod ab Hermogen. in *l. intra 49. ff. de adminiſtr. tut.* diſcrimen id conſtituitur inter bonorum ventriſque curatorem, & inter curatorem furioſi, item prodigi pupillique, quod iſtis plena rerum adminiſtra- E tio, illis ſuperioribus ſola tantummodo cuſtodia committitur. Ex quo colligit, curatorem minoris nullo diſtare à curatore furioſi, & prodigi. At ego contra ejus ſententiam illa lege minime juvari contendo. Primum eo, quod ibi non minoris, ſed pupilli fiat mentio (id vero & ille amoliri tentat, ſed frigide) Deinde etſi minoris mentionem ibi factam admittas, an idcirco illud ſequetur? cum ſufficiat in eo convenire eos, in quo cum duobus illis conferuntur, quippe quod ad plenum bonorum adminiſtrationem.

Quam vero inſulſe illud omne agitat, minorem ſine curatoris autoritate hereditatem adire non poſſe. Ac primum in id, & quod dixi falſo contrarium colligi ex A *l. cum in una 17. §. ult. ff. de appellat.* ita ſophiſtice argutari non puduit. Cui rei aliquid adhiberi inutile eſt, nec neceſſe eſt: Ad adeundam autem hereditatem curatoris authoritatem adhibere inutile eſt: ergo nec adhibere eam neceſſe eſt. Quis (modo juris ignariſſimus) non probet, aut etiam non ſtupeat ſubtilem, & belle adeo in modo, & forma concludentem ſyllogiſmum magni magiſtri? Alios vero, vel mediocriter tantum jure verſatos faceſſere cupit, ne fallaciam ſubeſſe ſentiant in minore, quæ colligit à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Nec ſecus quam ſi ita colligeret in curandis morbis venæ ſectionem non eſſe neceſſariam: Cui rei quid adhiberi inutile eſt, nec neceſſe eſt: At venæ ſectionem in morbis curandis adhibere inutile eſt: ergo nec neceſſe eſt: dum minorem eo probare velit, quod B in morborum nonnullorum curatione nihil plane conferat venæ ſectio. Aut etiam non ſecus, quam ſi ita contenderet quis, neceſſariam non eſſe in minoris contractu curatoris autoritatem: Cui rei quid adhibere inutile eſt, nec neceſſe eſt: curatoris autem autoritatem in minoris contractu adhiberi inutile eſt: ergo nec eam adhibere neceſſe eſt. Nam ut iſtud aliquo caſu verum eſt, inutilem eſſe in minoris contractu curatoris autoritatem, puta ſi is contractus ſit, in quo de immobili minoris re alienanda agatur, aut alimentis remittendis, *l. ſi prædium 16. C. de præd. & aliis rebus min. l.1. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. cum Prætor 8. in pr. cum l. ſeq. ff. de tranſact.* Neque tamen ideo ſimpliciter verum ita & illud, quia aliquo caſu verum eſt, ad adeundam hereditatem inutilem eſſe curatoris autoritatem, quippe quo tutoris datio- C ne locus eſt, ut quidem ea, quam idem ille citat *l. curatorem, ff. de autor. & conſ. tut. & cur.* apertiſſime contra illum pugnat, fallaciamque detegit, cum nominatim dicat curatorem impuberi datum non poſſe autoritatem impuberi ad adeundam hereditatem præſtare, quia ad ea explicanda, quæ ſolemnitatem juris deſiderant, tutore autore opus ſit. Quod quis ad alios caſus traxerit, quam in quibus tutoris dationi locus ſit: quod omnino convenit cum eo, quod dicitur *d.l.cum in una, §.ult.* Quo & illud ſpectare dici poteſt, quod ab Ulp. dicitur in *l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad S.C. Trebell.* autoritatem curatoris ad hereditatis reſtitutionem non eſſe neceſſariam, quaſi aliud in ejus aditione dicendum ſubinferat.

Sed expendamus quam ſubtilius probet perperam à me adduci ad ſupradictorum comprobationem, *l.cum quædam, C. de adminiſt. tutor.* ut & in eo plane eum ridi- D culum agnoſcas. Lex illa (inquit) autoritatis, & conſenſus iterum meminit, autoritatem tutoris in pupillo requiri intelligens, at conſenſum ſolum in pubere, quo conſenſu curator det ei conſilium, Quid inde efficit? Puberem ſine curatoris authoritate adire poſſe hereditatem, at non ſine conſilio, & conſenſu: quaſi vero eo quod conſentiat tutor, non & author eſſe, & autoritatem præſtare intelligatur, cum quamvis ejus adprobatione, imo vero eo ſolo, quod negotio adſit, id quod geritur intelligens, autoritatem ejus interveniſſe lex admittat, prob. *l.3. in verb.* cui ſe probare dicit, arg. *l. non multum 14. ff. de auth. & conſ. tut. & cur. & l.4. in verb. adeſſe tutores, C. de auth. præſt.* Quo fit, ut aliis locis conſenſum tutoris, aut curatoris pro autoritate ſumi comperias, ut in *l.1. verſ. in cauſis, ff. de adminiſt. tut.* Quin & ſolam tu- E toris curatoriſve voluntatem placuiſſe ſpectari debere, ait Cajus *in l. ſi ad pupillam 2. ff. de auth. tut. & cur.*

Nec pudet referre hoc uno argumento me negaſſe puberi ſine curatore recte ſolvi, quod ejus curatori ſolvi poſſit, ſimulque pertinaciſſime nulla alia ratione prolata illud contra aſſerere, minori ſine curatore ſolvi poſſe. Refelli id ſcripſi *l. ait Prætor 7. ff. de minor.* toto ejus principio, ac maxime verſ. *aut curatoribus ſolvi, ſi ſint.* Ex quo ſolo calumniæ anſam arripuit, ut quaſi dixerim (quod ne cogitarim unquam) curatori ſolvi poteſt, ergo minori ſolvi non poteſt, non aliud habuerit, quo illa, quæ antea ſcripſi, cum ipſius Notis collaturos, à veri inveſtigatione alio averteret, & tranſverſum abduceret,

Digitized by Google

quam fatui iſtius argumenti objecta ſimilitudine. Procuratori (A) tuo ſolvi poteſt: ergo tibi non poteſt. Cuinam ſcriptorum meorum parti id accommodare poſſet nugivenous? Æque adpoſite etiam illa duo colligit, quorum unum illud eſt, quod cum retexiſſem, ad rem non facere citatum ab eo Cicer. locum in Topic. quia non de muliere minore ibi agatur: ſed ſimpliciter de muliere, ac per conſequens tam majore, quam minore, captioſe colligit. Si, & de minore: ergo, & ad minorem pertinet, quæ ſolvat ſine tutore. Procederet quidem argumentum, ſi diverſitatis nulla ratio inter minorem, & majorem non intercederet: quippe imbecillitatis illius ætatis minoris, idque quod & illo ſeculo ejus circumſcriptio non minus legibus vindicabatur: quippe lege Lætoria (autore eodem Cicer. *in Offic.*) quam hocce jure noſtro. At quænam major circumſcribendorum minorum occaſio præ- (B) beri poteſt, quam ut his quodcunque debeatur, ſine curatore poſſit recte ſolvi, & quidem mulieribus cum ætatis infirmitate, concurrente & ſexus fragilitate? Atque quod illud Ciceronis dixi tam de majore, quam de minore muliere poſſe intelligi, ſimul explicui eo tantum me referre, ut intelligerem non ſecus in tutela eſſe majores ætate mulieres, quam minores, ac propterea illud ſimpliciter dictum à Cicerone de mulieribus in tutela exiſtentibus, ad illas eſſe referendum, quibus non aliud præterquam quod in tutela eſſent, obſtaret, quominus eis ſine tutore recte ſolvi poſſet. Alterum cum æque captioſum ſit, etiam levius eſt: in quo itidem ex eo, quod utrumque hoc dixi, mulieres in perpetua mariti tutela eſſe, & conveniendo in manum mariti tutela liberari, argutatur utrumque me dicere, in tutela mariti eas eſſe, (C) & non eſſe. Ridiculum: quis enim dubitet in eo, quod dixi, mulierem in manum mariti conveniendo tutela liberari, de ea tutela intelligi, in qua priuſquam nuberet fuerit, non de ea, cui nuptias contrahendo ſubjicitur? cum liberari non dicamur eo, quo obſtricti nondum fuerimus, arg. *l. decem ff. de verb. oblig.*

Ejuſdem generis (hoc eſt vaniſſima) ea captiuncula eſt, qua in eo, quod cum illud falſum eſſe comprobarem, quod is aſſeruerat: jusjurandum à minore ſine curatore deferri poſſe, ſic me ratiocinatum refert. Pubes jusjurandum ſine curatoris autoritate deferre non poteſt, quia *in l. nam poſtea 9. §. ſi minor, ff. de jurejur.* quæ de jurejurando à minore delato loquitur, nulla curatoris mentio fiat, cum aliud omnino colligerem: quippe ex eo, quod in illo *§. ſi minor* non fiat ulla curatoris mentio, non (D) poſſe dici eo tantum uno loco ſufficienter illud probatum, quod pertinaciſſime aſſerit, jusjurandum à minore recte ſine curatore poſſe deferri. Id ſcripta illa mea teſtantur, ſicque in eo non aliud illum, quam calumniatum. Suas ſibi ſumat in argumentandu partes, nec quod à me eſt, invertat.

Quid quod necdum pudet refricare memoriam ejus, quod ineptiſſime ſic à contrario argumentum duxerit, ex eo quod *in l. ſed ſi ex ſtipulatu 24. ff. de verb. oblig.* dicitur, adverſus pupillum, qui Stichum ex ſtipulatione debebat, eo non perpetuari obligationem: quod ſolus ſine tutore interpelletur, illud ſequi indiſtincte, adverſus puberem, qui ſine curatore interpelletur, eam perpetuari, & conſimiliter *ex l. 1. §. exercitorem, ff. de exerc. act.* ex eo, quod ibi dicitur in pupillo, ſi navem exerceat, exigi (E) tutoris autoritatem: itidem à contrario ſequi, in pubere non exigi curatoris autoritatem. Pari ratione juxta illam ejus ſubtiliorem argumentandi rationem ſic licebit colligere ex his, quibus dicitur pupillum nec tutori eo autore obligari poſſe, nec ſine eo ſervos ſuos manumittere, nec rem aliam ullam ſive mobilem, ſive immobilem alienare, *l. pupillus 5. in prin. & §. pupillus, & l. obligari 9. in pr. ff. de author. tut.* & hoc ſimiliter, puberem curatori eo autore ſine alio curatore poſſe obligari, & rem quamcunque etiam immobilem alienare. Cujuſmodi infinita alia abſurdiſſima in jure admiſſis iſtiuſmodi argumentis ſequerentur. Præſtitiſſet eo contentum fuiſſe, quod humaniſſime docuiſſem pleraque eſſe, quæ cum ab impubere neutro caſu fieri queant, nec quo tutorem habeat, nec quo tutore careat, à pubere altero ſaltem caſu poſſe fieri, idque nonnunquam iſtiuſmodi, quæ ducere in hoc liceat, argumentis, in jure ſignificari haud ab re dici poſſe.

Atque haud firmius argumentum illud eſt, quo idem ſententiam ſuam *ad d. l. puberes*, à nobis jure impugnatam tueri conatur. Inſcriptio (inquit) legis docet eam ductam ex Modeſtin. *lib. 4. de præſcript.* (quo magis ſignificari ait ſententiam ejus generalem eſſe) & adoleſcenti ſtipulatione per dolum adverſarii capto, adverſus actionem ex ſtipulatu præſcriptionem dari. Ut illi demus nullo plurium illorum librorum loco, de iis, quæ ad præſcriptiones pertinent, non alio modo, quam generaliter fuiſſe præſtricte locutum Modeſtinum (quod tamen à fide veri alieniſſimum nemo non agnoſcet) dicat argutus Sophiſtes, quanam ratione illa ejus exceptio Modeſtini verbis iſtis aptari queat: *Puberes ſine curatoribus ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari.* Quomodo (inquam) ex eo quod pubes ex ſtipulatione ſine curatore obligari poſſe dicitur, illud colligat, puber. circumſcripto dari præſcriptionem adverſus actionem ex ſtipulatu? Minus inepte dixiſſet adverſus puberem, qui à debitore petat, quod antea idem pubes promiſerit ſe non petiturum, vel quid eo nomine facturum, exceptionem ex ſtipulatione, ut qua efficaciter obligari potuerit, objici poſſe, niſi, quod iſto modo non ita commode adſtruere potuit λογόμαχος illud ex Plauto λογίδιον hic adſcriptum, cujus antiquitatem referentibus verbis apud ſuos λογοθήκαι, tot in hoc capite admiſſos errores obtectos fore confidit. Alios enim germanum ipſarum legum ſenſum penitius exquirere ſatagentes minus moratur.

An Catoniana regula ad hereditates pertineat.

CAP. XIII.

JOHANNES ROBERTUS.

EI, quod ſcripſit Papinianus lib. 15. quæſtionum. *Regulam Catonianam non pertinere ad hereditates, neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt aditam cedit hereditatem*, in *l. 3. ff. de reg. Caton.* repugnare videtur, quoad hereditates, tum id quod in lege illic proxime ſubſequente *ex Ulpian. lib. 10. ad Sabinum*, eadem regula dicitur *ad conditionales inſtitutiones minime pertinere*: Quæ conditionalium ſpecialis exceptio ad alias regulariter eam pertinere arguit: ut quidem ſi in univerſum ad hereditates non pertineret, abſurde ab Ulpiano dictum, & relatum eſſet, non pertinere eam ad conditionales: Tum quod ejuſdem regulæ effectum in inſtitutionib. locum ſibi vendicare prob. *l. pen. ff. de reg. jur. l. ſi alienum 49. §. in extraneis, ff. de hered. inſtit. §. in extraneis, de hered. qualit. & differt. in Inſtit.* Quod Franciſcus Balduinus ita componendum exiſtimavit in Comment. ad regulam Caton. ut interpretetur regulam illam pertinere etiam ad hereditates, ſed non omnes, verum eas, quarum dies poſt aditam hereditatem cedat, ut quod de legatis à Papiniano poſterioribus verbis dictum eſt, id etiam conjunctim, & de hereditatibus dictum intelligat: Atque cum regulariter cujusvis inſtitutionis heredis dies ipſo aditionis tempore nec ante cedat, neque aliter fieri poſſit, quam ut tunc cedat, juxta *l. un. §. in noviſſimo, C. de caduc. toll.* ut eo perveniat, ſubtiliter admodum aliquas eſſe hereditates interpretatur, quarum dies non ipſo aditionis tempore, ſed poſt aditam hereditatem cedat, quales vult eſſe fideicommiſſarias hereditates: quia non aliter, quam poſt aditionem ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituantur. Verum id omnino à juris ratione alienum eſt, quod de hereditatibus ſimpliciter dicitur, id ad fideicommiſſarias hereditates referre, cum reſtitutione hereditatis, quæ ex Trebell. Senatuſconſ. fit, conſtet fideicommiſſarium non fieri heredem, *§. reſtituta, de fideic. hered. in inſtit.* & fideicom-

miſ-

miſſa etiam univerſalia legatis per omnia adæquata eſſe dicantur, *in l.1. ff. de legat.1.* ac per conſequens horum, ut legatorum pure relictorum diem etiam à teſtatoris morte intelligi cedere, *d. §. in noviſſimo*. Præterea Papin. ibi, non ad illa tantum ait non pertinere Catonianam regulam, quorum dies poſt aditam hereditatem cedit, verum & quorum dies non cedit mortis tempore: quæ verba plane indicant illud poſtremum inſtitutionibus convenire non poſſe, cum nulla iſtiuſmodi ſit, cujus dies mortis tempore cedere dici poſſit. Ex quo apparet, id de legatis tantum intelligi oportere, de quibus poſtremo loco illic loquitur, non etiam de hereditatibus. Ac ita illud prius relinquitur plane, & ſimpliciter dictum, Catonianam regulam non pertinere ad hereditates. Hic vero, quid obſervator noſter, certe audacior multo, nodum, quem ſolvere non valet, abſcindere malens, quam uſquam ſubſtitiſſe credi, ex illo contextu abradit dictionem *hereditates*, & ejus loco inſerit dictionem *libertates*: idque nullius exemplaris (ut illi eſt uſus) prætenta autoritate. Verum illi contextus mutationi duo obſtant. Prius offert ſeſe ex eodem illo contextu, *d. l. 3.* in cujus poſteriore verſ. proponit generaliter Catonianam regulam ad illa omnia legata non pertinere, quorum dies non à morte teſtatoris cedit, ſed poſt aditam tantum hereditatem. Cum igitur libertatis legatum haud dubie poſt aditam tantum hereditatem cedat, *d. l. unic. §. libertatibus, & l. nam cum libertates 8. ff. quand. dies leg. ced. l. Julianus, ff. de cond. & demonſt.* quorſum de libertatibus ſpecialiter illud expreſſiſſet, cum in eo nulla, quo ad illas ſpecialiter alia ſit, quam in cæteris à die mortis minime cedentibus? Poſterius eſt, quod Catonianæ regulæ definitio ad ſola legata refertur, tanquam circa ea tantum fuerit primitus conſtituta, prob. *l.1. ff. de regu. Caton.* Adde, quod cum in hoc ſpectemus, an diſpoſitionis teſtamentariæ dies à morte teſtatoris cedat, ut ex eo dignoſcamus, an relicti ad heredes tranſmiſſio fiat (ut quidem fit legatario ante agnitum legatum pure relictum poſt teſtatoris mortem, minime adhuc adita hereditate defuncto) hereditatem pure relictam herede poſt teſtatorem, antequam adiret, defuncto, conſtat minime tranſmitti hereditatem ad heredis heredes, *d. §. in noviſſimo, & l. quoniam, C. de jur. delib.* Ex quo ſequitur, non poſſe dici heredis inſtitutionis diem à tempore mortis cedere, ſed in eo omnino aditione opus eſſe. Itaque cum Catonianæ regulæ vis ad eas ſolas diſpoſitiones referatur, quarum dies à tempore mortis cedit, *d. l. 3.* ea ad heredum inſtitutiones pertinere nullo modo poteſt, prob. arg. *§. an ſervo, circa fin. de leg. in Inſtit.* Comprobatur & eo, quod effectum Catonianæ regulæ in inſtitutionibus minime obtinere patet, *l. ſi ſervus ejus, qui 81. ff. de acq. her. l. qui ſolvendo 42. ff. de hered. inſtit.* arg. *d. §. in extraneis*. Ubi, quod in extraneis heredibus ſpecialiter dictum fuit, in ſuis non itidem locum ſibi vendicare ſubinfert, ut Joannem exiſtimaſſe refert Accurſ. argum. *illius conteſt. & §. ſui, de hered. qual. & diff. in Inſtit.* Unde etiam duci poteſt conciliatio *d. l. pen. ff. de reg. jur.* quæ cum Catonianæ regulæ non meminerit, ejus tamen effectum, & inſtitutionibus quoque tribuere videatur: ut intelligamus illud ſolum his omnibus, quæ Catoniana regula definiuntur, minime convenire: Tametſi alioqui id aliqua ex parte cum ejus regulæ effectu conſentiat, ſed ita, ut aliunde, quam ex illa regula, aut ejus regulæ ratione dictum ſit: quippe ex eo, quod in univerſum in inſtitutionibus id jure requiratur, in hoc ut valeant, teſtamenti factionem duobus temporibus habuiſſe eos, qui heredes, & inſtituerent, & inſtituerentur: ac præterea, & hunc inſtitutum aditionis tempore illam habuiſſe, in quo capacitas tantum ipſarum perſonarum attenditur, & inſtituentis, & inſtituti, cui totius teſtamenti vis innitatur, cum quo nihil commune habeat Catoniana regula, utpote in legatis tantum, ut dixi, conſtituta, ac iis, quorum dies tempore mortis teſtatoris cedit, cum hereditatis inſtitutione relictæ dies ante aditionem minime cedat, ut dixi.

A Illud autem, quod *in d. l. penul. ff. de Caton. regula*, excipi videntur conditionales inſtitutiones ab illa regula, alio omnino pertinet, quam eo unde poſſit ullo modo colligi, reliquas non conditionales inſtitutiones ad Catonianam regulam pertinere: quippe quo refert Accurſ. & recte interpretatur, ibidem intelligendum ſignificare voluiſſe Ulpianum, non pertinere Catonianam regulam ad relicta eo teſtamento, cujus inſtitutio ſit conditionalis. Quod ita accipiendum interpretor, non quidem, ut ob id, quod ipſa inſtitutio ſit conditionalis, & ipſa quoque legata inde ſimpliciter conditionalia cenſeri intelligamus. Nec enim id verum eſt, cum ita ſub conditione inſtituto herede, ſi is, cui teſtamento illo pure legatum eſt, ante conditionis inſtitutioni adjectæ eventum decedat, non ideo minus legatum ad heredem ſuum tranſmittat, *in l.* B *ſi dies 21. in fin. & l. heredis 7.* (dempta ex ejus princip. negatione juxta emendatius in hoc Florent. exemplar) *ff. quand. dies leg. ced. l. aliquando 106. ff. de condit. & demonſt.* Verum, ut cum non multum interſit iſtiuſmodi legatum ab hoc, Si Titius heres erit, Sejo centum dato, *d. l. ſi dies in fin.* quæ conditio legatum, quod tranſmiſſionem non reddat conditionale, *l.3. ff. de leg.1. d. l. aliquando*. Idque ex definitione Labeonis, dicentis legatum ita demum ad heredem legatarii tranſire, ſi certum ſit debitum iri, ſi adeatur hereditas, *l. ſi Titio 22. in fin. ff. quand. dies leg. ced.* ex eo tamen, quod iſtiuſmodi legata quoquomodo conferuntur in incertum aliquem eventum, non ſit in his Catonianæ regulæ locus, arg. *l.1. in fi. ff. de reg. Caton.*

C

ANTONIUS MERCATOR.

QUod vulgo ita ſcriptum eſt in *l.3. de reg. Cat.* Catonianam regulam non pertinere ad hereditates, tu conaris defendere primum, quia regula Catoniana de legatis concepta eſt, non de hereditatibus, ac ſi non, ut in 12. tab. & in edicto *de leg. præſt.* & in illa regula veteri legatorum appellatione etiam hereditates contineantur. Tum quia ad ea tantum legata regula Catoniana pertinet, quorum dies cedit à morte teſtatoris, quod eſt verum, & hereditatum dies non cedit à morte teſtatoris, quod non eſt omnino verum, quia ſtatim à morte teſtatoris adiri, atque adeo tranſmitti poſſunt, & quodammodo igitur dies earum cedit à morte teſtatoris, qua de cauſa Theophilo ſemper idem eſt delationis, & ceſſionis D dies, ac præterea Domine, conaris id defendere arg. *l.82. de adqu. her. & l.42. de her. inſt.* ſane perperam: quia utraque lex pertinet ad leges novas Juliam, & Papiam, ut in una oſtendit inſcriptio, in altera hæc verba: Ante apertas tabulas, & ad legem Juliam, & Papiam regulam Catonianam non pertinere conſtat *l. ult. de reg. Caton.* Nihil igitur agis, niſi profers teſtimonia, quæ pertineant ad jus antiquum, cujus juris eſt regula Catoniana. Non eſt etiam verum, quod ex Joanne adfers, inſtitutionem ſui heredis valere, etiamſi teſtamenti faciendi tempore non fuerit cum eo teſtamenti factio, & verior eſt Azonis ſententia, ut in neceſſariis, & in ſuis exigi hanc qualitatem teſtamenti faciendi tempore: quia cum nuſquam unquam ſit proditum in iis ceſſare regulam Catonianam, & in his eam obtinere, præſumendum, & exiſtimandum eſt, nihil imperito audendum contra.

E Dominus autem meus liquido probavit regulam Catonianam etiam ad hereditates pertinere ex *l. ſi à Primo, de lib. & poſt.* in qua mutus taces, & ex *l. pen. de reg. jur.* in qua plane tibi deſit animus, deſit oratio, & mens, modo effectum regulæ Catonianæ, qui quid aliud eſt, quam regula Catoniana in hereditatibus locum habere concedenti, ſed ægrè, quoniam addis, aliqua ex parte, quod cur addas non aperis, quia nec potes, ægritudine animi tibi aliqua ex parte adimente mentem, modo dicenti rationem *d. l. pen.* non ſumi ex regula Catoniana, ſed ex eo, quod in heredum inſtitutionibus tribus temporibus capacitas exigitur, quod perinde eſt, ac ſi diceres, quia in heredum inſtitutionibus locum habet regula Catoniana.

deni-

A denique regulam *d. l. pen.* eſſe regulam Catonianam quis hic naribus non indulgeat? quis non te deridendum propinet? & vel tunc maxime cum legerit te aliqua ex parte probantem Accurſii ioterpretamentum, quo io *d. l.* 5. hæc verba, *ad condicionales inſtitutiones*, ex quibus efficitur regulam Catonianam pertinere ad puras, ita interpretatur ad legata relicta teſtamento, in quo ſub conditione heres inſtitutus eſt. Hoc probas. Lotarii igitur efferte flagra, aut Digeſta date in ignem, quæ hæc nobis dant portenta, non verba. Etiam audes effrenus ex hoc interpretamento efficere regulam Catonianam non pertinere ad legata pura, ſi heredis inſtitutio non fuerit pura, quo quid abſurdius?

Non dum eſt ſatis. Dominus meus reponit in *d. l. 3. libertates*, pro *hereditates*. Eſt magnus criticus, magnus obſervator. **B** Statim ſicubi inſedit, agnoſcit erratum, quia artis ſuæ potens, & in erratorum cauſis dignoſcendis exercitatiſſimus eſt, ut librariorum culpa commutentur vocabula alia pro aliis optime novit. Et libertatis hereditatiſque appellationum ſcit frequentem eſſe commutationem, quam indicare non veretur, ſi qua urgeat ratio magna atque perſpicua, ut & poſtea fecit in *l. ſi ita ſcriptum, §. regula, de lib. & poſt.* nec ſine exemplo, cum & io Quintiliani declamatione CCXCVIII. alius eandem commutationem indicarit. At qua ratione demonſtras in *d. l. 3.* non eſſe legendum libertates, pro hereditates videamus: quia, inquis, ubi legatorum ſit mentio, quid attinet libertates nominare, cum legatorum appellatione etiam libertates contineantur? ergo non eſt legendum libertates. Stulte, in regula ipſa Catoniana non vis lega- **C** torum nomen accipi generaliter, ut comprehendat etiam heredum inſtitutiones, in *l. 3.* vis accipi generaliter. Accipe potius io regula generaliter, quia vetus regula eſt, in *l. 3.* quæ eſt Papiniani juris interpretis novi, & in verborum uſu religioſiſſimi, accipe ſpecialiter, ita ut quemadmodum paſſim in aliis interpretibus, & conditoribus juris libertates ſeparantur à legatis, ſic & in Papiniano eadem ſeparatio fiat atque diſtinctio. Cætera lectori expediet Obſer. IIII.

JOHANNES ROBERTUS:

HIc initio quis non miretur fatuam hominis impudentiam, à qua diſce reliqua quæ ſequuntur, iſtiuſmodi eſſe. *Quod vulgo ſcriptum eſt*, inquit, *in l. 3. ff. de reg. Caton.* &c. vulgo ſcriptum vocans, quod vel ipſumet teſte nullibi aliter ſcriptum comperitur, niſi quod is unus **D** hunc locum pervertere conatus eſt, & pro *hereditates*, inſcitiſſime intrudere *libertates*. Quæ poſtea ingerit, eiuſdem generis, atque illud primum, quod Catonianæ regulæ verba ut effugiat, legati appellatione etiam hereditates contineri ex 12. tabulis interpretatur. Quam ab re id, tum illa ipſa nominatim, & conceptis verbis prodita regula, teſtatur *in l. 1. ff. de regul. Caton. & à Theoph.* toties totidem Græcis verbis expreſſa, *in §. an ſervo de leg. in inſtit.* quo etiam loco hereditatem à legatis ſeparatam conſtituit. Tum præterea, quod ibi excludat ab illa regula, ea quorum dies non cedit mortis tempore, ſed poſt aditam hereditatem. At hereditatis dies, nec mortis tempore cedit, nec poſt aditam hereditatem, ſed ipſo aditionis tempore, nec ante aditionem tranſmitti po- **E** teſt, nec per conſequens ante cedit, *l. unic. §. in noviſſimo, C. de caduc. toll.* Et quod adſuit, ex eo, quod à tempore mortis adiri poteſt, *quodammodo cedit*, atque adeo tranſmitti poſſe, & falſum, & ridiculum eſt. Nam nec ideo tranſmitti poteſt, *d. §. in noviſſimo* (exceptis tamen filiis, & nepotibus: nam hi ut olim ante apertas tabulas tranſmittere potuerunt, ita & hodie à tempore mortis etiam nulla immiſtione facta, *l. unica, C. de his, qui ante apert. tab. & l. 3. C. de jure delib.*) Alioqui eadem ratione quis dixerit, legatorum plurium conditionalium diem tempore mortis teſtatoris cedere, ideoque tranſmitti poſſe, quia iſtiuſmodi ſint, quæ tempore mortis à legatario impleri poſſint, qualia ſunt hæc, Titio ſi voluerit: Si decem heredi dederit. Quod falſiſſimum eſt, *d. l. ſi ita expreſſe* 68. *& l. intercidit* 58. *ff. de cond. & dem. l. ſi ita* 68. *§. illi ſi volet, ff. de leg.* I.

Non diſſimili effugio illud declioare tentat, quod à me comprobatum eſt, effectum Catonianæ regulæ in Inſtitutionibus minime obtinere, *l. ſi ſervus* 81. *ff. de adquir. hered. l. qui ſolvendo* 42. *ff. de hered. inſtit.* dum leges illas ad legem Juliam, & Papiam pertinere ait, quæ ſiot novæ leges; Caton. autem regulam ad novas leges non pertinere, juxta *l. ult. ff. de regul. Caton.* Quas leges novas non alias eſſe intelligit, quam illas Juliam, & Papiam. In quo quidem labitur. Nam ut utraque ſupradicta lex à me citata, ad tempora, quibus lex illa Julia, & Papia viguit referatur, illud quidem verum erit, non potuiſſe tunc valere aditionem ante apertas tabulas, ac ſimul diem legatorum ab apertis tabulis tantum ceſſiſſe, cum utroque, & antiquiore, & iſto jam ex Juſtiniani conſtitutione noviſſimo, legatorum pure relictorum dies à morte teſtatoris cedat, *authore Vlpian. in fin. tit. de leg. in fragm. d. l. unic. §. 1. & §. in noviſſimo*. Verum ut ita ſit, & ex ejus ſententia utranque legem illam ad tempus, quo Papia lex viguit, referas, quid amplius, aut minus: tunc dici potuit operari dies aperturæ tabularum, quod ad regulam Catonianam, quam aut illo jure antiquo, aut hoc noviſſimo, tempus mortis? Præterea quanta inde abſurditas ſequeretur, ſi quæ Pandectarum jure cauta ſunt ulla certa ratione, uno, aut altero loco præſcripto legis Papiæ interpretari, aliis vero locis ex jure atiquo, vel noviſſimo? Atque eo minus probabile illud eſt, quod & ante Juſtinian. ab anterioribus principibus emendata fuiſſet, & in deſuetudinem abiiſſet lex illa Papia, prob. *d. l. unic. in prin.* Ut quidem iſto Pandectarum jure hac eadem in re nullam ejus rationem haberi, quod ad cedentem ab apertura tantum tabularum legatorum diem, patet eo, quod alioqui illa omnia, quæ de Catoniao. regula hoc Digeſtorum jure tradita ſunt, ſupervacua, & inutiliter adjecta ſint exiſtimanda. Nam ſi Catoniana regula ad alia legata non pertinet quam ea, quorum dies mortis tempore cedit, *d. l. 3.* nulla autem ſint legata jure iſto, quorum dies mortis tempore cedat, ſed tantum ab apertis tabulis, ſequitur ea omnia, quæ de regula Catoniana in Pandectis conſcripta extant, his ſupervacuo fuiſſe adjecta, & quamdiu lex illa viguerit, omnino Catonian. regulam ceſſare oportuiſſe. Quid igitur? quonam illud referemus, quod aperturæ tabularum meminit Juliaous *in d. l. qui ſolvendo?* Nimirum eo, quod is ex facto conſultus juxta illud reſponderit, quod facto contigiſſe illi propoſitum fuerat, ante apertas tabulas, ſicque cedentem aditionis diem illud contigiſſe, quod iſto jure non alio referri poſſit, quam ad tempus quo aditionis, & legatorum dies cedit. Itaque ex jure, quod jam obtinet illud pro tempore mortis intelligi oporteat, quia quod ad cedentem aditionis, & legatorum diem, juxta varia tempora æquivaleant tempus mortis, & tabularum aperturæ tempus, & pariter tempus clauſarum adhuc tabularum, ſive ante apertas tabulas, & tempus mortem præcedens, *in l. unic. C. de his, qui ante apert. tabul. & l. 3. C. de jure delib.* Ac eo magis, quod & jure noviſſimo, licet dies legatorum à tempore mortis cedat, non ideo minus tamen eodem jure apertarum tabularum, ſive aperiendarum ob id ratio habeatur, quod non ante permittat Prætor tabulas aperiri, quam teſtatorem mortuum conſtet, nec ſi appareat eum vivere, etiam inſpici tabulas, & ſcripturam permittere debeat, *l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. aperiant.*

Ex quibus ſequitur, nec illud etiam me ei concedere, quod is ſic anguſtius conſtringere videtur, generaliter ab Ulpiano dictum *in d. l. ult.* dum non alias leges ponit, ad quas non pertineat Catonian. regula, quam Juliam, & Papiam. Verius enim arbitror, illam regulam, ut & quaſvis alias, ex jure vetuſto, ſive tunc vigente, fuiſſe ductas, arg. *l. 1. ff. de diverſ. reg. jur.* ſicque cum de iſtiuſmodi regulæ alicujus vi, & effectu quæritur, vetuſtioris tantum illius juris rationem habendam eſſe, quaſi ſufficiat illam eo vetuſtiore jure ſubſtitiſſe, nec ideo improbandam

quaſi

quaſi falſam, quod exinde novis legibus aliquid introductum ſit, quod illi repugnet, cum hæc ad novas leges non pertineat, ſed jus vetuſtum, quatenus, nec abrogatum, nec immutatum fuit. Quo minus mirum videri debet, ſi quid aliquando contra Catonis regulam hoc noſtro jure conſtitutum reperitur, ſiquidem quaſi nova lege, aut legis interpretatione id fuerit conſtitutum, ut quide ex voluntatis teſtatoris conjectura, & æquo bonoque *in l. ſi cognatis* 20. *ff. de rebus dubiis*, *l. ſi deportat.* 7. *in prin. ff. de leg.* 3.

Eo autem quod ſubdit, ſe probaſſe Catonia. regulam ad hereditates pertinere *ex l. ſi à primo*, *ff. de lib. & poſth. & l. pen. ff. de diverſ. reg. juris*, facit ut actum rurſus agere cogar, qui liquidius multo docuerim ſingulari ratione, ab ea, quæ Caton. regulæ eſt, diverſa, in heredum inſtitutionibus pleraque fuiſſe introducta, quæ ad regulæ Caton. præſcriptum accedere videantur, ſive ut dixi, ejus regulæ effectum aliquem obtinere, quale illud eſt, ut quæ ab initio inutilis fuerit inſtitutio, temporis tractu nequeat convaleſcere, *in d. l. pen. & d. l. ſi à primo*, *& ſimilibus*. Qua ratione dixerim id aliqua ex parte cum ejus regulæ effectu conſentire (quæ verba non mirum aſſequi illum non poſſe, ex proteſſo in omnibus refractarium) quod tamen ex Caton. regulæ vi, aut effectu fieri dici nequeat, utpote ad illa tantum pertinentes, quorum dies mortis tempore cedit, ſed alterius, & quidem generalioris regulæ, qua non tantum in inſtitutionibus, & legatis (quod præter rem nonnullis viſum eſt) ſed & contractibus aliiſque, quod ab initio vitiuſum eſt, temporis tractu convaleſcere non poteſt, *l. quod initio* 29. *ff. de diverſ. reg. jur. l. ſi tibi decem* 18. *§. ſi pactus*, *ff. de pact. l. ſicut falſi* 17. *C. ad leg. Corn. de fal. l. ſi ſervo* 20. *ff. qui, & à quibus manum. l. ſi expreſſum*, *ff. de appel.* Sed nec in inſtitutionibus illud perpetuum eſt, nonnunquam bono, & æquo aliud ſuadente, juxt. *l. filio præterito* 17. *& l. poſthumus* 12. *ff. de injuſt. rupt. teſt.*

Poſtremo, quam imprudenter Dominus magnus criticus, Dominus magnus obſervator, Dominus artis ſuæ potens, & in erratorum cauſis dignoſcendis exercitatiſſimus (ut hinc intelligatis omnes iſtas, & plures alias laudes in proprio ipſius ore ſordere) errorem in *hereditatis* dictionis mutatione ſic admiſſum *in d. l.* 3. dum obtegere conatur, alio craſſiore cumulaverit, itidem ejuſdem dictionis immutatione facta *in l. ſi ita ſcriptum* 8. *§. regula*, *ff. de lib. & poſth.* c. 18. *li.* 2. *animadverſ. noſtrarum patefactum*, ſequente hic libro retractabitur,

---

Præter rem detrahi negationem Dioclet. & Maxim. ut in l. circa, C. de locat. & conduct.

CAP. XIV.

JOHANNES ROBERTUS.

UT incivile eſt, niſi tota lege perſpecta, una particula ejus propoſita judicare, vel reſpondere, juxta Celſum, in *l. incivile* 23. *ff. de leg.* Ita & abſonum inſulſumque perſpecta una legis parte, eam nulla aliarum, quarum connexa ſit ſententia, partium habita ratione interpretari, aut à truncato (quod vulgo dici ſolet) juris capite argumentum ducere, ex quo non alia ſæpius quam juri contraria ſententia eliciatur. Cujus rei exemplum ſumi poteſt ex Dioclet. & Maxim. conſtitutione, in *l. circa*, *C. de locat. & conduct.* qua cira locationes, & conductiones maxime fidem contractus ſervandam eſſe ajunt, *niſi ſpecialiter exprimatur contra conſuetudinem regionis*. Quam ſolam legis partem ſi à ſequentibus diſcerpere, & ſeorſim interpretari velis, illud nimirum ſequetur, ubi quid in locationis contractu contra conſuetudinem regioni ſpecialiter convenerit, id minime eſſe ſervandum, quod tamen falſum eſſe conſtat, & ſpeciales pactiones etiam moribus, & conſuetudini regionis derogantes legem, non ideo

A minus dare, ut aliis contractibus, ita & iſti locationis, arg. *l. paciſci*, *ff. de pact. & l. pacta conventa*, *verſ. veluti nec cautio duplæ*, *ff. de contrah. empt.* juncta *l. quod ſi nolit* 31. *verſ. quia aſſidua*, *ff. de ædil. edict. & l. legem*, *C. de pact. & l. legem*, *C. de donat.* Ut quidem non eo ſpectare illius legis ſententiam arguit ejus poſtrema pars, quæ prædicto verſ. conjunctim hoc additur. *Quod ſi alii remiſerint contra legem contractus, atque regionis conſuetudinem penſiones, hoc aliis præjudicium afferre non poſſe.* Quibus verbis patet ad ejuſcemodi propoſitam quæſtionem ibi reſcripſiſſe Impp. in qua cum plures ejuſdem prædii pro indiviſo domini eſſent, eorum vel unus, vel nonnulli, id ea lege, & pactione locaſſent, cujus ratione dubium eſſet, an illi conventioni, alii, qui contractui non interfuiſſent, idque minime adprobaſſent, ſtare co-
B gerentur: dubium id movebat, quod conſtat licere uni ex ſociis fundum pro indiviſo communem & colere, & colendum alii locare, cum maxime partem ſuam tunc expedite (ut ait Ulpianus) locare cum non poſſe lex aſſumat, ac eo magis id fieri adprobet, quod aliis negligentibus, neque partes ſuas curantibus, id agat, juxta *leg. ſi quis putans* 6. *§. ſive autem*, *ff. comm. divid. & l. heredes* 26. *§. non tantum*, *ff. famil. erciſc.* quodque ad uſum illum deſtinata res ſit, juxta *l. quidam iberus* 12. *§. parietem*, *ff. de ſerv. urb. præd.* Ita ut hæc, poſtquam geſta ſunt, alii rata habere cogantur. Secus ſi ad alium uſum eam transferret, puta illa quaſi ſibi ſerviente uteretur, aut eam venderet: nec enim hæc rata habere, & iſtiuſmodi contractuum fidem ſervare alii cogerentur, *l. in familiæ* 20. *C. fam. erciſ.* Ac per conſequens, ſi in his contractibus, quos
C aliuqui eorum quiſque inire poteſt, quid contra regionis conſuetudinem conveniret, id alii ſervare minime adſtringerentur. Quo, nec alio ſpectat tota illa prædicta l. circa, cum in ea diſerte dicatur locationis ab uno, vel nonnullis ex dominis rei communis factæ, ita demum, & ab aliis fidem eſſe ſervandam, ſi in ea nihil ſpecialiter expreſſum fuerit contra conſuetudinem regionis, ſecus ſi fuerit, puta remiſſæ ſint ſequentium aliquot annorum penſiones, ſive in totum, ſive in partem. Id enim aliis præjudicium adferre non poſſe in illius fine exprimitur: ac apertius ſubobſcurum alioqui legis initium explicatur. Quibus manifeſte patet, nihil eſſe, quod illi verſiculo, *Si nihil ſpecialiter*, detrahatur negatio, ut quidam detrahendam cenſet, ibi contendens legendum eſſe *ſi quid ſpecialiter*: quam correctionem omnino reſpuit ille locus.

D

ANTONIUS MERCATOR.

IN *l. circa*, *C. de loc.* ponis quoſdam ex ſociis fundum communem locaſſe in ſolidum, & hoc quæri, an cæteri locationi ſtare teneantur: & reſcribere Impp. cæteros locationi ſtare debere ſi nihil in ea cautum ſit contra morem regionis, non etiam ſi quid caverint, ut ſi remiſerint penſiones contra morem regionis. Cur omiſiſti, quod eſt in lege? Et contra legem contractus? Sane quia non eras adeo ſtupidus, ut non ſentires hæc verba tuam labefactare hypotheſim: nam ſi remiſerint penſiones contra fidem contractus, contractus igitur præceſſit remiſſionem, non etiam de remiſſione conventum quidquam eſt in ipſo contractu, quem etiam habuiſſe quoſdam ex
E ſociis non omnes unde ſumpſiſti? ego præſumpſerim melius fundum communem omnes locaſſe, quia ita fieri communiter ſolet, & quia ut vendere, aut pignerare, ita nec locare ſocius ſocii partem invito ſocio poteſt, nec conventio cum aliis perſonis facta aliis nocet, & *l.* 6. *§. ſive autem*, *com. divid.* ponit quidem unum ex ſociis locaſſe fundum communem, non tamen locationi cæteros dicit ſtare debere. Rejecta tua hypotheſi ad *d. l. circa*, ex Baſilicis, quæ in ea habent, *ſi quid*, non, *ſi nihil*, ut tradit Obſer. XVI. Dominus meus ſimplicius eam interpretatur, nempe hoc modo: Etiamſi quid in locatione convenerit contra morem regionis, contractus fidem eſſe ſervandam, ac ſi ex locatoribus communis fundi poſtea quidam remiſerint penſiones contra fidem contractus atque contra

mo-

morem regionis, hoc aliis non præjudicare. Non una vero ratione tantum vetat in ea ſcribi, Si nihil quod etiam contra morem regionis conventionem factam ſervari oporteat, ſed quia his verbis, Circa locationes,atque conductiones maxime fides contractus ſervanda eſt, inconcinne ſubjicitur, Si nihil ſpecialiter exprimatur contra conſuetudinem regionis. Congruentius enim dixiſſet, Circa locationes, atque conductinnes maxime conſuetudo regionis ſervanda eſt ſi nihil, &c. quod & *l. licet eod. tit.* confirmat & hæc adnotatio Theodori, *κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας γίνεται ἡ μίσθωσις εἰ μὴ ἄρα ἐναντίον τι δόξει· δύναται γὰρ ἕκαστος συμφωνεῖν καὶ ὑπεναντίον κατὰ τῶν ἐθῶν πράγματος, ἀλλ' αὐτὸν μόνον καὶ οὐκ ἄλλον προκαταματίζει.*

JOHANNES ROBERTUS.

B ET hic non puduit in apertiſſima re calumniari, & falſo aſſerere, omiſiſſe me verba hæc *l. circa 19. C. de locat. & contra legem contractus*, qui de verbo ad verbum (ut dici ſolet) ac diſtinctis, quo magis id clareſceret, literis ea retulerim. At, inquit, hoc hypotheſi à me propoſitæ repugnare, quia ſi aliqui dominorum penſiones remiſerunt adverſus fidem contractus, oportuit contractum præceſſiſſe remiſſionem, ideoque aſſumendum contendit fundum communem omnes locaſſe, quia ita fieri communiter ſolet, & quia ut ſocius, nec vendere, & pignorare ſocii partem eo invito poteſt, ita nec locare. Imo, & in illo ita male concludit magnus magiſter: Communiter fieri ſolet: ergo factum eſt: poſterioris perverſa eſt comparatio. Nam vendere quidem, aut pignorare ſocius ſocii partem eo invito nullo caſu poteſt (C præterquam ſi dicas, in eo pignori obligari, quod diviſione facta inter duos, cujuſque partis dimidia pars maneat obligata, *l. ſi conſenſu, §. ult. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv. l. ſi quis putaur, §. ſi fundus, ff. comm. divid.*) at locare aliquo caſu ita poteſt, ut ſocius locationi ſtare teneatur: quippe ſi illo negligente fundi culturam, & eum pro indiviſo communem hic aliter colere, & alii colendum pro parte tantum ſua expedite locare non potuerit, *l. ſi quis putans 6. §. ſin autem, ff. comm. divid.* In eo vero, quod legis contractus mentionem ibi factam objicit, hallucinatur, dum uno tantum modo legem contractus interpretatur dici id, quod inter contrahentes convenerit, ſive pactiones, & exceptiones nominatim contractui adjectas: quas quidem legem contractui dare, D & ab eo legem contractus plerumque dici non inficiamur, ita tamen ut non ideo minus, & lex cujuſque contractus ea dicantur, qua lex in unoquoque contractu intervenire voluit, quorum alia ad ſubſtantiam contractus pertineant; itaque contractus ſine his ſubſiſtere nequeat, puta emptio, ſine pretio, *l. 2. in fi. ff. de contr. empt.* locatio ſine certa mercede, *l. 2. in pr. ff. locat. l. 1. §. ſi quis ſervum, ff. depoſ. l. inſulam, ff. de præſcript. verb. l. ubi ita donatur, ff. de mort. cauſ. donat.* Vel ad naturam contractus, & adminicula, quæ tamen exceptionibus, & pactionibus ut reſtringi, ita & extendi poſſint, *l. juris gentium 7. §. ut puta, cum §. ſeq. ff. de pact. l. pacta, ff. de cont. emp.* juxta id, quod à Varrone ſcriptum extat *c. 2. lib. 2. de re ruſt. In emptionibus*, inquit, *jure utimur eo, quod lex præſcripſit: in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt.* Quod exinde exemplis declarat. Et quidem hoc E ſenſu conſtat ab eodem Varrone leges colonicas dici, *c. 2. lib. 1.* quibus coloni locato ipſis fundo obſtringerentur, ut ibi explicat. Sed & legem Cenſoriam, qua vectigalium locatio conſtringebatur, dictam à Cicerone hoc ſenſu, non autem illo priore, patet his verbis Epiſt. 1. ad Q. Fratrem, *Poſſunt*, inquit, *in pactionibus faciendis non legem ſpectare Cenſoriam, ſed potius commoditatem conficiendi negotii, & liberationem moleſtiæ*: cum illic præcedentibus, & ſubſequentibus. Quibus adducor, ut eo ſenſu arbitrer accipiendam *l. in lege Cenſoria 203. in pr. ff. de verb. ſig.* tametſi, & Alciat. & alii, ad aliam priorem ſignificationem id referant. Sic eodem quoque conſtat ſpectare, quod ab Ulpiano de lege vectigalis dicitur *in l. 2. §. ſi pu*-A *blicanus, ff. vi bon. rapt.* & quod legem oleæ vendendæ dixit Cato de re ruſtica, nimirum, quæ olearum venditioni eſſet præſcripta, & legem aſſignationis limitum Hygin. locis pluribus de limit. ad Auguſti conſtitutiones, aliaſque anteriores leges id referens, ut & in eadem ſignificatione conſtat Manlianas venalium vendendorum leges dictas à Cicerone *lib. 1. de Oratore*: *Nec quiſquam*, inquit, *eſt, qui ſi jam ſit ediſcendum ſibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit, quam Manlianas* (ſive ut alii malunt, *Manilianas*) *venalium vendendorum leges ediſcere.*

Hoc vero ſenſu accipiendum, quod de lege contractus dicitur à Dioclet. *in d. l. circa*, patet apertiſſime ex verbis illius contextus, eo quod legem contractus conjungat cum more regionis, eo utrumque jus, & ſcriptum, & non ſcriptum comprehendens: adverſus quæ, ſi pariter à quibuſdam ſociis fuerit contractus initus, puta remiſſio penſionis facta, aut aliquid promiſſum, id aliis præjudicium adferre non poſſe ait, quia id fiat adverſus contractus legem, aut regionis conſuetudinem, ac omnium maxime remiſſione penſionis facta, cum ſine mercede, penſioneve ſubſiſtere nequeat locatio, ut dictum eſt, nec per conſequens ea remiſſa. At Græci illic non legunt *ſi nihil*, ſed, *ſi quid*. Imo vero legunt (ut ego comperio illum, ut plures alios, ita & eum locum falſo referre) *ſi nihil*, vel *niſi*: quippe ita, *εἰ μὴ*, non autem, *εἰ μὲν*, ut ille corrumpere tentat. & aptius multo illud convenit.

Nihil eſſe cur addatur negatio Papin, in l. Generaliter 78. ff. de regul. jur.

CAP. XV.

JOHANNES ROBERTUS.

SCRIPSI antea pleroſque locos non in jure tantum, ſed & apud alios autores extare, quorum ſententia, ut abſque negatione, ita & ea addita conſtare poſſe videatur. Iſtiuſmodi eſt, quod ex Papin. ita refertur in *l. 78. tit. de reg. jur. ff. Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.* Cujus loci enarrationis initio, ut negationem ſic addidit in Homero: *ὅτι πολλὰ ἀπάτης ζητεῖται, ἀπολυπραγμονοῦμεν, Τί οὐκ ἔσχεν ἐνάγων, ἀλλὰ τί διὰ τοῦ ἐναγομένου σχεῖν ἐνεποδίσθη.* Ita & eam illo loco ſic addendam cenſuit Franciſcus Balduin. in comment. de lege Aquilia: ut in ea legatur, *non quid non habeat*. Sed tamen receptam lectionem illam, quæ & Flor. exemplaris eſt, minime immutandam ab illo diverſus cenſeo, & illud ſimul demiror, quod divinare ſe non poſſe ait, ad quam propriè quæſtionem illud Papin. caput referri debeat: non quia id utrique ſpeciei, quam illic prodidit Accurſ. ſic recte accommodari exiſtimem, ut ad alias id trahi non poſſit Accurſ. quippe ad illa, quæ in fraudem creditorum alienata revocantur, primum id refert, ut in his ſit hæc legis illius ſententia, non ideo edictum, ſive interdictum illud ceſſare, quod res ipſa penes actorem ſit, aut penes adverſarium non ſit, neque dolo eſſe deſierit, ſi non & omne emolumentum, quod ex re perceptum eſt, vel ab optimo patrefamilias percipi potuit, quodque actori per adverſarium interceptum eſt, reſtituatur, ut quidem Reſtituendi verbum (quo in illo edicto Prætor uſus eſt) illud vi ipſa ſignificare conſtat, prob. hæc *l. videmus 78. verſ. in Faviana, ff. de uſur. & l. reſtituere autem 35. & l. reſtituere videtur 75. ff. de verb. ſignif.* & iſto quidem ſenſu non video quid obſtet, quominus & negatio quoque illi loco convenire poſſit. Sed enim eo anguſte nimis conſtringi videtur ſententia illius regulæ, & quidem maxime generalis, ut cui, quo generalius, & latius eam patere intelligeremus, à dictione illa, *generaliter*, initium inditum fuerit; Adeo ut nec alterum quoque illud, quo idem Accurſius cum cæteris ad quoſvis malæ fidei poſſeſſores regulam illam extendit, plane etiam ejus legis generalem

ſen-

ſententiam complecti videatur, cum & in eo, qui minime A poſſideat, id agens, ut alium, eo quod ipſi, vel reſtituendum ſit, vel etiam aliter debeatur, defraudet, eadem regula obtineat: puta in herede, qui cum ſciat Stichum ſervum Titio legatum, eidem Titio legati ignaro eundem Stichum vendiderit, eo Titium legato fraudare cogitans, quaſi cum rei illius dominus venditione factus erit, quia amplius dominus ex alia cauſa fieri non poſſit, ex teſtamento agens exceptione repelli queat: quod regula inhibet, quæ in ea quæſtione, & conſimilibus omnibus non tam ſpectari velit quid habeat actor, quam quid per adverſarium habere non potuerit, aut fieri poſſit ne habeat, cum id, aut ejus æſtimationem eum ab illo habere juſtum æquumque ſit, comprob. id *l. plane 34. §. quod ſi rem, & l. non quocunque 74. in princ. & §. 1. ff. de leg. 1.* B

ANTONIUS MERCATOR.

SI ut à Petro Fabro V. C. ad verbum furatus es ſuppreſſo ejus nomine, in *l. 79. de reg. jur.* ita recte Flor. ſcriptum habeat, *Non quid habeat actor*, hic ejus regulæ ſenſus eſt, In judiciis quibus de fraude agitur non quid habeat actor conſiderari, ut eo quod non habet ſtatim fraudatus judicetur, niſi & id quod non habet per adverſarium factum ſit, ut non haberet, quem ſi accommodemus non ad rem tantum principalem, qua actor fraudatus eſt, ſed & ad cauſam rei, & non tantum ad fraudatorem, vel ad eum, qui fraudem participavit, ſed etiam ad quemlibet malæ fidei poſſeſſorem, quo cum agatur, quæſo cur non tibi ſatis videtur ea regula eſſe generalis, quam C Pap. in *d. l. 79.* generaliter obtinere dicit, & in eadem fere cauſa, in *l. ſi navis, §. ult. de rei vind.* Si ſatis eſt generalis, fruſtra præſertim à te non patiar addi, quo ſit generalior pertinere etiam eam ad non poſſeſſorem, veluti ad heredem, qui rem à ſe Titio legatam vendidit, & tradidit Titio ignoranti eam rem ſibi legatam, qua ex cauſa heredem ais teneri actione ex teſtamento, quia non tam conſiderandum eſt quid habeat Titius, quam quid per heredem habere non potuerit: qua in ſpecie non vides competere Titio eo nomine actionem ex empto, ut pretium reciperet non ut ais, actionem ex teſtamento, quia res ei tradita eſt ex cauſa emptionis, non ex cauſa legati, *l. cui res, de act. emp. l. hujuſmodi, §. qui ſervum, de leg. 1.* Si non eſſet tradita, competeret ex teſtamento in heredem pretio non ſoluto, ut rem actoris faceret, & Ti- D tium liberaret actione ex vendito, pretio ſoluto, ut etiam pretium reſtitueret, vel ſi de re tradenda cœperit agere Titius ex empto nondum cognito legato, poſt in ipſo judicio empti cognito legato, non prohibebitur mutare actionem, & agere ex teſtamento, *d. §. qui ſervum, l. edita, C. de eden. l. 4. §. ult. de nox. act.* In hac ſpecie, quia res tradita eſt, alioquin dominus rei Titius ex cauſa emptionis, ut ponis, factus non fuiſſet, ceſſat actio ex teſtamento, & pretio ſoluto actio ex empto competit, ut pretium heres reſtituat, pretio non ſoluto, ut Titium liberet actione ex vendito. Et agente Titio, quod ais non conſiderari quid habeat Titius, ſed quid per heredem habere non potuerit, dum vis ſuperiorem regulam ad hanc ſpeciem accommodare, hoc ſponſione qualibet contenderim neminem unum eſſe, qui intelligere poſſit: hoc E enim tantum eſt in comperto quid habeat Titius: habet rem ſibi legatam: quid per heredem habere non potuerit, non apparet: nihil enim potuit habere cui heres, quo minus id haberet obſtiterit: quid ei abſit, videmus: abeſt pretium: quid facto heredis non habeat, non videmus, In hac nova ſpecie, qua ſuperiorem regulam amplificas locupletas ſcilicet, & generaliorem facis, ſane agis cucumerem, non hominem.

Nondum eſt finis: ἀττικῶς iterata negatio non eſt improbanda, quatenus, & hunc perſpicue ſenſum efficit ſuperiori non abſimilem, Non quidquid non habet actor, qui de fraude agit eo omni fraudatum eum videri, ſed eo tantum, quod dolo adverſarii habere non potuit, qua de

causa ἀδιάφορον, quod eſſe à Domino didiceras ex Obſ. xv. c. xix. hoc an illo modo ea regula conciperetur, tu etiam initio hujus capitis id tibi vindicaſti.

JOHANNES ROBERTUS.

SIc à calumnia initium ſumit, quo certius exiſtimandum nihil deprehendere potuiſſe, in quo rodendo lividam rabiem ex animo expleret: Calumnia (inquam) cum non puduerit ſcribere me *ad verbum furatum eſſe* caput, quod hic agitat, *ex Comment. viri clar. Petri Fabri ad tit. de diverſ. reg. jur. ant.* Cedo, qua in re: quia credo cum ille Franciſ. Balduinum minime nominans, ejus ſententiam retuliſſet, quod ad lectionem *l. generaliter 68. illo tit.* eum ego nominarim, & locum, quo id Balduinus ſenſiſſet, citarim, ut diligens lector ex eo, quænam ipſius ſententia fuiſſet, certius intelligere poſſet. Et præterea, quod ille fuſiſſime Reſtituendi verbi ſignificationem explicat, quam ego obiter tantum, quia ſubjectæ rei tractatio id expoſcebat, attigerim. Cæterum, an, quod ille vir clariſſ. pluribus eo loco docte perſequitur, & explicat de fraudatorio interdicto, id ego ex ejus ſententia retractarim, & an non alio ſcripta mea intenderim, facile collatis utriuſque ſcriptis quivis dijudicare poteſt. Quod vel ipſe, ut impudens, ita & imprudens eo teſtatur, quod illa mea vellicare contendit. Non enim quaſi illius V. Clariſſ. ſint (cui tantum ac merito tribuit) ea ita convellere conatur. Sed expendamus quibus rationibus, quaſi dixerim ſatis generalem eſſe illius legis regulam, & tamen illa addam quibus generalior fiat. Si ſatis eſt generalis, non patiar, inquit, addi quo generalior fiat. Quam ſubtilis, & acutus ſophiſtes, ſiquidem illi des, quæ confingit, & falſo aſſumit. Probet quæſo id me ſimpliciter ita dixiſſe, eam regulam ſatis eſſe generalem, ac deinde generaliorem, quam ſit, reddere voluiſſe. Scripſi quidem nimium conſtringi illius regulæ ſententiam, & quidem maxime generalem, ut cui quo generalius, & latius eam patere intelligeremus, à dictione illa, *generaliter*, initium inditum fuerit. Sicque, quæ ſubjicio, non eo ſpectant, ut ea generalior à me fiat, quam ſit, verum ut eam, prout maxime generalis eſt, generalius extendi oportere doceam, quam ut ſolummodo (quod ab aliis fit) aut ad interdictum fraudatorium, aut etiam, ex Accurſio, ad quoſvis malæfidei poſſeſſores pertinere exiſtimanda ſit, cum & in iis, qui minime poſſideant, eadem obtineat, ſiquidem id egerint, ut alium, eo quod ipſi, vel reſtituendum eſſet, vel etiam aliter deberetur, defraudarent. Atque ejus rei exemplum propoſui, in herede, qui cum ſciat Stichum ſervum aliudve quid Titio legatum, eidem Titio legati ignaro eundem Stichum aliamve rem ei legatam vendiderit.

In quo duo ſeſe acutiſſime deprehendiſſe jactat, quibus me conficiat; alterum, quod dixerim huic legatario circumvento actionem ex teſtamento dari: alterum, quod tunc cum ei nihil aliud abeſſe poſſit præter pretium, quod exſolverit, nihil ei dici poſſit abeſſe facto heredis. Quod poſterius conſtanter adeo adfirmat, ut & ſponſione facta ipſius (ceu morionis) capitis contendere audeat. Nam quem alium exiſtimes vetulum, edentulum, ſub juris profeſſoris larva, quaſi cucullo, in juvenum cœtu laſcivientem, & nocturnas choreas agere geſtientem?

Quod ad prius, apertiſſime revincitur textu expreſſo *l. plane 33. §. quod ſi rem, ff. de leg. 1. Quod ſi rem emiſſem mihi legatam* (inquit Ulp.) *uſque ad pretium, quod mihi abeſt, competit mihi ex teſtamento actio.* An hic cauſari poteſt rem minime fuiſſe traditam, cum pretium tantum ei tunc abfuiſſe aſſumat? Sed hoc qui fiat, non poterit aſſequi magnus magiſter: non eſt enim ex Grammaticis canonibus. Itaque, ne vel hic antinomiam aliquam animo concipiet, & in immerentem Tribonianum (quod ſolet) invehatur, vel corrigendi libidine ardens textum pervertat, clarius id omne illi explicare præſtabit: Intereſſe plurimum in propoſita ſpecie rei legatæ ab herede legatario ignoranti venditæ, an ea res, ſub conditione le-

gata ſit, an vero pure. Illo enim caſu plane ſubſiſtet venditio: prob. arg. *l. exiſtimo 61. ff. de contrab. empt. l. cætera 43. §. 1. verſ. quod ſi ſub conditione, ff. de leg. 1. l. ſi rem meam 31. ff. de verb. obl.* ſicque fit ut cum eveniente conditione rem ex cauſa legati habuiſſe dici non poſſit, & tamen eam rem habeat, quæ tunc in cauſam legati cedere incipiat quaſi evicta re, & ex ea, quæ præceſſiſſet cauſa ablata, ex empto actione pretium repetere poſſit: ſic intellig. *l. cui res 30. ff. de act. empt.* Sicque tunc jure legati fundum meum effectum intelligi, prob. arg. *l. 4. ff. ad leg. Falcid.* Quo autem caſu ea res pure legata proponitur, venditio ab herede, poſt aditam hereditatem ignoranti facta, poſt agnitum legatum in irritum deducitur, & emptio nulla fuiſſe intelligitur, quod rei ſuæ emptio à legatario pure fieri non potuerit, *l. ſuæ rei 16. ff. de contrab. empt. d. l. cætera, §. 1.* Nam agnito legato, à tempore aditionis res ejus fuiſſe intelligitur, arg. *l. ſervo legato 72. §. 1. ff. de leg. 1. l. ſi fundum 194. ff. de condit. & demonſt. l. ult. §. ſin autem, C. comm. de leg.* Itaque ſola ex teſtamento actio ſupereſt, qua conſequatur legatarius pretium, quod ei abeſt. Sic intellig. & concil. *d. §. quod ſi rem.* Cum autem dico ea actione ex teſtamento peti pretium, quod ei abeſt, intelligo, & illud quoque eadem actione peti poſſe, quod ultra pretium ei abeſt, ſi quid præterea abſit, hoc eſt, ſi quid per heredem habere non potuerit.

Inde vero ad poſterius illud delabor, quod idem pervicaciter adeo contendit, nullum eſſe, qui intelligere queat legatarium ultra pretium potuiſſe quid per heredem non habere. Diſcat igitur potuiſſe per heredem non habere fructus, quos à tempore tranſlati dominii legatario quæſitos eſſe conſtat, prob. *l. Herennius 42. ff. de uſur.* Ac eo magis iſto noſtro caſu, quod de fraude heredis quæratur, qui rem legatam ſciens, idque reticens, aut forte etiam teſtamentum ſupprimens, ignoranti vendiderit. Itaque ex prædicta regula ei id omne, quod per heredem habere non potuerit, ſicque, & fructus, & omnem rei cauſam præſtare oporteat, juxta *d. l. generaliter. l. equis 8. ff. de uſur.* Et (quoniam in Sticho ſervo exemplum propoſui) quæſita interim à ſervo fructuum vice eſſe intelligo, ſive ex re heredis, ſive ex operis ſuis id adquiſierit, ſive etiam aliunde, puta hereditate ei relicta, vel legato, *l. acquiritur 10. §. de iis, cum § ſeq. & l. liber homo 19. & l. qui bona 23. ff. de adquir. rer. dom.* Idem & in iis, quæ illi per ſervum adquiri potuerint, *arg. l. inde Neratius 23. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Quæ omnia multo etiam magis in eo herede obtinerent, qui omiſſa cauſa teſtamenti id egerit, ut alitercunque lucrifaceret hereditatem, ſicque in Prætoris edictum committeret, juxta *l. 1. §. non quærimus, verſic. quocunque enim, cum ſeq. & l. 2. cum 2. ſeq. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Ac ita ſuperiorem regulam non generaliorem facio, quemadmodum cavillatur, ſed eum ſeſe in hoc non minus ſtupidum, & hebetem, quam pervicacem præſtitiſſe apertiſſime patefacio.

Quando committatur ſtipulatio facti tractum temporis habentis, cui cum die, & pœna adjecta ſit.

CAP. XVI.

JOHANNES ROBERTUS.

ISTA juris quæſtio, quando comitantur ſtipulationes factorum tractum temporis habentium, multos habet linus, perplexe admodum ab interpretibus agitatos: quos ut certius, & clarius explicemus, diſcernendæ videntur illæ, quibus dies eſt adjectus ab iis, quibus adjectus non ſit. In illis, quibus dies adjectus eſt, plurimum referre interpretor, an ipſius facti promiſſioni appoſitus ſit, an vero pœnæ promiſſioni, quæ illi adjecta fuerit. Cum ipſius facti promiſſioni adjicitur, licet ante diei lapſum, & obligatio, & actio naſcatur, ut in reliquis quoque expreſſe in diem conceptis conventionibus, ex communi interpretum ſententia, prob. *l. unic. in*

A *fin. ff. quand. dies uſusfruct. leg. ced. & l. cedere diem 213. in princ. ff. de verb. ſignif.* ac ita, ut etiam ſtatim agi poſſit, *l. ſi in lege 25. §. ſi domus, verſ. cum eis ſtatim agere, ff. loc. & conduct.* Non tamen, ut ante diem efficaciter agatur obſtante dilatoria exceptione, ſi quidem ea objecta fuerit. Qua ratione licet ante tempus illud male agere dicatur, agere tamen, hoc eſt, actione competente litem inſtituiſſe, non autem facto tantum egiſſe intelligitur, ut qui nulla actione competente judicio quem pulſavit, prob. *in d. l. unic. in fin.* juncto *§. appellantur, de except. in Inſtit.* Quo fit, ut ante diem minime committi dicatur ſtipulatio, hoc eſt, ita committi, ut ad id omne, quod in ſtipulationem deductum eſt, efficaciter agi poſſit, *in l. inſulam 124. ff. de verb. oblig.*

Cum autem adjicitur, pœnæ promiſſioni collatæ, in eum
B caſum, quo illud factum non erit, diſtinguimus, an id factum in ſolius promiſſoris poteſtatem collatum fuerit, an non: ut ſi quidem in ejus tantum poteſtatem id collatum ſit, non ante ex ea, aut actionem, aut etiam obligationem naſci intelligamus, quam dies præterierit, propterea quod tota obligatio in diem pariter, ut & in conditionem, collata ſit: quo fit, ut ante id tempus dies obligationis minime cedat, *l. ſtipulationes non dividuntur 72. §. ſi quis ita* in verb. *Diem promiſſionis cedere* juncta *l. in illa 8.* in verb. *tota enim obligatio, ff. de verb. oblig.* Quod procedere intelligimus, etiam ſi mortuo ante diem promiſſore ita contigerit, ante diem id fieri non poſſe. Nam cum plane utrumque, & factum ipſum, & ſolutio, ad promiſſoris perſonam ſit pariter relatum, tota ſtipulatio in diem collata intelligitur, ſic intell. *l. veluti 27. §. ult. & l. quid-*
C *quid 99. §. ult. ff. de verb. oblig.* arg. *l. ſi cum 10. §. 1. ff. ſi quis cautior.*

Cum autem id factum non ad promiſſoris perſonam relatum omnino fuit, id vel in alterius extranei poteſtatem collatum eſt, vel promiſſoris quidem, ſed admixto ſtipulatoris facto, cum in alterius poteſtatem collatum id fuit: Si quidem id contingat, quo conſtet illud ante diem fieri non poſſe, non tantum ante diem committitur ſtipulatio, & ejus dies cedit, ſed & tunc peti, & exigi ſimul pœna poterit, arg. *l. hoc jure 10. ff. de verb. oblig.* Nec repugnant verba hæc ejus legis, *neq; veniſſe*, quorum arg. Johann. Corraſius novo ſenſu adſtruit, & tunc quoque expectandum eſſe diei lapſum, quaſi id indicent verba iſta illic à Pomponio requiri, ad hoc, ut agi ex ea ſtipulatione poſſit, non tantum venire non poſſe Titium, ſed
D eo amplius quid, nempe, quod tunc non venerit, quo ſignificet oportere omnino idem expectari: quod quidem inde conſequi haud ab re diceretur, ſi non aliud haberent ea verba, quo ſpectare, & apte referre dici poſſent. Id vero nihil minus, quam hic deſit. Iis enim cum ſuperioribus conjunctis exigit Pompon. non tantum amplius Titium venire non poſſe, verum præterea, ut antequam deſineret poſſe venire, verum ſit eum non veniſſe, comprob. hæc ſententia arg. *l. ſi quis heres 71. ff. de acquir. hered. l. 4. in verb. quia hic articulus tunc, ff. de condit. & demonſt.* Alioqui cum illa Corraſii interpret. omnino pugnant contextus illius verba, & præcedentia, & ſubſequentia.

Cum autem in promiſſoris quidem poteſtatem collatum id eſt, ſed admixto alterius facto, ſi quidem extra-
E nei, quod in ſe promiſſor receperit, omnino dies expectandus eſt, quamvis ante ejus lapſum deſinat id poſſe præſtari, eodem modo, quo ſi in meram promiſſoris poteſtatem id eſſet collatum, ut diximus, prob. *d. l. ſi cum, §. 1. ff. ſi quis cautior.* Quod ſi non extranei, ſed ipſiuſmet ſtipulatoris factum ſit admixtum, puta ſi ſtipulatus ſim à te opus ante Calend. Januar. arbitratu meo fieri, hoc caſu non poteſt dici promiſſor, ut factum, ita, & illud ſtipulatoris arbitrium in ſe recepiſſe: quo fiat, ut perinde hoc ſit, quoad id, de quo quærimus, ac ſi alienum arbitrium eſſet inſertum; Ac per conſequens ſi ante diem deſinat id poſſe fieri, etiamſi factum ſuum, quatenus admixtum eſt, interponat ſtipulator, aut interponere paratus aliquo tempore fuerit, non eo minus,

quod

quod dies nondum venerit, mero jure committetur pœna: ſicque, & obligatio, & actio ante diem naſcetur, ita ut tunc, ni aliud obſtet, agi poſſit, arg. *d. l. hoc jure.* Quod ſi præterea proponamus ſtipulatorem eo tempore diem prorogaſſe in Calendas Auguſti, quo jam opus effici ante Calendas Junias non poterat, cum ante id tempus ſtipulator arbitrium ſuum interponere in eo, quod fuiſſet cœptum, valuerit, & paratus fuerit, non ideo minus ipſo jure pœnam commiſſam eſſe intelligemus. Ex quo ſequatur, quod ſi ante Calendas Junias ſtipulator deceſſerit, itaque eo factum ſit, ut arbitrari non poſſet, non ideo minus commiſſa intelligatur ſtipulatio, licet aliquod fuerit tempus ante Calendas Junias, quo ſtipulator id non deſideraverit, utpote, quo jam mortuus id deſiderare, & arbitrari non potuerit. Sic intellig. *l. cum ſtipulatus 114. ff. de verb. oblig.* arg. *d. l. hoc jure, & l. aliquando, §. ult. ff. ad Senat. Vell.* Sed ita, ut licet, & ante Calendas quoque Junias ipſo jure pœna commiſſa ſit, tamen ob id, quod exinde tempus prorogatum fuerit, petenti ante tempus, ad quod uſque prorogatio facta eſt (quippe Calendarum Auguſti) objici poſſit exceptio, arg. *l. 2. in fin. ff. ſi quis caution.*

Atque ita verius arbitramur ex communi interpretum ſententia (à qua ſubtiliores illi perperam diſcedunt) in illa ſpecie pœnam ipſo jure committi ante lapſum diei, cum primum incipit certum eſſe opus intra illum diem perfici non poſſe: prob. contextu *d. l. cum ſtipulatus, verſ. Nam ſi tunc diem, cum verſ. Et propemodum.* Nec repugnat, quod dici poteſt, arbitrii inſerti ratione conditionalis reddi ſtipulatio, *l. hæc venditio 7. in princ. ff. de contrah. empt.* qua ratione niſi id impleatur, hoc eſt, qui nominatus eſt, arbitretur, nulla reddatur diſpoſitio, in iſtiuſmodi præſertim ſtrictis judiciis, in quibus à perſona nominata recedendum non ſit, *l. ſi quis arbitratu 43. ff. de verb. oblig. & l. mulcta 6. in princ. ff. de condit. & demonſt.* Nam ut id verum ſit, cum in extranei arbitrium aliquid collatum eſt; aliud cum de ipſius ſtipulatoris arbitrio actum eſt: Tunc enim id adprobationis, ac velut non recte facti admonitionis facultatem magis delatam ſubinſert, quam conditionem: adeo ut tunc ſi nihil factum eſt, de quo arbitrium interponi queat, ex eo ſolo, etiamſi exinde arbitrandi poteſtas defecerit, pœna committi poſſit: quia veriſimile ſit id à pluribus actum, & cogitatum eſſe, ex eo quod in ſtipulatoris voluntatem, & facultatem id ſit collatum: arg. *l. fidejuſſor obligari 17. §. ult. ff. de fidejuſ. & l. ſi decem 48. & l. ſi Titius 9. ff. de verb. oblig.*

ANTONIUS MERCATOR.

Quid ais? Ex ſtipulatione in diem concepta ſtatim naſci obligationem, & conſequenter naſci etiam ſtatim actionem. Negamus iſtam conſequentiam. Non quodcunque eſt in obligatione, eſt etiam in petitione, *l. 9. ut leg. no. cau. l. ſi dies, in pr. quan. dies leg. ced. l. 8. §. ult. rem rat. hab.* & ſive ſtipulationi dies ſit nominatim adjecta, ſive tacite inſit, obligatio quidem naſcitur, & incipit ſtatim, ſed non etiam actio, *l. 14. l. interdum, l. inſulam, de verb. obl. §. omnis, Inſt. eod. l. certi, §. 1. de reb. cred. l. 186. de reg. jur.* ut merito apud Ciceronem rideatur patronus, qui actioni petitæ ante diem poſtulabat addi exceptionem cujus pecuniæ dies fuiſſet, & pari ratione rideri Accurſius poteſt, qui *l. 1. C. de cond. ex lege,* his verbis, Ante tempus debita exigi non poſſe, addit, tibicinem hunc, obſtante exceptione, ridearis ipſe tu, qui addis, obſtante exceptione dilatoria, quaſi exceptio dilatoria, ſi credere dignum eſt, pertineat ad cauſam debiti, cujus ſolutio ſit dilata in diem, ſtulte in eam rem adducto *§. appellantur, Inſt. de except.* qui non eſt de obligatione in diem, qua de agimus, ſed de pura obligatione, & exceptione pacti temporarii de non petenda ſtatim pecunia in obligationem deducta. Quod autem dicitur, quo tu argumento in hanc rem uteris etiam capite ſequenti, eum qui ante diem agit male, aut perperam, aut non recte agere, hoc ipſum oſtendit actionem ante diem nullam eſſe: alioquin videretur quis plus tempore petere, vel ut loquitur *l. liber 2. §. pen. de verb. obl. & §. plus, Inſtit. de act.* præmaturius petere ipſo jure poſſe: quod quis admittat? nec alia ratione vero, qui ante diem agit non dicitur nihil agere, quam quod ſi nihil ageret non incideret in periculum plus petitionis. At male agere dicitur ſicut qui re plus petit, *l. 4. de comp.* hic quia ejus, quod plus in re eſt nulla ei competit actio: ergo & ille, quia ejus, quod plus in tempore eſt nulla ei competit actio. Ducis aliud argumentum ex *l. ſi in lege, §. domus, Loc.* quod dicat ſtatim agi poſſe: perperam, quia non hoc dicit quaſi ex natura obligationis in diem, ſed quaſi conductio pro finita habeatur: colono coloniam deſerente, atque adeo totius quinquennii penſionem ſine metu ullius exceptionis exigi ſtatim poſſint non expectato fine quinquennii, perperam quoque & inconſtanter mutato argumento *d. §. ſi domus,* capite ſequenti ſcribis, quod dicat opera quædam ex lege locationis præſenti die præſtari debuiſſe, quia id ex facto eſt, & ex obligationis puræ natura, non obligationis in diem de qua agimus. Ex pura non negamus, & actionem naſci ſtatim. In interpretatione vero *l. inſulam,* non te pudet etiam aperte nugari, dum, quod abſciſe ait ante diem non committi ſtipulationem, ita interpretaris, non quidem in id omne, quod intereſt committi, ſed committi tamen in quid committatur, ut neſciens neque declarans. Hoc ipſo cap. dum conaris interpretari *l. 113. de verb. obl.* ſerva quam longe ab ea recedas. Lex dicit, fuiſſe aliquod tempus ante Kal. Junias quo ſtipulator non eſt arbitratus, neque deſideravit opus fieri. Tu dicis fuiſſe aliquod tempus, quo ſuum arbitrium interpoſuit ſtipulator, aut interponere paratus fuit. Lex dicit, fuiſſe aliquod tempus, quo ſtipulator non eſt arbitratus, ut opus fieret, eo quod opus jam fieri ante Kal. non potuiſſet. Tu dicis fuiſſe aliquod tempus, quo ſtipulator non eſt arbitratus, ut opus fieret, eo quod mortuus arbitrari non potuiſſet. Lex duas notat cauſas propter quas aliquo tempore ſtipulator arbitratus non eſt. Tu notas unam tantum. Lex non dicit opus cœptum fuiſſe. Tu dicis: Lex dicit pœnam eſſe commiſſam. Tu dicis inutiliter eſſe commiſſam, quia petenti obſtat exceptio, ea ſcilicet, quam initio vocaſti dilatoriam. Lex propemodum eſſe commiſſam. Tu ſimpliciter eſſe commiſſam. Tot vero modis cum aberras à lege ipſa, qui fieri poteſt, ut veri, ſinceri, aut ſani ex ea efficias quidquam? Sane, quod efficis, Pœnam ipſo jure committi ante Kal. Junias ſtatim atque certum eſſe cœpit ante eam diem opus effici non poſſe, etiam die prolato poſteaquam id certum eſſe cœpit, hoc non eſt verum ſine temperamento illius articuli, propemodum, quia ſcilicet non ante peti poteſt, quam Kal. Juniæ præterierint, *l. 8. & 72. §. pen. eod.* Ubi præterierint, peti poſſunt perinde, ac ſi dies operi efficiundo prolatus non fuiſſet.

JOHANNES ROBERTUS.

Nec hic diſſimilis eſt ſui, aut nugatur, aut inepte cavillatur. Scripſi, cum facti promiſſioni dies adjicitur, licet ante diei lapſum obligatio, & actio naſcantur, ut in reliquis expreſſe in diem conceptis conventionibus ex communi interpretum ſententia, ac ita ut ſtatim agi poſſit, non tamen ut ante diem efficaciter agatur obſtante dilatoria exceptione. In quo negat illam conſequentiam: Nata eſt obligatio, ergo & actio. Qua autem ratione neget, expendamus; quia, inquit, non quodcunque ſit in obligatione, ſit & in petitione. Aliis verbis in legibus ab eo citatis dicitur, non ob id quod vel obligatio commiſſa ſit, vel dies obligationis ceſſerit, peti poſſe, quod neque nos negamus, ut pluries ibidem repetiimus, quippe efficaciter agi non poſſe obſtante exceptione: neque tamen ideo minus verum eſt illud, quod aſſerimus. Sed enim in eo rodit, & Accurſium, qui quod dicitur ante tempus debitum exigi non poſſe, interpretatus ſit intelligendum obſtante exceptione: ac me etiam mul-

Digitized by Google

to magis riſu dignum eo nomine ait, quod exceptionem illam dilatoriam vocarim. quia, inquit, exceptio dilatoria non pertineat ad cauſam debiti, cujus ſolutio ſit dilata in diem, & ſtultè in id adduci à me *§. appellantur*, *de except. in Inſtit.* qui non de iſtiuſmodi in diem collata obligatione loquatur, ſed de pura obligatione, quæ pacto poſtea in diem ſit dilata. In quo veriſſimum teſtatur illud Catullianum, riſu inepto rem ineptiorem nullam eſſe. Quæ enim aut inſcitia major in jure excogitari poteſt, quam illud negare, exceptionem quæ objicitur, agenti ante diem obligationi adjectam dilatoriam eſſe? aut major temeritas, quam illud aſſerere, nec ſine cachinno, & convitio, non pertinere *d. §. appellantur*, ad alias quam pacti temporarii exceptiones? cum ibidem Juſtinian. poſt propoſitum exemplum exceptionis propter pactum conventum competentis, nominatim, & alias ſimiles itidem complectatur: Deinde expreſſius in ſubſequente, & conjuncto *§. hodie autem*, conjunctim utrumque exprimat, qui ante tempus vel pactionis, vel obligationis litem inferre auſus ſit. Utriuſque autem exemplum expreſſe, & latius ibidem proponit Theophilus, in eo qui ante, aut ita ſtipulatus eſt, Poſt quinquennium dare ſpondes, aut qui cum mutuum dederit, pactum deinde cum debitore fecerit, ne intra quinque annos peteret. Atque tum objecta exceptione illa non idcirco agentem repelli, quod ei nondum actio nata ſit & competat, ſed in hoc illi nocere, quod reo dilationem tribuat, quæ perſecutioni actionis obſtet, iterum atque iterum ibi explicat Juſtinianus. Quæ quis non perſpicit ab illa ejus interpretatione alieniſſima, qua cum qui agit ante diem, ob id tantum ait non dici nihil agere, quia ſi nihil ageret, non incideret in pœnam plus petitionis, ſed male agere? cum appareat ex Scævola relatum, eum qui antequam legati obligationiſve dies ceſſerit agat, propterea eo nihil facere, quod ſine actione experiri nemo poſſit, *l. ſi pupilli, 6. §. videamus, ff. de neg. geſt.* Ex quo ſequatur eum, qui nulla competente actione experitur, facto tantum experiri, ac per conſequens nihil facere, ſicque nihil petere, aut peti dici poſſe, quia ejus quod facto tantum fiat, nulla in jure ratio habeatur, *l. licet 12. ff. ut leg. ceu fidejuſſ. nom. cau.* At qui ante diem judicio experitur, egiſſe, & petiiſſe dicitur, quia jus petendi non defuerit, ſed non jure egiſſe, quia non ante jure agi placuerit, *l. ſervus 34. §. Imperator, in verb. nec ante jure agi. ff. de ſtatulib.* cum non impediat dies etiam centeſimarum Calendarum, quominus præſens ſit, vimque ſuam producat obligatio, ac per conſequens actionem, ſola ſolutione in diem dilata, juxta *l. centeſimis 46. in princ. ff. de verb. oblig.* Ut nec illa exceptio ejus intentionem aut condemnationem, ſive libelli concluſionem excludens objici tum poteſt, quippe nihil ei à reo deberi, arg. *l. 2. in prin. ff. de except.* ſed male egiſſe, quod præmature egerit, eoque nomine in plus petitionis pœnam inciderit. Atque ita etiam in *l. ſi in lege 27. §. ſi domus, ff. locat.* quod dicitur ſtatim, & ante diem agi, recte intelligimus ex eo, quod in quavis obligatione in diem actio nata ſit, & eo amplius illic etiam efficaciter, & cum effectu exactionis agi poſſe, propter plane derelictam, aut ab inquilino domus habitationem, aut à colono fundi culturam, & quaſi conductione finita. Et quod hic interſerit, *ex l. inſulam 124. ff. de verb. oblig.* aſtute alieno loco id agit, ut lectorem ab eo avertat, cum plane aptiſſimo loco in capite ſequen. ea omnia diluam, & explicem, quæ hic ut tenebras offundat, confuſe, & tumultuarie aggerit: ut idem omnino eum agere circa ea, quibus interpretor *l. eum ſtipulatus 113. ff. de verb. oblig.* quis non perſpicit.

Quando committantur ſtipulationes factorum tractum temporis habentium, quibus nec dies, nec pœna adjiciantur.

CAP. XVII.

JOHANNES ROBERTUS.

ALTERA pars ſuperioris diſtinctionis pertinet ad eas factorum tractum temporis habentium ſtipulationes, quibus dies appoſitus non ſit: puta ſi inſulam, vel fulciri, vel fieri ſimpliciter quis ſtipulatus ſit: quibus cum tacite inſit tempus, intra quod id opus effici poſſit, *l. interdum 73. in princ. ff. de verb. oblig.* tunc diem obligationis cedere, & ex iis agi, ait Ulpian. ubi cœperit mora faciendo inſulæ fieri in *l. ſtipulationes non dividuntur 72. §. ſi quis ita, ff. de verbor. oblig.* & Venulejus *ſi non inchoetur* (inquit) opus id æſtimari, quod in illo intervallo fieri potuit, in *l. continuus 137. §. item qui inſulam, ff. de verb. oblig.* Contra Pompon. in *l. ſi ita ſtipulatus eſſem 14. & Marcellus in l. exiſtimo 98. §. ult. ff. de verb. oblig.* ex iſtiuſmodi ſtipulationibus non ante agi poſſe dixerunt, quam tempus præteriiſſet, quo perfici opus potuerit: quod etiam eo comprob. quod à Paulo dicitur in *d. l. interdum*, tunc incipere actionem in iſtis, cum per rerum naturam præſtari poſſunt. Quod ita communiter diſſolvitur, ut quod Pompon. & Marcellus ajunt non ante agi poſſe, quam totum tempus præterierit, ſic accipiant, ut æſtimatio totius operis ſtipulatione promiſſi non ante peti poſſit: ſed tamen ſi quis ante id tempus petere velit æſtimationem, non totius operis, ſed ejus, quod in illo intervallo, quo non eſt inchoatum, fieri potuit, minime ei denegari actionem. Cui ſententiæ ſubſcripſit, & Fran. Duarenus in *d. l. ſtipulationes, §. ſi quis ita*. Sed huic alia itidem Bart. & communis opinio repugnare videtur, qua inter hanc diem tacitam, quæ iſtiuſmodi ſtipulationibus ex rei natura ineſt, & expreſſam, quæ illis nominatim adjecta ſit, id intereſſe volunt, quod expreſſa quidem ortum actionis non impediat, ac tacita impediat: quo referunt *d. l. ſi ita ſtipulatus, & d. l. exiſtimo, §. ult. & d. l. interdum*. Nam ſi dies tacita impedit ortum actionis ante diei lapſum, qui fieri poteſt, ut ante diem vel in totum, vel in partem ejus, quod intereſt, agi poſſit? Quin & inde auſus eſt Jaſon (utrunque illud communi ſententiæ tribuens) eo amplius noviter (ut inquit) contra omnes aſſerere in *d. l. interdum*: in iſtis diem tacitam non tantum actionis, ſed & obligationis ortum impedire. Verum ut hæc illi communi diſſolutioni non obſtare admittamus, illud quidem certe eam convellit, quod ab Ulpiano in *d. §. ſi quis ita, in fin.* ſimpliciter dictum eſt, in illa ſpecie diem obligationis cedere: quo proculdubio ſignificare voluit, non quidem cedere pro parte, ſed in totum. Quo forte adductus eſt ille Obſervator, ut cum non aliam hinc ſe expediendi rationem diſpiceret, pugnantia in eo ſenſiſſe juris noſtri autores confidentiſſime aſſerere non dubitaverit: quippe aliter Ulpian. qui Sabinianus eſſet, in *d. §. ſi quis ita, in fin.* aliter vero Pomponium ex Celſo, qui eſſet Proculianus, in *d. l. ſi ita ſtipulatus.* Quanam autem alia ratione id comprobet, non video, quam iſta, Sabinianos à Proculianis diſſenſiſſe, *l. ita ſtipulatus 115. §. ſed ſi ita, ff. de verb. oblig.* Verum ut in quibuſdam diſſenſerint, an idcirco in omnibus, in quibus vel hos, vel eorum ſectatores ſcripſiſſe comperiemus, id dicere licebit? Deinde vero, ut in tantum aberrare Tribon. cæteroſque illi adjunctos, & à Juſtin. præſcripto diſcedere potuiſſe, levi adeo momento admittamus, undenam colligit is, Ulpianum Sabinianum fuiſſe? an quia ad Sabinum plures libros ſcripſerit? At hic fuit Fabius Sabinus, non ille Maſſurius, alterius velut ſectæ coryphæus. Unde etiam Pomponium Proculianum? Dicet non Pomponium Proculianum ſe intelligere, ſed ipſum Celſum, quem Pomponius citet. Verum quomodo citat? an non quaſi ejus ſententiam adprobans, non autem ſimpli-

pliciter referens in *d. l. ſi ita ſtipulatus*. Itaque eam non Celſi tantum, ſed & Pomponii ſententiam fuiſſe fateatur neceſſe eſt. Præterea quibus adſcribemus Marcellum? qui idem cum Pomponio Celſoque adſeruerit in *d. l. exiſtimo*. Aut etiam Paulum in *d. l. interdum*. Ipſum vero Tribonianum nil moratur: nec inter idiotas connumerare dubitat, qui hunc ubivis impegiſſe contendit. Nam is cur aliis locis ea operi Pandectarum inſeruit, quibus illorum diverſæ ſectæ autorum diſcrepantes ſententiæ in concordiam reducuntur? *d. l. ita ſtipulatus, l. adeo 7. §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom.* Aliis vero diſcrepantes eorum inter ſe ſententias nobis reliquit, contra Juſtin. mandatum, & juris artis, in qua excolenda tantum operæ inſumebat, dignitatem? Tribonianum vero cum dicimus, Conſtantinum, Theophilum, Dorotheum, reliquoſque ſexdecim viros intelligimus à Juſtin. in id ſelectos, ut jus omne ita expurgarent, & in unam conſonantiam reducerent, ut in eo contrarium nihil eſſet, *l. 2. circa princ. & §. quæ omnia, C. de veter. jur. enucl.*

Verum ut tandem quid verius in propoſita quæſtione nobis videatur, conſtituamus, aliquantum ab illa communi recedens ſic arbitror, in iſtiuſmodi factorum ſtipulationibus poſt moram in faciendo commiſſam, ſtipulationis dies tunc cedere, cum cœpit mora fieri in eo faciendo, & præſtando. Siquidem per rerum naturam id præſtari poteſt, juxta *d. §. ſi quis ita, in fin. & l. quoties 24. verſ. cedunt tamen operæ, ff. de oper. liber.* ut quod ibi dicitur cedere operas ex die interpoſitæ ſtipulationis, intelligam tunc cedere, cum mora in his præſtandis fieri cœpit, eo quod, ut antea ibi dixerat, illi ſtipulationi, *& ſi non verbis, attamen re ipſa ineſt tractus temporis.* Quo nec alio pertinere dici poteſt (ſi recte excutiatur) quod dicitur in *d. l. interdum*, in eo, quod initio agit, *interdum pura ſtipulatio ex re ipſa dilationem capit, veluti ſi id, quod in utero ſit, aut fructus futuros, aut domum ædificari ſtipulatus ſit.* In quo primum expendendum, quod puras ait eſſe obligationes: nam eo, quod puræ ſunt, earum diem & ceſſiſſe, & ſimul veniſſe intelligendum eſſet, ni aliud obſtaret, *d. l. cedere diem, verſ. ubi pure. & §. omnis, de verb. oblig. in Inſtit.* Obſtat vero tunc dies ille, qui re ipſa ineſt, ne veniſſe dici queat: at non ut obſtet, quominus ceſſiſſe dici poſſit, ac per conſequens, & obligatio, & actio ab eo tempore nata eſſe, quo eorum quid promiſſum præſtari potuit. Nam ſi hoc quod tempus tacite ineſt, dilationem tantum obligationi adfert, non impedit quominus obligatio præſens ſit, *l. centeſimis 46. in prin. ff. de verb. oblig.* At licet tria illa exempla orationis ſerie conjungantur quaſi ſimilia, ut & duo exinde in id ſubjiciuntur, ejus quod certo loco dari promiſſum eſt, & quod libertus operas promiſerit, non tamen ut ea in omnibus ſimilia eſſe ibi intellexerit (ut ſufficit comparatorum in eo ſimilitudinem aliquam eſſe, in quo fit comparatio, licet in aliis ſit diſſimilitudo) ſed in eo tantum, quod ex reipſa dilationem capiant, nec ideo minus fiat, ut varie dilationem capiant, ſicque quoad alia diverſa ſint, ut apertiſſime patet illo exemplo operarum patrono promiſſarum à liberto, quarum diem non ante cedere conſtet, quam indictæ fuerint, *l. ſi quis hac 14. & l. cum patronus 22. ff. de oper. libert.* cum illarum, quæ alter quam patrono promiſſæ ſint (tametſi & hæ tractum quoque temporis habeant, ſicque dilationem ex re ipſa capiant) dies ex tempore ſtipulationis interpoſitæ cedat, *d. l. quoties:* ut etiam præter diem conſtat ineſſe, & conditionem utrique promiſſioni illi ejus, quod in utero eſt, & fructuum naſciturorum, quippe has, ſi pepererit, ſi fructus naſcentur: nec enim ante per rerum naturam id præſtari poteſt: cum ſecus ſit tam in illa promiſſione domus ædificandæ, & Carthagini dandi: nam ſolum tempus his ineſt, & ejus ſolius ratione dilationem capiunt, atque ex futuro, & incerto eventu pendent, *l. eum qui 41. §. ult. verſ. niſi locus, &c. & l. continuus 137. §. cum ita, & §. ſeq. ff. de verb. oblig.* Quo fit, ut quod ita ſubjicitur in *d. interdum, tunc enim incipit actio, cum ea per rerum naturam præſtari poteſt*, varie quoque in his ſit intelligendum:

A ut cum id, quod in utero ancillæ eſt; & fructus naſcituri non ante præſtari poſſint, quam ancilla pepererit, ſive quam fructus nati ſint, ut neque etiam operæ illæ antequam indictæ ſint, non ante in his incipiat actio, nec per conſequens ante earum dies cedere intelligatur. At in illis duabus ſecus: Nam illa domus ædificandæ, ſtatim per rerum naturam præſtari poſſe incipit, in eo, quod ſtatim inchoari poteſt opus, atq; etiam debet, qua ratione id etiam præſente die præſtari debere dicitur, *l. ſi in lege 25. §. ſi domus, verſ. ſed & de his, quæ præſente, ff. locat.* Ac multo magis illa Carthagini dandi: non enim, quo minus id tunc ibi præſtari poſſit, obſtat natura, prob. *l. ult. §. ſi inter, ff. de verb. oblig. & l. ſi mihi, & tibi 12. §. 1. ff. de legat. 1.* Sed tantum difficultas executionis, *d. §. 1.* cujus cauſa ſtipulationis validitatem impedire non poteſt, *d. l.* B *continuus, §. illud.* Ideoque, quia ea executio ſtatim inchoari queat, dies ejus obligationis cedere incipit: ac per conſequens actio naſcitur: neque tamen, ut ante ea recte inſtitui, & peti poſſit. Itaque qui ante petit, agit quidem, ſed ita ut perperam agat, *l. 3. §. ſi quis ita, in verb. perperam ante diem, ff. de eo, quod cert. loc.* juncta *d. l. unic. in fi. ff. quando dies leg. ced.* Ex quibus concludimus, veram non eſſe communem illam interpretum ſententiam, qua aſſerunt diem, quæ conventionibus tacite ineſt, impedire ortum actionis: at non expreſſam, ut quidem utriuſque eandem hac in re vim eſſe, prob. *d. l. quoties, & d. l. eum qui, §. ult.* quibus locis patet nominatim utramque, & expreſſam, & tacitam in eo adæquari, ut quidem in utraque ceſſiſſe dies dicitur, *in d. l. cedere diem, d. §. omnis, & d. l. ſtipulationes, in fin. & d. l. quoties:* C atque etiam ſtatim recte agi, *in d. §. ſi domus, in fin.* in qua de facti obligatione id nominatum, & conjunctim cum præcedentibus traditur. Et tamen, ut utraque dies dicitur efficere ne ante diem debeatur, *d. l. eum qui, §. ult.* ita, & ne ante eam diem ſtipulatio committatur, *d. l. inſulam*, & ne ante diem agi poſſit, *d. l. ſi ita ſtipulatus*. Quod tamen, tum ex ſuperioribus illis, tum ex aliis locis ſic conſtat intelligi oportere, non in hac committi, ut ejus, quod in totum in ſtipulationem deductum eſt, æſtimatio, ſive totum id quod intereſt, peti poſſit. Qua ratione, tunc quod illis locis dicitur non poſſe agi, aliis dictum eſt, non recte agi, *d. l. exiſtimo, §. ult. in verb. Nec tamen recte agetur, & d. §. ſi quis ita, in verb. perperam ante diem,* juncta *d. l. unic. in fin.*

Hoc igitur præter communem illam ſententiam aſſum- D pto, diem, quæ tacite ineſt, ortum actionis non impedire: Alterum quoque iſtud aſſumo, in iſtiuſmodi factorum obligationibus, duo in obligatione eſſe, & peti poſſe, factum ipſum in obligationem deductum, idque quod intereſt non fieri, factum ipſum in obligatione eo eſſe conſtat, quod ſit promiſſum, & quod cum præſtatur, obligatio tollitur, quod minime fieret, niſi id in obligatione eſſet, probat. *l. ſi quis ab alio 13. §. ult. in verb. facit, quod promiſit, ff. de re judic.* juncto arg. *l. decem 116. ff. de verb. oblig.* Id vero, quod intereſt præſtari factum in obligatione quoque, vel ex conſequentia obligationis, ut in obligatione eſſe intelligi, prob. eo, quod cum factum non eſt, ea facti æſtimatio peti poteſt: quo nomine id quod intereſt, continere dicitur ea ſtipulatio, *d. l. ſtipulationes non dividuntur, verſ. Celſus,* juncta *l. ſi ita quis* E *31. ff. de evict. & d. l. ſi quis ab alio, in fin. l. ſi Calendis 11. ff. de re judic.* factum vero ipſum peti poſſe, probatur *l. tenetur 6. §. 1. verſ. agam ex vendito ut reficias, ff. de actio. empt. l. ſtipulationis 21. §. ſive autem, ff. de oper. nov. nunciat.* Quam ſententiam ſecutus eſt, & Paul. Caſtrenſ. aliis quoque pluribus eam tribuens. Quibus aſſumptis, ita ſupradictarum legum diſſidium rectius componi arbitror, ut (quemadmodum dictum eſt) in iſtiuſmodi factorum ſtipulationibus poſt moram in inchoando opere factam, in hoc committi ſtipulationem intelligamus, ut quatenus jam intereſſe cœpit non inchoari ſtatim agi poſſit, non quidem in id quod, vel in totum, vel in partem intereſt, verum ut fiat, & inchoetur quod fieri promiſſum eſt, & quia mora in faciendo commiſſa ſit, ut

indem-

Digitized by Google

indemnitati ſtipulatoris, quoad efficiendum opus conſulatur.

Dico autem eatenus tunc agi, quatenus intereſt non eſſe inchoatum, quod alioqui niſi intereſſet, actio inſtitui minime poſſet, *l. 3. verſ. cujus nihil intereſt, ff. de verb. oblig.* Qua ratione, ut ſciamus an interſit, id quod in illo intervallo effici potuit æſtimandum eſt, ut ita conſtet, an interſit, tum in hoc ut agi poſſit, tum etiam ut ſi tranſacto tempore, quo conſummari debuit, poſtea ædificetur, dijudicari queat, an eo, quaſi mora purgata liberetur reus, an vero non. Nam ſi nihil intereſt propter illud temporis intervallum, quo initio ceſſatum fuit, mora, ædificio poſtea ante litis conteſtationem facto, purgata liberatur. Secus ſi interfuerit, quia poſtea ædificando purgari non poſſet. Nec enim tempore lapſo purgari aliter poteſt mora, quam ſi non interſit eam fuiſſe commiſſam, *l. ſi ita quis 135. §. Seja in fi.* juncta *l. ſi inſulam 84. & ibi Gloſſ. ff. de verb. oblig. l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non ſer. l. & ſi poſt tres 8. ff. ſi quis cautions.* Ex quo interpretationem veriſſimam accipit, quod dicitur à Venulejo *in d. l. continuus, §. item qui inſulam, verſ. item ſi non inchoetur:* quem & male communiter interpretes ita accipiunt, ut eo ſignificari putent, in hoc æſtimari, quod in illo intervallo effici potuit, ut eo nomine in eam æſtimationem, ſicque in ejus, quod in totum intereſſe poteſt, partem agi poſſit. Et pejus Obſervator, qui idcirco id quod in illo effici potuit, æſtimari interpretatur, ut inde exiſtimet judex quanto intervallo, quantove tempore opus conſummari oportuerit, cum & nominatim ibi dixerit id tantum æſtimari, quod in illo intervallo effici poſſit, & multo facilius, & certius in totum æſtimatur, quanto tempore conſummari opus poſſet, quam ex partibus, & temporum momentis: id vero quod ibi dicitur, ab iis, quæ antea dicta fuerant, diverſum proponi indicant hæc verba: *Item ſi non inchoetur*, quæ ad alia à ſuperioribus diverſa tranſitum fieri ſignificant: idque multo magis ex ſubſequentibus verbis conſtat, quibus de ædificio poſt tempus, quo conſummari debuit facto loquitur, quod nulla ratione illis præcedentibus jungi poteſt.

Dixi præterea in hoc ſimul agi, ut indemnitati ſtipulatoris, quoad conſummationem futuram operis conſulatur, ut quidem eo ſpectare id, quod tunc agitur propter moram in inchoando factam, prob. *l. dominus 55. §. ult. ff. locat.* Cujus conjunctum eſt argumentum cum eo, quod antea dictum fuerat *in eodem tit. in l. ſi in lege 25. §. ſi domus*, ut ſi is, qui conduxit domum, vel fundum in quinquennium, ante id tempus domum, vel fundum deſeruerit, atque opus, aut propagationes, aliave, quæ facturum ſe receperat, non fecerit, ſtatim ubi domum fundumve deſeruit, nec fecit, agi adverſus eum poſſit: non quidem, ut ejus temporis quod ſupereſt, penſiones exolvat, aut id quod illa opera minime effici intereſt, ſed in hoc ut indemnitatem locatori præſtet, hoc eſt, ſatiſdet tanto tempore penſiones ſe exoluturum, & ni ſecerit, ita ut ejus non interſit, quod alioqui intererit præſtaturum, & niſi ſatiſdet, omnino & penſiones, & quod intereſt, ſolvere cogatur, arg. *l. ſtipulatio 21. & §. 1. ff. de nov. oper. nunc.* juncta *l. ſi. debitori 2. & ibi Gloſ. ff. de judic.* juncta *l. ſi reus paratus 73. ff. de procur.* Quod licet alioqui in bonæ fidei judiciis illic ita propoſitum ſit, probabilis tamen ratio adferri non poteſt, ob quam aliud in ſtrictis ſtatui debeat, ac præcipue tunc cum mora commiſſa eſt, ut & in cæteris quibuſcunque ex cauſa cautionem, & ſatiſdationem interponi judicem jubere lex voluit, *l. 4. §. ait prætor in fin. & l. debitoribus 21. ff. de re judic. l. 1. ff. ut legat. ſeu fidei. nom. cav. l. 1. §. jubet, ff. de collat. bon.* juncta *d. l. ſi debitori, & d. l. ſi reus paratus.*

ANTONIUS MERCATOR.

Singularis ſapientia tua in hoc capite ſe oſtendit à communi, ut fateris aliquantum recedens, omnino, ut fatemur à communi ſapientia ſenſuque recedens. Quæ-

A ſtio eſt ex hac ſtipulatione inſulam certo loco ædificari quando agi poſſit, qua in re pugnat *l. 14.* cum *l. 72. §. ult. de verb. obl.* in hac Ulpianus ait, diem ſtipulationi cedere, & agi poſſe ſtatim atque mora faciendæ inſulæ fieri cœperit, nec expectari, ut tantum temporis prætereat quanto inſula ædificari poſſet. In illa ex Celſo Pomp. tradit agi ex ea cauſa non poſſe antequam tempus præterierit quo inſula ædificari poſſet. Tu concordiæ ſequeſter honorarius quid arbitraris? Ubi, inquis velut ex aliquo adyto, moram promiſſor facere cœpit inchoando ædificio, ſtatim agi poſſe, ſed in id tantum, quod ſtipulatoris intereſt ædificium inchoari, vel ut tu loqueris, non inchoari, vel non eſſe inchoatum, vel non effici, vel non fieri (tot enim modis hoc varias) perquam ineptè, quia ædificium non inchoari, ad ejus utilitatem non pertinet,
B & in id, quod intereſt agere eſt utilitatem perſequi, quæ ad nos pertinet, *l. eum, qui, §. ult. de fur.* Porro utilitas ſtipulatoris eſt ædificium inchoari, inutilitas non inchoari, agit igitur ex ſtipulatu quanti intereſt inchoari, non quanti intereſt non inchoari, vel non fieri, ſicut conductor ex conducto agit quanti ſua intereſt fundo frui, non quanti intereſt fundo non frui, emptor ex empto quanti ſua intereſt rem habere, vel rem vacuam ſibi tradi, non quanti intereſt non habere, vel non tradi, poſſeſſor interdicto uti poſſidetis, quanti intereſt poſſeſſionem retinere, non quanti intereſt non retinere, & ſubjicis agi, ut indemnitati ſtipulatoris, quoad efficiendum opus, & paulo infra quoad conſummationem futuram operis, conſulatur, mos hic eſt proprie tuus, ut dicas ſemper, & ferè pagina quaque, quoad pro quod ad intrepidus, nec lora metuens. Poſtea negas agi poſſe in id, quod in to-
C tum, vel in partem intereſt: quid audio? Agi poſſe in id, quod intereſt ædificium, ut loqueris, non inchoari, & agi non poſſe in id, quod intereſt ullo modo, nec in totum, nec in partem. Abi in malam rem cum atro iſto tuo ingenio, & fanatico. Hoccine pacto concordiam jungis inter Ulpianum, & Celſum? Lorarii quid ceſſatis? Quid rurſus audio? Non agi in id, quod intereſt, ſed agi, ut indemnis damno ſervetur ſtipulator, ac ſi non idem ſit prorſus agere in id, quod intereſt, & agere de indemnitate, *l. dominus, in fine, loc.* Verum nec probare cuiquam poſſis ullo auctore, ſtatim à non cœpto opere agi poſſe in id duntaxat, quod intereſt opus inchoari, non arg. *l. ſi in lege, §. ſi domus, & l. dominus, §. ult. loc.* cum in utraque dicatur colonum, qui deſeruit coloniam ſtatim, id eſt, non expectato fine quinquennii, totius temporis, id
D eſt, totius quinquennii, ad ſolvendas penſiones ex locato conducto conveniri poſſe: ergo in omne id, quod ex ea cauſa locatoris intereſt, & ad ſolvendum, ut lex ait, non ad ſatiſdandum, ut tu ais, nec enim is, qui ad ſolvendum tenetur ſatiſdando liberatur, *l. 5. de ſtatulib. l. promiſſor, §. ult. de conſt. pec.* Non item *l. continuus, §. item qui inſulam, de verb. obl.* ex his verbis, Item ſi non inchoetur opus, id tantum æſtimetur, quod in illo intervallo effici potuit, quia ut in ſtipulatione Epheſi dari, de qua egit ſuperiore §. 1. C. dixit virum bonum æſtimare quanto tempore id effici poſſit, ita etiam in ſtipulatione inſulam fieri, mox ſubjicit in d. §. *item qui*, ſi non inchoetur opus, id tantum æſtimari, quod in illo intervallo effici potuit, id eſt has eſſe tantum partes judicis, & boni viri, quod etiam eſt proditum in *l. inſulam, §. 1. loc.* ut æſtimet
E quanto intervallo juſti temporis inſula fieri potuerit, ut non niſi eo tranſacto detur actio ex ſtipulatu, & hoc tuarum ineptiarum acerrimus Obſervator ſcripſit, non ut tu mentiris, æſtimari id quod in illo intervallo, verbi gratia menſe, quo non eſt inchoatum opus, effici potuit, ut inde æſtimatur, quaſi membratim per ſpatia menſtrua quanto tempore totum opus conſummari potuerit, quod ille non ſcripſit: at cur non liceat tibi addere, vel demere alienis ſcriptis, cui quod eſt in proverbio, de gloſſis ſtationis veſtræ hodie ſoli amicum, & ſolemne id eſt.

Pari audacia mentiris, eundem ſcribere Ulpianum, Sabinianum, & Pomponium Proculianum fuiſſe: quod neque ſcripſit, neque cogitavit unquam.

In

In errore etiam illo triviali verſaris, ut exiſtimes, Ulpianum libros ad Sabinum, non ſcripſiſſe ad Maſſurium Sabinum contra *l. ult. C. de her. inſt.* & inſcriptionem *l. 1. de legation.* & aliter quam crebra apud Atheneum cum Ulpiano Maſſurii collatio ſuadeat, qui & magiſter Caſſii dicitur in *l. dicere, de rec. qui arb. rec.* quid dico in errore triviali? imo tuo proprio cum ais Ulpianum ſcripſiſſe non ad illum, ſed ad Fabium Sabinum. quem enim tu hic nobis Fabium Sabinum obtrudis, qui nuſquam unquam eſt. Lampridius quidem, cui tamen, nec hac in re fidem habemus, Sabinum nominat Conſularem virum, ad quem Ulpianus libros ſcripſerit, Fabium Sabinum non nominat. Huic adjungis etiam æque trivialem, & compitalitium errorem: Nihil eſſe contrarium in corpore Juſtinianei juris, Juſtinianum hoc teſtari, aut Juſtiniani vice Quæſtorem ejus, quod perinde verum eſt atque id, quod teſtatur idem, nihil in eo opere eſſe ſimile. Commendavit opus, quod quale eſſet apparebat, quæ res non obligabat fidem: nec poterat etiam intra triennium, aut quadriennium, quo id perfecit, tale præſtare quale ſe præſtare jactat. Johannes eris ſemper in jure novus niſi hunc capiti tuo errorem excuſſeris, & huic te ætati præbueris, quæ Dei beneficio detexit, ſimilia eſſe multa in illo corpore juris, pugnantia inter ſe multa, mutila, & imperfecta multa, confuſas ſæpe à pluribus auctoribus leges, veſtigia ſectarum innumera, menda complura creata, vel ex notis literiſve ſingulariis, quibus libri veterum referti erant, vel ex Triboniani incuria potius, quam imperitia, vel ex gloſſematis veterum, & recentium interpretum, vel ipſius Triboniani conſulta opera, cui licuit auctorum verba mutare, aut alienis ea intermiſcere ſuo arbitratu. Detexit inſuper jus omne conſpurcaſſe Doctores, à quibus profectus, & inſtitutus es, eodem ſere tempore, quo & Deus voluit cæteras artes omnes conſpurcari, occuli, obſcurari, & homines paſſim aberrare longe à claritate ſua. Non nos, ut tu ais in epiſtola non tua, ſed illi in jure imitati ſunt Manichæos, aut Arrianos, nos quæ illi fœdarunt, & corruperunt priſtino nitori reſtituimus, nihil innovamus, ſed innovata in antiquum ſtatum ſedemque ſuam reponimus. Denique non recentia ſunt, quæ damus, ſed recentata. Et quod ad ſtipulationem inſulam fieri, qua de agitur attinet, diſce docendus adhuc, ut in ſtipulatione, quæ in dando conſiſtit, fuit diſſenſio inter Sabinianos, & Proculianos, ut conſtat ex *l. ita ſtipulatus, de verb. obl.* ita in ea, quæ in faciendo conſiſtit non eſſe abſimile vero eos inter ſe diſſentiſſe maxime Pomponio in *l. 14. eod.* non alia quam Celſi auctoritate freto, quaſi principe hujus ſententiæ, quam tamen Paulum, & Marcellum ſequi non negat, & Julianum *l. interdum. l. ſi inſulam, l. exiſtimo, §. ult. eod. l. quotiens, de op. lib.* Quod vero Ulpianus eam non ſequitur in *l. 72. §. ult.* id recte præſumit, Ulpianum ſumere ex altera ſchola, ſciens à Paulo eum facile, & libenter diſſidere. Denique illam antinomiam imputat Triboniano, quem tamen ut objicis, non adeo contemnit, immo ſummis ſæpe laudibus veneratur, & colit.

Tranſeo ad alios errores. Operas certas in ſtipulationem deductas non vis ex die interpoſitæ ſtipulationis cedere, niſi mora intervenerit, quod eſt manifeſto contra *l. quotiens, de op. lib.* quæ hunc modum non addit, ſi mora intervenerit, & verius eſt cedere eas ſtatim etiamſi nulla mora intervenerit: alioquin non ex die interpoſitæ ſtipulationis cedunt, ſed ex die moræ: verum peti non poſſunt ex Celſi ſententia antequam tempus præterierit, quo præſtari poſſunt, vel ex ſententia Ulpiani non niſi poſt moram. Non omne, quod ceſſit quodve debetur, & peti poteſt.

Non intelligis quid his verbis ſignificetur, in *l. interdum de verb. obl.* Tunc incipit actio cum ea per rerum naturam præſtari poteſt, quod non eſt, cum inchoari opus poteſt, ut tu interpretaris, ſed cum ea res, ex qua pura ſtipulatio dilationem accipit, per rerum naturam præſtari poteſt, id eſt, cum partus editus eſt, cum fructus percepti ſunt, cum tempus præteriit intra quod domus ædificari potuit, addamus ex ſequentibus, vel intra quod Carthaginem perveniri potuit, ut *l. 34. §. Imp. de ſtatulib. l. 39. §. ult. de fidejuſſ.* vel cum indictæ ſunt operæ officiales, ut *d. l. quotiens*, ex quo ſequitur ex nulla illarum quinque ſtipulationum, quæ proponuntur, in *d. l. interdum*, actionem incipere ſtatim ex Pauli ſententia, quod tamen tuum capitulum non admittit, in tertia, & quarta, quod refutavimus ſatis capite ſuperiore.

Non intelligis etiam quod ait *l. eum, qui, §. ult. de verb. obl.* diem adjectum efficere ne præſenti die pecunia debeatur, quia non obligationem, ſed petitionem naſci negat, ut recte Acc. interpretatur, & verbum debeatur pro petatur uſurpat, ut *l. ita ſtipulatus, in fin. eod. l. quia balineum, qui pot. in pig. hab.*

JOHANNES ROBERTUS.

Neque hic, neqe uſquam à ſapientia ulla recedere dici poteſt oblatrator, qui nullam unquam ſe attigiſſe, cum ſcriptis, tum vero & factis apertiſſime teſtatur. Atque quoniam modo ab his, quæ ad juris nodorum hac in re perplexiſſimorum explicationem pertinent, ſe quantum poteſt ſubducens, non alia fere, quam λεπτολογήματα perſequatur, quæſo attendite. Primum illud arguit, quod ſcripſi, cum promiſſor moram facere cœpit in inchoando opere, agi poſſe in id, quod intereſt, opus non eſſe inchoatum, eo quod (ut ait) dici oportuerit in id, quod intereſt opus eſſe inchoatum, quia, inquit, in id quod intereſt agere, ſit utilitatem perſequi, quæ ad nos pertinet, *l. eum, qui, §. ult. ff. de furt.* ſtipulatoris autem utilitas ſit inchoari opus, damnum vero non inchoari. Quidnam inſipidius proferri poteſt? quodque majorem juris inſcitiam teſtetur, quam illud ita aſſerere, in id quod intereſt agere, eſſe ſimpliciter utilitatem perſequi, quæ ad nos pertinet? ut inde ab utilitate, quæ abſit, damnum; quod adſit, intercludendum putes, contra ea, quibus recte interpretatus eſt Paulus, id quod intereſt, hoc eſſe quod mihi abeſt, quodque lucrari potui, *in l. ſi commiſſa 13. ff. rem rat. hab.* Ex quo veteres interpretes finierunt, id quod intereſt, eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans. Certe tam damni, quam lucri, imo vero, & damni magis ratione noſtra intereſſe intelligi, ſignificat Ulp. *in l. 2. §. ult. ff. de eo, quod cert. loc.* Sicque quod de utilitate dicitur, cujus ratione noſtra interſit, *in d. l. eum, qui,* ad eam utilitatem, tam quæ amiſſa ſit, & quæ abſit, & auferatur, quam quæ adſit, & adeſſe potuit, referendum eſt, ac ita, ut ſæpius ejus, quæ abſit, rationem haberi intelligamus, ut eo is, de quo agitur, indemnis ſervetur, prob. expreſſe *l. Julianus 9. §. ult. in fin. ff. ad exhib.* juncta *l. ſi ſterilis 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. & l. dominus 57. in fin. ff. locat.* Quod & ille ipſe poſtea eadem lege citata ſubjicit, idem eſſe agere in id, quod intereſt, & agere de indemnitate. Hoc vero aſſumpto evaneſcit ſubtilis ejus nota. Nam ſi intereſt inchoatum fuiſſe opus, quod id utilitatis habituri eſſemus, intereſt & non eſſe inchoatum, quia in eo, quod non ſit factum, ea nobis abſit, quam inde ſperavimus utilitas. Itaque non aberrat, qui dicit in id, quod intereſt agi propter non inchoatum opus. Pari ratione in quantum intereſſe dicimus emptoris rem tradi, ſive re frui, & ejus intereſſe non tradi, aut non frui recte dixerimus, ſicque in id quod intereſt agi, quia res non exhibeatur, non tradatur, aut non fiat quod promiſſum eſt, *d. l. Julianus, §. ult. l. ſi quis ab alio 13. §. ult. ff. de re jud. l. ſi fundum 114. in fin. ff. de verb. obl.* Deinde ex ſolidiore ipſius juris doctrina illud profert, quod notat me ſæpius verbis iſtis uſum fuiſſe quoad pro quod ad, ſandalium Veneris quaſi carpat, qui Venerem non poteſt, & ita quoaxet, qui ſuavius, & melius quod emittat non habet. Atqui & illud quoad, non eo tantum ſenſu ſumitur à Cicerone, aliiſque probatis autoribus, quo ſignificat quamdiu, & quouſque, ſed & quo ſignificat quantum, ſive quantum ad; ut in illo Cicer. pro lege Agraria: *Audite vos, qui ampliſſimo Populi Senatuſque judicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis, quo ad quemque pervenit,* per-

ſerveneri t ex præda , ex manubiis , &c. cujuſmodi loci A plures citari poſſunt , quos Orbilio excutiendos relinquimus . Ac quidem hoc ſenſu quis non perſpicit illa , cum imprudenti excidiſſent, optime poſſe defendi ?

Poſt hæc tumultuatur tumultuarii vir ingenii, quod illud concoquere non valuerit crudius ejus cerebrum,quod dixi , ubi quo tempore debuit, non eſt inchoatum opus , itaque jam intereſſe cœpit non inchoari , poſſe agi , non in id tamen , quod vel in totum , vel in partem intereſt, verum ut fiat, quod promiſſum eſt , & (quia in eo mora facta ſit) ut indemnitati ſtipulatoris quantum ad effectum operis conſulatur. Quomodo, inquit, hæc convenire poſſunt,in id agi, quod intereſt ædificium non inchoari, & agi non poſſe in id, quod intereſt nec in totum,nec in partem ? Atqui falſum eſt , quod aſſumit dixiſſe me , tunc agi in id,quod intereſt. Dixi quidem quatenus tunc B intereſt, agi poſſe , quia niſi intereſſet , actio non competeret, *l. 3. ff. de verb. oblig.* ſed in id agi, ut per judicem conſequatur ſtipulator , quo ejus indemnitati proſpiciatur , arg. *d. l. dominus , in ſi.*juncta *l. ſtipulatio 21.§.1. ff. de op. novi nunciat.* Quam ergo inepte hic tumultuetur , & contendat probare me nemini poſſe , ſtatim à non cœpto opere recte agi in id duntaxat , quod intereſt opus inchoari , eo patet apertiſſime , quod id ego nec voluerim, nec ſcripſerim:quo labaſcunt quæcunque hic aerem, non me pulſans, oblatrator conceſſit. In eo autem, quod aliis locis hic me mentiri petulantiſſime ait , ipſum ſe ſibi mentiri comperiet : ſic enim interpretatus eſt , nec poteſt inficiari, verba hæc Venuleii *in l. continuus , §. item qui inſulam, ff.de verb.oblig.ſi non inchoetur opus id tantum, quod in illo intervallo effici poſſit* , ita eſſe accipienda , id C quod in illo intervallo effici potuit idcirco æſtimari , ut æſtimet judex quanto intervallo , quantove tempore opus conſummari oportuerit,ut quidem ſunt hæc ipſiſſima ejus verba: quæ an aliter quam extent retulerim , diligens lector expendat velim , ut eo certius intelligat illum , dum piget non habere quo ſeſe tueatur , in convitia, & maledicta mulierculaum inſtar ruere .

Et in iſto etiam,quod me mentiri æque petulanter ait, quod dixerim eum ſcribere Ulpian. Sabinianum , Pomponium Proculianum fuiſſe , pariter ipſe ſibi mentitur , non ego : nec enim ullo loco aſſerui, aut retuli eum ſcribere Ulp. Sabinianum fuiſſe , aut Pomponium Proculianum . Sed cum illum hanc inter Ssbinianos , & Proculianos diſſenſionem in hoc noſtro jure relictam ita admittere;comperiſſem *in l.ſi ita ſtipulatus 14.ff.de verb.oblig.*ut D Ulp. ex Sabini ſententia ita exiſtimare referat , in propoſita quæſtinne moram ſufficere: id eſt, ſi cumprimum potuit opus inchoare , non inchoavit , *in l. ſtipulationes non dividuntur 72. in fin. ff. de verb. oblig.* Contra autem Celſum , qui ex Proculianis fuit , putaſſe expectandum , ut tantum temporis tranſeat , quo potuerit fieri domus , ita referente Pomponio , ſicque adprobante *in d.l.ſi ita ſtipulatus* : quæſivi tantum unde colligeret Ulp. Sabinianum fuiſſe , quia eum , qui illam Sabini ſententiam in jure noſtro ut pugnantem relictam, ab Ulp. relatam, & eo adprobatam agnoſceret , & Ulpia. inter Sabinianos referre voluiſſe probabiliter judicarim , neque tamen ſimpliciter eum Sabinianum ab eo fuiſſe dictum aſſererem : Itidemque,& de Pomponio Celſi Proculiani ſententiam referente exiſtimandum propoſuiſſe arbitrarer . Sed ut annoſa vulpes ſemper ſibi cavet à laqueo , ita & hic veretur alterutrum E , aut Ulp. aut Pomponium plane Sabinianum , aut Proculianum profiteri , ſibi ſat conſcius non deeſſe quibus evincam iſtos ab illorum ſententiis diverſos , nec ulli ſectæ hos addictos fuiſſe , quos tamen iſtiuſmodi eſſe aſſumpſiſſe , aut ſibi ipſum minime conſtitiſſe fateatur neceſſe eſt .

Quod autem addit , me in illo errore verſari , Ulp. libros , quos ad Sabinum ſcripſerit , minime ad Maſſurium Sabinum ſcripſiſſe , hic nullus meus eſt error , qui in eo nihil adfirmarim , ſed ipſius , qui quod plane falſum eſt , hic conſtantiſſime aſſeruerint . Nam cum ad Sabinum ſcripſiſſe dupliciter dici poſſit Ulp. vel quod ad ſuperſtitem , & ejus nominis contemporaneum aliquem , illi libros dicans , ſcripſerit , vel quod ad libros Sabini Commentarios Notaſve conſcripſerit,illo quidem modo obiter dixi , non ad Maſſurium Sabinum ſcripſiſſe , ut quem vidiſſe,& cognoviſſe Ulpia. dici nequeat, cum is Maſſurius imperante Auguſto , Ulpianus vero imperium obtinente Alexandro Severo vixerit , & inter utriuſque imperium centum, & octuaginta anni interceſſerint. Hoc igitur modo intellexi,ab Ulpiano non ad illum Maſſurium Sabinum ſcribi, ſed ad Fabium Sabinum . At ille nuſquam Fabium Sabinum extare contendit : *Lampridium Sabinum quidem nominare conſularem virum, ad quem Ulpianus libros ſcripſerit , Fabium Sabinum non nominare* (hæc enim ipſius verba ſunt) Negat nugivendus Fabium Sabinum à Lampridio nominari ? quem (de illis agens , qui in Alexandri illius conſilio fuerunt) expreſſo hoc nomine vocatum , honorificentiſſimo ſimul elogio donarit , & cum Ulpiano ita conjunxerit. *Et ut ſcias*, inquit, *qui viri in conſilio ejus fuerint , Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui , Domitius Ulpianus, juris peritiſſimus* , quibus & alios Juriſperitos ſubjungit . Quin & inter illum Maſſurium, & hunc Fabium Sabinum, alius Cælius Sabinus Veſpaſiani temporibus interceſſit,clari quoque nominis Juriſconſultus, qui Caſſio in Schola ſucceſſit, *ut refert Pomponius in l.2. circa fin. ff. de orig. juris.* Conſimiliter, & illud falſum eſt, quod idem ait,apud Athenæum crebram Maſſurii cum Ulpiano collationem fieri . Quo quidem prodit Athenæum ſe minime legiſſe ; nulla enim ibi eorum fit collatio, nec ſi fieret , id quidquam ad rem faceret, cum eos illo Dipnoſophiſtũ libro veluti in unum cogat, quorum ætas plus ducentis trecentiſve etiam annis ab invicem diſtet, puta Maſſurium iſtum , Ptolomæum Philadelphum,Plutarchum,Galenum; alioſque. Quin & Ulpianum (quem illic memorat) probabiliter dicere poſſis non hunc noſtrum intelligi , cum perplures docti viri hoc nomine extiterint, ut quidem eorum meminit Suidas . De hoc autem non cogitaſſe Athenæum id arguere videtur , quod anonymus ille , qui Græco idiomate argumentum illis Athenæi libris præfixit , tametſi Ulpianum , de quo agit, Tirium dicat , ea tamen illi tribuat memoranda , quæ alio loco de hoc Ulp. noſtro etiam Tyrin dici minime comperias. Cæterum poſteriore illo quo dixi modo , potuit hic noſter Ulpianus ad Maſſurium Sabinum ſcribere , hoc eſt commentarios ad Maſſurii Sabini libros conſcribere , aut etiam ad utrumque utroque modo , cum is ad Sabinum (quisquis ille fuerit) unum & quinquaginta libros conſcripſiſſe referatur , in eorum juris autorum Indice, ex quorum ſcriptis jus digeſtum eſt , qui quidem Index Pandectis Hetruſcis præfixus extat .

Quod autem ſubdit , & hunc me hic adjungere errorem nihil eſſe contrarium in corpore Juſtinianæi juris,non dicam eum mentiri (cum id vere hic poſſim , quod ille in me toties falſo intonat) verum nullo id me prodidiſſe loco. Illud quidem comperiet,non uno tantum aut altero, ſed & pluribus locis , eos me damnare , qui ſicubi in jure quid in ſpeciem pugnans deprehenderint , illico vel antinomiam ſubeſſe implacabilem admittant , vel ex reliquiis veteris diverſæ ſcholæ juris autorum diſſenſionis (quod Tribonianum latuerit) ſupereſſe prætexant , aut ſublato ſtylo compungendum, & corrigendum locum præcipitantius exclament , captata vel levicula quavis ex notis , lubricove atramenti fluxu , conjectura , aut etiam , cum illa deſint , quia aliter locum illum legendum plane profiteantur . Ac quidem præcipuo duce oblatratore hoc noſtro , quem necdum pudet tot in jure pugnantia , tot ſectarum veſtigia diſſidentia relata, tot mutila , tot depravata , tot imperfecta , tot confuſa in jure arguere , ut nā propere ejus currenti audaciæ obſiſtatur , vix ullus in jure locus temerarias ejus manus effugiturus ſit . Trecentos proferam ego unus locos prænotatos , quos ille indigniſſime corrumpere tentarit , præter illos de quibus antea benignius ſubmonueram , ne juris noſtri authoritatem violare & dignitatem conſpurcare pergeret .

Inde autem ait tranſire ſe ad alios errores, & vere quā-

dem

Digitized by Google

dem, ſed non ad alios, quam quos ipſemet hac in re admiſerit. A Nam cum ego ſcripſerim, operarum certarum alteri quam patrono promiſſarum diem ex tempore interpoſitæ ſtipulationis cedere, citata quoque in id *l. quoties 24. verſ. cedunt tamen operæ, ff. de oper. libert.* (qua ille ſola nititur) neque tamen aliter, in hoc ut efficaciter ex ea promiſſione agi poſſit, intelligi cedere, quam ſi mora in his præſtandis commiſſa ſit: quod eadem illa lege cum eo comprobatur, quod ibi Julianus eas peti non poſſe ait, niſi præteritas, tum vero & illo, quod dixi *tunc ſi non verbis attamen reipſa ineſſe obligationi tractum temporis, ſicuti cum Epheſi dari ſtipulamur, dies continetur*: ſicque licet expreſſis verbis illic Julianus hunc modum non addat (ut hic exacte exquirit) ſi mora intervenerit, illa tamen addit, quæ æquipollent, quippe tractum temporis, ac ita huic B obligationi diem ineſſe, non ſecus quam illi certo loco dandi, in qua ante tempus quo eo loci perveniri potuerit, hoc eſt ante moram commiſſam perperam agi conſtat, eamque moram vocari, *l. 3. §. ſi quis ita, juncta l. ult. in pr. ff. de eo, quod certo loco*. Qua ratione etiam tunc non ante deberi dicitur, quaſi non plane dici poſſit dies obligationis ceſſiſſe, *l. eum qui 41. §. ult. in verb. niſi locus, ff. de verb. oblig*. Quo & illud fiat, ut quemadmodum inutilis hæc eſt ſtipulatio ab eo facta qui Romæ ſit. Hodie Carthagini dare ſpondes? *§. locat. de inutil. ſtipulat. in Inſtit. d. §. ſi quis ita*, ſic etiam, & hæc, Operas tuas pictorias centum hodie dare ſpondes? *T. in d. l. quoties*.

Verba autem illa Pauli *in l. interdum 73. in pr. ff. de verb. obl. tunc enim incipit actio, cum ea per rerum naturam præſtari poteſt*, nullo loco ſum eo modo interpretatus quo C calumniatur, tunc incipere præſtari poſſe, cum opus inchoari poteſt, ſed juxta illa Pauli verba (quæ oblatrator diſcerpit ut ſibi uni habeat) cum illud per rerum naturam præſtari poteſt. In quo cum juxta rerum in ſtipulatum deductarum, atque ibi ex Paulo propoſitarum diverſitatem, dixiſſem varie eas intelligi per rerum naturam præſtari poſſe, quippe alias ſtatim, alias non ante quam quid accidiſſet, dixi illam domus ædificandæ intelligi ſtatim per rerum naturam incipere præſtari poſſe, eo quod ſtatim opus inchoari, & poſſit, & debeat, *l. ſi in lege 25. §. ſi domus, verſ. ſed & de his quæ præſente, ff. locat.* ac multo magis, & illam Carthagini dandi, quia non obſtet natura quominus, & tunc ibi præſtari queat, juxta *l. ult. §. ſi inter ff. de verb. oblig. l. ſi mihi, & tibi 12. §. 1. ff. de leg. 1.* ſed tantum difficultas executionis *d. §. 1.* quæ ſtipulationis vim impedire non poſſit, *l. continuus 137. §. illud, ff. de verb.* D. *obl. l. inſulam 60. §. 1. ff. loc.* propterea ſtatim diem ejus obligationis cedere, & actionem incipere, non tamen ut efficaciter utroque caſu peti, & exigi poſſit, ante tempus quo domus ædificari, vel Carthaginem perveniri potuerit. Secus autem in illis aliis eſſe, quæ non aliter per rerum naturam præſtari poſſe appareat, quam aliquo eveniente, quales conſtat eſſe fructus futuros, & quod in utero eſt. Nec enim aut in his incipit actio, nec per conſequens earum dies cedere intelligitur, quam fructus nati ſint, aut ancilla pepererit: non enim dies tantum iſtiuſmodi promiſſionibus ineſt, ſed & conditio, quæ antequam evenerit, & obligationis quoque ortum impedit, *l. 1. in fin. ff. de cond. & demonſt. l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram. in verb. aut ceſſaturam, aut valituram, ff. de verb. oblig. l. ſi debitor 39. in fin. de contrab. empt. juncto arg. l. cedere diem 213. ff.* E *de verb. ſig.* Nec repeto quod ſuperiora comprobari dixi ab eodem Paulo *in d. l. interdum*, ſubjecto exemplo operarum patrono promiſſarum à liberto, quæ non ante cedant, quam indictæ fuerint. Quomodo autem illarum rerum omnium diſſimilium à Paulo facta comparatio ſubſiſtere poſſit, non eſt quod repetam, cum ſit à me explicatum. Poſtremo vero quod levius ſimul rodere tendat, *ex d. l. eum qui*, ſat habeo quòd averſa mente Accurſium in ſuas partes vocet, cum ejus ſententiæ plane ibi repugnet Accurſii interpretatio, qua illud omne ad ſolum exactionis effectum in diem dilatum refert: quod & antea pluribus à me explicatum eſt.

Quam multipliciter correctionibus variis fruſtra agitatus ſit contextus l. Barbarius, ff. de offi. Præt.

CAP. XVIII.

JOHANNES ROBERTUS.

SCRIPSI antea nil opus eſſe negationis adjectione contextui *l. Barbarius 3. ff. de offic. Præt.* nec quo loco ibi in Florent. exempl. & vulgat. legitur, *dignitate prætoria functus ſit*, audiendum eſſe illum, qui aſſeruerit legendum, *dignitate prætoria functus non ſit*. Verum ab illo tempore exorti ſunt correctores alii unus, itemque alter, ille unus uni tantum loco manum injiciens, nimirum negationem addens, alter vero locis quatuor aliis, & negationem detrahens, & ſimul negationem aliam addens, aliaque ſimul arbitrio ſuo immutans. Ille, inquam, unus negationem non longe ab illius ſupradictæ adjectione recedens, ſic addit, ut tamen eo probabilius, & ſagacius illi contextui id à ſe adjici contendat, quo eam non plane addat, ſed particulam in, quæ præter vulg. exemplaria ita extat in Florentino, *in dignitate prætoria functus ſit*, ſic commutet in negationem, *non dignitate prætoria functus ſit*. Id vero, quoad loci illius ſenſum eodem redit, quo & illa ſupradicta negatio, quippe Barbarium dignitate prætoria functum non eſſe, ibi ab Ulp. proponi. De quo cum pluribus egerim, & locum illum negationem omnino reſpuere docuerim, actum agere non pergam. Illud unum nego, quod hic unus ex negantiæ ſuæ conſequentia vult ſequi Barbarium falſa Prætura fuiſſe functum, hoc eſt (ut ait) non vera. Atqui repugnat ibidem Ulp. qui paulo ante ſic aſſeveranter dixerat, *atquin vera etiam Prætura eum functum*, ut vulgo extat, & juxta Florent. exemplar, *atquin verum eſt Prætura eum functum*. Nam qui hæc convenire dicemus, vere cum Prætura fuiſſe functum, & falſa Prætura fuiſſe functum, hoc eſt, non vera? Fefellit hominem, quod, quia hic Barbarius vere Prætor non fuerit, ut eſſe non potuit, eum alia, quam falſa Prætura fungi potuiſſe, animo concoquere nequiquerit. Quod ut comprobet, illud M. Perpennæ adducit, cujus antequam civis eſſet, Conſulis facti falſus Conſulatus à Valer. Max. dicitur, quo nihil urget. Alio enim modo falſus Conſulatus, aut falſa Prætura, quam falſo Conſulatu, aut falſa Prætura, quem fuiſſe functum dicamus. Sic enim falſum illum Perpennæ Conſulatum eo modo dictum conſtat, quo dicimus falſum honorem, hoc eſt, qui mendoſo, & indigno defertur: & inde fallax, & mendax quoque dicitur, relatione ad perſonam ſolummodo ejus cui exhibetur facta, cum alioqui is per ſe ſit honos, ut quidem hæc duo iſto ſenſu ex adverſo ita ſcite commiſit Hor. *ep. 16. lib. 1.*

Falſus honor juvat, & mendax infamia terret
Quem niſi mendoſum, & mendacem?

Ut, & Terent. in Andr. falſam lachrymulam dixit, non quod non eſſet lachryma, ſed quia, ut falleret, ſive fallaciter expreſſa eſſet.

Hæc verba (inquit Parmeno) una me hercle falſa lachrymula.
Quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit.
Reſtinguet,

Sic, & ſolem falſum pro fallaci dixit Virgil. libr. 1. Georg.

Solem, quis dicere falſum Audeat?

Cum tamen eo ſenſu, quo idem ſumit, conſtet nonnunquam eſſe ſolem falſum, hoc eſt fallacia eſſe ſigna ex ſole ſumpta, quæ idem antea propoſuerat, nec eo minus interim idem vere ſol eſt. Eodem ſenſu Salluſtius videtur dixiſſe in Catilinaria, *Ambitionem multos mortales falſos fieri coegiſſe*, hoc eſt, fallaces. Sicque & falſus Conſulatus Perpennæ à Valerio dictus eſt, qui ab eo gereretur, qui Conſul nec eſſet, nec eſſe tunc poſſet, quique ad eum fallaciter obrepſiſſet: ut etiam idem ejuſdem Perpennæ ibi dicitur caliginis ſimile imperium, ſed quod tamen imperium fuiſſet, quodque is executus eſſet. Quo ſen-

ſu, & hujus quoque Barbarii noſtri falſa Prætura fuiſſe A
dici poteſt, ſed non eo minus vere, ut illo Conſulatu,
ita & hic Prætura functus dicetur. Quemadmodum eſſe
hic verum, dixit Ulpianus, Barbarium Prætura functum.
Sic enim functionis, & fungendi vocabula factum ſigni-
ficantia, ad ejus perſonam referri conſtat, qui quomo-
docunque magiſtratus, & officii alicujus munia obit, &
ut ille pro Conſule Conſulis, ita, & hic pro Prætore Præ-
toris officio, & munere recte functus dicetur, ut & eum,
qui tutor, vel curator non ſit, atque etiam illum, qui
eſſe non poſſit ut quia itidem ſervus exiſtat, tutelæ, &
curæ officio functum ait Ulp. *in l.* 1. *ff. de eo, qui pro tut.
vel cur. neg. geſſ.*

Alter vero ille (quem dixi *in d.l.*3.locis quatuor, rece-
ptam, & Florent. ſimul exemplaris lectionem immutare)
primum illi verſic. *quaſi prætor non fuerit*, negationem B
detrahit, & verſ. *Cum etiam potuit pop. Roman.* ſic nega-
tionem interrogative addit. *Num etiam potuit*, &c. Et
quo loco legitur: *Videamus ſi ſervus, quamdiu latuit, di-
gnitate Prætoria functus ſit*, vult legi: *Videamus is ſer-
vus, quandiu latuit, an dignitate*, &c. Quod attinet ad
negationis detractionem, eo apertiſſime fallitur, quod
non animadvertit Pompon. reſponſum illud, illius legis
initio tantum ſubjici, & adaptari, in quo id propoſi-
tum ſolummodo fuiſſet, Barbarium Romæ Præturam pe-
tiiſſe, & Prætorem deſignatum eſſe. Itaque recte exiſti-
maſſe Pompon. refert Ulpian nihil ei obſtitiſſe ſervitu-
tem, eo quod Prætor non extiterit, qui deſignatus tan-
tum fuerit, & quidem deſignari potuerit, ut antea plu-
ribus explicui. Quod autem negationem addit, propte-
rea à ſe fieri ſubjungit, quod alioqui abſque negatione id C
Ulpian. adfirmarit, quod ſtatim poſtea, & continuo ne-
gat. Verum nil tale hinc inferri poteſt. Nam cum gene-
raliter ait, potuiſſe populum Romanum etiam ſervo hanc
poteſtatem decernere, proculdubio intelligit, modis le-
gitimis id potuiſſe: quippe cum prius libertate donando.
Nec repugnat, quod mox ſubjicit: quin magis ſuperius
dictum explicat, id ſuperioribus addendo, quod & ſi
populus Roman. eum libertate non donaret, priuſquam
eam poteſtatem illi decerneret, hoc tamen ſolo, quod
eam poteſtatem decernens ſciret eum Barbarium ſervum
eſſe, liberum ſimul, & Prætorem eum efficere voluiſſe,
atque etiam effeciſſe intelligeretur. Atque ita uſitatum
eſt inferiora verba ſic addendo: ſuperiorum explicatio-
nem conjungere, ut in ſimili fit *in l. quidam conſulebant*
57. *verſ. ſed & ſi forte, ff. de re jud.* Quod autem attinet D
ad conjunctam eodem loco geminatam illam correctio-
nem, ea nihil opus eſſe agnoſcent in hoc, ut interro-
gandi, vis illi verſiculo (ut vult ille) tribuatur, ſiqui-
dem (quod antea ſcripſi, probavique, & veriſſimum eſt)
expendent, illam particulam *Si*, in vulgat. & Florent.
exemp. extantem, ſæpe ita ſumi per enallagen, ut idem
ſignificet, quod *an*. Itaque additione, & immutatione
iſta nihil omnino opus eſſe.

ANTONIUS MERCATOR:

CUr non vis *in l.*3. *de off. præt.* ita legi, ut dicat Ul-
pianus Barbarium ſervum fugitivum quamdiu la-
tuit non dignitate prætoria functum, repoſito *Non*, pro
In, quod eſt in Flor. & niſi ita commutes, fruſtra eſt. E
Quia, inquis, ſi ita legatur, Ulpianus ſibi ipſi diſcrepabit,
qui paulo ante ſcripſit, verum eſſe prætura eum functum.
Erras. Pomponius hoc ſcripſit, non Ulpianus: non ergo
Ulpianus diſcrepat ipſe ſibi. Et Domino ex Ulpiani ſen-
tentia dicente, falſa prætura eum functum non vera, ut
M. Perpennam peregrinum falſo conſulatu, quid agis?
Confugis, ò infelix, ad Theſaurum linguæ Latinæ, &
quæris an alio ſignificatu poſſit falſus conſulatus dici,
quam non veri conſulatus, & invenis falſum honorem di-
ci pro eo, qui indigno defertur, & falſam lacrimulam, fal-
ſum ſolem pro fallaci, falſos mortales pro fallacibus: hæc
arripis confeſtim, & concinnas hoc caput ex hiſce quiſ-
quiliis, ut efficias, & falſum conſulatum dici, qui indigno
defertur, non qui verus non ſit conſulatus: ergo vis con-
ſulatum, qui indigno, & incapaci defertur, ut peregrino,
aut præturam, quæ indigno, & incapaci defertur, ut ſer-
vo, eſſe verum conſulatum, veramque præturam, mox ta-
men eoſdem honores fateris eſſe mendaces. Si mendaces,
ergo non veros: quod & fateris habita ſcilicet ratione
incapacis cui hi honores deferuntur. Per ſe tamen eos ho-
nores eſſe dicis, quod integer mentis dicat nemo: hoc
enim perinde eſt, ac ſi falſum teſtamentum, per ſe dice-
res eſſe teſtamentum ſine adjunctione falſi, modium ini-
quum per ſe modium eſſe, cum tamen Paulus ita præci-
dat, falſum eſſe teſtamentum, quod teſtamentum non
eſt, modium eſſe iniquum, qui modius non eſt, & ſimili-
ter falſum tutorem, qui tutor non eſt: his conſequenter,
& falſus honor erit, qui honor non eſt: etſi honor non
eſt, ergo qui eo fungitur honore non fungitur. Tu ſtul-
tè, honore fungi, puta prætura, aut conſulatu: & paria
hæc eſſe prætura fungi, & pro prætore munere fungi, at-
que tutela fungi, & pro tutore munere fungi, quæ longe
diverſa ſunt: qui enim pro prætore, vel pro tutore, fal-
ſus eſt prætor, falſus tutor, qui prætura, vel tutela, verus
prætor, verus tutor, aut ſane prætura, vel tutela non fun-
gitur: itaque verius eſt Barbarium non eſſe prætura fun-
ctum, aut ſi, ut ſomnias, Ulpianus exiſtimavit prætura
eum eſſe functum, non eſt cur quærat an teneant, quæ
edixit, quæve decrevit: nam ſi prætura functus eſt, nemo
dubitat quin ea teneant, quæ in prætura geſſit. At ſi
functus prætura non eſt, merito dubitatur, an geſta ſal-
tem valeant propter utilitatem eorum, qui apud eum
egerunt, ut latius explicat Obſer. XVIII. Miſi cætera hu-
jus capitis, quia ea quibus alios confodiſti, mihi eluere
non fuit operæ.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic quid aliud quam calumniatur? æſtuans quod
callidam ejus correctionem alium preveniſſe prodi-
derim, qui apertius, & minus inepto loco negationem
addidiſſet. Nam illud quidem ſimpliciter minime ſcripſi,
reſponſum Ulp. *l.*3.*ff. de off. Prætor.* idcirco negationem
non admittere, quod alioqui Ulpianus à ſeipſo eodem lo-
co diſcrepaturus ſit, eo quod dixiſſet, *atquin verum eſt
Prætura eum functum*. (Errat enim manifeſtiſſime, dum
alii quam legis autori Ulpiano clauſolam hanc ab adver-
ſativa, particula incipientem tribuit.) Verum propterea
dixi locum illum reſpuere negationem, quia ea ibi conve-
nire non poſſit, tum quod proxime aſſeruiſſet Barbarium
vera Prætura functum, tum quod alioqui Ulpianus, ab
eorum quæ jam deciſa erant, inanis exagitationis vitio
minime excuſari poſſet. Et tamen contendit (ſibi quaſi
in ſuo commento quod aliorum fuit blandiens) non vera
Prætura, ſed falſa fuiſſe functum: ut & M. Perpennam,
peregrinus cum eſſet, falſo Conſulatu, à Valerio Maxi-
mo traditum refert. At nullo authore illud probat, hunc
falſo Conſulatu functum dictum fuiſſe. Falſus quidem
ejus Conſulatus à Valerio Maximo dictus eſt, ut & ego
quidem admitto iſtiusmodi honores, & falſos, & men-
daces eſſe, at non ſimpliciter, ut ille aſſumit, dum ita
argutatur. Si mendaces, ergo non veri: ſed relatione
ſolummodo ad perſonam ejus facta, cui exibentur, quod
is, ut dixi, Conſul, aut Prætor non ſit, quo nomine,
quod ad ipſum attinet, falſus Conſulatus, falſaque Præ-
tura ſit, at non ideo minus vero Conſulatu, veraque
Prætura, & veris honoribus illi functi intelligantur, ac
etiam per ſe veris, hoc eſt, nulla ejus qui hos geſſerit,
incapacitatis habita ratione, ut pluribus evici. Quæ un-
de deſumpſerim, non eſt quod calumnietur, ſatis habeo
quòd vera ſint. Neque urget quod falſum teſtamentum,
per ſe teſtamentum dici non poſſe cavillatur, cum teſta-
mentum id non ſit, nec modium iniquum, per ſe mo-
dium eſſe, hæc enim eo diſſimilia ſunt, quod adjunctum
non habeant, ad quod relatione facta, ſive cujus ratione
illo quo diximus modo dupliciter conſiderari poſſint.
Æque flaccidum eſt argumentum hoc quod intendit: Si
vera

vera Prætura functus eſt Barbarius, non fuiſſe quod quæreret Ulpianus, an teneant quæ edixerit, quæque decreverit? quis enim tum dubitet? Video illum aut oſcitanter legiſſe, aut non percepiſſe quæ *Recept. lect. libr.* 1. in hanc rem ſcripſi. Itaque quo ipſi plane fiat ſatis, repeto. In dict. verſ. *atquin verum*, &c. Ulpianum Pomponii dicto adverſando id objicere, quod ad propoſitæ Pomponii quæſtionis deciſionem in primis pertinet, quippe Barbarium illum non tantum Prætorem deſignatum fuiſſe, quod ſolum Pomponius aſſumpſiſſe, & ad id tantum reſponſum ſuum accommodaſſe videbatur, ſed & Prætura reipſa functum eſſe. *Et tamen*, inquit, *videamus ſi ſervus, quamdiu latuit, dignitate Prætoria functus ſit. Quid dicemus?* &c. hoc eſt diſpiciamus, an interim dum ſervus eſſe ignoraretur, nihilominus ſic, ſervus exiſtens, dignitate Prætoria functus ſit, ut vere Prætor fuiſſe dici poſſit? Non tamen ut id interrogative ita diſquirens, aſſumat ſervum Prætorem exiſtere potuiſſe; non enim potuit, ut dixi, ſed (quaſi ſub dubio id eſſe aſſumat) an dignitate Prætoria functus ſit? Nam quis dixerit verum eſſe eum Prætura functum, relatione ad id facta, quod Pomponio, ut dixi, propoſitum fuiſſet, eum deſignatum tantum Prætorem fuiſſe? Qua ratione excutit, an quæ edixerit, aut decreverit, nullius ſint momenti. Quo illud confirmat quod diximus aſſumi, vere Prætorem non fuiſſe, quaſi an Prætor extitiſſet abſurde quæreretur, & illud, an dignitate Prætoria functus ſit, & an nullius momenti ſint, quæ edixerit, aut decreverit, abſurdiuſque velut ſola humanioris interpretationis ratione, cum eo conjuncta, quod dignitate Prætoria cum functum interrogando aſſumpſerat, ea valere ex eo concluderet, quod populus Romanus eum liberum efficere potuerit, quia non ſufficeret potuiſſe, in hoc ut Prætor ex eo fuerit, ſed oporteret, & voluiſſe, ut voluntati ejus Populi error plane obſtiterit. An hæc ita plane dubio caruiſſe quiſquam exiſtimabit, & non fuiſſe cur quæreret Ulpianus, an quæ is Barbarius edixit aut decrevit, teneant? Imo vero (inquit homo pervicax) ſi Prætura functus eſt, quis dubitet ea tenere? Si ea functus non eſt, merito dubitatur propter utilitatem eorum, qui apud ipſum egerunt, an illa teneant. Quin magis poſterior hic caſus eſſet indubius. Nam ſi nec Prætorem extitiſſe, nec Prætura functum fuiſſe admitteremus, quanam ratione diceremus quæ ab eo geſta ſunt tenere, cum nec ſi per errorem alius Prætor pro alio aditus fuerit, id efficiat error, ut quæ pronunciaverit, ita partes obſtringant, quin ab eo libere recedere valeant, *l. ſi per errorem, ff. de juriſd.* nec ſi ex conſenſu etiam partium is pronunciaverit, qui nec judex ſit, nec judicandi munere fungatur, id rei judicatæ autoritatem ullam habeat, *l.* 2. *C. de juriſd.* Atque in univerſum ab incompetente judice lata ſententia neminem conſtringat, *l. ult. C. ſi à non compet. judice*. At cum Prætorem ſic non extitiſſe dicimus, ut tamen cum Prætura functum aſſumamus, eam Præturæ dignitatis, & honoris functionem veram fuiſſe aſſerimus, eorum quæ geſta ſunt contemplatione: cum tamen habita ejus perſonæ ratione ea falſa Prætura fuerit, dubium relinquitur an à falſo Prætore, & in falſa Prætura geſta valere poſſint. Quæ tamen cum propter utilitatem eorum, &c. tum vero propter id quod non falſa Prætura functus ſit, ſed eam recte geſſerit, in eam partem magis propendendum hic cenſet Ulpianus, ut dicamus tenere.

Repetita aſſertio receptæ lectionis l. ſi ſervus 34. ff. de uſucap.

CAP. XIX.

JOHANNES ROBERTUS.

Alios neſcio, at ego nunquam ſcripſi, veteres inſcientem, pro ſciente minime dixiſſe, ut quidam falſo adſtruit: ſed cum ad interpretationem Alpheni *in l. ſi ſervus* 34. *ff. de uſucap.* illud ita, an ſecus haberet, parum pertinere videretur, longius petitam interpretationem illi loco minime convenire ſcripſi, & receptam lectionem negationis adjectione vitiari. Simulque agnoſco aſſeruiſſe me poſſe bonæ fidei poſſeſſorem venditam à ſervo ignorante domino rem peculiarem uſucapere: idque eo etiam magis nunc aſſero, quod qui nihil in non movet, quo ſcripta noſtra vellicet, quaſi non aliud habeat, quod contra adſtruat, à propoſito legis illius interpretationis ſcopo aberrans, teſtatur deeſſe quo urgeat. Nam quod objicit *l. pen. §. ſi à filio, ff. de diverſ. temp. præſcr. & l. ſi ſervus* 14. *ff. de acqir. poſſ.* extra rem eſt, cum ad Alpheni reſponſi ſententiam eruendam illud non pertineat diſquirere, an cum ſervus rem peculiarem vendidit, emptor ad ejus uſucapionem illius temporis acceſſione uti poſſit, quo res apud dominum fuit (quod illo tantum caſu exquiritur, quo ſervus ex peculiari pecunia bona fide rem à non domino emit: alioqui fruſtra de acceſſione facienda quæreremus) verum illud tantum, cum rem ſimpliciter peculiarem inſciente, hoc eſt, ignorante domino ſervus vendidit, cujus dominium, quod ejus ſervi dominus habebet, abſque illius voluntate transferre non potuerit, an emptor eam uſucapere poſſit, ut quidem *poſſe uſucapere*, ibi nominatim expreſſit Alphen. Illud nimirum ſubindicans (ut notavi) perpetuum non eſſe, ut quivis iſtiuſmodi emptor uſucapiat, ſed tamen aliquo caſu id fieri poſſe. Itaque diſtinguebam, an furandi conſilio id à ſervo actum ſit, an vero ab eo ſimpliciter peculium adminiſtrante, & ex rebus peculiaribus negotiante ea res ignorante domino vendita fuerit, ut illo caſu, ſive ſciverit emptor, vel eum ſervum eſſe, vel dominum id ignorare, ſive neſciverit, is nec rei dominus fiat, nec ob vitioſum initium uſucapere queat, quia furtiva res effecta ſit, juxt. *l. interdum, verſ. eum autem, ff. de furt.* Hoc vero ſiquidem, vel ignoraverit ſervum eſſe, vel ſi ſciverit ſervum, liberam eum peculii adminiſtrationem habere crediderit, uſucapare id poſſit, prob. arg. *l. ſi tibi liberam* 10. *in verb. Neque conditionem eorum ſervilem ſcientibus, C. quod cum eo, qui in alie. pot.* Accedit, quod tunc vitioſum id initium dici non poſſit, quantumvis alioqui venditio jure non ſubſiſtat: hunc enim bonæ fidei emptorem eſſe quis negaverit? prob. *l. bonæ fidei* 110. *ff. de verb. & rer. ſignif. &* arg. *l.* 2. *§. ſi à pupillo, cum §. ſeq. ff. pro empt. & l.* 3. *ff. pro ſoc.*

ANTONIUS MERCATOR.

Quo aſtu uſus es c. XII. hæc verba *l. puberes, de verb. obl.* Puberes ſine curatoribus ſuis poſſe ex ſtipulatu obligari, ſic accipieos, quaſi id non ſit generaliter verum, ſed aliquo tantum caſu poſſit eſſe verum, eodem uteris hoc capite, quod ait *l. ſi ſervus, de uſurp. & uſuc.* ſi ſervus inſciente domino rem peculiarem vendiderit, emptorem uſucapere poſſe, ſic accipiens, ſi ignorante domino eam rem vendiderit: regulariter quidem emptorem eam uſucapere non poſſe, aliquo caſu poſſe. Pari artificio, & licentia, cur etiam non dicas, ſi velis, quod ait *l.* 2. *de accept.* pupillum per acceptilationem ſine tutoris auctoritate liberari poſſe, & *l.* 71. *de procur.* abſentem reum cauſas abſentiæ per procuratorem reddere poſſe, & *l.* 10. *Qui teſt. fac. poſſ.* eum qui manus amiſit teſtamentum facere poſſe, aliquo tantum caſu eſſe verum, regulariter non eſſe verum. Cur non auſis idem ſi libido fuerit, aliis locis innumeris, quibus certiſſima juris principia eodem verbo *Poſſe*, concipiuntur, eandem interpretationem adhibere, & hoc pacto profligare, & ſubvertere regulas omnes juris. Hujus tui acuminis ſane gratia eris mihi deinceps, Johannes Robertus, aculeo multo juſtius, quam fuerit olim C. Viſellius Aculeo cognominatus. At quæſo quo caſu tantum ſententia *d. l. ſi ſervus* locum obtinet? Si, inquis, emptor ignoraverit conditionem venditoris, vel ſi ſciverit quidem, ſed liberam eum peculii adminiſtrationem habere exiſtimaverit. Hoc ergo caſu poterit res furtiva uſucapi? quid ais? quo te proripis? Res furtiva po-

teſt uſucapi ? Sic videtur, inquis, ſi modo emptor eam bona fide emerit : nobis videtur te inſipientiorem nullum eſſe. Sic videtur inquis, & hujus meæ ſententiæ ex contrario argumentum præſtat *l. ſi liberam*, *C. quod cum eo, &c.* quæ de malæ fidei emptore loquitur. Ita eſt, ſed qua fini ? Sane ut efficiat, quod eſt in extremo, emptorem teneri furti, non etiam ut efficiat eum, qui malæ fidei emptor non fuerit rem furtivam uſucapere poſſe. Relege Obſer. xv. & reſipiſce, aut propera morboniam, quo te tua invaletudo vocat.

Quo tibi etiam mens cum *l. ſi ſervus*, *de adqu. poſſ. & l. pen. §. ſed*, *& ſi à filio*, *de div. temp. præſ.* nihil pertinere dicis ad *l. ſi ſervus*, *de uſuc.* vel quia de acceſſione temporis ſunt, quo res peculiaris antequam ſervus eam venderet apud dominum fuit, *d. l. ſi ſervus*, *de uſucaplone*, ac ſi conjunctæ eæ quæſtiones non ſint de uſucapione, & de acceſſione temporis implendæ uſucapionis gratia, vel qoia illæ ſint accipiendæ de re aliena à ſervo bona fide poſſeſſa jure peculii, quod fatemur, & *d. l. ſi ſervus*, de re domini propria à ſervo poſſeſſa jure peculii, & domino ignorante vendita, quod diſſitemur, quia hoc modo ſi accipiamus, hæc erit ejus ſententia, Rem furtivam uſucapi poſſe : quæ perpetuo eſt falſa, ac ne uno quidem caſu vera.

Latinitas tua in hoc capite caſtigatione maxima eget. Adeſte Lorarii. Alios neſcio, inquit Joannes, at ego nunquam ſcripſi, & infra, Agnoſco aſſeruiſſe me poſſe.

JOHANNES ROBERTUS.

NIl ſine mendaciis, & calumniis apertiſſimis eum in ſcriptis noſtris, non dicam reprehendere, ſed ne attentare quidem potuiſſe, & hinc quoque facile colligi poteſt, quod duo præcipua, quibus hic nititur, à me fuiſſe ſcripta aſſumat *ad l. ſi ſervus 34. ff. de uſurp. & uſucap.* quæ nuſquam ſcripſiſſe me, aut cogitaſſe quiſquam comperiet. Horum prius eſt, ſi ſervus ignorante domino rem peculiarem vendiderit, regulariter quidem emptorem eam uſucapere non poſſe, aliquo caſu poſſe. Et inde quantum verborum fruſtra effundit, ut hac ratione, qua contra juris regulam hoc verbum *poſſe*, me interpretatum ait omnes juris regulas à me confundi exclamet ? Nam ſi nullo loco probare poteſt dixiſſe, aut admiſiſſe me, regulare illud eſſe, aut ita juris regulam habere, quid dignum hiatu tanto logo dædalum iſtum hic adſerre judicabitis ? Quid ſi oppoſitam ex adverſo me regulam ex Alpheno prædicto loco conſtituiſſe? Ut quidem quaſi regulariter magis obtineret, ſimpliciter illud ab Alpheno ſcriptum refertur : quod ego cum notavi perpetuum non eſſe, an non plane converſis his, quæ calumniatur, ex ea quam mihi tribuit regula, exceptionem, & contra ex ea, quam mihi adſcribit exceptione : regulam magis feciſſe dici poſſum? ſiquidem hac in re proponi regulam voluiſſe dici poſſim, Nec enim in eo regulam ullam conſtituendam exiſtimavi, qui diſtinxerim, cum alterutrius loco poſiti exceptionem minime tradiderim.

Poſterius cum non ſit minus calumnioſum, certe fallacius eſt: quod dum eo caſu refert ſic ſimpliciter ſcripſiſſe me, emptorem iſtiuſmodi rei peculiaris uſucapere poſſe, quo vel ignoraverit conditionem venditoris, vel ſi ſcivorit, liberam eum peculii adminiſtrationem habere crediderit, ex eo colligit, vel ſentire me, vel ſequi (alterutrum enim voluerit neceſſe eſt) rem furtivam poſſe uſucapi. Inde ſtupenda non ſine convitiis exclamatio, cujus ſtoliditatem callide putat obteſtam, Morboniæ (ad quam invaletudinem meam ablegat) inſerto, Emblematis vice, vocabulo. Sciat ſat adhuc validæ valetudinis, Deo dante, ſupereſſe mihi, qui non quidem inſomnes noctes in pergræcationibus, & ganeis tranſigere, ſed ejus, & calumnias retundere, & vix numerandos, in jure depravando, apertiſſimos errores prodere valeam. Sed ad fallaciam redeo, quæ in eo eſt, quod argutam conſequentiam illam truncata ſententia mea ab eo ſolo ducit, quod poſteriore loco ſcripſi, prius (quod patet à me conjunctum fuiſſe) fallaciſſime reticens : quippe quod dixi ſervum furandi conſilio rem peculiarem vendentem ab illo, qui non alia quam ex peculiu negotiandi, & peculii adminiſtrandi cogitatione vendat, eſſe ſecernendum, & diſtinguendum, quod illo caſu emptor uſucapere non poſſit, quia res furtiva ſit effecta, hoc vero quo furtiva facta non ſit, uſucapere poſſit: ſiquidem, vel is emptor ignoraverit ſervum eſſe, vel ſi ſciverit, liberam eum peculii adminiſtrationem habere crediderit. Quæ cum autoritatibus, & argumantis comprobaſſem, illi (ſi quid habebat, quod opponeret) fuit refellendum, non ita ſubdole putidis tantum calumniis agendum.

Hinc non fruſtra eſſe puta, quod inverſo ordine quæ à me priore capitis parte ſcripta cum priore loco excutienda eſſent, in calcem rejecit: quippe ut quemadmodum fabularum actores id imprimis curant, ut extremus actus lepidior, & ornatior ſit, ita & hic ſuaviorem cataſtrophen exhiberet, & hanc ſibi ab ea arte, quam noſſe, & in qua excellere ſe confidit, petendam duxit verborum anxiæ obſervationis, & curæ. Ac primum, quod ſcripſerim, *Alios neſcio*. Viderit magnus magiſter, an in eo diſſimile quid dixerim ab illo, quod apud ipſius Terentium in Heauton. ſic Antiphila :

Neſcio alias, me quidem ſcio ſemper feciſſe ſedulo, ut
Ex illius commodis mea compararem commoda.

Ineptius etiam eſt, quod arguit à me dictum, *Agnoſco aſſeruiſſe me, poſſe bonæ fidei poſſeſſorem, &c.* quo quid Latinius dici poteſt, ſi poſt pronomen *me*, interponas virgulam à librario umiſſam ? quam omnino ex ſententia mea interponendam fuiſſe, quæ præcedunt, & ſubſequuntur, apertiſſime ſignificant.

An negationis geminatio, aut neceſſaria ſit in Dioclet. reſcripto, l. ult. C. de his, qui ſibi adſcrib. *aut conveniens Papin.* in l. Titio centum 77. ff. de condit. & demonſt.

CAP. XX.

JOHANNES ROBERTUS.

CONTIGIT, ut refractarius dicar ab eo, qui cum errorem ſuum plane agnoſcens, mihi commonenti aſſentiatur, me tamen in eo ſcriptis inceſſere non deſinit, emendandum eo cenſuerat Dioclet. reſcriptum, *l. ult. C. de his*, *qui ſibi adſcrib.* quod cum ejus lectio omnium, quæ extent, exemplarium, teſtimonio comprobata ita habeat, *ſi libertatem tibi manu tua imperante domino adſcripſiſti*, *cum proponas dominum non ſubſcripſiſſe*, *& ſuis literis tuam libertatem*, &c. illi verſ. *& ſuis literis*, ſic negationem addendam, & legendum cenſeret, *nec ſuis literis* : qua nihil opus eſſe, nec locum illum mendoſum dici poſſe ſimpliciſſime commonueram *c. 9. li. 1. recept. lect.* atque negatione iſta minime addita, eandem (quam ea adjecta eſſe vult) loci illius ſententiam optime, & aptiſſime conſtare, propterea quod unicam negationem in oratione præpoſitam, ad ſequentia duo verba referri, illiſque æque negandi vim tribuere, uſitatiſſimum ſit. Quod cum nunc jam agnoſcat, & monitum eo reſipiſcat, nihil referre admittens, hoc an illo modo legas, uter magis refractarius, qui abberrantem in rectam viam humaniter reducit, an qui cum recte ſe reductum ſentiat, commonſtranti qua poteſt, recalcitret ? At enim obteſtatur nunquam ſe negaſſe, quin vulgaris, ut vocat, ſcriptura eundem ſenſum exprimeret. Qui igitur emendandum locum illum eo modo cenſebat (ut quidem iiſdem iſtis verbis cenſuiſſe ſe inficiari nullo modo poteſt) an non eo ſimul locum illum mendoſum eſſe pronunciabat ? Quo enim emendatio, ſi mendo carebat ? Quod ſi mendoſum tunc falſo credidit, cur jam, prout extat, mendoſum non eſſe mecum admittens, mihi tamen oblatrat, ac non potius gratiam ſi minus agit, ſaltem habet ?

In altera vero conſimili negationis præter exemplarium

rium omnium fidem geminatione in *l. Titio centum* 77. *ff.* A *de leg.* 2. item agniturum cum fuiſſe, ni itidem plano in loco toties non ceſpitationem modo, ſed & lapſum agnoſcere puduiſſet, diligens Lector ex ſubtiliore, attamen redicula, quam attexere maluit, interpretatione deprehendet: quippe iſta, qua non aliter illam (quam præter rem illic Papiniano aggerit) alteram negationem à maniſeſtiſſimo errore vindicare, & tueri valens, clauſulam vulgarem eodem modo ſic ſæpius (quod inficiari non poteſt) in jure repetitam. *Quas pecunias legavi, quibus dies appoſitus non eſt, eas heres*, &c. ita diſcrepat, ut media illa verba, *quibus dies appoſitus non eſt*, inde abſtrahat, & ejus clauſulæ partem minime conſtituere aſſerat, ſed (quaſi ex interpretatione tantum aliqua ſint, non autem ex formula) notis interpoſitionis circumſcribenda contendat. Quod auſum, nec ipſius Lælii Taurelli, nec B alterius cujuſquam autoritate ſuffultum, an non novum, & inauditum magis ſit, quam eandem vulgarem formulam, cum legis ratio neceſſario id exigit, & cum negatione illa, & abſque negatione conſtituere, ſive ob id unicam eſſe dicat, ſive duplicem facias, aliorum eſto judicium: ſimulque, an quod de vulgaribus, ſeu clauſulis, ſeu formulis in jure dicitur, præſtricte adeo accipiendum ſit, ut ne quid ullo modo ex iis mutare liceat: cum vulgare id in jure vocari invaluerit, quod uſitatum, & commune eſt: quo ſenſu, & effectu vulgaris formula dicitur, in *l. ſi ſervus* 43. *ff. de furt.* & vulgare pactum, vulgo, & communiter adhiberi ſolitum *in l. Bæbius* 30. *ff. de pact. dotal.* juncta *l.* 5. *ff. de divort. itidem, & in l.* 3. *C. de pign. actio.*

Verum ut omnis, & cavilli, & effugii cauſa adimatur, C nihil moror ad tuendam receptam illam lectionem dictæ *l. Titio centum*. Quod vulgari clauſula diſceptat, an ita ad utrumque ſe habens, ſive adfirmationis, ſive negationis ſenſum, unica ſit, an duplex, cum ibi nulla vulgaris formulæ mentio fiat à Papin. ſed ejus tantum, quod teſtator legatorum diem protuliſſet: quod ex propria ejus verbi ſignificatione de illis magis legatis dictum intelligi oporteat, quibus dies adjectus fuerit, quam quibus non fuerit, idque ab eodem illo antea traditum, & comprobatum, quod in eum contorſerim, dum ſtolide gloriatur, & contumelioſis verbis in me agit, imprudentiam ſuam, judiciique infirmitatem prodit, qui proſtratum ſe ſuo etiam gladio jugulari potuiſſe eo magis Lectori cogitandum relinqui non diſpiciat.

ANTONIUS MERCATOR.

D

PRiore parte nihil referre ais, *l. ult. C. de his, qui ſibi adſ.* legamus, nec ſuis literis, an, & ſuis literis, quod certe verum eſt, quia ἀπὸ κοινοῦ tametſi legatur, & ſuis literis, tacite negatio repeti poteſt, & nihil refert repetatur expreſſim an tacite: nec aliter Dominus ſenſit unquam: nam etſi admonuit ex fide quorumdam librorum manuſcriptorum, quos habet non ſibi, ut nec alios quoſquam, ſed omnibus, ut ſtudioſo poſtulanti cuilibet copiam eorum faciat, emendandum eſſe, nec ſuis literis, non ideo præcidit ita omnino emendandum eſſe, denique non dixit emendandum, ſed emendandum auctoribus libris ſcriptis: quod ſi indifferens hoc eſt, ut ille confirmavit primus, tu neſcieras confirmare, numquid ardebas E refragandi ſtudio cum quod intelligebas eſſe indifferens, ita vellicaſti, ac ſi non eſſet indifferens? ſed non eſt, quod ex hoc vitio uno te quiſquam tamen refractarium, aut retorridum vocet, nec vocavit etiam ipſe ob hoc ſolum, verum ob innumera alia quibus ſquales, & interim tuo more mentiris impudenter eum ἀδιαφορίαν illam affirmas tuo monito factum, ut Dominus vix tandem approbaret, quam nunquam improbaverat.

Poſteriore parte conaris adhuc tueri abſurdiſſimam interpretationem tuam, quam feciſti jam olim ad *l. Titio, C. de leg.* 2. captione tantum capta ex verbo proferre, cujus vim aliam eſſe autumas, quam verbi prorogare, & clauſulam hujuſmodi, quæ vulgaris dicitur in *l.* 30. *de leg.* 1. Quas pecunias legavi eas heres meus annua bima trima die dato, prorogare quidem legatis diem, ut ait *d. l.* 30. *&* 19. *& l.* 54. *de cond. & dem.* ſed non etiam proferre: quod refellit *l.* 4. *de dot. præl.* quæ cum loquitur de vulgari modo proferendi diem legatis, non intelligit alium modum, quam vulgarem illam clauſulam, ut ſubjecta ratio demonſtrat, quia relegatio dotis diem ſuum habet, ex qua efficitur non pertinere illam clauſulam ad relegationem dotis: hæc enim ratio huic tantum clauſulæ convenit, quæ ad ea legata pertinet, quæ ſuum diem non habent, non etiam ad ea, quæ diem ſuum habent *d. l.* 30. Eadem vero ratio, quia ſubjecta eſt l. Titio *C. de leg.* 2. fremas quantum velis, vapulabis niſi fatearis illic agi de eadem clauſula vulgari, cum nuſquam alibi legatorum alia clauſula aliter concepta reperiatur: atque ita quod ea lex ait, teſtatorem protuliſſe diem legatorum, non hoc eſſe aliam diem laxiorem, quam dederat initio heredi, dediſſe ad præſtanda legata, ſed puris, & præſentibus legatis præſtandis intervallum dediſſe, ſive diem: & ut legata pura, & præſentia, ſive ut eorum dies proferri dicatur non minus recte, quam prorogari, non eſt novum. Pap. in *l.* 26. *Quando dies leg. ced.* Fratri meo dari volo L. ex reditu futuri anni: propter ea verba non videri, inquit, condicionem addiram, ſed tempus ſolvendæ pecuniæ prolatum videri. Pomponius in *l.* 12. *de leg.* 1. de vulgari clauſula ſcribens, Eum ſermonem, inquit, quo præſentia legata data in diem proferuntur, quod cum ita eſſe jam non poſſis negare ſine rubore, memineris ejus, quod olim ſcripſiſti, ſi de vulgari clauſula intelligatur *l. Titio C.* non aliter ſententiam ejus conſtare poſſe, quam ſi ex Cujacii ſententia ita legatur, Non eſt verum, quod Alphenus retulit C. præſenti non deberi. Nam proculdubio præſenti deberi ratio ſubjecta demonſtrat: quia diem proprium habuerunt. Hæc tu. Ego confeſſione tua contentus nihil amplius addo, niſi ut æque ſemper tibi Deus ſanam mentem impertiat, qua te modo paulum abire tamen convicia in quæ deſinis ſimulatque victum te eſſe arguunt. Namque aliud victo quid quam convicia reſtant?

Extra rem, quod Dominus notavit in vulgari clauſula ut proponitur non ſæpius, ut tu ais, ſed in l. 19. & 30. tantum, hæc verba, Quibus dies appoſitus non eſt, eſſe interpretis, non miratur te animo comprehendere non poſſe, qui legum, & interpretum verbis diſcernendis aſſuetus non es. Diſce eſſe gloſſema: & hujuſmodi gloſſemata in jure maxime formulis eſſe intermiſta quamplurima: nec confuge ad Lælium Taurellum, vel ad alios auctores, hoc ſolent quibus deficit aqua: neque mentiare Dominum hac in re à ſeipſo diſſidere, ſed lege iterum Obſ. xv.

JOHANNES ROBERTUS.

SIc acquieverat nugivendus ſententiæ noſtræ, qua aſſerui non eſſe immutandum contextum *l. ult. C. de his qui ſibi adſcrib.* ut & rationem noſtram tacite repetitæ negationis probaret. Sed jam cum videt eo urgeri ſe, quod ſi mendo locus ille carebat, non debuerit ſimpliciter cenſere emendandum: ut cenſuiſſe ſe negare non poteſt, ni librarii, aut typographi errorem obtendat, qui aliud addiderit, quam propoſitum eſſet excudendum. Imo vero admonui, inquit, ita emendandum eſſe, *nec ſuis litteris*, non autem ita omnino cenſui emendandum, ut præciderem eſſe emendandum. Ergo ſimpliciter cenſere aliquid eſſe faciendum, non eſt omnino cenſere id faciendum, ſed quadantenus tantum. Verum dicat quanam ratione dignoſcere poſſimus gradus ejus ſignificationis, quam iſtiuſmodi verbis in ſuis ſcriptis aſſignat. Nam qui ſæpe adeo, ac nulla fere non emendare ſe, & emendanda cenſere dicit, eo magis id aperte profiteri debet, ut quiſque intelligat quatenus aliquid cenſeat, aut ſentiat, an plenam conſtituat, ſive præciſam (ut vocat) cenſuram ſuam, an vero ſemiplenam, aut ſemiplena inferiorem. Nugæ. Nam cur plane non revocat cenſuram illam, quam tricis iſtis aperte teſtatur agnoſcere ſe eſſe revocandam? Nec per conſequens mihi ſuccenſendum.

quod

A quod iſta ex parte illi refragatus ſim, atque (quod objectat) refractarius ſim: quin potius gratia habenda, quod aberrantem in viam reduxerim.

In poſteriore quanta ſit in eo judicii ſtoliditas, & an non Syllam vitare cupiens in Charybdim inciderit, quæſo expendite. Dum hoc agit, ut eam ſignificationem reſcillat, quam aſſignaveram proferendi verbo, ac ſimul non aliam ea in re de qua agimus, vulgarem clauſulam fuiſſe contendit quam iſtam: *quas pecunias legavi, eas heres meus annua bima trima die dato:* ſicque, ut expreſſe neque ad ea legata referatur, quibus dies appoſitus eſſet, neque ad illa, quibus adjectus non eſſet, tandem concludit, iſta (quam ſolam vult eſſe, & dici vulgarem) clauſula, teſtatorem non conceſſiſſe heredi diem laxiorem præſtandis legatis, quæ in diem eſſent relicta, ſive quibus dies eſſet appoſitus, ſed, inquit, *puris & præſentibus legatis, præ-* B *ſtandis intervallum dediſſe, ſive diem.* Quod ſi ita eſt, nulla ratione poteſt convenire geminatio negationis, ei quod ex Alpheno refert Papin. *in l.Titio centum 77. ff.de leg. 2.* quodque ita vult legi, *non eſt verum quod Alphenus retulit centum præſenti die non deberi.* Nam ſi illud quod concludit verum eſt, verum quoque eſt quod Alphenus ſenſit, centum præſenti die non deberi: Sicque ſequeretur male Papinianum dixiſſe, non eſſe illud dictum Alpheni verum, quod exinde ſubjicit. Hic, inquam, expende quibus ſeipſum pedicis implicet. Omitto quam apte conveniat illi lectioni, & interpretationi ſubjecta ibidem hæc ratio, *quia diem proprium habuerunt.* Illud expendendum propono quod ait, *nuſquam alibi aliam clauſulam aliter conceptam reperiri*, & hic etiam in eo perſtare non pudet, quod poſteriorem illius clauſulæ partem in omnibus exem- C plaribus extantem *in l. legata 19. & l.talis ſcriptura 30. ff. de leg. 1.* ipſe ut nullius exemplaris prætenta authoritate, ita & nulla ratione detraxerit. Atqui profero illi, & Jabolenum *in l. ſi quis legata 53. ff. de cond. & dem.* cujus *verbis iſtis, ſi quis legata, quibus dies appoſita non eſſet, annua bima trima die dari juſſiſſet.* An idem poteſt cauſari, formulam referri, cui ex interpretatione aliquid fuerit additum quod non ſit ex formula, ut in aliis quæ ſpeciem relatæ formulæ habent, comminiſcitur? Et hic auſus eſt aſſerere *nuſquam alter conceptam reperiri*, cum econtra nuſquam eo modo quo vult, concepta reperiatur.

Quæ autem adfert ex Papin. & Pompon. ut illam proferendi verbi à nobis explanatam ſignificationem ſubvertat, non urgent, cum utrobique diem haberet diſpoſitio, apud illum tacitam, *in l. Firmio 26. in princ. ff. quando* D *dies legat. cedat*, cum ibi fructus legati proponantur, ſicque legato dies inſit, *l.interdum 73. in princ. ff.de verb.obl. l. 1. in fin.ff. de cond.& demonſtr.* Apud hunc vero præſens eſſet legatum, *in l. ſi mihi & tibi 12. §. ult. ff. de leg. 1.* ac per conſequens diem ſuum haberet, *d. l. talis, verſ. quod ſi forte, & d.l. Titio.*

Sed enim impudentiam omnem id ſuperat, quod hic ad adſtruendam etiam ex meipſo ſententiam ſuam ſcripta à me *c. 24. lib. 1. Recept. lect.* repetit, & meminiſſe me vult, quaſi ita ſcripſerim, *ſi de vulgari clauſula intelligatur l. Titio, non aliter ſententiam ejus conſtare poſſe, quam ſi ex Cujacio legatur. Non eſt verum quod Alphenus retulit præſenti non deberi. Nam proculdubio præſenti deberi ratio ſubjecta demonſtrat, quia diem proprium habuerunt.* An major impoſtura excogitari potuit iſta? qua plane initium illo- E rum verborum meorum, ut his abuteretur (falſi crimen nihil veritus) immutavit, & cum proxime illam clauſulam omnino retuliſſem, *quas pecunias legavi, quibus dies appoſitus non eſt*, & huic verba hæc junctim ſubjeciſſem, *de qua ſi intelligeremus actum fuiſſe, in d.l.Titio, non aliter, &c.* is, quo ſententiam meam invertat, omiſſo illo initio meo, ac præſertim omiſſis illis duabus dictionibus, *de qua*, quæ ſequentia ad ſupra proxime dicta referri indicant, illo alio, quo ſupra ſcripſi, modo refert, & falſo, ut ſimpliciter de illa, quam proponit vulgari clauſula, ibi ſenſiſſe me probet, & mea confeſſione, qua ſit contentus, ſententiam meam refelli contendat, quo quid calumnioſius, & im- A pudentius? cum appareat me contra illic de alia illa, quam proxime retuliſſem, vulgari clauſula agere, quam ille ſuo more diſcerpit. nec alia ratione adducta, aut obducta, quam quod ſit ita aſſuetus in diſcernendis legum, & interpretum ſcriptis, ut poſtremam illius clauſulæ partem non aliud, quam gloſſema eſſe ſibi, ſine ratione, uni credi velit.

An & quatenus legis actionem habeat magiſtratus Municipalis, & legatus Proconſulis.

CAP. XXI.

JOHANNES ROBERTUS.

B NUSQUAM ſcripſi, quod ille Obſervator ſcripſiſſe me calumniatur, Magiſtratus municipales legis actionem non habere: At eos illam non quidem proprio jure habere ſcripſi, verum ex delegatione tantum, & eo quod illis ſpecialiter ita mandata, ſive conceſſa ſit. Intelligo autem illis, vel à præſide mandatam, vel à lege, ut & nonnunquam ea, quæ imperii ſunt, ex Prætoris, ſive Præſidis delegatione exequi poſſunt, puta jubere aliquo caſu damni infecti caveri, tutores non habentibus dare: non quia in id mandatum à ſingulis Præſidibus in quaque cauſa, & unoquoque negotio exigi debuiſſe intelligamus, ſed ex eo, quod in univerſum id eis delegatum eſſet, ab iis exercere potuiſſe: eoque ſpectare, quod Accurſ. non à vivo, ſed mortuo C Prætore id conceſſum interpretatur, hoc eſt, lege, *l. 1. & l.4. §. 1. verſ. duas ergo, ff. de dam. infect.* Ut etiam id illis nonnunquam ex municipii lege tributum, & eos id juris habere lex ait, hoc eſt, ex jure illi municipio conceſſo, *l.1. C. de emancip. liber. l.magiſtratus 25. verſ. ſed hoc plerumque, ff. ad municip. & de inco.* eodem pertinet *l. 4. in verb. apud quem, ff. de adopt. cum l. ult. in verb. quibus hujuſmodi jus eſt, C. de vind. liber.* Nihil autem intereſſe inter mandatum, & juſſum nullo loco dixi, qui contra ex Accurſ. didiciſſem in *§. ſed hoc jure, de Attil. tut. in Inſt.* quod ille quaſi cum me, de quo proxime locutus fuerat, perſtringens interpolat.

Illud autem legis actionem Magiſtratus municipales proprio jure, ſive etiam regulariter non habere comprobatur, tum eo, quod Paulus *tit.25. lib. 2. Sentent.* apud eos emancipari, & manumitti ita demum poſſe ait, ſi ha- D beant legis actionem, quaſi non ſemper, nec proprio jure habeant: convenit & *d. l. ult. in verbis, quibus hujuſmodi jus eſt, C.de vind. libert.* Tum etiam, quod ſi proprio jure illis competeret, his eam aliis mandare liceret, prob. *l. more 5. cum l.ſeq. ff. de juriſd. & l.ult. ff. de offic. ejus, cui mand.* Id vero illis denegatum conſtat, *l.cum, qui 13. ff.de juriſd.* Illudque non abſimili ratione ſcripſi, apud legatum Proconſulis, cum nihil ipſe proprium habeat, ſed quod habet, ex mandata juriſdictione totum pendeat, *l. legati 13. ff. de offic. Procon. & leg.* eo modo legis actionem non eſſe, juxt. *l.3. de offic. Procon.* Attamen vi generaliter mandatæ juriſdictionis non tantum legis actionem eum habere, ſed & tutores, & judices dare ei licere, *l. legatus 12. & l. pen. ff. de offic. Proc.* Atque etiam apud eum emancipationes, & manumiſſiones fieri poſſe: quod nec aliud E voluerit Paulus in *l.apud Proconſulem 17. ff. de manumiſſ. vind. verſ. ſed & apud legatum.* Cujus verba negationem recens invectam plane reſpuere quis non perſpicit? Ac eo magis, quod cum particulas illas, *ſed &*, à quibus initium ducit, omnino conſtet eſſe conjunctivas, eademque cum ſuperioribus ſubjici ſignificare, nemine Grammaticorum reclamante, ille tot jam annos Grammaticos canones docens, eas modo diſcretivas, modo conjunctivas eſſe dicit: idque frequentiſſimum in autoribus eſſe contendens, nullum in eam ſententiam locum profert, tametſi innumeros eſſe jactitet, præterquam unum illum, *l. 3. ff. de tab. exhib.* non aliter ad id facientem, quam ſi illi eam itidem negationis adjectionem præter exemplarium omnium fi-

dem

dem concedas,quam ejuſdem legis verba nullo modo convenire manifeſtiſſime arguunt , ut nos alio loco pluribus docuimus .

Et quod alio detorquere conatur *l. ult. C. de offic. ejus, qui vic. ali. jud. vel præſid. obt.* Ut ego facile conceſſerim ad alios quam Proconſulis alterius rectoris provinciæ legatos referri poſſe , cum non Proconſulum nominatim , ſed judicum, & Præſidum ibi meminerit : ita & illinc legatos excludi negaverim : quod tamen ille facit , cum quod ibi dicitur, in legatis potius , quam quibuſvis aliis, ſive Cæſaris procuratoribus , ſive quæſtoribus obtinere debeat, ſicque moderamen provinciæ temporis cauſa legatis magis demandari ſolitam fuiſſe illud arguit, quod cum illis eſſet mandata à præſente Proconſule juriſdictio, eadem omnia fere, quæ ibi enumerantur, ex officio iis incumberent : quin etiam ſi quid conſtaret quominus Proconſul, & provinciæ rector in provinciam vel tempeſtive pervenire, vel in provincia adeſſe poſſet , vices ſuas legato imprimis mandare eum debuiſſe , prob. *l. aliquando* 5. *& l. legati* 13. *ff. de offic. Proc.* Non tamen ut vicem Præſidis, aut procuratorem Cæſaris,aut quæſtorem,aut alium gerere ex mandato poſſe diffiteamur . Sed hoc imprimis, cum ab eo id mandatur , cui nullus datus ſit legatus (ut de Præſidis legato quicquam in jure me legiſſe recordari non poſſum) aut ſi datus ſit is , abſit : ſicque intellig. *l.* 1. *C. de peda. jud. & l.* 2. *C. de pœnis, & l.* 3. *C. ubi cauſ. fiſc.* Cæterum , quod Pontium Pilatum , ut Cæſaris procuratorem , vice tantum Præſidis in Syria fuiſſe ſcribit, id ego ſomnio tribuo,cum Joſephus *lib.*18. *Antiq. Jud. c.*4. *&* 5. non eum tantum Rectorem, & Præſidem Judeæ vocet , ſed & cum tertium ejus provinciæ Rectorem numeraſſet Aonium Ruffum, huic exinde ſucceſſiſſe Valerium Gratum , quartum ejuſdem provinciæ rectorem ſcribit, cui Grato ſucceſſerit Pontius Pilatus:& Matthæus Evang. *c.*7. eundem τὸν ἡγεμόνα vocat : quod quoquomodo ſumas, de alio dictum intelligere non potes , quam qui ipſe præfuerit : non autem de Cæſaris procuratore , aut eo , qui alterius vicem obierit : qua ratione optime illic , & B. Hieronymus , & poſtrem. Eraſmus de Præſide id dictum interpretati videntur , ut eum , & quemvis eorum, quibus ſucceſſiſſet , aliis locis itidem ἡγεμόνα , aliis vero ἔπαρχον vocat Joſephus præd. loco.

ANTONIUS MERCATOR.

TOto hoc capite nihil eſt inſulſius . Ille Obſervator , inquis, ille qui te male urit,ſcripſiſſe me calumniatur , Magiſtratus municipales legis actionem non habere, qui ſcripſi eos illam non habere ſine mandato . Eadem verba inſequitur Obſervator dum ait , ſalſo te ſcripſiſſe magiſtratum municipalem lege non agere ſine mandato , Obſer. xv. Ergo te id ſcripſiſſe calumniatur præcisè , & ſimpliciter , non additis illis verbis , Sine mandato . Johannes pudet me tui .

Sequitur , Magiſtratui municipali legis actionem lege mandari , vel à præſide . Et hic etiam pudet me tui , Legis actio lege datur , non mandatur: aliud eſt dare , aliud mandare . Juriſdictionem lex dat, non mandat, *l.*5. *de juriſd.* & legis actionem ſimiliter , *l.* 3. *de tut. & cur. dat.* Juriſdictionem magiſtratus mandat , non dat : Cognitionem dat, non mandat . Actionem procuratori dominus mandat , non dat . A præſide autem legis actio neque datur , neque mandatur ullo modo, aut delegatur magiſtratui municipali , vel alii , ut tutoris datio non mandatur, *l.*8. *de tut.& cur.dat.* nec mandari etiam mandatuve Præſidis tutor dari uſquam dicitur, & alia eſt ratio miſſionis in poſſeſſionem vice cautionis damni infecti , quæ à præſide mandari poteſt , ſive delegari privato , vel magiſtratui municipali , *l.* 1. *de damn. inf. l. pen.* §. *ult. de off. ejus, cui man.* quia præſidi ſuo jure competit legis actio beneficio legis, non ſuo jure: item miſſio in poſſeſſionem magiſtratui municipali non competit ſine mandato,*l. ea, quæ, ad mun.* legis actio,quæ magiſtratui municipali competit, ſine mandato competit, *l.*4. *de adopt. l. ult. C. de vind. man.*

Addis, nonnunquam ea , quæ imperii ſunt à prætore , vel præſide delegari, puta jubere caveri damni infecti,tutores non habentibus date . His ergo , quæ ſunt imperii tutoris dationem adnumeras, quod eſt falſiſſimum , *l. muto,* §. *tutoris, de tutel.*

Item miſſionem in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti magiſtratui municipali lege dari cum Accurſio à prætore mortuo , ut ais, non à prætore vivo , jure & beneficio legis eam Duumviro competere , quod eſt contra *d. l.* 1. *de dam. inf. & l. pen.* §. *ult. de off. ejus , &c. & d. l. ea, quæ* , & nemo eſt hodie paulo verſatus in materia juriſdictionum , qui non rideat nudis dentibus cum hoc dicentem ex his unde profectus es quemquam audit , qui turpe putant, ut ille ait , quæ imberbes didicere , ſenes perdenda fateri .

Item legis actionem magiſtratui municipali dari lege municipali male colligis ex *l.*4. *de adopt. l. ult. C. de vind. manum.* quæ de lege municipali non loquuntur , male ex *l.*25. *ad mun.* quæ de legis actione non loquitur , male ex *l.* 1. *C. de emanc. lib.* quæ non lege municipali hoc dari dicit Duumviris , ut apud eos emancipationes fieri poſſint, ſed ſi data ſit legis actio, puta lege Pop.Rom. vel S.C. vel Conſtitutione,ut exigit *d. l. mutuo,* §. *tutoris*,ex lege municipali etiam apud eos poſſe alienigenas ſuos liberos emancipare , quomodo & Ulpianus lib. Reg. in peregrinis manumittendis legem peregrinam ſpectat .

Poſt hæc , Nihil inquis , intereſſe inter mandatum , & juſſum nullo loco dixi . Johannes hoc te dixiſſe quis arguit ? Reſpondes , quod ille quaſi eum me , de quo proximè locutus fuerat perſtringens interpolat. Contra quid reſequar non habeo , quia ille quidem quis ſit intelligo , eum vero me , etiam pecus eſſe aliquod intelligo, quo ex grege tamen non video , quo ille te verbn perſtrinxerit etiam non video , quis hac in re ſit uſus verbi interpolare , neque video , neque percipio . Colaphe , Cordalio , Corax te iſtuc actutum . Ego pergam ad alia .

Ais, non licere magiſtratibus municipalibus legis actionem, quam habent aliis mandare : vero, ſed hoc conſtare ais ex *l.*13. *de juriſd.* in qua nihil de magiſtratibus municipalibus , nihil de legis actione : non poteſt igitur id ex ea conſtare .

Sequitur , Legatum Proconſulis nihil proprium habere , ſed quod habet ex mandata juriſdictione pendere : quod falſum eſſe lex ipſa coarguit , qua in hanc rem uteris *l.*13. *de off. Proc.* quæ longe aliter loquitur ac tu . Legati , inquit , proconſulis nihil proprium habent niſi à Proconſule eis mandata ſit juriſdictio , quod ſi ita eſt: habent igitur aliquid proprium mandata juriſdictione , & eſt veriſſimum: alioquin non haberent adſeſſores , ut *l.*6. §. *pen. de pœnis*, non ut in quibuſdam provinciis lictores, & faſces, & ſellam, ut in Severo Spartianus ſcribit, qua de cauſa , & à legato Proconſul appellatur , quaſi alius , *l.* 2. *quis, & à quo app.* ab eo , qui mandatu prætoris , vel præſidis jus dicit , quia nihil proprium habet, Prætor, vel Præſes non appellatur , quia idem ab eodem appellari videretur , propterea quod jus dixit vice prætoris, vel præſidis, legatus proconſulis ſuo quodam jure potius , quam vice proconſulis .

Ab iis tranſis ad ineptinra, & dicis vi generaliter mandatæ juriſdictionis legatum proconſulis habere tutoris judicisque dationem,quod juris auctores non dicunt, qui legato proconſulis tutoris dationem eſſe ajunt ex Oratione D. Marci, *l.* 1. *de tut.& cur.dat.* judicis dationem ex lege, *l. cum prætor , de judic.* Si ex lege , ergo non ex mandato proconſulis .

Addis , apud legatum proconſulis vi mandatæ juriſdictionis emancipationes, & manumiſſiones fieri, quod , ut jam ante dixi , falſum eſt , quia legis actionem nemo habet ex mandato magiſtratus , ſed ex lege , *l.* 21. *de man. vind.* & ex lege quoque eam non habere legatum aperte definit *l.* 2. §. 3. *de off. proc.* & ideo recte veteres libri in *l.*17. *de manum.* habent , Sed & apud legatum ejus manumittere non poſſumus , hoc eſt , ſed non ut apud eum, & apud legatum ejus manumittere poſſumus . Senſus eſt apertiſſimus .

Et

Et tibi probari , quod deſideras hunc articulum ; Sed A non tantum diſcretivum, ſed conjunctivum eſſe, & hunc, Sed & , non tantum conjunctivum , ſed diſcretivum , id neque à me , neque ab illo impetrabis : nolumus ineptire: nulla fere pagina cujuſquam auctoris eſt , quæ hoc tibi probare non poſſit . Quære modo ſi vis, eris magnus canherius niſi inveneris ſtatim,vel ſi piget quærere niſi Domino credideris , qui grammaticos canonas quos vocas , profecto ſcit apprime, docuit vero , ut tu in his libris illi falſo ſæpius, tanquam vitium exprobras , nunquam,quod tamen ſi feciſſet poneret in laude maxima, nec diſſimularet , ſed cum neque collegium , neque ludus ullus, neque domus , vel ſtatio privata ulla unquam habuit , vel docentem, vel diſcentem præcepta grammatices .

Illud etiam perquam ſtultum eſt, quod ais , procuratorem Cæſaris , aut quæſtorem, vel legatum proconſulis ex B mandato proconſulis poſſe fungi vice proconſulis , cum *l.2. C. de off. ejus qui vice, &c.* principis, aut præf. prætorio præceptum exigat .

Omnem ſtultitiam ſuperat , quod ad extremum ais , ſomniare Dominum , qui Pilatum ſcribit fuiſſe in Syria procuratorem Cæſaris . Somniare enim dicis Cor. Tacitum, cujus hæc ſunt verba 15.ann. Chriſtum Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectum eſſe . Somniare Tertullianum, qui in Apolog. Judæos oblatum Pontio Pilato Syriam procuranti violentia ſuffragiorum in Crucem Jeſum dedi extorſiſſe ſcribit . Somniare Joſephum , qui à Tiberio Pilatum in Judæam miſſum fuiſſe ἐπίτροπον ſcribit II. ἁλώσεως c.XIIII.quo nomine ſignificari procuratorem Cæſaris Dio oſtendit LIII. illo loco, καὶ ταῦτ' ἐπετρόπευσε,&c. Idem vero Joſephus C Pilatum ſubjicit imperio Vitellii legati Cæſaris, cujus ſedes fuit Antiochia. & ab eo quoque Pilatum ſcribit exutum poteſtate omni Romam allegatum fuiſſe , in illius locum ſubrogato Marcello , ut eſſet ἐπιμελητὴς , id eſt , procurator . Si Marcellus procurator , & Pilatus quoque cui ſucceſſit non niſi procurator . At non nego , quin etiam procurator Cæſaris præſes , vel ἡγεμὼν appellari poſſit: nam præſidis nomen generale eſt, quo non tantum proconſules continentur , & qui ſpecialiter dicuntur præſides, id eſt , legati Cæſaris, ſed & omnes provincias regentes , *l.1. de off. præſ.* ergo & procuratores Cæſaris , & non hi tantum, qui partibus præſidis , aut legati funguntur , quales fuere in Syria Coponius, Ambivius , Ruffus, Gratus, Pilatus, quippe cum Syriæ præeſſent τῇ ἐπὶ πάσῃ ἐξουσίᾳ , ut Joſephus ait, qua ratione, & à Lactantio Pila- D tus legatus dicitur, ſed & qui partibus præſidis non funguntur, quia & hi ex parte provinciam adminiſtrant. Ulpianus VIII. *de off. proc.* Inſulæ Cretæ procuratori , qui illam provinciam regit, licet de capitalibus cauſis cognoſcere non ſoleat, tamen ut de lege Fabia, & lege Julia de adulteriis poſſit cognoſcere Imp. Antoninus conſtituit.

JOHANNES ROBERTUS.

SIc primum interpretatus ſum locum Pauli *Sentent. lib. 2. ſub tit. quemadmodum filii ſui jur. eff.* ut quod illic dicitur , apud magiſtratus municipales emancipari , & manumitti poſſe , ſi habeant legis actionem, manifeſte indicare dixerim hos regulariter legis actionem non habere : quia ſi illis proprio jure competeret , illa exceptio E addita ſupervacua eſſet. Sicque exinde explicui, *eos illam non quidem proprio jure habere , verum ex delegatione tantum , & eo quod illis ſpecialiter ita mandata , ſive conceſſa ſit* , & intelligere me illis , vel *à Præſide mandatam , vel à lege, & nonnunquam ea , quæ imperii ſunt* , ex *Prætoris ſive Præſidis delegatione exequi poſſe* , hæc enim verba mea ſunt . Ac paulo poſt ſubdidi , non in id mandatum à ſingulis Præſidibus , & in quaque cauſa , & unoquoque negotio ab his exigi debuiſſe , ſed ex eo, quod in univerſum id eis delegatum eſſet , ab eis exerceri potuiſſe, & eo ſpectare quod Accurſius interpretatur non à vivo Prætore,ſed mortuo id illis fuiſſe conceſſum, hoc eſt, lege. Quæ omnia qui in unum conferet , is comperiet non fuiſſe , quod illa A in me torqueret , legis actionem lege non mandari , ſed dari : nam ſi datur , & conceditur : & ego conjunctim utrumque hoc expreſſi , mandatam legis actionem , ſive conceſſam ,quod lege concedi ſive dari intelligerem, non quidem magiſtratibus municipalibus omnibus, ſed aliquibus , *ut prædicto Pauli loco comprob. & l.ult. C.de vind. libert. & l.4.ff.de adopt.* Quin & ex delegatione eam haberi poſſe contendebam , *arg.§.ſed hoc jure.de Attil.tut.in Inſt. & l. 1. ff. de damn.inf. l.ult.C.de off. ejus qui vic.alic.jud.vel Præſ. obt.* Comprobatur , quod & quæ lege ſpecialiter deferuntur , aliquo caſu mandari lex in univerſum conceſſit , quippe proficiſcente, & abſente eo , cui ſpecialiter lege id ſit tributum, *l.1.circa fi. in pr.ff.de off.ejus cui man. eſt juriſdict.* quibus illa omnia , quæ harpyarum more prætervolitans , & ne circumcludi poſſit , nuſquam conſiſtens , aut diſcerpere tentat , aut fœdat , ab ejus teme- B rario impetu facile defendi poſſunt .

Subdit falſiſſimum eſſe , quod tutoris dationem his , quæ ſunt imperii , annumero , *l.muto , §.tutoris, ff. de tut.* Annumeramus quidem , ſed cum ſimilibus aliis, quæ ſimpliciter nec imperii , nec juriſdictionis ſunt , quia in iis nec de coercitione ulla , neque controverſi juris dijudicatione præcipue quæratur . Imperii tamen magis , quam juriſdictionis eſſe propterea dicuntur , quod Magiſtratus ea non aliter , quam aut jubendo , aut decernendo exequitur,quod ipſum imperii velut ſpeciem quandam referat. Cujuſmodi ſunt quibus , vel caveri , vel in poſſeſſionem miſſo poſſeſſione cedi,vel judicare jubet,vel etiam illi cui à Prætore bonorum poſſeſſio data , vel decreta ſit , hereditariorum bonorum poſſeſſionem reſtitui , vel etiam C eum cui tutela ſit delata , ejus adminiſtratione recte fungi , vel illi , qui in integrum reſtituatur , rem reſtitui , prob.arg. *l.1.* juncta *l. 4. & l. cum qui 13. ff. de juriſdict. l.ea quæ magis , ff. ad municip. & de inc. l.1. ff.quor.bonor. ſicque d.l.muto* , nobis nihil obeſt , nec quæ cavillatur relata à me de Præture vivo , & mortuo .

Atque ex jure alicui municipio conceſſo , ſive lege municipali legis actionem dari magiſtratibus municipalibus , ſed non omnibus (ut dixi) non male colligo ex *l.1. C. de emancip. liber.* & apertiſſime falſum contendo , quod ait , legem illam municipalis legis non meminiſſe , cum ſit hoc ejus initium, *ſi lex municipii , &c.* cui etiam non ab re accedere dici poteſt *l. magiſtratus 25. in verbis & plerumque quidem lege municipali , ff. ad municip. & de incol.* etiamſi nominatim legis actionis non meminerit . D Nam eam ego conjunxi *cum l.ult. C.de vind. libert.* quæ & legis actionis meminit , & non omnibus magiſtratibus id juris competere teſtatur . Qua ratione adjiciebam, & eodem referri poſſe *l. 4. ff.de adopt.* in eo quod magiſtratuum , qui legis actionem habent , ſimpliciter meminit, tametſi & eam alio referri poſſe non ignorarem, cum non meminerit nominatim municipalium .

Labaſcere ſeſe ſenſit , quod paulo longius abſcedere jam cœpiſſet ab illo verborum captationis,quod ſibi præcipuum ducit , ſuſtentaculo . Itaque ad id refugiens , me interpolandi verbi ſignificatione abuſum cavillatur , qui eo ſe acrius perſtrictum intelligat , cum aliuqui aptius id accommodari vix poſſit . Toto enim illo *c.19. lib.15.* ejus *Obſervationum* , cum totus fuiſſet in his refellendis , quæ ſcripſiſſem , admixtis frequentibus , ut convitiis , ita & calumniis , quaſi eundem me reprehendere pergat , ſub- E jicit aliud eſſe juſſum , aliud mandatum, in eoque explicando pluſculum verborum conſumit , quod in eandem ſententiam paucioribus ab Accurſio proditum memineram *in d. §. ſed hoc jure* . In quo , ne quis me ab eo , jure notari exiſtimare poſſet , hæc ego (qui paulo ante illius Accurſii ſententiæ meminiſſem) de eo ſcripſi , *quod ille (cum me, de quo proxime locutus fuerat , perſtringens) interpolat* . At ille jam negat eo me perſtrinxiſſe . quia detectum à me perſpiciat nihil fuiſſe , quod perſtringeret (quod tamen conſtat , niſi reſpondiſſem videri eum voluiſſe) Verum ita libet potius ei ſic accipere illa verba mea : *Quod ille* , à quibus ſequentia uſque ad verbum , *interpolat* , fuerunt pareotesi ſecernenda . Quis ille ſit, inquit ,

quit, ſcio (nimirum impoſtor, cum de alio ibi, quam ipſo non agi ſibi conſcius eſſet) *eum vero me*, hunc vero me, inquit, ex quo grege ſit non video, quia ex ipſius grege non ſim, aut eſſe velim, abſit. Quo vero me perſtrinxerit, non videri ait. Credo quia nequiverit; at quonam perſtringere cogitarit, perſpicuum eſt. Subdit, Quis in hac re uſus ſit verbi interpolare, neque video, neque percipio. Si tam propere tot flagri ictibus adficeretur, quot in hac re meritus eſt (indignis adeo modis cum eo agens, qui ne unico quidem graviore verbo læſiſſet prius) quam aptiſſime in eo me verbo iſto *μεταφορικῶς* fuiſſe uſum, doctis perſpicue probare poſſum, næ peſſime cum ipſius tergo, vel iſta ſola ex parte ageretur. Vere, inquam, in eo quod accuratius, quid interſit inter mandatum, & juſſum, quaſi adverſus me explicans, non aliud, quam quod *in d. §. ſed hodie* ab Accurſio proditum eſſet, interpolat, hoc eſt, ſic verba immutat, & nova forma Accurſii ſententiæ obducta, hoc quaſi ab ipſo primitus excogitatum, & proditum ſupponit, ut illud Plauti in Moſtellaria propemodum objici ei poſſit.

Nova pictura interpolare vis opus lepidiſſimum. Quo etiam ſenſu Ulpianus *in l. præcipiunt, ff. de ædil. edict.* refert Venalitiarios, quia ſciebant facile decurri ad ſervorum novitiorum emptionem (ut & hic ad novarum rerum lectionem, & auditionem) veteratores interpolare, & pro novitiis vendere ſolitos, idque ne fieret Ædilium edicto prohibitum eſſe. Sicque etiam iſtud interpolandi verbum per translationem pluribus iſtiuſmodi rebus, & in jure accommodari comperiemus, ut quidem interpolata veſtimenta, quæ ut pro novis veneant, immutata, & innovata ſint, dicuntur à Martiano *in l. Labeo 45. ff. de contrah. emp.*

Quod autem arguit à me dici legatum Proconſulis proprium nihil habere, id patet eo me retuliſſe, quod quidquid habeat, totum ex generaliter mandata juriſdictione pendeat, juxta *l. 5. cum l. ſeq. & l. legati 13. ff. de off. Procons.* Nam alioqui ea in univerſum mandata, propriam legato juriſdictionem dari conſtat ex reſcripto Impp. Veri & Anton. ad Braudam Proconſulem Aphricæ, *l. cognitio 4. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* ſed ita, ut interim à mandato generali cauſam haberet, quod ibidem paulo poſt eo expreſſi, quod legis actiones ex officio illis incumbere ſcripſi, quodque antea prodideram non licere Proconſulibus, iis, inconſulto principe, mandatam juriſdictionem adimere, *l. ſolent 6. verſ. ſicut, ff. de off. Proconſ.* Quod autem legis actionem neminem habere ait ex mandato magiſtratus, id temere probat *l. 2 1. ff. de manumiſſ. vind. nec melius l. 2. & 3. ff. de off. Proconſ.* Nam cum hæc *l. 3.* ſit cum ſuperiore omnino conjuncta, ut verba iſta apertiſſime teſtantur, utraque ad eum caſum refertur, de quo *l. 2.* initio locutus erat Martianus, quippe qum nondum Proconſul fuerit provinciam ingreſſus. Nam alioqui apud legatum manumitti poſſe, & legis actionem in aliis ſimilibus habere, cum perſpicue ſit à me probatum, & apertiſſime à Paulo propoſitum in *d. l. apud 17. verſ. ſed & legatum, ff. de manum. vind.* non eſt quod actum agam. Cæterum quod ille in eo abſurdiſſime perſtat, quod contendit particulas, *ſed &*, in oratione poſitas, non tantum conjunctivarum, ſed & diſcretivarum vim habere, atque nullam fere cujuſque autoris paginam evolvi poſſe, qua non id probetur, ridiculum. Nam ſi ita eſt, ei, qui unicum duntaxat locum in id proferre potuiſſet, & quidem ad id nihil facientem, ut docueram, eo facilius fuit lecta (ſi aliter non ſuccurrebat) cujuſvis probati autoris una, aut altera pagina, duos, aut tres locos ad id facientes proferre, cum maxime id ego ab eo exegiſſem: quis non illum in eo nugari perſpicit? Venit hic in mentem illius elatioris Grammatici, cui cum à Gellio finitio ficta hæc eſſet propoſita: Omnia vocabula tribus litteris finita, cujuſmodi ſunt, fons, pons, mons, generis maſculini eſſe, ſi in genitivo quoque caſu eadem ſyllaba finiantur: & ille contra renitens, plura alia his conſimilia eſſe contenderet, quæ non ſint generis maſculini, petiiſſetque Gellius, ut vel unum ſtatim diceret, cum non haberet quod hiſceret, datos fuiſſe illi ad inquirendum triginta dies, *c. 9. lib. 15. Noct. Attic.* Quæ & iſtiuſmodi alia cum refero, & ſcribo, non eo ſcribo, ut illis omnibus, qui Grammaticam profitentur, aut profeſſi antea fuerint, id tanquam aut vitium, aut ingenuo, & liberali homine minus dignum quid exprobrem (ut ille, quo me in invidiam trahat, malitioſe interpretatur) abſit ut id mihi unquam in mentem veniat: ſed illiuſmodi elatiores magiſtellos, qui ob anxiam Grammaticarum præceptiuncularum, aut curioſam verborum obſervationem ſolam, dum in his tanquam Syrenæis ſcopulis conſeneſcere geſtiunt, cujuſvis ordinis viros iſtius inſtar præ ſe diſpiciant, quales nec alios à me notari in iſtius libri præfatione ſum profeſſus, nec repeto.

Quod autem in extremo in ea calumniatur, quod cum ille ſcripſiſſet Pontium Pilatum, ut Cæſaris Procuratorem, vice tantum Præſidis in Syria fuiſſe, id ego ſomnio me tribuero dixerim, & contra probatiſſimorum autorum ſcriptis comprobaverim. Rectorem, & Præſidem Syriæ eum fuiſſe, is ita referat ſcripſiſſe me, eum in eo ſomniare, qui Pilatum ſcribat fuiſſe in Syria Procuratorem Cæſaris: Nec enim id ita ſimpliciter ſcripſi, ſed ſomnio me tribuere dixi, quod ſcripſerit Pilatum, ut Cæſaris Procuratorem, vice tantum Præſidis fuiſſe in Syria: & in eo tantum immoror, quod negat Rectorem, & Præſidem fuiſſe in Syria: Ut quidem probavi apertiſſime cum in Syria Rectorem, & Præſidem fuiſſe; at eo nomine Procuratorem, & *ἐπίτροπον* dici potuiſſe, nunquam negavi. Sunt enim generaliora Procuratoris, & Procurationis vocabula, non aliud quam adminiſtrationem, ſive curationem, & curam ſignificantia, quæ illis etiam accommodari queant, qui quoquo titulo Reipublicæ res adminiſtrent, ut Plin. *lib. 3. Epiſt.* refert, Plinium avunculum ſuum, cum procuraret in Hiſpania, potuiſſe vendere Commentarios ſuos Lartio Licinio quadringentis millibus nummum, & tamen pauciores fuiſſe, hoc eſt, cum publica negotia adminiſtraret. Ita Cicer. *lib. 1. de Nat. Deorum*, eſſe & fuiſſe Philoſophos ait, qui nullam omnino habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos: quod non aliud ſit, quam non curare res humanas. Idemque pro Roſcio Amerino: Qui poſtea quam magiſtratus creavit, legeſque conſtituit, inquit, ſua cuique procuratio autoritaſque reſtituta eſt. Niſi quod etiam plus quam curam ſignificare idem videtur teſtari, *lib. 1. Academ.* inquiens: Dum me ambitio, dum honores, dum cauſæ, dum Reipublicæ non ſolum cura, ſed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum, & conſtrictum tenebat. Qua ratione, & quoſvis provinciarum adminiſtratores, & rectores, *ἐπιτρόπους*, & *ἐπιμελητάς* dictos fuiſſe, ac dici potuiſſe conſtat. Quod autem objectat Joſephum, Vitellii legati Cæſaris imperio Pontium Pilatum ſubjicere, non urget, quod qui à Cæſare generaliter eſſet legatus, nullam ſibi ſpecialiter aſſignatam habens provinciam, Cæſaris vice ubivis locorum fungeretur. Sed cum hæc per ſe apertiſſima ſint, vereor ne ſi pluribus in his refellendis immorer, hoc nomine, non quo ait, ſtultus exſtimer, quod ſtultitiæ plenum ſit in iſtiuſmodi ſtultis ſententiis refellendis tantum operæ inſumere.

Defenſa lectio Ulpiani in l. qui vas, §. ſi ancilla, ff. de furt.

CAP. XXII.

JOHANNES ROBERTUS.

UT veriſſimam lectionem, & ſententiam Ulpiani tuerer in *l. qui vas 49. §. ſi ancilla, verſ. idem & in pecudibus, ff. de furt.* ſcripſi ita arbitrari me, negationem eo loco addi non debere, cum tamen me id jure aſſerere poſſe non dubitarem: ac eo minus nunc dubitem, quod qui eam omnino addendam aſſeruerat, nihil non movens, quo ejus loci retractatione in me invehatur, plane nihil ſe habere teſtetur, quo leviculæ illius conjecturæ ſuæ debilitatem fulciat: cum

non aliter ſe tutum fore exiſtimans, quam ſi duabus ſellis ſedeat, eo confugerit, ut dicat verſiculum illum, aut referri debere ad alterum caſum, quo proponitur partus conceptus, & editus apud bonæ fidei emptorem, aut plane negandum idem omnino eſſe in fœtu, quod in partu: ut ita verum ſit eſſe idem, & non eſſe idem, non eſſe omnino, & eſſe aliquatenus, non eſſe priore caſu ejus *§. ſi ancilla*, poſteriore eſſe. Atqui hoc non quærimus, an ſi illi eum verſ. ſuo modo invertere liceat, utraque illa poſſit his, quæ ab Ulpia. antea dicta fuerant attexere. Sed neque an is locus eo contorqueri poſſit, ut aliquo modo negationem admittat: verum an non juxta receptam, ac nemine reclamante exemplarium omnium teſtimonio comprobatam lectionem, ſine negatione apte intelligi poſſit: ut illud prætermittam, quod omnino à ratione, & analogia alieniſſimum eſſe conſtat, clauſulam ſubjunctam, & ad præcedentia verbis conjunctam, non ad proxima, ſed ad mediate præcedentia referre, arg. *l. ſi tibi certam* 23. & *l. alumnæ* 30. *in princip. ff. de adim. leg.* Ex quibus quis non perſpicit, & in eo quoque illum falſo calumnioſum illud Accurſii dicere, quod in conjunctim illic ſubjecto verſ. *Ex equis*, ſuppleat conceptos equos eſſe apud eundem bonæ fidei poſſeſſorem, cum in eo minime quicquam ſupplcat Accurſ. ut quidem neceſſe illic non eſt: quia non loquatur Ulpianus de editis ex ſurtivis equis apud bonæ fidei poſſeſſorem (alioqui ſuppletione ad adſtruendam ſententiam noſtram eſset opus) ſed de natis ex illis equis: quæ vox generaliter utrunque illud complectatur: ideoq; ex neceſſaria ſuperiorum conſequentia de conceptis apud bonæ fidei poſſeſsorem, ſimulque editis aptiſſime id intelligatur. Non eſt igitur, quod longius abeamus, ut ex illius conſilio fugiamus credere fœtum editum apud bonæ fidei emptorem, non etiam conceptum, non adquiri bonæ fidei emptori, cum firma ſit ſententia, idem in fœtu, quod in partu obtinere, & quam frivolum, quod de lacte, & lana argutatur. Quis enim præter eum de illa ſimilitudine ſomniavit quidquam, lactis, lanæque, & agnorum? Idem in agnis juris conſtitui poteſt, natos ſtatim bonæfidei poſſeſſoris factos intelligi, ut & in lana dictum fuerat: ſed ita demum id, ſi conſumpti ſint agni, ut recte ibidem interpretatur Accurſius: Non tamen ut ex eo quiſquam, quod ſciam, ſimilitudinem proponi dixerit inter lac, lanamque, & agnos, cur plane diverſa ſit rerum iſtarum, in eo, quod in propoſita quæſtione præcipuum eſt qualitas, quod non ut agni concepti matris, & ejus viſcerum portio dici queant, inſtar partus, contra Scævolæ ſententiam, juxt. *l.* 1. *§. ex hoc reſcript. ff. de vent. inſpic. l. curator* 5. *ff. de vent. in poſſeſſ. mitt.* juncta *l. ſi aliena* 10. *§. ult. ff. de uſucap.* Reliqua confido plana reddi ex his, quæ antea ſcripſimus, dum receptam lectionem tueremur.

ANTONIUS MERCATOR.

ULpianus in *l. qui vas, §. ancilla ſi ſubripiatur. de fur.* cum dixiſſet partum ex ancilla furtiva conceptum apud furem, vel conceptum antequam ancilla ſubriperetur, etiamſi ederetur apud bonæ fidei emptorem non poſſe uſucapi, quia furtivus eſt: Conceptum autem, & editum apud bonæ fidei emptorem poſſe uſucapi, quia furtivus non eſt, ſubjicit, Idem & in pecudibus ſervandum eſt, & in fœtu earum, quod in partu: quæ verba Dominus docuit eſſe tantum vera in poſteriore caſu, partus, vel fœtus concepti, & editi apud bonæ fidei emptorem, quo ſane nihil diſtat partus à fœtu, id eſt, uterque uſucapi poteſt: hoc doctor ille communis te, & omnes docuit, quod tu cum de ejus §. ſententia adverſus illum ab hinc 12. annis ſcriberes, non animadverteras, & hodie vehementer probas. Priore autem caſu, qui proponitur in §. ancilla, non eſſe idem ſervandum in fœtu, quod in partu, Partum ex ancilla furtiva conceptum apud furem, vel conceptum, antequam fieret furtum ancillæ, & editum apud bonæ fidei emptorem, non poſſe uſucapi, Fœtum ex pecude furtiva conceptum apud furem, vel apud dominum pecudis, antequam furtum fieret, & editum apud bonæ fidei emptorem, poſſe uſucapi,

A & hanc eſſe rationem differentiæ; quia partus cum non ſit in fructu, bonæ fidei emptori, quamvis apud eum edatur non adquiritur, & ideo furtivus manet. fœtus vero, quia in fructu eſt, ei adquiritur ſtatim, & ideo furtivus eſſe deſinit: nec aliam hac in re rationem eſſe fœtus, quam lactis, aut lanæ, aut fructus cujuſcunque. Lac & lana, quam percipit, ſtatim adquiritur bonæ fidei emptori, etiamſi pecudi infuerit apud furem, *l. 4. §. lana, de uſur. & uſuc.* Ergo & fœtus, licet pecus conceperit apud furem, quod & *l. bonæ fidei, §. ult. de adqu. rer. dom.* probat, dum ait, fœtus pertinere ad bonæ fidei emptnrem, etiamſi pecudes prægnantes venieriut, vel ſubreptæ fuerint: nam *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum eſt, vel prægnantes ſubreptæ fuerint, ut ſit, Si prægnantes fur vendiderit, vel ſi prægnantes ſubripuerit, qui duo caſus, & in partu no-

B tantur initio *d. §. ancilla*. Adquiri igitur ei fœtus apud ſe editos, etiamſi pecudes apud ſe non conceperint: qua ratione efficitur perperam ad *d. l. qui vas, §. ex equis*, his verbis, *Ex furtivis equi nati*, Accurſium ſupplere, Et concepti apud bonæ fidei emptorem, quia ad eum pertinent, etiamſi apud eum concepti non fuerint: quo loco dupliciter ſtultus es, cum ais non ſupplere id Accurſium, aut id ſupplere fruſtra, quia lex ait, Nati, non editi, & natorum, ſi credere dignum eſt, appellatione continentur concepti, & editi, editorum non concepti, ſed editi tantum: & cum quod Dominus dixit ſuperiorem clauſulam *§. ancilla. Idem & in pecudibus, &c.* eſſe veram tam in partu, quam in fœtu concepto, & edito apud bonæ fidei emptorem, ex eo tu dicis colligi, *§. ex equis*, neceſſario accipiendum eſſe de conceptis, & editis equuleis apud

C bonæ fidei emptorem, quod nos negamus, quoniam, ut ſupra oſtendi, ut eorum dominium ſtatim bonæ fidei emptori adquiratur, ſatis eſt editionis tempore ſi equas emptor bonæ fidei poſſederit, nec exigitur etiam ut eas poſſederit conceptionis tempore. His accedit ſtultitia longe major, cum ut probes fœtum editum non conceptum apud bonæ fidei emptorem ei non adquiri, uteris hac ratione, quia idem eſt in fœtu, quod in partu. Vertis propoſitionem tuam in rationem, petis principium, ut dicitur, aut ſane ita argumentaris, Fœtus eſt in fructu: Partus non eſt in fructu: ergo idem eſt in fœtu, quod in partu. Fœtus conceptus apud furem, editus apud bonæ fidei emptorem poteſt uſucapi: Partus conceptus apud furem editus, apud bonæ fidei emptorem non poteſt uſucapi: ergo idem eſt in fœtu, quod in partu: nec prio-

D rem differentiam negas, nec poſteriorem negare magis potes, quam priorem, niſi verbo tenus, ut facis, reipſa plane elinguis, & mutus. Et quæ malum, ſtultitia hæc eſt, etiam fructus alios diſtinguere ab aliis in adquiſitione eorum agnos à lacte, vel lana, agnos adquiri conſumptione non lac, meum ſcilicet facio agnum ſi edo, meum non facio lac ſi bibo. Stulte, non intelligis, Fructus omnes cujuſcumque generis ſtatim adquiri bonæ fidei poſſeſſori pleno jure, ſed ita tamen, ut quandoque agenti Domino reſtituere teneatur extantes, conſumptos nullo modo. Conſumptione perimi repetitionem fructuum, & conſummari eorum adquiſitionem, *l. quæſitum, §. ult. de adqu. rer. dom. d. §. lana, §. ſi quis à non domino, Inſt. de rer. diviſ.* Lac adquiri bonæ fidei poſſeſſori ſtatim, & adquiri maxime ſi bibatur, quoniam repetitio ejus domino

E pecoris nulla ſupereſt, & agnum ſimiliter. Quis unquam ſomniavit, inquis, lactis & agni ſimilitudinem? ſane nullus in ſpecie: in genere omnis homo ſomniat lac, lanam, & agnum eſſe ſimilia, quod hæc omnia ſint in fructu pecoris, & in adquiſitione quoque dominii, *l. bonæ fidei, §. ult. de adq. rer. dom. l. 7. §. non ſolum, ſol. matr.*

Erras etiam in eo, quod exiſtimas, ideo partum, & fœtum conceptum apud furem non poſſe uſucapi, quod ſit pars matris, & viſcerum, quæ ratio futilis eſt, quia & patris pars dici poteſt, ut apud Senecam in Octavia. *Cum portet utero pignus, & partem mei*, & fœtus quoque non eſt pars rei, eſt enim in fructu, fructus autem rei pars non eſt, quare & Scævola, qui partum putabat eſſe in fructu, negabat partum eſſe partem rei furtivæ, *l. partum, de verb. ſig.*

Digitized by Google

ſig. Tu contra olim neſcio, an memineris partum eſſe partem matris, & viſcerum comprobaſſe te ex *l. qui in utero, de ſta. hom.* hoc modo, Qui in utero eſt, intelligitur eſſe in rerum natura, ergo eſt pars matris. Collectio *ἄφυκτον*, utroque cornu premit. Et ais, partem matris, & viſcerum: partem ſcilicet totius, & partis partem eſſe, caput enrporis, & pedis partem eſſe. Johannes dicito, ut Ulpianus, vel viſcerum, non & viſcerum. Quintilianus in Decl. Filium matri eripere conaris, & partem viſcerum avellis. Ovidius in Met.

Vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.

JOHANNES ROBERTUS.

DE perperam addita negatione *l. qui vas 49. §. ſi ancilla, in verſ. idem & in pecudibus, ff. de furtis,* etiamſi nonnihil antea ſubmurmuraret, & poſſe utrumque dici contenderet, eſſe idem in pecudibus, & earum fœtu, quod in ancillæ partu, & non eſſe idem, hic verbum nullum. Itaque plane jam ſententiæ noſtræ acquieſcit in eo, quod aſſerui, perverſe negationem illi verſ. præter exemplarium omnium fidem addi. Quod igitur ſupereſt, non animadverſum à me antea fuiſſe ait, illum exiſtimaſſe, idem eſſe in pecudibus, & earum fœtu, quod in partu, quod ad poſteriorem caſum ibidem ab Ulp. propoſitum: quippe apud bonæ fidei poſſeſſorem, & concepti, & editi partus; id quidem illi hactenus aſſentior, ut agnoſcam non animadvertiſſe me, eum ſimpliciter negationem illi loco deeſſe aſſeverarem; non potuiſſe conjicere futurum, ut poſtea à me monitus eo delaberetur, ut admitteret verſiculum illum ex parte abſque negatione, & ex parte cum negatione, aut legendum, aut intelligendum eſſe: Nam alioqui, quis vel eum, qui à limine tantum Juſtinianum ſalutarit, exiſtimaret negaſſe, quin ut partus, ita & fœtus apud bonæ fidei poſſeſſorem, & conceptus, & editus uſucapi poſſit?

Quid reliquum eſt, in eo perſtat, quod priore illo caſu concepti, & editi apud bonæ fidei poſſeſſorem partus, aut fœtus, diverſum hoc in fœtu ait, quod uſucapi tunc poſſit, ego vero id negem, nec video, quo magis probet. Nam quid aliud, quam prius dicta inculcat? niſi quod rationem illam meam improbare conatur, qua propterea dixi Accurſium *in d. §. ſi ancilla, verſ. ex equis,* non ſupplere, nec neceſſe fuiſſe, ut ſuppleret, quod de editis equuleis ibi non loquatur, ſed natis, quaſi, inquit, natorum appellatione continentur nati, & concepti, editorum vero non concepti, ſed tantum editi. Imo vero id ego nunquam, aut dixi, aut ſenſi. Nam & natos apud emptorem dici poſſe ſcio, qui non ſint apud eum concepti, & editos apud eum, qui & concepti quoque apud ipſum fuerint. Sed generaliorem in hoc dixi eſſe appellationem natorum, quam editorum, quod natorum vox, ipſa ſignificatione utrumque promiſcue generaliter complectatur, *l. partum 10. ff. de uſur. l. ſeptimo 12. ff. de ſtatu hom. l. 3. in verſ. utique, ff. de ſuis, & leg. l. partum 2. ff. fam. erciſc.* Editorum vero vox, proprie, & ſpecialiter in lucem tantum emiſſos, *l. Titius 25. §. Lucius, ff. de lib. & poſthum.* Sed nec eo ſolo adducebar, verum, & quod quæ antea proxime, & junctim dixiſſet, ea primum in partu, & concepto, & edito apud bonæ fidei poſſeſſorem propoſuiſſet, deinde & in pecudibus, & earum fœtu idem eſſe dixiſſet, ac poſtea connexa ſententia ex equis natos ſtatim ad bonæ fidei poſſeſſorem pertinere ſubjunxiſſet; quia in fructu ſint, cum aliud in partu obtineat, ut demum, quod diſcrimen eſt inter partum, & fœtum ſubjiceret.

In eo autem calumniatur, quod ut probarem fœtum editum, non etiam conceptum apud bonæ fidei emptorem, ei non acquiri, hac ratione me uti ait, quia idem ſit in fœtu, quod in partu. Nam cum verum ſit dixiſſe me idem eſſe in fœtu, quod in partu, falſiſſimum eſt rationis loco id me dixiſſe: ſed ut arputum ſe aliqua ex parte præberet, nec aliud haberet, in quo argutias exerceret, confingendum ei aliquid fuit, cum quo pugnaret.

Illud autem quod eo loco ſimpliciter dixi, fœtus editos non etiam conceptos apud bonæ fidei poſſeſſorem ei non acquiri, paulo poſt interpretor non aliter ei acquiri quam ſi coſumpti ſint, ut quidem interpretatur Accurſius in *d. l. 4. §. lanæ.* Perverſe igitur, & calumnioſe ita me argumentatum confingit: Fœtus eſt in fructu, partus non eſt in fructu: ergo idem eſt in fœtu quod in partu. Nam ſi quis ſyncerus lector erit, qui illa ſcripta mea ad argumenti formam reducere velit, non aliis argumentis me uſum dici poſſe comperiet quam iſtis: Fœtus pecudum apud furem conceptus, quo tempore bonæ fidei emptori venditus eſt, in utero fuit, & partus quoque ancillæ apud furem conceptus, quo tempore bonæ fidei emptori venditus eſt, in utero matris fuit: ergo idem in fœtu, quod in partu judicandum, ut uſucapi non poſſit, idque propterea quod ab eo emptore, quo concepti ſunt, & jam animantia exiſtere, & portio matris, vel ejus viſcerum eſſe cenſeantur, juxta *l. 1. §. ex hoc edicto, ff. de ventre inſpic.* juxta *l. qui in utero 7. & 26. ff. de ſtatu hom. l. 3. verſ. utique, & l. vel vivo 7. ff. de ſuis, & legit.* Nec repugnat *l. partum 26. ff. de verb. ſig. & d. §. Scævola, in fin.* Nam in his de partu ſimpliciter agi interpretamur quomodocunque nato, nulla habita ratione temporis conceptionis: at nos ad id quod poſt conceptionem evenerit, hæc referimus. Et cum hic nulla ratio adſit, cur magis in utero ancillæ, quam alterius animalis exiſtens, matris ejuſve viſcerum portio cenſeatur eſſe, nullum in hac re diſcrimen conſtituendum dixi inter partum ancillæ furtivæ, & aliorum animalium furtivorum, eoque pertinere *d. §. ſi ancilla, verſic. idem & in pecudibus,* cujus non aliter conſtare poſſet explicatio: Et ſi quod inter hæc duo diſcrimen eſt, in eo ſolo exiſtere, quod conceptus ancillæ furtivæ partus apud bonæ fidei poſſeſſorem, non ſtatim ubi editus eſt, ejus fiat, quia is in fructu non ſit, ſed uſucapi incipiat; fœtus autem aliorum animalium furtivorum apud bonæ fidei poſſeſſorem concepti, ſtatim ubi apud eum editi ſint, ejus fiant, quia in fructu ſint, ac nihilominus tamen, quia ſic ejus fieri intelligantur, ut extantes domino reſtituere teneatur, uſucapi poſſint. Ad quod diſcrimen indicandum ſubjectus *d. verſ. idem & in pecudibus,* ſic intelligendum, quod dicitur *in l. 4. §. lana, ff. de uſucap. verſ. nec uſucapi debent* (ſic enim rectius ex Florent. exemplari legitur, quam ut vulgo, *nec uſucapi poſſunt*) Hoc enim cum eo, quod ſubjicit illic de conſumptione, intelligit, nihil eſſe, quod de iſtiuſmodi rerum uſucapione ſimus ſoliciti, cum earum conſumptione ſic plane noſtras effectas intelligamus, ut earum nomine adverſus nos agi non poſſit, ſit autem in poteſtate noſtra earum conſumptio, non quod non in his uſucapio locum habere poſſit, & eſſe utilis, quod quidem id quod illic ſubdit, de agnis conſumptis plane arguit. Atque inde illud etiam colligebam, ut partus apud furem conceptus, & apud bonæ fidei poſſeſſorem editus furtivus eſt, ita & fœtus aliorum animalium eodem modo, & conceptus, & editus, *d. §. ſi ancilla, l. ſi aliena 10. §. Scævola, ff. de uſuc.* At quod furtivum eſt, cum ejus eſſet cui ſurreptum id fuiſſet, ad alium ſine ejus facto transferri non poteſt, *l. id quod noſtrum 2. ff. de reg. jur.* Quo etiam illud legis Atiniæ pertinuiſſe dici poteſt: *Quod ſubreptum eſt, ejus rei æterna autoritas eſto,* juxta *A. Gellium c. 7. lib. 17. Noct. Attic.* Igitur fœtus animalium furtivus apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptus, ejus poſſeſſoris non fit. Sicque quemadmodum, quod ad uſucapionem, ita & quod ad dominii acquiſitionem idem intelligimus eo caſu in pecudum fœtu furtivo, quod in furtivo partu obtinet, in *d. §. idem & in pecudibus.* Nec repugnat *d. l. bonæ fid. 48. verſic. & ovium fœtus, ff. de adq. rer. dom.* ſi juxta Florent. exemplar legatur, ut explicui. Alioqui ſi bonæ fidei poſſeſſoris bonam fidem ſecuti, ubi editus eſt, fieri interpretaremur, ſequeretur, & eum poſſe uſucapi, tum à bonæ fidei poſſeſſore, ne domino matris reſtituere extantem teneatur, ut diximus, tum & ab eo, qui bona fide ementi vendiderit, ſicque falſum eſſet, quod dicitur in *d. verſ. idem & in*

ſtendibus. Hoc comprobat comparatio utriuſque illic facta, & in *d. §. Scævola*, cui, cum eam propoſuiſſem, non reſpondet oblatrator, ac ne attingit quidem. Quibus concludo adverſus eum: non omnia, quæ in fructu ſint, cujuſcunque generis exiſtant, ſtatim bonæ fidei poſſeſſori acquiri, ex ſuperiore ratione, qua aſſumpta non ab re quærebam, quiſnam de illa ſimilitudine, quam ille perpetuam eſſe vult, lanæ, lactis, & agnorum, quidquam unquam cogitarit, cum & lex nominatim diſtinctionem conſtituat *in d. §. lana*, nec comperiat quis me in illa ſpecie dixiſſe agnos acquiri conſumptione: non lac, ex quo tam fatuam argumentationem nectat: Meum facio agnum ſi edo, lac meum non facio ſi bibo. Dixi quidem agnos conſumptione meos fieri: lac quin, & ante conſumptionem, ac multo magis conſumptione meum fiat, nunquam negavi, qui, & lac ſtatim ubi expreſſi, meum fieri, & lanam ſtatim, ubi detonſa ſit, meam effici dixerim.

Nec ab illa abſurditate multum abeſt, quod, ut illud eludat, quod diximus, partum matris viſcerum portionem dici, & partum patris partem eſſe ſubdit ex Seneca: id enim generationis ratione dictum accipiendum eſt, non quod ipſius viſceribus contineretur, & quaſi cohærentium, atque uno ſpiritu ductarum rerum corpus unum conſtitueret, ut in matre fit, arg, *l. rerum mixtura 30. in princ. ff. de uſucap.* Et quod refert ita me quodam loco argumentatum. Qui in utero eſt, intelligitur eſſe in rerum natura: ergo eſt pars matris, calumniatur; cum ſic ego aliter: Qui in utero matris eſt, intelligitur in rerum natura exiſtere, itaque eodem jure, quo mater cenſendus eſt, *d. §. ſi ancilla*, *d. l. partum*, *ff. fam. erciſc. d. l. partum*, *ff. de uſur. cum ſimilibus*. Ac cum retuli ex Ulpian. eſſe partem matris, & ejus viſcerum, interpretatus ſum disjunctivam, qua conjunctæ loco uſus erat Ulpian. ſicque, *vel ejus viſcerum*, ibi reſolvi in conjunctam, juxta *l. ſæpe 53. ff. de verb. ſign.* & *l. pen. C. de verb. ſign.* quemadmodum vere matris portio eſt, ut cui ante naturalem enixum plane cohæreat.

Quid fructus, & fructuoſi appellatione in jure ſignificetur.

CAP. XXIII.

JOHANNES ROBERTUS.

MIHI quidem nunquam in mentem venit, nec veniet, ſcriptum rationi evidenti præferre, nedum evidentiſſimæ. Verum cum ob levem aliquam conjecturam, aut in ſpeciem tantum pugnantem rationem, ac verius nonnunquam rationis umbram, liberius jam ubique, ac nemine reclamante vim inferri diſpicerem ſcripto recepto, ut conſentientium exemplarium omnium autoritate comprobato, ita, vel certiore ſæpius, vel probabiliore, aut ut minimum æquæ probabili ratione ſubnixo, & in juris noſtri voluminibus.

——verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificeſque manus....

horrorem mihi temperare non potui, quin pro tuenda, & ab illis aſſerenda Spartæ iſtius, quam nacti ſumus dignitate, monerem melius non tangere, ac ita, ut omnis verborum petulantia à nobis abfuerit, quod ſcripta illa noſtra teſtantur. Illud autem agnoſco, in nonnullis haud exacte adeo à nobis, quod voluimus, præſtari potuiſſe, quin reſtaret adhuc aliquis ſcrupulus, qui accuratiorem cenſorem nonnunquam male habere poſſet. Verum non alius, ni plurimum fallor, quam qui perpenſis omnibus à perſpicacibus, & doctis tandem, aut adprobetur, aut falteni mordaci, & emendatrici ſententiæ anteferatur. Sciolos enim, & ſal oris detrectatione nihil penitius excutere ſuſtinentes paratitlicos juris ſtudii ſectatores nihil moror. Ex eo genere illud eſt, quod ſcripſi, Ulpianum in *l. fructus 6. §. ſi vir, ff. ſolut. matr.* negationem reſpuere. Intenduntur in contrarium argumenta tria. Primum eſt: Non poteſt fructuoſior fieri fundus apertis lapidicinis, ni lapides in fructu ſint. Atquin lapides in fructu non ſunt: igitur his lapidibus inventis fructuoſior non fit fundus: 2. Inventis lapidibus deterior fit fundus: ergo non fit fructuoſior: 3. Si fieret inventis à marito lapidicinis fructuoſior fundus, impenſas ei reſtitui æquum eſſet. Atqui impenſæ illi non reſtituuntur: non eo igitur factus eſt ab eo fructuoſior. Sicque trifida cuſpide in hoc tantum petimur, illud ut extorqueant, fructuoſiorem fundum marmoreis lapidiciniis inventis non fieri, & ea propter, quo loco illic legitur: *Ut fundum fructuoſiorem*, legi oportere. *Nec fundum fructuoſiorem*, reclamantibus non Latinis tantum exemplaribus, & autoribus, ſed Græcis quoque Βασιλικῶν, & libris, & interpretibus, quibus alioqui ſeſe venditare, ac ſiculi, vel minima arripi poſſit occaſio, ſcripta ſua infarcire ſolent. Reclamat & ſubſequens illic verſ. *quia nec in fructu*, quo (ſi quidem illi ſuperiori verſ. negationem adderemus) vitioſe idem omnino repeteretur. Quam tamen ſi non addis, manifeſta hæc pugna eodem in loco relicta videatur, fundum dotalem inventis lapidicinis fructuoſiorem fieri, & tamen ipſum marmor extractum in fructu non eſſe, quo non aliud eſt ſolidius triplicis illius arietis ſuſtentaculum.

In quo monueram fallaciam eſſe in varia dictionis iſtius fructuoſi, ſive fructuoſioris ſignificatione (qua interpretatione cum arg. illa tria convellantur, non fuit ea ſubdole reticenda, & prætereunda, ſed quoad potuit, amolienda) quia non eodem modo, & apud probatos autores, & in jure fructuoſum quid dicamus, & fructiferum, ſive frugiferum. Nam cum fructiferum, & frugiferum, ſive fructiferens (ut iſto vocabulo utitur Lucretius) id ſignificet, quod fruges, & fructum fert, proprie ſumpto fructus vocabulo, ut eos tantum proprie fructus intelligamus, quos ſic terra ex ſuo ipſius corpore proferat, ut tempore in illa, aut ex illa ſuccreſcant, juxta Varr. etymologiam, qua fructus à ferendo, quos terra proferat. dictos voluit, *& l. uſura 121. ff. de ver. ſignif.* (ut neque etiam frugiferi dictionem alio ſenſu in jure ſumi comperio, *ut in l. æquiſſimum 17. in princ. ff. de uſufruct.* Sed neque apud probatos autores, præterquam ſi μεταφορικῶς id fiat, idque rariſſime, nec ſine adjectione, quæ id notet) fructuoſum, non illud tantum, quod fructiferum ſit, dicitur, ſed & omne id, quod utilitatem adferat, ut & virtutes, & artes fructuoſas dixit Cicer. atque etiam fructuoſos homines, hoc eſt utiles, & beneficia fructuoſa pro utilibus, & Plinius *lib. 20. c. 1.* de medicinæ arte loquens, ait nullam artium inconſtantiorem fuiſſe, & etiamnum ſæpius mutari, cum ſit fructuoſior nulla, hoc eſt, plus utilitatis adferens. Et Quintil. *c. 6. libr. 1. Inſtit. orat.* illud proponens, docenti non tantum etymologiæ, ſed & originationis, & vis vocabuli intuitionem eſſe neceſſariam, exemplum hoc adfert: Cum (ait) M. Cælius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed utilis multis, id eſt (inquit) fructuoſus. Sicque fructuoſiorem deteriori oppoſuiſſe videtur Cicero *lib. 14. Epiſt. ad Attic.* Rem (inquit) non fecit deteriorem, haud ſcio an fructuoſiorem. In qua etiam ſignificatione fructus dictio non tantum fruges ſignificat, & quæ, ut dixi, terra profert, ſed & generaliter omne commodum, & quamcunque rei utilitatem: ut in confeſſoriam actionem venire fructus dicuntur, id eſt commoda, quæ habuiſſet actor, ſi onera ejus ædium vicinus ſuſtinuiſſet, & reliqua iſtiuſmodi infinita, *l. & ſi forte 6. §. ult. ff. ſi ſervit. vind. l. videamus 9. in fin. & l. ult. ff. de uſur. l. qui quadringenta 88. §. ult. ff. ad l. Falc. l. in vendit. 8. §. 1. de bon. auth. jud. poſſid.* juncta *l. ſi navis 62. in princ. ff. de rei vend.* Quo ſenſu ſi ita intelligemus dictum à Papin. *in d. §. ſi vir*, fructuoſiorem fundum, hoc eſt, eo plus utilitatis, quam antea adferentem, quod ex marmore inde extracto commoditas obvenerit, atque etiam pre-

tium

Digitized by Google

tium redigi poſſit, aptiſſime omnia illic cohærebunt. A Nam & ita fructuoſus fundus recte dicitur lactus inventis lapidicinis, nec tamen eo marmor in fructu erit, proprie ſumpta fructus appellatione: ut contingere poſſe lapides, atque etiam arbores fructus, & eſſe, & non eſſe, nomioatim dictum eſt à Pompon. *in l. ſi ex lapidicinis 33. ff. de jur. dot.* Nec enim lapis tunc fructus dici poteſt, ut docui, cum iſtiuſmodi ſunt lapidicinæ, io quibus non renaſcatur lapis, juxta diſtinctionem traditam *in d. §. ſi vir in fin. & l. ult. in fi. prin. ff. de fund. dot.* Qua ratione interpretamur *in d. §. ſi vir*, initio proponi maritum lapidicinarum inventione fundum fructuoſiorem feciſſe, hoc eſt, utiliorem, quod eo marmoris excidenti, & extrahendi utilitas reliquis fundi commoditatibus accederet: attamen alio illo reſpectu: quo ibi non renaſcitur, in fructu id marmor non eſſe, quo fiat, ut impenſa in ea commodi- B tate adinvenienda facta non ſit marito præſtanda, quod illa utilitas non in perpetuum, ſed ad tempus tantum ſit duratura, ac interim fundum ipſum quadantenus imminuat, & ea parte, qua ager lapidicinarum apertura, & effoſſione occupatur, deterat, atque eo deteriorem reddat, juxta *d. l. ult. ff. de fund. dot.* Cujus rei rationem habendam eſſe probatur *l. æquiſſimum 17. verſ. non agri partem neceſſariam huic rei occupet, cum verſic. & ſi forte, ff. de uſufruct.* Propterea que æquiſſime velut medium id in eo conſtitutum: ut quemadmodum marito ejus rei impenſa mulieri imputare non conceditur, ita neque etiam illi ob id adverſus maritum agere liceat, quod alioqui eo quadantenus imminutus fundus, ſicque deterior factus dici poſſit: ut nec in aliis iſtiuſmodi agere permittitur, in quibus quid aliqua ex parte melius fa- C ctum eſt, alia vero ex parte deterius, *d. l. æquiſſimum, verſ. & ſi forte*, arg. *d. l. ult. ff. de fund. dot.* Et tamen marmoris excifi, nequedum exportati, inde auferendi facultas marito danda ſit, non autem, ut impenſam in eo factam exigere poſſit, quod & illa marmoris exportati, exportandive utilitate penſetur: & licet ad aliquam, tamen minime ſuccreſcente ibi lapide, non ad perpetuam rei utilitatem ea facta ſit, comprob. arg. *l. 3. ff. ſi impenſ. in reb. dot. fact.* juncta *l. ſi id quod 29. ff. de donat. inter vir.* Ex quibus conſimiliter duci poteſt explicatio *d. l. ult.*

ANTONIUS MERCATOR.

QUid eſt, quod profaris initio hujus capitis? Mihi temperare non potui (tua hæc ſunt verba) quin pro D tuenda Spartæ, quam nacti ſumus dignitate monerem melius non tangere: quid? monuiſti, ne meliora tangeremus, deteriora, ut amplecteremur, ſane ita eſt: & hoc feciſti pro tuenda Spartæ, quam nactus es dignitate: non pro tuenda veritate, ſed pro tuenda tua dignitate, id eſt, impoſtura, vel imperitia tua: profecto ita eſt, & non adeo exacte, vel accurate, ut cenſore non indigeas, & hoc quoque verum eſt. Ut omnis vero à te abfuerit verborum petulantia ſcripta tua teſtari, & hoc quoque, ac ſimiliter, ut abſit à te nigredo facies tua teſtatur. Sequitur. Non alius in meis ſcriptis ſcrupulus reſtat, ni plurimum fallor, quam quem perſpicaces, & docti approbaturi ſint, quod etiam veriſſimum eſt ſub illa exceptione, Ni plurimum fallor, ſi quidem fieri poteſt, ut ullis, vel perſpicax, vel doctus ſcrupulos ullos approbare poſſit: & ad hæc ela- E tis cervicibus nihil te morari dicis, ſciolos, quorum ex adverſo tu es ſcientiſſimus, nihil te morari pigros, quorum ex adverſo tu es ſcientis laborioſiſſimus, nihil te morari paratitlicos juris ſectatores, quo ſermone neſcio quid intelligas, quia novus mihi, & inauditus eſt, niſi intelligis eos, qui ſectantur tantum titulos juris, & ſignificas te ſectari intima, abſtruſa, profunda, te eſſe, ut dicitur, profundiſſimum, quæ jactantiæ omnes etiam veræ ſunt, te tuæ ſcilicet ſcientiæ eſſe ſcientiſſimum, & hujus cæteros eſſe ſciolos, te ferre laborem magnum, cæteros non ferre, quibus ſcilicet in proclivi eſt intelligere, quæ tu nunquam intelliges, te nigreſcere tenebris profundiſſimis, cæteros candere clariſſima luce. Omnia hæc ſunt vera. Ab his tandem delaberis ad falſa, & ut falſa plane diſcrepant à invicem, quibus oneras, *l. 7. §. ſi vir, ſol. matrim.* dicens apertis lapidicinis, in quibus lapis non renaſcitur, fundum modo fructuoſiorem, modo deteriorem fieri, ſimulac probans hæc duo eſſe contraria, fundum deteriorem, fundum fructuoſiorem fieri. Quod ſi ſunt contraria, & diſparata, uti ſunt, ſane ſi fundus apertis talibus lapidiciuis fit deterior: ergo fructuoſior non fit. Atquin deteriorem fieri præcidit *l. ult. de fun. dot.* cui tu addis calumnioſè aliqua ex parte, quaſi fiat ex alia quadam parte fructuoſior, quod eſt contra ipſam *l. ult.* vaticinari. Addis, talium lapidicinarum inventionem non pertinere ad perpetuam utilitatem fundi, & tamen earum inventione fundum fructuoſiorem fieri: quæ etiam à ſe invicem diſcrepant. Ad hæc ſtatuis differentiam inter fundum fructuoſum, & fructiferum, vel inquis, fructiferentem, ut iſto vocabulo utitur Lucretius, quo nunquam Lucretius uſus eſt, & ex Calepino, ſive Theſauro linguæ Latinæ, quem ſemper habes ante oculos, mendicas, ò miſer, teſtimonia, quibus probes fructuoſum dici non tantum, quod eſt fructiferum, ſed & quod utile, & commodum eſt, hoc vero quis negabat? quis cogebat præter Spartanam dignitatem tuam id te probare, & emendicare ex gloſſographis? quid denique hoc attinebat ad *d. §. ſi vir*, nec enim in eo fructuoſior fundus cum fructifero confertur, ſed lapidicinæ, quæ fundum fructuoſiorem faciunt cum lapidibus, qui fructus non ſunt, quam nos collationem dicimus conſiſtere non poſſe, quia ſi lapides fructus non ſunt, fieri non poteſt, ut lapidicinæ fundum fructuoſiorem fecerint; fructuoſus enim, vel infructuoſus dicitur fundus pro fructuum modo, *l. pen. in pr. de reb. eor. qui ſub tut. &c.* quamobrem in *d. §. ſi vir*. Dominus docuit eſſe legendum ex *d. l. ult.* cujus pene eadem ſunt verba, Nec fructum fructuoſiorem fecerit, & confirmavit his rationibus, quas tu recitas, nec ullo modo refellis dum ais, non omne, quod eſt fructuoſum, eſſe fructiferum: non ferre quidem nuces, aut poma, ſed tamen eſſe fructiferum, non ego, ſed Lorarii tibi probabunt, & contra fructiferum quodcunque eſt idem eſſe fructuoſum.

Peccas etiam vehementer in eo, quod ais, maritum, qui apertis lapidicinis fundum dotalem deteriorem, non fructuoſiorem fecit, uxori non teneri, repugnat enim *d. l. 7. §. ſi fundum*, dum ait maritum, qui arbores dejecerit, quæ fructus non erant, quaſi deteriorem fundum fecerit teneri, cur enim & qui apertis lapidicinis fundum deteriorem fecit non tenebitur? quia, inquis, & aliqua ex parte eum fructuoſiorem fecit. Abi *ἐς κόρακας*, cum iſto gloſſemate. Tibi non licet legibus demere, vel addere quidquam.

Non prætermittam rationem ineptiſſimam, qua uteris, ut probes, io *d. §. ſi vir*, non eſſe legendum, *Nec fructuoſiorem*: quia, inquis, admiſſa negatione hujuſmodi idem mux repeteretur his verbis, quia nec in fructu eſt marmur: quidni vero? ſi non fruſtra: & ibi non repeti fruſtra, imo debuiſſe repeti, & inculcari perſpicuum eſt, ut intelligeremus, cur nihil viro eſſet à muliere præſtandum. Et interea non animadvertis te idem facere, non eſſe fundum fructuoſiorem, & marmur non eſſe in fructu, & mox tamen hæc contraria, aut diſſentanea non facere fundum eſſe fructuoſiorem, & marmor non eſſe in fructu. Si enim hæc non ſunt contraria, nec illa ſunt eadem: atquin illa ſunt eadem: ergo & hæc invicem contraria ſunt.

JOHANNES ROBBERTUS.

HIc non aliud præter verba temere effundit, & quaſi per ſatyram cavillatur, quod dixerim melius non tangere qui poſt alios ipſo probatiores authores eum ſubmonuerim, melius conſultiuſque illum facturum fuiſſe, ſi à contaminanda juris auctorum ſyncera lectione abſtinuiſſet, tantum abeſt ut monere eum voluerim, quo meliora non attingeret, deteriora ſequeretur, qui deteriora in jure amplecti eum vix poſſe viderem, & dolerem, quam

quæ

quæ in primis conſectatur. Quod dixi præſtari à me non potuiſſe, quin reſtaret in plcriſqne ſcrupulus, qui accuratiorem cenſorem nonunquam male habere poſſet, ſcrupulum pro dubitatione poſui, non adeo mihi blandiens, ut quæcunque à me tradita ſint, dubio carere profiteri velim, ſed ita ut perpenſa accurate interpretatione noſtra circa unamquamque ita occurrentem dubitationem, confiderem fore, non quidem ut ipſe ſcrupulus relictus, ſed noſtra ejus ſcrupuli interpretatio à perſpicacibus, & doctis adprobaretur. Quorum autem in eo judicia morer, aut non magis quam putida nebulonis convitia morer, ſatis habeo ſemel perſpicue indicaſſe. Quod reliquum eſt, quid hic adferat adtuitionem negationis ab ipſo invectæ ad Ulpianum *in l. fructus 7. §. ſi vir, ff. ſolut. matrim.* præter inanem eorum quæ antea ab ipſo jactata fuerant repetitionem, vel quo ſcripta à nobis ita concutiat, ut in his, quæ objectarit refellendis mihi ſit immorandum, non diſpicio, niſi forte qund notat Lucretium minime fructiferentis dictione fuiſſe uſum, ut quidem vel librarii, vel typographi errore factum eſt, ut in libro meo extaret, cum frugiferentis vocabulo eum fuiſſe uſum dicere volnerim, & eum terras frugiferentes vocaſſe: quod æque illam ſententiam meam juvat, ac ſi fructiferentes illum dixiſſe comprobare poſſim: Aut etiam quod in calce improbat rationem illam, qua dixi eum locum propterea negationem initio reſpuere, quod alioqui ea poſita vitioſe repeti videretur, *in verſ. nec fructuoſiorem*, & perſpicuum ait, ibi debuiſſe repeti, & inculcari, ut intelligeremus cur nihil eſſet uxori à marito præſtandum. Ego vero non inficior ibi negationem eapropter debuiſſe addi, at repeti, & inculcari debuiſſe pernego. Nam ſi antea dictum fuiſſet maritum fundum lapidicinis marmoreis inventis fructuoſiorem minime feciſſe, id ſemel aſſumptum ſatis indicabat non eſſe, quod propterea ei præſtetur impenſa, itaque fruſtra repeteretur: ſed ob id initio non debuiſſe negationem addi, quod ita in fine addita ſit, quod cum maritn impenſæ reſtitutionem ibi non adjudicet, eapropter contra initio aliquid ei attribuat, quippe cæſum, nequedum exportatum marmor. At hæc contraria ſunt, inquit. Legat (depoſita ſimultate, ſi quidem potis eſt) quæ ſcripſi, & nnn eſſe agnoſcet.

Admittere negationem Ulpianum in l. 4. §. ſi quis non tutor, ff. de doli mal. & met. except. *ſed eam addi neceſſe non eſſe.*

CAP. XXIV.

JOHANNES ROBERTUS:

SCRIPSI quidem non eſſe neceſſe negationem addi Ulpiano, *in l. 4. ſi quis non tutor, ff. de dol. & met. except.* At nullo loco aſſeruiſſe me comperias, ibi eam non poſſe addi. Quod ſi facerem, mihi ipſi omnino repugnarem, qui cum eam, quæ ex utraque lectione colligi poteſt, ſententiam jure ſubſiſtere doceam, eo ſimul, & illam negativam utrobique convenire poſſe admitto, & Ulpianus prædicto loco, & Celſo *in l. 2. ff. de eo, qui pro tut. neg. geſſ.* Quod ſi à Græcis Βασιλικῶν ſcriptoribus utroque loco actum eſt, quibus non id propoſitum fuiſſe conſtat, hæc juris noſtri Latina ſcripta nullis immutatis reddere (cum eos multa in pauciora contraxiſſe, ac pleraque ut detraxiſſe, ita & addidiſſe nemo negaverit) non tamen, ut eo negationem illo loco addi Ulpiano oportere evincant: tametſi alioqui ad noſtrorum explicationem, & comprobationem non minimum Græcorum illorum ſcriptorum autoritati tribuam, in us præſertim, in quibus hoc, vel alio modo, quid ſcriptum fuiſſe referat.

Propterea autem notaſſe me perſequendi vocabulo uſum illic fuiſſe Ulpianum, quis niſi plane juris diſciplinæ ignarus dubitet, quod ejus verbi latior ſit ſignificatio (quippe nnn tantum ordinarias, & in rem, & in perſonam, ſed & extraordinarias alias perſecutiones complectens) quam petitionis, quæ in rem actiones proprie ſignificet? *l. actio 27. ff. de oblig. & act. l. pecuniæ 178. verſ. petitionis cum ſeq. & l. creditores 10. ff. de verb. & rer. ſignif.* Aerem igitur, vel magis umbram, quam animo concepit, non me ferit, qui vindicationem perſecutionis vocabulo contineri anxie contendit probare. Sed dum ita aerem verberat, in præcipitia imprudens ruit, qui tria hæc plane falſa adſtruit, & non facile pupillo reſtitutionem in ea re dari, quæ ejus prnpria non fuerit, & de re pupilli propria illic minime locutos fuiſſe Ulpianum, Celſumque, & rem pupilli propriam non poſſe uſucapi. Primum illud aptius eo convellitur, quam ut in eo refellendo pluribus ſit immorandum: quod, & majnribus interveniente juſta cauſa paratiſſimum eſt ex Prætoris edicto reſtitutionis auxilium, ſi quoquomodo nnn in rei tantum, ſed & actionis, ac ejus, quod aliter ipſos contingat, jure quoquomodo læſi fuerint, *l. 1. ff. ex quibus cauſ. major. in integ. reſtit.* quanto facilius id minori concedendum? Et vero, quæ cauſa juſtior eſſe poteſt, quam hæc, quod qui tutor nun fuerit, rem quæ in bonis pupilli eſſet, alienaverit? Secundum vero illud apertiſſime verbis, & Celſi, & Ulpiani refellitur, quibus nnminatim rem pupilli venditam eſſe proponunt. Mira vern hæc interpretatio, rem pupilli intelligere, quæ pupilli non fuerit, ſed ab eo bona fide poſſeſſa tantum. Tertium ita generaliter poſitum, & falſum quoque eſt, cum & in pupilli rebus uſucapinni locus ſit: *probat l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro empt. & l. etiam ei 46. ff. de minor.* In quo tamen diſtinctione upus ſit, quæ non eſt hujus loci.

ANTONIUS MERCATOR:

NOn ſcripſiſti in *l. 4. §. ſi quis non tutor, de do. exc.* pro, Et uſucapta ſit, non poſſe legi, Nec uſucapta ſit, eſto: non ſcripſiſti, nea etiam quiſquam te ſcripſiſſe dixit, ſed ſcripſiſti non eſſe neceſſe ita legi, quo argumento? quia & ſi res pupilli mobilis, quam vendidit, qui pro tutore negotia gerebat uſucapta ſit, eam rem petere pupillus poteſt non directa quidem actione, ſed utili in rem, & reſtitutoria, impetrata reſtitutione in integrum: idque in *d. §. ſi quis non tutor*, verba illa ſignificare, pupillo rem ſuam perſequenti, quæ extraordinariam petitionem complectuntur, ſic ſcripſiſti, & intellexiſti, ut ais, etiam ordinariam complecti. Concluſiſti igitur inde illo loco extraordinariam petitionem ſignificari, cui concluſioni hæc ſimilis eſt, Animalis appellatione continetur brutum, & homn. Aſinus eſt animal: ergo eſt homo. Neſcis argumentum à genere ad ſpeciem nihil valere ad adfirmandum.

Sequitur ex hac cauſa pupillo facile dari reſtitutionem in integrum. Probabilius diceres, uſucapionem non valere, quia is, qui emit ab eo, qui pro tutore negotia gerebat rem poſſidet ſine titulo. *l. Celſus, de uſurp. & uſuc.* quia ille vendidit, ut tutor, & tutor non fuit, ideoque pupillo ipſo jure competere rei vindicationem. Sed neque hanc dari vis, neque illam facile dari prnbas, ſed juſta ex cauſa tantum, quod neque ille negavit.

Rurſus ais, rem pupilli propriam poſſe uſucapi, quod tantum abeſt, ut ſit verum, ut nec res pupilli poſſit adquiri longo, vel longiſſimo tempore, *l. 3. C. de præſc. 30. ann.* nec ſane ullo caſu uſucapi poteſt, *l. bonæ fidei, de adq. rer. dom. l. ſi communem, quemad. ſer. amitt.* M. Tullius L. ad Attic. *De tutela nihil poſſe uſucapi.* Non in caſu *l. etiamſi, de minor.* quam tu in medium adducis, qui ut Accur. ſentit, recte non eſt de uſucapione rei pupillaris, quæ cœperit à pupillo, ſed de uſucapione rei hereditariæ, quæ cœperit à defuncto. Cæteras leges, quæ de uſucapione tractant rerum pupilli, medicandus es ſi non tibi perſuades eſſe verum, quod etiam Accur. ſenſit accipiendas eas eſſe de rebus alienis à pupillo bona fide poſſeſſis, non pupilli propriis.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic calumniatur argumentari me ſutiliter, qui nullum ejus argumenti indicium in ſcriptis meis deprehendere poſſit. Illud quidem notavi, Ulpian. perſequendi vocabulo fuiſſe uſum in *l. 4. §. ſi qui non tutor, ff. de dol. except.* quæ dictio generaliter, & extraordinarias perſecutiones, & actiones complectatur, ut dixi. Et quidem illi loco eam ſignificationem generaliorem accommodari docui, qua extraordinarias petitiones, ſicque & eas, quæ mediante in integrum reſtitutione fiunt, comprehendit, quod cum ibi res uſucapta proponatur, non alıter perſecutioni locus eſſe poſſit, quam reſciſſa uſucapione. Sed non ut propterea concluſerim illo loco perſecutionis vocabulo extraordinarias perſecutiooes ſignificari, quod hoc vocabulum non tantum ordinariam, ſed & extraordinariam petitionem ſignificet, ut ille inſulſiſſime calumniatur, quod nemo ex meis ſcriptis colligere ullo modo poſſit. Sed quid agat, quem deficit, in quo mordendo furentem rabiem expleat?

Illud autem, quod ait, re pupilli à protutore venditā uſucapionem non valere, non probat ea quam citat *l. Celſus, ff. de uſuc.* & præterea repugnat uterque locus, de quo agit, ut & ei, quod exinde contendit rem pupilli propriam non poſſe uſucapi, cum Ulpian. rem pupilli uſucaptam aſſumat, quam poſtea pupillum ut ſuam perſequi poſſe ait. Celſus vero de non uſucapta ita loquitur, quaſi quæ uſucapi potuerit: aut fruſtra de uſucapta loqui neceſſario agnoſcere cogeremur, cum ea de pupilli immobilibus rebus loquatur, nec aliis, ut patet illo contextu, quia iſtiuſmodi pupilli res, ſine decreto alienari nequeant, propterea eas uſucapi non poſſe dixit. Cum autem mobiles, & ſine decreto alienari poſſint, ſequitur in his uſucapioni locum eſſe, ſi vel à tutore, aut protutore, aut etiam à pupillo, quem puberem credat emptor, vendantur, *l. 2. ſi à pupillo, ff. pro empt.* Nec obſtat *l. ult. C. pro empt.* quæ quidem de eo loquitur, qui ſimpliciter ab eo, quem ſciebat pupillum, ſine tutoris authoritate emit, quem ne longi quidem temporis poſſeſſionis ſpatium defendere ait.

Diſcrimen perpetuatæ donationis, & quaſi perpetuatæ, apud Juſtin. in l. ſancimus, §. ult. C. de donat.

CAP. XXV.

JOHANNES ROBERTUS.

EA quibus aſſeruimus negationem recens invectam plane reſpuere Juſtinianum in *l. ſancimus, §. ult. verſ. ſin autem etiam heredum, C. de donat.* etſi illa noſtra vellicans ne conetur quidem refellere, quia deſit ratio, qua probabiliter id fiat, tamen quod unum leviuſcule objicit noſtræ interpretationi, diluere præſtiterit, quam ſuſpenſum, & animi dubium Lectorem relinquere. In eo igitur, quod ita interpretati ſumus illum locum, ut ſi adjecerit, qui annuum quid donavit, tempus vitæ vel ſuæ, vel donatarii, hoc eſt, expreſſerit certum aliquod tempus, ad quod uſque poſt mortem vel ſuam, vel ejus cui donat, voluerit eam donationem extendi, una intelligatur eſſe plurium annorum quaſi perpetuata donatio, objicit ille, breve adeo eſſe poſſe id tempus, quod ita alterutrius vitæ adjectum eſt, ut ſi ſtatim poſt donationem factam illum deceſſiſſe contigerit, ad cujus vitam tempus adjectum fuit, breviſſimo tempore finem accipiat donatio, puta vel biennio, vel etiam minore tempore. Quis igitur exiguæ ſummæ annuam donationem hoc caſu, ut unam & perpetuatam inſinuatione egere dixerit? Cum ſumma præſtationum, quæ ſecutæ ſunt, ſummam ex legis præſcripto inſinuationi obnoxiam excedere non potuerit, & planum ſit eum, qui ita vitæ tempus adjecit, noluiſſe facere perpetuam obligationem. Quod quidem in ſpeciem urgere videri poteſt. At peni-

A tius verba, & quibus Juſtinianus uſus eſt, & quibus illum ſubſecutus ſum, expendentibus haud ita difficilis erit ejus nodi ſolutio: quippe ſi expendemus duos ibi caſus propoſuiſſe Juſtinianum, quibos annuæ qualitatis donationem unam eſſe intelligat: Priorem quo fecerit ſimpliciter heredum mentionem, hoc eſt, nulla certi temporis limitatione addita: Poſteriorem, quo vitæ vel ſuæ, vel donatarii, vel etiam heredum tempus adjecerit, ut in illo priore intelligat unam eſſe, & vere perpetuatam donationem, juxta *l. ſi Stichum 16. §. ult. ff. de verb. oblig. & l. Senatus 35. §. ult. ff. de mort. cau. donat.* quia heredum appellatione, & heredes heredum contineantur, *l. heredis appellatio 65. & l. heredis appellatione 170. ff. de verb. & rer. ſign.* In poſteriore vero ſit quoque una, at non perpetua, verum quaſi perpetuata, & quaſi denſioribus donationibus cumulata.

B Quibus verbis, nec aliis uſus ſum poſt Juſtinianum, in d. *§. ult. in verb. Tunc ei quaſi perpetuata*, & verbis, *Et quaſi denſioribus.* Ubi continuatione ejus qualiſcunque temporis opulentiorem interpretatur effectam donationem: ideoque ad finem uſque illius temporis eſſe unam, utpote non ſimpliciter ab incerto fortunæ exitu omnino pendentem, cum certus annorum nomerus ſit adjectus: Quo nomine ejuſdem contextus argumento patet aperte non poſſe tunc tot dici donationes, quot illi ſint anni: ſed ut minimum tempore donationis factæ fuiſſe illius certi temporis vitæ adjecti cumulationem cum eo faciendam, quod ſperari potuit longiſſimæ hominis vitæ, quam in iſtiuſmodi dubiis centum annorum ſeſe lex interpretari ſolet, *l. an uſusfructus 62. ff. de uſufr. & l. uſusfructus 3. ff. de uſu, & uſufr. leg.* juncta *l. ult. C. de ſacroſ. &*

C *princ. Auth. ut eccleſ. Rom. centum annorum, novell.* 10. Sed quia in dubio lex interpretatur diſponentes perpetuum magis quam temporale efficere quid voluiſſe, *l. cum quidam 23. cum l. ſeq. & l. annuam 6. & l. annua* 20. *ff. de annu. legat.* neque certum id tempus in iſtiuſmodi donationibus ſoleret aliud, quam longum adjici, *arg. §. emphyteuſin, in Auth. de non alien. aut permutandis rebus Ecc. Nov.* 7. *& principio Auth. de alienat. & emphyt. novell.* 120. propterea quaſi perpetuatas donationes iſtas in univerſum inſinuandas eſſe juri, & rationi magis conſonum Juſtinianus exiſtimavit. Omitto, quod cum prius locum illum ita correxiſſet ille, ut pro *Vel adjiciatur*, legendum aſſereret, *Vel non adjiciatur*: exinde poſteriore tempore pro *vel*, ſimplicius reponi maluit *Nec*, ut eo magis ferenda videri poſſit, quo minus à recepto, & vero contextu. Ita ob

D duas tantum commutatas literas aberit nova iſthæc religio, ſed tamen tàm hoc, quam illud diſconvenit, ut ex his, quæ autem ſcripſimus, patere confido.

ANTONIUS MERCATOR.

UBique comperio pertinaciam, & iracundiam tuam tibi mentem immutare. Cum dixiſſes in *l. ſancimus, §. ult. C. de donat.* hæc verba, ſi adjiciatur tempus vitæ, vel donatoris, vel ejus, qui donationem accepit, hunc ſenſum referre, ſi adjiciatur certum tempus, quo etiam poſt mortem donatoris, vel donatarii annua quantitas præſtetur, quæ donandi animo in ſtipulationem deducta eſt, & ego plaoe viderem hoc ſenſu, nihil eſſe magis alienum à verbis, quod nemo etiam eſt, qui non videat, & tamen oſtendere vellem etiam non convenire hunc ſen-

E ſum menti, quam Juſtiniano fuiſſe dicis, ut proponeret duos caſus, quibus ſtipulatio annuæ quantitatis indigeret inſinuatione, hac ratione uſus ſum, quod hoc ſenſu adhibito unus tantum non duo ponantur caſus te unum eundemque partiri in doos, quorum uno heredum ex utraque parte fiat mentio, altero vero protrahatur donatio etiam poſt mortem donatoris, vel donatarii in tempus certum, quod ego dicebam nihil aliud eſſe, quam in heredes donationem procudere in tempus certum, & heredum tacitam facere mentionem, atque ita hunc caſum non eſſe alium ab illo, tu contra pertendis duos eſſe caſus, uno quo heredum facta mentione nullus penſitationi præſtituitur certi temporis finis, altero quo beredum facta mentione tacita, vel expreſſa præſtituitur certum

tem-

Digitized by Google

tempus, & illo caſu perpetuam eſſe donationem, hoc vero caſu, quaſi perpetuam, cum ſine ulla caſuum diſtinctione Juſtinianus dicat eſſe, quaſi perpetuam ex temporis appoſiti, vel omiſſi ratione, neque æſtimata re, neque diviſa, quia hac in re temporis adjectio non variat caſum. Uſus etiam ſum rationibus quas recitas, neque refellis aliter, quam dicens, poſitis, ut feciſti, duobus caſibus ſatis eas refelli: uti vero refellantur, neque doces, neque ullus videt. Pone duos illos caſus quantum voles. An ideo non poterit eſſe locus iniquitati, & incommodo, quod evenire poſſe notavi ſi defuncto donatore, vel donatario eo ipſo anno, quo donatio forte annorum quinque facta eſt, & prolata in annum poſt mortem alterutrius, tam exiguæ ſummæ inſinuatio ſub incerto fortunæ fuerit exacta? & ex hoc eventu incerto etiam uon erubeſcis dicere eam non pendere donationem, quia, inquis, certum diem habet: quod eſt manifeſto contra *§. pen. d. l. ſancimus*. Marrucine, diſce tandem Juſtinianum in *§. ult.* unum tantum caſum proponere, quo ſtipulatio annua, quæ donationis cauſa interpoſita eſt indiget inſinuatione, ſicut in *§. pen.* & unum tantum poſuit, quo non indiget inſinuatione, qui eſt de adjecto tempore vitæ donatoris, vel donatarii, cui merito etiam ſubjicitur ex diverſo unus alius de non adjecto tempore vitæ, ſed prorogata penſitatione in heredes, ut Iſidorus græcus interpres legit recte in *d. §. ult.* & Dominus probavit, tui arbitrii, aut ſane non tui, quod nullum eſt, ſed alieni arbitrii faciens legere, vel non adjiciatur, aut nec adjiciatur, quid enim intereſt?

JOHANNES ROBERTUS.

HIc nihil niſi actum agit, ea quæ ab ipſo dicta jam fuerant, inculcans, non quo eam, quam temere invexit, negatinnem. Juſtiniani ſententiæ, & verbis convenire contendat, *iu l. ſancimus*, *§. ſi quis autem talem*, *verſ. ſin autem*, *C. de donat.* (hæc enim ut deploratæ cauſæ poſtrema cura eſt) verum ut etiam admiſſa interpretatione mea, ibi non duos caſus proponi demonſtret (quod ego aſſeruerim) ſed unum tantum, & in eo caſu ſubſit iniquitas, & incommodum. Sed quibuſnam aliis argumentis id probare conetur, quam quibus ego abunde ſatisfecerim, non perſpicio. Nam quis neget eum caſum, quo quis annua decem à ſe heredeque ſuo præſtanda donaverit Titio ejuſque heredibus ab illo diverſum eſſe, quo annua decem Titio donaverit, quoad vivet, & eo amplius triginta poſt ipſius mortem annis præſtanda? Illo priore caſu vere perpetua eſt donatio, ut explicui: hoc vero non eſt perpetua, cum certo tempore poſt ejus mortem ſit vallata: ſed tamen quo nomine huic certum tempus præfinitum eſt, nec per conſequens ſic omnino ab incerto eventu pendet, ut velut conditionalis, ſingulis annis ejus dies cedere dici poſſit (unde tot cenſeri queant donationes, quot ſint anni ad quos extendatur) ea ut continuatione illa temporis magna, & opulentior effecta, quaſi perpetuata, & una intelligatur, & idcirco quaſi dentioribus donationibus cumulata excedat legitimum modum, inſinuatione egeat, ſunt enim hæc Juſtiniani ipſamet verba. Quibus verbis etiam diluitur, quod de iniquitate queritur oblatrator, ſi defuncto donatore, vel donatario eo ipſo quo donatio facta ſit anno, cum ea prolata fuerit in annum forte unum ſollummodo, poſt donatarii, qui deceſſerit mortem, exiguæ forte ſummæ donatio, ea inſinuationis neceſſitati ſubjaceat. Non enim tam id, quod, ut confingere libuit, rarius evenire poteſt, attendendum eſt, quam ipſa legis ratin expendenda: hanc enim meritn animam legis eſſe dicimus: Quippe iſta in re hæc, quæ efficit ut in plures annos producta donatin plurium illorum annorum, vel una intelligatur eſſe, vel juxta annorum ad quos protendatur numerum multiplex: quippe quod nullo prorſus certo annorum numero annuæ donationi præſtituto, ea ab incerto eventu, ſive (ut Juſtin. loquitur) fortunæ exitu pendens, conditionalis ſit, & quod cuique anno hæc conditio inſit, ſi hoc anno ſupervixerit; quo fiat ut cum unoquoque anno ejus dies cedat, tot donatinnes intelligantur, quot anni. At cum certus annorum numerus præſtitutus eſt illi vitæ alterutrius curriculo (quod ut brevius, ita & productius eſſe queat) non poſſit unoquoque anno ejus donationis dies cedere, nec quidem ejus vitæ, quod etſi decederet, ſic continuatione temporis certi, & quod eo mortis anno deficere non poſſit, cumulatæ. Itaque licet perpetua non ſit, eo tamen nomine quaſi perpetua, utpote eo ad perpetuarum naturam magis accedens, merito à Juſtiniano judicata ſit, prob. *hoc d. §. ſi quis autem talem*, *verſ. incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis ſuggeſſit*, *& verſ. ſin autem etiam*, *& arg. l. Senatus 35. §. ult. in fin. ff. de mort. cauſ. donat. & l. 1. iu princ. ff. quand. dies leg. cedat.* Et quæ tanta inde (ut axclamat) iniquitas? quodve tantum incommodum ſemel ob id faciendæ apud acta inſinuationis? cum maxime id præſtet donationis inſinuatio, ut ea interveniente clandeſtinæ fraudes vitari queant, nec pro negotii opportunitate facile quidvis confingi, vel id quod vere geſtum eſt, aboleri poſſit. Quod inſinuationi introducendæ cauſam præbuiſſe optime explicat Conſtantinus in *l. data 27. C. de donat.*

Quibus caſibus uſurarum nomine creditori pignus retinere liceat, & de repromittendi verbi ſignificatione.

CAP. XXVI.

JOHANNES ROBERTUS.

SED videamus, an aptius idem commutarit eandem illam particulam *Vel*, in *Nec*, apud Ulpian. in *l. ſolutum 11. §. ſi in ſortem 11. ff. de pignor. act.* Is duo tantum interpretationi, & receptæ lectionis defenſinni noſtræ objicit. Alterum eſt, dum verba hæc illius contextus *Vel in uſuras*, prout in exemplaribus omnibus extant, retinemus, & ea non intelligimus de pignore obſtricto in uſuras duntaxat, ſed de obligatn in ſortem, & uſuras ſimul, ex eo ſequi, fruſtra poſtea ſubjici, *eo ſoluto propter quod obligatum eſt pignus, locum habere pignoratitiam.* Siquidem antea propoſuerat id in utramque cauſam obligatum & ſortis, & uſurarum. Quod qui colligi inde queat, atque etiam, qui à nimia abſurditate, ne dicam inſcitia, ratiocinatio hæc defendi poſſit, plane non diſpicio. An enim, cum duos caſus illic nominatim conſtituam interpretatione mea, obſtricti pignoris vel in ſortem tantum, vel etiam in ſortem, & uſuras, inde colligi ulla ratione poteſt, fruſtra poſtea ſubjici, eo ſoluto propter quod pignus obligatum eſt, pignoratitiæ actioni locum eſſe, cum ex priore caſu ſola ſorte ſoluta huic locus ſit, etiamſi uſuræ ſolutæ non ſint: poſteriore vero non aliter quam ſi utrunque ſolutum fuerit? Et vero plane fatuus, & ineptus hic ratiocinandi modus, quo duobus conjunctim poſitis ex eorum uno tantum argumentum ducitur. Alterum eſt, quod objicit, illo admiſſo fieri, ut idem caſus fruſtra repetatur in poſtea ſequente verſic. *Si tamen pignus.* Et quidem ſi verſiculus is ſuperiora illa proxime, & immediate (quod ajunt) ſubſequeretur, nullo alio interjecto, id quidem illam interpretationem noſtram in dubium revocaret. Verum aperte reclamat contextus, in quo cum generaliter primum illud dixiſſet Ulpianus, ſi in ſortem, vel etiam in uſuras obſtrictum eſt pignus (ut illic probavi ſic ampliative intelligi poſſe, & intelligendam eſſe particulam illam *Vel*, ut & in *l. ſi quis ita 32. ff. de aur. & arg. leg. & in l. à te 32. ff. de novat.*) *eo* (inquit) *ſoluto propter quod obligatum eſt*, *locum habere pignoratitiam*. In quo cum dubitari poſſit, an ubi quoquo modo ſicque vel nuda tantum pactione in uſuras obſtrictum eſt pignus, illud obtineat, ob id, quod uſuræ non aliter ex mutuo peti queant, quam ſi per ſtipulationem promiſſæ fuerint, *l. 3. C. de uſur.* ſubdit illud, utroque caſu obtinere, & quo in ſtipulationem, & quo in pactionem deductæ fuerint, ſi modo pignus, & in eas alterutro modo obligatum ſit, ut quamdiu quid ex his debeatur, ceſſet pigno-

Digitized by Google

gnoratitia: Eo ſimul indicans, pignus in ſortem ſimpliciter datum in uſuras minime obſtringi, tametſi de uſuris præſtandis ſeorſim pactione convenerit. An vero hæc ſuperiorum ſimplex repetitio exiſtimanda? Nec minus perverſe etiam idem ex ſcriptis meis colligir, aſſerere me, multum intereſſe, ante, an poſt pignoris pactio de uſuris præſtandis fiat. Nam ut omnia adamuſſim expendas, non alio interpretationem meam recidere comperies, & ſuperiorum conciliationem cum *l. per retentionem, C. de uſur.* quam ut conſtituam, non aliter eas etiam retentionis jure ſervari poſſe, ſive in ſtipulatum, ſive in pactionem deducta ſint, quam ſi pignus nominatim, & in eas quoque fuerit obſtrictum, quod probetur *d. l. per retentionem 4. C. de uſu.* Quam legem, quod addiderim de uſuris per ſtipulationem promiſſis intelligendam argumento eſſe verbum repromittendi, quo illic utuntur Impp. Sever. & Antonin. ridicule à me fieri calumniatur ridiculiſſimus homo: quaſi (inquit) non eo verbo paſſim, & ſponſio ſignificetur, & pactum, & nudus conſenſus, & dictio, & pollicitatio, & contractus omnis: alioqui (inquit) minus eſſet promittere, quam ſpondere. Advocat & Senecam (cum nihil ſit opus) idem ille (qui iſtiuſmodi conſarcinationibus multiſcius haberi cupit) qui plura promittendi, quam ſpondendi verbo comprehendi evincat. Quibus quidem, & aliis, quos citat locis, promittendi, & ſpondendi verborum mentio fit, nuſquam vero repromittendi: Et ego nuſquam negavi latiorem eſſe promittendi, atque etiam repromittendi, quam ſpondendi ſignificationem. Illud tantum obiter dixi, argumento eſſe iſtud verbum imperatores Severum, & Antonin. proprie loqui ſolitos, de uſuris per ſtipulationem promiſſis id intellexiſſe, quod hoc repromittendi verbum proprie magis ad ea, quæ per ſtipulationem promittantur, in jure referri ſoleat, adeo ut nudam quoque repromiſſionem lex per ſtipulationem fieri interpretetur, *l. 1. §. ſtipulationum, ff. de Prætor. ſtipul.* Quod adeo neminem mediocriter in jure verſatum in dubium revocaturum credidi, ut autoritatibus id comprobare piguerit, cum facile id eſſet, ut quidem probatur *d. §. ſtipulationum, l. 5. §. ſi is, cui, ff. de oper. nov. nunciat. l. 5. ff. de ſponſal. l. hoc amplius 9. §. quæſitum, & l. qui bona 13. in princ. & §. 1. & l. damni 30. verſ. utrum, ff. de dam. infect. l. ſi quando 6. ff. ut legat. nom. caveat.* Hincque repromiſſio ſatiſdationi opponi ſolet, ut illum repromittere recte interpretatur Alciat. qui nuda ſtipulatione ſe obligat, *in l. ſatiſdationis 61. §. 1. ff. de verb. ſignif.* probat. *d. §. ſtipulationum.* Neque tamen, ut inficier in generaliore ſignificato, & ad ſimplicem quoque promiſſionem nonnunquam referri, ut in aliis quoque compoſita ſimplicium loco ſumi ſolent: ſed & rarius id fieri intelligamus, & cum hoc fit, ſæpius addi quid ſulere, quo id extra propriam ejus ſignificationem ita ſumi ſubnotetur, puta nuda pollicitatione repromitti, juxta *l. in fraudem 10. in prin. ff. de his, quib. ut indig.*

ANTONIUS MERCATOR:

VErba Ulpiani, quæ adjectio articuli, Etiam, inquam excogitaſti, temerat atque corrumpit in *l. 11. §. ſi in ſortem, de pign. act.* hæc ſunt, ſi in ſortem dumtaxat, vel in uſuras obſtrictum eſt pignus. Quis unquam ſanus, & ſiccus hæc legendo dicturus eſt, Ulpianum loqui quidem de pignore obſtricto in ſortem tantum, non etiam de pignore obſtricto in uſuras tantum, ſed de obſtricto in uſuras, & ſortem? quod tamen tu dixiſti, dum legis, aut intelligis, vel etiam in uſuras, pro in ſortem, & in uſuras. Quis etiam paulo verſatus in arte diſſerendi dicturus eſt, quod tu dixiſti, qui ejus artis communiſve ſapientiæ ne pilum quidem habes ἀσυλλόγιστον eſſe, quod Dominus ait, ſubjectis ſtatim his verbis, Eo ſoluto, propter quod obligatum eſt, quo ſingulari modo eum tantum caſum attingit, quo pignus ob ſortem tantum obligatum eſt, eum omittere alterutrum, quo tu fingis contra verba Ulp. pignus obligatum fuiſſe in uſuras, & in ſortem. Atquin non potuit alterum omittere, qui duos conjunxerat caſus. At vel omiſit tamen, vel ea verba, Eo ſoluto, propter, quod obligatum eſt, retulit ad utrumque caſum, etſi ad utrumque, ergo utroque pignus obligatum fuit in unam cauſam tantum, uno in ſortem tantum, qua ſoluta pigneratitia agi poſſit, altero in uſuras tantum, quoniam caſui, quo id obligaverit in omnem cauſam ea verba, Eo ſoluto non conveniunt. Argumentatur ex verbis Ulpiani, non ut tu dicis, neſciens plane quid dicas, ex uno caſu tantum: nec inepte tamen argumentaretur ex uno caſu hoc modo, Si duo ſunt conjuncti caſus, & prior eſt de pignore obligato in unam cauſam tantum, puta in ſortem, poſterior non poteſt eſſe de pignore obligato in utramque cauſam, puta in ſortem, & uſuras, quoniam ſunt impares caſus, & ἄζυγοι, ut philoſophi loquuntur. Debet igitur, & poſterior eſſe di pignore obligato in unam cauſam tantum, puta in uſuras, quod & exigit tertius caſus, qui ſequitur in eodem *§. ſi in ſortem*, & proponitur his verbis, ſive autem uſuræ in ſtipulatum deductæ ſunt, ſive non, ſi tamen pignus, & in uſuras obligatum fuerit, &c. hoc eſt ſi pignus obligatum fuerit in ſortem, & in uſuras ex ſtipulatione, vel ex pacto debitas, aut ſane tuo quidem judicio, qui ſemel ſupra propoſitus eſt, deinceps ſupervacue proponitur, quod & tu fateris ſi ea verba ſuperioribus proxima ſunt: Proxima autem eſſe non potes negare, niſi eadem opera negas proximum verbo nomen proximum ſubjecto prædicatum, aut verſui primo proximum eſſe ſequentem. Cætera quæ ad hanc quæſtionem pertinent, quæ tu ignoraveras, copioſe explicat Obſer. xv. Ubi quæ diſtinctio rejicitur inter uſuras, de qnibus convenit tempore contracti pignoris, vel antequam pignus contraheretur, & eas, de quibus convenit poſt contractum pignus, cum eam tuam eſſe negas impudentiſſimus es. Verba tua, quibus caſum explicas, quo pignus acceptum in ſortem, non tenetur in uſuras, hæc ſunt. At ſecus, in his uſuris, de quibus præſtandis, neque antea conveniſſet, neque tunc convenerit cum res pignori daretur: nam earum ratione pignus retineri non poteſt. Quæſo his verbis, de quibus uſuris loqueris, niſi de his, de quibus poſtea convenit? has igitur ſeparas ab his, de quibus ante convenit, ita ut in has quidem pignus teneatur, ſed non etiam in illas: quam differentiam cum pervicimus eſſe falſam, non habes aliud quam ut dejeres te non dixiſſe. Dejeras etiam te dixiſſe, non aliter in uſuras pignus, quod in ſortem datum eſt retineri, quam ſi & in uſuras nominatim fuerit obligatum. Et tamen verba hæc ſunt tua, uſurarum nomine pignus detineri poſſe, quamvis id non fuerit in uſuras nominatim obligatum. Deliras ſimul, ac dejeras.

Extremus actus hujus capitis eſt Morychi cujuſdam actus, dum cauſaris tibi cum dixiſſes repromittere, non debuiſſe objici locos, quibus eſſet ſcriptum promittere, non repromittere, ac ſi ſeſquiaſine, non poſſit unum idem atque aliud neque plus, aut minus. Dum dixiſſe dominum repromittendi verbo comprehendi non ſponſionem tantum, ſed & pactionem, & dictionem quamcunque, & ſubjeciſſe: alioquin minus eſſet promittere, quam ſpondere, qui ſubjecit, Et minus eſſe promittere, quam ſpondere. Dum ſcribis Senecam ab eo vocari in teſtimonium, ut vincat plus comprehendi verbo promittendi, quam ſpondendi: quinimo eum vocat in teſtimonium, ut vincat minus comprehendi: in quo diſpiciendo, ut verbo tibi familiariſſimo utar, hæret aqua, vel aſinus tibi potius, ut adoptio tui ipſius occulta probat, quia neſcis, quam variè dicatur plus, aut minus, vel ut latine loquar, quia nihil ſcis, ac ne Calepinum quidem, in quo totus es, ut à Bartolo te vindices, & iis recentioribus, qui te male urunt, facias parem, quibus non ſi te ruperis æquabis unquam. Vetuſta maceria oneri ferundo non eſt. Nihil addo amplius. Imo & hoc Potitio te, ſtultiorem eſſe cum ſcribis nihil fuiſſe opus teſtimonio Senecæ: nam neque addis, cur non fuerit opus, neque agnoſcis tibi ex illo Senecæ demonſtrari minus eſſe promittere, quam ſpondere, quod tu neſciebas, nec ſcis adhuc qua ratione minus ſit, nec è contrario qua ratione etiam dici poſſit plus eſſe, vel idem omnino eſſe. Cum etiam unum tantum ex Seneca lo-

locum adferre, id conſarcinare vocas. Cum iſtis conſarcinationibus Dominum meum multiſcium, ut loqueris haberi cupere ais. Sic ſane, ut eſt, cupit haberi juxta Æſchylum, & Ariſtotelem, Cupit eſſe bonus, utilis, verus, & fidelis juris interpres, ſimul & haberi, aut ſi non ſit, nec haberi. Ac poſtremo cum eodem argumento uteris, quo uſus es cap. XXIII. Repromittendi verbo in legibus quibuſdam ſignificatur ſtipulatio: ergo & in *l.* 4. *C. de uſur.* quod tamen te obiter dixiſſe dicis, quaſi veniam petens. Velles tibi obiter dicta dari. Darentur omnia, quoniam omnia ſunt, quaſi obiter dicta. Si quid omiſi, Lorarii ferte opem, & agite. Agite etiam in id, quod ex Alciato probat repromittendi verbo ſignificari ſtipulationem, ac ſi judice primo hujus rei, quæ notiſſima erat.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic quoque quid aliud, quam actum agit? Certe adeo nihil ſophiſticis ratiocinationibus ſuis urget, ut vel in ipſius cauſam propenſiſſimos, dummodo mediocriter ſaltem in juris lectione verſatos, judices mihi non recuſem. Primum nec excogitavi, nec adjeci articulum etiam, ut calumniatur me ejus morem in temerando, & corrumpendo ſubſequi. Legat iterum mea, & intelligat, agnoſcet intra ſe, eam addidiſſe me nunquam. Deinde in eo, quod repetitis ex libris Receptæ lectionis verbis meis probare conatur falſo me poſtea negare diſtinctionem à me adhibitam inter eas uſuras, de quibus tempore contractus, & illas de quibus poſtea convenerit, ſubſidat paululum fervidior ejus bilis, & ſedatior factus expendat me quidem inficiatum, ſimpliciter à me fuiſſe dictum, intereſſe multum, an ante, an poſt pignoris obligationem pactio de uſuris præſtandis fiat: quæ verba indicant non ſimpliciter me id dicere, & generaliter extendere, ſed non alio, quam ad ipſius (cujus objecto reſpondebam) ſententiam referre voluiſſe (quippe qua is ſpecialem, & in uſuras quoque pignoris conventionem eodem ipſo loco exigi, eoque referre contendit, *l.* 4. *C. de uſuris*) arguunt, quæ paulo poſt, & conjuncta orationis ſerie, non aliter promiſſas retentionis jure ſervari poſſe ſignificant, quam ſi pignus nominatim, & in eas quoque fuerit obſtrictum, quod prob. *d. l.* 4. At illam diſtinctionem, quam objectat prius à me traditam, ad eas uſuras à me relatam fuiſſe patet, in quas non fuerit nominatim pignus obſtrictum, ſed quæ ſimpliciter pactione promiſſæ fuerint, non autem pignore, & in eas nominatim obligato. In quibus non aliter unquam ſenſi, quam plurimum intereſſe, an eo tempore, quo res pignori data eſt, aut ante de iis præſtandis pactione convenerit, an vero poſtea: ſiquidem illo caſu, ex conſequentia ſortis, & in uſuras quoque illas pignus eatenus obſtrictum intelligi, ut earum non ſolutarum ratione creditori retentione pignoris uti liceat, iſto vero poſteriore non liceat, idque comprobari *d. l.* 4. Quod duobus locis illo noſtro Receptæ lectionis *lib.* 1. ſcriptum extat. Dejeraſſe autem me, aut ab alio in eam rem, aliamve ullam dejeratum eſſe, cum nuſquam toto illo capite dixerim, quæ (malum) non jam impudentia, ſed inſania in hoc eum agit, ut dejurium mihi objectet? Et quid fuit ut dejeraſſe me confingeret, aut iterum verba mea repeteret, cum illud, etſi dejerarim, nunquam etiamnum aperte profitear, at eo quem aſſequi, aut noluit, aut non valuit modo?

Extremo actu atrocius inſultat, quod quo loco ambigue ſcripſerit, *& minus eſſet promittere, quam ſpondere*, ſic acceperim, quaſi ſcripſiſſet, & intellexiſſet, *alioqui minus eſſet promittere, quam ſpondere*; ac cum inde id eum voluiſſe exiſtimarim, latiorem eſſe promittendi, quam ſpondendi ſignificationem: ille contra in eam partem ambigua illa verba accipere ſe exclamet, ut ſignificent minus eſſe promittere, quam ſpondere, & ad hæc (quaſi qui nos confoderit) mire exultans, quibus poteſt mordacibus dicteriis, maledictis, & probris nos virulentiſſime adlatrat, & impetit. Sed illud omne, quo ſeſe

A tantopere attollit, quaſi me obſtrictum in anguſtias redegerit, quonam ſpectare dicet? quidve ad illud, quod quærimus, ſpectare? quippe refellendum, quod utroque loco volui, Repromittendi verbum proprie magis ad ea in jure referri ſolere, quæ per ſtipulationem promittantur, quo traditam à nobis extremæ partis *d. l.* 4. interpretationem comprobarem. Sed quod obiter id me dixiſſe adjeci, hoc eſt curſim, & aliud præcipue agentem, nec in eo immorari volentem, id vero me quaſi dicti veniam petentem dixiſſe cavillatur, omnia ad calumniam rapere ſolitus, & in iſtis inanibus venti campum ſe nactum arbitratus, mirum in modum ſibi placet. Attamen cupit, inquit, eſſe bonus, utilis, verus, & fidelis juris interpres, ſimul & haberi. Quis enim iſta ſcribentem non ludificari potius, quam ſerio eum agere credat, B cujus ſcripta, dicta, factaque omnia, his fallacibus verbis repugnent. Faxit Deus Optim. Max. ut tam illud prius vere, & ex animo cupiat, quam hoc ſolum poſterius animoſe indigniſque modis captat.

Non eſſe neceſſe Gordiani reſcriptum in l. unic. C. etiam ob chirog. pec. pig. *teneri poſſe, de duabus ſortibus intelligi.*

CAP. XXVII.

JOHANNES ROBERTUS:

SUPERIUS caput jam exaraveram, cum recens C prodierunt & alia ejuſdem autoris ſcripta, in quibus non jam illud aſſerit, quippe. *Vel* in *Nec* mutandum eſſe *in d. §. ſi in ſortem*. Verum ne plane manus dediſſe dicatur, illud præfatus, fortiter poſſe defendi eſſe forte veram illam ipſius emendationem, poſtea non tantum agnoſcit nihil ibi eſſe mutandum, ſed & ex Baſilicis libris id confirmat (in quibus nihil ex recepta lectione mutetur) & ex ratione *l.* 4. *C. de uſur.* hoc eſt, ea quæ potiſſimum illam ejus emendationem, in qua non perſtat, improbaram. Et tamen refractarium vocat, qui quod verum plane hic agnoſcit, humaniſſime docuerim. Inde vero deditionis illius ignominiam egregio aliquo facinore abolere contendens, perſpicuum Gordiani reſcriptum *l. unic. C. etiam ob chirog. pecu. pign. teneri poſſ.* ſic explicare adgreditur, ut, *Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων*, D id omne conturbet. Ac primum in eo, quod Gordianum de duabus tantum ſortibus loqui interpretatur, hypothecaria quippe, & chirographaria: & quod ſit ea ſingularis, & nova conſtitutio, eo reſtrictius eam accipiendam eſſe ait. Quam perſpicax hominis ingenium, qui dum finem tantum illius reſcripti ita explicat (ut quidem ejus poſtremæ parti illud accommodari poteſt) non diſpicit anteriora ejus verba cum ea ipſius interpretatione pugnare, cum quo loco generalem illius reſcripti ſententiam propoſuiſſet Gordianus, omnem omnino pecuniam, quæ ſine pignore debetur, ita eſſet complexus. *At ſi in poſſeſſione fueris conſtitutus, niſi ea quoque pecunia tibi à debitore reddatur, quæ ſine pignore debetur, eam reſtituere propter exceptionem doli mali non cogeris.* Quod generaliter propoſitum exinde accommodat quæſtioni, ad quam reſcribit, in qua quærebatur de chirographario debito, E & ſimul alio, quod ſub pignoribus debebatur. Non fruſtra igitur diſquiri ibi ſolet, cur in eo, quod uſurarum ratione debetur, aliud obtineat, quam in reliquis ſive principaliter, ſive acceſſorie debitis, quale acceſſorie debitum poteſt eſſe fidejuſſionis ex alia cauſa, ſive conſtituti. Atque ut illa non admittat, an vel propter impenſas in re pignori obligata factas, vel eo, quod propter illam rem intereſt, vel alterius rei pignori datæ, & venditæ evictionem retentioni locum eſſe inficiari poteſt? prob. *l. ſi neceſſarias in princ. & §.* 1. *ff. de pign. act.* arg. *l. ſi ſervus communis* 63. *§. bis etiam, ff. de furt.* Quæ quidem ad ſortem alteram chirographariam referri nulla ratione poſſunt. Nec eſt, quod argumento ex ipſa tituli illius

lius inſcriptione ducto; quis exiſtimet illius ſententiam juvari: quandoquidem chirographarii debiti, & chirographariæ pecuniæ appellatione, ea omnis ſignificatur, quæ quomodocunque ſit, pignore debetur: unde chirographarii creditores ad differentiam hypothecariorum dicuntur, *in l.pen. ff.de bon. auth. jud. poſſ. ſive de priv.cred. & l.4. & 6. C. eod. tit. l. ſi ſolvere 7. C. de nova. l. cum tibi* 10. *C. qui pot. in pig.*

In eo vero, quod attexit, non uſurarum odio illud jure conſtitutum, ne propter uſuras ex mutuo pactione nuda promiſſas pignus retinere liceat, ſed quia pacta incontinenti adjecta ſtricti juris contractibus (qualis eſt mutui) non pariant actionem, hominis ſtupiditatem ſatis demirari non poſſum, qui non diſpiciat illam ſe aſſertionis ſuæ rationem reddere, quæ eam manifeſte oppugnet. An enim in iis ſolis retentionis jure uti licet, quorum ratione nobis actio competit? Quis neſcit id juris, & illis quoque competere, qui exceptione ſola tuti ſint? *l.1. in pr. & ibi gloſſ. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolv. l.1. C. ſi res alie. pig. dat. l. utere, & l. ſi prædium in fi. C. de præd. & aliis reb. mino. l.1. in fi. pr. ff. de pig. l. ſi quiſquam, ff. de diverſ. temp. præſc. §. certe, & §. ſi Titius, de rer. diviſ. in Inſtit.* Illa autem pacta exceptionem ſaltem parere admittit, qui actionem illis adimit, ut neque ulla ratione id inficiari poteſt.

Verum enim vero, & in illo quoque aberrat, quod is actionem adimit, eoque ſolo movetur cum pleriſque aliis, quod non fruſtra nominatim in bonæ fidei contractibus generaliter dicantur pacta incontinenti adpoſita ex parte actoris ineſſe, & actionem parere, *l. juris gentium 7. §. quinimo, cum ſeq. ff. de pact. l. in bonæ fidei, C. de pact.* verum eo ſignificari non idem in aliis obtinere: quippe ſtrictis. Quod ita male colligit. Nec enim illud inde ſequitur, ſed id tantum generalius, & regulariter magis illud in bonæ fidei judiciis obtinere: quod, vel eo ſolo patet, de quo hic quærimus, quippe, quod pactum de uſuris præſtandis bonæ fidei contractui, incontinenti adpoſitum contractui ineſt, & actionem parit, cum non idem in ſtrictis obtineat, exceptis ſpecialiter nonnullis. *l. 3. l. frumenti* 12. *l. oleo* 23. *C. de uſur. l. etiam* 30. *ff. de uſur.* Sunt præterea, & alia, quorum in pactionem bonæ fidei contractui incontinenti adjectam deductorum ratione actio datur cum in ſtrictis aliud obtineat: nec tamen eo minus verum, id eſt, in aliis, pacta incontinenti adjecta ſtricti juris contractui, & ex actoris quoque parte ineſſe, & actionem producere, prob. *l. lecta* 40. *verſ. dicebam*, juncto *verſ. quamvis diverſa, ff. de reb. cred. l. ſi ita quis* 135. *§. Seja, ff. de verb. oblig. l. nec ex prætorio* 28. *ff. de reg. jur. l. Titius* 26. *ff. de præſcr. verb.* Sed hæc nos in alium opportunum locum rejicimus.

Quod autem idem, nec illud, nec quidquam aliud in jure civili ſcriptum odio uſurarum contendit, ut quarum nullum ſit jure civili odium, vix quiſquam alius ei conceſſerit: non quia exiſtimem generaliter quaſcunque uſuras jure hoc noſtro odioſas, ideoque conſtringendas eſſe, ſed illas tantum, quæ propter mutui officium accipiantur, quod debeat eſſe gratuitum. Cujuſmodi uſuram inde vulgo lucratoriam vocarunt, & jure divino prohibitam, & à Philoſophis plane damnatam; ut quidem Ariſt. *lib. 1. Polit. c. 7.* Fœneratorum artem odioſam, & omnium quæſtuariarum maxime præter naturam eſſe dixit, propterea quod lucrum ex ipſo nummo captet: ſicque non ſequatur eum finem, cujus gratia nummus fuit inſtitutus: quippe ad rerum commercia, & earum commutationes, eo mediante adæquandas, juxt. *l. 1. ff. de contr. empt.* ut pluribus idem illo loco perſequitur: *Et Ethic. lib. 5.* At in reliquis negotiis, in quibus alia, quam ſimplicis lucri ex nummis captandi ratione uſuræ, vel promittuntur, vel lege adprobante peti poſſunt, eas odioſas minime dici poſſe conſtat, cum, vel indemnitatis ſervandæ cauſa, vel ejus quod intereſt, aut ſuſcepti periculi penſationis ratione ſæpius præſtentur: unde eas compenſatorias uſuras vulgo vocarunt, ac quidem in multis etiam Pontificio jure adprobatas, juxt. *c. naviganti, & c. ſalubriter, ex. de uſur.* ab illis plurimum diverſas, quæ propter pecuniam mutuo datam exiguntur: quas quod debitorum ſubſtantiam hirudinum inſtar ſenſim exugant, & apud omnes bonos odioſas ſemper fuiſſe, & in jure hoc noſtro eſſe cenſeo. Quod ſi minus ipſis nominatim verbis lege expreſſum minime comperiatur, at vi ipſa, & effectu aliter id jure teſtatum reperiri contendo, ut quidem eo, quod ad certum, & exiguum modum arctiſſime reductæ ſunt, non autem arbitrio cujuſque relictæ, neque duplum excedere poſſunt, ut nec alterius ſortis renovationem ex iis præteritis facere conceſſum eſt, atque etiam in multis eas exigi leges vetuerunt, neque niſi certiſſima cautio, & certæ quidem ſummæ eſſet interpoſita, eas præſtari voluerunt; neque ab omnibus, *l. adverſus* 5. *& Auth. ad hæc, C. de uſur.* prob. *l. tutor* 41. *in fin.* junct. *l. quod in ſtipulatione, arg. l. mora* 32. *§. in bonæ fidei, in princip. ff. de uſur.* Illud quoque corollarii loco addam, quod Cicer. *lib. 2. Offic.* refert, cum à Catone Majore quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, reſpondiſſe, Bene paſcere: Quid ſecundum, Satis bene paſcere: Quid tertium. Bene veſtire. Et cum ille qui quæſierat, dixiſſet, Quid fœnerari? tum Cato, Quid hominem, inquit, occidere?

ANTONIUS MERCATOR.

SAtis oſtendi ſuperiori capite, quam ſit inanis, & nulla ratio, qua tu conaris tueri vulgarem ſcripturam *d. §. ſi in ſortem.* At modo ſuppetias venit tibi is ipſe in quem agis, & Obſer. XIX. rationem probabilem adfert, qua eam defendas. Tu dolens, quod ea tibi in mentem ante non veniſſet, ejus te doctorem eſſe profiteris neſcio quo ore: nam neque docere potuiſti quemquam, quod tibi antenunquam venerat in mentem, neque id, quod nulla ratione confirmabas, nempe, hac ſola verba hæc, vel in uſuras, ſic accipienda eſſe, vel in ſortem, & in uſuras, quod plane eſt nulla ratione. Probabilis autem illa ratio, quam is primus aperuit hæc eſt: Quemadmodum ob uſuras chirographarias pignoris retentio non eſt, ut conſtat ex *l.4. C. de uſur.* ita dici poſſe, nec ob ſortem chirographariam pignoris accepti in uſuras duntaxat retentionem eſſe, & hoc velle Ulpianum in *d. §. ſi in ſortem, vel in uſuras, &c.* & poſſe nos non moveri Conſtitutione Gordiani, *etiam ob chir. pec. &c.* quia cum ſit nova, & ſingularis Conſtitutio ſtrictius accipienda, & ſuis cancellis coercenda eſt: hi vero ſunt de pignore tantum accepto in ſortem aliquam, ut poſſit retineri ob aliam ſortem chirographariam, non etiam de pignore accepto in uſuras duntaxat, ut poſſit retineri ob ſortem chirographariam, non item de pignore accepto in ſortem duntaxat, ut poſſit retineri ob uſuras chirographarias. At tibi hæc ratio non eſt probabilis: nec erit unquam, vel quia obtrectatio, & pertinacia tibi impedimento eſt, vel quia tu luteus homo niſi Lorarii adhibeantur, ὁ πηλὸς γὰρ ἂν μὴ δαρῇ, κέραμος οὐ γίνεται. Lorarii adeſte. Cucumis non homo utitur ſibi familiariſſimo argumento. Pecuniæ nomen generale eſt: ergo & in tit. *Etiam ob chir. pec. &c.* in conſtitutione ejus tituli generaliter accipiendum eſt, ut non ſortem comprehendat, ſed & uſuras, quamvis Conſtitutio ſpeciem ponat in ſorte tantum, nempe mutua pecunia. Imo & chirographariæ pecuniæ appellatione ſignificari ait pigneratitiam pecuniam: quibus verbis? nempe his, Chirographariæ pecuniæ appellatione, ea omnis ſignificatur, quæ quomodocunque ſit, pignore debetur, Ut ſcribat, ſine pignore, vel notet ſaltem in erratis, quod non fecit, loris ſubigite.

Idem negat pecuniam debitam ex cauſa interceſſionis, vel contraria actione pigneratitia, eſſe ſortem. Neſcit quid ſit ſors: neſcit ſortem id omne eſſe, quod non eſt uſura, æs capitarium, & Horatio caput, aut ſi pecunia debita ex cauſa interceſſionis, vel contrario judicio, non eſt ſors, quid eſt igitur? Uſura certa non eſt: quid igitur? Acceſſio, inquis. Atquin acceſſionis acceſſio eſſe non poteſt, *l. heres, §. ult. de pet. her. l. neque, de uſur.* & tamen

contrarium judicium uſurarum acceſſionem admittit, *l. & in contraria*, eod. tit. *l. 3. de cont. jud. tut. l. 1. C. mand.* Et interceſſio fidejuſſoris, vel mandatoris, vel rei conſtitutæ pecuniæ acceſſio quidem eſt, ſed pecunia, quæ ex ea cauſa debetur certe acceſſio non eſt. Stupiditatem, quam Domino objicis ſi liquido probamus in eo nullam eſſe, non potes effugere, quin in te regeratur. Stupidus eſt, fateor, ſi ſcripſit ideo ob uſuras pecuniæ creditæ debitas ex pacto pignus retineri non poſſe, quia pacta incontinenti adjecta contractibus ſtricti juris non pariunt actionem. Atquin hoc non ſcripſit: non eſt igitur in eo ſtupor ullus, ſed omnis in te recidit ſolum, qui ſcribentem eum, ideo pecuniæ creditæ uſuras non peti ex pacto facto incontinenti, quia pacta incontinenti adjecta contractibus ſtricti juris actionem non pariunt, non cernis nihil ſcribere de retinendo, aut non retinendo pignore. Ni ultro ob facinus iſtud te præbeas lorariis caſtigandum, adſtringent tibi vehementer manus, & vehementius vapulabis.

Audes etiam adfirmare, in contractibus ſtricti juris pacta incontinenri facta parere actionem: idque confirmas ex *l. lecta, ſi cert. pet. & l. 135. §. Seja, de verb. obl. & l. 27. de reg. jur.* quibus maligne diſſimulas te neſcire, ut Dominus jampridem reſponderit multis in locis, nempe hoc modo: Pacta incontinenti facta ſtipulationi ineſſe ex parte rei, ut non ſit neceſſe prætorem actioni addere, & adverſarium opponere exceptionem pacti, quod ſuppleri poſſit religione judicantis, ex parte actoris non ineſſe, ut proſit, id eſt, ut actionem pariat, ineſſe, ut noceat. Idem confirmas perperam ex *l. Titius, de præſ. ver.* quæ eſt de contractu bonæ fidei, non ſtricti juris.

Et in extremo hujus capitis tentas non eſſe verum, quod dixit, nihil jure civili odio uſurarum eſſe proditum, ſed fruſtra: nullum enim ex jure civili argumentum profers, quo probes odio uſurarum quidquam conſtitutum eſſe: modus qui uſuris datus eſt, non eſt odii idoneum argumentum: nam & idem datus eſt æſtimationi ejus, quod intereſt, & negotiis omnibus: non item quod ex cautione non niſi certæ debeantur: nam & in cautione cujuſque rei, vel quantitatis, idem obtinet: non quod non ex omni cauſa exigi poſſint: nam nec ex omni cauſa paſſim eſt actio in id, quod intereſt. Cætera quæ adfers, nihil pertinent ad rem, pertinent ad exiſtimationem tuam, quod cum poſſent ex aliis auctoribus pleraque ſingularia, neqoe in vulgus nota proferri, tu ea tantum profers, quæ vulgus novit, ut de populi fæce quidam.

JOHANNES ROBERTUS.

NOvum & antea non auditum, quo hic ſeſe venditat oblatrator, quippe quod detectum à me quem admiſerat errorem, non ſimpliciter à ſe admiſſum agnoſcat, verum jure, & recte hunc à me detectum, ſeſe aliis etiam argumentis, quam quæ mihi veniſſent in mentem, comprobaiſſe glorietur: hanc ſibi gloriam ſoli adſervet, mihi vero ne ſuccenſeat qui ſubmonuerim.

Sed enim cur, & en nomine magis commovetur, quod monuerim, non ad duas tantum ſorores referendam eſſe Gordiani conſtitutionem, *l. unica C. etiam ob chirograph. pecun. pig.* verum ad omnem omnino pecuniam quæ ſine pignore debeatur? Propterea non fruſtra ibi diſquiri ſolere, cur in eo quod uſurarum ratione debetur, aliud obtineat quam in reliquis, ſive principaliter, ſive acceſſorie debitis, quale acceſſorie debitum dixi eſſe poſſe fidejuſſionis ex alia cauſa, ſive conſtituti, & alia quæ ſubjeci. At non ut comperiat ſcripſiſſe me, uſurarum quarumcunque nomine ex illa Gordiani conſtitutione retentioni locum eſſe, qui contrarium ſcripſiſſem, & ſcripſiſſe me meminiſſem *in fin. c. 27. lib. 1. recepta lect.* Et tamen (ut tumultuarii, nec ſibi conſtantis ingenii hominem agnoſcas) quaſi id aſſeruerim, ſubtilia inde argumenta nectit, quæ mihi quaſi à me prodita tribuat, à quibus tam longe abfui, quam ab illo, quod inepte refert dixiſſe me, chirographariæ pecuniæ appellatione ſignificari pignoratitiam pecuniam In quo, quamnam pignoratitiam pecuniam vocet (cujus nuſquam meminerim) minus intelligere poſſum, quam ille deprehendere facile potuit eodem loco in ſcriptis meis pro, *ſine*, operarum errore ſuppoſitum fuiſſe verbum, *ſit*, quod pari errore in erratis corrigendis minus animadverſum facinoris loco cum objectet, pignoratitiæ pecuniæ vocabulum nec in erratis ipſius comprehenſum, videat quonam tueri valeat.

Paulo moderatior eſt, nec ſævus adeo in eo mihi falſo adſcribendo, negaſſe me pecuniam ex interceſſionis cauſa vel pignoratitia actione debitam eſſe ſortem. Ut recte dicta malitioſe magis quam callide eum pervertere norit, expendat lector nullo loco aut negaſſe, aut aſſeruiſſe me, pecuniam ex interceſſionis cauſa debitam eſſe, aut conſtituere ſortem. Id quidem agnoſco dixiſſe, non fruſtra diſquiri, an prædicta Gordiani conſtitutio obtineat in aliis tam principaliter, quam acceſſorie debitis, quale acceſſorie debitum poſſit eſſe fidejuſſionis ex alia cauſa, ſive conſtituti, & quæ ſubjunxi alia, quæ quidem concludebam nulla ratione poſſe referri ad ſortem alteram chirographariam, quam principaliter debitam, de qua ille interpretaretur ibidem ſpecialiter agi. Cum igitur hic nominatim idem admittat, quia negare non poteſt interceſſionem fidejuſſoris, aut mandatoris, vel pecuniæ conſtitutæ rei acceſſionem, ac per conſequens acceſſorium illud debitum eſſe, quod ibidem ſubdidit, pecuniam, quæ ex ea cauſa debetur, acceſſinnem non fuiſſe, me nullo modo contingit.

Quod autem ſtupiditatem objectam eo excuſat, quod dixerit quidem poſteriore loco, ideo ob uſuras pecuniæ creditæ debitas ex pacto incontinenti facto peti non poſſe, quia pacta incontinenti adjecta contractibus ſtricti juris non pariant actionem, non autem, ut retuli, pignus retineri non poſſe, id quidem agnoſco poſteriore loco ab eo ſcriptum, ſed ita ut ex iis quæ antea proxime, & conjunctim dixiſſet, appareat illum eo petitionis vocabulo, & pignoris quoque retentionem intelligi voluiſſe, ut quidem, & qui excipit, retentioniſve jure utitur, eo petere dici poteſt, *l. in exceptionibus, ff. de probat.*

Et quod regulam juris dimidiatim diſcerpit, dum ait, pacta contractibus ſtricti juris incontinenti adjecta ineſſe quidem ex parte rei, ex parte vero actoris non ineſſe ut proſit, id eſt ut actionem pariat, ineſſe ut noceat, quid ſtupidius? Cum non tantum ita generaliter propoſita ſit à Paulo, ut generaliter intelligeremus ex parte actoris ineſſe (ut cujus præcipuæ partes in eo ſint, ac uti etiam ſic conceptam regulam interpretatus eſt nominatim Ulpian. *in l. juriſgentium 7. §. quinimo, ff. de pact.* & alioqui cum ex parte rei inſunt, generaliter minime loquatur, ſed id ipſum exprimat *d. l. juriſgentium, §. utputa, junct. l. puſba. ff. de contr. empt.*) verum, & exemplum illius propoſitæ generalioris regulæ ſubjiciat Paulus, quod ille, quantumvis cavilloſiſſimus homo, aliter interpretari non poteſt, quam ut fateri cogatur, illic Paulum nominatim decidiſſe, ſententiam hanc obtinuiſſe, ut ex parte actoris ineſſe, & ad actionem illi proficere hoc pactum exiſtimetur, *comprobatur & l. 1. §. ſi quis ſimpliciter verſ. cum adjicitur, ff. de verb. oblig.* Quo in univerſum dicitur; quodcunque additum vel detractum ſtipulationi fuerit, ſi illico ſtipulanti id placuerit, perinde eſſe, ac ſi alia de ea re ſtipulatio contracta eſſet. Quæ verba ſic generaliter concepta, haud dubie ſignificant pactionem quamcunque ſtipulationi, vel diverſitate reſponſionis, vel alia ſubſequente promiſſoris pactione (quæ exinde ſtipulanti placuerit) adjectam, non minus validam ipſamet ſtipulatione eſſe, quaſi in eo alia ſtipulatio intelligatur contracta, *comprobatur l. nec ex Prætorio 28. circa fin. ff. de reg. jur.* in qua ſimpliciter illud dictum eſt, nullo diſcrimine bonæ fidei judiciorum à ſtrictis, *comprob. l. Titius 26. ff. de præſcript. verb.* Nam quamvis in ſpecie illic propoſita quaſi mandatum eſſe aliqua ex parte ibi dixerit Aphric. ſi tamen originem contractus, de quo ibi agitur, ſpectes, non aliam comperies fuiſſe quam mutui; *probatur apertiſſime ead. l. in verſ. reſpondi.* In quo, quod ait pecuniæ creditæ uſuras citra ſtipulationem non deberi, quis dubitet ad eum contractum, de quo antea,

tea, & proxime egerat, referri? cui cum plures pactiones eſſent adjectæ, ex iis actionem oriri illic dicitur. Ac licet id à mutuo propter illas pactiones degenerare dicat, pecuniam tamen initio creditam fuiſſe non negat: nec novum eſt in jure mutuum ab initio contractum, ſucceſſive ex pactionibus adjectis in aliam contractus formam transire, & vice verſa alios contractus in mutuum, *l. proinde 8. cum l. ſeq. ff. de reb. cred.* Quod autem objicitur de bonæ fidei contractibus, in quibus ſpecialiter conſtituta regula eos qui ſtricti juris ſunt, videatur excludere, alio pertinet: quod & nos in alium locum aliter quam oblatrator diluat, explicandum rejicimus. Quod autem ad uſurarum odium attinet, quia his quæ à me ſcripta ſunt, nullum validum argumentum opponit, hic dicere ſuperſedeo.

An quidquam interſit inter damnationem ad tempus in metallum, ſive opus metalli, & damnationem ad tempus in aliud opus publicum.

CAP. XXVIII.

JOHANNES ROBERTUS.

INTER damnatos in metallum, & damnatos in opus metalli, in vinculis tantum, & eo, quod operis refugæ in metallum damnentur, diſcrimen eſſe docet Ulpianus *in l. aut damnum 8. verſ. inter eos, ff. de pœnis*. Quo effectum, ut utrumque promiſcue pro eodem ſumatur, atque ut id fieri, & quoad capitis diminutionem nihil intereſſe intelligamus, ſæpius hæc duo conjunctim exprimuntur, *ut in l. quidam ſunt 17. ff. de pœnis, d. l. aut damnum, verſ. eſt pœna, & verſ. ſervos in metallum.* At inter iſtos (tametſi, & hi in opus publicum damnatorum generali appellatione comprehendi poſſint, *l. 1. & 2. de metallar. & metall. libr. 11. C. d. l. aut damnum, verſ. metalla autem multa, & verſ. calcariam quoque*) & illos qui in opus publicum ſimpliciter damnati dicuntur, hoc eſt, aliud quodvis quam metallicum, id intereſſe conſtat, quatenus in perpetuum utrique damnati ſint, quod ita in metallum, vel opus metalli damnati, & civitatem, & libertatem, iſti vero in opus publicum damnati, civitatem tantum amittant, d. l. quidam. Illud obſcurius eſt, an inter eos ad tempus ſolummodo damnatos, quoad illorum ademptionem aliquid interſit, in quo conſtituebam, quoad illa nihil intereſſe, quia ut in opus publicum ad tempus damnati, & libertatem, & civitatem retineant, ita & in metallum, vel in opus metalli, quod credideram illum admittere, qui quo loco apud Paulum *lib. 5. ſentent. tit. 17.* utrorumque diſtincta mentio fit, indiſtincte eos, qui non in perpetuum opus damnati ſunt, utrunque retinere dixiſſet. Jam vero quoniam id ſe confeſſum furenter pernegat, quod eum fateri ſcripſi nunquam, an non tamen fateri, & agnoſcere eum oporteat exquiramus. Et quidem tribus præcipue illa ſententia mea plane comprobatur, quibus, nec ab eo undecunque corradi ſolita (quo juris noſtri autorum ſcripta immurans, eorum ſententiam arbitrio ſuo huc illuc flectat) Græcorum juris ſcriptorum ſubſidia repugnet.

Primum eſt ex Ulp. *in d. l. aut damnum. verſ. in miniſterium*, in eo quod cum illic prius dixiſſet, in miniſterium metallicorum fœminas in perpetuum, vel ad tempus damnari ſolere, ſimili modo, & in ſalinas immediate ſubjicit, *& ſi quidem in perpetuum fuerint damnatæ, quaſi ſervæ pœnæ conſtituuntur: ſi vero ad tempus damnentur, retinent civitatem*. Sic enim rectius in Florentina editione legi, quam ut vulgo, *amittunt civitatem*, & ille ipſe ex Græco ſcholio comprobat, quod ita habet, οὐκ ἐκπίπτουσι τῆς πολιτείας. Sed qui nihil non in juris noſtri contextibus immurandis ſibi licere putat, ſententiæ ſuæ illud ita extans ſcholium repugnare ſentiens, negationem inde demere non veretur: atque cum id ad ſententiam ſuam tuendam non ſatis eſſe videret, audacter illius quoque legis contextum, & immutandum, & ſimul producendum cenſet, ut quo loco alii (ut dixi) legunt, *retinent civitatem*, alii vero *amittunt civitatem*, addit ille de ſuo, alios legere, *retinent libertatem*, quod nuſquam comperio: ut ex tribus arbitrio ipſius conjunctis unum hoc legatur, *retinent libertatem amittunt civitatem*. Hic quis non illud jure exclamaverit.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

At enim quibusnam argumentis, & autoritatibus Βασιλικῶν, & Græcorum interpretum id fulciat, expendamus: ſis nimirum, quæ illi ſententiæ noſtræ nulla ex parte obſtent, ipſius autem correctioni minimum ſuffragentur. Quid enim, vel nobis obeſt, vel eum juvat, ex illis probari intereſſe, inter damnatos in opus publicum, & damnatos in metallum, vel opus metalli, & gravius eſſe iſtud ſupplicium, cum in eo, quod utrobique in perpetuum damnatio facta ſit, id plane conſtet, ut etiam quod ex Græcorum ſcriptis refert, in metallum ad tempus damnationem non efficere ſervum, ac neque perpetuam in opus publicum damnationem, & majus eſſe opus metalli aliis operibus publicis: cum veriſſimum admittamus, in metallum ad tempus damnationem non efficere ſervum, & eſſe quidem alteram altera graviorem damnationem ſimpliciter ſumptam? Atque etiam quid illud urget, quod à Græcis *in d. §. miniſterium*, dicitur illo caſu manere, ſive etiam ſervari libertas? Nam ſi civitas, & libertas quoque, ut illud omittam, quo abunde illi ſatisfiat, quod libertatis appellatione, & civitatem ſæpius contineri comprobavimus, nec (quod legerim) is reluctetur.

Secundum eſt, quod Calliſtratus *in l. capitalium, §. divus, ff. de pœnis*, divum Pium reſcripſiſſe refert, in opus metalli ad tempus neminem damnari debere. Quod ſi in id ad tempus damnatus aliquis ſit, etiamſi faciat metallicum opus, non tamen in metallum damnatum intelligi debere. Quod ſi in metallum damnatus intelligi non debet, nec per conſequens damnatus in opus metalli, juxta illa, quibus hæc duo eadem eſſe comprobavimus. Unde fit, ut cum pro eo non ſit habendus, qui in metallum, aut opus metalli ad tempus damnatus fuerit, nulla re hæc diſcerni debeat ab illis, qui in aliud non perpetuum opus publicum damnati ſint, quos conſtet, & libertatem, & civitatem retinere, ut diximus.

Tertium eſt, quod illud ipſum, quod modo ex illo D. Pii reſcripto ſequi explicuimus, ibidem à Calliſtrato ſubjectum eſt: ita, ut licet in eo nonnihil varient exemplaria, ſic tamen id intelligendum eſſe ex omnium lectionibus omnino appareat. Nam cum ex illo reſcripto retuliſſet, ad tempus in opus metalli damnatum intelligi debere, ſubjicit, *hujus enim libertas manet, quandiu etiam ii, qui non in perpetuum opus damnantur*. Sic enim in vulgatis, & Florent. exemplari legitur. In Norico vero apertius, *quemadmodum etiam iis, qui*, &c. Utrovis autem modo legamus, conſtat eo ſimilitudinem inter utroſque conſtitui, & qui ad tempus in metallum, & qui in non perpetuum aliud opus damnati fuerint, ut tandiu utrique æqua lance liberi maneant, quandiu non in perpetuum damnati fuerunt: hoc eſt, plena, & juſta libertate illa fruantur, cui & jus civitatis conjunctum ſit, uti diximus. Comprobat idipſum, ac ſimul illi temerariæ negationis detractioni plane repugnat, quod proxime ibidem ſubjicit. *Proinde, & mulieres hoc modo damnatas liberos parere*: quod (ſive retineas negationem illam, ſive ex eorum arbitrio demas) tam de illis, quam iſtis dictum conſtat. An igitur liberos, quos illæ in metallum ad tempus damnatæ pepererint, cum pendente illo tempore liberæ ſint, civitatem non niſi poſt tempus illud nanciſci dicemus, nec ante? quod ex illius ſententia conſequitur, quia partus ventris conditionem ſequatur, *l. partum, C. de rei ven.* quo quid abſurdius, cum ſimpliciter liberos illos edi lex dixerit?

ANTONIUS MERCATOR.

VEl hoc caput non debuiſti edere, ne materiam nobis tam proclivem dares traducendi te. Ais vero in opus me-

metalli, vel in miniſterium metallicorum ad tempus damnatos capite non minui, quod eſt contra *l.capitalium*, *§. Divus, de pœnis*, quæ his comparat damnatos in opus publicum perpetuum, quos conſtat pati mediam capitis deminutionem, *l.ſunt quidam*, *eod. l.1. C. eod.* ſed tu ab eo *§. Divus*, ut te expedias, nihil te morari dicis ſcripturam Flor. nec Βασιλικῶν, nec Græcorum interpretationes, quibus auctoribus ſi non adquieſcis, nec quos opponas, & ſequare habes antiquiores, & fide digniores, plane refractarius es, nec eſt, quod quiſquam deinceps tecum copulet ſermonem ullum. Opponis vero illis vulgarem, & Noricam editionem, quam longe illi ſuperant cum antiquitate, tum fide. Opponis etiam inſcite, quod infert *§. Divus*: Proinde & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariunt, quo efficies quidem eas liberas manere, ſed non etiam cives manere. Non omnes, qui non ſunt cives, etiam liberi homines non ſunt: peregrinos peregrinorumve filios, aut libertos quis dicat eſſe ſervos? At contra, qui non ſunt liberi homines, cives etiam non ſunt: qua de cauſa, qui dicit civitatem adimi, non dicit, & libertatem adimi. Contra qui dicit libertatem adimi, & hoc dicit civitatem adimi, *l.pen. §. ult. de ext. cogn.* in qua ut & *l.1. §. capitis, ad Tertyl. l.1. §. ſi filius, de ſuis, & leg. her.* magnæ capitis deminutionis appellatione continetur maxima, & media, & ut hodie ſentio, hæc verba, id eſt, *cum libertas adimitur*, pertinent ad maximam, ſequentia, *vel cum aqua*, *&c.* ad mediam. Scribe vel, ut Acc. notavit quoſdam habere, vel, non veluti. Neque vero, ut qui dicit adimi libertatem, & hoc dicit adimi civitatem, ita uſquam invenies eum, qui dicit manere libertatem, ut *d. §. Divus*, & hoc dicere, civitatem manere. Imo vero ſemper, qui dicit libertatem manere, aut perperam loquitur, aut hoc ſubintelligit, civitatem non manere: quia liber poteſt non eſſe civis. Contra qui dicit civitatem manere, vel retineri, & hoc dicit, libertatem retineri: quia ſervus non poteſt eſſe civis, qua de cauſa cum in *l. aut damnum*, *§. in miniſterium*, *eod.tit.* de mulieribus damnatis in opus metalli, vel in miniſterium metallicorum ad tempus, Dominus legiſſet, non fieri eas ſervas pœnæ, ſed retinere libertatem his verbis, Si vero ad tempus damnentur, retinent libertatem, & legiſſet adnotatum in Digeſtis anno CIↃIↃXXXVIII. Lugduni à Fradino excuſis, (excuſis dico, non ut tu ſemper excuſſis) non etiam id ſuo marte confinxiſſet, ut tu criminaris, cum item in eadem lege *§. quicunque* animadvertiſſet de damnatis in ludum venatorium ſimiliter quæri utrum fiant ſervi pœnæ an retineant libertatem, ac rurſus græcos in d. §. in miniſterium ſemel atque iterum legere, Retinent libertatem, & urgeret eum *d. §. Divus*, contra quam aliquando ſenſiſſet maluit Obſerv.xv. huic lectioni adhærere, aut quia alias legitur, Amittunt civitatem, utramque conjungere hoc modo, amittunt civitatem, retinent libertatem, quam ſequi Flor. quæ habet, retinent civitatem, aut quod tertio loco ſequitus, quam primo, & ſecundo Græci legunt, Non amittunt civitatem, urgente etiam hac ratione vehementer, quod abſurdum, & incongruum ſit ſervituti opponere civitatem non libertatem, nempe hoc quærere utrum mulieres eo modo damnatæ, fiant ſervæ pœnæ, an retineant civitatem, cum ut in *§. quicunque* oppoſitorum ratio exigat hoc ut quæratur, an retineant libertatem. Cum autem quæſtioni debeat reſponſio congruere, & qui exiſtimabat non fieri eas ſervas, debuit reſpondere, retinere eas libertatem, non extra quæſtionem propoſitam, retinere civitatem. Jamne cernis frutex, quam ſit hæc conſequentia neceſſaria, & ineluctabilis.

Ad hæc judicent docti, qua fronte allevies Græcorum auctoritatem, qui ex *§. Divus* colligunt, damnatos ad tempus in opus metalli, & damnatos in opus publicum perpetuum retinere libertatem. Ego, inquis: etiam dico eos retinere libertatem cum dico retinere jus utrumque nec capite minui. At quod tu dicis falſiſſimum eſt non minui capite eos, qui in opus publicum perpetuum damnantur: quia deportatis comparantur, *l. ſunt quidam*, *eod. l. 1. C. eod.* De libertate igitur, quod dicis eſt verum, de civitate falſum; quæ fuit ſententia Græcorum. Quod autem iidem in eo §. legunt, Ii, qui in perpetuum, ſine negatione: id tu diſſimulas.

Qua item fronte ad *§. Divus*, eum, qui damnatus eſt in opus metalli, etiamſi metallicum opus faciat, cum Juriſconſultus ait in metallum damnatum non videri, audes ſubjicere, & conſequenter nec in opus metalli damnatum videri, quia, inquis, hæc duo eadem ſunt. Nimium graphicus nugator es. Quæ *l. aut damnum*, *§. inter eos*, *eod. tit.* facit diverſa, tu facis eadem, quæque & in cauſa propoſita certo ſunt diverſa. Nam in metallum damnatus ad tempus, ſervus fit: in opus metalli damnatus ad tempus ſervus non fit, ſed peregrinus, & hoc eſt, quod ait *d. §. Divus*, eum in metallum damnatum non videri, nempe ſervum non fieri. In hac quæſtione Domino meo contigit, quod, & Papiniano, & Scævolæ, & Ulpiano, ut variaret, ac primum vere ſcriberet de *§. Divus* Pauli 5. ſent. Tit. 17. deinde longe aliter de quæſtione tota Obſer. 6. unde tu id omne ſumpſiſti. non potes negare, quod præfracte ſemel atque iterum hac de re ſcripſiſti. Cujus priores cogitationes ſecutus es, cur non ſequeris & poſteriores, quas vox de via collecta fert cuique eſſe meliores? Cur quod ille putat erraſſe non eſſe turpe, in errato diu, & ſtulte perſeveraſſe turpiſſimum eſſe, tu non turpiſſimum eſſe ducis? quam ut doctrina, & mores divortunt illi longe ac tibi: tu indocilis, ille docilis, tu falſi: ille veri amantiſſimus. Cum vero falſo arguiſſes Dominum fateri damnatum in opus metalli ad tempus, retinere civitatem, & de eo Dominus eſſet queſtus, tu quid ad hoc? excuſas factum hoc modo, non dixi fateri, ſed credidi illum admittere, quod quid aliud eſt, quam credidi illum fateri, hoc eſt mendacium dixi, non mentitus ſum: eſto. Stuporis confeſſio hæc, non excuſatio eſt.

Quod ais in metallum, vel in opus metalli damnatum, damnatorum in opus publicum appellationem contineri, ſi in jure noſtro contineri intelligis, id tu neque mihi, neque cuiquam alii perſuadebis, ſed hic tuus eſt mos, ut confundas, & commiſceas omnia vocabula juris, ut legum contortor, morum corruptor Geta.

JOHANNES ROBERTUS.

Quod ait nugivendus, damnatos in perpetuum opus publicum capite minui, nunquam ſum inficiatus, qui civitatem eos amittere ſcripſi. At in opus metalli, vel in miniſterium metallicorum ad tempus damnatos capite minui negavi, qui & libertatem, & civitatem eos retinere aſſeruerim, id comprobante *l. aut damnum 8. verſ. in miniſterium, in verbis*, *retinent civitatem*, ſic enim rectius ex Florentino exemplari legitur, ut docui, & ille oblatrator adprobavit c. 25. *lib.* 6. *Obſer.* nec repugnante etiam *l.capitalium 28. §. divus*, *ff. de pœnis*, imo vero id maxime adprobante, in verb. *quemadmodum etiam ii, qui non in perpetuum*, juxta Noricum exemplar, ſive, *quamdiu etiam ii, qui non in perpetuum*, ut in vulg. exempl. legitur. Quam lectionem idem jam alius factus probavit illo loco, atque etiam rationibus, & argumentis ex eo contextu ductis comprobavit: ac per conſequens & illud, quod comparationem ibi factam conſequitur, damnatorum ad tempus in opus metalli, & damnatorum in non perpetuum opus publicum, quippe cum iſti capite non puniantur, civitatemque retineant, & illos quoque. Et quidem in utriſque pariter id obtinere debere, eadem utrobique concurrens ratio ſuadet, quod alioqui incongruum futurum ſit, aliquo tempore ut capite minutum civem non eſſe, ac paulo poſt capite minime eſſe minutum, & civem exiſtere: imo vero etiam eo tempore, quo capite ſit minutus, certum eſſe, poſt aliquod tempus caput recuperaturum, & civem eſſe futurum. Qua ratione cum relegato in perpetuum & tota bona, & bonorum pars adimi poſſint, *l. 3. ff. de interd. & releg.* non tamen relegato ad tempus: nam huic ne pars quidem ulla recte adimitur, *l.relegatorum 7. §. ad tempus*, *ff.*

de

de interd. & releg. Et quod inde in *d. §. divus*, ſubjicitur mulieres in non perpetuum opus damnatas liberos parere, hoc eſſe, etiam Romanos cives parere interpretamur. Alioqui quæ major abſurditas iſta, quæ ex ejus opinatione ſequitur, cum, quem iſtiuſmodi mulier hodie liberum, non civem pepererit, craſtino die (ut quidem contingere poteſt eo finiri damnationis illius tempus) & liberum, & civem exiſtere? Sed non adeo mirum illi Proteo, illiuſmodi repentinas mutationes placere. In eo vero, quod veritatem ut involvat, ſophiſtice argutatur, non omnes, qui non ſunt cives, etiam non eſſe liberos homines, & contra, qui non ſunt liberi homines, cives etiam non eſſe: ideoque eum, qui dicit civitatem adimi, non dicere, & libertatem adimi: contra autem, qui dicit libertatem adimi, & hoc ſimul dicere civitatem adimi: illa omnia veriſſima admitto. Sed quod inde infert, nego ſequi, eum, qui dicit libertatem manere, & hoc quoque intelligere civitatem non manere: quia ut is, qui liber manet, poteſt eſſe civis, ita & poſſit non eſſe civis. Ac potius contra ex oppoſitorum ratione, ab e . quod qui (ut ille vult) dicit libertatem adimi, & hoc ſimul dicat civitatem adimi, & qui dicit libertatem manere, hoc ſimul dicere intelligatur, & civitatem quoque manere: ut etiam contra, qui dicit civitatem manere, & retineri, & hoc quoque dicit libertatem manere, & retineri: ac ita ſuo ipſius ſophiſmate facile jugulatur argutus magiſter, contra quam hodie (ut inquit) ſentiat, & juxta id, quod antea libertatis verbo civitatem ſignificari cum ſenſiſſe patet *præd. c.25. lib.6.Obſer.* Quam ſententiam ab eo retineri præſtitiſſet, quam verba iſta confingere, *retinent libertatem*, à Fradino fuiſſe excuſa, ut ait: nam ſi excuſa eſſent, certe ab eo excuſſa dici non poſſent, & exactius expenſa, ut interpretatur Budæus, quæ adeo ut intelligat argutus hic ὀνοματοθήρας, non deeſſe, quo in ortographia illius dictionis excuſſa geminationem litteræ ſ. (quam nobis vitio vertit) tueri poſſimus, nec diverſa adeo ratione ab illa, qua eadem iſta dictione iterum uſus eſt Ulp. in *l. ſi mandavero 4. ff. mandat. & Cic. pro Plancio, & aliis locis.* Atque contra id, quod paulo poſt objectat, putare, non eſſe turpe errare, at in errato diu, & ſtulte perſeverare eſſe turpiſſimum, hic ſibi turpe minime putat in illo errore tuendæ conjunctæ lectionis, & à ſe confictæ, & ſimul vulgatæ, ſtulte adeo non tantum perſeverare, verum præterea ineptiſſimo argumento errorem errore cumulare, cujus tamen vehementem eſſe rationem præfatur, quod (inquit) abſurdum, & incongruum ſit ſervituti opponere civitatem, non autem libertatem, cum in *d. §. in miniſterium*, quæreretur, an mulieres ad tempus in miniſterium metallicum damnatæ, ſervæ pœnæ conſtituerentur, ut ex oppoſitorum ratione quæſtioni congrueret reſponſio, qui exiſtimabat non fieri eas ſervas, reſpondere debuerit, retinere eas libertatem, non extra quæſtionem propoſitam retinere civitatem. Imo vero etſi illi dedero quæſtionem ibi moveri, cui reſpondeat (à quo textus ille damnatas in perpetuum à damnatis ad tempus ſimpliciter diſcernens, plurimum abeſt) id ejus inſcitiæ minime ſuccurret. Eſt igitur, quod à me diſcat hic vere ſtipes, de ſimplici ſervitute ibi minime quæri, cui non aliud ex adverſo, quam libertas ſimplex opponatur, ſed ſervitute pœnæ, cui non ex adverſo ſola libertas, ſed & civitas committatur: Itaque, qui retineri civitatem reſponderet, nec extra quæſtionem reſponderet, nec contra oppſitorum rationem.

Inde vero apertiſſime, & inſulſiſſime calumniatur, in eo quod ait dixiſſe me, damnatos in opus publicum perpetuum, capite non minui, in eoque immoratur, ut contrarium probet, idque eo, quod is deportato comparetur. Quæ malum hæc veſania eſt, cum tot locis teſter id me ſentire, atque plane aſſerere, in perpetuum opus publicum damnatos amittere civitatem, libertatem vero retinere? At quos civitatem amittere dicimus, quid aliud quam capitis diminotione media minui intelligimus? verum damnatos ad tempus in opus publicum, & libertatem, & civitatem retinere, nec per conſequens capite minui, ut nec ad tempus in opus metalli damnatos, de quibus hic præcipua eſt quæſtio.

Poſtea vero contra quam dixeram, damnatum ad tempus in metalli opus, etiamſi faciat metallicum opus, non tamen in metallum damnatum intelligi debere, quod ſi in metallum damnatus intelligi non debet, nec per conſequens in metalli opus, is cavillatur, me facere eadem, quæ ille facit diverſa, ex eo, quod initio ejus capitis illud aſſumpſerim, quod ab Ulp. dicitur *in d. l. aut damnum, in §. inter eos*: differentiam eſſe inter eos in vinculis tantum, & quoad refugas, quod etiam prob. expreſſius ex Calliſtrato *in l. cognitionum 5. in fi. ff. de var. & extraord. cognit.* Quod ſi ita eſt (ut quidem id negari non poteſt) dicat nobis nugivendus, in quonam ego faciam eadem, quæ ille facit diverſa, cum in eo faciam diverſa in quo ille, nec in alio diverſa admittam. Secundo dicat quonam probet, aut probare, vel in ſpeciem conatus ſit, illam novam, & inauditam diverſitatem, qua in metallum damnatum ad tempus ait ſervum fieri (nimirum hodie ſervum, cras liberum) & damnatum in opus metalli, non fieri quidem ſervum, ſed tantum civitatem amittere? Dicat, inquam, quonam id probet: nihil aliud extorquebis, quam, Hoc eſt, inquit, quod ait *d. §. divus*, eum in metallum damnatum non videri, hoc eſt, ſervum non fieri. Imo vero, ſi quidem hac in re nihilo differt in metallum damnatus à damnato in opus metallicum, ut quidem conſtat non differre, ſed in illis duobus tantum, *d. §. inter eos, d. l. cognitionum, in fin.* Sicque cum dixi non intelligi damnatum in metallum, proculdubio nec in opus metalli, quaotumvis uti dixerat, ex eo quod faciat metallicum opus, & ex damnatione id agat, videatur, & in metallum vel opus metalli damnatus: quod utrunque idem eſt, & utriuſque pœna eſt libertatis ademptio: quam tamen eum non ſequi indicat, qui ad tempus tantum in metallum damnatus ſit, ſive in opus metalli, etiamſi ex damnatione metallicum opus facere cogatur, quia ad tempus certum ſervus fieri nequeat, ideoque non debeat aut in metallum, aut opus metalli ad tempus damnari, *d. §. divus*. Sicque tamen ut cum ita ad tempus damnatus fuerit, non ob id infirmetur ſententia, verum ex damnatione quidem cogatur facere metallicum opus, non tamen ut habeatur pro damnato in metallum, *arg. l. relegatorum 7. §. ad tempus, ff. de interd. & releg.* Quod autem variationem ſuam excuſat, non incuſarem, ſi in meliores partes tranſiret: ſed quod variando hoc omne confundere pergit, id vero in primis accuſo. Et argutus admodum eſt in eo quod etiam me mea ex ſuis ſcriptis deſumſiſſe arguat, qui aut antequam illa edidiſſet, aut certe ſic eodem tempore illos noſtros duos libros emiſerim, ut mihi nunquam antea liber ille 6. eſſet, quod ſciam, conſpectus. De docilitate doctrinæ, & moribus illius ac meis quod, ſibi blandiens, objectat, id in me ſit quod eſſe voluit Deus: Cæterum quod ſe veri amantiſſimum prædicat, ego contra cum falſi amantiſſimum tandiu aſſerere, & probare non deſinam, quandiu maxima ex parte non revocabit, quæ apertius in jure temerare, & corrumpere non eſt veritus.

Falſum, quod ait veri amantiſſimus, dixiſſe me in metallum, vel opus metalli damnatos, damnatorum in opus metalli appellatione in jure contineri. Dixi enim ex profeſſo, nec aliud, inter iſtos id intereſſe, quatenus in perpetuum utrique damnati ſunt, quod ita in metallum, vel in opus metalli damnati, & civitatem, & libertatem, iſti vero in opus publicum damnati, civitatem tantum amittant: adjeci quidem, tametſi, & hi in metallum, vel opus metalli damnati, in opus publicum damnatorum generali appellatione comprehendi poſſint. Quod ita dixi, eo ſatis expreſſo id me ſentire, non quidem generalem iſtam appellationem, & illos in jure complecti, verum ſi verba ipſa ſpectes damnationis in opus publicum (quorum ſit generalis ſignificatio) generali iſta appellatione potuiſſe, & eos comprehendi: Sicque cum dixi potuiſſe, non idcirco aut dixi, aut intellexi comprehenſos fuiſſe. Nec illud alieniore ratione quam illa, qua qui in calcariam, & ſul-

phu-

phurariam damnabantur; tametſi neque calx neque ſulphur metalla ſint, tamen metalli magis quam operis publici hæ pœnæ eſſe dicuntur ab Ulpiano, quo ſimul, & aliqua ratione operis publici pœnis includi arguit dictio, magis, quam adjecit *in d. l. aut damnum, §. in calcariam*. A

Comprobatum deuno, Paulo neque quicquam detrahendum in l. qui ſervum 33. in fi. *neque quidquam addendum* l. quoties 40. in ſin. ff. de oblig. & act.

CAP. XXIX.

JOHANNES ROBERTUS.

QUID aliorum ſcripta apertiſſime calumniari, B quid ſcientem, videntenque mentiri ſit, neſcio, ſi id à ſe admiſſum inficiari ullo modo poteſt, qui ſuaviter adeo refert, ea ratione illud me reprehendere, quod contra exemplarium omnium fidem negationem Paulo detraxerit *in l. qui ſervum, in fin. 33. ff. de oblig. & act.* quia in ſpecie illic agitata ſimplum, qui veſtimenta commodaverat, non ſit conſecutus, ſi non, & pœnam conſecutus ſit: cum adeo illic abfuerim à pœnæ mentione, & rationis noſtræ ad pœnam relatione, ut contra totus in eo fuerim, ut aſſererem, id quod propter triginta dies ex legis Aquiliæ actione retrorſum computandos res pluris eſt; pœnam ſimpliciter non eſſe, ſed acceſſionem, quæ neque ſimpliciter in pœnæ fructuumve, aut uſurarum, aut etiam diverſi alterius ſimpli appellationem cadat, aut duplum ſeſquiduplumve conſtituat, C ſed ita cum ſuo ſimplo conjuncta ſit, ut ab eo divelli, aut nomine, aut alia ratione nullo modo poſſit, ut neque etiam ſimplum ab ea, habita legis Aquiliæ ratione. Et hæc quidem ipſiſſima ſunt, quibus uſus ſum verba, nec aliis ſententiam noſtram referre volui, quo apertius ejus calumniam detegerem. Comprobatur illud ex eo, quod Ulpianus *in l. 2. verſ. Item quæſitum, ff. de privat. delict.* alterius æſtimationis eſſe legis Aquiliæ actionem ait, alterius condictionem ex cauſa furtiva: quia ea, quæ legis Aquiliæ ſit, eam æſtimationem complectatur, quanti eo anno plurimi fuit: condictio autem non egrediatur retrorſum judicii accipiendi tempus: ſed ita, ut utraque æſtimatio, quatenus unius rei eſt, nec pluries perſolvenda, una ſit, non duæ, ut diverſo illo caſu initio ejuſdem l. qui ſervum, agitato, D quo & Aquiliæ, & injuriarum agi poteſt, duas æſtimationes eſſe dicimus, aliam damni, aliam injuriæ, quarum alterius condemnatio, & ſolutio alteram non minuat, juxta *l. 5. verſ. & ideo, ff. ad l. Aquil.* Verum in ſpecie *d. §. item quæſitum*, & ſimilibus, illud quod ex lege Aquilia eo anno plurimi fuit, non aliud, quam æſtimatio eſt: cui quidem relatione facta ad condictionem furtivam, aut commodati, aliamve actionem, ex qua æſtimatio minor fiat, aliquid accedere dici poſſit: ſed ita tamen, ut quoad legis Aquiliæ actionem tota ea actionis illius ſimplum ſit, quod quandiu ſubductum non eſt, æſtimationis petitionem remanere conſtet: ſic tamen, ut ex lege Aquilia poſteriore loco agens eo minus conſequatur, quod ex cauſa commodati quaſi ejus ſimpli partem ſit conſecutus, juxt. *l. unde quæritur 7. in fi. ff. commod.* Eo autem E ſimplo plane ſubducto, hoc eſt, quale ob triginta illos dies retro connumerandos amplius eſſe potuit, *ea* legis Aquiliæ actio locum non habeat, juxta veriorem (quam aſſerui) Pauli lectionem *in d. l. qui ſervum, in fin. eo loco*, ut ſimiliter, & in aliis multa paucis verbis comprehendere ſoliti. At enim dices, idipſum, quod pluris ex lege Aquilia res æſtimatur: & retrorſum quanti plurimi, vel in 30. dieb. vel eo anno fuit, attenditur, pœnæ imputatur, ex quo pœnalem illam actionem eſſe creditum referat Juſt. *in §. his autem verbis, de leg. Aquil. in Inſtit.* In quo non quidem inficier, in odium, & pœnam ejus, qui damnum dederit, id coſtitutum, ut ita temporis anterioris æſtimatio quanta fuerit, attenderetur, quemad-

A modum, & in condictione furtiva id; quod unquam res plurimi à furto commiſſo fuerit, in odium, & pœnam furis ſpectari dicimus, ut & in eo, quod certo loco dari promiſſum eſt, rei æſtimationem ob id, quod deſtinato ad id loco ſoluta non ſit, augeri, aut etiam id, quod intereſt peti, in pœnam rei fieri dicimus, atque pœnam nonnunquam vocari comperiemus: neque tamen, ut vere pœna ſit, ſed tantum, vel rei, vel ejus, quod intereſt æſtimatio, quæ aliam à ſortis obligationem minime conſtituat obligationem: prob. *l. ult. in verb. quam ex pœna, & ibi Gloſſ.* juncto arg. *l. centum Capuæ 9. ff. de eo, quod cert. loc. l. in re furtiva 8. ff. de condict. furt.* Proptereaque id ſubindicans Juſtinianus dixit, ea ratione creditum fuiſſe pœnalem eam legis Aquiliæ actionem eſſe, quaſi id ita habere certo adfirmare ſubveritus *in d. §. his au-* B *tem verbis*, ut quidem ejus, quod aliis locis pœnalis hæc actio dicitur, ratio alio referri poteſt, quippe quod adverſus inficiantem creſcat in duplum, cujus alterum ſimplum totum vere pœna ſit, *l. inde Neratius 23. §. hanc actionem, & §. hæc actio, ff. ad l. Aquil. l. 4. cum l. ſeq. C. ad l. Aquil.* Ideoque ea non plane pœnalibus annumerat Juſtinian. ſed ob diverſos illos reſpectus miſtam conſtituit *in §. ex maleficiis, de act. in Inſtit.*

Ex quibus, & reliqua, quæ inde lepidum caput pari ſuavitate falſo nobis adſcribit, & quo conjecta in ipſum argumenta (quæ refelli non poſſe ſibi conſcius eſt) alio detorqueat, conciſe involvens congerit, qualia ſint, etſi hic finem fecero, facile dignoſcet, qui & illa mea, & ejus ſcripta expenderit: ut quod novam me iſtam regulam conſtituere cavillatur, Subducto principali acceſſionem C non remanere. Quod mihi falſo tribuit (nec enim id dixi) ſed illud tantum, ex illa ejus ratione, qua contendit ſimplo ſubducto legis Aquiliæ actioni locum eſſe: id effici, acceſſionem ſubducto ſuo principali remanere, adverſus juris regulam *l. cum principalis* 139. *ff. de reg. jur.* Sicque contra illam juris regulam id fieri dixi, ut non alia nova regula ulla à me in eo illic conſtitui dici poſſit. At regulæ illius legis eam mentem non eſſe contendit, eoque id probare tentat, quod in multis operoſius ab eo congeſtis ſubducto principali remaneat acceſſio. Cujus quidem rei ejuſdem regulæ verbis admonemur, quibus ideirco adjecta eſt nominatim dictio *plerunque*, ut indicaret perpetuam non eſſe eam regulam, & in multis, dum exceptionem patitur, ceſſare. Quod, & ego ibidem adſcripſi: neque tamen, ut idcirco ob exceptiones aliquas, D tametſi non paucas, illam regulam non eſſe, & eo, quo eam retuli, non pertinere inde evicerit: cum non tantum regulam eſſe probetur *d. l. cum principalis, & l. nihil dolo 72. in fin. ff. de reg. jur. l. 2. ff. de pecul. leg. §. liberis, de vulg. & pupil. ſubſtit. in Inſtit. l. ſi ſub impoſſibili, & l. ſi debitori, & l. ſi à reo, §. ult. ff. de fidejuſſ. l. ſi is qui pro emptore, in princ. & l. ſi quis bona, ff. de uſucap. l. & Attilianus, ff. de ſervit. ruſtic. præd. l. ex parte, §. duos, ff. famil. erciſc. l. 2. & l. 4. ff. de penu leg.* Sed & eam illo pertinere, ut principali quoque actione non ſubſiſtente, nec quoad acceſſiones quoque actio ſuperſit, de iiſque minime quæri poſſit, prob. ex Juſtin. in *l. eos 26. in princ. ff. de uſuris.* Eodem referri poteſt *l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.*

Captioſius etiam exinde argutatur, ut perſuadeat verba illa *id conſequatur*, nullum aptum ſenſum admittere E apud Paulum *in l. quoties 40. ff. de obli. & act.* Ideoque locum illum negatione (quam ſolus perſpicax homo invexit) carere non poſſe, atque ibi legendum eſſe: *Nihil conſequatur.* Argumenti autem ſui fundamentum præcipuum hoc jacit. Conſequi (inquit) eſt ſententiam conſequi, idque probari ſomniat *l. ſi prætor, §. pen. ff. de jud. leg.* Legat iterum, & quantumcunque pervicax, & retorridæ homo fateri cogetur, quoad rem iſtam non aliud eo loco probari, quam illum, qui dolo, & falſis allegationibus ſententiam obtinuerit, eo modo ſententiam conſecutum, nec ex eo poſſe inferri eum, qui rem conſecutus dicitur, eam ideo per ſententiam conſecutum intelligi, ut quidem conſtat aliis modis nos quid poſſe

con-

conſequi, ita ut tam, qui per ſententiam, quam, qui A alio quovis modo, puta traditione ei à volente facta rem obtinuerit, is ſimpliciter eam conſecutus dici poſſit. Omittantur ineptæ cavillationes, quibus ſciolis tantum imponi poteſt: rem ipſam acu expendamus, & hic nihil ſibi repugnans me ſcripſiſſe quiſque, vel mediocriter tantum in jure verſatus, & ingenuus agnoſcet. Sic intelligo. Cum ex eodem facto duæ competunt actiones, ex quarum una, cum actum fuerit, fieri queat, ut ex altera plus ferat actor, quam priore judicio obtinuerit, tunc ea agi poteſt. Quod ſi aliter contingat, ut poſteriore loco agens non plus, ſed tantundem ſolummodo, aut etiam minus obtinere poſſit, id tunc, nec aliud conſequatur. At ſimpliciter nihil eum conſequi (juxta id quod vult legi) abſurde diceremus, cum jam ſit aliquid conſecutus. Cæterum, inquit, ſi id poſteriore judicio conſequitur, ut B Pauli verba, quæ retinemus, ſignificant, bis idem conſequitur. Bis igitur eadem de re judicium fit, & ita in Paulo acumen quæritur, ubi nullum eſt acumen. Imo vero in te, in quo hic (ſi non tergiverſaris) nullum eſt, deſidero, & quod vere in Paulo cum ſit, concoquere non vales, explico: quippe tunc id quod tandundem, aut etiam minus eſt, & ex poſteriore judicio eum conſequi interpretor: non quod bis idem obtineat, ſed quod duabus actionibus exigere potuit, id iiſdem actionibus velut intra ſe miſtis, conſequatur, atque etiam id quod ex prima conſecutus fuerit judex velut in poſteriorem deducat, & ſi quid in hac plus eſt, in hoc reliquum condemnet, ut ab eodem Paulo pluribus locis expreſſum eſt, *in d. l. qui ſervum, in verb. illæ intra ſe miſcentur, & l. 1. ff. arb. furt. caſ. & l. 1. ff. vi bon. rapt.* Atque ita intel- C ligimus tunc hoc minus eum conſecuturum ex poſteriore, quam priore ſit conſecutus, *ex d. l. unde quæritur, in fi.* non, quod tunc illi iterum id ſit præſtandum: verum ex iſto judicio deducendum: ſed ita, ut cum, & ad id judicium iſtud competere potuerit, & hoc quoque judicio idipſum conſequi intelligatur, quaſi miſtis intra ſe duabus actionibus. Neque ut id toties fieri dicendum ſit, quoties ejuſdem facti nomine plures actiones competunt, cum alterius electione altera ſæpius tollatur, *l. in rebus 38. §. ſive autem, ff. commodati.* Sed tunc tantum: ubi ita competunt, ut ſeparata, & diverſa cujuſque harum ratione fiat: ut altera amplius, quid obtinere queamus, *ut in l. 2. §. item quæſitum, ff. de priv. delict. l. ſed ſi ex cauſa 47. ff. pro ſocio, d. l. 1. ff. vi bon. rapt. l. prædia 29. ff. de act. empt.* Non tamen, ut propterea plus nos D inde conſequi ſemper contingat, cum is caſus evenire poſſit, in quo iſtiuſmodi actione minus, quam alia priore loco inſtituta conſequi valeamus: puta ſi rem nobis furto abhinc menſe ablatam, in qua etiam damnum datum ſit, non pluris toto anno, quam hoc menſe fuiſſe contigerit: quod cum in executione tantum poſterioris ſententiæ ſuper legis Aquiliæ actione latæ conſtare poſſit, cum ea ſententia in rei æſtimationem quanti plurimi triginta diebus, vel toto anno retro computandis condemnatio, fiat, non ideo minus interim ſententia ſubſiſtit, quantumvis ipſius executione, non in majorem ſummam æſtimatio vi illius fiat, quam eam, quæ jam facta, & quidem ſoluta forte jam ſit, nec minus tamen, quouſque de eo conſtiterit, ſententia vim, & effectum obtinebit. Neque novum id in jure, neque in hac tantum re obti- E nere exiſtimandum, cum & in aliis actionibus omnibus, quæ ad id tantum, quod intereſt competunt, idem ſibi locum vindicet: ut cum ex his condemnatio in id, quod intereſt facta fuerit, cujus taxatio non niſi poſt latam ſententiam fieri poſſit, ut prob. arg. *l. qui reſtituere, ff. de rei vendic. l. 3. §. ſi per venditorem, l. emptorem 11. in pr. & l. ſi ſterilis 22. §. cum per venditorem, ff. de act. emp.* dum ea à judice fit, nihil intereſſe comperiatur: ſicque nihil inde is, qui vicit conſequatur. At interim, quis ſententiam minime ſubſtitiſſe, & jure latam fuiſſe dixerit. *Text. eſt expreſſ. in l. ſi quis ab alio 13. in princ. ff. de re judic.* Itaque eo caſu veriſſime, & aptiſſime dixit Paulus, tunc id conſequi actorem, quod tantundem, vel mi-

A nus ſit, utpote eo, quod priore actione fuerit conſecutus, ex iſta poſteriore detrahendo: ut tamen, & propter hanc quaſi duabus actionibus miſtis eandem ſummam illum conſequi intelligamus, *d. l. qui ſervum, d. l. 1. ff. arbor. furt. caſ. d. l. unde quæritur, ff. commodati.*

ANTONIUS MERCATOR.

HÆc verba *l. 34. in fin. de obl. & act.* quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non habet; ut oſtendas te non ita excepiſſe, ut Dominus breviter ſtrinxit, quia ſimplum non eſt conſecutus, qui non & pœnam conſecutus eſt, profers verba tua, ſed mira calliditate alia quædam verba tua, non ea ipſa quibus id expreſſiſti,
„ quæ ſunt hujuſmodi. Paulus, inquis, ſic intelligit, li-
B „ cet rei æſtimationem actor commodati actione conſe-
„ cutus ſit, tamen habita ratione legis Aquiliæ actionis,
„ eum non poſſe dici conſecutum fuiſſe ſimplum ſi in ea
„ amplius ſit propter xxx. dies: quia non tale ſimplum
„ ſit conſecutus quale oportuit, quod, ut paulo poſt ſub-
„ jicis ſi conſecutus fuiſſet, lex Aquilia locum non ha-
„ beret.
Hæc tu verba, quæ ſola interpretationem tuam efficiunt, callide ſupprimis, & profers alia, quæ ad eam interpretationem adhibuiſti, non quibus interpretationem ipſam ad efficiſti. Illis autem verbis quibus rationem Pauli interpretatus es ex animi tui ſententia, quæſo quid aliud vis, quam quod Dominus te velle dixit, ideo ſimplo ſubducto actione commodati remanere legis Aquiliæ actionem in eo, quod in repetitione xxx. dierum amplius eſt, quia non videtur actor ſimplum conſecutus, C quod actione legis Aquiliæ continetur, qui rem, vel rei tantum æſtimationem non etiam pœnam conſecutus eſt: nam inſanis, ut opinor, dum his verbis, quæ ſola protuliſti contendis id, quod amplius eſt in actione legis Aquiliæ, non eſſe pœnam ſimpliciter, ſed eſſe acceſſionem ſimplo cohærentem, atque commiſtam. Perinde enim hoc eſt, ac ſi diceres actionem legis Aquiliæ non eſſe pœnalem ſimpliciter, quæ ſimpliciter tamen & præciſè in jure dicitur eſſe pœnalis, *l. 22. §. hanc actionem, ad leg. Aq. §. his autem, Inſtit. eod.* non eſſe quoque miſtam, tam pœnæ, quam rei perſequendæ, ut eſt in *§. ex maleficiis, Inſt. de act.* id eſt, quæ cum pœna ſua rem retrahat, ſed acceſſionem ei ineſſe miſtam rei. Eſt acceſſio ergo. Sed cujus nominis acceſſio? Nullius, inquis, quam tu mihi acceſſionem oſtendes ſimilem ullam, quæ nomine vacet? nullam D poſſis: & hanc quoque non poſſis negare, ut eſſe, & nominari pœnam. Ulp. *Litem Mela, §. ſed ſi plures, ad leg. Aqu.* Ex lege Aquilia, inquit, quod alius præſtitit alium non relevat, cum ſit pœna. At non pœnam ſimpliciter, inquies: quid igitur? pœnam & acceſſionem, quod Ulp. non adjicit. Et peto, an quod hæc pœna ſit acceſſio, quia ſcilicet accedit ſimplo, ut ait *d. l. 34. in fin.* ideo minus eſt pœna ſimpliciter. Hoc commutas aliter, & dicis non eſſe pœnam verè. Mutas ſimpliciter in verè: quo genere, cur non dicas, & in actione vi bonorum raptorum triplum non eſſe pœnam verè: nam qua ratione ea dicitur miſta in *d. §. ex maleficiis*, & perſequi partim rem, partim pœnam, eadem è veſtigio ibidem dicitur actio legis Aquiliæ eſſe miſta, & utrumque perſequi. Plus audes, actionem legis Aquiliæ vere pœnalem eſſe eam tantum, quæ in in- E ficiantem datur, qua in re niſi credis auctoribus juris, quaſi admiſſo majore flagitio, remittam te ad doctores tergi alieni peritiores, ſimul atque ut pœnam luas ſtultitiæ, quæ te compulit ad dicendum actionem legis Aquiliæ miſtam dici, quod modo verè pœnam perſequatur, modo non verè, id eſt, quod modo in inficiantem inſtituatur, modo in confitentem: rejecta ſatis aperte ratione Juſtiniani, qui eam miſtam eſſe ait, quod rem, & pœnam perſequatur; quæ etiam ſtultitia te compulit ad dicendum dari quidem actionem legis Aquiliæ in odium, & pœnam rei, ſed non eſſe pœnalem magis, quam condictionem furtivam, in qua res æſtimatur quanti plurimi fuit à tempore furti commiſſi, vel aliam actionem, quæ datur in quod pluris intereſt: in quo ſermone erat dolus, & captio

manifeſta, quia his actionibus poteſt dici pœnam contineri ex parte rei tantum: quod res pluris æſtimetur, non ex parte actoris, quod rei ſolius æſtimatio fiat. Actione legis Aquiliæ, quæ continetur pœna, pœna eſt ex parte actoris, & ex parte rei: quia pœna, quæ judicio ineſt non pertinet ad æſtimationem rei, qua de agitur, qua de cauſa condictione furtiva perſequi æſtimationem quanti res plurimi fuerit à tempore furti commiſſi, ut *l.3. de cond. fur. l.pen. rer.amot.* non eſt perſequi pœnam: actione autem legis Aquiliæ extra rem perſequi æſtimationem quanti ea res plurimi fuit in xxx. diebus proximis ante delictum commiſſum, plane eſt pœnam perſequi.

Quid vero eſt, quod in actione legis Aquiliæ miſtam rei pœnam tu uno nomine ſimplum vocas? quis hoc te docuit inſipiens? Si ſimplaria eſt actio legis Aquiliæ, non eſt igitur miſta. Si totum, quod in eam venit ſimplum eſt, ergo non eſt miſta, ubi legiſti ſimpli appellatione contineri pœnam? Simplum eſt res, ſive lis ſola, aut litis æſtimatio. Pœna quod ſimplo accedit rei coercendi gratia. Una, inquis, eſt æſtimatio actionis Aquiliæ: ergo totum, quod in eam venit ſimplum eſt: vitioſa collectio, una enim eſt æſtimatio, ſed miſta non ſimplex. Hæc cum ita ſint quis te non abhorreat hæc verba *d.l.34.* quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non habet, ſic interpretantem, quia litis æſtimationi accedit, quod amplius ex lege Aqoilia competit, & ſubducto omni eo, quod venit in actionem legis Aquiliæ, actio legis Aquiliæ locum non habet, varie accepto ſimpli vocabulo, quaſi ſit πλοκὴ illo loco, quam pluſquam manifeſtum eſt nullam eſſe, & illo vulgari inducto ſenſu, quaſi muſices gratia ſuavioris ſoluto toto totius petitioni locum non eſſe: fieri non poteſt, ut tibi hæc noſtra legenti non cornua creſcant. Eamus porro. Lepidum illud caput, inquis, quod ſcilicet tuum limat, & effaſcinat, cavillatur me hanc regulam conſtituere, ſublato principali acceſſionem non remanere, & tamen non potes negare, ſi extremo *d. l. qui ſervum* dematur negatio, te ſcribere ex eo fieri, ut ſubducto principali acceſſio remaneat contra regulam juris, quibus plane verbis eam regulam conſtituis atque confirmas: & mox etiam varius, & vanus eam te conſtituiſſe dicis, ſed addito articulo, plerumque, qui regulis omnibus ineſt, & ſi plerumque ut ais, ac generaliter ea tua regula vera eſt, quod tuum ſolemne argumentum eſt, ergo valere etiam debere in ſpecie d.*l.34.* perperam, quia noo quodcunque verum eſt generaliter, etiam ſpecialiter verum eſt, *l.moris, §. ſunt autem, de pœnis*, exempli gratia, verum eſt in genere hominem eſſe animal rationale, in ſpecie Johannem eſſe animal rationale, non eſt verum. Novam vero eam regulam dixit, quaſi nunquam à nemine proditam: nec enim illam, *Cum principalis, &c.* quæ eſt in *tit. de diverſ. reg. jur.* eſſe eandem, quæ de his eſt, quæ ab initio non conſiſtunt, ut ſi principalis obligatio non conſiſtat, nec ſequela ejus locum babeat, non de his, quæ cum ab initio conſtitiſſent, poſtea ſublata, ſubducta, ſoluta, perempta ſunt, ut docet Obſer.xv. c.xxɪɪɪ.

Tranſis à *l.34.* ad 41. *§.1.* quæ eſt etiam de concurrentibus actionibus, in qua cum Dominus interpretatur conſequi, eſſe conſequi ſententiam, vel ſententia rem conſequi, & ferre, ut *l.ſi Prætor, §.1. de jud. l.cum precibus, C. de prob. l. ult. C.de bon. auct. jud. poſſ.* quo tibi mens objicienti poſſe nos, & aliis pleriſque modis rem conſequi nedum ſententia, quaſi ille ſcilicet hoc ignoraverit, & non reſpexerit potius ad ſpeciem propoſitam, quæ pertinet ad judicia, ideoque per quam accommodate dixerit, in judiciis rem conſequi eſſe ſententiam conſequi. Interpretationem vero, quam ad eum §.adhibuiſti, etiamſi eam volvas atque revolvas, quis unquam adſequetur? Oedipo opus eſt: quod qnam ſis infans, aut hac ætate bis infans ſatis prodit, qoi neſcis fari, nec explicare ſenſa animi tui: ſed tibi porrigenda manus eſt. An hoc vis, eum qui egit una actione cum ex eodem facto, id eſt, delicto competerent duæ, veluti arborum furtim cæſarum ex 12. tab. poſtea poſſe quidem reliqua experiri etiam in ſolidum, ut poſt multas controverſias in hac ipſa ſpecie arborum furtim cæſarum obtinuiſſe ait *l.31. de obl. & act.* rejecta eorum ſententia, qui reliquam conſumi opinabantur *l.34. eod.* ſed officio judicis potius, quam actionis jure, id tameo ſolum ferre actorem, quod amplius io ea eſt, vel ſi io ea non ſit amplius, ſed tantumdem, aut minus, id tantum conſequi, & ferre (hæc tua ſententia eſt, ſuperiora tibi largitus ſum, quæ neſciebas) quod jam priore judicio conſecutus eſt, eoque ſolo contentum eſſe debere, nec ferre quidquam aliud poſſe ex poſteriore judicio: quia duæ illæ actiones pro una habendæ ſunt, ita ut quod altera ſit conſecutus poſſit actor videri, & altera eſſe conſecutus, quod priore, & poſteriore. Non igitur poſteriore nihil. Primum quod vis duas actiones pro una haberi, quas dicis veluti inter ſe mixtas (dicis intra ſe, ſed vis dicere inter ſe) quo auctore hoc dicis? nullo prorſus: qua vero fronte? ſane dura: oam mixtæ invicem dici non poſſunt, quæ neque ſimul intendi, & confundi poſſunt, neque ejuſdem æſtimationis ſunt, id eſt, quæ & qualitate judicii, & æſtimatione ſeparatæ, & diſtinctæ ſunt: quod cum ita ſit, non poteſt quiſquam dici conſecutus una, quod eſt conſecutus altera, puta quod priori, non poteſt videri idem conſecutus poſteriori, quæ ejuſdem fuit, aut minoris æſtimationis: ex quo efficitur poſteriore eum nihil conſecutum eſſe, neque conſequi quidquam poſſe, ut Dominus adſeruit eſſe legendum in extremo *d. l.* 41. An vero vis ſpeciem ita poni, ut prius actum ſit actione minoris æſtimatinnis, veluti ex lege Aquilia, deinde ex lege 12. tab. quæ in ſingulas arbores æris xxv. inferri jubet, & hodie duplum, & ita poſita ſpecie concludere in poſterius judicium, puta ex 12. tab. deduci id, quod priore conſecutus eſt, & ex reliquo condemnationem fieri, ut *l.1. arb. fur. cæſ. l.pen. eod.tit.* quæ conjungenda eſt cum *d.l.*41. eoque modo poſteriore judicio eum conſequi non tantum reliquum, ſed etiam id, quod conſecutus eſt priore, quia & id quoque deductum eſt in poſteriore. Ridemus valde calliditatem, & ἀμφιβολίαν, quæ eſt in verbo deducere, qua tu nos ludificaris. Si in actionem Arborum furtim cæſarum deducitur id, quod jam actor conſecutus eſt priore judicio, id eſt, ſi & hoc ipſum petitur poſteriore, fatemur, & hoc ipſum facta, & in hoc ipſum condemnatione actorem conſequi poſteriore. Sed iniquum hoc eſſe, ut bis idem conſequatur. At ſi in judicio de arboribus cæſis deducitur, hoc eſt, ſi in judicio ſubducitur id, quod jam conſecutus eſt, nego in id condemnationem fieri, & fieri dico in reliquum tantum, ut ait *l.1.* Si id tantum, ergo id tantum ex eo judicio conſequitur & fert, ut etiam eſt ſcriptum in *d. l.* 41. non etiam id, quod jam ex priore tulit: nam judicio detrahere, & ſubducere aliquid & computare, quaſi jam acceptum, longe aliud eſt, quam aliquid judicio conſequi. Quamobrem ad hæc verba *d. l.* 41. ſi tantumdem, aut minus, id conſequatur, ſive ponas tantumdem, aut minus contineri poſteriore actione nihil ex ea actor, neque genere deductionis, neque ullo alio genere conſequi poteſt, quia conſumpta ea actio eſt, *l.1. vi bon. rap. d. l.* 34. ſive ponas plus contineri poſteriore, quem tamen caſum non ferunt verba *d. l.* 41. cum id ex ea tantum conſequatur, quod plus in ea eſt: ex ea igitur nihil conſequitur ex eo, quod priore jam conſecutus eſt quodque poſteriore deductum, & detractum eſt.

JOHANNES ROBERTUS.

STringit quidem hic brevius: ſed ut callidius verba noſtra circumveniat, & nos conſtringat, nec ille meminerat poetæ, quo loco primum negationem miſere abſtraxerat Paulo in *l.qui ſervum* 33. *ff. de oblig. & act.* nec ego quoque cum exinde negationem illic retinendam aſſeruiſſem. Jam vero dnm effugia quæritat, & alio hoc omne transferre cupit, ſic quæ ſcripſi refert, quaſi hac ſola ratione illud ſentiam, quia non ſit ſimplum conſecutus, qui non ſit & pœnam conſecutus. Aut fidelius referat, quæ ſcripſi, nec imponat lectori, cui ſciat non perpetuo utriuſque libros ſuppetere, atque ut ſuppetant,

diffi-

difficillime fraudis iſta ſuſpicio ſic ejus animo obverſatura ſit, ut in conferendis his, quæ referat cum editis ſcriptis noſtris, identidem immorandum ſibi putet. Ac cum jam pluries idem hoc illi objecerim, non eſſe quod ab eo, de quo præcipue inter nos agatur, in quo debiliores ſuas partes ſentiat, quam quas ſerio tueri poſſit, ad alia, ad rem aut nihil, aut parum conferentia nos deducere, aut ſuperfluis propoſita involvere tentet, ut quidem in eo hic totus eſt, ut contendat ſi minus expreſſe dixiſſe, at ſaltem voluiſſe, non eſſe ſimplum conſecutum, qui non & pœnam conſecutus ſit, cum nec à me, nec ullo antea, pœnæ mentio facta eſſet. Contra vero contendit id, quo major ſit rei æſtimatio in legis Aquiliæ actione, vel anni, vel triginta dierum retro computandorum ratione, ſicque augmentum illud vere pœnam eſſe, & non poſſe me acceſſionem ullam iſti ſimilem oſtendere, quæ nomine vacet, & mutare me eam, quam dixerim ſimpliciter non eſſe pœnam, in eam, quæ vere pœna non ſit, ſicque mutare me ſimpliciter in vere: ac inde dicere me eam tantum legis Aquiliæ actionem eſſe pœnalem, quæ in inficiantem creſcat, & alia iſtiuſmodi, quæ arbitrio ſuo captioſe invertit, & involvit, quo magis illa lecturos à propoſitæ quæſtionis veritate dignoſcenda abducat. Quæ ſingula, qui ſigillatim expendet, verba eſſe agnoſcet, qualia ejus fere omnia admodum inania. Nam primum, quod petit acceſſionem iſti ſimilem, quæ ſpeciali nomine vacet, ſibi oſtendi, profero illi plures, in quarum nonnullis, etiam ſi de delicti ſpecie nullo modo agatur, quod plus eſt, iſtiuſmodi tamen æſtimationis augmenta etiam pœnæ appellatione donentur, cum in his vere pœna non ſit, ſed ea tantum acceſſio, quæ nec in fructuum, nec uſurarum, alteriusve ſpeciale acceſſionis nomen cadant, puta io eo, quod cum certo loco quid dari promiſſum eo loco ſolutum non eſt, creſcit rei æſtimatio loci adjecti ratione: quod augmentum, & dicitur accedere principali obligationi, ſicque acceſſio eſt, ac ea quidem, quæ ſpeciali appellatione careat, & pœnæ quoque appellatione iterum donetur à Paulo in l. *ult.* ut, & comprob. arg. *l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco*. Idem, & multo magis, in eo, quod res creſcit ex contumacia non reſtituentis jurejurando in litem præſtito, *l. 1. ff. de in lit. jur. l. qui reſtituere, ff. de rei vin.* quod etiam in pœnam non reſtituentis fieri dicatur, cum tamen verius nihil aliud ſit, quam rei æſtimationis augmentum, ſive acceſſio, non aliud quam acceſſionis, & augmenti nomen obtineat, *l. ſi tibi 8. ff. de in lit. jur.* Idem in his, quæ in fraudem creditorum à debitoribus alienata ſunt, in quibus licet rei reſtitutio, & medii temporis commoda, & nonnunquam uſuras complectatur, l. *ait Prætor 10. §. partum quoque, ff. quæ in frau. cred.* id tamen, quod datur, non pœnæ nomine dari dicitur, in *l. ſi fraudator 25. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. cred.* & tamen in eo non tam emolumentum actionis, quam pœnam ſpectare dicitur Prætor, *l. ult. §. ult. ff. quæ in fraud. credit.* Idemque in rerum amotarum judicio, & condictione furtiva, in quibus licet id, quod ſubſtractarum rerum creſcit æſtimatio, in odium & pœnam ſubſtrahentium ſit introductum, non tamen vere pœna eſt, ſed acceſſio, tametſi aliquo reſpectu pœna dici poſſit, *l. pen. ff. rerum amot. l. in re furtiva*, juncta *l. ſi pro fure 7. §. 1. ff. de cond. furt.* Ut & reliqua iſtiuſmodi æſtimationis augmenta eodem referri poſſunt, *l. ſi ſterilis 22. §. cum per venditorem, in fin.* juncto arg. *l. 3. §. ſi per venditorem, ff. de act. empt.* Comprobantur hæc comparatione, quæ fit ab Ulpian. iſtiuſmodi æſtimationis augmentorum cum illo legis Aquiliæ ob triginta dies retro connumerandos, quaſi inter hæc non aliud interſit, quam quod hoc retrorſum judicii accipiendi tempus reſpiciat, illud vero minime, *l. 2. §. item quæſitum, ff. de privat. delictis*. Idem de eo cenſendum, ſive in eadem illa legis Aquiliæ actione, ſive alia aut perſonali, aut reali, quod attinet ad ipſi rei cohærentes cauſas, quæ nec fructuum, aut partus, nec uſurarum ſpeciali appellatione comprehendantur, quale illud eſt, quod ſervo perempto hereditates quoque, & legata, quæ per eum ſervum ob-

A venire potuerunt, in condemnationem veniunt, *l. in lege Neratius 23. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. præterea 20. ff. de rei vind.* quæ quidem in fructu non eſſe probatur, *l. acquiritur, verſ. de iis autem, & l. liber homo 19. ff. de adq. rer. dom.* Idemque, & de theſauro per eum reperto, prob. *l. ſi is, qui in aliena 63. verſ. quod ſi ſervus. ff. de adq. rer. dom.* Ac propterea illas ſimpliciter, & vere pœnas non eſſe dixi, tametſi nonnunquam in pœnam illius, qui harum acceſſionem præſtare teneatur, id introductum dicatur, juxta *d. l. ult. §. ult. & d. l. ſi tutor 8. ff. de in lit. jurand.* Ex eoque id, quod pœnæ generale quidem ſit vocabulum, juxta *l. aliud 131. ff. de verb. ſign.* ſed tamen vere, & proprie non ſint illæ pœnæ, quia pœnæ certæ ſint ſingulorum delictorum, *l. ſi qua pœna 244. verſ. ex hoc quoq; ff. de verb. & rer. ſig.* hæ autem nihil certi contineant, itaque acceſ-
B ſiones potius, quam pœnæ cenſeantur, tametſi attenta generali illa appellatione, & ſignificatione, ea ratione dicamur, & illa quoque legis Aquiliæ actione pœnam perſequi, quæ propterea mixta eſſe dicatur, *§. ex maleficiis, de act. in Inſt.* Illam autem tantum, quæ contra inficiantem in duplum datur, pœnalem eſſe nullo loco dixi, & hac ex parte calumniatur oblatrator. Dixi quidem, ejus quod dicitur hæc actio eſſe pœnalis, rationem, & aliu referri poſſe, quam eo, quod augmentum illud æſtimationis propter retrorſum ſpectandum annum, aut triginta dies pœna dicatur, quippe quod per inficiationem creſcat in duplum, ſed ita, uti dixi, ut non excluſerim quin alio reſpectu dicatur pœnalis. Expendat iterum verba mea (niſi ſciens videnſque calumniatus eſt) & comperiet illam taxativam particulam tantum, quam de ſuo addidit,
C me eo loco minime adjeciſſe.

Ac non ideo minus queritur homo pervicax, quod in actione legis Aquiliæ mixtam rei pœnam uno nomine ſimplum vocem, & quis me hoc docuerit rogat, atque utinam hoc legerim. Deinde ſuo more ſubtiliſſime, vel magis futiliſſime argutatur. Si ſimplaria, inquit, eſt actio, non eſt igitur miſta, & alia plura ejuſdem acuminis, quæ eo facilius refelli poſſunt, quod eum revoco ad Juſtin. qui poſtquam dixiſſet, & legis Aquiliæ actionem miſtam eſſe, non ſolum illo caſu quo in duplum agitur adverſus inficiantem, proxime ſubjicit, *ſed interdum etſi in ſimplum quiſque agat, veluti ſi quis hominem claudum aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretii fuerit, tanti enim damnabitur*. Quibus verbis eo quod dixit in ſimplum agi, & tamen damnationem ex ea ſim-
D pli petione ſic fieri, ut & idipſum, quod accedat propter annum retrorſum attendendum comprehendat, id (ſive pœnam, ſive acceſſionem, aut augmentum voces) nonne ſimpli appellatione complexus eſt? Ac multo expreſſius Theoph. illum locum enarrans: *ἰδοὺ ἐνταῦθα οἱ, ἢ εἰς ἁπλοῦν κινεῖται, ὅμως ἔχει, ἢ τοιῆς ἀπαίτησιν, ὁ γὰρ ἀναιρεθεὶς οἰκέτης ἔσθ᾽ ὅτε ἄξιος ὢν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναιρέσεως .ι. νομισμάτων, ἡ καταδίκη γίνεται εἰς .ρ. νομίσματα, διὰ τὸ τοσούτου ἄξιον αὐτὸν γεγενῆσθαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ὑγιὴς ἦν.* Quibus apertiſſime patet ſic ſimplo tunc adjunctam eſſe illam, ſive acceſſionem, ſive pœnam voces, ut plane cohæreat, non autem, ut in aliis, aut ad duplum triplumve, aut quadruplum miſtis actionibus ulla ratione à ſuo ſimplo divelli, & ſeorſim conſiderari poſſit. Quo fiat ex ſententia noſtra, & omnium exem-
E plarium autoritate teſtimonioque comprobata lectione, ut ſubducto ſimplo ea actio locum non habeat, quia ſimplo quale eſt ſubducto, nihil ſuperſit quod peti queat, utpote à quo illud nulla ratione divelli poſſit. Hæc cum nugivendus Juriſconſultus leget, non dicam futurum ut illi cornua creſcant, ut quæ ferantur pridem illi in ſtatu eſſe, & creſcere poſſe deſiiſſe, verum ut (quod ait Ariſtophanes) *ὑπ᾽ ὀργῆς τὴν [illegible] ἐσθίων*, dies noctesque plures in fermento jaceat.

Inſultius inde in eo perſtat, ut me regulam illam conſtituiſſe aſſerat, ſubducto principali acceſſorium non remanere: & quia directo nequit, argumento à contrario ſcriptorum meorum ſenſu ducto id omne, quidquid eſt, involvere conatur: cujus abſurditatem cum ipſamet ejus

ſcripta per ſe manifeſtiſſimam reddant, non eſt quod in A his fruſtra retexendis immorer, ut neque in illis ipſius mendaciis quæ admiſcet, quale illud eſt quod ait, me regulæ meæ addidiſſe articulum, *plerumque*. Dixi quidem *l. cum principalis* 130.*ff.de diverſ.reg. jur.* additam fuiſſe particulam *plerumque*, & ſimul quorſum addita eſſet, explicui. At regulæ meæ qui fieri poteſt ut eam addiderim, cum regulam ego nullam conſtituerim? Deinde vero quam juris autorum, & ſcriptis, & ſententiæ illud diſconvenit, quod interpretatione ſua regulam generalem, *d. l. cum principalis*, dimidiata ſui parte mutilare conatur, dum illam ait de iis minime intelligi, quæ cum ab initio ſubſtitiſſent, poſtea ſublata fuerint: quo quid abſurdius? ut quidem id citatis à me antea pluribus locis abunde refellitur.

Quæ autem verboſe adjicit, *ad l. quoties* 41. *§. ult.ff.de oblig.& act.* nihil certi, & ſolidi habent, quo admiſſi ab B eo in illius legis interpretatione errores ulla ex parte obtegi poſſint. Itaque his quæ ad illam legem antea utroque ſcripto prodidi, aperte, & plane diluuntur: Ac ita ut (contra quam objectet ad ſententiam meam aſſequendam OEdipo opus eſſe, qui non aliud habet quod præter verba, & voces contumelioſas opponat) ea confidam cuivis mediocriter in juris diſciplina verſato perſpicua fore, nec alia ulla mea apertiore, aut accuratiore explicatione egere. In illis vero aliis egregiis quæſtionibus, quas ex ingenio ſuo movet, & quaſi tendiculas parat, quibus nos impedire, & ex inſidiis adoriri poſſit, cum ad illa de quibus inter nos quærebatur, minus pertineant, hic ut ſolus ſibi puchre argutatus videatur, ſinam.

Addita quædam ſuperioribus notis receptæ lectionis l. 3. C ff. de reg. jur.

CAP. XXX.

JOHANNES ROBERTUS.

QUIS credat fieri poſſe, ut qui non tantum duo vocabula diverſa eſſe ſcripſerit, ſed & cuique eorum diverſam ſignificationem nominatim aſſignaverit, non tamen idcirco aliud ab alio diverſum eſſe exiſtimet, & eo ſignificari ſentiat? Miram oportet hic ſubeſſe ſubtilitatem, quæ ut adeo contraria ſimul ſubſiſtere queant, efficiat. Iſtiuſmodi autem hoc eſt, quod qui primum ſcripſit nocere, & non prodeſſe, eodem modo diverſa eſſe, quo nolle, & non velle, quatenus nocere ſit damno afficere, non prodeſſe autem ſit neque lucro afficere, neque eximere D damno: Nolle vero ſit palam refragrari, & contradicere: Non velle autem tacere, & pati: Quique etiam exinde ſubjunxerat: Sicut nocere ſignificat interdum non prodeſſe, ita & nolle ſæpe ſignificare non velle (quod poſterius dictum id quod proprium cujuſque vocabuli eſſe dixerat non mutet, ſed præter illam, quam velut propriam, & uſitatam magis illorum verborum ſignificationem conſtituerat, & in iſta quoque nonnunquam hæc uſurpari judicet) jam tamen audacter perneget conſtituiſſe ſe illo loco aliud eſſe nolle, & non velle, at ſimul obteſtatur comprobaſſe ſe vulgatam ſcripturam *l. 3. ff. de reg. jur.* Cum tamen utrumque falſiſſimum ſit: quippe tantum abſit, ut aut ille antea vulgarem illius legis lectionem ſcripturamve probaverit, & firmaverit, aut ego id ab eo factum ſcripſerim, ut contra, & is vulgarem E ſcripturam hanc improbet: *ejus eſt nolle, qui poteſt & velle*, & ejus loco hanc reponendam cenſeat: *Ejus eſt non velle, qui poteſt & velle*, & ego illud tantum notaverim, quod is receptam, & vulgatam lectionem rejiceret, & aliam illam ejus loco reponendam cenſeret.

Ex quibus, & illud dijudicandum relinquo, quam verum ſit, quod ſubjicit, exiſtimaſſe ſe ſemper, nihil referre, an hoc modo illa regula conciperetur, *Ejus eſt nolle*, &c. an vero iſto, *Ejus eſt non velle*, &c. Quod ſatis ſe declaraſſe ait, adhibita illi regulæ *l. nolle 4. ff. de acquir. hered.* Sed eo jam non poteſt hoc efficere, quin tunc ita illam l. 4. adhibuerit, ut ex ea, & *καινικῶν* libris contenderet eſſe legendum in *d. l. 3. Ejus eſt non velle*: illud quidem omnino ſubindicans, utrobique pro *nolle* legendum eſſe *non velle*. Atque ut vaſri, neque tamen ſibi conſtantis ingenii futilem verſutiam agnoſcas, in priore ſcripto citavit, numero ſolo præd. *l.* 4. quod tunc à verbo *Nolle* incipiens, eo illi priori ejus ſententiæ, in qua jam non perſtat, obeſſet: at in poſteriore aliter præter morem ſuum citat (nam vel remotiores leges ex ſolis numeris maxima ex parte notare uſus illi eſt) quippe ſic ab ejuſdem legis textus initio *l. Nolle*, quia ab eo verbo qualecunque poſſit, effugium jam captare juvet. Illam autem ejus juxta varia tempora variam, & invicem pugnantem ſententiam, & illud indicat, quod cum prius diſerte ſcripſiſſet, non velle eſſe tacere, & pati, ut aliud conſtituebat ſignificare non nolle: quippe aliud quam non velle, jam mavult *non nolle* eſſe pati, & *non velle* eſſe nolle. Sed enim quidquid attexat, & quantumcunque hic longis tibiis canat, quo qui diſcors emiſſus fuerit ſonus minus peritos, & incautos lateat, & fallat, illud inficiari nullo modo poteſt, tunc primum ſcripſiſſe ſe aliter ita legendum eſſe *in d. l. 3. Ejus eſt non velle*, poſtquam diverſa hæc eſſe nominatim ſcripſiſſet, & ſeparatim cuique aſſignata ſua ſignificatione explicuiſſet, *Nolle*, & *non velle*, eſſe eodem modo diverſa, quo *Nocere* & *non prodeſſe*. Verumenimvero bene eſt, quod jam monitu meo (tametſi id perneget) utranque erroneam aſſertionem illam reipſa ſaltem revocat, & mihi (quem iſtis verbis notat, *ſero in orbe natus*) ſerius quam vellet, omnino aſſentiendum agnoſcit.

Quæ poſteriora ejus verba cum vir eruditus familiaris meus mecum perlegeret, mirabatur, quid eſſet, quod ille me ſero in orbe natum diceret, cum (inquiebat) ſit te, & natu haud adeo grandior, & in publice profitenda juris diſciplina tempore multo poſterior, qui poſtquam à Tholoſatibus ſuis vanas verborum velitationes, & juris autoritati dignitatique detrahentes futiles tot correctiones à ſolidore juris doctrina ſegregare plus, quam vellet ſcientibus repulſam in Anteceſſuræ petitione paſſus, ad Bituricenſes ſe contuliſſet, atque ibi Anteceſſuram avidiſſime ambiens, ex more Axiomata publica diſputatione aſſerenda, quantumcunque renitens, proponere coactus eſſet, ab uno ex tuis, collegarumque tuorum auditoribus (qui paucis ante diebus Bituriges adventaſſet) cum ipſo congrediente, in eas anguſtias ſit redactus, ut cum ejus objecta, & argumenta, quibus urgebatur, nullo modo diluere poſſet, neque haberet, in quam ſe partem verteret, neque à Franciſc. Duareno aſſidente una cum collegis agonotheta diſputationi finem imponi impetrare potuiſſet (cum ille receptum ſcholæ morem id minime ferre cauſaretur) morbo correptum ſe ſimulans, inde non ſolum, antequam receptui datum eſſet ullum ſignum, ſed & vix cœpto congreſſu terga dare, & ex ſuggeſto ſeſe turpiter proripere conſpectus ſit. Atque, ne id à me confingi putes, idem hoc illi (inquiebat ab Adriano Pulveo (qui tum juris abditor illi diſputationi interfuit) editis de lege Attinia ſcriptis, & publice proſtantibus exprobratum eſt. Hæc ille, quorum poſtremum tunc temporis (quo cum eo ſic ſtrenue congreſſus fuerat, ille vix dum tunc pubeſcens juris auditor, ac inde in ſupremi Pariſiorum Senatus Decuria doctiſſimus, illoque primæ lanuginis facinore permultis notus Senator) renunciatum fuiſſe memineram. Sed cum exinde, & in aliis poſterioribus ſtrenui illius doctoris ſcriptis legerem, iterum atque iterum me iiſdem illis verbis notari, quibus ab eo dicor *Sero in orbe natus*, perculſit illico animum, hic ſubeſſe aliquid, quo ſibi adeo placeret, ut idem toties repetere geſtiret, inde eo avidius id animo agitans, illudque ſimul, quod idem velut in Veneris ſandalio culpando alter Momus eruditiſſimi viri nomen ejus literarum varia inverſione traducere iiſdem libris illis tentaſſet, ut Andium ſine bono efficeret, cujus alioqui doctiſſimorum de Republica commentariorum laudem leviuſculis velitationibus ſuis deleri non poſſe intelligeret: comperi tandem eum, qui jura tot locis invertere non dubitet, nec à nominis mei literarum ordine ita pueriliter invertendo abſtinuiſſe,

ut

Digitized by Google

ut hominis iſtis ſcurrilibus inſiſtentis levitatemve dicam, A an livore ſuffuſi rabiem agnoſcas. Id vero, cum viro conditiſſimo aperuiſſem, qui, vel commoſtratis quoque locis illis, quibus ita nominis mei notas loco movit, vix adduci potuiſſet, ut crederet hominem, nec juvenem, nec obſcuri inter literatos nominis, in tantum væcordiæ prolabi potuiſſe, ei indignitate rei tandem commoto, hominem verſibus iſtis officii commonere, ſimulque oppoſita alia nominis mei inverſione, plus mihi quam agnoſcam tribuendo, eo magis illum urere viſum eſt, quos (tametſi ſibi tantum, & mihi ſcriptos voluerit) non potui non adſcribere, quo iis mage gratam principio: quippe doctam, & elegantem coronidem huic libro imponerem.

Qui te olim merita (quanquam abſens) uris bonore,
Ceu minuat laudem laus aliena tuam, B
Hunc elementorum inverſa compage refingis,
Vt fiat, ſero natus in orbe, tibi.
Scilicet hæc facies, quæ te terrebat aperta,
Perſona inducta diſſimulanda fuit,
Firmior ut poſſes illam conſiſtere contra,
Et conſerre animo non titubante manum:
Sic ficta ad palum ludit certamina tyro,
Ad veras acies, qui modo terga dabat.
At dum aliena tuo pervertis nomina ſenſu,
Nomina non ſentis, quid tua verſa ſonent?
Tu ſuavi decepta cibo auditoria viſcas,
Nobilis hoc ſolo factus ab aucupio.
Eſſe igitur, qui nos viſcata avertat ab eſca,
Mellitiſque capi non ſinat inſidiis,
Vreris, & nimia mentem convulſus ab ira, C
Iam non alternum, ſed ſine fine furis.
Deſine jam (moneo) nam quod puerilibus iſtis
Interdum miſces, & maledicta jocis,
Quo magis alterius tentas invertere nomen,
Hoc magis evertis nomen inepte tuum.

ANTONIUS MERCATOR.

QUis non dicat te, & ſermonis, & rationis inopiam pati, qui enim, qui docuit aliud eſſe nolle, aliud non velle, & ſæpenumero alterum tamen promiſcue accipi pro altero, à ſeipſo diſſentire dicis, cum in *l.3. de reg. jur.* nihil referre ſcribit, legatur: Ejus eſt nolle, an ejus eſt non velle: nam, qui hoc ſcribit, quid aliud ſcribit, quam quod dixerat ante ea verba eſſe in uſu promiſcuo, & accipi alterum pro altero unde cum non ſimpliciter, ſed ex Baſilicis ſcribit in *d. l. 3.* eſſe legendum, D Ejus eſt non velle, an ideo improbat vulgarem ſcripturam: Ejus eſt nolle, quam imo maxime probat, cum ad confirmationem Baſilicæ ſcripturæ profert *l. 4. de acq. her.* quæ habet nolle: eo plane demonſtrans in conceptione ejus regulæ nihil referre utro verbo utamur: hoc ſi decies iteret, atque iteret tibi tu non exaudies, quia furor obturavit aures, & vis omnino volentem nolentem primum dixiſſe, vel ſenſiſſe multum referre hoc an illo verbo ſupraſcripta regula conſtitueretur, vi illata non ſcripto ejus, ſed & cogitationi, & menti, quam tu formas tibi & effingis, ut libet arbitratu tuo, ut inde concludas, eum mutaſſe ſententiam, quam nullam mutavit, & mutaſſe motum ſcilicet admonitione tua, quam neque accepit, neque pluris facit, quam teipſum quamve fungum putidum.

Rurſus, quod non potes convincere palam ex ſcriptis E ejus, id per argumenta tentas efficere. Variaſſe hominem, inquis, judicium præbet, quod cum prius ſcripſiſſet. Non velle eſſe tacere, & pati, & diverſum eſſe non nolle, nunc ſcribit non nolle etiam eſſe pati, & non velle, nolle. Ubi vero antea ſcripſit, non velle, & non nolle eſſe diverſa profer locum, ἐν τῷ ἀκανθῶνι. Et diverſa tamen eſſe fatetur ſi non velle accipias pro nolle, idem eſſe ſi accipias proprie pro tacere, & pati, ut illo loco Plauti. Niſi tu nevis: imo, haud nolo. Et variaſſe, quod objicis, id ſi feciſſet non deputaret in vitio, & contra objiceret tibi, quod M. Tullius neminem doctum unquam mutationem ſententiæ quaſi inconſtantiam cuiquam objeciſſe.

Ab his deſinis in convitia, ad quæ ille, χοινᾶ καθαπάντων ἰσαῖς ἐγνώκασιν, quoniam à te profecta ſibi ornamento eſſe ducit. Nihil movetur etiam eo, quod mentiris in his libris bis, aut ter eum à Toloſanis tuliſſe repulſam in petitione Cathedræ, quam eum à Cadurcis, & mox à Biturigibus evocatum oblatam repudiaſſe teſtis eſt Senatus, & populus Toloſanus, qui nec deſtitit unquam ab eo tempore eum ſublatum ex oculis deſiderare, & requirere. Nihil eo, quod Avarici Biturigum eum de jure civili inſtituta publica diſputatione in ipſo pene exordio nequeuntem reſpondere his, quæ objiciebantur, ſimulaſſe morbum, & duxiſſe ſe ab ſchola ante tempus. Innumeri ſuperſunt etiam hodie ex eo populo, qui ſciunt, quam is ſtrenue ſe geſſerit in ea re, & à ſummo mane uti ad undecimam perſtiterit invictus, utique exeunti, & procedenti certatim multi adclamaverint, feliciter, multi: Aliis eum diebus viciſſe alios, eo die viciſſe ſeipſum. Unus tantum extitit, qui offenderetur, quem ille male diſputantem rubore ſuffuderat, cujus tu ſolius quaſi idoneo teſtimonio uteris. Verum age, & iis mendaciis ſuperinjice alia, & quantum poteſt onera hominem mendaciis, & maledictis, hæc ipſe non curat, cui jam aures occaluerunt ad injurias tuas. Vale.

JOHANNES ROBERTUS.

ETiam non pudet negare hæc duo, nocere, & non prodeſſe, eodem modo eſſe diverſa, quo nolle, & non velle, quorum cuique diverſam ſignificationem apertiſſime aſſignarit. Sed nec pudet quoque aſſerere, non aliud ſe antea quam vulgatam lectionem comprobaſſe, *l.3. ff. de diver. reg. jur.* Quin etiam negat ſcripſiſſe ſe, diverſa conſtituiſſe hæc eſſe, non velle, & non nolle. Locos ejus ſcriptorum ſubnotabo, ut id reſponſi loco illi ſit. Quid enim contra herbam ultro porrigentem depugnem? Illud primum nominatim ſcripſit, aut ſaltem, quaſi ab eo ſcriptum editum eſt, c.39. *lib.5. ejus Obſervat.* in ipſo ejus capitis initio. Secundum, paulo poſt initium, hiſce verbis, Cui male quidam adjungunt *l.3. ff. de diverſ. reg. jur.* cum in ea ſit legendum, ex *l. 4. ff. de adqu. bered.* & Βασιλικῶν libris, *Ejus eſt non velle, qui poteſt & velle.* Nec eſt, quod iſtiuſmodi verba expreſſa in contrarium ſenſum detorqueat propter citatam à ſe velut in id *d.l.4.* nam ea illius *non velle*, ab eo introducti mentionem nullam facit, nec quia ejus mentionem non facit, ſed tantum verbi nolle, cum illi ſit uſus, leges quasvis, quantumcunque ad rem propoſitam, aut nihil, aut parum faciant, in ſpeciem tantum adductæ alicujus autoritatis citare, eo ſolo non poteſt aperte adeo propoſitam ſententiam ſuam in contrarium reflectere. Tertium vero illud (nam & hic quærit quonam loco id ſcripſerit, quaſi nunquam ſcripſerit, aut ſaltem ſcripſiſſe non meminerit) expreſſiſſime prodidit paulo poſt medium c.23. *lib.15. Obſer.* his verbis: *Cæterum quod aliud ſit non nolle, aliud non velle, ideo multum referre exiſtimavi hoc modo conciperetur, Ejus eſt non nolle, an hoc, Ejus eſt non velle, Non nolle eſſe pati, non velle nolle.* An poteſt apertiores ullos ſibi ex ſeipſo locos proferri cupere? Mutationem vero ſententiæ in pertinacibus, qui ita varient, ut tamen minime variare ſeſe obſtinatiſſime denegent, improbavi quidem; at in illis, qui ingenue ſe quondam aberraſſe agnoſcant, nunquam.

Eodem ore quo hæc denegavit, quæ ab ipſo ſcripta extent, & illa quoque conſtantiſſime pernegat, quæ adſtante ducentorum, ut minimum auditorum corona, audita, & conſpecta ſunt Biturigibus, cum e ſuggeſto vixdum cœpto congreſſu, & pulpito ſeſe nugivendus proripuit: Cujus rei, & Senatores, & Patronos Pariſienſes plurimos ſeſe teſtes profiteri conſpicimus. Sed quid teſtibus opus? cum & tabulis id conſtet, nimirum eo quem dixi, libello ab Adriano Pulveo in lucem edito, tum ſtudiorum cauſa Biturigibus agente, & illi tum juveni à ſtudiis adſtante, cujus imberbis, barbatus hic magiſter primos congreſſus ſuſtinere non valuit. Si in eo inficiando perſtabit, & nos paulo magis commovebit, efficaciam brevi, ut perplures tum auditionis cauſa ibi agentes ſcriptis editis idem mecum atteſtentur.

CON-

CONTROVERSIARUM
JOHANNIS ROBERTI
AURELIANENSIS,
ET
JACOBI CUJACIJ
BITURICENSIS,
Præſtantiſſimorum Anteceſſorum, & Juriſconſultorum.
LIBER SECUNDUS.

Qui poſthumi dicantur, & quo ſenſu Virgil. Sylvium, poſthumam Æneæ prolem dixerit.

CAPUT I.

JOHANNES ROBERTUS.

POSTHUMOS primum veteribus eos tantum filios dictos conſtat, qui mortuo jam patre nati eſſent, *l. 3. ff. de injuſt. rupt. & irri. teſt.* ab eoque id, quod ita humato jam patre in lucem ederentur, ut antiquiſſimus, quin & hactenus ſervatus inhumandorum, & terra condendorum cadaverum mos fuit, ita tamen ut ab antiquioribus illis ſeculis arcula, ſive quo alio in monumento ſepulti, pro eo habiti ſint, ac ſi terra fuiſſent conditi, *l. funeris ſumptus, l. divi fratres, l. oſſa, ff. de relig. & ſump. fun. Cic. lib. 2. de legib.* Hanc vero iſtius dictionis notationem, & ſimul ſignificationem minime probavit Ceſell. Vindex, *ut ſcribit Aul. Gell. noct. lib. 2. c. 16.* Poſthumum non eum ſignificare contendens, qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus ſit: ut inde clarior conſtet ſententia horum Virgilii verſuum, quibus lib. 6. Æneid. Anchiſen, cum ſuo Æneæ illum, quem ex Lavinia procreaturus eſſet, commonſtraret, quæ ſecutura eſſent prædicentem ita inducit:

— Primus ad aurat
Ætherias Italo commiſtus ſanguine ſurget
Sylvius, Albanum nomen, tua poſthuma proles,
Quem tibi longævo ſerum Lavinia conjux
Educet ſylvis regem, &c.

Sic enim Sylvium iſtum vivo adhuc ipſo Ænea naſciturum ſignificare interpretatur: quod alioqui ſi poſt Æneæ mortem illum natum diei intelligeremus, illud ejuſdem repugnaret, quo ait futurum, ut hic longævo, & ſeni Æneæ è ſylvis à Lavinia educatur. Eo igitur ejus interpretatio ſpectat, ut adſtruat, & Sylvium iſtum non defuncto, ſed ſene, & ſuperſtite adhuc Ænea natum fuiſſe, & ſimul poſthumi dictionis notationem ad poſteriore loco natum referenda eſſe. Quorum illud quaſi haud dubie falſum rejicit idem Gellius, quod eum vivo Ænea Sylvium illum natum nullo autore probetur, contra annalium omnium monumentis mortuo jam Ænea illum natum, eamque ob cauſam hoc ei Poſthumi cognomen

A impoſitum fuiſſe ſit proditum. Cui rei ſubſcribit Dionyſius Halic. *Antiq. Rom. lib. 1.* ſed ita, ut cum non caſu, ut alii volunt, in ſylvis natum dicat, ſed quod poſt Æneæ mortem, ſuſcipiente dominationem Aſcanio, majore ex Creuſa filio (ut quidem in incerto reliquit T. Livius, an is Aſcanius patri Æneæ ſuperſtes fuerit, an non) exterrita Lavinia prægnans, ne quid gravius in eam novercam, & quidem regni conſortem parituram admitteret; ad Tyrrhenum regii pecoris magiſtrum confugerit, & inde in ſylvis abdita filium ab eo Sylvium dictum enixa fuerit: Cum tamen diverſus ab illis T. Livius *lib. 1. decad. 1.* Sylvium iſtum caſu quodam in ſylvis natum non Æneæ, ſed Aſcanii, poſt quem regnarit, filium fuiſſe prodiderit. Quem in eo Servius (prædicto apud Virgilium loco) erroris, ac quidem (ſi contraria autorum
B omnium teſtimonia expendas) manifeſti arguit. Itaque idem Servius Sylvium illum ab eo, quod poſt Æneæ patris humationem natus eſſet, poſthumam prolem à Virgilio dictum comprobans, ſic ex ſententia Sulpitii Apollinaris verſus illos explicat, ut Sylvium illum poſthumam Æneæ longævo, hoc eſt Deo, ſicque velut in longum jam ævum, & perpetuum recepto, immortalique facto, natum interpretetur, non autem ſuperſtiti, & ſeni. Sic enim hiſtoriæ, ut diximus, fides repugnaret. Comprobatque id eo ſolo, quod, & male hoc ſibi vendicaſſe uſum ait, ut ſenes longævos dicamus. Quod tamen ab eodem Gellio haud ab re ea ratione refelli videtur: quod aliud ſit longum ævum, aliud perpetuum: neque dii longævi, ſed immortales vocentur, ſed non, ut is probabilius quidquam ad ejus loci explicationem adferat. Ac inde in varias ſententias comperio diſtractos ſeculi iſtius ſcriptores,
C in iiſque Adrianum Turnebum *c. 1. lib. 18. Adverſ.* qui licet admittat id nomen illis attributum fuiſſe, qui poſt patris mortem naſcerentur, quod & ex Plauto in Aularia comprobat, tamen & illam ſimul ſententiam amplectitur, ut præterea poſthumi dicantur, & illi, non tantum, qui poſt factum teſtamentum vivo adhuc patre naſcuntur, ſed & quicunque poſt alios liberos ultimi gignuntur: quo ſenſu illud Virgilii accipiendum cenſeat: idque iſtis Auſonii de eodem Sylvio loquentis verſibus confirmat:

Ut quondam in Albæ mœnibus
Supremus Ænea ſatus.

Quæ tamen utramque ſententiam æque admittunt. Nec video, quo melius illa Ceſellii ſententia fulciri queat, quam eo, quod noviſſime D. Germanus Valens Pimpontinus Præſul, & in primaria Pariſienſis Senatus Decuria

Sena-

Senator doctiſſimus, illum Virgilii locum enarrans, obſervaſſe ſe ait, Græcos Poetas deos ſimpliciter dicere, [illegible], *μακαρίτας*: quibus conveniat, & illud Ennii, quod Cicer. Tuſcul. lib. 1. citat:

Romulus in cœlo cum Diis genitalibus ævum
Degit.

Non defuere, qui commenti ſint, illis apud Virgilium verbis, Anchiſem quaſi fallentem injicere ſpem Æneæ voluiſſe, futurum, ut diutius viveret, ne alioqui ſciens ſe brevi moriturum, ſegnius ageret. Quod ſi eo conſilio dictum voluit Virgilius, cur Poſthumam ejus prolem dixit? quod repugnet. Alciatus vero *Parerg. lib. 8. c. 53.* illud Virgilii diſtinctione puncti ita explicandum putat, ut dicamus, Serum tibi longævo, id eſt, tardum tibi Æneæ ſeni, quia propter ſenectutem prius è vivis migrabis, quam ſit natus, & quam eum videre poſſis. Franc. vero Connanus cum ſentiat his verſibus ſignificari vivo Ænea natum hunc Sylvium, quia non ſit longævus, qui mortuus eſt, ſed fuit Longævus, ſi vixit, ibi à Virgilio poſthumam prolem dici interpretatur, non de nativitate, ſed de regni, & nominis Albani ſucceſſione: quia Æneæ poſteri non ſint dicti, vel Æneadæ, vel Trojani, ſed Albani, quæ Albanorum proles fuerit Æneæ poſthuma, quia demum ipſo mortuo exiſtere cœperit: quod longius petitum minus conveniat.

Mihi autem dici poſſe videtur, & ex propria iſtarum Poſthumi, Longævique vocum ſignificatione, & ex hiſtoriæ fide, illis verbis Maronem intelligi voluiſſe, Sylvium iſtum poſt patris, aut quidem avi Æneæ mortem, in lucem editum fuiſſe; & facillime componi poſſe, quod hanc ſententiam Longævi dictio minime admittere videatur, ut dictum fuit, quia id, quod ita Sylvius dicitur Æneæ longævo ſylvis educi, uſitatæ in jure noſtro formulæ plane conveniat, ab aliis quoque autoribus uſurpatæ, qua dicimus patri, aut avo, proavoque jam defunctis filios, nepotes pronepoteſque naſci, & ſuos heredes fieri, ac ita illis eos educi: Unde & ſic Poſthumos inſtitui proponimus. *Qui mihi ex uxore mea filius, vel ex nuru nepos poſt mortem meam naſcetur, heres eſto.* Et ita ſibi, nempe teſtatori, eos naſci dicimus, qui tamen cum eo vivo concepti ſint, non niſi poſt ejus mortem naſcantur, *l. Gallus, in prin. & §. quid ſi is, & l. poſthumi, ff. de lib. & poſth.* Sic enim teſtatori is naſcitur, tametſi eo vivo in lucem minime edatur; ſed quoniam, & eo vivo concipitur, in uteroque eſt, & quandocunque naſcatur, non minus filius, ſuuſque heres naſcitur, propterea non ſecus, cum poſt mortem editur, illi naſci, atque in lucem educi intelligitur, quam ſi in humanis adhuc ageret. Nec alia ratione Æneæ jam longævo, & ſeni Laviniam Sylvium è ſylvis educturum dixiſſe nobis videtur Virgilius, non quia illi adhuc ſuperſtiti eductura eſſet, verum cum conceptura illo vivo, qui cum poſtea è ſylvis educitur, non alii, quam illi, qui pater extiterit, naſci & educi intelligatur.

ANTONIUS MERCATOR:

IN hoc capite ſuaviſſimum eſt, quod in Virgilii locum de poſtuma prole recitatis, quod erat facillimum multorum interpretationibus, nullaque probata ad extremum ita pronuntias, Mihi autem videtur, &c. ac ſi tibi jus facultaſque eſſet ulla, vel de minimo cujuſquam Latini auctoris loco pronuntiare, qui non tenes linguam Latinam, niſi eam, quam tibi pædagogus tuorum nepotum adhuc quotidie præmonſtrat. Mihi videtur, inquis. Tune audes dicere tibi videri, qui cenſendi nullum arbitrium habes. Tibi videri poſt tot auctores doctiſſimos etiam veteres. Tu poſt hos videri tibi, qui omnium quos unquam habuit Aurelianis profeſſorum imperitiſſimus, & indigniſſimus es. Quid vero tibi videatur, rideamus. Id ut in pauca contraham, hoc velle Virgilius, vel Anchiſes tibi videtur. Æneæ defuncto filium naſciturum ex Lavinia: nam & filii poſt mortem noſtram qui naſcuntur, nobis naſcuntur, *l. Gallus, l. poſthumi.* Stulte, nolumus has leges in hanc rem nobis adferas: hoc etiam pueri ſciunt, defuncto poſtumos educi, naſci, agnaſci, hoc vel tua ancilla ſcit diobolaris. Verum nemo eſt, qui longævo, & ſeni agnaſci dicat, vel ſentiat eum, qui mortuo, qui nullo agnaſcitur, qui nullius ævi compoti. Libertus Orcinus non longævi libertus, ſed ut Paulus ait, nullius libertus eſt. Et is poſtumus quoque non longævi filius, ſed defuncti filius, hoc eſt, nullius filius eſt *ἀπάτωρ*, ut eſt in gloſſis Philoxeni, quive patrem ſuum nunquam vidit, ut in oratione pro Rabirio. Verum in ſumma hoc Johannis ita videtur graviſſimo animadverſori, quod antea, vel nullus animadverterat, vel potius, quia nemo non animadverterat, nemo non indignum eſſe relatu exiſtimaverat. Illud etiam quam ineptum? nihil eſſe, quod melius Ceſellii ſententiam adjuvet, qui poſtumam prolem dicebat non ſignificare eum, qui mortuo Ænea naſceretur, ſed qui Ænea jam ſene necdum mortuo poſtremus naſceretur, quam quod mortui, qui ſunt relati in Deos, ut Æneas à Græcis longævi dicantur. Ceſellius longævum accipit pro ſene, necdum mortuo, Tu Ceſellium eo juvari maxime cenſes, quod longævus accipitur pro homine poſt mortem donato immortalitate, vel Deo quolibet, quod perinde eſt, ac ſi canem eſſe animal probare volens probares eſſe ſydus.

JOHANNES ROBERTUS

QUem pædagogum hic rurſus ſomniarit *παιδευτὴς* noſter (cui quantumcunque conditionis propriæ memoriam abolere contendat, ea tam vigilanti, quam dormienti in mentem recurrat) & quos hic mihi adſcribere voluerit nepotes, plane non intelligo. Hoc unum ſcio, me cum illa ſcriberem, nullos habuiſſe nepotes præter unum, nondum tunc anniculum, primogeniti mei filium. Sed enim in id me intuentem mouit quiſpiam Biturigibus adveniens, nugivendum nepotis dictione non iſtiuſmodi rectæ lineæ nepotes ſignificare voluiſſe, ſed tranſverſæ, quales mihi nepotes non deeſſent. Id vero cujatis linguæ eſſet quærebam, cum non alia, quam vernacula, hos abſolute nepotes vocari meminiſſe poſſem, qui ex fratribus ſororibuſve noſtris eſſent progeniti. Quo minus mihi perſuadere potui exactum adeo, & rigidum verborum in alienis ſcriptis cenſorem, ejus dictionis ſignificato in tantum abuti contingiſſe. Sed nec mihi tunc ex meis uxoriſve meæ fratribus ſororibuſve quiſquam erat iſtiuſmodi nepos, cui cum illa ſcriberem, adeſſet pædagogus ullus, nec poteſt quis ullum notare: quo tam ineptum, quam impudentem in eo calumniatorem hic ſeſe præſtitit. Verum cum nihil, quod probabili ulla ratione carperet, deprehendere hic potuiſſet, ad meras putidaſque calumnias, & mendacia animum convertere commota gravius bilis impulit. Nihil autem habuiſſe, quod alioqui roderet, illud aperte teſtatur, quod quæ hic ſcripſerim, ita vera agnoſcat, ut ea ſibi nolit legibus comprobari, & eo ſolo nomine elevet, quod omnes id ſciant, etiam pueri, inquit. Et quia id ſibi objici poſſe ſentiebat, ſi hoc nemo non norat, qui fieri poteſt, ut variis tot ea de re ſententiis prolatis, hanc nemo prodiderit? *quia*, inquit, *quod nemo non animadverterat, nemo non indignum eſſe relatu exiſtimaverit.* Nemo igitur id propterea relatu indignum exiſtimavit, quod Virgilii menti, & verbis minime conveniret, & veriſſimum eſſet, ſed quod nemo non id animadvertiſſet. At ſi nemo non id norat, quod Poetæ verbis, & ſententiæ convenientiſſimum eſt, quid tot alias ſententias invehi ad hunc locum opus fuit? Id vero ut effugiat, ſententiam noſtram diſcerpens, alio detorquet. Siquidem admittit recte dici poſthumos defuncto educi, naſci, & agnaſci, at non longævo, & ſeni. Quibus vero rationibus? nimirum hac una, quam quibuſvis etiam ancillis notam ait. Ut, inquit, Orcinus libertus non longævi libertus, ſed nullius libertus eſt, ita qui poſt mortem patris naſcitur, nullius filius eſt. Sic idem, quem poſthumum admittit teſtatoris defuncti filium, non admittit ejus teſtatoris, qui vixe-

rit,

rit, & vel ὀλιγοχρόνιος, vel μακροχρόνιος fuerit, filium. An igitur cadaveris, aut Orci dicetur filius? ut & is, quem confert, Orci libertus? Imo, inquit, nullius filius, & ἀπάτωρ eſt. Quod ſi nullius filius, cur filii jus in ejus, qui vixit ſucceſſione obtinet, nec ſecus teſtamentum rumpit, quam ſi eo vivo fuiſſet in lucem editus? Quam apta omnino diſſimilium comparatio: Libertus ille nulla ratione vivi libertus extitiſſe dici poteſt, qui dum ille vixerit liber, ſicque libertus minime fuiſſe, nec per conſequens patronum habuiſſe dici queat. Aliud vero in poſthumo, qui cum ab eo, qui defunctus eſt, vivo genitus ſit, & eo vivo in matris utero extiterit, ejus quoque & filius extitiſſe dici poſſit, quo fiat ut filiorum appellatio, & poſthumos complectatur, & nomen filiarum in filiam cadere dixerit Ulpianus *in l. nomen 164. ff. de verb. ſig.* ſicque ut qui filiis tutores dederit, & poſthumis dediſſe intelligatur: *§. ult. qui teſt. tut. dat. poſſ. in Inſtit. l. 5. ff. de teſtam. tut.* Et qui in utero ſunt, in toto pene jure civili intelligantur in rerum natura eſſe, *l. qui in utero ſunt 26. ff. de ſtatu hom.* At, inquit, poſthumis non dicitur longævi filios. Mira & accurata ſubtilitas. Ut id dictum minime comperiamus (quia res ipſa non tulerit ab alio autore, quam Virgilio ſic mentionem ejus poſthumi fieri, qui admodum ſeoc patre poſt ejus mortem natus eſſet) an vero inde conſequens illud eſt, id ita dici, & efferri non poſſe, cum etiam plura conſimiliter eodem ſpectantia nullo diſcrimine ſimul dici videamus? Ut quidem C. Rabirius Poſthumus, in illa à Tullio pro eo habita oratione, dicitur nun uno tantum & altero, ſed & pluribus locis, C. Curii principis ordinis equeſtris, fortiſſimi & maximi publicani filius: quas ejus qualitates quemadmodum adjecit, an non, ſiquidem ad ſummam ſenectutem provectus fuiſſet, eadem ratione, & illius longævi filium dicturus fuit, aut dicere potuit? Quin (quo magis intelligatur nihil hic illi reliqui eſſe in quo conſiſtere queat, & contra, quam confidenter Orcinum libertum nullius eſſe libertum, atque minime longævi domini libertum eſſe aſſerit) cum qui teſtamento à teſtatore domino manumiſſus ſit, teſtatoris domini libertum ſimpliciter vocat Jabolen. *in l. dominus 22. ff. de pecul. leg.* Et (quod ille non eſt aſſecutus) non qui teſtamento à domino manumiſſus eſt, nullius dicitur eſſe libertus, ſed qui aliter, quam domini voluntate, & ſine manumiſſione libertatem conſecutus eſt, *prob. l. 4.* (quam arg. *illius text.* patet ita eſſe intelligendam) *ff. de bon. libert. comprob. & l. teſtamento 90. ff. de hered. inſtit.* juncta *l. 5. ff. qui ſine manumiſſ. ad libert. perven.*

Cæterum quod exinde vellicat à me ſcriptum. Ceſellii ſententiam eo juvari, quod Græcos poetas, eos qui mortui in deorum numerum relati eſſent, ſimpliciter μακαρίτας, ſicque longævos dixerint, non in me, ſed in librarium contorquet, quia cum illo loco ſcripſiſſem, *illa Servii ſententia* (de qua Ceſellii ſententia velut è diametro oppoſita antea fuſius locutus eram) typographus errore excudit, *illa Ceſellii ſententia*: qui error ſeſe ipſe manifeſtius prodit, quam ut latere illum potuerit id minime mihi fuiſſe tribuendum. Sed quid aliud ageret, qui toto capite nihil deprehenderet, quod probabilius ſuggillari poſſe videretur?

De ejuſdem dictionis Poſthumus notatione, & etymologia, & de orthographiæ non ſemper certa ratione ſervata.

CAP. II.

JOHANNES ROBERTUS:

SUPRADICTAM Ceſellii circa etymologiam illius dictionis Poſthumus ſententiam, aliis quoque noviſſime placuiſſe comperio, poſthumum filium, non quia poſt patris humationem, ſed quod poſtremus filiorum natus ſit, dictum contendentibus, nihilque aliud in dictione iſta notari poſſe aſſerentibus, præter particulam *Poſt*, quia diſſyllabum, *umus*, adjectum, productio tantum ſit vocabuli, aliud nihil ſignificans, aut notans. Adducuntur ut ita ſentiant, hiſce argumentis? Et quod in vetuſtioribus libris, ut Pandectis Hetruſcis, aliiſque etiam veterum monumentis, ea dictio extat abſque aſpiratione ſcripta, & quia iis locis, quibus Græci autores ea uſi ſunt, non per θ, verum per τ: ita πόστυμον Græce reddiderint. Sed tamen ab illa ſuperiore à Servio aliiſque tot, communi calculo probata ſeotentia abduci non poſſum, quam & M. Varro nobis omnino expreſſiſſe videtur. Is enim *lib. 2. de analog.* eo loco, quo de gentilitiis nominibus diſcernendis agit, non tantum numero ea diſcriminari ait, ut Quintus Pompejus, ab eo, quod quinto loco natus eſſet ita dictus, à Sexto Pompejo, ſexto loco nato, ſic eo ſecernatur, verum & ex eventu, aliiſque rebus ſingulare aliquid nonnunquam notetur, quo ab invicem, qui ejuſdem familiæ ſunt, diſcernantur: ut (inquit) ille, qui mane, hoc eſt, exoriente ſole natus fuit, inde Manius dictus eſt, ſi fœmina, Mania: & qui interdiu, hinc à luce Lucius, vel Lucia: qui poſt patris mortem, Poſthumus. Quod poſtremum ut illis, quæ propoſuerat, exemplis conveniat, in ea dictione notari aliquid neceſſe eſt, quod ad patris mortem, quæ præceſſerit, referri poſſit: alioqui ſi poſthumum, ut poſteriorem, aut poſtremum dictum intelligas, an non, & vivo quoque patri poſtremo loco liberi naſcuntur, nullis aliis poſt ejus mortem naſcituris? Atque omnium optime id comprobat Plutarchus in Syllæ vita, qui Syllam ex Metella priore conjuge liberos duos reliquiſſe ſcribit: Valeriam vero Meſſalæ filiam, & Hortenſiii oratoris ſororem (quam provecta ætate duxiſſet) poſt ipſius mortem filiam peperiſſe, Poſthumam vocatam Τὸς γὰρ ὕστερον τῆς τῶν πατέρων τελευτῆς γενομένος οὕτω Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, inquit. Idemque expreſſius multo in Coriolano iſtiuſmodi cognomina, ac eventu, aut inſigni aliqua nota, aut corporis vitio, vel colore, aut etiam nativitatis ordine imponi pluribus explicat: in hiſque Poſthumum reponit, ab eo dictum, quod poſt patris mortem naſcatur. Ut & illi quoque receptæ etymologiæ convenit, quod Feſtus Pompejus *fragment. lib. 14.* Poſthumum poſt patris mortem cognominatum ait, & ex iſto Plauti in Aulularia loco optime id comprobat:

Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum,
Si eam ſenex anum prægnantem fecerit fortuito:
Quid dubitas quin ſiet paratum nomen puero Poſthumus?

Quod ſi & qui vivo patre naſcuntur, ex vocabuli notatione Poſthumi dici poſſunt, abſurde id cognominis ſolis mortuo jam patre natis tribuitur: Ut quidem conſtat non alios, aut hoc jure noſtro, aut Latinis autoribus Poſthumos, aut Poſthumas dici, quam qui, quæve mortuo jam parente in lucem edantur: probatur *l. 3. circ. pr. in dictione duntaxat, ff. de injuſt. rupt. & irri. teſt. l. nomen filiarum* 164. (ubi nominatim Poſthumæ appellatio non bene in eam cadere dicitur, quæ jam in rebus humanis ſit) *ff. de verb. & rer. ſign.* Quod ego ita intelligo, ut nec ipſa quidem lege Junia Vellea ante parentis mortem natos, tametſi poſt teſtamentum, & inde ſublato è medio patre agnaſcentes Poſthumos dici contendam: Tametſi ex eo, quod illa lege Vellea teſtamentum rumpere prohibeantur, ſi ſint juxta legis illius formulam exheredati, Poſthumorum loco eos eſſe, dici admittam, juxt. *d. l. 3. verſ. Sed & ii*, juncta *l. poſthumorum 13. ff. de injuſt. rupt. & irrit. teſtam.* eo referenda *l. ſi quis ita 16. in fin. ff. de teſtam. tut.* At nuſquam Poſthumos vocari contendam. Quæ autem illi in diverſam ſententiam ex antiquiorum Latinorum Græcorumque exemplarium ſcripturis objiciunt, minimum nos movere debent. Nam cum nunquam perpetuo certa vocum omnium exſcribendarum ratio ſervata fuit, tum in iſta aſpirationis nota, vel addenda, vel detrahenda, ſemper maxime fuit incerta, ut patet ex Gellio *lib. 2. c. 3.* Et quidem in iiſdem illis Pandectis Hetruſcis, quem cum aſpiratione, *humorem*, dicimus, ſic abſque aſpiratione *umorem* ſcriptum comperies, *l. qui domum, ff. locat.* Atque ut illa vulgatiora omit-

tam

tam in antiquiſſimis tibis, vetutiſſimiſque ruinis paſſim occurrentia, quod Scythas, Boryſthenem, Phœniciam, Phantaſiam, & id genus alia, modo cum aſpiratione, modo ea detracta, ſcripta comperias, iſtud ab uſu remotius ad hanc rem pertinet. Quod ex Fab. Quintiliano *c.* 11. *lib.* 1. *Inſtit. Orat.* facile colligi poteſt, illis temporibus ſic *havete* ſalutandi verbum ita cum aſpiratione ſcriptum fuiſſe: cum is illum notet, & *εἰρωνικῶς* multum iteratum vocet, qui primus tunc ſecunda ſyllaba producta ſine aſpiratione ſic ſalutaviſſet *avete*, cum tamen poſterius iſtud ita jam obtinuerit, ut prioris nullum veſtigium, quod ſciam, extet. Et cum idem *c.* 13. *ejuſdem lib.* 1. ſic ſcribendum quidque recte ſentiat, quo modo ſonat, quod hic literarum uſus ſit, ut cuſtodiant vocem, ac velut depoſitum reddant legentibus, quod & Ulpian. noſter ſenſit *in l. non figura* 37. *ff. de obligat. & action.* (Qua ratione idem ſentientem Auguſtum, uſitatam ſcribendi rationem, & formam à Grammaticis inſtitutam minime cuſtodiſſe refert Sueton. in Auguſto) Orthographiam tamen conſuetudini ſervire idem Fabius illo loco concludit, ideoque ſæpe mutatam eam fuiſſe, ut quod juxta vocis ſonum, *optinuit*, prius ſcribi ſolebat, tunc ita ſcribi invaluiſſet, *obtinuit*, aliaque iſtiuſmodi complura, quæ ab eo referuntur. In quibus, & illud notandum, quod idem & in his, quæ Ciceronis Virgiliique manu ſcripta vidiſſe ſe teſtatur, ait, ſolitos illos literam *s*, quoties in medio vocalium longarum, aut iis ſubjecta eſſet, ita geminare, ut *caſſus*, *diviſſiones*, *cauſſas*. non autem, ut vulgo ab omnibus tunc fiebat, & nunc fit, *caſus*, *diviſiones*, *cauſas*, ſcriberent: quod & frequentius illo ſeculo ab aliis quoque fere omnibus itidem uſurparetur: cum è diverſo paulo ante illa tempora, non *juſſi* per duplicem *s* ſcriberent, ſed *juſi*. Nec prætereundum, quod idem M. Catonem illum Cenſorium non *dicam*, & *faciam* ſcripſiſſe refert, ſed *dicem*, & *faciem*: ſuiſque temporibus multos non *cervum*, & *ſervum*, ſed *cervom*, & *ſervom*: neque etiam *cui*, ſed *quoi*: quæ & id genus alia pleraque etiamnum in vetuſtis libris, & monumentis promiſcue ſcripta comperias: adeo certa nunquam conſtanſque vocum omnium ſcriptis mandandarum ratio permanſit. Quo fit, ut inde non ſatis firmum argumenmentum duci exiſtimem ad convellendam illam Poſthumi vocabuli à veteribus probatam etymologiam, quam nos in vetuſtiſſimis libris, & adjecta, & detracta aſpiratione, ſcriptam obſervavimus.

ANTONIUS MERCATOR.

NOn potes, inquis, abduci à ſententia eorum, qui poſtumum dici arbitrantur, quaſi poſt humatum patrem natum: ſane ita credo, non poſſe te abduci falſo, non eſſe capacem veri. At perge, ne abducare, quis vetat? quis requirit ſententiam tuam? quidve publice intereſt, poſthumus ſcribatur, an poſtumus? In eo ne ſunt poſitæ facultates Galliæ? At noli ſcribere, natos quidem vivo patre poſt teſtamentum poſtumorum eſſe loco, ſed nuſquam poſtumos vocari. Ulpianus *l.* 3. *de inju. rup.* Sive, inquit, poſt mortem teſtatoris naſcatur, ſive vivo teſtatore, teſtamentum rumpi per poſtumum, & in *l.* 12. *eod.* Poſtumus, inquit, præteritus vivo patre natus deceſſit, & l. 16. *in fin. de teſt. tut.* Poſtumis datum tutorem etiam his datum videri, qui vivo patre naſcuntur. Et tu ipſe quoque infra cap. XIX. poſtumum dices eſſe eum, qui vivo patre natus eſt in *l.* 8. *de lib. & poſt.* Paulus *l.* 24. *de lib. & poſt.* Poſtuma ſi vivo patre naſcatur. His locis, & aliis pleriſque poſtumi vocantur. Præterea cum legis paſſim in jure, Agnatione poſtumi præteriti teſtamentum rumpi, hanc regulam viſne ad eum poſtumum duntaxat pertinere, qui poſt mortem parentis naſcitur? qui ſane duntaxat, ut ait *d.l.* 3. *§.* 1. poſtumus eſt, ex 12. tab. ſcilicet poſtumus legitimus per eminentiam, ut tutor legitimus, ſed is, qui vivo teſtatore, non ideo tamen minus eſt legitimus poſtumus, nec ideo minus teſtamentum rumpit in quo præteritus eſt. Poſtumi, Johannes, alii ſunt legitimi, alii Vellejani, alii Juliani: & omnes legitimi, omnes poſtumi. Da operam *l. Gallus*, & hoc te perdocebit. Noli etiam arguiari ex umoris vocabulo ſcripto ſine afflatu ſemel, vel iterum ex adverſo poſtumi, quod ſine afflatu ſemper, aut Lorarii concident te, & multabunt male. Cætera mitto, quia non potes capere, quem ipſemet Virgilius poſtumum interpretatur eſſe ſerum (ut Apulejus, ſeram & poſtumam doctrinam) & Auſonius ſupremum, pertinere etiam ad ſupremum ante mortem, quem & veteres inſcriptiones Poſtumum vocant, ut Numam regem poſtumum Plinius XIV. (nam veteres ſcriptum habent poſtumi) quod poſt Romulum rex fuerit, & Tertullianus poſtumum corporis, quod cauda ſit in animalis corpore poſtrema: quod & aliis argumentis Domino probante tibi, & aliis pleriſque viris eruditiſſimis hanc ſententiam ſubſequentibus, tu animo comprehendere, vel noluiſti unquam, vel nequiviſti.

Falſiſſimum vero eſt, quod ſcribis Plutarchum in Coriolano ſcribere poſtumum dictum ab eo, quod poſt patris mortem naſcatur. Non dabo effugium, non dimittam antequam tecum baturo argumentum hoc quo uteris. Varro & alii plurimi poſtumum dicunt eſſe eum, qui poſt mortem parentis naſcitur, quod 12. tab. indicant, & nemo negat. Dico ex eo neminem inferre poſſe poſtumum dictum, quod naſcatur poſt humatum parentem, ſed quod omnium maxime liberorum is ſit poſtremus, qui poſt mortem naſcitur, ſive poſterior, ut in *d.l.* 3. quod tu non ſervas, iidem dicuntur poſtumi, & poſteriores, quo verbo plane indicat Ulpian. *d. l.* 3. ſe ut in voce poſterioris, ita & in voce poſtumi, non notare niſi ſyllabam primam.

Item id, quod ex *l. nomen, de verb. ſignific.* ita colligis. Nomen poſtumæ non cadit in eam, quæ jam in rebus humanis eſt: ergo non cadit in eam, quæ vivo nata eſt: nam eadem ratione non caderet etiam in eam, quæ mortuo patre nata eſt, ſed hic non eſt ejus legis ſenſus. Tota enim lex pertinet ad legata. Et hoc vult initio, Legatum teſtamento filiabus relictum etiam poſtumæ relictum videri, ut *l. qui filiabus*, *de leg.* 1. legatum autem relictum poſtumæ non utique etiam filiæ relictum videri, quæ tempore teſtamenti eſt in rebus humanis, ſed ei tantum, quæ poſt teſtatoris mortem, vel poſt teſtamentum naſcitur, quo nihil eſt apertius.

JOHANNES ROBERTUS.

SI publice nihil intereſt *poſtumus* ſcribatur, an *poſthumus*, uter damnandus magis eſt, an qui primus quod paſſim ab omnibus receptum ſit, & invaluerit, ſcribi *poſthumum*, novitatis auræ aucupandæ ſtudio aliter ſcribi oportere falſo aſſeruerit; an qui, quo nimiam iſtam ſeu jure, ſeu injuria innovandi cupiditatem compeſceret, illud falſo aſſertum detexerit? Atque ſi minus in hoc poſitæ ſunt Galliæ facultates (ut λογοδαίδαλος cavillatur, & apud ſciolos ſuos eo me traducere conatur) an in illo magis? Certe & in hoc Galliæ togatorum decus verti nemo ſyncerus non agnoſcet, nimiam corrumpendæ receptæ, atque exemplaribus omnibus comprobatæ lectionis, & ſcripturæ licentiam cohiberi, ne ulterius ſerpat: quod præſtare ſatagimus, nec diffidimus fore, ut in iſtiuſmodi maſtigias ſyncerorum librorum falſarios, vel Chriſtianiſſimi, & ſapientiſſimi regis edicto, vel ampliſſimi Senatus Pariſienſis decreto, falſi pœna conſtituatur, juxta legis Corneliæ verba *in l.* 1. *§. qui tabulas, in verb. vel alia qua re*, juncta *l.* 2. *in verb. mutaverit*, *& l. Paulus* 16. *in verb. aliave, qua re*, *& l. qui nomine* 25. *& l. penult. in princ. ff. ad leg. Corn. de falſ.*

Quod autem ſcripſi poſthumorum loco eſſe vivo patre, poſt teſtamentum natus, at nuſquam poſthumos vocari, relatione tantum facta ad legem Juniam Velleam, id quaſi ſimpliciter à me dictum cavillatur. Verum ea quæ antea proxime de Junia Vellea lege tantum loquens dixeram, aperte indicant inferiora verba illa me de lege Junia Vellea intelligere, in qua quibus locis ejus verba referuntur, aut ejus ſententia proponitur, poſthumi dictionem nunquam reperias. Quin autem à Juriſconſul-

tis, & hi, cum poſthumorum inſtar, teſtamentum, in quo præteriti ſint, nati rumpant, ideoque poſthumorum, loco ſint, extenſive nonnunquam, & poſthumi dicantur & poſthumorum generali appellatione comprehendi, ita dictante ſubjecta materia intelligantur, negaſſe me nunquam, vel illud teſtatur, quod ego etiam eo ſenſu hac poſthumi dictione ſim uſus, ut quidem ille quoque notat. Quo nomine oblegandus magis ipſe eſt, ad evolvendam rurſus in id *l. Gallus*, ut ex ea, vel exiguum indicium eliciat, & vel leviculum argumentum (more ſuo) contorte docat, quo non antea auditam præclaram diſtinctionem fulciat, poſthumorum legitimorum, ſive (ut abſurditatem abſurditate cumulare non dubitat) poſthumorum per eminentiam, & poſthumorum Vellejanorum, & poſthumorum Julianorum, quos omnes eſſe legitimos, & omnes eſſe poſthumos contendere ſe ait, ſed ita ut id nullo authore probare conetur. Itaque quid aliud eſt, quod hic dicamus, quam αὐτὸς ἔφα?

Quam inſulſe vero illud effugere tentat, quod de omoris dictione ſine aſpirationis nota ita in pandectis Hetruſcis uno, & altero loco ſcripta dixeram, eo quod ex adverſo tot locis eodem modo illic ſcripta comperiatur poſthumi dictio, debuit enim, quo argumentum noſtrum inde ductum refelleret, humoris dictionem cum aſpiratione in iiſdem illis Pandectis ſcriptam (ſicubi ita ibidem ſcripta extat) opponere. Nam alioqui quis non perſpicit juris tractationem non ita exegiſſe, ut tot locis humoris dictio in jure repeteretur, quam poſthumi? Sed enim & alium præter ſuperiores illos profero locum, quo & ſine aſpiratione itidem in illis Pandectis ſcribitur, in *l. fiſtulam 18. ff. de ſervit. urb. præd.* quandoquidem aliter in iis nullo, vel unico tantum loco ſcriptam proferre valet.

Inſulſius etiam inde non aliud quam illa repetit, quæ ad ſententiam ſuam tuendam ab eo propoſita prius fuerant, à nobis plane in eum antea retorta, niſi quod veteres inſcriptiones (nullo notato certo loco) advocat, & Numam Regem poſthumum à Plinio *lib.14.* vocatum ait. In quo quidem labitur nugivendus. Nam ejus libri Plin. c.12. in nullo emendatiore exemplari legitur, *Numæ Regis poſthumi* (alioqui ut in quemcumque ſenſum vertas, quonam id apte referri ibi poſſit, non comperias) verum ita, *Numæ Regis Poſthumia* lex dicta eſt, Vino rogum ne reſpergito: cujus legis plura capita fuiſſe eodem loco proditur. Quo fiat, ut ad eandem legem illud referrri poſſit, quod de lege Poſthumia magiſtra, qua decreta in conviviis ſervanda continebantur, lepide a Catullo ita ſcriptum extat:

Miniſter Vetuli puer Falerni
Inger mi calices amariores,
Ut lex Poſthumiæ jubet magiſtræ:

Quod autem etiam falſiſſimum illud ait, quod dixi, Plutarchum in Coriolano ſcribere poſthumum dictum ab eo, quod poſt patris mortem naſcatur, id multo veriſſimum aſſero, quæ ejus vel mendaciſſima impudentia, vel inſulſiſſima imprudentia eſt. Sic enim ibi Plutarchus, cum illud Coriolani nomen illi C. Mario ab eventu captæ, ejus præcipue virtute, Coriolanorum urbis inditum fuiſſe referens, ac inde enarrans non Græcis modo, ſed & Romanis, vel ex aliquo iſtiuſmodi eventu, aut originis, & nativitais caſu nomina imponi ſolita fuiſſe, ὅτε (inquit) συντυχία γενόμενον μέχρι νῦν καλοῦσι, πρόκλον μὲν τὸν ἀποδημοῦντος πατρὸς γένηται, ἢ πόστουμον ἂν τεθνηκότος· ᾧ δ' ἂν διδύμων γενομένων συμβῇ περιβιῶναι, θατέρου τελευτήσαντος, Οὐοπίσκον. Ita nativitatis caſu aliquo eum fuiſſe vocatum Proculum teſtatus, qui abſente quaſi procul exiſtente patre editus eſſet, & Poſthumum, qui patre defuncto, & Vopiſcum eum, qui geminis editis, altero mortuo ſolus ſuperſtes extitiſſet, ac inde plura is in eam rem illo loco ſubjecit. Atqui & eo admiſſo, quod inficiari ſe non poſſe tandem agnoſcit, dictum poſthumum ab eo, quod poſt patris ſui mortem natus ſit, inde inferri poſſe negat, ex eo fuiſſe dictum poſthumum, quod poſt humatum patrem naſceretur. Sed cum illo admiſſo, velit nolit hoc fateatur neceſſe eſt, in ea dictione eſſe aliquid oportere, quod mortem notet, illaque ipſa dictione eum, de quo ſit ſermo, poſt mortem natum ſignificet. Quid autem aliud iſtiuſmodi in ea notari poteſt, quam quod humi adjectione poſt patris corpus humatum, ſive humo conditum is, de quo agitur, natus ſit; arg. *l.2. verſ. ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Juxta id, quod ſepultum ab humato eo diſcernit Plin. *cap. 54. lib.7. natur. hiſt.* quod ſepultus intelligatur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus, idque dictionum proprietate ſervata: nam alioqui invaluerat, & ſepultos, communiter humatos dici. Sic emim Cicer. *lib.2. de legib. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis penitus humati dicantur*, id *erat proprium tum in iis, quos humo injecta contegebant, eumque morem jus Pontificale confirmat.*

An invicem oppoſitarum ex adverſo certi, & incerti condictionum eadem ſit vis, & quatenus extendantur.

CAP. III.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM nihil in rerum natura ſit, quod non aut certum, aut incertum dici poſſit, prob. arg. *l. ſtipulationum quædam 74. cum l. ſeq. ff. de verb. oblig.* juncta *l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. prof.* & Condictionis dictio perſonalem actionem omnem cujuſcunque rei ratione competentem complectatur, & ſignificet, *§. appellamus, de act. in Inſtit. l. actionum genera, ff. de oblig. & act.* non abs re videri poſſunt perſonalium actionum duo hæc genera ſumma conſtituta, Condictionis certi, & Condictionis incerti: quarum illa ex his omnibus cauſis, quibus certum, hæc vero ex illis omnibus, quibus incertum quid petatur, competat: idque promiſcue ex quocunque ſive nominato, ſive innominato certo incertove contractu, aut quaſi contractu, vel etiam delicto, aut quaſi delicto id fiat: prob. *l. certi condictio 9. in princ. & §. ſeq. ff. de reb. cred. l. & ideo 12. §.1. ff. de condict. furt. l.3. ff. de condict. ſin. cau. l. ſi tibi liberum 8. ff. de act. empt. l. ſi binarum 34. ff. de ſerv. urb. præd.* In quo dubium non exiguum occurrit, quorſum ſubſidiariæ aliæ perſonales, & quidem generales actiones jure ideo introductæ dicantur, quod deficientibus aliis quibuſcunque, ad has confugere neceſſe ſit, qualis dicitur, & præſcriptis verbis actio, *l. 2. cum l. ſeq. & l. quoties 23. ff. de præſcr. verb. & condictio ex lege l. unic. ff. de condict. ex leg. §. tripl. cum §. ſeq. de act. in Inſt.* Quibus connumeranda videri poteſt, & condictio triticaria, jux. *l.1. cum l. ſeq. ff. de condict. tritic.* atque etiam de dolo actio, jux. *l. 1. §. ait Prætor. cum l. eleganter, in pr. & §. ſeq. ff. de dol.* Nam qui fieri potuit ut actiones deficerent, ad alterutrum certum incertumve ſemper competentibus certi incertique condictionibus, cum nihil ſit tertium? arg. *d. l. ſtipulationum*, juncta *d. l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt. prof.*

In quo ſic intelligendum jam olim mihi viſum eſt, generales iſtas actiones duas ſic invicem ſibi in univerſum oppoſitas fuiſſe, ut tamen non in omnibus earum cujuſque eadem ex adverſo ſi vis, & idem effectus. Nam prior illa non tantum generalis eſt appellatio quarumcunque aliarum actionom, quibus certum quid petitur: verum & in hoc generaliter introducta, & propoſita actio fuit, ut eæ certæ res omnes ex quocunque ſive nominato, ſive innominato contractu, & quacumque alia etiam delicti cauſa inſtitui poſſet: ex qua actionem dari lex æquum cenſeret, ſive nulla ex eo negotio in id alia ſpecialis actio cum ea concurreret, ſive etiam concurreret, *d. l. certi condictio*. Cum incerti condictio ex nulla alia cauſa inſtitui queat, quam, ex qua alia nominatim actio ad incertum petendum competat, cum qua concurrat: *ut in d. l. & ideo, l. ſed, & ſi nec putem 22. §.1. l. qui exceptionem 40. §. pen.*

§. pen. ff. de condict. indeb. l. quod ſi nulla 63. ff. de leg. 1. l. tribus 8. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Id vero ex eo colligo, & comprobo, quod ſi ſola per ſe condictio incerti inſtitui potuiſſet, nec actionem ex ſtipulatu, nec condictionem ex lege, nec præſcriptis verbis actionem, atque etiam triticariam condictionem introduci, aut neceſſe, aut utile fuiſſet, cum in his omnibus quoad certa, certi condictio ſola ſufficeret, adeo ut harum in ſtipulationem deductarum ratione ex ſtipulatu actio minime competat: prob. *pr. tit. de verb. oblig. in Inſtit. & ibi expl. Theoph. l. ſi quis certum 24. ff. de reb. cred.* juncta *l. ult. ff. ſi quis in jus voc. non ier.* idemque in condictione ex lege, quam cum ita ob id neceſſario primum introductam intelligamus, non ideo minus tamen eo poſtea extenſam admittimus, ut utriuſque nomine inſtitui poſſet, & certi, & incerti. *Sic intellig. d. l. unic. ff. de condict. ex leg. cum d. §. tripli, & l. ſi quis argentum, §. ſin autem, C. de donat. l. 2. & 3. ff. de aliuſ. & aleat. l. ſi vero 65. §. ult. cum l. ſeq. ff. ſolut. matrim.* Idemque, & de præſcriptis verbis actione dici poſſe videtur, arg. *l. naturalis 5. §. & ſiquidem, & §. ult. & l. ſolent 16. verſ. quod ſi ſolutum, & l. ult. ff. de praſcr. verb.*

Illius autem inter certi incertique condictionem diverſitatis probabilior hæc eſſe videtur ratio, quod cum in petitione, quavis lex imprimis exigat, ut ea quatenus fieri poteſt, certa ſit, quia petitio eo certior firmiorque exiſtat, certiorque inde ſententia à judice ferri poſſit, ac per conſequens tunc ejuſcemodi ſit, quam eo proclivius lex adprobet, & admittat, quam ſi incertæ rei eſſet: arg. *l. ſi in rem, ff. de rei vindic. l. 1. §. ſi quis argentum, ff. depoſ. l. prætor edixit, in prin. & §. quod autem, ff. de injur.* juncta *l. 3. & 4. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Hanc autem certi condictionem generalem actionem eſſe intelligimus, quæ ſive ex mutui, ſive ſtipulationis, alióve contractu, & cauſa detur, etiam verbis iſtis ſignificetur, *Si certum petetur*, arg. *princ. d. l. certi*, juncta *l. 1. ff. de condict. tritic. & l. 1. verſ. & ita ſi certum petatur, ff. de interrog. in jure fac.* niſi quid cum ob mutui contractum datur, quo id ſignificetur, dici etiam poſſit certi condictio mutui, vel ex mutuo, ut ex ſtipulatu, cum ex ſtipulatione competit, aut etiam ſi certum petetur ex mutuo, & ex ſtipulatione, & ex cauſa furtiva, vel rerum amotarum, juxta *Theoph. in §. is quoque, qui non debitum, quib. mod. re contrah. in Inſtit.* quo loco δανειστικὸς κονδικτίκιος, quaſi mutuatitia condictio dicitur. Et iſto modo, tametſi hoc unicum agendi genus ſit, in ſpecies infinitas diduci poſſet: jux. *tit. ſi certum petet. de ſuffragiis, & tit. ſi cert. pet. de chirograph. lib. 2. Cod. Theod.* prob. arg. *l. 3. §. genera, ff. de acquir. poſſeſſ.*

ANTONIUS MERCATOR.

STatuis generalem eſſe actionem præſcriptis verbis, & condictionem ex lege, & condictionem triticariam, & actionem de dolo. Actio præſcriptis verbis datur tantum ex contractibus, qui nomine vacant, & ſunt his, qui nomen habent adſimiles, ſive proximi. Ergo ſpecialis actio eſt, non generalis. Condictio ex lege datur tantum ex obligatione, quam lex introduxit nova. Ergo ſpecialis, non generalis actio. Condictione triticaria pecunia numerata non petitur. Ergo generalis actio non eſt, ſicut condictio certi, vel incerti. Actione de dolo is tantum agit petita reſtitutione in integrum in negotiis ſtricti judicii, qui major cum eſſet XXV. ann. dolo malo adverſarii captus fraudatuſque eſt, non ex alia cauſa: Non eſt igitur generalis actio, ſunt doli mali ſpecies variæ, ſunt & furti, & injuriarum, nec ideo tamen generalis eſſe dicitur actio furti, vel injuriarum: ergo nec doli.

Addis, has quatuor actiones non dari niſi aliis deficientibus: quod eſt falſum omnino in condictione triticaria, quæ concurrit cum condictione, quæ ex mutuo naſcitur, vel ex ſtipulatione, & cum condictione furtiva, vel rerum amotatum, & vi bonorum raptorum, &

A cum condictionibus omnibus, & interdicto unde vi, *l. 1. & 2. de cond. trit. l. verum, de furt.* Falſum in condictione ex lege nova, quæ concurrere poteſt cum veteri actione, ſi qua eadem de re fuerit, veluti actio ex lege Aquilia de arboribus ſucciſis cum actione vetere ex XII. tab. eadem de re, cui lex Aquilia nominatim non derogavit, *l. 41. in pr. de obl. & act.* cui ſecundum utriuſque inſcriptionem cunjungenda eſt *l. pen. arb. ſur. cæſ.*

Superdicis, condictionem certi etiam ex ea cauſa competere ex qua nulla alia ſit prodita ſpecialis actio, nec hujus ſententiæ ullum auctorem nominas. Tibi ergo non credimus. Adfers tantum *l. certi, de reb. cred.* quæ contra hanc ſententiam tuam, non niſi ex his cauſis proponit competere condictionem certi, ex quibus etiam ſpeciales actiones competunt. Quod cum ita ſit, fruſtra

B quæris, cur fuerit neceſſe actionem præſcriptis verbis introduci, vel de dolo malo, ſuppetente condictione certi: nec enim condictio certi, vel incerti competit, ubi deficit actio ſpecialis, quæ præbeat cauſam agendi certi condictione, ſi quis ea experiri malit, ſuppetit tamen actio præſcriptis verbis deficiente civili actione, itemque actio de dolo, licet non deficiat prætoria: nam & actioni præſcriptis verbis, quæ eſt actio in factum civilis, ſubſidiaria eſt actio in factum prætoria, itemque actioni de dolo ſi quis honeſtiore judicio confligere velit, in factum ſcilicet, non in perſonam, tametſi vi ipſa, & in perſonam agat, qui agit in factum.

JOHANNES ROBERTUS.

C QUemadmodum generum alia aliis ſubſunt, ita & actionum alia aliis generaliores eſſe conſtituimus, ita tamen, ut quæ generaliter ex pluribus, variiſque negotiis competentes aliis ſubjiciantur, non ideo minus apte, & generales dici poſſint, relatione ad illas facta, quæ ex unoquoque negotio ſpecialiter competunt. Sicque nominatim eo generales à ſpecialibus hac eadem appellatione diſtinxit Paul. in *l. pro ſocio 38. ff. pro ſocio.* Generalium autem iſtarum actionum, quæ aliis ſubſint, aliæ & ſubſidiariæ ſimul ſunt, quippe in ſubſidium deficientium ex quibuſdam cauſis ſpecialium actionum introductæ, aliæ vero minime ſubſidiariæ, quales referuntur ſimpliciter generales in *d. pro ſocio*. Illiuſmodi generales, & ſubſidiarias ſimul actiones ſtatui quidem eſſe, præſcriptis verbis actionem condictionem ex lege, condictionem triti-

D cariam, & actionem de dolo. Non tamen ut ſtatuerim eas æque generales eſſe, ut certi, incertive condictiones ſunt, quemadmodum à me fieri falſo nugivendus aſſumit. At (inquit) præſcriptis verbis actio datur tantum ex contractibus, qui nomine carent: ergo generalis actio non eſt. Iſta ratione, ac multo etiam magis ſic illi argumentari liceat: Actio negotiorum geſtorum ex eo tantum, quod negotia alicujus geſta ſint, competit, ergo generalis non eſt: idemque & in tutelæ, & pro ſocio actionibus, quas tamen præd. loco Paulus generales conſtituit. Quo magis generalem recte ſtatuimus eſſe, & ſubſidiariam præſcriptis verbis actionem, non tantum ex contractibus nomine carentibus competentem, aut iis, de quorum nomine ambigitur, ſed & nomen habentibus: ac tum maxime, cum dubium eſt, an & quænam ſpecialis

E actio ex his competat, cum tamen ex his actionem ea in re dari æquum ſit, *l. 1. ff. de æſtim. act. cum 2. ſeq. & l. naturalis 5. §. ſed ſi facio, & l. quia actionum 11. & l. ſi gratuitam 13. in princ. ff. de præſcript. verb. l. 2. C. de pactis int. empt.* Idem & de condictione ex lege, ut quæ certum nullum habeat, aut contractus, aut cujuſvis alterius cauſæ ſubjectum, ex quo ſolo detur, ſed ex omni, & qualicunq; nova obligatione lege introducta competat: ſiquidem ea lege cautum non ſit, qua actione agi oporteat, juxta *l. unic. ff. de condict. ex lege, l. 1. & ibi gloſſ. C. de condictione ex lege.* Idemque in condictione triticaria, quæ cum generaliter res omnes præter pecuniam numeratam ex quacunque cauſa petantur, quis negaverit eam eſſe generalem? *l. 1. verſ. & generaliter, ff. de condict. tritic.*

A Atque etiam eo nomina ſubſidiariam, quo ſupradictarum ratione ex quacunque cauſa actionem dari æquum ſit, ea inſtitui poſſit, ac per conſequens etſi ſpecialis aliqua actio ex his minime competat, quo nomine eam non ſuperiorum inſtar ſubſidiariam ſimpliciter eſſe dixi, verum illis poſſe connumerari. Nec obeſt, quod ea cum aliis etiam concurrit: nec enim eo minus ſubſidiaria eſt, cum ut ſubſidiaria ſit, ſufficiat in ſubſidium alterius actionis deficientis dari, nec requiratur non aliter, quam alia deficiente dari, quia id ſpeciali alia ratione in actione de dolo ſpectatur, quippe quod ea famoſa ſit, at illa triticaria condictio minime, ut nec condictiones aliæ, *l.1. §. oit Prætor, & l. & eleganter 7. in prin. & §.ſeq. ff.de dolo*, juncta *l. ceſſat 35. ff. de oblig. & act.* Eo magis igitur de dolo actio, & generalis, & ſimul ſubſidiaria eſt, quam qui negat generalem, niſi inſcitiam, certe pervicaciam manife- B ſtiſſiam prodit.

Quod autem idem falſum ait, condictionem ex lege deficientibus aliis actionibus dari ex obligatione nova lege introducta, abſurdiſſime in nos intendit, qui addidetimus tunc eam dari, cum quo actionis genere agendum eſſet, ea lege nova non eſt proditum, *d.l. un.* Leges autem ab eo citatæ de iis juris partibus loquantur, quibus & obligatio intruducta ſit, & ſimul cautum, qua actione agi poſſit, *l. quoties 40. in pr. in verb. niſi nominatim caverit, ut ſola ea actione, ff.de oblig. & act.* Ad rem vero nihil pertinet *l. pen. ff. de arb. furt. caſ.* An fieri poteſt, ut illa emiſiſſe, vel impudentiſſimum iſta legentem non pudeat?

Quod vero adjecit, alterius generis eſt, quippe calumnioſum, quod ait me non alio authore probare certi con- C dictionem ex iis quoque cauſis competere, ex quibus nulla ſit ſpecialis actio prodita, quam Ulpian. in *l. certi condictio 9. ff. de reb. cred.* ita aſtu ſubticens, quod præcipuum propoſui illius ſententiæ meæ argumentum ductum ex *l. ſi quis certum 24. ff. de reb. cred.* juncto *pr. tit. de verb. oblig. in Inſt.* quippe quod cum ſtipulatio jure civili primum adinventa fuit, nulla dum ex ea prodita actione, ita compertum eſt rerum certarum ſtipulatione comprehenſarum nomine nil neceſſe eſſe ſpecialem actionem introduci, cum ſufficeret certi condictio, utpote ex quacunque cauſa, ex qua certum peteretur competens, ſive alia in id actio dari poſſet, ſive non poſſet. Sicque effectum, ut ſolam certi conditionem rerum certarum, actionem vero ex ſtipulatu rerum tantum incertarum, ſtipulatione comprehenſarum nomine inſtitui receptum D ſit, illa procudubio ratione, qua licet hæc incerti condictio ex quacunque cauſa, ex qua incertum ſit petendum, competat: attamen ex ea tantum intendi poſſit, cujus ratione, & alia actio, cum qua concurrat, jure prodita ſit, prob. *d. l. ſi quis certum, & d. pr. tit. de verb. oblig.* Quin & illud abunde probatur generalioribus verbis iterum, atque iterum ab Ulp. repetitis in *d. l. certi condictio*. Quibus patet falſiſſimum eſſe, quod ait nugivendus, ibi non ex aliis cauſis certi condictionem competere proponi, quam ex quibus ſpeciales aliæ actiones inſtitui poſſint. Nam cum indefinite, & ex Senatuſconſultis eam poſſe inſtitui illic poſt generalia tot verba dixit, quo ore id ibi attexere non veretur, ex quibus alia actio prodita ſit, nec aliter, *d.l. certi condictio, verſ. ſed & ſi ex Senatuſconſulto*. E

Quid inter certi, & triticariam condictionem interſit, & an earum aliqua arbitraria dici poſſit.

CAP. IV.

JOHANNES ROBERTUS.

SUPERIORIBUS, quæ de certi condictione diximus, repugnare videri poteſt, quod ea ab Ulpiano dicitur propter pecuniam numeratam competere, quaſi alias ob res inſtitui non poſſit, *in l. 1. in princ. ff. de condict. trit.* Verum ita accipiendum, quod ab eo ibi dicitur, ut intelligamus eo non excludi, quin & propter alias res competat: cum ibi id inter certi, & triticariam condictionem intereſſe ſignificare voluerit Ulpianus, quod condictio triticaria propter quaſvis res, & incertas, & præter pecuniam numeratam certas quoque detur, cum certi condictio etiam propter pecuniam numeratam competat, & hoc plus in ea ſit, quoad certas res, quam in triticaria: eo autem minus, quod incertarum rerum nomine minime detur. Quod autem cum certi condictio ſit ſtricta, ideoque contractus verbis, & formulæ, ac petitioni ſit adſtricta, judex, nec ex arbitrio officium ſuum interponere poſſit, atque in ea fiat, ut actor plus petendo cauſa cadat, juxta *d. l. 1. in princ. ff. de interrog. in jur. fac.* Iſtam eo differre à triticaria exiſtimarunt nonnulli, quod hæc ſit arbitraria, nobis perabſurdum, & à juris ratione omnino alienum videtur: vel ob illud etiam ipſum, quo iidem ſententiam ſuam fulciri credunt, quia hæc rei æſtimandæ cauſa detur, *l. penult. & l. ult. ff. de condict. tritic.* Quo fiat, ut quoties in jure condictionis mentio fit, ex qua in æſtimationem condemnatio feratur, id ad triticariam referendum contendant, non autem ad certi condictionem, *ut in l. vinum, ff. de reb. cred. l. cum quis, ff. de oblig. & act. l. fundum, ff. de novat. aliiſque iſtiuſmodi infinitis:* ac ita, ut nihil aliud relinquant, in quo certi condictioni, quæ adeo generalis dicitur, locus eſſe poſſit, præterquam cum pecunia numerata petitur. Nam ex cæterarum aliarum rerum petitionibus fit, ut in æſtimationem judex poſt moram condemnet, ſive ex ſtipulatu, ſive ex mutuo, ſive alio quovis contractu agatur. Sed enim eo imprimis illorum ſententia refellitur, quod cum ideo triticariam condictionem arbitrariam eſſe contendunt, quod ea rei æſtimandæ cauſa detur, juxt. *d. l. pen. & ult.* non animadvertunt, minime ex eo ſolo arbitrarias actiones ab aliis diſcerni, quod in iis, quoquomodo æſtimatio rei officio judicis fiat, ſed quod judex in iis arbitrari poſſit, & debeat, quomodo ex bono, & æquo actori ſatisfieri oporteat, habita utilitatis, & ejus quod intereſt, juxta rei naturam, & qualitatem ratione, jux. *§. præterea. in fin. ubi recte explic. Theophilus, de act. in Inſtit.* Inter quæ duo, quis vel mediocriter in jure verſatus, non diſpicit plurimum intereſſe, quippe judicis ſententia fieri condemnationem in ſimplicem rei æſtimationem (quo neceſſitate reducitur judex re perempta, aut rei dandæ, quo tempore dari oportuit, facultate adempta, jux. *l. in actionibus, in fi. ff. de in lit. jur. l. in hac, ff. de condic. tritic. d. l. vinum, l. quoties in diem 59. cum l. ſeq. ff. de verb. oblig.* quod in nummis, & pecunia obtinere nequeat, *l. 2. ff. de in litem jurand.*) & ex bono, & æquo arbitrari judicem quantum actori præſtari oporteat, ac ita non aut ſimpliciter, aut pretii adaucti habita ratione rem tantum ipſam, ſed & id, quod intereſt: atque utilitatem omnem, etiam percepti lucri habita ratione æſtimare, & quomodo actori ſatisfieri oporteat, arbitrio ſuo ſtatuere? quod ut in aliis rebus, ita & in pecunia numerata obtineat, juxta *§. præterea, de act. in Inſtit. l. arbitrio 19. in prin. ff. de dol. l. 2. & l. ideo, cum ſeq. & l. centum Capua, in fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

Verumtamen ex eo, quod admittimus, triticariam condictionem, incertarum quoque rerum ratione competere, *ut prob. d. l.1. in princ. & l.2. ff. de condict. tritic.* juncta *l. ubi autem, §. fundi, cum ſeq. ff. de verb. oblig.* id videri poteſt ſequi, quod ſententiæ noſtræ repugnet, ſupervacuum fuiſſe alias ſubſidiarias actiones inſtitui, qualis eſt condictio ex lege, & præſcriptis verbis actio. Verum ſic intelligimus, triticariam ad res quidem incertas, at non ideo ad incerta omnia competere, qualia præter res ipſas, ſive corporales, ſive incorporales, & jura (quæ omnia rei appellatio complectitur, juxta *l.5. & l. rei appellatione 23. ff. de verb. ſign.*) ſunt ipſa facta, uſuræ, atque id, quod intereſt, & alia conſimilia plura, juxta *d. l. ubi autem 75. qui id quod, cum §. penult. & ult.*

Digitized by Google

ANTONIUS MERCATOR.

ET quod ſuperiore capite eandem tradis eſſe certi condictionem, & actionem ſi certum petetur, & quod hoc capite eam non tantum ad pecuniam numeratam, ſed etiam ad alias res certas pertinere, ex quo ſumpſeris non ignoras: ſane ex eo ipſo, à quo ſcribis, abſurde condictionem triticariam arbitrariis actionibus adnumerari: quibus vero argumentis? Si, inquis, condictio triticaria ideo eſſet arbitraria, quod in ea agatur de æſtimatione rei, quæ petitur, ut nonnulli exiſtimant, ex eo ſequeretur condictione certi pecuniam tantum numeratam peti poſſe: nam & aliarum rerum æſtimatio venit in certi condictionem: itane? aliarum rerum æſtimatio venit in actionem ſi certum petatur? non metuis Lorarios? imo, quoniam addis, venire tantum poſt moram. Ante moram igitur fateris non venire: & hac ratione locum aliquem relinquis triticariæ, quæ & poſt moram, & ante moram datur ejus rei, quæ petitur æſtimandæ cauſa, ſed ante moram, ut *l. vinum, de reb. cred. & l. ult. de cond. trit.* decernit, & poſt moram, ut *l. pen. eod.* quæ vera ratio eſt conciliandæ *d. l. pen.* cum *l. ult. & l. vinum*, quam tu nunquam intellexiſti: neque indicatam tibi etiam poteris unquam intelligere, niſi forte latius tibi explicavero: quod nolo, quia nec tu vis à me quicquam, niſi quod ſubripueris. Sed & poſt moram falſum eſt in condictionem certi æſtimationem venire, quæ non eſt certa, ſed arbitraria, hoc eſt incerta. In certam actionem non venit res, vel æſtimatio incerta: itaque in hunc caſum maxime neceſſaria eſt condictio triticaria, ſed & ante moram, puta ſi vino credito copia non ſit vini eo die, quo vinum ſolvi debuit. Sequitur aliud argumentum à definitione arbitrariæ actionis. Arbitraria actio eſt in qua arbitrio judicis ſatisfit actori, *§. præterea, Inſt. de act.* hujuſmodi non eſt actio triticaria. Stulte quis hoc tibi renunciavit hujuſmodi non eſſe condictionem triticariam? In ea actori non ſatisfieri arbitrio judicis, quis hoc ſcripſit? tu hoc ipſe tibi perſuades ſcripſiſſe aliquem, in condictione triticaria fieri condemnationem in ſimplicem rei æſtimationem: quæſo an ſimplicem dixit, qui dixit habendam eſſe rationem loci, & temporis, quo dari debuit, quique poſt moram dixit creſcere æſtimationem, ut *d. l. pen. & ult.*

Ad hæc, quid agis cum negas condictionem triticariam pertinere ad incerta omnia? & exemplo appoſito ais, non pertinere ad uſuras, quaſi vero uſurarum ſit incerta ratio: non incerti ratione, ſtulte, condictione triticaria non petuntur uſuræ, ſed quia pecuniariæ ſunt. Et ad incerta omnia, quæ quis ſibi deberi intendit eorumque æſtimationem, veluti facta, & id, quod intereſt, unde probas eam actionem minime pertinere: quæ (hæc ſunt verba Ulpiani) generaliter pertinet ad res omnes, & jura omnia, & quæſo, quæ ad alia incerta pertinet, nonne pertinet ad id quod intereſt: an non omnis actio eſt in id, quod intereſt, expreſſa ex actoris damno, vel incommodo, vel injuria? Non debui commutare tecum, & melius feciſſem ſi me totum dediſſem deſtringendo altero mulo Domini. Dum erga te tam iniquus eſſe nolo, ut te defraudem his, quæ tibi optimo jure debentur, ſum iniquus in alterum.

JOHANNES ROBERTUS:

SCiat oblatrator ex ipſius ſcriptis nihil me ſumpſiſſe unquam quod probarem, quæ improbarem plura quidem quam illi expediat, quale illud eſt quod negavi, condictionem triticariam arbitrariam actionem eſſe, nec ea ratione id, quam ille falſo ſupponit, quod ex eo ſequeretur condictione certi pecuniam tantum numeratam peti, (nam quod dixi de certi condictione, qua aliud quam pecunia numerata petatur, alioſum dixi, ne hic tergi verſetur) ſed quia non eo ſolo ab aliis diſcernantur arbitrariæ actiones, quod dentur rei officio judicis æſtimandæ

A cauſa, ut quidem ille aſſumebat, eoque ut triticariam condictionem arbitrariam eſſe contenderet adducebatur (quod nunc quaſi ſtimulis à me actus ulterius porrigit) ſed ex duobus, quæ nobis uno loco à Juſtiniano, à Juriſconſultis vero pluribus locis ſint propoſita, quibus eas à reliquis minime arbitrariis diſcerneremus. Prius eſt reſtitutionis in iis arbitrio judicis faciendæ, cujus clauſula iſta ut Prætorum edictis ea de re propoſitis expreſſa eſſet, ita & iſtiuſmodi actionum formula his verbis comprehenderetur, *neque ea res arbitrio judicis reſtituatur*, *juxta l. ſi cum exceptione 14. §. quatenus, verſ. pro eo autem, ff. de eo quod met. cauſ. §. præterea, de act. in Inſtit. l. arbitrio 19. in pr. de dol. l. qui reſtituere 68. in fin. ff. de rei vind.* Arbitrium autem in eo quid ſignificet cum abunde explicuerimus, nec ille quicquam in contrarium opponat, hic plura de B eo dicere ſuperſedebimus. Poſterius autem eſt, quod in his niſi judicis arbitrio is cum quo agitur, actori ſatisfaciat (extra caſus, quibus in quadruplum condemnatio fit) ex æquo & bono arbitrari poſſit, & debeat judex, quantum actori præſtari oporteat, habita utilitatis, & ejus quod intereſt ratione, juxta rei de qua agitur naturam, & qualitatem. Utrumque autem illud in his quas ex ingenio ſuo comminiſcitur arbitrariis actionibus quomodo effingere conetur, contracta ea qua veritati tenebras offundere conatur, λογοδαιδαλίᾳ & convitiis, quæ ab iſtiuſmodi hominibus nobis laudi ducimus poſthabitis paucis expendamus,

Illud prius iſtarum actionum formulæ inſeri ſolitum negat: Poſterius vero, & confictis quoque à ſe actionibus accomodari contendit. In illo, inquam, omitti ſoli- C tam ait clauſulam illam in formula actionum iſtarum, & nulla in ea facta mentione rei reſtitutionis, ſolutionis, exhibitionis, aut deditionis, arbitrio judicis faciendæ, illam tantum adjici ſuffeciſſe, quæ eſt de condemnatione facienda, in quantum judici æquum, & bonum videretur, atque adeo arbitrariæ actionis definitionem ad iſtam alteram clauſulam ſolam relatam proponit. Id vero duobus probare contendit. Uno, quod & in iis actionibus, in quibus prior illa clauſula plerumque ſolebat interponi, veluti de dolo, & quod metus cauſa, vel rei vindicationis, ea non ſemper adjiceretur, quod probare contendit ſola *d. l. arbitrio, §. 1.* qua nihil minus quam illud dicitur, quod intendit, quippe non ſemper ſolitam addi iſtiuſmodi actionibus clauſulam illam: ſed hoc tantum, non ſemper in illo judicio de dolo arbitrium judicis eſſe dandum, D quippe illis caſibus, quibus conſtet fruſtra arbitraturum eſſe judicem, puta quod ſervus, de quo agitur, defunctus ſit, qua ratione tunc nullo arbitrio ſive judicis præcepto interpoſito, fieri debeat condemnatio in id quod intereſt. Neque tamen ut ex eo ſequatur, clauſulam illam in ejus actionis formula omitti ſolitam fuiſſe. Altero, quod actionis quæ loci adjecti ratione fit arbitraria, formulæ ea clauſula non adderetur, nec in eo judicio arbitrium illud interponeretur. Quod quidem ſpeciali ratione iſta in hac arbitrariarum ſola actione fieri dixi, & pluribus explicui, quia deſtinatio loci cum in illo ut oportuit ſolutum non eſt, interventum illius arbitrii ſive ſolvendi præcepti ſuppleat. Adde quod cum liceret promiſſori ad eum locum nunquam accedere, ſic impoſſibile futurum eſſet ibi cum eo agi, ac per conſequens arbitrium id interponi, quo ei à judice reſtitutio præciperetur; qua ſpeciali E ratione æquum viſum fuiſſe in eam rem utilem arbitrariam actionem à reliquarum arbitrariarum natura eo deflectentem comparare ait Cajus *in l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* Atque hinc etiam effectum interpretabar, ut licet hæc inter alias arbitrarias à Juſtiniano fuerit connumerata, hujus tamen ſolius mentio à Theophilo ſit omiſſa, *in d. §. præterea*: quippe quod diverſo ab aliis, & ſpeciali jure arbitrariam eam fieri receptum eſſet. Quam tamen Theophilum perperam omiſiſſe (quia id iſtius cauſæ obſit) interpretari mavult oblatrator, qui cum iſtis omnibus reſpondere, eaque ſi potuit diluere debuiſſet, idem agitat quod illi, qui interrogati, cum aliud quod reſpondeant quam quod ipſis obfuturum ſit, non habere ſe ſibi con-

ſcii

ſcii ſint, omiſſo eo quod quæritur, oppoſitis aliis interrogationibus percunctantem à propoſito averſum, & technis implicatum eludere conantur. Cur etiam, inquit, in cæteris actionibus denunciatio actoris pro judiciaria admonitione eſt? Cur non etiam ſua cujuſque denunciatio interior? cum unumquemque ſibi æquum & bonum denunciare conveniat, conſcientiam eſſe mille teſtes. Cur potius hæc non ſint pro judiciaria admonitione juſſioneve, quam conventio certo loco dari? Inde vero quæ in nos verborum portenta evomit, ab iſta nova religione, & conſcientia, quam juris civilis noſtri ſcitis, cum melius quod mutiat non habet, novo more intrudere parat. Sed tamen iſtis non efficit religioſus magiſter, ut in aliis tale quidquam obſtare dici poſſit illi judicis arbitrio ſive præcepto interponendo, quale diximus eo caſu intervenire factæ promiſſionis certo loco dandi, quippe in debitoris poteſtate poni ad eum ſolutioni deſtinatum locum minime accedendo, ne illud arbitrium interponatur, & ſibi præceptum fiat, ſemper effugere. Atque (ut ſuperiora concludam) ſi non iſtius judicis arbitrii ſive juſſus interponendi ratione fit, ut ob id nec aliud arbitrariæ actiones cenſeantur, quorſum ex arbitrio iſto judicis eas pendere, & niſi juxta arbitrium iſtud reſtituat ſolvatve, aut exhibeat, dedatve reus, eum omnino condemnari debere nominatim à Juſtiniano dictum eſt *in d. §. præterea*, & apertius ibidem à Theophilo. Cur & idem tot illis à me citatis locis de illo arbitrio inculcant Juriſconſulti Prætorum edicta ſubſequentes, ab illa clauſula, *neque ea res arbitrio judicis reſtituatur*?

Poſterius vero ea ratione ſuppoſitis ab ipſo arbitrariis actionibus accommodare conatur, quaſi eadem hæc ſint, actionem dari ejus rei quæ petitur officio judicis æſtimandæ cauſa, & ita actionem dari, ut judici ex æquo, & bono permittatur ſecundum cujuſque rei naturam æſtimare, quomodo actori ſatisfieri oporteat, juxta Juſtin. verba *in d. §. præterea*, illis plane convenientia, quibus antea in bonæ fidei judiciis dixerat liberam poteſtatem permitti judici ex bono, & æquo æſtimandi quantum actori reſtitui debeat, *in §. in bonæ fidei, de act. in Inſtit.* quem §. proxime ſubſequitur *d. §. præterea*. Quo magis intelligeremus arbitrarias iſtas, cum arbitrio judicis reſtitutio, ſolutio, exhibitio, deditiove non eſt facta, bonæ fidei judiciorum naturam aſſumere, & in iis latiſſime judicis poteſtatem extendi, *arg. l. in bonæ fidei* 8. *junct. l. 4. ff. de eo quod cer. loc.* Hæc vero ſi eadem ſunt, quid intereſſe dicemus inter bonæ fidei, & quævis alia ſtricta judicia, in quibus condamnatio in rei quoque æſtimationem fit, & quidem officio judicis faciendam? Quid erit quod officium judicis in bonæ fidei judiciis latius extendi dicamus, quam in ſtrictis? & in bonæ fidei judiciis tantundem officium judicis valere, quantum in ſtipulationibus nominatim ejus rei factam interrogationem? Quid quod in ſtrictis in litem, minime juratur, licet alioqui cum res quæ amplius non extet, aliter æſtimari minime poteſt; delato actori jurejurando ejus fiat æſtimatio, *juxt. l. in actionib. 5. verſ. plane, junct. l. ſeq. ff. de in lit. jur.* niſi quod ut in his arbitrio judicis non permittitur rei æſtimatio, ita nec ob quantamcunque rei contumaciam ea fuerit arbitrio domini æſtimanda, ut in bonæ fidei, & arbitrariis judiciis, in quibus loco illius judicis arbitrii, ipſiuſmet domini arbitrio rei pretium contumaciæ puniendæ cauſa ſtatuitur, quo licet res pluris ideo non ſit, æſtimatur tamen ultra verum pretium, *l. ſi tutor* 8. juncta *l. 1. ff. de in lit. jur.* Quæ ſi vera ſunt, ut ea inficiari nemo poteſt, quis condictionem vel triticariam, aut furtivam arbitrariis, vel ſola iſta ex parte, niſi aut impudentiſſime pervicax, aut juris diſciplinæ ignarus, annumerare auſit?

An ut loci, ita & temporis adjecti ratione ſtricti juris actio arbitraria fiat.

CAP. V.

JOHANNES ROBERTUS:

QUOD ſuperiore capite ſtrictim attigimus, triticariam condictionem nulla ratione dici poſſe arbitrariam, admonet, ut tum illam, tum & aliam iſtam ejuſdem ſcriptoris æque futilem opinionem pluribus excutiamus, qua ex ſtipulatione, aliove contractu ſtricto, non ſecus propter temporis, quam propter loci adjectionem, fieri arbitrariam actionem contendit, in eoque plane non percipiens, quænam ea ſint, quibus fit, ut ſtrictas actiones arbitrariarum qualitatem aſſumere lex voluerit, quo latius vagatur, eo magis aberrat: quippe eas actiones omnes, in quibus judex officio ſuo rem æſtimat, idcirco in arbitrariarum numerum reponens, ſicque illa plane tranſiliens, quibus Juſtin. noſter arbitrariarum actionum vim, & fines circumſcripſit *in §. præterea, de act. in Inſt.* Qui unus in jure locus extat, quo generaliter definitum eſt, quænam actiones arbitrariæ cenſendæ ſint, quem ille nullo modo attigit: ſed ne citavit quidem, ac ſciens, credo, videnſque, quod vagas, & erraticas illas opiniones aperte nimium eo convelli perſentiſceret. Sic enim illo loco Juſtin. ita arbitrarias actiones interpretatur: id eſt (inquit) *ex arbitrio judicis pendentes*. Et cum Arbitrii vox in eo duplicem ſignificationem admittat, & eam, qua judicis juſſus, præceptumve ſive interlocutio ſignificatur, in pleriſque judiciis ſententiam præcedens, juxta *l. arbitrio, in princ. ff. de dol. l. ſi cum exceptione* 14. *& §. in hac actione, in fin. cum §. ſeq. ff. de eo, quod met. cau. l. ult. ff. de interd.* quod etiam arbitratus dicitur *l. qui reſtituere, in fin. ff. de rei vend.* & ſimul illam, qua judicis in æſtimanda re, aut lite arbitrium ſignificatur: ne ejus dictionis ancipiti ſignificatione aberraremus, paulo poſt illic hæc ſubjecit, quibus in eo Arbitrii vocem in priore ſignificato ab eo ſumptam intelligeremus: *In quibus* (inquit) *niſi arbitrio judicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat, veluti rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſolvat, vel ex noxali cauſa ſervum dedat, condemnari debeat*, ut conſimiliter & Paulus *in d. l. arbitrio*. *Arbitrio quoque* (inquit) *judicis in hac actione reſtitutio comprehenditur, & niſi reſtitutio fiat, ſequitur condemnatio*. Iſtam igitur condemnationem, ſive diffinitivam, ſententiam præcedere in his oportet illud judicis arbitrium, ſic rem, vel reſtitui, vel exhiberi, vel ſolvi jubentis. Et ut iſta condemnatio ex illo arbitrio pendet, nec aliter ferri poteſt, ita & arbitrariæ actiones ex arbitrio judicis pendere dicuntur: idque ſignificari ibidem voluit iſtis verbis Juſtin. *Ad exhibendum quoque actio* (inquit) *ex arbitrio judicis pendet*. Quod quis ad aliud, quam illud arbitrium retulerit, cum non in alio ſignificato dictio hæc illic ſumpta reperiatur: exinde ſubjicit, *in his actionibus, & cæteris ſimilibus, permitti judici ex bono, & æquo, ſecundum cujuſque rei, de qua actum eſt naturam, æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.* Sicque quod prius dixerat, non parentem illi judicis arbitrio ſive interlocutioni condemnari debere, explicat, in hoc condemnari debere, quo judex ex bono, & æquo exiſtimaverit actori ſatisfieri oportere, ac per conſequens non in rei ſimpliciter æſtimationem, ut ſolummodo fit ex ſimplici certi condictione, ex mutuo, triticaria, & ſimilibus, *l. vinum* 22. *ff. ſi cert. pet. l. in hac 3. ff. de condict. tritic. l. cum quis, ff. de oblig. & act. l. quoties* 59. *cum l. ſeq. ff. de verb. oblig.* verum omne id, quod ex bono, & æquo æſtimaverit actori eſſe ſatisfaciendum, ut conſimiliter antea in bonæ fidei judiciis (quorum naturam arbitrariæ ſubſequuntur) dixerat, *liberam poteſtatem permitti judici ex æquo, & bono æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat, in §. in bonæ fidei, de act. in Inſtit.*

Ex quibus colligo duas haſce notas nobis illic propoſuiſſe Juſtin. quibus arbitrarias actiones à reliquis diſcerneremus: Tum eo, quod ex illo iſtiuſmodi arbitrio pendeant, ſive quod in his iſtiuſmodi arbitrium judex interponere debeat: tum quod in iis diffinitiva ſententia ſua reum in id condemnet, quo ex bono, & æquo actori ſatisfieri oportere æſtimaverit: Ac ita niſi, vel utrumque id, vel alterum ſaltem actioni inſit, ea arbitraria dici non poſſit. Atque cum regulariter utrumque id ineſſe oporteat (ut non niſi ab illo arbitrio ſic dictæ ſunt, quod non alia, quam iſtiuſmodi condemnatio ſequi debeat) ſpecialiter tamen in eo, quod certo loco dare, aut ſolvere quis ſtricto judicio obſtrictus eſt, obtinuit ob varia rerum pretia per ſingulas civitates, & regionum diverſitates, atque, quod loci imprimis ratione plurimum intereſſe ſolebat, prout rem dare, aut pecuniam ſolvere, quis obligatus eſt, id non impleri, quaſi in eo deſtinatio loci, cum in illo, ut oportuit, ſolutum non eſt, interventum illius arbitrii ſive ſolvendi præcepti ſuppleat, cum alio in loco petitur (ut quidem tunc ubique agi poteſt, *l. non utique 3. in princ, ff. de eo, quod cert. loc.*) arbitraria actione effecta, judex ut & in reliquis arbitrariis in id condemnet, quo ex bono, & æquo actori ſatisfieri oportere æſtimaverit. prob. arg. *l. 1. cum l. ſeq.* juncta *l. ideo, & l. ſi heres 6. ff. de eo, quod cert. loc. l. unic. C. ubi conven. qui cert. loc. dar. prom. l. ſi duo 16. §. 1. ff. de conſt. pecu.* Atque eo aptius interpretamur, loci deſtinationem ſupplere illius judicis præcepti interventum, quod quemadmodum in aliis arbitrariis, ubi quis illi judicis præcepto paruit, condemnationem graviorem effugit, quod id iis actionibus ſpecialiter ineſſe credatur *διὰ τὸ ἄδηλον ἐγγυᾶσθαι τοῦ ἐν ταῖς ἀγωγαῖς*, ut inquit Theoph. ita & hoc propter locum deſtinatum actioni inſit, ut vel petitione, vel ſolutione, vel oblatione illo loco facta, aut etiam fidejuſſore accepto, non aliud, quam ipſa res, aut pecunia in condemnationem veniat, præter quam ſi quid propter moram, & ceſſationem in ſolvendo factam temporis ratione quoad rei æſtimationem interſit, *l. quod ſi Epheſi 5. in princ. & ſeq. l. ult. ff. de eo, quod cert. loc.* Ex his effectum eſt, ut quia iſto caſu, nec alio minime interveniente illo judicis præcepto, quod in reliquis arbitrariis præceſſiſſe oportet, ſtrictæ alioqui naturæ actio qualitatem iſtam arbitrariæ actionis jure ſpeciali aſſumit, arbitraria hæc actio dicta ſit, & hanc ſimpliciter appellationem præ cæteris obtinuerit, *d. l. 1. cum l. ſeq. & d. l. ſi heres, d. l. ſi duo, §. 1. d. l. unic.* Eademque ratione effectum reor, ut hæc inter arbitrarias actiones à Theophilo minime recenſeretur: ſed plane ab eo omitteretur in enarratione *d. §. præterea*, quod diverſo ab aliis, & ſpeciali jure arbitrariam eam fieri receptũ eſſet: Ac ita id omne aptius intelligi, & componi arbitror. Nam quod exiſtimavit Franc. Duareo. cætera hujus argumenti docte perſecutus, & in hac quoque actione intervenire illud judicis præceptum, unico tantum caſu præſtandæ cautionis id fieri proponit, *in d. l. quod ſi Epheſi, §. 1.* ac illo quidem, quo ea actio minime ſit arbitraria. Siquidem cautione accepta, quid aliud ſupereſt, quam ut ex cautione agas, quæ alioqui inutilis futura ſit, & qua accepta id, quod amplius conſequi potuiſſes, remiſiſſe intelligaris, ac per conſequens arbitraria actione experiri nequeas? prob. *l. ult. in prin. & fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

Cæterum, quod jure ſpeciali ob loci adjectionem ſtrictas actiones arbitrarias effici contendimus, nulla ratione ad illas porrectum dici poteſt, quibus dies tantum adjectus eſt, cum nec ullus in jure locus extet, quo id introductum, aut comprobatum ſit, quo tamen in eo, quod jure ſpeciali fieri dicitur, imprimis opus eſt, arg. *l. quod vero contra 13. cum l. ſeq. ff. de legib.* nec ullum illorum duorum, quorum, vel utrumque, vel alterum ſaltem requiri diximus, ut arbitraria actio ſit, tunc intervenire dici poſſit. Nam quod ille in eam rem citat *d. l. quod ſi Epheſi, in princ.* plane extra rem eſt. Tantum enim abeſt, ut quod de temporis utilitate ibi dicitur, ad arbitrariam actionem referri poſſit, ut in eo ibi caſu loquatur, in quo arbitraria actio nullo modo inſtitui queat: quippe, quo in loco ſolutioni deſtinato petitio fit, cum non aliter fiat propter locum arbitraria actio, quam ſi, poſtquam loco deſtinato, eo quo oportuit, tempore ſolutum non fuit, alio exinde loco petatur: ut ex Accurſ. *in d. §. præterea*, recte notat Joann. Fab. Ac nihilominus tamen, cum tunc ibi, ubi res promiſſa eſt, ſimplici ex ſtipulatu, aliave ſtricta id petitur, temporis utilitatis ratio habenda ſit, ut & in aliis judiciis ſtrictis, quoties judicis officio in rei ſimpliciter æſtimationem condemnatio fit: quod licet ejus officio incumbat, non tamen, ut idcirco in his arbitrio ſuo ſtatuere uſquequaque ex bono, & æquo liceat, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, ſed in ipſam ſimplicem rei æſtimationem cauſarum, quæ circa rem conſiſtunt habita ratione condemnationem ferre, juxta *l. vinum, ff. de reb. cred. l. cum quis, ff. de oblig. & act. l. in hac, ff. de condict. trit. l. quoties, cum ll. ſeqq. ff. de verb. oblig.*

ANTONIUS MERCATOR.

Quia ſuperiore capite tibi ipſi non ſatisfeciſti, hoc rurſus idem ſaxum volvis, & ut condictionem triticariam probes non eſſe arbitrariam, iterum argumentaris à definitione arbitrariarum actionum propoſita in *d. §. præterea*, quem ſane locum Dominus cum hac de re tractaret omiſit, quia neminem tam fore ſtultum arbitrabatur, ut eo adverſus hanc ſententiam abuteretur. Arbitrariæ actiones ſunt ex quibus ſi per judicem, vel quod idem eſt, arbitrio judicis, res, qua de agitur, actori reſtituatur, ſolvatur, exhibeatur, homo noxæ dedatur, abſolutio ſequitur, ut & de homine noxæ dedito nominatim eſt proditum in *l. ſi quis, §. & ſi ſervum, de dolo*: ſin minus, gravior condemnatio ſequitur in quadruplum, vel duplum, ut in actione rationibus diſtrahendis, vel quanti judex arbitratus fuerit, quantive actor juraverit in litem, & interdum cum infamiæ nota, cujus generis ſunt actio Publiciana, ac ſi Publiciana, & in rem directa multo magis, ad cujus exemplum Publiciana comparata eſt, itemque Serviana, & quaſi Serviana, & de dolo, & quod metus cauſa, & ad exhibendum, & quæ commune nomen fecit ſuum, arbitraria ſive utilis de eo, quod certo loco dari promiſſum eſt, quam Theophilus perperam prætermiſit in *d. §. Præterea*: nam & in hac actione veriſſimũ eſt ſi judicis arbitrio is unde petitur ſatisfaciat actori ſequi abſolutionem, *l. 4. §. 1. de eo, quod cer. lo.* quem tu locum calumniaris, cum ais in ejus ſpecie actionem non fieri arbitrariam, non quidem eam, fateor, quæ ex cautione arbitrio judicis interpoſita competitura eſt, ſed eam in qua eo genere ſatisfit actori arbitrio judicis (nam & cautio ſatisfactio eſt) non potes negare eſſe arbitrariam. Reo autem actori non ſatisfaciente per judicem, certum eſt condemnationem ſequi quanti judex arbitratus fuerit habita ratione ejus, quod intereſt rei, vel actoris. Sunt & aliæ complures actiones arbitrariæ, ut in *d. §. Præterea* illa verba indicant, & *cæteris ſimilibus*, ac ſane confinium, in quo ſimul ſunt poſitæ eæ duæ actiones, arbitraria de eo, quod certo loco, & condictio triticaria, cum eo, quod ut arbitraria, *l. 3. de eo, quod cer. lo.* ita triticaria ad arbitrium judicis refertur, de quo diſputat *d. l. pen. et ult.* ut ipſe pro ſua religione rem, quæ petitur æſtimet modo pluris, modo minoris pro ratione loci, & temporis, vel moræ debitoris, ut docui ſuperiore capite, quæ inſpectio tanti fuit apud Æmarum Ranconetum, ut & hanc, ſicut & illam actionem maluerit condictionem arbitrariam appellare, quam condictionem triticariam, hæc, inquam, fecere, ut condictionem triticariam Dominus diceret eſſe arbitrariam, quod dicit & de aliis omnibus actionibus, quæ in arbitrium judicis conferuntur, veluti condictione furtiva, rationibus diſtrahendis, Pauliana, Fabiana, licet ante condemnationem nullum interponatur arbitrium, ſive præceptum judicis, quo reſtitui, ſolvi, exhiberi, dedi jubeat: nam & in his actionibus arbitrariis, in quibus plerumque ſolet interponi, veluti de dolo, vel quod metus cau-

cauſa, vel in rem, non ſemper interponitur, *l. arbitrio*, A *§. 1. de dolo*, in formula ſcilicet omittitur clauſula de reſtitutione facienda arbitrio judicis, & apponitur tantum ea, quæ de condemnatione eſt facienda in quantum judici bonum, & æquum videbitur. Denique arbitraria eſt actio, cujus formula condemnationis modum confert in arbitrium judicis, & in bonum, & æquum, ſive inſerta ſit hæc clauſula, NEQUE EA RES ARBITRIO JUDICIS RESTITUATUR, ut *l. 14. §. pro eo autem, quod met. cau.* & apud Ciceronem in prætura Sicilienſi, ſive omiſſa ſit. Satis enim eſt ſi clauſula de condemnatione (ſic eam vocat Aſconius Pedianus) conferatur in arbitrium judicis: nihil eſt neque certius, neque facilius. Lucifugo & tenebrioni nihil incertius, nihil difficilius.

Tenebriones dicunt, regulariter actionum arbitrariarum duas eſſe clauſulas, unam, Ni ea res arbitrio judicis B reſtituatur, alteram, Ex bono & æquo condemna cum judex (enarro quæ tu non potuiſti Bambalio) ſpecialiter vero receptum eſſe, ut arbitraria de eo, quod certo loco dari oportet, extremam tantum clauſulam haberet, qua ratione vero? quia, inquis, loci adjectio pro judiciaria admonitione eſt. Cur etiam in cæteris actionibus denunciatio actoris pro judiciaria admonitione non eſt, vel cur non etiam ſua cujuſque denuntiatio interior? Quod enim de tutore in *l. 10. §. ſicut de adm. tut.* ita de unoquoque dici convenit, unumquemque ſibi verum, & æquum denuntiare debere. Conſcientiam eſſe mille teſtes, aut cur potius hæc non erunt pro judiciaria admonitione juſſione ve, quam conventio, qua convenit certo loco dari? quid commune, vel adfine hæc conventio habet cum præcepto judicis? quæ ſpecies, qui color niſi ater, quæ um- C bra niſi tetra ſe obtulit tibi cum ſomniaſti iſtam imaginem? Diſce, ſtulte, nullam eſſe actionem arbitrariam, quæ non pendeat æque ex arbitrio judicis, ac cæteræ: nullam quæ ideo minus ſit arbitraria, quod de reſtitutione priorem clauſulam non habeat adſcriptam.

Et noli quæſo, ut ſupra, & in his tuo illo pereleganti ſermone uti, ratione loci. Intereſt actoris non dari, non ſolvi quod promiſſum eſt. Corrige, intereſt dari, intereſt ſolvi, aut te da his, qui latera conſcribillant.

Tranſeo ad alterum cornu. Duobus enim hoc tuum caput eminet. Altero petis Domini futilem, ut vocas, opinionem, qui non loci tantum, ſed & temporis in conventione adjecti ratione exiſtimat arbitrariam actionem dari, quam duxit ex *l. 4. de eo, quod cer. lo.* quæ ſtricta actione ait peti dumtaxat pecuniam in ſtipulationem de- D ductam niſi temporis utilitas interveniat, quibus verbis demonſtrat ratione temporis arbitrariam fieri actionem, idque Dominus confirmavit ad Africanum aliis argumentis tribus, aut quatuor. Tu reſpondes tantum ad *d. l. 4.* eam ſcilicet extra rem eſſe: quare? quia, inquis, actio arbitraria non competit niſi loci utilitas interveniat. Belliſſima ratio, quare manente tutela non datur actio tutelæ? quia actio tutelæ non datur niſi finita tutela. Cætera argumenta prætermittis. Et communem opinionem, quam tueris nullo confirmas argumento. Denique rem hanc leviter attingis, quam lemma tamen hujus capitis pollicebatur te pertractaturum: inopia conſilii te redigit ad incitas.

JOHANNES ROBERTUS. E

PRæter ea, quæ ſuperiore capite in univerſum, & conjunctim tractata ſunt, ſuperſunt nonnulla, & hoc capite ſigillatim excutienda, ut quod ad eundem modum illum, quo triticariam condictionem, & ſimul furtivam cum actione de rationibus diſtrahendis, & Pauliana, & Fabiana, ſive Faviana, idem nugivendus inter arbitrarias refert, licet, inquit, in his ante condamnationem nullum interponatur arbitrium, ſive judicis præceptum, quo reſtitui, ſolvi, exhiberi, dedi jubeat. Quod poſterius, quod ad condictiones triticariam, & furtivam, & actionem de rationibus diſtrahendis verum admitto, quippe in iis nullum ante condamnationem interponi judicis arbitrium & juſſum. Quod ad Paulianam vero, & Fabianam, pernego; in his enim ante condamnationem arbitrium illud interponi contendo, quo nomine iſtas inter arbitrarias connumerandas judico, tametſi non fuerint à Juſtiniano expreſſe *d. §. præterea*, quia generalibus *illius §.* verbis iſtis, *& cæteris ſimilibus*, comprehenſæ dici poſſint. Quod quidem in Pauliana comprobatur arg. *l. ait Prætor 10. in pr. & §. per hanc, cum §. ſeq. & l. ſi fraudator 25. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. cred.* quibus probatur reſtituendæ rei cauſa dari illam Paulianam actionem, ac ita ut eam reſtitutionem arbitriu judicis interpoſito fieri oporteat, ſicque ut & medii temporis commodum ſimul cum omni cauſa ſit reſtituendum. Quod etiam expreſſius probatur in prorſus adſimili huic Fabiana actione, *l. tenetur 5. ff. ſi quid in fraud. patr.* qua nominatim dicitur, in ea actione ſi res non reſtituatur, tanti condamnari reum, quanti actor in litem juraverit. Comprobatur eo, quod utraque actio hæc in rem ſcripta ſit, hiſque reſciſſa traditione permittatur rem alienatam perſequi, quaſi ea in bonis debitoris manſerit, *§. item ſi quis in fraudem, de act. in Inſt.* juncto *d. §. per hanc.* In his itaque duabus illis concurrit, quod in arbitrariis actionibus intervenire exigi diximus, in illis aliis neutrum.

Supereſt alterum ejuſdem cornutæ beſtiæ capitis cornu non eliſum modo, ſed & confractum antea, nunc vero ſuppullulans radicitus avellendum. Quemadmodum loci, ita & temporis quoque adjecti ratione fieri arbitrariam actionem contendit: at quo authore? quave ratione? certe non aliis, quam quibus prius nitebatur. Quem enim alium profert præter Ulpianum *in eadem l. quod ſi Epheſi 4. in priu. ff. de eo, quod cert. loc.* Quam extra rem eſſe, abunde docuimus. At cur eam extra rem eſſe dixerim, ſolam hanc à me rationem reddi calumnioſe refert, quia arbitraria actio non competat, niſi loci utilitas interveniat, & alio quam ſcripſi modo id referens, & quæ potiora ſubjeci plane omittens. Nec enim ita generaliter illo loco à me enunciatum quiſquam comperiet, actionem arbitrariam non competere, niſi loci utilitas interveniat; verum id quidem ſcripſiſſe: Ulpianum eo loco in illo caſu loqui, in quo arbitraria actio inſtitui nullo modo queat, quippe quo cum Epheſi certam ſummam dari promiſſum eſſet, ea ſumma Epheſi petatur, quia tunc nec loci, nec temporis obligationi adjecti ratione, actionem arbitrariam fieri dici queat. Primi, cur loci adjectione arbitrariam eam tunc factam dici nequeat, rationem adjeci ex Accurſio, & Joan. Fabro (quam ille non impugnat, neque tamen ut dubio id careat) quia non aliter propter locum fiat arbitraria actio, quam ſi poſtquam deſtinato loco illo, quo oportuit tempore ſolutum non fuit, alio exinde loco petatur, prob. *l. centum Capuæ 9. verſic. ut ſi alibi quam Capuæ, ff. de eo, quod cert. loc.* Ratione vero temporis, ut aſſumit, cum Calendis Mart. centum dari promiſſa ſunt, dici non poſſe fieri arbitrariam ſtricti juris actionem, quod licet in aliis juris articulis eadem intelligatur eſſe ratio loci, & temporis adjectionis, non tamen id eſſe in jure perpetuum, ob intervenientem nonnunquam inter hæc duo diverſam rationem, ut quidem hac in re, in qua propterea nominatim loci ratio habetur, quod hujus imprimis varietas (quam etiam non poſſit non comitari temporis diverſitas, & mora) varia rerum pretia, variaſque commoditates, & incommoditates aliis atque aliis locis efficiat, nec tantum olei, frumenti, vini (tametſi id præcipue in his ſpectetur) ſed & cæterarum rerum, atque etiam pecuniæ. Quo effectum, ut cum eo loco, quo quid dari promiſſum fuit, id datum non eſt, ad arbitrium judicis æſtimationem referri lex voluerit, *l. ideo 3. ff. de eo quod cert. loc.* Ac licet & pretii quoquo varietatem, etiam eodem in loco temporum diverſitas adferre ſoleat, *l. pretia rerum 63. §. ult. ff. ad l. Falc.* non tamen hac ſola per ſe tantam, aut tam frequentem, quantam illa loci, quæ & ſine temporis ſimul varietate eſſe nequeat, prob. *l. interdum 73. in pr. & l. continuus 137. §. cum ita, ff. de verb. oblig.* quapropter non ut iſtius, ita & illius quoque ratione actionem arbitrariam introducendam

cendam

cendam eſſe à juris noſtri authoribus exiſtimatum fuerit. Atque cum ſpeciali jure, & quidem præter juris regulas ſit illud conſtitutum, quippe ut quæ ſtricta alioqui ſit actio, ea arbitraria facta, bonæ fidei judiciorum naturam aſſumeret, id ut ad tempus quoque extenderetur, lege nominatim caveri oportuit: arg. *l. quod contra* 13. *cum l. ſeq. ff. de legib.* id autem nullo juris loco probari comperias. Nam *l. quod ſi Epheſi 4. in princ.* (quam ſolam, quaſi ſententiæ ſuæ columen unicum profert) ab illa, quam aſſumit ſpecie, qua quid certa die dari promiſſum ſit, plane aliena eſt, ac neque ullis illius tit. aut præcedentibus, aut ſubſequentibus legibus ejus ſpeciei mentionem factam fuiſſe probari poteſt: verum quod de temporis utilitate in ſola præcedente *l.* 4. ſermo ſit, eo referre Ulpianum voluiſſe conſtat, quod ut in ſtrictis quibuſcunque judiciis, etſi arbitraria non fiant, temporis utilitatis ratio habenda ſit, ſive de re æſtimanda quæratur, ſive minime æſtimanda, puta pecuniæ tantum numeratæ ſumma promiſſa, cujus cum certa exiſtat æſtimatio, non ſit quod de ea æſtimanda quæramus, *l. 3. ff. de in lit. jur. l. 1. ff. de cont. empt.* Quo tamen poſteriore caſu pecuniæ quantitatis debitæ, licet in ſtrictis judiciis non indiſtincte à tempore moræ, ut in bonæ fidei judiciis, utilitatis temporis ratio habeatur, in hoc ut ejus pecuniæ uſuræ debeantur, *l. mora 32. §. in bonæ fidei, ff. de uſur.* attamen in ſtrictis quoque à tempore litis conteſtatæ, & utilitatis temporis ratio habetur, & uſuræ currunt, *l. lite conteſtata* 35. arg. *l. 3. in fine pr. ff. de uſur.* Et hac quidem ratione ab Ulpia. *in d. l. 4.* dictum eſt, quod Epheſi dari promiſſum fuit, cum Epheſi petitur, ipſum ſolum, quod promiſſum eſt, peti, non amplius, niſi ſi quid amplius eſſet ſtipulatus, puta uſuras, vel, inquit, *ſi temporis utilitas intervenit*: quæ verba proculdubio ad petitionis, cujus jam meminerat, tempus referenda ſunt, ut ab eo petitionis, ſive litis conteſtatæ tempore uſuræ peti poſſint, non quia cum eodem loco, quo dari promiſſum eſt, actio inſtituitur, ea ratione, quod ea die, intra quam Epheſum potuerit perveniri, ſoluta pecunia non ſit, ſicque mora commiſſa, *l. idem erit 60. & d. l. interdum 37. in p. ff. de verb. oblig.* ab ea die uſuræ debeantur, utpote actione minime arbitraria effecta, ſed tantum à lite conteſtata, *l. 3. in fin. pr. ff. de uſur.*

An tituli aliqui in Pandectis generales conſtituti ſint.

CAP. VI.

JOHANNES ROBERTUS.

EST hæc varie jam à multis agitata quæſtio, an tituli aliqui in Pandectis generales conſtituti ſint, hoc eſt, non ad illum tantum tractatum cui præfiguntur pertinentes, ſed & ad alios ſequentes, aut tractatus, aut etiam libros: in qua ſemper expendendum imprimis exiſtimavi jus inſtitutum, qui & hos inſcripſit, & opus illud univerſum iſto ordine digeſſit: quippe Juſtiniani: quod is omnino patefeciſſe videtur *in l. 2. §. igitur prima quidem pars, cum §. ſeq. C. de vet. jur. enucl.* & in procemio ejuſdem Digeſtorum operis, *in §. reliqua vero anni parte, cum ſeq.* Quibus aperte teſtatur hoc illi propoſitum fuiſſe, ejus operis libros (quorum tractatus ad idem pertinere aliqua ratione viderentur) in unum congerere, & iis generalem, ac materiæ connexitatem teſtantem inſcriptionem imponere, quæ tamen ſpecialius in plures tractatus titulis, & libris diſtinctos exinde diduceretur. Quod & in prima, & ſecunda, & tertia, ac quinta, in duas tamen diſtincta ejus operis parte, ab eo factum eſt. Et quidem in tribus iſtis noviſſimis alia ratione, quam in prima, quatuor libris comprehenſa, utpote quam non ob aliud πρῶτα vocarit, quam quod primo tempore eam diſcendam, & docendam cenſeret. Nam ſecundam ſeptem libros complectentem, generaliter de judiciis inſcripſit, quaſi omnis librorum illorum tra-

A ctatio ad judicia pertineret: ut & tertiam octo libris comprehenſam, de rebus creditis, quaſi eorundem librorum tractatus omnes ed res creditas referantur. Quintam vero in duos generales titulos diſpertit, quorum priorem duos libros complectentem, de teſtamentis vocari voluit: poſteriorem vero quinque libris comprehenſam, de legatis, & fideicommiſſis: quibus ſeptem libris additi ſunt, & alii duo, ad idem quidem pertinentes, quos tamen ſingulares eſſe voluerit ut tota pars illa novem libris comprehenderetur, prob. hæc *d. l. 2. §. igitur prima, & §. Quintus autem, verſ. qui de teſtamentis appellatur, cum ſeq. & præd. proœmio, in §. ſecundo autem anno, cum §. alterutri, verſ. & ex gemino volumine de teſtamentis, cum §. ſeq. & §. tertii, verſ. quæ in libris de rebus poſitæ ſunt*: & ex indice, qui præponitur exemplari Florentino, id- B que pluribus ibi locis, quod attinet ad tres iſtas partes poſtremas. Eſt tamen, qui hæc alio detorquere tentet, ſic tantum ex prioribus primi tituli, tum ſecundæ, tum & tertiæ partis verbis apppellationem ita inditam fuiſſe contendens: Secunda, de judiciis: Tertia, de rebus: non autem ob id, quod aut in omnibus illis ſeptem ſecundæ partis libris de judiciis tantum, aut in omnibus octo tertiæ partis libris de rebus creditis agatur: cum nec ad proximos titulos de jurejurando, & de in litem jurando pertineat, neque ad condictiones: Ac ita, nec illos, nec alios in jure generales titulos eſſe concludit. Verum is, ut in judicii vocis ſignificatione labitur, ita & rerum creditarum. Eſt enim illud maxime falſum, quod aſſumit, judicia non aliud, quam ipſas forenſes diſceptationes ſignificare, quæ apud judices fiant à lite conteſtata C uſque ad ſententiam: cum judicia dici invaluerit etiam ea, de quibus apud judices diſceptatur, hoc eſt, quaſvis judiciales perſecutiones, ſive civili, & ordinario judicio mediantibus actionibus fiant, ſive criminali, & extraordinario. Probatur tum eo, quod Prætor tot edictis pollicetur judicium ſe daturum, hoc eſt actionem: tum etiam diſtinctione bonæ fidei judiciorum à ſtrictis, atque etiam arg. *tit. de publ. judic. in Pandectis*, & *inſtit.* & *tit. comm. utriuſque judic. in Cod.* & *l. in tribus, ff. de judic. §. quædam*, & *§. actionum, cum ſequ. de act. §. ult. de interd. §. 1.* & *§. ſi familiæ, de offic. jud. in inſt.* Cæterum cum ultra illa, quæ ad judiciorum ordinem, & proceſſum pertinent (de quibus agitur *in tit. 1. illius 2. Pandectarum partis*: ideo ſpecialius ſic inſcripto: Ubi quis agere, vel conveniri debeat) illis diſceptationibus judiciorum ap- D pellatio aptius conveniat, quæ officio judicis præcipue innituntur, quales ſunt realium actionum, & mixtarum, atque etiam in rem ſcriptarum, & conſimilium, quibus ipſius rei magis, de qua diſceptatur, jus in controverſiam revocetur, aut propter id judicium inſtituatur, quam propter jus, quod ſimpliciter ex antegeſto negotio pendeat: prob. arg. *§. 1. de act. in Inſtit. l. qui reſtituere, & l. officium, ff. de rei vind. & eo, quod in tit. de offic. jud. in Inſtit. non aliorum ſit mentio.* Propterea de iſtis ſolis, non etiam aliis ex antegeſto negotio pendentibus judiciis, in illis ſeptem 2. partis libris agitur: ſicque fit, ut in illis nullus ſit tit. quem non judicii vox comprehendere poſſit, exceptis paucis, quæ circa ea verſantur, quæque materiæ connexitas interſerendos adjungendoſve ſuadere potuit, arg. *d. §. alterutri, verſ. & quæ circa ea ſunt, & d. §. igitur prima, verſ. quia hæc omnia titulis emptionum,* E *& venditionum conſentanea ſunt, & quæ ſequuntur*: juncta *l. 2. ff. de ſtat. homin.*

Illinc autem tranſitum facturus ad ea, quæ ex antegeſto negotio pendent, quæ à judiciorum illorum tractatu, & ſignificatione aliena magis eſſe diximus, à rebus creditis, utpote præcipuum inter illa locum obtinentibus, initium facere voluit, ac propterea ſubſequentem tertiam partem octo libros complectentem, generaliter de rebus creditis inſcripſit. Nec idcirco tantum, ut aliquo, & qualicumque impoſito nomine, ac inde à primis libri primi verbis nullo alio delectu ſignificari, & diſcerni poſſent, ſed ob id, quod in illa tertia (ut inquit) *congregatione omnia, quæ de rebus nominantur contulimus, octo libris*

bris ei deputatis in d. §. igitur prima. Quæ verba oſcitanter admodum legiſſe videtur ille. Hæc autem de rebus creditis appellatio cum ad ipſos imprimis contractus ſpectet, ut in quibus incundis maxime fidem alienam ſequamur, juxta *l.* 5. *& 2. in fin. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* atque ideo alieno loco videatur interſertus tit. de jurejurando: quia tamen promptius, frequentiuſque in iſtiuſmodi deferri, & præſtari ſolet, atque ob id circa eas imprimis verſari intelligatur, propterea ſecundo loco de eo agendum haud ab re viſum eſt, arg. *d. §. alterutri, verſ. Et quæ circa ea ſunt, & d. verſic. quia hæc omnia titulis*, juncta *d. l.* 2. *ff. de ſtatu homin.* Ac eo magis, quod & jurejurando quoque delato, alienam fidem maxime ſequamur, quippe ejus, cui id delatum eſt, cum illum eo in cauſa ſua judicem faciamus. *T. in l.* 1. *in pr. ff. quar. rer. act. non dat.* Sicque utroque ſimul illo nomine haud ab re huic parti admixtus dici poteſt, atque propter affinitatem materiæ tit. de in litem jurando, juxta *d. verſ. Et quæ circa ea ſunt, cum d. verſ. quia hæc omnia titulis.* Quod etiam in edicti perpetui compoſitione factum fuiſſe, arg. *eſt tit. de reb. cred. & jurejur. in frag. Paul.* & quod idem in Codice ſuo ſubſecutus eſt Juſtin. *tit. de reb. cred. & jurejur.* cum utrobique ſub illo tit. non de alia re, quam jurejurando tractetur.

Condictiones autem cum non aliud, quam perſonales actiones ſignificent, hæ ad res creditas referendæ fuerunt, ut quæ ex iis oriantur, ſive ex contractibus competant, *§. ſic itaque, de act. inſtit. l. actionum, ff. de oblig. & act.* ſive ex diſtractibus. Nam & in iis aliquod negotium gerere, alienamque fidem ſequi intelligimur, *l. ſi in arca, in prin. ff. de condict. indeb. l. ſi is, qui, §. ult. ff. commod. Sicq; intellig. §. is quoque, qui non debitum quib. mod. re oblig. contrah. in Inſtit.* Quibus concludimus, & illum de judiciis eſſe generalem titulum ſeptem ſequentium librorum, in iiſque de judiciis in univerſum agi, & iſtum de rebus creditis generalem eſſe inſequentium octo liberorum, quibus tertia Digeſtorum pars conſtet, non ſecus quam ille tit. de teſtamentis, non quidem totius quintæ partis, ſed duorum tamen illius partis librorum, & *tit. de legatis* 5. imo vero etiam ſeptem inſequentium librorum, generales tituli ſunt: prob. *d. §. alterutri, verſ. Et ex gemino volumine, & d. §. Quintus autem*. Quod cum in aliis ejuſde operis partibus commode adeo fieri non poſſet, aut non adeo expedire videretur, relicti ſunt maxima ex parte illorum libri ſingulares, nullo generali titulo ſis præfixo, qui eam materiæ connexitatem teſtaretur, quæ eos in unum conjungendos ſuaſiſſet. Et quod ille ſubtilius, quam verius commentus eſt, ob id duas illas partes primas appellationem à primis cujuſque illius partis verbis ſumpſiſſe, quod quæque illa pars continuata ſerie, ac nullo penitus (ut inculcat) derelicto, docenda, & tradenda ſuo quoque anno eſſet, cum reliqui aliarum partium libri, qoia ſingulatim, & interrupte doceri poſſent, relicti ſint ſingulares, nulla ratione ſubſiſtere, & illi Digeſtorum ordini convenire poteſt: cum manifeſtiſſimum ſit, & iſtos, qui aliter, quam continuata ſerie doceri poſſeot, non ſemper ſingulari libro, ſed pluribus, unica quoque appellatione comprehenſis, contineri, ut patet *d. l. unic.*

ANTONIUS MERCATOR.

QUid tibi in mentem venit, Johannes, titulum Digeſtorum, de judiciis, ſic interpretari de actionibus: an eundem igitur facis titulum de actionibus, & titulum de judiciis? An & in Codice titulus de judiciis, eſt de actionibus? nondum erubeſcis: an δικαστήρια ſimiliter, & δίκας, idem eſſe vis? an in Edictis prætorum idem eſſe judicium dabo, & actionem dabo? an nec plenius eſſe vis judicii, quam actionis nomen? & interea quæſo cur & ſi ſæpiſſime prætor actionem dare, polliceri, permittere, promittere dicatur, ſemper tamen edicit, judicium dabo, vix unquam, actionem dabo, niſi addat, cauſa cognita? rurſus quid tibi vis cum mox in titulo de ju-

A diciis ais, judicia eſſe diſceptationes judiciorum? an es apud te? ſed diſceptationes, inquis, judiciorum realium, ſi tibi credere dignum eſt, non perſonalium, adſideos ei plane, qui nolebat ſcribi de judiciis, ſed de vindiciis? quid? ille titulus noo pertinet niſi ad reales actiones, in quo ſunt perſcripta innumera de perſonalibus? fatuus ne es, an fatuelus? quid eſt præterea, quod addis, reales præcipue actiones inniti officio judicis? an non & perſonales pleræque, quæ arbitrariæ dicuntur? rurſus quid eſt, quod ais, eum titulum complecti actiones reales, & mixtas, & io rem ſcriptas, & conſimiles? quæ ſunt hæ conſimiles? & quibus ſuot conſimiles? realibus, aut mixtis, an in rem ſcriptis? quid reſpondes? Cedo & aliam mihi in rem ſcriptam, quæ proponatur in eo tractatu de vindicationibus præter actionem ad exhibendum, quæ etiam
B non quod ſit io rem ſcripta in eo proponitur, ſed quod maxime propter vindicationes inducta ſit: neſcis plane quid ſcribas. Qua vero ratione demonſtres titulum de judiciis eſſe generalem nullam habes, nec poſſis etiam ullo modo docere. generalem eſſe eum, qui eſt de judiciis, id eſt, de diſceptationibus judiciariis, ut & ipſe obiter interpretaris, quæ ſcilicet à litigatoribus exercentur apud judicem, de officio judicis, ut Theophilus interpretatur, de ordine exercendorum privatorum judiciorum, qua de re etiam eſt titulus de pub. jud. ut ex ejus tituli legibus apparet, ac præterea ubi quiſque agere, vel convenire debeat, id eſt, de foro competenti, non de vindicationibus, neque de condictionibus: quæſtio vero ejus tituli utriſque actionibus communis eſt, non propria vindicationum. Non poteſt etiam titulus de rebus creditis,
C ſi certum petetur, & de condictione, eſſe generalis, cum ſpecialiter in eo proponantur duæ tantum actiones, certi condictio, quæ etſi geoeralis ſit, non tamen ideo, & titulus generalis eſt, cum non complectatur etiam ſequentium titulorum actiones, ſed illam tantum certi condictionem, & ſpecialem ex mutuo, nec moveor eo, quod à Juſtiniano ſecunda pars Digeſtorum appellatur de judiciis, tertia de rebus: quis enim neſcit vetuſtiſſimum hunc eſſe morem. ut qualitas edicti, vel legis, vel libri, aut tomi per principia oſtendatur, ut edictum uti poſſidetis: vel ſi arbor in alienas ædes impendeat, & lex quædam regia apud Feſtum à primo verbo nominata Parens. M. Tullius II. de Legibus. A pueris didicimus ſi in jus vocat atque eat, ejuſmodi leges alias nominare, quam conſuetudinem, & Hebræi ſervant librum Geneſeos nominan-
D tes, In principio, librum Exodi, Nomina, librum Levitici, Vocavit, Numerorum, Locutos eſt, Deuteronomii, Verba. Eodem exemplo ſecundæ, & tertiæ parti Digeſtorum nomen imponitur ex principiis, & ſecunda de judiciis, tertia de rebus nominari quidem dicitur, ſed non etiam eſſe, quod tu non animadvertis, qui confundis hæc duo, eſſe, & nominari. Stulte nominantur de judiciis. Non ſunt de judiciis, nominantur de rebus, non ſunt de rebus. Quintam vero partem jampridem oſtendit, nec tu negas, non habere de teſtamentis appellationem, ſed primos ejus partis libros duos tantum, ſicut nec ſexta tota habet appellationem de bonorum poſſeſſionibus, ſed duo tantum libri primi, & in utraque parte ea appellatio ducitur à principio tituli prioris, ac ſimiliter ejuſdem ſextæ partis ſequentes libri VII. de legatis, & fideicommiſſis à
E titulo primo appellationem ſumunt: quanquam libri omnes ſunt de legatis, & fideicommiſſis: nec enim ideo primus titulus eſt generalis, ſed quæſtionis potius ſpecialis de legatis, & fideicommiſſis initium. Quæſtio eſt ſpecialis, de legatis quæſtio, ut hoc te doceam, quod tui Calepini non docent, id eſt materia ſpecialis. Generalis eſſet ea, quæ inſtitueretur de omnibus his, quæ teſtamentis nuncupantur, vel ſcribuntur, & generalis æque titulus ita conceptus. Specialis eſt, quæ quique inſtituitur de legatis tantum, & fideicommiſſis, licet dividatur in capita, & partes, ſive titulos plures unoquoque titulo de ſpecie illa juris, quæ eſt de legatis in ſe continente ſpeciem ſpecialiſſimam, ut Dialectici vocant, certam, quæ cauſa non facit magis titulum de legatis generalem, quam titu-

titulum de reſtitutione in integrum, partes quæ eum ſequuntur de dolo, de minor. &c. vel titulum de in jus vocando, tres qui ab eo, quaſi tria diſtincta capita deſcendunt, nec ſimiliter titulum de juriſdictione duo, qui eum comitantur, nec titulum de jure Fiſci in Codice puſilli complures, qui illum ſequuntur in unum confuſi. In Digeſtis generalis titulus nullus eſt, niſi ſit in aliquo ſummo genere generalis, veluti de vindicationibus, de condictionibus, de ultimis voluntatibus. Atquin nullus eſt talis in Digeſtis, nullus ergo generalis: & ſpeciales denique omnes diſpertiti nonnumquam, & ſciſſi in partes varias: aut ſi quis generalis, hic in extremo tractationis alicujus ponitur, ut communia declaret non in principio.

JOHANNES ROBERTUS.

QUid eſt, quod in rebus apertiſſimis calumnietur oblatrator, etiamſi ſperare potuit neminem eum reſponſo dignaturum, & ejus calumnias detecturum, ſi non illud eſt, quod cum nil intentatum relinquere conſtituiſſet, ne ulla ex parte ſponte ceſſiſſe videretur, hic nihil habuerit in quo acrius dentem intendere poſſet? Quonam vero loco dicet deprehendiſſe ſe non fieri plenius à me judicii quam actionis nomen? qui contra ex profeſſo ejus ſcripta hoc ipſo me arguere teſter, quia falſum illud ſit, quod ait, judicia non aliud quam forenſes ipſas diſceptationes ſignificare, quæ apud judices fiant a lite conteſtata uſque ad ſententiam, cum judicia invaluerit dici, non tantum diſceptationes illas, ſed etiam ea de quibus apud judices diſceptatur, hoc eſt quaſvis judiciales perſecutiones; quæ quidem ipſiſſima verba ſunt, quibus primum generaliter ſententiam meam ſum complexus, quam exinde fuſius explico, ac ita comprobo, ut etſi taceam, nihil ſit quod ejus calumnias, & argutias reformidem. Nam cum dixi falſum illud eſſe quod aſſumit, quia præter id judicia dici invaluerit etiam ea de quibus apud judices diſceptatur, quis hoc poſterius ſolum judicii vocabulo comprehendere me voluiſſe exiſtimabit? Certe eadem ratione ex eo quod quis dixerit falſum eſſe, rei appellatione corporales tantum res ſignificari, cum etiam ea incorporales res comprehendantur, colligere liceret dictum, rei appellationem res tantum incorporales comprehendere. Sic neque illud negavi unquam, plenius eſſe quod edicto judicium, quam quod actionem ſe daturum Prætor profiteatur, ſed ita tamen, ut cum ait judicium ſe daturum, ex conſequentia, & actionem quoque eum polliceri intelligam, *l. ſtatuas 41. in fin. ff. de acquir. rer. dom.* Ejuſdem generis, & hæc eſt ſequens ejus calumnia, qua refert dicere me titulum illum de judiciis non pertinere niſi ad reales actiones: hic non fatuari illum, ſed delirare credas. Quis enim, mea legens, (niſi plane averſa ſit huic mens) non perſpicit, me & reales, & perſonales actiones quoque judicii voce comprehendere? Eſſe tamen aliquid, quo fiat ut ea dictio aptius iis conveniat, quæ officio judicis præcipue innitantur, quales explicui reales atque mixtas, & in rem ſcriptas actiones eſſe. Addidi & conſimiles. Ille vero contendit nullas eſſe. Cedo ipſi noxalem actionem, quæ eo nomine in rem ſcriptis annumeranda viſa eſt, quod cum perſonalis ſit, ipſam tamen rem perpetuo ſequatur, *§. omnis, de noxal. act. in Inſt.* Idemque in actione ad exhibendum, quæ cum perſonalis ſit, illi qui in rem ſit acturus, in ipſum poſſeſſorem competat, *l. 3. verſ. eſt autem perſonalis hæc actio, & ibi gloſſ. & §. ult. ff. ad exhib.* Cedo, & reali actioni non diſſimilem actionem in factum de pauperie, & legis Aquiliæ actionem, quas & ipſe Accurſ. docere eum potuit realium naturam imitari, tametſi perſonales ſint, *in rubr. tit. ff. ſi quadrup. paup. ſec. dic. & ſeq.*

Deinde vero ulterius expatiatus, verba quidem multa effundit, ſed nihil plane ad rem conferentia; Id enim quod aſſumpſi, & illi oppoſui, fuit primum diluendum, quippe hac in re expendendum eſſe imprimis ejus inſtitutum qui hoc Pandectarum opus compoſuit, atque in hunc & librorum, & titulorum ordinem digeſſit, nimirum Ju-

A ſtiniani, quod ab eo patefactum docui, *l. 2. §. igitur prima, cum §. ſeq. C. de veter. jure enucl.* Cujus ſententiæ plane conveniat Index exemplari Pandectarum Hetruſcarum præfixus. Verum nugivendus eo plane prætermiſſo, effrenis pulli equini inſtar, hac illac curſitat, niſi quod vaniſſimo (quod tamen ut validiſſimum obtendit) ſyllogiſmo in modo, & figura concepto, ſic ſatyram ſuam concludit: Nullus eſt, inquit, titulus generalis in jure, niſi ſit in aliquo ſummo genere generalis, veluti de vindicationibus, de condictionibus, de ultimis voluntatibus. Atquin nullus eſt talis titulus in Digeſtis: ergo nullus in his generalis. Illud aſſumptum ſi admittas, & illud pari ratione admittendum erit, nullum in jure argumentum à genere eſſe ducendum, niſi ſit in aliquo ſummo, & generali genere; quaſi non generum alia aliis ſubeſſe, in eoque quo
B ſubſint, ſiquidem (ut & antea alio loco docui) alias ſub ſe complectantur ſpecies, non ideo minus hoc jure noſtro & eſſe, & dici generalia comperias. Ut qui actionem, genus quidem ſummum actionum ponat, atque etiam perſecutionum omnium judicialium, *l. actionis verbo 34. ff. de verb. & rer. ſign. l. actionis 36. ff. de oblig. & act. §. omnium. de act. in Inſt.* ac nihilominus eam ſubdividamus, & actionum duo genera conſtituamus, & ita vocemus, *l. actionum 24. in princ. ff. de oblig. & act. §. omnium, de act. in Inſtit.* Quin & ipſas in rem actiones in illas ſubdividimus quæ ſint de univerſitate, & eas quæ ſint rerum ſingularum, *l. 1. in prin. ff. de rei vind.* ſicque fit ut actioni in rem iſtæ duæ ut generi ſubſint, atque in rem actio genus actionis conſtituat. Eademque etiam ratione actionem in rem ſubdividimus, in illam quæ pro rebus corporalibus,
C & eam quæ pro incorporalibus competat, quas quod inde & in alias ſubdividantur, genera quoque actionum appellamus, *§. æque ſi agat, verſ. quod genus actionis, de act. in Inſt.* Idem, & in perſonali, quam ſubdividimus in eas quæ bonæ fidei, & eas quæ ſtricti juris ſunt. Atque etiam illas bonæ fidei ſubdividimus, in eas quæ generales quidem & ſint, & ita in jure vocentur, ſed tamen alia quam ſupradicta ratione, veluti pro ſocio, tutelæ, & mandati, & illas quæ ſint ſpeciales, ut commodati, depoſiti, & conſimiles, *prb. l. pro ſocio 38. ff. pro ſocio.* Præterea (ſi liceat & ad ſophiſmata ejus more delabi) ſumma genera docem tantum cum ſint, in illa ipſius propoſitione exemplis declaranda, qua aſſumit nullum eſſe generalem titulum, niſi ſit in aliquo ſummo genere generalis, aberraret propoſitis exemplis, de vindicationibus, de
D condictionibus, de teſtamentis, cum hæc non ſint ſumma genera.

De diviſione fructuum ſoluto matrimonio facienda inter maritum, & uxorem, compendiaria, & certa exegeſis.

CAP. VII.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM cujuſque anni regulariter magis unus tantum fructus ſit, qui ex fundo percipitur, & tam eo caſu, quo unius tantum generis, quam quo multiplex ex eo producatur, unus tantum eſſe
E cenſeatur, *l. fructus 7. §. ob donationes. & §. ult. ff. ſolut. matr. quem. dos pet.* quoties fundo in dotem dato, ac poſtea matrimonio ſoluto, quæritur quinam fructus marito adjudicandi ſint, ut ſiquidem perceperit, eos retineat, ſi non perceperit, illi dari oporteat, id omne ad anni rationem reducendum eſt, ut facta ſumptuum ab utroque erogatorum detractione, tantam ei fructuum portionem attribuamus, quanta anni parte ſteterit poſt dotem traditam matrimonium: ſicque fit, ut difficultas hac in re præcipua ſit in anno iſto conſtituendo. Ambigitur enim an à die dotis matrimonio jam contracto traditæ in ſequens tempus ſit conſtituendus, an vero à die ſoluti matrimonii retro in tempus anterius computandus. In quo jam olim arbitratus ſum eo caſu, quo minore quam anni

 tem-

tempore ſtetit matrimonium, diſtinguendum eſſe, an fundus fructibus vacuus marito traditus ſit, an vero fructibus pendentibus: ut priore caſu annus habita ſequentis tantum temporis ratione, poſteriore vero anterioris temporis à die ſoluti matrimonii retro connumerandi facta dinumeratione conſtituatur, prob. *d. l. fructus, in princ. verſ. non putat ei undecim duntaxat, & in §. Papinianus, verſ. Alioquin, & §. non ſolum, verſ. quare enim.* A

Ac ita, ut illo priore caſu non poſſit ſuperioris temporis impenſa ullo modo repeti, ſed tunc id tantum diſpiciendum ſit, an eodem tempore ſolutum fuerit matrimonium, quo poſt matrimonium contractum is fundus dotis nomine traditus fuerit: ut ſi & tunc fructibus vacuus reſtituatur fundus, nec fructuum, nec ſumptuum nomine quidquam ab alterutro peti poſſit, juxta *§. impendi, verſ. ſed hæ impenſæ*, nec ea ratione, quod paulo ante B matrimonium mulier fructus perceperit, ab ea, aut fructuum, aut alio nomine quidquam peti poterit, *d. l. fructus, §. ex contrario, in fin.* Quod ſi non eo tempore fuerit ſolutum matrimonium, ſed quo nondum finitus eſſet annus, diſtinguendum, an jam ejus anni fructus totos, aut penſiones perceperit maritus, an non, ut ſi perceperit, eorum, qui ſupererunt fructuum inter eos, juxta ratam ejus anni partem ſumptibus deductis fiat diviſio, juxta *l. ſi alienam 12. & l. ſi marito 32. §. ult. ff. ſol. matrim. & l. cum fundi 82. §. divortio, ff. de jur. dot.* Quod ſi non perceperit, cavendum ei ſit à muliere, futurum, ut pro rata ejus anni parte, qua matrimonium ſtetit, detractis ſumptibus ab utroque factis, ei fructus penſionesve præſtet, *d. l. fructus, §. interdum*. Quod ſi partim à marito percepti fuerint, partim non fuerint, ejus quod C perceptum eſt, pecunia & æſtimatio cum ſpe eorum, qui percipiendi ſunt, veniet in computationem: ſicque tempus, quo percipientur, expectandum erit, ut ex utriſque facta ſumptuum detractione fiat pro rata temporis illius anni diviſio, *d. §. ex contrario, verſ. item ſi meſſes*.

Poſteriore autem caſu, quo pendentibus fructibus, ſicque ſumptibus jam ex parte mulieris in culturam, & curam factis fundus contracto jam matrimonio traditus eſt, aut ſtatim ubi à marito percepti fuerint fructus, matrimonium diſſolutum eſt, aut aliquo poſtea tempore, cum ſtatim non cedunt illi fructus omnes lucro mariti, ſed proportione anni, qui (ut dixi) à tempore divortii retro computandus eſt, ut & tempus id complectatur, quo cultus curatuſque eſt ager, cujus curæ ratione. iſti fructus percepti fuerint, *T. in d. l. fructus, in pr. & §. non* D *ſolum, verſ. Nam & hic fructus.* Hinc fit, ut ſi tradito fundo Calendis Octobris, ſicque matura vindemia, poſt eam perceptam fuerit diſſolutum in exitu illius menſis matrimonium, maritus ejus, quod, deductis utrinque factis ſumptibus, ex vindemiæ fructu æſtimato ſupererit, duodecimam tantum habiturus ſit, undecim portionibus mulieri reſtituendis, non inſequentis annni ratione, ſed antecedentis, juxta *d. l. fructus, in princ.*

Quod ſi longiore tempore ſteterit matrimonium, aut minore quam anni tempore, aut longiore perſtitit. Cum minore, non poteſt aliter contingere, quam ut tempus à matrimonio exactum in finem unius anni, & initium alterius protendatur, ac ita in duos annos incurrat: quo caſu id quod illi ſequenti, ſive inſtanti anno deeſt, retroducitur ad tempus matrimonium antecedens, ut anno E ita conſtituto, quidquid à tempore traditæ dotis, vel percepit maritus, vel in ſpe percipendi fuit, id illius anni fructum conſtituat, quo, poſt ſumptuum utrinque factorum detractionem, ad æſtimationem redacto, & in duodecim partes diviſo, tantam ex ea pecunia portionem habeat maritus, quanta illius anni parte ſteterit matrimonium, eo quod reliquum eſt ratione temporis matrimonium, dotiſque ſimul traditionem antecedentis ratione mulieri reſtituendo: quæ veriſſima videtur explicatio, *d. l. fructus, §. Papin. verſ. itaque ſi in fi. ut ſeq. cap. explicabitur*.

Sed cùm plus anno, pluribusve annis ſtetit matrimonium, utroque ſupradicto caſu, & ſtatim poſt perceptos A fructus: & remotiore poſtea tempore ſoluti matrimonii, quemadmodum primum annum exiſtimamus incipere à die dotis poſt contractum matrimonium traditæ: ita & noviſſimum incipere facta relatione ad primum, ut fructus hujus noviſſimi anni (facta ſumptuum detractione) tam qui percepti, quam qui in ſpe illo inſequente anno percipiendi fuerint pro rata parte temporis, quo illo noviſſimo anno ſtetit matrimonium, marito attribuantur, reliquo uxori relicto, juxta *l. unic. §. cumque ex ſtipulatu, verſ. ſed & noviſſimi*, juncta *Gloſſ. C. de re. uxor. act.* Ac ita eum ob impenſas intermedus annis à ſe factas maritus ſibi ipſi ſatisfacere intelligatur, ex iis fructibus, quos illis annis perceperit, juxta *d. §. impendi, verſ. Sed & hæ impenſæ:* quia quoad primum annum is ſumptus non fecerit, ſed mulier, utpote quæ fundum fructibus plenum in do- B tem dederit, tenetur ille primi anni tempori eos imputare, hoc eſt, ipſi mulieri tenetur eos ita reſtituere, ſive detractio ex ultimi anni fructibus inter eos partiendis fiat, juxta *Accurſ.* ſive alio, in quo alias ob cauſas mutua præſtatio ab ea fieri debeat: juxta *d. l. fructus, §. ob donationes, & l. 3. §. ult. ff. de act. rer. amot.* Sive etiam id actione de dote mulier repetat, juxta *d. l. fructus, §. interdum, in fin. & l. ſi marito 32. §. ult. ff. ſolut. matrim.* idque ita, quaſi illo primo anno eo minus ex fructibus percipere debuerit: quo conſtat ſumptus culturæ ipſos cujuſque anni fructus minuere debere, *ex regula tradita in princ. d. l. fructus.* Nec eſt, quod hoc caſu noviſſimum annum in primi anni locum ſubſtituamus, ut perperam ab interpretibus Accurſium ſecutis exiſtimatum eſt. Repugnat enim aperte *d. l. fructus, in fin. prin. in verbis, neceſſe eſt primi anni* C *tempori*, ut quidem debet quiſque annus ſuam ipſius impenſam ſuſtinere, non autem aliis annis imputare, arg. *princ. d. l. fructus in verbis, in eundem annum.*

ANTONIUS MERCATOR.

CUm de diviſione fructuum ejus anni, quo divortium factum eſt agitur, aperte definit *l. 5. & 6. ſol. matrim.* annum computari ex die traditi fundi dotalis, ſi poſt nuptias, vel ex die nuptiarum, ſi ante nuptias traditus ſit ad eundem diem ſequentis anni, & ſic deinceps: nec diſtinguit fundus traditus ſit exempli gratia, tempore vindemiæ, an percepta vindemia. Tu Marrucine, diſtinguis: quia ſi eodem anno, quo contractæ ſunt nuptiæ, & divortium factum fuerit, ac fundus traditus ſit tempore vindemiæ, vis annum non computari D prorſum ex die traditi fundi, vel ex die nuptiarum, ſed retrorſum ex die divortii, ducto argumento ex *l. 7. in pr. eod. tit.* ubi agitur de fundo dato in dotem tempore vindemiæ, vel de ovibus datis in dotem tempore fœturæ, vel tonſuræ, aut lanitondii, ut vetus interpres Horatii loquitur, & ſi uno tantum menſe ſteterit matrimonium, dicitur mulieri eſſe reddendos fructus XI. menſium, quod fructuum toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur habenda ſit ratio: quibus verbis ſignificari arbitraris retroagendum eſſe annum à die divortii ad culturam, & curam: perperam: nam reddere mulieri XI. menſium fructus, quibus ſcilicet mulier fundum coluit, aut curavit oves ante matrimonium contractum, non eſt annum retroagere, ſed demonſtrare annum matrimonii incipere ab eo menſe, quo contractum eſt, & non omnes E fructus, quos eo menſe maritus perceperit ex re dotali ad eum pertinere, ſed pro rata menſis unius tantum, quo matrimonium ſtetit, reliquos fructus ante matrimonium ad mulierem pertinere perinde, ac ſi ut curati ſunt ante matrimonium, & percepti eſſent, & hoc cum de reddendis mulieri fructibus agitur, ut *d. l. 7. in pr. & §. non ſolum*. Cum vero de retinendis à marito, etiam nemo dixerit retroagendum eſſe annum ad id tempus, quo maritus non fuit, quia nihil ei ejus temporis ratione debetur. Nullo igitur caſu retroagendus annus eſt. Et vero divortio facto intra annum matrimonii, quæ ratio eſt retroagendi anni, ſi fundus tempore vindemiæ traditus ſit, quam ſi percepta vindemia ſtatim traditus ſit? quo caſu non retroacti anni, ſed matrimonii tempus duntaxat ſpectatur,

tur,

tur, quo ſcilicet matrimonium ſtetit, *§. è contrario*, & rurſus, quæ major ratio eſt retroagendi anni divortio facto intra annum, quam divortio facto poſt annum matrimonii? quo caſu, & tu fateris; ſive tempore vindemiæ, ſive percepta vindemia fundus traditus ſit, retroacti temporis ante matrimonium contractum fundumve traditum rationem non haberi. Itaque apageſis illam retroceſſionem anni, & animi tui.

Non intellexiſti etiam hæc verba *d. l. 7. in pr.* nec animadvertiſti aliquantulum eſſe vitiata. Ita & ſi impenſarum à muliere factarum ratio habeatur, cum plurimis annis in matrimonio fuit neceſſe eſt primi anni computari aemporis, quod ſit ante datum prædium. Sic Flor. alii habent tempori, pro temporis. Flor. vero propior eſt, quæ ex hac nota, *tps*, fecit temporis, pro tempus. Scribe igitur, *tempus*, ut & omnes manuſcripti, quos mihi videre contigit, & quidam excuſi habent, & manifeſta ſententia erit. Si impenſarum ratio habeatur à muliere factarum in colenda vinea, quam pridie vindemias doti dedit, cum pluribus annis ſtetit matrimonium neceſſe eſſe primi anni computari tempus, quod ſit ante datam vineam, ut ſcilicet deducat mulier impenſas quas eo tempore in vineam fecit, priuſquam divortio facto fructuum inter eos diviſio fiat: nihil vero refert unde eas deducat: quod ais omnino eſſe deducendas ex vindemiis ſecundum verba ſupra ſcripta, id ea verba non ferre, hæc interpretatio perſpicue demonſtrat. & vero quid attinet quærere ſi mulieri ſatisfiat unde ſatisfiat? Præterea ſi nihil referre vis unde primi anni fructus mulieri reſtituantur, cur tamen vis referre unde impenſæ primi anni deducantur?

JOHANNES ROBERTUS.

Quod ab Ulpiano dictum eſt, in eo quod quæritur de fructibus rei dotalis à marito retinendis, non aut conſtitutæ dotis, aut nuptiarum diem ſpectari, ſed tempus quo res dotalis facta, hoc eſt, quo tradita eſt, *in l. de diviſione 5. ff. ſolut. matrim.* ita tamen ut quo caſu & ante ouptias eam rem in dotem tradi contigerit, non ex traditionis, verum nuptiarum tantum die, annum ad ſequentis anni ſimilem diem computemus, juxta *Paul. in l. ſi ante 6. ff. ſolut. matr.* id ad illud ſolum tempus refertur, quod ipſi marito computatur, ut ex ejus ſpatio conſtituamus, quanta fundi in dotem traditi fructuum pars ei ſit attribuenda, *d. l. 5. in verb. maritus ſibi computet tempus*: ut ſic nuptiis Calendis Martii contractis, tradito autem fundo in dotem ſequentibus Calendis Junii, deinde ſoluto Calendis Novembris matrimonio, queramus an octo menſium, an vero quinque tantum menſium ratione, ejus anni fructus marito attribuendi ſint? Ac in eo quidem non diſtinguatur, an fundus traditus ſit tempore meſſis, aut vindemiæ, an vero percepta jam meſſe, aut vindemia. Sed alius eſt hic annus ab illo anno perceptionis fructuum, qui haud dubie non ad illius anni rationem ſimpliciter conſtituitur ex die, aut nuptiarum, aut traditi fundi, ſed ex tempore culturæ, ſive etiam curæ, ſimulque perceptionis fructuum, vel unoquoque anno factæ (ut regulariter magis fit) vel etiam, aut breviore, aut longiore tempore, puta ſex menſium, vel quinque annorum, de quo agitur imprimis *in l. fructus 7. in prin. & §. Papinianus, & §. ob donationes, cum ſeq. ff. ſolut. matr.* Et quia vix fit ut tempus illud quo prædium dotale fuit, quodque marito computari diximus: illi anno plane conveniat, quo exculta curatave re dotali percepti ſimul ex ea fuerint fructus, verum brevius ſit anno, atque eo caſu, vel intra eundem annum perceptionis fructuum annus ſtet, vel etiam in duos annos incurrat, tunc docuit Papin. habendam eſſe ratinnem, & antecedentis anni, io cujus exitu re dotali effecta percepti fuerint fructus, ne majorem illorum fructuum partem marito attribuamus, quam eo anno ſteterit re dotali effecta matrimonium, & inſequentis quoque, ſive (ut idem Papin. vocat) inſtantis anni: ut ſi & in illius quoque tempora protractum eſt matri- A monium, & locatus exinde fuiſſet is fundus, diſſoluto ante penſionis ſolvendæ diem matrimonio, fiat contributio perceptorum fructuum, & partis mercedis locationis, ut à Papin. explicatum eſt in *d. §. Papinianus*. Et qui non ita ex Cicer. præcepto in topicis, ſecernenda diſtinguit oblatrator, & contra diſtinctiones, quæ in jure habentur, ridere ſat habet, apertiſſime indicat nihil unquam eorum, quæ ab Ulp. Paul. & Papin. hac in re tradita ſunt intellexiſſe. Neſcivit, inquam, illud prius ſecernere, quod tamen neceſſario diſcernendum eſt; in quo quidem vere non eſt, quod diſtinguamus eo caſu, quo anno integro non ſteterit matrimonium, an fundus fructibus vacuus marito traditus ſit, an vero fructibus pendentibus, ut illo caſu inſequentis tantum anni ratio habeatur, & ejus tantum fructus computemus, hoc vero anterioris etiam B temporis à die ſoluti matrimonii retro computandi, non quaſi retroagamus annum (ut toties adfingit à me dici retroagi annum, quod nullo loco in ſcriptis meis quiſquam comperiet) ſed quia in eo antecedentis, ſive præteriti temporis ratio habetur, non ſubſequentis, ſive inſtantis. Antecedentis autem temporis rationem haberi, cum fructibus plenus traditus fuit fundus, inficiari non poteſt, prob. *d. l. fructus, in prin. verſ. non putat ei undecim duntaxat, & §. Papinianus, verſ. alioquin, & §. non ſolum, verſ. quare enim*. Sed enim, quod juxta Papin. ad rationem annorum cujuſque perceptionis fructuum reduximus, id ille confuſe mavult, nulla ratione habita anni, ſive antecedentis, ſive inſequentis, ſimpliciter ita accipi, ut cum agitur de reddendis fructibus à marito, cui tempore vindemiæ traditus ſit fundus, & C uno menſe ſtetit matrimonium, unius tantum menſis fructus retineat, *d. l. fructus in princ.* Cum vero de retinendis ab eo fructibus quæritur, non aliud decidit, quam quod dicat retroagendum non eſſe annum. Quæ malum hæc amentia eſt? quis de retroagendo in eo anno cogitavit? vel iſtud verbum alius præter eum invexit, quod (qui alio nos traducere niſi falſo ſuppoſito nequiverit) identidem inculcet? inde vero, quam belle concludit, nullo igitur caſu eſſe retroagendum annum. Miror non addidiſſe retroagendos ſolis equos. Nec ſentit, quomodocunque ipſius verba accipias, & ad verba mea retro connumerandi anni, ſive etiam retroducendæ anni rationis reducas, ex eo vitioſe ſe colligere, quod cum tres caſus apud Ulp. & Papinianum proponantur, is ex duobus tantum illorum ita concludat: Nullo igitur caſu, & cæt. D tertio omiſſo, quippe quo proponitur *in d. §. Papinianus*, tempus quo ſtatit matrimonium, incurrere in duos annos perceptionis fructuum. Quo caſu, quod Papinianus ſenſit, tunc cum quatuor menſibus ſtetit matrimonium, quippe ab Octobris Calendis uſque ad exitum Januarii inſequentis; confundendos eſſe totius vindemiæ fructus cum quarta parte mercedis locationis, quid aliud eſt (ſiquidem prædii fructus ex vitibus duntaxat pendebant) quam anterioris fructuum perceptionis anni fructus cum quarta mercedis parte inſequentis, ſive inſtantis anni confundere? Ut ita io diviſione fructuum iſto ſpecialiter caſu, quo in duos ſimul fructuum perceptionis annos inciditur, non ſimpliciter à die traditæ poſt matrimonium dotis computetur tempus, ut alioqui regulariter in cæteris fit, *d. l. de diviſione*, ſed à die ſoluti matrimonii retrotrahatur, aut (quando ita in verbis hæret λεγόμενον) E præteriti quoque temporis ratio habeatur. Qui enim aliter intelligas, quod à Papin. dictum eſt? qui cum totius vindemiæ fructus confundi ait, totius præcedentis anni fructus condi hauddubio intelligit, ut qui non ex perceptione ipſa tantum, ſed & ex præcedente cultura, & cura cenſeantur, quod & ille agnoſcit. Atquin niſi ita computationem ad tempus anterius retrotrahi diceremus, quonam alio modo haberi poſſet ratio fructuum, qui non niſi quinto quoquo anno percipiuntur? quo caſu quinque anni unius loco ſint cenſendi *d. §. ob donationes*. At hoc eo minus admittendum cauſatur, quod ita in fructibus marito attribuendis, etiam temporis, quo nondum matrimonium ſteterit, rationem haberi ſentiamus.

Id veto (etſi non aliud reſpondero) non in me, ſed in Pap. confert. Verum (ut plenius quisque intelligat nec in eo habere illum in quo conſiſtat) qui mirum magis id, aut à ratione alienum, quam & in eorum fructuum marito attribuendorum ratione habenda, etiam inſequentis, quo poſt divortium nullo modo ſtetit matrimonium, temporis rationem haberi? *d. §. Papinianus*, *& §. item ſi meſſes*, *& §. interdum*. Hic itaque retroacta ſententia, quam exquiſita unica lanitondii, & ex operoſo Indice ſelecta vox fulcire non poteſt, retrocedere cogitur nugiyendus.

Quod vero illo loco, quo apud Ulpian. *in d.l. fructus*, in vulgatis exemplaribus legitur, *primi anni tempori*, in Florentino vero *temporis*, cenſet legendum *tempus*, eo minus convenit, quod licet ita quadantenus ſtare poſſit ſententia, ea tamen imperfectior ſit, ut ex qua intelligere nequeas, quorſum dicat computari id tempus, quod fuit ante datum prædium. At cum legis *tempori*, eo facile intelligis, quod fuit impenſum ante datum prædium, id computari primi anni tempori, hoc eſt ratione primi anni fructuum perceptionis à marito factæ, mulieri deberi. Quod cum ita recte dici conſtet computari tempori, ut *in l. de diviſione*, dixerat computari marito, quid hac correctione opus, etiamſi non minus plenam ejus loci redderet ſententiam? Quod autem illud velut in nos conjicit, nihil tum referre unde eas temporis matrimonium antecedentis impenſas deducat, id ille inepte: nec enim eo me ferit, quem procul à ſententia, quam impugnat, abeſſe facile quiſque comperiet.

Explicatio ex ſuperioribus veriſſime conſtituta Papin. reſponſi in l. fructus, §. Papinianus, ff. ſolut. matr. quemad. dos pet.

CAP. VIII.

JOHANNES ROBERTUS.

SUPERIORIBUS, de quibus nondum vere, & certo conſtitiſſe videretur, volui jacta eſſe fundamenta ſolidiora interpretationis Papinian. reſponſi, ſurſum deorſumque toties ab interpretibus agitati, & quo recentius, eo indignius vexati *in d. l. fructus*, *§. Papinian.* Cujus hypotheſis ad illum caſum refertur, quo juxta ſupradicta cum tempus, quo matrimonium ſtetit, annum integrum non implet, id tamen in duos annos incurrit: quippe unius finem, & initium alterius ſequentis ſive inſtantis. Sic enim aſſumit Papinia. fundum Calendis Octobris, ſicque matura vindemia ex dotis cauſa marito fuiſſe traditum, deinde Calendis Novembris ab eodem fuiſſe locatum, poſteaque ſuprema Januarii divortium fuiſſe factum: Ac cum ita quatuor menſibus ſteterit matrimonium, vindemiæ fructus, & quartam portionem mercedis inſtantis anni confundi debere ait, ut ex ea pecunia viro tertia portio relinquatur. Quo patet apertiſſime id, quod de inſtante anno in eo à Papin. dicitur, non intelligi de illo anno, quem diximus ante omnia conſtituendum eſſe, ut juxta ratam illius partem, qua in eo ſteterit matrimonium, fiat diviſio inter maritum, & uxorem, ut patet aperte ex iſtis illius contextus verbis, *Et quarta portio mercedis inſtantis anni*, &c. cum ita de quarta tantum parte loquatur mercedis iſtius inſtantis anni, hoc eſt ejus, qui incepit à die locationis, cum non quarta tantum, ſed tertia parte anni: quippe quatuor menſibus, proponat ſtetiſſe matrimonium. Itaque ab illo inſtante anno ſecernitur ille menſis Octobris, quo percepta eſt vindemia: qui menſis proculdubio ita referendus eſt ad antecedentem annum retro computandum, ſicque fit, quod ſupra diximus, ut tempus, quo ſtetit matrimonium, incurrat in duos annos, ita non alio, quam fructuum perceptionis ratione ab invicem diſtinctos: quippe unius exitum, & alterius initium, ac nihilominus tamen hac in re omnino anni ratio habenda, & conſtituendus annus ſit, juxta *l. ſi ante*, *§. non ſolum*, *verſ. in ſervo quoque cum §. ſeq. l. ſi alienam* 52. *& l. ſi marito* 32. *§. ult. ff. ſolut. matr. l. cum in fundo* 81. *§. divortio*, *ff. de jur. dot.* Cujus fructuum cum pro ratione temporis fiat diviſio, atque ejus temporis, quod divortium ſubſequitur, fructus ad uxorem, anteacti vero temporis ad maritum pertineant, in ſpecie Papiniano propoſita; conſtat annum, cujus habenda ſit ratio in diviſione fructuum iſto ſpecialiter caſu, quo in duos ſimul perceptionis fructuum annos inciditur, non eſſe ſimpliciter à die traditæ poſt matrimonium dotis computandum, ut alioqui in reliquis regulariter fit, juxta *l. de diviſione*, *ff. ſolut. matrim.* ſed à die ſoluti matrimonii retrotrahendum: ſicque facilis, & æqua hæc confuſio diſtributioque reddetur, & ſupradictis Papinian. verbis aptiſſime conveniens, ut cum marito quarta locationis mercedis pars attribuatur, ea ſit confundenda cum fructibus vindemiæ, non quidem univerſis (ut communiter ab interpretibus exiſtimatum eſt, quorum ſententiæ accedit Zaſius, & Johann. Buteo mathematicus, & noviſſime alii) id enim à legis ratione alieniſſimum eſſet, eo quod ita annus quindecim menſium conſtitueretur: ſicque illos minime juvat proportio dupla, qua imprimis hic ſervata, eam ſententiam idem Buteo, ac eum ſecutus obſervator, fulcire contendunt. Nec enim, aut ea, aut ulla alia Geometrica huic diviſioni per ſe tantum accommodanda eſt, ſed relatione facta ad annum, & anni recte conſtituti rationem: at non recte quindecim menſium conſtituitur. Sed neque etiam cum ea fructuum portione, quæ ſufficiens ſit ad implendam tertiam partem mercedis locationis, ut ſenſit *Alciat. cap.* 1. *lib.* 3. *Paradox.* Nam neque tunc illa fieret fructuum confuſio cum mercede, quod hic nominatim fieri debere ait, neque ulla in eo iniretur ratio anni. Præterea eo contingeret ipſo marito nullum ſæpius lucrum adſerre vindemiam, in qua percipienda curam, & operam impenderit, & cujus proxime percipiendæ ſpe ad matrimonium contrahendum eo magis invitatum fuiſſe veriſimile ſit. Sed neque etiam cum parte duodecima vindemiæ, quod ſenſit Franciſc. Duarenus: ſic enim nulla fieret fructuum cum mercede locationis confuſio, ex cujus pecunia in unum cumulata ſumeretur tertia iſta portio marito relinquenda: atque ſi id voluiſſet, non aliud à Papin. dici debuiſſet, quam ſimpliciter quartam mercedis relinquendam eſſe marito, cum duodecima parte fructuum vindemiæ.

Verum (ut ipſe ſentio) juxta conſtitutum ſupradicto modo annum (cum hoc efficere quærimus, ne amplius ex duorum annorum fructibus marito tribuamus, quam ejus temporis ratio ferat, quo per aliquod duorum illorum annorum ſpatium matrimonium ſtetit) illa quarta locationis mercedis pars confuodenda eſt cum fructibus vindemiæ, non in totum (ut dixi) ſed quatenus illa anni retroducti ratio fert, hoc eſt, cum dodrante, ſive novem duodenis partibus vindemiæ, ut hæ novem menſium partes cum tribus menſibus, quibus à tempore locationis ſtetit matrimonium, annum conſtituat, & ex his in unum conjectis ſumatur ſummæ inde copulatæ tertia portio marito relinquenda: Sicque fit, ut ſi fructus vindemiæ fuerint aureorum 12. & merces locationis 52. quarta pars locationis cum novem duodenis partibus vindemiæ faciant 52. Ac ita tertia portio ex ea pecunia marito relinquenda ſit 4. aureorum, non autem 5. ut communiter, & à Buteone exiſtimatum eſt. Atque in eo proportionem Geometricam, & quidem duplam nos retinere, & ſervare conſtat. Eſt enim ea proportio 4. menſium ad 8. reliquos ejus anni menſes, & 4. aureorum ad reliquos 8. aureos, ex ſumma, quam conſtituunt ejus anni fructus. Quod ſi proponamus fructus vindemiæ 24. aureorum fuiſſe, locationem vero 12. tantum, tertia pars eſt juxta ſententiam meam 7. aureorum, non autem 9. ut communiter interpretes volunt, atque recentior ille alia illa ratione à communi interpretum ſententia diverſa noviſſime prodidit. Sed neque 4. juxta Alciatum, neque etiam 5. juxta Duaren. Quod ſi fructus vindemiæ fuerint 12.

au-

Digitized by Google

aureorum; merces autem locationis 24. tertia pars ex A ſententia mea erit 5. aureorum non autem 8. ut communiter vetuſti interpretes cum recentioribus nonnullis ſenſere, neque juxta Alciatum 8. nec juxta Duarenum 7. Verum iſto poſtremo caſu id iniqui ex hac mea ſententia ſequi videri poteſt, quod cum pars mercedis locationis pro rata ejus temporis, quo matrimonium ſtetit, marito debeatur, tametſi dies ejus ſolvendæ non niſi poſt diſſolutum matrimonium adveniat, niſi aliud nominatim convenerit, *l.pen.ff.de pact.dot.d.l.fructus,§.ex contrario,& §.non ſolum*,ac nihilominus portio vindemiæ fructuum ab ipſo perceptorum ei debeatur, iſto caſo tantum abeſſet: ut vindemiæ perceptio mariti opera, & cura facta ei ulla ex parte lucro cederet,ut contra illi aliquid ex quarta mercedis parte, alioqui ipſi debita, detraheretur: nam cum quarta mercedis ſit 6. aureorum, nos illi ſola 5.attribuimus. B In quo diſpiciendum, Papinianum *initio ejus §.Papinianus*, generaliter aſſumpſiſſe, divurtio facto fructum dividi non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuerit. Quo indicat locatione facta, & antequam dies ſolvendæ mercedis venerit ſoluto matrimonio, non poſſe ſimpliciter dici partem mercedis ipſo jure maritu deberi, quia diſſolutum fuerit ante diem ejus mercedis ſolvendæ matrimonium, verum habita ſimul ratione præcedentis temporis. Itaque eo, quod habita illius præcedentis temporis ratione fit, ut minus habeat maritus, quam ex ſola locationis mercede habiturus fuerit, nihil iniqui adverſus eum conſtitui dici poteſt, ut cui id ſimpliciter non deberetur:nec magis,quam in diverſo caſu illic *ſeq.§. ex contrario*, dici poſſet iniqui quidquam ſtatui adverſus C mulierem, in eo, quod cum ibi Calendis tantum Martiis proponatur facta locatio, & divurtium Calendis Aprilibus ſecutum, marito tamen non tantum duodecima mercedis portio attribuatur, ſed pro modo omnium menſium, quibus dotale prædium ibi fuiſſe proponitur, hoc eſt, quarta mercedis pars. Sic & in eo, quod in illa noſtra ſpecie proponitur, fieri aliter non poteſt, dum ita ſpecies convertitur, & alterutrius, vel vindemiæ, vel mercedis pretium adaugetur, quin marito aliquid minus tribuatur, vel ex fructibus vindemiæ, habita ratione ejus, quod nulla locatione facta habiturus ex his fuit(quod patet contingere in ſpecie ſecundo loco propoſita etiam juxta Alciati, & Duareni ſententiam) vel ex mercede locationis: ſiquidem ea pretium vindemiæ ſuperet. Excipimus inde communem illam ſententiam, ex qua propter adauctum alterutrius prætium ideo non poteſt incommodo iſto D affici maritus, quia juxta eam annus non quidem 12. ſed 15. menſium conſtituatur: quod ut à naturæ, & ſolis curriculi, ita & à juris ratione alieniſſimum eſt.

Quod ſi ponamus in ſupradicta ſpecie matrimonium uſque ad finem inſequentis menſis Septembris, ſicque uſque ad inſequentis Octobris initium perſtitiſſe, atque id tunc ſolutum fuiſſe, ſicque anno integro ſtetiſſe, exiſtimarim tunc, & integros vindemiæ fructus marito eſſe relinquendos, ac præterea ei undecim mercedis locationis partes ſimul eſſe attribuendas: tum quod quidquid intra annum percipitur, unius anni unus fructus ſit juxta *§. ult. d. l. fructus*, tum etiam quod, cum ita anno integro matrimonium ſteterit, non ſit, quod de diviſione anni fructuum pro rata anni parte facienda laboremus: quandoquidem annus in totum impletus ſit, E ejus computatione juxta legis præſcriptum facta à die dotis poſt matrimonium contractum traditæ, uſque ad eundem inſequentis anni diem, ut quod intermedio tempore perceptum fuerit, aut in ſpe percipiendi ſit, unum illius anni fructum conſtituat, juxta *l. ſi ante, ff. ſolut. matr.* & noviſſimi tantum anni fructus dividantur, hoc eſt, ejus qui plenus non ſit, *d. verſ. ſed, & noviſſimi*.

Quod ſi quis inſtet eſſe duorum annorum fructus, quia non ſolum temporis quo percipiuntur, ſed & quo curantur, ratio habenda ſit, ac per conſequens temporis matrimonium præcedentis, quo vindemia ſub cura mulieris fuit, *d. §.non ſolum*: dicendum eſt id, quod temporis curæ rationem lex haberi voluit, ad eum ſolummodo caſum referri, quo minus anno duraverit matrimonium, *ex d. §.non ſolum*. Secus ſi per annum ſteterit: tunc enim non amplius marito imputamus, quam ſumptuum ejus primi anni reſtitutionem, juxt. pr. *d. l. fructus*.

ANTONIUS MERCATOR:

Multa etiam peccas in interpretatione *d. l. 7. §. Papinianus*, ac primum quidem cur conſtituis annum locationis, quem inſtantem annum Pap. vocat, qui cœpit à Kal. Novemb. & non conſtituis annum matrimonii, qui cœpit à Kal.Octob.de quo tamen potiſſimum agitur? An non hujus conſtituendi major ratio eſt, quam illius? cum ſit pro portione ejus temporis à quo matrimonium cœpit, in id quo finitum eſt facienda diviſio fructuum, non pro portione ejus à quo locatio cœpit. Cur menſem Octobrem, qui primus matrimonii menſis eſt, mavis trahere retrorſum ad tempus præteritum, quo matrimonium non fuit, & facere ultimum, quam prorſum ducere ad tempus matrimonii, & facere primum? aut quo auctore id facis? nullum nominas niſi *d. l. 7. in pr. & §. non ſolum*, ubi ſuperiore capite ſatis docui nihil agi de retroagendo anno.

Et contra ipſum Papinianum in ſpecie propoſita *d. §. Pap.* duos annos naturales ſpectas, unum qui finem acceperit pridie Kal. Octobres, alterum qui initium Kal.Novemb. cum Pap. aperte refellat eos, qui duos annos conſtituebant,ut Dominus docuit Obſer.xIV. Facile feram te ſpectantem per ſe annum locationis cum de tempore agitur locationis,ſed velim etiam te annũ matrimonii ſpectare per ſe etiam ſolũ,nullo alio intermiſſo anno,ullave alius anni parte: nec enim fructus dividuntur duorum annorum, ſed fructus anni matrimonii, qui civiliter æſtimatur à tradito fundo, vel matrimonio contracto non à cultura vel ſatione fundi, etiamſi tempore vindemiæ, vel meſſis in dotem fundus traditus ſit: quia & hoc caſu meſſis, aut vindemia accepta fertur anno tum inchoati matrimonii: quamvis naturaliter pertineat ad annum, qui fuit ante matrimonium.

Illud etiam nemo ferat, quod ais in ſpecie *d. §. Pap.* quartam partem mercedis non eſſe confundendam cum vindemiæ fructibus univerſis, ſed cum parte dimidia, & ſexta, id eſt, dodrante vindemiarum: nam Pap. ait, vindemiæ fructus confundi, cui non fuiſſet difficile exprimere dimidiam, & ſextam confundi, ſi eam tantum exiſtimaſſet debere confundi: & ſane qui expreſſit quartam portionem mercedis, non potuit ſine culpa non exprimere etiam portionem fructuum vindemiæ ſi non univerſos exiſtimavit eſſe confundendos cum quarta parte mercedis: nec, quod te fefellit, eſt verum, eo modo conſtitui annum xv. menſium, quia Pap. computat annum matrimonii dumtaxat, qui cœpit à die traditi fundi, vel matrimonii contracti, non annum præteritum, cui poſt vindemias finem attulit October.

Summum peccatum in eo eſt, quod tu neglectis cæterorum omnium interpretationibus,neglecta communi interpretatione,aut verius neglecta ipſius Papiniani expreſſiſſima ſententia, veluti vates quidam è cœlo delapſus nunc primum prodis in medium. & novam, inauditam,& mirabilem quoque extrita una ſyllaba interpretationem profers, vel potius longe aliam melioremque rationem Geometricam, quam protulerit Papinianus, ſecundum, quam in ſpecie propoſita fructus dividi debeant inter virum, & uxorem. Ego ſentio, inquis, & ego quoque in eo, quod ita pronuncias ſentio aliquid, quod mihi ſpurcat naſum, confundi debere cum quarta parte mercedis non (ab iſto, Non, oncare incipis) univerſos vindemiæ fructus, ſed quatenus illa anni retroducti ratio fert cum dodrante, ſive novem duodenis partibus vindemiæ.Iſtum annum retro recurrentem jam abrogavimus. Verum eo pauliſper conceſſo, videamus cur ex anno iſto retrogrado velis tantum in contributionem venire fructus novem menſium? nec enim eſt cur metus conſtituendi anni xv.

men-

menſium te in hanc ſententiam perducat, qui nullus ſubeſt, cum noo rurſum, ſed prorſum computetur annus matrimooii à die traditi fundi, nec fructus vindemiæ, & locationis pro fructibus duorum annorum habeantur, ſed pro fructibus unius anni tantum incipientis à menſe Octobri, & deſinentis ad eundem diem. Cur item, quod eſt abſurdius, vis ejus temporis fructus in contributionem venire, quo non fuit matrimonium? puta octo menſium, qui matrimonium præceſſerunt, quos in ſolidum lucro mulieris cedere conſtat, nec ex eis ullam portionem mario deberi, quia eo tempore nulla ſuſtinuit onera matrimonii. Non poteſt igitur ea contributio induci, ſine ſumma mulieris injuria: Facile feram te, ſi ut in ſpecie *d. §. Pap.* matrimonium ſteterit quatuor menſibus, quæ anni tertia pars eſt, & vindemia fuerit XII. penſio locationis totidem, viro dantem quatuor tantum, vel ſi vindemia XXIIII. penſio XII. viro dantem VII. vel contra ſi viodemia XII. penſio XXIIII. viro dantem V. verum non ſi ratione retroacti anni, apageſis iſtam rationem, ſed ſi ratione ejus pecuniæ redactæ in aſſem, quæ confuſa eſt ex univerſa vindemia, & quarta portione mercedis, ita ut ſi eam pecuniam non redigas in aſſem, ſed primo caſu, quo vindemiam ponis eſſe XII. penſionem XII. eam dividas in XV. partes, viro relinquas V. ſin vero redigas in aſſem, id eſt, ſi ratione revocata ad aſſem XV. quæ illa confuſio efficit, reducas ad XII. quod Arithmetici æquationem vocant, tum viro relinquas IIII. duntaxat, quia hoc genere tanti ſunt hæc quatuor, quanti illa V. ſicut hereditate à teſtatore diviſa in XV. uncias heredi ſcripto ex triente ſi dederis quatuor ratione revocata ad aſſem, tantum dederis quantum ſi ſervata diviſione teſtatoris dederis V. ac ſimiliter pertica diviſa in XV. partes, ſi cui dederis V. tantumdem ei dederis pertica diviſa in XII. partes ſi dederis IIII. Proinde & ſecundo caſu, quo ponitur vindemia fuiſſe XXIIII. penſio XII. nihil refert ex XXVII. viro relinquas IX. an coanguſtato numero XXVII. ad XXI. viro relinquas VII. & tertio caſu è contrario nihil refert ex XVIII. viro relinquas VI. an arctato numero XVIII. ad XV. ei relinquas V. Sed iniquitas occurrit hoc caſu: nam qui interveniente ſola locatione tuliſſet VIII. ut *§. è contrario*, concurrente vindemia fert tantum V. vel VI. quam tu non removes, aut purgas, cum ais ejus diviſioois hanc eſſe rationem, quod marito portio mercedis ſimpliciter non debeatur, quia merces debetur pro ratione dierum quibus locatio procurrit, licet peti nondum poſſit, puta non ante Kal. Jul. qui penſionum exigendarum dies ſolemnis erat, *l. qui balineum, qui pot. in pig. hab.* In ea igitur ſpecie debetur pro parte quarta anni locationis, nec quod ſerviat parti tertiæ anni, qua matrimonium ſtetit, ideo minus pro ea parte debetur. Alia ratin tibi quærenda eſt, hanc nunquam admittemus. Vera ratio pendet ex concurſu vindemiæ, quæ quod quandoque poſſit longe uberior eſſe, quam penſio quantacunque vindemia fuerit, ſatis eſſe viſum eſt, vindemiæ fructus omnes confundere cum penſionis parte quarta, & ex ea ſumma viro relinquere portionem tertiam. Confundere autem maluit Papinianus fructus vindemiæ univerſos cum quarta parte penſionis, puta XII. cum III. & ex ea pecunia marito dare tertiam partem, quam ſeparatim ex vindemia tertiam dare, & æque ex quarta parte penſionis tertiam, qun genere ſervaretur eadem proportio, non tantum ut oſtenderet juxta XIII. regulam Euclidis lib. VII. eandem eſſe rationem confuſorum antecedentium, puta VIII. & II. ad confuſa conſequentia IIII. & I. quæ fuit cujuſque antecedentis cum ſuo conſequenti puta VIII. ad IV. vel II. ad I. ſed etiam quia liberum erat viro retinere quartam tertiæ partis penſionis: quia non eſt pluſquam tertia quartæ partis, ideo maluit ea confuſione uti, ut maritus quemadmodum ex vindemia retinet tertiam, ita non retineret ex quarta parte mercedis niſi tertiam: quod fit neceſſario facta confuſione ſupradicta, non fieret neceſſarin facta diſcretione fructuum; quia omiſſa tertia quartæ, poſſet vir diſſimili ratione retinere quartam tertiæ partis

A mercedis, & vindemiæ tertiam: quo genere nulla ſervaretur proportio: nec enim hi ſunt quatuor numeri proportionales XII. IIII. IIII. I. At hi quos Papinianus facta confuſioue XII. cum III. conficit XII. IIII. XV. V. vel III. I. XV. V. ſunt proportionales juxta XX. regulam Euclidis eodem libro. Si quod ex ductu primi in ultimum producitur, æquale eſt ei, quod ex ductu ſecundi in tertium, ſunt quatuor numeri proportionales.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc rurſus retroagitur ejus mens, dum in illo errore perſtat, non diſcernens tempus, quod ſibi imputat maritus (in quo nihil eſt, quod diſtinguamus anfundus fructibus plenus, an vacuus ſit traditus, ut dixi) B à tempore perceptionis cujuſque anni fructuum. Illius annum admitto initium ſemper ducere à die traditi fundi dotalis, hujus vero minime, ob idque fieri, ut licet breviore, quam anni ſpatio, puta quatuor tantum menſibus ſteterit matrimonium, id tamen dicamus incidiſſe in duos annos pereeptionis fructuum, ut in prædicto tempore matrimonii contracti, & fundi in dotem traditi Calen. Octobr. ſolutique in Januarii exitu, *d. §. Papin. verſ. & ejus anni quo divortium, & verſ. & quarta portio mercrdis inſtantis anni.* Quo illud falſum patet, quod aſſerit oblatrator. Papinianum refellere eos, qui duos annos conſtituebant, cum ipſemet eos nominatim conſtituat. Ac licet illud effici oequeat, quemadmodum cauſatur, ut retrogradiatur, aut retroagatur, vel retrocurrat annus ille ſuperior, ejus tamen temporis, quod ex eo aote C matrimonium effluxerit, ejuſque & culturæ, & impenſarum rationem haberi, quid vetat? Quod aliter fieri non poteſt, quam ſi in ejus quoque anni ratione habenda, ipſiuſque portionibus conſtituendis, retrorſum connumeratio fiat, in eoque retrotrahi connumeratio dicatur, at non ipſum tempus, aut retroagi, aut retrocedere, ut falſo à me ſcriptum calumniatur.

Quod autem in eadem illa ſpecie ſentio, id quod dictum eſt à Papinian. vindemiæ fructus, & quartam partem mercedis locationis confundendam, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur, ſic intelligendum eſſe, ut non totam vindemiam confundamus, ſed dodrantem vindemiæ, ille hac ſola ratione improbat, qua id à Papiniano mioime expreſſum fuiſſe ait: quod tamen ſi ſentiebat, tam facile illi fuerit, quam quartam locationis par- D tem, quod fecit, exprimere. Levius hoc argumeotum eſſe duplex ratio arguit, tum quod non exacte omnia ſoleant à juris autoribus exprimi, cum multa ſæpius cogitanda, & ſupplenda, atque etiam ex dictis colligenda, & inferenda frequentiſſime comperiamus: tum quod ibi ex dictis, & expreſſis, hoc quoque quaſi expreſſum infertur. Nam cum id omne ibidem, ad rationem anni conſtituti fructuum perceptionis revocent Ulp. & Papinian. ut & Tryphon. *in l. cum in fundo 81. §. divortio, ff. de jure dot.* & quartam tantum partem mercedis locationis inſtantis anni dicat Papinianus eſſe confundendam cum fructibus vindemiæ, nimirum ſatis ſuperque indicat, ex fructibus vindemiæ id tantum intellexiſſe deſumendum, quod pro ratione illius anni perceptæ vindemiæ ſufficeret ad conſtituendum cum illa quarta mercedis parte E annum; ut anno ita conſtituto, quemadmodum tertia parte anni à die dotis traditæ marito indiſtincte computandi, ſtetiſſet matrimonium: ita & ejus anni, ex duabus fructuum perceptionibus contributis tertia portio viro relinqueretur. Quod plane Papiniani, & verbis, & rationi coovenit, etiam Geometrica proportione ſervata, ut quidem antea propoſitis à me exemplis pluribus demonſtratum eſt, quæ non eſt, quod pluribus repetam.

Et quod ſupponit nugivendus, illud me feſelliſſe, & à communi ſententia abduxiſſe, quod exiſtimarem eo modo conſtitui annum quindecim menſium, quanto magis diluere conatur, tanto perplexius ſe implicat. Sic enim vult annum computari à die matrimonii, ut primum menſem, quo vindemia percepta eſt, totius anni

vice

Digitized by Google

vice ſupponat; contra manifeſtiſſimam Ulpiani ſententiam. Nam ſi ita eſſet, cum illo unico menſe matrimonium ſtetit, ex percepta vindemia maritus nihil reſtituere cogendus eſſet, cum tamen eum undecim menſium fructus reſtituere cogendum dicat Ulpian. *in princ. d. l. fructus*, & Papinian. *in d. §. Papinianus*. Nulla igitur ratione totius anni illius, quod ad undecim menſes præteriti fructus ob menſem illum unicum, aut marito deberi, aut cum inſequentis anni fructibus, fructuumve mercede in totum confundi dici poteſt. Abſurdiſſime itaque, & ſtupidiſſime id ille abſurditati imputare auſus eſt, quod ita velim ejus temporis fructus in contributionem venire quo non ſtetit matrimonium, puta octo menſium (fallitur calculo, dum Geometricam analogiam contemplatur magnus Geometres, magnus Arithmeticus dixiſſet 7. ni uno amplius nos onerare cogitaſſet) cum ipſemet illiuſmet temporis, quod matrimonium præceſſit, undecim menſium fructus in contributionem venire velit, & tamen eodem ipſo loco, ſibi repugnans dixerit, *in ſolidum lucro mulieris cedere conſtare, nec ex ejus ullam portionem marito deberi, quia eo tempore nulla ſubſtinuit onera matrimonii*. Si conſtat illi non partem fructuum, ſed totum contribui, cur me, qui non tantum lucri illi detraho, eo damnat, in quo gravius ipſe laberetur, ſi quæ huc illuc fluctuans aſſumit, vera eſſent? Si nulla, ut ait, ex eis portio marito deberetur: quod nulla matrimonii onera ſuſtineat, cur majorem, quam ego, eorundem fructuum portionem illi tribuit? Et tamen facile, inquit, feret me in illa mea computatione ad eam ſpeciem Papiniani, modo hanc non referam ad ratinnem retroacti (ut vocat) anni. Non hoc quæro ut me ferat, qui hactenus neque ſuperiorem, neque parem, neque etiam inferiorem, niſi Gnatonem ferre unquam potuiſſe fertur, ſed tantum poſco, ut plane, & aperte, quid ſentiat eloquatur, nec ab his, quibus aſſentiri rectius fuit, ad cavilla, & involucra delabatur. Modo, inquit, pecuniam redactam ex univerſa vindemia, & quarta parte mercedis non redigas in aſſem, ſed dividas in 15. partes, & 5. relinquas viro: ſed ita ut exinde hæc 5. velit reduci ad 4. revocatis illis 15. ad aſſem, nova & in jure inaudita ratione, qua æquationem Arithmeticam hic vult adaptari, ut non minoris ſint hæc 4. quam illa 5. & hæc 5. non plures, quam illa 4. ac ita 5. & 4. idem fiant, & quod non vult ad aſſem redigi, ad aſſem tamen redigatur. Sanuſne eſt dum ita nugatur, & reliqua æque abſurda inde ducit, quo in juris ſtudio minus verſatorum mentes eludat, quos ſciat hæc Arithmeticarum, & Geometricarum proportionum involucra, & illius exculcatorum, & obſoletorum verborum, quæ identidem Emblematum loco aſpergit, miraturos potius, quam in his extricandis immoraturos?

Quænam, in oppoſita duplici ſpecie illi ſuperiori, fructuum diviſio inter virum, & uxorem ſoluto matrimonio facienda ſit, ad eundem §. Papinianus, verſ. & ex contrario, & verſ. item ſi meſſes.

CAP. IX.

JOHANNES ROBERTUS.

SUPERIORI, in qua fundus matura vindemia, ſicque fructibus plenus, dotis nomine marito traditus referebatur, duplicem velut ex contrario diverſa ratione oppoſitam ſpeciem utrobique hic proponi interpretamur. Priorem eo, quod in *ipſo verſ. & ex contrario*, fundus confeſtim poſt collatam vindemiam, ſicque fructibus vacuus, in dotem datus proponatur, qui exinde locatus fuerit. In qua nihilominus idem obſervari decidit, quod in illa reſponderat, nempe, dividi fructus non ex die locationis, ſed habito reſpectu præcedentis temporis, quo matrimonium ſteterit, diverſa tamen ratione à ſuperiore ſpecie. Nam in illa ob id, quod vendemia à marito percepta proponebatur, merces locationis juxta ratam ejus temporis partem, qua matrimonium ſtetit, nec marito attribuitur, nec etiam ab eo tempore confunditur, ſed à die locationis: & tamen fructus habita ratione temporis, quod locationem ſtante matrimonio præceſſit, dividuntur, quia præter locationem alii fructus percepti antea ſint, quos cum locationis mercede dividi æquum ſit, quique ita efficiant: ne locationis mercedem ad id tempus retrotrahi neceſſe ſit, quo conſtiterit matrimonium: cum aliud ſit in iſta ſpecie, in qua quia fructibus vacuus traditus eſt fundus, ab eo tempore traditi fundi annus computandus eſt in tempus inſequens, cum nulli fructus à tempore matrimonii percepti ſint, nec æquum ſit eos fructus, quos ante matrimonium mulier perceperit, illi abſtrahi, & in contributionem revocari, juxta *finem hujus §.* & tamen æquum non ſit marito (qui quatenus potuit, dote accepta ſibi conſuluerit, quique interim matrimnnii onera ſuſtinuerit) nullam ex re dotali utilitatem ratione illius temporis attribui. Propterea fructuum, qui in ſpe ſunt computatio, ad id matrimonii cnntracti tempus reducitur, tam eo caſu, quo locatio fundi à marito facta etiam aliquot poſt matrimonium menſibus fuerit, ut ea & ad anterius quoque tempus retrahatur, quam quo facta poſtea non ſit, juxta *verſ. Idem ſi meſſes*.

Poſteriorem autem alteram ſpeciem, & illi ſuperiori quoque velut ex contrario oppoſitam proponi interpretor in hoc verſic. *item ſi meſſes*, eo quod hic referat, antequam fundus dotis nomine traderetur, eundem à muliere, ejuſve patre locatum, ſicque ſub colono fuiſſe, cum illo ſuperiore locatio poſt matrimonium contractum à marito facta proponeretur. Et hoc caſu, cum poſt deſectas jam meſſes, nondum tamen collecta vindemia matrimonium eſſet diſſolutum (ſiquidem hic fundi proventum, & ex arvorum, & vitium fructibus conſtitiſſe aſſumere videtur: atque, ut loquitur Accurſ. fundum ad meſſem locatum fuiſſe, ſed non ad vindemiam) ait Ulpianus pecuniam, ſive pretium meſſium cum ſpe futuræ vindemiæ in computationem venire. Quod ita intelligendum arbitror, ſi ponamus matrimonium Calendis Martiis fuiſſe contractum, ſimulque fundum, qui ita ſub colono eſſet, dotis nomine traditum, & poſtea Calendis Septembris matrimonium diſſolutum: ſicque eo tempore, quo meſſes eſſent deſectæ, & ſpes proximæ vindemiæ inſtaret, hoc caſu, quia meſſes ſecutæ ſunt colonum ex forma ſive jure locationis, cui tamen locationi ſtare non habuerit neceſſe maritus, ut nec quivis alius ſingularis ſucceſſor, *l. emptorem, C. de locat.* nulla mercedis, & penſionis à colono debitæ ratione habita conſtituendum eſſe annum à die perceptæ vindemiæ: Atque ut in illo ſuperiore caſu ad tempus anterius retrotrahendum, ut confuſo, & contributo in unum, & meſſium, & vindemiæ illius pretio, tantam eorum in unum contributorum deductis impenſis fructuum portionem marito attribuamus, quanta illius anni parte ſteterit matrimonium: Sicque fiet, ut ſi meſſium pretium 12. aureorum, & vindemiæ pretium totidem aureorum ſit, quia matrimonium ſex menſibus ſteterit, dimidia illius pecuniæ in unum contributæ portio maritn attribuenda ſit. Nec video, quid aliud interpretationi iſti obſtare dici poſſit, quam quod, cum hic dicantur meſſes colonum ſecutæ, nihilominus colonum à maritum expelli potuiſſe aſſumimus: quæ dum pugnare videantur. Sed enim intelligimus maritum, cum expellere poſſet, & meſſes ipſe percipere, jure ſuo in eo non fuiſſe uſum, ne cum duraturum diutius ſperaret matrimonium, durius quid in gravius uxoris damnum admitteret, adverſus quam alioqui regreſſum habiturus fuerit colonus, ſi ex lege ſive forma locationis, eo fundo toto conductionis tempore frui ei non licuiſſet, juxta *l. ſi filiofamil. 26. §. ult. ff. ſolut. matr.* juncta *l. ſi in lege 27. §. colonus, ff. locati*, juncto arg. *l. ult. in pr. verſ. ne fiſcus colono teneretur, ff. de jure fiſc.* quod humanius actum illi obeſſe æquum non ſit, ac ne in hoc quidem, ut ſoluto matrimonio, quod diutius duraturum ſperaret, anni fru-

ctus ad penſionem ſolam à colono debitam reducamus, eum perceptæ meſſis majus pretium ſit, cujus uberioris compendii ratio marito non ſit auferenda: quod ita aptius contextus verbis accomodari videtur, quam quod ex ſententia Azonis Accurſius primo intellectu aſſumit, fundum ita locatum fuiſſe, ut conſtituta eſſet 12. aureorum merces arvorum, & aliorum 12. aureorum vitium ratione, cum hic tantum abeſt ut mercedis, aut penſionis mentio ulla fiat, cujus contributio facienda fuerit, ut nominatim pecuniam, hoc eſt pretium ſive valorem meſſium, dicat venire in computationem cum ſpe futuræ vindemiæ, non autem mercedem, ſive penſionem meſſium, cum futuræ vindemiæ penſione ſive mercede, quæ (ſi ullam, & vitium quoque ratione fuiſſe conſtitutam aſſumeret) certa eſſet, cum ſpes non aliud, quam incertum quid ſignificet, *l. nam hoc modo* 11. *ff. de peric. & comm. rei vend. l. ſi jactum* 12. *ff. de act. empt.*

Atque cum videatur exiſtimaſſe Accurſius parum referre, an fundus hic, quoad arva, ſive meſſis ante matrimonium contractum eſſet locatus, an vero poſt matrimonium contractum locatio ſit facta à viro (utrunque enim promiſcue ponit) & alii poſt contractum tantum matrimonium à viro fuiſſe locationem iſtam factam aſſumant: Ego contra ita ſentio, non aliter hunc locum apte intelligi, quam ſi aſſumamus ante matrimonium contractum locationem fuiſſe factam: quod plane indicat hic textus, ac eo maxime, quod meſſium pecuniam tantum, hoc eſt, pretium, ſive æſtimationem ajo venire in computationem, non autem penſionem, ſive mercedem meſſium ratione conſtitutam, quæ ſiquidem à viro facta eſſet locatio, ſola in computationem deduci poſſet. Quam ſententiam comprobat Cyrilli interpretis Græci ſcholion in Βασιλικῶν libro, in quo quidem pro meſſes, legitur menſes: quam lectionem ſecutus eſt Dorotheus Græcus interpres, cum tamen Cyrillus ille legerit meſſes, ut quidem omnino hic legendum arguit iſtius dictionis meſſium repetitio, cui menſium dictio minime conveniret, & alienior eſſet hic loquendi modus, quo dicantur menſes ſequi colonum: qui ſi apte ſtare poſſet, aſſumendum eſſet ſuperfuiſſe ex conductionis tempore menſes aliquot, qui incurrerint in matrimonii tempus, quo tempore meſſem deſecuerit colonus. Quam Meſſis dictionem non tantum de frugibus, ſed & quorumcumque fructuum decerptione dici poſſe conſtat, ac per conſequens uvarum, ut de vitibus, & uvarum collectione loquens Virgilius *lib.* 2. *Georg. Poſtremus metito*, inquit: quod ita reddit Servius illic, *metito*, id eſt, *vindemiato*, idemque Virgil. 4. *Georg. purpureoſque metunt flores*. Sed hæc ſignificatio huic loco accommodari non poteſt, quo patet inter vindemiam, & meſſem diſcrimen conſtitui, & quaſi diverſa hic poni, ut quidem ſunt, ſi proprietatem dictionum ſpectes, teſte Feſto Pompejo in *fragm. lib.*14. Olivitam antiquos dixiſſe referentis, quando olivæ colligebantur, ut meſſem, quando frumenta, aut vindemiam, quando uvæ, quamvis illam Olivitam quidam Olivitatem dixerint.

ANTONIUS MERCATOR.

NOn es felicior in *d. l.* 7. *§. è contrario*, cum ad hæc verba: *Item ſi meſſes ejus anni, quo divortium factum eſt, colonum ex forma locationis ſequantur, ante vindemiam ſoluto matrimonio nihilominus pecunia meſſium in computationem cum ſpe futuræ vindemiæ veniet*, interpretationem, & ſpeciem adhibes hujuſmodi. Mulier fundum fruendum locavit, quem poſtea Kal. Mar. viro dedit in dotem: divortium factum eſt Kal. Sept. poſt meſſes ante vindemias, atque ita matrimonium ſtetit ſex menſibus. In facienda diviſione fructuum Ulp. ait pecuniam, id eſt, æſtimationem meſſium communi calculo ſubjici, & confundi debere cum ſpe futuræ vindemiæ, ut omnis ea pecunia ex æquo dividatur inter virum, & uxorem nulla habita ratione mercedis à colono debitæ, & anno computato à die perceptæ vindemiæ, & retroacto ad tempus præteritum. Primum non cernis te ea verba, *Item ſi meſſes, &c.* alia conſtituta ſpecie dividere ab ea, quæ fuerat propoſita initio *§. è contrario* in qua vir Kal. Mart. fundum locaſſe proponitur, non mulier, & mulier Kal. Sept. fundum dediſſe in dotem, non Kal. Mar. nec tamen potuiſti, aut debuiſti ea verba ab ea ſpecie, cui cohærebant divellere. Omittis etiam quod in eo §. caput eſt, mulierem fructus percepiſſe antequam fundum in dotem daret, quos Ulpian. poſt ſupradicta verba concludit, ex eo apparere, quod ſcilicet ante dixit, non venire in confuſionem, recte: quia nec quidquam in præcedentibus de eis confundendis proponitur cum mercede locationum, vel ſpe ſequentis vindemiæ. Præterea pecuniam meſſium accipis pro æſtimatione meſſium perquam abſurde: aut iſta tua ratione alii etiam licebit dicere, pecuniam fundi pro æſtimatione fundi, & pecuniam jumenti pro æſtimatione jumenti: quomodo pecuniæ nomen Latini nunquam uſurpant. Pecunia in eo loco merces eſt, ut & *l. naturalis, §. at cum do, de præſ. verb. l.* 18. *§. ult. de ſtip. ſer. l.* 14. *C. de loc.* quæ ſcilicet ex locatione meſſium debetur, quæ nec niſi in pecunia numerata conſiſtere poteſt: & habetur ergo ratio mercedis à colono debitæ. Cur tu haberi nolis non magis demonſtras, quam cur fingas die perceptæ vindemiæ annum retro computari, quo ſteterit matrimonium, ut pro rata ejus temporis, quo ſteterit, fructus lucro mariti cedant: cujus retrorſæ computationis nullum auctorem habes, ego prorſæ auctorem habeo Ulpianum, & Paulum, in *l.* 5. *&* 6. *ſol. matr.* Et ſi vellem retrorſa uti, mallem eam ducere à die divortii, quam, ut tu facis, à die quo perceptæ ſunt vindemiæ, quo tempore deſierat eſſe matrimonium. Redi igitur ſi ſapis ad ſpeciem à Domino propoſitam, qua nulla poteſt tradi neque facilior, neque verior, nec poſthac tibi unquam excidat, ni velis in Lorarios *μελαμπύγους* incidere, ut pecuniam fundi, aut jumenti, aut meſſis, aut rei cujuſquam dicas eſſe æſtimationem, ſive ut quaſi te corrigens addis, valorem, quia ſcilicet valorem dicere melius eſt, quam pretium, aut æſtimationem.

Egregia etiam, & apprime neceſſaria in hoc capite eſt illa animadverſio, cum meſſibus junguntur vindemiæ, meſſes non accipi pro vindemiis. Hoc neſciremus niſi docuiſſes, ſed cur non indicaſti nobis locum aliquem quo non adjunctis vindemiis meſſes accipiantur pro vindemiis?

JOHANNES ROBERTUS.

EX tribus quæ hic notat, hoc primum conſtituit *in §. ex contrario, præd. l. fructus*, me non cernere ea verba, *Item ſi meſſes*, & cæt. me alia conſtituta ſpecie dividere, ab ea quæ fuerat propoſita initio illius §. Credas eum in meridie caligare, cum tantum abfuerit ut id non cernerem, ut jam initiò capitis interpretatus ſim, in eo §. duplicem ſpeciem proponi velut ex contrario, ac quidem diverſa ratione ſuperiori oppoſitam: unam initio illius, §. alteram *in d. verſ. item ſi meſſes*. Quarum unamquamque ut ab invicem diſtinctam, & diverſam exinde explico. Quomodo autem duplex ita à me conſtitui potuit, ut ſimul non cernerem me poſteriore loco aliam, & diverſam à priore conſtituere? Subdit non debuiſſe me ea verba divellere à præcedente ſpecie cui cohærebant. Sed nego cohæſiſſe, nec aliud fere frequentius in jure occurſat, quam iſtiuſmodi diverſarum ſpecierum, eodem iſto Adverbio interpoſito, factæ, quod ad eundem tractatum connexiones, quaſi idem tunc ſignificante iſta particula, *item*, quod præterea. Nec eſt quod fruſtra tempus teram in locis ullis in eam rem citandis, cum vel innumeros etiam legum in iſta ſignificatione ab hac particula initium ſumentium quivis juris librorum Index facile ſuppeditare poſſit.

Quod autem ſecundo loco objicit omiſiſſe me, quod in eodem illo §. præcipuum ſit, mulierem fructus percepiſſe antequam fundum in dotem daret, cum id poſtea Ulp. ex eo §. concludat *in verſ. apparet*, aut diſſimulat, aut Ulp.

men-

mentem, quæ illic maniféſtiſſima eſt, non aſſequitur; quippe hunc verſ. non ſpecialiter ad proxime tantum dicta referri voluiſſe (ut quidem minime dixit *apparet ex eo*, ſed *apparet ex his*) verum præter ea, quæ ſigillatim dicta erant, & hoc quoque in univerſum docere voluiſſe ex ſuperioribus omnibus ab initio ejuſdem legis varie tractatis colligi, & apparere, illos fructus, quos mulier antequam nuberet perceperit, non debere in contributionem venire: ut quidem ex quavis ſuperiore illius legis parte manifeſte colligitur, quod alioqui cujuſque partis diſquiſitio inutilis, & abſurda ſit futura.

Tertio loco arguit, quod pecuniam meſſium accipiam pro æſtimatione meſſium, & eo mercedem locationis, quæ in pecunia numerata ſit, ſignificari contendit. Si illud, ut ait, abſurdum eſt, hoc certe multo abſurdius, quod utriuſque collatione conſtare poteſt: Nam alioqui pecuniæ generale vocabulum eſt, *l. pecuniæ 178. & 222. ff. de ver. & verb. ſignif.* Et nonne hoc abſurdius, pecuniam meſſium, mercedem meſſium interpretari, quam æſtimationem meſſium, cum quæ merces eſt locationis fundi, ea non ſit merces meſſium fundi? Atque ut pecuniæ vocabulo, quod generale (uti diximus) eſt, nonnunquam juxta ſubjectam locationis de qua quæritur tractationem, & ad locationem relatione facta, de mercede agi ſignificetur, non tamen ut propterea prolatum ſimpliciter id vocabulum mercedem ſignificet, ac ne iis quidem ipſis locis tribus, quos ſolos in eam rem citat. At contra pecuniæ vocabulo æſtimationem, quæ in pecunia ſit, multo expreſſius ſignificari, ſæpiſſime atque etiam regulariter comperias in *cod. illo tit. l. ſi vero 65. §. ult. ff. ſol. matr. l. ſtipulationes non dividuntur 72. in pr. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio 13. in fin. juncta l. 4. §. ait Prætor. ff. de re jud. l. 2. ff. de eo quod cer. loc. l. 1. verſ. ſed ſi forte & ulius, ff. ſi quid in fraud. patr.* Retrorſum igitur agat novum illud ſignificationis commentum. Nam prorſus non habet hic quo illa noſtra ulla ex parte labefactare queat, ſiquidem de anterioris temporis computatione facienda ea confido dicta, quæ nudis, & ratione deſtitutis ejus verbis convelli nequeant.

Quam levia inde attexit? quale illud quod vellicat, valoris vocabulo fuiſſe me uſum, quia forte nec apud Laberium, aut Apulejum, aut alium ejus generis authorem (ex quibus ipſius promptuaria maxima ex parte conſtent) eam vocem adhuc legiſſet, qua tamen poſt Plinium multo libentius ſum uſus, quam ſi plures illiuſmodi authores laudare poſſem. Sed qui neminem neſcire ait meſſes cum vindemiis junctas pro vindemiis non accipi, quærit indicari ſibi locum aliquem, quo non adjunctis vindemiis, ad vindemiam dictio illa referatur. Quid eſt quod quærat? cum illud jam Virgilii cum Servio indicaſſem, *poſtremus metito*, hoc eſt (inquit Servius) vindemiato.

An quæ inter maritum, & uxorem ſoluto matrimonio, eadem, vel inter uſufructuarii heredes, & proprietarium finito uſufructu, vel emphyteutam, aut vaſallum, aliumve ſuperficiarium, & dominum directum finito ſuperficiei jure obtineat.

CAP. X.

JOHANNES ROBERTUS.

QUOD de diviſione fructuum inter maritum, & uxorem ſoluto matrimonio facienda in jure dicitur, id & inter fructuarii heredes, & ipſum proprietarium, ac item inter emphyteutam atque vaſallum, & alium quemcunque ſuperficiei jus habentem, eorumve heredes, & directum dominum, finito ſuperficiei jure ſervandum ingenioſi quidam contendunt, nulla non dicam idonea, ſed ne probabili quidem ratione, cum illiuſmodi diviſiones ſingulari jure inter maritum, & uxorem ſpecialem ob rationem fiant, nempe quod dotis fructus matrimonii oneribus ſuſtinendis lex ſubſervire voluerit, *l. ſi pater, ff. de jur. dot.* Quæ

A ratio cum nec uſufructuariis, nec aliis ſuperficiariis conveniat, quæ de diviſione illa traduntur: iis accommodari nulla ratione poſſunt: Ac eo minus, quod non alios fructus, aut uſufructuario, aut ejus heredibus acquiri lex voluerit, quam qui ab ipſomet uſufructuario fuerint percepti, adeo ut eos ab alio ſeparatos fuiſſe ſuperſtite adhuc uſufructuario non ſufficiat, quo ejus deterior eſt conditio quam bonæ fidei poſſeſſoris, *l. ſi uſufructuarius meſſem 13. ff. quibus modis uſusfr. amitt. l. qui ſcit 25. verſ. pro bonæ fidei, ff. de uſur.* Qua ratione ſi fructibus maturis, nondum tamen iis perceptis deceſſerit, heredi ſuo illum eos non relinquere nominatim dixit Cajus in *l. in ſingulis 8. in fi. ff. de ann. leg.* Ex quo ſequatur, uſufructuario mortuo nullo caſu inter ejus heredes, & proprietatis dominum fieri diviſionem, ſive ſub colono non fuerit

B fundus, ſive fuerit. Nam ſi nec ipſe, nec colonus eo vivo eos perceperit, ad heredes nihil tranſmittit, ſicque nihil eſt, quod cum proprietario partiantur, ut neque etiam ſi ipſe, vel colonus eos perceperit. Etenim cum ipſe percepit, eos ſuos fecit, ſicque heredibus quoque quæſivit. Quod ſi colonus perceperit penſionem ab eo debitam, tametſi ejus dies poſt mortem cedat, ad heredes haud dubie tranſmittit, ac ita neque iſto caſu ulla ſit fructuum diviſio, prob. *l. defuncta 65. ff. de uſufruct.* Sed hoc intelligendum in iis obtinere, qui vere fructus ſunt, hoc eſt, quos naturaliter ipſa terra profert atque in iis penſionibus, quæ fructuum illorum ratione præſtantur, ſicque in eorum locum ſuccedunt, *ex d. l. defuncta, d. l. ſi uſusfructuarius meſſem, d. l. qui ſcit, & l. arbores 66. ff. de uſufr.* Secus autem in penſionibus, quæ, vel operarum ſervi, aut vecturæ, conſimiliumque ratio-

C ne præſtantur. Nam licet & hæc fructuum loco ſint, *l. mercedes, ff. de pet. hered.* cum tamen natura non proveniat, nec per conſequens in iis tempus perceptionis aliud ab alio diverſum conſtitui poſſit, *l. ſi navis, ff. de rei vind.* ſed nec in iſtis penſionum, quæ eo nomine præſtantur, inter heredes fructuarii, & proprietarium ſit diviſio pro rata temporis, quo ſteterit uſusfructus. Nec eo ſpectat *l. ſi operas 33. ff. de uſufruct.* quæ noviſſime de feudis ſcribentem in pravum illum ſenſum abduxit. Verum, quod in ea dicitur, *cum imperfecto tempore locationis uſusfructus interierit, quod ſupereſt, ad proprietarium pertinere*, eo referendum, ut intelligamus non quidem pro rata quanticunque temporis, quod ſupereſt ex illo anno, & ſequentibus mercedem locationis ad proprietarium pertinere, ſed quod ſupereſt temporis à ſequente

D illinc anno connumerandi, ad proprietarium pertinere: ut eodem referendum eſſe conſtat & quod dicitur in *l. ſi ſervus communis 18. §. cum ſervum, verſ. Sed unicuique tantum acquiritur, quantum juris ratio permittit, ff. de ſtipul. ſervor.* Probatur hæc ſententia *l. ſed & ſi quis 30. §. ſi operas, ff. de uſufr. in verb. Sequentium vero ſtipulatio, & ibi Gloſſ. in verb. reſtituitur*, ubi Accurſ. ſic interpretatur illa ejus contextus verba, *mox reſtituitur*, id eſt (inquit) ſequento anno. Comprobatur eo, quod cum incertum ſit in quod uſque tempus uſusfructus duraturus ſit, propterea initio cujuſque anni locationis merces fructuario acquiritur, & debetur, *d. §. cum ſervus*, ut & in eo, quod in ſingulos annos legatum eſt, idem obtinet: quod quidem uſufructui ſimile eſt, ac maxime uſufructui illiuſmodi rerum, ex quibus non alii, quam fructus illi civiles

E percipiantur, earum locatione ſimiliter facta, prob. *l. in ſingulos 8. de ann. legat.* Sicque fit, ut quemadmodum in illis legatis annuis merces ejus anni, quo defunctus ſit uſufructuarius, tametſi nondum finiti tota ejus heredibus debeatur, atque tunc nulla diviſio inter eos, & dominum proprietatis fiat, prob. *l. à vobis 5. ff. de ann. leg.* Cum tamen non idem in uſufructu earum rerum obtineat, quarum fructus naturales non tamen ad illum modum civiles ſint, ut dixi, nec enim initio cujuſque anni acquiruntur: ſed ita demum, ſi ab ipſo uſufructuario, aut colono percepti ſint, nec aliter. Sicque inter ejus heredes, & fructuarium nunquam fit diviſio, prob. *d. l. defuncta, d. l. in ſingulos, in fin. & d. l. ſi uſufructuarius.* Et quæ in uſufructuario dicta ſunt, eadem & in emphyteu-

teuta, & vaſſallo obtinere arbitramur, ex ſententia poſteriore loco tradita *in §. his conſequenter*, *in tit. hic finitur lex*, *in uſib. feud.* quia quamdiu ſuperficiarium beneficiariumque illud jus duret, id uſufructui ſimile conſtitutum intelligatur, juxt. *tit. in quib. cauſ. feud. amit. in uſib. feud.* A

ANTONIUS MERCATOR.

QUi fructuario dixit non adquiri fructus niſi quos ipſe perceperit, vel ipſius nomine alius, deberi tamen ei, vel heredi ejus ex fructibus, qui pendebant, vel qui non ejus nomine percepti erant, hoc eſt ex fructibus nondum ſuis factis eo anno quo finitus, vel amiſſus uſusfructus eſt, pro rata temporis quo eo anno in perſona ejus conſiſtit uſusfructus, tu eum impugnas, ac ſi ſcripſiſſet, ei illos etiam fructus adquiri, dum averſus ſtrabo B lumine non facis diſcrimen inter adquiri, & deberi. Res quam ego adquiſivi, poteſt alii deberi, aut in cauſa eſſe reſtituendi alii. Fructus à ſolo ſeparati, & extantes adquiſiti bonæ fidei poſſeſſori, domino reſtituendi ſunt, *l.certum*, *C. de rei vind.* Fructus fundi dotalis, qui pendebant divortii tempore, adquiruntur mulieri, & reſtituendi ſunt marito pro portione temporis, quo matrimonium ſtetit, ſi anno imperfecto divortium contigerit, *d.l.7. §. è contrario*, *& §. Interdum*. In eum, qui dixit deberi, non adquiri, tu profers ea ipſa, quæ idem ipſe protulit: ut probaret non adquiri, ut probes etiam non deberi, quod quam ſit ſtultum nemo non videt, Eodemque probante deberi ex *l.ſi operas, de uſufr.* tu hæc verba legis, ſi operas ſuas locaverit fructuarius ſervus, & imperfecto tempore locationis uſusfructus interierit, quod ſupereſt C ad proprietarium pertinebit, tu non vis accipi de portione ejus anni, quæ ſupereſt à die extincti uſusfructus, ut pro ea fructus ad proprietarium pertineant, ſed de anno ſequenti: ac ſi cuiquam dubium eſſet, an ſequentis anni fructus ad proprietarium pertinerent: nec igitur vero ſimile eſt id in quæſtionem vocaſſe Paulum in *d. l. ſi operas*. Præterea his verbis, *quod ſupereſt*, non poſſunt ſignificari ſequentes anni, ſed reſiduum ejus duntaxat quo interiit uſusfructus: nec enim annus anno ſupereſſe dicitur & *l.18. §. ult. de ſtip. ſer.* quam adfers, reſiduum etiam tempus dixit, loco illorum verborum Pauli, *Quod ſupereſt*: ergo & quod mox ea lex ſubjicit, unicuique tantum adquiri quantum juris ratio permittit, etiam reſiduum tempus complectitur. Nec te movere etiam debuit, quod Ulp. ait in *l.ſed & ſi quid §. ſi operas*, *de uſufr.* ſe- D quentium annorum ſtipulationem ad proprietarium tranſire: nec enim ideo ſequitur, reſidui temporis ſtipulationem non tranſire: nam ut ſequentium annorum, & reſidui quoque temporis ſtipulatio ad proprietarium tranſit: vel quod eſſe verius Pap. oſtendit in *d. l. 18. §. ult.* quod tu non intellexiſti, proprietario adquiritur: nec enim ſemel fructuario adquiſita ſtipulatio initio ejus anni, quo diem ſuum obiit, tranſit ad dominum, ſed ad heredem fructuarii, verum domino adquiritur, & ſequentium annorum ſimiliter ſtipulatio non tranſit à fructuario ad dominum, quæ nec unquam fuit quæſita fructuario, ſed domino acquiritur, & hoc eſt quod ait, *unicuique tantum adquiri, &c.* & Ulpianum perſtringit, qui dixerat tranſire, cum ſubjicit, *ſecundum quæ non tranſit ad dominum ſtipulatio*. Male etiam adſumis ex *d.§.ſi operas*, hæc verba, E *mox reſtituetur*, cum & ſenſus evidens, & Flor. doceant eſſe ſcribendum, *Mox reſtitutus*, quia uſusfructus legatus in annos ſingulos, repetitus ac proinde capitis deminutione amiſſus, mox reſtitutus videtur. Addam obiter, & quodam modo extra rem, quod ſtatim ſequitur, in eo *§. ambulabit ſtipulatio*, id verba ſequentia interpretari hoc modo, profectaque ad proprietarium redibit ad fructuarium, nam legi, *ad heredem*, quam maxime veto, niſi heredem accipere velis pro domino, ut *l.hereditate, §. pater, de caſt. per.*

Cæcutis etiam in eo, quod exiſtimas ideo penſiones locati fundi, aut locatarum operarum ſervi fructuarii non dividi inter dominum, & heredem fructuarii, pro rata anni ejus, quo amiſſus, vel finitus uſusfructus eſt, quod actiones eo nomine competentes, quæ ab initio anni fructuario adquiſitæ ſunt, ad heredem ejus tranſmiſſæ ſint, nam & ſi hoc ita ſit, tamen pati heres debet, ut in partem pecuniæ veniat dominus pro rata reſidui temporis quo uſusfructus non conſtitit, ne ultra mortem fructuarii porrigatur utilitas uſusfructus, quod non male Accurſius ait dominum conſecuturum condictione ſine cauſa, ut ſcilicet ex penſionibus, quarum petitio ſoli heredi competit, heres domino conferat portionem ratam, ſicut ex fructibus ſtantibus tempore mortis fructuarii dominus, cui ſoli adquiruntur heredi fructuarii confert portionem ratam, quia dominii cauſa ſeparata eſt à cauſa contributionis, vel reſtitutionis. Tu Marrucine alteram cum altera confundis.

Non placet ratio differentiæ, quam ſtatuis inter fructuarium, & maritum, quod fructus dotis ſpeciali ratione ad maritum pertineant, puta pro oneribus matrimonii, quod eſt jure conſtitutæ dotis: nam & ad fructuarium pertinent propria, & ſpeciali ratione, jure conſtituti uſusfructus, & ad utrumque communi ratione, id eſt, jure ſuo.

Non placet differentia, quam ſtatuis inter penſiones prædiorum locatorum, & penſiones operarum, vecturarum, aut naulorum, quaſi ſcilicet penſiones prædiorum quodammodo natura proveniant ſuccedantve magis in locum fructuum, qui ex re ipſa natura proveniunt: penſiones vero operarum proveniant obligationis jure tanquam adventitia pecunia ex negotio geſto: nam & penſiones prædiorum non niſi obligationis jure, & ex negotio geſto proveniunt, nec magis, quam illæ ſunt fructuum loco, *l.prædiorum*, *de uſur. l.7. §. de penſionibus, ſol. mat. l.39. §. fructus*, *de leg.1. l.ancillarum*, *l.mercedes*, *de pet. hered.* Nec item quaſi in penſionibus prædiorum diſcerni poſſit tempus quo percipiuntur, non in cæteris. Et hæ & illæ diem ſuum habent, quo ſolvantur. Ergo & diem quo percipiantur. Unde lucet tibi magis harum percipiendarum, quam illarum dies? aut quorum tibi *εἰδώλων φαντασία* amovet mentem animi? Verum plane eſt, quod audio, te ſub inumbrata quiete in omni actu hoc unum agere, ut induas ſimulationem ſapientiæ. Severitatem mentis, ut Theodoſius ait de tui ſimilibus monogrammis Juriſperitis, diſſimulas ſcientiam. Quæram & hoc abs te cur Domini ſententiam impugnans, quam duxit ex *d.l. ſi operas*, & ex *l.5. §.ult. ſi uſusf. pet.* adverſus *l.ſi operas*, cavillatus aliquid es, ut eam eluderes, adverſus *d.l.5.§.ult.* nihil omnino, quæ perſpicue ait, mortuo fructuario heredi actionem dari præteritorum fructuum, quamvis eos defunctus non perceperit, non etiam futurorum, quod plane demonſtrat ultimi anni fructus nondum à fructuario perceptos, domino quidem omnes adquiri, ſed heredem fructuarii petere ab eo poſſe præteriti temporis ante mortem fructuarii portionem ratam.

JOHANNES ROBERTUS.

CUm eo in anguſtias ſe redactum ſentiat idem oblatrator noſter, quod docuiſſem quod ad diviſionem fructuum attinet, aliam eſſe mariti quam fructuarii, & conſimilium perſonarum conditionem, propterea que diſſimiliter à ſuperioribus non alios fructus aut uſufructuario, aut ejus heredibus leges acquiri voluiſſe, quam qui ab ipſomet fructuario fuerint percepti, quo deterior ſit ejus conditio quam bonæ fidei poſſeſſoris, non aliud quam effugia quærens objicit, me non facere diſcrimen inter acquiri & deberi, in eoque probando multus eſt, quo nihil ſit opus, poſſe id nonnunquam alicui acquiri, quod tamen reſtituendum ſit. Ego vero hic nullum ſpecialius diſcrimen inter hæc conſtituo, quia eo quod pleno jure proprietario acquiri fructus à fructuario ſuperſtite minime perceptos aſſero, eos ſimul nemini alii deberi contendo, probatur apertiſſime eo quod Cajus *in l.in ſingulos 8. in fin.ff.de ann.leg.* ait, uſufructuarium fructibus maturis, nondum tamen perceptis decedentem, heredi ſuo eos non relinquere; quod, ſi deberentur, relinqueret.

Atta-

Digitized by Google

Attamen ille ſe eos deberi probaſſe contendit, *l. ſi operas 33. ff. de uſufr.* quæ lex cum de fructibus natura provenientibus minime loquatur, verum de mercedibus, quæ ſervi fructuarii operarum locatarum ratione debeantur, *arg. l. ſi minus 26. ff. de rei vind.* quibus non poteſt accomodari ratio perceptionum, quæ ſeparatione à ſolo facta uſufructuarii actu fiant, *arg. l. ſi uſufructuarius 13. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l. bonæ fidei 48. in fin. de acq. rer. dom. l. qui ſcit. 25. ff. de uſur.* Atque ut in hujuſmodi fructibus plane quid obtineat intelligamus, plurimum intereſſe dicimus, an locatio in annos facta ſit, an vero ſimpliciter in certum tempus unum. Illo caſu, quia penſiones ſingulorum annorum initio cedunt, poſt anni initium mortuo uſufructuario, ſervi cujus operæ ita locatæ ſint, totius ejus anni penſionem ei quæſitam dico, ſequentium qui ſuperſunt annorum penſiones proprietario deberi, & eo ſenſu poſſe intelligi *d. l. ſi operas, arg. l. ſi ſervus communis 18. §. ult. ff. de ſtipul. ſer.* Quod ſi proponeremus non in plures, & ſingulos annos fuiſſe ejuſdem ſervi locatas operas, ſed ad certum aliquod tempus, tunc quidem quia non initio anni aut menſis, ſed ſingulis diebus cedat mercedis conventæ dies, *arg. l. in ſtipulationibus 54. §. ult. ff. de verb. obli. & l. quoties 24. in verſ. cedunt tamen operæ, ff. de oper. libert.* ut quidem operæ nihil aliud ſunt quam officium diurnum, *l. 15. ff. de oper. liber.* Atque tunc ita omnino ejus quod ſupereſſet temporis ratione, merces proprietario deberetur, juxta *d. l. ſi operas*, neque tamen ut propterea tunc ulla eſſet facienda diviſio inter fructuarii heredes, & proprietarium, quod operarum numerus tunc attendatur, eæque in numerum cedant, *d. l. in ſtipulationibus. §. ult.* Et ſi in eo ulla dici poſſet fieri diviſio, quid ſimile cum illa, quæ fit inter maritum, & uxorem poſt ſolutum matrimonium? quomodocunque hanc fieri dicas.

Non placet illi differentiæ ratio, quam aſſigno inter maritum, & fructuarium. Cur vero? quia, inquit, non aliud diſcriminis inter hos conſtitui poteſt, quam quod fructus marito jure conſtitutæ dotis debentur, uſufructuario vero jure conſtituti uſusfructus. Nec ego quidem id inficior, verum præter id aliud accedere contendo, cujus in plurimis articulis video in jure haberi rationem; quippe quod dotis fructus matrimonii oneribus ſuſtinendis ſubſervire lex voluerit, quod favore dignum ſit, *l. ſi pater, ff. de jur. dot.*

Sed nec placet illi differentia inter penſiones prædiorum locatorum, & penſiones operarum, vecturarum, aut naulorum. Verum nec ego quoque ſimpliciter penſiones prædiorum locatorum contuli cum penſionibus operarum, ſed ipſos fructus prædiorum, ſive ſub colono ſint, ſive non ſint, atque eorum perceptionem cum illis aliis fructibus, quos ob id civiles vocamus, quod illos natura, hos vero jure percipi leges affirment, *d. l. ſi navis, juncta l. uſura 121. ff. de verb. ſig. l. uſuræ 34. in fin. ff. de uſur.* Ipſæ vero penſiones prædiorum urbanorum, licet ob id quod natura ex ipſo rei corpore minime percipiantur, & producantur, fructus proprie dici nequeant, tamen ea parte, qua minimum differunt à penſionibus ruſticorum prædiorum, quæ ſub colono ſunt, pro fructibus accipiuntur, & idem in his quod in fructibus ruſticorum obtinet. Neque tamen ut par in omnibus eorum cauſa ſit quæ, & aliorum, quæ fructuum civilium appellatione comprehendi invaluit, tam operarum, quam vecturarum, & ſimilium, *prob. l. prædiorum 36. ff. de uſur. l. cum ſervus 39. §. fructus, ff. de leg. 1. l. fructus 7. §. non ſolum in fin. ff. ſolut. matr. l. mercedis 32. juncta l. ancillarum 30. ff. de pet. hered.*

Cæterum quod poſt exprobrationem ſimulationis ſapientiæ, & ſeveritatis (ob id credas, quod ejus more ſcurrantis ſpeciem juris ſtudioſæ juventuti præbere, & choreas agere, atque in multam noctem pergræcari mihi uſus non ſit) ſententiam illam, quam ducit ex *d. l. ſi operas*, valentius fulciri credit *l. 5. §. ult. ff. ſi uſusfruct. pet.* & notat me ejus obicem amoliri ne conatum quidem fuiſſe agnoſco. Quid enim amoveam, quod ne in ſpeciem quidem mihi obeſſe videri poteſt? ſi abſque calumnia referatur: ſiquidem perſpicuum eſt eandem illic ſpeciem ab

A Ulpiano agitari cum ea, quæ ab Aphricano proponitur in *l. qui uſumfructum 43. §. ult. ff. de uſufruct.* Nimirum in qua uſufructu ab eo cui pure debebatur petito, is lite quidem conteſtata, ſed ante ſcientiam, & quam fructus ullos percepiſſet, deceſſerit, quo caſu heredi ejus actionem præteritorum duntaxat fructuum dandam ait Ulpian. Præteritorum autem duntaxat dixit, non relatione facta ad illos, quos uſusfructuarius ſuperſtes percepiſſet, aut non percepiſſet, propterea quod in ea ſpecie apparuit illum nullos percepiſſe, ut qui controverſia ei facta frui non potuiſſet, ſed relatione facta ad eos, qui percepti poſt ejus mortem fuerint uſque ad ſententiam, quam exinde heredes obtineant, juxta *d. l. qui uſumfructum, §. ult.* juncta *l. defuncta 65. in pr. ff. de uſufr.* Hic in fœda adeo ipſius illuvie conſultius feciſſet; ſi à camarina rurſus movenda
B abſtinuiſſet.

Inter venditorem, & emptorem fiatur fructuum diviſio.

CAP. XI.

JOHANNES ROBERTUS.

EXPOSCUNT ſuperius agitatæ quæſtiones, ut vendito fundo, & ſtantibus fructibus tradito, fiatne inter venditorem, & emptorem fructuum penſioniſve diviſio, paucis attexamus. Et quidem Ulpianus in *l. Julianus, §. ſi fructibus, ff. de act. empt.* fundo maturis jam fructibus venditio, *etiam fructus*
C *emptori cedere, niſi aliud convenit, exploratum eſſe* (ait) *ſed ſi locatus ager fuit, penſiones utique ei cedere, qui locaverit.* Quod ita accipiendum arbitramur, ut intelligamus fructus, tam qui emptionis, venditioniſque tempore immaturi, quam qui maturi nondum collecti fuerunt, ipſum emptorem, ut & quavis alia facta alienatione novum dominum ſequi, *prob. l. fructus 13. C. de act. empt. l. ult. §. penult. ff. quæ in fraud. cred. arg. l. fructus pendentes, ff. de rei vindic.* Propterea autem maturorum meminit illic Ulpian. quod in his dubitandi major ratio ſubeſſe videri poſſit. Illud autem obtinere intelligimus, non tantum ſi nulli locatus ſit ager, ſed & ſi ſit locatus, ita tamen ut ſi iſto poſteriore caſu (cum nihil ſpecialiter de fructibus convenit) nec dies penſionis venerit, neque etiam fructus percepti ſint, non alius quidem, quam
D venditor eam petere poſſit, cum non alii adverſus conductorem actio competat, quam qui ipſe contraxit: quo referendum eſt, quod dicitur in ſupradicto verſ. *penſiones utique ei cedere, qui locaverit.* Sed enim & ex juris regulæ ratione, qua omne commodum poſt venditionem perfectam rei occaſione contigens emptori debetur, *§. cum autem, de empt. & vend. in Inſtit. l. id quod, ff. de peric. & commod. rei vend.* Et ex eo, quod in emptoris poteſtate eſt poſt perfectam venditionem ſtatim colonum expellere, & fructus per ſe percipere, *l. emptorem, C. de locat.* venditor quod illa actione propoſita conſecutus fuerit, id emptori reſtituere cogitur, etiamſi de eo nihil convenerit, *prob. arg. l. arbores 66. verſ. niſi fuerint ſpecialiter exceptæ, ff. de uſufr.* ubi quod in uſufructuario obtinere ait, id ad exemplum venditionis fieri nomina-
E tim expreſſit. Atque etiam eo caſu venditor ab emptore cogi poteſt, ut aut eas penſiones exigat, ac inde exactas reſtituat, aut is actionibus cedat, *arg. d. l. Julianus, §. ſi fructibus in verb. Actio emptori præſtanda eſt, & verſic. item ſi quid ex operis, & §. penult.* in verb. *cogere poſſe venditorem.* Quod & in aliis omnibus emolumentis rei occaſione obvenientibus obtinet, juxta *l. poſt venditionem, ff. de aqu. plu. arc. l. ii, qui in puteum, verſ. ſi poſtea quam, ff. quod vi, aut clam, l. damnum, §. emptori, ff. de damno infect. l. rem, qui, in prin. ff. de furt.* Secus autem eo caſu, quo tempore venditionis fructus à colono percepti jam fuerint. Nam licet tunc penſionis dies nondum venerit, quia nihil ad fructuum illorum lucrum prodeſſe emptori poſſet, colonum ſtatim poſt venditionem expellendo,

ſuo

ſuo jure quomodotunque uti, penſionis commodum venditori abſtrahi non poteſt, niſi aliud ſpecialiter convenerit, prob. arg. *verſ. niſi fuerint ſpecialiter excepta*, juxta d. *l. defuncta* 65. *verſ. jam omnibus fructibus*, *ff. de uſufr. & l. uſufructuarius meſſem*, *ff. quibus mod. uſusfruct. amitt.* In eo autem, qui à fiſco emit, ſpeciali ratione obtinet, ut ſi nondum ceſſerit dies penſionis tempore venditionis, emptori quocunque caſu penſio debeatur: propterea quod illi coloni, qui à fiſco conduxerit, expellendi facultas ſpeciali jure, & ratione ſit adempta, quippe ne alioqui is expulſus regreſſum in id, quod ipſius intereſt frui non licere, adverſus fiſcum habeat. Sic intellig. *l. ult. in princ. verſ. ne fiſcus colono*, *ff. de jure fiſci*.

An rerum mobilium venditionis ratione ſit locus beneficio, l. 2. C. de reſcind. vend.

CAP. XII.

JOHANNES ROBERTUS.

CONSTITUTIONEM Dioclet. & Maxim. *l. 2. C. de reſcind. vend.* exiſtimant multi rerum immobilium tantum ratione ſancitam fuiſſe, nec ad res mobiles trahendam eſſe, duabus imprimis rationibus adducti, quod & in illa lege, conſimiliterque aliis de venditionis reſciſſione tractantibus, fundi ſolummodo venditionis mentio fiat, *l. 4. & l. ſi voluntate* 8. *& l. quiſquis* 15. *C. de reſcind. vend.* Et mobilium vilis, & abjecta cenſeatur eſſe poſſeſſio, *l. ſi rem mobilem*, *& ibi Gloſſ. ff. de acquir. poſſ.* quorum neutrum urgere videtur. Nam quod ex *d. l.* 2. & aliis legibus illis, quibus fundi tantum mentio fit, argumentum ducitur, invalidius eſt, cum exempli tantum cauſa in illis fundi mentionem fieri contigerit, ideoque non minus ad alias quaſcunque res id protendatur, cum non poſſit intelligi regula exemplis reſtringi, juxta l. *damni* 30. *in fin. ff. de damn. infect. l. regula* 9. *§. ult. ff. de jur. & fact. ignor.* Comprobatur & eo, quod initio illius *l. 2.* generaliter, aut ſaltem indefinite illud in re propoſuiſſet ita, *Rem majoris pretii*, *&c.* Ut quidem in Synopſi *Βασιλικῶν*, & ibi Græce reddita illa *l. 2.* nullo loco fundi mentio fiat, ac neque illic ſequentibus aliis pluribus eadem de re loquentibus. Conſtantinus vero Hermenop. cum aliis locis in rebus genereliter id proponat, in aliis exempla à prædiis ſumit. Et quod cauſantur mobilium vilem, & abjectam poſſeſſionem eſſe, in eo Accurſium tantum perperam ſubſequuntur. Nec enim id dicitur illa *l. ſi rem mobilem*, aut alia ulla. Nam quod ibi dicitur, *rerum mobilium neglectam, atque omiſſam cuſtodiam, quamvis eas nemo alius invaſerit, veteris poſſeſſionis damnum adferre conſuevisse*, non infert vilem, & abjectam earum poſſeſſionem eſſe, aut viliorem abjectioremque quam immobilium, ut conſtat mobiles res multas eſſe, quarum poſſeſſio longe præſtantior ſit, quam immobilium. Verum eo illud ſpectat, ut indicet diſcrimen illud utrarumque rerum poſſeſſionis, quo ob immobilium fixam, & eodem in loco perpetuo ſtabilem naturam, ea poſſeſſio, quæ animi eſt, certius firmiuſque iis applicetur, & hæreat. Quo fiat, ut eo ſolo, quod neglecta earum cuſtodia abſimus, etiamſi longius peregre profecti fuerimus, niſi vel factum aliquod intervenerit, quo nobis ille poſſidendi animus excutiatur, vel ipſi conſtituerimus nolle poſſidere, eam ſemel apprehenſam minime amittamus, quantumvis ea res ab alio occupata fuerit, *l. clam poſſidere* 6. *§. ult. cum l. ſeq. & l. ſi quis vi* 17. *§. ult. ff. de acq. poſſeſſ.* Cum mobilium rerum poſſeſſionem eo ſolo amittamus, quod ab alio apprehenſæ fuerint, atque etiam in multis eo ſolo, quod extra cuſtodiam, & conſpectum noſtrum ſint, ob inſtabilem, minimeque hærentem earum naturam, qua fiat, ut non ita his, ut illis animo inſiſtere, & animi cogitationem certo infigere queamus, quo & difficilius earum poſſeſſionem retinemus, & facilius amittimus, prob. *l. 3. in §. Nerva*, *& l. ſi quis rem* 20. *cum d. l. ſi rem mobilem*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Alii vero non excludunt plane res omnes mobiles ab illius legis 2. beneficio, ſed pretioſis mobilibus rebus id conceſſum arbitrantur, nec aliis: quod ab illis nulla ratione fit, cum nuſquam in hoc pretioſarum mobilium rerum à minus pretioſis facta diſtinctio comperiatur: ut eo magis abſonum fuerit eam introduci ratione habita eorum, qui exiguarum mediocriumve facultatum ſint in comparatione divitum, & potentum, non minoris à legislatore fieri debuerint res non pretioſæ, quod attinet ad earum juris conſervationem, quam quæ pretioſiſſimæ ſint, cum non ſolis divitibus jura conſtituta fuerint. Illud quidem conſtat iſtiuſmodi extraordinaria juris ſubſidia propter minimam rem, vel ſummam non eſſe concedenda, ſed ita, ut in eo mobilia ab immobilibus diſcreta minime comperiam, *l. res bona* 54. *ff. de contrah. empt. l. 4. ff. de reſtit. in integr. l. ſi oleum* 10. *in fin. cum* 2. *ll. ſeqq. ff. de dolo.* In iis quidem, in quibus hoc agitur, ut nobis caveatur, & ſecuritati, indemnitatique, vel pupillorum, aliarumve iſtiuſmodi perſonarum, aut etiam quorumcumque conſulatur, rerum quidem non tantum pretioſarum, ſed & non contemptibilium, aut etiam illarum, quæ uſu deteri, & ſervando ſervari nequeunt, ab aliis diſtinctionem fieri admittimus: ut in ſpecie *l. emptori* 37. *verſ. quod autem*, *ff. de evict. & l. lex quæ*, *C. de admin. tut. l. divus* 5. *in fin. pr. ff. de peti. hered. c. tua*, *& ibi gl. in verb. tractatu ex. de his, quæ fiunt à Præl. ſin. conſ. capit.* verum id diverſa omnino ratione, quæ illi propoſito minime conveniat. Illud tamen uſu noſtro forenſi ſervari non ignoro, ſolarum mobilium rerum ratione illi præd. *l. 2.* beneficio locum non eſſe, in idque regia diplomata concedi minime ſolere, ac ne minoribus quidem, ut prodidere Pragmatici noſtri ſcriptores, *Maſuer. tit. de empt. & vend. Carol. Molin. in Conſuet. Pariſ. tit. de feudis*, *§. 22.* ſed ita, ut hoc generali conſuetudine apud nos invaluerit: cui cauſam præbuerit, & generalis alia illa conſuetudo, qua dici ſolet, mobilia non habere ſequelam: non quod ita jure civili introductum fuiſſe à noſtratibus exiſtimatum ſit: Exceptas tamen inde fuiſſe res mobiles pretioſas, earumque nomine ex diplomate regio etiam majoribus, d. l. 2. beneficio uti licere: idque ſupremæ Pariſien. Curiæ Areſtis comprobatum fuiſſe. teſtantur Steph. Aufrer. in *Stylo Curiæ Parlamenti*, *idemque Molin. præd. loco*.

ANTONIUS MERCATOR.

QUod uſu receptum eſt, ut *l. 2. C. de reſcind. vend.* non pertineat ad res mobiles, niſi pretioſas, id tu ut probes à jure civili diſſidere, uteris puerili, & ſolemni argumento tuo. Dicta, inquis, *l. 2.* utitur generali verbo, *Rem majoris pretii*, quo & mobilis, & immobilis res continetur: ergo ea lex pertinet etiam ad rem mobilem: nec moveris eo, quod rem, quam dixit initio, poſtea fundum dicit, quoniam hoc dicit, inquis, exempli cauſa, proponam verba legis ut [illegible] tuam convincam, rem majoris pretii ſi tu, vel pater tuus minoris diſtraxerit, humanum eſt, ut vel pretium te reſtituente emptoribus fundum venundatum recipias, &c. quid ais? in hac oratione fundum nominari exempli gratia? Quod rem dixerat, initio demonſtrat eſſe fundum, exemplum eſſe, non demonſtrationem rei. An etiam *l. 1. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut.* cum ait initio, ſi communis res, & paulo poſt ſubjicit, agrum, exemplum ſubjicit, non demonſtrationem rei, quæ non poteſt eſſe niſi immobilis ex oratione Severi, de qua eo loco agitur. An & in *l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo*, *&c.* cum interdictum unde vi, quod conſtat non pertinere ad res mobiles, *l. 1. §. illud utique, de vi, & vi arm.* dicitur competere cujuſcumque rei poſſeſſione quis vi dejectus fuerit, eo ſermone etiam dicemus comprehendi rem mobilem? Quod item uſus excipit res pretioſas, id, inquis, cum jure civili non congruit. Stulte, quid ais? Non congruit cum jure civili, ut res ſine pretio pretioſæ eodem loco habeantur quo res immobiles? ut in eadem

dem Oratione Severi eadem eſt condicio immobilium, & mobilium, quæ pretioſæ ſunt, *l. 22. C. de adm. tut.* ut margarita apud Plinium Hiſt. naturalis lib. 9. proditum eſt cenſita fuiſſe in rebus mancipi, quibus tamen non ſolent connumerari niſi prædia, & jura prædiorum, & moveotia quædam, non mobilia: qua ratione & Conſtitutio Leonis de non alienandis, aut pignerandis rebus immobilibus Eccleſiæ, trahitur etiam ad mobiles, quæ pretioſiſſimæ ſunt, veluti vaſa, ornamenta, *κειμήλια*, veſteſve ſacras, *l. ſancimus, C. de Sac. Eccl.* His exemplis motus, qui quod eſt conſtitutum de re immobili *d. l. 2.* trahit etiam ad mobilem, veluti ad gemmam immenſi pretii, quaſi & hæc ſit loco rei immobilis, tibi ne videtur aberrare à jure civili?

JOHANNES ROBERTUS.

EX duabus rationibus, quibus præcipue animadvertebam adductos multos ut ſentirent, ad res mobiles extendendam non eſſe conſtitutionem *l. 2. C. de reſcind. ven.* neutram urgere ſcripſi. Quarum cum alteram (qua id quod in ea conſtitutione, & conſimilibus aliis legibus fundi tantum, non autem mobilis cujuſquam rei mentio fit, eo ſpectare interpretantur, ut intelligamus in iſtiuſmodi immobilibus tantum rebus illud fuiſſe ſancitum) pluribus argumentis improbaſſem, horum ille unum tantum attigit more ſuo, hoc eſt deſultorio: Nam quo alio pugnet non video, niſi quod ex eo quod illic Dioclet, & Maximinian. cum initio generalem rei mentionem propoſuiſſent, quod poſtea de fundo proponitur, non exempli, ſed demonſtrationis cauſa ſubjici contendit, quaſi qui id velit: Quoties rei generalis mentio facta eſt, ac poſtea fundi aut agri mentio ſubjungitur, id ejus demonſtrationis vim habere, quæ indicet illud, quod de re, vel rebus generaliter dictum fuerat, in immobilibus tantum rebus locum ſibi vendicare. Quam vero leniter id comprobet, expendamus. Nimirum illis locis, quibus id de quo agitur ſpeciali, & alibi jure hoc noſtro expreſſa ratione in rebus mobilibus obtinere non poteſt. Nam alioqui in cæteris, eo quod de re generaliter propoſitum fuerit, ſubjecta fundi agrive mentione, non excludi res mobiles, & ratione id dictante, & legibus expreſſis optime comprobatur. An enim eo, quod cum Ulp. *initio l. 1. ff. de evict.* generaliter id propoſuiſſet, ſive tota res evincatur, ſive ejus pars, emptori regreſſum adverſus venditorem dari, ac deinde fundi tantum, & agri mentionem ſubjecit, ab eo quod generaliter in tota re ejuſque parte dictum eſſet, res mobiles excludi exiſtimabimus? An etiam *in l. empti fides 9. C. de act. empt.* ab eo quod generaliter propoſitum eſſet in rei tradita poſſeſſione, ſubjuncta prædii mentio res mobiles excludit? Conſimilia duci poſſunt exempla *ex l. in ædibus 9. §. 1. ff. de donat.* & aliis iſtiuſmodi in jure multis. Sed quid in re perſpicua probanda pluribus opus eſt?

Et cum non illud generaliter ſcripſerim (quod ille aſſumens fruſtra pluribus verbis refellere contendit) pretioſarum mobilium rerum à mious pretioſis nullam fieri in jure diſtinctionem (qui eodem loco nominatim, & id admiſerim, & pluribus citatis in eam rem locis comprobarim) ſed tantum *nuſquam in hoc pretioſarum rerum mobilium à minus pretioſis factam diſtinctionem comperiri.* In hoc, inquam, de quo agebam, quippe conſtitutione, *l. 2.* & ejus explicatione, mirum in re tam aperta inſulſe adeo calumniari, & tot in nos verba temere effundere non puduiſſe.

Non tantum venditori, ſed & emptori, d. l. 2. *beneficium competere.*

CAP. XIII.

JOHANNES ROBERTUS.

EX eodem fonte illud fluxiſſe videtur, quod adſtruunt nonnulli, *præd. l. 2.* beneficium in venditorum gratiam duntaxat fuiſſe introductum, non etiam emptorum, quod illius legis, & aliarum ſimilium ſanctio ad venditorem, non etiam emptorem referatur: cum etiam quoad eum de mobili tantum re: quippe pecunia, agatur, in qua dici poſſit circumventus, cujus ratione illi beneficio locum non eſſe contendunt, ut dictum eſt. Nec deficiuntur, & aliis rationibus, quibus comprobare videantur, multo æquius fuiſſe id venditori concedi: quippe, quod ſæpius rei familiaris anguſtia, & neceſſitas homines ad alienaudas, vel minimo pretio res ſuas quantumcunque ipſis charas impellat: cum emptores non aliter, quam ultro ad alienarum rerum comparationem accedant. Ac licet immodico nonnunquam pretio id agant, non tamen tanta eorum ratio habenda ſit, qui malint ejus rei habendæ cauſa pecuniam, qua abundent, jactare, quam ea re, vicinitatis, alteriuſve affectionis ratione, carere. Verum ut hæc ita habeant, non tamen efficere poſſunt, quin iſti duo relative ita inter ſe ſint oppoſiti, ut quod in uno obtineat, id & in altero valere debeat, atque in hac re potiſſimum inde altius repetita, quod ut æqualiter utriſque ſeſe invicem in pretio circumſcribere jure conceſſum eſt, *d. l. in cauſæ 17. §. pen. ff. de minorib. l. item ſi pretio 25. §. ult. ff. locat. cond.* ita, & in his, in quibus, vel deceptionis, & doli, aut metus, aut alterius cauſæ ratione, vel reſciſſio ejus contractus fit, vel adverſus eum reſtitutio datur, aliterve ſubvenitur, tam emptoribus, quam venditoribus, ſive majoribus, ſive minoribus, æqualiter lege ſuccuritur: prob. *l. Julianus 13. §. ſi venditor, & §. per contrarium. ff. de act. empt. l. alioquin 11. ff. de contrah. empt. l. 1. § ſed ſi emerit, ff. ſi quid in fraud. patr. l. patri 28. §. præd. quoque. ff. de minorib. l. 3. & l. 5. ff. de reſcin. vend. l. ſi circumſcripto 6. & ibi Gloſſ. C. ſolut. matr.* Nec movere nos debet, quod majorem 25. ann. qui fundum immenſo pretio emerit, nulla lege juvari contendunt. Nam & in cæteris, in quibus nemo in dubium revocat, æque emptori, atque venditori in hoc ſuccurri, ut itidem reſcindatur contractus: ſic rarius emptoris leges meminiſſe comperias, ſed tantum venditoris: in eoque ſolo exempla proponi, quæ tamen, & in emptore, in cujus perſona idem obtinere nemo negaverit, conſimiliter proponi potuerint, ut in ſpecie *l. 1. & l. ſi dolo 5. & l. ſi voluntate 8. in pr. & l. venditor 11. C. de reſcind. vend. l. 3. 4. 5. & l. cum te 8. C. de iis, quæ vi met. cau.* Id vero ob id juris autoribus uſuveniſſe probabile eſt, quod cum potiores in iſto venditionis contractu ſint venditoris partes, utpote a quo res proficiſcatur, cui præcipue is contractus innitatur, cum eo non aliud agitetur, quam quod eam, & hic alienare, & ille comparare cupiat, propterea proclivius fuit in venditoribus, quam emptoribus iſtiuſmodi exempla in iis proponere, in quibus de reſcindendo eo contractu quæratur, qui ab illius parte imprimis cauſam aſſumat, arg. *l. ſi procuratorem 8. in pr. ff. mand.* Sed ita, ut non ideo minus, quod de venditore dicitur, id & in emptore dictum intelligendum ſit: vel eo magis, quod hæc ſit relationis vis, ut fieri nequeat, quin uno poſito ſequatur alterum, quod niſi ſimul eſſe nequeant, ſitque eadem horum ratio, unde eadem inter eos hac in re, ut & cæteris juris articulis debeat eſſe æqualitas, ut quod in uno ſtatutum reperitur, id & in altero obtineat: prob. hæc *l. 1. de cupreſſ. & luc. Daphn. lib. 12. C.* juncta *l. 1. & l. tum emptor. in prin. ff. de reſcin. vend.* arg. *l. ult. C. de indict. vid. toll.* Ut ex juris regula, quos eadem ratio connectit, hos illi rationi innitens diſpoſitio conjungat: jux. *l. illud 32. in pr. ff. ad leg. Aquil.*

At-

Digitized by Google

Atque ut in eo dubitandi anſam omnem præcideret conſtant. Harmenop. in *Procheiro lib. 3. tit. 3. cum d. l. 2.* & enarrans, & ſcholiis illuſtrans, atque etiam Novellam conſtitutionem Romani ſenioris referens, quatuor his locis venditoris tantum in rei ſuæ pretio læſi meminiſſet, mox id quaſi appendicem illius Novellæ generaliter proponit, quo plane, & aperte exprimit, utrique contrahentium idem juris in reſcindenda ob id venditione pariter competere, his verbis: *οἱ συναλλάσσοντες ἔχουσιν ἄδειαν περιγράφειν ἀλλήλους, ἕως καὶ ἡμίσεως τοῦ τιμήματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ συναλλάσσουσιν ἄξιον· ὁ δὲ ἐπέκεινα τοῦ ἡμίσεως τιμήματος περιγράφων, ἤγουν μετ' αὐτὰ συναλλάσσοντα ζημιῶν, ἢ ἀντιστρέφει τὸ περισσότερον τοῦ ἡμίσεως, ἢ ὅλη ἡ πρᾶξις ἀναλύεται καὶ ἀνατρέπεται*. Quod Latine ita redendum arbitramur. *Contrahentibus ſeipſos invicem circumſcribere licet, etiam ad dimidiam uſque ejus pretii, cujus vere eſt, id quod commutationis cauſa in contractum deducunt. Is vero, qui ſupra dimidium pretii circircumſcribens, alterum contrahentem eo prægravat, aut refundit dimidium cum exceſſu, aut reſolvitur omnino venditio, & reſciuditur*. Quibus patet, quod de refuſione ejus, quo alter plus dimidio læſus fuerit, ab eo dicitur tam ad emptorem, quam venditorem referri, cum utrique contrahendi ex æquo idem juris generaliter tribuat, & ut ſeſe ipſi invicem circumvenire poſſint, etiam uſque ad dimidium pretii ejus, quod eorum quiſque in contractum commutationis cauſa deducat (id enim dictio illa *συναλλάσσοντες*, qua utitur ſignificat) ſupra dimidium autem non licere, vel ipſum dimidium, in quo alioqui ſolo circumſcribere licuit, cum exceſſu refundi illi oportere, qui circumſcriptus ſit, aut reſolvi contractum. Atque ita in iſta poſteriore parte non ſimpliciter id tantum, quod dimidii modum excedit, refundendum eſſe interpretamur: id enim pugnaret cum ſententia *d. l. 2.* & his, quæ ſupra retuliſſet: verum, & ipſum, in quo circumſcribere licuit dimidium cum ipſo exceſſu, ac licet, quod de dimidio ſic obſcurius tradit, ipſi magis venditori, quam emptori convenire videri poſſit, ſi verba ſimpliciter attendas, eo tamen in univerſum ejus loci ſententiam recidere conſtat, ut utrique pariter auxilium id tribui ſignificet, & cujuſque dimidium, ſupra quod circumſcribi nequeant, ad id referendum, & ex eo conſtituendum eſſe, quod eorum quiſque in contractum deduxerit: ut cum ab unius parte res, ab alterius vero parte pecunia proficiſcatur, prout quiſque eorum ſe circumſcriptum ſupra dimidium fuiſſe contendit, ejus quod ipſe in contractum deduxerit, dimidium pretii veri ſpectetur: ut facta alterius rei pretii comparatione, certo dignoſci poſſit, an ſupra dimidium fuerit læſus: ut ita, quod pretium eſt venditori, in comparatione facienda id rem eſſe emptori intelligamus: & quemadmodum venditoris læſio ex eo dignoſcitur, quod pretium conventum eſt minus dimidia veri pretii rei emptæ, ita & emptoris læſio eo pateſiat, quod res empta valet minus dimidia pretii conventi. Atque ita quemadmodum circumſcribi dicitur venditor ultra dimidium, ſi tantum ei non detur, quantum eſt dimidiatum rei ſuæ verum pretium: puta ſi rem dignam 10. vendiderit 4. tantum: ſic & emptor circumſcriptus intelligitur, ſi tantum non ſit rei verum pretium, quantum dimidium ejus pecuniæ, quam numerarit: puta ſi pro re ſupradicta, quæ 10. tantum aureorum ſit 21. dederit, ut utroque caſu illi l.2. beneficio locus ſit, & quo pecunia ſoluta rei pretii dimidium, & quo rei pretium pecuniæ ſolutæ dimidium non æquat: non autem, ut eo caſu, quo ex illius rei emptionis cauſa emptor 16. dederit, ſit illi l. 2. locus, ut communiter exiſtimatum eſt. Quod cum primum aſſeruiſſet Carolus Molin. *in comment. Conſuet. Pariſ. tit. de feudis*, §.22. ab ea ſententia poſterioribus temporibus receſſit, & iſtam, quam ſequimur, pluribus docte comprobavit, *in tract. de uſur q.14.*

ANTONIUS MERCATOR.

BEneficium *d. l. 2.* probas pertinere etiam ad emptorem hoc argumento. In pretio emptionis, & venditionis licet utrique ſe invicem circumſcribere. Par igitur & æquabile eſt, ut utrique idem beneficium detur, ſi circumſcripto modum lege definitum excedat: nego conſequentiam: eſt enim diſpar ratio emptoris, & venditoris: in majorem fraudem venditorem inducit neceſſitas, emptorem cœca cupiditas, & ſtultitia, ut ait *l.3. ad leg. Falcid.* & latius expoſuit Obſ. XVI. Proinde æquius eſt, venditori, quam emptori ſubveniri. Stultis ſubveniri non ſolet, *l.pen. §.pen. de jur. & fac. ign.* In altero argumento, quo uteris eſt *μετεωροφεναкισμὸς* longe major. Cum agitur de aliis cauſis ex quibus tam emptori, quam venditori ſubveniri conſtat, ut puta ſi dolo, vi aut metu extorta emptio venditio ſit: venditoris tantum leges mentionem faciunt, non emptoris: & tamen emptori ex iiſdem cauſis ſubveniendum eſſe nemo ambigit: & ad eundem ergo modum ex cauſa propoſita in *d.l.2.* & aliis conſtitutionibus, quæ cum ea conſentiunt, quamvis venditoris tantum mentionem faciant, nihilominus emptori ſuccurrendum eſt. At dominus Anteceſſor, in hac cauſa omnes leges ſubveniunt venditori, nulla emptori: in ſuperioribus cauſis non ſoli venditori omnes leges opitulantur, ſed etiam emptori, *l.arbitrio, §. de eo, l.quod venditor, de dolo, l.ea quæ, §.ult. l.in vendendo, §.1. de cont.emp. l.6. §. pen. l.14. §. ſi venditor, de act. empt.* Ab his argumentis confugis ad Harmenopulum, apud quem legitur ſcriptum, ex hac cauſa venditionem reſcindi niſi circumſcripto præſtetur *τὸ περισσότερον τῆς ἡμίσεως*, quæ verba non animadvertis eſſe mendoſa: nec enim ſatis eſt venditori circumſcripto reſtitui ſuperfluum dimidii, quodve amplius in dimidio eſt, ſed ſuperfluum juſti pretii, vel ut ait *l.2.* quod deeſt juſto pretio, vel ut Novella Romani, *τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ τιμήματος* ſuppleri, & reſtitui oportet, ut ſi rem dignam XX. vendiderit VIII. dumtaxat, non ſatis eſt ei reſtitui duo, quod memini Dominum docere ad Africanum tractatu IV. Sed reſtituenda ſunt XII. Itaque ſcribendum eo loco *τὸ περισσότερον τοῦ τιμήματος*. Tu cum legeres *τῆς ἡμίσεως* vertis te in gyrum, & ea verba invertis hoc modo: Dimidium cum exceſſu: quid ſit dimidium intelligo, dimidium alterum, quod numeratum non eſt, nunquid aliud? Dimidium enim cujus pars numerata eſt refundi non debet, ſed quod ei dimidio deeſt dumtaxat. Quid ſit exceſſus non intelligo: vel enim eſt id, quod deeſt juſto, & vero preto rei venditæ, vel id, quod deeſt juſti pretii dimidio. Atquin defectus utrumque eſt potius, quam exceſſus. Non video etiam ut hæc verba *τὸ περισσότερον τῆς ἡμίσεως* poſſis interpretari, dimidium cum exceſſu, ſuperfluum dimidii (hoc enim verba ſonant) hoc eſt ut interpretaris dimidium cum exceſſu. Et ex illo tandem loco Harmenopuli quid efficis? idem quod priore argumento: Propoſitionem eſſe generalem, Contrahentes ſe invicem circunſcribere poſſe: ergo & exceptionem, Ni circunſcriptio ſuperet dimidiam juſti pretii debere eſſe generalem: id denique facis, quod eſt in veteri proverbio, Anus redit ad armillum.

Et inter haſce campas etiam ponis, in contractu emptionis venditionis potiores eſſe venditoris partes, & ab eo imprimis cauſam emanare contractus: quod ſi eſſet verum, ſi non eſſent per omnia pares emptoris, & venditoris partes utrique, ex eo contractu non daretur actio directa, ſed venditori directa, emptori contraria. Æque falſum eſt, quod ſubjicis, in hac quæſtione eandem eſſe rationem emptoris, & venditoris, nihil reſpondens ei, qui docuit loco jam ante notato, longe diverſam eſſe rationem: quod & in aliis cauſis frequenter evenit.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc etiam manifeſtius calumniatur, cum ait me iis argumentis comprobare voluiſſe *præd. l.2.* pertinere ad emptorem, quibus nil minus, quam id egerim,

aut

aut cogitarim: ſed tantum illud contra ſentientium (quod A levius videretur) argumentum diluere, quo quia venditoris duntaxat illic mentio ſacta ſit, eam conſtitutionem venditorum tantum gratia introductam ſuiſſe contendunt, non etiam emptorum. Et quod ab illa calumnia eo delabitur, ut contendat nullam hac in re legem emptori ſubvenire, ejus ſorte immemor, quod olim in eandem ſententiam idem ipſe antea nominatim adfirmavit, & adſtruxit, *in l. in cauſæ* 17. *§. idem Pomponius, ff. de minor.* niſi ſi (quod & in aliis ſere omnibus maxima ex parte ab eo fieri dignoſcitur) ſolo nobis contradicendi ſtudio ducitur, ne qua in re etiam ab ipſo antea comprobata nobis aſſentiri videatur. Verum ut nunquam illud ſenſerit, & adfirmarit, quod tamen ſenſiſſe ſe, & plane adfirmaſſe inficiari non poteſt, in illa ſententia noſtra admittenda, aut rejicienda, ſola rationum, quæ quiſque B noſtrum adfert momenta expendantur.

Atque illud imprimis, quod cum citato ex Harmenopulo loco ſe premi ſentiret, nodum qui ipſius ſententiæ obſtaret, quemque diſſolvere nulla ratione valeret, audaciſſime, more ſuo, præcidere non eſt veritus, locum mendoſum eſſe contendens, & arbitrio ſuo ſic immutans, ut pro iſtis verbis περισσότερον τοῦ ἡμίσεος, velit legi, περισσότερον τοῦ τιμήματος. Et quidem eo magis ridicule (ut inde quiſque agnoſcat, vel ſenſu communi eum carere, vel furiis concitata bile ſic ſæpius extra ſeipſum agi, ut mentis non bene ſit compos) quod hæc ipſa ejus correctionis lectio ſententiæ noſtræ convenientior, quam illa deprehendatur. Nam cum illam primam ſic interpretarer, ut intelligerem illic ſignificari, eo caſu quo emptor ſupra duplum juſti verique pretii emerit, puta rem C dignam 8. comparaverit 20. dimidium juſti pretii duplati eſſe refundendum, quippe 8. cum dimidii utriuſque exceſſu, ſive eo quod ſupra duplatum verum pretium excurrebat, aut abundabat, quippe 4. (quæ duo juncta faciunt 12.) aut reſolvi omnino venditionem, & reſcindi. Si quidem ex authoritate, quam ſibi arrogat, illam ejus correctionem admittes, & leges περισσότερον τοῦ τιμήματος, non aliud apte intelligere potes, quam in eandem prorſus ſententiam id, quod excedit, ſive exuperat juſtum pretium, aut ſupra id abundat, eſſe emptori reſtituendum ac per conſequens illa 12. cum τιμήματος dictione (ut antea Harmenop. nominatim expreſſerat) verum rei pretium intelligat, cujus περισσότερον ibi dicatur eſſe refundendum: quo quid aliud, quam id quod ſuperat, & abundat, ſignificate D voluit? Quod cum nos exceſſum vocavimus, quid eſt, quod in eo tumultuetur. Nimirum id eum conturbat, quod ea voce ſuperfluum, quod eſt, ſignificari comperit, & hic in una illa ſignificatione conſiſtere ſe, nec alio pacto eam transferri non obſcure teſtatur. Ridiculum. Nam etſi jure id faceret, non tamen ea vocis iſtius ſignificatio illi ſententiæ noſtræ obeſſet, cum ſic itelligere poſſimus de eo nos agere, quod ab emptore numeratum juſto pretio ſuperfluit, ſive abundat, quia juſtum modum excedit. An enim inficiari poteſt omnium aptiſſime περισσόν, id quod modum egreditur, ſignificare, ſicque quod excedit? Sed enim quid exceſſus dictio ſit, non intelligere ſe ait (quaſi qui me minus apte ea uſum eſſe arguat) Eſt enim, inquit, quod deeſt, vel juſto, vel vero pretio rei venditæ, vel juſti verique pretii dimidio; in utroque autem defectus E eſt. Ut moris ſui retinentiſſimum eum hic agnoſcas, qui cum in arctum concluſus, aliam effugiendi viam non diſpicit, omnia ſurſum deorſum commiſcere non veretur. An enim id quod περισσόν. ſive περισσότερον dicitur, ad id quod deeſt, ſive defectum ulla ratione trahere poteſt, ac non potius oppoſitum, quippe quod exuperat, & redundat, ſive modum excedit? ut excedendi verbo eo ſenſu probatos quoſque autores uſos fuiſſe conſtat. Sic Plin. c.5. *lib.* 12. *Indicas ficus fabæ magnitudinem non excedere*, dixit, & *c.*3. *lib.*13. luxum ſupervacuum Romanorum notans, *tantam unguentorum commendationem fuiſſe, ut quadragenos denarios excederent libræ*, & Tit. Livius, *lib.*6. *decad.* 3. de P. Corn. Scipione loquens: *Multa alia ejuſdem generis, alia vera, alia aſſimulata, admirationis humanæ in eo juvene exceſſerant modum.*

Sed quicquid hic eſt errati à ſe admiſſi, eo abunde obtegi putat, quod abſtruſam camparum vocem quo jure quaque injuria exoperoſiſſimo ſuo, ab uſu remotiorum dictionum Indice hic intruſerit. Iſta enim ceu emblemata identidem ſcriptis ſuis aſpergere geſtit, quo ex eo abſtruſiſſimæ eruditionis Juriſperitus credatur, & reconditiſſimorum verborum obſervator, & renovator maximus. Nam quo alio propoſito hæc & iſtiuſmodi perplura ſcriptis ingeſta exiſtimare poſſis, qualia ſunt, *morboniæ, tonſoriſſi, in fuerit, ſpectio, incondite ſolens, oncare, battuere, mulcabunt, adminiculavi, eſuries, deuti, deſtricte, apege*, & ejuſdem generis duriora infinita, quorum, apud ſciolos, ſubſidio dum maximus eorum, qui unquam in jure ſcripſerint, videri vult, nihil non audet in jure noſtro confundere. Ut autem probet pares omnino eſſe partes venditoris, & emptoris, quam acute argutatur, dum ita colligit: Si non eſſent per omnia pares, utique ex eo contractu non daretur emptori actio directa, ſed venditori directa, emptori contraria. Quid inſulſius? An ex ullo contractu, ex quo duæ actiones proditæ ſint ſibi invicem oppoſitæ, quarum quæque ſpeciali ſuo nomine diſtincta cuique contrahentium competat, actionis contrariæ mentionem in jure fieri comperiet? Pudet in adeo levibus, & vanis diutius immorari.

An & ad permutationes, & locationes, conductioneſque trahenda ſit ejuſdem l. 2. ſententia.

CAP. XIV.

JOHANNES ROBERTUS.

UT permutatio venditioni emptionique vicina, ita & illi locatio conductioque proxima dicitur, iiſdemque juris regulis conſiſtere, adeo ut in multis ambigatur, quemnam iſtorum contractuum partes inire voluerint, prob. *l. ult. ff. de rer. permut. l.*1. *C. de rer. permut. l. ult. ff. de condict. cauſ. dat. l.* 2. *in prin. & ſeq. ff. locat. cond. §. item quæritur, de locat. in Inſtit.* Et tamen in permutatione *d. l.* 2. beneficio locum non eſſe ſenſit idem Carol. Molin. *in d. §.* 22. eo adductus, quod in ea ſuppletio ſive reſtitutio æſtimationis in pecunia, partium intentioni minime convenire queat, ut pluribus illic agitat. Verum id non obſtitit, quo minus conſimili in re, in qua agitur, & de ſupplendo eod. modo, & quod vero pretio deeſt, & reſtituendo eo, quod amplius datum ſit, quod in emptione obtinet, id & ad permutationem protractum fuerit: quia utriuſque ex parte ad rei datæ æſtimationem deveniri poſſit. *T. in l.* 1. *§. ſi quis in fraudem, & §. ſed ſi emerit, ff. ſi quid in fr. patron.* arg. *l.* 1. *ff. de contrah. empt.* Verius itaque eſt in permutatione illi beneficio locum eſſe, ac ita, ut quemadmodum in eo diſcerni non poteſt, utra res ſit merx, vel pretium, & uter venditor, uter emptor ſit, ſic nec hic dicere poſſis, an hoc ideo fiat, quod circumſcriptus venditoris magis, quam emptoris perſonam referat, cum quiſque, velut utriuſque perſonam ſuſtineat, & utrique tam emptori, quam venditori idem beneficium competere verius ſit: prob. *hæc l.* 1. *circa prin. ff. de rer. permut.* juncta *l.* 1. *ff. de contrah. empt.* In locatione vero obſcurius eſt, an beneficium *d. l.* 2. ad eam quoque extendendum ſit: & quidem id in ea quoque locum ſibi vendicare communiter exiſtimatum eſt, tum ob illam cum emptione, & venditione adfinitatem, tum etiam, quod idem in re conſimili ſtatuatur in locatione, quod antea, & in emptione, & permutatione conſtitutum fuerat *in d. §. ſi quis in fraudem, & d. §. ſed ſi emerit*, comprob. hæc ſententia arg. *l. ſi olei, & ibi gl. ult. C. de loc. & conduct. gloſ. in l. in venditione* 8. *§.* 1. *ff. de bon. auth. jud. poſſid. & in l. ſi ea pactione* 14. *C. de uſuris*. Idem ſenſit *& Franc. Connan.* A qua tamen ſententia receſſerunt multi, atque in primis

mis in ea locatione; quæ ad modicum tempus ſit, propterea id obtinere negant: quia qui ad id tempus conducit, graviore damno afſici, ob temporis modicum ſpatium exiſtimandus non ſit, ac eo magis, quo nullum jus in eum neque directi neque utilis dominii fuerit translatum; ideoque de mobili tantum re, nimirum pecunia, in eo agi videatur, cum vi locationis conductori uti frui tantum liceat re locata, quo ſi prohibeatur, in id tantum, quod intereſt, agere poſſit, *l. ſi quis domum 9. §. ult. & l. ex conducto 16. in prin. & l. ſi in lege 27. §. colonus, ff. locat.* In cujuſmodi mobilibus non eſſe locum *præd. l. 2.* beneficio exiſtimant, quod ſupra reprobavimus, & in ea quoque ſententia fuit Maſuer. *ſub tit. de emptione, & vendit.* aliud in perpetua locatione conſtituens, cum tamen idem alio loco contendat in quavis locatione atque emphyteuſi non poſſe agi ad ſupplementum, aut ad reſciſſionem contractus propter deceptionem ultra dimidiam, *in tit. de locato, & jure emphyt.* In eo Speculatorem ſecutus, qui & ipſe in eo varius reperitur fuiſſe, *in tit. de empt. & vend. & in tit. de locat.* Mihi autem verior illa communis ſententia videtur, in quavis locatione illi beneficio locum eſſe propter ſupradictas rationes, *& d. §. ſi quis fraudem, & §. ſed ſi emerit.* Neque tantum in quibusvis rerum locationibus, ſed & operum: probat, id apertiſſime conſtitutione relata ab Harmenop. *circa fin. tit. 8. lib. 3.* Eſt tamen, qui ea conſtitutione læſionem, ſive circumſcriptionem illam corrigi in locatore tantum contendat, non in conductore. Verum is oſcitantius locum illum legiſſe videtur: ſic enim habet locus ille, in quo de artificibus operum conductoribus agere pergit: καὶ ὅπερ ἐπὶ ταῖς πράσεσι καὶ ἀγορασίαις ἐστὶ τῷ νόμῳ, τοῦτο καὶ ἐν τοῖς στοιχήμασι: καὶ εἰ μὲν εὑρεθῇ αὐτὸ στοιχηθὲν, καὶ ὡς ἐστοίχηται γενόμενον, εἰ μὲν ἔλαττον τῆς ἡμισείας ὁ μισθὸς ὑπάρχει, ἀναλύεσθαι τὸ σύμφωνον, καὶ ἀποτιμᾶσθαι τὸ ἔργον: εἰ δὲ πλέον τῆς ἡμισείας, δίδοσθαι τὸν μισθὸν ὡς ἐστοίχηται· εἰ δὲ προσθήκη γέγονεν ἢ ἀμοιβὴ τοῦ ἔργου, ἡ προσθήκη ἀποτιμᾶσθαι ἢ ἡ ἀμοιβή. Quæ verba ſic reddenda arbitramur: *Et quod in venditionibus, & emptionibus jure obtinet, id & in propoſitis operum formis: & ſi idipſum forma delineatum ſecundum formæ propoſitæ modulos comperietur perfectum, ſiquidem præſtituta merces dimidio minor exiſtat, conventio reſcinditur, & operis fiat æſtimatio. Quod ſi merces major dimidio ſit, ea perſolvatur juxta formam propoſitam. Quod ſi adjectio operi, vel ejus commutatio facta eſt, fiat æſtimatio adjectionis, & commutationis.* Sic aliter interpretamur, quam fieri ſoleat, dictionem στοίχημα, & verbum στοιχέω, & στοιχηθὲν, quibus hic utitur. Nam quod interpres hæc refert ad conventionem, & ea, quæ in pactionem deducta fuerint, hic nulla ratione convenire poteſt; cum quod vocum iſtarum ſignificatio ita præter rem confunderetur, cum dictione σύμφωνον, qua conventionem ſignificans hic uſus eſt, quod & dictione συμβόλαιον proprie ſignificari ſolet: tum quod nuſquam, quod ſciam, comperias illas voces conventionem, pactionemve ſignificare, ac neque ad ſignificationem iſtam accedere: Contra vero cum στίχος, ſive στοῖχος (utrumque enim pro eodem ponitur) plura ſignificent: quippe ordinem verſus, ut his vocabulis diſpoſitio militum, ſive aciei ordines ſignificari ſolent, ut & librorum verſuum ordo, & ſeries, & στοῖχοι dicitur indago ipſa, & ſeries plagarum, quibus ſaltus ſtatulaque ferarum cinguntur à venatoribus, ut à Budæo in Commentarius linguæ Græcæ, & aliis annotatur: inde deducta dictio στοιχεῖον ſignificat elementum: quæ ſignificatio ab illa origine eo potracta eſt, ut στοιχεῖα, non tantum elementa dicantur, & ex quibus ordine diſpoſitis ſyllabæ, ac inde dictiones componuntur, & quatuor mundi principia, ſed & Geometrarum formæ, & quæcunque alia iſtiuſmodi certo ordine diſpoſita: ut στοιχεῖον dici etiam ſolarium, & ſolarii umbram, teſtis eſt Julius Pollux *lib. 6. Onomaſt. c. 8.* Et Suidas, στοιχεῖα, inquit, αἱ ἀκτῖνες, ἐξ ὧν διαγινώσκουσι τῶν ὡρῶν, αἳ δι' ὀλίγου ἢ πολλοῦ χρόνου παράλλαξιν ἔχουσαι. Inde & στοιχειωματικοὺς eos vocarunt, qui juxta aſtrorum diſpoſitionis rationem imagunculas effingunt, quibus mediantibus mira efficiantur, ut & στοιχεῖα ἀέρια conſtat dici ſignorum cœleſtium figuras, & imagines. Unde verbum στοιχεῖν cum alia ſignificet, eo quoque protractum eſt, ut eorum, quæ certo ordine, certoque modo diſpoſita ſunt, efformationem ſignificaret: quo aptius nobis videtur referendum, quod ibi ab Harmenopul. dictum eſt, idque quod paulo ante duobus locis illis dictionibus uſus erat, de artifice loquens opus faciendum ſuſcipiente, & conducente, qui cum velit augeri ſibi mercedes, ob id cauſetur eas fuiſſe præſtitutas juxta formam, & modulos operis non bene propoſitos: quo caſu, & alia quavis iſtiuſmodi controverſia orta, an is plus minusve præſtiterit, quam deberet, & an major minorve ſit merces, quam par ſit, ita ibi refert edicto pronunciali cautum, ut idem in iſtis locationibus, & conductionibus, quod in venditionibus, & emptionibus obtineat: quippe, ut ſiquidem opus juxta propoſitam formam appareat effectum eſſe, & æſtimatione ejus (ut prius dixerat) facta merces dimidio minor exiſtat, reſcindatur conventio in hoc, ut quod juſtæ mercedi deeſt, perſolvatur (nam cum opere facto, ſicque re non jam integra recedi prorſus nequeat à conventione, ad ſupplementum id ita deveniri neceſſe eſt, non alia optione ei à quo ſupplementum delata) Quod ſi major ſit merces, quam ſit dimidium illius operis æſtimationis, eam perſolvendam eſſe ait, quatenus nihil factum ſit ultra formam propoſitam: quod alioqui ejus ſolutio non excludat artificem à petitione mercedis ejus, quod adjecerit operi præter illam formam, vel quid in eo commutaverit, quod eſſet operoſius: horum enim æſtimationem faciendam eſſe, & inde mercedem artifici perſolvendam concludit. Quo poſteriore caſu mercedis, quæ ſit major dimidio æſtimatione operis, ita intelligimus eam perſolvendam, dummodo non excedat ejus mercedis dimidium æſtimationem totius operis, uti in emptore diximus ſuperiore capite, cum ab ejus parte petitur propter læſionem ultra dimidium totius venditionis reſciſſio, niſi malit venditor id, quod amplius accepit, vera rei æſtimatione emptori refundere. Patet enim id nec aliud ſignificare hæc verba, quibus ait Harmenop. Mercedem, quæ ſit major dimidio, eſſe artifici dandam: ut ſignificet id, quod amplius dimidio eſt, uſque ad quantitatem licitam ejus lucro cedere: quod eo comprobatur, quod idem in iſtis locationibus, quod in venditionibus, & emptionibus, obtinere generaliter propoſuerat. Quo concludimus locationem iſtam, ut & alias, corrigi tam in conductore, quam locatore, contra quam ille ſenſerit, nec ullo modo repugnare illius loci verba. Quod autem στοίχημα vocavit Harmenopu. id nos formam ſignificare diximus, eo ſenſu, quo formam, futuri ædificii delineationem ſignificare indicat alluſio, quæ ita fit à Cicer. *libr. 2. epiſt. ad Cœlium: Ego nec præterita, nec præſentia abs te, ſed ut ab homine longe in poſterum proſpiciente, futura expecto, ut ex tuis literis cum formam reip. viderim, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim.* Eodem ſenſu modulorum dictione uſus eſt Paulus *in l. non ſolum 8. §. ſciendum, ff. de oper. nov. nunciat.* à qua dictionis iſtius ſignificatione ductum videtur, quod vernaculo ſermone noſtro iſtiuſmodi formas, & modulos, modellum ædificii, & operis vocant. Modulos tamen Vitruvius *lib. 2. c. 2.* videtur ſumpſiſſe pro menſuris, operis dimetiendi cauſa inſtitutis: ut fuere, & aquarum moduli ad digitorum, aut unciarum menſuram conſtituti, quibus erogabatur aqua, jux. *Frontin. lib. 1. de aquæduct. & Vitru. lib. 1. c. 2. & lib. 4. c. 3.* quo referri poteſt, quod de modulis dicitur *in l. damni 30. ff. de damno infect.* Quin, & modulum quoque pedis, ſive calcei dixiſſe videntur veteres, & eo referri poteſt illud Horat. *epiſt. lib. 1. epiſt. 7.*

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Sed regulariter magis non modulum, ſed calcei formam vocarunt, *Ulpia. in l. ſed etſi quemcunque 5. §. pen. ff. ad l. Aqu. l. item quæritur 14. §. item Julianus, ff. ad leg. Aquil. & Horat. 2. ſerm. ſat. 3.* ut & formas dixit Plin. in quibus æra funduntur, & inde finguntur, *c. 27. li. 36.* Inde etiam

tam

tam ſulci, per quos aqua meat, quam in aquæductibus conceptacula aquæ, & eorum conſtructio, forma aquæductus, conſtructiones formarum, & formarum meatus, ac forma aquæ, & in jure noſtro, & apud probatos autores vocantur, *l.ſi pendentes 27.§. ſi quid cloacarii, ff. de uſufr. l. cum ſervis 39. §. heres, ff. de leg. 1. l. 1.3. & l. omnis 6. de aquæduct. lib.11. C.Frontin. d.lib.de aquæduct.*

ANTONIUS MERCATOR.

IN permutatione admittis locum eſſe beneficio *d. l. 2.* ex eadem Obſervatione, recte: ſi modo quia uterque emptoris, & venditoris loco habetur, *l.ſciendum, §.pen. D. ædil. ed.* utrique id dederis, quaſi venditori, non quaſi emptori: male, ſi & quaſi emptori, quia ſoli venditori tale beneficium competit.

In locatione etiam, & conductione verum eſt ejuſdem legis beneficio locum eſſe, ſed ut in locatione operarum eſt proditum, in forma quadam præf. prætorio apud Harmenopulum III. Epiromarum, tit.VIII. ita ſcilicet, ut artifici tantum beneficium detur, qui locavit operam ſuam mercede certa. At in ea forma præfecti prætorio interpretanda te nihil dulcius eſt dum agis te pro perito linguæ Græcæ ſolo Lexico ſuffultus, ex quo nec erubeſcis tranſcribere integra verba, & inde quaſi ex adyto aliquo in formis præfecti prætorio ab Harmenopulo editis interpretari στοίχημα, & στοιχηθὲν non conventionem contrahentium, ſed σχῆμα, ſive formam extruendi operis, quam neſciviſti ſynopſin appellari, ut in Conſtitutione quadam Theodoſii, & Arcadii ad Saluſtium P.V. his verbis: *Jam illud ipſa res exigit, & ſynopſis operis extruendi fideli tendatur examine*, & apud Frontinum de limitibus agrorum his: *Nam quod ad ſynopſin pontium pertinet, &c.* non modulos in *l.8. §. ſciendum de no. op. nunc.* in qua, Marrucine, modulos ſumere non eſt ſynopſin operis facere, ſed admetiri, quod jam ædificatum eſt, ut probari, inquit, poſſit quid poſtea ædificatum ſit: quam in rem ſynopſis foret inutilis, non item στοίχημα, quoniam eo nomine placitum, & conventio ſignificatur. Vis hoc probem ex eodem Harmenopulo? Is lib.1. tit.VIII. συμβόλαιον definit eſſe, ὑπόμνημα ἤτοι καταγραφὴ τῶν συμφωνηθέντων καὶ στοιχηθέντων: hoc eſt, *præſcriptionem pactorum, & conventorum*, non præſcriptionem pactorum, & formarum quarundam ex ædificationum. Vis probem ex *l.4. C. de recep. arb.* ubi verbum στοιχεῖν, conventionem facit. Vis probem ex eodem ipſo loco Harmenopuli? ſi in eo στοιχήματα ſunt formæ, vel ſynopſes operum: comparantur ergo contractibus emptionum, & venditionum, cum ait, οἷον ἐπὶ τῶν πράσεων καὶ ἀγορασιῶν ὅσα τῷ νόμῳ τούτῳ καὶ ἐν τοῖς στοιχήμασι, &c. Synopſis ædificii comparatur contractui, aut verius, quod in contractu jure proditum eſt, idem porrigitur ad ſynopſin extruendi operis: quo quid ſtultius? imo quid ſtultius omni illo ſcripto, niſi comparetur contractus cum contractu? quid ſequitur? διδόσθωσαν οἱ μισθοὶ ὡς ἐστοίχειωται, quod eſt, *Solvantur mercedes ſecundum id quod convenit*, tibi autem, *ſolvantur mercedes ſecundum formam propoſitam*, id eſt, ſecundum ſynopſin faciendi operis, quid etiam hoc ſtultius, ſolvi mercedes non ſecundum conventionem, ſed ſecundum ſtatum, ætatem, formam ædificii: nihil etiam ſtultius, quam exiſtimare idem non eſſe τὸ σύμφωνον, & τὸ στοιχηθὲν, nihil ſtultius, quam ἐπαρχικὰ interpretari edicta provincialia, nihil ſtultius, quam quod eſt aperte proditum ſupradicta forma præfecti prætorio, id eſt, ἐπαρχικῶς ſubveniri quidem locatori ſi merces de qua convenit minor ſit dimidio juſtæ mercedis? non etiam conductori, ſi merces dimidio ſit amplior; id tuam excellentiam, vel ut tu loqueris, anteceſſuram tuam, ita intelligere poſteriore caſu, quo merces dimidio ſit amplior, modo dimidio non ſit amplior, φεῦ, φεῦ τῆς νεογραφολογίας!

Riſu pene deſipiunt, qui hæc legunt, & cætera de modulis, tranſlata ex lexico Briſſonii, & inſigne illud interpretamentum: Modulo ſe ſuo metiri, id eſt, formula calcei ſui, an ſua, vel calopodio, & cætera, quæ de formis calceorum, vel aquæductuum. Miſer homo, vale iterum atque iterum.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc non æſtuat tantum, ſed & exardet, quod quia de dictionis Græcæ Latineque ſignificatione nonnulla protuli, in meſſe, quam credat ſuam, irrui minime ferendum arbitretur; at manticæ in tergo quid ſit non videt, dum objectat peritiam linguæ Græcæ ex Lexicis me mutuari, quorum ſubſidio me uti, nec diſſimulaſſe me unquam, nec mihi exactiorem ullam ejus linguæ cognitionem arrogaſſe norunt omnes, qui de literis collocuturi me adeunt, cum ille Græcanicæ litteraturæ omnigenam cognitionem iiſdem illis, ſed obtectis ſubſidiis oſtentans, ob omnibus illius linguæ gnaris, ſi minus ignarus, certe haud fere pluſquam ſciolus habeatur, & vanus deprehendatur. Id igitur imprimis inter utrumque noſtrum hac ex parte intereſt, quod non ſim, nec me eſſe oſtentem, aut videri cupiam (attamen quantulumcunque id nobis eſt, ad ejus, quam tractare contigit, diſciplinæ illuſtrationem, non autem depravationem, qua poſſum conferre contendam) ille hoc maxime agat, ut quod non ſit, eſſe, quin & in eo primas obtinere credatur.

Reconditam igitur, & paucis adeo perſpectam ejus in litteris Græcis eruditionem hic excutiamus. Formas operis extruendi ſynopſin vocari (quod neſciverim) contendit: at quibus autoribus? Theodoſio & Arcadio in quadam conſtitutione, & Frontino in libro de limitibus agrorum. Sed illius cujuſdam conſtitutionis ſedem callide ſubticuit, quod ſicubi extat, aliter quam is citet habeat, ut & apud Frontinum aliter legi in tribus exemplaribus comperi, quippe quo loco extare ait, *nam quod ad ſynopſin pontium pertinet*, ſic aliter, *nam quod ad notitiam pontium pertinet*. Verum etſi ita ut vult, illis locis haberi probaret, non tamen ut propterea ſimpliciter dici poſſit ſynopſin formam extruendi ſignificare, cum ea dictione, quæ proprie & per ſe conſpectum ſignificat, non iſta tantum in re, ſed generaliter id ſignificari ſoleat, quod late patentia, & diffuſa, ſimul uno conſpectu, & compendio cernenda præbet: ut quidem βασιλικῶν Epirome abhinc paucis annis edicta eſt, haud inſcite ſynopſis ab eo dicta eſt, quaſi librorum illorum ἐκλογὴ, & in unum brevis collectio: quo ſenſu Platonem refert Julius Pollux *lib.6. Onomaſtici*, dixiſſe σύνοψιν οἰκονόμου τὴν διαίρεσιν τῶν μαθημάτων: & Galenum, εἰς ὀλίγα κεφάλαια συνόψεως ἕνεκα τὸ πᾶν ἀθροίσαντες. Ac ita dum exemplar ædificii, vel extruendi, vel extructi brevioribus modulis, & compendio oculis ſubjicitur, haud ab re ſynopſis dictionem ad id quoque trahi exiſtimaverim. Verum ut ita ſimpliciter id ſynopſin vocari invaluiſſe quis evincat, non incerta tantum autoritate una admittendum crediderim.

Quod autem ad modulos attinet, quid eſt quod me coarguat? qui & ipſe ſcripſerim ea dictione ſignificari menſuras dimetiendi operis cauſa inſtitutas, & eo ſenſu videri ſumpſiſſe Vitruvium, *c.2. lib.2.* Itaque in eo non aliud, quam me ſubſequitur.

In illo vero aberrat, quod dictione στοιχηθὲν, *tit. 8. lib.1. Epit.* Harmenop. conventionem ſignificari contendit, cum id tantum, quod ſcripto firmatum eſt, ea ſignificari voluerit. Et falſo in ſuam ſententiam citat *l.4. C.de recept. arb.* cum in ea nuſquam extet verbum iſtud στοιχεῖν, ut vult: neque illa mea eo ſpectare dici poſſunt, quo ea pervertens male ſupponit me formas operis conferre cum venditionis emptioniſque contractu. Nec dubitat veterator ſe in eo maxime calumniari, cum maniſeſtiſſimum ſit me, quod in venditionis contractu obtinet, interpretari extendi ibi, & ad locationes operum, quæ juxta formas illas, ſive modulos propoſitos fiant. Quid igitur eſt, quod contractum cum contractu comparari à me deſideret, qui aliud nihil egerim?

Quod vero ſubjicit de provinciali edicto, non minus inſcitiæ, quam amentiæ tribuendum eſt, qui edicta ἐπαρχικὰ & provincialia ab urbicis ſejuncta fuiſſe neſciat:

Digitized by Google

aut ſi ſcivit, quid ab eo; qui diverſis, & locis, & temporibus eadem hac de re verba tot effudit, fieri prius oportuit, quam, quod ipſius ſententiæ manifeſto obſtat, explicare? quippe quod innumeræ in jure noſtro leges extant, ex illis commentariis deſumptæ, quos Juriſconſulti conſcripſerint, alios ad edictum provinciale, alios ad edictum urbicum, quod etiam ſæpius Prætoris urbani dicunt, quod indicant, & legum illarum epigraphe, & Pandectis Hetruſcis præfixus Index. Quid, quod idem ille, de quo agimus. Harmenop. in illa operis ſui Præfatione, quæ προθεωρία τῶν νόμων inſcribitur, diſtincta proponit, τὰ ῥωμαϊκὰ τὰ μαγιστρικὰ καὶ τὰ ἐπαρχικά? An enim eo illa quæ ſunt Præfecti Prætorio, Romanis opponi interpretari audebit? An ἐπάρχους ſimpliciter Præfectos prætorio vocari dicet, ac non potius ὑπάρχους? Nam quod apud Suidam uno loco, ἔπαρχος. Præfectus Prætorio dicitur, non ſimpliciter dictum accipiendum eſt, quod cum generaliter ἔπαρχος dictio Præfectum ſignificet, ibi quis ſit ἔπαρχος πραιτωρίων, explicet, ὁ τῶν ἑῴων τὴν φορολογίαν τὴν ἐπὶ τούτων ἔχων παρὰ ῥωμαίοις, id eſt, qui in Oriente collectionis tributorum moderationem apud Romanos habebat, quaſi qui ita Orientalibus præeſſet, inter Præfectos Prætorio primas obtineret. At ſimpliciter ea voce prolata Provinciarum Præſides, & proconſules paſſim ſignificari comperias, quos cum omnium, qui Romæ eſſent, magiſtratuum partes obtinerent, *l. ſi in aliquam 7. cum ll. ſeq. ff. de offic. Proconſ. & l. de omnibus 7. cum l.ſeq. ff. de offic. Præſ.* conſtat, & edicta, de quibus jus quiſque dicturus erat, propoſuiſſe, quæ ἐπαρχικὰ Græce, Latine Provincialia dicta ſint, ut ἐπαρχίαν dici provinciam patet ex Modeſtino in *l.ſed & reprobari 7. §. legum vero doctores, ff. de excuſ.tut*, quo loco vetus interpres pro provincia vertit Præſidatum. Neque tamen ut inficier exinde, & Præfectis Prætorio eam, poſterioribus Imperatorum temporibus, fuiſſe poteſtatem tributam. qua ſubnixi cum ab iis provocandi facultas non eſſet, & generales quoque formas, edicti vim, & ſimilitudinem referentes, proponerent, ac ita tamen, ut hæc ſimul cum Præſidum, & proconſulum edictis ſic conjungenda ſint, ut omnia provincialis edicti appellatione comprehendantur, quod urbico opponatur. Reliqua vero cum nulla ex parte refellere valeat, quid miri ſi non aliud, quam eludere tentet?

Et verius nihil dicere potuit gerro, quam riſu emori qui illa ejus ſcripta legunt (vim enim veritatis hoc ei extorſiſſe comperiet, qui recte illa ejus verba expendet ut de ſuis ipſius ſcriptis id dixerit) niſi quod magis ingenuos, & in juris noſtri diſciplinam melius affectos miſeret, in tantum amentiæ illum incidiſſe, ut ſuo ſe ipſe modulo metiri impotens, primas in Juriſprudentia ſibi vindicare contendat, qui in præcipuis legum nodis (niſi ſi novo more eos præcidere tentet) aut hæreat, aut ſeſe difficilius implicare deprehendatur: ac nihilominus tamen, quaſi re bene geſta, eluſionibus expatietur, & ſibi unus triumphum canat. Quid hic aliud optem, quam ſincero lectori in id propenſum animum, & patientem, quo hæc à me conſcripta cum illius nugalibus commentis conferre ſuſtineat?

Quænam, vel ſortis, vel ſorti debitæ uſuræ intelligendæ ſint apud Ulpianum in l. ſi non ſortem 26. in prin. ff.de condict. indeb.

CAP. XV.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM principium Ulpia. reſponſi in *l. ſi non ſortem 26. ff.de cond.indeb.* ita habeat in vulg. & receptis exemp. *Si non ſortem quis, ſed uſuras indebitas ſolvit, repetere non poterit, ſi ſorti debitas ſolvit*: aliter ita legitur in poſteriore verſ. ex Flor. exempl. *ſi ſortis debitæ ſolvit.* quem verſic. utro modo legerit Accurſ. ex ejus ſcriptis colligi non poteſt. Is tamen cum reliquis interpretibus eum refert ad uſuras pacto nudo promiſſas, ſicque naturaliter tantum debitas, quas inde conſtat indebitas vocari, *l.in iis, §. imperator, ff. de ſolut.* cum ex mutuo ita demum civiliter debeantur, ſi per ſtipulationem promiſſæ ſint, nec aliter, juxta *l. 3. C. de uſur.* quæ in fœnebri tantum pecunia intelligenda eſt, hoc eſt mutuo, juxta ejuſdem legis verba, non autem extendenda ad quoſcunque ſtrictos contractus. Verum non diſpicio cur illas pacto tantum nudo promiſſas, ſicque naturaliter tantum debitas uſuras. vel *ſorti debitas*, *vel ſortis debitæ* dixerit illic Ulpia. cum propter promiſſionem perſonæ magis, cui promiſſæ ſint, debitæ videantur. Unde aptius id ad illas referri poſſe videtur, quæ nullo modo, hoc eſt, ne pacto quidem nudo promiſſæ fuerint, quas ſorte penes debitorem exiſtente debitor ejus ſortis uſus, & commoditatis contemplatione, quaſi beneficii accepti loco viciſſim aliquid rependens, ſponte perſolvat, & velut remunerationis nomine aliquo modo propter ſortis uſum debitas, arg. *l. curabit. in verb. quas & perceptorum fructuum ratio, C. de act. empt.* juncta *l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de peti. hered.* Iſtas autem non repeti prob. arg. *l.creditor. C.de uſuris*. Quod verum, ubi proprie uſurarum titulo ſunt numeratæ, *d. §. Imperator. in verſ. Ita proprio titulo*. Secus ſi ſimpliciter, quid à debitore creditori ſit numeratum. Id enim ſorti imputatur, *ſic intell. d. §. Imperator. verſ. Et quis ſimpliciter ſolverit*. Illo autem caſu non ſecus dici poteſt adeſſe aliqua naturalis obligatio, quæ proprio titulo ſolutarum uſurarum non promiſſarum repetitionem impediat, quam ejuſmodi uſuræ, hoc eſt, nullo modo promiſſæ, etiam peti in bonæfidei, aliiſque nonnullis judiciis poſſunt, nec tantum ubi mora commiſſa eſt, *l. in bonæ fidei, C. de uſur. l.3.in prin. & §.1. ff. de uſuris*; verum, & cum nulla mora commiſſa eſt ſolius æquitatis ratione, *l.& in contraria, ff. de uſur.* arg. *l.2. C. de uſur.* Naturalis autem ratio inter bonæfidei, aliaque judicia, nullum diſcrimen admittit. Hoc igitur caſu, quo ſors debetur, ita ſorti eas debitas, vel (quod aptius etiam eſt) ſortis debitæ eſſe intelligimus, cum aliud ſit ubi nulla ſors exiſtit penes debitorem, quia tunc naturalis illa ratio ceſſat, qua præſumitur, qui ſolvit, ideo ſciens ſolviſſe, ut remuneraretur ſortis uſum: Ideoque condicere poteſt juxta eundem Ulpian.*in d.l.ſi non ſortem, §. ſi falſo* cujus argumento illa noſtra ſententia comprobatur.

Intereſſe plurimum in ſpecie l. ſi cum dotem 23. §. ſi pater, ff. ſol. matr. *an pater invita, & contradicente, an vero abſente tantum, & ignorante filia dotem exegerit.*

CAP. XVI.

JOHANNES ROBERTUS.

IN illa ſpecie ab Ulpiano agitata *in l. ſi cum dotem 23. §. ſi pater, ff.ſolut. matr.* in qua pater ſoluto filiæ matrimonio dotem ſolus exegerit à genero, deinde teſtamento, quid eidem filiæ legaverit, aut per fideicommiſſum reliquerit, quod quæritur: An filia, & id quod legatum eſt, & præterea dotem petere poſſit, ſic video ex illo contextu ab interpretibus, & veteribus, & novellis explicari, ut diſpiciendum quidem id exiſtiment, an quod pater filiæ legaverit, dotis nomine legaverit, an vero ſimpliciter illo minime expreſſo, ut priore caſu filia alterutro contenta eſſe debeat, ſi tantundem in horum unoquoq; eſt: ſin minus, ut ad concurrentem minoris quantitatem fiat alterius compenſatio: poſteriore vero indiſtincte utrunq; petere poſſit. At repugnat huic poſteriori parti contextus illius *§. ſi pater*: in quo minime proponitur, quod à patre filiæ relictum eſt, illi dotis nomine fuiſſe relictum: & tamen filiæ deneganda actio dicitur ad dotem petendam, ſi tantum ex teſtamento acceperit, quantum ex do-

dotis cauſa illi debebatur. Repugnat quoque Modeſtinus A in *l. Titia* 35. *§. qui invita*, *ff. de leg.* 2. in qua agitatur illa ſpecies, qua proponebatur pater invita filia dotem exegiſſe, & filiæ dotis nomine reliquiſſe: & tamen actionem de dote ibi ob id minime conſumptam eſſe ait, quod ea patri non conſenſiſſet, & utique ſimpliciter non ignoraſſet, quaſi inter illos duos caſus ea in re interſit, quo ea invita, ac contradicente, & quo ſimpliciter abſente, & ignorante id actum ſit: Ut quidem verius in eo poſteriore caſu diſtinguendum mihi videtur, an ea invita; & contradicente id egerit pater, an vero ea abſente tantum, & ignorante: ut cum ea invita id egit, niſi vel nominatim dotis nomine id ſe legare expreſſerit, vel id ab eo actum, & cogitatum ex ipſa legati conceptione appareat: utrumque filiæ præſtari oporteat, & legatum ab herede, & dotem à marito, segreſſum inde adverſus B heredem habituro, arg. *d. §. qui invita*, in verb. *filiæ dotis nomine*, & verb. *utique non ignorans*, juncta *l. qui hominem* 34. *§. ſi gener. ff. de ſolut. & l. cum pater* 79. *§. qui dotale, ff. de lega.* 2. Quod ſi non ea contradicente id egit, ſed tantum abſente, & ignorante; licet, & tunc ipſo jure filiæ actio de dote adverſus maritum competat, tamen relictum illi à patre per modum inſtitutionis, aut legati, cum dote compenſandum, & deducendum ſit, etiamſi aliter non probetur dotis nomine patrem id reliquiſſe, arg. *d. §. ſi pater*, *in verb. filia abſente*, & ſequentibus, quibus nulla prorſus mentio ſit nomine dotis relicti, ſed ſimpliciter relicti, prob. etiam *l. hujuſmodi* 86. *§. cum pater*, *ff. de leg.* 1. ut cum in eo pater oblique (quippe interveniente mariti adverſus ipſum regreſſu) filiæ effectus ſit debitor ex cauſa minime voluntaria, & ab ipſo C initium habente, eadem propemodum ratione, qua cum pater, vel legitimam cuique filiorum relinquere obſtringitur, vel libertus debitam bonorum portionem patrono, & in conſimilibus, quæ non ex voluntaria cauſa procedunt, id quod teſtamento quoquomodo relictum fuerit, cum iſtiuſmodi debito compenſandum eſt, juxta *l. quoniam novella*, *C. de inof. teſt. l. etiam*, *§. ſi debita*, *ff. de bonis li. auth. præterea in fin. C. unde vir, & ux.* Comprobatur, & eo, quod ipſa quoque dos à patre data legitimæ imputatur, quo magis de ea idem, quod de legitima judicandum eſt, *d. l. quoniam novella*. Ex quo id ſequi verius crediderim, licet alioqui legitima à patre cuique liberorum omni deducto ære alieno relinquenda ſit, *l. Papinianus*, *§. 4. ff. de inoffi. teſt.* tamen ſi hunc patrem, qui abſente filia dotem exegit, non amplius filiæ reliquiſſe D proponeremus, quam quod legitimæ nomine ei debetur, ea dotem à marito exigere nequeat, arg. *d. §. ſi pater*, & ſupradictorum, adverſus Pauli Caſtr. ſententiam. Nec repugnat *l. pater filius* 54. *ff. ad l. Falc.* nam debitum, de quo ibi agitur, licet minime ſit voluntarium, & in quo is teſtator, de quo agitur, jus aliquod habuerit, ut ibi dicitur, id tamen initium, & cauſam ab alio antea habuiſſet. Itaque diſſimile hoc ſit: unde in eo idem obtineat, quod quovis alio debito voluntario, jux. *l. creditorem* 77. *de leg.* 2.

Diverſitatis autem rationem inter illum caſum, quo patre contradicente, & hunc, quo abſente tantum filia dotem exegerit, hanc eſſe arbitror; quod in illo improbabiliter omnino pater egerit, ac nullo juſto prætextu obtento accedentis filiæ voluntatis, utpote, quæ expreſſe E ei reſiſteret: hoc vero recte potuerit experiri, tum ſpe acceſſuræ voluntatis ipſius filiæ, tum & eo, quod & ſi non accedat, in multis tamen omnino, quaſi ea accedente, dotem ſolus exigere poſſit; juxta *d. l. ſi pater*, *§. etiam*, *circa fin.* & *l. dotem* 38. *ff. ſolut. matr.* quo minus duplici præſtatione ejus heres onerandus fuit, cum is id, & ſuo jure, & minime contra expreſſam filiæ voluntatem pervicaciter exegerit.

ANTONIUS MERCATOR.

NOn eſt verum, quod ais in ſpecie *l. Titia*, *§. qui invita*, *de leg.* 2. ſoluto matrimonio patrem exegiſſe dotem ſciente, & palam contradicente filia, primum cum vulgo male in eo §. legitur, *Non ignorans*, quod eſſet, ſciens, & ex Flo. legendum eſt, Non ignoras, deinde quod ait patrem egiſſe invita, & non conſentiente filia, non hoc utique eſt contradicente, vel renitente, ſed & abſente, & ignorante filia: nam & invita, & non conſentire dicitur, quæ abſens, & ignorans eſt, *l.* 2. *§. ult. ſol. matr.* *l. filiæ*, *C. eod. l. poſt nuptias*, *de ju. dot.* Non eſt etiam verum quod ais ex *l. ſi cum dotem*, *§. ſi pater*, *ſol. mat.* ſi abſente, & ignorante filia pater dotem exegerit, & filia in legato ſibi à patre relicto tantum acceperit, quantum eſt in dote, non eſſe filiæ adverſus maritum utilem de dote actionem, etiamſi non probetur patrem dotis nomine legatum reliquiſſe: nam lex hoc non dicit, *etiamſi non probetur, &c.* At non dicit, etiam dotis nomine relictum fuiſſe legatum, verum intelligitur ſatis ex eo, quod alterutro vult eam eſſe contentam, ac ſi legatum acceperit compenſare legatum cum dote: quæ compenſatio inducitur etiam in *§. qui invita*, ut plane eadem ſit ſpecies utriuſque, & tu etiam id legatum ſequenti capite fateris dotis nomine fuiſſe conceptum. Illud quoque verum non eſt, legatum imputari in dotem, quod non eſt relictum dotis nomine. Fateor imputari in legitimam: nego imputari in dotem: idque probo ex *l. ſi pater*, *de do. col.* nec ideo, quod dos imputetur in legitimam, poſſis niſi ridicule concludere, & legatum imputari in dotem. Quamobrem ſi filia legatum imputaverit in legitimam, integra ei adverſus maritum erit de dote actio ſi eam ſine conſenſu ejus pater exegerit, nec compenſabit cum dote legatum, quod non dotis nomine relictum eſt: alioquin oneraretur legitima, quæ non dico onus æris alieni, ſed nec aliud quodcunque onus in ſe recipit, *l. quoniam in prioribus*, *C. de inoff. teſt.* & onus eſſet ſi legatum, quod vice legitimæ accipit filia compenſare teneretur cum dote ſibi ſuo jure debita, *l.* 81. *pro ſoc. l. pater filium*, *ad leg. Falc.* cui tu conaris quidem reſpondere, ſed non reſpondes, qui ſcintillam conſcientiæ ſi aliquam haberes, aut non tentares reſpondere, aut perſpicue reſponderes. Non reſpondet, qui obſcure, & inſidioſe reſpondet, & aliis verbis, quam quæ in jure ſolemnia, & uſitata ſunt. Quæ enim hæc ſunt verbane an portenta? in *l. pater*, debitum licet minime ſit voluntarium, & in quo is teſtator jus aliquod habuerit, id tamen initium, & cauſam ab alio antea habuit. Debitum, ut arbitror, vocas dotem, quam filiæ debet pater? imo non debet, quia ut in ea lege proponitur à genero dotem non repetiit: & ſi repetiit ſine voluntate filiæ, etiam non debet eam filiæ. ſed maritus, ut eadem lex ait illo loco, à marito debeatur. Debet oblique, ut ais, paulo prius: quis de debitis obliquis, quidquam unquam inaudivit? Et rurſus debet involuntarie. Ex delicto igitur: has ſolas agnoſcimus involuntarias obligationes, & *ἀκούσια συναλλάγματα*, quæ ex delicto naſcuntur. Atquin illa, ſi qua eſt, non eſt ex delicto: ergo non eſt involuntaria. Sequitur, & in eo debito pater jus aliquod habuit. Debitor omnis habet jus in debito. Sane ita eſt, quoniam ejus, quod debet dominus eſt. At pater dotis filiæ nomine datæ dominus non eſt, ut ſeq. cap. demonſtrabitur: quod igitur jus in dote habet? nullum in dote jus habet, ſed in filia jus poteſtatis, quod habet id eſt, quod tu forta arbitraris eum in dote habere. Et ut habuerit jus, ideo ne magis debuit cum ea filia compenſare Falcidiam? Debuit, inquis, ſed ideo non compenſat, quia debitum ab alio initium, & cauſam habuit. Debitumne ab alio, quam à debitore? & ſi non à debitore, à quo igitur? Lucumo explica mihi: An à marito? Si à marito, maritus igitur debitor eſt non pater: & vero ita eſt in ſpecie ejus legis. Ruſus ſi fieri aliqua ratione poteſt, ut debitum, quod quis debet, ab alio initium, & cauſam habeat, cur eo caſu compenſatio debiti non admittitur cum eo, quod jure hereditario capitur? Lucumo excute intelligentiam tuam, aut ſi quid in te pudoris reſidet, abſconde te in latebram aliquam æque atram atque atræ ſunt, & fuliginoſæ cogitationes tuæ.

JOHANNES ROBERTUS,

CUm invitus proprie dicatur, qui nolens, & vi adactus aliquid agit, quo ſenſu ſumitur *in l. dotalem 62. ff. ſolut. matr. & l. invito 69. & l. invitus 156. ff. de reg. jur. l. invitus 17. C. de procur. l. quæ omnia 25. §. 1. ff. de procur. l. ſi remunerandi 6. §. ſi paſſus ff. mandati*, & illo apud Horat. loco *in art. Poet.*

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti:

nonnunquam tamen juxta ſubjectam materiam invitus & is dicitur, qui non probatur conſenſiſſe, etiamſi id de quo quæſtio ſit, agi ignoraverit. Sed ita ut tunc aut non ſimpliciter is dicatur invitus, aut aliquid exprimi, & addi ſoleat, quo intelligamus tunc ſpeciali ratione iſto ſenſu eam dictionem ſumi, aut ſaltem ipſa res de qua agitur, id commonſtret, juxt. *l. invitum 4. ff. de ſervit. urban. l. filiusfamilias 8. in pr. verſ. invitum, ff. de procur. l. in eo jure 45. verſ. deinde ait, ff. de rit. nupt.* Ut eadem propemodum ratione, & vetare nonnunquam is intelligitur qui ignorat, hoc eſt, qui non conſentit, *l. qui vas 49. in pr. verſ. vetare, ff. de furt.* Quo partim adductus ſum, ut invitæ filiæ vocabulum ſimpliciter in oratione poſitum *in l. Titia 35. §. qui invita, ff. de leg. 2.* in propria magis ſignificatione, contradicentem quoque filiam ſignificare interpretarer, partim etiam eo, quod ejuſdem §. ſubſequentia hæc verba id comprobent, *utique non ignorans*, quæ non alio referri poſſunt, quam ad eam de qua locutus erat, filiam invitam: ex quo ſi minus eam contradixiſſe, ſaltem non ignoraſſe ſignificaretur, ac per conſequens hoc ſaltem diverſam eſſe ſpeciem illius *§. qui invita*, à ſpecie *l. ſi cum dote 23. §. ſi pater, ff. ſoluto matr.* Neutrum autem illo loco admittit nugivendus. Ac primum quo loco ita habet recepta lectio ut dixi contendit legendum eſſe, *utique non ignoras*, ex Flor. exemplari. Sed hanc lectionem illi loco minime convenire arguit tum particula illa, *utique*, quæ ſignificat, etiam, & ſuperioribus aliquid addi. Alioqui Modeſtinus conſultus ab ignoto, ut fit conſultore (nec enim ibi diſcernitur à quo conſuleretur) inepte in eo quod quæſtionis præcipuum eſt, ſententiæ ſuæ aſſertionis loco, reſponderet id non ignorare eum, qui juris ſui incertus quæſtionem proponit: Omitto quam facile ſit prætermitti, aut etiam vetuſtate aboleri apicem illum, qui compendii ſcripturæ cauſa iſtiuſmodi locis ſuperpoſitus, *n*, litteræ vim obtinet. Sed enim cauſatur hæc verba quæ adjeci, *etiamſi non probetur patrem dotis nomine legatum reliquiſſe*, ibi minime legi. Sed nec ego quoque aſſerui, aut retuli illi contextui eſſe adſcripta, cum ea interpretationis meæ ſint: Adverſus quam ille contendit ibi legatum dotis nomine relictum ſi minus dici, ſaltem intelligi: Ego vero pro eo illic id accipi interpreter, quaſi dotis nomine ſit relictum, quia id ei imputetur in dotem, non autem intelligi patrem id dotis nomine relinquere voluiſſe, juxta *l. hujuſmodi 86. §. cum pater, ff. de leg. 1.* Nec propterea dixi legatum in dotem imputari, quod dos imputetur in legitimam, ſed dotem in legatum imputari, eo magis comprobari, quod ut legatum imputatur in legitimam, in quam etiam, & dos imputetur, rationi quoque congruat legatum, & in ipſam quoque dotem imputari. Itaque etſi tunc legatum id non dotis nomine relictum imputetur filiæ in legitimam, non tamen erit ei integra de dote actin adverſus maritum, ſed legatum illud cum dote compenſabit alterutro contenta, *d. §. ſi pater.* At oneraretur, inquit, legitima, quæ non tantum æris alieni, ſed & quodvis aliud onus non recipit. Imo vero ſiquidem illud verum eſt, quod admittit, ut nec inficiari quiſquam poteſt dotem imputari in legitimam, & hoc legatum in dotem imputatur, non poteſt ulla ratione legatum iſtud magis oneri adſcribi, quam dos ipſa, ut quod in ipſam transfundatur, ſive ejus loco cedat. Præterea nulla ratione dici poteſt id quod legatur, oneris loco illi cui legatur eſſe. Atque iis dicebam minime repugnare *l. pater filiam 54. ff. ad leg. Falcid.* quia eo diſſimile ſit æs alienum, ſive debitum de quo illic agitur, cujus detractio fit ab eo, in quo hoc noſtro caſu dicimus patrem exacta ſine filiæ con-

A ſenſu à marito dote, ejus factum eſſe debitorem: quia licet illic debitum, relatione facta ad filii teſtatoris perſonam, non fuerit voluntarium, ſeu mavis ejus ſimpliciter voluntate, & facto contractum, atque in eo teſtator jus aliquod haberet, ut ibi dicitur, id tamen ab alio initium & cauſam duxiſſet, proptereaque idem in eo obtineat, quod alio quovis defuncti ære alieno, etiam voluntario. Et licet, ſi ſola hæc verba ſpectes, quibus quo brevior eſſem, minimè repetita ſpecie propoſita *in d. l. ſi pater*, ita in pauca conjeci diſcrimen quod ibi annotandum exiſtimabam; *nam debitum de quo ibi agitur, licet minime ſit voluntarium, & in eo teſtator jus aliquod habuerit, id tamen initium & cauſam ab alio antea habuiſſet*: omnino tamen ſpeciei illic à Marcello agitatæ conveniunt, in qua pater filio, ex quo tres nepotes habebat, inſtituto he-
B rede, ejus fidei commiſit, ne fundum Tuſculanum alienaret, & ut in familia eum relinqueret, qui filius exinde decedens tres filios teſtamento heredes ſcripſit, & ab eis plura legata reliquit, quæſitum eſt, an in legis Falcidiæ ratione ineunda fundus ille, quaſi filiis heredibus inſtitutis debitus, & quem teſtator mortis tempore in ære alieno habuerit, detrahi debeat, ita ut illis in Falcidiam minime imputetur. Dubium movebat, quod iis ſimpliciter non deberetur is fundus, verum, & in eo teſtator jus aliquod habuiſſet, quippe in ejus poteſtate fuiſſet, non omnibus, ſed illi filiorum, cui maluiſſet relinquere. Sed tamen decidit Marcellus hunc heredibus in Falcidiam minime imputandum, ſed æris alieni inſtar detrahendum, quia teſtator in ære alieno eum fundum habuerit, quippe neceſſitate obſtrictus fuerit illum filiis relinquere.
C Quod omne paucioribus illis verbis noſtris ſic perſtrinximus, ut tamen ea illi ſpeciei plane conveniant. Nam illud fundi reſtituendi onus ſive debitum, quod ad filii teſtatoris perſonam, non fuit voluntarium, hoc eſt, non ejus voluntate, & facto contractum, & in eo nihilominus jus aliquod habuit; quippe in ejus poteſtate fuit uni ex filiis cui maluiſſet, eum relinquere, & tamen is initium, & cauſam ab alio antea habuit: quippe eo, qui fideicommiſſum id reliquerat. Quod poſtremum ſolum in eo præcipue expendendum, ad rationem diverſitatis conſtituendam inter hanc ſpeciem, & illam de qua quærebam, *d. §. ſi pater*. Nam id imprimis effecit, ut illud ita decideret Marcellus, in ære alieno illum fundum fuiſſe, ut cujus reſtituendi neceſſitate, non ſua, ſed alterius voluntate hic teſtator eſſet gravatus, cum in ſpecie *d. §.*
D *ſi pater*, id quod pater dotem, quaſi ejus eſſet debitor, filiæ primum conſtituit, ut ex cauſa non voluntaria proceſſit, non ſecus, quam in legitima obtinet, & quod exinde ejus dotis, quam ſine filiæ conſenſu exegerit, debitor effectus eſt, ab ejus voluntate, & facto cauſam habet, non autem alterius cujuſquam, quo magis, quod filiæ eo nomine relinquitur, aut relictum intelligitur: eſt illi, vel in Falcidiam, vel in legitimam imputandum, nec æris alieni inſtar detrahendum, cum ejus debiti cauſa ſit, quæ & per ſe in legitimam imputari potuerit, ſi nulla iſtiuſmodi exactio dotis à patre facta fuiſſet, *l. quoniam novella, C. de inoff. teſt.* Quid igitur eſt, quod hic grunniat? Quod obſcurius ſim locutus. Quod aliis verbis, quam quæ in jure ſolemnia, & uſitata ſint. Quod ſolas ex delicto involuntarias obligationes admittat, ita-
E que ſi illa non eſt ex delicto, non eſt involuntaria. Quod dotem, quam pater filiæ debet, vocem debitum, cum tamen eam non debeat. Quod ad obſcuritatem, quam vitio vertit, agnoſco hic, dum alio properans in pauciora contrahere illa nitor, quibus inniti intelligebam ſententiam illius *l. ſi pater*, quo brevius, eo paulo obſcurius me locutum, quod adauxerit immutatio horum verborum, quæ edita ſunt, *& in quo is teſtator*, cum ego ſcripſiſſem, & exinde voluiſſem, *& in eo is teſtator.* Quæ tamen errore facta immutatio potuit tota ſententia mea in unum collata facile dignoſci. Quod autem aliis verbis, quam ſolemnibus in jure, & uſitatis me uſum arguit, ſic ſentio, ſolemnia quidem olim, & uſitata in nonnullis fuiſſe præſcripta verba, ſedquam illam verborum ſolemni-

nitate in quibuſcunque ſublata, ſufficere iis verbis, A uti quæ ſenſum, & conſonantem rerum intellectum ſignificent, *l. 1. C. de form. & impetr. ſubl. §. in hac de verb. oblig. in Inſtit. l. 1. in fi. ff. de verb. obl. l. blanditus 12. C. de fidejuſ.* Itaque non eſt quod ad verborum ſolemnitates, & captiunculas hic ὀνοματοθήρας rurſus nos reducat. Voluntarii autem, & non voluntarii dictionibus ſum uſus, ut ſignificantius quod volebam exprimerem. Et cum iis dictionibus non in una tantum tractatione ſed aliis quoque, & juris, & aliarum diſciplinarum autores utantur, non eſt quod culpandus adeo ſim quam videri vult; Involuntarii vero dictione hic me uſum non comperiet. Quod autem negat patrem dotis illo modo exactæ ratione filiæ debitorem eſſe, quod maritus tantum debitor ſit, adverſus quem ſolum filia non ideo minus de dote agere poſſit, id quidem admittebam, directo patrem eo B nomine à filia conveniri non poſſe, ſed tantum maritum, qui ſi ita ſolverit patri, ut ea ſolutio in utilitatem filiæ ceſſerit, quia ei ſit data à patre, vel exinde ampliore ſumma ab eo dotata, eam petentem doli mali exceptione repellat, *l. dotem 38. ff. ſolut. matr.* A contrario autem niſi ea filiæ data fuerit, aliterve in ejus utilitatem ceſſerit, ea doli exceptione repelli nequeat. Nec tamen æquum ſit à marito idem ex eadem cauſa utrique ſolvi, itaque huic condictio adverſus ſocerum detur, *l. qui hominem 34. §. ſi gener. ff. de ſolut.* Debitorem itaque dotis ratione patrem effectum quis negaverit, à quo idcirco oblique id deberi dixi, quod directo filiæ adverſus eum actio minime detur, cum alioqui, & ipſius filiæ debitor alio reſpectu intelligatur, quod & dos filiæ proprium patrimonium cenſeatur? Itaque illi omnino tribuendum *l. 4. ff. de collat. l. denique, §. ſed utrum, verſ. ergo, ff. de minor. l. pater, ff. ad l. Falc.* Atque rurſus nubenti filiæ eandem dotem, nec minorem (niſi ſpecialis ratio caſus fortuiti ſupervenerit) conſtituere tenetur, *§. præterea, in auth. de æqual. dot. Novella 97.* C

In eo autem quod dixi, patrem in eo debito jus aliquod habuiſſe (ut quidem veriſſimum hoc eſt, cum particeps, & ſocia ejus obligationis filia nominatim dicatur *in d. §. generaliter*) argutatur inſulſiſſime hoc modo: Debitor omnis jus habet in debito. Sane ita eſt, inquit, quoniam ejus quod debet, dominus eſt. At pater dotis filiæ nomine datæ dominus non eſt: nullum igitur in dote jus habet. Itane nugivendus non alium debere ait, quam qui ejus, quod debet, dominus ſit? An non rem alienam qui vendidit, qui promiſit, qui depoſitum aut commodatum accepit, ejus rei debitor eſt, & an eo minus debitor, D quod ejus debitæ rei dominus non eſt? Hinc judicium facito, qualia ſint quæ dum argutus haberi vult, hic ſubjicit, levia adeo & vana, ut nullo refellente ea per ſe concidant.

Nihil immutandum eſſe ex contextu ſupradicti §. ſi pater.

CAP. XVII.

JOHANNES ROBERTUS.

OBSCURIUS videri ſolet, quod Ulpian. in ſupradicto *§. ſi pater*, ex Juliano ait: id quod ex legato, aliterve à patre relicto filia acceperit, compenſandum ei in dotem, *lucroque* E *ejus cedere, ſi tantum ab eo conſecuta ſit, quantum ei dotis nomine debebatur*, ut quidem habent exemplaria omnia: niſi quod in Florent. pro *cedere*, legitur *cedit*. Sed tamen, qui ipſe aſſequi non poteſt quomodo fieri queat, ut filiæ (quæ non plus quam ei deberetur, inde conſecuta ſit) lucro id cedere dicatur, mutandum duobus locis opinatur contextum illum, & legendum, *lucroque ejus cedere, ſi amplius ab eo conſecuta ſit, quam ei dotis, &c.* non aliter quidquam ibi dici poſſe filiæ lucro cedere aſſerens, quam ſi ei amplius quid à patre relictum ſit, quam dotis nomine deberetur: idque falſo. Nam ita debita filiæ dos eſt, ut ſimul & ipſi patri debeatur, utpote cui ea ſit cum filia communis, *l. 2. §. 1. ff. ſolut. matr.* qua ratione, & ſi non amplius legaverit pater, quam dotis nomine deberet, unde legati ſoluti fiat cum dote compenſatio, lucro tamen filiæ id cedere recte dicitur, quaſi in eo lucrum aliquod ſit, ut quidem eſſe negari non poteſt: tum eo, quod is filiæ dotem legando id juris à ſe abdicat, & in filiam voluntarie transfert, ſicque lucrum, & emolumentum aliquod in legato eſt, ut quidem eſſe, vel eo paret, quod non perpetuo, & indiſtincte is tantam quantitatem filiæ ad ſecundas nuptias convolanti præſtare tenetur, quantam à priore viro exegerit, *text. in §. præterea, in auth. de æquali. dot. novell. 97.* Tum etiam, quia eo, quod in vim relicti id capiat, eam fratribus conferre minime teneatur. Sic intellig. *l. filiam 16. in verbis, ultra relictum codicillis, C. de collat.* Accedat & quod cum quomodocunque aliter filiæ dotem legat, validum eſt legatum, *d. l. cum pater. ff. de jur. dot.* cum alioqui, niſi aliquod lucrum, emolumentumque ſit in eo, quod legatur, legatum minime ſubſiſtat, *l. ſi deportati 7. in fin. ff. de leg. 3. l. non amplius 26. in pr. & l. & ſi æquo 69. ff. de leg. 1.* Quo nomine hic adjeciſſe dici poteſt id lucro ejus cedere, ut occurreret objectioni, quæ alioqui moveri poterat ob id, legatum iſtud, & relictum non ſubſiſtere, quod dotis nomine conceptum ſit, quia in eo nullum lucrum ſit. Imo vero (inquit) lucro ejus cedit, ac per conſequens legatum ſubſiſtit.

ANTONIUS MERCATOR.

IN eadem ſpecie, & quæſtione *§. ſi pater*, ſi tantum mulier ex legato patris conſecuta ſit, quantum ei dotis nomine debetur à marito, qui patri dotem ſolvit, nihil lucrifacit. Imo, inquis, lucrifacit, quod juris in dote habuit pater, quia dos profectitia communis fuit patris, & filiæ, & pater legando dotis nomine legavit ei jus, quod in dote habuit. Tecum ipſe pugnas: ſuperiore enim capite in *d. §. ſi pater* dixiſti legatum non fuiſſe relictum dotis nomine. Cæterum dos eſt communis patris, & filiæ. Eſto. At qua ratione? nempe quia communis de dote exactio eſt communis ſtipulatio reddendæ dotis, *l. 2. & 3. ſol. matr.* verum dos certe ipſa bonis patris abſceſſit, & in bonis filiæ eſt, *l. 4. de collat. l. 1. §. ult. l. ult. de col. do.* Et ut ait *l. pater, de evict.* non ſicut filiæ dos eſt, ita patris eſſe dici poteſt: nec cogitur pater eam conferre fratribus ſuis manente filiæ matrimonio. Itemque filia ſi patri heres exiſtat, dotem repetit jure proprio, non jure hereditario, *l. pater filiam, ad leg. Falcid. l. 81. pro ſoc.* Denique ut filius vivo patre bonorum paternorum quaſi dominus eſt, *l. in ſuis, de her. inſt.* ſed dominus ſine re, *l. 4. ſi aliena res pig. da. ſit, l. 3. C. de pat. pot.* ita pater dotis, quam dedit filiæ nomine, quam filiæ proprium patrimonium fecit, quaſi quodammodo dominus eſt: ſed dominus ſine re. Nec obſtat, quod iterum nubente filia dotem minuere poteſt, quoniam hoc tantum poteſt uno caſu, ſi vi aliqua majore everſus ſit facultatibus, ex Nov. XCVII. quo etiam caſu à filia cui plus eſſet in manu exhibendus eſſet. Et hoc caſu male concludis, patrem in dote juris aliquid habere: alioquin concludes eadem ratione, & in caſtrenſi peculio habere, quoniam & ex eo pater alendus eſt ſi laborat inopia. Etiam nego, legatum filiæ relictum dotis nomine non conferri fratribus: Cum enim vice dotis fungatur, jus dotis ſequi debet, nec lex 16. *C. de collat.* quidquam in eam rem facit: quia non loquitur de relicto dotis nomine. Et quod ſubjicis, utile eſſe legatum ſi pater filiæ dotem leget, quam genero promiſit ex *l. cum pater, de jur. dot.* eſt de dote, quæ nondum abſceſſerat bonis patris. Nos, Marrucine, de dote agimus, quæ abſceſſerat bonis patris. Denique deficiunt tibi artificia, deficiunt ſophiſmata, cavilla omnia: nec potes efficere, ut filiæ lucro cedat legatum in quo non plus eſt, quam in dote, non magis quam ut lucro cedat mihi legatum rei meæ, aut mihi debitæ: quibus rationibus motus Obſervator ſcripſit ex *d. §. qui invita*, eſſe legendum in *d. §. ſi pa-*

pa-

pater, ſi amplius ab eo conſecuta ſit, quam ei dotis nomine debeatur à marito, qui patri ſolvit: nec enim alia eſt ſpecies, vel quæſtio hujus quam illius §.

JOHANNES ROBERTUS.

Hic calumniatur, cum ait mecum me pugnare, quod cum in ſuperiore capite aſſeruerim *in d. §. ſi pater* legatum à patre non fuiſſe dotis nomine relictum, hic dicam in ejus §. ſpecie, legaſſe patrem filiæ dotis nomine jus, quod in dote habuit. Id enim tantum circa initium iſtius capitis dixi, *ſi non amplius legaverit pater, quam dotis nomine deberet*: quib. verbis nihil minus, quam illud infertur, dotis nomine eum legaſſe, cum id verba illa mea ſignificent, id quod legavit, dotis, quam deberet, quantitatem non exceſſiſſe. Circa finem vero capitis addidi, dici poſſe ibi occurrere voluiſſe quæſtioni, quæ ex eo moveri poſſe videretur, ob id legatum illud, & relictum non ſubſiſtere, quod dotis nomine conceptum eſſet. In quo ſententiam meam nullam profero, ſed tantum objectioni reſpondeo, quæ illi moveri poſſe videretur, qui in ea ſpecie legatum dotis nomine conceptum eſſe aſſumeret, ut patet illic ex his, quæ ſcripſi. Inde quid non miſcet oblatrator, ut illa jugulum ipſius prementia effugiat, quibus evinco, patrem in ea dote juris aliquid habere? ſed ita, ut tandem quidquid attexat, agnoſcere ipſe cogatur etiam dominum dotis quodammodo eſſe patrem; ſed ſine re, inquit, contra, probavi non ſine re, & effectu id eſſe, quia & exinde minorem illi dotem conſtituere poſſit. Ad hoc uno tantum caſu illi licere ait, cum vi majore everſus ſit facultatibus. Quod falſum eſt, cum etſi facultates ejus non ſint imminutæ, id illi liceat, dummodo dimidiam ſaltem ejus, quod doti antea dediſſet, id illi ſecundo loco dotis nomine conſtituat, d. §. *præterea, in auth. de æqual. dot. Novel.* 97. ita tamen ut hoc caſu patre mortuo, quod eo minus ex bonis paternis acceperit, in diviſione hereditatis conſequatur. At interim cum vivo patri controverſia moveri eo nomine non poſſit, quis quomodocunque accipias, negaverit jus eum aliquod in dote habuiſſe? Quo abſurdius illam ſimilitudinem caſtrenſis peculii eum invexiſſe patet, ut idem juris patrem in caſtrenſibus filii bonis habere concludat, quod in filiæ dote magiſter argutus.

Negat etiam legatum filiæ relictum dotis nomine non conferri fratribus, nulla in hanc rem, aut authoritate, aut ratione allata, cum præter textus, quos citavi, hæc juris ratio in contrarium urgeat, quod ea tantum, quæ habent vim relicti teſtamento (ut vetuſtiores juris interpretes tradidere) ſive ea quæ ex defuncti judicio, ſive heredis inſtitutione, ſive legato filii filiæve conſequuntur, à conferendi neceſſitate eximantur, *l. 1. §. toties, ff. de collat. bon. l. à patre 1. C. de collat.* Sed cum multa ſigillatim perſequatur, & argutiis involvere tentet, quid eſt, quod ea ad rem non confert, & à propoſito ſcupo cur aberrat? quippe conjectariæ illius correctionis tuendæ *d. §. ſi pater*, in quo iſtorum verborum loco, *lucroque ei cedere, ſi tantum ab eo conſecuta ſit, quantum ei dotis nomine debebatur*, libuit illi conjectari, ita rectius ibi legi oportere, *lucroque ei cedere, ſi amplius ab eo conſecuta ſit, quam ei dotis*, &c. Quæ vaniſſima ejus conjectura, cum hoc ſolo evertatur, quod cum pater dotem filiæ legat (ſiquidem, cum tantum in legato ſit, quantum in dote, ſubſiſtat legatum) eo intelligi oporteat emolumentum aliquod, & lucrum eſſe in eo quod legatum eſt: quod alioqui legatum ſubſiſtere non poſſet, uti explicui. Illud autem legatum dotis, in quo tantum ſit, quantum in dote validum eſſe probaſſem, *l. cum pater, ff. de jur. dot.* is legem illam interpretatur de eo dotis nomine relicto loqui, quod nondum abſceſſiſſet à bonis patris, quia promiſſum quidem fuiſſet à patre, ſed non traditum. Verum ita ſit, quid hoc ad rem, & qua ratione hoc caſu quidquam lucro potius mulieris legatum iſtud cedere interpretabimur, quam illo caſu, quo promiſſa tantum, non etiam tradita fuerit? Nam ſi promiſſa jam genero fuerat, deberi cœpit, & peti potuit, ſicque & jus quæſitum eſt ipſi filiæ. Quidnam igitur magis accedere hoc caſu poteſt propter legatum, quam illo quo dotem tradiderit quidem pater genero, ſed exinde eandem à genero poſt ſolutum matrimonium abſque filiæ conſenſu exegerit, quo nomine, ac multo magis cum debeatur ipſi filiæ, minus in legato eſſe dicendum eſſet, quam illo caſu. Aliud itaque quærat qua effugiat, hac non poteſt conjecturiens corrector.

Excuſſa varia lectio, & correctio Juliani in l. ſi ita ſcriptum 13. §. regula, ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.

CAP. XVIII.

JOHANNES ROBERTUS.

DIVERSA eſt lectio vulgatorum exemplarium, & Florent. in Juliani reſponſo *l. ſi ita ſcriptum 13. §. regula, ff. de lib. & poſth. her. inſtit.* Sic enim habent vulgata: *Regula eſt juris civilis, qua conſtitutum eſt hereditatem adimi ſervo non poſſe, propter, quam liber, & heres eſſe juſſus ſit. Itaque & quamvis dominus ademerit eodem teſtamento libertatem, & hereditatem nihilominus, & libertatem habebit*, ſicque etiam extat in Norico exempl. In nonnullis tamen, & vulgatis quoque exempl. quo loco ſupra ſcriptum eſt. *Itaque & quamvis*, legitur *ſed quamvis*: quarum illa prior eſt aptior. At in Flor. aliter ita legitur: *regula eſt juris civilis, qua conſtitutum eſt hereditatem adimi non poſſe, propter quam liber, & heres eſſe juſſus, quamvis dominus*, &c. ut ſupra. Obſervator tamen putare ſe ait in prin. ubi legitur *hereditatem adimi*, legendum eſſe *libertatem adimi*. Idque ſimili prorſus errore cum illo, in quo antea obſervarat pro *hereditates*, legendum eſſe *libertates in l. 3. ff. de reg. Caton.* De quo, & nos ſuperiore libro ſcripſimus. Sed non vere putat hunc ipſius in hoc errorem eſſe illi antea admiſſo penitus ſimilem. Eſt enim hic longe craſſior, utramvis lectionem admittas. Is autem eam, quæ Floren. exemplaris eſt, ſubſequitur, quam (etſi vulgatæ ſua conſtare poſſit ſententia, niſi quod in eo regulam conſtituit, quæ nulla alia autoritate comprobetur) nos etiam magis probamus: Sicque in eo nobiſcum convenit, in illo vero diſconvenit, quod illic pro *hereditatem*, vult legi *libertatem*, dupliciter in eo lapſus, tum quod negat juris regulam eſſe, qua conſtitutum ſit hereditatem adimi non poſſe: tum quod loco illius alteram iſtam juris civilis regulam adſtruit, qua conſtitutum ſit libertatem adimi non poſſe. Id enim neceſſe eſt ſimul ſequi: ſi ex levicula ipſius conjectura pro hereditatem, legas libertatem, Quo poſtremo, quid in jure falſius? prob. *l. ſi ſervo 26. ff. de adim. leg. §. ſi ſervus, circa ſi. de hered. inſtit.* juncta *l. verum 58. ff. de man. teſt.* Contra autem alteram illam, quæ vult hereditatem adimi non poſſe, veriſſimum eſſe, comprob. *l. ſi certarum, §. ſi eodem, verſ. cum in paganorum, ff. de milit. teſt.* ubi diſcrimen id inter paganorum, & militum teſtamenta nominatim conſtituitur: prob. etiam *l. 1. §. ult. ff. de his quæ in teſtam. del. verſ. Quoniam hereditas ſemel data adimi facile non poteſt*. In quo dictionem *facile* propterea ibi adjectam fuiſſe conſtat, ut indicaret præter juris regulam aliquo caſu id fieri poſſe, non quidem, ut directo ei adimatur; ſed qui heres inſtitutus eſt, exinde non heres declaretur, idque aliquo tantum caſu: quippe quo alius quis, vel coheres adſcriptus eſt, cui ita ademptio fiat, vel ſubſtitutus aliquis ei adjunctus. Quo referendum, quod *in d. §. ſi eodem*, ſolam hereditatem exheredatione adimi non poſſe dixit, hoc eſt, ſoli delatam, ut initio ejuſdem §. propoſuerat eodem referendum, quod dicitur *in l. ſed & ſi conductionis, §. ult. ff. de hered. inſtit.* Ac propterea recte dictum *in d. §. ult.* non facile hereditatem ſemel datam adimi poſſe, quia poſſit quidem, ſed aliquo tantum caſu. Comprobatur id arg.

Digitized by Google

arg. *l. Sejus 27. ff. ad leg. Falcid. & l. uxorem 39. §. heres, ff. de leg. 3. & l. paterſam. 44. ff. de hered. inſtit.* In quibus proponitur iis caſibus, quibus teſtator non vult heredes ſibi exiſtere eos, quos antea heredes inſtituerit, ſi forte contingat aliquid poſtea ab his contra teſtatoris voluntatem fieri, vel non fieri, non directo illis hereditatem adimere debere, ſed exheredes eos facere, nec alia ratione, quam illius regulæ, qua dicimus hereditatem datam adimi non poſſe, neque directo ita facta directis verbis ademptione, neque oblique, ſi nulli alii ſint illi, cui oblique fit ademptio, adſcripti, aut coheredes, aut ſubſtituti: quia ut quoquomodo ademptio fiat, oportet omnino, & hereditatem ab eo, à quo ademptio fit, efficaciter adiri: at is ita ſemel heres factus, poſtea heres eſſe deſinere nullo modo queat, *l. ei, qui ſolvendo 8. in fin. ff. de hered. inſtit. l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinian. ff. de minor.* Et præterea alium, quam cui adimitur ſubſiſtere heredem, à quo ademptio fiat, cum non ab eodem eidem poſſit quicquam adimi, *l. ſed & ſi conditionis 6. in fi. ff. de hered. inſtit.* Quibus fit, ut illam juris regulam ſubſiſtere contendamus, hereditatem adimi non poſſe. Nec obeſt, quod idem Obſervator objicit, incongruam illic ſubjici interpretationem de libertate adempta, in eo, quod ibidem Julianus ſubjungat, propter eam regulam liberum, & heredem eſſe juſſum, quamvis dominus ademerit eodem teſtamento libertatem, & libertatem, & hereditatem habiturum: Sic enim intelligendum jure Pandectarum, de quo ibi agitur, ad hoc, ut valeret ſervi proprii facta à teſtatore inſtitutio; oportuiſſe utrumque nominatim ſervo relinqui, & libertatem, & hereditatem: Cum alioqui jure Codicis, ſola hereditate ſervo relicta, ac nulla quoque libertatis mentione facta, utrunque debeatur ſervo, *l. quidam, C. de neceſſ. ſerv. hered. inſtit.* Itaque illo Pandectarum jure utroque nominatim relicto, non poterat eodem teſtamento alterum quodvis horum ſeparatim adimi: & quod de libertatis ademptione dicitur, id & ademptionem hereditatis infert, ut & è converſo ademptio iſtius hereditatis, & libertatis quoque ademptionem ſecum trahit, vel tunc maxime, cum ſolus heres eſt inſtitutus, cum niſi liber ſit is, hereditatem adire non poſſit: teſtamentum autem ab aditione hereditatis vim accipiat, ſine qua teſtamento relicta minime debentur, nec per conſequens libertas: atque illo potiſſimum caſu libertatis ademptæ, conſtat illo Pandectarum jure hereditatis inſtitutionem quoad ſervum proprium ſubſiſtere nullo modo poſſe. Ac ita ejuſdem effectus tunc foit libertatem adimi, ac ſi nominatim ipſa hereditas adempta fuiſſet. Verum ut illam juris regulam explicans nec directo hereditatem adimi poſſe exprimeret, ademptionis verbis ad ipſam hereditatem nominatim relatis, neque oblique, quippe verbis ademptionis ad ipſam libertatem duntaxat directis non ab te hic libertatis ademptæ meminit potius, quam hereditatis, quo neutro modo hereditatis ademptionem fieri poſſe compendio ſignificaret.

ANTONIUS MERCATOR.

Plane oſtendis te non legiſſe, quæ de regula illa, *Libertatem adimi non poſſe* Dominus ſcripſit Obſer. XVII. ubi planius expoſuit, quod breviter, & paulo obſcurius ſcripſerat in *l. 13. §. regula, de lib. & poſt.* & docuit, quod & exemplum ei ſubditum demonſtrat, in *d. §. regula* de ſervo herede, & libero eſſe juſſo, libertatem quidem ſervo relictam, qui heres ſcriptus non eſt, licet olim non potuerit adimi, hodie tamen adimi poſſe, *l. 1. de adempt. libert. l. 26. l. ult. in fin. de adim. leg. l. ſi ſervus, de fid. lib. l. ſi peculium, §. 1. de man. teſt.* verumtamen non poſſe eam adimi, quæ ſervo heredi ſcripto ex aſſe, vel ex parte data eſt: quia ut nihil heredi à ſemetipſo legari poteſt, ita nec adimi, *l. 6. §. ult. de her. inſt.* Denique libertatem heredi à ſemetipſo adimi non poſſe. Contra adfers *d. l. 26.* male: quia non loquitur de ſervo herede ſcripto, ſicut nec aliæ, quas attuli ſupra, quæ dicunt libertatem adimi poſſe. Item adfers *§. ſervus autem, Inſtit. de her. inſt.* in quo is, qui ſervum heredem, & liberum eſſe juſſum, alienat, à libertatis datione deſtitiſſe videtur: quod & verum eſt: ſed hoc ideo, quia alienare plus eſt, quam adimere facto teſtatoris, à quo directo, & ἀμέσως libertas proficiſcitur, *l. 1. C. de nec. ſer.* puta alienatione libertas revocatur, vel potius pro non data habetur, non etiam ei adimitur à ſemetipſo. Denique quod ademptione fieri non poteſt, fit alienatione.

Poſt hæc, conſtituis hanc regulam: Hereditatem adimi non poſſe: quam eſſe prorſus falſam eæ ipſæ leges oſtendunt, quibus ad eam comprobandam uteris, ac primum *l. ſi certarum, §. ſi eodem, de mil. teſt.* quæ & à milite dicit exheredatione adimi hereditatem poſſe, & quidem ſolam ſalvis legatis, & fid. & cæteris omnibus, quæ teſtamento ſcripta ſunt, & à pagano quoque: ſed ab hoc non ſolam, quoniam adempta hereditate heredi ſcripto ex aſſe, cui datus ſubſtitutus non eſt, & cætera, quæ in teſtamento ſcripta ſunt corruunt: quo ſenſu nihil eſt evidentius. Faceſſat hinc ille tuus, quaſi ſolam hereditatem in eo §. Gajus dicat eam, quæ ſoli delata eſt, puta heredi ſcripto ex aſſe. Gajo ſi hæc mens eſſet, tam inepte non loqueretur. Tu qui hac mente eum ita loqui vis, magnam ei injuriam facis, ut quod ſolus quis ſit heres, ſolam hereditatem dicat. Deinceps te auctore dicamus, Qui unicum heredem reliquit, ejus ſolam hereditatem eſſe. Ne dicamus, ejus qui plures heredes reliquerit ſolam, ſed multiplicem, aut pluralem eſſe dicamus, quod nemo dixit unquam. Ad hæc in paganis certum eſt, etiam heredi ſcripto ex aſſe hereditatem exheredatione adimi poſſe, ut in formula cretionis, quod & *l. 1. §. pen. de his, quæ in teſt. del.* docet, dum ait jure adimi poſſe hereditatem totam, imo & ſolam, ſi modo heredi ſcripto ex aſſe datus ſit ſubſtitutus, à quo ſuſtineatur teſtamentum, ſubſtituto vero non dato, ſolam non poſſe adimi, quin & cætera omnia, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, corruant. Quod vero ait *d. §. pen.* hereditatem ſemel datam facile adimi non poſſe, aperte demonſtrat, adimi hereditatem poſſe, ſed non facile, non temere, puta non nuda voluntate, non codicillis, ſed vel exheredatione eodem teſtamento facta, vel alio teſtamento jure perfecto. Tu, non facile ſic interpretaris, caſu aliquo, ac ſi lex diceret, regulariter hereditatem non poſſe adimi, poſſe adimi aliquo caſu: quo vero caſu? Cum, inquis, is, cui portio hereditatis adimitur, habet coheredem, vel ſubſtitutum, à quo ſuſtineatur teſtamentum, is cui tota hereditas adimitur, ſubſtitutum: quid ſi heres ex aſſe toto non habet ſubſtitutum? an ideo minus poterit ei hereditas adimi exheredatione, vel alio teſtamento? quid item ſi ex parte ſcriptus non habeat ſubſtitutum? an non poterit ei hereditas adimi? quid ſi non habeat coheredem? Sæpe enim fit, ut heres ſcribatur ex parte non adjecto coherede, an & hoc caſu non poterit ei hereditas adimi? Non animadvertis in eo *§. pen.* agi de adimenda hereditate ſola, quod in paganis non poteſt fieri, niſi is, cui adimitur, coheredem, vel ſubſtitutum habeat? legiſti, & pervulſiſti ſcriptum Domini in *d. §. pen.* ſine quo nec quidquam potuiſſes in eum. & maluiſti te deridendum præbere interpretando, Non facile, id eſt, aliquo caſu, quam in eo omni, quod is ſcripſerat ejus acceſſio eſſe. Væ tibi cum hiſce interpretationibus, quas latinus ſermo pati non poteſt. Hereditatem ſemel datam facile adimi non poſſe, quid aliud eſt, quam regulariter hereditatem adimi poſſe ſuo, & legitimo modo, ſicut ſi dicerem, obligationem ſemel contractam non facile tolli poſſe: quod nihil aliud eſt, quam tolli poſſe ſuis, & legitimis modis, ſolutione, novatione, acceptilatione, &c. non quibuſcumque, juxta id quod ait *l. 43. §. 1. de obl. & act.* certis modis deberi deſinere: nam & ita certis modis adimitur hereditas. Verum ut obligationem ſemel natam denaſci, tolli, interire poſſe, ita & hereditatem ſemel datam adimi poſſe generalis, & vera regula eſt, quamvis neque illa, neque hæc quoquomodo tollatur, vel adimatur: ex quo ſatis intelligitur, quam ſit ſtulta illa tua, Hereditatem adimi non poſſe:

quod perinde eſt, ac ſi diceres, regulariter ambulatoriam non eſſe voluntatem defuncti uſque ad mortem, vel, Teſtatorem non poſſe mutare teſtamentum. Subjicis, eodem referendum, quod dicitur in *l.6. §.ult. de her. inſt. eodem*, quo vero? non audes nec potes explicare. Et mox comprobari id *l.Sejus, ad leg. Falcid. l.uxorem, §.heres, de leg. 3. l.paterſ. de her. inſt.* quas Dominus notaverat: quid id eſt, quod his legibus comprobari ais, explica mihi. Omnes probant, ſi unus vel duo ſint heredes ſcripti, uni vel omnibus exheredatione hereditatem adimi poſſe,& ademptionem valere, ſi non ſit facta in fraudem juris publici. Audis exheredatione? Directo igitur: ſit enim exheredatio verbis directis: quamobrem etiam ea codicillis ſcribi non poteſt, *l.non codicillum, C. de teſtam. §. codicillis, Inſtit. de codic.* Proinde perperam ſeparas exheredationem ab ademptione directa: nam & exheredatio ademptio directa eſt. Et exheredatione etiam adimi dicitur in *d. §. ſi eodem*, ſed non ſola ſi heres ſit ex aſſe, nec ſubſtitutus,ut dixi, quiſquam ei ſit: alioquin, & ſola ei adimi poteſt. Perperam exheredationem eſſe ademptionem obliquam. Si obliquam enim, ergo factam verbis fideicommiſſi,quod eſt manifeſto falſum. Cedo ejus verba: Exheres eſto. Eſto, eſtne fideicommiſſi verbum? Ullumne aliud verbum mage directum? Iteras, non poſſe adimi hereditatem niſi ei, qui coheredem, vel ſubſtitutum habet, quod ſatis refutavi ſupra. Poteſt enim adimi etiam nullo exiſtente ſubſtituto, vel coherede,ſed non adimi ſola,& mox ita pronuntias. Non poſſe adimi hereditatem niſi ei, qui eam adivit: quo nomine vapulabis niſi providaris,& quam primum mutaveris tam ſtultam propoſitionem. Marruoine, non poſſum adimere legatum niſi ei, qui id jam ſibi adquiſiverit? non exheredem facere, non mutare eum, qui me vivo, neque adivit, neque adire potuit? *l.27. de adq. her.* Addis ſtultitia pari, Non poſſe hereditatem adimi niſi à coherede, ex *l.6. §. ult.de her. inſt.* quæ de libertate loquitur, non de hereditate, & à coherede etiam libertatem adimi non dicit: quia nec à coherede adimi poteſt, cum non à coherede accipiatur, *l.ex parte, de adq. her.* idemque eſt in hereditate, quia pendet à teſtatore ſolo: alioquin nec cuiquam dari poſſet ex aſſe. Ut datur, & adimitur. Si ex aſſe datur, ergo & ex aſſe adimitur, cum adimere volenti teſtatori eſt eodem teſtamento, vel alio. Non ergo coheredem deſiderat à quo adimatur. Quod vero Dominus oſtendit in *d. §. regula*, ita eſſe ſcribendum, Regula eſt juria civilis, qua conſtitutum eſt, libertatem adimi non poſſe, quia ſubjicitur ſtatim exemplum de libertate adempta tantum ſervo heredi inſtituto cum libertate, quæ vana, & inutilis ademptio eſt, quaſi à ſemetipſo facta, ab eo exemplo ductum argumentum extrema dementia eſt id eludere, ac ſi exemplum illud eſſet intelligendum etiam de hereditate adempta. Libenter pro libertatem, reponeres hereditatem, & ita ſcriberes. Quamvis dominus ademerit eodem teſtamento hereditatem: quod plane etiam facis dum libertatis nomine etiam hereditatem intelligis, & hac comparatione uteris: ut ademptio totius hereditatis, & libertatis ademptio eſt, ita & ademptio libertatis, ademptio hereditatis eſt: hoc poſtremum longe rejicio, quia ponis adimi poſſe libertatem, quæ non poteſt adimi: revocari poteſt alienatione, ſed & ea revocata falſum eſt revocatam inſtitutionem videri, *l.6. §. ſervus, l.50. de her. inſt.*

JOHANNES ROBERTUS.

CUm ex levicula (ut ſcripſi) conjectura, quo loco legitur *hereditatem*,apud Ulp.in *l.ſi ita ſcriptum 13.§. regula, ff. de lib.& poſth.* legendum aſſeruiſſet *libertatem*, conjecturarum ſive nugarum propola, inde & negaverat hanc eſſe juris regulam, hereditatem non poſſe adimi, contra adſtruens, adimi poſſe non eodem tantum, ſed & alio teſtamento, & alteram regulam iſtius loco invexerat hanc, libertatem adimi non poſſe. Nam ut illam ita uti dixi, ſimpliciter rejiciebat, ſic & hanc quoque à ſe ſimpliciter conſtitui demonſtrabat. Eo factum eſt, ut vanam correctionem illam patefaciens, & quam negabat, regulam aſſeruerim, & quam conſtituebat, refellere inſtituerim. Verum cum jam quaſi mutata velificatione, quod ſcripſerat, aut revocet, aut velut obſcurius ſcriptum ita explicet, ut inficietur illam à ſe regulam eo,quo dixi, modo ſimpliciter eſſe conſtitutam, ſed tantum ita libertatem ſervo heredi non poſſe adimi, quid fuit quod plura in hanc rem ſcriberet, & quos citaſſem locos, refellere tentaret? cum plane intelligere poſſet ex iis,quæ circa finem illius capitis ſcripſi,& in eadem me ſententia eſſe,& idem eo caſu de libertatis,quod de hereditatis ademptione ſentire? quippe neutram ſeorſim adimi poſſe, quod pluribus ibidem explicui. Ac quidem ſi vulgatam illius §. lectionem ſequamur, utramlibet dictionem illam admittamus, in utraque regulam his verbis conſtitutam fuiſſe agnoſcere cogimur. *Regula eſt juris civilis, qua conſtitutum eſt, hereditatem* (ſive, ut ille mavult, *libertatem*) *adimi ſervo non poſſe, propter quam liber, & heres eſſe juſſus ſit; ſed quamvis dominus ademerit libertatem, nihilominus, & libertatem, & hereditatem habebit.* Sed ita ut hac lectione admiſſa, verba iſta, *propter quam*, non poſſint referri ad dictionem, *regula*, ſed neceſſe eſt referri ad dictionem, *hereditatem*, ut conſtet aliqua hujus loci ſententia, & juxta lectionem iſtam eo minus poſſet ſimpliciter ulla regularum illarum conſtituta dici, & hoc etiam minus apta illa ejus correctio eſſet, quod id ſignificaretur dici libertatem ſervo adimi non poſſe, propter quam libertatem, & liber, & heres eſſe juſſus ſit, cum maxime non propter libertatem tunc dici poſſit, aut liber factus, aut heres eſſe juſſus, ſed magis propter hereditatem libertas relicta exiſtimanda ſit, juxta *§. licet, quib. ex cauſ. manum.non licet,in Inſt.l.ſi is, qui ſolvendo 57.ff.de hered.inſtit.* At ſi Florintini exemplaris lectionem hanc ſequemur; *Regula eſt juris civilis, qua conſtitutum eſt hereditatem ſervo adimi non poſſe, propter quam liber, & heres eſſe juſſus, quamvis dominus, &c.* econtra, verba illa *propter quam*, referenda eſſent ad dictionem *Regula*, nec apte referri poſſent ad dictionem *hereditatem*. Ac ſimul ita aptius dici poſſet illa ſimpliciter regula conſtituta, hereditatem ſervo adimi non poſſe, aut juxta conjectariam nugivendi correctionem, libertatem ſervo adimi non poſſe. Et quoniam viſus ille eſt Florentinum exemplar ſequi, niſi ſi etiam id cum aliis omnibus corrigendum conjectari libeat, eo magis credidi illam regulam ſic ſimpliciter conceptam, hereditatem adimi ſervo non poſſe, ab eo rejici, & hanc ſimpliciter illius loco introduci, libertatem ſervo non poſſe adimi. Sed cum jam illud revocans, ſe alio ſenſu regulam illam concepiſſe interpretetur, mihi jam iſta ex parte cum illo convenit. Tametſi hæc Florentini exemplaris lectio illi repugnet, cum juxta eam verba illa, *propter quam*, ita intelligenda ſint, propter quam regulam, ac ita ſimpliciter propoſita maneat regula? Quod ſi eadem verba illa, *propter quam*, referas ad hereditatem, erunt omnia plana, & ejus correctionem conjectariam eo minus illi loco convenire patefacient. Nam ſi hereditatis dictionis loco, repoſueris libertatis dictionem, ut ita intelligas, propter quam libertatem liber, & heres eſſe juſſus, quamvis dominus ademerit libertatem, nihilominus liber, & heres erit. Quid ineptius dici potuit, aut à juris ratione alienius? quia non hereditatem propter libertatem, ſed contra libertatem propter hereditatem relinqui notiſſimum eſt. Reliqua vero hic quæ addit prætereo, cum & his nihilo magis illa ipſius correctio comprobetur, & quod præcipuum ipſius in eo fuit, is monitus tandem revocarit.

Cur-

Conſtare ſibi contextum Pomponii reſponſ. in l. ſi à primo 8. ff. de lib. & poſth. her. inſtit.

CAP. XIX.

JOHANNES ROBERTUS.

INITIO *l. ſi à primo 8. ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.* cum Pompo. in ea ſpecie, in qua filius à primo herede inſtitutu proponebatur exheredatus, à ſecundo autem herede ſubſtituto non exheredatus, & dum in pendenti eſſet, an prior adiret, filius inſtitutus deceſſiſſet, ex Juliani ſententia reſpondiſſet, ſecundum minime fieri heredem, quaſi ab initio inutiliter ſubſtitutum, *Sed & ſi (inquit) poſthumo filio id accederit, ut natus vivo patre, à quo exheredatus ſit, moriatur, eadem dicenda erunt de ſubſtituto, quoniam cum natus eſt filius, loco ejus eſt, qui ſuperſtes eſt*. In quo dubium illud eſt imprimis, quod cum proponat poſthumum vivo teſtatore natum deceſſiſſe, ommittente inſtituto hereditatem, non tamen ſubſtitutum heredem fore dicat: cum repugnare videatur, quod in *l. poſthumus, ff. de injuſt. rupt. teſt.* ex benigna conſtitutionis D. Adriani interpretatione illo caſu heredi ſcripto bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas dari ait Ulpianus. Verum hic diſtinguimus, an poſthumus vivo patre natus, etiam vivo adhuc patre decedat, ut hoc caſu ſit locus illi benignæ D. Adriani interpretationi, an vero patre mortuo, ut tunc plane excludantur ſubſtituti, juxta *d. l. ſi à primo*, quod expreſſius traditum ſit in *l. ſi poſthum.* 14. *eod. tit. de liber. & poſth. in verſ. & viventibus primis, & deliberantibus decedat:* qua ratione non ab re Accurſ. in *d. l. ſi à primo, in verſ. ut natus vivo patre, à quo exheredatus ſit moriatur*, ſic interpretatur verba illa, *vivo patre*, determinare dictionem *natus*, non autem verbum *moriatur*. At (inquit) ille, quo jure, quaque injuria corrigendi, ſive receptæ, & veriſſimæ lectionis violandæ anſam captans, quod intereſt an vivo, an vero mortuo patre poſthumus decedat? Quo ſolo quæſtionis propoſitæ prætextu manifeſtam ait maculam *hærere* in his verbis, *vivo patre*, & horum loco legendum eſſe, *vivo primo*: & attexit primi dictionem eſſe nomen inſtituti, ſecundi vero eſſe nomen ſubſtituti. Itaque utriuſque initium à majuſcula litera eſſe inchoandum: illumque errorem ſubortum eſſe ex compendiis iſtis illarum dictionum inter ſe affinibus, *pr'e*, & *pr'o*, mirus artifex, qui aliis locis, quod de Verre ait Cic. 6. Act. *non per præſtigias, ſed palam per poteſtatem uno imperio* legum contextus arbitrio ſuo figit, refigitque aliis vero lectoris oculorum aciem præſtringere iſtiuſmodi præſtigiis tentat, quominus dolus percipi poſſit. Sed videamus an non hic nobis illud Plauti jure exclamare liceat:

Opera quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ.

Atque inprimis eo quod in *d. l. ſi à primo*, dictionem primi vult eſſe nomen inſtituti heredis, & dictionem ſecundi nomen ſubſtituti: itaque hæc eſſe inchoanda à majuſcula litera. Quo fiet, ut quod ibi initio propoſuit, filium à primo herede inſtituto exheredatum, perinde ſit, ac ſi dixiſſet, à Titio herede inſtituto exheredatum, ſiquidem ille Titius vocaretur: Cujuſmodi exheredationes à perſona factas vitioſas omnino eſſe conſtat: prob. *l. non putavit 8. §. ſi ab uno, ff. de bon. poſſ. cont. tab. & l. 3. §. 1. in princ. ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.* quo plane ſubvertitur ejus, & correctio, & ſententia. Tædebit non aſſeruiſſe audientius, ibi legendum eſſe *viventibus primis*, ut quidem ſcriptum eſt in *d. l. ſi poſthumus*. Qua tamen nil opus eſſe comperiemus, ſi alterutram Accurſii noſtri ſententiam ſubſequemur, qui à primo herede inſtituto exheredatum interpretatur intelligendum, aut ab inſtitutis heredibus primo gradu, aut primo gradu exheredatum, quaſi ſic in genere fuerit locutus. Nec ullo modo utramvis correctionem illi loco convenire id arguit, quod cum aperte illic teſtetur Pompon. in illa ſecunda legis parte eam ſpeciem ſe proponere, in qua *poſt-*

A *humo (inquit) filio id acciderit*, quod de filio jam nato dixerat, atque in fine deciſionis ſuæ hanc rationem reddat, de poſthumo nato loquens, *quoniam cum natus eſt filius, loco ejus eſt, qui ſuperſtes eſt*: quæ ut vera ſint, oportet poſthumum, & vivo patre natum fuiſſe, cui itidem ut alter ille filius ſuperſtes fuerit, & præterea mortuo patre deceſſiſſe. Alioqui non id illi accidiſſe, quod filio, recte hic dictum eſſet à Pomponio. Quo ſolo, & illi ejus unico objecto, & argumento ſatisfactum dici poſſet, quod nihil intereſſe contendit, an vivo, an mortuo patre natus ſit poſthumus, qui poſt patris mortem deceſſerit. Cæterum & alia ratione intereſſe contendimus, quippe quod ut in filio dixerat ſecundum heredem *quaſi ab initio inutiliter inſtitutum*. ſciente ipſo patre, qui ſi utiliter inſtitui voluiſſet, teſtamentum vivus mutare potuiſſet: ita & po-
B ſthumo vivo patre nato, ſi minus ab initio inutiliter inſtitutum ſecundum heredem, attamen ruptam ejus inſtitutionem dicemus vivo adhuc patre idipſum ſciente, qui ſi nihilominus utiliter inſtitutum manere voluiſſet ſecundum heredem, mutandi teſtamenti, & poſthumi, ab illo quoq; ſecundo gradu exheredandi poteſtatem habuerit: Sicque vi ipſa & effectu eodem id recidit cum illu ſuperiore caſu, quaſi & hic pro eo habeatur ſecundus heres, qui ab initio inutiliter ſit inſtitutus. Cujus mutandi teſtamenti poteſtatis, quam teſtator ruptum teſtamentum ſciens habuerit, neque tamen id mutaverit, maximam in jure rationem haberi, prob. arg. *l. 3. in verb. commutare idem teſtamentum potuiſſet, C. de inoff. teſtam. & l. militis 37. §. miles in ſupremis*, juncta *l. ſi filiusfamil. 34. in prin. ff. de mil. teſt.* Quod cum in propoſita ſpecie illa
C attendatur, in qua proponitur, ut filius, ita & poſthumus à primo gradu exheredatus, non autem à ſecundo ob exheredandi affectionis odium, quod reſtringi oporteat, ac maxime in immerente poſthumo, arg. *l. cum quidam 19. ff. de liber. & poſth.* non idem rupto ejus ſola præteritione teſtamento: ſiquidem is vivo patre deceſſerit, tametſi & tunc quoque eandem mutandi teſtamenti poteſtatem pater habuerit ex benigna illa D. Adriani interpretatione in *d. l. poſthumus*.

ANTONIUS MERCATOR.

ERgo in *l. 8. de lib. & poſt.* non eſt ſcribendum, Si à primo herede inſtituto filium exheredavero: quoniam, inquis, exheredatio à perſona facta non valet, &
D quæ fit à primo herede inſtituto, fit à perſona. Aut deſipis, aut quod magis crediderim, hoc ſcribis mala fide: nam ſi Primus eſt unus ex heredibus, fit ſane ab unius perſona: & ita loquitur *l. 3. §. filius, eodem, l. non putavit, §. ſi ab uno, de bon. poſſ. cont. tab.* ſi Primus ſolus heres eſt, non fit ab unius perſona. Atquin Primus ſolus heres inſtitutus fuiſſe proponitur in *d. l. 8.* & æque ei ſubſtitutus Secundus ſolus: ergo non à perſona unius, ſed ab unico facta exheredatio eſt: quæ ab unico fit, à gradu fit ipſo, quo is heres inſtitutus eſt: quæ ab uno ex pluribus, à perſona, non à gradu, imo nec à perſona, quoniam ita Latini non loquuntur, ſed à perſona unius, ac præterea ſi Primus, & Secundus in ea lege ſunt appellativa non propria nomina, perperam his adjungis alia: nec enim cum ſecundum heredem dixit pro ſubſtituto, recte addit ſubſtitutum ſine copula, quæ faciat ἐξήγησιν, vel
E παρεμβεβλημένον. Hoc autem proponitur initio *d. l. 8.* non ſecundum Juliani ſententiam, ut tu ais, ſed ut Flor. ſecundum ſententiam, qua utimur, hoc eſt, ſecundum Catonianam regulam, quæ & ſententia dicitur, *l. Julianus, de cond. & dem.* ſecundum jus, quo utimur, ut ait *l. 7. eod.* Si filius à Primo herede inſtituto ex aſſe exheredatus ſit, à Secundo ſubſtituto præteritus, & poſt mortem patris moriatur deliberante Primo, deinde Primus hereditatem repudiaverit, Secundum non poſſe adire hereditatem, ſed legitimum vocari. Et ſubjicit eadem eſſe dicenda ſi idem in filio poſtumo acciderit, ut vivo patre à quo exheredatus eſt moriatur. Perperam dicit Idem, qui non repetit eandem ſpeciem. Non eſt eadem, quia poſuit filium

A lium mortuum poſt mortem patris, & nunc ponit poſtumum mortuum vivo patre, quo caſu poſito non eſt prorſus idem dicendum in poſtumo, quia jure prætorio ſubſtitutus ad bona pervenire poteſt, *l. poſtumus, de inj. rup.* nec potes argutari cum Accurſio, poſtumum natum vivo patre mortuum poſt patrem: nam & ſermo Pomponii eam interpretationem non admittit, nec vir eruditus quoque eam admiſerit unquam: & ut jampridem Dominus docuit, fruſtra ponitur poſtumum natum vivo patre: nihil enim refert, quod ad rem propoſitam attinet, poſtumus mortuo, an vivo patre natus ſit, nam & ſi mortuo patre natus ſit, ac deinde mortuus, verum eſt ſubſtituto locum non eſſe. Tu niteris oſtendere, vel tantillum intereſſe, & niſus iſte tuus deſinit in foria. Non potes etiam, Marrucine, Accurſium tueri hoc colore, quaſi idem (neſcio cur mutes idem in id) quod accidit in filio, non B acciderit etiam in poſtumo, niſi & poſtumus vivo patre natus ſit. Nam verbo acciderit, mors ſignificatur, *l. in vulgari, §. ult. de verb. ſig.* quod & mox Pomp. ita explicat, dum ſubjicit, acciderit ut moriatur. Vita qua vivimus nobis non accidit, ſed eſt de ſubſtantia noſtra. Denique vita in actu primo eſt ſubſtantia per reductionem, non accidens. Operatio tantum vitalis eſt accidens. Utrique vero, id eſt, filio & poſtumo mors contigit vivo, & deliberante Primo, ut etiam cum plures inſtituti eſſent in *l. 14.* proponitur, poſtumum vivis heredibus inſtitutis, & deliberantibus vita deceſſiſſe. Quid vero in eo etiam attinebat comparare poſtumum filio, quod & ipſe vixerit vivo patre, quod viderit, & riſerit patrem, an hoc quidquam facit ad jus de quo quæritur in *d. l. 8.* vel an demutar ex eo aliquid. Addo, quod dixit Pomponius in filio, C idem eum iterare in filio, ſi ita legamus in *d. l. 8.* cum ſubjicit, idem eſſe in poſtumo vivo patre nato; quid enim poſtumus vivo patre natus aliud eſt, quam filius? & ex tua diſciplina ſi recte contendis cap. 11. poſtumum non dici eum, qui vivo patre natus eſt, aut non recte Pomponius poſtumum dicit vivo patre natum, aut tua concidit diſciplina, quam tamen Dominus hoc loco quodammodo ſequi videtur, nec ſequitur tamen, cum ſuperioribus rationibus adductis pro vivo patre, reponit, *Viva Primo*, à quo exheredatus ſit, quoniam & ſupra dixit à Primo fuiſſe filium exheredatum: & quod in filio, idem omnino nullo dempto, vel addito etiam in poſtumo poni oportet. At tu faceſſe hinc, *κάνθων μολικέ*, qui quæ luce clariora ſunt, præſtigias vocas, quia & verba extrema *l. 8. quoniam cum natus eſt filius, loco ejus eſt, qui ſuperſtes eſt,* D quibus oſtenditur, qua ratione idem ſervetur in poſtumo poſt mortem patris nato, quod in filio, referendo ad natum vivo patre, facis ut utraque pars legis ſit de filio, nulla de poſtumo.

JOHANNES ROBERTUS.

NOn repugnavi quominus initium *l. 8. ff. de lib. & poſth.* ita ſcriberetur, *ſi à primo*. Verum dixi quidem nihil eſſe, quod dictiones iſtæ, primi & ſecundi, ibi majoribus litteris quaſi propria hominum nomina ſint, ſcribantur. Non quod inficiari vellem eadem nonnunquam propriorum nominum loco ſumi, *ut in l. 2. §. ult. ff. de condit. inſtit. & l. 3. §. filius, in fin. ff. de lib. & poſth.* ſed id non eſſe perpetuum contenderem, quia dictiones E iſtæ, & graduum heredum inſtitutionis ac ſubſtitutionum ordinem ſæpius ſignificent, *ut in l. ſi poſthumus 14. in prin. ff. de lib. & poſth. l. ſervo alieno 116. §. ſi quis à primo* (ubi Accurſ. ad utrumque hæc referri poſſe notat) *ff. de leg. 1. l. ſi plures 24. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Eoque magis dicebam non eſſe, quod propriorum nominum loco hic ſumerentur, & majoribus litteris exſcriberentur, quod alioqui dubium relinquerent, an (cum eodem gradu intelligi poſſint plures inſtituti, & plures ſubſtituti) à perſona tantum exheredatio facta proponeretur, quæ idcirco vitioſa eſſet, cum à toto gradu ſit facienda. Sed enim eo, quod jam ille attexit ſuppoſito & acto, quippe inſtitutos pariter, & ſubſtitutos unoquoque gradu A ſingulos tantum fuiſſe, non inficior ab illorum ſingulorum perſona exheredatum, quaſi à toto gradu recte exheredatum eſſe cenſendum. Neque hic urget, quod ait, ſi eſſent hic appellativorum nominum tantum, non propriorum loco poſita, perperam his addita fuiſſe, & alia, puta hæc, *ſi à primo herede inſtituto, à ſecundo autem ſubſtituto*. Quid enim in eo incongrui? ut ſignificantius id ſit hoc addi, ut ſit, & *in d. l. ſi poſthumus, in verbo, ad heredes primo gradu ſcriptos*, quo loco iſtis dictionibus nemo dixerit propria nomina ſignificare voluiſſe Aphricanum. Leviora hæc ſunt, quam quæ accuratam adeo tractationem exigant: quale & illud quoque notat, non ſecundum Juliani ſententiam dicere me debuiſſe illud decidi *in d. l. ſi à primo*, quia Juliani mentio non fiat in exemplari Florentino, at fit in vul- B gatioribus, & receptis exemplaribus, quæ in eo viſa mihi ſunt emendatiora. Nam alioqui, nullo authore, aut antea, aut ibidem indicato, *ſecundum ſententiam qua utimur*, minus convenit: ſiquidem id abſolute prolatum ad Catonianam regulam referri, quod probari ait *l. Julianus 85. ff. de cond. & demonſt.* quis illi aſſentiatur, cum in illa lege juxta exemplaria omnia Catonianæ ſententiæ expreſſa mentio fiat, ſimpliciter vero ſententiæ non fiat?

Ejuſdem generis, & illud eſt, quod notat ibidem legere me, *id acciderit*, prout legitur in exemplaribus vulgatis, & receptis, cum alioqui legatur in Florentino, *idem acciderit*. Quid vero inter utrumque hac in re adeo interſit, non diſpicio. Itaque utrum malit, admitto; mihi enim idem Accii quod Titii. At, inquit, perperam C dicit idem, qui non repetit eandem ſpeciem, & perperam quoque diceret id, cujus in eo non eſt diverſa ſignificatio, & vis. Sed quod ait non repeti in poſthumo eandem ſpeciem, quam in filio retulerat, utrovis modo legas, falſum eſt: quia & quod aſſumit antea poſuiſſe filium mortuum poſt mortem patris, poſthumum vero ponere mortuum vivo patre, falſum eſt. Nam (ut ex Accurſ. ſum interpretatus) hic poſthumum vivo quidem patre natum ait, ſed non ut idcirco cum vivo patre mortuum referat. Expendat ſyncerus lector, & comperiet id Pomponii verbis optime illic convenire. At nihil refert, inquit, vivo patre an mortuo natus ſit poſthumus. Imo vero plane docui intereſſe plurimum: tum quod alioqui non id ſive idem, accidiſſe recte diceret in poſthumo, quod in filio qui vivo patre extiterit, nec dici poſſet, D cum natus eſt, ejus loco extitiſſe, qui ſuperſtes antea erat, ut in fine legis nominatum dicitur: Tum etiam, quod teſtator filium ſibi natum videns, ſiquidem ejus animi fuiſſet ut ad ſubſtitutum eo mortuo hereditatem devolvi voluiſſet, mutare teſtamentum potuiſſet, quod eo poſt mortem nato contigiſſe dici nequeat, cujus rei in jure rationem haberi comprobavi. Sed ea cum legeret, contigit ut more ſuo imprudens in coleos cacaret, ob idque foriolo illa parte diſtento, non aliud parare licuerit, quod reſponderet, quam qua exundabat foriam.

Et quam inſipidum, quod verbo Acciderit mortem ſignificari definit, idque cavillatur probari ex Pomponio *in l. in vulgari 163. §. ult. ff. de verb. ſig.* cum ibi nominatim dicatur verbo Acciderit, ut ea quæ vivis accidunt, ita etiam mortem ſignificari, ac per conſequens non magis mortem, quam alia, argum. ibi additæ particulæ, E *etiam mors*, cui, ſi prævidiſſet futurum ut ea objiceretur, imminebat periculum ne nova correctione eraderetur. Inde vero quam appoſite de vita, & morte philoſophatur, vitam qua vivimus, non accidere nobis, ſed eſſe de ſubſtantia noſtra, operationem tantum vitalem eſſe accidens. An ideo magis probat, quo loco ibi legitur, *vivo patre*, legendum eſſe (ut conjectando corrigit, & nos rejicimus) *vivo primo*: Ut & quod ſubdit, utique & filio, & poſthumo mortem contigiſſe vivo, & deliberante Primo, quis id inficiatur, cum hoc tantum vivo patre eos deceſſiſſe negemus? At, inquit, poſthumus vivo patre natus, quid aliud, quam filius eſt? Atque etiam cur contra ea, quæ docuerim vivo patre natum,

tum, vocem poſthumum quærit? Utrumque facile expedio. In illo dico intereſſe inter filium ante teſtamentum editum, & eum qui poſt teſtamentum fuerit natus, quippe quod eo minus validam eſſe ſubſtitutionem voluiſſe intelligatur teſtator, qui à ſubſtituto, quem ſciebat filium ſibi natum, non exheredaverit, ut ab herede primo, aut eo magis id ei ſit imputandum, ſi juris ignorantia hoc egerit: quam ſi de nondum extante, & naſcituro cogitarit, arg. *l. 3. C. de inoff. teſt.* Sicque cum eo alia eſſet quadantenus ratio in poſthumo, ſive poſt teſtamentum nato, quam filio ante teſtamentum edito, non fruſtra eſt, quod non ideo minus idem, & in hoc, quam in illo obtinere expreſſit, cum alioqui ob id, quod alius ſit, addubitari potuiſſet: Illos autem vivo patre poſt teſtamentum natos, quia proprie poſthumi non ſint, quippe minime poſt mortuum patrem nati, lege Junia Vellea poſthumorum appellatione minime donatos fuiſſe; ſed tamen quia poſt teſtamentum, quod ab unoquoque mortis quandocunque, vel ipſo inſtanti obventuræ contemplatione fit, editi ſint, poſthumorum loco eſſe intelligi: ideoque & poſthumos nonnunquam à juris authoribus lata appellatione vocari: quod quando fiat, ex ſubjecta materia facile dijudicari poſſit, docui c. 2. *hujus lib.* Ac ita referendo ad natum vivo patre poſt teſtamentum, retectis præſtigiis facio apertiſſime, ut altera pars ſit de filio, altera de poſthumo.

Quænam actio competere dicenda ſit in priore parte l. dotalem 62. & in l. hæc actio 66. ff. ſolut. matrim.

CAP. XX.

JOHANNES ROBERTUS.

IN illa ſpecie, in qua maritus ſervum dotalem, vel quaſi negotium uxoris gerens, vel invita uxore manumiſit, quæ agitatur *in l. ſi conſtante 26. §. ſi vir, & l. dotalem 62. cum 4. l. ſeq. ff. ſolut. matr.* dun imprimis dubia ſunt, cum mulier propter manumiſſum ſervum aliquid, quod maritus conſecutus ſit, ab eo vi legis Juliæ (cujus ibi mentio fit) petere poteſt, & quonam tempore id illi liceat, & quanam actione id poſſit. Quod eo obſcurius redditur, quod eam actionem, qualiſcunque ſit, etiam conſtante matrimonio inſtitui poſſe dicitur, *in l. hæc actio 66. ff. ſol. matrim.* nec tamen ibi explicatur qualis hæc actio ſit, cum alioqui de dote actio, non niſi ſoluto matrimonio competat, *l. dotis, C. de collat.* in quo ſenſit Bartol. *in d. l. dotalem*, tunc mulierem agere poſſe condictione ex lege Julia: idque confirmat arg. *l. filiusfam. 14. §. maritus, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* In quo circa ſpeciem cum ſuperiore conjunctam diſquirit, quid mulier ex lege Julia conſequi poſſit: in idque etiam citat *l. ſi vero negotium 65. verſ. dabit autem, ff. ſol. matr.* quam Bartoli ſententiam aperte ſubſecutus eſt Paul. Caſtr. *in d. l. hæc actio*, illud addens, condictionem iſtam eſſe ex lege Julia de maritandis ordinibus, competentem ad id, quod maritus fuit conſecutus tanquam patronus, vel æſtimationem ejus, rejectis ab eo expoſitionibus Accurſii, quarum nullam veram eſſe ait, ut ibi pluribus refellit, & explicat. Idem quoque ſenſere Oldra. & Alber. Roſat. *in d. l. dotalem, & d. l. hæc actio*. Quæ cum ita ſint, an non eſt, quod miremur non puduiſſe Obſervatorem id, quaſi novum inventum ſuum tradere, & glorioſius efferre, ſive id non ignoraverit ab illis ante ipſum fuiſſe proditum (quo caſu plagiarii notam non effugeret) ſive ignorarit? Summa hæc ejus imprudentia eſt, vel magis amentia, de re non dicam minime comperta, ſed ne tantillum quidem perquiſita, & temere, & arroganter adeo pronunciare, eoque ſeſe venditare, quod nominatim dicat hanc eſſe illam diu perquiſitam, necdum tamen ab interpretibus inventam actionem, de qua agitur in *d. l. hæc actio*. En quo juris interpretum neglectus perducit tumidos. Neque tamen, ut mihi ſententia illa probari poſſit, tum quod etiam illo caſu, quo vir refragante muliere illiuſmodi ſervum manumiſerit, non aliud, quam dotis actionis judicium competere antea ex Papin. traditum eſſet *in d. l. dotalem*, quaſi id ſufficeret: quod quidem ad eos caſus referendum eſt, quibus dotis actioni locus eſſe poteſt, ſive ſoluto, ſive etiam conſtante matrimonio: Tum etiam, quod maritum, qui ſolvendo eſt, jure ſuo, ac ſine mulieris voluntate dotalem ſervum manumittere poſſe lex voluerit: ut exinde qualecunque jus patronatus futurum ſit, ita conſequatur, ut mulieri emolumenta, quæ perceperit, vi legis Juliæ reſtituat, ſed ſoluto tantum matrimonio, ut cui eo ſatis conſultum ſit, ſiquidem maritus ſolvendo exiſtat: quod ſi ſolvendo non ſit, niſi mulieris voluntas acceſſerit, libertas impeditur. Quo & conſtante quoque matrimonio, illo caſu deberi dos intelligitur, prob. hæc *l. ſervum dotalem 21. ff. de manumiſ.* Cum autem ejus voluntas accedit, tum propter mariti inopiam etiam conſtante matrimonio, ut reliquarum rerum dotalium conſervationis ratione, de dote actione agi poteſt: & ita intelligenda *d. l. hæc actio*, arg. *d. l. ſervum dotalem, in fin.* cum antea (ut dixi) de dote actionis mentio facta eſſet, ſintque intermediæ leges ad illam uſque omnes conjunctæ, eandem quæſtionem illam varie agitantes. Nec repugnat, quod *in d. §. ſi vir*, de cautione traditum eſt, quam officio judicis maritum præſtare cogi poſſe ibidem dicitur. Id enim intelligitur ſoluto matrimonio fieri, cum ſuperſtite adhuc ipſo liberto nihildum ſit, quod actione de dote conventus ex ejus bonis, aut ipſius obligatione, cujùs nondum dies venerit, reſtituat. *Sic intell. d. §. ſi vir*, arg. *ejus contextus*.

ANTONIUS MERCATOR.

ACtio de qua agitur *in l. hæc actio, ſol. mat.* eſt condictio ex lege Julia. Hæc eſt illa, inquit Dominus, diu perquiſita nondum ab interpretibus inventa actio. Non certe ab Accurſio, quem habuit ob oculos cum hoc ſcripſit, quo ut in aliis, & in hac re cæteros interpretes non exiſtimavit eſſe ſapientiores: nec fuit tum ei curæ cæteros inſpicere, quos nec tum habuit in poteſtate ſua, ut vere profiteri poſſit ſe judicium tale eis prorſus non debere: verum gaudet tamen quibuſdam ante idem veniſſe in mentem, quod & tum venerit ſibi: ubi autem dolus malus abeſt, plagium arguere non niſi maligni calumniatoris eſt. Sciunt omnes, & ſcripta ejus ſatis teſtificantur, quam is ab hoc vitio longe abhorreat, quamque libenter, quod ex aliis ſumit, id eis bona fide reddat: mirum eſt plagium uno loco feciſſe eum, qui nihil magis vitat, quam plagium, quique aliis etiam locis in hoc crimen incidiſſe non arguitur, & interim diu perquiſitam eſſe eam actionem non potes negare, cum ex quinque, aut ſex quæratur quænam ea ſit, mandati an negotiorum geſtorum, an actio de dote, an condictio ſine cauſa, an condictio ex lege, an condictio ex cautione, & quod tu eum ambitioſe dixiſſe mentiris, necdum inventam eam ab interpretibus, etiam verum eſt, quia nondum inter ſe certo conſtituere potuerunt, quænam ea eſſet, ſingulis dantibus ſuam, & te quoque nunc tuam, nempe actionem de dote, non condictionem ex lege Julia: quod falſo ſcribis Pap. tradere in *l. dotalem, eod. tit.* in qua ſervo dotali manumiſſo invita uxore maritum ab eo ex aſſe heredem inſtitutum, alteram tantum portionem reſtituere dicis actione de dote, non etiam eam, quam ut patronus conſequi potuit, ac debuit, & alteram ſi ſolvendo ſit maritus, actione de dote: ergo ſoluto matrimonio, non conſtante, cum tamen eam, quæ jure patronatus debetur uxor conſequi poſſit, etiam conſtante matrimonio condictione, quæ ex lege Julia deſcendit, *d. l. hæc actio*, quod & in *d. l. dotalem* interpres Baſil. addit, non actione de dote. Tu *d. l. hæc actio* pene circumſcribis, cum eam coanguſtas ad caſum quo maritus ſolvendo non eſt, ut idem dicat, quod *l. ſi conſtante, in pr. eod.* & quo voluntate mulieris ſervum dotalem manumiſit, quo ſane caſu ceſſat lex Julia, & tamen

men ut *l. ſi vero*, ita *l. hæc actio*, quæ ſequitur, neceſſe eſt A referre ad legem Juliam. Non ergo ad hunc caſum, ſed ad illum, quo maritus ſolvendo eſt, & manumiſit invita uxore, aut negotio uxoris geſto, quo & ſi lex dicat agi poſſe etiam conſtante matrimonio, tu omnium hominum, qui ſunt, qui fuerunt, quique futuri ſunt ſtolidiſſime, audes dicere, agi tantum poſſe ſoluto matrimonio, & idem flagitium audes in *l. ſi conſtante, §. ſi vir. eod.* quaſi cautio ea de re non poſſit exigi niſi ſoluto matrimonio, quæ in ſimilibus cauſis exigitur ſtatim, *l. ſi quis ſervum, de act. empt.* & in hac quoque cauſa, ac ſi fuerit interpoſita ex ea quoque agi conſtante matrimonio poteſt.

JOHANNES ROBERTUS.

QUid eſt, quod ſuccenſeat, ſi miratus ſim ab eo di- B ctam diu perquiſitam, & necdum inventam ab interpretibus eam actionem, quam ait eſſe condictionem ex lege Julia, de qua agatur in *l. hæc actio 66. ff. ſolut. matr.* cum eam non unus, aut alter, ſed plurimi prodidiſſent, & quidem ex potioribus vetuſtis interpretibus, quoſque imprimis juris ſtudioſi conſulere ſoleant? Quonam ſe offenſum queri poteſt, ſi antequam hæc profeſſus eſſet, divinare non potuerim juris interpretum generali appellatione unum Accurſium ab eo intellegi, quia alios eo ſapientiores minime exiſtimet vir hic, quem dicta factaque perinde ac ſcripta admodum ſapientem teſtantur. Quin mihi potius habenda fuit gratia, qui effecerim ut (quemadmodum ait) idem & aliis tot veniſſe in mentem intelligeret, quod quaſi quæſitum diu (ſi quidem diu in id incubuit) cum illis pluribus aliis Accurſ. C hic tanto cum faſtu ſibi imprudens adſcripſerit. Nam alioqui, quod plagii in eo crimen amolitur, in idque tot verba effundit, quem petat non video, & cum à me in eo plagii minime argueretur, non fuit, quod prorſus in eam rem tot verbis, conſciæ aliunde mentis ſuſpicionem majorem injiceret. Qui disjunctive loquitur, non utrumque, ſed alterum tantum dicit, ac ita cum ſcripſi mirari me ab eo traditum, id quaſi novum inventum, quod pluribus jam annis, atque etiam ſeculis eſſet proditum, ſive non ignorarit (quo caſu plagii notam, ſuperbe adeo locutus, non poſſe effugere adjeci) ſive id ignorarit. Ac tamen (ut eſt pertinax) cum locos indicarem quibus à multis id eſt proditum, etſi id non inficiatur, in eo tamen perſtat, ut quod dixit, verum adſtruat, nondum ab illis fuiſſe inventam, quia non omnes in id conſenti- D ant, & nondum inter ſe certo conſtituere potuerint quænam ea eſſet, pluribus aliam atque aliam, quam iſtam aſſignantibus. Quam id omne abſurdum ſit quis non perſpicit? quia non omnes interpretes in id conſentiant, ideo ab eorum nemine hanc actionem fuiſſe proditam: Itaque hoc ut novum inventum jure ſuo ſibi ſe adſcribere, quod diu perquiſitum nondum ab interpretibus eſſet inventum, tametſi ab eorum pluribus nominatim ſit proditum:

Inde vero & ad ſententiam hac in re meam confutandam delabitur, quippe qua non aliam, quam de dote actionem iſto caſu competere aſſerui, quod illo caſu, quo vir refragante muliere ſervum dotalem manumiſerit, non aliam, quam de dote actionem à Papiniano ei dari probetur, *l. dotalem 62. ff. ſolut. mat.* In quo is falſo à me Papinian. citari ait, quod illa lege maritum ex aſſe heredem à liberto ſcriptum, alteram tantum portionem E reſtituere dicat actione de dote, non etiam illam, quam ut patronus conſequi potuit ac debuit, aliam autem actione de dote, ſi ſolvendo ſit maritus, qua tamen ſoluto tantum matrimonio agere poſſit, non autem conſtante, cum tamen, & eam quæ jure patronatus debetur, uxorem etiam conſtante matrimonio conſequi poſſe, prob. *d. l. hac actio*. Non aſſequitur, aut ſe non aſſequi ſimulat ſententiam meam, quæ ut clarior illi fiat, ſic in univerſum ſtatuo: Plurimum intereſſe, maritus qui in dotem ſervos accepit, quos exinde manumittat, ſolvendo ſit, an non ſit, & an invita ac refragante uxore eos manumittat, an non invita: Sed ita tamen, ut iſtis caſibus omnibus, quod inde mulieri reſtitui oportet, id regulariter conſtante matrimonio reſtituere minime cogatur, ſed eo tantum ſoluto. Ut quemadmodum regulariter, vel dos tota, vel pars dotis ante ſolutum matrimonium ab eo peti minime poteſt, ita nec quod occaſione ſervi dotalis ab eo manumiſſi reſtituere uxori tenetur id, cum velut dotis loco ſit, vel ejus partis, nec ante ſolutum matrimonium regulariter peti poſſit, prob. *l. ſi conſtante 25. §. ſi vir, ff. ſolut. matr.* quippe mulierem etſi abſque ejus voluntate maritus dotalem ſervum manumiſerit, non aliud à marito conſequi ob id poſſe, quam (officio judicis in id implorato) ut caveat ſe reſtituturum mulieri quicquid ex liberti bonis ad eum pervenerit: ergo tunc reſtituere minime cogitur, ſed cavere tantum reſtituturum, nimirum poſt ſolutum matrimonium, ut conſtat non ante dotis repetitioni locum eſſe, tunc autem non de alio, quam dotis, ejuſque quod ex dote proceſſerit, & in locum ejus ſuccedat, reſtituendo agatur. Sed quemadmodum ab illa regula dotis non ante ſolutum matrimonium exigendæ, excipitur is caſus, quo maritus vergat ad inopiam, effectuſque ſit minime ſolvendo, ut tunc non expectato matrimonii diſſolutionis tempore dos ab eo exigi poſſit, idque actione de dote à muliere inſtituta, *d. l. ſi conſtante, in princip.* Ita & quod occaſione dotalis ſervi manumiſſi ad maritum pervenerit, eo caſu quo vergat ad inopiam, & ſolvendo non ſit, conſimiliter actione de dote mulieri ab eo, & conſtante quoque matrimonio exigere licebit, nec aliter, juxta ſuperiorem rationem, idque eadem de dote actione, *ſic intell. d. l. hæc actio*. Nec repugnat *l. dotalem 62. ff. ſolut. matr.* Quin magis convenit, ut quæ actionis de dote expreſſe meminerat, qua repetatur, quod occaſione ſervi dotalis mulier repetere poteſt. Ergo ſoluto matrimonio (inquit oblatrator) non ante; Imo vero, & poſt ſolutum matrimonium, & ante. Illud quidem regulariter, hoc autem eo tantum caſu, quo maritus vergat ad inopiam, non ſecus quam eodem caſu dotem, & conſtante matrimonio peti poſſe lex voluit. Et quod cauſatur tunc nimium circumſcribi, *d. l. hæc actio*, quæ ad illum ſolum caſum reſtringatur, quo maritus ſolvendo non ſit: imo vero non magis hoc caſu conſtringitur actio hæc de dote, de qua ibi loqui Scævolam ex eo interpretatus ſum. Quod à *d. l. dotalem*, in qua actionis de dote meminerat, uſque ad *d. l. hæc actio*, intermediæ leges omnes ejuſdem ſint argumenti: quippe de ſolo caſu illo loquantur, quo ſervus dotalis fuerit à marito manumiſſus. Et cum in omnibus illis intermediis, ac inter ſe ipſo ſenſu connexis legibus non alterius actionis mentio facta ſit, atque exinde quaſi continuato ejuſdem propoſiti ſermone ſubjecta ſint ex Scævola iſta verba, *hæc actio*, à quibus initium ducit *d. l. hæc actio*, non video ad quam aliam actionem ea referri debeant, quam illam, cujus noviſſime mentio facta eſſet. Et quod dicitur in ea *l. hæc actio*, non eo generaliter extendendum eſſe, ut actionem de qua loquitur, in id indiſtincte quandocunque conſtante matrimonio adverſus maritum inſtitui poſſe intelligamus, indicat particula *Etiam*, extenſiva, qua ibi uſus eſt Scævola, eo ſignificans illam actionem etiam conſtante matrimonio aliquo caſu competere. Nec ex eo quod in *d. l. dotalem*, alteram partem, quam non ut patronus conſecutus ſit maritus, judicio de dote mulieri reſtituendam ait Papin. inferri poteſt illam alteram, quam ut patronus conſecutus eſt, illa actione peti non poſſe. Propterea enim id ab eo dictum eſt, quod cum initio propoſuiſſet ſervum invita muliere manumiſſum à marito, qui ex aſſe eſſet inſtitutus (quod non tantum de ea muliere quæ refragaretur, ſed & illa quæ ignoraſſet, & non conſenſiſſet, poterat intelligi, *arg. l. invitum, ff. de ſervit. urb. l. filiusfam. in fin. princ. ff. de procur.*) quia in dubium ſit eam portionem, quam ut patronus conſecutus eſt, quovis illo caſu eſſe mulieri reſtituendam, hoc eſt, ſive refragata ſit mulier, ſive non ſit, atque etiam ſi velut negotium ejus gerens vir manumiſerit, *l. ſi*

vero

vero 65. in prin. verſ. item quidquid. ff. ſol. matrim. idque, & ea actione, & eo tempore, quo ei res dotales reſtitui oportet, quippe regulariter actione de dote, & ſoluto matrimonio, Papiniano ſufficere viſum eſt illud in ea portione, quæ dubio careret, generaliter exprimere, nempe eam portionem, quam ut patronus ſit conſecutus, eſſe reſtituendam mulieri. In altera vero portione majus dubium eſſe ſubindicans, quia non ita quocunque caſu ſit ea conſtituenda, ſed tunc ſolummodo cum mulier ſit refragata; quia ſi non fuerit refragata, verum illa non invita maritus id egerit, eam reſtituere nullo modo teneatur, eo præſertim caſu quo is ſolvendo ſit, quia tunc manumittere potuerit, *d. l. ſi vero, in prin. verſ. cæterum ſi alio jure, & l. ſervum dotalem 21. ff. de manumiſſ.* propterea expreſſius, & eo caſu quo refragata fuerit, & eam quoque portionem dotis judicio maritum reſtituere cogendum dixit; nec alia ratione portionem iſtam ab illa altera ſecreviſſe dici poteſt, quam qua illa indiſtincte & extra dubitationem omnem reſtituenda ſit, nimirum eodem jure, eademque actione, ac eodem tempore, quo quævis aliæ res dotales reſtituendæ ſunt, & peti poſſunt, hæc vero non ſemper, nec abſque dubio, quo magis eo caſu quo ea portio reſtituenda eſt, qua actione ad id poſſet maritus urgeri, fuerit exprimendum, tametſi illa duo omiſerit, & quando reſtitutio eſſet facienda, & an de eo marito illud intelligeret qui ſolvendo ſit, aut non ſit, utrumque id ex aliis legibus determinandum relinquens; quarum argumento conſtat iſtiuſmodi reſtitutionem eo tempore faciendam, quo & aliarum rerum dotalium, & occaſione dotis debitarum fieri oportet, nimirum poſt ſolutum matrimonium, præterquam ſupradicto illo caſu, quo vergente marito ad inopiam, etiam conſtante matrimonio conceditur mulieri earum exactio, ad quem caſum referenda quidem ſit *d. l. hæc actio*, uti dixi, at non *d. §. ſi vir.*, ac multo minus ad id, ut intelligamus quod dicitur *in fin. d. §. ſi vir*, referri ad tempus conſtantis matrimonii, ſed diſſoluti, vivo adhuc liberto, aut eo quidem mortuo, ſed ita ut dies obligationis, qua ſeſe marito obſtrinxiſſet, nondum veniſſet; Non quod negaverim poſſe, & conſtante matrimonio conſimiliter iſtiuſmodi cautionem exigere uxorem à marito, ſed quod non indiſtincte id illi eo caſu liceat, ſed tunc tantum cum maritus ſolvendo non eſt; quod cum illic non aſſumat, ſed neque conſtante aut ſoluto matrimonio cautionem illam peti dicat, in dubio ad eum caſum id convenientiſſime dixi eſſe referendum, quo regulariter aſſumitur ſolvendo eſſe, quoties contrarium non exprimitur. Quibus patet oblatratorem in eo calumniari, quod refert dixiſſe me, cautionem illam non poſſe exigi niſi ſoluto matrimonio, quod falſiſſimum eſt: ut & illud quod ait, dicere me, in illa prædicta ſpecie ſoluto tantum matrimonio agi poſſe. Quo & ſtolidius, & flagitioſius in utroque, cum ſtoliditatem, & flagitium nobis objicere facile collatis ſcriptis deprehendet lector.

Repetita aſſertio lectionis l. cum Stichus 29. ff. de ſolut.

CAP. XXI.

JOHANNES ROBERTUS.

VETEREM, & receptam lectionem aſſerturus *in l. cum Stichus 29. ff. de ſolut.* veterum ſententiam me ſecutum non diffiteor, neque id diſſimulavi unquam: quippe quod ea etſi mihi plane non ſatisfaceret, tamen longe præferenda videretur illi alteriua negationis diſcerptioni deſultoriæ, quam Obſervator invehere tentaſſet. Et quidem is, quibus poteſt machinis, ſententiam illam expugnare etiamnum contendit. Sed non video, quo magis urgeat, quam quod veterem eſſe cauſetur, nec tamen vetuſtiorem eſſe Accurſiana, ut ille in gratiam noſtram Accurſi, Johannis, gloſſulariorum interpretum admodum diligentem obſerva-
A torem hic ſe præter morem præſtat. At circa id, de quo præcipue quæritur, quippe ſingula ſingulis juxta illam volubilem negationis tranſpoſitionem accomodanda, plane nihil movet, nedum ut promoveat. Iis igitur prætermiſſis, quæ inania omnino ſunt, ut certis cancellis, quæ ad hanc rem pertinent concludamus, ſic conſtituo, id inter genera, & ſpecies intereſſe, quod attinet ad ea dividenda inter plures dominos ſervi communis, aut plures ſtipulatoris heredes, quæ in genere ſpecieve debeantur, quod generis obligationis juxta ſpecierum illo contentarum numerum diviſio inter illos fiat, ſpecierum vero obligationis pro cujuſque ſpeciei, & corporis partibus, vel actuali, ut dici ſolet, cujuſque corporis diviſione pro diviſo, ſiquidem commode id fieri poſſit, vel juris intellectu, facta partium diſtributione, juxta *l. 5. ff. de ſtipul. ſerv.*
B quia intereſt dominorum, vel heredum in ſingulis ſpeciebus partem potius jure dominii habere, quam ipſas ſpecies juxta numerum cuique attribui, cum vix fieri poſſit, quin ſpecies illæ aliis prævaleant. Qua ratio in generis obligatione ceſſet, cum tunc incertum debeatur: ſicque in debitoris electione, quale quidque illius generis ſolvat, *l. cum incertus 13. ff. de leg. 1. §. huic autem, in fin. de act. in Inſtit. l. quod ex pluribus 106. ff. de verbor. oblig.*

Generi autem adjunximus, & quæcunque in quantitate ita conſiſtunt, ut cum communi, ac inter ſe propemodum pari ſpecie contineantur, functionem in ſuo genere recipiant, hoc eſt, aliæ res ejuſdem generis aliarum rerum vicem æqualiter ſubeant. Nam & harum diviſio pro diviſo ſemper fit, vel numero, vel menſura, vel pondere, quia in iis quantitas ſola ſpectetur, non ipſum cor-
C pus, *l. nam & ſi fur. 13. §. ult. & l. ſi ſocius 26. ff. de reb. cred. l. ſi is cui nummos 94. ff. de ſolut.*

Sed non idem arbitror, cum ſpecierum obligationi additus eſt numerus: puta cum promiſſi ſunt duo Stichi, aut ſervo noſtro communi, aut ſtipulatori, cui duo heredes exiſtunt. Nec enim horum diviſio tunc inter nos numero facienda eſt, hoc eſt, non ſinguli illorum cuique noſtrum ſunt attribuendi, ſed dimidiæ ſingulorum partes cuique noſtrum debentur, non aliter quam illo caſu, quo promiſſi ſunt Stichus, & Pamphilus. Nam cum jam ab initio ad certas aliquomodo ſpecies id fuerit relatum, non poſſet, non intereſſe alterutrius noſtrum, hunc potius, quam illum alteri fuiſſe ſolutum, quia iſtiuſmodi res non contineantur communi ſpecie, hoc eſt, ea, quæ ita, ut dixi, functionem in ſuo genere recipiat, ut aliæ
D aliarum vicem æqualiter præſtare poſſint. *Sic intell. videtur d. l. cum Stichus 29. ff. de ſolut.* cujus principium, cum unica negatione legendum eſt, juxta vulgata exemplaria. Sicque geminatam negationem, quæ extat in Florent. exemplari, nec in alium locum tranſponendam (quod ille cenſet) verum prorſus tollendam judico: nec repugnare illi receptæ lectionis defenſioni, quod promiſſioni duorum Stichorum ibidem æquiparari videtur promiſſio decem hominum, quam proculdubio conſtat numero fieri, juxta *l. in ſtipulationibus 54. & l. ſi centum 117. ff. de verb. oblig.* Primum enim in eo expendendum, quod etiamſi admitteremus hæc invicem pugnare: non ideo magis admittenda eſſet illa negationis tranſpoſitio. Cæterum non repugnare duplici ratione contendo, cum illa, quam antea propoſui, quamque eo ſolo eleva-
E re tentat, quod veterum, & Accurſii fuerit (nam quod, nec verba, nec ſententiam autoris eam ferre ait, patet omnino eam multo aptius, & verbis, & ſententiæ, quam ipſius diſcerptionem, & negationis tranſpoſitionem convenire) tum etiam alia, qua interpretor id, quod ab Ulpiano dicitur in d. l. cum Stichus, non generaliter in quavis decem hominum obligatione, aut promiſſione proponi, ſed in ea tantum, quæ communi ſervo facta ſit: in qua quia ſervi perſona ſpectatur, quoad ea quæ ſunt facti, puta quoad electionem, ſiquidem ſervo attributa eſt, aut etiam ſolutionem ipſi faciendam (nam & in eo aliquatenus in perſona ſervi conſiſtit ſtipulatio, ut & legatum, juxt. *l. ſi ſtipulatus 76. in princ. ff. de verb. oblig.*

l. de-

l. debitor, 84. *§. ſervo*, *ff. de leg.* 2.) cum attendendum A ſit quales homines ipſi ſervo ſolventur : eo minus commode, & æqualiter inter nos plures fieret diviſio, non attenta ſolvendorum hominum qualitate, & præſtatione, cum hi ſervo reipſa ſolvi poſſint, *l. quod ſervus* 34. *ff. de ſolut.* Nec novum videri debet, ut ejus obligationis (quæ alioqui in genere concepta ſit) ratione adjuncti, quod ad factum referatur, aliter quam numero ſit nonnunquam facienda diviſio, juxta *d. l. ſi centum*.

Sic igitur fieri dicemus, ut eum ambigua ſit hæc vox decem homines, quemadmodum, & illa decem denarii, cum in utraque dimidium duobus modis intelligi poſſit, & numero facta diviſione, & corporis partium, juris intellectu id tamen diſcriminis inter utramque eſt, quod in illa decem hominum, licet in genere, ſicque ſub incerto promiſſi fuerint, quia tamen id relatum eſt ad ſo- B lutionem prius quadantenus in ſervi perſona ſubſiſtentem, non ſimpliciter, ut rerum in genere debitarum tunc facienda eſt diviſio, ſed ut certarum rerum, ſicque ſpecierum : quippe prout ſervo fuerint ſolutæ, quia ei ſolvi, cum is ſibi ſtipulatus eſt, vel invitis dominis poſſit. Sicque non poſſet non ſequi inæqualitas, ſi numero tunc diviſio fieret : cum in nummis, & aliis, quæ ad eundem modum communi ſpecie continentur, hoc eſt, functionem illam recipiunt, ſecus ſit. Nam & in iis diviſionem numero ſemper fieri commodius ſemper eſt, & ſtipulatoribus, & promiſſoribus, cæteriſque quibus inde obligatio acquiri poteſt, arg. *l. ſi pœna*, *§. ſi falſò*, *ff. de condict. indeb. l. nam etſi fur.* 13. *&* *l. ſi ſocius* 16. *ff. de reb. cred.* Sic rectius videtur intelligenda *d. l. cum Stichus*, in qua, quo loco legitur utriuſque rei *remedium*, legendum C eſt ex Floren. exemp. *dimidium*. Quibus patet me illam Accurſ. & interpretum ſententiam reprobare, qua illic decem homines ſpecialiter deſignatos intelligi ſubaudiendum exiſtimant, quod alteri exemplo decem denariorum convenire nequeat, cum tamen utrunque conferat quaſi eodem modo eademque ratione propoſitum.

ANTONIUS MERCATOR.

OBſervator veterem adnotationem, quam vocat ad *l. cum Stichus, de ſolut.* non tuam intelligit, ſed aliam quæ his verbis perſcripta eſt. Contra in *l.* 52. *D. de verb. obl.* Sed dic, quod illa loquitur de electione facienda per duos heredes, quæ numero fit, quia ſunt duo heredes. Verum hæc lex loquitur de certis hominibus, qui deben- D tur in ſpecie. Hæc eſt illa vetus adnotatio, quam Obſervator intellexit. Tu es ſimilis Priſco Javoleno, qui quodam recitante ſua carmina, & ita incipiente, *Priſce jubes*, cum ſe vocari arbitraretur, ſubito reſpondit, *Ego vero non jubeo* : quod pleriſque commovit riſum. Erat omnino Priſcus dubiæ ſanitatis, inquit Plinius, intererat tamen officiis, adhibebatur conſiliis, atque jus civile publicè reſpondebat. Idem de te multo magis pronuntiare licet, qui cum audis veterem adnotationem, tuam eſſe eam arbitraris : nec enim quæ vetus dicitur, tua eſſe poteſt, niſi ſic dicatur vetus, ut vetus vinum: & cujus ſanitatis eſt etiam, quod ſit vetus, eam exiſtimare ab Obſervatore damnari, qui non ſectatur niſi vetera, recentia fugitat, quæ tibi ſunt vetera ? Et contraria ratione cum legis. Nam quod Johannes ſcribit, &c. non te intelligit, E ſed Johannem Boſſianum veterem interpretem. Verum ad rem. Si quis generaliter duos, vel x. vel c. homines ſtipulanti promiſit, quod dicitur inter heredes, & dominos diviſionem fieri numero, *l.* 54. *&* 117. *de verb. obl.* cum eo pugnat *d. l. cum Stichus*, quæ diviſionem fieri ait ſpecie non numero x. hominibus promiſſis. Tu primum reſpondiſti, eam legem eſſe accipiendam de certis x. non de incertis generaliter promiſſis. Deinde reprehenſus à Domino, conceſſiſti, id accipiendum eſſe de x. hominibus generaliter promiſſis, ſed de promiſſis tantum ſervo communi : nam ſi alii ſint promiſſi, numero non ſpecie obligationem dividi: quod omnino eſt contra *d. l.* 54. quæ etiam duobus hominibus generaliter promiſſis ſervo communi, inter dominos ait numero fieri diviſionem, perinde atque inter heredes alterius ſtipulatoris. Nihil autem refert, duo an x. generaliter ſint deducti in ſtipulationem. Non eſt etiam verum, quod ait *d. l.* 54. in ſtipulationem deducto Sticho, & Pamphilo, corpore diviſionem fieri, idem obtinere duobus Stichis in ſtipulatum deductis: nam pro numero, qui ſtipulationi adjectus eſt, dividenda ſtipulatio eſt : aut ſane non fuit cur in *l. cum Stichus* ſepararetur ſtipulatio Stichi, & Pamphili ab ſtipulatione duorum Stichorum, vel duorum Pamphilorum, ſi & qui duos Stichos ſtipulatus eſt, pro eo eſt, ac ſi hunc & illum Stichum ſtipulatus eſſet.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc vide ut tranſverſos agat vanos homines nugarum oſtentandarum ſtudium, quod illud ſibi videretur, nugivendus feſtive in me dicturus, quod de Priſco Jaboleno fertur, non tantum ſciens videnſque, ſed & in eo, in quo ipſa ejus ſcripta apertiſſime mendacii illum arguunt nihil veretur mentiri. Negat, quod de vetere adnotatione dixerat, quo notaret ſententiam meam ex vetere adnotatione eſſe ductam, ſe id conjectum in me voluiſſe, & quod Johannis nominatim meminerat, id non ad me referre voluiſſe (quem tamen ſæpius hoc nomine ſe deſignare ſolitum inficiari non poteſt) verum de Johanne Boſſiano vetere juris interprete tum cogitaſſe. Quod ſi ita eſſet, quorſum poſt relatam eam, quam Johanni tribuit ſententiam, de ea intelligens, ſubjeciſſet verba hæc, *quid aliud eſt quam quod veteres reſponderunt?* An eo alios illo (quem jam vult) Johanne vetuſtiores cogitavit idem antea prodidiſſe, cum illum Johannem Accurſii tempora præceſſiſſe conſtet ? Hic quid attexere valet Sycophanta ?

Quod reliquum eſt, illud imprimis ibi comprobare me voluiſſe, negationem illam erraticam nullo modo convenire poſſe illius, de qua agebamus, *l. cum Stichus* 29. *ff. de ſolut. verſ. idemque eſt*, quamcumque interpretum ſententiam ſequare, aperte indicant illa mea priora libri 1. Receptæ lectionis verba hæc : *Verum ut ita ſit ea repugnare, non tamen ideo magis illa negationis tranſpoſitio admittenda eſt, ut quam multo etiam maxime is contextus reſtuat*. In eo autem labitur, quod ait me primum reſpondiſſe legem illam accipiendam eſſe de certis 10. non de incertis generaliter promiſſis, & me ab ipſo reprehenſum conceſſiſſe id accipiendum eſſe de decem hominibus generaliter promiſſis : Neutrum in ſcriptis meis cumperiet, neque primum dixiſſe me, id accipiendum eſſe de certis decem hominibus, neque ſecundo loco dixiſſe, idem accipiendum eſſe de hominibus generaliter promiſſis, nec per conſequens me ab eo reprehenſum ea propter illud conceſſiſſe, quod nunquam ſenſerim, aut ſcripſerim. Hoc tantum primum dixi, ſtatim poſt propoſitum exemplum decem hominum ſubjeciſſe Ulpianum, ambiguam eſſe vocem decem hominum, quaſi eo indicaret non plane ſe voluiſſe hoc exemplum decem hominum cum illo conferri, duorum Stichorum, aut duorum Pamphilorum: Sed quod ſit hoc ambiguum, ideoque ſic nonnunquam contingere poſſit, ut & quaſi genus, & quaſi ſpecies promittantur, proptereaque ibidem Ulpianum adjeciſſe hæc verba, *atque utriuſque rei dimidium duobus modis intelligi poſſe*. Quod licet, & de denariis dictum ab eo ſit, quia tamen incertum id eſt in denariis, neque tam facile in iis contingit ambigi an de iis in ſpecie agatur, illud in decem hominibus tantum propoſuit, quorum eo magis exemplum accedere poſſet ad illa duorum Stichorum, aut duorum Pamphilorum. Ac poſteriore loco addidi, eo magis illic ita intelligendum id eſſe, quod horum promiſſio communi ſervo facta ibi proponitur, in qua ſervi factum, & perſona ſpectatur, ut dixi, circa vel electionem ab eo faciendam, vel ſolutionem, quæ ei fiat. In quo eum qualitas hominum, qui illi ſolventur, ſit attendenda, eo minus commode, & æqualiter eorum diviſio poſſet numero fieri, ut pluribus explicui, quæ non repeto, quod ille ea non improbet. Nam quod objicit *l. in ſtipulationibus* 54.

ff. de

Digitized by Google

ff. de verb. oblig. nihil urget; Nec enim pariter ibi ex adjunctis dici poteſt verba hæc, duos homines, ſic ambigua eſſe, ut ibi magis de certis, & in ſpecie cogitatum appareat, quam de incertis, & in genere. Cæterum, quod ille addit, duobus Stichis promiſſis, duobus ſtipulatoribus inter eos numero fieri diviſionem, id à juris ratione adeo alienum eſt, ut refutatione ſit planè indignum. Et vero quonam alio id comprobat, niſi quod alioqui, ait, non fuiſſe cur ſepararetur, & diverſum conſtitueretur exemplum Stichi, & Pamphili, ab exemplo duorum Stichorum, ſi in utroque de certis corporibus in perſonarum partes, non autem numero dividendis ſentiebat. In quo non perſpexit aliter, atque aliter hæc proponi, illud Stichi, & Pamphili, in promiſſione facta ſervo plurium communi, iſtud vero in promiſſione duobus facta, non autem ſervo communi. Quod eo manifeſtiſſime patet, quod in exemplo proxime ſubjecto decem hominum, illud nominatim expreſſit, ſervo communi promiſſorum, nimirum plane indicans ſuperiorem promiſſionem non ſervo communi factam ſe intellexiſſe, in quo tamen indicare voluiſſet perinde obtinere, quippe ut cuique ex ſtipulatoribus ſingulorum debeatur dimidium, quod antea dixerat in promiſſione facta Stichi, & Pamphili ſervo communi duorum: quo quid apertius?

An qui, vel nominatur fuerit tantum à latronibus damnatis, vel qui accuſatorem corruperit tantum, ſatis habeatur pro confeſſo atque convicto.

CAP. XXII.

JOHANNES ROBERTUS.

INTERPRETATIONI noſtræ, qua ita componi poſſe docuimus, quod à Macro dicitur *initio l. 2. ff. de bon. cor. qui ant. ſentent. mort. ſibi conſciver.* cum Ulpiani reſponſo, *l. ejus qui 29. ff.* de jur. *fiſci*, ut negationem Macro addendam non eſſe aſſereremus, non video, quid præter inanem, & frivolam argutiolam objiciatur, qua Obſervator ab his, quæ ſecundum quid dicta ſunt: tanquam à ſimpliciter dictis ita colligit, Si is, qui accuſatorem corrupit tantum, ſatis habetur pro confeſſo atque convicto, *d. l. ejus*, & ſi quis alia ratione, quam accuſatoris corruptionis ſatis habetur pro confeſſo atque convicto, puta eo quod, ut interpretamur, à latronibus damnatis, ut criminis particeps fuerit nominatus, D ſruſtra à Macro alterutri illorum alterum adjungitur, quod non poſſit non eſſe ſuperfluum hoc adjunctum. Utrumque vero, quod aſſumit, plane falſum eſt. Nam tantum abeſt, ut ab Ulpiano illud dictum fuerit, eum qui accuſatorem corruperit, ſatis haberi pro confeſſo atque convicto, ut neque ſimpliciter dixerit haberi eum pro confeſſo atque convicto, verum id tantum in hoc, quod ipſum corrumpentem contingit, eum haberi pro confeſſo atque convicto, non autem in eo, quod ad ejus heredem ſpectat: quod cum nominatim, & diſerte ab Ulpiano ibi dictum fuerit, ut etiam ab eodem Macro in eandem ſententiam traditum *in l. ult. §. ult. ff. de bonis cor. qui ant. ſent.* quantum abeſt, ut illud inde inferre poſſit, ſatis eum haberi pro confeſſu atque convicto: Ac E minus in illo altero, quod quaſi ego propoſuerim, ita fallaci iſta argumentatione io me retorquere voluit, illam particulam *ſatis* in utroque repetitam ex ſuo ingenio addens, in qua eſt fallacia: Cum tantum abſit, ut ego ſcripſerim eum, qui à latronibus nominatus eſt, ſatis haberi pro convicto, aut etiam ſimpliciter haberi pro convicto, ut nominatim illic aſſeruerim illam nominationem ita demum efficaciam, & vim obtinere, ſi facti circumſtantiæ, illi à latronibus factæ declarationi, conveniant: idque ſi minus ad ſententiam in eos ferendam, ſaltem ad quæſtionem eis decernendam atque etiam repetendam, arg. *l. unius, & l. ult. ff. de quæſt.* Comprobabam, & eo, quod ita nominati ad novos honores admitti nequeant, quaſi, vel ſola nominatione, etiam non inſtituta accuſatione, in hoc prægraventur, *l. libertus, §. in quæſtionibus nominatos, ff. ad municip. & de incol.* Quæ omnia, quis non videt plurimum ab eo abeſſe, ut eos admiſerimus haberi pro ſatis confeſſis atque convictis? quod tamen ab alio, quam à me dictum minime contendit. Nil igitur nobis obſtat inſulſa illa ejus cavillatio, quo minus illud verum ſit, cum aliquo prætereà alio prægravatur reus, quam quod accuſatorem ſuum corruperit, quaſi eo pro apertius, & certius, convicto, & confeſſo habendus ſit, heredibus ejus defenſionem adimi, quo ſpectare interpretabamur illud, quod *Βασιλικῶν libr. 60. tit. 53.* dicuntur iſtiuſmodi rei *ὡς φανεροὶ γενόμενοι*, hoc eſt, eo magis effecti manifeſti, ſive certius convicti. Quem locum ſi antequam ipſi objiceretur, B prævidiſſet, qui Græcorum imprimis ſcriptis novas tot ſuas correctiones fulcire contendit, in eoque totus eſt, eadem facilitate, & eum addita quoquomodo negatione correcturus fuit. Quin, & id exinde non fuiſſe aggreſſum eum, qui nil non in quibuſvis juris noſtri ſcriptis ſibi licere putat, mirum admodum, cum alinqui aperte adeo contextus ille Græcus ipſius correctioni repugnet, niſi forte, quod Græci interpretis adnotationem ibidem extantem in verbis, *Nominati à latronibus*, multo etiam validius ejus correctioni obeſſe perſpexit: ad quam non adeo ego primum animum adverteram, cum tamen plane, quæ nos aſſeruimus, comprobet eo quod his, quæ in contextu dicta erant, hoc etiam addat, Severum & Antoninum id quaſi rationabile reſcripſiſſe. An & hic quoque negationem addere audebit? Sed eo amplius illa C adnotatio ſpectare dici poteſt, ut id ita intelligatur, quod ab illis Imperatoribus reſcriptum, & à Macro relatum eſt, eos qui à latronibus damnatis nominati, & quaſi ipſi latrones declarati corruptis accuſatoribus deceſſerint, non ita relinquere heredibus ſuis defenſionem, ut confeſſos de crimine defenſionem heredibus ſuis relinquere conſtat, quod ab illis Imperatoribus ſit reſcriptum, rationabile eſſe: quippe ne illi defenſionem heredibus ſuis relinquant. Qua ſubtiliore ratione poſſe *præd. l. 2.* ex illa adnotatione intelligi hic adſcribere viſum eſt, ut cum veteres interpretationes, & hic quoque nobis objiciat, quo novas, eo nomine, quod novæ ſint, ſe magis probare teſtetur, hoc minus hominis difficilem bilem commoveamus. Et cum veterum interpretationes: & hic quoque nobis objiceret: meminiſſe illum oportuit, nobis propoſitum D id tum fuiſſe, legum noſtrarum contextum à novis, & temerariis correctionibus, ſeu magis depravationibus, tam veterum, quam noſtris interpretationibus aſſerere.

ANTONIUS MERCATOR.

CAligabant etiam tibi oculi cum legiſti veterem adnotationem, quam Dominus protulit in medium ad *l. 2. de bon. cor. qui ante ſent.* quæ res fecit, ut eam exiſtimaris eſſe tuam, & longiorem ab eo factam, quam tu ſeciſſes. Non tua, Johannes, ſed vetus interpretatio ea eſt, his concepta verbis: Contra in *l. ejus, qui, de ju. fiſ.* ſed dic, quod hæc lex loquitur de eo, qui fuit à latronibus nominatus, & pro confeſſo habitus obiit corrupto accuſatore: ibi tantum corruperat delatorem: nec habet quidquam amplius. Eam Dominus rejicit hac ratione. Nam & is, E inquit, qui accuſatorem tantum corrupit, ſatis habetur pro confeſſo atque convicto, &c. & hoc vult, eum qui accuſaturem corrupit, hoc ipſo ſatis haberi pro confeſſo, *l. ejus, de jur. fiſ.* Secundum veterem interpretationem, cum etiam, qui à latronibus nominatus eſt, pro confeſſo habitum antequam moreretur corrupto accuſatore: ergo ex nominatione ſola, ſatis haberi, aut fuiſſe habitum pro confeſſo. Ex abundanti igitur addi in *d. l. 2.* cum etiam corrupiſſe accuſatorem. At falſum illud eſſe exiſtimavit, quod vetus interpres dixit, nominatum haberi pro confeſſo. Et quantum ad reum, qui corrupit accuſatorem, ſatis ob hoc ſolum, quod corrupit accuſatorem, eum haberi pro confeſſo etiamſi à latronibus nominatus non ſit:

& verum eſt, nominationem nihil adjicere: nam quod adſers ex *l. libertus*, *§. in quæſtionibus*, *ad munic.* nominatos, & non accuſatos ad novos honores admitti non poſſe, falſiſſimum eſt: nam qui accuſatorem non habet, ab honoribus non prohibetur, *l. 6. §. ſi quis accuſatorem*, *de mun. & bon.* & in ſpecie *d. §. in quæſtionibus* etiam nominatos accuſatorem habuiſſe, illa verba demonſtrant, *ante cauſam finitam*, hoc eſt, ante ſententiam, ut *l. 7. de mun. & bonor.* Nominatio etiam, imo nec accuſatio non facit, ut magis pro confeſſo habeatur, qui accuſatorem corrupit. Nihil ergo prorſus adjicit: & ideo ſi poſtea deceſſerit, non relinquere eum defenſionem heredibus rationis non eſt. Sic affirmat eſſe legendum in *d. l. 2.* Hoc enim ſermone plurimum negative utimur, ut *l. 1. C. quom. & quan. jud. Vos damno onerari non eſt rationis*, & apud M. Tullium, *de Voluſio, quod ſcribis non eſt id rationis*, & in *l. cum poſt, §. 1. de ju. dot.* etiam Dominus adfirmat eſſe legendum, *rationis non eſt*: verba autem illa Baſilic. *ὡς φανεροὶ γενόμενοι*, quæ his latinis reſpondent, ut confeſſi de crimine: quia ſcilicet, quaſi ſuapte confeſſione prodiderunt ſe, & his Græci interpretis, *ὡς συνομολογήσαντες τὸ ἁμάρτημα*, te interpretari hoc modo, hoc eſt eo magis effecti manifeſti, ſive certius convicti, qui audiunt, vel legunt, quid aliud dicant non habent, quam ut te ad maſtigophoros deduci jubeant, ſimul ut eo caſtigere, quod dixiſti ita poſſe accipi verba d. *l. 2.* Sicut nominatim, & propalam confeſſi de crimine defenſionem relinquunt heredibus, non ita defenſionem relinquere heredibus nominatos à latronibus, qui accuſatores corruperunt: ex quo ſequitur plus nocere confeſſionem tacitam: cujus argumentum præbet redemptio accuſatoris, quam expreſſam: quo nihil abſurdius eſt. Si enim qui accuſatorem corrupit, defenſionem non relinquit heredibus, & multo minus relinquit eam, qui palam confeſſus eſt: nam hic pro damnato habetur, & poſt damnationem cauſa retractari non poteſt: ille pro damnato non habetur, *d. l. ejus*, quamobrem ejus defenſio adhuc in integro eſt.

JOHANNES ROBERTUS.

IMo vero tota mente etiamnum caligat, qui tam bardus eſt, ut non animadvertat, niſi ſi non animadvertere ſe diſſimulet, quod ſcripſerat de vetere adnotatione, *ad l. 2. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. ſib. mort. conſc.* non in eam partem accepiſſe, quaſi meam tantum eſſe diceret, verum ut eo me perſtringeret, quod veterem, & antea jam olim ab aliis proditam ſententiam, ut recens excogitatam mihi adſcriberem: quod ſi inficiatur, ſiquidem in hoc inficiatur, quod id ſe perſuaſurum confidat, qui inde articulatim quæcunque ſcripſi inſectatur, is ſperat futurum, in meridie ne quiſquam cernere queat. Sed tamen cujuſcunque ea ſententia fuerit, quoniam temerariæ ipſius correctioni obeſt, in ea quoquomodo refellenda non perſtare (ne uſpiam ſponte herbam porrexiſſe dicatur) non poteſt. Nam alioqui, quid hic, quo magis novam correctionem fulciat, novi adfert? Cum repetat tantum falſum eſſe quod vetus ille interpres (quem jam alium à me eſſe ſupponit) exiſtimat nominatum à latronibus haberi pro confeſſo: Contra autem verum eſſe quod aſſeruit, reum qui accuſatorem corruperit, eo ſolo ſatis haberi pro confeſſo, etiamſi nominatus non ſit. Illud prius ſum interpretatus ita me aſſeruiſſe nunquam. Poſterius vero admiſi quod ad ipſum reum attinet, quod ad heredes vero, pernegavi: nec enim eo ſolo adimitur eis defenſio, niſi aliud accedat, *l. ejus qui 29. in prin. ff. de jur. fiſc.* Hominis aſtutiam vide, neque tamen adeo tectam, quin nullo detegente facile percipi poſſit. Iſtud de heredum defenſione, in quo uno quæſtionis propoſitæ, atque etiam ipſius conjectariæ correctionis cardo verſatur, plane omittit, & ad alia delabitur, in quibus haud acutiorem ſe præbet. Negat quod nominatos, tametſi minime accuſatos, ad novos honores non eſſe admittendos probavi, *l. libertus*, *§. in quæſtionibus*, *ff. ad municip. & de inc.* Idque hac ſula generali ratione, quod qui accuſatorem non habet ab honoribus non prohibeatur, *l. reſcripto 6. §. ſi quis accuſatorem*, *ff. de mun. & bon.* Quod quidem generali ratione verum eſt, cum eo quod diximus, neminem ſine accuſatore eſſe damnandum, *l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſunt.* Sed tamen ſpeciales aliquos caſus eſſe conſtat, in quibus, & ſine accuſatore torqueri, condemnari, & puniri propter delictum quis poſſit, ac per conſequens in his, etſi accuſatorem non habeat, ab honoribus novis prohibeatur, ut in *l. 2. §. ſi publico* (& ibi Accurſ. alios conſimiles caſus annotat) *ff. ad l. Jul. de adult. l. ult. ff. de quæſt.* qualia ea omnia ſunt, quæ magiſtratibus vel per officium, vel alia quavis publicæ ſolicitudinis cura innoteſcunt, quæ citra ſolemnia accuſationum poſſe ab iiſdem diſcuti, & in his condemnationem fieri, *prob. l. ea quidem 7. de accuſ. l. 1. in pr. C. de cuſt. & exib. reor.* Non poteſt autem magiſtratui denunciatione magis innoteſcere, quam ipſa apud eum vel in quæſtione, vel extra quæſtionem facta à latronibus nominatione, quæ non minorem in eo quam delationis vim habere poſſit. Quam delationem ſolam, etſi nemo ſe accuſatorem profiteatur, & inſcribat, à novis honoribus ante ſententiam petendis prohibere, *prob. l. reus 7. ff. de mun. & bon.* Nec obſtant, quæ detorquet, verba illa *d. §. in quæſtionibus*, *ante ſententiam*, quæ, ut ibi manifeſtiſſime patet, referuntur ad cauſam de qua ibi agitur, quippe ejus de quo quæſtionem habitam illic propoſuit, quæ non aliter finiri debeat, quam diſcuſſione quoque facta ejus, qui nominatus à reo in quæſtione fuerit, *l. 1. §. in cauſa, verſ. præterea, ff. de quæſt.* Quo magis falſum probatur quod toties inculcat, nominationem nihil prorſus adjicere, quo ſolo correctionis conjecturam tuetur, niſi quod ſimul hunc ſermonem ita negative plurimum uſurpari ſolere addit, *rationis non eſt*. Quod plane averſa mente comprobare nititur. Nam *l. 1. C. quom. & quand. jud.* nec negative, nec affirmative rationis meminit. In altera vero quam citat, juxta receptam noſtram lectionem habet, *rationis eſt*, abſque ulla negatione, quippe, *l. cum poſt. in pr. verſ. mulier. ff. de jur. dot.* quæ duæ ſolæ leges falſo ab eo citatæ ſuſpecta admodum reddunt verba, quæ, quaſi Ciceronis ſint, addit, cum maxime & eorum domicilium non notet, & aliis quidem locis comperiam dictum à Cicerone, ratio non erit, non autem rationis non eſt. Tametſi nolim inficiari, & illud negative poſſe dici, ſed ita ut illud ſit frequentius, quod ille imprudens probavit. Et quod cavillatur ita me explicuiſſe illa verba, *ὡς φανεροὶ γενόμενοι*, eo magis effecti manifeſti, ſive certius convicti, ſciat me non preſſius verba verbis reddere, verum illud ſignificare voluiſſe, propterea uſum fuiſſe in hac re iſta dictione *φανεροὶ* eum qui Græce id reddidit, quo magis exprimeret non ſimpliciter convictos, ſed manifeſte & certo convictos; cum etiam, & illo loco non ab re dici queat ſubintelligi adverbium *μᾶλλον*, cujus ἔλλειψις frequens apud Græcos reperitur, ac inde forte, & in Pandectis Hetruſcis, ut ex his plures ejuſmodi locos congeſſit Anton. Auguſt. *c. 14. lib. 4. Emendat.*

Non eodem ſemper ſenſu quid dici Conſtare inter omnes, & ſimpliciter conſtare.

CAP. XXIII.

JOHANNES ROBERTUS.

NEQUE dixi, neque ſcripſi unquam id dici conſtare, quod ſit controverſum: ſed illud ſcripſiſſe me agnoſco, ea quoque nonnunquam *ἐμφατικῶς* dici, conſtare, quæ extra dubium omnino poſita non ſint, ob id, quod licet de eo non plane inter omnes conſtet, tamen qui loquitur, quam maxime poſſit id aſſerere, & (quod dici ſolet) pro conſtanti adfirmare velit. Quod qui ex meis, & obloquutoris illius mei ſcriptis expendet, non hoc tantum certo comperiet illum calumniari, verum præterea in eo, quod vim illius vocis me non intellexiſſe ait, eam ſibi minime per-

Digitized by Google

perſpectam eſſe prodere, & eoſdem in caſſes, quos tendit, imprudentem incidere (quod ipſi, cujus juſtitutum jam ab hinc tot annis fuerit Grammaticam docere, pudendum magis eſt) dum ut probet verbum id Conſtare ſimpliciter in oratione poſitum (de eo enim ſolo illic agebatur) id ſignificare, de quo nemini dubium ſit, nec aliud, illos in eam rem citat ex Cic. locos duos, in quibus aliqua de re dicitur conſtare inter omnes, non diſpiciens aliam vim eſſe prolati ſimpliciter hujus verbi, & in oratione poſiti cum iſta adjectione *inter omnes*. Intelligat igitur nugator, qui ſibi verborum videtur penſitator ſubtiliſſimus, frequentiſſium fuiſſe, & Juriſconſultis, & aliis autoribus, conſtare inter omnes, ſive apud omnes id dicere, quod & veriſſimum eſſe & à nemine in dubium rovocaretur: quo ſpectet tum uterque ille locus ab eo perperam in nos contortus, tum & apud eundem Cicer. infiniti alii: ut quidem ille *lib. 1. de Invent.* quo docet nihil attinere eas propoſitiones velle firmare, & probare, quæ conſtent inter omnes, hoc eſt, ut ibidem interpretatur, quæ perſpicuæ ſint omnibus, eo quod ea inter omnes conſtare neceſſe ſit; puta eum, qui die cædis Romæ facta, Athenis fuerit, illi cædi intereſſe non potuiſſe. Ac deinde ſubjicit probari nihilominus, oportere cum illo die fuiſſe Athenis, quia etſi conſtet eum illo die ibi fuiſſe, non tamen inter omnes conſtet: quod etiam ſimpliciter ibi non conſtare dixit idem 2. in Antoni. Sed tum (inquit) nimis conſtabat inter omnes neminem eſſe reſalutatum. Ac neque eo ſolo idem Cicero aliquando contentus eſt, niſi & inter quos id conſtiterit, nominatim exponat: ut illo in Oratore ad Brutum loco, quo cum inter omnes antiquos conſtare dixiſſet, enumerat deinde Ariſtotelem, Theophraſtum, Theodectem, Ephorum: idemque *lib. 1. epiſt. ad Q. Frat.* Conſtare (inquit) inter omnes video id à nemine in dubium revocari: ſignificans Q. Fratrem maximam in provincia adminiſtranda diligentiam adhibere. Et hoc idem eo magis ſignificat, quo ubi non omnino inter omnes conſtet, exceptivam particulam addit, quæ illud indicet, ut *lib. 5. de Finib.* Conſtitit fere inter omnes (inquit) id in quo prudentia verſaretur, aptum & accommodatum naturæ eſſe oportere. *Et in Orat. pro S. Roſcio Amerin.* Hominem (inquit) audaciſſimum nuper habuimus in civitate. C. Fimbriam, & (quod inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoque inſaniunt) inſaniſſimum. In quam rem infiniti alii ex eodem loci adferri poſſunt. Quam toties repetitam adjectionem ſequeretur ſupervacuo, & vitioſe fieri, ſi utrumque id omnino idem eſſet, & ſimpliciter, & cum ea adjectione in oratione poſitum. Id igitur recte conſtare dicemus, quod ita eſſe aſſeverare volumus, tametſi non ad unum omnes in eo nobis aſſentiantur, quod tamen tunc non recte conſtare inter omnes diceremus. Nec abſimile, quod in jure dicitur nonnunquam certum, in quo tamen non leve dubium ſit, *l. ſi creditor 7. §. ult. ff. de diſtr. pign. l. illud certum 13. ff. de lib. cauſ.* ut etiam nullam dubitationem habere, quod tamen plane dubio non careat, & quod aliis locis interdum tantum obtinere dicatur, *l. illud nullam, ff. de minor.* juncta *l. interdum, ff. de cond. indeb.* Sicque & in jure conſtare id nonnunquam dici comperiemus, quod verius eſſe, & à pluribus adprobari exiſtimatur: ut quod Paulus in *l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro empt.* ait conſtitiſſe, eum, qui rem emerit à furioſo, eam uſucapere poſſe. Idem alio loco reſponſum fuiſſe refert, in *l. pignori 13. §. 1. ff. de uſucap.* quod ſi inter omnes conſtabat, cur quaſi dubio minime careret, ita reſponſum fuiſſe dixit, niſi ut verius id eſſe, & ab aliis quoque adprobari ſignificaret? ut neque dubitatione illud caruit, quod quidem id indicat, quod in *d. §. ſi à pupillo,* id utilitatis cauſa conſtitiſſe ait, juxta Floren. exempl. lectionem aptiorem. Eodem pertinet, quod Pompon. furioſum, & infantem indiſtincte per ſervum uſucapere poſſe conſtare dixit in *l. ſi ſervo 28. ff. de uſucap.* quod non tantum dubio non careat ex regula tradita in *l. Labeo 8. ff. de uſucap.* ſed & in furioſo, extra res ſervi peculiares falſum id eſſe contendunt plerique, quo pertinere videatur *l. 4. in prin. verſ. hac perſona, ff. de uſucap.* Similiter & quod in *l. inde Neratius 23. §. hanc actionem, ff. ad l. Aquil.* Ulpianus indiſtincte legis Aquiliæ actionem, & heredi cæteriſque ſucceſſoribus dari conſtare dixit, cum tamen in nonnullis Sabinum reclamaſſe referatur, & ejus in eo ſententia adprobetur, in *l. nam ſicut 36. §. ſi dominus. ff. ad l. Aquil.* ut & ab Ulpiano conſtare dicitur rem ita diſtractam, ut ſi diſplicuiſſet, inempta eſſet, non eſſe ſub conditione diſtractam, in *l. 3. ff. de contrah. empt.* quod tamen dubitatione non carere patet ex *§. emptio. de empt. in Inſtit.* juncto arg. *l. 2. ff. de in diem addict. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend.* Quo etiam ſenſu conſtare dicuntur tam, quæ in judicio præſentibus partibus, vel per contumaciam abſentibus à judice pronunciata, & probata ſunt, quam quæ in judicio quis fuerit confeſſus, vel legitimis probationibus ita convictus, ut vix id negare ſufficiat, juxta *c. 1. & ibi gl. in verb. conſtiterit, ext. de in integr. reſtit. c. ſi conſtiterit, ext. de accuſ.* junct. *c. cum olim, ext. de verb. ſign.*

ANTONIUS MERCATOR.

NOn das hoc capite niſi riſus, & jocos. Non dixi, inquis, conſtare id, quod eſt controverſum, ſed quod non conſtat inter omnes. Et id, quod non conſtat inter omnes diverſumne ab eo eſt, quod eſt controverſum? Et mox, qui dicit conſtare, non utique dicit conſtare, & in comperto eſſe omnibus, ſed interdum conſtare ſibi, etiamſi non conſtet aliis, quod neque probas, neque probare poſſis. Imo probas contra teipſum, non conſtare, eſſe non conſtare inter omnes. Nihil igitur inter conſtare eſſe, & conſtare inter omnes, quod veriſſimum eſſe ineptus eſſem ſi aliis probarem ex locis, cum nulla fere ſit pars juris in qua conſtat, vel non conſtat, non reperiatur pro inter omnes conſtat, vel non conſtat, quod aliter, placet inter omnes, vel non placet, *l. 21. de compenſ.* vel convenit, *l. 87. de adq. her.* apud Solinum, par ſententia eſt inter omnes. Id, inquam, probas ex loco Ciceronis, quo ſcripſit, Et ſi conſtat aliquem Athenis certo die fuiſſe, non tamen conſtare inter omnes: quod Cicero nuſquam ſcripſit. Non conſtare quidem dixit, pro non conſtare inter omnes: non dixit tamen quod conſtat non conſtare inter omnes. Nihil vero attinebat duobus locis quibus Dominus oſtendit Ciceronem cum de jure ageret convenienter uti juriſconſultorum verbis, Conſtat inter omnes, te alios addere ex dictionariis emendicatos, quoniam ab illis diſſimiles ſunt, nec enim uſurpantur in re propria, hoc eſt, in re quæ ad jus, vel ad juriſconſultum pertineat. Nemo eſt etiam, qui non rideat cum probas, quod conſtare dicitur ſæpiſſime dubitatione non carere, aut non eſſe perpetuum: an enim ideo minus conſtat inter omnes? quis dixit unquam conſtare inter omnes id, quod dubitationem nullam haberet? quodve perpetuum eſſet? quis neſcit omnem definitionem juris eſſe periculoſam? Rident etiam omnes non gloſſas juris Canonici, ſed te ſolum cum eas in tuum auxilium acceſſis, & id quod juris auctores nullam dubitationem habere dicunt, cum aliquam dubitationem habere dicis. Vale ò homo ridicule, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoque inſaniunt inſaniſſime.

JOHANNES ROBERTUS.

ISto loco calumniæ ſemel convictus, non potuit non iterum calumniari. Ut illud ſcripſeram, nunquam quod prius referebat, conſtare, id dici, quod ſit controverſum, ita nec iſtud dixi, quod ſimpliciter dixiſſe me nunc refert, id conſtare, quod non conſtat inter omnes, ſed dici ἐμφατικῶς ea conſtare, quæ extra dubium omnino poſita non ſint, ob id, quod licet de eo non plane inter omnes conſtet, tamen qui loquitur, id quod certo ita habere exiſtimet, maxime affirmare velit. Quod cum plane probarim pluribus humaniorum authorum, & juris

Digitized by Google

locis, & illud, cum aliud non habeat, quod reſpondeat, partim eludere contendat, partim alio detorquere, alio non potuit àpertius, quæ volui comprobare. Nam cum alios a me citatos ex Cicerone locos eo rejiciat, quod ab eo non uſurpentur in re, quæ ad jus, vel ad Juriſconſultum pertineat (quod tamen frivolum eſt, cum ejuſmodi verbi ſignificatio non magis ad juris, quam alterius diſciplinæ tractationem ſpectet) quid cauſæ eſt cur depromptis ex jure noſtro, & illi à me objectis pluribus locis ejus ſententiæ repugnantibus, nulli eorum non modo non reſpondeat, ſed nec eorum meminerit quidem? nimirum quod hos refelli non poſſe agnoverit: Cum tamen (ut illi uſus eſt, cum ſe in anguſtias redactum ſentit, cauſæ diffidentiam ficto riſu obtegere) ad ea, quæ ex jure Pontificio addidi (non quo in verbi illius propria ſignificatione explicanda iis ſimpliciter uti vellem, ſed quod ea ex parte cum jure civili noſtro convenire intelligi, non alienum à re videretur) ſimulatum tantum riſum, & convitia opponat. Sed quid non, & ea, quæ ex jure civili ſum complexus, attingere audet? curve ad hoc obmuteſcit? ſaltem, ut cum aliud non haberet, quod hiſceret, & hoc quoque inter Triboniani errores (ut ſolitus) connumeraret. Credas veritum illarum aberrationum primarum adaugere numerum, quibus tot in cuneum actis validius in eum impetum facerem.

Addita ſuperioribus nonnulla ad aſſerendam apud Ulpianum receptam lectionem in l. 3. §. ult. ff. de tab. exhi.

CAP. XXIV.

JOHANNES ROBERTUS.

EX tribus à nobis antea conſcriptis ad eſſerendam Ulpia. receptam lectionem *in l. 3. §. ult. ff. de tab. exh.* patet priora duo nos obiter, & *παρέργως* tantum propoſuiſſe, nec in his cauſæ cardinem coſtituere voluiſſe, quorum quod ſuperiore capite attigimus (unum fuit. Alterum eſt, quod fragmentorum Pauli Sententiarum libris qui extant, non adeo ſibi in pleriſque conſtare, multaque juri noſtro minime conſentanea continere ſcripſi, ideoque non eſſe quod in omnibus, quæ in Pandectis noſtris extant, illorum fragmentorum cenſuræ præſtricte adeo ſubjiciantur. In quo leviculus ille juris interpres me Pauli Sententias modo elevare, modo eludere cavillatur: In quo ni memoriam, certe judicio labitur, qui ut id vere de libris illis dici poſſit, etiam ipſe cauſam præbuerit, cum id ſcripſerit Sententias illas non ita ut extant, à Paulo conſcriptas, ſed ab Aniano Alarici juſſu non ſelectas tantum, ſed & additis multis explanatas fuiſſe: deinde vere (ne non, & pars in eo aliqua ipſius laudis ſit) noviſſime à ſe non reſtitutas tantum, ſed & auctas: quin, & alio deinde loco exauctas quoque eſſe ait. Mitto quod Johann. Tilius, qui eaſdem antea evulgarat, Alarici juſſu ex Romanorum legibus has ſelectas, exindeque & ab aliis ſtudioſis, ut commodum cuique videretur, exceptas fuiſſe tradidit. Eludere vero me cauſatur, cum qua parte illæ ab ipſo, aliiſque interpolatæ rapſodiæ ſibi adeo non conſtant, aliquo iis ſuccurri poſſe indicem (in eoque nihil adfirmem, moneam tantum) defendi poſſe. nec in eo repugnaſſe Paulum Ulpiano. Sed his ille minime contentus, quæ ad rem non adeo pertinere agnoſcit, ad ſolitas calumnias ſeſe confert, & ita me ratiocinari ſupponit: Anni nulla habetur ratio *in l. 1. C. de tab. exhib.* Igitur interdictum de tabulis exhibendis poſt annum reddi poteſt. Qui ſcriptum illud meum legerit, nullo monſtrante, ut manifeſtiſſimam, ita & impudentiſſimam ejus calumniam deprehendet, argumenti noſtri vim, qua premitur, alio detorquere, & eludere vaferrime conantis, cum ibi perſpicue ſcripſerim, interdictum de tabulis exhibendis poſt annum à die mortis competere, & reddi, eo comprobari arg. *ex l. unic. C. de tab. exhib.* quod cum in ſpecie ejus legis proponatur, impuberes filios à patre heredes inſtitutos fuiſſe, & aliquos eis pupillariter ſubſtitutos, decidant indiſtincte Imperatores Valerianus, & Gallienus, cum filiis ante pubertatem defunctis locus eſt pupillari ſubſtitutioni, ſubſtitutos uti poſſe illo de tabulis exhibendis interdicto. Quod cum ita indiſtinctè ad his deciſum, & ſancitum ſit, cum tamen à morte, & eorum patris, atque etiam eorundem filiorum, plures anni intercedere potuerint, conſequens videri ex recepta, & veriore Ulpiani lectione, ab ejus violentis manibus intacta ſervata, interdictum illud quandocunque poſſe reddi, argum. *l. de pretio 10. ff. de publ. in rem act. l. 2. §. convenire, ff. de judic.* Quam autem leviora ſint illa, nec huic interdicto de tabulis exhibendis ullo modo accommodanda, quæ de interdicto, unde vi, inaniter jactat, & ex Tullio ad Caſſium adfert, quis non perſpicit?

ANTONIUS MERCATOR.

DAs etiam hoc capite riſus, & joci plurimum, ac primum quidem, cum re ipſa neglecta, quæ eſt de interdicto de tabulis exhibendis annuum ſit an perpetuum, magnam partem ejus conſumis in Sententiarum Pauli, in quibus eſt ea de re locus egregius, auctoritate approbanda, vel improbanda: & mox cum ad rem ipſam aggreſſus negas te hoc argumento uſum: anni non habetur ratio in *l. 1. C. de tab. exbib.* Ergo interdictum de tabulis exhibendis non eſt annuum. Verum fateris te longe deteriorem uſum, nempe hujuſmodi: Si pupillis dati ſunt ſubſtituti, & mortuo patre ſubſtitutionis caſus extitit, fieri poteſt ut extiterit triennio, aut quadriennio poſt mortem teſtatoris, & tamen ſubſtitutis *d. l. 1.* ait dari interdictum de tabul. exhibendis. Ergo interdictum de tabul. exhibendis datur poſt annum. Quis hic non optimo jure rideat? quia Clariſſime Domine, ſive datur poſt annum, ſive intra annum, ut tua ſententia ſentit, annus non cedit à morte patris, ſed à morte pupillorum, à qua primum hereditas ad ſubſtitutos pertinere cœpit: nec enim ſuperſtitibus pupillis ad eos pertinere potuit, *l. 2. §. interdum, de vulg. ſubſt. l. 1. de her. vend.* Debuiſti fateri, te priore uſum, quod erat probabilius, quodque qui te adſidere ſano arbitrabatur etiam te intelligere putaverat, non præſumpſerat. Si nihil præterea eſt in hoc capite, per te igitur licet deinceps interdictum de tabulis exhibendis adſerere annuum eſſe: quod & veriſſimum eſt. Cætera, inquis, quæ jactat, vel adfert, quam ſint levia quis non perſpicit? eadem facilitate dicam: Quam ſit Johannes male ſanus, quis non perſpicit?

JOHANNES ROBERTUS.

HIc etiam ſimulat riſus, Sardonios eſſe credito, ſi vel puſillum ſani cerebri, & ſalvi pudoris in eo ſupereſt. Quid enim apertius, quam duobus locis, quibus idem hoc retractavit, agnoſcere ipſum intra ſe, nihil ſibi reliquum eſſe in quo conſiſtere valeat? Nam cum præcipua hæc quæſtio agitaretur, recte ne conjectans intruſerit negationem Ulpian. *in l. 3. circa fin. ff. de tab. exhib.* modo in dubium revocat ſignificationem verbi Conſtare, deinde queritur authoritatem libri Sententiarum Pauli elevari, ac ſimul calumnioſe argumenta confingit, quæ, quaſi iis uſus ſim, ridicule refellat. Sed, cum cauſam cur elevetur illius libri Pauli authoritas, jure in ſeipſum rejici ſentit, ac ſimul illam ipſius calumniam retegi, alio ſe confert, & ſupponit me argumentum illud mihi ingeſtum avertendo, alio longe deteriore fuiſſe uſum. Deſultoria quidem levitate credas hunc ſe valere exiſtimaſſe, cum ſtatariæ pugnæ diffideret. Quale autem illud ſit, quod me ſupponere deterius ait, expendamus. Hujuſmodi eſt, inquit, ſi pupillis dati ſint ſubſtituti, & mortuo patre ſubſtitutionis caſus extitit, fieri poteſt ut extiterit triennio, aut quadriennio poſt mortem teſtatoris, & tamen ſubſtitutis illud interdictum dari ajunt Imperatores *in d. l. 1. C. de tabul. exbib.* ergo, & poſt annum

num

num dari, inde me concludere contendit. Ex quo infert A ſentire me annum non cedere à morte pupillorum, ſed à morte patris. Imo vero, inquit, ſive datur interdictum illud poſt aonum, ſive intra annum, annus non cedit à morte patris, ſed à morte pupillorum, à qua primum bereditas ad ſubſtitutos pertinere cœpit, quia ſuperſtitibus pupillis ad eorum ſubſtitutos pertinere non potuerit. Ut argumentum ita, ut vult, compoſuiſſe me illi dem, atque etiam id præterea largiar, quod infert, ſentire me annum non cedere à morte pupillorum, an non ille ex eo, quod ſuperſtitibus pupillis ad ſubſtitutos pertinere non poſſit hereditas, ineptiſſime concludit tunc annum illius interdicti (ſiquidem eſſet annuum) non cedere niſi à morte pupillorum? Quod ſi ita eſſet, probandum illi aliqua, vel ratione, vel lege fuiſſet: at ne conatur quidem, ut certe non poſſet. Nam & à morte patris po- B tuit intendi interdictum, oec tantum ea ratione, qua eodem teſtamento potuit iiſdem ſubſtitutis, vel pars hereditatis, vel legatum relinqui (quo etiam verba, quibus uſus ſum, referri poſſunt, à quibus ut habent, referendis imprimis abſtinuit) verum & ſolius ſubſtitutionis ratione, cum deſiderare tabulas exhiberi omnes omnino poſſe dicat idem Ulp. quibus teſtamento quid adſcriptum eſt, *d. l. 1. verſ. ſolent*. Nec eſt, quod ad eos id referendum exiſtimet, quibus id relictum ſit cujus dies ceſſerit, cum & idem dicat etiam iis, quibus quid ſub conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente, & dari, & (niſi exibitio fiat) condemnationem in id fieri, quaſi exiſtente legati conditione. Ac ita, ut nec quidem, ſi conditio exinde defecerit, id reſtituere teneatur, *d. l. 3. §. condamnatio*. Comprobatur & eo, quod in actione C quoque ad exhibendum obtinet, ut ea agere etiam is poſſit, à quo tamen re exhibita vendicari ea oequeat, *l. 3. in prin. verſ. ſciendum, ff. de exhib.*

An & quando emptori, cui in diem addictus eſt fundus, ob opus interim vi, aut clam ſactum, competat interdictum, exempl. §. Ariſto. l. is, qui in puteum: ff. quod vi, aut clam.

CAP. XXV.

JOHANNES ROBERTUS.

DUBIUM, quod prima fronte ſubeſſe videtur D apud Ulp. in *l. is, qui in puteum, §. Ariſto. ff. quod vi, aut clam.* in eo, quod is Juliani Ariſtonis, & Caſſii ſententias in ea ſpecie agitans, an qua cum fundo ſub pacto addictionis in diem vendito, & opere intermedio tempore vi, aut clam facto quæritur, utri competat interdictum quod vi, aut clam, venditori, an emptori, quod aotea affirmaverat in verſ. Ergo (vel ut in Flor. exempl. extat *Ego*) *ſi poſt in diem*, &c. poſtea in quæſtionem revocare videatur, aut plane ſupervacuo idem rurſus decidere in ſequente verſic. *ſi tamen precario*. Docui antea nulla negatione contextui addita dilui, & explicari recte poſſe, idque adeo perſpicue (ni plurimum fallor) ut neminem in jure mediocriter verſatum judicem recuſem. Sed tamen etſi nihil eſt, quod ad ſuperiorum comprobationem addi neceſſe ſit, exigit E ampulloſa Obſervatoris ad eundem locum retractatio, ut eadem illa ſub incudem revocem. Ac primum, quod ſimpliciſſime ſcripſeram, ejus emendationem eo ſuſpectam reddi, quod cum antea nulla ab Ulpiano precarii mentio facta eſſet, adeo contorta, & longius quæſita periphraſi vult intelligi fundum dici non precario traditum, ut ſignificetur ex emptinnis cauſa traditus, quaſi extra emptionis cauſam non poſſit ex alia, quam precarii cauſa tradi, cum ibidem Ulp. & ex cauſa conductionis id recte fieri illum monuerit. Hic vero mira ſuppletione, quod levius exciderat, fulcire conatur: quippe iſta, qua quod de precario dixit, id & de conducto dictum intelligi, & ſubaudiri voluiſſe contendit: quia dum ponit precarii, non excludit conducti rogationem. Quod etiam juris noſtri autoribus uſuveniſſe, ut conſimilia nonnulla ſubintelligi vellent, oon minus ridicule, & fruſtra, quam anxie probare nititur. Sed enim dum ſe pedicis illis extricare cupit, eo magis ſeſe implicat. Nam ſi docuerim emptorem alia, quam emptionis, vel precarii, aut conducti ex cauſa in fundo morari poſſe, hic quoque attexendum illi erit, & id quoque, ſi tacitum excipere voluiſſe, & ſubintellexiſſe, quod tamen plane ignoraverit, nec præviderit, ac ne ſomniarit quidem unquam: puta emptorem, qui conſtituerit venditoris nomine poſſidere id tam ſimpliciter, quam procuratorio nomine facere poſſe docuero, *ex l. quod meo 18. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* ut quidem ea de re extat conſcriptus liber de jure conſtituti poſſeſſorii ab Andr. Tiraquello. Et quod idem ille animoſe adeo contendit, non poſſe me probare non idem ibi inepte ab Ulp. revocari in dubium, quod ante pro certo poſuerat, ſi locus ille abſque negatione legatur, aerem, non me ferit: cum omnino negem id ab Ulpiano poſteriore loco revocari in dubium, & quod ab eo ibi ſubjicitur, eo ſpectare contendam, ut doceat in ea ſpecie illi emptori, qui precario in poſſeſſione ſit, non idcirco tantum ioterdictum competere, quod ejus interſit: alioqui, & ſi nullo prorſus modo poſſideret poſt conſenſu ſolo perfectam emptionem, & hoc quoque interdictum illi competeret: quod ibidem falſum docui: Sed quia, & ejus interſit, & ſimul qualitercunque poſſideat, ut inde ſuperioribus addat idem in cæteris obtinere, qui cum eorum interſit, ſimiliter, & qualitercunque poſſideant: cujuſmodi proponit eſſe conductorem in ſubjuncto verſ. *Ergo & ſi conduxit*. Quod autem in præced. verſ. *Ergo ſi poſt in diem* (quem ex recepta lectione ſic ſentio rectius legi) mutare me quoque debuiſſe ait perſonam verbi *putem*, in *putat*, nihil agit, cum illic manifeſte appareat Ulpianum ex eo, quod Ariſtonem ſcripſiſſe retulerat, poſſeſſori non ſemper eſſe denunciandum, quia licet emptori, qui ſive facta, ſive non facta in diem addictione, cum nondum ſit traditus fundus, in fondo moretur, ſit denunciatum, is non poſſit interdicto illo agere, id inferre, eo caſu, quo poſt addictionem in diem fundus emptori precario traditus ſit, & cum illi denunciatum non eſſet, opus factum fuerit, emptori interdictum competere: quod inde concludat ita ſe putare. Quo quid apertius? nec eo aliter nos diſcindere textum illum, quam ipſemet contextus variantes inter ſe caſus proponit, & committit.

ANTONIUS MERCATOR.

IN *l. 11. §. Ariſto*, quod vi, aut clam, quod proponitur emptoiem in fundo vendito morari, cui nondum fundus traditus erat ex cauſa emptionis, id non poſſis referre ad aliam, quam precarii cauſam: Nam precario rogantis verba hæc ſunt, ut ſibi in fundo morari liceat, *l. 6. §. is qui, l. pen. de prec.* & ex cauſa emptionis nuſquam quiſquam ſi traditus ei fundus ſit, in fundo tantum morari dicitor, ſed fundum poſſidere. Quod tamen dicit Ariſto de emptnre, qui precario in fundo moratur, idem non nego, imo vero multo magis exemplo Ulp. io *d. §. Ariſto*, adfirmo obtinendum eſſe in emptore, qui conducti jure in fundo eſt, quoniam facilius datur interdictum Quod vi, aut clam emptori, qui fundum conduxit, quam qui precario habet: huic enim datur res utenda tantum, illi etiam fruenda, & ita in *l. 3. C. de pact. int. emp.* quod ſcriptum eſt de precario probavit pertinere ad conductinnem, & contra in *l. ſervus, de per. & com. rei vend.* quod tu cum ſcribis eum ridicule, & fruſtra probaſſe, nec cauſam dicis, cur id ridicule, & fruſtra probaverit, nonne vides bellua, quam tu teipſum præbeas ridiculum, certe non minus, quam illos, qui oras Digeſtorum notulis hiſce implent, Ille ſic emendat, vel interpretatur, quod non probo. Et quod addis id anxie eum probaſſe unde tibi iſtius anxitudinis judicium?

Quod autem fingis, in fundo morari alia ex cauſa poſſe

ie

Digitized by Google

ſe emptorem, puta ſi venditorem poſſeſſorem miniſterio ſuo fecerit, per quam ſtultum eſt: nec enim accommodari hic caſus ullo modo poteſt ad *§. Ariſto*, quoniam in eo proponitur, ut initio dixi, nondum fundus emptori fuiſſe traditus ex cauſa emptionis: emptorem igitur non poſſediſſe fundum, & ſolus poſſeſſor alium miniſterio ſuo poſſeſſorem facere poteſt, non etiam non poſſeſſor.

Quo tibi etiam mens fuit, ad id, quod ille ſcripſit detracta negatione à *d. §. Ariſto*, illo loco, *Ego ſi poſt in diem, &c.* te nunquam probaturum, ſi in eo Ulpianus pro certo conſtituit, interdictum Quod vi, aut clam dari emptori, qui precario in ſundo moratur, non inepte idem ab eo poſtea revocari in dubium, cum ita reſcripſiſti id te non ferire, vel nihil ad te pertinere: quia, inquis, omnino negavi id ab Ulpiano revocari in dubium: & hoc ipſum, quod tu negas, non aliud Dominus etiam dixit te nunquam cuiquam probaturum, te, inquam, non poſſe approbare. Flacce, arrige aures, id ab Ulpiano in dubium non revocari. Argumentum eſt ad hominem, vel ad peponem, ſi homo non es. Id autem ab Ulpiano poſtea in dubium revocari, ille locus oſtendit, *ſi tamen precario ſit in poſſeſſionem, videamus, &c.* quo quaſi timide ſcribit, quod à primo ſcripſerat adſeverantius, & non hoc ſentit, quod tu ais, non tantum quia ejus interſit, ſed etiam quia qualiter qualiter poſſideat interdictum ei dari, ſed quia qualis qualis ſit poſſeſſio, id eſt, licet poſſeſſio non ſit, intereſt ipſius, vi aut clam opus non fieri. Et qualiter qualiter poſſidere dicit, ut in Flor. ſcriptum eſt, ut qualem qualem poſſeſſionem *l. gerit de adq. her.*

Falſum etiam, quod ais, in extremo Ariſtonem ſcripſiſſe, poſſeſſori non ſemper eſſe denuntiandum. Leges Pandectas Florentinas, & invenies Ariſtonem ſcripſiſſe, non poſſeſſori eſſe denuntiandum. Quod ſubjicis, quia licet emptori ſit denuntiatum, qui in ſundo moratur, ſive facta, ſive non facta in diem addictione, hoc quoque Ariſto, neque ſcripſit, neque ſenſit: quia de facta tantum in diem addictione jam à *§. ſi fundus* inſtituta quæſtio eſt, quæ non adeo eſſet difficilis non facta in diem addictione. Et ſi, ut ais, ex Ariſtonis ſententia infert Ulpianus *Ergo, &c.* id igitur Ariſtonis ſententiæ non ſuæ adhibere debuit, & dicere: Ergo putat, non, ergo putem. At relata ſententia Juliani, & Ariſtonis, ita ſuam exponere incipit, ut & Flor. ſcriptum eſt. Ego putem, ut in *l. 3. §. ſed utrum, in fin. de minor. Ego puto, & l. 1. §. ult. de rivis l. 2. §. Interdum, de vulg. ſubſtit.*

JOHANNES ROBERTUS;

Hic initio expendendum, quam inepte colligat, & arguat nugivendus. Verba hæc, inquit, *ut ſibi in fundo morari liceat*, ſunt verba precario rogantis, *quod probat l. certe 6. verſ. is qui rogavit ut precario in fundo moretur, ff. de precar.* Ergo verba, quibus Ulp. *in l. is qui in puteum, §. Ariſto, ff. quod vi aut clam.* ex Ariſtone refert, vicinum ſciviſſe emptorem in fundo morari, non ad aliam quam precarii cauſam referri poſſint. Quinam conſiſtere poteſt hæc conſequentia? an ad hoc, ut aliquem precario in fundo morari intelligamus, ſufficere dicemus, ut exemptionis, conductionis, pignoris, adminiſtrationis, aliave cauſa in fundo moretur, ac non præterea requirimus eum rogaſſe ut precario in fundo moretur, uti utrumque expreſſit Ul. *in d. l. certe*: & quoties requiruntur duo plurave in aliquo actu ut ſubſiſtat, an ſufficere dicemus alterum tantum adeſſe, ac non conjunctim utrumque exigi, nec aliter recte ab uno ad aliud poſſe inferri, *arg. l. 3. §. pen. ff. de itin. actuque pri. l. Fulcinus, §. cum hoc, & ibi not. Bart. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Si is qui ex eo, quod rogavit ut precario in fundo morari liceret, in fundo moratur, propterea precario in fundo morari recte intelligitur: an idcirco is qui empto fundo necdum tradito in eo moratur, precario in fundo morari dicetur? Ut quidem patet Ulp. *in d. §. Ariſto*, referre tantum, emptorem in fundo morari, an ut ideo intelligat eum non alia quam ex precarii cauſa eum ibi morari, cum poſſit aliis multis ex cauſis; & aliis modis in fundo morari, etiamſi non precario id conceſſum ſit? puta vel quod poſt emptionem abſque venditoris voluntate fundum nactus eſſet: nec enim propterea tunc poſſidet, *l. ſi ex ſtipulatione, ff. de acq. poſſ.* Idem etſi ante emptionem, fundum ab alio quam venditore domino fuiſſet nactus, puta quia pignori ei datus, aut conſervandus traditus eſſet.

Quibus paret abſurdiſſime ab illo mihi objici, cauſam me non dicere cur ridicule, & fruſtra laboraverit in illo probando, quod ſcriptum eſt de precario, pertinere & ad conductionem. An enim aliam cauſam expoſcit quam iſtam, qua id probatum nihilo magis ejus ſententiam juvet? quia & ex aliis quam precarii, & conductionis cauſis poſſit hic emptor in fundo morari. Iſtud vero an etiam ſibi apertius commonſtrari poſtulaturus etiamnum eſt?

Quæ ſubjicit, quo convitioſiora ſunt, eo ineptiora: quale hoc argumentum, quod (illud refellere volens quod dixi, emptorem in fundo morari poſſe, nec tamen poſſidere, ſi conſtituerit ſe nomine venditoris poſſidere) ita nectit, ut doceat nullo modo ob id poſſe accommodari *d. §. Ariſto*. In illo, inquit, §. proponitur fundus nondum emptori traditus ex cauſa emptionis. Igitur emptor ille cum non poſſideret, alium miniſterio ſuo poſſeſſorem facere non potuit. Arguta ſane ratione, ſed quæ eo facile concidat, quod & ego illud minime aſſumpſerim, emptorem qui venditoris nomine poſſidere conſtituat, antea non poſſediſſe, & (quod bardus ignoravit) fieri poſſit ut antea poſſederit: itaque traditione quæ à venditore fieret, opus non habuerit, puta ſi ante venditionem à Titio non domino rem nactus, eam poſſidebat, quam poſtea intelligens Seii eſſe, à Sejo comparaverit, & Seii nomine ſe poſſidere conſtituerit: an non enim eo Sejum poſſeſſorem miniſterio ſuo facit? *l. quod meo in princ. ff. de acq. poſſ.* Quin & ſi non poſſidebat, ſed detinebat tantum, puta ab alio non domino precario rem habuerat, aut pignori acceperat, aliterve fundum ita ut eum non poſſideret, occupabat: idem plane exiſtimandum eſt, ut ſi exinde eum à domino emerit, quemadmodum domini voluntate ſine alia traditione ejus fundi dominus, & poſſeſſor effici poteſt, *§. interdum, de rer. diviſ. in Inſtit. l. ejus rei 47. cum l. ſeq. ff. de rei vind.* ita & ejus venditoris nomine tum poſſidere ſe conſtituens, eum poſſeſſorem facit, *l. interdum 20. in pr. ff. de acq. poſſ.* Et quod illi novum eſt, aliis non eſt, eos qui dominium aut poſſeſſionem non habeant, alios tamen, & dominos, & poſſeſſores facere, *l. non eſt novum 46. ff. de acq. rer. dom.*

Lepidius eſt quod exinde Ulpianum facit timidum, & quaſi timide ſcribentem, in eo, quod cum antea ex Juliani autoritate collectum, ita ſimpliciter, & ſe putare dixiſſet, poſtea amotis, quæ in contrariam ſententiam abducere videri poterant, iiſdemque diſtinctis, & explicatis, uſitato juris authoribus diſquiſitionis modo, ea certius confirmet. Ut quidem poſtquam ex illo Ariſtonis dicto, quo addictionis in diem mentio nulla ſit, ita collegiſſet ſimpliciter, ſe putare, ſi poſt addictionem factam fundus precario traditus ſit, emptorem interdictum quod vi, aut clam habere, illud decidens, quod agitatum antea fuiſſet in *§. ſi fundus*, explicat eo caſu ac quidem diverſo, quo nondum facta ſit precarii rogatio, & traditio, aut quo facta ſit rogatio tantum, non etiam traditio, ipſi venditori interdictum competere, non etiam emptori, tametſi res ejus venditoris periculo non ſit. Quod quia iis, quæ ſupradixerat, obſtare dici poterant, quippe quod diſtingueret caſum, quo precario tradita fuerit res, ab illo, quo tradita non fuerit, eo diluit id objectum, quod inde dici poterat utroque pariter illo caſu rem periculo emptoris eſſe: cur non igitur, & ante traditionem aliquis dicat ei interdictum competere? Si tamen ſit in poſſeſſione, concludit videndum an non interdicto uti poſſit, non eo tantum nomine, quod ejus intereſt, ſed quo eo amplius qualiter qualiter poſſidet, idque etiam multo magis, ſi conduxerit. Verba autem illa, qualiter qualiter poſſideat, in Florentino exemplari extantia, non eo tantum nomine comprobari par fuit, quod uno loco

in jure qualis qualis poſſeſſionis mentionem factam refert, ſed quo iiſdem verbis, qualiter qualiter, pluribus locis comperiuntur uſi Juriſconſulti, in *l. quæ actione 7. paulo poſt prin. ff. ad l. Aquil. l. qui fundum 72. ff. quemad. ſerv. amit. l. ait Prætor 7. in princ. ff. de minor. l. 1. ff. de bon. cor. qui ant. ſent. l. 2. in pr. verſ. proinde, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ.* tametſi nec quod duobus iſtis poſterioribus locis, & in *d. §. Ariſto*, in vulgatis exemplaribus aliter legitur qualitercunque, non autem qualiter qualiter, ſit damnandum: cum ut à dictione qualis dicimus qualiſcunque, & à dictione qualiter non ſecus dici queat qualitercunque, & ea dictione Columellam alioſque uſos comperiamus.

In alio quoque variat idem Florentinum exemplar à receptis, & vulgatis, quippe, quod in Florentino legitur, *non poſſeſſoribus eſſe denunciandum*, in vulgatis vero legitur, *poſſeſſori non ſemper eſſe denunciandum*. Id vero ille apinarum, & tricarum obſervator notat, quaſi falſo dixerim hoc poſterius Ariſtonem ſcripſiſſe. Atque ſi is ipſe, vel hoc eodem in §. Florentini exemplaris lectionem improbat, in eo, quod negationem illi addit, imo vero & hoc eodem iſto verſiculo eam minus probat, idemque infinitis aliis locis ejuſdem exemplaris lectionem rejiciens, haud adeo certam hanc eſſe admittit, cur in hoc alterum altero magis ab Ariſtone ſcriptum aſſeverare poteſt, quam vel quia ipſi libet, vel illius inſtar, quem (quod ſe ab eo acrius notatum gravius ferret) paulo ante eo peſtrinxerat, quod notulis iſtis oras Digeſtorum impleverit, *Sic emendat quod non probo*, ita & hic modo probet, modo improbet Florentinum exemplar, nec aliis idem licere velit? Sed quid hæc omnia, quæ accuratè adeo exigit, ad illud pertinent, de quo præcipue inter nos quæritur, cum utrumque eodem recidat, nec eo iſta ſpectare dici poſſint, ut his & ſimilibus nugis negativam particulam ab eo contra exemplarium omnium fidem Ulpiano obtruſam aſſerat?

Quid. Utilitatis Inutilitatiſque dictionibus apte ſignificetur.

CAP. XXVI.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM utile id dictum ſit, tum quod nobis uſui eſt, ſive quo utimur, tum etiam quidquid confert, & prodeſt (quod utrumque veteres utibile quoque vocarunt) inutile id dictum eſſe conſtat, quod utile non ſit, ut in iſtiuſmodi compoſitionibus præpoſitionem *in*, non aliam regulariter, quam privationis ſignificationem obtinere patet ex dictionibus indocti, injuſti, incivilis, inimici, & ſimilibus: Sicque non tantum id ſignificare, quod nulli uſui eſt, ſed & quod detrimentum adfert, nocetque. Ac licet illa prior ſignificatio propria magis, & uſitata ſit, ut eo ſenſu Horat. Algam inutilem vocavit, & Cicero conjunctim hominem inertem, & inutilem, quem paulo antea dixerat ad nullam partem, & altero loco ad nullam rem utilem. Idemque mores inutiles utilibus oppoſuit *lib. 2. de Divinat. & Anchiſes apud Virgil. libr. 2. Æneid.* ait ſe jam pridem divis inviſum, & inutilem annos demorari: non ideo minus tamen altera poſteriore probatos autores uſos fuiſſe conſtat, ab eo ducta, quod quemadmodum non prodeſſe dicitur, quod nocet, imo vero, & multo magis ob id non prodeſſe, quia præter id, quod utilitatem nullam adferat, etiam detrimento ſit, ſicque non tantum non proſit, ſed etiam obſit: ita inutile quoque dici poſſit, quicquid detrimentum adfert, & nocet: nec tamen eodem modo, quo inimicum dictum cenſet Franciſcus Duaren. *c. 11. libr. 1. Anniverſ. diſp.* non tantum eum, qui amicus, & benevolus non ſit, ſed & malevolum. Nam eum, qui nec benevolus nec malevolus ſit, inimicum dici minime comperio, ſed illum, qui plane amico ſit contrarius, cum inutile id dicatur, quod nec proſit nec obſit. Verum per extenſionem, ac illa pluris minoriſque in jure uſitatiſſima regula, qua quod minus eſt, dicimus in eo eſſe, quod plus ſit, *l. in eo 111. & l. in toto 114. ff. de reg. jur.* inutile, & id quoque dici invaluiſſe admittimus, quod non ſimpliciter utile non ſit, ſed, & quod ab utili remotiſſimum, & illi ex adverſo oppoſitum, planeque contrarium eſt, ut quidem iſto ſenſu dictio hæc ſumpta dici poteſt *in l. cum plures, §. 1. ff. de admini. tut. & in l. Moſchis 47. §. ult. verſic. iniquum, & inutile fiſco, ff. de jure fiſc. Et à Cicer. lib. 2. Officio.* eo loco, quo Norbanum ait ſeditioſum, & inutilem fuiſſe. Neque tamen, ut propterea locos omnes, quibus ea inutilis dictio adjecta comperitur, ad iſtam ſignificationem trahere debeamus, qua de eo ibi agi intelligamus, quod vel publice, vel privatim detrimentum adferat, atque omnium minime illos, quibus id minus convenire antecedentia, & ſubſequentia demonſtrent, ut quidem ante annos viginti *c. 11. lib. 3. Senten.* mearum ſcripſi: quo loco apud Ulpianum in vulgatis exemplaribus, & Norico legitur *in l. 1. §. hæc autem, verſ. Eſt enim incivile, ff. depoſit.* In aliis vero, ac præſertim Florentino, *eſt enim inutile* (quam poſteriorem lectionem magis probavit Duaren.) mihi ab illa recepta minime diſcedendum videri, ut quæ ab omni parte ſibi conſtet, & ſervata dictionum propria magis ſignificatione planam Ulpiani ſententiam reddat. Atque cum illic quænam verum illarum civilis inciviliſque ſignificatio ſit, quæque ad eam rem attinent pluribus explicuerimus iſtis nunc prætermiſſis illud apud Ulpianum exinde varie agitatum rurſus excutiendum nobis eſt, quod quo loco paulo ante in eodem *§. ultimo*, in vulgatis exemplaribus legitur: *Et publica utilitate coercendum eſt*: in Floren. vero, *& publica utilitas coercenda eſt*: & ex Franc. Duar. ſententia, *& publica autoritate coercendum eſt*: Obſervator noſter *παρόνομος* etiam negationem Florentinæ lectioni addendam opinatus eſt, adjecta particula *in*, ut legatur, *& publica inutilitas coercenda eſt*: Idque illud exigere, quod poſtea legitur, *eſt enim inutile*. Et defuiſſe mihi oculos ſcribit, quibus poſterius hoc ita legi cernerem: quam appoſite, id illis dijudicandum relinquo, qui ex Sententiarum mearum libris editis dignoſcent, me ante viginti annos (ſicque ante illud tempus quo is Toloſæ repulſam turpiter paſſus, apud Bituriges, ad quos ſe contuliſſet, turpius è ſuggeſto proripere ſeſe in publica juris diſputatione ſuſtinuit) utranque lectionem illam in prædicto Sententiarum mearum libro, & ex Accurſio quoque agitaſſe, atque Florentini exemplaris lectione rejecta vulgatam comprobaſſe. Quo factum ſit, ut exinde aliam illam lectionem refellens, qua Inutilitatis dictionem abſurdiſſime conatus eſt intrudere lectioni illi *§. ult. præd. l. 1. & ſimul. l. 2. C. de fid. inſtr. & jur. haſt. lib. 10. C.* prius tractata repetere, & actum jam antea rurſus agere noluerim. Non tamen, ut dixerim unquam, non placere mihi eam Inutilitatis dictionem, qua his verbis uſus ſit Cic. *lib. 2. de Invent. Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas, & utilitas, vitandarum turpitudo, & inutilitas.* Sed ex eo notavi hanc minus uſitatam eſſe, quod unico tantum, ut arbitror, loco illo idem comperiatur ea uſus: ac nihilominus illud efficiat oppoſitionis ratio, ut illic aptiſſime collocata ea videatur. Alios vero Latinæ linguæ autores probatos ſimiliter ea rariſſime uſos id teſtatur, quod ille idem Obſervator conquiſitis operoſis, & ab ineunte, qua Grammaticam docuit, ætate congeſtis indicibus, ex quorum norma totius juris noſtri contextum cenſuram ducit, non alium præter Juſtin. conſtitutionis *in l. ult. C. de ſervit. & aq.* & Caſſiodori locum unicum hactenus in eam rem proferre valuit: quam alioqui boni Latinitatis autoris, aliorum eſto judicium: Attamen ita, ut is eodem loco conſimili oppoſitionis ratione, qua in eo Ciceronem ſubſequitur, non ſit improbandus. Quod autem autoritatum aliarum loco, aut argumentorum, quibus leviculam conjecturam fulciri par fuit, in convitia hic more ſuo ruit, vehementis magiſtri furori cedere præſtiterit.

A N-

Digitized by Google

ANTONIUS MERCATOR.

INutilitatis nomen, quod alio quodam loco requiris indicari tibi invenies apud Lucretium

—*Aurumque jacebat*, inquit, *Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum*. Rem ipſam invenient alii in toto hoc capite late diffuſam, invenient, & mendacia iterata eadem, quæ mihi ſatis eſt eliſiſſe ſemel.

JOHANNES ROBERTUS:

INutiliſſime hoc loco inutilitatis dictionem nititur Lucretii ſolummodo autoritate fulcire, cum ego eam antea minime improbaſſem (tametſi is non aliorum, quam minus Latinorum autorum teſtimoniis hanc firmare valuiſſet) ſed & ex Cicerone comprobaſſem. Hic B micum potiora alia, etiam ſi quod in his carpat non habet, tacitum pertranſire.

Retractata conciliatio Pauli in l. 2. §. ſi à furioſo, ff. pro empt. *cum Marcello* in l. ſed etſi res 7. §. 1. ff. de Public. in rem action.

CAP. XXVII.

JOHANNES ROBERTUS.

ILLUD tandem evici apud Paulum *in l. 2. §. ſi à furioſo, ff. pro empt. verſ. nec Publiciana competit*, quem idem ille Obſervator, ut ſpurium ſuppoſititiumque, & à jure civili abhorrentem delendum cenſuerat, C & eo quoque id agnoſcente omnino retinendum eſſe. Quod à cervicoſo homine extorſiſſe mirum eſſet, niſi is, ne ab omni parte illis quæ ſcripſimus, acquieviſſe dici poſſet, dum quaqua verſus recalcitrare cupit, errati agnitionem alio ſubinde injecto errore fœdaſſet: quippe eo quod attexuit, non ita ſe velle tueri, quam jam admittit adjiciendam illius verſiculi lectionem, ut ponat diſcrimen inter extraneum, & furioſum poſſeſſorem, & ex eo diſcrimine conciliet præd. Pauli locum cum Marcello *in l. ſed etſi res 7. §. 1. ff. de public. in rem act.* Verum aliter ita eum interpretatur, ut dicat conſimili utilitatis ratione, qua is uſucapiat, qui à furioſo ignorans emerit, eidem emptori tam in furioſum, quam in extraneum ex ſententia Marcelli competere, & Publicianam, & evictæ D rei ratione ex empto actionem, & præterea acceſſionem ex ipſius furioſi perſona illi emptori ignoranti dari. Vide quo evadat audacia cum impudentia conjuncta, cum ex tribus, quæ illi emptori ignoranti competere negat Paulus, unum illud ſolummodo à Marcello concedatur, ut Publicianam habeat. In quo componendo non leve dubium ſit, is ne non aliquid in illis quæ tractet, innovaſſe exiſtimetur, etiam tria illa conjunctim emptori tribuat, atque id ut nullius contextus autoritate, ita & nulla ratione fulceat. Nam illa ſimilitudo ab eo adducta patris, qui filium venundedecit, adverſus quem emptori ignoranti, & decepto detur de evictione actio, juxta *l. minor 39. §. pater, ff. de evict.* quam plane inepta! Quid enim ſimile inter patrem mentis compotem, qui filium vendiderit ignoranti, & furioſum venditorem? Verum ut illud triplex auſum admittamus, videamus, qui inde, & E Marcellum, & ſe ipſum cum paulo conciliet: ea nimirum, qua toties miſere vexantur leges ſolutione, hic de æquitate, ibi vero (quippe apud Paulum) ſummo jure. Sed enim idem Paul. ibidem quæ decidit, utilitatis, ſive æquitatis ratione adductum, ita ſe decidere nominatim expreſſit. Sicque tantum abeſt, ut quæ illic ab eodem Paulo dicta ſunt, ad jus ſtrictum ſive ſummum referri poſſint, ut non alia, quam æquitatis ratione appareat, junctim ab eo fuiſſe ita deciſa, ut plane æquitatis ratio tria hæc adverſus furioſum obtinere nullo modo patitur: cum hac in re juris autores, furioſi perſonæ imprimis conſulere, & cavere voluiſſe conſtet, ne illi, cujus nulla in A eo voluntas fuerit, is actus obſit, ut pluribus à me antea comprobatum fuit: Cum alioqui, quoad alios propter uſucapionem tria illa conſequi ſoleant, ut & Publiciana uſucapienti ante impletam uſucapionem, & evictionis ratione agere liceat, juxta *l. 1. in princ. & l. quæcunq. 15. in princ. ff. de publ. in rem act.* Et acceſſio ex autoris perſona ei concedatur, juxta *l. Pomponius 13. §. præterea, cum ſeq. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Sed quo ad furioſum hæc ceſſent juxta Paulum, quæ quoad alios obtineant: ad quos verius referendus eſt ex Accurſ. *d. §. 1. in fin.* ut conſtat iſtiuſmodi perſonarum ratione ſpecialiter introducta ad aliorum perſonas minime extendi in his, quæ perſonis illis detrimentum allatura non ſint, arg. *l. & ſi is 9. C. de præd. & aliis rebus minor, & l. 1. circa fin. C. de bon. mater.*

B ANTONIUS MERCATOR.

CUm poſt adnotatinnem, quam fecerat Dominus ad *l. pro emptore, §. ſi à furioſo, pro empt.* Baſilica repeririſſet retinere illa verba, Nec Publiciana competit, id clam ſtudioſos habere noluit, & motus auctoritate Baſilic. Avarici ab hinc annis amplius XIV. non motus tuis ſcriptis, quæ pluris non facit, quam fungos putidos, quæ etiam nulla dum exierant, enarrando tit. de Publ. in rem act. publice docuit verum eſſe ſummo jure, quod ait *d. §. ſi à furioſo*, ſi quis rem emerit à furioſo, quem furere ignorabat, nullam eſſe emptionem, Pulicianam non competere, nec actionem de evictione, nec acceſſionem poſſeſſionis, atque adeo, nec uſucapere eam eum emptorem poſſe, ſed ut ibidem dicitur, utilitatis cauſa receptum eſſe, C ut uſucapere poſſit: ſic & cætera omnia eadem ratione recipienda eſſe, & hac utilitatis ratione niti quod ait *l. 7. §. Marcellus, de Pub. in rem act.* Publicianam competere. Ea vero ratio utilitatis, quam tu nunquam intellexiſti, non reſpicit furioſum, ſed emptorem bonæ fidei: utroque enim loco agitur de eo, qui emit à furioſo, quem ignorabat furere, quem putabat ſanæ mentis eſſe. Ergo de bonæ fidei emptore, & non de furioſo, qui violentius ſe gerit, ſed de eo, qui eſt in conſpectu inumbratæ quietis, ut ait *l. quod meo, §. ſi furioſo, de adqu. poſſ.* cui languet animus, ut *l. juſto, §. pen. de uſurpat. & uſuc.* cujuſve morbus intervallatus eſt. Et ratio utilitatis hæc eſt, ne qui bona fide ad emptionem accedit deceptus falſa ſanitatis ſpecie damno adficiatur: quæ ratio ad ea omnia communis eſt, quæ emptori ſummo jure denegari diximus: D non igitur debet. aut poteſt reſtringi ad ſolam uſucapionis cauſam, puta ut rem alienam, quam quis à mentecapto bona fide emit uſucapere quidem poſſit, ſed non uti acceſſione poſſeſſionis, non Publiciana, non ex empto de evictione, ut tu nugaris, cum in omnibus par utilitatis ratio paria jura deſideret, nempe ut in omnibus plus vigeat valeatque opinio emptoris, quam veritas. Denique quod ait *d. §. ſi furioſo, quamvis nulla eſſet emptio, & ideo &c.* ex jure ſtricto eſt, non etiam ex utilitatis cauſa, qua ante dixit procedere rei emptæ uſucapionem, ſed tamen & utilitatis cauſa ad ſequentia porrigenda eſt, ut efficiat, quaſi ſit emptio jure perfecta, & acceſſionem poſſeſſionis eſſe contra ſtrictam juris rationem, & Publicianam, & cætera. Tu calumniaris aperte cum in *d. §. ſi furioſo*, non ſeparas utilitatem à jure ſummo, & refers omnia, quæ in eo E ſcripta ſunt ad utilitatem furioſi: nec enim utile furioſo eſt ſi res ab eo vendita uſucapi poteſt, jus ſummum furioſum reſpicit, & tuetur, non emptorem, Utilitas emptorem, non furioſum, qua de cauſa, ut commentitia, & falſa eſt diſtinctio Accurſii, id eſt, in furioſum non dari Publicianam, in extraneum dari, quoniam utilitatis ratio reſpicit ſolum emptorem: ergo danda eſt ei Publiciana adverſus omnes. Alteram Accurſii diſtinctionem, quam Dominus ſequitur inter utilitatem, & Jus ſtrictum, jam ſatis oſtendi niti *d. §. ſi furioſo*, quod tu negaſti tamen: negaſti etiam quidquam ad eam facere ſimilitudinem filiifamilias bona fide empti, & venditi à patre, quaſi nulla ſit ſimilitudo, quæ proculdubio evidens, & maxima eſt,

quia

Digitized by Google

quia utroque caſu jure ſtricto nulla emptio eſt, & tamen A de evictione competit actio.

JOHANNES ROBERTUS.

ITa ſit, quoniam ita exiſtimari cupit, ipſum non commonitione mea adductum fuiſſe, ut ingenioſam illam ex conjectura correctionem tanto antea tempore editam revocaret, atque ut ea erroris agnitio, cujus unus ipſe ſibi ſit teſtis, illi ante 14. annos io mentem venerit, certe noo multum illud abeſt ab eo temporis intervallo, quo hæc à me ſcriptis editis improbata eſt. Sed ita ſit, inquam, non me commonſtrante, ab errore, quem agnoſcit, eum in viam rectam eſſe redoctum: hoc ſaltem inficiari non poteſt, io cauſa me fuiſſe ut editis, quibus illa mea perſtrinxerit, ſcriptis, ſupradicta ipſius errati agnitio antea B latens innotuerit: Neque jam amplius eo aſſerente à jure civili abhorreat, ſuppoſititiuſque ſit & ſpurius ille verſic. *l.2. §. ſi à furioſo, nec Publiciana competit*, niſi quod verbum competit, non omnino abjiciendum videbatur, ſed io inferiorem ſedem deturbandum. Laudo iſta ex parte io inveterato tot annis vanæ conjecturæ errato non perſtitiſſe; laudaturus magis, ni agnitionem peccati, à qua ſapientiæ initium ducitur, non leviore peccato aggeſto fœdaſſet, in eoque conſcientiæ ſtimulis minime commotus, pervicaciſſime perſtaret. Sed qua ratione io re tam aperta id ronetur, expeodamus. Mira enim hic, & non antea ullo in loco audita, imo vero quæ animo vix atque vix quiſquam complecti queat (ni plurimum fallor) hic adſtruit, eodem io loco, eademque in re, & ex utilitatis, ſive æquitatis, & ſummi juris ratione ſimul quid decidi, C & ita alteram ab altera diſtincte eſſe tenendam, ut tamen utrique ſuum locum demus, quippe *in d. §. ſi à furioſo*, hanc, ut in eo utilitatis rationem baberi intelligamus, non quidem, quæ ipſum furioſum reſpiciat, ſive in ejus cauſam inclinet: verum emptoris bonæ fidei, in hoc ut is uſucapere poſſit, ac nihilhominus ex jure ſummo ibi dicatur, nec de evictione actionem illi dari, nec Publicianam ei competere: nec acceſſionem poſſeſſionis, ſitque horum trium denegatio eodem loco: ejuſdem eadem in re perſonam ex jure ſummo ſpectans. Quo tamen loco eadem io re, eidem perſonæ, utilitatis ratione uſucapio ſit conceſſa: ac non ideo minus interim (contra illud ſignificantia ejuſdem contextus verba) hæc ſupplenda ſit utilitatis æquitatiſque ratio, ex qua, eodem hoc caſu ſimul cum uſucapione non tantum Publicianam competere intelligamus (quo componatur Ulpianus cum Marcel- D lo *in l. ſed & ſi res 7. §. Marcellus, ff. de Public. in rem act.*) verum & de evictione actionem naſci, & acceſſioem dari. Quæ duo poſtrema licet nec à Marcello, nec ab Ulpiano, nec alio ullo probentur prodita, quia tamen par utilitatis ratio paria jura deſiderat, & quod io uſucapione, idem in his tribus obtinere debeat, ſic ſe authore cenſet conſtituendum. Quam æquitatis, utilitatiſve à jure ſummo diſtinctionem, ſimulque utriuſque eodem loco repugnantem inter ſe concurſum, & contextus illius verba reſpuunt, & huic juris ratio plane refragatur, cum ſententiæ noſtræ utrumque optime conveniat. Primum enim *in d. §. ſi à furioſo*, de ejus rei venditione agi, quæ non fuerit furioſi propria, patet ex eo, quod ibi ait nec de evictione actionem naſci, nec Publicianam actionem dari, quæ duo indicant de ea re ibi agi, in qua & evictioni locus eſſe poſſit, & acceſſioni. Sed eadem duo in eam rem cadere non poſſent, quæ fuerit E venditoris propria. Sic itaque, quod utilitatis ratione illic conſtitutum eſſe dicitur, vel conſtituta eſſe, ut tunc uſucapi ea res poſſit ab emptore, ipſius quidem bonæ fidei emptoris perſonam reſpicit, & in ejus cauſam in eo ita propendet, ut tamen oon tam in ipſius furioſi, quam extraneorum detrimentum vergat: neque huic utilitatis rationi, quod ad uſucapionem illud obſtet, quod nulla eo caſu ſit emptio, nb id præcipue, quod in eo de rei furioſi propriæ alienatione minime agatur (ſecus enim ſi rem ejus propriam fuiſſe proponeremus: nam

tunc ejus utilitatis eo minus eſſet habenda ratio adverſus furioſum, arg. *l. magis 5. §. ſi fundus, ff. de reb. eor. qui ſub. tutor, vel cur.*) non tameo ut ultra uſucapionem, cui poſſeſſionis per tempus lege definitum continuatio autoritatem majorem præbet, ea utilitatis, & æquitatis ratio ad alia extendi poſſit, etiam quæ alioqui uſucapiendi facultatem conſequi ſolent, non expectato uſucapionis complemento, puta Publicianam actionem competere, acceſſionem dari, actionem de evictione naſci. Hæc enim quo propius ipſam emptionem contingunt, cum ea nulla ſit, eo minus illa utilitatis ratione juvari poſſunt, quæ poſſeſſionis contiouationi innititur. Itaque tunc non ex jure ſummo, ſed juris regulis, nec de evictione actiooem naſci, nec Publicianam competere dicimus, eoque magis quod illis prægravaretur furioſus, in cujus detrimentum quo miſerabilior, & ſavorabilior ejus perſona eſt, eo minus fuerit adverſus juris regulas utilitatis æquitatiſve ratio conſtituenda, prob. *l. 2. C. de curat. fur. & l. qui neque 8. & l. ſi prædia 11. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. ult. C. de epiſc. aud.* Quo fiat ut quatenus tria illa præcipue furioſum reſpiciant, ea non ex æquitatis, ſed juris regulis generaliter emptori non competere dixerit, quippe eo quod emptio nulla ſit. Furioſi autem perſonam reſpicere interpretor, non tantum evictionis regreſſum, & Publicianam actionem (uti jam Publicianæ adverſus etiam venditorem locum eſſe docui) ſed & temporis acceſſionem: ut quæ ex eorum tantum perſona locum habeat, qui ipſi poſſederiot, & propriam poſſeſſionem habuerint: quæ in furioſum, ſine curatore cadit, prob. *l. Pomponius 13. §. ult.* junct. *l. 1. §. adipiſcimur, ff. de acq. poſſ.* Accedit quod nemo ejus acceſſione uti poſſet, à quo cauſam non habet, *d. l. Pompon. §. ſi liber*, hic vero cum nulla ſit emptio: & nullam quoque cauſam à furioſo hic emptor habere intelligi poteſt. Quibus apertiſſime patet oblatratorem, contra juris contextus, & rationes, tria illa indiſtincte etiam adverſus furioſum, diſtincte ſuæ utilitatis, vi introducere tam frivole voluiſſe, quam primum contextum Ulpiani leviuſcula conjectura temere diſcindere, & mutilare.

An quis ejus rei nomine furti agere poſſit, cujus ipſe fur ſit.

CAP. XXVIII.

JOHANNES ROBERTUS.

REPREHENDOR, quod regulam hanc propoſuerim, neminem ejus rei nomine, cujus ipſe fur ſit, furti actione agere poſſe: comprobatam tamen non tantum autoritatibus Juliani, & Pompon. *in l. eum, qui 14. §. Julianus, & l. qui re 78. §. ult. ff. de furt.* ſed & altera juris regula, cujus cum ſuperiore conjuncta omnino ſit ratio *l. cum par. 196. in fi. ff. de reg. jur.* Quibus, & illud accedat, quod Ulpia. eam ſpeciem tractaos, in qua ſpeciali ratione furti agere furi conceditur, ut ſignificet illius ſuperioris regulæ eam exceptionem eſſe. *Et hic eſt caſus* (inquit) *quo fur agere poteſt, in l. qui vas 49. §. ſi ego, ff. de furt.* Quæ quidem exceptio in uno facta, in cæteris regulam firmari apertiſſime teſtatur, arg. *l. quæſitum 12. §. idem reſpondit domo inſtructa, in fi. & ibi not. Accurſ. ff. de fund. inſtr. & inſtr. lega. §. ut autem lex in auth. de non alie. aut perm. re. eccl. nov. 7. l. ex eo 12. ff. de teſtib. l. cum Prætor, ff. de judic.* At enim Obſervator nihil non captans, quo ſciolis, & minus perſpicacibus perſuadeat non deeſſe, quo vel errores à ſe admiſſos, & à nobis patefactos obtegat, vel ſi minus id poſſit, aliquid in ſcriptis noſtris carpat: Imo non magis, inquit, conſtat veritas ei, qui negat furem furti agere, quam illi, qui adfirmat. Verum, quo falſitas hic facilius deprehendi poſſit, expendat quæſo ſyncerus lector, quibus, vel autoritatibus, vel exemplis id comprobet: nimirum autoritate unici il-

Q lius

lius *§. ſi ego*. Nam quod citat *d. l. eum qui*, *in §. an pater*, ad hanc rem noſtram nihil facere apertiſſimum eſt, quod confirmatur exemplo non aliunde, quam ex eodem *§. ducto*. Nam quod ibi in conductore propoſitum ille non tantum ad commodatarium extendit, ſed & alius ſimiles caſus multos excogitari poſſe audaciſſime contendit, cum tamen nullum alium proſerat, ſomnians iſta ſcripſiſſe videtur: cum non animadvertat, & in illo, quod ſolum expreſſit, commodatarii exemplo, contrarium legis contextu apertiſſimo decidi in *d. l. eum qui*, *§. idem ſcribit*, *verſ. idem Pompon. lib. & d. §. idem Julianus*. Convenit, & Βασιλικῶν, contexus, *lib. 60. tit. 12. cap. 60.* Unde illud quoque dijudicari poteſt, quam verum ſit, quantumque ejus cauſam juvet quod ſubjicit, ſimiles caſus multos excogitari poſſe, in quibus idem obtineat, ſi modo eorum non ex inhoneſta cauſa interſit: Callide ille ſic eos in unum, quaſi multos confuſe congerens, ut (quod nequeat) nullo ſpecialiter prolato, ei fidem habeant, quibus in his, quæ temere jactat, illud ſufficit αὐτὸς ἔφα: cum certiſſimum ſit, & illud unum quod adfert, cuique ſimiles illos eſſe vult, ejus propoſito repugnare, & in contrarium (præter ſupradicta) poſſe alia quoque exempla proferri, quippe in depoſitario, & mandatario, d. *l. eum qui*, *in princ. verſ. is autem apud quem*, *& d. §. idem ſcribit*, *verſ. Idem Pompo. probat.* His autem ſi, & illa adjunxeris, in quibus admittit ex eo quod non alia, quam inhoneſta ex cauſa interſit furi actionem furti non dari, maniſeſtiſſime deprehendes plurimum abeſſe, ut tam conſtet veritas ei, qui affirmative ſupradictam regulam, quam illi qui negative eam enunciet.

ANTONIUS MERCATOR:

REprehendor, inquis, quod hanc regulam propoſuerim, Furem furti agere non poſſe. Cedo locum quo reprehendaris: non poſſis ullum oſtendere, qui à nullo unquam eo nomine reprehenſus es. Reprehenderis tamen nunc quod eam regulam comprobari dicas altera, quæ dictat, Illi debere permitti pœnam petere, qui in eam non incidit. *l. cum par*, *de regul. jur.* nec enim eſt tam regula, quam ratio regulæ propoſitæ initio ejus legis, in pari delicto deteriorem eſſe cauſam petitoris, meliorem poſſeſſoris, quia ſcilicet ei tantum debet permitti delicti pœnam petere, qui ipſe in idem delictum eandemque pœnam non incidit. Qua de cauſa, & Baſilica ex ea lege tota unam tantum regulam conſtituunt: & ſic in *l. 18. ad Treb.* ſententiæ initio propoſitæ ratio ſequitur *§. 1.* his verbis: *Quoties quis rogatur, &c.* pro quibus in Baſilicis, ὁ γὰρ ἄξιων, &c. Sumatur autem exemplum ex *l. ſi duo*, *de dolo*, *l. ult. §. pen. de eo per quem fac. &c.* ſi duo dolo malo fecerint, non poteſt alter adverſus alterum agere de dolo. Non poteſt (inquit Symmachus in Epiſt.) niſi injuſte culpæ dari, quod utrique commune eſt. Zonaras 11. *οἱ ἀπατήσαντες εἰ ἀντιπατηθῶσιν οὐκ ἂν δύναιντο δικαίως ἐγκαλεῖν τοῖς ἀνταπατήσασι.* quod omnino congruit cum *d. l. ſi duo*. Proinde regula *l. cum par*, eſt de petitore, & reo. Quæ autem dictat, furem furti agere non poſſe, de petitore tantum. In hac non confertur reus cum petitore: in illa confertur. In hac conſtituuntur duo actores, duo rei, in illa unus actor, unus reus. In hac non eſt commune delictum. In illa, eſt commune.

Regulariter autem furem furti agere non poſſe, nemo negat, non certe ille, qui ſcribit, non magis conſtare veritatem ei, qui negat furem furti agere, quam ei, qui adfirmat. Si diceret, non magis conſtare veritatem ei, qui generaliter negat, quam ei, qui generaliter adfirmat, tibi adæquandus eſſet. Poteſt idem adfirmate, & negate proponi, ut veriſſimum, & ut Ulpianus in *l. ſi finita*, *§. illud quæritur*, *de dam. inf.* è duabus ſententiis diverſis, vel contrariis modo hanc, modo illam eſſe veram, ſed cauſa cognita, ut ait, ſuo quamque reſpectu, ſuoque modo, & non quo rem æſtimaverit quilibet, ſed quo mens ejus, qui id proponit: quod vero genus calumniæ hoc eſt, etiam in mente quidquam eſſe homini cujus nullum is

A dederit argumentum? qui contra jamdiu ſcripſit in Inſtitutionibus ſe excipere duos caſus quibus fur furti agit. Definiebat igitur regulariter, furem furti non agere. Duos, inquam, caſus, unum ex *l. itaque*, *§. 1. de furt.* alterum ex *l. qui vas*, *§. ſi ego*, *eod.* cui adjunxit *l. eum qui §. an pater*, *eod.* quoniam utraque oſtendit, commodatarium, qui cuſtodiam præſtare debet, ſi culpa ejus res perierit, habere furti actionem, quod qua fronte ais, nihil facere ad rem? unus vero caſus eſt de creditore, alter de conductore. Ipſe adjunxit tertium de commodatario, quem tu falſo dicis non admittere *l. eum qui*, *§. idem Pomp. libro*, *eod. tit.* quoniam de commudatario loquitur, cujus ex turpi cauſa intereſt rem non ſubripi, quod circa eam dolo fecerit, quodve ejus uſum interverterit, quo caſu non debet ex dolo ſuo furti quærere actionem: ſicut nec B depoſitarius, aut mandatarius, *d. l. eum qui*, *§. is autem*, *& §. ſeq. & §. idem Pomp. probat.* At ſi ejus intereſt ex honeſta cauſa, puta quod commodatæ rei cuſtodia ad eum pertineat, non quod ejus furtum fecerit re ſubrepta ab alio culpa ejus exemplo conductoris, dicemus non denegari ei furti actionem, quam & ſi furtum ejus rei non feciſſet habiturus erat: quam diſtinctionem cum Dominus explicaſſet ſane luculenter prolato etiam *d. §. idem Pomp.* in ea ipſa obſervatione, quam tu inſcite, aut dicam maligne vellicas, tu mavis ad eam connivere, aut æſtimare magis, quam videre veritatem ejus. Ego vero his tribus caſibus adjungam quartum ex jure veteri, quo etiam, qui furti tenetur, furti agit. Qui furti concepti tenetur, furti oblati agit. Cujus rei auctor eſt Paulus in Sententiis, dum ſcribit, furti oblati agere eum penes, C quem res concepta, & inventa eſt. Rationem tibi quærendam relinquo: teſtor eſſe luce clariorem, qui erit riſus ſi non videris, non inveneris? Idem ſane, qui factus eſt cum poſt allatum *d. §. idem Pomp.* ſubjeciſti, Convenit & Baſilic. contextus *libro 10. tit. 12. cap. 60.* qui cum illo §. nullo modo convenit, nec pertinet ad hanc quæſtionem, an commodatarius, qui furtum rei commodatæ fecit adverſus poſteriorem furem, ſed an qui furtum non fecit, adverſus dominum, qui fecit furti agat.

JOHANNES ROBERTUS.

QUærit nugivendus locum, quo ab ipſo reprehendar, quod regulam hanc propoſuerim, furem furti agere non poſſe. Mos illi gerendus. Cedo *c. 30. lib. 16. ejus* D *Obſervat.* Quid enim aliud eſt regulam negative proponentem reprehendere, quam & directo oppoſitam illi ex adverſo affirmativam regulam conſtituere? & ſimul illud aſſerere, tam illi conſtare veritatem, qui hoc affirmet, quam ei, qui illud neget. An regulæ vim, & officium ea retinere poteſt, quæ non in uno ſolo vitiatur, quod ait Venulejus in *l. 1. ff. de diverſ. reg. jur.* verum alia in contrarium conſtituta ſubvertitur? An non, cum nulla contraria magis dici queant, quam quæ eadem in re ajentia, & negantia ſunt, quæ ἀποφατικὰ dicuntur, quatia illa duo ſunt, hæc ſeſe mutuo pellere, poſitoque uno regulæ loco, alterum ſimul pelli neceſſario fateri cogimur? juxta *l. Pomponius 40. §. pen. in fin. ff. de proc.* Aut igitur hanc aut illam ſolam regulam conſtitui poſſe dicendum eſt, aut neutram regulam eſſe. Sed cum fruſtra ſe propoſitam à me regulam evertere conatum poſterio- E ribus ſcriptis agnoſceret, non aliud habuit, quo tectius palinodiam recantaret: quod & eo manifeſtius hic teſtatur, quod ait, neminem negare, furem furti agere non poſſe, ſed ſe duos caſus excepiſſe in Inſtitut, quibus fur furti agere poſſit, quos etiam hic repetit. Itaque eo definiebat regulariter (ut ait) furem furti agere non poſſe. Quibus etiam exinde adjunxit, & tertium, jam vero, & quartum. Hæc ut ita ſint, hac tamen effugere non poteſt. Aliud eſt exceptiones regulæ proponere, aliud vero contrariam regulam conſtituere. Illudque affirmare, tam ei conſtare veritatem, qui generaliter affirmet, quam illi, qui generaliter neget. An (inquam) id ullo modo cum eo convenire poteſt, quod hic teſtatur, regulariter ſe defini-

Digitized by Google

finire, furem furti agere non poſſe? unde tamen duo primum caſus, deinde & alii duo excipiantur. At cum hic etiam dicat, & dixiſſe ſe referat, non magis conſtare ei veritatem, qui neget, quam illi, qui adfirmet, ut ſubtiliter inde ſe extricare cogitat, cum attexit non dixiſſe ſe, non magis conſtare veritatem ei, qui generaliter illud neget, quam illi, qui generaliter hoc affirmet, quaſi vero non ſit utriuſque vis eadem, & idem ſignificatum, & qui dicat, tam ineptus eſt, quam pernicioſus, non & illud quoque dixiſſe intelligatur, non magis ineptus eſt, quam pernicioſus. Tam inepta eſt ſententia, quam à veritate aliena, non & illud quoque vi ipſa dixerit non magis inepta ſententia eſt, quam à veritate aliena. Tam amans eſt patriæ Titius, quàm Sejus, non magis patriæ amans Titius, quam Sejus. Hæ ſunt illius nugæ, in quibus cum paulo magis progreſſum ſe ſentiat,, quam ut ulterius provehi expediat, quia iſta minus proficere ſe agooſcat, alia parte adgreditur: & cum illam regulam reprehendiſſe ſe neget, in eo me reprehendere conatur, quod illam regulam comprobari hac altera dixerim: Illi deberi permitti pœnam petere, qui in eam non incidit, *l. cum par 154. ff. de diverſ. reg. jur.* At qua ratione, aut quibus juris authoritatibus reprehendit, cum ea inter juris regulas ſub illo regularum tractatu ſit collocata? quia non tam regula eſt (inquit) quam ratio propoſita regulæ illius legis initio. Sed cum non regulam, verum regulæ illius rationem eſſe ait, non perſpicit ipſummet quin ſit regula de oon denegare, at non tam regulam eſſe, quaſi gradus propoſitarum regularum conſtituat, & regulæ legiſque rationem, quippe (quod vocant) animam à regula, & lege diſtrahat, contra *l. illud quæſitum, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, de verb. oblig.* & quaſi minus eo fulciatur id, quod ibi volui, quod hæc non tam ſit regula, quam illa cujus ſit ratio, cum utroque comprobetur, & eo quod in principio, & quod io fine illius legis traditur.

Quibus caſibus furti actione conveniri poſſit à creditore debitor, qui pignus ſubtraxerit, explicata l. itaque 12. §. peo. ff. de furt.

CAP. XXIX.

JOHANNES ROBERTUS.

HIS, quæ ſuperiore capite dicta ſunt, comprobatur quod antea ſcripſi, non eſſe detrahendam negationem Ulpiano *in l. itaque 12. §. pen. verſ. Et ſic fit ut non teneatur furti, & agat. ff. de furt.* Sed negationem contra detrahens, & in iis multa peccare me contendens Obſervator, quatuor notat in his, quæ ad illum locum receptam lectionem aſſerens ſcripſi. Primum eſt, quod (ut inquit) voluerim debitorem, qui rem pignori datam ſubſtraxerit, creditori, ſi & ipſi ſimiliter eadem res ſubtracta ſit, propterea furti non teneri, quod ſufficiat creditori furti actio, quam in extraneum furem habeat: quaſi ego ſimul eam in extraneum ſufficere ſcripſerim, quod tam creditori eo ſit conſultum, quod adverſus extraneum agere poſſit, quam ſi & adverſus debitorem agere poſſet. Expendat ſyncerus Lector, evidentiorne, an impudentior ſit calumnia, qui neutrum ullo loco ſcripſiſſe me, aut ſenſiſſe comperiet, neque id ſufficere creditori, quod adverſus extraneum agere poſſit, neque illud furti oon teneri debitorem, ob id quod creditori adverſus extraneum agere ſufficiat: Sed eo aſſumpto, quod licet alioqui pignore creditori à debitore ſubſtracto is furti teneatur, atque etiam rei ſuæ furtum commiſiſſe dicatur, non tamen fur ſit, ex quo conſequenter, nec furtiva res dici poſſit: Atque duas tantum ob cauſas eum, quaſi rei ſuæ furtum commiſerit, à creditore furti actione poſſe conveniri; quod & pignoratitiæ actionis, qua debitori ſoluto debito pignus reſtituere cogi poteſt, & poſſeſſionis ratione

A creditoris interſit rem à debitore ſubſtractam fuiſſe, ob idque in ſpecie, quam ibi Ulpian. agitat (in qua debitori idem pignus ab extraneo abſque debitoris dolo ſubtractum aſſumimus, ac per conſequens poſſeſſionem ei ablatam) eo minus rationi conſentaneum eſſe creditori adverſus debitorem, qui rei fur non ſit, & ſolius poſſeſſionis ratione furtum commiſiſſe dici poſſit, quæ jam penes eum eſſe abſque ejus dolo deſierit, furti actionem dari, quod & adverſus extraneum furti actio ei detur, & præterea aliter ejus indemnitati ſit adverſus debitorem conſultum: quod perſonali actione debitum exigere ei liceat, in quo judicio ad debiti probationem, ut inſtrumentorum, ita & rei pignori datæ ſubſtractionem à debitore factam probare ei ſufficeret, juxt. *l. ſi de poſſeſſione* 20. *C. de probat.* Nec ad rem facit quod objicit, amplius poſ-
B ſe conſequi creditorem à debitore furti actione, cum in cæteris, in quibus quæritur, an illi, qui rei furtum paſſus eſt, furti actio danda ſit, non illud ſemper ſpectemus, quid quantumque is, cui furto res ablata eſt, furti actione ab eo conſequi poſſit, qui eam abſtulerit, ſed an & quatenus ejus ſic interſit, ut non alia ratione ipſius indemnitati ſit conſultum, quam furti actione inſtituta, ut ſiquidem alia via ei ſit conſultum, furti actio ceſſet, prob. *l. qui tabulas 27. verſ. cum poſſit debitum, & verſ. apocha, & l. quidam tabularum 32. in princ. ff. de furt.*

Secundum, in quo peccare nos arguit, illud eſt, quod ſcripſi, debitorem rei ſuæ furtum committere non poſſe: quod ita habere probavimus: ne autem id verum ſit non impediunt, quæ objicit: Nam ſic eum rei ſuæ furem dici non poſſe contendimus, ut tamen admittamus eum pro-
C pter poſſeſſionem ademptam, & cujus furtum fecerit, quaſi rei ſuæ furtum ea ex parte fecerit, & rei ſuæ furtum commiſiſſe dici, & furti actione teneri, ut & in *l. cum æs 20. §. ult. & l. qui injuriæ 55. §. ult. de furt.* & ita intelligendum interpretamur *§. aliquando, de oblig. quæ ex delict. in Inſtit. & l. in actione, §. ult. ff. de furt.*

Tertium vero id conſtituit, quo ſuperius illud comprobabamus: quippe rem pignori datam eo furtivam non eſſe effectam, quod à debitore creditori ſubſtracta ſit, cum uſucapi non ideo minus poſſit: furtivæ autem effectæ res ex lege 12. tab. & Attinia uſucapi nequeant, *§. furtivæ, de uſucap. in Inſtit.* Verum objicit, non idcirco non impediri ejus rei uſucapionem, quod debitor ejus fur, aut ejus furtum commiſiſſe dici non poſſit, ſed quod eo in poteſtatem domini, quippe debitoris, pervenerit. Id
D vero leviſſimum. Nam ſi ex eo tempore non impeditur ejus rei uſucapio, quo in domini poteſtatem pervenerit, quia eo deſinat eſſe furtiva purgato rei vitio, *§. aliquando, de uſucap. in Inſtit.* ſicque fit, ut eo, quod debitor rem ſuam pignori datam aufert, vitium furti, ſi quod antea rei hæſit, purgetur: qua ratione dici poteſt eo ſolo, quod ita eam rem abſtulerit, cui nullum antea furti vitium hæſerit, in furti vitium incidere? idque quo alioqui vitium ſi quod eſſet, purgaretur, vitioſam tamen, & furtivam rem efficere: cum fieri non poſſit, ut ad unum finem inducta contrarium effectum operentur, *l. qui hominem, §. ult. ff. de ſolut. l. ſi certis annis, C. de pactis.* Ac ita illud intelligendum judicat Paulus, quod & in aliis contingit, furti actione quem teneri, etiamſi dominus rei exiſtat, ac per conſequens, nec ipſe fur, nec res fur-
E tiva ſit. Ideoque non impediri tunc uſucapionem quaſi furtivæ, *in d. l. cum æs, §. ult. & d. l. qui injuriæ, §. ult.* Sed id nos intelligemus de rei ipſius uſucapione, quæ exinde, & adverſus ipſum quoque debitorem, utpote verum ejus dominum procedere poſſit, juxta *l. 4. §. ſi rem, & §. quod autem, ff. de uſucap.* Nam alioqui in eo, quod ipſius creditoris jus reſpicit, & ut adverſus eum uſucapio procedat, quia rei poſſeſſionis furtum factum ſit, re illa à debitore ei ſubſtracta illud exigi admittimus, ut in creditoris poteſtatem rurſus perveniat, juxta *l. ult. ff. de uſucap.* ſive pro ſoluto juxta vulg. exempl. Quo nomine, & tunc dici poſſit, eam quaſi furtivam non ante uſucapi poſſe, non quod vere furtiva fuerit, prob. *l. cum ſit 6. C. de uſucap. pro empt.*

Quartum ineptiſſimum ait eſſe, quod dicam debitorem tunc ideo furti non teneri, quod rem non habeat. Sed is multo inſulſiſſimam rationem hanc addit, quia amiſſio rei furem non liberet, utpote, qui ſemper in mora ſit. Primum enim ex ſupradictis patet, nullo loco ſimpliciter dixiſſe me, non ob id eum non teneri, quod rem non habeat, ac multo minus eum rei amiſſione liberari, quia eo magis illum dixerim obſtringi, quo ſola rei ſubſtractio debiti probationem adverſus eum impleat. Atque in hujus loci diſquiſitione Obſervatori (quod ei veriſſime, tametſi imprudenter, & averſa meote accidit) dum inſipide adeo reſpondet, tacuiſſe convenientius fuerat. Non quod potuerit hac in re dici Duarenum imitari, qui cum è vivis paulò poſt editos Sententiarum libros meos exceſſerit, non erat, quod iſte ſileotiom ejus mihi objiceret. Neque enim Duareno, quemadmodum huic nugatori, noſtra cum ſuis per integrum decennium conferre licuit. Cui ſi tantum otii, ac multo minus contigiſſet, alia certe, & digniora editurus erat: non ut iſte verborum vanus penſitator, qui ut oberrationes, & emendationes, ſeu potius depravationes ſuas tueatur, non re, ſed verbis, coovitiiſque, & calumniis adverſum nos pugnat. Et cum idem iſte in Duarenum, ac quidem (quod indignius eſt) mortuum, nec amplius remorſurum tot locis accerrime debacchatus fuerit, quid eſt, quod nunc eum in ſuas partes traducere velle geſtiat? Duarenum certe quondam aliquando tacitus pati non potui ab And. Alciato (Deus bone ſi cum loquutuleiis iſtis conferas, quali quantoque viro) & Johanne Corraſio clariſſimis viris, quondam præceptoribus meis probroſe conculcandis non abſtinere. Hunc vero, qui non in illos tantum, ſed & quoſvis maledicentiſſimus, & petulantiſſimus eſſe non deſinit, maledicentiæ ſuæ virus adverſum me indigniſſime excruiſſe nemo non judicabit. Si in iis, quæ ſcripſi, iſtum à me, ne verbo quidem uno acerbiure petitum, & laceſſitum fuiſſe, nec aliud, quam in quibus ab eo diſſiderem, ſimpliciſſime propoſuiſſe ad animum revocaverit, an vero huic circumforaneo verborum venditatori, ſibi quidem, dum canit, abunde garrulo, at ubi, vel conſilium, vel juris nodi explicationem exquiris, ſi hunc à prius conſulendis indicibus operoſe per tot annos congeſtis abſtrahas, haud aliter, quam Seryphum tranſportata rana, muto; ego, dum in Sparta iſta mea, quam primitus ſum nactus, ornanda, & conſilio in forenſibus juvanda, hactenus conſtantiſſime perſtiti, dignitate unquam ceſſiſſe dici poſſim, eorum, qui utrumque norint, eſto judicium. Juvet illum, dum callidis commentis majora in dies captat ſtipendia, plauſtris vagam domum in omne ævum trahere: me certe noo pœnitet eum vitæ curſum conſtanter hactenus tenuiſſe, quo ubilibet, vel in otio cum dignitate eſſe, vel in negutio hic inter primi ordinis viros haud poſtremas tenenti non ſine civium meorum adprobatione verſari liceat.

ANTONIUS MERCATOR.

RE pignori data creditori à debitore, ac deinde debitori ab extraneo ſubrepta, hæc jam olim ſcripſiſti ad verbum: Quia tunc & creditori adverſus extraneum furti actio competat, ideo fieri, ut furti tunc non teneatur debitor, ideoque & is quoque furti adverſus extraneum agat, & paulo poſt: Ob id quod creditori adverſus extraneum furti actio competat, debitorem furti non teneri. Hodie ſcribis, te hoc non ſcripſiſſe, vel ſenſiſſe: creditori ſufficere, quod adverſus extraneum agere poſſit, & ideo non poſſe eum etiam furti agere in debitorem. Aliud igitur improvidus ſcripſiſti, aliud ſenſiſti: nam id te ſcripſiſſe verba tua pervincunt, quæ palam edicunt, non eſſe creditori furti actionem in debitorem, quod ſit & furti actio in extraneum: quod quid aliud eſt, quam creditori ſufficere furti in extraneum actionem? Aliud ſi ſenſiſti, quam hæc verba ferant, neſcis igitur exprimere ſenſa animi tui. Et ſenſiſti vero aliud, ot ais, nempe etiamſi debitor creditori teneatur actione furti, neque tamen furem eum eſſe, furtumve feciſſe, neque rem eſſe furtivam, quæ ſententia eſt manifeſto falſa: nam & rei ſuæ furtum facit, & fur eſt: nec unquam evenit, ut furti teneatur qui fur non eſt. Dices: fur eſt poſſeſſionis, non rei. Dicam: hæc noo eſſe diſparia: nam & qui poſſeſſionis furtum facit, ut hic debitor, & rei furtum facit, *l. in actione, §. 1. de furt. §. aliquando, Inſtit. de obl. quæ ex del. naſc.*

Et falſa quoque illa collectio eſt: Res pignerata, quam debitor ſubripuit noo eſt furtiva: ergo ejus furtum non fecit: quia qui dicit non eſſe eam furtivam, non hoc dicit, nunquam fuiſſe furtivam, ſed puncto temporis, & furtivam fuiſſe, & eſſe deſiiſſe, qoia in poteſtatem domini perveniſſe videtur: abſit etiam ut dixerit, rem furtivam fieri eo, quod facta ſit in poteſtatem domini, id eſt, eo modo, quo furtiva eſſe deſiit, quod tu fruſtra refellis. Attrectatione fit furtiva, non reditione facta in domini poteſtatem.

Io his addis, creditori in debitorem eſſe actionem furti, quia ejus intereſt rem à debitore ſubtractam fuiſſe, verum ceſſare eam actionem ſi debitori rurſus ab extraneo ſubrepta fuerit. Neſcis Latine loqui: dicito, quia ejus intereſt rem ſubtractam non fuiſſe, ut *l. inter omnes, §. ſi ſervus, de fur. l. 2. §. in hac actione, vi bon. rap.* & ſcribito, ſubtractam, non ſubſtractam.

Neſcis etiam, quo te vertas, miſer, com re debitori eidemque furi, ſine dolo malo ejus ab extraneo ſubrepta, ejus rei nomine, quæ jam penes eum (hæc ſuot tua verba) abſque ejus dolo eſſe deſiit, negas in debitorem dari actionem furti: quibus verbis plane denegandæ actionis cauſam ponis in eo, quod debitor rem habere deſierit ſine dolo malo, quoniam ſi rem haberet, non denegares in eum actionem: & quia non potes dictum facere indictum, mavis impudenter negare te non ideo denegaſſe actionem, quod rem non haberet, nec exprimis, qua ratione igitur, atque ita prorſus efficis, quod eſt abſurdius, etiam in eum, qui rem habet denegari actionem: nam ſi circunſtantiæ ejus non ſit habenda ratio, quod rem ſine dolo malo habere deſierit, cætera quæcumque ſcribis, tam conveniunt in eum, qui non deſiit habere, quam in illum, qui deſiit. Rurſus addis, te non dixiſſe debitorem amiſſione rei non liberari: quid eſt ergo quod dixiſti, eum ſi rem amiſerit ſine dolo malo furti non teneri? quid hic ſermo ab illo diſtat? Et mox, qoid eſt qood ais, te dixiſſe eo magis debitorem, qui pignus ſubripuit obſtringi, quo ſola rei ſubreptio debiti probationem adverſus eum impleat: nam id antequam hoc caput ederes ante non dixeras: nunc quoque vellem ne dixiſſes: nam ineptum eſt dicere magis obligari debitorem, ſi probetur obligatum eſſe: nam probatio debiti non auget obligationem. Et juxta *l. 20. C. de probat.* probabis quidem tibi deberi ex furto chirographi, quod debitor fecit, ſed non ex furto pignoris. Sunt enim plerique caſus, quibus extincto debito pignus durat, de quibus *l. 2. C. de luit. pign.*

Porro ridiculum eſt, quod cauſaris, nihil intereſſe creditoris eo, quod habeat in extraneum furti actionem: nam hoc ipſum, quod actionem etiam in eum habet, oſtendit maxime intereſſe ejus rem non eſſe ſubreptam, & quid ſi malit in debitorem furti agere, quam in extreneom? quod utique malit abſque dubio, quia id quod à debitore pœnæ exegerit, lucro ejus cedit, non etiam quod ab extraneo, *l. id quod, de ſolut. l. ſi pignore, de pig. act. l. ſi debitor, de furt.* qua auctoritate, quam lex dedit tu adimes electionem, & arbitrium agendi cum debitore, vel cum extraneo? quid ſi in extraneum actio inanis ſit propter ejus inopiam? non potes etiam cauſari nihil creditoris intereſſe, quod in debitorem ſalvam habeat actionem perſonalem: alioquin eadem ratione nunquam intereſſet creditoris pignus ſalvum eſſe. Erras etiam in eo quod *l. ult. de uſurpat. & uſuc.* accipis de uſucapione adverſus creditorem pigneratitium, quæ nulla jure civili prodita eſt: quia cauſa pignoris à domino ſeparata eſt, *l. 1. §. cum prædium, de pignor. l. uſucapio, C. eod. l. juſto, §. non mutat, de uſurpat. & uſuc.* Uſucapione dominium adquiritur, non liberatio pignoris: ac præterea quænam ſtultitia hæc eſt

Pau-

Paulo ſcribente in *d. l. ult.* re pignori data à debitore, ſubrepta eſſe, eam rem furtivam factam, te contra dicere non eſſe vere furtivam, ſed quaſi furtivam: nam ſi non eſt vere furtiva, fruſtra exigitur, ut in poteſtatem creditoris perveniat antequam uſucapi poſſit, quid eſt etiam, quod eam eſſe quaſi furtivam probas ex *l. cum tibi, C. pro emp.* in qua dicitur, non potuiſſe eam rem, quaſi furtivam uſucapi, cum ibi pluſquam manifeſtum ſit, quaſi non ſimilitudinem, vel improprietatem ſignificare, in quo ſignificatu tu illud uſurpas, ſed approbationem, & confirmationem: majores nugas egiſti nunquam, neque falſis hiſce, & nugatoriis commentis efficies, ut firmiſſimis freti detracta negatione non legamus in *l. itaque, §. 1. de furt.* & ſic fit, ut teneatur furti, & agat, quia cum lex ipſa ante perſpicue dixerit creditori contra dominum, & domino quoque contra poſteriorem furem furti actionem dari, neceſſe eſt, ut inferat, ita fieri ut dominus furti teneatur, & agat: alioquin non debuit adnotari, quaſi ſingulare, quod erat commune, furti agere eum, qui furti non tenetur. Confirmat quoque banc ſcripturam *τὸ πλάτος* Baſilic. & hæc ſententia Pauli: Rem pignori datam debitor creditori ſubtrahendo furtum facit, quam ſi & ipſe ſimiliter amiſerit, ſuo nomine perſequi poteſt. Transferenda eſt negatio, quæ abundat in *d. l. itaque*, in *l. ſeq.*

In extremo, quod ſufflatus de te ipſo jactas, mihi non eſt curæ, hi tui ſunt mores. Dominus non auſit ſibi tantum adrogare. Quod autem de Domino mentiris, non feram, quin ſaltem indicem, quam à veritate longius abſit. Ais decennium eum conſumpſiſſe in refellendis tuis in eum prioribus cavillationibus, cui ſcilicet cum diu egiſſet apud Cavares, ad quos non pervenerant, ſcimus non ante earum videndarum poteſtatem fuiſſe, quam rediit ad Bituriges, ubi percurſis illis eadem celeritate, & facilitate reſpondit, qua nunc me tibi reſpondere ſentis. Dominum convitiis tecum egiſſe, qui nullis unquam uſus adverſum te eſt, quæ læſerint opinionem tuam, ſed his tantum, ſi convitia dici potius, quam dicta poſſunt, quæ in imperitos dici ſolent, nec ultro, ſed laceſſitus abs te, qui ex profeſſo in illum, & alios complures, quaſi indicto bello epiſtola ad Thenuerum, & libello ei dicato deſtricte, & indigne effudiſti multa: nec aliter ſe geſſit etiam in Duarenum vivum, aut mortuum, cui nec mos eſt ulli vivo obtrectare, minuſque, ut poeta quidam ait, vellere barbam mortuo leoni. De indicibus vero quod Domino hoc loco, & alibi ſæpe objicis, quos ſibi extruxerit magna, & longa accuratione, quis tibi renunciavit, quis dixit in ſuis ſtudiis, tam ignavo eum ſubſidio uti? Longe utitur alio, quod familiares ejus, & ſtudioſi cognovere non repeti ab indicibus ſuis, vel alienis; facerem etiam, ut cognoſceres tu, ſi capax eſſes cognoſcendi: ſed extruxerit, quidni? tu vero tibi Marrucine nondum ullos extruxiſti, fatemur, & videmus ex alienis totum te pendere. Nihil denique veri, aut ſinceri eſt in hac tua extrema vomitione: nam & illud quod de Duareno jactas eum paulo poſt libri editionem, quem in eum ſimiliter ex profeſſo, quo jure, quaque injuria edideras vita deceſſiſſe, nec ſatis habuiſſe temporis ad reſpondendum, qui te honore reſponſi ſcilicet alioquin fraudaturus non erat, innumeri ſunt, quibus compertum eſt, quam hoc ſit falſum, qui ſæpiſſime audierunt eum modo contemnentem, modo deridentem iſtum atrum felem, qui te perducebat ad iſtam inſaniam, & agitabat præcipue in profeſſores ſcholæ Biturigum, ac plane habentem pro pecude Clurina, & infra dignitatem conferendi tecum. Id quod pervincit etiam dies, quo Duarenus obiit, qui fuit x. Kal. Jul. M. D. LIX. collatus cum XII. Kal. Dec. M. D. LVI. quo tu ex profeſſo in eum librum Sententiarum edideras lapſus turpiter in ipſa libri nuncupatione, nec enim ſunt libri Sententiarum, niſi qui facti ſunt ad inſtar Sententiarum Pauli. Denique non habeo, quod dicam in hac tua poſtrema clauſula eſſe verum, quam quod fateris te eſſe Coraſii diſcipulum: mali ſcilicet corvi malum ovum. Fieri poteſt, ut & Alciati fueris auditor, ſed ut diſcipulus fieri non poteſt, & de Alciato vis dicam quid mihi judicii ſit: Scio quid ei debeamus, ſcio quam jure meritoque, ut tua, & illius diſciplina omnis, ut herba ſolſtitialis ſtatim interierit.

JOHANNES ROBERTUS.

ITerum (quia in calumnia perſtat) repetere cogor in propoſita quæſtione *ad l. itaque fullo 12. §. pen. ff. de furt.* neutrum illo loco ſcripſiſſe me aut ſenſiſſe, neque id ſufficere creditori, quod adverſus extraneum agere poſſit, neque illud, furti non teneri debitorem ob id, quod creditori adverſus extraneum agere ſufficiat; tametſi utrumque illud, quod ex priore ſcripto meo oblatrator nominatim refert, ſcripſiſſe me non diffitear, neque propterea ſenſerim ſufficere creditori furti in extraneum actionem, ſed id tantum, iſto caſu, quo ipſi debitori, qui rem pignori obligatam furto ſubſtraxiſſet, eadem res ab extraneo furto fuerit ablata, creditori, & adverſus illum extraneum furti actionem dari: & præterea aliter ejus indemnitati adverſus debitorem conſuli, quod perſonali actione debitum exigere ei liceat: & eo minus rationi conſentaneum eſſe, tunc creditori furti actionem dari adverſus debitorem, qui rei fur non ſit, & ſolius poſſeſſionis ratione furtum commiſiſſe dici poſſit, quod res abſque ejus dolo penes eum eſſe deſierit, uti probavi, nec repeto. Non ergo ſufficere dixi creditori actionem furti adverſus extraneum, qui ſimul dixerim, & aliter præterea creditori adverſus debitorem eſſe conſultum, aliter, inquam, quam furti actione adverſus eum inſtituta. Attamen ille tunc à debitore rei ſuæ furtum fieri, & eum furem eſſe contendit. Ego vero ita explicui, non magis quem rei ſuæ furem dici poſſe, quam vel clam, vel precario rem ſuam poſſidere, *l. ſi de eo 40. §. ult. ff. de acq. poſſ. l. pen. in fin. prin. ff. pro ſuo.* Et quod furtum illo caſu factum dicimus, non rei, ſed ejus poſſeſſionis furtum eſſe intelligimus. Ut cum de re noſtra agitur, quam ab alio, vel contractu, vel alio quovis modo conſequimur, eam poſſeſſionis ratione conſequi intelligimur, cum alioqui ipſius rei occaſione, actus ex juris regulis conſiſtere nequeat, qualis eſt precarii, conductionis, ſtipulationis, emptionis, & ſimilium, *l. ſi aliquam 28. in fin. ff. de aq. poſſ. l. ſcire debemus 29. §. ult. & l. nemo rem ſuam 82. in prin. ff. de verb. oblig.* quo nomine poſſeſſionis rei fur debitor ille dici poſſet, at non ſimpliciter rei. Quo illud effici dicebam, ne res furtiva facta tunc intelligatur, non autem ita econtra (ut calumniatur) colligebam, res tunc non ſit furtiva, ergo fur non eſt. Nec obeſt quod hic debitor rei ſuæ furtum facere & committere dicatur, *§. aliquando, de oblig. quæ ex delict. in Inſt. l. in actione 19. circa fi. ff. de furt.* Nam poſſeſſionis ratione id dici intelligendum eſt. Ac ita nihil neceſſe eſt erraticam, & fanaticam illam ejus interpretationem contorte invehi, qua is puncto temporis rem intelligit furtivam eſſe, & cœpiſſe, & ſimul deſiiſſe. Faceſſant abſtractæ illæ conſiderationes, à juris rationibus alienæ, & ad legum interpretationem plane nihil conferentes.

Inde notat me neſcire latine, ob id quod hic dixerim creditori adverſus debitorem furti actionem dari, quia ejus intereſt à debitore rem ſubſtractam fuiſſe, en quod dicendum cenſeat, quia ejus intereſt rem ſubſtractam non fuiſſe. Tertius hic locus eſt, quo æque futiliter, & inſulſe hoc idem vellicat. Primus eſt capitis 17. ſuperioris libri, quo cum ſcripſiſſem intereſſe promiſſoris ædificium non eſſe inchoatum, negativam vult demi, & legi, inchoatum. Secundus capitis 5. bujuſce libri, quo cum itidem ſcripſiſſem intereſſe actoris non dari, non ſolvi, negativam vult quoque demi, & ſcribi, intereſſe dari, intereſſe ſolvi. Tertius hic eſt, quo cum abſque negatione ſcripſerim intereſſe rem ſubſtractam fuiſſe, vult addi negationem, & legi, rem ſubſtractam non fuiſſe. Mutabilitatis autem iſtius probabilem aliam nullam adfert cauſam, niſi quod primo loco illo ait, id quod intereſt, utilitatem tantum ſignificare, cujus intereſſe dicimus, ideoque in id quod intereſt agere, cenſeat non aliud eſſe, quam utilitatem ſuam perſequi eum qui agit. Quod ab utraque, & juris & Latini ſermonis ratione abeſſe pluribus

bus illic explicui, nec repeto. Addit & hanc ejuſdem fru- A gis adnotationem, debuiſſe me ſcribere, *ſubtractam*, non *ſubſtractam*. Equidem ſi prius *ſubtractam* ſcribere me veniſſet in mentem, non mntarem, & frequentius ita ſcribi agnoſco, ſed ita tamen ut non ſine ratione *ſubſtrahere* & *ſubſtractam* ſcribi poſſe contendam, & tam convenienter quam *abſtrahere*, & *abſtractam*, cum etiam nuſquam comperias ſcribi *abtrahere*, & *abtractam*, cujus eadem ſit ratio, atque etiam *abſterrendi*, *abſtrudendi*, & ſimilium. Sed quid his nugis ad juris diſciplinam nihil conferentibus, ut ordinarias prælectiones farcire, ita & chartas implere non pudet?

Inde quam miſere ſcripta noſtra contorquet, ut in his perſuadeat reperiſſe ſe quod carpat. Verum ut tot ejus captiunculis vanis uno verbo ſatisfaciam, quod objectat B me ideo primum denegaſſe creditori furti actionem dari adverſus debitorem, cui res ſubſtracta fuerit, quia rem non haberet, quod nunc ego negem, nec tamen exprimam, qua ratione tunc creditori actio denegetur, utrumque hoc illi pernego: nam neque ſcripſi antea unquam, ideo ſimpliciter denegari actionem creditori adverſus hunc debitorem, quia rem non haberet, qui alias ſimul cauſas adjunxerim, in quibus cauſis adjunctis, & expreſſis rationem conſtituo, cur tunc minus æquum ſit actionem creditori in debitorem dari. Quas quoniam præter id quod antea explanaram, etiam initio hujus capitis compendio expreſſi, repetere hic ſuperſedeo, & eadem toties faſtidioſe pluribus verbis inculcare: tametſi eo invitum me illius calumnioſæ argutationes hic pertrahant. Quale illud eſt, quod me mihi in eo repugnare colligit, quod C cum ſcripſerim debitorem rei amiſſione non liberari, exinde dixerim, ſi rem abſque dolo malo amiſerit, furti non teneri, quaſi hic ſermn ab illo non differat. Imo vero plurimum diſtat. Nec enim eo quod furti non tenetur, liberatur, qui ut dixi, non ideo minus, imo vero, & efficacius perſonali actione conveniri poteſt, non quod inepte dixerim (ut ineptiſſimo calumniatur) magis obligari debitorem, ſi probetur obligatus eſſe, ſed eo certius & validius perſonali actione agi, quo in illo judicio ad debiti probationem ut inſtrumentorum, ita & pignoris ſubſtractionem à debitore factam probare ei ſufficeret, *l. ſi de poſſeſſione* 20. *C. de probat.* ac multo magis etiam, quam chirographo ſubſtracto, cum ipſa chirograhi redditione, & eo quod ſit penes emptorem, præſumptione intelligatur debitor liberatus, & creditori incumbat contraria probatio, *l.* 2. *ff. de pact. l. ſi chirographum* 24. *ff. de probat. l.* D *ſervum filii* 46. *§. eum, qui, ff. de leg.* 1. Secus autem pignore reddito aliterve penes debitorem exiſtente, *l.* 3. *ff. de pact.*

Nec magis urget, quod ille ait, intereſſe creditoris non in ipſum tantum extraneum furti tunc actionem habere, ſed & in ipſum debitorem, ut ſi malit in debitorem agere, in eum potius experiatur, cum inde majus commodum expectet, eo quod quidquid pœnæ ab eo exegerit, ipſius lucro cedat, ſed quod ab extraneo, id ſorti imputare debeat, aliterve debitori reſtituere teneatur. Quærit itaque, qua authoritate, quam illi adverſus alterutrum, quem malit, furti actionis inſtituendæ facultatem & electionem lex tribuit, ei adimamus, cum præſertim contingere poſſit ut adverſus extraneum inopia laborantem inanis futura ſit actio. Nec eſſe quod in eo dicamus ejus propterea nihil intereſſe, quia ſalva ſemper illi E maneat adverſus debitorem perſonalis actio. Quibus omnibus eo reſpondemus, quod probavimus non illud ſpectari quid, & quantum is, cui res furto ablata eſt, furti actione ab eo conſequi poſſit, qui eam abſtulerit, ſed an & quatenus is indemnis ſervari poſſit, ut ſiquidem id aliter fieri queat, quam furti actione inſtituta, ea tunc ceſſet, *l. qui tabulas* 27. *verſ. cum poſſit debitum, & verſ. apocha, & l. qui tabularum* 32. *in pr.* cum *l. qui injuriæ* 55. *§. ult. ff. de furt.* Adde quod ſupra dixi, tunc eo minus in debitorem actionem furti inſtitui poſſe, quod cum poſſeſſionis tantum rei furtum feciſſe dici potuerit, jam ab eo poſſeſſio abſque ejus dolo receſſerit, idque eo comprobari, quod rem illam exinde quaſi furtivam uſucapi id minime impediat, nec magis, quam ſi rem meam emeris, eamque ego ſurripuero, quia etſi alius ſurripuiſſet, & in meam poteſtatem reduiſſet, uſucaperetur, prob. *l. cum æs* 20. *in pr.* juncto *verſ. ſed in caſibus, ff. de furt. l.* 4. *§. ſi rem, ff. de uſucap. l.* 5. *ff. pro empt.*

Quod autem idem notat aberraſſe me in explicatione *l. ultim. ff. de uſurp. & uſucap.* equidem agnoſco in illis meis Animadverſionibus communem interpretum ſententiam illam ad ejus loci explicationem imprudentiam, dum ad alia properarem, fuiſſe ſecutum, cum alioqui alia ratione locum illum explicare ſoleam: quod ex his, quæ ex ſuggeſto auditoribus meis dictavi in explicatione *l.* 4. *§. ſi rem, & d. l. ult. ff. de uſurp. & uſucap.* comprobari facile poteſt. In quibus quid à nugivendi opioionibus diverſus ſenſerim, quæque ad ſuperiora imprimis pertinent, hic attexere viſum eſt. Sic itaque in univerſum aſſumo, contingere rem creditori pignori dari à debitore, vel rei domino, vel non domino. Et priore caſu diſtinguendum eſſe, juxta ea, quæ dicta ſunt, an extraneus furto eam amoverit, an debitor ipſe, ut illo caſu non ante furti vitium purgari intelligamus, quam in ipſius debitoris domini poteſtatem redierit, nec ſufficeret in creditoris poteſtatem eſſe reverſam, ſic intell. *d. l.* 4. *§. quod autem.* Quod ſi idem ipſe debitor creditori ſubſtraxerit, & eam extraneo vendiderit, res furtiva non ſit, ut diximus; itaque nullum hærens furti vitium eam uſucapi impedit, *d. l.* 4. *§. ſi rem,* juxta *d. l. cum æs, in princ.* juncto *verſ. ſed his caſibus, ff. de furt.* An autem iſta res uſucapi poſſit, diſquirimus, non quia huic emptori eam uſucapere neceſſe ſit, ut qui cum à domino emerit, ea emptione dominus effectus fuerit: ſed ut intelligamus, an exinde res uſucapibilis ſit, in hoc ut ſi hic emptor poſſeſſione exciderit, quæ ad alium pervenerit, qui deinde in aliquem bona fide accipientem juſto titulo eam transtulerit, tunc accipiens eam uſucapere poſſit, ſic intellig. *d. §. ſi rem, & d. l. cum æs* 20. *& l. quamvis, ff. de furt.*

Poſteriore vero caſu, quo à non domino res pignori obligata, & tradita eſt, licet ea pignoris nexu minime afficiatur, ſubſiſtit tamen pignoris conventio, & obligatio, quæ ſuos effectus inter creditorem, & debitorem parit, *l. ſi rem* 9. *in princ. & l. tutor* 16. *§.* 1. *& l. ſi quis in pignore* 36. *ff. de pign. act. l. ſi ab eo* 18. *ff. de pignor.* Et hoc caſu ſi debitor creditori traditam rem ſubripuerit, ſive is rem illam vendiderit, ſive non, ea non ante uſucapi poterit, quam in creditoris poteſtatem reverſa ſit, ſic verius videtur intelligi *d. l. ult. ff. de uſurp. & uſuc. & l. cum ſit* 6. *C. de uſuc. pro empt.* Idemque dici poteſt & eo caſu, quo ea res tradita creditori non ſit, ſed nuda tantum conventione pignori obligata, & illo quoque, quo tradita quidem fuerit, ſed cujus poſſeſſio caſu aliquo ad debitorem rurſus redierit, ſiquidem ea res poſtea à debitore vendita ſit: Nam & eo tunc furtum ſit, *l. ſi is, qui rem* 68. *in prin. ff. de furt.* idque ſolius creditoris cujus intereſt intuitu, arg. *l. creditori* 89. *in fin. ff. de furt.* Qua ratione iſtis caſibus non ante furti vitium purgatur, quam in creditoris poteſtatem ſit reverſa; quo etiam referri poteſt *d. l. cum ſit.*

Sicque iſtis caſibus admittimus quidem non ante rei pignori obligatæ à debitore ſubſtractæ purgari vitium, quam in creditoris poteſtatem redierit, juxta *d. l. ult. & l. cum ſit* 6. *C. de uſuc. pro empt.* Quo magis iis caſibus intelligitur furti obſtrictus debitor. Nam cum dominus rei non ſit, nihil obſtat tunc, quo minus ejus rei plane furtum commiſiſſe dici poſſit: atque ita hoc caſu, re ab extraneo illi ſubſtracta, is quidem furti teneri, & nihilominus agere dici poſſet. Verum hoc ad id, quod præcipue quærimus, non pertinet, quippe an ſit negatio retinenda in *d. l. itaque fullo, §. pen.* an vero ex nugivendi ſententia demenda, cum illic nominatim agatur de debitore vero rei, quam pignori obligat domino, ut patet apertiſſime ex eo contextu, in verb. *contra ipſum quoque dominum*, & verb. *nec non & ipſi domino*. Itaque is plane à

ſco-

ſcopo aberrans, fruſtra pluribus verbis antea prodita inculcat. Sed & in illo, quod nos adhibita ſuperiore diſtinctione planum reddimus, eo etiam longius primum à veritate aberravit, quod in *d. §. ſirem*, ſomniavit hac in re dubitationem antea fuiſſe inter Caſſianos, & Proculianos. Inde mira ex ſuo ingenio comminiſcitur, ut conjectata ſimul mente Pauli, qui (minime ſublatis principiis ſectæ Labeonis Proculianorum principis) oſtendere voluerit interdum accidere, ut furtiva res uſucapi poſſit, & ſi in domini poteſtatem non redierit, quid tandem obtinuerit conſtituat. Ad hanc quidem velut ſacram anchoram nugivendus, atque ejus ſequaces illis locis confugere ſolent, quibus Caſſianorum, & Proculianorum, Caſſiive, aut Proculi, aut alicujus illorum ſectarii in dubia juris quæſtione mentio fit. At hic cum nihil iſtiuſmodi ex juris contextu ullo appareat, neque etiam id, vel probet, vel etiam probare conetur, inter illos, & eorum ſectatores hac de re controverſiam fuiſſe, non minus abſurdum, quam à veritate alienum manifeſtiſſime ſe prodit, ac nihilominus tamen quaſi re bene geſta, hic nobis inſultat, noſtra omnia conculcat, ſua effert, in quibus quod nullis unquam convitiis opinionem meam læſiſſe ſe ait, ita quidem mihi perſuadeo, qui ab eo ipſiuſque ſimilibus vituperari, quam laudari ſatius ducam. Quod ad reliqua, quæ exprobat, ſat habeo, qui intelligam, his, quæ antea ſcripſi, non parum bonis, & ſynceris eſſe ſatisfactum. Quo magis ille acrius ſe ictum ſentiens, qua poteſt calcitrat. Ac demum acute colligit. Sententiarum libros à me editos non debuiſſe Sententiarum nuncupari, quia non poſſint eſſe libri Sententiarum, niſi qui facti ſint ad inſtar Sententiarum Pauli. Neſcivit Sententiæ generale eſſe vocabulum, & pro opinione perſæpe uſurpari, nec his finibus ejus ſignificata circumſcribi ſimilitudinis Sententiarum Pauli. Id igitur & rationem, qua adducti fuerimus, ut libris noſtris eam inſcriptionem præfigeremus, diſcat ex *cap.24.* earundem Sententiarum libri primi, niſi quia id illi familiarius eſt, maluerit ex Grammaticis diſcere.

Tantum abeſſe, ut cum nunciatio non tenet, utilis ſit remiſſio, cum autem tenet, inutilis: ut contra cum nunciatio in aliquo tenet, utilis ſit remiſſio, cum autem nullo modo tenet, inutilis.

CAP. XXX.

JOHANNES ROBERTUS.

MALE poſitis principiis, quam abſurda multa conſequi ſoleant, indicio nobis eſſe poteſt fœdiſſimus illius lapſus: qui cum hæc nominatim poſuiſſet, utilem eſſe remiſſionem cum nunciatio non tenet (hoc eſt, inquit, cum is, qui nunciavit, nunciandi jus non habuit) & contra ubi nunciatio tenet, remiſſionem eſſe inutilem, inde neceſſario utrumque hoc ſequi colligit, eo caſu, quo uſufructuarius vicino nunciavit, remiſſionem factam eſſe inutilem, at ubi is proprietario nunciavit, remiſſionem eſſe utilem: contenditque voces iſtas, utilis & inutilis, ſedes commutare neceſſe eſſe, *in l. 1. verſ. item Juliano, ff. de remiſ.* Aut (inquit) nulla eſt ſcientia, nulla juris diſciplina, aptius dixiſſet, aut nullum ſe eſſe in juris diſciplina. Atque eum utrumque illud nos primum à jure noſtro alienum eſſe quam ſimpliciſſime aperuiſſemus, ecce audacius inſurrexit, & quo (pervicacium more) admiſſum ſemel errorem pertinacius tueri pergit, eo apertius inconſulto calore detegit, nec in eo tantum poſteriore ſcripto, quo me nominatim, ſed & anteriore, quo & alium (quis ille ſit, intelligere nondum potui) virulentiſſime perſtringit. Sed ut, aut Obſervatorem iſtum, aut me hac ex parte in juris diſciplina nullum eſſe, quivis, vel mediocriter in jure verſatus perſpicue intelligat, contraria illis ipſius principiis principia hæc ſtatuo. Utilis eſt re-

A miſſio, cum nunciatio in aliquo tenet: inutilis autem, cum nunciatio, quæ facta fuerit, nullius momenti eſt. Ex quibus, & hoc quoque è contra ſequi apparebit, nihil eſſe, quod è ſedibus ſuis aptiſſimis, & conſuetis inſolentiſſime deturbet dictiones illas, utilis, & inutilis, *in d. verſ. item Juliano*.

Totius autem hujus diſquiſitionis cardo circa hæc duo vertitur, quod dicitur nunciatio, aut tenere, aut non tenere, ſive nulla eſſe, nulliuſque momenti exiſtere, & remiſſio, aut utilis, aut inutilis eſſe. Tenere autem nunciationem tum dici conſtat, cum jure ſubſiſtit, & obſtringit: quo ſenſu in hac re etiam dicitur tenere ſtipulatio de novi operis nunciatione, prob. *l. cuilibet 11. & l. cum procurator 13. §. 1. in fi. & l. ædibus 18. ff. de oper. nov. nuncia.* Nec quoad id, ut tenere dicatur, intereſt an qui nun-
B ciavit, jus nunciandi habuerit, an vero non: propterea quod quæ utroque caſu, ſi poſt nunciationem minime, aut conceſſa remiſſione, aut ſatiſdatione præſtita, ædificatum fuerit, & interdictum illud reſtitutorium nuncianti quandocunque detur, quo factum opus illud deſtruere cogatur, & eo, cui nunciatio facta eſt, agere volente, jus ſibi eſſe ædificatum habere, actio ei à Prætore denegetur, quouſque, quod factum eſt, deſtructum fuerit, prob. *l. 1. §. ſed ſi is, cui, & l. Prætor 20. §. 1. ff. de oper. nov. nunc.* At cum nunciatio, quæ facta fuit, nulla, ſive nullius momenti eſt, contempta nunciatione ſic ædificare licet, ut quod à tempore nunciationis factum eſt, opus demoliri non cogamur, juxta *l. de pupillo 5. in fin. princ. & in §. ſi quis rivos, ff. de oper. nov. nunc. l. 1. §. ſi quis purganti, ff. de cloac. & l. 1. §. pen. ff. de rivis.* Eodem pertinet
C *l. 1. §. nunciatio fit, verſ. quod ſi quis in mari, ff. de oper. nov. nunc.* Licet autem nunciatio tenere illo modo dici poſſe videatur, hoc eſt, quo nuncians jus nunciandi non habet minus proprie tamen id. Nam ea ſola ſimpliciter, & proprie tenere dicitur, in qua ſecuto poſt remiſſionem, aut etiam ſatiſdationem judicii exitu, quo vicerit nuncians non obſtante remiſſione opus factum deſtrui oportet. Unde hoc caſu vere, & plane inutilem eſſe remiſſionem intelligimus, quia nulla ex parte tenuerit nunciatio. Secus autem, ſi ea aliqua ex parte tenuerit, ſive ſubſtiterit: tunc enim remiſſio facta aliquid operatur. Sed (inquit Ulpianus *in d. l. unica*) *hoc tantum remittit, in quo tenuit nunciatio.* Quo intelligimus tenere eam tunc dici poſſe, cum non uſquequaque tenet, ſed aliqua tantum ex parte obſtringit: quo tamen caſu non ſimpliciter tenere dicatur, ſed in hoc, ſive in quid tenere, juxt.
D *d. l. unic.* At non, ut eodem modo dupliciter dici poſſit non tenere nunciatio, ſed tunc tantum, cum ea plane nullius momenti eſt.

Cæterum cum ille nova, & falſa pro veris adſtruere cogitaret, nova & quidem anceps illa verbi tenendi ſignificatio invehenda ei fuit, quo, ſi premeretur, illac ſaltem effugii via non deeſſet: quippe in eo, quod ait, cum nunciatio non tenet, remiſſionem eſſe utilem, eam non tenere generaliter intelligere ſe conſtituens, in qua is, qui nunciavit, nunciandi jus non habuit: quibus verbis generalibus utrumque caſum vult complecti, & eum quo nunciandi jus non habente, illo, qui nunciavit, nunciatio tamen teneat, nec contemni poſſit, & illum, quo contemni poſſit, quia ea nullius momenti, nulliuſque effectus ſit, ut dictum eſt. Atque cum iſto maximo caſu,
E & vere non teneat nunciatio, tamen & illo altero caſu eam non tenere intelligit: quia licet nunciandi jus non habente illo, qui nunciavit, ea ſubſiſtat, ſicque in aliquo teneat, tamen inſpecto exitu ejus litis, in qua obtineat is, cui nunciatio facta fuerit, cum ſe ibi ædificandi jus habere probavit, ea etiam non teneat: ſicque vocis ambiguitate hic noctem, & tenebras offundere pergit. Ac licet nonnulla oppoſitionis ratione ita nunciatio non tenere, & tunc quoque dici poſſe videatur: attamen nuſquam in jure eo ſenſu (quod ſciam) dicitur ea non tenere, ſed illo tantum, quo plane inutilis, & nullius momenti eſt, *d. l. unic. in princ.* ut juris autores in eo prudenter ejus verbi ambiguitatem refugere voluiſſe inpri-

Digitized by Google

mis animadvertendum eſt. At illi, qui eorum ſcripta depravaturus, & cavillaturus eſſet, id verbum intrudendum eo ſenſu fuit. Sic igitur fallacia falſaque eſſe duo illius principio contendimus: Prius, quo inuſitato juris autoribus vocabulo adſtruit utilem eſſe remiſſionem, cum nunciatio non tenet: & noſtra illa, quæ ex oppoſito aſſeruimus, veriſſima certiſſimaque eſſe utilem exiſtere remiſſionem, cum nunciatio in aliquo tenet, inutilem autem eſſe, cum quæ facta eſt, ſic non tenet, ut nullius momenti ſit, ſive (ut etiam ejus verbis, ambiguitate detracta utar) ſic ea non tenet, ut contemni poſſit, ut dictum eſt. Sic enim, ut explicuimus, dici tenere nunciationem, cum ea jure ſubſiſtit, & aliquatenus obſtringit, ita & utilem eſſe eam remiſſionem aptiſſime intelligimus, quæ jure in hoc ſubſiſtit, ut ab eo, quo obſtringebamur, nos aliquo relaxet: quo ſenſu dictionem iſtam, utilis in jure ſumi conſtat, ut quod jure ſubſiſtit, & aliquem juris effectum ſortitur, ſignificet, etiamſi non plenum jus, quale in ea re poſſit eſſe, nobis tribuat, ut in *l. ult. circa fi. ff. comm. præd. l. an inutilis 8. in princ. ff. de accept. l. 5. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig.* Quis autem inficietur utroque caſu illo, quo tenet nunciatio, hoc eſt, quo qui nunciavit, jus nunciandi, & habuit, & non habuit. Hunc juris effectum ſortiri remiſſionem, atque etiam ſatiſdationem, ut illi, cui nunciatum eſt, poſtea agere volenti, jus ſibi eſſe ibi ædificatum habere, neceſſe non ſit opus, quod intermedio tempore fecerit, deſtruere? quo dici poteſt pertinere *d. l. un. in pr. verſ. cæterum nunciatione*, juncta *d. l. 1. in fi. pr.* verum illo manente ad agendum admittendus ſit, ac per conſequens in hoc utilem eſſe remiſſionem, juxta *l. 1. §. ſed ſi is, cui, & l. prætor, §. 5. & §. hoc interdictum, ff. de oper. nov. nunc.* Convenit (quod & ille ex Græcis autoribus pervertere conatur, inde paulo altius, quam ille faciat, repetendum) *εἴτε δικαίως εἴτε ἀδίκως τις κτίζοι, κωλύειν αὐτὸν ἔξεστι, καὶ λοιπὸν ὁ παραγγελθεὶς αἰτεῖν ἄφεσιν εἰς τὸ συγχωρηθῆναι ἄδικον κώλυσιν.* Nam quod primum ait permitti inhibere per nunciationem ne ædificetur, ſive jure, ſive injuria quis ædificet, illud quod diximus comprobat, utroque caſu nunciationem tenere, & quo nuncians jus nunciandi habet, & quo non habet. Quod autem ſubjicit, exinde peti remiſſionem, ut injuſta prohibitio tollatur, ſive ut ejus ipſi fiat gratia, eo ſpectat, ut indicet non plane prohibitionem, vel tolli, vel ejus gratia fieri, ut quod inde ædificatum erit, quaſi jure ædificatum manere oporteat: ſed catenus tantum, quatenus qui ædificaverit, ita ædificandi jus habuerit, ut quod inde ædificaverit, nullo modo deſtruere cogi poſſit: ac ita injuſta tantum prohibitio plane eo tollatur: quippe catenus quatenus nunciandi jus is, qui nunciavit, non habuerit, juxt. Ulp. *in d. l. 1. in fin. pr. ff. de oper. nov. nunc.* At non ea, quæ juſta ſit, verum eatenus tantum, quatenus ſi exinde ædificaverit, ac poſtea agere velit, jus ſibi eſſe ibi ædificatum habere, manente ædificio ad agendum admittendus ſit, nec ante cauſæ exitum in eum poſſit interdictum de opere reſtituendo, ſive demoliendo reddi. Ex quibus cum liquido appareat, ubi nunciatio quoquomodo tenet, utilem eſſe remiſſionem, quæ fit, & illud quoque conſequitur, cum nunciatio nullius momenti eſt, remiſſionem ſupervacuam eſſe, & inutilem, cum tunc nulla remiſſione impetrata, ac neque ſatiſdatione præſtita, nunciationem contemnere liceat, ut dictum eſt. Quod & Prætorem ad cætera quoque opera extendiſſe, quibus mora alioqui periculum allatura ſit, refert Ulp. *in d. l. de pupillo, §. ſi quis rivos.*

ANTONIUS MERCATOR:

Vide quam ſis alienus à prætoris, & ab Ulpiani ſententia. Prætor ait in edicto de migrando, Quod jus ſit illi nuntiare, in eo nuntiatio teneat. Ulpianus interpretatur nuntiationem ibi demum voluiſſe prætorem tenere, ubi jus eſt nuntianti prohibere, ne ſe invito fiat. Tu ais, novi operis nuntiationem tenere, etiamſi jus nun- A tiandi non ſit. Prætor ſtatim atque dixit nuntiationem tenere, & Ulpianus ita demum tenere ſi jus nuntiandi fuerit, ſubjicit: Cæterum, quod eſt alioquin, puta ſi jus nuntiandi non fuerit. Idem ſubjicit Ulpianus, *Cæterum remiſſio, &c.* & hoc igitur uterque dicit, non tenere nuntiationem, ſi jus nuntiandi non fuerit. Tu vero dicis, non tenere proprie, ſed tenere minus proprie, quibus adminiculis neuter utitur, & paulo infra, non tenere ſimpliciter, ſed tenere in quid. Apage Marrucine, quæ tu hic nobis monſtra paris. aut unde? nempe ex his Ulpiani verbis, In quo tenuit nuntiatio. Ulpiano negationem ſubripis, qui ſcripſit, in quo non tenuit nuntiatio, & ea ſubrepta, non ideo magis efficis, ut Ulp. dixerit, In quid tenere nuntiationem. Ulp. dixit, *In quo*, ut Prætor, *in eo*, & paulo infra ais, non tenere nuntiationem factam ab eo, B ut propoſuimus, qui jus nuntiandi non habuit, non tenere ratione quadam, quam tu rationem oppoſitionis vocas. Cujus vero oppoſitionis? non certioris ullius ſane, quam luci claræ oppoſiti tui cerebri.

Rurſus Ulpianus in eodem titulo ſatis oſtendit, eam nuntiationem non tenere, quam fecit qui jus nuntiandi non habuit, etiamſi noceat interim, & effectum habeat ſi opus inhibeat, nec contemni poſſit. Tu dicis eam tantum non tenere, quæ nullius momenti eſt, quæ impune omitti poteſt, quæ non nocet, quia nullum effectum habet, ut *l. 5. §. 5. & §. ſi quis rivos, de no. op. nunt.*

Ulpianus ibidem ait, remiſſionem hoc tantum remittere in quo non tenuit nuntiatio. Sic habent Flor. Tu, ut dixi, ſubrepta negatione ais, remiſſionem hoc tantum remittere in quo tenuit nuntiatio. Ulpiani ſententia hæc C eſt, utilem & efficacem remiſſionem eſſe ſi nuntiatio non teneat. Dic Johannis ſententiam, utilem eſſe ſi nuntiatio teneat.

Prætor his verbis, *Cæterum nuntiationem miſſam facio*, nuntiationem, quæ non tenet remittit. Tu non remittis, tantum eſt, quoniam quam ſe prætor non tenente nuntiatione facere remiſſionem ait, tu eſſe inutilem ais, & paria hæc ſunt non remittere, & inutiliter remittere: denique eluſorium vis eſſe prætoris edictum. Prætor nuntiationem, quæ tenet non remittit. Tu remittis. Ulp. in *l. 1. de nov. op. nunt.* ait nuntiationem non jure factam remitti. Tu non plane remitti.

Ad hæc tu tibi ipſe ſtadium extruis, quod curras, dum ais, Dominum, qui ex Prætoris, & Ulpiani ſententia ſcribit, nuntiationem non tenere, ſi jus nuntiandi non fuerit, D hoc intelligere, non tenere eam, licet in aliquo teneat, puta quod impune contemni non poſſit, exceptis caſibus edicto comprehenſis. Verum, Dominus non dixit, eam in aliquo tenere, nec qui dicit eam contemni non poſſe, hoc dicit, eam in aliquo tenere, ſed prorſus non tenere origine, & initio ejus inſpecto, quia ab eo profecta eſt, qui jus nuntiandi non habuit, non ut fingis inſpecto exitu judicii, & peſſime argumentaris hoc modo: Nuntiatio non jure facta inhibet operis effectionem, ergo tenet: quia imo non tenet, ac proinde remittenda eſt.

JOHANNES ROBERTUS:

Hic non aliud quam actum agere poſſum, ut pervicaciam hominis retundam. Objicit primum dixiſſe E me operis novi nunciationem tenere, etiamſi nunciandi jus nuncians non habuerit, admitto. Contra opponit ex Prætoris edicto, & Ulpiano id ſubinde ſubſecuto: Nunciationem dici tenere, ſi jus nunciandi fuerit. Et hoc quoque admitto. Horum igitur cum alterum tantum inficietur, quippe prius illud, mihi id tantum incumbit, probare nunciationem tenere, etiamſi nunciandi jus nuncians non habuerit. Caveat ne ex illius ipſius verbis id comprobem. Ad quod rurſus illud aſſumere cogor, ea tenere, conſtare, & ſubſiſtere hoc jure dici, quæ etſi non ab omni parte conſtent, jure tamen aliquo ſubſiſtunt, & tenent, atque aliquo obſtringunt, *l. Julian. 14. §. ſi quis à pupillo, & §. ſi quis à colludente, ff. de act. empt. l. qui officii 62. verſ. licet emptio non teneat, & l. domum 57. verſic.*

verſic. ſi vero quantacunque, *& l. ſi in venditione* 34. *§.* A *item ſi & emptor*, *& l.* 4. *ff. de cont. empt. l. ſi quis cum aliter* 36. *in princ. & l. ſi id, quod* 22. *ff. de verb. oblig.* Ut etiam in eandem rem probavi hanc dictionem Utilis ſimiliter in jure ita ſumi, ut quod jure ſubſiſtit, & aliquem juris effectum ſortitur, ſignificet, etiamſi plenum jus, quale in ea re eſſe poſſit, minime nobis tribuat, juxta *l. ult. circa fin. ff.* com. *præd. l. an inutilis* 8. *in princ. ff. de acceptil. l.* 1. *§. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig.* quo ſenſu utilem remiſſionem interpretamur, cum nunciatio tenet: at iſtiuſmodi eſt nunciatio, quam qui nunciandi jus non habet, fecerit. Igitur operis novi nunciatio tenere dici poteſt, etiamſi nuncians jus nunciandi non habuerit. Iſtiuſmodi autem eſſe nunciationem, hoc eſt tenere, & nunciationis vim operari, etiamſi nuncians jus nunciandi non habuerit, prob. apertiſſime *l. Prætor ait* 20. *§.* 1. *in verb. & ſi jus* B *faciendi habuerit*, *& §. ait Prætor*, *in verb. neque intereſt jure factum ſit an non*, juncta *l. non ſolum* 8. *§. ſciendum*, *verſ. tunc enim ſi jus*, *& l. ſtipulatio* 21. *§.* 1. *ff. de oper. nov. nunciat.* Quo pertinet, & quod ab Ulpiano dicitur in *l.* 1. ſive jure, ſive iniuria opus fieret, deinde per nunciationem inhibeatur, permitti illo edicto remitti, comprob. & in *l. unic. ff. de remiſſion.* Sed quid longius abeo? Ille etiam nugivendus, ſi minus iiſdem verbis, ſaltem re idem admittit, quippe iſtiuſmodi nunciationem ab eo, qui nunciandi jus non habuit, contemni non poſſe, neque tamen ut idcirco recte dici exiſtimet, eam in aliquo tenere. Dicat ſubtilis magiſter, ſi nulla ex parte conſtat, & tenet, quid efficiat ut contemni non poſſit? Nam ſi nulla omnino, ſive facto tantum interpoſita eſt, conſtat ejus quaſi nullo modo interpoſita nullam vim eſſe, nul- C lumque in jure effectum operari poſſe, juxta *l. licet* 12. *ff. ut legat. ſeu fideic. nom. cav.* Et tamen quo loco ita me peſſime more ſuo, & contorte argumentari refert: Nunciatio non jure facta (inquit) inhibet operis effectionem (quod ille non negat, ſed conſequentiam hanc reſpuit) ergo ea nunciatio tenuit: cum ſubinde immediate ita omnium abſurdiſſime colligat: Imo quia nunciatio non tenet, propterea remittenda eſt. Atqui ſi non tenet, quid remiſſione opus eſt, & quid liberatione, illi qui obſtrictus, & obligatus nullo modo ſit? An vero illa neſcit privationem neceſſario præcedere habitum, *l. decem*, *ff. de verb. oblig. l. non poteſt videri. & l. non videtur*, *ff. de diverſ. reg. jur. l.* 1. *§. ſed ſi ita*, *ff. quib. mod. uſufr. amit.* & inter privationem, & habitum non dari medium, cum poſito uno neceſſe ſit tolli alterum, & ſublato uno poni D alterum, *l. hac verba ille* 124. *ff. de verb. ſignific.* Conſtat itaque, quod aſſerui, nunciationem in aliquo tenere, etſi nunciandi jus nuncians non habuerit. Quod cum ex Ulpiano comprobarem in *dicta l. un.* eo loco, quo ſcriptum extat in vulgatis, & receptis exempl. *in quo tenuit nunciatio*, quanta verborum portenta invenit vanus homo, quaſi immane quid à me ſit admiſſum, & quod Ulpiano negationem ſubripuerim, & quibus locis Ulpianus dixerit, *in quo*, & Prætor, *in eo*, ego dixerim, *in quid*, & *in id*. Quod ad prius illud attinet, animadverti velim, non uno tantum illius l. unicæ loco, ſed duobus, in quibus non extat negatio in vulgatis exemplaribus, cum negatione eos locos legi in Florent. exempl. quippe qui loco in vulgatis legitur, *ubi nunciatio tenet*, & item altero illo, *in quo tenuit* E *nunciatio*, in Flor. ita cum negatione uno loco legi, *nunciatio non tenet*, & altero, *in quo non tenuit nunciatio*: qui duo loci cum ſibi mutuo reſpondeant, & ego priorem illum *c.* 12. *lib.* 2. *Recept. lect.* (quod nunc rodere pergit) nominatim teſtatus fuerim rectius ita legi cum negatione in Florent. exemp. atque etiam de verbo ad verbum aliis characteribus ibidem cum negatione retulerim, non poſſum dici voluiſſe negationem detrahere, ac minus ſubripere. Quod ſi facerem, non (quod ille ſolet) ſine exemplarium authoritate facerem, cum ſint infinita non typis excuſa tantum, verum & vetuſtiſſima manu ſcripta. Sed enim poſteriore loco docere volui, etiamſi poſtea ille locus, atque etiam uterque abſque negatione juxta recepta exemplaria legatur, & tunc quoque plane illi noſtræ ſententiæ convenire, nec recte minus tamen, & negatione addita ſententiæ noſtræ adaptari. Dicet fieri non poſſe, quin dempta negatio loci ſententiam in contrarium ſenſum vertat: qui autem poſſunt contrariæ ſententiæ duæ iiſdemmet verbis ſignificari? Sed ego non id quidem contendo, contrarias ſententias duas iiſdem verbis ſignificari, verum ſententiæ meæ ad duo diverſa ſpectantis quamcunque partem, & negativæ, & affirmativæ lectioni poſſe convenire. Quippe eo caſu, quo nunciandi jus nuncians habuerit, ſi effectum ſpectes, plane inutilem eſſe remiſſionem dicimus, quia non obſtet facta remiſſio, quominus, quod à tempore remiſſionis factæ fuerit ædificatum, id deſtrui oporteat, prob. eo quod dicitur à Paulo *in d. l. non ſolum*, *§. ſciendum* poſt remiſſionem, quod ædificarit, ſi jus ædificandi habuerit, recte ædificatum eſſe; à contrario, ſi ædificandi jus non habuerit, non recte ædificatum, ſicque & id perinde eſſe demoliendum: ac ſi poſt nunciationem nulla remiſſione facta ſuiſſet ædificatum: quo pertinet *& d. l.* 1. in eo, quod ait ibi Ulpian. poſt nunciationem remiſſione facta catenus prohibitionem remitti, quatenus qui nunciavit, jus nunciandi non habuit. A contrario itaque ſi nunciandi jus habuit, nullatenus remittitur prohibitio, ſicque quod poſt remiſſionem factam ædificatum fuerit, demoliendum eſt. Quo addita negatione referendum illud, quod dicitur *in d. l. unic. remiſſionem ibi demum factam ubi nunciatio non tenet*: & illud poſtea, *remiſſio facta hoc tantum remittit: in quo nunciatio non tenuit*. Quo utroque loco intelligemus plane non tenuiſſe nunciationem, quia nunciandi jus nuncians non habuerit. Sic itaque utrumque hoc verum ſit, & tunc remiſſionem factam id tantum remiſiſſe in quo nunciatio non tenuit; quia nullo caſu, quod poſtea ædificatum eſt, dirui neceſſe ſit, juxta negativam lectionem, & eodem hoc caſu id quoque remiſiſſe in quo nunciatio tenuit, quatenus licet nunciandi jus nuncians non habuerit, tamen nunciatio facta in hoc ſaltem ſubſtiterit, ut non liceret ante remiſſionem ea ſpreta edificare: alioqui, & abſque ulla cauſæ cognitione opus dirui oporteret, ut dictum eſt. Qui etiam ſenſus accommodari poteſt, non quidem illi priori loco affirmative ſtanti: repugnaret enim ſequens illic proxime ſubjunctus verſiculus (propterea que non comperiet id me illi loco adaptare voluiſſe) verum poſteriori abſque negatione ſtanti, quod illo loco, quem carpit, indicare volui: Tametſi non diffitear, illam Florentini, exemplaris lectionem utrique illi loco aptius convenire, ſic tamen ut, & illud, quod dixi, ſubſiſtere nunciationem, etiamſi nunciandi jus nuncians non habuerit, negari non poſſit.

Quod autem, & illud arguit dixiſſe me, *in quid*, & *in hoc*; cum Ulpianus dixerit *in quo* & *in eo*, non frivolum tantum, ſed & abſurdum eſt: ſiquidem apparet aliud me iſtis verbis abſolute poſitis, neque ad ſuperiora ulla relatis, ſignificaſſe, quam quod Ulpian. illis relative utens voluerit, dum dixit remiſſionem *hoc tantum remittere*, *in quo tenuit nunciatio*: ut & in illo. *Quod jus ſit illi prohibere ne ſe invito fiat*, *in eo renunciatio teneat*: At ego nominatim ſignificare voluerim, tunc in quid, ſive in aliquid eam tenere, ut ad certum aliquem effectum eam tunc ſubſiſtere, & obſtringere exprimerem, neque tamen ad jus, quod nuncians haberet, id referrem, ut quod nullum habere proponerem. Quod ſi forte id non probat, iſti præpoſitioni, *in*, ſubjeciſſe me accuſativum, debuit apertius id prodere, quo mihi liceret oſtendere non exacte adeo illum Grammaticos omnes canonas evolviſſe, & conſimiles probatorum authorum ad id pertinentes locos obſervaſſe, quam videri cupit.

In quibus fiat, ut nunciandi jus non habente eo, qui nunciat, quandoque teneat nunciatio, quandoque nullius ſit momenti.

CAP. XXXI.

JOHANNES ROBERTUS:

CIRCA ea, quæ ſuperiore capite dicta ſunt, dubium illud ſupereſt, à quo, & reliqua illa pendent, quanam ratione caſus illi abinvicem diſcerni queant, quibus cum nuncians jus nunciandi non habeat, quandoque in aliquo teneat nunciatio, quandoque vero nullius ſit momenti. Hanc vero facilem, & certam conſtituemus, qua quoties ex ipſo ſimpliciter nunciandi juris defectu illud contingit, nunciationem non ideo minus tenere dicamus: At cum propter ipſam qualitatem, vel perſonæ nunciantis, ejuſve cui nunciatio fit, vel ipſius rei hic defectus adeſt, & in ipſa nunciatione ſeſe manifeſto prodit, tunc ea nullius momenti ſit, & contemni poſſit, puta ſi, vel à ſervo fiat, vel conſocio in re communi, vel illi, qui in mari, aut littore ædificet, aut qui rivum cloacamve reficiat, vel purget, *d. l. 1. §. nunciatio fit, circa fin. & §. ult. & l. 3. verſ. plane, d. l. de pupillo, in fin. princ. & §. ſi quis rivos, & d. §. ſi quis purganti, cum d. §. pen.* Quod & in fructuario eo caſu obtinere, quo ipſi proprietatis domino novum opus nunciet, prob. aperte ex Julia. *in l. 2. ff. de oper. nov. nunc.* Ac ita convenit, nulla ex parte immutata, uti diximus, recept. lect. *d. l. unic. verſic. item Juliano.* Quod autem ad uſufructuarium attinet, licet alii, quam domino nomine ſuo nunciandi directo jus non habeat, ut nec ſervitutum ſuo nomine, & directo vindicandarum, *d. l. 1. §. ult.* tamen utiliter, ſive oblique, quaſi domini loco, & velut procuratorio nomine, ſive uſumfructum vendicando, nunciare poteſt, tuncque utilis eſt remiſſio. Sic intellig. *d. l. 1. §. ult.* juncta *l. ſeq. ff. de oper. nov. nunc. & d. verſ. item Juliano*, arg. *l. ſi uſusfructus, ff. de aq. pluv. arc.* Quod vero idem Obſervator dictum antea à ſe de Juliano ſervitutum vindicationem uſufructuario tribuente, contendit minime refelli contextu *l. utifrui, §. utrum, ff. ſi uſusfr. pet.* aperte ejuſdem legis contextus verbis refellitur, quibus cum Ulpianus quæſtionem propoſuiſſet, utrum adverſus dominum duntaxat in rem actio uſufructuario uſusfructus vendicandi cauſa, an etiam adverſus quemvis poſſeſſorem competat, reſpondet ex Q. Mutii Julianique ſententia, & adverſus quemvis poſſeſſorem competere. *Nam* (inquit) *etſi fundo fructuario ſervitus debeatur. fructuarius non ſervitutem, ſed uſumfructum vendicare debet adverſus alterius vicini fundi dominum.* Quibus verbis, quid apertius? cum eo caſu ſervitus fundo fructuario debetur, uſufructuarium *non ſervitutem* vendicare debere dicat (id ſimul haud dubie ſignificans, nec eam vendicare illum poſſe) *ſed uſumfructum.* Quod idcirco addidit Ulpian. ut latius illud explicans, quod reſponderat, in rem actionem uſufructuario adverſus quem vis poſſeſſorem competere, ſimul doceret non ad uſusfructus tantum vindicationem illi in rem actionem adverſus extraneum poſſeſſorem proficere, ſed & in hoc, ut ſervitutum fundo fructuario debitarum jure utatur, cum alioqui eas directo vindicare nequeat: Itaque ſic oblique, aliove, quam directæ rei vindicationis modo, id illi ſit perſequendum.

ANTONIUS MERCATOR.

JAm ſatis probſvimus nunciationem non tenere ab eo factam, qui jus nuntiandi non habet. Eandem nullius momenti eſſe negamus: nam & quæ ob eam cauſam non tenet, inhibet operis executionem, donec remiſſio facta ſit, aut præſtita ſatiſdatio vice remiſſionis: ut ſi domino fructuarius nunciaverit novum opus, quæ nunciatio non tenet, non eſt utilis, *l. 2. de no. op. nunt.* & tamen inhibet opus, quoad prætor nuntiationem remiſerit. Remittitur utiliter, quæ jure non tenet. Inutiliter, quæ jure tenet, ut ſi vicino fructuarius novum opus nuntiaverit ex ſententia Juliani, qui data fructuario vindicatione ſervitutum adverſus vicinum, non etiam adverſus dominum, dedit ei quoque jus vicino, non etiam domino nuntiandi novum opus, ut Ulp. eodem titulo refert ex Juliano, & ſecundum id, quod initio propoſuerat Ulp. & prætor ipſe, remiſſionem ibi demum factam eſſe utilem ubi nuntiatio non tenet: ubi autem nuntiatio tenet, ſe miſſam non facere nuntiationem: conſequens eſt, ut Julianus ſcripſerit fructuarium vicino novum opus nuntiare poſſe, & remiſſionem inutilem eſſe, domino non poſſe, & remiſſionem utilem eſſe, & ita perſpicue jampridem Dominus docuit eſſe legendum. Subjicis, fructuarium vicino novum opus nuntiare poſſe, non quidem directo, ſed utiliter, & oblique velut procuratorio nomine, vel uſumfructum vindicando, & hunc ſordidum centunculum tuum non erubeſcis adſuere purpuræ, puta *l. 1. §. ult. & l. 2. de no. op. nunt. & §. Idem Juliano, de migrando*, ubi dicitur quidem fructuarius vicino novum opus procuratorio nomine nuntiare poſſe, non, velut procuratorio nomine, & uſumfructum vindicare poſſe, non uſumfr. vindicando novum opus nuntiare poſſe: & licet ex Juliani ſententia vicino nuntiare poſſit, ex Ulpiani tamen aliorumque, qui fructuario ſervitutum vindicationem non dabant, in eoque Julianum notabant, *l. 1. in pr. ſi uſusfr. pet.* ex aliorum, inquam ſententia, quæ obtinuit, nuntiare nullo modo poſſe, qui cum non adjecerint, utiliter tamen poſſe, ergo tibi id non licet adjicere. Denique ex eorum ſententia, ſi fructuarius vicino nuntiaverit, remiſſio utilis eſt, utilis, inquam, quia nuntiatio non tenet, non quia aliquatenus tenet. Ex Juliani autem ſententia inutilis, & inefficax eſt remiſſio, quia nuntiatio omnimodo tenet, quandoquidem ex Juliani ſententia fructuarius adverſus vicinum ſervitutes prædio debitas vindicare poteſt, & quod ait *l. uti frui §. utrum, ſi uſusfr. pet. Nam & ſi fundo fructuario ſervitus debeatur, fructuarius non ſervitutem* &c. tandem tu ipſe fateris eſſe Ulpiani, non Juliani, & hac ratione non animadvertis, quod initio inſtitueras adſcribere Juliano, quaſi & is ſcilicet fructuario denegaſſet vindicationem ſervitutum adverſus vicinum, quod nonquam fecit: te jam in extremo non Juliano adſcribere, ſed Ulpiano. Addidit, inquis, Ulpianus, quod dubiæ ſanitatis tuæ atque conſtantiæ magnum argumentum eſt. Juliano autem cur jungas Q. Mucium non video, quia in eo §. nulla fit mentio Q. Mucii.

JOHANNES ROBERTUS:

HIc initio pugnantia loquitur, dum ait, ſatis ſe probaſſe nunciationem non tenere ab eo factam, qui jus nunciandi non habet, & mox ibidem negat eam nunciationem nullius eſſe momenti (Vaſriciem hominis vide, captato verborum obſcuriore circuitu, diſſimulare, & obtegere conantis, ſeſe contrarium ejus quod aſſerat, verum agnoſcere, quod alioqui veriſſimum eſſe inficiari nullo modo queat) At ita negamus eam nullius eſſe momenti. Agnoſcit alicujus eſſe momenti, quippe (ut etiam ſubjicit) inhibendæ operis perſecutionis, donec remiſſio facta ſit. Quod ſi alicujus momenti eſt, eam aliqua ex parte ſubſiſtere neceſſe eſt, ac per conſequens tenere, ut ſuperiore cap. probatum eſt. Inde vero ut quam multa is peccet deprehendamus, non eſt ſinendus ab utroque aberrare propoſito ſcopo, quorum unus in eo fuit, quod is primum interpretatus ſit hanc Juliani ſententiam fuiſſe, uſumfructuarium ſervitutum adverſus vicinum vindicandarum jus habere, & inde novum opus poſſe nunciare: quæ quidem ſententia referatur *in l. 2. ff. de oper. nov. nunc, & d. l. unic. verſ. item Juliano*, quam oblatrator jure noſtro minime adprobari ait (quantumvis illis juris noſtri duobus locis ita ſit tradita quaſi quæ obtineat) ſed ſ.abeonis, & Nervæ aliorumque contraſiam ſententiam prævaluiſ-

valuiſſe, quæ traditur *in l.1.in prin.ff.ſi uſusfruct.pet.& l.* A *1. §.ult.ff.de oper.nov.nunc.* Quo ita Triboniani imprudentiæ id eum tribuentem, manifeſtum in jure noſtro diſſidium perperam admittere docui. An vero abſurdius quidquam potuit Triboniano imputari, ſiquidem Labeonis, & Nervæ ſententiæ relatæ *in d. l.1.§.ult.ff.de oper.nov.nunc.* ſubinde repugnans Juliani ſententia, quaſi quæ obtineat, referatur in ſubſequente illic *l. 2.* quam tamen hoc jure minime adprobari non jam conjectet, ſed malitiuſe quoquo modo ſummoveat, qui ejus loci ſententiam non aſſequeretur? Sed enim quid eſt quod Labeonis aut Nervæ ſententiam referri contendat *in d.§.ult.* cum nec ibi, nec in tota lege illa, alioqui prolixa, uſquam Labeonis aut Nervæ fiat mentio? An etiam conjicere ſe dicet ab Ulpiano ejus legis authore, id ex Labeone, & Nerva referri? ut idem nominatim illis eam ſententiam adſcripſerat B quaſi Juliano repugnantem *in d. l. 1. ff.ſi uſusfruct.pet.* At hic nulla mentio neque Juliani, neque Nervæ, neque Labeonis, & hæc lex eſt Ulp. *libr. 52. ad edict.* illa vero ex ejus 18. *ad Sabinum*. Deinde vero quonam argumento colligit *in d.l.1.ſi uſusfruct.pet.* Labeonis, & Nervæ ſententiam referre quaſi contrariam Juliani ſententiæ, quam in eo à Marcello notatam ſcripſerit Ulpianus? An Marcellum Notas in Julianum ſcripſiſſe comperiet? Atque (quo magis detegitur ejus tergiverſatio) cum contra objeciſſet eundem Julianum idem illud quod Labeoni & Nervæ tribuit, ſenſiſſe *in l.uti frui 5.§. utrum,ff.ſi ſerv.vind.*& tamen id ille negaſſet; itaque exinde in Animadverſionibus meis, quo magis eum convincerem, ipſamet verba Ulp. ejus Juliani ſententiam referentis nominatim adſcripſiſſem, quid ille? (inſipidam ſubterſugientis aſtutiam hic agnoſce) id ibi C non à Juliano dici ait, ſed ab Ulpiano. Quin & me quoque mecum committit, & id non Juliano, ſed Ulpiano adſcribere cavillatur, ex his meis quæ refert verbis, *addidit Ulpianus*. Quod cum manifeſtiſſimum ſit ita me ſcripſiſſe, & ſenſiſſe, Ulpianum addidiſſe ex Juliano, vel ex ſententia Juliani explicuiſſe, id illum non pudet, uni Ulpiano, quaſi Juliano adverſetur, & adſcribi, & (quod impudentius eſt) adſcripſiſſe memetipſum, dicere. Sed quam bene huic ejus effugio illius loci verba conveniant, ex ipſiſmet verbis, ejus commento aperte repugnantibus, intelligamus Sunt autem hæc juxta Floren.exempl.*Utrum autem adverſus dominum duntaxat in rem actio uſufructuario competat, an etiam adverſus quemvis poſſeſſorem, quæritur. Et Julianus* lib.7.Digeſtorum *ſcribit, hanc actionem adverſus quemvis poſſeſſorem competere; nam & ſi fundo fructuario ſervitus debeatur, fructuarius non ſervitutem, ſed* D *uſumfructum vendicare debet adverſus vicini fundi dominum.* An vero poſtrema hæc verba diſcerpi, & à ſuperioribus ita abſtrahi poſſunt, ut ab Ulpiano hic aliquid additum quiſquam interpretari queat, quod Juliani ſententiæ repugnaret? At enim vitio vertit quod Juliano Q. Mutium adjunxerim. Agnoſco quidem libros editos, & Accurſianis gloſſis ſubnotatos, quibus uti ſoleo, me in eo ſubſecutum, in quibus Mutium illo loco Juliano jungi quiſque comperiet, &, quod mihi uſus eſt, ſi quod dubium occurrat, conſulere Florentini exemplaris lectionem, id eo loco cum ſcriberem, me minime feciſſe, quod de ejus ſententiæ authore Q. Mutio, vel Juliano adjuncto vel diſſentiente, nullam controverſiam fuiſſe animadvertiſſem. Sic pariter illud impingere poſſum, quod hic plu- E ribus edicti de migrando meminerit, quod tamen edictum conſtat ad hanc rem nullo modo pertinere. Sed quid his nugis chartas implere, & lectorum tempora iſtis tricis morari non pudet? Quid hoc ad rem de qua quærimus? An ideo minus verum eſt illum, cum in eo fœdiſſime lapſum, quod illam unam Juliano ſententiam jure noſtro traditam ſimpliciter tribuerit, ac nihilominus hoc jure minime adprobari contenderit: tum quod imprudentiæ tantæ Tribonianum, ut ineptiſſime, ita & impudentiſſime damnarit, cum totius hujuſce diſſidii explicatio manifeſtiſſime pateat *ex d.l.1.§. ult.* cui ut ordine, ita & ſententia atque etiam verbis expreſſis ea cohæret, quæ Juliani eſt ſubſequens *l.2.* Nam cum Ulp.*in d.§.ult.*dixiſſet uſufructuarium ſuo nomine opus novum nunciare non poſſe, ſed procuratorio nomine poſſe, vel etiam vindicare uſumfructum ab eo qui novum opus faciat, ſubjicit cohærenter hæc verba *in l. 2. Sin autem domino prædii nunciaverit, inutilis erit nunciatio. Neque enim ſicut adverſus vicinum, ita adverſus dominum agere poteſt, jus ei non eſſe, &c.* In quibus primum expendendum eſt, hæc duo velut ſibi mutuo correſpondentia, quod ad uſufructuarium attinet, proponere, opus novum nunciare, & ſervitutem vindicare, quaſi à quibus ſervitutem vindicare, iiſdem & opus novum nunciare poſſit, & è converſo. Similiterque non alio modo opus novum nunciare, quam ſervitutem vindicare poſſe, *comprob.d.§.item Juliano*. Sicque cum dixiſſet Ulpian. *in d.§.ult.* uſufructuariam ſuo nomine nunciare vicino non poſſe, ſed procuratorio nomine poſſe, ſubjicitur cohærenter ex Juliano, domino ſi nunciaverit, inutilem eſſe, nunciationem. Illud nimirum ſignificans, quoquo modo illi nunciaverit, ſive ſuo, ſive procuratorio nomine prætento, plane eſſe inutilem. Ratione reddita, quia non ſicut adverſus vicinum illo quo dixerat procuratorio nomine agere poſſit, ita & adverſus ipſum dominum agere queat. Sicque fit, ut cum directo, ſive ſuo ipſius nomine, ut ſervitutem fructuarius à vicino vindicare non poteſt, ita nec ei opus novum eo modo nunciare, & ex Juliani, & Labeonis, & Nervæ, & Ulpian. ſententia, *ſic intellig. d.l.1.ff.ſi uſusfr.pet.& d. §.utrum,& d.§. item Juliano.* Verum quemadmodum utiliter & oblique procuratorio nomine, ſive quaſi procurator, vel ſi mavis, quaſi dominus, à vicino ſervitutem vindicare poteſt, ita & eodem modo illi opus novum nunciare, & ex ejuſdem Ulpiani, & Juliani ſententia *in d. l. 1.§.ult.& d. l.2* cui nullo loco repugnaſſe. aut Marcellum, aut Labeonem, aut Nervam probare poteſt nugivendus. Quam inſulſe vero illud cavillatur, quod dixi, fructuarium utiliter, & oblique ut ſervitutes, à vicino vindicare, ita & opus novum nunciare poſſe, & velut procuratorio nomine, illud explicans (quo facilius is aſſequeretur, quod cum aſſequi non potuiſſet, in maximos illos errores actus eſſet) quod ab Ulp. dictum eſt *in d. §. ult.* fructuarium tunc procuratorio nomine agere, quippe non quod tunc procurator vere ſit, aut dici poſſit, cum is mandatum in id à domino nullum habeat, procurator autem is tantum dicendus ſit, qui mandato domino negotia aliqua adminiſtrat, *l.1. ff. de procurat.* Qua ratione patet eadem in re Pomponium dixiſſe, cum non procuratorio nomine, aut ut procuratorem experiri, ſed magis quaſi dominum, tuncque idcirco non directa, verum utili actione, ſicque utiliter, & oblique experiri *in l. ſi uſusfructus 22. ff. de aq. pluv. arc.* Quod ego apertius ſignificare volens, dixi tunc velut procuratorem experiri, atque tunc eum utiliter, & oblique ſervitutem vindicare. Sed quid hic pluribus verbis opus eſt? cum & conſimili verborum circuitu, & additamento probetur uſus Pompon. in *d. l. ſi uſusfructus*.

Quod ad alterum vero attinet ejus, quod diſquirimus ſchopum, patet ex ſuperioribus illud ſequi, quod aſſerui, quippe eo caſu quo uſufructuarius vicino illo modo, hoc eſt, quaſi dominus, ſive quaſi domini procurator novum opus nunciat, factam inde remiſſionem eſſe utilem, ac in hoc ſaltem, ut dixi, ut ſi exinde ædificare perrexerit, non ſit neceſſe ante cauſæ cognitionem, & exitum illius judicii id opus demoliri. At cum ipſi domino nunciavit, quoquomodo nunciatio facta ſit, remiſſionem ſecutam eſſe inutilem, quia plane nullius momenti fuerit nunciatio. Itaque contemni potuerit, ut à me dictum eſt. In quo plane inepte ille ſententiam Juliani, quaſi ab aliorum ſententia diverſam diſcerpit, ut tranſpoſitionem conjectariam negationis quoquo modo tueatur. Ex aliorum, inquit, ſententia cum vicino fructuarius nunciavit, utilis eſt remiſſio: Utilis, inquit, quia nunciatio non tenet, non autem quia aliquatenus tenet: cum ille ipſe eodem loco agnoverit eam tenere, ſive ſubſiſtere, & obſtringere: quo & hic pugnantia loqui, & ſimul velut circulationem efficere velle comperias. Ex

Juliani autem, inquit, ſententia tunc inutilis eſt, & A ineſſicax remiſſio, cum nunciatio omnino tenet. Imo vero, etſi diverſitatem opinionum Juliani, & aliorum admitteremus (quam plane rejiciendam eſſe diximus) utilis dici poſſet utroque caſu remiſſio, quia tunc utroque caſu alicujus momenti eſſet nunciatio, neque ita plane inutilis, ut cum ipſi domino facta eſt à fructuario. Sed apeceſis iſtam opinionum diverſitatem conjectitiam, diſſidium legum aperte adeo (cum nil opus ſit) in jure noſtro introducentem, & juris clariſſimos contextus correctionis obtentu, pervertentem, nec mutemus loco, quæ in exemplaribus omnibus recte comperiuntur extare, in *d. §. item Juliano*.

Tertius caſus apud Julianum defenſus in l. ſi ſervus plurium 53. §. 1. ff. de l. 1. *minime detrahenda illinc negatione*. B

CAP. XXXII.

JOHANNES ROBERTUS.

ITERUM repetere cogor, quod perſpicue à me ſcriptum idem non intelligit, aut certe pertinaci in erroribus quantumcunque manifeſtis quoquomodo obtegendis animo non intelligere ſeſe diſſimulat, Julianum *in §. 1. l. ſi ſervus plurium 53. ff. de leg.1.* initio ejus §. generaliter propoſuiſſe id, quod controverſia hereditatis heredi ſcripto facta, judex contra heredem *idcirco* injuſte pronunciaverit, quia is, vel prorſus non defenderit, vel colluſorie defenderit, nihil nocere legatariis: C ac inde quæſtione ſubjecta ſententiæ contra heredem ſcriptum latæ. An idem, quod illis duobus caſibus heredis non defendentis, & colludentis, eo quoque caſu dicendum ſit, quo per injuriam judicis pronunciatum eſt, nec tamen ab eo fuerit provocatum, conſimiliter aperte reſpondet, *Injuria ei facta non nocebit legatariis:* ut quidem habere exemplaria ad unum omnia, tam excuſſa, quam manuſcripta, nemo inficiatur. Quam recte, ut rebellis cervicis hominem retundamus poſterius iterum diſpiciamus. Ac primum illud expendamus, quod ita propoſitis generaliter tribus illis caſibus (quorum unumquemque contingere poſſe conſtat, non tantum, vel ſubſtituto, vel legitimo herede contra ſcriptum heredem agentibus, ſed & aliis, puta in ſpecie *l. Papinianus 8. §. ult. & l. ſi ſuſpecta 29. ff. de inoff. teſt. l. cum emancipatus 13. ff. de bon. poſſeſſ. contr. tabul.*) D inde ad illam ſpeciem ſenſim agitandam delabitur, in qua ſubſtituto contra inſtitutum heredem agente, ſecundum ſubſtitutum judicatum ſit: In quo non jam ſimpliciter diſquirit, an ſententia ſive injuria judicis, aut proſit, aut noceat legatariis, ſed an *ſubſtitutus teneatur legatariis*, ut quidem illic Julianus iterum repetit: Ac conſequenter decidit, non quidem id non nocere legatariis, ſed ſubſtitutum tunc *legatariis, ut creditoribus reſpondere cogi*. Quod expendendum non fruſtra aliis verbis, quam quibus in illa generali propoſitione fuiſſet uſus, ter à Juliano ibi repetitum fuiſſe, verum, ut intelligeremus in hac poſteriore ſpecie non id tantum quæri, an ſententia lata ſecundum ſubſtitutum per gratiam legatariis noceat. Quod quidem E ſi illis tantum accommodes, quibus ab inſtituto herede relicta ſunt legata, haud dubium eſt non nocere, quia & à ſubſtituto cenſeantur eorum legata repetita, *l. licet 78. ff. de leg. 1.* Quod ſolo fit, ut quoquomodo id ſumas, non poſſit iis ſententia illa nocere: & præter rem in eo diceretur, hunc ſubſtitutum cauſari non poſſe ſecundum ſe judicatum per gratiam, quia ſive jure, ſive injuria, ſecundum eum judicatum ſit, is ſolvendi neceſſitatem effugere nequeat. Verum eo amplius diſquirit; An id efficiat illa ſententia, ut ſubſtitutus teneatur legatariis. At quibus hic ſubſtitit corrector, nec animadvertit (niſi ſi non animadvertere ſe diſſimulat) & aliis poſſe à ſubſtituto legata relinqui, quam quibus ſint ab inſtituto relicta, atque etiam iiſdem, quibus ab inſtituto aliquid fuerit relictum, poſſe, & à ſubſtituto aliud quid legari, juxta *l. 1. §. id quod ex ſubſtitutione, & l. in ratione 11. §. quod vulgo, cum 2. §§. ſeqq. ff. ad l. Falcid. l. qui duo. 42. in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. ſi à ſubſtituto 47. in prin. & d. l. licet 78. verſ. quid enim, ff. de leg.1.* Nec utroque pariter caſu iſto eſſe, quod quæramus, an repetita ſint hæc legata, utpote, quæ antea relicta non fuerunt, nec per conſequens an noceat ſententia contra ſcriptum heredem injuſte lata, ſed an ſecundum ſubſtitutum per gratiam lata efficiat, ut iis teneatur ſubſtitutus: ſicque an ea illis proſit. Falſum itaque, quod illic aſſerit, non quæri an ſententia proſit, ſed an non noceat: utrumque enim complectuntur verba illa, quibus nec aliis utitur in poſteriore parte, in qua ſpecialiter de ſubſtituto quærit, an is teneatur reſpondere legatariis, & quod decidit reſpondere eum cogi legatariis, ut creditoribus. Hic ergo expendat ſyncerus Lector illum, dum admiſſum antea in demenda negatione erratum obtegere anxie contendit, id manifeſtiſſime conduplicaſſe, nec eo moveatur, quod ut confidentius illud aſſerere videatur, petulantiſſime hic in convicia prorupit. Scit enim veterator id in mala cauſa apud incautos tuenda plurimum valere, juxta illud Satyrici.

Nam cum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur à multis fiducia.

Porro præter convitia id unum objicit; quod duos tantum caſus iſta re conjungi contendit, & nonnullis locis probat. Ego vero tertium addam. Ac cum clarius nihil eſſe poſſit iis, quibus & illud aſſerui, & rationibus Juliani verbis accumodatiſſimis firmavi omnino retinendam ibi negationem, illa mea ſphingis verbis ſimilia eſſe objectat: nec mirum. Siquidem vere illud à Salom. *Prov.3.* dictum eſt. *Qui illuſor eſt, non audit cum arguitur.* Sed ad rem. Tertium illum caſum, quem concoquere male affectum cerebrum non poteſt, ab omni pravo effectu alienis concoctu facilem reddamus: quin & illum à Juliano eodem loco fuiſſe proditum, & aliis conſimilibus locis illis duobus (quos ſolos admittit) adjungi probemus: quippe cum, quo per injuriam judicis utroque caſu ſententia lata ſit, hoc eſt, vel pro legitimo herede, vel ſecundum ſubſtitutum. Nam ut ejus verſiculi, cui negationem ibi detrahit, rationem non habeas, quid aliud ſibi volunt ejuſdem contextus verba, quibus Julianus ait, ſubſtitutum non tam improbe cauſari poſſe ſecundum ſe judicatum fuiſſe per gratiam, cum illis duobus caſibus prioribus, quibus ob id quod non defendente, aut colludente ſcripto herede ſententia lata ſit, dici nequeat judicatum eſſe per gratiam? Eſt igitur hic tertius caſus à duobus illis diſtinctus: quippe, quo judex dolo malo, vel legitimi heredis, vel ſubſtituti partes magis fovens, ac illi favens, ſecundum eum judicavit: prob. *l. filiusfamil. 55. circa fin. ff. de judic. l. ult. C. de pœn. judic. qui mal. judic.* juncta *l. præſes 12. in fin. C. de tranſact.* Quibus legibus apertiſſime probatur, vere tunc per injuriam judicis injuſte ſententiam ferri, ut & illis aliis, non quidem omnibus, quibus injuſte judicat, ſed quibus dolo malo id agit: quippe, vel inimicitia ductus, vel ſordibus, hoc eſt, pecunia muneribusve, aut emolumenti alicujus ſpe corruptus: cum alioqui extra hos caſus injuſte judicari poſſit, puta, vel ob id quod male defenderit ſcriptus heres, aut in probatione ſuccubuerit, aut imprudentia, inſcitiave: quibus caſibus maneat inter legatarios, & creditores diſcrimen traditum, *in l. 3. ff. de pignor.* Qui tertius caſus nominatim hac eadem in re à Pumponio ex Labeone, & Q. Mutio expreſſus fuit *in l. ſtatuliberi 29. §. Quintus, de ſtatulib. in verſ. Nam ſi injuria judicis victus eſſe ſcriptus heres*, ut & eundem caſum illi ſemper ut ſimilem adjungi comperiemus, quod reus non defenderit: ideoque alteri, quam ipſi victo ſententia illa non obſit, ut nominatim probatur *l. emptori 8. C. de evictio. l. ſi pro ca 10. C. mand. & ſimilibus*, ut mirer tam ſupinum lapſum in apertiſſimo Juliani reſponſo. Convitia autem furiis ob violata toties ſacra hæc noſtra agitati,

ti,ut nihil moror, ita nec miror. Attamen non potui non eo aliquantulum commoveri, quod ſcurrile illud inverſi nominis mei, quaſi hoc præclare invento eundem (qui ſe confidat ὀνομακλυτον) triumphantem, & petulantiſſime nobis inſultantem hic rurſus jactare comperi, quo *ſero in orbe natus* ab eo vocitor, detracta ſic aſpiratione nomini, forte ne ſi eam admitteret, illud ſimul agnoſcere videretur, quo ad aſſerendam ab iſtiuſmodi maſtigiis civilis juris puritatem *heros in orbe natus* ab aliis dicor, qui ſi minus id me aſſecutum, ſaltem ſecutum præ me feram. Hic, inquam, cum muneris hujus noſtri dignitatem iſtiuſmodi nugis fœdari tæderet, ejus rei indignatio mihi (alioqui omnium minime ſcribendis carminibus operam impendere ſolito) hos qualeſcunque verſus excuſſit, quibus ſecundum librum iſtum claudere, & hominis puerilitatem detegere viſum eſt, id in me contorquere tantopere geſtientis, quod in ipſum certius validiuſque multo retorqueri queat. Nam quo alio ſcripti genere, quam quo ſolent, nugas tractarem?

Natus in orbe ſero, quæ tu convellere tentans
Dogmata, nil probris, nil agis argutiis.
Dumque cibo veſcas ſuavi, contingere aventes
Id ſibi, quo caveant natus in orbe ſero.
Natus in orbe ſero, viſcata ſallier eſca
Ut volucres, juvenes, quæ prohibere queant;
Dum leges (vulgus vana, ut mulcedine paſcas)
Qua pote dilanias, & novitate places.
Natus in orbe ſero, quæ tot jam vulnera ſanent,
Queis noſtra eſt per te ſaucia facta Themis.
Natus in orbe ſero, quo, ceu Podalirius, artus
Reſtituam laceros corporis eximii.
Arguis, an mea, quod ſero hæc medicina feratur;
Invertens notas nominis hac ſerie?
Sic dempta aſpera, ἥρως jam dicar natus in orbe,
Juris ſacrorum, quæ temerare paras.
Deme nihil, poſſum dici Heros natus in orbe,
Fortiter ut tuear, quæ temere adgrederis.
Et præſtat ſero producier utile quod ſit,
Quam nunquam, & nunquam, quæ cito nata necant;
Concelebrat ſeras ulmos, & ſera comantem
Narciſſum vates, ſeraque mora ſophos.
An mage, dum gravius, quo ſerius urere, læſum
Ob numen Nemeſis miſeris hanc rabiem?
Qua veluti, & celebris doctoris nomine fidens
Tot, non cadentem, morſibus impeteres?
Quid juvat hæc in nos ſtolidæ convitia linguæ
Fundere, queis fulcis non tua ſcripta magis?
Re tantum melius certaſſes, pungere ſi te
Vix ente contactum ſcripta modeſta putas.
Sero ictum ſapuiſſe Phrygem jam dicito, & inde
Diſcito quid ſerus Veſper in orbe vehat.
Diſcito, & in ſeram commiſſa piacula pœnam
Tum differre deos, cum graviora manent.

ANTONIUS MERCATOR.

IMpingis ſtatim in ipſo limine, cum ais in *l. ſi ſervus, §. 1. de leg.* 1. tres proponi caſus, ubi duo tantum proponuntur, Si heres ſcriptus non egerit cauſam, ſi luſorie egerit, & de tertio quæſtio inſtituitur, Si heres ſcriptus per injuriam judicis ſuperatus fuerit. Et cum id, quod proponitur initio *d. §.* 1. etiam vis pertinere non tantum ad legitimum heredem, qui vicerit inſtitutum, ſed etiam ad ſubſtitutum, & alios, primum, quia ais, & alios, cum neque alios ponere poſſis, qui vicerint heredem ſcriptum, quam ſubſtitutos, vel legitimos .i. qui, vel jure ſubſtitutionis, vel jure legitimo ad ſe hereditatem pertinere dixerint: deinde, quia generaliter accipiendo initium *d. §.* 1. ſive agente legitimo, ſive agente ſubſtituto per injuriam judicis contra heredem ſcriptum pronuntiatum ſit, ita facis, ut ſupervacuo ſubjungatur quæſtio ſpecialis de ſubſtituto, qui egerit, & per injuriam judicis vicerit heredem ſcriptum. Et meras nugas agis, cum ne ſubjuncta ſupervacuo videatur, initio ais quæri, an ſecundum ſubſtitutum dicta ſententia noceat legatariis, deinde an ſubſtitutus legatariis teneatur, quoniam, ſive hoc, ſive illud quæratur, idem quæritur, nec ullum earum quæſtionum inter ſe diſcrimen eſt, verum non de legatis tantum à ſubſtituto relictis, ſed etiam de relictis ab inſtituto, id quæritur, ſicut & cum ſecundum legitimum heredem dicta ſententia eſt, de his legatis quæritur, quæ ab inſtituto relicta ſunt. De relictis ab inſtituto, vel à ſubſtituto dubitabatur, de relictis, vel repetitis à ſubſtituto, ut Dominus ait, quæ verba ſatis demonſtrant, non eſſe verum, quod inſimulas, cum legatorum à ſubſtituto relictorum præteriviſſe mentionem. Et dubitabatur, quam rationem tu nunquam aſſecutus es, quia ſententia dicta per injuriam, vel gratiam judicis, non per omnia jus facit, ſed quod attinet tantum ad ipſius ſubſtituti perſonam, quaſi gratia perſonalis, quod & verum eſt. At quia hanc ſibi gratiam factam ſubſtitutus ſalvo pudore allegare non poteſt, pro eo habetur ac ſi facta eſſet in rem, non in perſonam. Denique gratia illa quamvis ſit perſonalis, non nocet legatariis, ſive his ab inſtituto, ſive à ſubſtituto legata relicta ſint. In utriſque eadem interveniebat dubitandi ratio: quia perſonalis erat gratia, ut Ulpianus, non Julianus demonſtrat in *d. §.* 1. his verbis: *Quod attinet ad ipſius perſonam.*

Ex his apparet, non eandem cauſam eſſe ſubſtituti, & legitimi heredis: nam ſi per injuriam, aut gratiam judicis vicerit ſubſtitutus, legatariis omnibus reſpondere tenetur, quoniam ab eo relicta, vel repetita ſunt legata, ſi legitimus, de quo tantum eſt prior pars *d. §.* 1. legatariis reſpondere non tenetur, quia ab eo nulla ſunt relicta, vel repetita legata: ideoque illo loco legendum eſſe Dominus evicit, *injuria ei facta*, id eſt, ſcripto heredi in legitimi gratiam, nocebit legatariis, quia duo tantum illi caſus excepti reperiuntur, unus ex Conſtit. Divi Pii, alter ex Conſtitutione Divorum fratrum, quibus ſententia dicta contra heredem ſcriptum, & ſecundum heredem legitimum legatariis non nocet, *l. qui repudiantis, §. ult. & l. ſeq. de inoff. teſt. l. à ſententia, l. ſi perluſorio, de appellat.* Hæc, quæ ſunt clariſſima, ſi Paulum lubet attendere, longe fugant tenebras, quas in hunc locum induxiſti, longe ab opinione tua deterrent ſtudioſos omnes. Vale.

Pro convitiis, quæ tu hic agglutinaſti, nihil repono, ne mihi luto ludenti manus inquinentur: Sed in extremo Libri ſequentis reponam forte tibi hymnum, vel adhibebo Symphoniacum aliquem, qui tibi reddat dulciores modos. Iterum Vale.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic quoque initio pugnantia loquitur, dum ait in eo me impingere, quod dicam *in l. ſi ſervus plurium* 53. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. tres proponi caſus, ubi tantum duo proponantur, quippe ſi heres ſcriptus non egerit cauſam, & ſi colluſorie egerit. Addit deinde de tertio quæſtionem hanc ibidem inſtitui. Si heres ſcriptus per injuriam judicis ſuperatus fuerit. Quod ſi ultra caſus illos duos, & hæc quæſtio tertio loco inſtituitur, quid quæſo aliud, quam in eo & tertius (ut explicui) caſus proponitur? Vide quanta ſit veritatis vis, quæ non ab imprudentibus modo, ſed & reluctantibus invitiſque, hanc ut fateantur, & agnoſcant, & ipſa per ſe extorquere ſufficiat. Deinde vero omiſſo eo, de quo præcipue quæritur, quippe negatione ibidem ex levi conjectura perperam contra exemplarium fidem detracta, alio nos traducere cupiens, quandoquidem illa ipſi frigent omnia, illud arrodit, quod quæ habentur initio illius §. dixerim non tantum ad legitimum heredem, qui vicerit inſtitutum, ſed & ad ſubſtitutum, & alios pertinere, me non alios ponere poſſe contendens, qui heredem ſcriptum vicerint, quam legitimum heredem, & ſubſtitutum. Ni illum rabies effera occæcaſſet, quia hic comperiſſet ſe nihil habere, quin vel in ſpeciem illam, & tertii caſus, & negationis detractionem tueri poſſet, alios ipſe caſus duos

duos à me propoſitos deprehendiſſet, quibus ab alio, quam legitimo, vel inſtituto vinci potuerit heres: quippe unum, quo ab exheredato filio in poteſtate inſtituta inoſſicioſi querela ſuperari queat heres ſcriptus, *l. Papinianus 8. §. ult. & l. ſi ſuſpecta 29. in princ. ff. de inoff. teſt.* Alterum, quo emancipatus filius bonorum poſſeſſionem contra tabulas petat, juxta *l. cum emancipatus 13. in princ. ff. de bon. poſſ. contra tabul.* Dicet forte, hos diverſos non eſſe à legitimis, ſed ipſos eſſe legitimos. Quod ſimpliciter admittendum non eſt. Primum enim, quod ad ſuos heredes, eos conſtat à legitimis conſtitui diverſos, & primum ſucceſſionis gradum ſuis deferri, non quaſi ſimpliciter legitimis, & ab inteſtato ſuccedentibus, ſed quaſi ad propria venientibus; qui etiam vivo patre quodammodo domini exiſtimati fuerint, & ipſo jure heredes exiſtant abſque ulla aditione, *l. in ſuis 11. ff. de lib. & poſt. l. in ſuis 14. ff. de ſuis, & legit. §. ſui autem heredes, de hered. quæ ab inteſt. in Inſt.* Qua ratione, & legibus XII. Tabul. & Prætorum edictis horum gradus diverſus à legitimorum gradu conſtitutus eſt, *§. inteſtatorum, de hered. quæ ab inteſt. in Inſtit. l. 1. in prin. ff. ſi tab. teſt. null. ext.* non quia, & hi non ſint legitimi, ſed amplius quam legitimi. Unde ſi delata eis bonorum poſſeſſione ex illa prima parte, unde liberi excluſi fuerint, vel tempore, vel repudiatione, ſibi ipſis ex alia ſucceſſuria parte ſuccedant, & aliis excluſis, unde legitimi bonorum poſſeſſionem petere poſſint, *l. 2. ff. unde legit. l. 1. §. quibus ex edicto, ff. de ſucceſſ. ed.* Quod in exheredato præcipue dici poteſt, qui cum inoſſicioſi querela agit, non eam ſimpliciter quaſi legitimus proponit, ac neque ab inteſtato ſucceſſionem petit, ſed injuſte ſe exheredatum contendens, id agit, ut evicta hereditate, non quaſi ab inteſtato hereditatem, ſed quaſi propria ſibi bona obtineat, juxta *l. eum, qui 21. §. ult. ff. de inoff. teſt.* Quod vero ad emancipatum attinet, ut emancipatione alienum à familia factum conſtat neque ſuum eſſe, neque alio ullo jure per L. XII. Tab. ad ſucceſſionem venire, nec per conſequens eſſe legitimum: ſed tamen à Prætore naturali æquitate moto dari ei bonorum poſſeſſionem, & contra tabulas, & unde liberi, ab illa diverſam, unde legitimi, *§. emancipati, de hered. quæ ab inteſt. in Inſtit. l. 1. ff. und. lib.* Atque cum nominatim expreſſiſſem, quod de aliis, quam legitimis, & ſubſtituto dixiſſem, de illis me intellexiſſe, non debuit temere adeo aſſerere, alios me ponere non poſſe, aut ſi iſtos à legitimis diverſos eſſe non admittebat, debuit ſimul rationes, quibus moveretur, ſi quas habuit, in medium adducere. Verum, ut plane illud eum temere aſſeruiſſe convincatur, etiam alios caſus proponere poſſumus, quibus auferatur heredibus ſcriptis hereditas, ab aliis quam legitimis, & ſubſtitutis, quippe eos omnes, quibus hereditas ut indignis aufertur, & fiſco vindicatur. Quod qui ex variis cauſis contingat, explic. *l. 3. l. edicto, l. aufertur, ff. de jur. fiſc. l. 2. & ſeq. ff. de iis, quibus ut indign.*

Quod autem dixi, in poſteriori ejuſdem §. ſpecie diſquiri, cum ſubſtituto contra inſtitutum heredem agente ſecundum ſubſtitutum judicatum eſt, non quidem ſimpliciter an ſententia ſive colluſorie, ſive injuria judicis lata, aut proſit, aut noceat legatariis, ut in ſuperiore parte nominatim propoſuerat, quod ad ſcriptos heredes, & legitimum, qui vicerit, ſed an *ſubſtitutus teneatur legatariis*, ut quidem ſunt hæc ibi verba Juliani etiam iterum repetita. Id ille ut involvat, quam extranea, & abſurda multa hic congerit: quale illud eſt toties inculcatæ gratiæ perſonalis, in eo, quod ſententiam per gratiam ſubſtituti latam, gratiam illam perſonalem facere interpretatur. Quo quid abſurdius? Perſonales conſtitutiones, & gratiæ ſunt, quæ in hoc ab eo, qui ejus juris concedendi poteſtatem habeat, fiunt, ut ſpeciale aliquod jus certæ perſonæ, aut certis quibuſdam perſonis tribuatur, *l. 1. in fin. ff. de conſt. prin. §. ſed & quod principi, de jur. nat. gent. & civ. in Inſt. l. jus ſingulare 15. ff. de juſt. & jur.* In eo vero, quod judex injuſte per gratiam judicat, qui gratia perſonalis conſtitui poteſt? ſive ejus poteſtatem, à quo ea fertur ſpectes, ſive ejus propoſitum; ſive etiam eum, qui inde conſequi poſſit effectum: & cum illiuſmodi gratiæ perſonalis commentum nulla aut lege, aut legis ratione comprobetur, atque plane id ineptum, & nugigerum ſit, quantas hic verborum ampullas excitaret nugivendus, ſi itidem nullo autore id à me ſcriptum deprehenderet?

At præclarius eſt. quod poſtquam ita per devia, ſibi nulla ex parte conſtans, vagatus eſt, tandem ipſe in noſtram, quam impugnare præ ſe ferebat, ſententiam tranſit, & quod illum monuerim (patet enim ex prioribus ſcriptis nunquam id illum animadvertiſſe) concludit, apparere non eſſe eandem cauſam ſubſtituti, & legitimi heredis, quia ſubſtitutus legatariis omnibus reſpondere teneatur, legitimus vero non teneatur. Hic vero ſubſiſtamus, & duo excutiamus. Prius, quod ita, ut diverſam plane cauſam agnoſcit, ſubſtituti, qui vicerit, & legitimi heredis, quod primum negavit, & nullum earum quæſtionum inter ſe diſcrimen eſſe dixit, & ſive hoc, ſive illud quæratur, idem quæri. In quo expendi velim, quam is parum ſibi conſtet. Poſterius eſt, quod ait, legitimum, de quo tantum eſt prior pars *d. §. 1.* legatariis reſpondere non teneri, ideoque negationem ſe detraxiſſe, ut legeremus injuriam ei, id eſt, heredi ſcripto factam, legatariis nocere. Addit rationem, quia illi duo caſus tantum ab illis Imperatoribus ſint excepti, unus D. Pii, alter Divorum fratrum conſtitutione, quibus ſententia ſecundum heredem legitimum lata legatariis non nocet. In quam rem citat *l. qui repudiantis 17. §. ult. cum l. ſeq. ff. de inoff. teſt. & l. à ſententia 5. cum l. ſi perluſorio 14. ff. de appell.* Quibus locis id minime traditur, illos tantum duos caſus excipi prædictis conſtitutionibus. Sed cum in illis duobus caſibus leges illæ loquantur, in his ſententia lata contra heredem dicitur ſimpliciter jus non facere, niſi quod in *d. l. ſi perluſorio* dicitur *in fin.* permitti adverſus eum, qui vicit agere. Sed in eo primum expendendum, non ideo tantum illis duobus caſibus eam ſententiam tum jus minime facere, tum & minime nocere legatariis, quia iis non obſtante ſententia agere liceat contra heredem legitimum, ſed quoque modo iis agere liceat tam adverſus ſcriptum heredem, quam legitimum, ut quaqua ratione legatarii jus ſuum conſequantur, ut tunc heredem ſcriptum, qui colluſerit, non propter ſententiam exonerari intelligamus, quia in dolo ſit, quod nominatim eodem loco ab eodem Juliano traditum eſt, quippe in *d. l. ſi ſervus, §. ſi ante, in fin.* quæ immediate illum §. 1. ſubſequitur, de cujus interpretatione quæritur. Eodem pertinet *d. l. qui repudiantis, §. ult.* ut illic rectius interpretatur Accurſ. & quod dicitur in *d. l. ſi perluſorio, circa fin.* perinde tunc ſalvas eſſe legatariis actiones, ſi quas habuerint, ac ſi nihil eſſet judicatum, ut tunc intelligamus non ſecus ipſum heredem ſcriptum conveniri ejus doli, & colluſionis ratione, quam ſi nulla adverſus eum ſententia lata eſſet, nec ſecus, quam tranſactione ab eo cum legitimo herede facta, juxta *l. 3. in pr. & l. controverſia 14. ff. de tranſact. l. ſi ſuſpecta 29. §. quamvis, ff. de inoff. teſt.* Sed ubi ejus colluſio & dolus, ac magis ſi & culpa quoque abeſt, nec quidquam ex hereditate penes eum remanet, adverſus eum efficaciter legatarii agere nequeunt, arg. *l. in ratione 11. §. Imperator in pr. ff. ad l. Falc.* Ideoque tunc multo magis adverſus legitimum res hereditarias, aut forte etiam legatas res poſſidentem, datur iis actio, utpote adverſus quem à ſententia illa iiſdem appellare liceat, & contra ipſum appellationis cauſam perſequi, *d. l. à ſententia, verſ. iidem reſcripſerunt*. Et hoc quidem veriſſimum ſit, ſententiam latam non nocere legatariis, illis quidem duobus caſibus in id, ut eis ſit conſultum adverſus quem maluerint, perinde ac ſi inter legitimum, & ſcriptum heredem eſſet tranſactum, *d. l. 3.* tuncque adverſus ſcriptum, ejus doli, & voluntatis adhibitæ ratione id obtinet. Illo vero tertio caſu, quo ſcripti heredis dolus abſuerit, atque etiam voluntas, adverſus ipſum heredem legitimum hereditarias res poſſidentem multo magis actionem iis dari conſtat. Probatur apertiſſime arg. à ſimili ejus, qui omiſſa teſta-

teſtamenti cauſa effecerit, ut ad extraneum hereditas ab inteſtato perveniret: quo caſu ſi ille in fraudem omiſit, & pecuniam lucrumve aliquod acceperit, teneatur legatariis, quod ſi gratis fecerit, ipſe poſſeſſor ab iis conveniri poſſit, *l. 1. §. ult. cum l. 4. in fin. pr. ff. ſi quis om. cauſa teſt.* Et hæc quidem ab eo longius petita, quis non perſpicit illius §. 1. verbis minime convenire, & pertinaciter retinendæ negationis perperam primum detractæ cauſa, Juliani ſententiam ad rem non pertinentibus involvere, cum illa noſtra, quantumcumque reluctetur, plana per ſe perſpicuaque ſint?

A Quod autem in extremo minatur, jam inde levitatis magiſtri tanti non exiguum argumentum eſt: majus futurum cum ad rem contulerit: Nos vero eo non magis commoverit, qui ab iſtiuſmodi hominibus in nos conjecta maledicta nobis laudi ducimus. De aliis non dico, quos perelegans ἀντίφωνον parare audio, & quale illud ſit, quod jactat, intelligentes, par pari referre confidunt in plures annos, quod acerrimè mordeat. Id vero fieret πρόφωνον, ni obſiſterem. Atqui ſcurrilia iſthæc agitare non pudet eum id ætatis, gravioribus ſtudiis animum intentum præ ſe ferentem.

CONTROVERSIARUM
JOHANNIS ROBERTI
AURELIANENSIS,
ET
JACOBI CUJACIJ
BITURICENSIS,
Præſtantiſſimorum Anteceſſorum, & Juriſconſultorum.
LIBER TERTIUS.

An dolus dans cauſam bonæ fidei contractui, reddat contractum ipſo jure nullum.

CAPUT I.
JOHANNES ROBERTUS:

IN eo quod quæritur, an ob dolum in contrahendo admiſſum vitietur contractus, & ab initio minime ſubſiſtat, diſtingui ſolet, an dolus præbuerit cauſam contractui, an vero inciderit tantum in contractum, ut hic, ſine quo contracturi non ideo minus fuerint, nec bonæ fidei, nec ſtrictis contractibus obſtet, quo minus ab initio ſubſiſtant: in illo vero diſcernendi ſint bonæ fidei contractus à ſtrictis, quod ſtricti eo minime vitientur, & ab initio ſubſiſtere impediantur, prob. *l. dolo, C. de inutil. ſtipul. l. ſi id, quod aurum, ff. de verb. oblig. §. 1. de except. in inſtit.* Qui vero bonæ fidei ſunt, eo nulli ab initio reddantur, ut quidem tum veteres, tum & noviſſimi juris interpretes ſentiunt, idque comprobari exiſtimant *l. & eleganter in pr. ff. de dolo, l. in cauſæ 17. in pr. ff. de minor. l. 3. in fin. ff. pro ſocio.* Quam ſententiam cum ante annos multos, ſic primum publica diſputatione improbaſſem, ut tunc crederem, reclamantibus omnibus, id me aſſerere, ac novum, & in jure antea inauditum ex meo proferre: nec unus ego in eo tum fallerer, ſed & nonnulli alii ſententiam illam meam, ut peregrinam, nulliſque juris, vel autoritatibus, vel rationibus ſuffultam ſuggillantes: Quo etſi veriſſimam illam eſſe, validiſſimiſque argumentis defendi poſſe non dubitabam, mecum exinde melius actum putavi, quod & nonnullos ex præcipuis juris interpretibus Gallis noB ſtris idem antea ſenſiſſe animadverti: quippe Petrum Bellaperticenſem in *l. ſi dolo, C. de reſtind. vend.* & Jacobum Ravennatem, iſtius ſcholæ noſtræ Anteceſſores doctiſſimos, & acutiſſimos, atque Johannem Fabrum, illorum in eo ſententiam referentem, & comprobantem, in *§. actionum, de act. in inſtit.* quas etiam eorum ſententias referat Cyn. quid ipſe ſentiat, liquido minime pronuncians, in *l. 2. C. de reſcind. vend. & in d. l. dolo.* Itaque jam & ex eorum ſententia concludo, propter dolum contractui cauſam dantem non reddi contractum bonæ fidei ipſo jure nullum, ſed ob id propoſita ex eodem contractu ab eo, qui dolum paſſus eſt, actione vel exceptione annullandum, & reſcindendum, ſi is ita maluerit, prob. *l. Julianus 14. §. ſi venditor, verſ. per contrarium, ff. de act. emp.* Quo loco eam ſpeciem agitari, in qua dolus contractui cauſam præbuerit, patet eo, quod nominatim ibi dicitur, villicum fratris mei, cui heres exiſtebam, ſubſtractis quiC busdam rebus hereditariis, & inſtrumentis, eo quod diceret minimum valere hereditatem, perſuaſiſſe ut eam ipſi venderem, ac per conſequens dolo ſuo effeciſſe, ut ego non quidem minoris venderem, ut perperam ibi interpret. Accurſ. ſed ut venderem. Non enim ibi ait effeciſſe, ut minimo venderem, in quo tamen dari mihi actionem ex empto ait Ulpian. ex Juliano, qua conſequar id, quod pluris venditurus fuiſſem, ſi ſubſtracta illa non eſſent, nihilque eorum, quæ in hereditate erant me latuiſſet. Eodem pertinet, quod in eadem illa lege dicitur, in *§. ſi quis colludente.* Nam ibi omnino neceſſe eſt intelligi, id quod emptor colludente procuratore meo egerit, omnino ab emptoris dolo profectum, qui eo procuratorem meum induxerit, ut rem meam per colluſionem venderet: quem emptorem non ideo minus ex eodem contractu in id ſaltem ex empto agere poſſe ait, ut aut ſtetur contractui, aut ab eo diſcedatur, ut quidem diximus in ejus, qui dolum paſſus eſt, poteſtate eſſe utrum obtinere malit.

A N-

ANTONIUS MERCATOR.

SAlve, Marrucine, in iſto ingreſſu tertii, & venia non petita patere me dicentem, contractum bonæ fidei, cui dolus dedit cauſam, non eſſe ipſo jnre nullum, non probari *l. Julianns*, *§. per contrarium*, *de act. emp.* quoniam ibi non ponitur dolus dediſſe cauſam contractui. Si emptor dolo malo perſuaſit venditori, ut ſibi hereditatem venderet, doſus dedit cauſam contractui, *l.3. C. de her. vend.* Sed ſi, ut ibidem proponitur, perſuaſit ut ſibi eam minimo venderet, falſo adfirmans minimam hereditatem eſſe, ut in *l.ſi quis adfirmaverit*, *de dolo*, dolus non dedit cauſam contractui, quia in pretio fraus, & dolns verſatur, non in elicienda venditione: & ibi ita proponi ſpeciem patet ex primis verbis, per contrarium: nam ut ante *§.prox.*poſuit venditorem dolo feciſſe,ut pluris venderet, ita per contrarium nunc ponit emptorem dolo feciſſe,ut minoris emeret, & ut illo caſu competit actio empti qnanto pluris emiſſet, ſive quod idem eſt,quanto minoris res valuiſſet, ita hoc caſu competit actio venditi, quanto minoris vendidiſſet, vel quanto pluris valuiſſet hereditas. Burrice nondum intelligis, aut non fateris ita eſſe. Videſis, damnaberis ad lorarios, & hoc quoque nomine, quod emptorem finges fuiſſe villicum fratris, qui Terentio Victori heres extiterat. Vellicus enim illo loco proprium eſt nomen emptoris, ut in *l.cum duobns*, *§.item ex facto*, *pro ſoc.* Falſum etiam eſt in ſpecie *d. l. Jnlianus*, *§. ſi quis colludente*, dolum dediſſe cauſam contractui, quia in pretio rei ſuæ proponitur dominus circumſcriptus ſuiſſe per colluſionem procuratoris, qui eam rem emptori viliore pretio projecit, quo caſu ex empto cum domino eſt actio, ut ant emptiooi ſtet, aut ab ea diſcedat, ſicut ſi venditor minor 25. annia in pretio quoquomodo circumſcriptus fuerit: hia dnobus caſibns etiamſi fraus non ſuperat dimidiam juſti pretii, poteſt à domino emptio reprobari atque reſcindi. Cæterum neutro ponitur dolus dediſſe cauſam contractui. Et ſi non habes alios locos, quibus probes dolum dantem cauſam contractui nullum non facere contractum bonæ fidei, profecto hao in re nihil eſt alxius frigiditate tua.

JOHANNES ROBERTUS:

QUi totus eſt in maledictis, & convitiis, eoque uno urgere ſe poſſe confidit, & hic ſibi à convitio ordiendum exiſtimavit,ac quidem,eoquod quia acriore vocis ſtridore aures afficiat, identidem repetere dum geſtit, quaſi ita nos magis percellat, eo inſulſiorem ſe præbet. Nam quid in hoc, quod Marrucinum vocat, illum præter ſtridula cicadarum convitia imitatum dixeris? cum Marrucini dictio (cujus vim nunquam ſibi perceptam prodit) Italiæ populum ſignificet, nec alio quo prægravatum, & notaium. Nec Catullus Aſinium, in quem Hendecaſyllabos ſcripſit, Marrucinum ignominiæ ergo ibi vocavit, ſed Matrucinum. Sic enim (omiſſa Hieronymi Avantii alia hujus loci lectione, ab aliis quoque rejecta) rectius ibi legi conſtat ex antiquioribus exemplaribus, & editis, & manuſcriptis plurimis. Quam lectionem etiam comprobat illius epigrammatis hæc in illis extans inſcriptio: *In Matrucinum Aſinium*,ut conſtat minime ſolere patriæ nomen ſic proprio nomini præponi, ut vel Burdegalenſem Auſonium dicamus, vel Cordubenſem Senecam, vel Antiatem Valerium, aut Patavinom Livium: ſed contra. Quod autem eo vocabulo non Italiæ populum ſignificari, ſed ſtupidos notari quidam interpretantur, aliia (ſi quos habebant) authoribus, quam Tertulliano probandum fuit. Nam quod ab eo ſcriptum extat *lib. 5. in Marcionem*, velint nolint, ad gentem referendum eſt. Cum enim Marcion hæreſiarca, in quem libros illoa Tertnllianus conſcripſit,patria Ponticus eſſet, ex urbe Synope, ut teſtatur Epiphanius *lib.1. contra hæreſes tom.3.ibidem Tertnllia:*quo eum,quem apertiſſimi erroris arguebat, ut inſulſum, etiam ab ipſius patria peſtringeret, *non Matrucine*, innuit, *ſed Pontice*, eo notans, quod ex remotiſſima à Latio regione cum eſſet, ingenio gentis ſuæ barbariem, & inſulſitaiem referret. Sic enim joco dici ſolitum, Latio nihil eſſe cultius, Ponto nihil barbarius, annotat illic Beatus Rhenanus. Eſſe autem Marrucinos Italiæ populum, Ferentanis & Veſtinis proximum, teſtatur Plin. c. 5. *lib. 3. natur.hiſtor.* & Strabo Gengraph.*lib.*5.Horum meminit Silius Ital.*lib.*15. & 17. An non igitur jure magia quis obtrectatorem noſtrum dixerit Matrucinum, cujus, ut & illius Catulliani furto lintea ſubtrahentis, & alienorum inventorum furta innumeris locis deprehendantur, ut & pro eo, quod hic me Burricum vocat (& iſto etiam ſtridore excellere gaudet) Convenientius Burrhum eum vocare quis poſſit?

Verum ut in convitii præfatione hallucinari potuit, an non & in his quoque,quæ ſeſe in ſcriptis noſtris jure carpere adſimulat, opinione falſus ſit, expendamus. Primum hic negat quod nos aſſeruimus in ſpecie *l.Julianus*,*§. per contrarium*, *ff.de act.empt.* dolum dediſſe cauſam contractui. Cur neget, rationes duas adfert, & quod ibi proponitur, perſuaſiſſe Vellicum, ſive Villicum (iſtas enim, in quibus relicta ſolidiore juris cognitione totus eſt, & regnare ſe credit, apinas illi, etſi refellere poſſum, qualeſcunque eſſe velit, libens concedo, modo ne jus noſtrum conturbet) ut heres ipſi hereditatem minimo venderet, & illum §. per contrarium cum ſuperiore ita conjungi ſignificent priora illa verba, ut quemadmodum in ſpecie ſuperiore §. propoſita, venditor dolo effecerit ut pluris venderet, ita & poſtea conjunctim ſubjiciat, per contrarium, ſive in oppoſita ſpecie id egiſſe emptorem, ut minimo emeret. Quorum prius, contextus illius verba manifeſtiſſime falſum eſſe arguunt, cum ſint hæc: *quibus ſubtractis*, *facile*, *quaſi minimo valeret hereditas*, *ut ſibi ea venderetur perſuaſit*. An vero verbis iſtis illud ſignificari quiſquam dixerit, perſuaſiſſe emptorem ut minimo venderetur hereditas, ac non potius, cum rebus inde ſubſtractis perſuaſiſſet exigui pretii & momenti hereditatem eſſe,ita eum(qui alioqui venditurus non erat)id ex quo lucrum nullum falſa perſuaſione illa ſperaret ad vendendum fuiſſe inductum? Nam cum dicimus dolum dare cauſam contractui, intelligimus, dolo quem adductum ad contrahendum, hoc eſt, calliditate, & fallacia: quæ an major eſſe poteſt, imo vero an alia fere ulla eſſe poteſt in eo, qui quid emere cupit, quam quod perſuadet rem nullius aut pretii, ant uſus venditori fore (ut quidem rebus hereditariis ſubtractis) Quod autem attinet ad poſterius, non ſimpliciter in eo proponi interpretor, dediſſe venditoris dolum cauſam contractui: verum id generaliter ex facto proponi, in quo utrumque contingere poſſit, nt venditor de artificio aut peculio in hoc mentiatur, ut alium vel ad emendum inducat, qui alioqui empturus non eſſet, vel eum qui etiam empturus ſit, ad pluris emendum: ut vix etiam aliter fieri poteſt quod ad venditorem, ut is dolo quid agat ut pluris vendat, quin ſimul, & illud eo fieri potuerit, ut aliter ad emendum alliceretur. At *in §. per contrarium*, oppoſitam quidem ſpeciem ſubjicit, quippe in qua ſolius emptoris dolus interveniſſet, ut in illa venditoris interveniſſe dixerat: ſed ita nt non in hac generaliter loquatur, verum ex facto Juliano propoſito, in quo plane perſuaſiſſet emptor ut ſibi hereditaa venderetur, quippe ſubtractis rebus eam ad exiguum reducens,eoque perſuadens nullam, ſi retineret, utilitatis futuræ ſpem eſſe, ita ut plane id conveniat *cum l.4.C.de hered.vel act. vend.* Qua optime comprobatur ſententia noſtra, cum in ejus ſpecie dicatur, non poſſe illum venditorem hereditatis compelli ut res tradat, vel actiones mandet, cum antea nondum tradidiſſet, & mandaſſet, nec per conſequens quidquam juris tranſtuliſſet, ſicque res adhuc integra eſſet. Nec diverſitas alia nlla inter utrumque contextum proponi poteſt, præter hanc, quod *in d.l.4.*res,quod ad implementum contractus ex parte venditoris faciendum, eſſet integra, uti dixi: At *in §. per contrarium*, cum jam & res tradita & actiones mandatæ eſſent, res integra non eſſet: ſicque ipſi venditori agendum foret, non emptori

ptori. Itaque cum in ejus poteſtate tunc eſſet, velletne contractu obſervato quanto pluris venditurus fuit agere, an vero contractum reſcindere, quod expeditius, & in ejus poteſtate eſſet: Julianum reſpondiſſe refert, actionem ex vendito competere in tantum, quanto pluris hereditas valeret, ſi res illæ ſubſtractæ non fuiſſent. Cum autem ſententiam illam noſtram apertius comprobari agnoſceret, *§. ſi quis colludente, in eadem l. Julianus*, quam ut cavillis alio detorqueri poſſet, impudentiſſime illud ſupponere non eſt veritus oblatrator, illic proponi dominum in pretio rei ſuæ circumſcriptum fuiſſe per colluſionem procuratoris, qui eam viliore pretio emptori projeciſſet, idque apertiſſime præter ejus contextus verba, cum nulla prorſus ejus §. parte pretii mentio fiat.

Ad ſuperiorum comprobationem explic. Ulpian. l. ſi res æſtimata 13. §. 1. ff. de jur. dot. & l. empto 11. §. ſi quis virginem, ff. de act. empt. & Diocl. in l. 5. C. de reſcind. vend.

CAP. II.

JOHANNES ROBERTUS.

SUBOBSCURIUS ab Ulpiano in *l. ſi res æſtimata* 13. *§. 1. ff. de jur. dot.* agitatur ea facti ſpecies ad ſuperiora maxime pertinens, in qua mulier ſervum minoris quam eſſet æſtimatum, in dotem dediſſe proponitur, utroque caſu diſtincto, & quo in hoc circumventa ſit mulier, ut cum ſervum in dotem daret, & quo in eo tantum circumventa fuerit, quod minoris æſtimavit. Et in illo priore caſu ait, in ejus electione eſſe, an juſtam æſtimationem, an vero rem ipſam ſibi reſtitui poſtulat: cum poſteriore caſu arbitrio mariti tribuat, an rem, an vero juſtam æſtimationem præſtet: ac ita neceſſe eſt utroque caſu ab initio ſubſtitiſſe dotalem contractum intelligamus, & quidem tum ipſum per ſe bonæ fidei, tum & ratione emptionis, quæ propter æſtimationem ibi ſimul contracta intelligitur, *l. plerunque 11. ff. de jur. dot. l. 3. ff. pro empt.* Cæterum quod Obſervator objectum illius legis ita diluere conatur, ut interpretetur ibi mulierem non in hoc dolum paſſam fuiſſe, quod ſervum dederit, ſed quod tradiderit, non tantum verbis contextus illius apertiſſime convellitur, ſed & plane ridiculum eſt. Sic & in *l. ex empto 11. §. ſi quis virginem, ff. de act. emp.* Si cum ego virginem emere me velle profiterer, venditor mulierem venalem habens, eam quaſi virginem mihi vendiderit, quam non virginem eſſe ſciebat, ſicque errare me ſciens dolo fecerit ut eam emerim, quam tamen empturus alioqui abſque ejus dolo non fui, contractum ſubſiſtere ait, adverſus quem emptori non quidem redhibitoria actione conſulatur (id enim quod mulier, non autem virgo ſit, nec vitio, nec morbo adſcribi poteſt) ſed actione ex empto, in hoc ut contractu reſoluto precium mihi reſtituatur reddita muliere; ut quidem generalius Impp. Diocl. & Maxim. in *l. ſi dolo 5. C. de reſc. vend.* venditore dolo emptoris in hoc, ut rem ſuam venderet inducto, non aliud Præſidis officio incumbere ajunt, quam ut venditionem reſcindi jubeat: quo nullam eam non fuiſſe intelligimus, cum id quod nullum eſt, reſcindi ſive rumpi non poſſe conſtet, *l. 5. ff. de injuſt. rupt.* teſt. In eo autem, quod idem ille Obſervator interpretatur, illis verbis: Venditionem reſcindi, non aliud ſignificari, quam data, & tradita revocari, vindicatione, & condictione ſine cauſa, quis non videt, quam ab iſta interpretatione aliena ſint verba illa, quibus nominatim ibi dicitur jubere præſidem venditionem ipſam reſcindi? Minus abſurde Accurſius ac eum ſubſecuti interpretes, in eo, quod explicant, intelligendum venditionem reſcindi quidem illic, ſed eatenus tantum, quatenus de facto proceſſerit, puta ſi traditio ſecuta ſit: nec adhuc id illi ſimpliciter, ſed ita demum ſi ita malit is, qui dolum paſſus eſt. Accurſ. in *d. l. & eleganter*, & in *l. juriſgentium, §. Prætor ait*, *ff. de pact. & d. l. ſi dolo*, quaſi ſi velit contractum valere, is non obſtante dolo valiturus ſit, nec ab eo illi, qui dolum intulit, liceat invito altero recedere: ſic tamen, ut in hoc illi, qui dolum admiſerit, adverſus eum, qui dolum paſſus eſt, in id agere liceat, ut cogatur declarare, velitne contractum ſtare, an vero eum nullum eſſe. Ita ſenſit Bart. in *d. §. ſi quis colludente*, & Baldus in *l. dolum, C. de peric. & com. rei vend.* Jaſon in *l. tranſactione, C. de tranſact.* Sed enim id illi eorundem ſententiæ repugnat, qua volunt ab initio nullum eſſe contractum, attamen in ejus voluntate eſſe, qui dolum paſſus eſt an ſubſiſtat. Aptius quidem dixiſſent, interim dum id ab eo minime declaratum eſt, in ſuſpenſo contractum eſſe, non autem plane nullum: cum non tantum, ut vel ita prorſus, quemadmodum initus eſt, ſubſiſtat, vel plane diſſolvatur, efficere ei liceat, ſed & actione ex vendito, quaſi ſubſiſtente quadamtenus contractu, id quo pluris res ſit, quam vendiderit, conſequi. Text. expreſ. in d. §. *per contrarium*, quo magis illa ſententia noſtra comprobatur.

ANTONIUS MERCATOR.

IMo habes alios, ac primum *l. ſi res æſtimata, §. 1. de ju. dot.* Quid in ea proponitur? Mulierem circumventam ſervum in dotem dediſſe, forte neceſſarium ſibi, & minoris æſtimaſſe. An ergo dolum mariti dediſſe cauſam contractui? Minime. His verbis circumvenire, circumſcribere, circumducere, non dolus ſignificatur adverſarii, ſed fraus, in quam incidimus inconſulto, & ſi dolus mariti forte interceſſit, is fuit non in dote conſtituenda, quam mulier conſtituit ultro, ſed in ſervo tradendo dotis nomine, vel in faciendo pretio ejus. Obſervator dixit, non in contractu, ſed in traditione, quæ verba tu corrumpis cum pro eis reponis, Non quod ſervum dederit, ſed quod tradiderit: nec mirum cum & verba legis corrumpas in propoſita ſpecie data electione mulieri, ut vel ſervum repetat, vel æſtimationem, quæ nulla datur in ea lege, & daretur etiam abſurde: Electio enim non conſtituitur, niſi inter res quodammodo pares, non inter ſervum, verbi gratia actorem, & æs modicum. Habes etiam *l. 11. §. ſi quis virginem, de act. empt.* in qua tamen emptor, ut tu fingis, non proponitur dolo venditoris inductus fuiſſe ad emendum, ſed emiſſa ſua ſponte mulierem, quam exiſtimabat eſſe virginem, venditore quidem non adfirmante eam eſſe virginem, ſed facile patiente emptorem in eo errore verſari, qui caſus etſi ædilitio edicto non ſit comprehenſus, jure civili tamen emptori competit actio ad diſtrahendam emptionem. Habes *l. ſi dolo, C. de reſc. vend.* quæ reſcindi venditionem ait, cui dolus emptoris cauſam dedit. At es valde novus in jure, ſi neſcis etiam reſcindi ea, quæ ipſo jure reſcinduntur, ut *l. hoc modo, de cond. & dem. l. 5. qui, & à quib. man.* & alibi paſſim. Reſcindi igitur venditionem, quæ ipſo jure reſcinditur, atque adeo juſſu judicis omnia eſſe reſtituenda in integrum. Reſcindi, & fruſtra deſiderari, ut reſcindatur, *l. Impp. de reb. auct. jud. poſſ.* Sed fruſtra non agi, ut omnia redintegrentur.

JOHANNES ROBERTUS.

QUid vero impudentius, quam cum duo caſus proponantur ab Ulpia. *in l. ſi res æſtimata 13. ff. de jur. dot.* & illos duos caſus diſtinctos propoſuerim, utrumque confundere, & illius Ulpiani diſtinctionis loco aliam iſtam præter rem accerſere, qua dicat illic dolum non in dote conſtituenda interveniſſe, ſed in eo dotis nomine tradendo, vel æſtimando? Simul enim fuit illi longinquius aſciſcendum, & explicandum, qui potuerit dos in ſervo ita conſtitui, ut in eo non circumveniretur mulier, & poſtea in illo abſque æſtimatione dando circumveniretur. Mira hæc ejus ſubtilitas. At enim circumveniendi verbum non ſemper dolum arguere ait, quod ut admittamus ita nonnunquam ſumi, ut abſque dolo circumventio fieri intelligatur, non tamen, ut illo loco alio ſenſu accipi poſſit, quam ut intelligamus mulierem ad

id fuiſſe calliditate viri inductam, tam in priore caſu, ut A dotem in eo ſervo conſtitueret, eamque daret, quam in poſteriore, ut minoris æſtimaret. Quin, & ibidem Ulpianus dolum in ſeſe ſubintelligere poſtea explicat, *in verſ. ſi dolus ejus adſuit*. Quod autem illo priore caſu dixi eſſe in electione mulieris, an juſtam æſtimationem, an vero rem ipſam ſibi reſtitui petat, idque eo uno improbat, quod electio non poſſit eſſe inter res quodammodo pares, non autem inter ſervum forte actorem, & æs modicum: ridiculiſſimum eſt. An enim, quod de juſta æſtimatione illic dicitur, ad æs modicum referri poteſt? Et vero an nullo modo par dixeris, ipſam rem, & rei juſtam æſtimationem?

Quod autem in ſpecie *l. ex empto*, *§. ſi quis virginem*, *ff. de act. empt.* negat emptorem venditoris dolo inductum B fuiſſe ad emendum, quia ibi non adfirmarit, quam vendebat eſſe virginem, ſed facile pateretur in eo errore verſari emptorem, qui aliter empturus non erat, his, quæ ſcripſimus, non obeſt. Nam vel eo ſolo, quod ſciens non aliam, quam virginem eum empturum fuiſſe pateretur aliam emi, dolo induxiſſe intelligitur, prob. arg. *l. ea, quæ 43. in fin. ff. de contr. empt.* qua patet eum, qui inſidioſe, & obſcure diſſimulat, quod ſcit in dolo eſſe, & dolum illum omnino præſtare debere: convenit *& l. 1. §. 1. ff. de act. empt.* cujuſmodi cum is ſit, qui ab initio interveniſſe proponitur *in d. §. ſi quis virginem*, cum alioqui non eſſet empturus, quis in eo dolum interveniſſe negaverit.

Nec validius illud, quo alio detorquere tentat adductam à me in illam ſententiam meam *l. ſi dolo 5. C. de reſc. vend.* Nam etſi admiſero dici nonnunquam in jure C ea reſcindi, quæ ipſo jure reſciunduntur, ut interpretationem meam convelleret, id eo amplius illi probandum fuit, ſiquidem probari ullo modo poſſet, non alia dici reſcindi, quam quæ ipſo jure reſcinduntur. Alioqui ſi utroque modo id accipi poteſt, ſub dubio illud relinquitur, quonam ſenſu *in d. l. ſi dolo*, id ſumi intelligendum ſit. Sicque fieret, ut quoniam fruſtra deſideratur reſcindi, quod ipſo jure reſcinditur, quod is etiam admittit, *ex l. imperatores 14. ff. de bon. auth. jud. poſſid. l. nam & ſi 5. ff. de injuſt. rupt. teſt.* ſub dubio relictum vocabulum in eo potius ſenſu ſumere debeamus, qui proprius, & efficax magis, quam quo fruſtraneus ſit, ut quidem verba cum effectu in jure accipienda ſunt, ſicque ut aliquid operentur, *l. ſi quando 112. in pr. ff. de leg. 1. l. 4. ff. de uſur.* juncta *d. l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque jur. in al. ſtat.* arg. *l. non aliter 67. ff. de leg. 3.* D

Bonæ fidei contractus, quibus metus cauſam præbuerit, non eſſe ipſo jure nullos

CAP. III.

JOHANNES ROBERTUS.

SUPERIOR ſententia, & eo quoque nobis videtur comprobari, quod nec ii quoque bonæ fidei contractus, quibus metus cauſam præbuerit, ſint ipſo jure nulli, ſed actione, vel ex eodem contractu, vel quod metus cauſa reſcindendi, prob. *l. ſi mulier* E *21. §. ſi metu coactus à venditione, & l. ult. §. 1.* junct. *l. metum 9. §. volenti, ff. de eo, quod met. cauſ. l. non intereſt, & l. ſi per vim, C. de iis, quæ vi met. cauſ.* Excepto tamen ſpecialiter inde matrimonii, & dotis promiſſionis contractu, quo magis in cæteris regulariter, & indiſtincte illud obtinere comprobatur *d. l. ſi mulier, §. ſi dos.* Cui quidem exceptioni id cauſam præbet, quod libera omnino matrimonia eſſe lex voluerit, quo magis metus quoquomodo interveniens quæcunque ad ea pertinent, nulla reddit, *l. 2. C. de inutil. ſtipul. l. Titia 134. in pr. ff. de verb. obl. l. ult. in fi. C. de ſponſ.* Metus autem ſine dolo eſſe non poteſt, ac multo magis improbandus, *l. item ſi enim exceptione, §. eum, qui,* juncta *l. extat, ff. de eo, quod met. cauſ.* Qua ratione quis non abs re dixerit utriuſque in hoc fieri conjunctionem, & doli, & metus; *in d. l. dolo*. Tripliciter vero id comperio diſſolvi, illud, quod in dolo dante cauſam contractui dictum eſt, obtinere in dolo aperto: ſecus in dolo velato, qualem intelligunt in metu geſtis intervenire Accurſ. *in d. l. dolo*. Imo vero longe apertior eſt dolus, qui cum metu conjunctus eſt, ut quem in eo plane commiſſum res ita indicet, ut id negare nulla ratione queat, qui metum intulerit. Aliter itaque idem Accurſ. & eum ſecuti interpretes, eo minus vitiari debere ab initio metu geſta explicantes: quod qui metum patitur, conſentit, *d. l. ſi mulier*, *§. ſi metu*, at qui dolum patitur, non conſentiat. Imo vero ſi hic non conſentiret, & ſtricti quoque contractus, quibus dolus cauſam præberet, ipſo jure nulli eſſent, cum nulla ſine conſenſu ſubſiſtere poſſit conventio, *l. 1. §. adeo, ff. de pact.* Sed & illud abſurdius, quod Obſervator id quod de excepta illinc dotis promiſſione dicitur *in d. §. ſi mulier*, ſic interpretatur, propterea ſpecialiter exceptum, quod ante Juſtiniani conſtitutionem ſtipulatio ex dotis cauſa interpoſita ſtricta eſſet, *l. unic. in pr. C. de rei ux. act. §. fuerat, de act. in Inſtit.* ideoque fuerit excipienda: alioqui inſtar aliorum ſtrictorum contractuum metu initorum ſubſiſteret, & valeret, juxta *l. dolo*, cum *in d. §. ſi dos*, dotis promiſſionis per ſtipulationem factæ nulla mentio fiat, ſed indiſtincte dotis promiſſionis, ex qua quomodocunque, etiam citra ſtipulationem, ac nudo quoque pacto interpoſita, conſtat actionem naſci, *l. ad exactionem, C. de dot. promiſſ.* quæ rei uxoriæ, & bonæ fidei actio fuit, *d. §. fuerat*, & *d. l. unic. in princ.*

Nec illi ſententiæ noſtræ repugnat *d. l. 3. ff. pro ſocio*: Nam cum ea de ſocietate dolo malo, & fraudandi cauſa inita loquatur, hoc eſt, in aliorum circumſcriptionem, & fraudem, ut ſi aut latrocinii, veneficii, aut meretricii quæſtus, alteriusve rei illicitæ, & in aliorum perniciem, & detrimentum vergentis ſocietatem coitam dicamus, tunc proculdubio ea nullius momenti eſt, quia non unius tantum dolus illi cauſam præbuerit, ſed utriuſque, ſive omnium contrahentium, juxta *l. nec prætermittendum 58. ff. pro ſocio*, arg. *l. 4. verſ. mala medicamenta, ff. famil. erciſc.* Difficilius obſtare videtur *d. l. in cauſæ cum d. l. & eleganter*. Sed enim diſpiciendum utrobique agi de venditione facta, ſive ſocietate inita à minore circumſcripto: & in eo imprimis diſquiri, an in integrum reſtitutione tunc minori ſit opus, ſi in hoc, ut venderet, vel ſocietatem coiret, circumſcriptus ſit. Et quidem cum ipſo jure munitus ſit, quia nulla tunc exiſtat venditio, aut ſocietas, in integrum reſtitutionem ei opus non eſſe utroque illic loco plane deciditur, eo quoque addito, nullam eſſe ita initam, aut venditionem, aut ſocietatem, ne inter majores quidem. Cæterum ita intelligendum, nullam ibi dici eſſe venditionem, aut ſocietatem inſpecto tantum effectu, qui propoſitam ad reſcindendum, & annullandum contractum, actionem, vel exceptionem ex illo ipſo contractu competentem conſequitur: quod cum non aliunde, quam ex ipſomet negotio petatur, nec externo tunc alio auxilio opus ſit, idem præſtat, ac ſi contractus prorſus nullus exiſteret: atque etiam ipſi dolum paſſo eo plus præſtat, quod ſi quidem ita malit, nec aliter quam ſi id malit, non aliunde quæſito, quam ex eodem illo contractu, ſubſidio nulla ejus vis futura ſit, prob. *d. l. & eleganter*, *§. non ſolum*, *& l. ſi quis affirmaverit*, *in prin. ff. de dolo, d. §. ſi quis colludente*, *d. §. ſi quis virginem*. Ac propterea *in d. l. in cauſæ*, dicitur ſatis ipſo jure munitus minor, qui dolum paſſus eſt, quod ejus reſpectu, ſiquidem ita declarari maluerit, nullus ſit contractus, nec in eo, aut reſtitutionis, aut alio auxilio opus habeat, quam actionis exceptioniſve ex eodem ipſo contractu competentis, ut quidem non in hac tantum re, ſed & aliis pluribus ipſo jure fieri dicitur: quod non aliter, quam propoſita actione, vel exceptione fit, ut in *l. ſi conſtat, C. de compenſat. §. in bonæ fidei, de action. in Inſtitut.*

AN-

ANTONIUS MERCATOR,

FRuſtra etiam hoc capite conaris probare metum dantem cauſam contractui bonæ fidei non facere contractum ipſo jure nullum: nam *l. ſi mulier, §. ſi metu coactus, quod met. cau.* de acceptilatione loquitur, aut conventione acceptilationi ſimili, non de contractu bonæ fidei. Item *l. metum, §. volenti, eod. tit.* non loquitur de contractu bonæ fidei. At *l. ult. §. 1. eod. & l. 4. & 5. C. eod.* loquuntur de contractu bonæ fidei: ita eſt, ſed cum rem ſuæ æquitati reſtitui jubent, non ideo negant contractum eſſe ipſo jure nullum: & tamen ex metus, vel doli cauſa contractus ſtricti judicii non eſt ipſo jure nullus, præterquam ſi dos marito promiſſa ſit, ut *d. l. ſi mulier, §. ſi dos,* quod etiamſi accipias de nuda pollicitatione, aut dictione dotis, non de ſtipulatione, nihil agis, quia & actio, quæ ex nuda pollicitatione dotis naſcitur, ſtricti judicii actio eſt, condictio ex lege, non actio rei uxoriæ, ut tu ais, quo nomine deberet in margine tui libri depingi bria, aut cucurbita, aut caput morionis cum cucullione ſcabillis, & oricillis inſtructo: quæ enim major ignorantia, quam neſcire, dotem promiſſam nuda conventione matrimonii contrahendi cauſa non peti actione bonæ fidei, vel actione rei uxoriæ?

Poſt hæc quibus locis probatur dolo, & fraude contractum negotium bonæ fidei eſſe ipſo jure nullum, ut *l. 3. §. ult. pro ſoc. l. in cauſæ 2. §. 1. de minor. l. & eleganter, §. 1. de dolo*: his ita reſpondes. Quod ait *l. 3. §. ult.* ſocietatem coitam dolo malo, aut fraudandi cauſa ipſo jure nullius momenti eſſe, hoc eſt, coitam communi dolo contrahentium in fraudem tertii, ut ſi ſocietas nefariæ rei coita ſit: huic exemplo non conveniunt verba illa, *aut fraudandi cauſa*, quæ ſunt de fraude, quæ eſt ſine dolo, *l. juris gentium, §. ſed ſi fraudandi, de pact.* Dolo autem malo coitam ſocietatem ſi tibi licet interpretari de coita communi dolo contrahentium in necem alterius, cur non tibi liceat etiam in edicto prætoris pacta facta dolo malo interpretari pacta ex colludio, & compacto facta in necem alterius, conſpirationes, conjurationes? Quod autem ait *l. in cauſæ, §. 1. de minor. & l. & eleganter, §. 1. de dolo,* nullam eſſe ſocietatem, nullam venditionem, ſi quis in hoc ipſo, ut ſocietatem coiret, vel ut venderet, circumſcriptus ſit, ſic interpretaris, effectu eſſe nullam: jure non eſſe nullam, vel aliter, eſſe nullam ſi velit is, qui circumſcriptus eſt, non eſſe nullam, ſi nolit eſſe nullam: vel aliter, ipſo jure fieri, vel non fieri ipſo jure, ſed per actionem, vel exceptionem: quibus nominibus quis non te exibilet, quis non arceat libris juris, quis non procul faceſſere jubeat ab ſcholis, imperitiſſime? quod lex ait eſſe nullum, tu dices valere: quod lex ſibi recipit, tu facies in poteſtate adverſarii: quod lex ait eſſe ipſo jure nullum, tu dices non eſſe nullum, niſi beneficio actionis, vel exceptionis? Lorarii concaſtigate hominem τὸν ἀνάλφαβητον *ἄγχης* pro commerita noxia.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc impingit in limine, dum negat conventionem, qua ab emptione, aut locatione perfecta diſceditur, bonæ fidei eſſe: & revincitur apertiſſime hic error ex Neratio, qui bonæ fidei interpretationem hanc quoque conventionem admittere ait, *in l. ab emptione 59. ff. de pact.* & Ulp. *in l. ex empto 11. §. is, qui vina, ff. de act. empt.* qui eo caſu, quo convenerit, ut emptio irrita fieret, ex empto agi poſſe ait ad reſolvendam venditionem in idque efficacem eam actionem eſſe: quo etiam pertinet *l. juris gentium 7. §. adeo, ff. de pact.*

Quod autem *l. ult. §. 1. ff. de eo, quod met. cauſ. l. 4. & l. 5. C. eod.* in eam partem accipi ait, ut ex eo, quod ibi res reſtitui jubentur, intelligamus contractum non ideo omnis eſſe nullum, quia ibi non negetur quin ſit nullus, leviſſimum eſt, & eodem modo refelli facillime poteſt, quo ſuperiore capite diximus de iis, quæ reſcindi ibidem dixerat, quæ eſſent ipſo jure nulla.

A Subſultat inde acrius, quod actionem, quæ ex promiſſione, & pollicitatione dotis naſcitur, ſcripſerim bonæ fidei eſſe. In quo utrius noſtrum major inſcitia ſit, iis dijudicandum relinquo, qui expendent, plane nullam in hoc, vel legis authoritatem, vel rationem ab eo adferri, me autem id eo comprobare, & quod Cic. *in Topic. ad Trebat.* de Juriſconſultis loquens, *In omnibus iis judiciis*, inquit, *in quibus ex fide bona eſt additum, plurimus cauſarum uſus eſt: ubi vero, ut inter bonos bene agi oportet, imprimiſque in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt quid melius æquius, parati eſſe debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi quid ſocium ſocio, quid eum, qui aliena negotia curaſſet, ei, cujus ea negotia fuiſſent, quid eum, qui mandaſſet, eumve, cui mandatum eſſet, alterum alteri præſtare oportet, quid virum uxori, quid uxorem viro,*

B *tradiderunt.* Quæ an non eo ſpectant, ut ſignificet, quemadmodum in illis bonæ fidei judiciis, ſocietatis, negotiorum geſtorum, mandati, in eo quod alteri ab altero præſtandum eſt, bonam fidem ſervandam eſſe, ita & in ea, quod à viro mulieri, & à muliere viro præſtandum eſt? Quod autem rei uxoriæ antea fuit, & quod circa eam à Juſtiniano immutatum eſt, convenienter non tantum ad datam dotem uxori reſtituendam, ſed & ad promiſſam dotem à marito exigendam pertinuiſſe, & jam pertinere, prob. *l. unic. §. & ut plenius, in verb. vel detur, vel promittatur, vel uſucapiatur, cum §. ſeq. & §. ult. in verb. quæ poſt hanc legem, vel datæ fuerint, vel promiſſæ, C. de rei ux. act.* Comprobat idipſum, & quod verba hæc, *æquius melius*, quod ad dotes addi ſolita, & in aliis judiciis adjiciebantur, quam quæ ad dotis reſtitutionem mulieri faciendam

C ſpectarent, *ut in l. pen. in fi. ff. ſol. matr.* Nec repugnat, quod horum cauſa nonnunquam condictio dari dicitur, ut in eo, quod evictæ rei in dotem datæ ratione agere volumus eo caſu, quo pollicitatio, vel nuda promiſſio tantum fuerit interpoſita, *l. 1. C. de jure do.* Nam condictionem certi, & cum quavis alia actione concurrere conſtat, *l. certi condictio 9. in pr. & §. 1. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* Quio & eo, quod illam, quæ ad dotis reſtitutionem, ſicque ad dotis contractus reſolutionem datur, actionem bonæ fidei eſſe haud dubie admittimus, id aſſumi videtur, & illam, quæ ad dotis petitionem competit, bonæ fidei eſſe, arg. *l. ex empto 11. §. is, qui vina, & §. ſi quis virginem, ff. de act. empt. l. ab emptione, ff. de pact.* juncta *l. nihil tam naturale 31. ff. de reg. jur.*

Deinde quam leviter ab eo argutatur, quod fraudem ſi-

D ne dolo eſſe ait. Id vero illi pernegamus: fraus enim dolum in jure ſignificat, nec ſine dolo admittitur: & cum non omnis dolus fraus dici poſſit, nulla tamen fraus ſit, quæ non dolum in ſe habeat, prob. *l. eum, qui 21. in pr. ff. de inoff. teſt. l. ſi culpa 63. in pr. ff. de rei vind. l. impuberibus 7. §. ſi non fraus, ff. de ſuſp. tut. l. juris gentium 7. §. ſed & ſi fraudandi, ff. de pact.* Propterea que duo hæc conjungi ſolent, *ut in l. 3. in fi. pro ſoc. & l. parens 5. in fi. ff. de obſeq. à libert. & lib. l. ſi procurator 10. C. de procurat.* Reliqua vero, in quibus quod roderet, deprehendere nihil potuit, uno velut faſce congeſta eludere conatur, & quæ alioqui ſibi invicem repugnare prima facie videri poſſint, adhibita tamen interpretatione noſtra facile ſibi mutuo reſpondere, & convenire comperiuntur, captioſe inverſis ex more ſuo verbis noſtris ſic involvere tentat, ut ſimul aliena à noſtris quaſi noſtra calumnioſe

E admiſceat: ut quidem illud, quod refert dixiſſe me, id valere, quod eſſet nullum. Dixi enim ſubſiſtere etiam ab utriuſque parte, at non valere. Sed nec ſimpliciter comperias à me dictum ſubſiſtere, ut inde calumnioſe cavillatur pugnantia me locutum, valere, quod nullum ſit, nullum non eſſe, quod nullum ſit: verum in hoc ſubſiſtere, ut qui dolum paſſus eſt, ſi ita malit, actione ex eo contractu illud conſequi poſſit, ut contractus reſcindatur, & nullus declaretur, ac inde revocentur data, & tradita? Ab ejus vero parte, qui dolum admiſit, licet non in hoc ſubſiſtat, ut alterum ad contractum implendum cogere queat, tamen hactenus agere poſſit, ut aut ſtetur emptioni, aut ab ea diſcedatur, *d. l. Julianus, §. ſi*

quis à colludente. Quin & in eo, quod pupillus ſine tutore emerit, aliis locis nihil agi dicitur, *l.ſi id quod 7.ff.de reſcind. vend.* aliis vero conſtare ex uno latere contractus, *d.l.Julianus, §.ſi quis à pupillo, & §.1.de auth.tut. in Inſt.* attamen & tunc in hoc etiam ex parte venditoris agi poteſt, ut declaret pupillus velitne contractui ſtare, aut ab eo recedere, arg. *d.§. ſi quis à colludente in fin.*

Quid inter ſtricta, & bonæ fidei judicia interſit, quoad dolum in iis quoquomodo admiſſum.

CAP. IV.

JOHANNES ROBERTUS.

EX ſuperioribus id tantum diſcriminis conſtituendum ſentio inter bonæ fidei, & ſtrictos contractus, quod in illis dolum, quoquomodo admiſſus ſit, vindicare licet actione, vel exceptiune in id ex eodem contractu competente ex iſtiuſmodi contractuum natura, & vi inſita, prob. *d.§. non ſolum, & d. l. ſi quis affirmaverit, in prin.d.§. ſi quis à colludente, d.§. ſi quis virginem, l. unde ſi Nervæ 80.ff. pro ſoc. l. majorib. & ibi gl. C. com. utr. jud. l. in contractibus, & ibi glo. C. ex quib. cauſ. major.* Comprob. eo, quod Cic. *libr.3. Offic.* dolum malum ita legibus fuiſſe vindicatum refert, ut tutelam XII. Tabulis, circumſcriptionem adoleſcentum lege Lectoria, & ſine lege (inquit) judiciis, in quibus ex fide bona additur: Illud nimirum indicans, non alio legis in id nominatim latæ ſubſidio opus fuiſſe, cum ex eorum vi inſita propter clauſulam ex fide bona iis inſertam, actione ex eodem ipſo contractu dolum vindicare liceat: ut & idem paulo poſt ſubjicit, Q. Mutium Scævolam ſummam vim eſſe dixiſſe in iis omnibus judiciis, in quibus ex fide bona adderetur, fideique bonæ nomen exiſtimaſſe manare latiſſime, & inde illic plura. Quod autem repugnare videri poteſt, quod idem Cicero paulo ante de C. Cannio loquens equite Romano, ad hortorum emptionem vaferrimo dolo à Pythio argentariam faciente inducto, nondum tunc ab Aquilio collega ſuo perlatas de dolo formulas ſic cauſatur, ut eo vindicandi doli ratione deſtitutum Canoium plane ſignificet: intelligendum à Cicerone propterea dictum, quod nun ſimpliciter venditionem factam propoſuiſſet, ſed nomina inde facta: hoc eſt, in creditum, & nominum obligationem venditionis pretium fuiſſe translatum, ac per conſequens contractus bonæ fidei cauſam in ſtrictum mutui contractum interveniente ſtipulatione fuiſſe translatam: ſicque non jam actione bonæ fidei dolum vendicari potuiſſe, ut quæ nulla exiſteret ejus cauſa in nominum obligationem translata: ut in mutuum interveniente ſtipulatiooe quamcunque contractus præcedentem cauſam deduci, & novari poſſe conſtat, *l. ſi ex pretio, C. ſi cert. pet. l. duo ſocieratem, ff. pro ſocio.* Quo diſcrimen id conſtituendum dicimus inter bonæ fidei, & ſtrictos contractus, quod in iis, qui bonæ fidei ſunt, dolus actione ex eo contractu vindicetur. Id vero eo maxime comprobatur, quod hæc judicia doli exceptionem in ſe continere, ut & conſimiliter pactorum exceptiones iiſdem ineſſe dicuntur. *Tex. in l. hujuſmodi 86. §. qui ſervum, ff. de leg. 1. & in l. 3. ff. de reſcind. vend. l. juriſgentium 7. §. adeo, ff.de pact.* Stricti vero contractus doli exceptionem minime contineant: nec propter dolum in iis quoquomodo admiſſum actio, aut exceptio ex eodem contractu aliter vindicandi doli cauſa datur, quam ſi nominatim iis addita doli clauſula de dolo fuerit cautum, juxt. *l. 4. & l. ſtipulatio 38. §. ſed ſi quis, in fin. & l. doli clauſula 119. ff. de verb.oblig.* Hac autem omiſſa oon aliter in iſtis vindicatur dolus, quam in ſubſidium deficientis cujusvis alterius actionis, accerſita extrinſecus ſubſidiaria actione de dolo, aut etiam doli exceptione, jux. *d.§.non ſolum, & l.1.ff. de dolo*, juncta *l.2. in prin.ff.de doli except.* Quo ſit, ut propter dolum in iis admiſſum non ita dici queant contractus nulli, ut qui bonæ fidei ſint, cum iſti quoquomodo initi id in ſe contineant, quo contractum nullum reddere dolum paſſo, ſi ita malit, liceat.

ANTONIUS MERCATOR.

HOc caput te feciſſe ex his, quæ Obſervator ſcripſit in tit. de dolo malo, & in *l. & eleganter*, negare non potes, dolum vindicari judiciis bonæ fidei, quam in rem tamen non debuiſti addere *§.ſi quis virginem*, in quo non dolus vindicatur, ſed error corrigitur reſoluta emptione. Debuiſti tamen addere, dolum vindicari ſi quis inciderit: Dolum, qui initium dat contractui non poſſe conſtituere contractum bonæ fidei. Sed ita initum contractum omnimodo nullum eſſe, quod nihil ſit magis contrarium bonæ fidei, quam dolus, & fraus. Dolus igitur non poteſt conſtituere bonæ fidei conttactum. Quod idem ſcripſerat de translata inter Cannium, & Pythium obligatione empti venditi in obligationem nominum, miramur te potuiſſe intelligere.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc veriſſimum agnoſcas, quod à Tullio ſcriptum eſt, eum, qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, graviter oportere eſſe impudentem. Me qui, & in hoc capite (quod hic corrodere adortus eſt) cum ejus ſententia è diametro pugnantia ſcripſerim, non pudet nugivendum dicere, caput hoc ex his ejus ſcriptis feciſſe, quibus ſalſa illa aſſeruit, atque etiam mirari ea me potuiſſe intelligere, quæ antequam publice jura interpretari exorſus è ſuggeſto de jure reſpondens turpiter ſeſe ſubducere ſuſtinuiſſet, ab aliis ad civiles Inſtitutiones erant conſcripta. Sed eſt, quod miremur magis nonnulla, quæ ex aliorum ſcriptis admiſcerct, cum apertiſſima eſſent, non potuiſſe illum intelligere. Nam illud quidem obiter ſcriptis ſuis noviſſime interſeruiſſe deprehenditur, dolum in bonæ fidei contractibus vindicari bonæ fidei judicio, non ſtricto. Verum ut ſimul id ſe plane non intelligere prodat, dum quod ſimpliciter ſcriptum eſt in *l.& eleganter, §.non ſolum, in fin. & l.ſi quis affirmaverit 9. in princ. ff.de dolo*, aliiſque illic à me citatis, diſtinctione alia adhibita corrumpit, quæ nulla in eo legis, vel authoritate, vel ratione fulciatur. Nec, quanquam monitus, ab eo errore abduci poteſt, quo errorem tantum ſine dolo interveniſſe interpretatur in *l.Julianus, §.ſi quis virginem, ff.de act.empt.* contra apertiſſima iſta contextus illius verba, *& ſciens eum errare venditor paſſus ſit*, quaſi qui virginem emere volenti, mulierem vendat, & in eo errare illum ſciens patiatur, non aliud agat, aliud ſimulet, & dici poſſit abeſſe ab eo calliditas, & fallacia, ac per conſequens dolus, cum in iſtiuſmodi rebus ſola ignorantia excludat calliditatem, & dolum, juxta *l.1. §. 1. ff.de dolo.* juncta *l.1. verſ. cauſa, ff. de ædil. ed.*

An ſervus ab eo manumiſſus, cui minor dolo inductus vendiderit, ea manumiſſione fiat liber.

CAP. V.

JOHANNES ROBERTUS.

IN utroque caſu propoſito in *d.l.& eleganter*, & quod dolo ſervi factum ſit, ut minor eum venderet, & quo dolo ipſius emptoris inductus eſt minor ad ſervum vendendum, cum exinde ab emptore is ſervus manumiſſus eſt, diſquiri ſolet, an is ea manumiſſione effectus ſit liber: nobis eo ſpectare videtur ille contextus, ut utroque caſu ſervum manumiſſione liberum effectum ſignificet: cum poſt utrumque caſum propoſitum indiſtincte dicat adverſus manumiſſum nullam in integrum reſtitutionem poſſe locum habere: tametſi perplexa,

ne-

neque ſibi admodum cohærentia, ideoque, ut arbitror, depravata ſint ejus contextus verba, prout in vulgatis ac Florentino, & Norico quoque exemplaribus ita extant. *Hoc enim ſic accipimus carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non poſſit, aut nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, ut venderet circumſcriptus eſt, & quod minor proponitur, non inducit in integrum reſtitutionem: nam adverſus manumiſſum nulla in integrum reſtitutio poteſt locum habere.* Et rectius in pleriſque tum manuſcriptis, tum & editis aliis ita legi (quod & in multorum vulgatorum aliter habentium margine adſcriptum reperitur) *Sive enim accipimus carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non poſſit, ſive nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, ut venderet circumſcriptus eſt (quod & proponitur) non inducitur in integrum reſtitutio: nam adverſus manumiſſum*, &c. Eo inquam, quod, utramvis lectionem ſequamur, indiſtincte ſtatuit, adverſus manumiſſum nullam in integrum reſtitutionem poſſe locum habere, ſimul ſignificat, hunc manumiſſum, ut minime in integrum reſtitutionis, ita neque alterius reſciſſionis actioniſve medio in ſervitutem redigi poſſe, ut ibidem Accurſ. cum dixiſſet non tenere eo caſu manumiſſionem (quod comprobari vult *l. 2. ff. quib. ad libert. procl. non licet*) adjicit, id ita demum verum eſſe, ſi hoc velit venditor dolum paſſus. Interim igitur dum non declaravit, velitne an nolit, non eſt prorſus nulla venditio. Quin & idem Accurſ. *in gloſſ.* immediate ſubſequente aperte pronunciat, eodem illo caſu rei vendicationi locum non eſſe, idque propterea, quod ex contractu inutili dominium transferatur. Quod Accurſii dictum, ut notandum alii celebrant, in eo, quod ex inutili contractu dicitur non ſecus dominium transferri, quam de poſſeſſione idem dicitur, juxta *l. 1. §. ſi vir, ff. de acq. poſſeſſ.* Baldus vero ſubtilius in eo ſupplet, licet reprobetur contractus, cum non ideo ſit reprobata traditio, transferri ex ea dominium, quia nuda non ſit, ut quæ cauſam præcedentem habeat ſaltem putativam, ut ita non obſtet *l. nunquam nuda, ff. de acq. rer. dom.* Quo autem caſu non quidem abſolute nullus, ſed annulandus eſt contractus, haud dubie dominium ex eo transferri idem Baldus, aliique ibidem plane pronunciant, arg. *l. meum, §. volenti, ff. de eo, quod met. cauſ.* Quæ omnia ſi quis in unum committat, ibi manumiſſione ſervum liberum effectum concludet, juxta id, quod ſatis hoc innuere videtur ille contextus: ſicque conjunctum illic utrumque caſum quoad id, quod ibi ſubjunxit adverſus manumiſſum nullam in integrum reſtitutionem locum habere poſſe, non recte Obſervator diſcerpit, & ad eum ſolum caſum referendum contendit, quo ſervi dolo inductus fuerit minor ad vendendum: quia altero caſu, quo emptoris dolo fuerit inductus, ut venditio, ita & ſecuta manumiſſio nulla ſit, propterea quod ex contractu nullo minime transferatur dominium, cum ibi illud utrique ſubjunctum, de utroque id dictum aperte indicet. Nec repugnat *l. 2. ff. quib. ad libert. procl. non licet* (quam unam in ſuam ſententiam trahere contendit) Ibi enim nulla proponitur interveniſſe manumiſſio ex præcedente cauſa, ſed tantum ſervus per vim ablatus teſtamento liber eſſe juſſus: quinetiam illo caſu propterea non liberum fieri ſervum interpretatur, quod ejus domino nulla actione ſit conſultum adverſus, aut heredem, aut alium quemquam, quo indemnis ſervetur; cum hic aliud obtineat actione adverſus eum: qui dolum admiſerit ex eodem contractu competente, ut dictum eſt.

ANTONIUS MERCATOR.

FAlſo opinaris, aut non tam opinaris, quam placet tibi juris prudentiæ dedito infideliter aſſerere ſervum manumiſſum ab emptore, qui dolo malo venditorem induxit, ut eum ſibi ſervum venderet, liberum eſſe, quod ut efficias primum in *l. & eleganter, de dolo* depravas Flor. & Nor. ſcripturam, deinde eam quoque admiſſam, huic tuæ opinioni non refragari ais, quod lex indiſtincte dicat, adverſus manumiſſum nullam eſſe reſtitutionem in integrum. Indiſtincte ſic accipis, ſive ſervi, ſive emptoris dolo venditor ætate minor circumſcriptus ſit: quod totum ineptum, & vitioſum eſt. Lex enim proponit conſilio ſervi circumſcriptum minorem XXV. annis ſervum cum peculio vendidiſſe, & ſi ab emptore manumiſſus fuerit in manumiſſum competere actionem de dolo, videlicet ſi emptor conſilium fraudis non participaverit: nam ſi participavit, ipſe tenetur actione ex vendito empto, non manumiſſus actione de dolo: quod Baſ. evidentius exprimunt his verbis: *ἐνέχεται ὁ ἐλευθερωθεὶς τῇ περὶ δόλου ἀγωγῇ, εἰ μὴ μετέσχεν ὁ ἀγοραστὴς τοῦ δόλου, εἰ γὰρ μετέσχεν, ἐνέχεται τῇ περὶ τῆς τοιαύτης ἀγορασίας ἀγωγῇ.* Et mox ſeparatim ſubjicit: ſi dolo ſolius empturis venditio extorta fuerit, nullam eſſe venditionem, quod & ita ſeparata ſententia, & quaſi per interpoſitionem Baſilica proponunt: *Ἄκυρος ἐστὶν ἡ πρᾶσις ἐὰν εἰς αὐτὸ τὸ πωλῆσαι γέγονεν ὁ δόλος.* Tum redit ad priorem caſum ita ſcribens, *Et quod minor proponitur, &c.* Baſilica: *κἂν δὲ ἀφῆλιξ ἐστὶν ὁ πράτης, οὐκ ἀποκαθίσταται*, &c. Ex quo apparet, eo tantum caſu ſervi manumiſſionem valere, quo venditor dolo ſervi circumſcriptus eſt, quoque in manumiſſum eſt actio de dolo, non quo dolo emptoris, quia hoc caſu *ἄκυρος*, irrita, nulla venditio eſt: nuda igitur traditio ſervi, & nuda traditio dominium non transfert, *l. nunquam, de adqu. rer. dom.* Quæ autem à non domino manumiſſio fit, nullius momenti eſt. In hanc ſententiam non reperies Dominum uti *l. 2. quib. ad lib. proclam. non lic.* & tenebat te ſi forte Dynaſtes Aurelianus cum temere ſcripſiſti, eam ab illo in ſuam ſententiam trahi.

Poſt eum ad Accurſium, & Baldum confugis, ut probes eo etiam caſu manumiſſionem quodammodo valere, quo emptoris dolo extorta venditio eſt, & ex contractu nullo dominium transferri, ſimilis es Craſſo, quem M. Tullius ait, cum diſſerendo par Galbæ eſſe non poſſet, ad auctores confugiſſe, & id quod ipſe diceret, & in P. Mucii, & in Sex. Ælii libris ſcriptum protuliſſe. Accurſius autem & Baldus, quia à te probantur, mihi non ſunt auctores idonei.

JOHANNES ROBERTUS.

QUidquid undecunque conquirat, & agitet oblatrator, manifeſte prodit in quam partem ſe vertat, hic non habere, ſive Florentinam, & Noricam lectionem tueatur, *prædict. l. & eleganter*, ſive ea repudiata alteram amplectatur, ſive duos caſus proponi admittat, ſive cum Græcis interpretibus tres aſſumere malit. Eo enim, velit nolit, ſemper revolvitur, quod cum propoſitis jam illis, ſive duobus diſtinctis, ſive tribus commiſtis caſibus, generaliter definiat Ulp. *in verſ. & quod minor proponitur*, nuu ex eo, quod minor proponatur (illis nimirum duob. vel tribus pariter caſibus) non induci in integrum reſtitutionem; propterea quod adverſus illum quomodocunque manumiſſum nulla in integrum reſtitutio poſſit locum habere. Imo vero, inquit, hic redit ad priorem caſum. At undenam id colligat? Eodem contextu probari ad eo debuit; alioqui ſubjectas generalitet clauſulas illas quis dubitet ad ſuperiora omnia, ac præcipue quæ proxima ſint, referendas eſſe, & his comprehendenda? juxta *l. talis ſcriptura 30. ff. de leg. 1. l. 1. C. de lib. præt. vel exhered. c. olim. ext. de reſcript.* Et quod repetit nullam venditionem illic dici, ac per conſequens inde ſecutam traditionem nudam eſſe, ex nuda vero traditione dominium non transferri, actum agit. Nam ego, quam parum ejus ſententiam juvet *l. nunquam nuda 31. ff. de acq. rer. dom.* (quam unam ad illa fulcienda citat, & perperam) antea plenum feci. Ex Accurſio & Baldo, inquit, quos quia mihi probantur, ſibi non idoneos authores eſſe ait. At ego à plurimis, quibus (antea ab illo, aut ipſius ſimilibus ſeductis) non videbantur idonei, jam ad ſaniorem ſententiam inclinantibus, maturiore ſtudiorum profectu, & rerum uſu confirmatis, idoneos haberi conſpicio, in quibus recta ſæpius, & ju-

ris

Digitized by Google

ris rationibus ingenioſe comprobata ſenſerint. Ut quidem non in aliis (niſi opinione plurimum fallor) eorum ſententias me probare comperias, qui in quibus lapſi videantur, non diſſimulem. Nam alioqui abſit ut idem mihi unquam veniat in mentem, quod illi ut eorum ſcripta omnia hoc ſolo plane damnem, quia barbara, & minus Latina ſint, quod illorum ſeculi infœlicitati quadantenus condonandum videatur. Et eo minus poteſt hic convenire ea, quam attexuit, Craſſi ſimilitudo, quo non ſimpliciter eorum authoritate nitar, ſed iis illorum rationibus, quas diluere ne conatur quidem, tantum abeſt ut convellat, quod prius fuerat, ſi potuiſſet.

Ac quidem omnino conſtat non ſcripſiſſe me illum in ſuam ſententiam uſum *l.a. ff. quib. ad libert. procl. non licet.* Verum quod de ea lege duobus locis ſcripſi, priore loco nominatim retuliſſe ad Accurſium, qui *in d.l. & eleganter*, illa una lege id comprobet, eo caſu quo emptor dolo venditorem ad vendendum induxerit, non tenere manumiſſionem. Id, inquam, ſcripſi initio illius cap. his verbis parentheſi ſic incluſis, cum proxime Accurſii meminiſſem (*Quod comprobari vult.* L.a. &c.) Ac deinde cum diluere nitor objectum illius *l. a.* verba hæc, *quam unam in ſuam ſententiam trahere contendit*, quis exiſtimare potuit non de Accurſio dici, à quo uno illud retuliſſem ea lege comprobari?

Repetita tractatio Aphric. reſponſi in l. frater à fratre 38. ff. de condict. indeb.

CAP. VI.

JOHANNES ROBERTUS:

ANNUS agitur undecimus ab eo tempore, quo editis Receptæ lectionis duobus libris noſtris, quam ſimpliciſſime fieri potuit, & breviſſime, ac ni plurimum fallor, dilucidiſſime expoſui, quibus rationibus Aphric. reſponſum *in l. frater à fratre* 38. *ff. de condict. indeb.* in ejus principio negationem illam non admitteret, quam antea illi loco præter exemplarium omnium fidem eſſe addendam eſſeruiſſet Fr. Hotomanus. A quo tempore, & quidem abhinc biennio, eidem Obſervatori, qui tot locis utriuſque illius libri noſtri eodem tempore bonam magnamque partem furialiter proſcindere conatus fuit, illud ipſum mecum adſtruere viſum eſt, ſubticitis tamen omnino iis, quæ ſcripſiſſem: quæ an illi ignota eſſe potuerint, qui eodem tempore in illorum librorum noſtrorum maximam partem debacchatus fuerit, dijudicandum cuivis relinquo: ita tamen ut illum, vel aliis rationibus noſtras cumulare, vel argumentis diverſis nonnunquam niti non diffitear. At certe ſicubi quod carpat, deprehendiſſe ſe putet, eadem qua in nos verborum, & convitiorum petulantia illi inſultet, adeo, ut & ſcuticam intentet, ſed ita ut hic viciſſim flagrum minitetur, qui eo minus damnandus videri poſſit, cum ille prior acrius provocaſſet, quod qui Lucilium, in ſcena eum nominando, læſiſſet, exinde judicio injuriarum obſolutus, & jure feciſſe judicatus ſit, quia is Lucilii carminibus antea fuiſſet notatus, & indignius provocatus. Et cum Senatori maledicere fas non eſſet: Senatori tamen remaledicere, & convicia regerere, jus faſque habitum fuiſſe legimus. Verum, ut ad rem veniamus, conſentit, inquam, Obſervator nobiſcum in eo, quod multo prior ſcripſi, locum illum Aphric. negationem nullo modo admittere, ſed diverſis rationibus à noſtris circa illa duo potiſſimum, in quibus illius reſponſi cardo præcipue vertitur: Prius, an per filium, qui pecuniam peculiarem mutuam dederit, obligatio naturalis patri quæratur: Poſterius, an in illa ſpecie mortuo patre extinguatur confuſione, & tollatur non tantum civilis, ſed & naturalis illa obligatio. In priore, ex communi interpretum, ſive (ut aliis locis vocat) triviali ſententia, aſſerit patri per filium naturalem illam obligationem ac-

A quiri. Et quod obſtare dici poteſt argumentum iſtud, quo ad abſurdum deducimur, quod ſi ea patri acquireretur, ſequeretur patrem filio nunquam obligari naturaliter, quia quæſita filio obligatio naturalis contra patrem eodem momento acquireretur patri, & ad eum recurreret, ob idque ſtatim confunderetur, iſto patre eodem momento, & debitore, & creditore effecto. Id vero frigide admodum, ac quidem ſine lege, aut legis ratione diſſolvit, eo quod ait acquiri ipſo jure eam naturalem obligationem patri, ſed quandiu pater ea acquiſitione non utitur, id eſt, quandiu peculium manet apud filium, ob id non intelligi acquiſitam, quia pater ſuum patrimonium ſponte ſeparaverit à filii peculio, ſeu patrimonio, ac ita concedente patre, ſic contendit fieri ſeparationem, & diſtinctionem perſonarum, ut interim id non intelligatur

B acquiri patri. Quod eodem pene recidit, quo & illud, quod ab aliis ſcriptum eſt, acquiri eam obligationem patri ipſo jure: at quandiu pater ea acquiſitione non utitur, hoc eſt, quandiu manet peculium penes filium, non intelligi ei acquiſitam. Summa igitur ejus ſententiæ hæc eſt, acquiri eam naturalem obligationem patri, ſed interim ex ejus voluntate non intelligi acquiſitam: idque, nec legis ullius verbis in hanc rem etiam contortis, neque ulla ratione comprobare tentat. Alter vero ille plane contendit, patri per filium naturalem obligationem minime acquiri, hac ſola, quam in ejus ſcriptis diſpicere potuerim ratione, quia quod dicitur jus filio quæſitum patri acquiri, ex juris civilis fictionibus, argutiis, & ſubtilitatibus proceſſerit, quibus perſonæ omnes, quæ ejuſdem familiæ ſint, pro una numerentur: Itaque cum hic

C de naturali jure, & naturalibus obligationibus agatur, naturaliter tantum eas conſiderari, neque ullis juris fictionibus locum dari: atque ita intelligi juris civilis fictione eam obligationem patri acquiri, at jure naturali, quo nudum, & ſimplex factum, quod à fictione abhurret, conſideratur, non acquiri. Quibus patet utriuſque ſententiam in eo pugnare: quod ipſam naturalem obligationem ille vere patri acquiri interpretatur: at interim dum manet peculium penes filium, acquiſitam non intelligi: hic autem eam vere patri non acquiri, ſed juris civilis fictione acquiſitam intelligi: ſicque utraque hæc admodum ὅλικτα, ϗ ὐδὲν ὑγιὲς, quia cum adſit via, uterque dum ſola conjectura ducitur, quærat ſemitam: ut quidem utrumque illud falſum contendimus, ac primum, quod ille naturalem obligationem in patrem, aut dominum

D transferri aſſerit. Nam quod dicimus id quod à filiisfamil. aut ſervis acquiritur, eodem momento iis, in quorum poteſtate ſunt, acquiri, *l. placet, ff. de acquir. hered.* id ad civilem ſolam obligationem referendum eſt, juxta *l. ea quæ civiliter, ff. de acq. rer. domi.* cum huic acquiſitioni patria poteſtas, & dominium tantum cauſam præbeant, quæ non alio quam gentium, & civili jure exiſtere cœperunt, *§. 1. de his, qui ſunt ſui, vel al. jur. & §. 1. de patr. poteſt. in Inſtit.* quæque illius juris naturalis rationem immutare minime potuerunt, juxta *§. ult. de legit. agnat. tut. in Inſtit.* juncta *l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur.* Atque ut illam naturalem obligationem in patrem minime transferri aſſerimus, ita & alterum illud negamus tunc juris civilis fictione intelligi eam transferri. Utrumque eo confirmo, quod alioqui pater filio, aut domi-

E nus ſervo promittendo naturaliter obligari non poſſent: cum ſit regula. Quod quis ab alio ſtipulando mihi acquirit, id à me ſtipulando nihil agit, *l. ſi ſervo* 32. *in princ. ff. de uſufr. l. liber homo* 118. *in princ. ff. de verb. obligat.* Itaque ſi ab alio ſtipulando filius patri, aut ſervus domino, & naturalem quoque obligationem acquireret, vel vere, vel ipſius juris civilis fictione (cum naturalis obligatio nullum omnino ſine juris civilis adprobatione effectum producere valeat) hi à patre, aut domino ſtipulando nihil agerent, ſed conſequens falſum: igitur, & falſum quoque antecedens. Conſequens autem falſum eſſe probatur eadem *l. frater à fratre, verſ. quæſitum, & l. ſi id quod* 64. *ff. de cond. indeb. l. quam Tuberonis* 7. *§. in peculio, verſ. ſed & id quod dominus, & l. peculium* 10. *in pr. ff.*

pr. ff. de pecul. Itaque quoad contractus inter filiumfa. & patrem, dominum, & ſervum, vel inter fratres in ejuſdem patris poteſtate exiſtentes, idem qooad naturalem obligationem, quæ ſola tunc oritur, ſtatuo, quod in contractibos à filiofam. cum extraneo initis, ut naturalis illa obligatio filiorumſ. ſervorum, & fratrum perſonæ hæreat, & vere, & juris civilis interpretatione ejus juris fictionem omnem excludente, quod ea obligatio eodem jure comprobante effectus naturalis obligationis operetur: quippe impediendæ ſoluti repetitionis, exceptionis, compenſationis, & ejus, quod illi fidejuſſoria obligatio accedere valeat, probat. ead. *l. frater*, *& d. l. ſi id quod*.

Quæ autem huic ſententiæ ab utraque illa diverſe repugoare videri poſſunt, ex eo interpretationem, & conciliationem rectius aſſumere, qnod ab Ulp. dictum eſt: *Quodcunque ſibi filiusfamil. acquirat, ejus emolumentum patri acquirere*, *in l. 1. in pr. ff. ſi quis à par. manumiſſ.* quæque ad hanc rem pertinent, cum abunde ſint à me antea explicata, pluribus repetiturus non ſum, quod ea, ni plurimum fallor, id omne planum faciant.

ANTONIUS MERCATOR.

CONſentit Obſervator non tecum, quem non viderat cum ſcribebat ad Africanum, ut jam ante bona fide teſtatus ſum, ſed cum omnibus interpretibus juris, qui ſunt, vel fuerunt, illo excepto, quem nemo habet pro juris perito, in *l. frater, de cond. ind.* Africanum rectiſſime reſpondere in hunc modum, utique pro ea parte, qua ipſe patri heres extitiſſet repetiturum. Et quod attinet ad obligationem naturalem ex cauſa creditæ peculiaris pecuniæ quæſitam fratri adverſus fratrem, recte Obſervator dixit, patri fuiſſe quæſitam, in cujus ambo poteſtate erant: namque Africanus perſpicue filium, qui creditam pecuniam acceperat, vocat debitorem patris, & par ratio exigit, ut quemadmodum, quod ſervus conſervo debet, id domino debetur, *l. 6. de pec. leg.* ita quod frater fratri, id æque patri debeatur: ideoque ſi filiifamilias nomine cum patre agatur de peculio, non tantum deducitur, quod filius patri debuit naturaliter, ſed & id, quod debuit fratri, ut nominatim ſcribit Theophilus in *§. tum autem*, *Inſt. quod cum eo*, *&c.* proculdubio reſpiciens ad *d. l. frater*. Item ſi filius debitor patri heres extiterit ex ſemiſſe, conſequens eſt obligationem naturalem, qua patri filius tenebatur pro ſemiſſe confundi; & recte igitur reſpondiſſe Africanum, filium, qui per errorem poſt mortem patris fratri pecuniam ſolvit pro ſemiſſe, ex quo patri extitit heres, eam pecuniam repetiturum, quia pro ea parte debitor eſſe deſiit. Ratio, qua tu uteris, ut probes per filiom patri, aut per ſervum domino acquiri civilem, non naturalem obligationem, eſt elegans: quia, inquis, huic adquiſitioni cauſam præbuit patria poteſtas, quæ eſt juris civilis, & dominium, quod eſt juriſgentium. Deniqoe ita ratiocinaris: Patria poteſtas eſt juris civilis: ergo jure patriæ poteſtatis civilis, non naturalis obligatio patri adquiri poteſt: eodem modo dicam: Patria poteſtas eſt juris civilis: ergo jure patriæ poteſtatis filii impuberis tutela à patre mandari non poteſt contra *l. impuberi, de adm. tut.* quoniam tutela impuberum eſt ex jure naturali, *§. ult. Inſt. de Attil. tut.* Altera ratiocinatio eſt pulchrior. Poteſtas domini eſt juris gentium: ergo jure poteſtatis domino non poteſt quæri obligatio juris gentium. Belle cohæret cum ſuperiori, nempe hoc modo, ſi jure poteſtatis civilis adquiritur juris civilis obligatio: ergo, inquis, jure poteſtatis naturalis, ſive juriſgentium non adquiritur naturalis obligatio. Ejuſdem ſtultitiæ eſt, quod ex *l. ea, quæ civiliter*, *de adq. rer. dom.* probas, civilem tantum obligationem nobis adquiri per eos, quos in poteſtate habemus, ac ſi ea lex, quod naturaliter adquiritur, dum per quemlibet nobis adquiri ait, non comprehendat etiam eum, quem in poteſtate habemus, *l. 10. §. non ſolum*, *de adqu. rer. dom.* Quanto rectius ex ea vir peritiſſimus juris, & artis ejus, quam qui tenent eruditi appellantur, ſic argumentatur. Si civilis obligatio per filiumſ. patri quæritur, & naturalis multo magis, quia quod naturaliter adquiritur, lex ait nobis adquiri per omnes, non quod civiliter: denique naturaliter facilius, quam civiliter. Idemque quod tu poſt alios objicis, patrem filio, aut dominum ſervo obligari naturaliter, ergo non poſſe patri, vel domioo per filium, vel ſervum adquiri naturalem obligationem, recte ita diſtinguit: ex contractu habito inter patrem, & filium, aut dominum, & ſervum, patrem filio, vel dominum ſervo obligari naturaliter, nec eam obligationem adquiri patri, *d. l. frater*, *§. quæſitum*, ex contractu habito inter fratres, vel inter conſervos patri, vel domino naturalem obligationem adquiri: hoc caſu nihil dici poſſe, quo minus patri obligatio naturalis adquiratur: illo caſu naturam non pati, ut pater ſibi ipſi debere poſſit, quod debet filio: & quia tamen fieri poteſt, ut fidejuſſoris obligatio, quem dedit filio ſibi per filium adquiratur, ideo reſponſum eſt, fidejuſſorem datum à patre non teneri, ne pro eodem, & eidem obligetur, *l. ſi quis, §. 1. de fidejuſ.* nec erit improbabile ſi adjeceris, ceſſare tamen quodammodo, nec acquiſitam videri interim, dum peculium pater apud filium manere patitur, ut noſter ad Africanum tractatus docet, quod idem de civili obligatione non dicam contracta inter filium, & extraneum, aut inter ſervum, & extraneum, quæ & in perſona domini civilis obligatio eſt. Objectionem autem illam tuam perperam confirmas ex eo, quod dicitur, id quod quis cum alio contrahendo nobis adquirit, id eum nihil agere ſi nobiſcum contrahendo deducat in obligationem, quia id tantum dicitur de ſervo fructuario, vel ſervo alieno, aut libero homine, qui nobis bona fide ſervit, & de eo, quod adquirit ex re noſtra, vel ex ſuis operis, *l. 25. §. Idem Julianus*, *de uſuf. l. 118. de verbor. oblig.* non de ſervo proprio, aut filiof. qui nobis adquirunt ex omni cauſa, & quod ab aliis nobis adquirerent, id non prohibentur ſibi à nobis adquirere naturaliter. Quod autem in extremo ſcribis, ea, quæ tuæ ſententiæ adverſari videntur, interpretationem adſumere ex eo, quod ait *l. 1. ſi à par. quis man. ſit*, quodcunque ſibi filiusfamilias adquirit, ejus emolumentum patri adquirere, plane ſententiam tuam infirmat: quia, ſi quodcunque, ergo & naturalis obligatio, & ſimiliter in *l. placet*, *de adq. her.* ſi hereditas, vel quid aliud: ergo & naturalis obligatio, & quidem confeſtim, & in atomo, & ſtultum eſt, quod ais, obligationem naturalem non adquiri, ſed emolumentum ejus. Emolumentum legati, vel emolumentum portionis nihil aliud eſt, quam legatum, aut portio hereditatis, emolumentum obligationis nihil aliud, quam obligatio: alioquin dicito etiam ex *d. l. 1.* quodcumque aliud filius adquirat, ſive civilem obligationem, ſive hereditatem, ſive legatum, ejus emolumentum patri adquiri, non hereditatem, non legatum, non civilem obligationem, quod quis te dicentem non explodat?

JOHANNES ROBERTUS.

HIc illud vere poſſum ex M. Tullii oratione pro M. Cœlio exclamare: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, facile ſe per ſeipſam defendit*. Vix enim puto potuiſſe, & ad ſententiæ noſtræ comprobationem, & ad opinionis ipſiuſmet nugivendi reprobationem validius quidquam adferri, quam quod idem cum veritatis obtegendæ, tum vero & falſitatis aſſerendæ cauſa fruſtra hic ſeſe congerere, etiamſi tacuero, apertiſſime prodit. Hic enim comperias eum nulla ex parte ſibi conſtare. Ac in eo primum, quod ait, Aphricanum perſpicue filium, qui creditam à fratre pecuniam acceperat, vocare debitorem patris, quod perſpicue falſiſſimum eſt. Nam quod eum ſimpliciter vocat *debitorem*, perſpicuum eſt intelligere debitorem fratris; & quod in *verſ. quæſitum*, vocat filium debitorem patris, perſpicuum eſt in alia prorſus diverſa ſpecie dici, quippe in qua propoſuiſſet ab ipſomet patre fuiſſe filio creditam pecuniam, quam quod inde dicitur

filius

filius debuiſſe patri, ex cauſa mutui à patre facti dixit, non autem facti à fratre. Itidem peſpicue falſum, quod ipſi domino deberi, quod ſervus ſervo debet, ait dici in *l.6. ff.de pecul.* cum (quod plane repugnat) ejus tantum meminerit, quod ſervus domino, vel conſervis, liberiſve domini debeat. Et quod, ſi filiiſamilias nomine cum patre de peculio agatur, non tantum deduci priore loco oportere, quod patri, ſed & quod fratri filius debuit, nominatim ſcribi à Theophilo ait in *§. cum autem, quod cum eo,qui in al.pot.in Inſtit.* Quid hic Theophili authoritate opus, cum æque aperte ab ipſomet Juſtin. id illic ſit traditum? quidque illud ad id, quod quærimus attinet, cum cujuſcunque obligationis in filiorum perſona contractæ emolumentum patri acquiri dicamus? ut & illud, quo filio in ſemiſſem herede exiſtente, naturalem obligationem pro ſemiſſe confundi ait.

Inſulſitates vero omnes vincit ea cavillatio,qua id,quod enarratione fuſiore explicui patriam poteſtatem, quæ juris civilis, & dominium, quod juris naturalis ſit, illud jure hoc noſtro efficere,ut quæ filiiſamilias, aut ſervi acquirant, ea patribus, & dominis acquirantur (quod iſtis duobus, quæ juris gentium, aut civilis tantum exiſtant, ea, quæ juris naturalis ſunt, immutari, & tolli non potuerint) ſic in duo enthymemata confert, quæ mihi quaſi à me ſic lepide propoſita tribuat: *Patria poteſtas eſt juris civilis: ergo jure patriæ poteſtatis obligatio civilis, non naturalis patri acquiri poteſt*. Ac præterea, ne hoc ipſum adjuncta ratione ulla aſſerere valerem, & quo abſurdius illud redderet, aliud hoc non tantum æque ineptum, verum præterea & falſum adjungit, *Eodem modo dicam* (inquit) *Patria poteſtas eſt juris civilis, ergo jure patriæ poteſtatis filii impuberis tutela à patre mandari non poteſt*, contra *l. impuberi, ff. de admin. tut. quia impuberum tutela eſt ex jure naturali §. ult. de Attilian. tut. in Inſtit.* Deinde, & alterum iſtud enthymema etiam abſurdius mihi obtrudit: *poteſtas dominii eſt juriſgentium: ergo jure poteſtatis domino non poteſt quæri obligatio juriſgentium.* An non jure hoc loco Sycophanta pronuciandus ſit, etiamſi tacuero, ex his, quæ ſcripſi manifeſtiſſimum ſit, quæ ſi argumento concludere velim, ex his, quæ aſſumpſi, quæque dixi, ſic certius colligere poſſum. Civilis ratio civilia jura tollere, & corrumpere poteſt, non autem naturalia: at patria poteſtas, cujus vi, quæ à filiofamilias acquiri contingit, ipſi patri quæruntur, ſolo jure civili introducta eſt: hujus itaque vi naturalis obligatio filiofam. quæſita, ei ut in patrem transferat, adimi, & tolli non poteſt. Quam ſimile vero quod ſubjunxit, dum aſſeruit tutelam impuberum eſſe ex jure naturali: mirum quod non addiderit, & tutelam naturalem eodem modo dicendam eſſe, qun obligationem dicimus naturalem, quippe naturalis juris vi ſola ſubſiſtentem: Nam quod tutelam ex jure naturali eſſe ait, & probari *§. ult. de Attilian. tut. in Inſtit.* ne juris contextus verba more ſuo contorqueat, id tantum ibi dicitur,naturali juri conveniens eſſe, ut impuberes in tutela ſint, & is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur. Si id omne, quod juri naturali conveniens eſt, idcirco ſimpliciter naturale dici poſſet: & teſtamenta quoque naturalia dicenda eſſent, dominiorum diſtinctio, atque etiam ſtipulationes, & quivis iſtiuſmodi actus, alioqui civiles, arg.*l.1. C. de ſacroſ. Eccleſ. §. ſingulorum, de rer. diviſ. in Inſt. l. an utilis* 8. *§.ult. ff.* de *accept.* Quod autem ad alterum ejus enthymema pertinet, ſi quæ ex ejus parte aſſumpſi,& dixi argumento concludere voluiſſem,ſic colligere potuiſſem. Unumquodque eodem modo diſſolvi, debet, quo colligatum eſt: at naturalis obligatio, quæ ipſis ſervis acquiritur, ſolo naturali jure introducta eſt: igitur ea vi dominii jure gentium, non autem jure naturali introducti, ſervo, cui quæſita ſit, adimi, & in dominum transferri non poteſt. Quam hæc ab utroque captioſo ejus enthymemate aliena ſint, nemo non perſpicit. At dicet forte non ita me fuiſſe in Animadverſionibus meis argumentatum. Agnoſco non ita plane argumenta hæc nectere voluiſſe, cum ſatis haberem, ſi quæ ſententia mea eſſet, & quibus rationibus impellerer enarratione, & explicatione illius loci demonſtrarem. Sed tamen ſi quis exactius expendat, utriuſque argumenti vim ibi expreſſam à me comperiet, ut non alio ſine maxima, & perverſiſſima calumnia detorqueri potuiſſe agnoſcat, eum nominatim utrique illi acquiſitioni patriam poteſtatem, & dominium tantum cauſam præbere aſſumpſiſſem, quæ non alio, quam civili, & gentium jure exiſtere cœperint, quæque juris naturalis rationem immutare non potuerint.

Sed videamos quam certiora argumenta ſubtilis hic magiſter ad ſententiam ſuam aſſerendam propoſuerit, ut horum (quando ita vult) collatione, ejus, de quo inter nos quæritur, magis elucere poſſit veritas, Si civilis obligatio (inquit) per filiumfamilias patri quæritur, & naturalis multo magis; quia quod naturaliter acquiritur, lex ait nobis acquiri per omnes, non quod civiliter: quod argumentum ducit ex *l.ea,quæ civiliter, ff. de aquir. rer. dom.* Id vero promptiſſime uno verbo labaſcit, quod ſophiſtica hic captio ſit: eſt enim fallacia in dictionibus naturaliter, & civiliter: cum id, quod ibi dicitur à Modellino de his, quæ civiliter acquiruntur, appareat minime dici de civilibus, aut obligationibus, aot juribus, quæ nobis acquiruntur, ut neque quod ait de his, quæ naturaliter acquiruntur, intelligit de naturalibus obligationibus, aut juribus, quæ ipſa nobis acquirantur: ſed utrumque refert ad modos acquirendi utroque illo jure introductos. Quod etiam exemplis illic declarat Modeſtinus, dum civiliter acquiri ait veluti per ſtipulationem,hoc eſt, civili illo ſtipulationis modo. Naturaliter vero acquiritur (inquit) ſicuti eſt poſſeſſio, hoc eſt, naturali modo acquiritur, quippe traditionis. Neque per conſequens illinc procedit argumentum à modo acquirendi, ad id, quod acquiritur, ut ita colligas: Quod naturalibus modis quæritur, nobis pro omnes acquiritur: ergo naturalis obligatio nobis per omnes acquiritur. Quis enim non videat, & id minime conſequi, & eſſe falſum, ac per conſequens & illud falſius, quod ſophiſtice inde quaſi à majore ad minus colligit. Si ea, quæ civiliter quæruntur, nobis per filios, & ſervos acquiruntur: igitur multo magis naturalis obligatio, quia per omnes nobis acquiritur. Quod quis ſanæ mentis dixerit? Naturaliter quæri intelligit, per naturalem actum, & qui ſit facti puta,apprehenſionis poſſeſſionis, pecuniæ numerationis, ut ibi rectè interpretatur Accurſius. Sed quam inſulſe illud effugere conatur,quod imprimis ejus ſententiæ obſtat,dum generalem illam juris definitionem. Quod quis ab alio paciſcendo, aut ſtipulando mihi acquirit, id à me paciſcendo, aut ſtipulando nihil agere dicitur: de ſervo tantum fructuario, aut alieno liberove homine nobis bona fide ſerviente dictum interpretatur, in eo, quod ex re noſtra,& operis ſuis nobis acquirant, non autem de ſervo proprio, aut filiofamilias, qui ex omni cauſa, quod acquirunt, nobis acquirunt, & quod ab aliis acquirendo nobis acquirant, id non prohiberi à nobis acquirere. Quam omne hoc inſcitum, & manifeſte falſum ſit, quis non videt? quod regulariter definiiſſe, & generalibus illis verbis propoſuiſſe Julianum refert Ulpian. *in l.ſed & ſi quis 30. §.idem Julianus, eodem libro* (quæ in aliis exempl. eſt *l. ſi ſervi* 32.) *ff. de uſufr.* id non pudet inficiari regulæ vim, & poteſtatem obtinere voluiſſe. Non fuiſſet verbis illis utendum, *quod, quis*, à quibus illic regulam inchoat, ſi de ſervo fructuario tantum, de quo ibi quidem agebatur, illud intelligi voluiſſet: verum ita dicendum, *quod is:* ut quidem haud dubie non jam ex conjectura, ſed malitia correxiſſet, ni illud obſtare animadvertiſſet, quod alio loco, ut regula etiam apertius eſſet prodita, quippe *in l. liber homo, in princ.*118. *ff.de verb. oblig.* Ibi enim eo amplius comprobat Papinian. fieri non poſſe, quin generaliter in omnibus id ita obtineat. *Quemadmodum etenim,* inquit, *habebit ejus actionem adverſus me, quod ab alio ſtipulatus quæreret mihi?* Et vero quibuſnam verbis expreſſius regulam proponi intelligemus, quam quibus regula, ſive regulariter quid definiri dicitur? cum utroque, &

regulæ

regulæ definitionis vocabulo, regulam nec aliud in jure intelligamus, juxta *l. 1. in prin. ff. de reg. Caton. l. regulariter 9. ff. de pet. hered. l. 2.* cum *l. omnis definitio 202. de diverſ. reg. jur. ant.*

Quin & vis veritatis ab eo invito extorquet, ut in eo quod negat eſſe regulam, & ejus vim non admittat, cum tamen regulam ſequi cogatur, id propterea ſe agere dicat, quod natura id aliter non patiatur: quippe ex contractu inito inter patrem, & filium, aut dominum, & ſervum, patrem filio, ut & dominum ſervo naturaliter obligari, nec eam obligationem acquiri patri admittat, *d. l. frater à fratre, in §. quæſitum, ff. de condict. indeb.* Addit, quia hoc caſu natura non patiatur, ut pater ſibi ipſi debere poſſit, quod debet filius: quod à regulæ illius vi diverſum non eſſe patet. Ex contractu vero initio inter fratres, vel inter conſervos, patri, vel domino naturalem obligationem acquiri idem ait., quia nihil poſſit obſtare quominus illi acquiratur, quod falſum eſſe conſtat. Illud enim obſtat, quod diximus, nihil aliud huic acquiſitioni cauſam præbere dici poſſe, quam patriam poteſtatem, quæ cum juris ſit, naturalia jura adimere, & tollere non poſſit, ut dictum eſt. Quod ſi is omnino non agnoſcit (ut quidem cogitur) exiguum tamen ab eo abeſt, cum dicat eam illi patri quæſitam naturalem obligationem interim ceſſare, nec patri acquiſitam videri, quandiu peculium apud filium manere patitur. Ex quibus hæc parum ſibi cohærere, & invitum ad ea, quæ aſſerimus agnoſcenda pertrahere, facile perſpici poteſt. Quam inepte vero adverſus id argutatur, à quo dixi omnia hæc interpretationem planam, & apertam aſſumere, quippe quod ait Ulp. *in l. 1. in pr. ff. ſi quis à par. man.* Quodcunque ſibi filius acquirit, ejus emolumentum patri acquirere. Si quodcunque, inquit: ergo naturalis obligatio. Hic ſeſe prodit paralogiſmus conſequentis à toto non univerſaliter ſumpto ad partem. Non enim ſimpliciter dixit Ulpianus, quodcunque acquirit filiusfamilias, id eum patri acquirere, ſed ejus emolumentum patri acquirere. Non igitur omnem acquiſitionem complectitur univerſalis illa dictio, quodcunque, utpote minime univerſaliter ſumpta conſequentis habita ratione, verum emolumenti tantum: at in nudo obligationis jure non conſiſtit emolumentum. Quo pertinet & quod ab Ulpiano dicitur *in l. placet 73. ff. de acq. hered.* Cum hereditas, aliudve quid ei, qui in poteſtate eſt, acquiritur, confeſtum acquiri ei, in cujus poteſtate eſt, ut hoc ad emolumentum, quod inde obveniat, referamus, non autem omne qualecunque ſit jus: quod propemodum illic initio ſenſiſſe videtur Accurſius, prob. argum. *l. cum filiusfamilias 11. in verb. per quos commodum, ff. de leg. 1. & l. quæ legata 18. ff. de diverſ. regul. jur. in verb. eorum commodum, & princ. tit. per quas perſ. nob. acq. in Inſtit. in verb. ut et quod ab actione commodum.* Ut conſtat non eo minus penes filiumfamilias heredem inſtitutum jus heredis manere, ex quo etiam conſequantur effectus plures, *l. qui hominem 74. §. quidam, ff. de ſolut.* Quo & illud refellimus, quod idem ait, emolumentum obligationis nihil aliud eſſe, quam ipſam obligationem, quaſi idem propemodum hac in re velit, quod in eo Seneca, quo non aliud hereditatem exiſtimabat eſſe, quam res hereditarias, & ea, quæ in hereditate eſſent, *libr. 6. de beneſ.* cum tamen conſtet hereditatem jus eſſe, & in jure conſiſtere, *l. hereditatis appellatio 119. ff. de verb. & rer. ſign. l. hereditas etiam 53. ff. de pet. hered.* Nec mutat quidquam, quod ex hac ſententia noſtra ait conſequi idem in cæteris dicendum, ut quodcunque aliud filius acquirat, ſive civilem obligationem, ſive hereditatem, ſive legatum, ejus emolumentum patri acquirat, non hereditatem ipſam, non legatum. Nam quæ & civili modo acquiruntur, & à ſolo civili jure pendent, ea facilius in patrem transferri poſſunt, ex præced. reg. præd. *l. ea, quæ civiliter.* Qua ratione quodcunque ſtipulatur qui in alterius poteſtate eſt, pro eo haberi dicitur, ac ſi ille, in cujus poteſtate ſit, ſtipulatus fuiſſet, *l. quodcunque 45. in prin. ff. de verb. oblig.* At in hereditate aliud exiſtimave-

A rim: nam licet ipſa hereditas juris civilis nomen ſit, tamen hereditas, aut legatum filio, vel ſervo relictum, in perſona, & filii, & ſervi vires capiunt, *l. debitor 84. §. ſervo alieno, ff. de leg.* 2. ac eo maxime, quod horum voluntate tunc opus ſit, *l. 3. verſ. potuit enim, quamvis jubente domino, nolle adire, C. de hered. inſtit. l. qui in aliena 6. §. ult. ff. de acq. hered.* Itaque & hereditas, & legatum eorum perſonæ hæret, prob. *d. l. cum filiofam. & d. §. ſervo, & d. l. quæ legata, & l. ſi uſuſfructus 14. in fin. ff. quand. dies leg. ced.*

Nihil abſurdi ex eo conſequi, quod in hypotheſi præd. Aphricani reſponſo accommodata, contingere poſſit, B *unum ex fratribus nihil ex fratris peculio conſequi, cum alter ex ipſius peculio non exiguam quantitatem conſequatur.*

CAP. VII.

JOHANNES ROBERTUS.

SUPERIORI illi ſententiæ noſtræ in his, quæ poſteriore loco ab illis ſcripta ſunt, non video quid obſtet, niſi ſi forte, quem prima fronte illud movere poſſit, quod ex illa noſtra ſententia illorum alter duo abſurda ſequi ait, quæ quo clariora ſint, ejus hanc hypotheſin aſſumemus, & excutiemus. Duos proponit fuiſſe fratres, primum, & ſecundum, quorum C quiſque centenos aureos in peculio habuerit; primum autem à ſecundo quinquaginta mutuatum eſſe, & poſtea patrem deceſſiſſe, ac fratres illos duos ex æquis partibus ei ſuccedentes, poſtea paternam hereditatem, ſimulque utriuſque peculium, quod cum hereditate permixtum eſſet, pinguius, ut ille ait, diviſiſſe, hoc eſt (ut interpretatur) nulla deductionis ejus, quod debebatur, ratione habita: ſicque ex primi peculio, quod 50. tantum aureorum fuit, ſecundum abſtuliſſe 25. tantum aureos: ac primum ex ſecundi peculio habuiſſe 50. Et hæc cum ita eſſent, primum 50. quæ debebat, per errorem ſolviſſe ſecundo. In qua ſpecie ſi quæratur quantum primus à ſecundo indebiti condictione repetere poſſit, ſi reſponderimus juxta illam ſuperiorem ſententiam noſtram, id colligit futurum, ut ſecundus habeat 25. minus ex peculio ſuo, quam ille primus, & quam naturalis æquitas dictet. D Quod quidem ita ſequeretur, ſed ex perverſe poſita hypotheſi: ſi quidem cum aſſumpſiſſet unumquemque illorum centum in peculio habuiſſe, ubi poſtea proponit poſt mortem patris, cum fieret pinguius (ut vocat) diviſio, nulla reputatione, & deductione facta ejus, quod à primo deberetur, aut ſecundo debitum eſſet, ut propoſuit primi peculium 50. tantum aureorum fuiſſe, ex quo ſecundus 25. tantum abſtulerit, ita debuit proponere, & ſecundi quoque peculium, quod etiam cum hereditate pinguius diviſum eſt, 50. tantum aureorum fuiſſe, ex quo viciſſim, & ipſe primus 25. tantum aureos abſtuliſſet: ſicque nulla prorſus in eo eſſet inæqualitas, ſi poſtea ſoluta exinde à primo 50. poſtea is eadem illa 50. duplici ratione ibi tradita repetat. Atque etiam ſi hoc dedero, ut mutata illa ab eo propoſita hypotheſi ponamus, ſecun- E dum ultra id quod debebatur, centum in peculio habuiſſe, primum vero 50. tantum, ſicque ſecuturam inde eſſe inæqualitatem: quid miri, quidque abſurdi? cum etſi nullum inter eos mutuum antea fuiſſet contractum, æque inæqualitas eadem quoad peculium inter eos ſecutura fuiſſet: quippe, ut primus ex ſecundi peculio haberet 50. ſecundus vero ex primi 25. tantum. Nam ſi verum eſt, quod ut eſt veriſſimum, idem quoque admittit, permiſceri peculium cum patris hereditate, ſimulque communicari, & dividi, *l. certum 13. C. fam. erciſc.* nec referre, penes quem res illæ ſint, aut non ſint, *l. filiæ licet 12. C. de collat.* ſi ponamus patrem 450. aureos in bonis habuiſſe, primi filii peculium 50. tantum, ſecundi vero 100. aureorum fuiſſe: ita fiet, ut quiſque 300. auferat per conſequens, cum ex ſolius patris ſubſtantia quiſque 255.

aureos tantum habiturus fuerit. Si peculii rationem ſeorſim ponas, ut illo quoque non obſlaote à juris autoribus miri videmus, primus ex ſecundi peculio 25. habiturus eſt: ſecundus vero ex primi peculio nihil. Imo vero etſi primus nihil in peculio habuiſſet, ejus peculii defectus non obſtaret, quominus peculii, quod ſecundi fuit, dimidiam partem auferret. Sicque eo illud abſurdum plane ſubverti dicimus, quo idem ille ſecundo loco proponit ſuturum ot deducamur, atque prope flagitioſum quoque vocat, eo caſu quo primus nihil in peculio habuerit, & ſecundus illi 50. crediderit, primum, ſi poſt patris mortem eam naturaliter tantum à ſe debitam pecuniam errore ſolverit, pro ea parte, ex qua heres eſt; illam repetiturum: Sicque fieri, ut primus ex ſecundi peculio conſequatur 25. ſecundus vero ex primi peculio nihil omnino, ut quod nullum ſit. At contra exinde ex 50. illi ſolutis abſtrahuntur illi 25. indebiti condictione, non quia id inducat compenſatio, ut inde ſupponit Obſervator, ſed magis id, quod effectus naturalis obligationis in dimidia parte extinctus ſit prupter hereditatis paternæ obventionem, ut dictum eſt. Quod ſi flagitioſum eſſet, flagitioſa quoque, & illa lege introducta fateri cogeremur, quæ tamen, & ille ipſe admittit, nec inficiari poteſt, prub. *d. l. certum*, *& d. l. filiæ licet*.

Atque ſuperioribus illis anfractibus vitatis, ſic plane hypotheſis prædicti Aphric. reſponſi rectius proponetur: Cum duo eſſent fratres, primus & ſecundus, in ejuſdem patris poteſtate exiſtentes, quibus peculium profectitium conceſſum à patre eſſet, & ſecundus primo 50. mutuo dediſſet, poſtea patre mortuo uterque 50. in peculiaribus rebus haberet, minime computata illa mutuæ pecuniæ à fratre datæ obligatione, aut quoad eum, à quo deberetur, aut quoad illum, cui ea deberetur: relicta autem à patre eſſent 400. aureorum, quibus admixtum utriuſque filii peculium ſummam quingentorum aureorum conſtitueret, id omne ex æquis partibus diviſum eſt: ſicque effectum, ut quiſque filiorum 250. aureos auferret. Poſtea primus ſecundo quinquaginta exſolvit, idque facti errore, puta, exiſtimans vel mutuum id poſt patris mortem contractum fuiſſe, vel ex cauſa caſtrenſis peculii ipſius ſecundi. Quæſitum eſt ab Aphricano, an ea 50. quaſi indebite ſoluta repeti poſſent? Is vero ſic reſpondet, ut ſimul reſponſi rationem ita explicet, utique pro ea parte, qua ipſe primus patri heres extitiſſet, repetiturum, ex illa ſuperiore ratione, qua diximus in ea parte devoluta eſſe jure hereditario ad eundem debitoris, & creditoris jura, ſicque eo extinctam fuiſſe naturalis illius obligatiuois, quæ in cujuſque eorum perſona ſubſtiterat, vim & effectum. Pro altera vero parte ita demum ait repetiturum, ſi non minus ex peculio ipſius primi ad ſecundum fratrem perveniſſet: quia naturalis obligatio, quæ fuiſſet, hoc ipſo ſublata videatur, quod peculii partem ſecuodus frater, & idem creditor ſit conſecutus. Partem autem peculii intelligit conſecutum, non eo tantum, quod ipſo actu, vel cum rebus paternis, vel ſeorſim à rebus paternis diviſæ ſint cujuſque eorum res peculiares: verum eo, quod morte patris cum ipſis rebus paternis commixtum fuerit utriuſque peculium, & ejus tam quoad res, quam quoad jura peculiaria communicatio ipſo jure facta. Quod ſi minus ipſa naturalis obligatio plane ſublata fuerit, utpote filiorum perſonis hærens, attamen ejus vis eo ſit extincta, quod ipſi peculio inhæreant iſtiuſmodi obligationum jura & onera, quæ ipſo jure peculium augeant, & minuant, ut poſtea propoſitis exemplis ibidem comprobat Aphrican. Sicque eo admiſſo fit, ut cum primus poſt diviſionem hereditatis paternæ, ſimulqne utriuſque peculii 50. errore ſulverit, niſi integra ea condiceret, ut dictum eſt, eo minus eſſet habiturus quam ſecundus ipſios frater; at ſolida condicens, tantundem penes unumquemque eorum ex paterna hereditate, ſimulque utriuſque peculio maneat, ſicque quiſque 250. habeat: tametſi non inficier ſic aliter proponi poſſe ſpeciem, ut inæquales ſint iſtorum partes, ſi illud ſimpliciter ſpectes, quod alter plus, alter vero minus in peculio habuerit, ſed ita ut id non efficiat ipſa, quæ fit juxta ſuperiorem rationem indebite ſoluti repetitio, ſed utriuſque peculii communicatio, & cum paterna hereditate æqualiter facta diviſio: quandoquidem, ut perſpicue jam demonſtratum eſt, idem contingeret eo caſu, quo nullam ab uno ex fratribus alteri pecuniam mutuo datam proponeremus. Ita nulla in eo abſurditas, nullum ut dixi flagitium, etiam in eo quod contingat ſecundum ex primi peculio nihil conſequi, cum tamen primus ex ſecundi peculio non exiguam quantitatem auferat.

ANTONIUS MERCATOR.

NOn potuiſti tibi temperare quin, & hoc capite, quod dirigis ad alium, aſpergeres aliquid in Obſervatorem jure, vel injuria. Si frater, qui à fratre pecuniam peculiarem mutuatus eſt, nihil habuerit in peculio, & poſt mortem patris fratri pecuniam ſolverit per errorem, eam pecuniam condicit pro parte, qua patri heres extitit. Cur ita? Quia, inquis, ut Obſervator ſupponit, hoc inducit compenſatio. Marrucine, ubi vero hoc Obſervator ſupponit, qui hanc ſolam ſæpius rationem iterat, quod pro ea parte confuſione, ſive adquiſitione hereditatis ſublata fuerit obligatio naturalis, & quod genus compenſationis hoc eſt? cujus pecuniæ cum qua pecunia?

Caput, quod ſequitur omittimus, quia nihil ad nos attinet, & quod iteras de emolumento obligationis quæſito patri, non obligatione ipſa, ſatis jam ſuperiore profligavimus.

JOHANNES ROBERTUS.

SCripſit nugivendus (& manifeſtiſſime falſum eſt, quod negat ſe ſuppoſuiſſe, & ſcripſiſſe, cum extet editus ejus tractatus ad Aphrican. in quo id habetur) ſcripſit, inquam, ſi in ſpecie ſupradicti Aphricani reſponſi ex Primi, ejuſdemque debitoris fratris peculio tantundem ad Secundum fratrem creditorem pervenerit, quantum erat in dimidia debiti parte (ultra alteram illam dimidiam, quam indiſtincte repeti poſſe dixerat) & in hac quoque altera dimidia confuſione ſublatam eſſe naturalem illam obligationem: quod ſi minus dimidia parte debiti ex Primi peculio ad Secundum pervenerit, concurrentis illius quantitatis compenſationem fieri, & quia remanſerit naturalis obligatio in eo, quod ſupereſt, ejus quod ſupereſt, repetitionem non eſſe (quæ quidem ſunt ipſiſſima illic nugivendi verba) quod ſi nihil ex Primi peculio ad Secundum pervenerit, & nihil quoque quod ad illam dimidiam attinet, repeti poſſe, quia in tota dimidia illa parte naturalis obigatio remanſerit. At ego, & illo primo caſu obligationis confuſionem, & ſecundo caſu compenſationem (quam inducere voluit, & tamen monitus nunc abnegat) rejiciam, quippe confuſionem ipſius obligationis, ut quæ cum Secundi perſonæ hæſerit, minime in patrem, nec per conſequens in hereditatem tranſlata ſit: attamen admittam ejus effectum eo ſublatum ipſo jure, ob peculii participationem, cujus nulla pars pervenire potuerit ad Secundum, ſine ſuo onere, quale id eſt ejus, quod naturali ſaltem obligatione debebatur: ut ibidem in ſequentibus aliis exemplis ſubjectis docet idem Aphrican. In quo non video quorſum compenſationem fieri voluerit. Quærit, cujus peconiæ cum qua pecunia. Nihil facilius expedire poſſum: Ejus pecuniæ, quæ, quod ad hanc alteram dimidiam ſoluta eſt ex Primi peculio, cum concurrente quantitate alterius dimidiæ, ejus quod Secundo debebatur. Dicet me, quod illi de compenſatione ab eo ineptiſſime inducta objeci, generaliter protuliſſe, & in illa quoque ſpecie id dixiſſe, in qua ex Primi peculio nihil ad Secundum pervenerit. Certe cum hic abſurde tam confuſionem, quam compenſationem introduceret, quod utrumque non convenire contenderem, & generaliter quoque utrumque protuli, ſed ita, ut & ex prioribus Receptæ lectionis defenſionis, & poſterioribus Animadverſionum ſcriptis noſtris, illud me ita ſenſiſſe liquido appateat. At interim compenſationem

in

in hac re ſuppoſuiſſe inficiari non poteſt, cum & in tractatibus ad Aphricanum, & in libello renovatæ adverſus eum diſputationis illius, editum id ſit: quod ſi abſque ipſius mandato actum cauſatur, non obſiſtimus quominus adverſus utrumque typographum illi ſervetur regreſſus, modo interdicatur ne amplius nos id falſo ſuppoſuiſſe temere effutiat, & effreni adeo ore quærat ubi Obſervator ſuppoſuerit, quaſi nuſquam id ſit, quod aperte adeo duobus locis aſſeruerit.

Qui in prædicti Aphric. reſponſi ſpecie intelligendum ſit, confuſione, & participatione naturalem obligationem tolli.

CAP. VIII.

JOHANNES ROBERTUS:

EX duobus à nobis initio propoſitis ad Aphric. reſponſum, poſterius iſtud eſt, quod ille, poſtquam multis diſſeruit confuſione tolli non tantum civilem, ſed & naturalem obligationem (in quo illi aſſentimur) tandem concludit, duobus modis confuſionem obligationis fieri, acquiſitione hereditatis, & acquiſitione peculii, utramque autem prædicto Aphricani reſponſo accommodari: quia altera dimidia ejus, de qua quæritur, obligationis pars, hereditatis acquiſitione ſublata ſit, altera vero acquiſitione dimidiæ peculii, ſi tantundem in ea dimidia peculii parte fuit, quantum in illius obligationis parte dimidia. Utrumque autem hic alter pernegat, & dictu abſurdum contendit, naturalem filiorumfam. obligationem ob peculium ab illis acquiſitum confundi, cum nec peculium, nec hereditatem acquirant, qui ſui heredes ſunt: quia inter aditionem hereditatis, quæ extraneorum, & hereditatis immixtionem, quæ ſuorum heredum eſt, plurimum intereſt, & ex conſequentia inde peculium acquiri dici nequeat (ut quod in hereditate ſit) ſed retineri. Hæc quidem ſubtilius, & accuratius, neque tamen ut locum illum planum reddant, cum idem hic in eo ſibi repugnet, quod propterea negat patris morte extingui naturalis illius obligationis vim, quia ſi ſemel ejus morte extracta fuiſſet, iterum per peculii participationem ea perimi non poſſet: Sic poſt patris mortem peculii participationem fieri aſſumens, ac ita quod ab Aphric. dictum eſt, accipiens. Id vero cum illo, quod exinde aſſerit, manifeſte pugnat, quippe filios peculium multo magis retinere, quam paternam hereditatem. Qua in re eo falli videtur, quod quæ ab Aphric. tum de parte peculii, quam frater ſit conſecutus, tum etiam de peculii diviſione dicantur, ſic interpretatur dicta de ea peculii communicatione, quæ fit per rerum peculiarium actualem, ut vocant, diviſionem, quaſi nulla earum communicatio antea interveniſſe intelligatur, quam actu diviſio facta ſit, & participatio reipſa ſecuta: quod ſi ita eſſet, non poſſent dici peculium retinere, ſed dicendi eſſent acquirere, quod nulla ratione fieret. Nam morte patris ſtatim commune utriuſque peculium fit, ac ita ut neutrius pars ulla ſine ſuo onere, & ſua cauſa alterius fieri, & ad eum pervenire dici poſſit: quale onus, & qualis cauſa eſt id, quod aliquid vel ſola naturali obligatione ratione peculii debetur, vel peculio debitum eſt. Sunt enim ipſi peculio inhærentes omnino iſtiuſmodi obligationum jura, & onera, atque peculium ipſo jure & augent, & minuunt, ut ex eodem Aphric. ibi comprobat. & *in l. ſervus 31. ff. de act. empt. l. ſi quis ſervum 30. cum l. ſeq. & l. depoſui, §. ult. ff. de pecul.* Quo fit, ut ſi tantundem ſit in dimidia peculii parte fratris debitoris, quantum in dimidia ejus quod alteri fratri debetur parte, ob id naturalis illa obligatio non impediat hujus dimidiæ debiti partis ſolutæ repetitionem: quod ea ob iſtam partis peculii, cui onus debiti iſtius hæreret, communicationem patris morte factam ſublata ſit, juxta communem interpretum ſententiam. Sed enim illa, quæ ſubtilius in quæſtionem revocat, eo plane amoventur, quod dicimus, naturalem illam obligationem, quæ utriuſque filii perſonæ, tum active, tum & paſſive inhærebat, patris morte non fuiſſe ſublatam. Qui enim potuit? cum, uti diximus, patris perſonæ minime hæreret (ſiquidem non omne id, quod filiusfam. acquirat, patri quæratur, ſed ejus tantum emolumentum, juxta *d. l. 1. in princ. ff. ſi quis à paren. man.* juncto arg. prin. tit. *per quas perſ. nob. oblig. acquir. in Inſtit. in verſ. ut quod ab actione commodum*) verum ejus obligationis vim & effectum patris morte fuiſſe extinctum, idque ſtatim mortuo patre omni ex parte, ſi de filii debitoris peculio tantum ad filium creditorem pervenit, quantum fuit in dimidia illius debiti parte, juxta illa, quæ & antea a nobis ſcripta, & proxime repetita ſunt.

Non idem eſſe dominium, & proprietatem: & maritum dotalium rerum conſtante matrimonio vere, non autem fictitie, dominum eſſe.

CAP. IX.

JOHANNES ROBERTUS.

DOCUI ante multos annos, & editis Sententiarum mearum libris aſſerui pluribus, aliam eſſe proprietatis vocis, quam dominii ſignificationem; idque inter duo illa intereſſe, quod proprietas non aliud ſit, quam jus, quo res mea eſt: dominium vero ſit jus de re diſponendi, quod non tantum ex proprietatis, ſed & alia etiam cauſa competat: cum tamen & veteres interpretes proprietatem nihil aliud, quam dominium eſſe, ſed directum tantum, & alii exinde plane inter proprietatem, & dominium nihil intereſſe exiſtimaverint: ſicque etiamnum ubique explicant, dominium, id eſt proprietas, & proprietas, id eſt dominium: quia non alius ſit dominus, quam qui proprietarius ſit, hoc eſt, qui proprietatem habet: quod ſi qui alii domini dicantur, per abuſionem id fieri, ut dici dominos, & uſusfructus, & poſſeſſionis admittunt. Qui autem, & quatenus uſusfructus, atque etiam ſervitutis realis ratione dominus quis dici poſſit, explicui abunde præd. loco. At poſſeſſionis dominum quem dici nuſquam comperio, ſed nec quidquam adfine. Nam ſive ad eorum dominium, qui ex Prætoris edicto bonorum poſſeſſionem acceperunt, id referas, non recte eos ſimpliciter poſſeſſionis dominos factos dixeris, cum in omnibus eos vice heredum eſſe, & tantundem bonorum poſſeſſoria hereditatis petitione conſequi lex voluerit, quantum civilibus actionibus heredes, *l. 2. ff. de bon. poſſ. & l. ult. ff. de poſſeſſ. hered. petit.* ac per conſequens, & proprietatem hereditariarum rerum, non autem ſimpliciter poſſeſſionem. Quod ſi & ad alios poſſeſſores id referas, abſurdius. Nam licet iſti, fructus, quos percipiunt, ſuos faciant, quin etiam plus juris in percipiendis fructibus habere dicantur, quam uſufructuarii, *l. qui ſcit 25. verſ. præterea, ff. de uſur.* non tamen jus ullum habent in corpore, cujus juris ratione fructus, quaſi domini ſint, percipiant, & ſuos faciant, aut aliter re utantur, ut quidem & uſusfructus, & ſuperficiei, ac ſervitutis realis jura habentes, jus in corpore, & ejus juris ratione dominationem aliquam habere, prob. *l. 2. ff. de uſufr. l. 1. ff. ſi ager vect. vel emphyt. l. 2. §. qui ſuperficiem, ff. de ſuperfic. l. ſi tibi, §. ult. ff. de leg. 1. l. ſemper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam,* juncta *l. via, §. ſi fundus ſerviens, & l. ſi communi, & l. tria, & l. cum eſſent, in fi. ff. de ſervit. ruſt.* Atque ita dominationem quoque pro dominandi jure dictam interpretor, quod nihil aliud ſit quam dominium, in *l. duo fratres 77. ff. de acq. hered. l. ſi id quod 64. ff. de condi. indeb.* adeo ut & perſonalium quoque actionum dominus is dicatur, cui hæ competunt, ut mulier dicitur actionum adverſus maritum competentium domina, *κυρία τῶν ἀγωγῶν τῶν κατὰ τοῦ ἀνδρὸς*, in *§. illud, in Auth. de æqualit. dot. nov. 97.* quia jus habeat non quidem proprietatis, cum nullum ſit incorporalium rerum, ſed quale

in ea incorporali re, & perſonali jure haberi poteſt : cujus ratione eo uti, & de eo diſponere, ſicque & dominari poſſit. Iſtiuſmodi autem nihil habent poſſeſſores, nec quidem quoad percipiendos fructus, cum nec quivis poſſeſſor fructus ſuos faciat, neque qui ſuos faciunt, quoſvis ſuos efficiant, *l. fructus* 45. *ff. de uſur. l. bonæ fidei* 48. *ff. de acq. rer. dom.* Per conſequens, nec propter jus, quod in re, & corpore habeant, id illis tributum ſit, ſed & bonæ fidei, & culturæ curæque ratione, *§. ſi quis à non domino, de rer. diviſ. in Inſt. d. l. qui ſcit*, arg. *l. 3. C. de condict. ex leg.* juncta *l. certum* 22. *C. de rei vendic.*

Verius itaque dicimus non idem eſſe dominium,& proprietatem, etiam eo caſu, quo & de pleno dominio, ſive proprietatis plenæ dominio, & plena proprietate loquimur : ſed id inter hæc duo intereſſe, quod inter cauſam, & effecta, ut dominium ſit effectum proprietatis, quaſi cauſæ, ut non aliam cauſam id, quod abſolute dominium vocamus habere poſſit, quam proprietatem: cum tamen aliæ cauſæ exiſtant alterius dominii, ſive dominandi juris : quippe, vel jus emphyteuſeos, juxta *l. poſſeſſores, de fund. patrim. lib.* 11. *C. l. ult. de loc. præd. civil. lib.* 11. *C. Auth. ſi dominus temporalis, C. de hæret. & Manich.* arg. *d. l. 1. in fin. ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. vel jus uſusfructus*, juxt. *l. 3.* juncto arg. *l. 5. ff. ſi uſusfruct. pet. & l. 4. & l. 7. ff. de uſufruct.* aut etiam matrimonii, cujus ratione dotalium rerum maritus ſit dominus, ut mox dicemus. Sed cum plena dominatio, ſive plenum perfectumque dominandi jus illud ſit, quod proprietatis plenæ ratione nobis competat, eo fit, ut abſolute prolata dominii vox, non ad aliud regulariter,quam plenum illud dominium referatur : ſed ita tamen, ut quo & alterius generis dominia eſſe intelligamus, ſæpius cum cauſæ ſuæ adjuncto ponatur, & proprietatis dominium vocetur : Neque tantum in iis, in quibus cum de uſusfructus jure agitur, lex dominium id, quod tunc proprietatis nudæ tantum ratione competit, ab illo ſecerni eo voluit, quod juris uſusfructus ratione ad uſufructuarium pertineat : quaſi aliquid ſit à proprietatis dominio diverſum uſusfructus dominium, ut in *d. l. 5. l. ſi ita legatus* 17. *ff. de uſu, & hab. l. ſed & ſi* 12. *ff. ad l. Aquil. l. ſi domina proprietatis* 10. *C. de uſufr.* Verum, & in quibus nulla uſusfructus fit mentio, *l. proprietatis dominium* 4. *de prob.* Ex quibus, & illud ſequitur, quod illorum errori cauſam præbuit, ut cum in eo, quod de cauſis, & earum effectis quærimus maxima hæc ſit propoſitio, *Cauſas ab effectis ſuis non ſeparari* (*ut ait Boet. in Top. Cic.*) alterum alterius loco ſumi in multis videatur, atque etiam nonnunquam ſumatur, ſed non ut vere, & proprie utrumque idem ſit, nec magis quam ignis, & calor idem dici poteſt, aut ſol, & lux, vel (ut exempla, & ex jure noſtro petamus) quam continuatio poſſeſſionis per tempus lege definitum, & uſucapio, quam aditio hereditatis, & rerum hereditariarum acquiſitio, quam matrimonium, & dotalium rerum in mariti dominium tranſitus. Quod poſtremum comprob. *ex Cic. in Top.* quo loco argumenti ab effectis rebus exemplum proponit in ipſa mulieris in viri manum conventione, quæ id efficiat, ut quæ mulieris fuerunt, viri fiant dotis nomine. In quo non dixit intelligi, aut fingi viri eas res fieri, ſed ejus fieri, quod ibidem ſubſequitur Boetius, ut quidem iiſdem verbis eaſdem res mariti eſſe nominatim dicuntur, *in princ. titul. quib. alien. licet, in Inſtit. & in l. dotis fructus* 8. *§. ſi res in dotem, ff. de jur. dot.* Et cum dicamus traditionibus rerum dominia transferri : ſiquidem traditio nuda non ſit, verum eam præceſſerit juſta dominii transferendi cauſa, *l. traditionibus, C. de pact.* juncta *l. nunquam nuda* 31. *ff. de acq. rer. dom.* conſtat hanc matrimonii intervenientis, & dotis cauſam inter eas connumerari : ex quibus traditione facta, ſiquidem tradens dominus fuit, dominii, quod ſi non fuit, uſucapiendi conditionis translatio haud aliter fiat, quam ex præcedente emptionis, aut ſimplicis donationis cauſa, *§. per traditionem, in fin. de rer. diviſ. in Inſtit. l. 1. & l. ult. ff. pro dote*. Unde nominatim rei dominium eo in maritum transferri, & rei dominium ei quæri dicitur, *l. ſi ego* 10. *§. ſi res, & l. quamvis* 78. *circa fin. ff. de jur. dot. l. ſi prædium* 23. *C. de jure dot.* Idque eo magis comprobatur, quod effectus quoque dominii inde conſequuntur, qualis eſt vendicationis, quæ conſtante matrimonio ob id mulieri denegetur, marito vero competat, *l. doce ancillam* 9. *C. de rei vend. l. de iis* 11. *C. de jure dot.* Illi autem ſoli vendicationem competere conſtat, qui vere dominus ſit, nec alii, *l. Quintus* 29. *§. pen. ff. de aur. & arg. l. in rem* 24. *in pr. ff. de rei vend.* ut etiam is dotales ſervos manumittere poteſt, *l. ſervum dotalem* 21. *ff. de manumiſſ.* Quin & ſic vere dominus eſt, non autem fictitie, ut & illarum rerum dominium ad heredes tranſmittat, cum ſuo tamen jure, ut ab his alienari nequeant, & eas ex lege conventionis reſtitui oporteat, *l. quædam* 62. *ff. de acq. rer. dom. l. 1. ff. de fund. dot.* In quibus omnibus quis fictionis argumentum ullum deprehendere poſſit ? Ut quidem qui id noviſſime prodidit, cum infirmam hanc (quæ aliorum quoque eſt) diſſolutionem eſſe perſentiſceret, quo duabus ſimul ſellis tutius ſeſe ſuſtentare poſſet, aliam quoque adjunxit, maritum inſpecto initio, quo tradita eſt dos, eſſe dominum, at exitu, & effectu inſpecto mulierem eſſe dominam. Sed velim ab eo additum, an initium illud, quod ſolum in marito inſpici vult, momento tantum, quo traditio facta eſt, ſtet, ita ut aliquo ſaltem tempore dominium traditione quæſitum penes eum extiterit : an vero tandiu perſtiterit, quandiu matrimonium permanſerit. Illud prius plane ridiculum : Poſterius vero his quæ aſſerimus, convenit, & quod ex adverſo mulieris etiam conſtante matrimonio, dos eſſe, & in ejus bonis & ipſius proprium matrimonium exiſtere dicitur, *in d. l. quamvis, & l. 4. ff. de collat. bon. l. 3. §. ſed utrum, in fi. ff. de minor.* Unde etiam effectus plerique conſequantur, *ut in l. divortio* 8. *§. ſi fundum, & l. ſi conſtante* 25. *§. ſi maritus, ff. ſol. matr.* Sic rectius componemus, ut juxta proprietatis, & dominii diſcrimen à nobis propoſitum, intelligamus rerum in dotem datarum dominio, hoc eſt, dominandi, & diſponendi jure certis ſuis finibus concluſo & limitato, vere penes maritum conſtante matrimonio, non quidem fictitie, interim penes mulierem earum proprietatem manere, cujus vis conſtante matrimonio quoad eam in hoc interquieſcat, ne ipſa dominandi jus habeat, quia id in maritum ejus voluntate fuerit translatum. Quod ne Juſtiniani quidem conſtitutione immutatum arbitror, *in l. in rebus, C. de jur. dot.* ſed duo tantum illa lege plenius fuiſſe conſtituta : Et ne pignoris obligatio in illis rebus per maritum contracta mulieri noceat, ſed ea ſemper prior in eo jure quoad res illas eſſe cenſeatur, & cæteris creditoribus præferatur : Et cum antea dirempto morte mariti matrimonio earum rerum dominium ad ejus heredes tranſiret, nec ante reſtitutionem ab iis heredibus factam ad mulierem reverteretur, *d. l. quædam, & d. l. 1.* ut ex ea conſtitutione mulier abſque iſtiuſmodi reſtitutione, quaſi dominium ſemper penes eam manſerit, rerum illarum vindicandarum poteſtatem habeat. Atque ſi fictio ulla hac in re ſubintelligenda eſſet, ea quidem ipſius mulieris perſonæ potius, quam viri accommodanda foret, cum dicatur in ejus bonis dos eſſe intelligi, & dos illi deberi, non autem ſimpliciter ejus eſſe, *d. l. 4. ff. de collat. bon. d. l. ſervum dotalem, in fi.* Et quod *in d. l. in rebus*, à Juſtin. dictum eſt, non eo quod legum ſubtilitate earum rerum tranſitus in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritatem deletam & confuſam eſſe, cum initio illius legis nominatim expreſſum ſit agi de earum rerum vindicandarum poteſtate mulieri poſt diſſolutum matrimonium concedenda: patet manifeſto verba illa ad eam ſolam legum ſubtilitatem eſſe referenda, qua rerum illarum dotalium dominium ad mariti heredes (quaſi in mariti patrimonio permanſerint) tranſire diximus : qua ratione ante reſtitutionem ab herede factam, illarum vindicandarum poteſtatem mulier non habebat, quia ad heredes dominium rerum illarum per univerſitatem tranſiret, & traditione marito quæſitum ſine retraditione ad mulierem reverti juris ſubtilitas non pateretur, *d. l. quædam, d. l. 1. ff. de fund. dot.* junct. *l. nihil tam naturale, ff. de reg. ju.* Jus vero, quod conſtante matrimonio

ſub-

ſubſtiterit, verba illa nulla modo reſpiciunt, ut illius legis contextu omnino apparet.

ANTONIUS MERCATOR.

DOminium poſſeſſionis, quod nuſquam reperiri dicis, reperies in *l. 1. C. Greg. ſi ſub alt. no. res emp. erit.* Cum, inquit, dominium poſſeſſionis, quod habuiſſe ſemper, & adhuc habere proponis, ſecurus obtineas, quod eſt, cum poſſeſſionem obtineas, cum inductus ſis in poſſeſſionem, ut *l. 2. eod. tit.* Item in *l. 2. C. Th. de mat. bon.* *Res*, inquit, *maternas, ita haberi placet in parentum poteſtate, ut dominium tantum poſſeſſionis uſurpent, alienandi vero licentiam facultatemque non habeant*, & ita, quod dominium bon. poſſeſſio tribuere dicitur in *l. 1. de bon. poſſ. l. debitor, §. 1. de pig. act.* eſt dominium B poſſeſſionis tantum, non proprietatis, & juſſus poſſidere, qui dominus fieri dicitur, *l. 1. de fun. dot.* dominus tantum poſſeſſionis fit, non proprietatis. Prætor, ut heredem, ita dominum, id eſt, proprietarium facere non poteſt. Heredem, aut dominum facere legis eſt, poſſeſſorem facere, juriſdictionis. Porro dominium eſt genus: Poſſeſſio, uſusfructus, Proprietas, ſpecies: nec quidquam aliud inter proprietatem, & dominium eſt. Et recte in *l. ſi procurator, de adq. rer. dom.* Dominium, id eſt, proprietas, quod adjecit, ne quis dominii appellatione intelligeret poſſeſſionem, quamquam & hanc ipſam ſatis conſtat per procuratorem acquiri: ſed & proprietatem per eum adquiri docere voluit. Hæc ſunt certiſſima, à quibus tu aberras maxime, cum etiam ſpecialiter dominio accepto pro proprietate, id vis à proprietate C differre tanquam effectum à cauſa: cujus rei quem auctorem habes? aut, quis poſſit unquam inveniri tam ineptæ rei auctor? Synonyma hæc facit *d. l. ſi procurator*, non ergo eo diſtant inter ſe, quo ab effectu cauſa. Tu ipſe cum ſeparas proprietatem à dominio, & dominium dotis das marito, proprietatem uxori, ſimul atque ais cauſam ab effectu ſeparari non poſſe, præbes nobis perquam idoneum argumentum negandi proprietatem eſſe cauſam, dominium effectum. Marrucine, dominium & proprietas, idem eſt prorſus, & cauſa dominii, vel proprietatis traditio, vel uſucapio, quæ ſunt duo ſumma genera adquirendi dominii proprietatis. Et tam proprietas, quam dominium dotis dicitur eſſe mariti *l. cum in fundo, de jur. dot.* illo loco: *Maritum per dotem conſequi plenam fundi proprietatem*: nemo te inſipientior fuit, vel D eſt, vel futurus eſt unquam, nemo imperitior, nemo impotentior veri: nam & hoc conſequens eſt, ut imperitus non poſſit adſequi verum, juxta illud Oppiani: *ἀιεὶ ἀπειρήτων νόος ἀνδρῶν ἀνέμαχος, οὐδ᾽ ἐθέλει ἢ ἀρρεκέεσσι πείθεσθαι*. Quæ imperitia eſt ſic argumentari; Poſſeſſor non habet jus in re, ergo non eſt dominus. Imo habet jus poſſeſſionis: ergo eſt dominus poſſeſſionis. Itemque adfirmare bon. poſſeſſorem à lege conſtitui heredis vice: debuiſti dicere à prætore, non à lege, ut *l. cum emancipatus in pr. de bon. poſ. con. tab.* nec debuiſti addere, quod eſt falſiſſimum, cum adquirere proprietatem rerum hereditariarum, quia prætor proprietarium, ſive dominum non facit.

Quod autem attinet ad quæſtionem illam, Maritus fingatur dotis eſſe dominus necne, videamus quibus argumentis utaris, ut probes eſſe vere dominum. Conventione in manum, inquis, omnia, quæ mulieris fuerunt viri fiunt dotis nomine. Eſto, & fiunt vere. Eſto: ergo, & datione dotis quælibet dos vere fit in dominio mariti? nego conſequentiam: aliud enim eſt conventio in manum, longe aliud dotis datio. Conventio in manum eſt capitis deminutio, quæ cum capite, & omnia bona, quæ mulieris fuerunt re vera in maritum transfert. Datio autem dotis ſine capitis deminutione, ſive omnia bona dentur in dotem, ſive pars bonorum, contractus eſt, *l. exigere, de judic. l. 23. de reg. jur.* qui re vera earum rerum dominium in maritum non transfert, ſed ut definit *l. in rebus, C. de ju. dot.* mulier earum rerum do-A mina eſt jure naturali, quia & ex fructibus ejus exhibetur, & quandoque dos ei reſtitui debet: maritus ſubtilitate, & fictione juris civilis, quod ab initio eo voto detur ei, ut ejus fiat, vel quod idem eſt, Dos mulieris eſt, dos eſt res uxoria, non maritalis: conſtante autem matrimonio in bonis mariti eſt, *l. quamvis, de jur. dot. l. Lucius, §. idem reſpondit, ad municip.* mariti perfecte non eſt, quia ex caſu ei auferri poteſt, *l. 139. §. 1. de reg. jur.* & in Inſtitutionib. non dicitur etiam dominus ſimpliciter, ſed dominus dotis cauſa, ſicut fundo dotali æſtimato non emptor ſimpliciter, ſed emptor dotis cauſa, *l. quotiens, de ju. dot.* Nec dicas matrimonium eſſe cauſam adquirendi dominii dotis, ſed dationem, vel traditionem, *l. 5. ſol. matrim. l. dotale, §. dotale, de fun. dot. l. ſi ſocius, pro ſoc. l. quoties, §. ult. de peculio.* Matri-B monium, cauſa eſt dotis conſtituendæ, Dos, cauſa & titulus traditionis, Traditio, dominii. Etiam nihil valet argumentatio ducta ex propoſitione falſa. Ei ſoli competit vindicatio, qui vere dominus eſt: nam & non domino utilem vindicationem competere, quis neſcit? ac poſtremo deficit tibi ratio omnis calumniandi verba *d. l. in rebus*, quæ ſunt apertiſſima: Res dotales naturaliter in mulieris dominio permanſiſſe, nec quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritatem deleri, vel confundi. Audis rei veritatem: ergo mulier re vera eſt domina, non maritus. Et paulo poſt: ex naturali jure res mulieris eſſe, ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perveniſſe videri. Tu ut hanc diſtinctionem inter jus civile, & jus naturale tollas, & fanaticam illam introdu-C cas inter proprietatem, & dominium, quid commniniſceris? nempe ex legum ſubtilitate dominium dotis tranſire ad heredem mariti, re vera ad maritum: primum lex ait, ad patrimonium mariti, ad ſubſtantiam mariti, nec de herede mariti, aut hereditate loquitur: deinde, quid agis, aliudne dominium tranſit in heredem, quam quod defunctus habuit? an, quod in defuncto fuit verum, non erit etiam in herede verum, ſed fictitium? deinde quem tu mihi heredem mariti commemoras? quaſi lex tantum ad dotem pertineat, quam mulier perſequitur morte mariti ſoluto matrimonio: an non pertinet etiam ad eam, quam divortio facto, vel etiam, quæ conſtante matrimonio? ac poſtremo, quam eſt futile, & commentitium illud, ante *d. l. in rebus*: morte viri ſoluto matrimonio non potuiſſe mulierem res dotales, quæ per D univerſitatem ad heredem mariti tranſierant, ab eo vindicare, cum aperte *l. 1. de fun. dot.* dicat eas tranſire cum ſuo jure, & ſecundum quod poſſibile eſt, quod eſt *κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον*, quatenus rei, qua de agitur conditio patitur, videlicet non ut eas res tantum heres alienare non poſſit, ſed ut, & mulier ipſa quaſi domina jure gentium, ut ſuas vindicare poſſit, vel ut res mariti actione hypothecaria, & *l. in rebus* privilegiarias tantum actiones in rem. & hypothecariam fecit, quæ mulieri jam competebant, ſed non erant privilegiariæ. Competebat etiam perſonalis, quaſi rerum ſibi debitarum, & hæc ſemper fuit privilegiaria.

JOHANNES ROBERTUS.

E NOn dixi nuſquam reperiri dominium poſſeſſionis, verum ſcripſi dominum poſſeſſionis aliquem vocari nuſquam me comperiſſe, de juris civilis noſtri voluminibus intelligens. Sed & illis duobus locis, quos contra nos objectat oblatrator, ex Codice Gregoriano, & Theodoſiano, etiamſi admiſerimus dominium poſſeſſionis, ipſius juris poſſeſſionis reſpectu id dici, non tamen ex eo ſequetur, probatum aliquem dominum poſſeſſionis vocari, cum dominii vox latiſſime jus dominandi, & rei moderandæ ſignificet, ut pluribus explicui, & illi duo loci ad ſententiæ meæ comprobationem faciunt. Ac licet hæc duo conjugata videantur, dominium, & dominus, eſt tamen in horum appellatione, quod vim cujuſque aliquo diverſam nonnunquam ſubinſerat, qua ratione, quod

de uno, non ſemper, & de altero dictum intelligi poſſit. Nec urget, quod adducit ex *l. 1. ff. de fund. dot.* Non enim, qui poſſeſſionis dominus, ibi dicitur ſimpliciter dominus, eo quod poſtea ſecundo decreto juſſus poſſidere, propter ſecundum illud decretum, quod non ſolum poſſidendi jus, ſed & quaſi titulum, atque inde uſucapiendi jus tribuat, is dominus, pro quaſi domino ſimpliciter vocetur. Quod autem bonorum poſſeſſores dominium tantum poſſeſſionis habere ait, non autem proprietatis, id nec legis ullius autoritate, nec ulla ratione probat: at contra hos hereditariarum rerum dominium obtinere lex ſimpliciter ait, prob. *l. 1. ff. de bon. poſs. l. debitor 40. §. 1. ff. de pign. act.* Comprobatur eo, quod tantundem iſtos bonorum poſſeſſoria hereditatis petitione conſequi lex voluit, quantum heredes civilibus actionibus. *l. 2. ff. de bon. poſſ. & l. ult. ff. de bon. poſs. hered. pet.* Et quod à Prætore dominum, quem fieri non poſſe ait, ut nec heredem: quod ad dominum, falſum eſſe conſtat ſupradictis legibus, & aliis infinitis in jure locis. Quod ad heredem, ea ratione veriſſimum eſt, quæ dominio non convenit, quippe quod hereditas juris civilis nomen ſit, *§. quos autem, in fin. de bon. poſſ. in Inſtit.* At dominium jurisgentium eſt, *l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jur.* Et licet Prætor non faciat heredes, facit tamen ſicut heredes: & eo quod dat eis bonorum poſſeſſionem, loco heredum eos conſtitui lex ait, ac per conſequens rerum hereditariarum dominos fieri, *d. l. 1. ff. de bon. poſs. hered. pet. & d. §. quos autem, in fin.* Quod autem in *l. ſi procurator, ff. de acq. rer. dom.* hoc loco *dominium, id eſt proprietas*; poſteriora verba ideo adjecta ait, ut indicaret, non de dominio poſſeſſionis ſe agere, ſed proprietatis, leve eſt: cum ex eo, quod ad alia conſtet transferri dominii vocem, quam dominium proprietatis, quod abſolute dominium vocetur (ut pluribus explicui) manifeſtiſſimum ſit iſtius dubitationis tollendæ cauſa hæc ſubjeciſſe, non autem illius, cum nullo hujus juris compoſitionis librorum loco ullo modo probet poſſeſſionis dominium vocari. Non ergo ſimpliciter ſynonyma hæc facit *d. l. ſi procurator*, quippe dominium, & proprietas: quod & ex eo conſtat, quod illemet ipſe dominium genus eſſe ait, cujus proprietas ſit ſpecies: verum & in toto cœlo aberrat, ut docui. Nam id inter iſta duo intereſt (ſi de dominio pleno, ſive proprietatis dominio loquare) quod inter cauſam, & effecta, ut ſit iſtud dominium illius propietatis effectus quaſi cauſæ: alioqui quid abſurdius, quam quod dominii, ſive proprietatis cauſas ait eſſe traditionem, & uſucapionem? Sunt quidem hæc media acquirendi dominii illius, & proprietatis, cauſæ vero minime. Ipſa enim traditio dominium per ſe non transfert, ſed cauſa præcedens venditionis donationiſve, aut alia ſimilis, ex qua traditio fiat, *l. nunquam nuda 31. ff. de acquir. rer. dom.* Idemque in uſucapione, quæ quidem adjectio dominii dicitur, propterea quod ſit modus, vel medium, quo rei domini fiamus, at non aliter, quam vere præcedente cauſa, quæ traditionem, & poſſeſſionis adprehenſionem præceſſerit, *l. Celſus 27. ff. de uſucap. l. 2. ff. pro emptore, l. 1. ff. pro donato. l. 3. ff. pro ſuo.* Et hæ quidem ſunt acquirendi dominii cauſæ, tunc etiam cum non à domino procedunt, ſed non aliter, quam mediante uſucapione, quod qui tradiderit, quod ad dominium non plus juris in alium transferre potuerit, quam haberet, attamen uſucapiendi conditionem transferre potuerit: ac ita illas cauſas vere præceſſiſſe oportet, per quas conſecutis his traditionis uſucapioniſque mediis, rei dominium nobis quæritur, nec aliter, niſi ſi probabilis error poſſidentis earum defectum ſuppleat, juxta *l. ult. ff. pro ſuo.* Sic dicimus per traditionem, ſive traditione, & uſucapione, rerum dominia nobis acquiri, hoc eſt, mediante traditione, vel uſucapione, non autem propter traditionem ſolam, aut uſucapionem. Nec traditionem dominii cauſam ſimpliciter in jure dici comperias, cum aliæ illæ, quas etiam titulos dicimus. regulariter dominii cauſæ dicantur, aut etiam uſucapionis, quod ſine his inchoari, & inde compleri nequeat uſucapio, *l. 1. ff. pro dot. l. 1. & l. 3. & d. l. ult. ff. pro ſuo, & d. l. Celſus, l. 3. §. genera, in princip.*

A *ff. de acq. poſſ.* Atque ut nulla ex parte hic certi quidquam eum ſenſiſſe, & prodidiſſe intelligi queat, illud velim expendi, quod mariti rei in dotem datæ tam dominium, quam proprietatem eſſe aſſerit, neque tamen alia ulla vel ratione, vel authoritate comprobare nititur, quam Tryphon. in *l. cum in fundo 78. in princ. ff. de jur. dot.* in qua proponit, mulierem habentem uſumfructum fundi Tuſculani, cujus proprietas erat Mævii, nupturam Mævio, eum uſumfructum cauſa dotis dediſſe: quo fieri interpretatur, non quidem ut maritus uſumfructum fundi habeat, ſed ſuo fundo quaſi dominus utatur, *conſecutus per dotem plenam* (inquit) *proprietatem, non ſeparatam ab uſufructu*: unde colligit. Ergo maritus dotis datione rei in dotem datæ proprietatem plenam conſequitur. Quis ſophiſta, non dicam captioſius, ſed ineptius unquam argutatus
B eſt? Maritus cum haberet antea jure ſuo proprietatem, an dotis datione, quod jam habebat, dici poteſt conſecutus? Facit quidem uſusfructus in dotem datio, ut ea, quæ penes ipſum erat nuda proprietas, accedente uſufructu jam plena ſit, ideoque per dotem plenam proprietatem non ab uſuſtuctu ſeparatam conſequatur: hoc eſt, id efficit dos, ne jam nudæ proprietatis ab uſufructu ſeparatæ dominus dici poſſit, ſed utriuſque, ſicque plenæ proprietatis. Atque ut verba quantumcunque captet, & quantum volet cavilletur, an aliter illud, quam generaliter inde colligere poteſt, dotis datione maritum rei dotalia plenam proprietatem conſequi? ſicque vitioſe ducto argumento à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter: Quo quid cum apertius, tum abſurdius? & an inſipientius, aut imperitius quidquam adferri potuit? cum ta-
C men quaſi re præclare geſta verbis impudentiſſime mihi inſultare eum non pudeat: ut inde illud etiam imperitiæ tribuit, quod idcirco poſſeſſorem dominum non eſſe aſſeruerim, quod jus non habeat in re. Nam (inquit) habet jus poſſeſſionis: ergo eſt dominus poſſeſſionis. Bona vero conſequentia, ſic liceret inde colligere: Habet jus obligationis: ergo eſt dominus obligationis: habet conductor jus detentionis: ergo eſt dominns detentionis: habet jus ſepulchri: ergo eſt dominus ſepulchri: habet jus pignoris: ergo eſt dominus pignoris: & reliqua iſtiuſmodi infinita.

Illud vero accuratioris futilitatis eſt, carpere eum, quod dixerim, bonorum poſſeſſorem à lege conſtitui vice heredis, quia debuerim dicere, à Prætore, non à lege. Imo vero, quia à Prætore, non à lege: ſiquidem jus Prætorium
D quaſi viva vox juris civilis vocatur, *l. nam & ipſum 8. ff. de juſt. & jur.* ſicque & legis, cum maxime ſit lex jus omne ſcripto aliquid ſanciens, authore Cicer. *lib. 1. de legib.* Nec aberrat, qui generaliter loquens, hanc generaliorem legis appellationem, & ad ea, quæ juris Prætorii ſint porrigit. Et vero quis negaverit legitimæ conventionis vocabulo, hoc eſt illius, quæ lege aliqua confirmetur, ea quoque comprehendi, quæ juris tantum Prætorii vi ſubſiſtant in *l. legitima 6. ff. de pact.* ideoque iſtiuſmodi dici poſſe conſtitutum, & ſimilia? Et pactorum, quæ contra leges, vel juris civilis regulas ſint, appellatione, & ea, quæ contra jus Prætorium ſunt, comprehendi, ut recte notat Accurſ. in *l. pacta, quæ contra 6. C. de pact. & l. contra juris 29. ff. de pact.* Et hanc generalem legis appellationem, & edicta comprehendere, non tantum Principis, ſed
E & quævis juris vim habentia, *l. 3. & l. leges 7. & l. leges 9. arg. illarum legum, C. de legib.*

Quod autem ex Cicerone in Topicis adduxeram de mulieris in viri manum conventione, quis non perſpicit non eo à me dictum, ut illud, quod mihi imponit, aſſererem, nihil intereſſe inter conventionem illam in manum, quæ priſcis illis temporibus fiebat, & rerum, de qua hoc noſtro jure agitur, in dotem dationem? An enim dixi ipſa quantitatis alicujus, aut rerum aliquarum in dotem datione, & ipſam mulierem, & omnia bona, quæ mulieris ſunt, in maritum transferri, quemadmodum ante ſublatam illam ſolemnitatem in viri manum per coemptionem fiebat? Id vero nuſquam in ſcriptis meis comperiet, ſed tantum ab eo effectum illum permanſiſſe, ut

non

non ſecus, quam omnium bonorum tunc fiebat in mariti dominium translatio, & hoc jure noſtro eorum fieri intelligantur, quibus in dotem dantur: ut quidem earum rerum in dotem datarum maritum effici dominum, non quidem ſola juris fictione, aut ſubtilitate, ſed vere, ac non ideo minus proprietatem interim uxoris eſſe, cujus ratione, eo attento, quod ad eam ejusve, heredem ſit quandoque reverſurum, naturaliter in ejus dominio permanere dicatur, cujus tamen vis, & effectus conſtante matrimonio interquieſcit; pluribus explicui, & probavi, ideoque non repeto, cum novi nihil adferat, quo vel tantillum urgeat. Nam quod ait non matrimonium, ſed dationem, vel traditionem eſſe cauſam acquirendi à marito dominii, in eundem errorem relabitur. quem ſupra aperte deteximus, quippe ipſam, quæ fit ex cauſa venditionis, aut alia ad dominium transferendum habili, traditionem non eſſe ipſam dominii cauſam, verum medium tantum, quo interveniente ex illis præcedentibus cauſis dominium acquiratur. Sic itaque, ut ille ipſe agnoſcit matrimonium eſſe dotis conſtituendæ cauſam, ita fateri cogitur, & eſſe quoque matrimonium dotis conſtitutæ, ejuſque & effectus cauſam, ac per conſequens ejus, quod maritus dotis dominus ſit, cum & ipſum matrimonium dotis cauſa ſit, & dos ſine matrimonio nullo modo eſſe poſſit, *l.3. ff.de jur. dot.* Dotis autem traditionem, ſive dationem non eſſe dominii in maritum transferendi cauſam, vel eo patet apertiſſime, quod niſi iſtinsmodi traditionem ſubſequantur nuptiæ, earum rerum dominium in maritum regulariter translatum dici nequeat, itaque ab eo vindicari res illæ poſſint, *l. dotis fructui, §. ult. ff. de jur. dot. l.4.§.1. ff. de pact.*

Nec obſtat his, quæ aſſerimus, *d. l. in rebus, C.de jur. dot.* quæ quidem Juſtinian. conſtitutio nonnulla quidem juri anteriori addit, ac præcipue duo, quæ dixi plenius lege illa fuiſſe conſtituta, quippe ne pignoris obligatio in illis rebus per maritum contracta mulieri noceat, neve dirempto mariti morte matrimonio, earum rerum dominium ita ad ipſius heredes tranſeat, ut ante reſtitutionem mulieri ab heredibus factam, non poſſit dominium illarum ad mulierem dici reverſum: ad quod poſterius referatur, quod de tranſitu in patrimonium mariti, qui per legum ſubtilitatem fieri videatur, dictum eſt à Juſtinian. in *d. l. in rebus, verſ. non enim*. Nec ideo minus tamen extra illo duo à Juſtiniano plenius conſtituta, ſive etiam juri anteriori addita, & ex eadem ejus conſtitutione intelligimus, maritum vere dominum eſſe conſtitutum conſtante matrimonio rerum in dotem datarum, non tamen perfecte, hoc eſt, ut vulgo dici ſolet, incommutabiliter. Sed quam apte idem, qui hac in re totus eſt in fictionibus, ut ejus ſententia fictioni illi tantum innititur, qua ait fingi maritum rerum dotalium dominum, mihi illud objectat, quod fictiones comminiſcar. Notet locum, quo ego ſcripſerim fictitium, ut vocat, dominium in heredem mariti tranſire. Scripſi quidem verba Juſtin. *in prædict. verſ. non enim*, ad eam ſolam legum ſubtilitatem eſſe referenda, qua rerum dotalium dominia ad heredem mariti tanſeunt, illudque, quod minime juris ratio patiatur traditione quæſitum marito dominium, ſine retraditione ad mulierem reverti, ita tamen ut ad jus, quod conſtante matrimonio ſubſtiterit, verba illa teferri nequeant: quod veriſſimum eſſe patet ejusdem legis contextu.

Non apte addi negationem Paulo in l. Paulus 47. ff. de bon. libert.

CAP. X.

JOHANNES ROBERTUS:

ETSI in pleriſque facilis videri poteſt juris locorum invicem pugnantium componendorum ratio, ſi alterutri negationem addere, vel detrahere pro arbitrio liceat: non tamen ut etiam ſi id A liceat, in hoc facilis futura ſit, ut iſtiuſmodi additioni, detractionive ejus loci, vel ſententiæ, vel præcedentia, ſubſequentiave verba plane conveniant, ac non ſæpius immutationem, quæ intruditur, reſpuant. Cujuſmodi judico diſſidium illud eſſe inter Ulp. *in l. ſi patronus* 12. *in pr.* & Paulum *in l. Paulus 47. in fin. ff. de bon. libert.* in eo quod cum ab Ulpia. illic dictum ſit eo caſu, quo patronus teſtamento jure militari facto filium ſilentio exheredaverit, debere ei nocere exheredationem, Paulus iſtiuſmodi ſilentium non euſque ei nocere dicat, ut & à bonis libertorum avitorum repelli debeat, ac inde ſubjiciat: *Idem reſponſum eſt etiam de bonis libertorum paternorum*. Quod cum non diſpiceret Accurſius alia ratione poſſe componi, quam ſi diceremus, de ea præteritione militis Ulpianum fuiſſe locutum, quæ à ſciente mala mente facta ſit: Paulum B vero de illa, quæ & à ſciente quoque, ſed non mala mente facta fuerit: id autem nodum plane non diſſolvere, quia quæ non mala mente facta ſit, nulla ex parte exheredationis vim habeat, & noceat, *d.l.ſi patronus, verſ. ſi quis non mala, & d.l.Paulus in pr.* id illi loco non convenire judicans, ut in quo & indiſtincte loquatur, & præterea diſquirat, non ſimpliciter an noceat, ſed an euſque noceat, ut non tantum à bonis patris, ſed & à bonis liberturum avitorum repelli debeat, quaſi reipſa, & vere diſſiderent, illud quod extremum eſt, admiſit, illa Pauli lege Ulp. corrigi, in quo ſi reipſa, & vere diſſidium eſt, rectius dixeris ab Ulpiano diſſenſiſſe Paulum. Sed enim congruere utriuſque legis ſententiam ait ἀνταγωνιστής, adjecta tamen præd.verſ. negatione, hoc modo: *Idem reſponſum non eſt etiam de bonis libertorum*. At vero quis non C perſpicit locum illum negationem apte non admittere? tum ex eo, quod cum & in præcedente, & in illa eadem tota lege, plura ac quidem diverſa inter ſe reſponſa habeantur, quaſi loquentis Pauli, & ita in prima perſona reſpondentis, *Paulus reſpondi*, quam abſurdum ejus reſponſis, & non reſponſa quoque annectere? quod vix atque vix credo, ullo alio loco conſimiliter fieri comperias: Tum & propter particulam *etiam* ibidem ſubjectam, quæ cum idem ſonet, quod particula *quoque*, plane indicat, & hæc ſuperioribus ita connecti, ut his cohærere, ſicque ſimiliter reſponſi affirmativa eſſe debeant, ac minime per conſequens non reſponſi, quod ipſa per ſe verba manifeſte teſtantur. An igitur id diſſidii inter Ulpianum & Paulum in jure noſtro plane relictum admittemus? Equidem non arbitror, atque ne ita ſentiam, eo adducor, quod D ex Ulpiano *in l.ſi ex patronis 10. verſ. quod ſi à patre, illo tit.* arg. ex illo textu à contrario ducto, illud Pauli comprobari videtur in eo, quod de exheredatione, non quidem ſilentio, ſed nominatim facta loquitur. Nam cum antea propoſuiſſet eum, qui ab avo ſuo exheredatus eſt, ab avi libertorum ſucceſſione excludi, à patris libertorum bonis non excludi, ſubjicit: Quod ſi à patre ſit exheredatus, ab avo non ſit, non ſolum à libertorum paternurum, ſed & avitorum bonis excludi, ſubjicit rationem hanc, *quia per patrem avitos libertos conſequitur*. Quam rationem ſi accommodabimus arg. à contrario ſpeciei contrariæ. quippe in qua ita exheredatus ſit à patre filius, ut tamen propter eam patris exheredationem non excludatur ab avitorum libertorum bonis, qualis ea eſt, de qua loquitur Paulus, quippe ſilentio facta à milite: nimirum ſequetur, nec in eadem iſtum filium excludi à E paternorum libertorum bonis, ut quidem apte illic ſubjicitur, quaſi ex præcedentibus conſequatur propter eandem illam rationem: quippe, quod cum per patrem avitos libertos conſequatur, & per conſequens, ac etiam multo magis ipſius patris libertorum bona conſequi debeat, ex eo, quod dici ſolet, propter quod unumquodque tale, illud & magis, *Auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccl.* Attamen non eo minus obſcure dices conceptum eſſe illud Ulpiani reſponſum in *d. l.ſi patronus*. In quo primum expendi velim id, quod ſimpliciter dicitur filio à milite ſilentio exheredato nocere exheredationem: ob id quod verum ſit eum exheredatum eſſe, neque tamen nominatim dicatur, idcirco eum excludi à libertorum paterno-

rum

rum bonis. Quod ſi inſtes, non alio referri poſſe juxta præcedentia, & ſubſequentia, quod illic dicitur de exheredatione, quæ noceat, ſic interpretari licebit, ibi intelligi, & in hoc nocere exheredationem, ne quaſi, & filius, & heres liberti bona conſequatur, quia quoquomodo id factum fuerit, verum tantum ſit fuiſſe eum exheredatum. At hoc non obſtare, quin benigniore interpretatione, ut in eadem ſpecie, avitorum libertorum bona conſequantur, ut nepos: quia cum tunc non exheredati ſint, ſed pro exheredatis habeantur, non eouſque patris ſilentium ſimplex eis nocere debeat, ut nominatim illic ait Paulus: ita & ipſius patris libertorum bona, ut filius conſequatur. Comprobatur id ex Papin. in *l. ſi filius* 42. *verſ. ſic edictum*, arg. *illius text. illo tit.* in quo ſic edictum habet, *Patrono, eidemque patroni filio non obeſſe, quod quaſi patronus deliquit, ſi ut patroni filius venire poſſit*. Quod ſi in exheredatione nominatim facta obtinet, ut quidem ejus rei exemplum propoſitum eſt *in d. l. ſi patronus, verſ. Si quis libertum*, quanto æquius id in iſta admittendum, quæ ex ſilentio colligatur, nec eouſque nocere debeat, & excludere à libertorum ſaltem avitorum bonis, juxta Paulum *in d. l. Paulus, circa fin. in verſic. Tamen non ejus*, cum illa, & avitorum quoque libertorum ſucceſſione privet, *d. l. ſi ex patronis, verſ. verum etiam ab avi*. Et hæc noſtra eſt de utriuſque illius loci diſſidio componendo verior, ni fallor, ſententia.

ANTONIUS MERCATOR:

HOc capite viciſti teipſum, vel ut explicatius dicam, feciſti, ut qualis es talis plus aliquanto ſis. Primum, inquis, in *l. 1x. de bon. lib.* illud expendi volo, Ulpianum non ſcribere nominatim filium ſilentio exheredatum excludi bonis libertorum paternorum. Et mox fateris tamen hanc eſſe Ulpiani ſententiam, ut excludatur, quam & titulus ipſe ſatis demonſtrat: quid igitur promoviſti, aut qui promovebit, qui id expenderit? quid fruſtra nobis ingeris vanas, & futiles cogitationes tuas? Deinde, quod Pauli verba in *l. 47. in fi. eod. tit.* longe aliter, quam ſenſerit Ulpianus, oſtendunt filium ſilentio exheredatum non excludi bonis libertorum paternorum, id tu interpretaris eſſe ex benigna interpretatione. Jure ſummo veriorem eſſe Ulpiani ſententiam: quis tibi judex, aut teſtis eſt hujuſce benignæ interpretationis? non quidem ullum, ne minimum quidem verbum, quo Paulus uſus ſit, quod tamen non ſolent juris auctores omittere, cum quid contra tenorem juris ex benignitate quadam recipi volunt, & perperam ejus benignitate argumentum ducis ex *l. 42. eod. tit.* quaſi ſcilicet quemadmodum, qui non poteſt venire ad liberti bona, ut patronus, venire poteſt, ut patroni filius, ita, qui poteſt venire ut nepos, poſſit etiam venire ut filius, quæ comparatio vitioſa eſt: nec enim, quod quis uno jure venire poſſit non altero, eodem argumento, vel exemplo venire poterit alius uno atque altero. Falſa quoque illa ratiocinatio eſt: Si filius nominatim exheredatus, ad bona liberti paterni venire poteſt, ſcilicet ex æquitate, *d. l. 12. §. 1.* & multo magis is, qui ſilentio exheredatus eſt: nam id, quod proponit *d. l. 12. §. 1.* non ita proponit generaliter, ſed ſub hac exceptione, Si pater filio libertum adſignaverit: cui & hæc ſimilis eſt, Si caverit, ut ei ſalvum eſſet jus in libertum, *l. ſi pater exheredato, eod.* Tandem pronus prolaberis ad Domini ſententiam, & ſaltem ais ſilentio exheredatum non eſſe excludendum bonis libertorum avitorum. Tacite igitur pateris excludi bonis libertorum paternorum: quod quid aliud eſt, quam negationem recipere, quam Dominus appoſuit in extremo verſu *d. l. 47.* quam tamen ab initio ita te comparabas, ut non reciperes. & quam omnino exigunt illa verba Pauli: *Non uſque eo ſilentium patris eis nocere debere, ut & à bonis libertorum avitorum repelli debeant*. Hoc enim proinde eſt ac ſi diceret: Repellatur bonis paternorum libertorum, feram: ſed & bonis avitorum, ut repellatur, hoc non feram: ideoque in adnotatione, quæ ſequitur dixit, deeſſe negationem: quod enim ſubjicitur, *Idem reſponſum*, gloſſema, vel adnotatio vetus eſt, ut & in *l. 21. §. idem reſp. ad municip.* quod ſubjicitur, *Hoc reſponſum*, &c. Cætera proludia, quæ hoc caput habet ſunt ludione ſua digna.

JOHANNES ROBERTUS.

EXpectabam hic, ſi non verius aliquid, ſaltem acutius, puta ut vel non tantum reſponſorum, ſed & non reſponſorum libros Paulum conſcripſiſſe, vel ut facti faciendique appellatione, & non facta faciendave comprehendi in jure dicimus, juxta *l. x. in princ. & ibi not. Accurſ. ff. de verb. oblig.* ita & eorum, quæ à ſe reſponſa Juriſconſulti ſcriptis prodiderint, etiam non reſponſa complexos probare contenderet. Sed illud forte veritus eſt, ne ſi obſtinatius in non reſponſis illorum conſtituendis perſtaret, ſi objiceretur non magis poſſe ea dici non reſponſa, in quibus non aliud reſponderent, quam antea reſpondiſſent (ut non aliter ab eo hic accipi potuit) quam illa, ad quæ nihil prorſus reſponderint, non haberet, quod hiſceret. Itaque illud vitare cupiens, ne ſi cœptam inſiſteret viam, in anguſtias redigeretur, alia jam effugium quæritat, contendens verſiculum, *idem reſponſum*, de quo quæſtio eſt, *ex l. Paulus 47. ff. de bon. libert.* (quem cum ſupradicto modo ſine negatione refert, expendi velim puduiſſe illum, erroris admiſſi ſibi conſcium, ita cum invecta ab ipſo negatione referre, *idem non reſponſum*) eſſe gloſſema vetus, ſive adnotationem veterem, ut inquit, *& in l. Lucius 21. §. idem reſpondit, verſ. hoc reſponſum, ff. ad municip.* Quæ (malum) gloſſemata hic ſomniat? adjeciſſet in ejuſdem Pauli utriuſque legis authoris, an vero alterius, & cujus? cum in omnibus exemplaribus utrobique id extet. Deinde etiamſi eſſent gloſſemata, cur in illo negationem addit? & ea addita, quid utroque loco commune? & cur quaſi mutata velificatione nunc primum gloſſema eſſe ait, qui conſtanter adeo negationem Paulo deeſſe contenderat? Terruit illum præter ſuperiora ſubjecta ibidem particula illa, *etiam*, cui non bene cum negatione addita convenire intra ſe agnoſcens, de ea poſteriore loco negry quidem. Quid igitur nobis tot verbis obmurmurat, ſui defenſione poſthabita, in qua nihil refugii ſupereſſe videat? Argutatur in eam, quam ipſi propoſuimus, locorum illorum interpretationem, ominum Pauli in *d. l. Paulus, in fin.* & Ulp. *in l. ſi patronus* 10. *in princ. ff. de bon. lib.* eoque ſcripta mea pertrahit, ut quaſi mihi ipſi contrarium me, tandem in ipſius ſententiam prolabi dicat: quod cum primum conſtituerim, filium à patre ſilentio exheredatum non excludi libertorum paternorum bonis, poſtea ſubjiciam, non eſſe ſaltem eum excludendum bonis libertorum avitorum. Unde is colligit tacite me pati excludi bonis libertorum paternorum, quod nihil aliud ſit, quam negationem ab eo invectam admittere: ſicque vim (quod dicere ſolet) facit in hac particula ſaltem, quam vere ibi interpoſui. Ex qua quidem id ſequeretur, ſi ſimpliciter illud à me dictum eſſet. At ſimpliciter dictum non eſſe manifeſtius eſt, quam ut id captare oportuerit, cum eo loco probaturus filium, qui ſilentio tantum exheredatus ſit, etiamſi eo, quod exheredatus fuerit, ſummo jure excludatur à libertorum paternorum ſucceſſione, cum propterea quaſi patris heres ad ea venire non poſſit. juxta *d. l. ſi patronus*, alio tamen jure, & benigna interpretatione, quaſi filium admitti, nec excludi: quia ut idem Paulus notat, *ei, qui alio jure venit, quam eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id, quod habet.* Quod poſtea exemplo ejus filii declarat, qui quaſi patronus deliquerit, nec tamen ideo minus ad bona liberti admittatur ut filius, *l. ſi filius 42. verſ. Paulus notat, ff. de bon. liber.* in hoc uterer comparatione exheredationis nominatim factæ, quæ etiam libertorum avitorum bonis privat, *l. ſi ex patronis 10. verſ. verum etiam ab avi, ff. de bon. lib.* neque tamen impediat quominus ad bona libertorum etiam paternorum filius admittatur, *d. l. ſi patronus, verſ. ſi quis liberum*: & multo æquius eſſe di-

cerem

cerem in iſta id admitti, quæ ex ſilentio colligatur, ot quidem in illo admitti conſtat ne noceat, & excludat ſaltem à bonis libertorum avitorum: id enim nec ille quoque nugivendus in dubium revocat, quo pertinet illa, quam adjeci particula, *ſaltem*: quod aperte à Paulo deciſum eſt in *d. l. Paulus, circa fin.* quod ibi quidem illa ſilentio facta exheredatione, pro exheredatione admiſſa, alio jure fieri dici non poteſt. An igitur id excludit quominus de libertorum paternorum bonis idem dicamus, quod illum ex iis, quæ etiam ipſe admitteret, ad id deducere voluerimus? Et hæc quidem eſt, quam niſi diſſimulat, perſpicere non valuit, beuignior interpretatio, cujus (contra quam ſcribat) index eſt, & teſtis idem Paulus ad Papin. id notans in *d. l. ſi filius*. Quod autem in eo, quod denominatim facta exheredatione dixi, eam non obeſſe quominus filius admittatur ad libertorum paternorum ſucceſſionem, in idque citavi *d. l. ſi patronus, verſ. ſi quis libertum*, non ita illic generaliter proponi ait, ſed ſub exceptione iſta, ſi pater filio libertum aſſignaverit. Imo vero non ſub exceptione illud ibi decidit, ſed ſimpliciter. Nec quod aſſignationem ſactam prius retuliſſet, & aſſignationis meminiſſet, quidquam obeſt, cum ibi nomioatim proponat poſt aſſignationem ſactam exheredatum foiſſe filium, ac per conſequens in eo nullam aſſignationis rationem habendam eſſe, cum ſubſecuta exheredatio in dubio aſſignationem adimat, *l. 1. verſ. ſed & ſi poſt, ff. de aſſignat. libert.*

Non recte detrahi negationem l. ſed ſi res aliena 42. ff. de leg. 1.

CAP. XI.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM res aliena, quæ in aliquorum tantum hominum commercio eſt, vel legata, vel in ſtipulationem deducta eſt, ut aut legatum, aut ſtipulatio ſubſiſtat, ſufficit eam in legatarii, ſtipulatorisve commercio eſſe, tametſi in heredis, promiſſorisve commercio non ſit. Nam tunc tam heres, quam promiſſor redimere, ipſamque rem præſtare tenentur, ſi quidem ea juſto pretio comparari poteſt. Sic intellig. *l. mortuo* 50. *§. Labeo, ff. de leg.* 2. *& l. fideicommiſſa* 11. *§. ſi ſervo, ff. de leg.* 3. *& l.* 3. *& l. multum intereſt* 34. *ff. de verb. oblig.* Sed hoc in legatis amplius eſt, quod quia in iis potior eſſe debeat teſtatoris voluntas, id adhibita diſtinctione iſta temperandum ſit, ut ſi quidem ignoraverit teſtator id obſtaculi, quo fiat ne legatarius eam rem habere, & ſuam facere poſſit: qood ſi ſciviſſet, eam legaturus ei non fuerit, ne æſtimatio quidem ejus debeatur, tex. in d. *§. ſi ſervo*, arg. *l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr.* juncta *l. cum alienam, C. de leg.* Quod ſi id minime ignoraverit, debeatur non quidem res, cum ejus habendæ incapax ſit, ſed æſtimatio tantum. Sic intell. *l. filiusfam.* 117. *§. ſi quid alicui, ff. de leg.* 1. *& l. ſed ſi rer aliena* 24. *ff. de leg.* 1. retenta aptiſſime ibi utraque negatione, adverſus Obſervatoris in corrigendo levitatem: cum in ſtipulationibus aliud obrineat, ut ſive contrahentes id obſtaculi ex ſtipulatoris parte adeſſe ignoraverint, ſive ſciverint, ne æſtimatio quidem debeatur, quod adſtrictius ſtipulationes interpretemur, in quibus res ipſa in obligationem deducta ſit, non autem æſtimatio, *d. l. multum intereſt*, argum. *l. quidquid* 99. *in prin. ff. de verb. obli.* Nec mutat quidquam id quod in *d. l. ſed ſi rer*, proponit Paulus, rem & ei, qui ejus commercium non habebat fuiſſe legatam, & ab eodem illi, cui ejus poſſidendæ jus minime competebat, per fideicommiſſum relictam: quia in eo uulla legatarii ratio habeatur, quod teſtator eum, ut voluntatis ſuæ miniſterium tantum elegiſſe intelligatur, jux. *l. ſi quis Titio decem* 17. *ff. de leg.* 2. juncta *l. filio, §. matri, ff. de adim. leg.* Quo fiat, ut in eo idem ſit, ac ſi ab herede, qui commercium non habeat, illi fideicommiſſario, non per fideicommiſſum relictum, ſed directo legatum fuiſſet, arg. *l. Lucius* 78. *§.* 1. *ff. ad Senatuſc. Trebell.*

Illud autem in legatis tunc tantum obtinere intelligimus, cum cauſa obſtaculi illius non ex legatarii, aut fideicommiſſarii delicto, aur vitio proficiſcitur, quod his culpæ imputari poſſit, ſed tantum qualitate rei relictæ, aut juris legati, jux. *d. §. ſi quid alicui, in verb. vel jus aliud* (quæ cum deſinit in nonnullis exempl. retinenda ſunt, ut extant in Florent.) puta, quia Judæo Chriſtianum mancipium ſit relictum, ſervo militia, Præſidi provinciale prædium, ei, qui aliqua corporis parte mancus eſt, id quod abſque ea corporis parte obtinere non poteſt, juxt. *Accurſ. in d. §. ſi quid alicui*. Secus autem ſi propter eorum delictum, aut vitium iis imputandum hoc contigerit, puta domo urbana relegato relicta, aut militia illi, qui infamia notatus ſit: quæ diſtinctio adhibenda prædict. *§. Labeo*, arg. *d. §. ſi quid alicui*.

ANTONIUS MERCATOR.

SEquitur gloſſa Aureliana, cujus hæc ætas te ſolum & ſummum artificem habet ad *l.* 40. *de leg.* 1. *Si rer aliena*, inquit Ulpianus, *cujus commercium legatarius non habet, ei, cui jus poſſidendi non eſt, per fideicommiſſum relinquatur, puto æſtimationem deberi*. Hoc ita, inquis, ſi id teſtator ſciens reliquerit, & fideicommiſſarius id, quod relictum eſt propter qualitatem rei, quæ relicta eſt habere non poſſit, ut puta, ſi Judæo relinquatur ſervus Chriſtianus, ſi ſervo militia ex *l. fideicommiſſa, §. ſi quid alicui, eod. tit.* Hæc gloſſa accommodari non poteſt ad *d. l.* 40. nam *l.* 40. ut ſcripta eſt, de fideicommiſſario loquitur, cui jus poſſidendi non eſt, id eſt, cui illicite relinquitur, quive relicti commercium non habet. Gloſſa, de eo, cui jus poſſidendi eſt, vel quod idem eſt, cui licite relinquitur, ut ait *d. §. ſi quid alicui*, ſed qui ex accidenti propter qualitatem relicti id habere non poteſt. Et conſequenter, diſtinctio, quam ſubjicis inter ſcientem, & ignorantem, ut ſi ſcierit teſtator fideicommiſſarii, aut relicti qualitatem, debeatur æſtimatio, ſi ignoraverit, non debeatur, ad *l.* 40. accommodari non poteſt; nam ejus, quod illicite relinquitur, nullo caſu æſtimatio debetur, *l. mortuo, §. pen. de leg.* 2. *& l.* 11. *§. ſi ſervo, de leg.* 3. ubi ea diſtinctio proponitur, non eſt de illicito legato. Militiæ legatum ſervo non relinquitur illicite, quia in quantitate potius, quam io functione, vel adminiſtratione conſiſtit, *d. l. mortuo, §.* 1. *l. Titia Sejo in pr. eod.* & ſervus ſummæ, ſive quantitatis capiendæ incapax non eſt.

Inter ea, quæ relinquuntor incapacibus, vel his, ut to ais, qui propter delictum ſuum ea habere non poſſunt, male numeras relegatum, cui domus urbana relinquitur, quia & ſi in urbe morari non poſſit, non prohibetur tamen prædia in urbe poſſidere: male infamem, cui militia legatur, qoia infamia dignitate tantum arcet, non militia, non militiæ commodis, aut præbitis. Militia non eſt dignitas: alioquin militia non veniret in collationem bonorum inter fratres.

Præterii pene, quod dixiſti initio hojus capitis: Eum, qui promiſit rem, cujus commercium non habet, vel heredem, à quo legata eſt res, cujus commercium non habet ſi modo promiſſa, aut legata ſit ei, qui ejus rei commercium habet, promiſſorem, vel heredem in hoc teneri, ut rem ipſam mercetur, & præſtet, qui vero poſſit eam mercari, qui ejus commeroium non habet? ideoque nec *d. l. mortuo, §. pen.* ait heredem teneri in ipſam rem, ſi eam redimere poſſit, ſed ſi in bonis teſtatoris fuerit. Ne tyrunculus quidem poſſit in erroris, & inſcientiæ verſari tenebris majorib. Servemus etiamſi placet tenorem, & conſequentiam orationis tuæ. Inſtituis initio ſermonem de legatario, qui rei legatæ commercium habuit, & mox tenore eodem ſervato eundem legatarium ponis fuiſſe incapacem, & in incapace facis illam differentiam inter ſcientem, & igoorantem teſtatorem, quæ omnino

falſa eſt, & conſequenter, falſa etiam differentia, quam ſtatuis inter legata, & ſtipulationes: nam, ſive legatarius, ſive ſtipulator fuerit incapax, indiſtinctè verum eſt, nec æſtimationem deberi, *d. l. mortuo*, *§. pen.*

Poſtremo, quod attinet ad verba *l. 40.* quæ ponunt rem alienam à legatario, qui ejus commercium non habuit, fuiſſe alii per fideicommiſſum relictam, qui etiam ejus commercium non habuit, vel quod idem eſt, qui jus poſſidendæ ejus rei non habuit, tu vitium, quod in eis eſt inſuperhabes, atque contemnis, quod & ſi ponant ſupervacuo legatarium ejus rei commercium non habuiſſe, quatenus eidem quæſtioni locus eſt ſi legatarius rei commercium habuerit, fideicommiſſarius non habuerit, tamen non habeatur ratio legatarii, & nihil referat habuerit, necne. Si non habetur ratio, cur ponitur non habuiſſe? aut fruſtra igitur id ponitur, aut habetur ejus ratio, quod & verum eſt, ſed tamen propter fideicommiſſarium, qui ejus rei commercium habuit, æſtimatio ei debetur, ut *d. l. mortuo*, *§. pen.* ex quo in *d. l. 40.* Dominus in Inſtitut. & in tit. *de verb. oblig.* recte docuit eſſe legendum, *Ei, cui jus poſſidendi eſt:* ut poſita hac regula in *l. 39. §. ult.* rem alienam legari inutiliter, cujus commercium non eſt, ut nec æſtimatio ejus debeatur, in *l. 40.* addatur hæc exceptio, quæ additur etiam in *d. l. mortuo*, *§. pen.* Niſi legatarius rogetur eam rem reſtituere ei, qui ejus commercium habeat, quo caſu æſtimatio debetur. Regula non eſt de eo, qui rei commercium habet, ſed ex accidenti aliquo rem habere non poteſt, ergo nec exceptio. Baſ. videntur legiſſe, *Et quam ei jus poſſidendi non eſt:* ἐὰν ἀλλότριον πρᾶγμα ληγατευθῇ τινος τὴν κτῆσιν, οὐκ ἔχω, ἔτι δὲ ἄμας αὐτὸ τεμηθῆναι, quæ etiam ſcriptura vitioſa eſt, quia fruſtra repetitur, *Et quam ei* &c. & parum apte, qui initio dicitur legatarius, & mox ei dicitur res per fideicommiſſum relicta, & falſum quoque eſt ei æſtimationem deberi. Commercium in *l. 5. quæ res pig. ob.* recte Baſ. interpretantur δίκαιον κτήσεως.

JOHANNES ROBERTUS.

CUjatem dicemus hanc alteram illius gloſſam, quam veriſſima non admiſſa, hic falſiſſimam inſeruit? Certè non Toloſanam: nec enim de his, quæ ad juris diſciplinam pertinent, ſic imperite Toloſates differere ſunt ſoliti, quin potius (quod illi primum doluit) illiuſmodi fucos acerrime à præſepibus ſuis arcere. In eo, quod Ulp. in *l. ſed ſi res aliena 40. ff. de leg. 1.* de fideicommiſſario loquitur, cui jus poſſidendi non eſt:. *Id eſt* (inquit) *cui illicite relinquitur, quive relicti commercium non habet.* Quod ſi verum eſt, ſequitur ſervo militiam illicitè relinqui: nec enim ejus poſſidendæ, & habendæ jus eſt, ejuſve commercium habet, *l. ſuper ſervis, qui milit. poſſ. lib. 12. C. l. ab omni 11. ff. de re milit.* at eam ſervo licite relinqui, & ejus æſtimationem eo caſu, quo ſcivit teſtator, inde deberi, ut quidem eum non propter aliud, quam relicti qualitatem ſervus habere non poteſt, prob. *l. fideicommiſſa 11. §. ſi ſervo, ff. de legat. 3.* Sicque generaliter conſimilibus caſibus, quibus propter qualitatem relicti legatario ejus poſſidendi, & habendi jus non eſt, licite legari, & æſtimationem deberi ait Martian. in *l. filiusfamilias 114. §. ſi quid alicui, ff. de leg. 1.*

Quod autem eo improbat exemplum à me propoſitum eorum, quibus propter delictum, vitiumve aliquod ſuum poſſidendi jus non ſit, in illo, qui propter delictum relegatus fuerit, cui domus urbana legata ſit, quia etſi in urbe morari ei non liceat, non prohibeatur tamen prædia in urbe poſſidere, fallitur ita generaliter, & indiſtinctè loquens: nam ea quidem, quorum ante relegationem, poſſeſſionem adprehendit, eum poſſidere poſſe non inficiamur: ſed quæ poſt relegationem fuerint legata, hæc ei poſſidendi jus non eſſe contendo: quia ut eorum poſſeſſionem per ſe adprehendere non poteſt, ita nec per alium, *1. poteſt quis, & arg. c. qui per alium, de reg. jur. in 6. arg. l. ita tamen, §. quod ſi quis, ff. de admi. tut.* Quod autem & alterum quoque illud à me propoſitum exemplum in militia ei, qui infamia notatus ſit relicta, illa tantum ratione rejicit, qua infamia (ut vult) dignitate quidem arceat, at non militia (quod quidem nulla authoritate, aut ratione fulcit, ut neque ſuperiorem illam) id generaliter verum non eſt. Nam ſunt pleræque cauſæ, propter quas infamia quis notatus à militia arceatur, ad quas quidem, quod dixi, referendum eſt, *l. 2. §. ignominiæ, verſ. ſed & ſi ita, & verſ. miles, qui lege, cum ſeq. §. ff. de his, qui not. infam. l. 4. §. adult. ff. de re milit. l. miles 11. in pr. ff. ad l. Jul. de adult.*

Quam vero leve illud eſt, in quo carpendo eum non puduit immorari, quod dixi eo caſu, quo res in promiſſoris heredíſve commercio non eſt, ſed ſtipulatoris tantum, & legatarii, promiſſorem heredéſve redimere cogi, & eam præſtare, ſiquidem juſto pretio comparari poteſt. Imo vero (inquit) quomodo comparere potuerunt, qui ejus rei commercium non habent? quaſi vero non id per legatarium agere poſſint ſibi ipſi ementem, ſufficiatque illos emptionis pretium perſolvere, ac ita quoquomodo efficere, ut ſi fieri juſto pretio poteſt, non ſola æſtimatio, ſed res ipſa præſtetur, prob. *d. §. ſi ſervo circa fin.*

Deinde etiam æque leviter, ac ridicule magis illud carpit quod de legatario relicti commercium habente locutus, eodem ut inquit, tenore ſervato, de legatario incapace loquar, & in incapace faciam illam differentiam inter ſcientem, & ignorantem teſtatorem, quam ille falſam eſſe ait. Quid vero in eo reprehenſione dignum, ſi cum initio ejus capitis propoſuiſſem dicturum me de negatione perperam detracta *d. l. ſed ſi res* 40. ut prætermiſſis dubio carentibus, breviore compendio illud perſtringerem, quod ad præcipuam illius legis quæſtionem pertineret, ad alteram hanc quæſtionem ſic tranſitum fecerim, quam me ab illa ſuperiore diſcernere nemo, vel juris tyrunculus dubitare poſſet? Et vero quis neſcit vitandi circuitus, & prolixitatis cauſa in iure, celeritate conjungendorum inter ſe actuum, & actionum, unum actum, unamve actionem occultari, *l. 3. §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxo. l. dicet 44. §. quoties, in fin. ff. de jur. dot. l. ſingularia, in fin. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* Sed quod ulterius progreſſus, differentiam, quam aſſignavimus inter teſtatorem ſcientem, & ignorantem, falſam eſſe, & eo caſu, quo teſtator ſcivit, ſive legatarius, ſive ſtipulator fuerit incapax, ne æſtimationem quidem illis deberi ait, falſiſſimum eſt, ut quidem apertiſſime tunc legatario æſtimationem deberi, prob. *d. §. ſi ſervo, in princ. & in d. §. ſi quid alicui*, qui interpretationem aſſumit ab illo *§. ſi ſervo, & l. cum alienam, C. de legat.*

Illud quoque abſurde captat, quod ſcripſi in *d. l. ſed ſi res*, nullam legatarii in eo rationem haberi, quod is rei legatæ, & per fideicommiſſum relictæ commercium non habeat, & ita agit: Si non habetur ratio, cur ponitur non habuiſſe? aut fruſtra igitur id ponitur, aut ejus ratio habetur: Verum intelligat aliud eſſe, nullam legatarii rationem haberi, quod ad rei legatæ præſtationem, illo caſu, & conſimilibus, quibus cum à legatario per fideicommiſſum id relictum eſt, teſtator cum ut voluntatis ſuæ miniſtrum elegit: aliud vero fruſtra quid in ejus legatarii perſona fuiſſe propoſitum: hoc enim generalius eſt, & alio ſpectare poteſt. Ut quidem eo loco propterea non fruſtra propoſitum fuiſſe dicimus, legatarium rei commercium non habuiſſe, ut dubium illud præcideretur ejus caſus, quo rei commercium legatarius haberet, at non fideicommiſſarius, an non legatarius heredem cogere poſſit ad rem ipſam præſtandam, ita ut ejus æſtimationis ſolutione liberari nequeat, cum ſit ea res legata, quæ cum in ipſius legatarii commercio ſit, & præſtari debeat, id illud impedire nequeat, quod fideicommiſſum à legatario ei relictum ſit, qui ejus commercium non habeat: proptereaque non fruſtra illic propoſitum dicemus rei commercium non habuiſſe legatarium, ac nihilominus illud verum erit in eo, quod de præſtanda, aut non præſtanda rei legatæ æſtimatione illic quæritur, nullam ejus rationem haberi, quod legatarius rei commercium non ha-

Digitized by Google

nabeat, ut non ideo minus illo caſu præſtandam ab herede æſtimationem intelligamus, quo utrumque rei commercium minime habere non ignorarit teſtator. Quibus patet nec fruſtra in legatario propoſitum, eum rei legatæ commercium non habuiſſe, nec tamen ejus, quod commercium illius rei non habeat, ullam rationem haberi, quod ad impediendum quominus rei legatæ æſtimatio fideicommiſſario debeatur: ſicque nihil fuiſſe, quod in exemplaribus omnibus extantem illo poſteriore loco negationem temeraria conjectura demendam contenderet, ut neque noviſſimo ſcripto in eo perſtare videtur, quo negationis demendæ non meminerit, nec in id argumentum ullum intenderit.

In emptorem hereditatis tranſire jus accreſcendi.

CAP. XII.

JOHANNES ROBERTUS.

LICET in hereditate ſint corporales res, ipſa tamen hereditas jus incorporale eſt, non ipſas tantum res corporales, quæ in hereditate ſunt complectens, ſed & quævis jura. Eſt enim hereditas juris nomen, quod ea ratione ſine ullo corpore juris intellectum habens ſubſiſtere queat. *Tex. in tit. de reb. corp. & incorp. in Inſtit.* juncta *l. pecuniæ 178. verſ. hereditas, & l. hereditas 119. ff. de verb. & rer. ſign. & l. hereditas 53. ff. de petit. hered.* Quod minime aſſecutus Seneca, eo ridet Juriſconſultos *lib.6. de Benef.* quod negent hereditatem poſſe uſucapi, ea vero, quæ in hereditate ſint, admittant poſſe: quaſi vero, inquit, aliud ſit hereditas, quam res, quæ in hereditate ſunt. Cui ſuffragari videri poteſt, quod Cicero in Top. hereditatem finit eſſe pecuniam, quæ morte alicujus ad aliquem pervenit jure, nec ea, aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. Sed iſtam ſic recte intelligere poſſumus, ut ea nihil illis, quæ jure noſtro tradita diximus, repugnet. Nam cum non ſimpliciter eam dixit eſſe pecuniam, quæ morte alicujus ad alium perveniat, ſed quæ jure ad aliom perveniat, pecuniæ vocabulo rem in jure conſiſteotem, ſicque nihil aliud quam jus eadem ratione ſignificare voluit, qua & nos quoque, licet bereditatem dicamus eſſe jus, & juris nomen, non ideo mious tamen, & rem eſſe dicimus, ut & nomina rem vocant, *l.cum hereditate 7. in verb. ſed res*, cum *l. nomina 17. ff. de her. vel act. vend.* Pecuniæ autem appellatione rem ſignificari, & tam corpora, quam jura contineri conſtat, *l. 4. & l. pecuniæ 222. ff. de verb. & rer. ſign.* Ex eo autem, quod hereditatem nihil aliud, quam jus eſſe, & in jure conſiſtere dicimus, illud neceſſe eſt ſequi, vendita hereditate illud jus omne venditum intelligi, quod apud heredem futurum eſſet, ſi ea vendita non fuiſſet, ut neque amplius, neque minus juris emptor habeat, quam apud heredem futurum fuerit. Verba ſunt hæc Ulpiani *in l.2. in prin. ff. de hered. vel act.vend.* Quod ita intelligendum poſtea explicat idem Ulp. *in d.l.2.§.1.* ut, ne inde exiſtimari queat venditionem eam ad illa retrotrahi, quæ vel mortis, vel aditionis tempore in hereditate fuerunt, dicat ſervandum eſſe quod actum eſt: ſed plerunque (hoc eſt, regulariter in dubio) id actum videri, ut quod ex hereditate pervenit, in id tempus, quo venditio fit, id videatur veniſſe: quibus verbis non aliud ſignificare voluit, quam regulariter id actum videri, ut quod tempore venditionis in hereditate eſt, & ex ea in id tempus pervenit, & eouſque permanſit, id intelligatur veniſſe, ne quis exiſtimet & illa omnia, quæ antea in hereditate fuerunt, & ab herede à tempore aditionis conſumpta, vel alienata ſunt, emptorem perſequi poſſe, quaſi ſibi hereditatis ratione vendita: quò, nec alio ſpectare dici poteſt ille contextus, prob. arg. ejus verborum, qua ratinne is emptor de evictione quoad res hereditarias nec ſatiſdare, nec cavere debet, *d.l. 2.in pr.& ibi gl.* Quæ cum ita ſint, conſtat inde, & portionem deficientem vi juris accreſcendi in emptorem

A partis hereditatis tranſire, non autem ejus venditorem, cum ex his, quæ diximus, non minus juris habere debeat, quam penes venditorem futurum eſſet, *d. l. 2.* Comprob. & eo, quod quoad hereditatis, aut legati jura portio deficiens, non quidem perſonæ, ut uſusfructus pars, ſed portioni inſtar alluvionis accreſcat, *l.ſi Titio 40.in fi.ff.de uſufruct.* Accedat, & quod ab Ulpiano dicitur *in l. ſi totam 82.ff.de acq.hered.* Illi, qui heres inſtitutus, ad reſtituendam indigno hereditatis partem fidem tacite accommodavit defuncto, propterea nihil debere accreſcere dicitur, quia rem non habeat. Nam neque hic, qui portionem ſuam vendidit, rem habet, cum jus quod habuit, omne in emptorem ſponte tranſtulerit. Nec obeſt quod nihilominus heres remanere intelligatur venditor, quia qui heres ſemel extiterit, heres eſſe deſinere non poſſit, *l.2.C.de pact. l. & ſi ſine 8.§.ſed quod Papinianus, ff.de minor.* B Nam nudum tantum heredis nomen penes eum ſine effectu ullius commodi, quod inde percipere poſſit, remanet, haud aliter quam in eo diximus, qui tacite fidem ſuam accommodavit: oam & hic non ideo minus heres manet, non tamen ut deficiens portio illi accreſcat, aut aliud emolumentum ullum ex teſtamento, aut ejus conſequentia percipiat, *d.l.ſi totam, & l.ex facto 43.§.Julianus, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* In qua etiam ſententia fuit Fran. Duaren. *in tract.de jur.accreſc.* verum ab eo tempore eſt qui diverſum ſcriptis ſuis aſſerat, iſta potiſſimum ratione, qua qui vendidit bereditatem, aut legatum, non ideo minus poſſidere videri dicatur ab Ulpiano *in l.4.§.ult.ſi quis omiſſ. cauſ.teſt.* Quod ſi poſſidet, & verum illud eſt portionem deficientem portioni accreſcere, non perſonæ, *d. l.ſi Titio*, non C alteri dici poteſt accreſcere, quam huic venditori poſſidenti: quo hunc maxime diſſimilem interpretatur eſſe ab illo, qui tacite fidem ſuam acommodaverit defuncto, ut incapaci hereditatis partem reſtitueret, cum tamen abſit ut hic poſſideat, ut omnino eo amiſerit quod illi inſtitutione fuerat delatum, *l.cum quidam 17.§.in tacito, ff.de uſur.* Verum intelligendum venditorem hereditatis non dici ſimpliciter ab Ulpiano poſſidere, ſed videri poſſidere, quod juxta ſubjectam illic materiam intelligendum eſt, ad quam ſolam illud ibi conſtat referri quippe quod cum illo tractatu edictum Prætoris explicetur, quo cum quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hereditatem, non tantum in eum actionem legatariis dat Prætor, ſed & in illum, qui dolo malo deſierit poſſidere (quia & hic non ideo minus poſſidere videatur, & poſ- D ſeſſioris loco habeatur, *l.4.& l.qui autem 6. §.non ſimpliciter, ff.ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* juncta *l.quod ſi dolo 25.& l. is, qui ſe obtulit 26.& l.ſin autem 28.§.ſed & is, & l.qui reſtituere 68.cum l.ſeq.ff.de rei vend.*) ibi explicet eum, qui hereditatem vendiderit, non poſſe dici dolo feciſſe quo minus poſſideat, nec ex illa parte edicti actionem in eum poſſe dari: ac nihilominus tamen in hoc poſſidere videri, quod actio ex teſtamento adverſus eum inſtitui poteſt, ut quidem conſtat eum & à creditoribus, & à legatariis poſſe conveniri, ex eo, uti diximus, quod heres eſſe non deſierit, ideoque & pro hereditatis poſſeſſore habeatur, quoad ipſum jus nudum attinet, at non quoad res hereditarias, *l.2.C.de pact.* Ideoque tametſi non ab omni parte illi ſimilis, qui tacite fidem ſuam accomodaverit, quod hic dolo noo careat, itaque & abſque ejus voluntate omne E commodum hereditarium ei adimatur, cum à venditore hereditatis plane dolus abſit, & quod hereditariis commodis privatur, ab ejus voluntate profectum ſit: ita tamen ut cum non ſecus hic teſtamentariis omnibus commodis, quam ille privetur, eo ſimilior ſit ei heredi, qui rogatus reſtituere hereditatem, non niſi compulſius eam adire voluit: nam hic nullum omnino commodum ex teſtamento conſequitur, quia eo indignum ſe præſtet, qui quantum in ipſo eſt, voluntatem repudiaverit, *l.4.& l.ita tamen 27.§.qui ſuſpectam, ff.ad Senat.Trebel.* ut quidem, & hic venditor hereditatis, qui honori ſibi à teſtatore delato pecuniam prætulerit, idque ſponte egerit, ut omne hereditarium jus, quantumin ipſo fuit, à ſe repelleret. Quemadmodum igitur illi, qui non aliter quam compul-

ſus adiit, ex conſequentia illa privationis commodorum omnium ex teſtamento obvenientium, jus quo deficiens portio accreſcit, nihil prodeſt, ſed tantum fideicommiſſario, *l. Papinianus 43. ff. ad Senat. Trebell.* ut neque ei, qui tacite fidem accommodaverit, *d. l. ſi totam*, ita nec iſti venditori hereditatis, ſed tantum ejus emptori.

ANTONIUS MERCATOR.

JUs adcreſcendi in emptorem hereditatis hac ratione transfire ais, quia in emptorem tranſit jus omne ſucceſſionis, quod heres idemque venditor habuit: hoc eſt falſum. In emptorem non tranſit jus heredis, ſicut nec in eum, cui heres in jure hereditatem ceſſit, ſed remanet apud heredem, & ob id creditoribus defuncti, & legatariis uterque obligatus manet, *l. 2. C. de her. vend. l. 2.* B *C. de legat.* & ſimiliter, ei, qui vendidit etiam debitores defuncti obligati manent: non tamen ei, qui ceſſit in jure, ut Ulpianus ſcribit lib. Regularum, quia hoc caſu debita hereditaria pereunt: nec ullo modo obſtat, quod ait *l. 2. de her. vend.* neque amplius neque minus juris emptorem habere, quam apud heredem futurum eſſet, quoniam id tantum agi ait inter ementem, & vendentem, ut neque amplius neque minus &c. & agitur id ſane plerumque interpoſitis ſtipulationibus emptæ, & venditæ hereditatis. Cæterum ipſo jure ſucceſſionis jus in emptorem non tranſit. Corpora in emptorem tranſeunt. Jura in ſuo ſtatu manent, *l. 3. pro ſoc.* Nihil etiam juvari hanc ſententiam *l. ſi Titio, in fi. de uſufr.* Dominus ſatis oſtendit, quia qui hereditatem vendidit, eam poſſidere videtur, ut *l. 4. §. ult. ſi quis omiſ. cau. teſt.* cujus ſententiæ C ratio generalis eſt, maxime cum de hereditate agitur, quam tu diſſimulas, quia pretium ſucceſſit in locum rei, & quaſi ipſum hereditarium factum eſt, *l. ſi & rem, de pet. her.* Nihil etiam *l. ſi totam, de adq. her.* quoniam is, cui, ut indigno erepta hereditas eſt, plane rem amittit, is, qui vendidit, cum habeat pretium, rem non amittit, qua re etiam qui vendidit ab eo diſtat, qui urgente fideicommiſſario coactus adiit: quia & hic rem omnem amittit, venditor, qui pretium habet, rem habere videtur: illi poteſt objici, quod quantum in eo fuerit deſtituerit judicium defuncti, quia non adiit ſua ſponte, quod venditori, qui ſua ſponte adiit objici non poteſt, quo planum fit, quam tu perverſe venditorem hereditatis confundas, vel cum eo, qui coactus adiit, vel cum eo, cui, ut indigno erepta hereditas eſt. Non repeto rationes, D quibus Dominus probavit, jus adcreſcendi in emptorem hereditatis non transfire, quas tu, ut non potuiſti, nec refellere conatus es.

JOHANNES ROBERTUS.

ITa ſcripſi, vendita hereditate jus omne venditum intelligi, quod id inter emptorem, & venditorem agatur, ut neque amplius, neque minus juris emptor habeat, quam apud heredem futurum eſſet, verba Ulp. ſubſecutus in *l. 2. in princ. ff. de hered. vel act. vend.* ut ſimul explicuerim, id me ad effectum commodorum omnium hereditariorum referre, quod alioqui ipſum heredis nomen, & jus nudum penes eum, qui ſemel heres fuerit, remaneat, cum & fieri minime queat, ut qui ſemel extiterit, heres eſſe deſinat. Ex quo non poſſunt non conſequi illi E effectus: ut idem heres, qui hereditatem vendiderit, non ideo minus, & debitores hereditarios convenire, & à creditoribus hereditariis conveniri poſſit: in quam rem, quo magis utrique conſulatur, interponendæ ſint ſtipulationes venditæ, & emptæ hereditatis, juxta *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* Nec tantum in hereditatis venditore id ita obtinere dixi, ſed & eo, cui, quod tacite fidem accommodarit, ut indigno auferatur hereditas, & illo quoque, qui rogatus hereditatem reſtituere, coactus adiit, ut quemadmodum penes iſtos manente heredis nomine, & jure; omne commodum hereditarium eis adimitur, ita & venditori hereditatis, qui cum honori ſi-

A bi à teſtatore delato pecuniam prætulerit, id ſponte egiſſe videatur, ut quantum in ipſo fuit, omne hereditarium jus à ſe repelleret. Hac igitur ex parte calumniatur apertiſſime oblatrator, qui iſta, quæ præmiſi, in illam partem à me dicta vult accipi, quaſi aſſeruerim, vendita hereditate nullum plane jus penes venditorem remanere. Atque ut illud calumniæ, ita & hoc inſcitiæ eſt, quod in eum ſenſum prædicta illa Ulpiani verba rapit, ut dicat, illud quidem agi inter ementem, & vendentem, ut neque amplius neque minus juris emptor habeat, quam apud heredem futurum eſſet, ſed agi quidem inter eos, non autem idcirco ſequi, & fieri; quaſi vero non ipſa partium conventio legem contractui det, ſive expreſſa, ſive etiam tacita, & quod agitur, pro cauto habendum non ſit, & quod cautum fuerit, in quantum poteſt, ſer- B vari omnino oporteat, *l. juriſgentium 7. §. ult. puta, ff. de pact. l. legem, C. de pact. l. legem, C. de donat.* juncta *l. cum quid, ff. de reb. cred.* Et quidem hac ipſa in re, quod ita tacite agi dicitur, hunc ſenſum habere, ut ſimul id plane obtinere intelligamus, & quantum fieri poteſt, inter partes ſervandum eſſe, prob. *d. l. venditor, verſic. at cum hereditas*, quo loco cum hereditas venit, tacite hoc agi videri ait Ulp. ut ſi quid venditor tanquam heres fecerit, id præſtet emptori, quaſi illius negotium geſſerit, eodem modo, quo & venditor fundi fructus præſtaret emptori. In eo igitur, quod hereditatis venditor agit heredis nomine, & juris ipſius perſonæ hærentis ratione, cum quaſi negotium emptoris, non autem hereditatis ſic gerere intelligitur, ut eum emptori id omne præſtare oporteat, an effectu ipſi jus omne hereditarium, quod C ad emolumenta, & commoda in emptorem translatum inficiari quis poteſt? Nec mutat quidquam, quod Ulpia. dixit venditorem hereditatis videri poſſidere, in *l. 4. §. ult. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* Nam, ut explicui, illud juxta ſubjectam materiam illius, de quo ibidem agit, edicti Prætorii intelligendum eſt. Hoc autem contorquens nugivendus, ut ad jus adcreſcendi id pertrahat, quo ipſi venditori, quaſi poſſidenti, non emptori, deficiens portio accreſcat, ne ab ipſius ſententia illud, quem dimovere poſſit, quod nullius rei hereditariæ poſſeſſor dici queat hic venditor, quem quia Ulpian. videri poſſidere dixerit, ille etiam poſſidere aſſerat: tandem adinvenit, quod quoquo modo poſſidere dici poſſet (ſubtilius dicam, an futilius) Pretium, inquit, ſucceſſit in locum rei, & ipſum pretium ita quaſi hereditarium factum eſt, ut pretium D habens venditor, ipſas res hereditarias habere videatur; ſic quod de re ſingulari vendita in univerſalibus judiciis ſpecialiter dicitur, pretium loco rei ſuccedere, *l. ſed & ſi rem 25. ff. de petit. hered. l. Imperator, in fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 2.* etiam ad ipſiuſmet hereditatis venditionem extendens, quod alioqui ne in rerum quidem ſingularum venditionibus, quod ad alia, quam univerſalia judicia obtinuerit, cum in his pretium loco rei minime ſuccedere cenſeatur, nec rem habere, qui ejus pretium habeat, *l. qui vas 19. in fin. ff. de furt. l. quemadmodum 38. §. ult. ff. de nox. act. arg. l. idemque 7. §. ult. ff. qui pot. in pign. hab.* Et cum venditorem hereditatis, fundi venditori ſimilem faciat Ulp. *in d. l. venditor.* is, qui fundum vendiderit, & tradiderit, quia pretium habeat, fundum aut poſſidere, aut videri poſſidere dicitur. Sed eo confugit (qui non alio illud ſe tueri poſſe agnoſceret, quod aſſeruiſſet defi- E cientem hereditatis partem venditori partis accreſcere, niſi, & portionis alicujus hereditariæ eum poſſeſſorem probaret) quia, ut dixi, quod ad hereditatis, aut legatorum jura, portio deficiens non quidem perſonæ, ut uſusfructus, ſed portioni inſtar alluvionis accreſcat, ut probavi *ex l. ſi Titio 40. in fin. ff. de uſufr.* cujus legis rationem, quæque antea eodem, & ſubſequente capite dixi, illo pretii poſſeſſionis phantaſmate effugere non poteſt.

Digitized by Google

Nil neceſſe eſſe immutari ex contextu prædict. l. Papinianus 43. ff. ad Senat. Trebell.

CAP. XIII.

JOHANNES ROBERTUS.

EXPOSCERE videntur proxime dicta, ut receptam lectionem *præd. l. Papinian.* à temerariis depravationibus duabus aſſeramus. In illa lege diſquirit Ulpianus ex Papiniano: Si quis ex ſemiſſe inſtiturus, rogatus reſtituere hereditatem, compulſus eam adierit, *Deinde* (inquit) *fideicommiſſarius ignarus ſit accreviſſe portionem hereditatis poſt reſtitutionem ſcripto heredi, an opus ſit ei alia actione:* Et ait, *ſecurum eum eſſe poſſe.* Quæ verba ita extant in exemplaribus receptis, & Florentino: ſed tamen duo ibi eſſe menda contendit Obſervator: quia quo loco ita legitur, *ignarus*, dempta negationis vi, legendum ſit *gnarus:* & quo loco legitur *alia actione*, legendum ſit *alia aditione*. In illo priore propterea negationis vim demendam cenſet, quia alioqui illis verbis ponat ignoraſſe fideicommiſſarium portionem accreviſſe, cum potius ponere debuerit fideicommiſſarium poſtea id cognoviſſe: In poſteriore vero propterea rectius legi aditione, quam actione, quia nulla ſit prodita actio, quæ fideicommiſſario in hoc detur, ut compellat heredem adire, ſed in hoc extra ordinem tantum ei à Prætore decreto ſubveniatur. Verum in utroque longiſſime aberrat, & ad ea divertit, quibus iſto loco nil opus eſt. Nam in priore propterea non ab re ponit fideicommiſſario ignaro adcreviſſe portionem ſcripto heredi poſt reſtitutionem, ut eo ſignificet, quod de portione, quæ accreverit, ita ait: non idcirco dici, quod eam aliter heredi accreviſſe aſſumat, quam quoad nudum, & omni effectu, & commodo deſtitutum heredis jus, ſed quod res hereditarias, quæ in illa deficiente portione eſſent, ut illius nudi juris apprehendiſſet, fideicommiſſario ejus, quod portionem illam defeciſſe, & accreviſſe contigiſſet, ſicque ſui juris ignaro, cum ad eum omnino portioni ſuæ accreſcentis portionis illius deficientis commodum omnino pertineat, utpote qui res alias hereditarias, & jura quæcunque rerum omnium, quæ in hereditate ſint, habeat, neque quidquam præter nudum heredis jus, & nomen ſine effectu heredi ſcripto jure accreviſſe dici poſſit, juxta *l. ſi totam* 82. *ff. de acquir. hered.* juncta *l. ex facto* 43. *§. Julianus, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* arg. *l. 4. & l. ita tamen* 27. *§. qui ſuſpectam, ff. ad Senat. Trebell.* In eo itaque refert Ulpianus à Papiniano quæſitum fuiſſe, an huic fideicommiſſario tunc opus ſit alia actione, non quidem in hoc ut compellat heredem adire, ut ibi interpretatur Accurſ. quod poſteriori illi perverſæ correctioni cauſam præbuit, verum ad recuperandas res illas, à ſcripto herede poſſeſſas: ut quidem in eo non ab re addubitari potuit, an non illi inſtituenda in hoc eſſet actio ex teſtamento adverſus heredem ad eas res hereditarias reſtituendas, quas nullo jure, & indebite retinet, vel quaſi minus reſtituerit, quam deberet, juxta *d. l. ita tamen, §. ſi ex Trebelliano*, arg. *l. debitor* 59. *verſ. neque fideicommiſſum, quaſi minus reſtituerit, ff. ad Senat. Trebel.* Verum reſpondit Papinianus ſecurum eſſe poſſe fideicommiſſarium, eo ſubinnuens, ea actione illi opus non eſſe, quod alia certiore via ei ſit conſultum, quippe rei vendicationis, cujus inſtituendæ ſaltem utile jus habeat, cum reſtituta hereditate in eum actiones omnes tranſierint, quæcunque competere poſſunt ſcripto heredi, *§. reſtituta, & §. ſed quia, de fideicommiſſ. hered. in Inſtit.* quæque ipſi defuncto adverſus eundem heredem competere potuerunt, in hoc ut utiles ſaltem inſtituere poſſit, *d. l. debitor*. Idem ſubjicit: de eo ſolo fuiſſe quærendum, an illi fideicommiſſario opus eſſet nova reſtitutione, ratione illius accreſcentis portionis, innuens de eo aptius quæri potuiſſe. Nam ſi nova reſtitutione opus non eſt, nec per conſequens ex teſtamento actione, quaſi reſtitutio portionis hereditatis prius facta ob id ſufficiat, quod

A portio deficiens portioni accreſcat, juxta *d. l. ſi Titio*, idque etiam invito eo, qui portionem illam habet, juxta *l. qui ex duabus* 53. *§. ult. & l. ſi quis heres* 35. *in princip. ff. de acquir. hered. l. 2. §. ſi duo, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Itaque non eſſe, quod ex teſtamento agat fideicommiſſarius, ut portionem accreſcentem reſtituere ſcriptum heredem compellat, cum ea effectu minime obvenerit, & adverſus eum ordinaria actione, qua res ſuas petat, conſultum ſit, quippe rei vindicatione ſaltem utili. Alioqui abſurdiſſime proponeretur à Papin. quæſitum fuiſſe in iſta ſpecie, an aditione nova opus ſit ratione deficientis iſtius portionis, cum etiam invito eam accreſcere conſtet, ut diximus, & ſit juris regula, ſemel tantum adeundum eſſe, quod in ejuſdem perſona locum habeat, non autem cum per alium, qui in poteſtate ſit, aut fuerit, adeunda eſt

B hereditas, *l. ſi ſolus* 79. *in fin. & ibi Gloſſ. cum l. ſeq. & l. cum heres* 52. *§. ult. ff. de acqu. hered.*

ANTONIUS MERCATOR.

MAle vulgo legitur in *l. Pap. ad Treb. ignarus ſit*, quia in ea quæritur, an ſi poſt reſtitutionem hereditatis heredi ſcripto adcreverit portio coheredis, opus ſit fideicommiſſario alia actione, ut eam portionem recipiat: gnaro igitur fideicommiſſario, non ignaro: nam ignaris non datur actio, nec ullum aliud remedium juris, ſed ſcientibus, & poſtulantibus. Et ponas quantum libuerit ignaro fideicommiſſario eam portionem adcreviſſe heredi ſcripto, nunquam tamen eam quæſtionem inſtituas recte, antequam fideicommiſſarius ejus rei gna-

C rus fuerit, & deſideraverit eam quoque portionem ſibi reſtitui. Eodem loco pro actione, legendum eſt, aditione, ut hoc quærat, an fideicommiſſario ſit neceſſe heredem compellere ad eam portionem adeundam, & reſpondeat, fideicommiſſarium eſſe ſecurum, id eſt, etiam non aditam portionem ad eum pertinere. Semel factam aditionem ſufficere. Si hoc quærit, an opus ſit ei alia actione, hoc reſpondet, ſecurum eum eſſe poſſe ſine alia actione, & tamen tu ais alia eum actione indigere, nempe rei vindicatione. Et peſſime rei vindicatione, quia portio hereditaria rei vindicatione non petitur, quæ non de hereditate, aut de hereditatis portione, ſed ſpecialis in rem actio eſt, vel ſi rei vindicationem accipis pro hereditatis petitione, ea fideicommiſſum non petitur, ſed extraordinaria perſecutione, *l. pecuniæ, §. per-*

D *ſecutionis, de ver. ſig.* & hereditatis petitio fideicommiſſario non datur, niſi poſt reſtitutionem adverſus alios, non etiam adverſus heredem ſcriptum. *l. ult. §. pen. de fid. her. pe.* verum quidem eſt, cum alia actione, vel perſecutione, vel in rem miſſione indigere, ſed non ea, quam tu adfers, nec actione ex teſtamento: illam, & ſi jam ſubnotaverim, & ſit alius ſtatim intellecturus quid velim, adhuc tamen tibi quærendam relinquo, quod ſi alia actione indiget, non eſt ipſo jure ſecurus: ergo male in ea lege ſcriptum eſt actione, pro aditione, ut ſuo loco Obſervator docuit. Sequitur in *d. l. Papin. de illo plane loco ſolo quærendum ait* &c. Locum ſic accipit, ut Dialectici, ut M. Tullius magnum eſſe locum. Quærendum autem an opus ſit fideicommiſſario nova reſtitutione, ejus ſcilicet portionis, quæ adcrevit, quaſi minus prior

E reſtituerit. Rem in diſquiſitionem vocat, neque definit, ſed jam docuit communis præceptor, ut aditione, ita reſtitutione nova opus non eſſe. Actione autem maxime opus eſſe, qua fideicommiſſarius ad jus ſuum omne perveniat, cum ſcilicet heres compulſus adiit, quo genere rem omnem amiſit: nam in eo, qui ſponte adiit aliud obſervandum eſt.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc ad conjectitias correctiones duas aſſerendas novi nihil addit, niſi quod ſuperioribus etiam ineptius ſit, quippe in *l. Papin.* 43. *ff. ad Senat. Trebel.* uno loco ait legendum eſſe *gnarus*, non autem *ignarus*, quia

igna-

ignaris non detur actio; Dicas ſomniantem id ſcripſiſſe. An enim, quod de ignaro, gnarove dicitur, ad actionem ab ignaro, aut gnaro inſtituendam refertur: ac non potius accreſcentem portionem, ſicque tempus illud, quo accreverit quoque fideicommiſſariis, ut quidem ego explicui, & contextus verba apertè indicant. Et vero quis dubitet portionis, quæ accreverit ratione, actionem, qua portio illa petatur, non ab alio, quam ejus, quod ea accreverit gnaro reſtitui poſſe? Sicque quorſum in eo gnari mentionem factam interpretari poſſemus? Atque (ut nulla ex parte ſibi nugivendum conſtare intelligas) quid eſt, quod actionis dictionem ex illo contextu altera correctione tollens, ad actionem tamen (cujus nuſquam illic mentionem fieri admittat) illam ex correctione priore gnari dictionem transferat?

Deinde altero illic loco, pro *actione*, ait propterea legendum *aditione*, quia quærat an in ea ſpecie fideicommiſſario neceſſe ſit heredem, qui jam antea hereditatem adiiſſet, compellere ad eam portionem, quæ accreverit adeundam, quod duplici ratione convellitur: Tum quod aſſumpſiſſet accreviſſe portionem: quod ſi accreverit alteri portioni, cujus ratione adita erat, nil perſonæ facto, & aditione opus erat. Quo enim aditio, niſi ut fieret, quod jam factum proponebat? Accedat, quod deficiens portio non perſonæ, ſed portioni accreſcit. Qoid igitur in eo perſonæ facto opus? *l. ſi Titio, in fin. ff. de uſufruct.* Tum etiam, quod alioqui ex eo ſequeretur, & Papin. dubio omni carentem quæſtionem illic agitaſſe, & Ulpian. quaſi memorandam, & alterius authoris teſtimonio comprobandam retuliſſe. Ut quidem cum regula juris ſit, ſemel tantum adeundum eſſe, *l. ſi ſolus 79. in fin. ff. de acq. hered.* conſtat non eſſe, quod in hac re quæramus an aditio iterari debeat.

Quod autem in eo me mihi repugnare cavillatur, quod cum receptam lectionem aſſerens, dicam alia tunc actione fideicommiſſario opus non eſſe, attamen poſtea rei vindicationem illi tribuam, cum tamen Papin. ſecurum illum eſſe dicat: ſatis diluitur iis, quæ explicui? quippe ita intelligere Papin. fideicommiſſario nec ex teſtamento, nec perſonali alia actione opus eſſe, qua portionis illius, quæ adcreverit, res reſtituere compellat, quod ſatis ſuo jure ſit munitus, quippe ea actione, qua rerum domini res ſuas perſequi poſſint, quaque tutus, dici potuerit ſecurus, ſiquidem quoſvis dominos rei vindicatione res ſuas perſequentes, jure communi tutos rectè dicimus.

Juſtinianum præferri voluiſſe, mulierem in dotis repetitione, vi tacitæ hypothecæ, in bonis mariti, creditoribus tempore anterioribus, expreſſæ quoque hypothecæ jus habentibus.

CAP. XIV.

JOHANNES ROBERTUS.

VARIE fuit agitata hæc juris quæſtio, & à veteribus quoque juris noſtri interpretibus, An mulier in repetitione dotalium rerum vi tacitæ hypothecæ ei in bonis mariti à lege conceſſæ præferenda ſit quibuſcunque creditoribus anterioribus, etiam expreſſæ hypothecæ jus habentibus. In qua eo diſſenſiſſe Bulgarum à Martino refert latiſſime Accurſius in *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* quod ille eam non aliis creditoribus anterioribus præferendam ſentiret, quam tacitæ hypothecæ jus habentibus: hic vero quibuſcunque, ſicque & expreſſæ quoque hypothecæ jure nitentibus. Præcipua illius argumenta quatuor fuere. Primum, quod Juſtinianus, à quo ſolo in mulierum cauſam propenſiore, & tacitæ hypothecæ, & privilegii illi attributi jus manavit, id quod plurimum eſſet, voluerit mulierem *potiora jura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris ſint temporis privilegio vallati.* Sunt enim hæc ejus verba in *l. aſſiduis ult. C. qui pot. in pign. hab.* quæ ille ita interpretatur, ut privilegii dictione adjecta reſtringi contendat, quod de omnibus creditoribus tempore anterioribus generalius dictum erat à Juſtiniano, ad eos ſolos, qui ex privilegio hypothecæ jus habeant: ac per conſequens, tacitam tantum hypothecam. Secundum: Par eſt fiſci, & mulieris privilegium, quoad tacitæ hypothecæ jus, *l. 2. C. de privil. fiſc.* At fiſcus privato creditori tempore anteriori expreſſæ hypothecæ jus habenti cedit, *l. ſi pignus 8. ff. qui pot. in pign. hab. & l. 4. C. qui pot. in pign.* Si quidem illæ res ſpecialiter pignori privato obligatæ fuerint. Nam alioqui in generali tantum bonorum omnium obligatione id obtinet in iis, quæ vel tempore obligationis illius contractæ, vel ſaltem ante fiſci, aut mulieris obligationem quæſita fuerint. Secus enim in poſtea quæſitis, in quibus, ut pignoris cauſam prævenit fiſcus, ita & mulieri idem ſit tribuendum, *l. ſi is, qui mihi 28. ff. de jur. fiſc.* Itaque ut eo modo fiſcus privato, aut ſpeciale, aut generale pignoris expreſſum jus habenti tempore anteriori minime præfertur, ſic nec mulier. Alioqui ſequeretur eo caſu, quo fiſcus anterior muliere à privato anteriore ſuperaretur deinde ſuperato privato à muliere, poſtea & mulieri rem per fiſcum abſtrahi, ſicque pignoris controverſiam indiſſolubilem fieri, nec exitum habere, ſicque ad circulum (ut vocant) id redire. Tertium: Idem Juſtinian. vi tacitæ hypothecæ actionem mulieri nominatim concedit adverſus poſteriores mariti creditores. Eo igitur excludit anteriores à contrario, *in l. ubi 29. C. de jur. dot.* Quarto: Quæ à principe, aut lege tribuuntur privilegia, ſic interpretari debemus, ut nemini injuriam inferant, & proprio jure quæſita non adimant, cum id fieri jus æquumque minime patiatur, *l. 4. C. de emancip. lib. l. 2. in §. merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publ. 2. C. de precib. Imp. offer.* Quo fieri videatur, ut æquior humaniorque ſit hæc Bulgari ſententia, quam communiter adprobant cum veteres, tum & recentiores juris interpretes: ſed ea, tametſi uſu quoque comprobata, nec verbis, nec menti Juſtiniani mihi unquam conveniri viſa eſt. Itaque ut poſteriorem Martini ſententiam amplexi ſunt veteres noſtri Doctores Galli, ut referunt Salycetus, & Cynus *in d. l. aſſiduis:* ita & in hanc propendeo, ut Juſtiniani verbis, & menti magis conſonam, quæ quatuor aliis argumentis validius fulciri videtur. Primo ex prædictis Juſtiniani verbis ducto, quibus quod potiora jura mulieri dat adverſus creditores omnes tantum abeſt, ut ſequentibus iſtis verbis reſtringere voluerit. *licet anterioris temporis privilegio ſint vallati*, ut eo magis extendere eum voluiſſe appareat, & ad illos quoque, qui alioqui anterioris temporis prærogativa quoquomodo niti poſſint, cum verba non referat, aut ad vallatos legis privilegio, aut ſimpliciter vallatos privilegio, ut oportuiſſet, ſi quod illi volunt, Juſtin. ſenſiſſet, verum ad vallatos, ſive munitos temporis anterioris privilegio, hoc eſt prærogativa, quo illud eorum primum objectum diluitur. Secundum eſt: Idem Juſtinian. poſteriore alia conſtitutione à prærogativa iſta excludens mulieres fide hæreticas, refert eam ita ſe antea mulieribus in hoc dediſſe, ut antiquioribus creditoribus præferrentur, & potiore ordine, & jure eſſent, quanquam tempore vincerentur, ut quidem ſunt hæc ejus verba: *ὥστε κ̀ προγενεστέρων δανειστῶν προκρίνεσθαι, κ̀ βελτίω τάξιν ἔχειν αὐτὰς, κ̀ ταῦτα ὑπὸ τοῦ χρόνου νικωμένας.* in *Auth. de privileg. dot. hæret. mul. non præſt.* Nov. 109. & expreſſius in *§. aliud quoque, in Auth. de æqual. dot.* Nov. 97. qun idem refert dediſſe ſe privilegium dotibus, ut contra antiquiores hypothecas potiora jura haberent, nimirum illis creditoribus, qui cum maritis contraxerunt, illorum fidem ſecuti, non mulierum, quæ forte ejus contractus tempore maritis nondum junctæ fuerint. Quod ſi cum iis conjungas, quæ illic ſubjicit, quo caveat ne hujus prærogativæ prætextu in creditorum fraudem adaucta poſtea dote mulieris quidquam moliri poſſint, quid expreſſius ad hujus ſententiæ declarationem ab eo dici potuit? cum tot locis illis indiſtincte loquatur, itaque in eo temere diſtinctio non ſit adhibenda, juxta *l. de pretio, ff. de Publ. in rem act.* Tertio: Cum quis pecu-

pecunia ſua effecit, ut navis ematur extruaturve, aut reficiatur, vel etiam odmus exædificetur, vel ager comparetur, aut aliud quidquam, is potior eſt in iis rebus pecunia ſua comparatis, aut refectis, quibuſcumque aliis creditoribus etiam multo tempore antiquioribus. At circa hos, & mulierem dotem repetentem quoad eaſdem res addubitatum fuit, & quæſitum an his cederet mulier, an illi cedere deberent mulieri. In qua decisum ab eodem Juſtin. ut his non cedat mulier, ſed tantum illis, qui in comparationem militiæ pecuniam crediderint, & eam ob cauſam ſi mutuam pecuniam illam dediſſe inſtrumento comprehenſam appareat, ſimulque eos pignoris pactione expreſſa in debitoris bonis ſibi proſpexiſſe, *§. his conſequens, in d. Auth. de æqual dot. nov. 97.* At illis qui mutuam pecuniam dederint, aut in comparationem, aut conſtructionem, aut refectionem ſive navis, ſive domus, aut agri alteriuſve rei comparationem, non aliter hypothecæ jus competere conſtat, quam ſi expreſſa pactione id ſibi quæſierint, *l. quamvis 17. C. de pig. l. licet, C. qui pot. in pign. l. interdum, ff. qui pot. in pig. hab.* (præterquam quoad refectionem domus: ſi quidem ea fuerit neceſſaria, tacitæ hypothecæ jus competit: nec aliter, *sic intel. l. 1. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypoth.*) Conſequens itaque eſt, mulierem non tantum creditoribus expreſſæ hypothecæ ſimplex jus habentibus præferri, ſed illis qui expreſſæ hypothecæ jus habenres, & privilegium quoque habeant, quo tempore anteriorihus expreſſæ hypothecæ ſimplex jus habentibus creditoribus potiores ſint, ex *præd. vulg. regula: Si vinco vincentem te, &c. d. l. de acceſſionib.* In idem duci poteſt argumentum ab eo quod ibidem dicitur, & de eo qui pecuniam in comparationem militiæ crediderit. Neque nodum iſtum illud ſolvere poteſt quod interpretantur nonnulli *in d. §. his conſequens*, non de jure hypothecæ ſenſiſſe Iniſtinianum, ſed tantum privilegio prælationis, quod inter perſonales ſive chirographarios creditores ſuperioribus perſonis competat, juxt. *l. ſi ventri, l. qui navem, l. quod quis navis, ff. de bon. auth judic. poſſid.* In qua ſententia eum fuiſſe (quiſquis ille extiterit) qua acciſas & ſæpius mutilas Novellarum rapſodias Codicis operi admiſcuit, *patet ex Auth. quo jure, C. qui pot. in pig. hab.* Verum eum ſenſum locus ille plane reſpuit, idque duplici præcipue ratione. Priore, quod illic *in proxime praeced. §. aliud quoque d. novella 97.* (cujus §. conjuncta eſt tractatio & ſententia cum *d. §. his conſequens*) nominatim locutus fuerat de antiquioribus hypothecis, adverſus quas mulier poſteriora jura habeat, ut ſupra relatum à nobis fuit. Poſterinre, quod alioqui inutiles forent quæſtiones omnes illic agitatæ, cum in illis omnibus de mulieris jure quæratur, quod cum non in ſimplici privilegio perſonali conſiſtat, ſed hypothecæ jure, cui non tantum in mulieris perſona, ſed & cujuſcunque alterius hypothecæ jus habentis cedant perſonalia quævis privilegia, *l. eos 9. C. qui pot. in pig. hab.* abſurde omnino ibi addubitaretur, & diſquireretur, an illi, qui in domus, aut navis comparationem, conſtructionem, refectionemve, aut etiam militiæ emptionem, mutuam pecuniam dederint, mulieri præferendi ſint vi perſonalis tantum privilegii, quod habeant: an vero illi cedere debeant, cum etſi nullo alio privilegio niteretur mulier, ſed ſimplex tacitæ hypothecæ jus haberet, illis nullum hypothecæ jus habentibus, quantumvis tempore anterioribus præferenda eſſet, ex *d. l. eos*. Quartum eſt, quod dotium ſemper, & ubique præcipua eſſe cauſa dicitur, quia non ſimpliciter reipubl. interſit mulieribus dotes conſervari, ſed & ad ſobolem procreandam, liberiſque replendam civitatem maxime neceſſarium, juxta *Pompon. in l. 1. ff. ſol. matr.* Convenit, & quod Ulp. in *l. 1. verſ. & generaliter, ff. de ventr. in poſſ. mitt.* favendum eſſe ait partui, ut in lucem edatur, quia non tantum parenti, ſed & reipubl. naſcatur: & quod refertur D. Hadrianum reſcripſiſſe, malle ſe hominum adjectione, quam pecuniarum copia imperium ampliari, in *l. cum ratio, verſ. ſed & divus, ff. de bon. damnat.* Quæ cum ita ſint, atque adeo publice non tantum expediat, ſed & neceſſarium ſit, ſuas mulieribus dotes quoquomodo conſervari, omnino privilegium illud tacitæ hypothecæ, quo creditoribus quibuſcunque anterioribus etiam expreſſæ hypothecæ jus habentibus præferretur, tribuendum fuit, ne alioqui earum dotis acceſſione, adauctis mariti facultatibus, plane illorum creditorum lucro cederet dos à marito accepta, cujus in eo contrahenres fidem ſecuti ſint, non mulieris, in cujus damnum id vergeret, nullo ipſius interveniente facto, ut quæ cum illis minime contraxerit, quo iniquius id futurum eſſet. Et hac etiam ratione ad privilegium iſtud mulieribus concedendum ſe adductum fuiſſe expreſſit Juſtinian. *d. §. aliud quoque in princ.* atque eo imprimis, quod, ut dixi, publice intereſt, ac neceſſarium quoque eſt dotes mulieribus conſervari: iſtiuſmodi autem publicæ utilitati quævis jura privatis competentia plerumque poſthabeantur, juxta *l. 1. C. de condict. ex leg. l. 3. de primip. lib. 12. C. l. actione, §. Labeo, ff. pro ſoc. l. unic. §. ult. circa fin. C. de cad. toll.* Quo etiam quartum illorum objectum diluitur. Illud vero ex eo ductum, quod paria ſint quoad tacitam hypothecam fiſci, & mulieris jura: qua ratione contingere poſſit, ut fiſco cedente anteriori creditori expreſſæ hypothecæ jus habenti, cum tamen fiſcus ipſa muliere tempore prior ſit, *præd. juris regula d. l. de acceſſionibus*, obſtet, ne privato creditori, qui anterior ſit, tunc præferatur mulier: alioqui res exitum non ſit habitura. Parum urget, quod illi regulæ tunc locus ſit, cum omnes eodem, ſive pari jure nituntur: ſecus ſi diverſo, & impari, prob. *d. l. Claudius, in fin.* ac eo maxime, quod ſpeciali privilegio competat, quale illud mulieris eſſe conſtat, quæ licet quoad fiſcum ſolo communi jure uti poſſit, tamen quoad alios creditores jure ſingulari ũtitur, quo iis vi prædictæ Juſtinian. conſtitutionis præfertur, ſervato tamen jure fiſci (ſi is interveniat) quale habiturus eſſet, ſi cæteris creditoribus mulier minime præferretur, ut neque illi mulieris ſuperventus noceat, neque proſit. Cujus rei executio difficilis non eſt, arg. *d. l. Claudius*, in *fin.* Præterea etſi communem illam ſententiam probaverimus, idem ex ea ſequeretur incommodum, cum & tunc poſſit contingere, ut privatus in hypothecæ tacitæ jure anterior ſit, fiſcus autem muliere, ſicque privato fiſcum vincente mulier privatum vincat, contra prædictam regulam. Nec enim idem privilegium comperiemus fiſci tributum, ut anterioribus præferatur, quoad quæſita ante fiſci obligationem contractam: nam exæquatio, quæ fit fiſci, & mulieris, ipſorum tantum inter ſe reſpectu facta eſt, non aliorum, *d. l. 2. C. de privil. fiſc.* Quod autem objicitur ex *d. l. ubi*, non pugnat. Nam cum ſanctio *d. l. aſſiduis* illud anterioribus legibus ex profeſſo addens, poſteriore tempore facta ſit, ut patet ex die, & Conſule utriuſque, arg. *à præd. conſtitutione l. ubi*, quæ prius edita fuerit, procedere non poteſt, cum priores leges ſint ad poſteriores trahendæ, *l. non eſt novum 25. cum ſeq. ff. de legib.*

ANTONIUS MERCATOR.

IN hac quæſtione, an mulier, quæ ſuæ dotis conſervandæ cauſa bona mariti perſequitur jure tacitæ hypothecæ, præferatur prioribus omnibus creditoribus hypothec. etiam expreſſam, & maniſeſtariam hypothecam habentibus, accedis, quod mirum eſt, ſententiæ Obſervatoris, quæ eadem eſt cum Martini ſententia. Verum quæſtionem tractas incondite ſolens tuo more, nec non intermixto errore aliquo. Erras enim vehementer cum ſcribis eum qui ad refectionem domus pecuniam credidit habere in ea re tacitam hypothecam. Debuiſti dicere, ad reſtitutionem, ut *l. 1. in quibus pig. tac. cont.* non ad refectionem. Aliud eſt reſtituere, aliud reficere, *l. 58. & 81. de leg. 1.* Erras quoque ſi eaiſtimas mulierem præferri iis quorum pecunia navis empta, vel facta, vel refecta, vel armata, & reconcinnata, vel prædium comparatum, vel domus reſtituta, vel refecta eſt, ſi hypothecarii creditores, & antiquiores fuerint: quoniam inter eos, & mulierem ſervatur ordo temporis ex Nov. XCVII. & is tantum excipitur cujus pecunia mili-

tia

tia comparata eſt pignerato nominatim militiæ caſu ea lege, ut creditor in eo pignore omnibus anteponatur, etiam antiquioribus: hic enim etiam mulieri antiquiori anteponitur. Illud quoque certum eſt, inter fiſcum, & mulierem ſervari ordinem temporis: nam & olim cum mulier non habebat niſi expreſſam hypothecam, fiſcus tacitam, inter eos ſervabatur ordo temporis: nec ſi privatus ſit antiquior fiſco, & muliere, & fiſcus antiquior muliere, eo quod mulier præferatur privato, & privatus fiſco, & continuo mulier debet præferri fiſco, quia à disjunctis ad conjuncta argumentum non valet: mulier concurrens cum privato antiquiore, vincit, concurrens cum fiſco antiquiore, vincitur. At mulier concurrens cum privato, & fiſco antiquioribus (fac maritum contraxiſſe cum privato, cum fiſco, cum muliere) vincit privatum, & fiſcum, & fiſcum quidem non concurrendo cum fiſco, ſed concurrendo cum privato, eumque vincendo, qui jam vicit fiſcum. Hunc articulum attigiſti, ſed enucleare nequiviſti, forte nec, ut enucleaverim adſequi poteris. Si quid ſit in quo hæreas, habes collegas doctiſſimos, quibus æquius eſſet te adſtare, quam adſidere, qui omnem tibi ſcrupulum eximent ſi modo eos adjeris, ut par eſt docilis atque ſummiſſus.

JOHANNES ROBERTUS.

IN iſta quæſtione, quæ de jure tacitæ hypothecæ dotis agitatur ex Juſtiniani præcipue conſtitutione in *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* an quibuſcunque creditoribus hypothecarus mulier præferatur, Martini quidem, & veterum interpretum Gallorum ſententiæ acceſſi, in eoque illa ex parte à nugivendi ſententia receſſi, qua negat mulierem illis creditoribus præferri, quorum pecunia navis empta, vel facta, vel refecta, vel prædium comparatum, aut domus reſtituta, refectave eſt. Cum ergo, etiamſi his ea res pignori expreſſe obligata ſit, mulierem præferri contendam, quod explicui plane comprobari ejuſdem Juſtin. *Novell. 97. in §. bis conſequens*, juncto cum illic præced. *§. aliud*: Id vero cum ille inficietur ea Novella comprobari, contendatq; inter ſupradictos illus creditores hypothecarios, & mulierem temporis ordinem ſervari: ego vero docuerim, & aperto contextu *d. §. bis conſequens*, jus prælationis eam habere adverſus creditores, qui in illas cauſas pecuniam mutuam dederint, & argumentis comprobaverim eum locum neceſſario de illis creditoribus intelligendum, qui expreſſo pignoris jure contraxerint: mirum illum, alioqui in levibus accurate refractarium, nec ullum argumentorum noſtrorum refellere, nec quod aſſerit, ratione alia ulla, argumentove ullo comprobare conatum, idque tantum prodidiſſe, ea Novella conſtitui inter ſupradictos creditores, & mulierem temporis ordinem ſervari, quod falſo illic probari ait. Et qui diverſam à noſtra, hoc eſt communem interpretum ſententiam tuentur, ſic aliter quam nos locum illum interpretantur, ut in eo, quod mulier ſupradictis creditoribus tempore anterioribus præferri dicitur, contendant non de illis ibi agi, qui expreſſo jure pignoris, ſed tantum chirographo ſibi caverint, ſicque non hypothecarii, ſed chirographarii tantum ſint. Quo credibile eſt nugivendum aliud agentem illa ſcripſiſſe.

In eo autem, quod nobis ita aſſentitur, quod ad ordinem temporis attinet inter fiſcum, & mulierem ſervandum, ut ne ulla in re plane aſſenſus videri poſſit, in eo diſſentiat, quod concurrentibus fiſco, privato, & muliere, cum privatus fiſco anteriur, fiſcus vero muliere prior ſit, à muliere & fiſcum, & privatum vinci dicat, ridiculus eſt, dum nuce nulla ex parte confracta, & aperta, id ſeſe enucleare ridicule gloriatur. Nam qua ratione, quoque modo argumentum ſuum à conjunctis ad disjuncta iſti loco accommodari poſſe exiſtimet, quidve conjunctio hic efficiat, fuit illi imprimis explicandum, nec verborum involucro plane in eo nihil certi habere, quod nobis opponat diſſimulandum, & obtegendum. An enim in ea ſpecie fiſcum cum privato conjungi dicet? qua vero conjunctionis ſpecie? ejuſdem contractus ſimul ea eſſe non poteſt: nam ſi eundem ſibi obſtrinxerint, alter altero prior non eſſet. An igitur conjunctionis alterius? ut qui invicem uter utri ex ſeparato quoque contractu præferantur, certent, hos faciat conjunctos? Et quam recte illud colligit. Concurrens mulier cum privato, qui vincit fiſcum, eo quod privatum vincit, & fiſcum vincit: rationem aliquam proferat, vel in ſpeciem ſaltem, ne ipſomet teſte, plane ratione deſtitutus, hæc temere jactaſſe vere argui poſſit. Non aliam poteſt quam conjunctionis. At undenam illa conjunctio, aut quo vinculo, quove jure, ſive qua ratione dici poteſt colligata? Vel etiam dicat, cur mulier poſterior, & privatum, & fiſcum potius vincat, quam fiſcus muliere prior, ſicque ea potior & mulierem, & privatum. An in his diſſimilis conjunctionis ratio ulla excogitari poteſt? Ut taceam hoc aperte eum prodere, neſcire ipſum, quæ ſit vis, quique uſus loci à conjunctis ad disjuncta, cum inſulſe adeo ad hæc (quibus nulla ratione convenire poteſt) eum transferre cuntenderit. Quod forte intra ſe agnoſcens, & malæ cauſæ ſibi conſcius, advocat collegas meos, & doctiſſimos quoque nuncupat, ut iis jam in invidiam meam blandiatur, quos & ſcriptis, non uno, aut altero, ſed pluribus locis, & quotidianis (quod illi non ignorant) in compotationibus, dicteriis proſcindere non eſt veritus, ſed quo tales ſunt, quales ille diſſimulanter quidem, & compoſito ad inſidias ſermone, attamen veriſſime prædicat, eo certius illi nihil hic cum ſyncere ſenſiſſe intelligunt.

Illud pene prætermiſſum à me fuit, in quo forte (quia de verbis agitur) hic cauſæ ſuæ cardinem conſtituere voluiſſe dici poteſt, quod initio ait, quibus locis refectionis dictione uſus ſim, reſtitutionem dicere, debuiſſe, quia aliud ſit reficere, aliud reſtituere. Verum ut ſit aliud, in eo ipſo, quod aliud eſt, idem in refectione, quod in illa (quam ſolam reſtitutionem vult dici) obtinere contendo: ut quidem reficiendi verbo, ita & in hoc uſum comperio Ulp. qui ad reficiendam navim, domumve crediderit ſub pignore, privilegium, quo cæteris creditoribus anterioribus præferatur habeat, juxta *l. interdum 5. ff. qui pot. in pign. hab.* Non ſecus quam qui ob ædificii reſtitutionem credidiſſe dicitur, *d. l. creditor 25. ff. de reb. cred, l. 1. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypo. l. ſi ventri, verſ. divus, ff. de bon. auth. jud. poſſ.* Quin & reficere eum dici poſſe, qui reſtituit, & inſtaurat ædificium, prob. *l. inter ſtipulantem 81. §. ſacram, circ. fin.* (ubi Reſtituendi, reficiendique vocabulis promiſcue uſus eſt Ulpian) *ff. de verb. oblig. l. inſulam, ff. de preſcr. verb.* cum ſit generalius Reficiendi vocabulum, id quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum inſtaurare ſignificans, ideoque tam tegere, ſubſtruere, ſarcire, quam etiam ædificare advehere, & aſportare ea, quibus ad illam rem opus ſit, contineri ait Ulp. in *l. 1. verſ. deinde ait Prætor, & l. 3. ante fi. ff. de rivis*, juncta *l. 3. & 4. ff. de itin. act. pr.* Probatur etiam alterum alterius locu ſumi, *l. ſicut 8. in pr.* junct. *l. & ſi forte 6. §. etiam circa fin. ff. ſi ſerv. vin.*

De ſignificatione dictionis Inſuper, & minime mutandum eſſe contextum l. 2. C. ſi omiſſ. ſit cauſ. teſt.

CAP. XV.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM in obſcuro Papin. reſponſo *l. ſunt perſonæ 43. ff. de relig. & ſumpt. fun.* vulgatam receptamque, ac Norico quoque exemplari comprobatam lectionem iſtam antea aſſererem, *quia præter publicam utilitatem, ne inſepulta cadavera jacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet: nam ſummam eſſe rationem, quæ pro religioſis facit*: dictionem *Inſuper* non alio ſenſu ibi ſumptam interpretatus ſum, quam quo ſignificat, præterea: nec etiam, ſi Florentini exemplaris le-

ctio-

ctionem admiſerimus, aliam ibi ſignificationem obtinere poſſe, ex illius contextus manifeſtiſſima ratione docui, atque nominatim illud reprobavi, quod alii illam exemplaris Florentini lectionem magis probantes interpretantur, ejus quod priore loco ibi dictum erat, dominum proprietatis, & ſocium, tametſi jus inferendi mortui non habentes, non ideo minus adverſus uſufructuarium, & conſocium, ſi prohibeant, utiliter interdicto de mortuo inferendo adverſus eos experiri, Papinianum poſtea rationem iſtis verbis ita reddere, *quia propter utilitatem publicam, ne inſepulta cadavera jacerent, ſtrictam rationem inſuperhabemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet: nam ſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit*, ut verba *ſtrictam rationem inſuperhabemus*, non aliud ibi ſignificent, quam omittimus, negligimus. Quam ſignificationem loci illius ſententiam nullo modo admittere ibidem aſſerui, illud etiam obiter addens, eo ſenſu nuſquam me arbitrari in jure legi hæc verba, Inſuperhabere: ſed tamen illa verba, *in jure*, quæ vere ego adſcripſeram, prætermiſſa à librario fuere. Hic vero ſtatim inſurgunt ὀνοματοθῆρες, & omiſſa juris ratione, qua ſola nitebar, ac ſententiam ſimulque lectionem illam ſubſiſtere non poſſe contendebam, dictis ſcriptiſque illud perſtringere geſtiunt, quod ignoraverim authores multos iſtis verbis eo ſenſu uſos. Quibus cum illud reſpondere poſſim quod veriſſimum eſt, non à me primum ita ſcriptum fuiſſe, *eo ſenſu nuſquam arbitror legi*, verum ita, *eo ſenſu nuſquam arbitror in jure legi*: tamen ita ſit me ea ut extant ſcripſiſſe, certe velint nolint, id admittere cogentur, quod volunt ita ſcripſiſſe me, nuſquam eo ſenſu verba illa legi, non de quibuſvis ſcriptoribus, ſicque etiam perverſæ, ſed puræ, & terſæ Latinitatis autoribus intelligendum eſſe, qualis, nec ipſorum eſt Apulejus, ac neque Gellius, ſive (ut curioſius volunt) Agellius, ut nec Symmachus, aut etiam Eccleſiaſtici interpres, quos illo ſenſu iis verbis uſos quomodo ignoraſſe potui, qui oblatratoris noſtri tot ejus libri locos in diſquiſitionem revocaſſem, in quo id nominatim ad prædictum Papiniani reſponſum adnotaſſet? Quod exinde aliis autoritatibus cumulaverit, eumque etiam id editis libris ab aliis juris interpretibus antea eſſet explicatum, illos, inquam, non bonos Latinitatis autores contendo, quos paſſim iſtiuſmodi, hoc eſt, minus Latinis, & uſitatis vocabulis uſos comperias, qualia ſunt hæc, *crebriter*, *aviditer*, *hoſpitator*, *parciloquium*, *deveſtire*, *redulcerare dolorem*, *nitibundus*, *frequentamenta*, *fiſtulatores*, *defieri*, pro deficere, *diſplicita eſſet inſolentiæ*, pro diſplicuiſſet: *claritudo*, *ſoſpitas*, *laudabilitas*, *incentor diligentiæ*. Eodem loco repono, quod Eccl. 19. c. eodem ſenſu id uſurpatum objiciunt. Nam quiſquis ille eſt libri illius interpres, eum quoque non bonum Latinitatis autorem eſſe id arguit, quod eodem capite uſus eſt verbis *jucundatur*, & iterum *minoratur*, & *odiet*, pro odio habebit, ut ſequente capite *odietur*, pro odio habebitur, *vir indiſciplinatus*, *inaltabit*, *ſenſatus*, & ſimilia infinita: quæ ſatis indicant eam verſionem non eſſe, ut nonnulli exiſtimant, D. Hieronymi. Convenit quod is in Prologo Galeato, cum librum, quem vocat Jeſu filii Sirach, inter apocrypha recenſet.

Verum & illud alterum, quod primum ſcripſiſſe me dico, *eo ſenſu in jure nuſquam extare*, acrius urgere contendunt ex *l. heredem* 17. *in princ. ff. de iis, quibus ut indig.* Sed ego ejus legis hunc nego eſſe ſenſum, retenta lectione recepta, quæ longe aptior ita extat, *heredem, qui ſciens defuncti vindictam omiſit, & inſuperhabuit fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimavi*. Sic enim intelligit heredem, qui cum ſciens omiſerit vindictam, & præterea fructus perceperit, cogi eos omnes reſtituere, ſive integros, ut dicitur in *l.* 1. *eod. tit. C. de iis, quib. ut indig.* quo indicat eum, & illos quoque reſtituere cogi, qui ante litem motam ab eo percepti fuerint, de quibus majus dubium ſit. Comprob. arg. *l. eum, qui* 18. *in prin. ff. illo tit. & l. quemadmodum, de agric. & cenſ. libr.* 11. *C.* Et cum jam dixiſſet eum vindictam omiſiſſe, fruſtra adjiceret,

A & vindictam illam eum inſuperhabuiſſe, hoc eſt, neglexiſſe, quod nihil aliud ſit quam omiſiſſe. Atque ut demus ex Latini ſermonis ratione verba hæc idem nonnunquam ſignificare quod contemnere: tamen id non obſtat, quominus ea in aliis propriam magis uſitatamque ſignificationem iſtam retineant, qua *inſuper* idem ſignificet, quod præterea, ut quidem paſſim eo ſenſu ſumitur apud probatos autores, nec alio. ut etiam in jure, ut in *l.* x. *C. de in jus voc. l. in juris* 12. *de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 1x. *C.* ut quod Græci dicunt πρὸ τούτον, recte, & vetuſtus interpres, & Haloander reddidere hac dictione, *inſuper*, in *§. & inſuper*, in *Auth. ut ſponſal. larg. novell.* 119. Qua ratione ut ferendum ſit in altera ſignificatione nonnun-
B quam ſumi, an non tamen juxta ſubjectam materiam; & quod propoſito convenit, vel magis, vel ſaltem æque illa propria ſignificatio retinenda potius eſt, quam illa inuſitatior præter rem, nec niſi contorte invehenda? ac maxime in Juriſconſultorum ſcriptis terſiſſime etiam Laur. Valla teſte locutis? ut quidem conſtat eam illæſa juris ratione nullo modo admittere Papin. *in d. l. ſunt perſonæ*.

Ac multa etiam illud alienius, quod quo loco in *l.* 2. *C. ſi omiſſ. ſit cauſ. teſt.* legitur vulgo *non uſurpabitur*, in manuſcriptis vero exempl. aptius, *non uſurpatum*, illo errore ex poſtremæ ſyllabæ abbreviatione orto viſum eſt Obſervatori ſic omne id confundere, & mutare, ut illic legendum contendat, *non inſuperhabitum*. Quod (cum nullius exemplaris autoritate niti ſe prætextat) miror
C qua ratione fieri velit, cum ne in ea quidem, quam ibi accommodare conatur ſignificatione, id illi loco ullo modo conveniat, illa autem non uſurpati judicii defuncti optime quadret: Siquidem, & in jure, & apud probatos alios autores ea uſurpari dicuntur, quorum jus, vel adprehendendo, vel aliter ea tractando, iiſve utendo, retinere contendimus, ut cum inter plures fundus communis diviſus eſt regionibus, quiſque dominorum ſervitute utendo, ſervitutem uſurpare dicitur, & non utendo, eam deperdere, & qui per partem itineris it, totum jus uſurpare, *l. nam ſatis* 6. *circa prin. & l. ſi ſtillicidii* 8. *§. ult.* cum *l. ſeq.* & *l. aquam* 16. *ff. quemadm. ſerv. amitt.* Unde frequentem uſum Oratores uſurpationem dixiſſe ait Paul. in *l.* 2. *ff. de uſucap.* quo ſenſu videtur, & à Cic. dictum 7. *Act. in Verr.* uſurpare aliquid ex alte-
D rius bonis, pro involare in alterius bona, & ea ſibi adplicare: & ab Ulpiano in *l. ſi qua militi* 40. *§. ult. ff. ex quib. cauſ. major.* Inde etiam ſenſibus, quippe & oculis, & auribus uſurpari res aliqua dicitur à Lucretio *lib.* 1. & 4. Sicque apte judicium defuncti non uſurpatum intelligemus in *d. l.* x. hoc eſt, ejus jus minime adprehenſum, & retentum, id agnoſcendo, & eo utendo, ſed ad irritum juris ratione revocatum, puta minime petita intra tempus ſtatutum bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, juxta *§. cum igitur, de bon. poſſ. in Inſtit.* & *l.* 1. *§. ſi intra, ff. de ſucceſſ. ed.*

ANTONIUS MERCATOR.

HEu miſer! quid dolet? quid inſtimulat? quis agit in te de verbo inſuperhabere, quod te tam male-
E habet; ne literam quidem unam inveni, aut apicem, qui te reſpiceret, quid igitur doles, quid ingemiſcis? quod me quidam, inquis, arguant verbum illud ſcripſiſſe nuſquam eo ſenſu legi, quæ culpa tam gravis, Deus bone, actum eſt de exiſtimatione mea, ſi eſt mea non librarii? At certe non eſt mea, quoniam ego non ſcripſeram nuſquam abſolute, ſed nuſquam in jure: hæ ſunt tuæ expoſtulationes, hi gemitus, imo ſingultus: verba enim tibi pene ſorbillant, cum ais, Ego illud verbum nuſquam reperiri nolui dicere, ſed non reperiri apud puræ, & terſæ latinitatis auctores. Agellius, Apulejus, Symmachus, Interpres Panareti non ſunt puræ latinitatis auctores: hos hinc faceſſere jubeo cum aliis pleriſque impuris vocabulis ſuis. Juriſconſulti ſunt quidem mihi puri, & terſi latinitatis auctores, quoniam hoc Laurentius Valla di-

xit, cujus ſcilicet judicium meo præſtantius eſt. Sed apud Papinianum in *l.43. de relig. & l.17. de his, quib. ut indig.* Inſuperhabere non eſt una pars orationis, ſed duæ. Demus eſſe unam aliis, ut & eidem Apulejo ſubterhabere, qua ſignificetur ὑπεροϱᾶν, omittere, negligere, ſed ne demus quæſo Papiniano fuiſſe unam, & ideo ne legamus in *d. l. 43.* ut in Flor. *quia propter publicam utilitatem ne inſepulta corpora jaceant ſtrictam rationem inſuperhabemus*, ſed, *quia præter*, & hanc dicamus, quamvis non ſit verum, eſſe vulgatam lectionem atque receptam. Atquin ſi ita legamus, & ex verbo illo faciamus duas partes orationis, ſtricta ratio conſentiet cum ratione publicæ utilitatis, quæ tamen ei prorſus oppoſita eſt, *§. item ſi adhuc, Inſtit. de mand.* & vero opponitur in *d. l. 43.* cum prævalere dicitur ratio utilitatis, & omitti ſtricta: nihil refert, hoc diſſimulemus. Ne legamus etiam in *d.l.17.* ut Flor. *Heredem, qui ſciens defuncti vindictam inſuperhabuit, fructus omnes reſtituere cogendum*: Sed ut ſint duæ dictiones, legamus, *Defuncti vindictam omiſit, & inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum*, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, Heredem, qui non fecit, & inſuperfecit, Volumus, ut hæc tam elegans lectio obtineat potius, quam Flor. Illud nequaquam approbemus, quod Obſervator ait in *l. 2. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* eſſe legendum, *Judicium defuncti non inſuperhabitum*, ſed legamus, ut in quibuſdam manuſcriptis ſcriptum multo aptius eſt, *non uſurpatum*, & de hujus verbi ſignificatu ex Calepino ſumamus Ciceronis, & Lucretii teſtimonia, & hac in parte ſat bene nobiſcum actum erit. Atquin perſpicue tres in ea lege ponuntur caſus, uno judicium defuncti fuiſſe inſuperhabitum omiſſo teſtamento, & ab inteſtato poſſeſſa hereditate, quo ſane relictorum in teſtamento petitio competit: altero judicium defuncti, id eſt, teſtamentum non fuiſſe inſuperhabitum, ſed non jure factum, quo relictorum petitio nulla competit: tertio heredem ſcriptum inſuperhabuiſſe judicium defuncti repudiata hereditate, & alium ab inteſtato eam poſſediſſe, quo etiam caſu relictorum petitio nulla competit, quæ trium caſuum perſpicuitas tollitur, ſi legamus, *Non uſurpatum*, ut ſimpliciter ſecundus caſus hic ſit, ſi irritum factum ſit teſtamentum non adita hereditate, nec petita bon.poſ. ſec. tab. qui imo tertius eſt, ſed nihil refert, hoc diſſimulemus. Et quod deſtituitur ab herede teſtamentum, non tam fit irritum juris ratione, quam ob deſertionem, & ceſſationem heredis, & lex loquitur de eo, quod juris ratione ad irritum vocatur, & ex adverſo ei mox opponit jure factum: ergo irritum juris ratione id vocat, quod non jure factum, non quod deſtitutum eſt: nihil refert. Quid ſi vetuſtiores Codices exhibeantur, in quibus illud inſuperhabitum in litura demerſum perſpicue cernitur, abſque dubio culpa imperiti librarii, cui hujus verbi uſio, & notio incognita erat, nihil hoc etiam refert. Ergo vale, ὦ ἔτι ὄντα πονηρὰς ὀζον μεν.

JOHANNES ROBERTUS.

Ut temeto copioſiore exhilaratus hic fuit (ut illi uſus eſſe fertur) aut certe ex profeſſo ſcurram velitem agere voluit. Verum ut Comici verbis utar,

— *nihil eſt profecto ſtultius*,

Neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neq; argutum magis,
Neque confidentiloquius.

Credas doluiſſe, quod illis authoribus (à quorum libris obſoleta ſordidaque verba depromere conſuevit, quibus ſcripta ſua velut emblematum loco infarcire imprimis ſtudeat) detraxerim. & eos extra puræ Latinitatis authorum album poſuerim: atque cum aliud non haberet, quo illis ſuppetias ferret, jocos ſimulare maluiſſe, quam ſilentio, quæ objecta eſſent, credi comprobaſſe. Sed nos omiſſis ejus mercalibus nugis rem ipſam introſpiciamus. Primum apud Papin. *in l. ſunt perſonæ 43. ff. de relig. & ſumpt. fun.* quo loco hanc Florentini exemplaris lectionem aſſerere voluit, *quia propter*, ſcripſi vulgo, & in Norico exemplari rectius legi, *quia præter*. Sic vulgo legi

A teſtantur exemplaria multa, tametſi & pleraque etiam vetuſta cum Florentino exemplari conveniant, & Accurſ. utriuſque lectionis meminerit, atque utrumque promiſcue admittat. Certe ita Haloandrum edidiſſe, *quia præter*, inficiari nemo poteſt. Atqui (inquit nugivendus) ſi ita legemus, ſtricta ratio conſentiet cum ratione publicæ utilitatis, quæ tamen ei oppoſita eſt. Imo vero illa interpretatione mea ſtrictam rationem illi publicæ utilitati non tantum oppono, ſed & in ea re præferri dico, & quamvis ſumma illa ſit ratio, quæ pro religione faciat, ut ibi ait Pap. hoc eſt, in ejus cauſam magis propendeat, qualis ea ibi proponitur, ne inſepulta cadavera jaceant, non tamen ut ſtrictam illam rationem vincat, qua juris autores imprimis cavere voluerunt, ne cujuſquam factum alteri noceret, & alterius jus, etiam quæſito publicæ uti-
B litatis prætextu læderet. Quod cum pluribus explicuerim non eſt, quod hic retractem: ſed hoc tantum moneam, apertius non potuiſſe eum calumniari, cum in quo ſtrictam rationem publicæ non ſolum oppono, verum & illi præferri contendo (ut non publicæ tantum utilitati nonnunquam, ſed & æquitati eam præferri novum in jure non eſt) ille ſententiam meam ita referat: quaſi ſtrictam rationem cum publica utilitate conſentire ſcripſerim.

At *in l. heredem 17. ff. de iis, quib. ut ind.* dum Florentini exemplaris lectionem amplectitur, diſſimulat, & reticet aliter, & aptius receptum eſſe legi, ut antea ſcripſi: at is illam (quaſi à me tantum ſit prodita, quo levior ejus habeatur autoritas) eo impugnat, quod ea fiat, ut quod illic dixerit Ulp. heredem, qui ſciens defuncti vindictam omiſit, & inſuperhabuit, fructus eos omnes
C reſtituere cogendum, perinde ſit, ac ſi dixiſſet heredem, qui non fecit, & inſuperfecit. Neminem hic judicem recuſabo lectionis hujus verba expendentem, quo ſtatuat, an ea ratione ulla ad hanc ejus interpretationem trahi queant, ac non potius ab hac ſint alieniſſima. Qui enim heredem ſcientem defuncti vindictam omiſiſſe ait, an non potius eum minime feciſſe dicit, quam feciſſe? Atque cum non ideo minus ſubjicit fructus omnes habuiſſe, & percepiſſe, quanam in parte eo ſibi ipſi dici poteſt repugnare, ut cætera omittam, nec repetam, quæ quemadmodum conveniant, pluribus antea explicui?

Nec minus anxius eſt in his quoquo modo detorquendis, quibus conjectariam ejus correctionem explodebamus, *ad l.2. C. ſi omiſſ. ſit cauſ. teſt.* & cum uſurpandi (quod temerario auſu expungit) propria, & juris, & aliis Lati-
D nis authoribus uſitata ſignificatione, illic aptiſſime Philippos Imperatores uſos fuiſſe commonſtrarim, non aliud habet, quod objectet, niſi ex Calepino ea ſumpta à nobis fuiſſe teſtimonia (quid enim promptius credi poſſe putaret, quam idem alios, quod ab ipſo fiat, & in quo totus ſit, agitare) Sed in eo hæſit, quod non habuit, quo citatos in idem à nobis ex jure locos refelleret, aut elevaret. Quid igitur ille? Tres, inquit, in ea lege perſpicue ponuntur caſus. Veriſſimum quidem hoc: ſed quod addit, eam perſpicuitatem tolli, dum legimus uſurpatum, aliter dici debuit, futurum ut ea prorſus tollatur, ſi (ut ille vult, & depravat) legamus inſuperhabitum, Sic enim aliena plane ab illo contextu, obtortis in eam rem verbis invehit: Primo caſu judicium defuncti fuiſſe inſuperhabitum: Secundo, non fuiſſe inſuperhabitum: Tertio, fuiſſe inſuperhabitum. Omitto quod
E trium caſuum perſpicua (ut ait) diſtinctione poſita, duos in idem confundit. Illud noto, quod cum Inſuperhabere idem eſſe dicat, quod negligere, ſicque inſuperhabitum, idem quod neglectum, primo illo ejus, & ſecundo caſu, quo in legatariorum necem omiſſa teſtamenti cauſa ab inteſtato ſucceſſionem adprehendere maluit heres, is inepte diceretur judicium defuncti inſuperhabuiſſe, qui id non neglexerit. ſed malitioſe id evertere ſtuduerit, quo plus emolumenti ab inteſtato conſequeretur, juxta *l.1. in princ. cum §. pen. & ult. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* Quanto certior perſpicuitas minime temerato contextu elucet tribus quoque caſibus ab invicem lucidius diſtinctis? Quorum primo propterea non ſit uſurpatum teſta-

men-

mentum ab herede, quia is omiſſa cauſa teſtamenti, alioqui rite & legitime confecti, in necem legatariorum ab inteſtato ſucceſſionem obtinere maluerit, quo caſu ex edicto illo peti queant legata, & libertates: Secundo, quo propterea non ſit uſurpatum teſtamentum: quia cum non jure factum eſſet, id irritum fuerit ſententia pronunciatum, quo caſu legata peti nequeant: Tertio, quo teſtamentum jure factum ſit, neque propterea heres ex eo hereditatem non adierit, ſicque non uſurpaverit, quod ſciens hereditatem omittere vellet, ſed quod, vel damnoſa hereditatis periculo ſe ſubjicere veritus, vel quod diutius, quam oporteret cunctatus, tempora adeundæ hereditati, aut bonorum poſſeſſioni præſtituta præterire ſiverit, quo caſu nec legata, nec libertates ex teſtamento peti poſſint. His autem caſibus, quid diſtinctius, & perſpicuum magis proponi poteſt? Sed unde nova iſta religio, ut qui lectiones quaſvis, omniaque exemplaria pro nihilo ducere ſolet, & ubi libet leviſſima quavis ex conjectura omnia immutare, & pervertere, hic tamen litteras vetuſtiorum codicum in auxilium advocet, cum Uſionis abſtruſiſſimo vocabulo, ne quis reconditorum adeo verborum magiſtrum uſquam aberrare poſſe exiſtimet?

Negationem, neque detrahendam eſſe Ulpiano in l. 3. §. ſi quis duobus, ff. de adim. vel transf. leg. *neque addendam eidem* in l. ſi ita fuerit 1 t. in fi. prin. ff. de rebus dubiis.

CAP. XVI.

JOHANNES ROBERTUS.

DUOBUS locis eadem hæc duplex, & connexa quæſtio ab Ulpiano agitata reperitur: Prior, an ſi teſtator, cum amicos duos ejuſdem nominis haberet, puta duos Titios, quos pari benevolentia proſequeretur, Titio fundum legaverit, an illorum alicui, & cui, an utrique, an vero neutri legatum ademptum cenſendum ſit: Et quidem in illa priore quæſtione haud dubie conſtat neutri legatum deberi, *l. 3. ſi quis duobus, ff. de adim. leg.* non quia jus deficiet, ſed probatio, juxt. *l. cum ex plurib. ff. de manum. teſt.* & *l. duo ſunt Titii, ff. de teſt. tut. l. in tempus, §. 1. ff. de hered. inſtit.* Repugnat tamen, quod à Paulo dicitur *in l. ſi quis ſervum* 8. *§. ſi inter duos, ff. de leg.* 2. cum ibi in conſimili ſpecie non aliud, quam electionem heredi tribuat utri maſit dandi: quod aptius ita componemus, ut dicamus illud ſuperius tum demum obtinere, ſi ita ſimpliciter Titio legatum ſit, ut ex aliis non appareat teſtatorem omnino voluiſſe legatum id præſtari, & neuter illorum juſta ratione contendere valeat eam teſtatoris voluntatem fuiſſe, ut ſibi potius, quam alteri legatum relinqueret. Secus ſi id poſſit, ut quidem alia quam nominis demonſtratione id conſtare poteſt, *d. l. in tempus, §. 1. in fi. l. quem heredi*, & *l. pen. ff. de reb. dub.* Quo fit, ut cum iis argumentis uterque nititur, quibus quiſque id pariter probare videatur, heredi neceſſitas imponatur, vel cui malit id præſtare, ſatiſdatione ab eo accepta ſe ab altero (cui probationes ſupervenire poſſent) indemnem ſervatum iri, vel neutri data re utrique ſatiſdationem præſtare, futurum ut illi exolvat, qui de ſe teſtatorem ſenſiſſe evicerit, juxt. *l. ſi duo 16. ff. ut legat. ſeu fid. nom. cavea.* At cum non aliis argumentis nituntur, quam quod Titio ſimpliciter ſit legatum, & uterque illum ſe Titium contendat cui legare voluerit, neutri legatum cenſeri ait Ulpianus in d. *§. ſi duobus.* Et quod alii eo ſolo caſu heredi lectionem tribui interpretantur, quo ſponte paratus ſit ſolvere legatum, ad quod alioqui præſtandum ipſe obſtrictus non ſit, eo convellitur, quod iſto caſu, quo non alia neceſſitate heredem obſtringi aſſumunt, fruſtra in eo lex heredi proſpicere voluiſſet exigendæ ab eo cautionis facultate, ut incerti litis eventus periculum vitet: cum in eo nihil ſit quod vereatur, ſiquidem neutri ſolvere compelli poteſt. d. *§. ſi inter, & d. l. ſi duo.*

Poſteriore vero caſu, quid obtineat, obſcurius eſt: in quo idem Ulpian. *in d. §. ſi quis duobus*, ſic conjuncta utraque quæſtione, *Neutri*, inquit, *legatum debetur, quemadmodum & in dando, ſi non appareat cui datum ſit, dicimus neutri legatum.* Sic eo utrúmque conferens, quaſi neutro caſu legatum in cujuſquam illorum perſona ſubſtitiſſe dici poſſit: quod cum in poſteriore aperte indubium ſit, eo comprobare voluit, & in illo ſupradicto itidem legatum neutri deberi, cum in eo prorſus ſimilibus verbis utatur. Sed cum ita habeat recepta lectio, aliter ſic dempta negatione in Flor. exemplari extat prior ille verſicul. *Utrique legatum debetur.* Cujus ſententia iſto modo ſubſiſtere non poteſt. Abſurdiſſimum enim foret contra factam à teſtatore verbis expreſſis ademptionem, nullaque id dictante veriſimili ejus voluntatis conjectura onerari heredem utroque legato, cum utriuſque quæſtionis deciſioni ſolam teſtatoris voluntatis obſcuritatem æque cauſam præbere, cum hic, tum & aliis locis nominatim indicet. Nam quæ diverſitas in eo eſt, cum duobus Titiis legatum fuit, ignorari utri id dari voluerit, aut minime voluerit: & cum legato cuique Titiorum ſeparatim relicto ademptum eſt Titio legatum, ignorari itidem utri dari, aut minime dari voluerit: Quam tamen Fl. exempl. lectionem recentiorum nonnulli magis probant, eamque iſta ratione fulcire nituntur, quod legatum, quia liberalitatem continet, eo magis dignum illo favore videatur, ſicque interpretatione adjuvandum ſit: ademptio autem, quia liberalitati contraria eſt, cohibendam potius, quam juvandam, & extendendam eſſe. Quod ſi ita eſt, cur non & poſteriore ibidem ſubjuncto caſu, quo Titio ſimpliciter legatum relictum proponitur, cum duo Titii eſſent, utrique conſimiliter legatum deberi reſponſum fuit, an iſto caſu minus dicemus contineri liberalitatem legato, ideoque minus interpretatione id juvandum eſſe? Verum ut hæc deſint, fruſtra id illi, cum idem Ulpian. alio loco eandem quæſtionem agitans, illam eandem receptæ lectionis ſententiam confirmet *in l. ſi ita fuerit, in fin. princ. ff. de reb. dub.* Sed enim, & illius quoque contextus receptam lectionem depravatam eſſe contendunt, quia quo loco vulgo legitur, *ademptionem autem in utrunque valere*, in exemplari Florent. ita habeatur, *ademptione autem in utrunque valere*: quam poſteriorem lectionem eſt qui illic magis probet, ſic loci illius ſententiam plane in contrarium vertens, ut iis verbis ſignificari velit, fieri ea ademptione, hoc eſt, inquit, fieri per eam ademptionem, ut legatum in utrunque valeat, ſicque non obſtante ea ademptione, utrique legatum debeatur. Quod quam male cohæreat, nec illi loco conveniat, ipſa per ſe verba apertiſſime indicant, cum maxime ſic antea quæſtionem illic propoſuiſſet, an ademptio nulla ſit, hoc eſt, non valeat: & congruenter aliud, quam in legato reſponſurus, adverſativa particula adjecta ait eam valere, ac quidem in utraque. Quod ſi illic verbum valere ex ejus ſententia ad legatum referas, illi propoſitæ quæſtioni minime conveniret. Quo veriſimile eſt alterum eandem cum illo ſententiam amplexum, adductum fuiſſe, ut negationem illo loco plane ita addendam eſſe cenſeret, *ademptionem autem in utrunque non valere.* Verum, ut cætera deſint, quæ repugnare diximus *ex d. §. ſi quis duobus*, & tum Latinorum, tum & Græcorum interpretum autoritatem nihili faciamus, plane illo loco negationem reſpuit adverſativa particula *autem*, illic adjecta (quam ille non demit) ſiquidem admiſſa ibi negatione, idem in poſteriore iſta adempti, quod in illa priore relicti legati quæſtione reſponderetur,

Patri, & filiæfamilias ſolam profectitiam dotem communem eſſe, non etiam adventitiam, tametſi actio de dote tam adventitiæ, quam profectitiæ ratione utrique communis ſit.

CAP. XVII.

JOHANNES ROBERTUS:

MULTUS eſt Ulpianus in diſcernenda exactius profectitia dote ab adventitia: neque tantum in Fragmentis ſuis *ſub tit. de dotib.* verum & in diffuſa quoad id ſolum *l. 5. ff. de jur. dot.* Qui autem ejus diſcriminis accuratius à Juroconſultis conſtituti effectus ſit, non ſat video conſtare inter neotericos juris interpretes, hinc præcipue ſuborta dubitatione, quod idem Ulpian. *illo fragm. tit. de dotib.* ſcriptum reliquerit, *Divortio facto, ſiquidem ſui juris ſit mulier, ipſa habet actionem. Quod ſi in poteſtate patris ſit, pater adjuncta filiæ perſona habet actionem re vera, nec intereſt adventitia ſit dos, an profectitia.* Ex eo, inquam, quod hic nominatim ab Ulpian. dictum eſt, filia in ipſius poteſtate exiſtente, & facto divortio, cum adjuncta filiæ perſona habere re vera actionem, nec intereſſe an de adventitia dote agatur, an vero profectitia, exiſtimatum videtur à nonnullis eandem eſſe dotis adventitiæ rationem, & conditionem, quæ ſit, & profectitiæ: nec diſpiciunt ſatis, quod hic ab Ulpia. dicitur, ad actionem tantum dotis nomine inſtituendam referri: Imo vero, & cum ex iſto loco illud effici, & probari contendant, actionem de dote hoc Pandectarum jure patri, & filiæ communem eſſe tam adventitiæ, quam profectitiæ dotis ratione, neque quicquam inter utrunque intereſſe, quia filia in ea obligatione cum patre ſit particeps, & quaſi obligationis ſocia, *l. qui hominem 34. §. ſi gener, ff. de ſolut.* quaſi utraque, etiam dos ipſa utrique communis ſit, ſimul contendunt nullum Pandectarum inter eas diſcrimen relictum: cui ſententiæ id ſuffragetur, quod eodem Pandectarum jure filia non ſecus adventitiam, quam profectitiam dotem fratribus conferre tenetur, *l. filia dotem, C. de collat.* Quod ſi quid in Pandectis contrarium his reperiatur, id non Jureconſultis ipſis, ſed Triboniano idde ſuo addenti eſſe adſcribendum: quia ſi quod inter has diſcrimen ſit, id à Juſtiniani, aut etiam anterioris Theodoſii conſtitutionibus, & ex earum conſequentia profectum ſit, quibus illud ſancitum fuerit, ne adventitiorum proprietas patri acquireretur, ſed penes filium, aut filiamfamilias relinqueretur, ſolo uſufructu patri conceſſo, *l. 1. C. de bon. matern. & l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.* quo ſimul effectum ſit, ne filiæ adventitiam dotem eo jure fratribus conferre teneantur, ſed tantum profectitiam, *l. ult. C. de collat.* & ſola dotis adventitiæ nomine actionem habeat, nec per conſequens ſit jam ejus nomine actio de dote communis patri, & filiæ, verum ipſius tantum filiæ, quam tamen non aliter intendere poſſit, quam accedente patris conſenſu, & autoritate, eodem modo, eademque prorſus ratione, qua & in reliquis rebus, quæ ejus peculii adventitii ſint, ita ut pater ad id conſenſum præſtare compelli poſſit, *l. ult. in princip. verſ. & filius, & §. ubi autem, C. de bon. quæ lib.* Et id quidem verius eſſe conſtat, quam quod nonnulli etiam Codicis jure, adventitiæ dotis nomine, de dote actionem patri, & filiæ communem eſſe pervicaciter tueri non dubitant. Cæterum ut ſuperiora illa ita habeant, ut & nos quoque admittimus etiam Pandectarum jure communem eſſe patris, & filiæ de dote actionem: non idcirco tamen exiſtimanda eſt ipſa adventitia dos communis eſſe patris, & filiæ, ut illa profectitia: ut quidem plurimum intereſſe inter communionem, quæ ſit in exigenda, & illam, quæ ſit in ſolvenda dote, docet Paulus *in l. 3. ff. ſolut. matr.* id addens, in illa dote, quæ patri, & filiæ communis ſit, tam exigenda, quam ſolvenda, utriuſque voluntatem requiri: eo ſignificans eſſe dotem aliam, quæ patri, & A filiæ communis non ſit, & in qua propterea, & exigenda, & ſolvenda non requiratur utriuſque voluntas. At quænam hæc alia poteſt eſſe, quam adventitia? Nec obeſt, quod ab Ulpiano illic dictum eſt, nihil intereſſe adventitia ſit dos, an profectitia: patet enim ex eodem contextu illum de actione tantum, quæ utriuſque dotis nomine competat, fuiſſe locutum, quæ quidem etiam quoad adventitiam eo ſit communis, quod is caſus incidat, quo vivo patre repeti poteſt, nec pater aliter eam petere queat, quam adjuncta filiæ perſona, quæ in ipſius poteſtate ſit, nec filia quoque aliter, quam adjuncta perſona patris.

Quibus concludo id intereſſe inter profectitiam, & adventitiam dotem, quod profectitia dos patri, & filiæ ſit communis, at non adventitia. Id vero eo imprimis B comprobatur, in quo maximum inter has duas diſcrimen eſſe inficiari nemo queat, quod profectitia, eo quod ipſa patri, & filiæ ſit communis, mortua in matrimonio filiafam. ad patrem ipſo jure revertatur, & ei reſtituenda ſit, prob. *l. jure ſuccurſum 7. ff. de jur. dot. l. cum dos 7. in fin. ff. de pact. dot. l. dotem 6. ff. de collat. l. filiæ 60. ff. ſol. mat. l. 5. ff. de divor.* Expreſſius Ulp. *in Frag. d. tit. de dot.* præterquam ſi ſpecialis pactio intervenerit, ut mortua in matrimonio filia dos penes maritum maneret, ejuſque lucro cederet, juxt. *l. ſi pater 12. ff. de pact. dot.* cum aliud omninu obtineat in adventitia, quæ quia eodem quoque Pandectarum jure ſolius filiæ ſit, ad patrem nullo caſu revertitur, ſed mortua filia, ſive ſuperſtite, ſive mortuo patre, ſemper penes maritum manet, etiamſi nulla in eam rem ſpecialis pactio intervenerit. *Ulp. in* C *frag. d. tit. dr dotib. & in l. mulier 20. in pr. ff. de rond. inſtit. l. 5. ff. de bon. l. Celſus 22. cum ll. ſeqq. ff. de relig. & ſumpt. fun. arg. d. l. 5. ff. de divort. d. l. rum dos, in fin. l. ſi pro re 22. §. ult. cum ll. ſeqq. de evict.*

ANTONIUS MERCATOR.

ETiam hodie dotis adventitiæ actio communis eſt patris, & filiæ. Cur enim dotis profectitiæ dicitur eſſe communis? quia non poteſt de ea agere pater ſine conſenſu filiæ: eadem ratio valet in adventitia, quoniam ut eſt ſcriptum in *l. ult. §. ubi autem, de bon. quæ lib.* ex cauſa adventitia pater agere non poteſt non adhibito conſenſu filiorum. Non eſt igitur verum hodie actionem dotis adventitiæ eſſe propriam filiæ. Imo nec per omnia D dotem, non quantum attinet ad dominium poſſeſſionis naturalis, ſive uſusfructus, non quaotum ad jus exigendæ, & accipiendæ dotis: nam ſi communis eſt exactio, & eo reſpectu dos quoque ipſa communis eſt. Et quod ait *l. 3. ſol. mat.* In dote exigenda, & ſolvenda, quæ communis eſt patris, & filiæ utriuſque voluntatem exquiri, hoc eſt, & in adventitia, & in profectitia verum: nam ſi adventitiam non poteſt pater exigere ſine voluntate filiæ, ergo nec accipere, *l. 2. C. eod.* repugnat non recte exigere, & recte accipere. Et quod ait *d. l. 3.* quæ communis eſt patris, & filiæ, ἀναλογία eſt, non ἀντιδιαστολὴ, ut frequenter in jure eo pronomine ratio demonſtratur, non ulla inducitur differentia, *l. heres, §. ult. de pet. her. l. 5. de tranſact.*

Quod autem ait *l. 2. §. quod ſi in patris, eod.* dotem profectitiam eſſe patris, & filiæ, nec addit adventitiam, hoc E veroſimilius eſt Tribonianum omiſiſſe reſpicientem ad proprietatem dotis adventitiæ, quæ hodie ſolius filiæ eſt. At non habita ratione proprietatis, quod ad cætera attinet, tam veteri, quam novo jure, & dos adventitia, & actio communis eſt patris, & filiæ. Alia in re ſunt multæ differentiæ inter profectitiam, & adventitiam dotem, quas complexus eſt Modeſtinus lib. ſingulari de differentia dotis, ex quibus una eſt illa, quam ſubjicis, mortua in matrimonio filia dotem profectitiam redire ad patrem, adventitiam penes maritum remanere, cujus adſertor eſt Obſ. à quo ſumpſiſti. Verum ex illa non recte efficis alteram, ut profectitia ſit communis, non adventitia: quacunque enim ratione conſtitueris profectitiam

eſſe

eſſe communem, eadem ego vincam, & adventitiam eſſe communem, vel qua hanc non eſſe, & ego pariter illam. Cæteras differentias, quæ ſunt quamplurimæ, quia tu non attingis, nec ego explicabo tibi. Si eas noſſe cupis, da te in diſciplinam Furnerii, vel alterius tui collegæ: neminem habes, qui non te docere poſſit. In loco, quem ex Ulpiani titulo de dotibus profers, pro, *revera*, ſcribe, *rei uxoriæ*: quod Obſervator non ita dudum indicavit. A

JOHANNES ROBERTUS.

QUam argute hic ratiocinetur, expendamus. Dotis profectitiæ actio communis eſt patris, & filiæ, quia non poteſt de ea agere pater ſine conſenſu filiæ: igitur dotis adventitiæ actio communis eſt patris, & filiæ, B quia de ea nequeat pater ſine filiæ conſenſu agere. Antecedens vero falſum, ergo & conſequens: Falſa, inquam, & vitioſa ratio illa, quam reddit, dotis profectitiæ actionem propterea patri, & filiæ eſſe communem, quod illa pater ſine conſenſu filiæ agere nequeat: nam ea petit principium, haud ſecus, quam ſi quis propterea Titii, & Mævii fundum communem eſſe dicat, quia neutri eorum altero invito cum ad alios, quam deſtinatos uſus transferre liceat. Nec dicti ratio ab eo ducenda eſt, quod dictum conſequitur, ſed magis eo, quod dicto prius eſt: Ut quidem non alia ratio reddi poteſt, cur dotis profectitiæ actio patri, & filiæ communis ſit, quam quæ ab Ulpiano redditur, quippe quod, & ipſa quoque dos patri, & filiæ ſit communis, *l. 2. §. t. in princ.* juncta *l. 3. ff. ſol. matr.* C Quod cum de adventitia dote dici nequeat, ut nec de aliis adventitiis bonis (ex quo illi ſequantur effectus, dotem profectitiam mortua in matrimonio filia ad patrem reverti, cum adventitia penes maritum maneat, dotem profectitiam fratribus conferre ſororem cogi, at non adventitiam) conſequens eſt, actionem de dote adventitia non eſſe patri, & filiæ communem, ſed ad ipſam filiam precipuo jure, & proprietatis ratione pertinere, prob. *l. Cajus 46. ff. ſol. matr.* Ita tamen ut tum patriæ poteſtatis ratione, tum & uſusfructus juris, quod pater in adventitiis habeat, filiæ non aliter ea experiri liceat, quam accedente patris authoritate, cui etiam reluctanti ejus interponendæ neceſſitas à judice imponatur, *l. ult. in fin. prin. C. de bon. quæ liber.* Tametſi ipſe pater ex filii filiæve conſenſu actiones adventitiorum nomine competens intendere, & ſuſcipere poſſit, ſic intell. *d. l. ult. §. ubi* D *autem in unum.* Eo pertinet, quod à Paulo dictum eſt, non ſolum in exigenda, ſed etiam in ſolvenda dote, quæ communis eſt patri, & filiæ, utriuſque voluntatem exquiri in *l. 3. ff. ſol. matr.* Sic enim indicat dotem aliquam eſſe, quæ utrique communis minime ſit, quæ non alia, quam adventitia eſſe poſſit. Falſum igitur, quod oblatrator concludit, quacunque ratione conſtituamus dotem profectitiam eſſe communem, conſtitui poſſe, & adventitiam communem, vel qua adventitiam conſtituamus non eſſe communem, conſtitui quoque profectitiam non eſſe communem. Dos enim adventitia propterea communis non eſt, quod cum aliunde, quam à patre obvenerit, ipſius tantum filiæ propria ſit, ac propterea ea in matrimonio defuncta ad patrem non revertitur: cum in profectitia diverſum omnino obtineat, ut pluribus à nobis explicatum eſt: E Ut & illud nihil ſupradictis repugnare conſtat, quod ab Ulp. in Fragmentis dictum eſt, ſive ibi legas, *re vera*, ſive ut jam ei placet, *rei uxoriæ*, quid enim hoc mutat? Utrumvis ſumat, concedimus; ſubjuncta vero verba, perſpectæ quibuſvis ejus amentiæ facile condonamus.

Nihil à Triboniano additum fuiſſe Ulpian. neque in l. 2. §. t. ff. ſolut. matrim. nec in l. cum mortem 27. ff. de jur. fiſc.

CAP. XVIII.

JOHANNES ROBERTUS:

QUI non ſunt aſſecuti diſcrimen illud ſuperiore capite explicatum, quod jure Pandectarum extitit inter profectitiam, & adventitiam dotem, perperam exiſtimarunt iis locis, quibus in Pandectis aliquid reperitur, quo profectitia dos ab adventitia ſecernatur id à Triboniano de ſuo fuiſſe additum, quo diſcrimen utriuſque ſignificaret ex conſequentia illarum conſtitutionum novarum Codici inſertarum introductum, ut quidem apud Ulpian. in *l. 2. §. 1. ff. ſol. matr.* verba hæc: *Et dos ab eo profecta ſit*, quæ & in omnibus exemplaribus extant, & in Βασιλικῶν libris habentur. Anton. Goveanus *c. 45. lib. 1. Variar.* ait videri Triboniani eſſe, non Ulpiani, cujus in eo ſententiam ſubſequitur Obſervator, illum mire commendans, qui Triboniani tantum in eo facinus adnotarit. Uterque adducitur ea ratione, quia iſto Pandectarum jure, & adventitia quoque dos patris, & filiæ eſſet communis, idque eo probare nituntur, quod idem Ulpianus *d. t. de dotibus* ſcribat, tam adventitiæ, quam profectitiæ dotis nomine patrem cum filia agere, & patri per filiam acquiri dotem adventitiam: quo fieret, ut & adventitiam quoque dotem fratribus conferre cogeretur. Illud prius ab Ulpiano quidem ſcriptum comperio, ut dictum eſt: quippe de dote actionem eſſe patri, & filiæ communem: Poſterius vero minime, quippe adventitiam dotem patri per filiam acquiri. Et tantum abeſt ut hoc verum ſit, ut ipſa quoque dos profectitia etiam illo Pandectarum jure minime cenſeatur eſſe in bonis patris, verum ab ejus bonis abſceſſiſſe, & filiæ effecta eſſe, *l. 4. ff. de collat. bon. & l. ult. ff. de coll. dot. §. quia vero jam in Auth. de æqual. dot. Nov. 97.* Quod multo magis in adventitia obtinere debeat: ut non patris, ſed tantum filiæ eſſe intelligatur, cum & eo tempore, quo aliunde, quam ex bonis patris data eſt; patri acquiri non potuerit, ſed tum marito, ut penes, quem ea remanſura eſſet ſi mulieri ſuperſtes extiteret, tum & ipſi mulieri, quæ ſupervixiſſet, quia ejus proprium patrimonium ſit effectum, *l. 3. §. ſed utrum, verſ. ergo, ff. de minor, l. unic. §. & hoc ex rei, C. de rei uxo. act.* unde, nec ea in patris mortui hereditate eſſe cenſeatur, *l. pater filiam 14. in fin. princ. ff. ad l. Falcid.* At profectitia communis patris, & filiæ eſſe dicitur, *d. l. 2. & §. 1. & l. 3. ff. ſolut. matr.* propterea quod jure poteſtatis ad eum, & ſoluto matrimonio viva, & conſtante matrimonio mortua filia revertitur. Sed varie id: nam ea viva, etiamſi id ſtipulatus, aut pactus minime fuerit, non ita ad eum revertitur, quaſi ipſius tantum ſit, & ſolus eam exigere poſſit, ſed quaſi ita ipſi, & filiæ communis exiſtat, ut ejus deteriorem conditionem ei facere minime liceat, ac neque aliter, quam volente filia recte illi ſolvi poſſit. Sed neque filia ad alias nuptias convolante quicquam ex ea diminuere queat, excepto caſu, quo fortuita clade ipſius patris facultates decreverint, prob. *l. quoties 70. ff. ſolu. matr. d. l. qui hominem 34. §. ſi gener, ff. de ſolut. d. §. quia vero jam, & Auth. ſed quamvis, C. de rei ux. act.* Mortua autem filia in matrimonio ad patrem ipſo jure revertitur, ita ut ejus irrevocabiliter fiat, ut ſuperiore capite dictum eſt. In adventitia autem, licet Pandectarum jure idem ejuſdem patriæ poteſtatis vi obtinere videri poſſit, in hoc ſaltem ut ſoluto matrimonio ſuperſtite filia, & adventitia quoque dos jure poteſtatis ad patrem perveniat, prob. *l. ult. verſ. vel ſi alio C. com. utriuſ. jud.* ita tamen id, ut ipſius filiæ propriæ, & præcipua eſſe cenſeatur, & licet ipſa non ſit ſtipulata eam ſibi reddi, ipſi filiæ, non autem patri tacita ex ſtipulatu

acqui-

Digitized by Google

acquiratur, *d. l. un. §. accedit*, cum *§. ſeq. C. de rei ux.* A *act.* Atque ut illorum omnium rationem non habeas, hanc conſtat præmortua in matrimonio filia ad patrem minime reverti, ſed penes maritum manere: cum ſecus ſit in illa profectitia, quæ tunc ita ad patrem revertitur, ut irrevocabiliter ejus fiat, ut dictum eſt. Qua ſola ratione, etſi cætera illa abeſſent, omnino oportuit *d. l. 2. §. 1. addi ab Ulpian. præd. verſ. Et dos ab eo profecta ſit*, quo intelligeremus non ſimpliciter illic dici, dotem, quæ à patre profecta ſit, patris, & filiæ eſſe: verum ita dici patris, & filiæ eſſe, ut ea ratione compelli poſſit maritus promittere dotem ſolvi, cui uterque juſſerit, nec alii cogi poſſit promittere, aut etiam recte promittat poſt datam jam dotem, *d. l. cum dos verſ. ſi vero poſt datam*: Quod ſi neutri promiſerit, ipſi patri tacita ex ſtipulatu actio datur: cum in adventitia dote ſecus ſit. Nam poſt B datam ab extraneo dotem, ipſi tantum mulieri ſtipulanti promittere compelli poteſt maritus, non etiam, aut extraneo, aut patri: quod ſi, nec mulieri, nec his promiſerit, ipſi tantum mulieri tacita ex ſtipulatu actio competit. Tex. in *d. l. unic. §. accedit*, *C. de rei ux. act.* Horum autem ratio ab eo ducenda eſt, quod initio *d. l. 2. ff. ſolut. matr.* dictum eſt ab Ulpian. ſoluto matrimonio dotem ſolvi debere mulieri, quæ ſui juris ſit: & quia ei ſolvi debeat, cogi maritum ei ſtipulanti promittere, non alii. Ac poſtea conjunctim in §. illic ſubſequente ſubjicit, quod ſi ea in poteſtate ſit, dotem patris, & filiæ eſſe: & quia utriuſque proprio cujuſque eorum numine interſit dotem reſtitui: quippe patris, quod mortua in matrimonio filia dos ad eum reverſura ſit, ſicque illi etiam ſoli aliquo caſu maritus ſoluto matrimonio dotem reſtitue- C re debeat, ex conſequentia id ſe facturum per ſtipulationem promittere teneatur, & illi, ut & filiæ; nec per conſequens alii, quam cui uterque juſſerit: quod & in aliis itidem obtineat, puta venditore, qui cum evictionem præſtare teneatur, propterea id ſe facturum promittere compelli poſſit ab emptore, *l. empto 11. §. ult. ff. de act. empt. l. harum 7. ff. ſi ſerv. vend.* ſicque non aliis promittere maritum compelli interpretamur, quam quibus & reſtituere tenetur. Sicque fit, ut cum patri profectitiam dotem, & quidem aliquo caſu penes eum perpetuo manſuram reſtituere teneatur, non autem adventitiam, non tantum apte verſiculus ille ab ipſo Ulpiano illic additus ſit, ſed & omnino addi debuerit: alioqui imperfecta, & manca loci illius ſententia fuiſſet.

Conſimilis alterius illorum eſt error, imo vero ſupinus D magis in eo, quod eidem Ulpiano in *l. cum mortem 27. ff. de jur. fiſc.* poſtrema hæc ejus legis verba, *prout ad maritum pertineat*, ab eodem Triboniano addita fuiſſe adnotat, cum omnino addi ea oportuerit: alioqui quod antea ab eo dictum ibi fuerat ſimpliciter, verum eſſe dici non poſſet. Nam ſi verum eſt quod diximus; ut quidem eſt veriſſimum, idque inficiari nulla ratione quis poteſt, penes ſuperſtitem maritum dotem adventitiam ſemper remanere debere, non autem profectitiam, quæ præmortua filia ad patrem revertatur, juxta ejuſdem Ulpiani fragmen. *tit. de dotib. d. l. jure ſuccurſum*, *d. l. cum dos*, *d. l. dotem*, & conſimiles alias: ſi ei, quod illic dicitur, marito necem uxoris minime defendente dotem fiſco vendicari, aliud nihil additum fuiſſet, ſequeretur ex eo id, & iniquum, & falſum, tunc qualemcunque dotem, E ſicque & profectitiam, quæ ipſo jure ad patrem revertitur, fiſco vendicari: ac ita, quod in pœnam ſulius mariti conſtitutum eſt, non in mariti, cum non adventitia, ſed profectitia forte ſit dos, verum patris (quem potuit contingere necis tempore abſuiſſe) pœnam converti. Quo quid iniquius? Id itaque ne quis exiſtimare poſſet, aptiſſima addita fuiſſe poſtrema verba illa intelligimus, atque omnino addi debuiſſe, quo quid clarius?

ANTONIUS MERCATOR.

OBſervator ſi recte animadvertiſti neque in totum, neque valde probat ſummi amici ſui Antonii Goveani ſententiam: nec enim illa verba *l. 2. ſol. mat. Et dos ab eo profecta ſit*, Triboniani eſſe concedit, ſed quid ſentiat ſatis expoſuit ſuperiori capite. Hæc tamen verba in *l. 27. de jur. fiſ.* prout ad maritum pertineat, omni adſeveratione confirmat à Triboniano addita eſſe hac ratione, quia hodie mortua in matrimonio filia dos adventitia, vel etiam dos profectitia ſi mortua ſit poſt patrem, quæ olim utraque remanebat apud maritum, non remanet apud eum niſi ita convenerit, *l. unica*, *§. ille proculdubio*, *C. de rei ux. act.* Tu addita eſſe divinas ab ipſo Ulpiano, ne quis intelligeret dotem profectitiam, quæ non remanet apud virum, fiſco vindicari, quaſi ſcilicet non eſſet ſatis apertum Ulpianum agere de ea tantum dote profectitia. vel adventitia, quæ remaneret apud virum, ut exemplo hereditatis, & dos, quæ mariti lucro cederet B ob inſuperhabitam vindictam necatæ uxoris redigeretur in fiſcum, nam & profectitia apud maritum remanet ſi pater non ſit, *l. cum patrem*, *C. de jur. dot.* Ulpianus lib. Reg. Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ſi pater non ſit, apud maritum remanet.

JOHANNES ROBERTUS.

ANimadverto recte nugivendum non jam amplius illud probare, quod adverſus ea, quæ oppoſui, & comprobavi, nulla ratione defendi poſſe perſpicit, ſed nec minus recte antea animadverteram idipſum illum probaſſe, cujus authorem in eo, quod id prodidiſſet, tantopere commendaret, ut & eo nomine Tribonianum etiam facinoris convictum argueret. Attamen iſto- C rum aliorum detractionem ex *Ulp. reſpon. in l. cum mortem 27. in fin. ff. de jur. dot. prout ad maritum pertineat*, quia nemini alii, quam ſibi adſcribere ſe poſſe perſpicit, qui id ſolus conjectarit, non tantum tueri audet, ſed & impudentiſſime jactare, ea me divinare ab Ulpiano eſſe addita. An vero divinat, qui quod in omnibus exemplaribus extat (quod nec is inficiatur) aſſerit, & apertiſſime interpretatur illis caſibus obtinere, quibus apud maritum dos remaneat? puta dotis adventitiæ mortua in matrimonio filia penes ſuperſtitem maritum remanentis, propterea que ab Ulpiano adjecta, quo dotem profectitiam excluderet, quæ quidem ad ſuperſtitem patrem præmortua in matrimonio filia regulariter revertitur, nec per conſequens illo caſu in patris viventis detrimentum fiſco vendicari debeat. At, inquit, & profe- D ctitia dos penes virum remanet, ſi pater non extet. Id vero non ſum inficiatus. Quid inde efficit, quo quæ diximus impugnet? niſi quod & hoc caſu, ſi contigerit, dos etiam profectitia, alioqui apud virum remanſura, ob necem uxoris minime vindicatam fiſco applicetur. Ut hoc admittamus, non ideo minus verum eſt, quod diximus, non debuiſſe id prius ſimpliciter ab Ulpia. dici, niſi & illud poſtremum addidiſſet, quia non deſit caſus, quo dos apud virum remanſura non fuerit; quippe dotis profectitiæ, mortua ſuperſtite patre filia in matrimonio, ac per conſequens ejus ſaltem ratione poſtremum illud addi oportuit. ni quocunque caſu illud indiſtincte dictum quiſquam exiſtimaret. Fruſtra itaque conjectariam correctionem ſuam hic verbis obtegere laborat.

E *In quibus projectionis, & ſuperficiei poſſeſſionis ratione interdictum uti poſſidetis competat, explic.* l. 3. §. item videamus, ff. uti poſſid.

CAP. XIX.

JOHANNES ROBERTUS.

INTERDICTUM uti poſſidetis in iis tantum, & rebus, & poſſeſſionibus locum habere, quæ ſunt ſoli, idque de ſoli poſſeſſore ſcriptum eſſe, ſæpius inculcant juris autores, *l. 1. verſ. hoc interdictum de ſoli. & verſ. ſed ſi inter ipſos, & verſ. hoc interdictum in omni-*

omnibus , cum *l.* 3. *§. ſed ſi ſupra* , *verſ. cæterum* , *ff. uti* A
poſſid. non ut ab illo tantum ſecernatur ; quod pro rebus
mobilibus competit , & utrubi vocatur , juxt. *l. unic. ff.*
utrubi : verum , & ab illis aliis omnibus , quæ , nec mo-
bilium , neque etiam ſimpliciter ſoli rerum , verum præ-
terea alterius cujusvis juris poſſeſſiunis , ſive quaſi poſ-
ſeſſionis ratione redduntur , cum hæc , nec mobilibus ,
nec immobilibus rebus annumerari poſſint, puta eo, quod
ſuperficiei , precarii , ſervitutis realis , aut cujuscunque
juris occaſione dentur , ut quidem ſuperficiario proprium
interdictum ab hoc diſtinctum propoſitum fuit , cum ſoli
dominus, aut etiam poſſeſſor tam adverſus alium , quam
ſuperficiarium interdicto uti poſſidetis recte agat , *d. l.* 3.
verſ. cæterum , juncta *l.* 1. *§.* 1. *verſ. proponitur* , *ff. de ſu-*
perfic. Unde cum arbores , & vites , & implantata quævis
ſuperficiem, ſive ſuperficium non ſecus conſtituant, quam B
inædificata , cum utraque ſupra ſolum , ſive ſupra faciem
terræ exiſtant , juxta Cajum *in Inſtit.tit. de rebus, l. certo*
generi 13. *in princip. ff. de ſervit. ruſt.* addubitatum eſt in
hac quæſtione , quam agitat Ulpianus *in d. l.* 3. *§. item*
videamus , *in princ.* Si actor vicini tui ex fundo tuo vites
in ſuas arbores traduxit , quid juris ſit . Et ex Pompon.
& Labeone ait , poſſe te ei denunciare , & vites præcide-
re , aut uti interdicto uti poſſidetis , de eo loco , quo ra-
dices continentur vitium . Quod poſterius ideo addidit ,
ut dilueret quod objici poſſe videbatur , ſolius ſuperficiei
ratione non dari id interdictum : eo enim explicat tunc
non vitium , & ſuperficiei ratione dari , ſed ejus loci , &
ſoli quo radices continentur . Nam , ut proxime ſubjicit:
ſi tibi vim fecerit quominus eas vites , vel præcidas , vel
transducas , ac per conſequens fundum colas , prohibere C
videtur ne poſſideas . Nec iſto caſu propterea exiſtiman-
dum eſt ſic minus recte accommodari vitium occaſione
interdictum uti poſſidetis, quod vites, ut diximus, ſuper-
ficiem conſtituant : at ſuperficiei ratione interdictum il-
lud minime reddi diximus : hoc enim, tunc tantum ob-
tinet , cum ad alium ſuperficiei jus pertinet , quam ſoli
dominum , puta ex conducto , ſive perpetua , aut ad non
modicum tempus facta locatione , juxt . *d. l.* 1. *§.* 1. *verſ.*
& ſive cauſa cognita , *ff. de ſuperſ. l.* 1. *& l. ult. ff. ſi ager*
vect. vel emphyt. pet. Quo caſu diſtinctum jus ſoli , ſive
proprietatis à ſuperficie intalligimus , quaſi hoc velut
ſervitutis cujuſdam jus ſit, juxta *l. ſi tibi* 88. *§. ult. & l.ſi*
domus 74. *§. ult. ff. de leg.* 1. *& l. etiam ſuperficies* 16. *ff.*
qui pot. in pign. hab. Secus cum is , qui ſoli idem , & ſu-
perficiei quoque jus habet : tunc enim eodem jure cen- D
ſetur ſuperficies, quo ſolum , utpote quod illi non ſubja-
cet , ut mare navibus , ſed cohæret , juxta *l. ſolum* 50. *ff.*
de rei vend. l. eum, qui ades 23. *ff. de uſucap.* qua ratione
tunc propter ſuperficiem non ſecus uti poſſidetis interdi-
ctum intendi poteſt , quam propter ſolum , ut quæ à ſolo
diverſa non ſit cui cedat , *§. eum in ſuo* , *& §. ſi Titius* ,
de rer. diviſ. in Inſtit. Sed non ut idem in projectione dici
poſſit, ejus ſoli occaſione, quod projectione tegitur. Nam
cum in id ſolum nihil immittatur, cui projectio inniti, ac
ea ratione illi ſolo cohærere dici queat , non poteſt illa
projectio ulla ratione ejus ſoli dici ſuperficies , ſed magis
earum ædium , ex quibus projectio ducitur euſque pro-
tenſa ſuperficies . Sic intellig. *d. verſ. item videamus* , *in*
verb. alter cum ædibus ſuperficiem : ut quidem ſoli illius ,
quod ambiebat columnam Mævianam , cujus meminit E
Cic. in 1. *Act. in Verr.* (unde Mæviana dicta ſunt à Mæ-
vio quodam , ut ibi explicat Aſc. Pædian.) quis illam
projectionem , quæ à columna latius protendebatur dice-
ret fuiſſe ſuperficiem ? Iſtiuſmodi , inquam , projecta, ſi-
ve projectiones (quæ eo differunt ab immiſſis , quod ita
ſupra ſolum protendantur , ut nuſquam ſuper id quie-
ſcant) nulla ratione ſolo cohærere dici poſſunt , nec per
conſequens ei cedere , ejusque ſuperficiem , & partem
conſtituere . aut fundi eſſe , terrave illa teneri , cum in
illis immiſſis, ſive etiam affixis, aut adplumbatis ſecus ſit,
juxt. *l. malum* 242. *§. inter projectum* , *ff. de verb. & rer.*
ſignif. junct. *l. fundi* 18. *& l. granaria* 19. *ff. de act. empt.*
arg. *l. Titius* 60. *ff. de acq.rer. dom.* cum ſpeciali religio-
nis ratione in ſepulchris aliud fuerit conſtitutum , *l.* 2. *ff.*
de ſep. violat.

Ex quibus explicationem certiſſimam accipit , quod ex
Caſſio relatum eſt ab Ulpiano *in d. §. item videamus* , in-
terdictum Uti poſſidetis utrique eſſe inutile , tam iſti ,
qui ſolum , ſupra quod vicini projecto extendatur , poſ-
ſidet , quam illi , qui projectionem illam, ſicque euſque
ædium ſuarum protenſam,&continuatam ſuperficiem poſſi-
deat.Nam iſtius poſſeſſio,ſoli poſſeſſionem non contingit ,
nec per conſequens impedimentum poſſeſſioni ſoli ratione
adfert ejus ſoli domino . Ac propterea ex recepta , & om-
nium exemplarium teſtimonio comprobata lectione , ex-
plicui rectius illic legi *inutile*, quam ut detracta negatione
ſenſerat Obſervator (tunc paulo altiore ſomno oppreſſus)
legendum *utile* , & hoc manifeſtius , quam quod proba-
tione accuratiore egeat . Ridiculum enim quod ille pro-
jectionem ſolo cedere contendit , *ex l. ult. §. penult. ff.*
quod vi , aut clam. Nam ibi id tantum à Venulejo prodi-
tum , cum illo , qui projectum , vel ſtillicidium in ſepul-
chrum miſerit , hoc eſt , ſupra ſepulchrum protenderit ,
tam interdicto , Quod vi , aut clam, quam actione ſepul-
chri violati , experiri nos poſſe : idque ea ratione , quod
non ſolum ſepulchri ſit is locus , qui recipiat humatio-
nem , ſed omne etiam ſupra id , cœlum , quod & in cæ-
teris , ſive publicis , ſive privatis obtinet , ut cujus eſt ſo-
lum , ejus debeat eſſe & cœlum , quod ſupra eſt , libe-
rum , *l. ult. in princ. & ibi gl. ff. de ſervit. l. cujus ædifi-*
cium 23. *ff. de ſervit. urb. præd.* Neque tamen ut ex eo ,
aut etiam illo , quod tunc ob id interdictum illud Quod
vi , aut clam , aut illa ſepulchri violati actio intendi poſ-
ſit , ſequatur projectum , aut ſtillicidium , tametſi non
tangat ſolum ipſi ſolo cedere . Et longe alia ratio eſt in-
terdicti, Quod vi , aut clam , & uti poſſidetis : cum illud
Quod vi , aut clam , eorum omnium ratione competat ,
quæ quomodocunque in ſolo vi , aut clam facta fuerint ,
l. 1. *§. hoc interdictum* , *& l. is, qui in puteum* 11. *§. hoc*
interdictum , *ff. quod vi, aut clam* : at interdictum uti poſ-
ſidetis , ſolius poſſeſſionis ratione reddatur , in qua quis
turbatus fuerit : itaque ex utriuſque parte qualis ſit poſ-
ſeſſio , ſpectari oporteat . Præterea , & religionis ſpeciali
ratione ſepulchris ea cedunt , quæ alioqui aliis ſoli rebus
minime cederent , *l.2. ff. de ſepulch. viol.* Diſſimile autem
illud eſſe , quod exinde ibidem ſubjicet Ulp. *in verb. La-*
beo , perſpicue adeo nos antea explicuiſſe confidimus , ut
iis quidquam addi nihil inneceſſe ſit . Cæterum in eo ,
quod idem ille aſſerit , exemplum interdicti de ſuperficie
etiam ad projectionem trahi poſſe , equidem quid ſibi ve-
lit , non diſpicio . Quid enim inter utrumque commune,
ſive illud ſpectes quod idem aſſerit , projectionem cedere
ſolo , ſupra quod protenditur , ſive etiam id, quod qui ex
ædibus ſuis projecit in alienum ſolum , ædium quidem
ſuarum ſuperficiem euſque continuatam habeat , quouſ-
que provehatur projectio ? Nam in utrovis quodnam ſu-
perficiei jus intercedere dici poteſt , cujus ratione quaſi
ex conducto adverſus quenquam agi poſſit, ſive directo ,
ſive extenſionis & obliquitatis ullius ratione ?

ANTONIUS MERCATOR.

SI L.Titius ex ſuis ædibus projectionem habeat ſupra
vicini ſolum , quæ eſt ſpecies *l.* 3. *§. item videamus,*
Uti poſſ. non negas L. Titium cum ædibus ſuis poſſidere
ſuperficiem , Vicinum autem poſſidere ſolum : & tamen
ſi non jure projectio haberi dicatur , negas alteri adver-
ſus alterum utile interdictum eſſe , falſo : quia & L. Ti-
tius prohibet ne vicinus , qui poſſidet ſolum ejus cœlo li-
bero fruatur , & vice verſa vicinus prohibet ne L. Ti-
tius ædium ſuarum ſuperficie uti projecta eſt utatur frua-
tur : uterque inquietatur , unus in poſſeſſione ſoli , alter
ſuperficiei , cujus portio eſt projectio illa , vel potius in
poſſeſſione ædium cum ſuperficie : nam ſuperficies per
ſe à domino ædium non poſſidetur , ſed cum univerſi-
tate ædium . Ergo tuendæ , & retinendæ ſuæ poſſeſſionis
cauſa utrique utile eſt interdictum uti poſſidetis , ſicut &

L. Ti-

Digitized by Google

L. Titius ex ædibus ſuis projectionem habeat ſupra A ædes vicini, utrique idem interdictum competit, *d. l. 3. §. Labeo*. Datur autem ei, qui ſolum poſſidet, non quia ea projectio cedat ſolo, ille non dixit, hac ratione ſoli poſſeſſori interdictum dari, ſed quia per eam projectionem fit ne vicinus ſui ſoli libero cœlo fruatur. Dixit quidem eam projectionem cedere ſolo, etiamſi ſolum non tangat ex *l. ult. §. pen. Quod vi, aut clam.* Non dixit eſſe ſuperficiem ejus ſoli, quæ portio eſt ſuperficiei ædium L. Titii, non dixit ei ſolo cohærere, non dixit ea ratione poſſeſſori ſoli dari interdictum uti poſſidetis. Ratio vero, propter quam tu negas id ei interdictum utile eſſe, falſa, & captioſa eſt, quia, inquis, Projectionis poſſeſſio ſoli poſſeſſionem non contingit: hoc eſt falſum: nam etſi projectio non tangat ſolum, contingit tamen poſſeſſionem ſoli: quia eam minus liberam reddit adempto cœlo: B qua de cauſa mox addidiſti ſufflamen, ſoli ratione, quia non poteras negare cœli ratione projectionem poſſeſſori ſoli impedimentum adſerre: ſed ſi cœli ratione, ut fateris, ergo & ſoli, quia cœlum cedit ſolo, & ratio habetur utriuſque, *l. ſi opus, §. pen. Quod vi, aut clam.* Cœlum, inquam, cedit ſolo. Cœlum jus ſoli ſequitur: ergo, & quodcunque in id cœlum projicitur: nec verum eſt in *d. l. ult. §. pen.* id admitti ſpeciali ſepulchri ratione, ad quam ea quoque lex non reſpicit, ſed ad communem, quia cœlum, quod ſupra ſolum intercedit, omne ſequitur cauſam ſoli. Non eſt etiam ſpeciale, quod ait *l. 2. de ſep. viol.* ſtatuam appoſitam, non affixam, vel applumbatam ſepulchro, ſepulchri eſſe: nam idem eſt in ſtatua ædificio appoſita, ſicut in tegulis, *l. 8. quod vi, aut clam*, nec ſequitur ſi dicas *l. 9. §. 1. eod.* loqui de adfixa, C ergo non idem eſſe in appoſita, ſicut nec quod *l. 11. §. ſi quis, eod.* loquatur de appoſita, ideo aliud eſſe in adfixa. Rationem, qua dicimus, quave Caſſius dixit, ut in pleriſque libris habetur in *d. §. item videamus*, utrique interdictum utile eſſe, quia uterque poſſidet, quæ pervincit utrique utile eſſe, tu callide prætermittis, ſimul, & quod ante tradideras ei, qui poſſidet ædes utile eſſe: quæ confeſſio tua neceſſaria efficit, & poſſeſſori ſoli idem utile eſſe, quia ſi utrique communis illa ratio eſt, & commune igitur jus in utroque debet eſſe. Non ſtulte ſapis. Averſaris maxime quæ nocent, quæve potius enecant te.

Ad hæc differentia, quam ſtatuis inter interdictum uti poſſidetis, & interdictum Quod vi, aut clam, quod hoc ſit de opere facto, illud de poſſeſſione, nihil ad rem D facit: nec enim ideo minus ex eodem facto utrumque interdictum competit, *l. ſi finita, §. meminiſſe, in fi. de op. no. nunt.*

His addis, te non videre quare exemplum interdicti de ſuperficie ille dixerit trahi poſſe ad projectionem. Non vides igitur comparatum eſſe interdictum de ſuperficie ad exemplum interdicti uti poſſidetis: inter quæ tamen magna differentia eſt, & comparari igitur poſſe interdictum de projectione ad exemplum interdicti de ſuperficie, licet inter ea magna ſit differentia. Exemplum facis, & exemplar idem: nobis eadem audacia, idemque faciendi jus non eſt.

Valde ſuavis es, cum pro exemplo projectionis adſers columnam Mævianam, quæ nuſquam eſt. Mæniam invenies apud Ciceronem, Plinium, & Symmachum, vel E Mainiam, non Mævianam.

JOHANNES ROBERTUS.

QUid eo ſibi velit, quod hic initio ait, projectionem quam Titius habet ſupra vicini ſolum eſſe ſpeciem, non eſt qui intelligat, nec de ſpecie verbum ullum fecit Paulus in citata ab eo *l. 3. §. item videamus, ff. uti poſſ.* Sed neque illo caſu *d. §. item videamus*, quo Titius ædium ſuarum ea projectione protenſam, & continuatam ſuperficiem poſſidet, vicinus autem ſolum, & projectio illa non jure haberi dicitur, negavi alteri adverſus alterum utile eſſe interdictum: tametſi negavi utrique utile eſſe uti poſſidetis interdictum, neque tamen excluſerim alia. Illud autem propterea negavi, quod cum id de ſoli poſſeſſore propoſitum ſit, ejuſcemodi rerum tantum poſſeſſionis ratione intendi poſſit, *l. 1. §. hoc interdictum in omnibus, ff. uti poſſ.* qui projectione ædium ſuarum ſuperficiem ſupra vicini ſolum protenſam, & continuatam habeat, ſoli, quod ſubjacet, ſe poſſeſſorem minime contendat, huic nulla prorſus ratione dici poteſt competere, & utile eſſe uti poſſidetis interdictum, nec per conſequens utrique quo ſolo, etiamſi altera vicini ex parte quis admitteret interdictum hoc inſtitui poſſe, plane adhuc ſubverteretur illa conjectaria illius loci correctio, qua detracta negatione, pro *inutile*, aſſeruit nugivendus legendum eſſe *utile*. Sed & cauſa interdicti illius introducendi id arguit, *d. l. 1. §. hujus autem*. Iſtiuſmodi autem interdicta ſoli poſſeſſionis, & eorum, quæ circa ſolum fiunt ratione introducta, quam exacte obſervari oporteat, ne ad alia, quam quæ ſoli ſint, & ſolo cohæreant, ea trahamus, patet *d. l. 1. §. 1. in fin. & l. ſi alius 7. §. notavimus, cum 2. ll. ſeq. ff. quod vi, aut clam.* Sed nec tunc ſoli poſſeſſori poteſt interdictum illud eſſe utile, quia non eo tantummodo, quod ſoli poſſeſſor eſt, interdictum illud ei datur, ſed quod fundum ipſum poſſidere prohibeatur. Propterea autem poſſidere intelligitur, qui fundum colere, aut aliter poſſeſſione ſua libere uti prohibetur, *d. l. 3. §. hoc interdictum ſufficit, & d. §. item videamus, verſ. cum enim, qui colere.* Soli autem poſſeſſorem non contingit, quod in aere ſupra impendente fit, nec qui ſolum poſſidet, propterea & circumfuſum aerem poſſidere dici poteſt: ut quidem de Minoe apud Naſonem *lib. 8. Metamorph.* ſic inquit Dædalus,

Omnia poſſideat, non poſſidet aera Minos.

Sicque falſum illud contendimus, quod ſimpliciter, & indiſtincte ait, cœlum cedere ſolo: id enim in eo tantum verum eſt qui ædificium ſolo impoſuit, quo ipſum aerem ſuperfuſum occupaſſe, & poſſidere cœpiſſe intelligitur. Unde fiat, ut cum ejus ad cœlum uſque factus intelligatur, in eo fieri nihil poſſit, quod ejus ædificio impedimentum ullum adſerat, aut ejus libertatem auferat, prob. *l. cujus ædificium 23. ff. de ſerv. urb. præd. l. ſi opus 20. §. ult. verſ. in opere, ff. quod vi, aut clam* Sicque intelligendum, quod in *l. ult. ejuſdem tit. in §. ult.* dicitur eſſe ſepulchri non tantum locus, in quo ſit ſepulchrum, quique recipiat humationem, ſed omne etiam ſupra id cœlum, quod non omnis locus quavis mortui illatione religioſus factus dicatur ſepulchrum, & monumentum, ſed ille tantum, qui ſit inædificatus, & in quo ſupra ſolum quoquo modo quid extet, in quo mortuus ſit conditus, prob. *l. 1. §. Prætor ait, cum ſeq. & l. 3. cum l. ult. ff. de mort. infer. & ſepulchr. ædific. l. 2. & l. ſepulchri 7. ff. de ſepulch. viol. l. monumentum 42. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Alioqui hæc, quam inculcat nugivendus, propoſitio falſa eſt, Cœlum cedere ſolo. Quin potius dicamus cum regio poeta, & Pſalte, *Pſalmo* 113. Cœlum cœli Domino, qui terram ipſam filiis hominum dederit. Uti convenit, & quod *Deut.* 11. c. dixit Dominus Moſi: Omnis Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, erit veſter, ſed non ut, quæ circumfuſa ſint, calcantium fieri voluerit. At cœlum, inquit, ſequitur cauſam ſoli. Imo vero ſequitur cauſam ejus ædificii, quod ſuperſtructum ſit, nec cujuſvis ſoli, excepto ſolo publico, & via publica, in quibus ſpeciale hoc eſt, ut cœlum quod ſupra id intercedit, liberum eſſe debeat, & propterea ſupra id projectio fieri nequeat, *l. ult. in pr. ff. de ſerv.* ex qua arg. à contrario apte ducto diverſum jus in aliis retinere conſtat.

Quod autem ab eo argumentatur, quod dixi, & ædium & ſoli poſſeſſori utile eſſe illud interdictum uti poſſidetis, leve eſt: non enim propterea argui poſſum dixiſſe, in omnibus etiam illis, quæ ſupra ſolum fiant, utile id interdictum eſſe, ſed in iis tantum id intelligo, in quibus quis ſolum, vel ædes libere poſſidere prohibetur, ut dixi. Quod & ſuperiora omnia comprobat, *§. ſed ſi ſupra in d. l. 3.* in quo diverſa hac ſpecie propoſita, in qua ſupra ædes, quas poſſideo, ſit cœnaculum, in quo alius quaſi dominus moretur, ait Ulpian. mihi quidem, qui &

ſolum

ſolum & ædes poſſideo, interdictum uti poſſidetis adverſus illum competere, non autem illi adverſus me. Cujus rei rationem hanc reddit, quia ſuperficies ſemper ſolo cedat, ergo & illud cœnaculum ædibus meis. Itaque quaſi & id poſſideam, & in ejus poſſeſſione turber, plane mihi competet illud interdictum. Illi vero, qui cœnaculum ſuperius obtineat, non poteſt competere, quia nulla ratione ſoli, aut ædium dominus dici queat. Quanto minus igitur is, qui ob ſolam projectionem ſupra alterius ſolum protenſam adverſus dominum ſoli, quem & cœli poſſeſſorem facit? Nam iſto caſu (admiſſis quoque his quæ aſſumit) ſi ita non poteſt alteri, non poteſt utrique utile dici uti poſſidetis interdictum. At illud fortè quæret, cum in eadem ſpecie admittam, alteri adverſus alterum utile eſſe uti poſſidetis interdictum, attamen interdictum his utile eſſe poſſe non negem, qualenam illud ſit interdictum, quod ab iis tunc intendi poſſe exiſtimem. Tale quidem projiciendi ſervitutis ratione in jure, quale & in reliquarum ſervitutum cauſa comparatum comperio, quod utile tantum ſit, & quaſi poſſeſſionis tantum cauſa introductum, non poſſeſſorium, ſed velut poſſeſſorium, ſive quaſi poſſeſſorium judicium conſtituat, juxta *l. quoties* 20. *in fin. ff. de ſervit. l.1. in fin. ff. de ſuperfic. l.2. in fin. ff. de ſervit. vind.*

Craſſius eſt, quod exinde rationem redditurus, cur exemplum interdicti de ſuperficie dixerit trahi poſſe ad projectionem, ait: Interdictum de ſuperficie comparatum eſt ad exemplum interdicti Uti poſſidetis, ita & interdictum de projectione comparari poſſe ad exemplum interdicti de ſuperficie, & nobis illud imponit, nos idem facere exemplum, & exemplar, quod eadem audacia faciendi jus, ei, meticuloſo ſcriptorum omnium corruptori, non ſit: nec videt (niſi hoc idem, contra quam dicat, hoc ipſo loco ſeſe facere admittat) plane temerariam illam ipſius detracta inutiliter negationis ab inutilis dictione correctionem, ſubſiſtere non poſſe. Nam ſi interdictum, de quo agitur in *d. §. item videamus*, eſt interdictum de projectione, comparatum ad exemplum interdicti de ſuperficie, ad interdicti Uti poſſidetis exemplum comparati, & aperte loquatur Ulpian. in *d. §. item videamus*, de interdicto Uti poſſidetis: ſic ille exemplum idem facit, non tantum cum uno exemplari, ſed & cum duobus exemplaribus: quo quid ſibi velit, plane neſcire ſe teſtatur. Nam idem, qui proprium antea conſtituebat interdictum de ſuperficiebus, ab interdicto Uti poſſidetis diſtinctum, & interdictum de projectione conſtituit, ad exemplum interdicti de ſuperficie comparatum, licet inter ea ſit magna differentia. Quod tamen de projectione interdictum idem ſit, quod illud Uti poſſidetis interdictum, quippe utrique illi utile, ut corrigit. Et vero quo edicto interdictum illud projectionis, ut illud ſuperficiei, totque alia ſeparatis edictis introducta dicet? *l. 1. §. 1. verſ. proponitur, ff. de ſuperfic.* cum pluribus tit. ſeq. Quove etiam autore? Labeone (inquit) *in eadem l. 3. §. Labeo*. An vero illic ullius interdicti projectionis meminit Labeo, quod ei detur, qui in alterius vel ſolum, vel ædes etiam projecerit, ac non illi ſolum, in cujus ædes projectio facta ſit, dat primum interdictum Uti poſſidetis, his verbis, *ſi eum locum poſſideamus, qui projecto tegitur:* illi vero, qui projecerit, non idem tribuat? Quod licet dubitanter ſcripſerit Labeo, unde ille arrepta anſa eum diffidenti ſimilem, & idem quoque huic Uti poſſidetis interdictum dare interpretatur: patet tamen ex eodem illo loco indubitanter aliud omnino voluiſſe Labeonem, qui ſubjuncto cohærente, ſive *§. ſive magis, verſ. ſed ſi ſupra*, ne illi quidem, qui ſupra ædes meas cœnaculum habeat, competere poſſe ait Uti poſſidetis interdictum.

Quam autem in noſtris excutiendis levem ſe præbet, qui illud reprehendat, quod exemplum projectionis in Mœviana columna propoſuerim, quæ nuſquam ſit, ut ait, nec animadvertit, aut (quod verius eſt) non animadvertiſſe ſe diſſimulat me, & Ciceron. locum 1. Act. in Verrem citaſſe, in quo ejus mentio fit, & Aſconii Prædiani interpretationem, qui columnam illam à Mænio quodam dictam ait: Sic illud, quod in eam rem ſcripſi, ad locos illo me retuliſſe, in quibus deprehendere potuit ſcriptum non Mævianam per *v*, ſed per Mænianam per *n* in nonnullis exemplaribus. vel in aliis Mæniam per *n* quoque. Addo & locum Ciceronis in Oratione pro P. Seſtio. in qua & illius columnæ mentio fit: ſicque typographi tantum culpa factum eſſe facile quiſque intelliget, ut *Mæviana* poſteriore loco excuderetur pro *Mæniana*. At inſtat etiam pervicax homo, & nuſquam ait eſſe Mævianam. Quærit Plinium, & Symmachum teſtes, quod hactenus ignorarit Mænianorum ab illa Mæniana, ſive Mœnii columna dictorum pluribus in jure locis mentionem fieri. Diſcat igitur ex me, eorum nominatim, ac eo quidem ſenſu meminiſſe Suetonium in Caligula, Ulpianum in *l. 2. in fin. princ. ff. ne quid in loc. publ.* & Jabol. in *l. malum* 242. *ff. de verb. ſign.* Honor. & Theodoſ. in *l. Mænia* 11. *C. de ædif. priv.* & Harmenop. *lib. 2. Proch. tit. de Mæniano*.

Confirmata aſſertio recepta lectionis l. ita tamen 27. §. quoties, ff. ad ſenat. Trebell.

CAP. XX.

JOHANNES ROBERTUS.

CUM ſuperiore capite, quaſi malæ cauſæ, quam tueretur, ſibi conſcius ingenioſus *ἀναγραμματιστὴς*, à ſolita verborum petulantia abſtinuiſſe videri poſſit, hic etſi apertiſſime haud meliorem foveat, redit ad ingenium. Notam Marcelli ad Julianum modeſtiſſime & ſimpliciſſime docueram, prout tum in receptis exemplaribus, tum & in Florentino extat, apte conſcriptam, non eſſe immutandam *in l. ita tamen* 27. *§. quoties, verſ. plane, ff. ad ſenat. Trebell.* neque loci illius ſententiam admittere ullo modo negationis tranſpoſitionem, quam ille invehere conatur. Quod cum inter cætera eo comprobarem, quod illa tranſpoſitio ſupponeret verba illa, *non jam*, ſignificare, *nondum*, Latini ſermonis proprietate id minime admittente: utrovis modo juxta illorum ingenioſam correctionem legas, ſive recepta exemplaria ita ſubſequendo, *Si non jam filius bonorum poſſeſſionem accepit*, ſive demas poſterius iſtud verbum, *accepit*, ut quidem in Floren. non extat. Nam & tunc id vel ſubintelligendum, vel ſupplendum eſſe idem nominatim ſcripſit, & nullo apud probatum autorem loco iſto ſenſu verba ea *non jam* ſumpta reperiri, arbitrari me ſcripſeram. Verum is ut contrarium adſtruat, Terentii locum iſtum ex Andria profert, *Uxorem jam non dat Chremes*: quem quo minus inepte ad obtegendum errorem à ſe admiſſum accommodare poſſit, non jam amplius in illo verſic. aut legit, aut intelligit, aut ſupplet ita verbum *accepis*, ſed *accipit*, ut ſic legat, *Plane eſt compellendus adire, ſi non jam filius bonorum poſſeſſionem accipis*. Callidum hominis ad effugia ingenium vide. Sed tamen utrovis modo legas, nihil eum juvat ille Terentii locus: quin omnino ab eo quod probare contendit, alienus eſt, ut mirer Grammatiſtam ex recondita ſua penu id quo nullo etiam indicante inſcitiæ damnari poſſit, deprompſiſſe. Verba enim illa, *uxorem jam non dat Chremes*, vel ad præſens tempus ſolum referuntur: ſicque iis ſignificat mutatum Chremetis animum, filiam ſuam uxorem dare tunc nolentis, vel (quod verius eſt) ſimul ad futurum, hoc eſt, nec tunc, nec poſtea uxorem daturi, quaſi illi conſtitutum omnino eſſet nunquam Pamphilo eam uxorem dare: quia (ut illic inquit Donatus) addito, *jam*, ſit plena ſecuritas, ſitque hæc particula renunciatio perpetuitatis; Sicque non video qui inde colligi, & probari poſſit, verba illa Marcelli, *ſi non jam filius* (ſiquidem ex illius ſententia ita cum negatione legi debent) vel ad præteritum referri, & ſignificare, *Si* nondum filius bonorum poſſeſſionem accepit, vel etiam ſi legas, *accipis*, qui inde aptus ſenſus, aut ad præſens, aut etiam futurum relatus elici poſſit. Quo enim

illud pertineret, ſi filius cum bonorum poſſeſſionem accepiſſet, non jam accipit, aut etiam accepturus eſt, hoc eſt, amplius non accipere, accepturumve eſſe conſtituit? Sic in eam multo magis reprehenſionem incurreret, quam mihi acerrime adeo ingerit, ut omittere ſive repudiare bonorum poſſeſſionem eum dicat, qui ſemel eam quæſiverit. Præterea obſtarent illa quæ ſequuntur verba, *& omiſſa à filio bonorum poſſeſſione*, quæ proculdubio ad omiſſam poſteriore loco bonorum poſſeſſionem referenda ſunt, quaſi antea omiſſam eam non propoſuerit, ſed tantum acceptam.

Rectius itaque habet non vulgata tantum receptaque, ſed & quorumcunque etiam manuſcriptorum exemplarium teſtimonio comprobata lectio, juxta quam & interpretationem à nobis antea propoſitam intelligemus, ad id quod initio ejus §. à Juliano generaliter, & indiſtincte propoſitum fuerat, quoties filius emancipatus præteritus bonorum poſſeſſionem accepit, heredem ſcriptum non eſſe compellendum hereditatem reſtituere (nulla diſtinctione facta, ſitne fideicommiſſum filio, an extraneo relictum) id nota ſua addere Marcellum plane heredem ſcriptum ne adire quidem compellendum, ſi filius jam bonorum poſſeſſionem accepit: nec ea quidem ratione ad id eſſe urgendum, quod periculum ſit ne intercidat fideicommiſſum interveniente ſcripti morte, ac omiſſa deinde à filio bonorum poſſeſſione, jux. *l.ille, à quo* 13. *§.* 1. *in fi. ff. ad ſenat. Trebell.* Sed enim huic interpretationi duo objicit, quod ſic fiat, ut illis addat Julianus, cum eo, quod is dixiſſet ſcriptum heredem non compellendum reſtituere, ſatis inferretur ne adire quidem eum cogendum: quia, inquit, remota aditione, & reſtitutionem removeri neceſſe eſt, ut retro poſita aditione confeſtim & reſtitutio ſequitur. Quorum ut illud prius quadantenus verum ſit, fallax tamen eſt: nec enim converti poteſt. Poſterius autem plane falſum eſſe conſtat. Prius, inquam, illud eatenus tantum verum eſt, quatenus ut ad poſitionem conſequentis neceſſario ſequitur poſitio antecedentis, ita & ad remotionem antecedentis ſequitur & remotio conſequentis, *l.illud dubitari* 76. *ff. de acq. her.* Quo fiat, ut non aditæ hereditatis reſtitutio ab herede ſcripto fieri nulla ratione dici queat: neque tamen ut idcirco verum ſit, hæc duo ita connexa eſſe, ut alterum ſine altero exiſtere non poſſit. Nam ſi ita eſſet, & ſic quoque idem illud converti deberet, remota reſtitutione, & aditionem removeri neceſſe eſſe: quod tamen tam falſum eſt, quam illud poſterius eodem fere ſpectans, retro poſita aditione confeſtim & reſtitutionem ſequi: nec enim aut remota reſtitutione ſemper removetur aditio, aut poſita aditione, idcirco ponitur reſtitutio. Quid enim (ut cum Ulp. loquar) ſi de viribus fideicommiſſi tractetur, quæ cognitio prolixiorem tractatum habeat? Quid ſi à longinquu petenda ſint verba fideicommiſſi? Quid ſi juſta deliberatio de quantitate fideicommiſſi incidat? An non compellendus eſt heres adire, ne prius decedens fideicommiſſarium intercedente fideicommiſſo fruſtretur? jux. *d.l.ille, à quo* 13. *§.* 1. *& l.cogi* 16. *circa prin. ff. ad ſenat. Trebell.* juncto iſto verſic. *plane*, ut alios caſus omittam, quibus qui adierit, non tantum confeſtim fideicommiſſum ab ipſo relictum reſtituere cogi non poſſit, ſed nec ullo tempore poſtea, *d.l.ita tamen*, *§. ſi patronus*. Quod autem addit, in ea ſpecie, & teſtamento hereditatem adire ſcriptum heredem ob id cogi non poſſe, quod accepta bonorum poſſeſſione contra tabulas, res perducta ſit ad cauſam inteſtati, non eſt ſimpliciter verum, nec probatur *l.ut liberis, C. de collat.* quam unam in eam rem citat. Nam ea id quidem probatur, teſtamento, bonorum poſſeſſione contra tabulas petita, aut inofficioſi querela mota, ta, reſciſo, ad inteſtati quidem cauſam rem perduci: at non ideo ſola, aut bonorum poſſeſſionis petitione, aut inofficioſi querela inſtitutione id fieri ibi probatur, ſed teſtamenti reſciſſione, quæ mediante ſuper his motæ litis exitu fit: cum alioqui ut exheredatus inofficioſi querela mota, & in ea lite vinci, & ab ea deſiſtere poteſt, tuncque propter motam inofficioſi querelam non reſcinditur teſtamentum, *l.Papinianus* 8. *§. ſi quis poſt*, *& §. meminiſſe*, *& l. nam & ſi* 15. *& l.eum, qui* 21. *in prin.* *& l. ſi ponas* 23. *§. ult. ff. de inoffic. teſt.* Ita & qui bonorum poſſeſſionem petiit. cum ab ea ad bonorum poſſeſſoriam hereditatis petitionem tranſitus ſit faciendus, ab eo deſiſtere, & juri ſuo renunciare, ac in eo etiam vinci poſſet *Tex. in l.filio* 16. *§.* 1. *ff. de inoff. teſt. l.* 1. *§. ſi quis ex nepotibus, ff. de conjung. cum emanc. lib. arg. l.*4. *in prin. & l. Paulus* 15. *ff. de bon. poſſeſſ. l. ult. C. de bon. poſſeſs. cont. tabul. libert. l. ſi duobus* 12. *§. ult. & l. ex duobus* 14. *& l. quod vulgo, ff. de bon. poſſeſs. cont. tab.* Mirum autem, quod ſomniat de ratione illa, *ne intercidat fideicommiſſum*, me eam facere remotivam, quæ ut aliis locis, ita & hic poſitiva ſit. Atqui eam ego clauſulam rationis in eo locum obtinere ſcripſi nunquam, ac multo minus remotivam, quam vocat, vim habere. Quid enim hic remotum volui, qui id tantum ponam juxta Marcellum, ne ob id quidem in ea ſpecie cogi ſcriptum heredem adire, quod cauſetur ſcriptus heres periculum eſſe ne intercidat fideicommiſſum, ſi (juxta caſum ibi propoſitum) contigerit ſcriptum heredem decedere? Agnoſco tamen in *d.l. ille, à quo*, *§.* 1. ob eam rationem cogi heredem adire: quo referri poſſit *d.l. cogi*. Non tamen ut ob id ſequatur aſſerere me in *d. verſ. plane*, Julianum ſenſiſſe ob id non compelli heredem adire, ne intercidat fideicommiſſum, ſed ne ob id quidem eum compelli adire, quod periculum ſit ne intercidat, cum longe validior ratio ſubſit, quæ obſtet ne compelli poſſit, quippe quod filius bonorum poſſeſſionem acceperit, quam quidem illi per me remotivam vocare licebit, at non illam alteram.

Extremum improbat, quod omiſſa bonorum poſſeſſionis verba eo retulerim, quod filius petitam bonorum poſſeſſionem, aut forte inſtitutam etiam inde bonorum poſſeſſoriam hereditatis petitionem perſequi deſtiterit, quia omittere ſit tempore excludi. Et quidem eos, qui tempore à petenda bonorum poſſeſſione excluſi ſunt, non inficior recte dici bonorum poſſeſſionem omiſiſſe, ut & hereditatem illos omiſiſſe dicimus, qui heredes, vel pure ſcripti, adire noluerint, vel ſub conditione inſtituti, conditionibus non paruerint, juxta *tit. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* Neque tamen ut inde ſequatur dictionis Omittendi non patere ulterius acceptionem, ut & qui repudiet, aliterve deſiſtat, omiſiſſe quoque dici poſſit, prob. *d. l.* 1. *§. ſi quis ex nepotibus, ff. de conjung. cum emanc. lib. l. unic. in verbo, Omittentibus, & ibi gl. C. quand. non pet. part. pet. accreſ.* Sic & mulier accuſationem omittere dicitur, quæ à cœpta accuſatione deſiſtit, in *l.mulier, ff. ad ſenatus Turpil.* Similiter & illi, qui inſtituta actione legis Aquiliæ jurejurando ipſi delato adverſus inficiantem jurare, dicitur *Omiſſa* parte edicti, quo jusjurandum Prætor tuetur (quam tamen viam jam amplexus fuiſſet) dupli actionem integram manere, in *l.eum, qui* 30. *prin. ff. de jurejur. Sic & Symmachus præfectus urbi Epiſt. lib.* 1. *epiſt. ult. ad Valent. Theod. & Arcad.* ſcribens, ſignificat Africanum agentem in rebus, qui accuſationem inſtituiſſet adverſus Campanum, & Higinum viros clariſſimos, quibus violentiæ crimen objiciebat, tandem deſperatione victoriæ ab accuſatione deſtitiſſe, his verbis. *Eo res rediit, ut à partibus Africani accuſationis omiſſio deſperatione peteretur.* Quo ſenſu in aliis conſimilibus probatos autores ſæpe uſos comperias. *T. Livius lib.* 3. *belli Macedon. Patariſque* (inquit) *cognito vivere Ptolomæum, navigandi quidem in Ægyptum omiſſum eſt conſilium*, quod tamen ante dixerat acceptum, ſive initum. *Cæſar lib.* 1. *de bello Civili*, *Itaque* (inquit) *in præſentia Pompeii inſequendi rationem omittit*: cum tamen ejus inſequendi deliberationem præceſſiſſe dixiſſet. Ac ita quicquid relinquitur, & diminuitur, id omitti dici poteſt: quo pertinent & illa apud Virg. *lib.* 2. *Æn. Priami ad Sin. verba:*

Quiſquis es, omiſſos hinc jam obliviſcere Grajos.

ANTONIUS MERCATOR.

FAlſum eſt, *Non jam*, vel *Jam non*, Obſervatorem accipere pro Nondum, qui allato tantum Comici lo-

co,

co, non alio id ſe modo accipi velle demonſtravit, quam quo Comicus, nec interpretatus eſt, Nondum.

Falſum callide eum quidquam agere, cum modo ait, accipit, modo accepit in explicanda *l. 27. §. quoties, ad Treb.* Nulla poteſt eſſe calliditas in uſu promiſcuo unius verbi cum una eſt oratio unuſque contextus. Sive igitur filius præteritus, cui heres ſcriptus rogatus eſt hereditatem reſtituere jam non accepit, vel accipit, quid refert? bon. poſſ. contra tab. Marcellus ait, heredem ſcriptum, ut Obſervator liquido probavit eſſe legendum, compelli adire hereditatem ne fideicommiſſum intercidat forte interim mortuo herede ſcripto ante aditam hereditatem, & poſt omiſſa à filio bon. poſſ. contra tabulas, qua ſententia nihil eſt evidentius. Tu poſtquam deſudaſti miſere in punctiunculis temporis præteriti, præſentis, futuri, ejus artis ignarus, cujus etiam cognitionem dedignaris, & vitio vertis: quam tamen Conſtantii conſtitutio quædam omnium virtutum ait eſſe maximam, eam Marcelli ſententiam corrumpis, cum in ea agi forte non ex animi tui ſententia vis de ea ipſa ſpecie, de qua Julianus egit. At Julianus egit de filio, qui bon. poſſeſſionem accipit. Marcellus de eo, qui non accepit, vel accipit, cuique integrum eſt eam omittere. Tu vis tamen atque ſupponis utrumque tractaſſe eandem ſpeciem, ut quod tibi objicitur, Non poſſe jam acceptam bonorum poſſeſſionem omitti, in ipſum Obſervatorem retorqueas: hæc eſt tua ſimplicitas, quæſo in hanc rem lectores animum attendite, & in id quod hac calumnia præmiſſa mox ita concludit: Rectior itaque eſt lectio vulgata. Concluſio plane talis qualia ſunt præmiſſa. Ejuſdem pulveris ſunt, quæ ſequuntur. Poſſe in *d. §.* poni ſpeciem etiam in fideicommiſſo extraneo relicto: nam hoc caſu certum eſt non tantum ſi filius accipit bon. poſſeſſionem, ſed & ſi accipere poſſit, heredem ſcriptum non compelli adire, & reſtituere, ſicut nec legata, aut fideicommiſſa cætera præſtare, *l. 2. de exc. rei jud.* At ſpecie poſita in fideicommiſſo relicto filio præterito, ſi quidem filius accipit, vel acceperit bon. poſſeſſ. heres etiam compelli non poteſt, ſi accipere poſſit, compelli poteſt, *d. l. 27. §. qui rogatus*, propter rationem poſitam in *d. §. quoties*, ne intercidat fideicommiſſum, &c. quæ pervincit non poſſe in eo *§.* poni ſpeciem, niſi in fideicommiſſo relicto filio præterito, ſimul atque Marcellum diverſam à Juliano poſuiſſe ſpeciem, puta ſi non jam filius accepit, vel accipit bon. poſſeſſionem, & in ea notaſſe, quod & Julianus ipſe fatetur in *§. qui rogatus*, heredem compelli adire.

Poſt te dicente ex Juliani ſententia heredem reſtituere, ex Marcelli adire non compelli. & Domino objiciente, eum, qui removet reſtitutionem, removere etiam aditionem, & contra eum, qui removet aditionem, removere reſtitutionem: nihil ergo Juliano addere Marcelli notam, ut vulgo perſcripta eſt: tu quid ais? Primum id, quod dixit, eum, qui removet reſtitutionem, & aditionem removere, non ſemper dicis eſſe verum, quando autem non ſit verum non explicas, fateris igitur. Id vero quod ex diverſo dixit, eum, qui removet aditionem, & reſtitutionem removere, eodem exemplo, quo & is, qui aditionem ponit, & reſtitutionem ponit, quid ais? Pandata cervice tacitus priorem partem admittis, remota ſcilicet aditione, & reſtitutionem removeri. Marcellum igitur, qui ſcribit, heredem non compelli adire, & id fruſtra iterare, quod Julianus dixerat, heredem non compelli reſtituere. Poſteriorem quoque fateris regulariter eſſe veram, quia quibuſdam tantum caſibus evenire poſſe ais, ut heres adire cogatur ne intercidat fideicommiſſum, qui nondum reſtituere tenetur, quibus tamen caſibus, & reſtitutio poſt aditionem quandoque inſecutura eſt, nec ullum poſſis dare caſum, niſi egrediare fines propoſitæ quæſtionis, quo aditionem reſtitutio non ſequatur: falſus enim ille eſt, quem adfers ex *d. l. 27. §. ſi patronus*, quia & patronus ex debita parte heres inſtitutus, & coactus adire, reſtituere tenetur, qui ſponte adiit, non item, quia portio debita patrono fideicommiſſo onerari non potuit, niſi liberis liberti fideicommiſſo relicto, *l. 64. §. ult. eod.* At propoſita quæſtio eſt de coacta aditione, non de ſpontanea.

Rurſus Domino objiciente, abſurdum eſſe, quod vis Marcellum ſcribere, ut dicatur non compelli adire, qui nec poteſt adire re perducta ad cauſam inteſtati per bon. poſ. contra tab. tu quid ais? fateris rem perduci ad cauſam inteſtati, ſed inquis, non per bon. poſſeſ. contra tabulas, de hoc poſtea videro: interim mihi ſatis hoc eſt, rem perduci ad cauſam inteſtati, ut abſurde dici probem heredem ſcriptum re perducta ad cauſam inteſtati non compelli hereditatem adire. An autem res perducatur ad cauſam inteſtati per bon. poſſ. contra tab. videamus. Tu dicis hoc fieri teſtamenti reſciſſione, non bon. poſſeſſione contra tab. Marrucine, *l. ut liberis, C. de collat.* dicit teſtamentum reſcindi petita bon. poſſ. contra tab. Tu dicis non reſcindi. Quid enim, inquis, ſi bon. poſſeſſio fuerit ſine re? An vero de alia lex loquitur, quam de ea, quæ eſt cum re? nimium graphicus ſophiſta es.

Ut cætera perſequar, etiamne vis adhuc tueri, te hæc verba Marcelli, Ne intercidat fideicommiſſum mortuo herede &c. non accipere pro ratione remotiva? cum ea his ipſis verbis interpretaris, nec ob id cogendum heredem adire, quod fideicommiſſarii interſit, fideicommiſſum non intercidere herede moriente ante aditam hereditatem, quia fieri poteſt, ut filius, qui accepit bon. poſſeſſionem eam omittat, quid aliud hoc eſt, quam removere rationem dubitandi? & abrogare rationem decidendi, quam ea verba conſtituunt, ut & *l. ille, à quo, §. 1. & l. cogi, §. 1. eod.* Aberrabat tibi animus cum exiſtimaſti id quemquam arbitrari, ideo te nolle compelli heredem adire ſi filius acceperit bon. poſſeſſionem, ne intercidat fideicommiſſum: hoc de te tam perverſe nemo cogitavit unquam: tu id cogitaſti ſolus, & perverſe, ne dicam impudenter impoſuiſti alii.

Id quoque vis perfracte, & qualiter qualiter tueri, eum qui petiit, veterator noli mutare verba legum, lex accipiendi verbo utitur, non petendi, dicito igitur, eum, qui accepit, non, qui petiit bon. poſſeſſionem, poſtea omittere eam poſſe: quia in jure ſemper omittere bon. poſſ. vel hereditatem, eſt ab ea tempore excludi, id eſt, intra tempora conſtituta eam non accipere, & nihil ſtultius eſt, quam dicere, eum, qui accepit, poſtea poſſe non accipere. Etiam in *l. 1. §. ſi quis ex nepotibus, de conjung. cum emanc. lib. & l. unica, C. quan. non pet. par.* quas in medium profers, omittere eſt tempore excludi. Amittere ſcilicet, genus, Omittere, ſpecies, & hoc ſenſu ſemper hereditas, aut bon. poſſeſſio omitti dicitur, non alio, nec tu mihi in contrarium adſeras teſtimonia, quæ ſunt alia de re, quam de hereditate, aut bon. poſſeſſione, ex noſtris auctoribus, vel ex Livio, Cæſare, Virgilio, quæ ſumpſiſti ex Calepino. Abi cum iſto Calepino in valetudinarium: numquam exiſtimaſſem te tam miſerum eſſe, ut eo ſemper utereris, cum quid proferre, aut probare velles ex aliis auctoribus, niſi me admonuiſſet hujus rei adoleſcens quidam, qui tibi olim familiaris fuit, ϗ τῶν παρακυμμάτων ἐκ μέσου, quæ nunc damnata ad culinam abhorret, & deteſtatur mirum in modum dolens, & mœſtus tantum ſibi apud te temporis deperiſſe: eademque vox eſt omnium, qui à te ad nos emigrant: ϗ μάλα ἐνδίκη.

Memineris autem te olim ſcripſiſſe *d. §. quoties* eſſe de fideicommiſſo, non quidem filio, ſed alieni extraneo relicto, & hodie ſcribere, nullam te facere diſtinctionem ſitne fideicommiſſum filio, an extraneo relictum.

JOHANNES ROBERTUS.

SI falſum eſt, cum verba hæc, *non jam*, vel, *jam non*, accepiſſe pro nondum, quorſum cum ſcripſiſſem ex illius interpretatione illud ſequi, & verba hoc ſenſu ab eo accipi, illo ſequente ſuo ſcripto his, quæ ego objeciſſem reſpondens, non repugnaret, ſed in hoc tantum ut, contra quam eo ſenſu dictionem illam minime ſumi

dixiſſem, ille ut contra adſtrueret, Comici locum nobis oppoſuerit? An aliorſum id eum egiſſe probabile eſt, quam ut illam ejus dictionis ſignificatinnem eo comprobaret? quod cum illi minime ſucceſſerit, eo quod aperte docuerim illa Comici verba ad eum ſenſum nulla ratione trahi poſſe, mutata velificatione, incertus quam inſiſtat viam, hinc quoquo modn ſubducere ſeſe cogitat. Nam ſi ea verba minime, aut ſumpſit, aut ſumit, pro nondum, & niſi hæret in ſalebta, quid non ſubjicit quonam alio ſenſu ea ſumat, aut apte ſumere poſſit, ut eam inde ſententiam efficiat, quam aſſerit? Certe ſi quem alium habuit, non potuit apertius teſtari illi me falſo illud impoſuiſſe (tametſi id jam admiſiſſet) quam ſi aptiore alio ſenſu ea verba illi loco accommodaſſet. Nam illud falſum eſſe ſimpliciter jactare, oec qua ratione falſum argui poſſit commonſtrare, quid aliud eſt, quam verbo tenus falſum jactando, id quod falſum dicas, reipſa veriſſimum agnoſcere?

Cautius illud, quod cum varietate verbi Accipit, & Accepit (qua ſententiam tutari occeperat) nihil adverſus ea, quæ ſcripſiſsem, ſententiam ſuam juvari perſpicit, plane abnegat ſe inter ea diſcrimen conſtituere voluiſse: & dum aſsentitur nihil referre utro modo legamus, nec eo magis ſententiam ſuam fulcit, nec meam impugnat.

Sed omiſſis tot ejus verborum ambagibus, & ipſius artis præcipuæ, quam ex Conſtantii conſtitutione effert. λογοδαιδαλία, rem ipſam, de qua inter nos quæſtio vertitur, paucis expendamus. Is Julianum in ea ſpecie loqui contendens prædicto loco, *l. ita tamen 27. §. quoties, ff. ad Sena.Trebel.* in qua beres ipſi filio emancipato rogatus ſit reſtituere hereditatem, illud ſimul improbat, quod ego illum heredem non filio, ſed extraneo fideicommiſſum reſtituere rogatum aſſumam, hac una ratione, quod tunc heres compelli nequeat adire, non tantum ſi filius accepit, aut accipit bonorum poſſeſſ. ſed etſi nnn accipit, aut acceperit, ſiquidem eam accipere poſſit, ut neque hoc caſu compelli poteſt heres legata præſtare, quod in legatis prob. *l. 2. ff. de excep. rei jud.* Sed bæc ex quibus ut ſimilibus argumentum ducit, admodum diſſimilia ſunt, cum eo, quod legatis, aut ſingularibus fideicommiſſis ab herede præſtitis, non æque ſit à lege beredi proſpectum, ne inde incommodum ullum ad eum perveniat, filio poſtea bonorum poſſeſſionem petente, quemadmodum ei heredi, à quo fideicommiſſum relictum eſt, compulſo adire, Nam quamvis heredi, à quo, dum in ſuſpenſo eſt, an evincatur hereditas, petitur legatum, liceat cautionem exigere evicta hereditate legata reddi, *l. de die 8. §. tutor, ff. qui ſatiſd. cog.* non tamen eo plane illi conſultum dici poteſt, arg. *l. plus cautionis 28. ff. de diverſ. reg. jur.* Qua ratione nec cogitur præciſe petenti legatario præſtare, ſufficitque litem ſuper eo conteſtari, ac inde litis ſuper hereditatis petitione motæ eventum expectari, *l. ult. verſ. vel ſi ipſe maluerit, C. de petit. hered.* At heres rogatus hereditatem reſtituere, non poteſt cogi ſub incerto cautionis adire, nec aliter compellitur, quam ſi omne onus ei à Prætore remittatur, & illi plane in hoc ſuccurratur, ſive cautum ei fuerit, ſive non, ut perinde non teneatur ac ſi non adiiſſet, juxta *l. apud Julianum, in fi. pr. & §. utrum*, junct. *l. cogi 16. §. ſi pater, in fi. ff. ad Sena. Treb.* Tum vero magis ex eo, quod lege nominatim cautum ſit, ut heres rogatus bereditatem reſtituero, compelli poſſit adire, atque etiam hoc caſu de quo agitur, ejuſque ſimilibus, quibus in ſuſpenſo ſit, an vel petita bonorum poſſeſſione, aut inofficioſi querela inſtituta, aliave qua ratione ad inteſtati cauſam res redeat, ne intercidat fideicommiſſum mortuo herede ante aditionem, ac deinde omiſſa bonorum poſſeſſione, vel querela contingat jus fideicommiſſi perire, arg. *d. §. quoties, in fi.* junct. *l. ille, à quo 13. §. ſi teſtamento, ff. ad ſen. Treb.* At in legatis licet idem periculum verſari dici poſſit, quod ad vim, & effectum legati, tamen tantum abeſt, ut idem juris compellendi heredis ad hereditatem adeundam lex legatariis tribuat, ut contra heredibus licere voluerit hereditatem impune, & libere omittere, & plane non adire, quantumcunque in legatariorum necem futurum ſit, atque fideicommiſſariorum ſingularium, *l. ſi quis omiſſa 17. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſt. & l. nam quod 14. §. ult. cum 2. ll. ſeq. ff. ad Senat. Trebel.* dummodo tamen ſine fraude, & nullo ob eam rem accepto id ab iis fiat. Adeo ut ex eo etiam quod in gratiam futuri ab inteſtato heredis ab his facta ſit ea omiſſio, nulla legatariis in eos detur actio, ſiquidem nullo accepto id fecerint, ſed tamen poſtremo hoc caſu in poſſeſſorem hereditatis actio legatariis competat, prob. *l. 4. in princ. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* Quod cum ita habere negari nulla ratione poſſit, an non ut inſcitiſſime, ita & ineptiſſime illa prorſus diſſimilium comparatio ab illo fit compellendi heredis adire, aut non adire propter fideicommiſſa univerſalia, ut & legata, aut rerum ſingularium fideicommiſſa? Ex quo conſequens & illud eſt, quod generaliter, & indiſtincte à Juliano traditum fuit *in d. §. quoties*, id nugivendum nulla ratione ad illum caſum reſtringere, quo non extraneo, ſed ipſi tantum filio emancipato heres rogatus fuerit hereditatem reſtituere, ut nullum io toto illo contextu verbum eo ſpectare ſuſpicari potuit; quo, etſi reliqua illi dem, plane flacceſcit temeraria illa ejus loci negationis tranſpoſitio, & correctio.

Deinde angitur admodum in obſtinatius tuenda illa converſione ab ipſo poſita, remotionis aditionis, & remotionis reſtitutionis fideicommiſſi, cum ipſemet ſe in eo fruſtra laborare apertiſſime prodat. Nam cum eo ſpectet tota illa ejus ſophiſtica argutatio, ut quæ ego ad receptam lectionem dixi, ea ratione refellat, quod ex mea interpretatione illud ſequatur, eum, qui removet reſtitutionem (ut removet Julianus) non removere aditionem ex nota Marcelli, & eum, qui ponit aditionem, non etiam ponere reſtitutionem, quod ille falſum eſſe contendat, quia nullus dari poſſit caſus, quo non aditionem reſtitutio neceſſario non ſequatur. Atque eodem loco avertere conatus id, quod in contrarium objeceram ex eodem Juliano in *d. l. ita tamen*, *§. ſi patronus:* nominatim explicat de eo intelligere ſe, qui compulſus hereditatem adierit, non autem de eo, qui oon expectata compulſione ſponte adierit. Quo plane dilabuntur, eo ſe ipſum prodente, illæ ejus argutiolæ, ac ſimul patet illum falſo aſſerere non poſſe dari caſum, quo non neceſſario ſequatur aditio reſtitutionem, & falſum (ut ait) non eſſe caſum, quem adfero *ex d. §. ſi patronus*: ſed verum, & ad id quod volui pertinere. An vero docere poterit me principium illius *§. quoties*, aliter unquam intellexiſſe, quam in eo berede rogato reſtituere hereditatem extraneo, quem cum jam heres exiſteret, quod ſponte adiiſſet, dicat Julianus eo caſu, quo filius emancipatus bonorum poſſeſſionem accepit, vel accipit, reſtituere minime cogendum: ac deinde Marcelli nota ſubjiciatur, id illi Juliani dicto addentis, illo caſu ſupradicto, quo filius bonorum poſſeſſionem accipit, vel accepit, ſi nondum tunc adierit heres, non eſſe compellendum adire, ne ea quidem ratione, qua cauſetur fideicommiſſarius idcirco compellendum: quod alioqui periculum ſit ne intercidat fideicommiſſum herede mortuo, ac deinde omiſſa bonorum poſſeſſione ab emancipato. Verum illo ſuperiore caſu Juliano propoſito, cum jam ſua ſponte adiiſſet heres (ut nullum verbum comperias, ex quo colligi ulla ratione poſſit, loqui illic Julianum de eo, qui compulſus fuerit adire: alioqui illud dubio omni carens abſurde diſquireret) an non compulſus adire, inde ſimul & reſtituere cogendus eſſet, tametſi filius bonorum poſſeſſionem acceperit, cum eo, quod compulſus ſit, ejus nullum in eo, quod reſtituat periculum verſetur, ut ſupra dictum eſt. Dubium quidem ſuberat, ob acceptam exinde ab emancipato bonorum poſſeſſionem, an reſtituere eſſet compellendus, in quo concludat nullam tunc rationem eſſe ejus compellendi, ut neque legata præſtandi: quæ quidem comparatio illo tantum caſu ſponte adeuntis heredis procedere poteſt, ut ſupra explicui nul-

la

Digitized by Google

la ratione compelli poſſe heredem à legatariis hereditatem adire, ſed liberum, & impune ei eſſe in illorum necem hereditatem repudiare, & teſtamenti cauſam plane omittere. Reliqua, quæ obgannit, ſupradictis omnino reſolluntur.

Niſi quod in fine capitis in hoc ab eo conſcripti, calumniatur, quod retulerim generaliter, & diſtincte a Juliano propoſitum illud fuiſſe, quoties filius emancipatus præteritus bonorum poſſeſſionem accepit, heredem ſcriptum non eſſe compellendum hereditatem reſtituere, ſubjeceram Julianum id dixiſſe, nulla diſtinctione facta, ſit ne fideicommiſſum filio, an extraneo relictum (quod & veriſſimum eſt) ille in eam partem contorte, & calumnioſe rapit, quaſi (contra quam antea ſcripſiſſem) iis verbis ſentiam, & aſſeram, in ea ſpecie non intereſſe. fueritne fideicommiſſum filio, an extraneo relictum. Hic quis ſibi temperet, quin exclamet, Sycophauta, cum vel ſolus ille locus apertiſſime indicet nihil minus, quam id eo loco me ſenſiſſe? quod & antecedentia, & ſubſequentia manifeſtiſſime teſtantur.

In eo autem, quod ait, nihil ſtultius eſſe, quam dicere, eum, qui accepit bonorum poſſeſſionem, poſſe eam non accipere (ut latius id in nos regerat, quaſi vel hoc, vel æque abſurdum quid ſenſerim) aerem, non me verberat: tale enim nihil à me dictum comperias. Eum, qui vel petiit, vel accepit bonorum poſſeſſionem, ab ea, vel petita, vel accepta (ut eas, in quibus immoratur, verborum captiones omnino excludam) dixi poſſe poſtea deſiſtere, eamque omittere, ut comprobatur *d.§.quoties, in fin.* Sed ille tot authoritatibus convictus, etiam negare verbotenus ſuſtinet, omittere, non aliud ſignificare, quam tempore excludi, nec alio ſenſu ſumi; quia amittere ſit genus, inquit, omittere vero ſpecies. Cedo mihi & alias amittendi ſpecies; remittere dicet, & dimittere, ac forte etiam ſummittere, & promittere. Nam ſi donare perdere eſt, *l. filiusfamilias, ff. de donat.* qui, quod præſtare poſtea cogitur, promittit, an non in amiſſionis periculum incidit? De his autem intelligo, quæ promiſſa ſunt ut præſtentur, non ut jactentur, juxta *l.ſciendum 19.verſ. ea autem, ff. de ædil. edict.* Quid quæſo ineptius iſta hujus verbi in ſpecies diductione? Quod vero, quos citavi locos (quibus quam late pateat Omittendi verbi ſignificatio, comprobavi, & quibus premitur) diluere minime valens, calumniis quoque mendaciter adſictis, in maledicta ruit, id tacitus proſtituto ejus pudori, & nemini jam non perſpectæ nequitiæ condonare malo, quam ob falſa tot congeſta, & in me conjecta, veriſſima regerendo, quod facile, & promptum eſt, eandem immodeſtiæ, & impudentiæ reprehenſionem incurrere.

Perperam in exemplari Florent. prætermiſſam fuiſſe negationem, quæ abeſſe nullo modo poſſit à Papin. reſponſo l. cum illud 25. §.heres, ff.quando dies leg. vel fideic.ced.

CAP. XXI.

JOHANNES ROBERTUS.

RECTISSIME docuiſſe me, errore prætermiſſam fuiſſe à librario negationem in exemplari Florentino, in Pap. reſponſo *l. cum illud 25. §. heres, verſ. ſi Sejus, ff. quand. dies leg. vel fideic. ced.* nec eam ab illo loco abeſſe ullo modo poſſe, illud comprobat, quod Obſervator, cum omnia accuratiſſime expenderit, quibus noſtra vellicans illi errori ſuccurreret, plane nil habere ſe teſtetur, quo in errore obtegendo admiſſum imprudentius à ſe errorem tueatur. Quid enim aliud poſteriore ſcripto, quam latibula, & effugia quæritat? niſi quod addita ex more indigna verborum petulantia in nos invehitur, id nimirum inde ſe apud ſciolos ſaltem conſecuturum ſperans, ut confidentiſſime, & ſine teſte aſſerenti, deſpicienti, convitianti, fides adhibeatur. Sed enim dum latibulis, & effugiis ſe tutum fore confidit, hoc aſſecutus eſt, ut in alia præcipitia maxima rueret, quæ qualia ſint, nos veritatis lucem exquirentes, quæ callide (quo brevitate incautos falleret) paucioribus perſtringit, pluribus explicare cogimur. Scripſerat primum ille, quo loco ibidem in Florentino exemplari legitur, *Si Sejus pupillus ſine tutoris autoritate nummos accepiſſet, locupletior factus eſſet* (quem locum mutilum eſſe, & vel negationem, vel illiuſmodi aliud quid ibidem deeſſe, ipſa per ſe orationis ſeries aperte indicat) in receptis vero exemplaribus ſic cum negatione, *nummos accepiſſet ne locupletior factus eſſet*: In illo (inquam) exemplari Florentino ſcripſerat, vel repetita poſtrema ſyllaba præcedentis verbi Accepiſſet, ita potius legendum, vel *ἀσυνδέτως* intelligendum, *accepiſſe, & locupletior factus eſſet*. Quorum illud prius cum ejuſdem Florentini exemplaris (quod hic tuendum ſuſcipit) teſtimonio pugnat, poſterius plane inſulſum eſt. Nam ut nonnunquam probatis authoribus *ἀσυνδέτως* aliqua in oratione ponere uſuveniat, ita fruſtra id ab iis fieri non comperias, ſed emphaſis alicujus cauſa, ac præcipue ut eo magis una in re multa concurrere videantur, ut quidem recte Donatus apud Terentium in Adelph. illo loco, cui id convenit, interpretatus eſt, *Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia.* At hic quid ſimile? imo vero cujuſnam rei cauſa id actum conjicere queas? Sed enim etſi particula iſta conjunctiva ibidem extaret, illius loci ſententia nulla ratione conſtare poſſet, ut eo apertiſſime docuimus, quod cum illic proponatur teſtator legaſſe, quod Sejus pupillus debet, diſquirat illic Papinianus an alicujus momenti ſit legatum: ac in eo ſic diſtinguat: ut ſiquidem ad præſens debitum verba ſua retulit, id inutile ſit: quod ſi debiti verbo de naturali obligatinne, eoque, quod poſtea contingere poteſt debitum id ſolvi ſenſerit, validum & efficax ſit legatum. Quod quidem abſurdiſſime diſquireret, & diſcerneret, ſiquidem illud, quod vult novator, verum eſſet, aſſumpſiſſe illic Papinianum, ex ea pecunia pupillum locupletiorem eſſe effectum, cum hoc admiſſo conſtet pupillum non naturaliter tantum, ſed & civiliter obligari, ex qua civili obligatione actio oriatur, ex D.Pii reſcripto *l.1. in fin.prin. & l.pupillus 5. in fin. pr. ff.de auth. & conſ. tut.* & aliis infinitis locis, quos à me antea in eandem rem adductos non repeto. Hic vero quid Obſervator attexat, expendamus. Libuit quandoque (inquit) Papiniano ſic antiqua jura, ut recentia tractare, quod & ab aliis actum ſit, ut & de Ariſtone Plinius ſcribit: deinde ex pupillo, quem ſine diſtinctione ætatis unum autores faciunt, non pati ſe ait duos fieri. Quatuor igitur hæc nobis ſigillatim excutienda ſunt, ut quodnam iſtorum abſurdius ſit, facilius dijudicari poſſit. Primum quod ait & hic, & aliis locis libuiſſe Papiniano aotiqua jura tractare ut recentia ita ſe intelligere interpretatur, quod jure antiquiore obtinuit, & jure recentiore abrogatum & immutatum fuit, ita ſimpliciter ſcriptis editis proponi à Papiniano, quaſi id abrogatum immutatumque recentiore jure non fuerit, atque ejus immutationis & poſterioris juris nullo modo monuerit & meminerit. Quo in re adeo perſpicua admiſſo quid abſurdius? quid à juris certa ratione conſtituenda alienius? Mitto quod huic noſtro Pandectarum juri enucleato vetuerit Juſtinianus quidquam inſeri, quod in deſuetudinem abiiſſet, & poſteriore jure abrogatum eſſet, *l.1. C.de vet. jur. enucl.* Nam in eo Triboniani, & imprudentiam, & inſcitiam, & ſidens arguere, palmarium ſibi putat. Verum illud nulla ratione ferendum duco, tantam aut imprudentiam, aut malitiam ipſimet Papiniano tribui, qui juris aſylum, qui doctrinæ legum theſaurus, qui prudentiſſimus & acutiſſimi vir ingenii ab Imperatorib. Jure hoc noſtro dictus ſit, ut ea, quibus poſteriore jure derogatum eſſet, pro iis, quæ jure obtinerent diſtinctionibus etiam adhibitis & rationibus adductis, aut imprudenti aſſerere, aut ſcienti videntique malitioſe diſſimulare, ſicque reſponſa ſua & ſcripto quoque comprehenſa juri abrogato accommodare, iſto aliove ullo loco contingerit: ut quidem eo quod ab eodem Papiniano idem actum aſſerit *in l. cum tale 71. §. 1.ff.de cond.& demonſtr.* ex eodem illo contextu

ſalſum detegitur, cum ibidem Papinianus nominatim ejus A conſtitutionis meminerit, qua legati & fideicommiſſi cautio remittitur, jux. *l. pen. C. ut in poſſeſſ. leg. ſeu fid. nom.* quippe in ſpecie illic prupoſita, & ante conſtitutionem illam dicat exemplum Mutianæ cautionis locum habere non potuiſſe, quoniam vivo eo, cui fideicommiſſum relictum eſt, conditio impleri potuerit. Non igitur locum illum tractat, & nulla habita ejus conſtitutionis ratione, & ſubticita prorſus ejus mentione, ut interpretatur fieri in *d. §. heres*, noo tantum non habita conſtitutionis D. Pii ratione, ſed omnino contra ejus conſtitutionis tenorem, prætermiſſa omnino ejus mentione.

Quod autem de precario addit, ad rem nollo modu pertinet. Nec enim de eo conſtitutionem ullam editam fuiſſe comperias, ut neque neceſſe fuit, cum non ſine coovention B tione fiat precarium, & quidem ea, in qua rei traditio interveniat; Itaque cum ſubſit cauſa, nec ejus pactum dici queat nudum, tametſi In nomen contractus minime tranſeat, omnino abſque ulla conſtitutione ex juris regulis inde actionem dari neceſſe ſemper ſuit, cujus deficiente nomine, ut & cooventionis, ex qua oriatur, quænam alia, præterquam præſcriptis verbis actio ex eo cumpetere potuit? juxta *l. 2. & l. duo 19. §. ult. ff. de precar. arg. l. juriſgentium 7. in pr. verſ. &* Ideo, *ff. de pact. juncta l. 1. cum 3. ſeq. ff. de præſ. verb.* Et quod quaſi repugnans adfert ex *l. interdictum 14. ff. de prec. l. eum, qui 14. §. is, qui precario, ff. de fur.* ad civilem nominatam actionem reſerendum eſt, quam ex precario nullam eſſe proditam conſtat, ut ibi recte interpretatus eſt Accurſ. cui in eo aſſentiuntur frequentiore calculo & alii. Id vero eo addo, quo magis ille trivialis ſcientiæ magiſtrum me vocet, quem nec ab aliis recte pro C dita comprobare pigeat, nec per quos profecerim profiteri pudeat. Nec ſupradictis repugnat, quod illa bonæ fidei actio dicitur, conſtitutionum autem eſſe contendat bonæ fidei judicia facere, atque id eo comprobare nititur, quod conſtitutionibus nonnunquam actiones bonæ fidei eſſe declarentur: quaſi vero non id & citra conſtitutiones contingat in illis, quæ enumeratis inter bonæ fidei judicia actionibus accedunt, ac propter adfinitatem ſive ſimilitudinem earum naturam adſciſcunt, jux. *l. 1. in fi. pr. ff. de æſtim. act. l. naturalis 5. §. ſed ſi facio, in fi. ff. de præſcr. verb. l. ſi merces 28. §. vis major, ff. locat. conduct. l. 1. C. de rer. permut.* An autem propius conventionem ullam ad aliud ullum bonæ fidei judicium accedere dicemus, quam iſtam precarii ad commodatum? cum difficillime alterum ab altero ſecerni queat, *l. 1. verſ. & eſt ſimile, cum l. quæſitum 8. §. cum* D *quoque, ff. de precar. arg. l. rei 8. & l. ſeq. cum l. in commodato 17. §. ſicut, ff. commod.*

ANTONIUS MERCATOR.

Sic eſt dulciſſime magiſter. In *l. 25. §. 1. quando dier leg.* illo loco, *Si pupillus ſine tutoris auctoritate nummos accepiſſet, locupletior factus eſſet*, ſi inſeratur negatio, Papinianus habuit rationem Conſtitutionis D. Pii, ex qua in pupillum locupletiorem factum utilis datur actio, etiamſi ſine tutoris auctoritate nummos acceperit, non etiamſi locupletior factus non ſit. At facis temere, fecere temere interpretes, qui eam negationem addiderunt contra fidem authentici Flor. cui legendo ſi adſueti fuiſſent, vel ex ultimis literis verbi *accepiſſet*, E repetiiſſent duas, ut in Flor. frequentiſſime contingit, interdum ubi non oportet repeti unius verbi poſtremas literas, interdum ubi repeti eas præſtitiſſet lectoris animu repetendas, relinqui oratione ſoluta, cujuſmodi ſane ſunt plures in ſupradictis Pandectis, ut *l. 14. eod. l. 17. §. ſi quis rogatus, l. 57. §. ult. ad Treb. l. Neſennius, de exc. tutor. 31. in fin. de her. inſt. l. ſumptus, de rei vind.* & aliis locis infinitis, & in aliis auctoribus ſæpe, qui ob eam rem obſcuriores eſſe creduntur, ut ex latinis Tacitus, ex Græcis Heraclitus, teſtis Demetrius his verbis: τὸ ἀσύνδετον καὶ διαλελυμένον ὅλον ἀσαφὲς πᾶν· ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου· καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις. Quam ſudat ψυχρολογία illa tua ex Donato, ut ais, imo ex Lexico vulgari æque frigido, in quo is tantum Donati locus profertur, quo tamen non efficitur, ἀσύνδετον fieri tantum per ſingula verba, ut cum nos dicimus dare, facere, præſtare oportere, aut habere, poſſidere, tenere, aut ſolvere, reddere, ſatisfacere, quod tu inepte dicis fieri emphaſis cauſa: nam & per plura κῶλα fieri ἀσύνδετον, & non in ſingulis verbis, ſed ſententiis etiam Fabius, & Ruffinianus docent, ut in locis ſupra notatis, ut in *d. l. 27. §. 1. nummos accepiſſet, locupletior factus eſſet*, ſoluta pro conjuncta: Negatio non potuit omitti ſine culpa, quia detrahit. Conjunctio potuit umitti, quæ nihil detrahit. Denique religioſiores ſumus, quam tu, vel Doctores tui: nihil enim addimus, nihil detrahimus verbis Papiniani: tu addis, & detrahis, & his conſequenter B cum ex ea pecunia ponatur pupillus locupletior factus, & tamen dicatur in eum actionem non eſſe, Papinianum dicimus eo loco tractaſſe de jure veteri, non de jure novo, quod manavit ex conſtit. D. Pii, cujus tamen non erat ignarus. Et ita in *l. cum tale, §. 1. de cond. & dem.* eundem tractaſſe de jure veteri, non ignarum novæ conſtitutioois D. Marci de remittenda à teſtatore cautione legatorum. Atquin, inquis, eodem loco facit mentionem ejus conſtitutionis, quid tum? eo demonſtratur hoc tantum non fuiſſe eum conſtitutionis ignarum. Cæterum tractare cum de jure veteri, quod ante eam conſtitutionem obtinuit, non potes negare cum tractet de fideicommiſſo poſt mortem heredis ſub hac conditione relicto, Si fideicommiſſi cautionem fideicommiſſarius non peteret, an eo caſu cautiooi Mucianæ ſit locus, quæ quæ C ſtio pertinet tantum ad jus vetus, quia hodie ex conſtit. D. Marci ea condicio non intelligitur eſſe condicio, *l. licet, ut leg. nom. cav. l. avia, §. ult. de cond. & dem.* Dicimus etiam ex Domini ſententia, juris auctores ſic de interdicto de precario tractare, ac ſi ex eo non eſſet hodie civilis actio præſcriptis verbis, quam veriſimile ſit manare ex conſtitutione aliqua, cum ſit bonæ fidei, ex qua ſententia tu id tantum adſumis, quod eſt in extremo, negans eam actionem civilem de precario dari ex conſtitutionibus, & fateris igitur reliquum, puta, quod dixit ſic juris auctores tractare de ioterdicto illo, ac ſi de precario hodie nulla eſſet civilis actio, quod te potiſſimum refellere oportebat: nam principalis quæſtio non eſt de origine, & cauſa actionis de precario, ſed de jure veteri, an de eo juris auctores tractent ac ſi hodie de preca D rio nulla eſſet civilis actio: nec tamen eſt alienum à propoſito inquirere unde profecta ſit illa civilis actio, hoc eſt, ex qua lege, vel conſtitutione nulla enim eſt actio bonæ fidei, quam lex aliqua nova non fecerit bonæ fidei, cæteroquin ſtricta actio eſt. Diviſio illa actionum in ſtrictas, & bonæ fidei primum orta eſt ex legibus XII. ſicut & doli mali, & bonæ fidei nomen, & quas conſtat eſſe ex XII. & bonæ fidei veluti depoſiti, quæ ex XII. fuit in duplum, & familiæ erciſcundæ, non dubie, & ex eadem lege factæ ſunt bonæ fidei, ut conſtitutione Juſtiniani petitio hereditatis, & actio ex ſtipulatu de dote. Et quamvis neſciamus, qua ex lege, aut conſtitutione aliæ factæ ſint bonæ fidei, & hæc de precario, quam Dominus illis inſeruit, non ideo negandum eſt non proficiſci eas ex legibus, vel conſtitutionibus, quia omnes actio E nes ex legibus, vel edictis compoſitæ ſunt: quales igitur ſunt, tales ex eiſdem legibus factæ videntur.

Erras vehementer, cum actionem præſcriptis verbis de precario ais eſſe bonæ fidei, quod ſit ſimilis actioni commodati, quæ eſt bonæ fidei: alioquin dicere etiam licebit actionem præſcriptis verbis ex do ut facias eſſe bonæ fidei, quia eſt ſimilis actioni locati conducti, & actionem ſimiliter ex facio ut facias, quæ eſt ſimilis mandati actioni, & tamen conſtat inter omnes, eas ſtrictas eſſe, non bonæ fidei, nec eſt omnino verum, quod ait *l. 1. de prec.* precarium ſimile eſſe commodato, quoniam *l. 14. eod.* magis dicit eſſe ſimile donationi, qui contractus non eſt. Dicito, hodie eſt ſimile commodato, & numeratur inter contractus ab Ulpiano in *l. contra-*

ctus,

ctus, de reg. jur. Olim fuit ſimile donationi, & idem Ulpianus, quo libro enumeravit contractus jurisgentium, *l. ex hoc jure, de juſt. & jur.* & precarium dixit eſſe genus liberalitatis ex juregentium, *l. 1. de prec.* Et ex eo deduxit, & hodie igitur precarium eſſe contractum jurisgentium, & ſerva ſi quid potes Marrucine, cum in *l. 1.* ſpectare jus vetus *in l. contractur*, jus novum.

Illud falſum omnino eſt, quod ex Accurſio tradis, in *d. l. 14. & eum, qui, §.is, qui precario, de fur.* nullam de precario eſſe civilem, hoc eſſe, nullam competere actionem, quæ ſuum, & proprium nomen habeat: alioquin, & cum Paulus ait *5. Sent.* de precario eſſe civilem actionem, id ita accipere oportebit, eſſe actionem proprii nominis, quod tamen eſt falſum, quia Paulus incerti actionem intelligit, id eſt, præſcriptis verbis. Paulus de jure novo loquitur, illæ leges de veteri. Vis omnia quæcunque ſcripta ſunt in corpore juris accipi de jure novo. Aut operiendus loris, aut deplorandus es.

JOHANNES ROBERTUS.

OBjeceram ſuperiore ſcripto meo, id quod res erat, nihil quod, vel tantillum premeret, adverſus eam nugivendum adferre, quibus improbaſſem immutationem receptæ lectionis apud Papin. *in l.cum illud 25.§.heres, ff. quand. dies leg. ced.* atque eo conſilio objeceram, ut relictis verborum ambagibus, ſi melius quid haberet, quo vel in ſpeciem erraticas illas conjecturas tueri poſſet, id acrius monitus in medium depromere ne differret: attamen adhuc aqua hæret, nec aliud mutire audet, quam quod nos cum interpretibus omnibus ad legendarum Florentinarum Pandectarum adſuefactionem revocat, quam ſibi unus adrogat. Nam præter id quod attinet ad illius loci Papin. lectionem & explicationem, quid aliud, quam verba temere fundit, & quidem adjectis ex more convitiorum, & calumniarum plauſtris, quibus cum nos non tam onerari, quam ornari ducamus, æquiore animo verbis temperamus. Illud vero taciti ferre nullo modo poſſumus, quod ſe in conſervanda juris authorum lectione religioſiorem profitetur, quam me vel doctores meos, quia nihil addat, inquit, nihil detrahat verbis Papiniani, ego vero addam, & detraham. Mirum unde nova iſthæc religio illi inceſſerit, qui nullibi fere non modo addat, detrahatve, ſed & immutet, tranſmutetque, neque litteras tantum, & dictiones, ſed & clauſulas integras, idque ſæpius nullius exemplaris prætenta authoritate. Atque hic uter noſtrum addere, aut detrahere exiſtimandus, egone, qui receptam, & in exemplaribus omnibus extantem lectionem nullo addito detractove tueor (excepta tamen ea, quæ Florentini exemplaris eſt illa ex parte omnium teſtimonio mendoſi, ut idem ille pluribus locis aliis id mendoſum reperiri agnoſcit) an vero ille, qui receptæ lectioni negationem detrahi, nec ſimpliciter, ut Florentini exemplaris lectionem aſſerat, verum ut eam uſitata arte interpolet, conduplicata ſyllaba, præterquam quod niſi ui illi condones, licentioſius etiam ſoluta pro conjunctis accipienda contendat, cum plane, & verborum ſeries, & reſponſi illius apertiſſima, ut docui, ſententia repugnet, cujus obſtaculum, non alia, quam inſulſiſſima ratione illa amovere nititur, qua Papinianum illic de jure tantum vetere locutum ſomniat. Deinde cum errorem craſſiore alio apud eundem Papinianum errore cumulaſſet in *l. cum tale 71. §.1. ff. de condit. & demonſtr.* quem etiam ille ipſe locus detegat, quippe conſtitutionis D. Marci: ſicque & juris novi nominatim mentionem faciens quid ille ad hæc? Mentionem quidem illius conſtitutionis in hoc tantum feciſſe, ut demonſtraret ſe ejus non fuiſſe ignarum, ſed tamen ex jure vetere tantum ea, de quibus ibi agitur, tractaſſe. Sanusne videri poteſt, cui abſurda adeo, & pugnantia dicere in mentem veniat? Non diſſimilia ſunt, quæ poſtquam de precario pluribus involvit, tandem redit ad vomitum, ac eandem rurſus juris veteris, & novi diſtinctionem quoquolibet convertendam inculcat. Quæ omnia cum eorum quæ ſcripſi collatione non poſſint non vaniſſima facile deprehendi, quid eſt, quod in his refellendis pluribus immorer?

Quo ſenſu à Plinio dictum ſit, Ariſtonem antiqua jura ut recentia tractaſſe.

CAP. XXII.

JOHANNES ROBERTUS.

FALLACIUS, & callidius longe id eſt, quod Ariſtonis ex Plinio mentionem ſupradictis admiſcet, dum ait, ita Papiniano quandoque libuiſſe, ut de Ariſtone Plinius ſcribit, ſic antiqua jura ut recentia tractare: quaſi vero juxta illam ipſius ſententiam eo id ſignificare Plinius voluerit, ſic Ariſtonem antiqua jura ut recentia tractaſſe, hoc eſt (ut vult, non verborum modo, ſed & ſententiarum apertiſſimarum inverſor) ſic de jure Ariſtonem ſcripſiſſe, ut quæ juris antiqui eſſent, nulla recentioris juris habita ratione tradiderit, ac ita de jure ſcribendo, ad id quod antiquo jure obtinuiſſet, ſcripta ſua conformarit, recentioris juris nulla habita ratione & mentione. Quod quam alienum ſit à Plinii mente, cuivis Latinum ſermonem vel mediocriter intelligenti ex illius Plinii junioris *libr.8. Epiſt.* ad eundem Ariſtonem epiſtolæ lectione manifeſtiſſimum fiet. Is enim illo loco ab Ariſtone circa quæſtionem, de qua ambigeret conſilium expetens, ſimulque rationem, qua adductus ſit ut illum imprimis conſuleret, perſtringens: *Deinde*, inquit, *medearis ſcientia tua, cui ſuperfuit curæ ſic jura publica ut privata, ſic antiqua ut recentia, ſic rara ut aſſidua tractare, atque, arbitror, illos etiam, quibus plurimarum rerum agitatio frequens nihil ignotum eſſe patiebatur.* Quibus verbis (niſi calumniari volumus) non aliud ſignificare dici poteſt, quam Ariſtoni æque curæ & ſtudio, atque etiam facile & expeditum fuiſſe, publica jura ut privata, antiqua ut recentia, rara & à quotidiano uſu alieniora ut aſſidua & quotidiana tractare, & agitare, quod & illis contigerit, quibus plurimarum rerum tractatio ſive fori diſceptatio nihil quod ad juris antiqui recentiorisque cognitionem pertineret, ignotum eſſe ſinebat: illud nimirum indicans, tantam in Ariſtone totius juris cognitionem fuiſſe, ut nullo rerum tractandarum delectu, de quacunque juris publici privative, antiqui recentiſve, raro contingentis aut uſitati parte ſententiam rogatus, aptiſſime doctiſſimeque reſpondere poſſet. Quod quam ab illius Obſervatoris propoſito alienum ſit, quis non perſpicit? Sed quid aliud agat, qui veris falſa ab ipſo imprudenter jam tradita nec adſtruere, nec revocare queat?

ANTONIUS MERCATOR.

SI jungatur iſtud cum xv. duo ſunt capita omnium longe laudatiſſima. Utroque tu viciſti te eſſe magnum aſellum. Ariſtoni curæ fuit utrumque jus vetus, & novum tractare, non hoc ſcripſit Plinius? idem nos dicimus Papiniano operæ, & curæ fuiſſe. Tibi vetus non eſt curæ. In novo totus es: non potes in hoc eſſe, quin æque ſis in illo: denique ſi in illo non es, utriuſque imperitus es. Si in docendo non æque aperis ac tractas hoc atque illud, deturbandus, & explodendus es. Non eſt juris peritus, niſi qui utrumque jus novit, & tractat, & multo minus, qui ſenſu communi caret, Joannes de Petengo, de quo mentio fit in fine Feudorum.

JOHANNES ROBERTUS.

AN qui nominatim ſcripſit, *Ariſtoni æque curæ, atque etiam facile, & expeditum fuiſſe, publica jura ut privata, antiqua ut recentia tractare, & agitare*, eo dici poteſt negaſſe, Ariſtoni curæ fuiſſe utrumque jus vetus, & novum tractare? Sed illud quidem negavi, quod diſſi-

Digitized by Google

diſſimulat veterator, & (quia eo jugulum cauſæ premi videt) plane reticet, atque alio detorquere conatur, quod de Ariſtone à Plinio *lib.* 8. *Epiſt.* ſcriptum extat, ei curæ fuiſſe ſic antiqua, ut recentia jura tractare, eo ſpectare, ut ſignificaret Ariſtonem ſic de jure deſeruiſſe, & ſcripſiſſe, ut quæ juris antiqui eſſent, nulla recentioris juris habita ratione tradiderit, ac ita de antiquo jure ſcribendo, ad id, quod antiquo jure obtinuiſſet, ſcripta ſua conformarit, nulla recentioris habita ratione, ut quidem illic nugivendum falſo in eam ſententiam prædictum Plinii locum citaſſe conſtat, quo æque inſulſe idem à Papiniano fieri potuiſſe comprobaret, ac ita errorem à ſe admiſſum quoquo modo obtegeret. Atque quo quiſque non minus impudenter, quam evidenter ejus calumniam perſpicue intelligeret, non aliis hic ad eam revincendam niti volui argumentis, quam quibus antea eſſem B uſus, Nec puduit in manifeſto adeo lapſu, & deplorata aperte cauſa, quæ & eam imprimis artem contingit, qua imprimis ſeſe venditat, caninos ex more rictus in nos diſtendere, & rabioſe oblatrare.

An & quo, vel infantiæ, vel pubertati proximi in jure diſcernantur.

CAP. XXIII.

JOHANNES ROBERTUS.

POSTREMUM illud ſupereſt excutiendum, quo idem aſſerit ſe pupillum, unum, ſine ætatis illius C diſtinctione facere, ſimulque improbat duos à nobis conſtitui, unum infantiæ, alterum pubertati proximum, ac tandem ſemeſtri tempore proximitatem illam finit: tametſi is antea diverſa, & cum iſtis pugnantia aſſeruerit: quippe, & pupillum infantiæ proximum eum, qui egreſſus ſit infantiam conſtituerit, & pubertati proximum eum dixerit, qui annali, vel ſemeſtri tempore à pubertate abeſt, juxta d. *§. pupillum*. Prius illud, quo pupillum unum ſimpliciter ſine ætatis diſtinctione facit, primum eo falſum doceo, quod ætatem illam, quæ ad decimumquartum annum uſque extenditur, in duas nominatim diſcerni, eorum, qui infantes, hoc eſt, ſeptem annis minores ſunt, & impuberes, qui infantiæ tempora exceſſerint, quos ſimpliciter impuberes lex vocet, prob. expreſſe *l. ſed etſi quemcunque* 5. D *verſic. ſed etſi infans*, & *verſ. quod ſi impubes*, *ff. ad leg. Aquil. §. pupillus, de inut. ſtip. inſt.* juncta *l. ſi infanti* 18. *C. de jur. delib.* Deinde (quo magis ille urgetur) non tantum pubertati proximos à juris noſtri autoribus conſtitui, ſed & infantiæ proximos, prob. d. *§. pupillus*, *de inut. ſtip. in Inſtit. l.* 1. *§.* 1. *verſ. pro iis autem*, *ff. de adminiſt. tut.* arg. *l.* 3. *C. de acquir. poſſ.* juncta *l. quamvis* 32. *§. infans*, *ff. de acq. vel amit. poſſeſſ.* Adde autoritatem Theophili in d. *§. pupillus*, qui ætatem pupilli nominatim in tria dividi ait, nempe eorum, qui infantes, & vel lactantes adhuc, aut iis paulo majores ſint, alios, qui proximi dicantur infantiæ, ut qui recte loqui incipiant, alios, qui proximi ſint pubertati. Proximos autem infantiæ eos ait eſſe, qui ſeptimum, aut octavum annum agunt, proximos autem pubertati eos, qui ad pubertatem accedunt, quod E cum eadem ratione, ac pene clauſula cum illis ſupradictis ſubjiciat, proculdubio eadem ratione intelligit pubertati proximos dici, qua & infantiæ proximos dixerat eos, qui ſeptimum, aut octavum annum agant, nimirum illos, qui in decimoquarto, aut decimoquinto ætatis anno exiſtant: Sicque illu modo Theophilum interpretamur ab utraque parte, & anteriore, & poſteriore, proximos exiſtimandos judicare, quod alioqui generaliter proximus in jure is dicatur, quem nemo antecedit, hoc eſt, inter quem, & id cui proximus dicitur, medium nihil intercedat, ab utravis parte id contingat. Sicque ſcripſeram intellig. *l. proximus* 92. *ff. de V. S. l.* 2. *§. hereditas*, *ff. de ſuis*, A *& legit. heredib.* probat. argum. *l. ult. in verb. gradus*, *ff. de grad. cognat.* & *§. repetitis*, *de ſervili cognat. in Inſt.* Unde fit, ut proximi appellatione & is contineatur, qui ſolus ſit, tametſi proximus proprie de pluribus dicatur, *l.* 1. *verſ. proximus*, *ff. unde cognat. l. proximum* 155. *ff. de V. S. d. l.* 2. *§. legitima*. Sicque eo poſterius illud ſimul refello, quod ſolo ſemeſtri tempore proximitatem pubertatis finit, & ſervat ita accurate, quod dicitur in *l. non tantum*, *ff. de excuſ. tut.* ut cum in eo nihil plane accuret, & ulla probabili ratione fulciat, ſimul quid ſervare ſeſe exiſtimet, omnino non intelligere apertiſſime teſtetur. Patet enim manifeſte, tum ex ſubjecta materia, tum & ex contextu *d. l. non tantum in princ.* non eo illic ſpectare Calliſtratum, ut in univerſum definiat, quinam pubertati proximi ſint exiſtimandi: verum, ut quod in B univerſum à lege minime deciſum reperitur, ex facti varietate conſtituendum doceat, & qualianam tutelarum trium onera à quartæ ſuſceptione excuſationem præbeant, & quidem ad qualis quartæ tutelæ excuſationem illud proficiat, cum & non quævis trium tutelarum onera ad hoc ſufficiant, & unius plerunque tutelæ onus trium loco ſit. Trium, inquam, onera nonnunquam minime ſufficiunt, ſi vel earum aliqua affectata fuerit. Affectaſſe autem ex eo tutelam quis intelligitur, quod ea ſit exigui patrimonii, atque ideo in eo patrimoniorum magnitudinis ratio habenda ſit, *l. ſpadonem* 17. *§. ult. ff. de excuſ. tut.* vel quod inter eas ſit una filii emancipati, juxta *l. ſi quis inter* 18. *ff. de excuſ. tut.* vel quod earum plurium, & quidem trium pupillorum etiam non fratrum cauſa, ratio adminiſtrationis pariter reddenda ſit, juxta *l. ſi* C *is, qui tres* 34. *verſ. neque igitur*, *ff. de excuſ. tut.* Unius autem tutelæ unus in hac re trium loco nonnunquam eſt, nec ſecus excuſationem præbet, ſi ea tam diffuſa, & negotioſa ſit, ut pro pluribus cedat, ut ait Paul. in *d. l. ſi is, qui tres, verſ. cæterum*. Ex quibus colligitur, in eo, quod dicitur tria tutelæ onera ad excuſationem prodeſſe, ejus rationem haberi, quod illarum tutelarum, quæ jam delatæ ſuſceptæque ſint, onus, vel leve, vel grave ſit, & cui, vel facile, vel difficulter tutor unus ſufficere poſſit: quod non tantum ex magnitudine patrimonii æſtimandum ſit, ſed & eo, quod, vel alicujus tutelarum illarum trium onus tutor brevi depoſiturus ſit, vel ejus, quæ quarta defertur, adminiſtratio haud diu duratura: ut quidem ex ætate, vel illorum trium pupillorum, vel iſtius, hæc dignoſci explicat Calliſtr. in *d. l. non tan-* D *tum*, prout ea modico tempore à pubertate abeſt, ſive (ut ille ait) prope pubertatem eſt: quod in eo tunc interpretatur contingere, cui ſolum ſemeſtre deeſt tempus, ad hoc ut pubes effectus dici poſſit, ut apertiſſime patet illo contextu non ibi ſimpliciter determinari ætatem, quæ prope pubertatem ſit, ſed eo caſu loqui, in quo pupilli ætas prope pubertatem ſit, *ita ut tantummodo ſemeſtre tempus reliquum fuerit*: ut quidem hæc ſunt Calliſtrati illic verba ex ejus Cognitionum *lib.* 4. deſumpta: quo magis intelligimus illum de facti controverſia in judicium deducta id pronunciaſſe, non autem in univerſum, quis pubertati proximus ſit exiſtimandus, plane definire voluiſſe, ut quidem nuſquam illic de proximo pubertati loquitur (quam proximitatem, ut & infantiæ pubertatiſque tempori juris autores non ex ſemeſtrium menſiumve, ſed annorum numero tantum E conſtituiſſe reperiuntur) verum de eo tantum loqui, qui prope pubertatem ſit, quique eadem propemodum ratione prope pubertatem eſſe dicitur, qua triennii, quo eremodicium contrahitur, meta prope finem eſſe dicitur, in *l. properandum* 51. *§. & ſi quidem*, *C. de judic.* non autem, quod illic pubertati proximi meminerit, aut ejus rationem habeat: quod in his, quæ ad obligationem ſpectant, imprimis diſquiritur, an animi judicio valeat pupillus, & ut doli injuriæque, ita & conſenſus capaces eſſe incipiant. Itaque quod de ætate, quæ prope pubertatem ſit, illic ait Calliſtratus, ad illud trahi non poſſit, quod tot locis in jure de proximis pubertati dicitur, quaſi regula aliqua circa eos conſtituenda, qua eos, ut animi judi-

judicio valere incipientes certo poſſimus dignoſcere, ut in d. *§. pupillus*, *l. heredibus* 14. *§. ult. ff. de dol. mal. l. pupillum* 112. *ff. de reg. jur. §. in ſumma*, *de oblig. quæ ex delict. in Inſtit.* Unde & quod de iis dicitur, qui prope pubertatem ſunt, in ea re, quæ judicii eſt, eo etiam referendum eſt, in *l. excipiuntur* 14. *ff. ad ſenat. Syllan.* & *l. apud Celſum*, *§. ſi quis non tutor*, *ff. de dol. except.* qui omnes loci ad idem illud ſpectant, quod quæritur, an conſenſus, an doli & injuriæ capax ſit pupillus, juxta d. *l. pupillum*, & *l. impuberem* 23. *de furt.* At in eo, quod quæritur, an propter diu duraturam tutelæ adminiſtrationem leve, aut grave cenſendum ſit tutelæ, vel jam ſuſceptæ, vel ſuſcipiendæ onus, ſolius temporis ratio habetur, ut in eremodicio, uti diximus, contrahendo, modicum longumve tempus ſuperſit ex illo triennio. Itaque in quibus de pupilli animi judicio quæritur, quod in jure de pubertati proximo dicitur, ex ſupradictis illis definiri minime exiſtimandum eſt, cum nec infantiæ, nec pubertatis tempora ex ſemeſtrium, ſed annorum numero juris autores conſtituant. Sicque ego ex communi interpretum ſententia, quam ille trivialem vocat, locos illos juris, quibus ea aptiſſime convenit, interpretari malo, quam temerariis legum contextuum ſimul, & ſententiarum depravationibus, juris diſciplinæ, & ſynceritatem corrumpere, & dignitatem conſpurcare: Atque cum in unum me, qui memetipſe proderem, ſtyli mucronem convertere cœpiſſet, quid fuit cur Ligeris ſtationum quoſvis genios laceſſere pararet, niſi ſi forte, quod & hi à nitidis Juriſprudentiæ fontibus obturbandis eum, & iſtiuſmodi alios: velut Lycios colonos una mecum arceant? Nec veretur ne è profundo commotus longe lateque ſabuloſus latices ſuos limoſis, & paluſtribus rivulis multo limpidiores pandens Ligerinus pater idem, quod Latona Lyciis illis, imprecetur, &

Æternum ſtagno (dicat) vivatis in iſto.

ANTONIUS MERCATOR.

Ergo non perſtas in priori ſententia, nec quæſtionem illam, an pupillus ſine tutoris auctoritate obligetur naturaliter jam amplius dirimis, facta diſtinctione inter pupillum proximum pubertati, & pupillum infantem, vel proximum infantiæ. quaſi hic non obligetur naturaliter, ille obligetur, ſed eam diſtinctionem probas non eſſe novam, nempe adhiberi in aliis cauſis: probas quod nemo negat. In hac cauſa contrahendæ naturalis obligationis, cur etiam non probas eidem diſtinctiuni locum eſſe? hæres aſino. Tranſis deinde ad id, quod dixit, proximum pubertati eſſe eum, cui ſemeſtre tempus tantummodo reliquum ſit, ex *l. non tantum, de exc. tut.* quæ ætatem pupilli prope pubertatem eſſe ait, ſi tantummodo ſemeſtre tempus reliquum ſit, ſicut in *l. properandum*, *§. & ſi quidem*, *C. de judic.* prope finem eſſe tempus litis, ſi ſemeſtre tantum tempus ſuperſit. Et quia Theophilus proximum infantiæ eum eſſe ſtatuit, qui agit annum ſeptimum, vel octavum, tu ſtatuis, & proximum pubertati eſſe eum, qui agit annum XIV. vel XV. mala, & prævara ratione. Unus enim dicitur proximus infantiæ jam lapſæ, aut deſinentis: alter proximus pubertati nondum cœptæ, non eadem igitur ratione uterque, ac proinde, qua ratione dicitur eſſe proximus infantiæ, qui agit annum VII. non eadem dicitur proximus pubertati, qui agit XV. ut tu ais, nimirum, quia jam pubes eſt, non puberi proximus: *πρόσηβοι*, non *μελλέφηβοι*: ſed puberi proximus eſt is, qui agit XIV. puta ſi non plus ſemeſtri tempore à pubertate abſit, quod cum aperte dicat *d. l. non tantum*, tu ita eludis, ut dicas ibi non determinari ætatem, quæ prope pubertatem ſit, ſed caſum poni, quo pupilli ætas prope pubertatem ſit. Ludis non eludis: nam & hoc volumus, caſum poni, ſed finitivum, non unum è multis. Ludis plane, aut ſi non ludis, inſanis cum ad hæc ſcribis, ibi non agi de ætate proxima pubertati, ſed de ætate, quæ prope pubertatem ſit, niſi ut te corrigas, dicas etiam in *l. 4. §. quæ in tutore*, *de do. except.* quæ doli capacem eſſe eum ait, qui prope pubertatem eſt, non agi de eo, quem *l. pupillum*, *de reg. ju.* proximum pubertati, & doli capacem eſſe ait. T. Livius II. prope puberem ætatem dixit. Ejuſdem pollinis eſt, quod ita conſtituis, juris auctores non ex menſium ſex, ſed ex annorum numero metiri ætatem pubertati proximam. Ex his juris auctoribus, vel unum mihi demonſtra, & dabo furam: nimis audax, & temerarius es. Tu ſolus, ut ſæpe dixi, hodie facis ut proverbium, quod de ſtatione veſtra jactatur, omnes judicent eſſe verum. Ut ſubveniam tamen penuriæ tuæ, libet addere, dici poſſe, quod ille etiam dixit in *§. pupillus*, *de inut. ſtip.* ſed minus proprie, & pubertati proximum eum, qui non tam proxime accedit ad pubertatem, ut ei dumtaxat ſex menſes ſuperſint, eodem modo, quo Græcis *μελλήβαις*, *οἱ ἀπ᾽ ἐτῶν προσελθόντων πρὸς τὴν ἡλικίαν*, & Servio Honorato, puberbati vicinus, qui agit annum XIII. ſed non eo modo, quo Marrucine tu eum ais eſſe proximum pubertati, qui agit annum XV. quod, vel ſolum te damnat ad beſtias.

JOHANNES ROBERTUS.

Undenam hic colligit non perſtare me in ſententia, in qua fuerim, quod ad quæſtionem illam, an & quando pupillus ſine tutoris authoritate contrahendo naturaliter obligetur? qui cum ille pupillum unum, ſine ætatis diſtinctione conſtituiſſet, apertiſſime infantis, ac infantiæ proximi, necnon & proximi pubertati diſtinctionem certiſſimis juris rationibus comprobaverim. Sed ille alio ſermonem transferre cupiens, mendacii & calumniæ convinci nihil curat, ac deinde plane nugatur. Nam poſtquam perſtare in eo ſeſe oſtentavit, quod antea temere effutiiſſet, non alium pubertati proximum eſſe, quam qui ſolo ſemeſtri à pubertate abſit, tandem conſentit in eo mecum, ut pubertati proximum illum etiam dici admittat, qui non tam proxime ad pubertatem accedit, ut ei ſex duntaxat menſes ſuperſint, ſed non tam proprie id fieri dicat. Si inſtes, & quæras, cur non tam proprie: ſi verum fateri volet, agnoſcet id à ſe propterea dici, quia ab eo, quod temere ſcripſerit, omnino diſcedere diſtædeat. At interim cum aperte adeo explicuerim non eo ſpectare, quod à Calliſtrato dictum eſt in *l. non tantum*, *ff. de excuſ. tut.* ut proximum pubertati eum tantum ſimpliciter conſtitueret, qui ſolo ſemeſtri à pubertate abeſt, contra quam ille contendit, is nullam in contrarium idoneam rationem opponit. Quin etiam illud tandem veriſſimum eſſe mecum agnoſcit, tametſi illam, quam dixi improprietate prætenta. Quid vero præterea nobis objectat, quod proximos pubertati non recte illos dici ſcripſerim, qui annum decimumquartum egreſſi, in decimoquinto exiſtant? Sed qua ratione id oppugnet, & cur diverſum in proximo pubertati, quam in proximo infantiæ conſtituendum ſentiat, ſi expendas, nullam comperias, niſi ſi canis latratum, & convitia rationis loco illi eſſe exiſtimabis. At ego, quod ex Theophilo explicui, infantiæ proximum etiam illum dici, qui infantiam egreſſus octavum annum agit; id & de pubertati quoque proximo dici poſſe comprobavi, & pubertatis proximitatem non ex antecedente tantum, ſed & ſubſequente quoque anno cenſeri. Ad quam ſententiam confirmandam & illud pertinet, quod cum prætextatos dictos eſſe conſtet, puberem ætatem ingreſſos uſque ad decimumquintum ætatis annum, quo ſenſu ſumitur ea dictio in *§. 1. de injur. in Inſtit.* & ab A. Gellio, *c. 23. lib. 3. Noct. Attic.* proximus ætati prætextatæ ab Ulp. dicitur, & finitur is, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt, in *l. 3. §. ult. ff. de lib. exhib.* Unde & pari ratione proximos pubertati decimumtertium annum ingreſſos aptiſſime colligemus dicendos, quid enim inter utroſque diſſimile?

Digitized by Google

Diſſimilimam eſſe rationem ejus, quod ſervus meus proprius vel ſtipulatus ſit, vel quod ipſi legatum fuerit, & illius, quod vel ſervus alienus, vel liber homo à me bona fide poſſeſſus ſtipulatus ſit, aut quod bis legatum fuerit.

CAP. XXIV.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic quoque eo prætermiſſo, de quo quæſtio eſt, idem ille cum non habeat, quo objecta diluere poſsit, non aliud quam tergiverſatur, nec eo minus petulanter in nos inſultat. Scripſerat improbata ea, quæ Florentini exemplaris eſt lectione iſta in *l. qui bona 23. verſ. & generaliter, ff. de acquir. rer. dom. quod autem non ex re ejus ſibi acquirere non poteſt, ei acquiſiturum, cui bona fide ſervit* (quæ tamen & Norici quoque exemplaris eſt, & vetuſtorum aliorum permultorum) veriorem aptioremque eam eſſe, quæ in vulgatis exemplaribus multis altera negatione detracta ſic extat: *Quod autem ex re ejus ſibi acquirere non poteſt, &c.* Contra autem ſimplicisſime docueram, & illam ſuperiorem veriſſimum, & præcedentibus convenientisſimum ſenſum, perquam apte admittere, & hanc vulgatam eo minus convenire, quod juxta eam non aliud dici poſsit ab Ulpiano decidi, quam quod omni dubio careat, & quod etiam ibi ſubjici prorſus abſurdum ſit. Illud prius comprobatur apertisſime ex alterius autoris, quippe Pauli loco, ex *l. liber homo 20. in princ. ff. de ſtipul. ſerv.* quo ei, quod ab Ulpiano generaliter definitum illic fuit, omnino conveniens ſpecies proponitur liberi hominis bona fide mihi ſervientis, qui ex re mea, vel operis ſuis mihi ſtipulatus ſit, quod ipſi acquiri non poteſt: quippe Stichum, qui ipſius eſt, quem mihi acquiri illic decidit, quod quis inficietur aptiſſime illi generali Ulpiani propoſito convenire? Poſterius autem ex eo colligebam, quod, ſi quidem in jure certum eſt (ut eſt certiſſimum) id quod liber homo bona fide ſerviens ex re ejus, cui bona fide ſervit ſtipulatur, etiamſi id ipſi libero homini acquiri poteſt, tamen ipſi poſſeſſori acquiri, *§. idem placet, per quas perſ. nob. acqu. in Inſtit. l. liber homo 19. in prin. ff. de acq. rer. dom. d. l. qui bona, in prin.* multo illud certius ſit, cum ex re bonæ fidei poſſeſſoris liber homo id acquirit, quod ſibi acquirere non poteſt, id eum bonæ fidei poſſeſſori acquirere: quia tunc non unum tantum illud intervenit, quod ex re poſſeſſoris id acquirat, quo uno acquiſitionis commodum lex regulariter poſſeſſori tribuit, ſed & illud alterum, quo etiam idem lex poſſeſſori defert, quippe quod ille liber homo id ſibi adquirere non poſſit: Sicque eo abſurdius idipſum ibidem Ulpianus ſubjeciſſet, quo generalius, & certius initio ejuſdem legis illud prius propoſuiſſet. At neutrum illorum Obſervatorem non dico non conatum refellere, ſed ne attingere quidem. Quid enim in eo habet, quod hiſcere poſſit? Itaque more ſuo captavit, an in iis, quæ ibidem ſcripſiſſemus, aliud quid nobis fortè exciderit, quo, dum id vellicat, ab illius admiſſi erroris deprehenſione lectoris cogitationem avertere poſſit.

Illud igitur unum reprehendere contendit, quod cum à me ibi omitti potuerit, nec eo minus eorum, quæ adſtruebam, conſtare poſſet probatio, obiter ſcripſi idem eſſe, ſi eundem Stichum illi, cujus eſſet, libero homini bona fide ſervienti legatum proponeremus, ex ratione, quam illic pluribus explico: unde is non reprehendendi, ſed calumniandi anſam arripit, quod non erubuerim id aſſirmare confuſis legatis, & ſtipulationibus, cum hæc ab invicem illa in re plurimum diſtent. In quo uno (cum nil opus ſit) probando multus eſt, quippe intereſſe quoad eam rem legatam ſervo alieno, quæ ipſi libero exiſtenti acquiri nequeat, & rem, quam ſervus ſtipulatus ſit, quæ ipſi libero exiſtenti acquiri non poſſit. An enim in his, quæ ibidem in eam rem ſcripſi, deprehendi quidquam poteſt, vel quod illi ea in relegatorum, & ſtipulationum diſcrimini repugnare, vel quo utrunque illud à me, ut calumniatur, confundi dici queat? Quod tamen ut efficiat videamus, quam appoſita ſimilitudine utatur, nimirum illius rei, quam vel ſervus meus proprius ſtipulatus ſit, vel quæ ſervo meo legata fuerit, cum ea ipſi libero exiſtenti acquiri non poſſet, & ejus rei, quam liber homo à me bona fide poſſeſſus, vel ſtipulatus ſit, vel quæ legata illi fuerit, cum ipſi eadem non poſſet acquiri. Nullum quod ſciam, proferet locum, in quo iſtiuſmodi ſimilitudine juris autores uſi ſint. At alterius illius, cujus affinitate (niſi calumniatur) deceptus eſt, qua juris autores liberum hominem à me bona fide poſſeſſum ſervo alieno à me bona fide poſſeſſo regulariter conferunt, plures autores citare licebit: *Ulp. in d. l. qui bona, in prin. Cajum in l. acquiritur 10. §. item per homines, & verſ. idem placet, & Modeſtin. in l. homo liber 54. in pr. & §. ult. & Aphric. in l. quæſitum 40. de acq. rer. dom. & Paul. in l. ſi liber homo, ff. de ſtipul. ſervor. Juſtin. in d. §. idem placet.* Sed neque ſimilitudo inter hos perpetua eſt, cum in nonnullis diverſi ſequantur effectus, ut in *d. l. homo liber, in pr. & §. ult. & l. ſi ſervus 21. ff. de acq. rer. dom.*

ANTONIUS MERCATOR.

ERgo ſcripſiſti, ſed obiter, inquis, excuſans factum, valere legatum ex perſona poſſeſſoris, ſi libero homini bona fide poſſeſſo res ſua legetur. Proinde idem ſtatuiſti in legato, quod in ſtipulatione: nam & ſi liber homo bona fide poſſeſſus ex re poſſeſſoris, vel ex ſuis operis rem ſuam ſtipulatus ſit, ſtipulatio valet, & poſſeſſori obligatio adquiritur, *l. liber homo, de ſtip. ſerv.* Confudiſti ergo legata cum ſtipulationibus, qui ſi jus tenuiſſes, aliud ſtatuiſſes in legatis, aliud in ſtipulationibus: nam ſtipulationes vires accipiunt ſtatim, & ex præſenti, ut ait *l. uſusfructus, de ſtip. ſerv.* & valent ſtatim ex perſona poſſeſſoris, licet res ſtipulatoris fuerit. Legata ex futuro, non ex præſenti vires accipiunt, puta ex mortis teſtatoris tempore, nec valent ſtatim ex perſona poſſeſſoris, ſi res legatarii fuerit, quam differentiam inter legata, & ſtipulationes comprobavit: quamvis non opus eſſet inquis, non opus tibi ſcilicet, & tacitus ac ſuſpirans, inquis, utinam non comprobaſſet, hoc eſt non detexiſſet ſtultitiam meam, comprobavit tamen prolato alio exemplo de re peculiari, vel de via legata ſervo alieno ad fundum domini, quod non valet, & de ſtipulatione rei peculiaris, aut viæ ad fundum domini. Aliud exemplum voco, quod tu ſimilitudinem. Vocatur ergo exemplum ſimile, aut alia ſimilitudo. Atquin ea ſimilitudine juris auctores non utuntur, inquis, ergo hac poſita juris definitione, quæ certiſſima eſt, in ſtipulationibus ſpectari tempus, quo contrahitur, in legatis tempus, quo dies eorum cedit, non licebit ed eam jungere plura exempla ſimilia, aut tu ea non admittes, niſi exhibeatur tibi auctor aliquis, qui ea conjunxerit. Non admittes. Paribus, ſi paria jungantur, omnia eſſe paria, niſi detur auctor, qui hoc ita ad verbum ſcripſerit. Marrucine, nos tui gratia dabimus tibi auctorem Paulum, qui in *d. l. liber homo*, comparat liberum hominem bona fide poſſeſſum, qui rem ſuam ſtipulatur ſervo proprio, qui rem peculiarem ſtipulatur, utramque dicens conſiſtere ſtipulationem, & adquiri poſſeſſori, vel domino, & eodem modo ſicut ſervo meo inutiliter legatur, quod ei libero facto adquiri non poſſet, & id tamen ſervus meus utiliter ſtipulatur, ita dicimus libero homini bona fide poſſeſſo inutiliter legari, quod ei adquiri non poteſt, & id tamen eum non inutiliter ſtipulari. Hæc ſunt, quæ tu in lemmate hujus capitis ais eſſe diſſimillima, & in ipſo contextu cur ſint diſſimillima, ne verbo quidem uno demonſtras: pulſas hoc tantum, non patefacis, ſed oſtentas aliam ſimilitudinem ſervi alieni bona fide poſſeſſi cum libero homine bona fide poſſeſſo, ut nos abducas ab ſpectione ſtultitiæ tuæ.

Digitized by Google

Major ſtultitia illa eſt, in *l. qui bona*, *§. generaliter*, *de adq. rer. dom.* quod ita Flor. ſcriptum habent: *quod autem non ex re ejus ſibi adquirere non poteſt, ei adquiſiturum, cui bona fide ſervit*, id comprobare ex *l. liber homo*, *de ſtip. ſer.* quæ de eo loquitur, non quod non ex re poſſeſſoris, ſed quod ex re poſſeſſoris liber homo ſibi adquirere non poteſt: nam ſi non ex re poſſeſſoris, dubio procul inutilis ſtipulatio eſt, quia neutri adquiri poteſt. Si ex re poſſeſſoris, ſtipulatio poſſeſſori adquiritur. Denique confirmat ea lex vulgatam ſcripturam, non Flor. Atquin vulgata, *inquis*, eſt extra omnem dubitationem, quæ refert bonæ fidei poſſeſſori ex re ejus adquiri, quod ſibi liber homo adquirere non poteſt. Demus eſſe extra omnem dubitationem: ergo vulgata lectio rejicienda eſt. Falſa eſt ſententia Florentinæ, Vulgatæ indubitata: ergo Florentina potius, quam vulgata amplectenda eſt: verum enimuero, vulgata non eſt extra omnem dubitationem. Imo juſtiſſima dubitatio eſt, an quod mihi non poſſum, alii adquirere poſſim, arg. *l. 6. §. pen. de adq. her.* nulla autem dubitatio, an quod mihi poſſum, & alii poſſim. Denique idem omnino in *d. l. liber homo* quod in *§. generaliter*: verum in *l. liber homo*, hoc modo: Quod ex re poſſeſſoris liber homo ſtipulando ſibi adquirere non poteſt, id eum adquirere poſſeſſori: ſed è converſo, quod ex re poſſeſſoris ei adquirere non poteſt, id eum adquirere ſibi. In *§. generaliter* retroducta ratione, Quod ex re poſſeſſoris liber homo ei adquirere non poteſt, id eum adquirere ſibi: ſed è converſo; quod ex re poſſeſſoris ſibi adquirere non poteſt, id eum adquirere poſſeſſori, quæ collatio utriuſque loci omnino confirmat vulgarem ſcripturam *d. §. generaliter*.

JOHANNES ROBERTUS.

Quod retuli obiter antea à me ſcriptum, id in eam partem detorquere nititur nugivendus, quaſi eo agnoſcam, id levius ſcriptum nobis excidiſſe. Quam ab re autem, & abſurde ab eo id fiat, ex eodem illo loco patet apertiſſime; quippe quo hoc primum nomine illum notarim, quod plane prætermiſſo eo, de quo præcipue quæſtio agitaretur, is cauſæ ſuæ diffidens ea tantum carperet, quæ obiter & παρέργως à me dicta fuiſſent. Præterea, quantum abfuerit ut illud excuſarem, manifeſtiſſimum eo fit, quod ita id defenderim & comprobarim, ut quantumcunque multis exinde verbis ea refellere ſit conatus, fruſtra tamen id eum egiſſe appareat. Quid enim aliud objectat, quam confundere nos cum ſtipulationibus legata? cum tamen inter ea plurimum interſit, ut quidem illud intereſſe multis verbis comprobat, quod ſtipulationes ex præſenti vim capiant, at legata ex futuro, quippe teſtatoris morte. An vero eo quod ſimile quid inter ſtipulationes, & legata eſſe dixerim, id quiſquam (quod ille colligit) recte dixerit ſequi, me in aliis omnibus legata ſtipulationibus ſimilia conſtituere, & legata cum ſtipulationibus confundere? Illud non inficior, quod inculcat, ex præſenti ſtipulationes vim capere, at non legata, quæ à morte, & aditione vim capiant. Sed quid inde efficit, cum id ego minime dixerim aut voluerim, ſtatim ubi teſtamentum, quo legatum illud relictum eſt, conſcriptum fuerit, id poſſeſſori liberi hominis acquiri, ſed acquiſitionis illius effectum juxta legatorum conditionem ad id tempus retuli, quo legata vim aſſumunt? Atque admiſſo iſto diſcrimine, non ideo minus illud verum eſſe poteſt, in quo ſtipulationum, & legatorum comparatio facta eſt, quippe quod ad acquiſitionem ex liberi hominis bona fide poſſeſſi ſtipulatione, & legato eidem libero homini relicto, ut quidem conſtat procedere argumentum à ſimili: cum in eo, in quo ſimilia ſint, fit comparatio, licet in aliis ſit diſſimilitudo, *c. quemadmodum*, & ibi notat Panormit. *extra de jurejur.* Quod expreſſius ſignificare volens Papin. cum iſtiuſmodi ſimilitudine uteretur *hoc latere*, dixit fructuario ſervo, vel alieno, qui bona fide ſerviat, liberum hominem bona fide ſervientem ſe comparare, *in l.liber homo 118.in prin.ff.de verb.obl.* At-

A que cum ſimilia recte dicantur ea, quorum eadem eſt qualitas, eademque ratio, authore Boetio *in Top.Cic.* eandem in multis eſſe ſtipulationis, & legati rationem conſtat, & inter ea multa in jure ſimilia dici, prob. *l. Mævius 68. §. duobus, verſ. eadem quoque, ff. de leg. 2. l. ſi ex toto 8. §. 1. verſ. quaſi ſi duo rei, ff. de leg. 1.* juncta *l. eadem 9. in pr. ff. de duob. reis, §. ult. de ſervit. in Inſtit. l. 2. in prin. ff. de uſufr.* Et ut inter hæc duo in multis ſimilitudo eſt, ita & inter liberum hominem, & ſervum alienum, quos bona fide poſſideamus, ut multis comprobavi. Cur autem quod ego ſimilitudinem, id ille exemplum vocari velit, non video, & ſi qua in eo ratione nititur, ea fuit attexenda: quod cum ne conatus quidem ſit, teſtatur omni ſe in eo defici. Quod autem altera ex parte vel exemplum, ut vocari mavult, vel ſimilitudinem adferebat ſervi noſtri proprii,
B cui quid ſtipulatione promiſſum vel legatum fuerit, & liberi hominis à nobis bona fide poſſeſſi, propterea ab eo minus appoſite fieri dicebam: non quod illa, in quibus paribus paria jungantur, paria omnia eſſe inficiarer (quod nunquam mihi venerit in mentem, ut ille tanto cum hiatu in nos exclamat) ſed quod illa duo inter ſe paria aut ſimilia in jure conferri nullius loci authoritate comprobaret. At enim autorem ejus rei Paulum ſe nobis daturum pollicitus, neque tamen ut id dum præſtiterit, aut alium ullum, quam prius fecilſet, citarit; Paulum quidem *in l.liber homo 20.in pr.ff.de ſtip.ſerv.* ſed ſi jam ejus rei authorem eum laudarat, quid vana ſpe ſuſpenſos tenet, quibus daturum authorem pollicetur? Patet inde quantopere in jure probata ſit ea ſimilitudo, idve exemplum comprobatum, quod unico tantum loco concluſum conduplicari velit. Atqui, aut nihil, aut minimum ad eam
C rem facit conduplicatus ille Pauli locus, quem etiam interpretatione ſua corrumpit. Nam (ſi verum amamus) non minorem inter ea duo diſſimilitudinem teſtatur ille locus, quam ſimilitudinem, eo quod cum illius initio dixiſſet Paulus, liberum hominem, qui bona fide mihi ſervit, ſi ſtipuletur ex re mea, vel operis ſuis Stichum, qui ipſius eſt, eum mihi acquirere, rationem reddens ſubjicit, *quia etſi ſervus eſſet meus, acquireret mihi: nec enim illud dici debet, quaſi ille quoque in peculio ejus eſſet.* Quæ quidem rationis redditio eo tantum ſpectat, ut propterea tunc ideo mihi Stichum acquiri comprobet, quod interim dum bona fide mihi ſervit, in eo quod ex re mea, & operis ſuis acquirit, pro ſervo meo habeatur, ſicque quaſi ſervus meus mihi acquirat; non quod uſquequaque
D vel in illa, quæ ex re mea, vel operis ſuis acquiſitione fit, ſervi mei inſtar ſit, ſed in eo tantum quod acquiret, ut ſtatim proximo verſ. *nec enim illud*, eo diſſimiles ea ipſa in re hos eſſe explicat, quod illud quod dixit, ex ſtipulatione liberi hominis acquiri mihi Stichum, non ſit ſimile ei, quod ſervus meus proprius Stichum, quem in peculio ſuo habeat, ſtipuletur, nec idem dici debeat quod illo priore caſu, ac per conſequens iſto poſteriore ſervus meus Stichum, quem jam antea in peculio habebat, ſtipulando nihil agat. Quod manifeſtiſſime illic voluiſſe Paulum indicat ſubjecta negatio, in eorum ad quæ refertur deciſione, proxime antea dictis plane contraria: Ut quidem aliter habere (hoc eſt, utilem eſſe domino promiſſionem Stichi ipſius ſervo proprio, in cujus peculio eſſet, factam, ut vult nugivendus) nulla juris ratio patitur, eo maxime, quod quæ ſervi noſtri in peculio habeant, noſtra ve-
E re ſint, & eodem in jure loco habeantur, quo quævis aliæ res noſtræ. Quo etiam fit, ut duplicis juris peculium eſſe poſſe annotet, & pluribus eodem caſu explicet Ulp. quo ſervus peculium habens à muliere in dotem datus ſit: alterum, quod mulierem reſpiciat, & ad eam pertineat: alterum vero ad maritum, *in l. hinc quæritur 20. ff. de pecul.* Perperam igitur ille eum Pauli locum ita accepit, ut rem jam antea peculiarem ſervum meum utiliter ſtipulari aſſerat. Atque ſi in eo tam Accurſii, aliorumque interpretationes expendiſſet, quam ſe eas nihili facere gloriatur, iſtos quidem tantos errores vitare potuiſſet. Ita enim ſecunda interpretatione ſua explicat Accurſius, quam ut veriorem mente tenendam ait Barth. eandemque apertius,

Digitized by Google

& pluribus comprobant Angel.& Johann. Imolenſ. *in d. l. liber homo*. Quid eſt igitur quod amplius quærat? quove, & quanam ratione diſſimiles exiſtimem liberum hominem bona fide poſſeſſum, & ſervum proprium, cum eodem autore Paulo (quem in ſuam cauſam trahit) id illi patefaciam ?

Tandem ejus memor, quod initio objeceram eum omiſſa. de qua præcipue agebatur, quæſtione, quippe lectionis *d. l. qui bona, §. & generaliter*, ne plane nihil habuiſſe videretur quod jure vel injuria attexere poſſet, illud vellicat quod dixi, comprobari Florentinam lectionem *d. l. liber homo, in princ. ff. de ſtip. ſerv.* quod ſubſiſtere nulla ratione queat, quia lex hæc loquatur de quæſito à libero homine ex re poſſeſſuris, at illa Florent. exempl. lectio de quæſito, non ex re poſſeſſoris. Verum non animadvertit me non ab omni parte dixiſſe lectionem illam Florent. comprob. *d. l. liber homo*, cum alia in eam rem argumenta adjunxerim, ſed illa ex parte comprobari, qua dicitur poſſeſſori acquiri ex ſtipulatione liberi hominis, quod ipſi libero acquiri non poteſt, quaſi non interſit an ea acquiſitio fiat ex re, & operis poſſeſſoris, an vero aliunde proveniat, quia ſufficiat ipſi libero homini acquiri non poſſe, ut ſi illi acquiri nequeat, quod tamen poſſeſſori queat, æquius ſit acquiri poſſeſſori, *d. l. qui bona, in fin. & l. proinde 7. cum 2. ll. ſeq. & l. ſi alienis 20. ff. de ſtip. ſerv.* quam neutri, *arg. l. qui mihi 13. ff. de donat. l. per ſervum 37. in fin. ff. de acq. rer. dom.* Ut quidem in iſtiuſmodi dubiis id potius nos ſequi oportet, quo fiat ut quod actum eſt, ſubſiſtat, quam irritum reddatur, *arg. l. ſolemus 61. in pr.* juncta *l. ſi quis intentione 66. ff. de jud. l. quoties 80. ff. de verb. obl. l. quoties 13. & l. ubi 22. ff. de diver. reg. jur.* Reliqua vero quæ ſubdit, non levia modo, ſed & abſurda ſunt: quale illud eſt, quod me ita ratiocinantem inducit, Falſa eſt ſententia lectionis Florentinæ, vulgatæ indubitata; ergo Florentina potius quam vulgata amplectenda eſt. In non dilucido intervallo credito fuiſſe, cum hæc temere adeo effutit. Quis illi dederit unquam Florentinam eſſe falſam ? Et ſi id quis illi dederit, quid in aſſerenda vulgata dubitatione tantopere laborat, & fruſtra adeo, ut quo magis contendit, eo indignior reſponſo cuivis videatur ?

Calumniæ depelluntur à traditis in aſſertione contextus §. poſtea, de ſucceſſ. libert. in Inſtit.

CAP. XXV.

JOHANNES ROBERTUS.

FALLITUR, aut fallere tentat, qui duo hæc nobis adſcribit, quorum neutrum ſic à me, ut ille calumniatur, proditum reperietur. Unum eſt jus mutuæ ſucceſſionis, quod habent libertorum liberi, *ex l. 4. C. de bon. quæ liberis*, excluſo patrono eos etiam habuiſſe jure vetere, ex quo id à Juſtiniano fuerit repetitum: Alterum, fratrem collibertum, aut ingenuum fratri ab inteſtato heredem eſſe in ſemiſſem tantum, patronum in alterum ſemiſſem. Quoad illud prius, nunquam ſcripſi libertorum liberos jus mutuæ ſucceſſionis habere, nec *ex l. 4. C. de bon. quæ lib.* cum *illius tit. l. 4.* nullam reperiam: ſed neque *ex l. 3. illius tit.* Nam licet ea de jure ſucceſſionis ab inteſtato in bonis liberti tractet, nullum tamen in ea verbum de colliberto, ingenuove defuncti liberti fratre. Agnoſco tamen ſcripſiſſe me, ex vetuſtiore jure id videri repetitum à Juſtiniano *in §. illud, de grad. cogn.* ſive *in tit. de ſervili cog.* (ut is vulgo ſecernitur) *in Inſtitut.* idque duplici ratione: Tum quod ea, quæ ibi in eam rem ab illo traduntur, referat ad conſtitutionem à ſe pro jure patronatus antea factam, quod jus ab ea parte uſque ad ſua tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuiſſe ait. Quam quidem conſtitutionem ex illo vetere jure repetitam nuſquam comperio extare, qua obiter dixi, ac quidem intellexi, probabile eſſe non aliter id ſuum ſe facere Juſtinianum dixiſſe, quam alia multa, quæ cum antea fuiſſent tradita, propterea quod in meliorem conſonantiam ab ipſo eſſent reducta, ſua ſe exiſtimare dixit. Tum etiam, quod quemadmodum manumiſſione fiebat, ut liberi jus ſui heredis (quod ex jure civili, atque etiam l. 12. tab. eſt) & in bonis patris ſuccedendi nanciſcerentur, ſic cum legitimæ agnatorum ſucceſſionis jus ex eodem vetuſtiore civilis jure eſſet ortum, juxta *§. 1. de legit. agnat. ſucceſſ. in Inſtit.* itidem jus agnationis, & ejus vi in defuncti agnati bonis ſuccedendi iiſdem manumiſſis eodem jure fuiſſe tributum veriſimilius ſit.

Quoad poſterius, calumniatur manifeſtius. Nec enim id plane aſſerui, quaſi iſto noſtro jure obtinere ſentiam: verum ad illud jus retuli, de quo agitur in *§. poſtea, de ſucceſſ. libert. in Inſtit.* quod eo minus calumniari debuit, quod ibi non de alia re quæſtio ſit, quam vindicanda ab ejus depravatione textus illius puritate, quo poſt relatam à Juſtin. circa libertorum ſucceſſionem, primum legis 12. tab. deinde & edicti Prætorii jus, poſtea explicat eod. §. quatenus ultra hæc fuerint patronorum adaucta jura, diſtinctione in eo adhibita ex illa lege Papia locupletiorem libertorum, & minus locupletum: Eadem lege circa illos locupletiores id cautum fuiſſe tradens, ut ſi quis ex his pauciores liberos quam tres habens, ſive teſtatus, ſive inteſtatus deceſſiſſet, virilis pars patrono deberetur. Ex quo conſequenter infert, ut eo caſu, quo iſtiuſmodi libertus unum filium heredem reliquiſſet, *perinde pars dimidia deberetur patrono* (nimirum utroque caſu teſtamenti, & facti, & non facti) *ac ſi is ſine ullo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet*. Illud quod mirum magis, & alienum videri potuiſſet, illa lege referens, non minus juris patronum in ſucceſſione liberti obtinuiſſe, exiſtentibus liberti liberis, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſuccedentibus, ac ſi is libertus ſine ullo filio filiave non quidem teſtatus deceſſiſſet (nam hoc qualibuſcunque heredibus etiam extraneis inſtitutis quoquo jure obtinuit, cum & lege 12. tab. impune potuerit patronus teſtamento præteriri, juxta princ. tit. & §. 1. *de ſucceſſ. liber. in Inſtit. l. ſi libertus 23. ff. de bon. libert.*) ſed & ſi inteſtatus deceſſiſſet. Illud nimirum indicans, hoc caſu, quo nullis exiſtentibus liberis alii legitimi heredes exiſtere poſſent: quippe fratres, dubium fuiſſe, an iſti legitimi ulla ex parte ſuccederent, & cum patrono concurrerent, cum alioqui eo caſu regulariter dicatur patronus ſuccedere: Text. in *l. inteſtato, ff. de ſuis, & legit. hered. §. 1. & §. ſed noſtra, de ſucceſſ. libert. in Inſtit.* Quod ex illa lege Papia à Juſtiniano illuc referri interpretamur, idque Theophili paraphraſis plane comprobat. At enim falſum illud eſt, inquit, fratrem collibertum, aut ingenuum fratri liberto heredem ab inteſtato eſſe in ſemiſſem tantum, patronum autem in alterum ſemiſſem. Primum id falſum non eſſe probo text. expreſ. *l. 2. circ. fin. ff. de bon. libert.* ubi nominatim inteſtato liberto mortuo dicitur bonorum poſſeſſio in dimidiam partem patrono, aut patroni filio dari, quia & contra tabulas ejus liberti partis debitæ bonorum poſſeſſio eis daretur: quod utrumque ad caſum non exiſtentium ullorum liberti liberorum neceſſario referendum eſt, quibus convenit quod Julianus in *l. liberto 17. ff. de bon. libert.* ait, liberto mortuo ſine liberis, patronum imprimis bonorum poſſeſſionem accipere poſſe: quæ dictio *imprimis* non excludit, quin & alii quoque eam accipere poſſint, ut paulo poſt ibidem ſubjicit, arg. *§. imprimis, de eo, cui libert. cau. bon. addic. in Inſtit.* Sed neque nos aſſeruimus unquam in hoc jure noſtro obtinere, ut quidem Juſtin. conſtitutione correctum fuiſſe patet *d. §. illud*: verum quod ex lege Papia obtinuerit, ita retuliſſe Juſtinianum. Et quod ex Græcis autoribus refere ille, exiſtentibus fratribus liberti jus patronatus ceſſare, ac per conſequens tunc patronum in ſemiſſem, partemve aliam non ſuccedere, ad rem non pertinet. Id enim eo loco ab iiſdem ad Juſtiniani conſtitutionem referri patet ex illis eorundem quos citat verbis: quod nos minime negamus. Cæterum quod pro coronide addit, tam recte ſe, quo loco in d. *§. imprimis*, ſic legitur *verſ. cæterum ſi inte-*

Digitized by Google

inteſtatus, de eo, cui libert. cau. bon. add. in Inſtit. repoſuiſſe *cæterum ſi teſtatus*, illi aſſentior: quia & hic tam parum recte id eum feciſſe manifeſtiſſimum ſit, ut quidem quod illo verſiculo juxta receptam lectionem refertur, totidem fere verbis dicitur *in l. 2. in princ. ff. de fideic. libert.* Et quis, niſi juris imperitiſſimus non perſpicit, quod ibi habetur, tam facto teſtamento, quam minime facto obtinere, cum in id ſufficiat, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato adiri (ut illic ait) hereditatem? Itaque nihil ejus inſulſe viſam repetitione dignam correctionem juvat Theophili paraphraſis, ad caſum teſtamenti facti cum locum referens, eum utroque caſu illud verum ſit: prob. d. *l. 2. & l. ult. in pr. C. de teſt. manum.* ſicque errorem errore repetito cumulare ſtudet imprudentiſſime.

ANTONIUS MERCATOR.

FAteris te ſcripſiſſe, liberos libertorum ſibi invicem ab inteſtato ſuccedere patrono excluſo ex Conſtitutione Juſtiniani de jure patronatus, de qua in *§. illud, de grad. cog.* ſed dicis te non ſcripſiſſe id eſſe ex *l. 4. C. de bon. lib.* imo, quia ſcripſiſti id eſſe ex Conſtitutione, cujus fit mentio in *d. §. illud*, quam ridicule ex vetere jure repetitam eſſe ais: Ea vero Conſtitutio eſt *d. l. 4.* à Domino luci reſtituta Obſer. xx. nec à te dum reperta quæſitore ſomniculoſo addis, te ſcripſiſſe id videri à Juſtiniano repetitum, aut veroſimilius eſſe id à Juſtiniano repetitum ex vetuſtiore jure. Imo ſcripſiſti, id Juſtinianum ipſum adfirmare ſe repetere ex vetuſtiore jure, quod eſt manifeſto falſum. Tu nobis das alia verba, quam dederis ante. Utere prioribus, & falſi veniam petas potius, quam te aliu falſo implices alius purgandi cauſa. Adjeciſti obiter, ut ais, quam diſtinctionem in more tibi eſt uſurpare, cum erubeſcis dicere, falſo, Juſtinianum ſcripſiſſe illud, quod dixerat ſe repetiiſſe ex veteri jure, non aliter ſuum ſe facere, quam alia multa, quæ ipſe, cum & antea prodita fuiſſent, in meliorem conſonantiam reduxit: quoniam intellexiſti probabile eſſe id Juſtinianum ſuum facere: hoc emplaſtro Marrucinus ſua vulnera glutinare ſolet, hoc mantili quotidianas noxas extergere.

Poſt hæc in eo valde laboras, ut probes, jure veteri liberto inteſtato mortuo ſine liberis fratre ſuperſtite duos ſemiſſes fieri, & unum dari fratri, alterum patrono. Probas id primum ex *l. 2. §. ult. de bon. lib.* quæ liberti inteſtati partis tantum dimidiæ bon. poſſeſſionem dat filio patroni, quod nimium generaliter accipis, & ſi nullos libertus ſuperſtites liberos reliquerit: quoniam hoc caſu tota hereditas nedum dimidia pertinet ad patronum, vel filium patroni, *l. inteſtato, de ſuis, & leg. her.* & *l. liberto, de bon. lib.* quæ in primis patronum vocat, ergo excludit cognatos liberti. Imo, inquis, non excludit, cum ſubjiciat alius quoque vocari, ſed quod callide ſupprimis poſt patronum, puta proximos patroni non cum patrono. Vox *imprimis*, demonſtrat primam eſſe cauſam, primum locum patroni patronæ in ſucceſſione liberti inteſtato mortui ſine liberis. Itaque ad *d. l. 2. §. ult.* aptandus eſt congruus propriuſque caſus, quo inteſtati liberti datur tantum patrono dimidiæ partis bon. poſſeſſio, puta ſi libertus mortuus ſit ſine liberis naturalibus, non tamen ſine liberis non naturalibus, ſed relicto puta adoptivo filio, vel uxore, quæ in manum convenit, quo caſu ex edicto Prætoris patrono mediæ tantum partis bonorum poſſeſſio datur Unde legitimi. At ſi, & ſine his liberis libertus inteſtatus vita deceſſerit, patronus in aſſem vocatur jure veteri, & excludit fratrem liberti: hodie ex Conſtitutione Juſtiniani de jure patronatus, ipſe à fratre penitus excluditur, ex qua cum negas te dixiſſe eum vocari in ſemiſſem, nimium impudens es. Dixiſti enim propalam eum vocari in ſemiſſem concurrente cognato liberti ex *d. §. illud*, ergo ex ea Conſtitutione, quæ ſola proponitur in eo §. Id etiam Juſtinianus non retulit, ut mentiris, ex lege Papia, quia lex Papia pertinet tantum ad caſum liberto exiſtentium liberorum,

A
non ad hunc caſum, de quo tractamus liberti defuncti ſine liberis, quo ſane patronus in aſſem ab inteſtato vocabatur excluſis liberti cognatis ante Conſtit. Juſtiniani: teſtam. vero facto in ſemiſſem, qua de cauſa in *§. poſtea*, ille idem dixit pro *inteſtatus* eſſe legendum *teſtatus*: nam & Theophilus ſpeciem ponit in teſtato liberto, quamvis propoſitio fuerit tam de inteſtato, quam de teſtato. Iterum dico, ne tu tibi improbe vindices auctoritatem Theophili, quæ tibi penitus adverſatur, cum ponere libertum ἐπὶ διαθήκῃ, hoc eſt teſtatum vita deceſſiſſe relicto unico filio, & ſtatuere patrono deberi ſemiſſem bonorum, perinde atque ſi ſine ullo filio vita deceſſiſſet, non addit inteſtatus, ſed neque addit teſtatus, verum
B
hoc ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt.

Veriſſimum etiam eſt, quod idem ille, ut tu loqui ſoles, dixit in *§. imprimis, Inſt. de eo, cui lib. cauſ.* &c. eſſe legendum, *Certe ſi teſtatus*, non, *certe ſi inteſtatus*, alioquin idem fruſtra repeteretur, atque ita Theophilum legiſſe negare non potes, & male argumentaris ex *l. 2. de fid. lib.* in qua ea verba non referuntur, ſed quæ præcedunt, quæ ſunt de inteſtato, hæc de teſtato, & ut videas ſi quid videre potis es, aut ut potius videant alii ſtultitiam tuam, quantum ſit diſcriminis ea in re inter teſtatum, & inteſtatum, & quo ore alios imperitiſſimos voces, ut tute es, etiam alios temere judicans eſſe, qui non proſpexerint nullum eſſe diſcrimen: præcedentia verba ſunt de eo, qui inteſtatus decedens codicillis libertates dedit, in quo magis dubitabatur non adita hereditate ab
C
inteſtato an locus eſſet Conſtitutioni D. Marci, quia conſtitutio de teſtato loquitur. In teſtato autem, de quo ſequentia ſunt in Inſtitutionibus, qui codicillis dedit libertatem, nemini dubium erat, ut ait *d. §. imprimis* conſtitutioni locum eſſe. Marrucinum prehendite lorarii, & ſummam, quæ in eo eſt imperitia rejicientem in alios proinde ac meretur rumpite loris, illo ſuperdicto: Marrucine noli perperam, quod in te vitium eſt vertere in alium.

JOHANNES ROBERTUS.

NEſcieram ego antea poteſtatem illi laudum noſtrarum præconi, aut factam, aut ab ipſo ſibi arrogatam fuiſſe, ut quas conſtitutiones Imperatorias in vetu-
D
ſtis membranis ſuis ſe reperiſſe dicere liberet, eas in legum ordinem adſciſci, & Juſtiniani Codicis legum numerum propter has adaugeri oporteret. Atque cum nec edicto, nec programmate, ſcriptove ullo publice propoſito utriuſvis horum eſſem admonitus, eo minus acerbum in me (antequam mihi illud innoteſcere potuiſſet) ſeſe præſtare par fuit, quod titulum *C. de bon. libert.* antea tribus tantum legibus, & conſtitutionibus conſtantem, hic quarta lege, & conſtitutione adauxerit. Nam alioqui his omnibus, quæ ſcipturit, quæque ad ſolitam juris cognitionem minus pertinere videantur, perlegendis tempus terere mihi ſeriis occupato nec vacat, nec libet, niſi forte, ut qui, cum feriari datum eſt, circulatorum nullius frugis miras præſtigias, aut geſticulationes non ingratis ſpectant, & ego nonnunquam quæ à juris diſciplina alieniora ſcripſiſſe feratur, otioſe percurram.
E
Ne ſæviat igitur, quod nondum legum illius tituli numerum ad quatuor uſque leges produxerim, cum nequedum ullo in libro plus tribus extare comperiſſem.

Deinde vero in id arguatur, quod cum primum ſcripſiſſem Juſtinianum ex vetuſtiore jure, quod confuſum fuerat, illud repetere, exinde ſcripſerim ideo ex vetuſtiore jure videri à Juſtin. repetitum, quia alia dein verba quam ante dediſſem. In quo illud opto, ne ipſe (quod facit) pernicioſius temerariis ſuis correctionibus juris ſtudioſis verba dare pergat. Quid enim in eo tantopere à nobis peccatum, ſi dum aliud, quod nominatim ad ſua uſque tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuiſſe Juſtinian. refert, conſtitutione lata ex vetuſtiore jure eum repetere dixerim? cum & idem hoc à Juſtin. actum in illa ipſa conſtitutione, quam

hic

hic ex vetuſtis ſuis membranis in lucem emiſiſſe ſe gloriatur, illius verba apertiſſime teſtentur, quibus patet Juſtinianum eam nominatim ab antiquitate repetiiſſe, & ex legis Papiæ ſanctionibus atque inextricabilibus circuitibus, quos in pleroſque emendet, duxiſſe. An vero eo legislationem ſuam ab antiquitate illum repetiiſſe apte dictum negabit? Cum antiquo juri (ejus ſanctionibus relatis, tametſi in nonnullis immutatis) quod additur, non ideo minus ab antiquitate repeti dicatur. Dicet id me ita dixiſſe, quaſi intelligerem. quale id in antiquitate illa obtineret, à Juſtiniano ſuiſſe repetitum, quod non aliter ſuum faceret, quam alia multa, quod etiam nunc ab eo in nonnullis actum contendo. Sed cum omnia, in quibus id ab eo conſtitutione illa actum ſit, propter minime extantes veteres illas ſanctiones, atque hanc quoque noviſſimam difficillime diſcerni queant (niſi quam hic edidit, pro ea admittas) propterea poſteriore loco ſcripſi videri illud ex jure vetuſto repetitum: quod plane, ut ea conſtitutione nova ſancitum eſt, difficillime probari poſſet, quomodo jure vetuſtiore fuiſſet cautum.

Quod autem negat à me probatum, jure vetere, liberto inteſtato mortuo ſine liberis fratre ſuperſtite, in ſemiſſem tantum ſuccedere patronum, aut ejus liberos, fratrem autem liberti in alium ſemiſſem, in eo velim momenta, & authoritatum, & rationum expendi. Id enim probari contendo *d. §. poſtea vero, de grad. cogn. in Inſtit.* in quo quid lege Papia, ſicque jure antiquiore obtineret, referens Juſtin. *Cum*, inquit, *unum quidem filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is, ſine uno filio filiave inteſtatus deceſſiſſet.* Quo patet, hoc caſu, quo libertus, ſine ullo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet, ex lege Papia dimidiam tantum hereditatis patrono, ejuſve liberis fuiſſe delatam, altera dimidia fratribus agnatis relinquenda (nam quod ex dictione *inteſtatus* negationem detrahendam cenſuit, id à nobis exploſum eſt) In eandem ſententiam facit, & quod dicitur in *l. a. in fin. ff. de bon. libertor.* probat enim patrono, ejuſve filio dari bonorum poſſeſſionem in dimidiam tantum hereditatis partem, altera nimirum fratribus relinquenda. Nam in eo, quod ſic nimium generaliter me eam legem accipere noviſſime ſomniavit, etſi nullos liberos ſuperſtites libertus reliquerit, quo caſu totam hereditatem, nedum dimidiam ad patronum, ejuſve filium pertinere ait, *ex l. inteſtato, ff. de ſuis, & legit. hered.* eo ſe involvit, & his, quæ illic aſſerit, apertiſſime repugnat. Etenim dum ita aſſumit in *d. l. a.* libertum liberis ſuperſtitibus deceſſiſſe, quonam illud referre poterit, quod illic nominatim dicitur, patrono filiove patroni dari dimidiæ tantum hereditatis partis bonorum poſſeſſionem, eo caſu, quo (idipſum illo aſſerente) in nullam hereditatis partem vocetur patronus? Et quam ridiculum, quod argumentum iſtud ſubodoratus ipſi repugnare, quod tamen plane reticeat (cur enim ipſe ſponte cauſam ſuam prodat) commentus eſt, libertum illum non quidem naturales liberos reliquiſſe, ſed adoptivum filium, vel uxorem, quæ in manum convenerit, quo caſu ex edicto Prætoris patrono dimidiæ tantum partis bonorum poſſeſſio detur. An fieri poteſt ut non rubore ſuffundatur, hæc adeo abſurda, & à quavis contextus illius parte plane aliena refricari, & ſibi exprobrari intelligens? Omitto & ſuperioris illius ſententiæ noſtræ comprobationem *ex l. liberto, ff. de bon. libert.* quæ (uti pluribus explicui) fratres non excludit.

Quod autem in illo perſtat, quod in *§. imprimis, de eo, cui libert. cauſa bon. addic. in Inſtit.* aſſeruit pariter detrahendam illi loco negationem, quo legitur, *Certe ſi inteſtatus*, & legendum, *ſi teſtatus*, ejuſdem pervicaciæ eſt: niſi forte evidentius in hoc labitur, quod nullam aliam hic rationem adferat, quam quod alioqui eo loco idem fruſtra repeteretur. Nec videt (qui adeo lynceum ſe confidit) & iſti conjectariæ correctioni præcedentia ſubſequentiaque repugnare, & repetitionem non fruſtra ibi fieri, & ex illa ipſius lectione ſequi, quod maxime ſit

A absurdum. Dico præcedentia, & ſubſequentia repugnare, quod initio propoſuiſſet reſcriptum D. Marci, de quo agit, imprimis locum habere, quoties teſtamento datæ ſunt libertates. Ex quo quæſtionem enaſci ait, an ſi quis inteſtatus decedens codicillis dederit libertates, neque quiſqoam ab inteſtato hereditatem adprehendat, favor conſtitutionis debeat locum habere: hoc eſt, cum verba conſtitutionis eum caſum directo, & expreſſe minime complectantur, ejus tamen favoris ratio eo trahi poſſit. In quo ut plane dubium præcidat, quod in quæſtione præcipuum eſt, cum affirmative ita repetit: *Certe ſi inteſtatus deceſſerit, & codicillis dederit libertatem, competere eam nemini dubium eſſe.* Rationem hanc ſubdit, apertiſſime obſtantem illi negationis detractioni: *tunc enim conſtitutioni locum eſſe verba oſtendunt, cum nemo ſucceſſor*
B *ab inteſtato exiſtat.* Quæ ratio, ſi negationem detraxeris, nullo modo convenire poteſt. Quod ſi ſibi obſtare perſpexiſſet (ut plane obſtat) & ex hoc etiam loco negationem detrahere non dubitaſſet, ſi verba pariter id pati potuiſſent, ut *ab teſtato*, legeret, pro *ab inteſtato*. Sicque & præcedentia, & ſubſequentia apertiſſime teſtantur inde negationem detrahi non poſſe. Quod ad ſubſequentia, patet apertiſſime ex ſupradictis. Quod ad præcedentia vero, eo quod cum id aſſumpſiſſet, tum imprimis reſcriptum locum babere, cum teſtamento libertates datæ ſunt, quaſi id nominatim, & præcipue eſſet reſcripto deciſum, omittat, & ſolum illud quod ad inteſtatum conſequenter diſquirendum proponat. Atque quo certius idipſum, nec aliud decidi intelligeremus, nec ad caſum teſtamenti facti, de quo prius locutus eſſet, id re-
C ferri ullo modo poſſet, & hic inteſtati dictionis repetitione uſus eſt: quod in iſtiuſmodi quæſtionibus in jure frequens reperiemus, & apud Scævolam præcipue, ut quæſtione propoſita, iiſdem fere verbis, quibus ea propoſita fuerit, facta ejus repetitione deciſio inde ſubdatur, quo certius de eodem ipſo, quod quæſitum eſt, id dici intelligamus. Contra autem ſi juxta correctionem illius, negationem detrabas, ſequetur non abſurdum tantum, ſed & falſum, illam circa caſum inteſtati propoſitam quæſtionem ſic indeciſam relinqui, quaſi aliud in ea obtineat, quam in cauſa teſtati; ſicque illo inteſtati caſu ex conſtitutionis illius, ſi minus directis verbis, ſaltem ratione, illi, cui codicillis libertas data ſit, non poſſe defuncti bona addici: quod falſiſſimum eſſe comprobaveram ego, *l. a. ff. de fideic. libert.* quæ ex favore quoque illius conſti-
D tutionis id fieri ait, hoc eſt, favoris, & æquitatis ratione, quæ hic concurrat. Quemadmodum, & eadem favoris dictione in eo uſus eſt ille idem Juſtin. & Ulp. in *l. 4. §. ſi ſub conditione, verſ. magiſque eſt ut idem favor, ff. de fideic. libert.* Objicit autem Theophilum, qui hoc loco teſtamenti meminit. In hoc vero duo illum expendere oportuit: Prius, Theophilum paraphraſtem eſſe, nec quibuſcunque Juſtin. aut verbis, aut clauſulis adſtrictum, ea nominatim ſubſequi, & illis ſubſervire, ſed nonnulla plerunque intermiſcere, quæ ipſi viſa ſint ad dilucidiorem, & uberiorem interpretationem pertinere, quod inficiari nemo poteſt. Poſterius, Theophilum hoc loco illud ipſum in eo egiſſe: nam quæſtionem illam de inteſtato propoſitam non indeciſam reliquit, ut ex illius correctione, & detracta negatione indeciſa maneret, verum, &
E ad hunc quoque inteſtati caſum conſtitutionis ſententiam trahendam eſſe nominatim dixit iſtis verbis: [illegible], ſicque eo plane receptæ lectioni ejus paraphraſis hac parte convenit, nec juxta correctorem temerarium quæſtionem indeciſam reliquit. Atque cum idem Theophilus illius quidem §. initio meminiſſet teſtamenti facti, & libertatum in eo datarum, cæterum eo caſu, non meminiſſet codicillorum ſimul cum teſtamento factorum, ut quidem utrumque illud Juſtin. initio illius §. propoſuit: Theophil. ibidem proxime illi deciſæ caſus inteſtati quæſtioni, rurſus caſum teſtamenti facti adjicit, quo libertates datæ non ſint, ſed codicillis tantum poſt teſtamentum factis: ſicque quod uno eodemque loco à Juſtin. dictum erat, duobus locis

attin-

attingit: quod quis niſi juris imperitiſſimus non perſpicit? Ejuſdem imperitiæ eſt, quod ſubdidit, conſtitutionem D. Marci de teſtamento tantum loqui. Nam & eam, & inteſtati cauſam comprehendiſſe nominatim teſtatur Juſtin. *in l. ult. in pr. C. de fideic. libert.* quod qui accipiendum ſit, ſupra diximus. Atque ut illo loco Theophilus Juſtin. verba non plane ſubſecutus eſt (ut neque in omnibus ea ſubſequi ſolet) ita nec *in d. §.* poſtea inteſtati dictionem adjecit. Verum neque teſtati, neque inteſtati mentionem illa ex parte fecit, qua ait Juſtin. *ac ſi is, ſine ullo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet*. Theophilus vero, *ἄνευ τε μηδὲ ἑνὸς παιδός*: cum ſuperiore caſu teſtamenti quidem meminiſſet, iſto neutrum exprimens dubium relinquat, an in teſtati, an vero inteſtati cauſa loquatur. Nec in alio diximus Theophili paraphraſi ad hunc §. noſtra comprobari, niſi in quo ex lege Papia referuntur à Juſtin. quæ ibi habentur.

Quid interſit inter verba hæc: Cum 14. annorum erit, &, Cum ad 14. annum pervenerit.

CAP. XXVI.

JOHANNES ROBERTUS.

LICET quoad verborum ſignificationem aliquid intereſſe dici poſſit inter hæc duo diſpoſitioni adjecta: Si Titius quatuordecim annorum erit, &, Cum Titius quatuordecim annorum erit, vi tamen præcipua, & effectu paria ſunt, quippe in duobus. Prius eſt, quod utriuſque vi diſpoſitio pariter conditionalis redditur, *l. ſi Titio 22. ff. quand. dies leg. ced.* Poſterius eſt, quod in his dies non ante cedat, quam Titius decimumquartum annum impleverit, juxt. *l. liberis, quos 18. §. ab heredibus, ff. de alim. & cib. leg.* arg. *l. 5. ff. de teſt. l. 1. ff. de manumiſſ.* Quod utrumque ita demum obtinere intelligimus, ſi verba illa: Si quatuordecim annorum erit, & conſimilia, ipſi præcipuæ legati diſpoſitioni adjiciantur. Secus autem ſi executioni tantum, & præſtationi: tunc enim eo legatum non redditur conditionale, ſed tantum in diem differtur, *l. ex his, C. quando dies leg. vel fideic.* Idemque etiam fit, cum ex aliis, quæ concurrant, apparet teſtatorem iis non incertum, & conditionale legatum reddere, ſed ejus præſtationem in diem differre tantum voluiſſe. Nam tunc conditionale id non eſt, *l. Sejus 46. & l. qui filium 73. §. ult. ff. ad ſenat. Trebell. d. §. ab heredibus, l. fideicommiſſaria, C. de fideic. liber.* arg. *l. 3. §. cum Pollidius, ff. de uſur.* Id autem, & tunc ita obtinere interpretamur, ubi ſic legatum conceptum eſt: Cum ad quatuordecim annos, vel, Cum ad decimumquartum annum pervenerit: quod licet hæc verba id quoque ſignificare videantur, cum decimumquartum annum ingredi cœperit, arg. *d. l. qui filium, §. ult. verſ. Et verba teſtamenti*, perinde ac ſi dixiſſet, in decimoquarto anno, juxta *l. ſi ita fuerit libertus, ff. de manumiſſ. teſt. & Clement. ult. de ætate, & qualit. ordin.* eo tamen protracta ſit illorum ſignificatio, ut regulariter non ante eo, quem perveniſſe intelligamus, quam impleverit decimumquartum annum. Text. in *l. ſi cui legetur 57. in princ. & §. 1. ff. de leg. 1. & d. §. ab heredib. & l. liberto, §. filium, ff. de annuis leg.* Sic intellig. *l. non putabam 47.* arg. illius text. *ff. de cond. & demonſtrat.* Excipimus tamen inde eos caſus, in quibus ex ſpeciali, vel rei favoris, vel æquitatis cauſa, annum cœptum pro impleto haberi lex voluit, *ut in l. ad rempublicam, ff. de muner. & honor. d. l. qui filium, §. ult.* ſic intellig. & *l. anniculus 134. ff. de verb. & rer. ſign.* quod tamen accomodari minime queat *d. l. 5. ff. de teſta. & d. l. 1. ff. de manumiſ. & l. in uſucapionibus*, cum *l. ſeq. ff. de uſucap.* In quibus tantum abeſt, ut vel annus, vel dies cœptus habeatur pro completo, ut & diem ultimum poſtremi anni omnino exactum eſſe lex requirat: arg. illorum text. & *d. l. in uſucapionibus, in verb. totum poſtremum diem.* Sic enim illic legendum ex Florent. exempl. & arg. *d. l. ex his, in fin.*

Sicque ex ſupradictis rectiſſime componitur *d. l. qui filium, §. ult.* cum *d. l. non putabam*. Nam quod legum contrarietatis, quo jure quaque injuria invehendæ cupidus, eas ſibi invicem directo repugnare contendit, quaſi diverſorum Imperatorum contrarias ſententias referentes, leviculæ tantum conjecturæ innitens, tam deſtituitur ratione, quam quod itidem ariolantur pugnantes inter ſe conſtitutiones referri Adriani in *§. theſauros, de rer. diviſ. in inſtit.* & fratrum Imperatorum, & *l. 3. §. ſi in locis, ff. de jur. fiſc.* Nam quo alio argumento conjecturam ſuam, & contrarietatis invehendæ, pervertendæque juris noſtri autoritatis cupiditatem fulciat, non video, quam quod diverſorum Imperatorum conſtitutiones in re conſimili referri ait, quaſi ex eo, quod diverſorum Imperatorum ſint, neceſſario ſequatur invicem pugnare, nec aliam eorum componendorum rationem exquirendam eſſe. Quam autem inter ſe diſſimiles duæ iſtæ poſteriores ſint, & qui apte componi poſſint, à nobis explicatum eſt *Recept. lect. lib. 1.* ut & diſſimiles illas eſſe, quas proxime attigimus, patet aperte *ex d. §. ult.* cum ejus contextu exprimatur, non tantum verbis teſtamenti, ſed & rei æquitate adductum fuiſſe Imperatorem, ut in ea ſpecie idcirco diffuſius illic propoſita ita pronunciaret, cum aliter, quippe generalibus tantum verbis concepta ſit, *d. l. non putabam*. Levius etiam illud, quod idem in hac eadem *l. non putabam*, quo loco expreſſus eſt iterum annus decimusſextus, nec quidem per notas, ſed plene conſcriptus, contendit errore ex notis creato perverſe ita legi, cum de anno decimoquarto ſit locus ille conſcriptus: quod probari ait *d. l. ſi cui ita legero*. Sic autem obrepſerit hic error, quo notæ iſtæ 14. quæ non aliud, quam quatuordecim deſignent, pro ſedecim vitioſe ſumptæ, & exſcriptæ ſint, non hoc tantum loco, ſed & aliis pluribus, ut in *l. Thais 41. §. libertatem, ff. de fideic. libert. & l. Sejus 46. ff. ad Senat. Trebell. & l. nomen 33. §. uni, ff. de leg. 3.* Quibus tamen locis dictio illa *ſedecim* in Flor. exempl. & aliis emendatis ita plene exſcripta eſt, non autem deſignata, quo minus errorem ex notis ſubortum ſuſpicari debuit. Sed enim quid refert, cum exemplum certi temporis hoc vel illo modo præfiniti proponitur, an ad annos quatuordecim, an vero ſedecim referas, aut generaliter, & indefinite de certa ætate loquare? ut in *l. 3. §. cum Pollidius, ff. de uſur.* vel anni viceſimi, vel viceſimi quinti, alteriuſve metam præſtituas, ut in *d. l. qui filium, §. ult. & l. à filia 62. §. alumno, l. Lucius 78. §. Mævia, ff. ad ſen. Trebel. d. §. ab heredib. & d. l. liberto, §. filium, d. l. ex his, & aliis infinitis.* Et quod nullam in decimoſexto ætatis anno rationem adferri poſſe ait, cur in iſto anno exemplum proponat, cum pubertatis ratio in decimo quarto adſit, frivolum eſt. Nam cum hæc ſimpliciter dicatur pubertas, ea certe in decimooctavo ſolummodo anno plena eſſe dicitur, *l. arrogato 40. circa fin. ff. de adopt.* Sicque fit, ut hæc in decimoquarto minus plena ſit, quam in decimo ſexto, aut etiam decimoſeptimo: ut & in hoc diſcretio ætatis attenditur, & major eſſe judicatur, *l. 1. §. pueritiam, ff. de poſtul. §. eadem, verſ. & ſervus, quibus ex cauſ. manum. non lic. in Inſtit.* Quin & plenior pubertas in 21. anno dicitur, arg. *l. 2. C. de iis, qui ven. ætat. impetr.* Unde, & pleniſſimam pubertatem non in alio quam 25. anno ſtatuendam à pleriſque exiſtimatum fuerit, arg. *l. 3. §. ult. ff. de minor.* Utut ſit, certe legitimæ ætatis appellatione non alia intelligitur, ut quo magis fideicommiſſo non niſi poſt ætatem, in qua ejus, cui relinquitur vegetius animi judicium, fieri potuerit reſtituendo, fideicommiſſarium teſtator gravare voluerit, eo in plures annos arbitrio ſuo præſtitutos fideicommiſſi reſtitutionem differens lubrico tutelæ, hoc eſt, tam tutorum, quam curatorum adminiſtrationi, præferre electi fideicommiſſarii cuſtodiam voluiſſe intelligatur, quod & ad alia negotia transferri poſſit, *d. §. cum Pollidius, d. l. ex his, & d. §. ab heredibus, & d. §. filium.*

AN-

ANTONIUS MERCATOR.

FIdeicommiſſum L. Titio relictum cum ad XIV. annum pervenerit Antoninus Pius judicavit non deberi, antequam L. Titius compleſſet annum XIV. *l. non putabam, de cond. & dem.l. ſi cui legetur, de leg.*1. Obſtat *l. qui filium, §. ult. ad Treb.* in qua Antoninus Caracalla fideicommiſſum ita relictum: Cum ad XX. annum pervenerit, pronuntiat deberi ſtatim atque L. Titius ingreſſus fuerit annum XX. Reſpondes, ita judicaſſe Antoninum æquitate rei motum. Debuiſti addere, ut in *d.§.ult.*& verbis teſtamenti, ſi ad annum XX. ætatis. Hoc vero non eſt reſpondere: nam cur non etiam iiſdem verbis, & eadem æquitate motus eſt Antoninus Pius? hoc non explicas, non reſpondes igitur: & ſi verum amamus in cognitionibus, & decretis principum non ſemper quærenda una conſonantia eſt. In cauſis ſane delationum, quibus fiſcus augetur fruſtra, ut in quæſtione inventi theſauri, quoniam aliis libet fiſco ſuo favere, aliis non libet. Unuſquiſque fiſci ſui eſt moderator, & arbiter: denique in cauſis fiſcalibus varia ſunt placita principum, & animi varii: lege Obſ. IX. & muta quodcumque olim de quæſtione ſcripſiſti inventi theſauri, ne moveas riſum legentibus, te *§. theſauros, de rer. diviſ.* pro tua libidine accipere de locis religioſis, quæ privati juris ſunt, & *l.3.§. pen.de jur.fiſ.* de religioſis, quæ nullius ſunt, ac ſi non omnia loca religioſa, perinde ac ſacra nullius non ſint, & non in jure ſemper eodem modo ſacra, & religioſa loca ſumantur. Nihil eſt tuis interpretationibus, & diſtinctionibus inſulſius, nihil tetrius.

His addis, nihil referre, ſi ad annum XVI. an XIV. vel XX. vel XVIII. vel XXV. pervenerit, fideicommiſſum relinquatur, quia inſanus nulla ratione regitur: at teſtatores, qui ſanæ mentis ſunt exemplo naturæ, quæ nihil fruſtra facit, nihil etiam fruſtra faciunt. Si fideicommiſſum ad annum XIV. vel XII. ſpectant pubertatem, ut *l. ſi cui legetur, de leg.*1. *l. Aurelius, in pr. de lib. leg.* & aliis pleriſque locis, ſi ad XX. firmatam ætatem, ut *d. l. qui filium, §. ult.l.4. de ſer. exp.* qua impetrari venia ætatis ſolet, ſi ad XVIII. plenam pubertatem, ſi ad XXV. legitimam ætatem. Quid ſpectet, qui ad XVI. non apparet: nec enim is annus ullius certæ ætatis eſt finis: quamobrem, ut in *l. Thais, §. libertatem, & §. ab heredibus, de fid. lib. & l. Sejus, ad Treb.* perſpicuum eſt, pro XVI. eſſe legendum, XIV. ita maxime motus *d. l. ſi cui legetur*, in qua relata Marcelli ſententia, quæ eſt in *d.l. non putabam*, ponitur fuiſſe relictum legatum ad annum XIV. recte conjecit, & in *d.l.non putabam* eſſe legendum XIII. pro XVI.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc præſtitiſſet plane tacere, quam illud tantum dicere, debuiſſe à me fieri, quod jam tunc à me factum fuerat; quippe quod ait debuiſſe me addere Antoninum Caracallam *in l.qui filium 7.§.ult.ff.ad Senat.Trebell.* non tantum æquitate rei, ſed & verbis teſtamenti motum, ut illud reſponderet. An vero non idipſum addideram, qui nominatim ſcripſeram Anton. illic, non tantum verbis teſtamenti, ſed & æquitate rei adductum illud reſpondiſſe? At, inquit, non explicas, cur non & Anton. Pius *in d.l.non putabam,ff.de condit.& demonſtr.* etiam iiſdem teſtamenti verbis, & eadem æquitate motus ſit, ut idem non decideret; ergo non reſpondes. Imo vero explicui nominatim generalibus tantum verbis conceptam fuiſſe *d.l.non putabam,cum illo § ult.* hypotheſi diffuſius propoſita, referat teſtatorem filio & filia exheredatis, uxorem inſtituiſſe, trecenta & quaſdam res filiæ legaſſe, & hereditatem filio reſtitui rogaſſe, eum ad annum viceſimum perveniſſet; quod ſi ante annum viceſimum deceſſiſſet, eam filiæ reſtitui. Quibus diſpoſitionibus multiplicibus juxta teſtamenti verba illic relatis, & ejus quod inde contigiſſet, factique circumſtantiarum ratione & æquitate motus Imperator, illic diverſum pronunciaſſet ab eo quod habetur *in d.l.non putabam.* In eo autem quod elevare conatur ſimulato tantummodo riſu interpretationem *§. theſauros, de rer.diviſ in Inſtit.& l.3.§. pen.ff.de jur.fiſc.* quid aliud ille contra nobis præter legum pugnam opponit, quam ſynceræ legum conciliationi præferat? In quo tamen ſibi cavit, qui non niſi falſo locum indicarit, quo illa noſtra, ut jactat, attingere ſit auſus, veritus ne tractaretur à nobis ut meritus, cum tot identidem aggeſtis antinomiis ipſi quidem implacabilibus, cum ab aliis acutius cernentibus haud aliter quam in ſpeciem pugnare merito judicentur.

Quam vero leves rationes ſunt, quas ſubdit, ut his comprobet recte ſe conjeciſſe (iſto enim verbo hic ipſe utitur conjectarius corrector) *in d.l.non putabam*, legendum eſſe XIV. non XVI. tametſi & has maxima parte ex ſcriptis noſtris tranſtulerit, ſed quas aliorſum explicuiſſemus, ac ſimul ex his docuiſſemus certius animi indicium exiſtimandum eſſe ejus, qui in XVI. quam qui in XIV. tantum ætatis anno agat: nec, quæ pro conjecturæ ſuæ tuitione adfert, tanti eſſe, ut tot locorum numerum non per notas, ut exiſtimare maluit, deſignatum, ſed plene perſcriptum, ſic temere violare debuerit. Quid enim intereſt, in quod tempus vel conditio, vel teſtatoris voluntatis executio conferatur, dummodo certum id ſit? Ut nullo annorum numero præſtituto fideicommiſſi reſtitutionem in certam puellæ ætatem collatam referens Papinian. illud apertiſſime teſtatur *in l.3.§.cum Pollidius, ff.de uſur.* Ac licet certas ætatum diſtinctiones in jure in aliis obſervemus, ut aliorum actuum ratio exigit ab eorum animi judicio imprimis pendentium, de quorum ætate agatur, non idcirco ad eandem rationem exacte adeo alios reducere debemus, qui ab alterius voluntate pendeant, ut nulla alia præter diſtincta tempora illa in jure admittamus. Atque ita non tantum 7.14.18.aut 20.vel.25.ætatis annorum numerum in jure proponi comperiemus, ſed & 15.16.17. & 30. annorum: idque non ſimpliciter per notas (ne notatiſſimus hic notarius in notarum everſione refugium ſibi relictum ſperet) ſed perſcriptis numeralibus dictionibus integris, *d. l. non putabam, d. §. ult. l. Publius 36. §. 1. ff. de cond. & dem. l.ſi ita 16. & l. Ariſto 46.ff.de manum. teſt. §. eadem ex lege, quib. ex cauſ.manum.non lic. in Inſt. l. Sejus 46. & l. Lucius 78. §. 1. ff. ad Senat.Trebel. l.Thais, in §. libertatem,& §.ab heredibus,ff.de fideic. libert. l.nomen 37.§.uni, ff.de leg.*3.

Aſſertio receptæ lectionis, & Florent.exempl. apud Marcellum in l.Publius 36. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.

CAP. XXVII.

JOHANNES ROBERTUS.

CONSIMILI quidem judicii levitate idem in *l.Publius 36. §.1.ff. de cond.& demonſtr.* quibus locis & in Florentino exemplari, & aliis emendatis, non quidem notarum compendio, ſed ita plene legitur, *ſedecim*, vult notas reponi illas XIV. Verum eo minime contentus, in aliis quoque contextum illum plane invertit, & quo loco in vulgatis exemplaribus legitur, *Deinde filius* XV. *annum agens defunctus ſit, an repræſentetur fideicommiſſum* XV. *anno impleto, & an heredes Septitiæ, &c.* In Florentino vero exemplari ſic paulo aliter, *Deinde filius quintumdecimum annum agens defunctus ſit, an repræſentetur fideicommiſſum quintodecimo anno impleto, & heredes Septitiæ*, ſic is, Quia (inquit) nemo illic recte explicuerit illa verba: *quintodecimo anno impleto*, vult ſolo ſe autore legi, *Deinde filius* XIV. *anno impleto, & heredes Septitiæ, &c.* dempto intermedio commate. Verum in eo quis non perſpicit plane id minime cohærere, quod poſtquam diſquiſivit an repræſentetur fideicommiſſum, eo loco velut aliam quæſtionem proponi velit, cum nil opus ſit, qua non cohærenter, ſed contorte ſuperior illa decidatur: ac ita quod in eo præcipue

pue ſignificare voluit Marcellus, plane omittatur? Et quod eo ſolo ad illam contextus lancinationem adductum ſe profitetur, quod aſſequi non poſſet quid illa verba ſibi velint, *quintodecimo anno. impleto*, aut non aſſequentis inſcitiæ, aur quo jure quaque injuria innovare cupientis maliriæ tribuendum eſt. Patet enim ex illo contextu dubio, quæſtionis ibi agitatæ ad *imprimis* cauſam præbuiſſe, quod verba hæc, quibus proponitur teſtator uſus, *quod ſi filius meus ſedecim annos non impleverit*, viderentur repræſentare fideicommiſſum, ut paulo poſt nominatim ſubjicit in verſ. *& verba quidem videntur repræſentare, &c.* hoc eſt, ſignificare videntur voluiſſe teſtatorem filio ante decimum ſextum annum decedente præſens reſtitui fideicommiſſum Publio Mævin, & Cajo Cornelio, non expectato fine decimi ſexti anni: quibus verbis demptis, proculdubio temporis illius lapſus, & ex ipſa quoque verborum ſignificatione ſine ulla alia veriſimili menris conjectura eſſet expectandus, juxta *l. penult. C. quando dies leg. ced.* Nec ea tantum. quam ſubjicit tatione, ut quæ ſola per ſe in hoc non ſufficiat, minimeque perpetua, & certa ſit, ut probatur *l. à filia 62. §. alumno, ff. ad ſenat. Trebell.* ſed & alia, quam patet eundem Marcellum conjunctim ex ſuperioribus aſſumere, nempe, quod Septitiæ ita legatum fuiſſet, ut apparetet teſtatricem directo voluiſſe, ut ea inde emolumentum aliquod perciperet, ut patet ex priucipio ejuſdem §. Secus ſi eam à teſtatrice miniſtram tanrum voluntatis ſuæ conſtitutam fuiſſe proponeremus, ſive nullum indè percepture eſſet emolumentum, *ut in d. §. alumno*, ſive emolumentum aliquod eſſet perceptura: ſi modo ex conſequentia tantum id fieret, puta quod dilatio ejus ſolius gratia adjecta fuerit, rui reſtitutio facienda ſit, qua pendente ea fructus lucretur, atg. *l. liberto, §. ult. ff. de annu. leg. l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2.* Nec referre arbitror, an per modum legati id conceptum ſit, vel heredis inſtitutionis, dummodo appareat teſtatorem ſic illi tantummodo conſulere voluiſſe, cui reſtitutin facienda eſt, ut nullum emolumentum penes legatarium remanere voluerit, arg. *d. l. 3. §. cum Pædius, ff. de uſur.* juncta *l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 1.*

ANTONIUS MERCATOR.

HIſdem argumentis fretus etiam in *l. Publius, §. 1. de cond. & dem.* vult legi XIV. pro XVI. vel XV. ac præterea in eo emendat non, ut tu falſo retuliſti, *Deinde filius* XIV. *anno impleto, & heredes, &c.* Sed, *Deinde filius* XIV. *annum agens defunctus ſit, an repræſentetur fideicommiſſum, an* XIV. *anno impleto, & heredes, &c.* altero, an quod in vulgatis erat incongruo loco poſitum, ſuo loco reſtituto: quo genere unam tantum quæſtionem facit, utrum repræſentetur fideicommiſſum ſtatim atque filius vita deceſſit, quaſi anno cœptu habito pro completo, ſi filius agens XIV. vita deceſſerit, an in eum diem ſuſtinere fideicommiſſarius debear. quo filius ſi viveret impleiſſet annum XIV. ne maturius fideicommiſſario præſtetur fideicommiſſum, quam ipſi filio, ſi viveret, à Septicia præſtandum fuerit: an ne prius id heredes Septitiæ præſtare cogantur, quam Septitia ipſa, id eſt ante impletum XIV. annum, & hoc eſt verius. Tu Marrucine, quod ſtatuitut eſſe verius, non fuiſſe opus, in quæſtionem deduci ais. Cares ſenſu communi. Et ab illo aliam quæſtionem proponi. Cares ſenſu communi. Pats enim eſt altera unius quæſtionis, non alia quæſtio. Et quid ſtultius eriam, quam dicere, alia quæſtione priorem decidi, ſed contorte. Quæſtio quæſtionem decidere nullo modo poteſt. Et omitti, quod lex voluit, quid vero omitti? nihil omittitur, aur doce, quid omittatut. Quod autem ita vulgo in ea lege ſcriptum eſt, *An repræſentetur fideicommiſſum* XIV. *anno impleto*, veriſſimum eſt, nullum ſenſum efficere, niſi hunc, an ſcilicet repræſentetur fideicommiſſum finito tempore, intra quod repræſentari potuit, quæ quæſtio ſtultiſſima eſt. Et rurſus, quod eſt veriſſimum, hoc quæri in eo §. repræſentari fideicommiſſum debeat, an reſtitui finito demum XIX. anno. Id vulgata

A ſcriptura non exprimit, niſi quod habuit alterum, An reponas, quo loco ille reponendum eſſe docuit. Quod ſi reſponſo ſupradictæ legis, quo negarur fideicommiſſum peti poſſe ante annum XIV. objiciatur *l. à filia, §. alumno, ad Treb.* dicendum, in ea lege purum fuiſſe legatum certæ pecuniæ, quod alumno relictum eſt ſub onere reſtituendæ ejuſdem pecuniæ, quandocunque ſine liberis vita decederet: & ideo moriente eo ſine liberis, ſi ſtatim petatur fideicommiſſum, non poteſt dici maturius peti, quam id voluerit teſtator ad alumnum pervenire, cui eam pecuniam pure legavit, ita tamen, ut eam Sempronius ſuſciperet, & uſuras ei certas in annum uſque XX. ætatis præſtaret, ut *l. à filio, de ann. leg.* At in ſpecie *l. Publius* condicionale fuit fideicommiſſum, quod filio relictum eſt, cum erat annorum XIV. & ideo moriente B eo ante impletum annum XIV. ſubſtitutis ejus maturius non præſtatur fideicommiſſum, quam id ipſi filio præſtari teſtator voluerit, & breviter, hanc ſolam habet rationem diſcrimen, quod inter eas leges eſſe videtur, quod in *l. à filio* pure relictum eſt legatum ei, cui ſubſtituti dati ſunt, in *l. Publius* ſub condicione, & in diem, non etiam quod in *l. Publius* Septicia, à qua ſub condicione fideicommiſſum relictum eſt, fuerit legataria, in *l. à filio* Sempronius fuerit miniſter præſtandi legati, quia nec potuit hujuſce rei eſſe miniſter legato ab herede pure relicto, ſed fœnerator fuit, apud quem pecuniam legatam teſtator collocari voluit donec ad XX. annum legatarius perveniret.

JOHANNES ROBERTUS.

C ETiam ſeipſum hic vincit impudenti confidentia, qui cum haud ullo alio fere loco gravius lapſus ſit, non tamen ullibi audacius verbis inſultet: Et à recepta, & à Florentini ſimul exemplaris lectione partim recedit *in l. Publius 36. §. 1. ff. de condit. & dem.* partim utramque & intervertit, & conjungit, quaſi cœlum terris, ſi poſſit, miſcere nil dubitet. Non enim nomina duo numeralia, quippe illud ſedecim, & aliud iſtud quindecim, in receptis codicibus per notas, atque in Floren. plene deſcripta, mutat tantum in notas XIV. vel (quod plauſibilius jam antiquariis videatur) XIV. verum & alterum, *an*, (quod extat in receptis, deeſt vero in Florentino) ſic tranſponit, & loco mutat, ut ex uno quæſito in utriſque illis codicibus, duo quærantur, duaſque ejuſdem rei faciat quæſtiones, quæ cum ex eodem capite ducantur, alteram di- D cam nihil fuiſſe opus in quæſtionem deduci, cum ſit non alia quæſtio, ſed alterius pars. Summa hæc eſt illius, quem unus ſibi canit, triumphi, quod & ſedecim, & duobus locis quindecim, in XIIII. vel XIV. transfert, quod circulatoriæ ipſius artis proprium eſſe ſuperiore capite quadantenus attigimus: at illas, quas facit, quæſtionis quæſtiones non attigimus, ut nec illud, quod concoquere imbecillior ejus cerebri ſenſus non valet, quid illa verba ſibi velint, *decimoquinto anno impleto*. In quo primum rogem, ita ſtante reſponſo illo, ut id arbitrio ſuo contexendum cenſuit, an non duo quærantur: Unum, cum Septitia deceſſit, deinde & filius annum agens XIV. an repræſentetur fideicommiſſum? Alterum, cum poſt Septitiam filius XIV. anno impleto defunctus eſt, an heredes Septitiæ fideicommiſſum ſubſtitutis reſtituere debe- E ant? In quo poſteriore, tametſi ex eodem facto procedente, an non altera, ac plane diverſa à ſuperiore quæſtio moveatur, non rantum acutius videntibus, ſed & lippientibus dijudicandum relinquo, cum in unaquaque diverſum & proponatur, & quæratur: In illa, filium XIV. annum agentem deceſſiſſe, & an tunc repræſentetur fideicommiſſum: In iſta vero, non quidem eum agentem XIV. annum, ſed poſt impletum decimumquintum annum deceſſiſſe, atque an tunc & heredes Septitiæ ſubſtitutis fideicommiſſum reſtituere debeant. An vero hanc alterius tantum illius quæſtionis partem eſſe jam etiam dicere non verebitur, utraque ſigillatim diſtincta? Et an quoque poſteriorem iſtam ſupervacuo hic agitari inficiabitur? utpote omni dubio carentem, quaque idcirco nihil opus fuerit.

Quod ſi dubitatione non caruit, & aliquid proferre potest, quo eam moveri non fuiſſe ſupervacuum, & ejus deciſionem aliquam ſubjici oportuiſſe commonſtrare valeret, quid non depromit & explicat? nec verbis tantum petulantibus & ſcurrilibus convitiis, ſed re certat? Verum qui id agere hunc potuiſſe exiſtimabis, cum nullum illius reſponſi verbum ad hanc, vel quæſtionem, vel quæſtionis, ut vult, quæſtionem quantumlibet contorte trahi poſſit? Ut quidem quæſtionem duntaxat unam, ac neque bimembrem, attamen ancipitem illic acutiſſime agitari, ex his quæ ſcripſi, perſpicue patere confido, propterea que non repeto. Sed neque juxta eam interpretor quæſtionem quæſtione decidi, quod ille nobis imponere conatur: nec enim reduplicatio particulæ, *an*, in receptis exemplaribus, non autem Florentino facta, alteram efficit quæſtionem, nec magis quam quod à Florentino exemplari ea abeſt, cum utrumque quaſi unum confuſe quæratur. Sed nec ex illis verbis, an repræſentetur fideicommiſſum decimo quinto anno impleto, illum ſenſum efficio, an repræſentetur fideicommiſſum finito tempore intra quod repræſentari poſſit (ut tam ſalſo, quam inepte ſupponit à me fieri) verum contra, an ante finitum decimumſextum annum, & eo poſt impletum decimumquintum annum cœpto tantum, repræſentetur, ſicque præſens reſtitui non expectato fine debeat fideicommiſſum. Quid vero aliud reliqua reſponſi illius prolixiore parte agitatur, & comprobatur? quidve eo clarius, & certius?

Quod autem exinde diverſa à nobis ratione illud diluere conatus eſt, in quo ſuperiori reſponſo videri poteſt repugnare *l.à filia,§.alumno.ff.ad Senat.Trebell.* in eo quidem labitur, quod ut interpretationem noſtram convellat, negat in *d. §. alumno*, Sempronium potuiſſe eſſe miniſtrum præſtandi legati, quod ab herede pure eſſet relictum, mavultque conjicere, ſomniorum io jore autor maximus & conjector, Sempronium illum fuiſſe Macedonem aliquem fœneratorem, apud quem teſtator pecuniam legatam collocari voluerit, donec legatarius ad 20. annum perveniret. Quæ omnia ut ſalſa, ita & abſurda ridiculaque omnino ſunt. Nam quod ad primum illud, quod in eo obſtare cauſari poteſt, quominus legato pure ipſi alumno relicto, Sempronius miniſter præſtandi legati eſſe potuerit, ut quidem potuiſſe eſſe comprob. *l. Lucius 78.§.1.ff.ad Senat.Trebel.* in cujus ſpecie heredes non ſub conditione, ſed pure erant inſtituti ejus, quod ex hereditate iis obventurum erat, electo miniſtro, à quo ſimiliter id eſſet aſſervandum, comprob.id *l.3.§.nonnunquam.ff.de uſur.& l.filio 31. §.matri, & ibi gloſſ. ff. de adim.leg.* juncta *l.ſi quis Titio 17. ff. de leg.* 2. Deinde vero quid ad rem pertinet, fueritne hic Sempronius fœnerator, an non fuerit? Atque etiam undenam colligit hunc fœneratorem fuiſſe? An ullum in toto illo contextu verbum reperiet, ex quo fœneratorem illum fuiſſe colligere poſſit? niſi ſi eos omnes, cum quibus uſurarum rationem, in eo quod agitur, iniri compenſias, fœneratores eſſe dixeris, quod à juris præſumptione, & ratione alieniſſimum eſt, prob.*l.Titius 26.ff.de uſur.l. Quintus 28.ff.depoſ.l.qui negotia.ff.mand.*

Aſſertio lectionis Florentini exemplaris apud Paulum in l. in illa 8. ff. de verb. oblig.

CAP. XXVIII.

JOHANNES ROBERTUS.

ET hic quoque ſagacior interpres notas Tribonianum non percepiſſe contendit in Pauli reſponſo, *l.in illa 8. ff. de verb.obligat.* quia quo loco in vulgatis exemplaribus legitur, *ante conditionem*, in aliis *à conditione*, in Florentino vero *ad conditionem*, contendat legendum eſſe ante diem conditio: & errorem ex ingenio ſuo ſupponit creatum ex notis iſtis à Triboniano minime perceptis *ad*, quas compendio conſtet aliis locis has duas dictiones exprimere *ante diem*. Quod ſi ita eſt, fuit illi & alius erroris prætextus inveſtigandus in dictione *conditionem*, vel ut in aliis legitur, *conditione*, quorum loco vult ſimul legi *conditio*: neque notarum illarum quæſitus color eo protenditur. Sed verius eſt hunc ipſum Correctorem ad hæc iſto errore prolapſum, quod nec vim illius præpoſitionis *ad*, nec loci hujus ſenſum ſatis perceperit. Hoc enim illo verſiculo voluit, licet quantum ad conditionem, ſive ſecundum conditionem, ſicque velut mero jure committi videatur ſtipulatio, dies tamen ſupereſt, ut quidem hanc præpoſitionem illam *ad*, in hac ſignificatione plerunque ſumi conſtat, qua idem ſola ſignificet, quod quoad, ſive quantum ad, vel ſecundum. Quo pertinet quod à Cic. ſic dictum eſt 3. *Act.in Verr. Vidi ſimul cum populo Rom.forum comitiumque adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu, ad cogitationemque acerbo, & lugubri*: hoc eſt, quantum ad ſpeciem, quantum ad cogitationem. Sicque idem dixit Ad ſenſum meum, pro, quantum ad ſenſum meum, ſeu mavis, ſecundum ſenſum meum, *in Epiſt. ad Caton. lib.15. Epiſt. famil.* Et ad conjecturam alicujus ſenſus, non ad judicium ſuum ſcribere dixit Cæcinna *in Epiſt. ad Cic. lib.6. Epiſt. famil.* Id igitur illo loco Paulum voluiſſe interpretamur in propoſita ſtipulatione. Si Calendis Stichum non dederis, decem dabis: mortuo Sticho ante Calendas, non ideo minus expectandas Calendas eſſe: *quia* (inquit) *tota obligatio ſub conditione, & in diem collata ſit, & licet ad conditionem committi videatur, dies tamen ſuperſit*. Quibus verbis prioribus innititur ratio deciſionis ejus loci, hoc eſt, ejus, quod licet, eo quod ante diem id contigerit, quo jam tunc conditio ſtipulationi adjecta defecerit, non ideo minus tamen expectandus ſit dies, quia in illa ſpecie ſtipulatio pariter in diem, ut & in conditionem eſſet collata. Comprobatur totidem fere verbis, *l. ſi eum 10. §.1. verſ. tota enim ſtipulatio in diem, ff. ſi quis caut.* Eodem pertinet *l.veluti 27. §.ult. & l.ſtipulationes 72. §. ſi quis ita, & l.quidquid 99. §.ult. & l.inſulam 124. ff. de verb. oblig.* Totam autem obligationem in diem pariter, ut & conditionem tunc collatam interpretamur, cum ipſa conditio ad id relata eſt, quod à promiſſoris facto, & poteſtate pendet. Tunc enim non ſimpliciter propter conditionis eventum dies adjectus intelligitur, ſed propter ejus facti præſtationem, quæ in eo velut ſolutionis alicujus vim referat. Quo fiat, ut quemadmodum in aliis, in quibus de ſolutione ſimpliciter agitur, tempus promiſſoris gratia adjectum interpretamur, ideoque ejus lapſus ſit expectandus, ita & hoc caſu, juxta *l.eum, qui Calendis 41. §.quoties, cum l.ſeq. ff.de verb. obl.& l.eum tempus 17. ff. de reg. jur.* Secus autem, cum in promiſſoris poteſtatem, & factum collatum non eſt conditionis implementum: tunc enim dies ſolius conditionis cauſa adjectus cenſetur: unde ſolius conditionis eventus, aut defectus attenditur, ut inde etiam ante diem agi poſſit, ſive propterea in ejus poteſtate id non ſit, quia nullo modo id præſtari queat, juxta *l. hoc jure 8. in fin. ff.de verb. obligat.* ſive quia non ab ipſius, ſed alterius poteſtate, & facto, aut etiam incerto aliquo eventu id pendeat. Tunc enim tantum abeſt, ut tota obligatio in diem collata dici poſſit, ut diem ſolius conditionis eventus expectandi cauſa adjectum fuiſſe illinc appareat, qua ratione deficiente conditione etiam ante diei lapſum agi poſſit. Sic intell. & rectius componenda *d.l.hoc jure*, argum. ejus contextus, *in verb. non ante quidquam, & l. ſi quis heres 71. ff.de acq. hered.& d.l.in illa in fin.* Nec repugnat text. d. *l. hoc jure*, *in verb. neque veniſſe*: quorum argumento Johan. Corraſius novo ſenſu (quo non magis verum ait Pythei Apollinis oraculum) intelligit, & hic quoque expectandum eſſe diei lapſum: quaſi id ſignificent verba illa deſiderare legem in hoc ut agi poſſit, non ſolum Titium venire non poſſe, ſed eo amplius quid, nempe quod tunc non venerit, & ita diem expectari voluerit. Alio enim ſpectant ea Pomponii verba cum ſuperioribus conjuncta. Exigit enim conjunctim non tantum, ut jam amplius venire non poſſit, verum præterea, ut antequam deſineret poſſe venire, verum ſit eum non veniſſe. Comprob.

prob. hæc ſententia arg. *d.l. in illa,in fin.* & d.*l.ſi quis heres*, *cum l.4. ff. de condit.* & *demonſt.* cum ibi in conſimili A
prorſus ſpecie dicatur adjectionem particulæ *tum* efficere, ut diem expectari oporteat, quo aperte indicat ea detracta non fuiſſe expectandum diei illius lapſum.

ANTONIUS MERCATOR.

IN *l.* 8. *de verb. obl.* hæc verba, *Ad condicionem*, inveniſti apud Calepinum ſic poſſe accipi, *quantum ad condicionem*, vel ut tibi loqui in amoribus eſt, *quo ad condicionem*, quo genere ſi quot vices loqueris, tot fuſtium ictus pro eo, ac mereris exciperes, tua pelle nulla eſſet fœdior: nec loci tamen, quos ille tibi ſuppeditavit, eam interpretationem admittunt: nam ad conjecturam alieni ſenſus non ad ſuum judicium ſcribere, eſt ſcribere, B
ut alium velle, & ſentire conjicimus, non ut noſtrum judicium fert, & ad meum ſenſum, ut ego ſentio, ad ſincerum, & ſubtile judicium tuum, ut tu ſyncere ſubtiliterque judicas, ad ſpeciem, ut præ ſe fert rei ſpecies prima, ad ſenſum cogitationemque, ut homines ſentiunt, & cogitant, & ſimiliter in Paradoxis, Ad vulgi opinionem, ad tuam, ad meam, id eſt, ut vulgus opinatur, ut ego, ut tu, ut vulgi opinio fert, ut tua, ut mea, & alio loco, ad privatum dolorem, ad Reipublicæ rationem, ut ferebat privatus dolor, ut Reip. ratio, & in Lucullo, ad id, quod agitur nihil intereſt, id eſt, nihil pertinet ad rem. Et Paulus quoque auctor *d. l.* 8. non ſolet *ad* uſurpare pro *Quod ad*. Sic igitur ſcripſit ἐὰν ἐγμένων, *Et licet autem condicionem committi videatur*. Nihil vero referre unquam Dominus arbitratus eſt, legeretur condicio, an C
condicionem. Rationem autem, qua tu oſtendis *d. l.* 8. non obſtare *l.* 10. non potes negare te ſubornaſſe ex ea, quam reddidit ille, atque adeo ne eadem videretur, maluiſti eam tuis infuſcare verbis, quam iiſdem, quibus ille facere perſpicuam: nempe ſtipulationem ita conceptam, ſi Kalendis Stichum non dederis, x. dari, eſſe ſub condicione, & in diem, quia Stichus in præſtatione, ſive ſolutione eſt dilata in diem promiſſoris gratia. Conceptam autem hoc modo, ut in *l.* 10. ſi Titius ante Kal. Majas in Italiam non venerit, x. dari, eſſe ſub condicione, non in diem, quia non id agitur, ut Titius veniat in Italiam, utve id promiſſor præſtet: denique Titii adventio in Italiam in præſtatione non eſt, dies appoſitus non eſt obligationi, vel ſolutioni, ſed condicioni, quo fit, ut illa non committatur ante diem, licet commiſſa condicio fuerit morte Stichi, hæc committatur ſtatim atque condicio D
commiſſa fuerit morte Titii, nec ſit neceſſe expectare Kal. Majas.

JOHANNES ROBERTUS.

HIc reprehendit, quod in explicandis his verbis *l. in illa* 8. *de verb. obl. ad conditionem* (quæ temeraria manu præter omnium exemplarium fidem violare auſus eſt) uſus ſim dictione, *quod ad*, ſive (ut editio libri noſtri fert) *quoad*. In quo illud primum expendi velim, me ea ſola dictione nuſquam toto illo capite fuiſſe uſum, ſed ita factum, ut cum verba illa, *ad conditionem*, ſignificantius explicare cupiens, dixiſſem *ad* præpoſitionem, idem ibi ſolam ſignificare, quod *quantum ad*, ſive *ſecundum*, E
addidi ſimul, *vel quoad*, ut dici vulgo ſolet. At minus Latine (inquit) verum ego alia adjunxeram, quæ Latina eſſe inficiari non poteſt. Sed nec iſtud *quoad* à Latini ſermonis ratione alienum eſt, cum ſumatur in multis pro dictione *quantum*. Quod teſtimoniis comprobare facile eſt. Illi vero, *adventionis* vocabulum, quo hic utitur, & paulo ante, *ſpectionis*, & alias inſolentes iſtiuſmodi voces impoſſibile, quantumcunque eorum adjumento utatur, quos (ſui ſibi conſcius, ac alios ſuo pede metiens) non poteſt non in ore habere. An enim, dum hic plura autorum teſtimonia in nos congeſſit, quibus urgere ſe putaret, aliorſum eorum nomina magna ex parte ſubticuiſſe inficiabitur, quam ne idem, quod in aliis culparet, ab ipſo fieri

Tom. VI. Poſt.

quiſquam perſentiſcere, & inde comprobare poſſet? quæ tamen ejus teſtimonia non alio ſpectent, quam ut illi noſtræ interpretationi ſuffragentur, cum his explicet ad vulgi opinionem, idem ſignificare quod, ut vulgus opinatur, ad privatum dolorem, ut ferebat privatus dolor, ad Reip. rationem, ut Reipublicæ ferebat ratio. Nos vero ita interpretabamur, quaſi ſignificarent, quantum, vel quod ad vulgi opinionem, vel ſecundum vulgi opinionem, vel ſecundum quod vulgus opinatur. ſecundum privatum dolorem, ſecundum Reip. rationem, vel ſecundum id, quod Reip. ratio fert, ſive quantum ad, aut quod ad Reip. rationem. Eodem pertinere non ab re dici poſſunt uſitata hæc in jure verba, pacta prodeſſe ad exceptionem, ad actionem, hoc eſt, quod ad exceptionem, ſive quantum ad exceptionem: quo ſenſu & idem Paulus author præd. *l. in illa*, *uſus eſt in l. lecta* 40. *verſ. pactum*, *ff. de reb. cred. Vlp. in l. juriſgen.* 7. *§. adeo*, *ff. de pact.* Quo etiam ſenſu illud dixiſſe videtur Cicer. 2. *in Catilin.* Mihi jam ad vitæ fructum nihil poteſt acquiri. Quodque idem in Orat. pro Fontejo. Impigrum ad labores belli, fortem ad pericula, peritum ad uſum, & diſciplinam, prudentem ad conſilia, fœlicem ad caſum fortunamque Fontejum dixit, ſic paucis verbis plurimas ejus virtutes complexus. Quin etſi hæc illius loci interpretandi ratio deficiet, quid obſtaret quominus illic Paulus intelligi poſſet dixiſſe, committi ſtipulationem ad conditionem, quo aliis locis, & is, & alii juris authores dixerunt, promitti aliquid ad diem, & ad diem ſolvi? *Paul. in d.l.lecta*, *in fin. Vlpian. in l.ad diem* 77. *ff. de verb. obl. Afric. in l. Trajectitiæ* 22. *ff. de oblig. & action.*

Illo vero quid mendacius, & impudentius eſt, quod, quam nulla ex parte improbari poſſe agnoſcit, rationem, qua compono *d.l.in illa* 8. *cum l.hoc jure* 10. *ejuſdem illius tit.* primum ait me ex illius ſcriptis ſubornaſſe, cum ante annos triginta ex me, illum tractatum publice interpretante, multi audierint, & exceperint, ſicque multo ante tempus illud, quo is publice de jure reſpondere adactus, cum vim argumentorum ab uno ex auditoribus noſtris objectorum refellere nulla ratione valeret, turpiter è ſuggeſtu ante ſignum receptui datum ſeſe proripere, & terga dare coactus fuerit, hoc eſt, multo antea quam tractatum illum publice interpretatus ſit? Deinde vero quod ait me rationem illam verbis infuſcare, propterea ab eo dictum quiſque comperiet, quod quæ ille ex more conjectationibus, & nugis fulcire contendit, nulla juris ratione, vel authoritate in eam rem adducta, ego legum rationibus, & argumentis comprobem, ac quidem majore cum perſpicuitate. Nolim verbis credi; conferat diligens lector utriuſque hac in re ſcripta, & vere hunc non alium à Momo illo ſe præſtitiſſe deprehendet, quem Nocte matre, & Somno patre progenitum fabulantur.

In quibus ſimilia diſſimiliave hæc ſint, *Calendis*, *Ante Calendas*, *Intra Calendas*, *& poſt Calendas promitti*.

CAP. XXIX.

JOHANNES ROBERTUS.

ISTORUM quatuor eadem in jure noſtro vis, & idem effectus conſtitui videtur: Stipulari aliquid dari Calendis, vel ante Calendas, vel intra Calendas, vel poſt Calendas, *l.ſi ita ſtipulatus* 12. juxt. *vulg. exempl.* & *l.ſeq. cum l.eum*, *qui ita* 56. *§. qui ita*, *in fin.* & *l.ſtipulationes* 72. *§. ſi quis ita*, & *l. qui Romæ* 123. *in princ. ff. de verb.obl.* In quo intelligendum non quidem eandem quatuor iſtorum eſſe ſignificationem, ſed in nonnullis ſimilem: quod arguunt dictiones iſtæ *ſimilis*, & *perinde*, quibus uſi ſunt Pomp. & Ulp. *in d. l. ſi ita*, & *l.ſeq.* Quo & illud quoque referendum, quod à Julian. dictum eſt, nihil differre, an quis ante Calendas, an vero Calendis ſtipuletur, *in d. §. qui ita.* Nam alioqui diverſam iſtorum omnium ſignificationem eſſe conſtat, prob. *d. l. qui Romæ*, *§.*

Cal machus, l. ſi calvitur 233. *verſ. poſt Calendas, ff. de verb. & rer. ſig.* A Atque eo imprimis, quod duæ illæ, Intra, & Ante Calendas, ut etiam iſtæ, Intra annum, & Ante annum, aut menſem, quodlibet tempus Calendas præcedens, ſicque citra Calendas, & ipſum ſimul Calendarum diem ſignificent, ut & extremum anni menſiſve diem, ac ſimul præcedentes: Idque jure hoc noſtro adverſus Sulpitii Apollinaris ſententiam ab A. Gellio relatam c. 13. *lib.* 12. *Noct. Attic.* receptum fuiſſe prob. *l.* 1. *§. ſi intra, ff. de ſucceſſ. edict. l. ſi quis ſic dixerit* 133. *ff. de verb. ſign. l. ſi ita fuerit* 4. *ff.* de *man. teſt. l. qui filium* 74. *§. ult. verſic. quod ſi ante cum, verſ. & verbis teſtamenti, ff. ad ſenat. Trebell. l. in illa* 8. *ff. de verb. oblig.* Cum autem dicimus Calendis, ſolum tempus Calendarum dici ſignificamus, *§. omnit,* de *verb. obli. in Inſtit.* Cum autem poſt Calendas, vel poſt annum menſemve dicimus, tempus diem B Calendarum, aut extremum anni menſiſve diem ſubſequens intelligimus, *d. §. Callimachus, & d. verſic. poſt Calendas.*

Ut igitur conſtituamus, in quibus ſimilis, aut diſſimilis ſit iſtorum ſignificatio, & effectus quoad diſpoſitiones, quibus aliquod iſtorum adjectum fuerit, diſcernendum videtur, an de eo quæramus, quando promiſſum aliterve debitum ſolvi, an vero quando peti poſſit. Nam priore caſu, quo quærimus, an debitori ſolvere liceat, id inter illa ſuperiora intereſt, quod ſi promiſſum ſit ante Calendas, vel intra Calendas, licet indiſtincte debitori ex vi, & proprietate verborum, quandocunque voluerit, ante Calendas ſolvere. Qua ratione in aliis diſpoſitionibus, in quibus rei favor eam interpretationem exigit, non expectatur extremum illud tempus, *d. l. ſi ita fuerit,* C *in fin. d. l. qui filium, §. ult. verſ. quod ſi ante, & verſ. & verbis teſtamenti.* Cum autem promiſſum eſt dari Calendis, diſtingui oportet, ut ſiquidem dies debitoris gratia ſit adjectus, licet vi, & proprietate ſermonis hoc minime actum videatur, ut ante Calendas ſolvi poſſit, benigna tamen interpretatione, quaſi debitori juri ſuo in eo renunciare concedatur, id ei liceat, *l. ſtipulatio iſta* 38. *§. inter certam, ff. de verb. obl. & l. quod in diem* 70. *ff. de ſolut. l. quod quit, ff. de obl. & act.* Secus ſi creditoris gratia tempus adjectum appareret, *d. l. qui Romæ; in princ. l. ſi ita relictum* 44. *§. Pegaſus, ff. de leg.* 2. *l. eum, qui* 15. *ff. de ann. leg.*

Poſteriore vero caſu, quemadmodum promiſſio Calendis facta non de cœptis intelligitur, ſed finitis, ut etiam in promiſſione hoc anno, aut nundinis facta idem D obtinet, ne ante illius temporis exitum in mora debitor dici, nec per conſequens ante peti recte poſſit, quam totum illius diei, vel temporis deſignati ſpatium præterierit, *l. qui hoc anno* 42. *l. eum, qui certarum* 138. *in prin. ff. de verb. obl.* Ita & promiſſio ante Calend. vel intra Calend. facta, ad eas finitas refertur, non autem cœptas, d. *§. ſi quis ita.* Quo fit, ut illa nihil inter ſe differre dicantur à Julian. *in d. §. qui ita, in fin.* idque propterea quod, & diei adjectio pro reo ſit, *l. eum, qui ita* 41. *§. ult.* junct. *l. ſeq. ff. de verb. obl.* & interpretatio in dubiis adverſus ſtipulatorem fiat, *l. ſtipulatio iſta* 38. *§. in ſtipulationibus, ff. de verb. oblig.* Unde perinde eſſe videatur tribus illis modis promiſiſſe, ac ſi poſt Calendas, vel poſt annum, vel poſt nundinas promiſiſſet, *d. §. ſi quit ita, & d. l. qui Romæ, in princ. & l. ſi ita relictum* 44. *§. Pegaſus, ff. de leg.* 2. *l. eum. qui* 15. *ff. de ann. leg.* E licet alioqui dictio, *Poſt*, proprie inſequens tantum tempus ſignificet, *l. ſi ita ſtipulatus* 109. *ff. de verb. obl. d. §. Callimachus, & d. verſ. poſt Calend.* Quæ interpretatio, & in eo ſumitur, quod hoc anno, aut hoc menſe, aut anno primo, vel tertio promiſſum fuerit, d. *l. cum, qui certarum, in princ.* Sicque fit, ut in hoc eadem propemodum ſignificatio ſit promiſſionis factæ ante Calendas, ſive Calendis, & iſtius poſt Calendas: quia cum illa totum diem Calendarum complectatur, qui non aliter præterire poteſt, quam ſi diem Calendas inſequentem ſimul attingamus, cum temporis perpetuus, & inſtans ſit motus, nulla alia re, quam hominis nuda cogitatione ſupputationeque diſtinctus, autore Ariſt. & Themiſtio *lib.* 4. *Phyſ.* A Ita fit, ut dies illius promiſſionis ante Calendas, non niſi poſt Calcodas cedat: neque tamen, ut die Calendas inſequente cedere dici poſſit, verum illo intermedio tempore confinii utriuſque diei: ſicque fit, ut idem momentum illud quoque tempus ſignet, quod poſt Calendas dicimus.

Quid interſit inter hæc duo: Poſt diem tertium Calendarum, & Die tertio poſt Calendas.

CAP. XXX.

JOHANNES ROBERTUS.

QUÆ ſuperiore capite proxime dicta ſunt, in eo ſimiliter obtinere intelligimus, quod dicitur ante diem decimum Calendarum, & poſt diem decimum Calendarum: ut cum & illo priore ex dictionis proprietate magis videatur ſignificari dies anterior, hoc eſt, dies undecimus Calendarum, & iſto poſteriore eo reſpectu, quo ita retro computamus Calendarum dies, videatur quoque & ille anterior dies undecimus ſignificari, utpote numeratione poſterior, neutro tamen ſermone undecimus dies ſignificetur, verum decimus tantum exactus, & finitus. Sic intell. *l. Laniculus amittitur* 132. *§.* 1. *ff. de verb. ſign. verſ. Neque utroque enim ſermone undecima,* ſic enim rectius in Flor. exemp. extat (niſi quod aptius in nonnullis legitur, *neutro enim ſermone, &c.* ut ſupra) quam ut in aliis, *neutro enim ſermone dicimus*: in aliis vero *utroque ſermone undecima*, ut Laur. Valla *lib.* 4. *Eleg.* c. 80. ac conſimiliter Budæus, & Alciatus legunt. Cujus Alciati ſententiam in eo minime probo, quod juxta prætetiti futurique temporis diſtinctionem, his verbis, & nonum, & undecimum diem Calendarum ſignificari interpretatur, cum in prædicto verſ. ſic generaliler, & indiſtincte loquatur Paulus, ut futuri temporis à præterito diſtinctio illi nulla ratione accommodari poſſit. At multo abſurdior eſt Obſervatoris ſententia, qua his verbis, *Poſt diem decimum Calendarum Januarii*, non aliam diem ſignificari ait, quam 4. Idus Januarii, hoc eſt, decimum diem Januarii, quod nullo modo probatur, aut *d. l. ſi calvitur*, aut aliis locis ab eo citatis. Verum in eo hallucinatur, quod duo hæc, quæ ut diverſa diſtingui oportet, poſt diem decimum Calendarum, de quo tantum agitur, & diem decimum poſt Calendas, ſomniculoſe confundit, & pro iiſdem ſumit: cum iſto poſteriore haud dubie ſignificetur dies decimus ab ipſis Calendis numerandus, de quo agitur in d. verſ. *Poſt Calendas*. Ibi enim recte dies tertius poſt Calendas Januarii, quo pro ſalute principis vota ſuſcipi ibi dicuntur, non alius eſt, quam ante diem tertium. Non. ſive tertio Nonas, ut recte Anton. Auguſt. explicat *c.* 6. *lib.* 4. *Emendat.* quem & ille laudat autorem: non tamen ut ex ejus Auguſtini ſcriptis certo deprehendere potuerim, an hic cum illo idem cenſeret, quoad ſignificationem horum verborum, Poſt decimum diem Calendarum Januarii, ſignificentve (ut ille voluit) IV. Id. Januarii, niſi quod in eo hallucinari viſus eſt Auguſtin. & ad illius ſententiam in hoc accedere, quod cum Achillis Bochii in eo lapſum notet, quod is Plutarchi in Ciceronis vita locum, quo Ciceronem nullo dolore, aut labore partus natum ait, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, tertio Calendas Januarias vertiſſet, quo die (ut ſubjicit) magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute principis: cum vertere eum debuiſſe ſcribat idem Auguſt. Tertio die poſt Calendas Januarias, aut, Poſt tertium diem Calendarum Januarii. Illud prius recte, at non itidem hoc poſterius. Nam, ut dixi, intereſt plurimum inter hæc: Tertio die poſt Calendas, &, Poſt diem tertium Calendarum: cum Calendarum quique dies ſint retro connumerandi. Itaque nulla ratione dici poteſt alius eſſe dies tertius Calendarum Januarii, quam dies trigeſimus,

ſive

ſive penultimus antecedentis menſis Decembris, ac per conſequens non antecedere dici poteſt tempus, poſt diem tertium Calendarum, ex his, quæ ſupra dicta ſunt. At tertius dies poſt Calendas non alius dici poteſt, quam qui in tempus Calendas inſequens tertius numeratur: ut conſtat omnino ita intelligendam *d. l. ſi calvitur, verſ. poſt Calendas*, ut & locum illum Plutarchi, quemadmodum eum optime vernaculo noſtro ſermone vir doctiſſimus Jacob. Amyotus, Altiſſiodorentium Epiſcopus, eleemoſinæ regiæ primarius moderator, ita reddidit. *Le troiſieſme jour de Janvier.* Idem quoque Latine ſubſecutus eſt noviſſime Hermannus Cruſerius iſtis verbis, Tertio Nonas Januarias. Convenit & A. Gell. c. 28. *lib.* 15. M. Ciceronem natum, ait, ante diem tertium Nonas Januarias, Q. Cepione, & Q. Serenio Conſulibus. Hunc vero ex his, quæ diximus, conſtat non alium eſſe ab illo, qui eſt dies tertio Nonas Januarias: quod & ex Cicer. *Epiſt. ad Attic. lib.* 7. recte comprobat idem Auguſtinus.

ANTONIUS MERCATOR.

MArrucine, Ante Kal. Jan. die x. Ante diem x. Kalendarum Jan. non negas utroque ſermone ſignificari x. Kal. Jan. Ante Kal. Jan. die III. & Ante diem III. Kalendarum Jan. utroque ſignificari III. Kal. Jan. Et tamen negas, Poſt diem x. vel III. Kal. Jan. & poſt Kalendas Jan. die x. vel III. utroque ſermone ſignificari IV. Id. vel III. Non. Jan. ſed poſteriori tantum, priori autem x. vel III. Kal. Jan. Ergo vis nihil referre dicamus ante diem x. an poſt diem x. Kal. Jan. nihil referre ante III. an poſt III. Kal. Jan. nihil referre dicamus ante, an poſt, quod eſſe abſurdiſſimum quis non videt? nam & ſi utroque ſermone dies x. vel III. ſignificetur non XI. vel IV. *l.* 132. *de ver. ſig.* non idem dies tamen ſignificatur, ſed uno x. vel III. ante Kal. altero x. vel III. poſt Kal. Nec potes effugere quin, ut dies XXX. Decembris ſignificatur, ſive dixeris Ante Kal. Jan. die III. ſive ante diem III. Kal. Januariarum: Ita & quemadmodum hoc ſermone, Poſt Kal. Jan. die III. dies III. Januarii ſignificatur, idem ſignificetur & illo, poſt diem III. Kal. Jan. ſicut Græcis *μετὰ τρίτην ἡμέραν τῶν καλανδῶν* .i. tertio die poſt Kal. & inſcite igitur reprehendis Dominum, qui hoc dixit, ſimul atque Ant. Auguſt. virum nunquam laudatum ſatis, qui diem III. Non. Jan. ſive Ante diem III. Non. Jan. ſic etiam recte exprimi cenſuit, Poſt diem III. Kal. Januar. Vale Marracine. Quoad potui adminiculavi inſcitiam tuam, quam prudenter feceris, ſi confiteare. Confeſſio enim inſcitiæ ſumma prudentia eſt. Quod ſi non feceris, non deerit peregrinus quidam, qui ſuo exotico ſermone graviorem tibi inferat dicam.

JOHANNES ROBERTUS.

ET huic quoque noſtro capiti præſtitiſſet illum ſilentio ſubſcribere, quam vano admiſſi erroris obtegendi conatu; non ejus memoriam tantum refricare, ſed & apertius eum detegere. Quid enim argumentis, & teſtimoniis; quibus à nobis convictus eſt, præter verborum involucra opponit? dum à nobis explicata aliter atque aliter referens, fruſtra tandem jactat, non poſſe me effugere, quin ut dies trigeſimus Decembris his verbis ſignificatur, Ante Calend. Januar. die III. & Ante diem III. Calend. Januar. eodem modo, & hoc ſermone, poſt Calend. Jan. die III. intelligimus diem III. Januarii, quod ego admitto, ita & idem ſignificetur hoc ſermone, poſt diem III. Calend. Januarii; quod ego minime admittam, utpote quod falſiſſimum manifeſtiſſime ſit, ut apertiſſime docui; nec urget illa (qua ſola nititur) ſimilitudo illius ſermonis, Ante Calend. Januar. die III. & Ante diem III. Calend. Januarii, & quod ait utroque pariter non alium diem ſignificari, quam trigeſimum Decembr. Nam iſto quidem utrovis modo id verum eſt, non alium diem ſignificari, quam qui cum præcedat Calendas illas, ſit tertius dies Calendarum illarum, ac per conſequens trigeſimus Decembris. At alio modo illo, poſt diem tertium Calend. Januar. & poſt Calend. Januar. die III. non tantum poteſt ſignificari tempus Calendas illas & præcedens, & ſubſequens, ſed & vi dictionum iſtarum propria apertiſſime ſignificatur. Nam cum, qui dicit poſt diem III. Calendarum, non de alio die loqui intelligere poſſumus, quam qui ſit tertius Calendarum, quæ cum retro numerentur, hunc oportet Calendas præcedere, ſicque eſſe trigeſimum Decembris: Ut ſimiliter & qui dicit poſt Calendas tertio die, non de Calendarum ullo die loqui dici poteſt, nec per conſequens ullo tempore, quod præcedat, ſe de eo, quod Calendas inſequatur, ſitque à Calendis tertius. Quo & hoc teſtimoniis quoque locupletiſſimis antea à me comprobato quid apertius? Hinc fieri credas, ut juſtis omnibus adminiculis hic ſe deſtitutum agnoſcens nugivendus, ad maledicta, & probra confugiat, quibus, ſi minus ſua fulcire valeat, quaqua tamen poteſt, injurius eſſe pergat. Sed cum ego injurioſæ vitæ hominum vituperationes apud bonos, & graves in laudem verti non dubitem, tantum abeſt, ut his offendar, ut etiam recreer, & ſuſtenter.

Finis Controverſiarum Johannis Roberti, & Antonij Mercatoris.

JACOBI

Digitized by Google



JACOBI CUJACIJ J.C.
IN DIGESTA, SEU PANDECTAS
DOM. JUSTINIANI IMPERATORIS.
NOTÆ.

CLARISSIMO JURISCONSULTO
Jacobo Schegkio Tubingenſi S. P.

ANNUS jam eſt, Vir Clariſſime, *ab eo tempore, quo Commentarium* Jacobi *Cujacij in Cod. Juſtin. à me publicatum, clariſſimo noſtri ſæculi* J. C. *Hermanno Vultejo conſecravi, & dicavi. Ea dedicatione non ſolum tanti viri amicitiam mihi conciliavi, verum etiam quo inſigniter Rempub. literariam juvarem, ab eo extorſi. Miſit enim ad me has in univerſum corpus Juris civilis, exceptis Inſtitutionibus, Notas ſolemnes. Eas cum ſummopere non ſolum mihi commendaſſet, verum quoque hoc adjeciſſet, ſe certo ſcire, has, quas mittat, Notas eſſe Cujacij: nolui pro meo erga cupidam legum juventutem ſingulari ſtudio præterire, quin cæteris Operibus conjungerem. Licet enim non ſint ea diligentia expolitæ, qua cætera, non ſunt tamen propterea abjiciendæ. Multa enim continent, quæ me moverunt, ut eas è cinere pulvereque eruerem. Sub tuo autem,* Vir Clariſſime, *nomine eas volui publicari, tum quod primus, & unus horum Poſtumorum Operum imprimendorum P. Fiſchero auctor exſtiteris, tum quod anteceſſoris mei librariam negotiationem unice juveris, & promoveris. Pro quo tuo beneficio, ne videar ingratus, jamdudum de captanda animi grati oſtendendi occaſione cogitavi. Tuum nunc eſt eam arripere, & me tibi commendatum eſſe ſinere. Vale, mi Schegki in Chriſto, quam proſperrime. Datum Francofurti Cal. Septemb. Anno M. D. XCVII.*

Excellent. T. Stud. Z. Palthenius Typogr.

AD LIBRUM PRIMUM.
De Juſtitia, & Jure. TIT. I.

L. Ex 5. Agris termini) Vide ſcripta ad *l.1. C. de accuſat. & inſcript.*

Commercia) Commercium eſt permutatio, *l.ex hoc jure, hoc tit.* in gloſ.ex qua originem traxit emptio, & venditio. Vide notas ad tit. 19. *Fragment. Ulpiani.*

Quæ à jure civili) Græci exemplum ponunt in actione ex ſtipulatione Aquiliana: debuit poni in omni ſtipulatione, itemque in Emphyteuſi, vide ſcripta ad *l.1. C. de jure emphyteutico.*

De Origine Juris. TIT. II.

L. 2. §. & quia jus dicere) Juriſdictio pro exſecutione nimirum, hic, & in *l.1. inf. de offic.ejus. cui mand. eſt juriſd.* vide ſcripta ad *l.1. de juriſdict. in fin.*

De Legibus, & Senatuſconſultis. TIT. III.

L. 1. ignorantia) Juris ſcilicet: Nazianzenus in orat. funeb. ad Anaſtaſium: Romanorum nulli κατ' ἀμαθίαν licet leges ignorare, & puniuntur, qui peccant per ignorantiam juris. Ariſt. lib.3. Ethic. cap.5. Sueton. in Calig. A vide ſcripta ad *l.2. inf. de juris, & facti ignor.* ut ſi quis in teſtamento ſibi adſcribat per ignorantiam, non ideo minus teneatur.

De Statu Hominum. TIT. V.

L. 2. ordinem perpetui edicti) vide ſcripta ad *l.pen. C.de cond. indeb.*

L. 5. eum,qui naſcitur. liberum naſci) contra regulam traditam tit.5. in *Fragment. Ulp.*

L. 12. ſeptimo menſe) Paulus *lib.4. Sent. tit. 9.* tribuit numero Pythagoreo, & Cenſorinus de die natali. Ambroſ. epiſt.39. Philo in lib.de opificio Dei,& in allegoriis
B ſacrarum legum: vide cap.19. tract.de præſcriptionibus.

L. 15. Areſcuſa) de hac lege vide cap. 1. tractatus de præſcript.

L. 19. patrem liberi ſequuntur) Ulpianus in *Frag. tit.5.*

L. 23. Qui patrem dem.) Græcus ſcholiaſtes ait: νόθος ἐστὶν ὁ τὸν πατέρα ἀγνοῶν: Sed de tota liberorum diſtinctione vide ſcripta ad *l.cum tabulis, §.1. inf. de iis, quæ ut indign.*

L.24. niſi lex ſpecialis) ut lex Menſia, de qua idem Ulp. in *Fragm. tit. 5.*

L.26.

L. 26. pene) quia poſtumus non ſemper eſt pro nato : vid. notata, & ſcripta ad *l.5. quidam relegatus*, *§.ult. inſ. de reb. dub.* A

De Adoptionibus. TIT. VII.

L. 1. §. ult. adoptantur) vide ſcripta ad *l. 10. Cod. de probat.*

L. 6. conſenſus fil. exig. ne filio invito ſuus heres agnaſcatur.

L. 15. §. ult. ſexaginta annis) vide cap.33. de præſcrip.

L. 17. ſi minor) imo nec quidem ſi minor ſit 29. annorum propter quadriennium à Juſtin. præſtitutum, vide cap.29. de præſcript.

L. 20. Etiam in pupilla) vide ſcripta ad *l.1. inſ. de verborum ſignificatione*.

L. 21. Et fœminæ adrogari poſſ.) Olim arrogari non poterant, quia cum fœminis nulla erat comitiorum communio, vide notas ad Ulp. in *Fragm. tit.7.* B

L. 23. Non jus ſanguinis) vide ſcripta ad *l. 10. Cod. de probat.*

De Senatoribus. TIT. IX.

L. 2. Turpitudinem) id eſt ſordes, *αἰσχροκέρδειαν* : ut ſi pecuniam acceperit ob ſententiam in ſenatu dicendam. Sic *l.9. inſ. de recept.* ſordes aut turpido, vide ſcripta ad *l.emptor*, *inſ. de judic.*

L. ult. §. ult. Senatores) hæc definitio Senatorum Triboniani eſt ſumpta ex *Novel. 62.* Juſtiniani, convenitque illi ævo, non Ulpiani.

De Officio conſulis. TIT. X.

L. 1. Apud ſe manumittere) vide ſcripta ad *l.66. inſ. de verb. oblig.*

De Officio præfecti urbi; TIT. XII. C

L. 1. §. relegandi, quam Imp. aſſign.) Præfectus urbi inſulam non aſſignat, quoniam nullam habet : nam ejus imperium erat intra centeſimum miliare.

§. Quod autem mancipia tueatur) vide ſcripta ad *tit.C.ſi mancip. ita ven. ne proſtit.*

De Officio quæſtoris: TIT. XIII.

L. 1. in fine, epiſtolas ejus) id eſt, orationes.

De Officio præfecti vigilum. TIT. XV.

L. 3. Binas regiones urbis) fuerunt enim 14. regiones urbis Romæ, vide Ulp. *in Fragm. tit.3.*

§. Effractura. Cuſtodes plerumque puniuntur) à præfecto vigilum, aut à præfecto urbi, Et ita dicitur Antoninus reſcripſiſſe Erutio Claro, qui fuit præfectus urbi, Gellius lib.13. 16. vide ſcripta ad princ. *tit. C. de loc.*

L. ult. ad Fab. Cilonem) vide ſcripta ad princ. *tit. C. de locato.* D

De Officio Proconſulis, & legati: TIT. XVI.

L.2.ſtatim, quam urbem egreſſi)vide hac de re Plinii Epiſtolam ad Fab. lib.2. & ſcripta ad fin. *l.1. inſ. de juriſd.*

L.4. §. proficiſci, ſenatum, Cotta) Hujus ſenatuſconſulti meminit Tacitus lib. 4. Cæterum ex hoc ſolo concuſſionis caſu tenetur maritus pro uxore, non in aliis caſibus, *l.3. C. ne uxor pro mar.* quæ huic non obſtat: vide ſcripta ad illum titulum.

L.9. §. de plano) Conjunge *l.levia*, *inſ. de accuſat.*

L. 11. ſi quid) Ad hanc legem recte Græci notant poſſe defendi, legatum juriſdictionem habere propriam, non tamen antequam ei mandetur. *l. legatus*, *inſ. eod. l. 2. inſ. quis & à quo app.* vide not. ad eam, & ſcripta ad *l.1. de juriſd.* E

Rejicere) Hinc collige, legatum proconſulis non habere majorem animadverſionem, vide ſimilia notata ad *l.1. Cod. de loc.*

Animadvertendi, coercendi, vel atrociter verberandi) Quæ ſunt meri imperii, vide ſcripta ad *l.1. de juriſd.*

L.13. legati proconſulis) Nam proconſuli dabantur plures legati, unde in *l.appellari*, *inſ. quis & à quo appel.* recte Florent. legitur, *Appellari à legatis proconſulis poteſt*, non, ut vulgo, à legato.

De Officio præſidis. TIT. XVIII.

L. 6. §. qui univerſas, jus gladii) id eſt jus vitæ noxiis adimendæ, vide notata ad *l. 3. de juriſdict.* Jus gladii eis datum eſt, & geſtandi, & exercendi ex lege Auguſti, Dio lib. 53. non tamen ſemper dabatur omnibus præſidibus, nec datum eſt initio, vide *l. 4. C. de loc.* & ſcripta ad *l.1. inſ. de juriſdict.*

Et in metallum) Non tamen habent jus deportandi, vide notata ad *l.1. §.1. inſ. de leg.3.* & ſcripta ad *l.2. de leg. 1. & d. l. 1. de juriſdict.*

L. 14. Et Commodus) forte legendum, VERUS.

L.15. Abnoctare) Sic nec tribuno plebis licet abnoctare extra urbem. Gellius lib. 13. cap. 12. vide notata ad *l.2. inſ. de verb. ſignificat.* & cap.2. de præſcript.

L.ult. ſi actor.) Actores ſunt ſervi, quibus domini ſummam rerum committunt : qui pecuniis fœnori dandis, vel exigendis occupati ſunt, ſeu præpoſiti Calendario : vide ſcripta ad *l.2. C.de his. qui in prior. credit. loc. ſucc. & ad d.l.3. C. de ſolut.* Actorem Zonaras in Canon. Apoſt.82.& Theoph. & Græci vertunt. *ἐπιτροπὸν*. Is noverit rite omnia totius familiæ, vide notata ad *l. 37. inſ. de leg. 1.* & ſcripta ad *l.13. inſ. de leg.1.*

Ad totius domus everſionem) ſic in Can. Apoſt.82. conſtituitur, ne actor fiat clericus: quoniam hoc pertinet ad domus everſionem.

De Officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio. TIT. XXI.

L. 1. ſpecialiter) vide fuſe ſcripta ad *l. 1. inſ. de juriſd.* *Juriſdictionem ſuam mandant*) Sic ſup. *l.2. de orig. jur. §. & quia*, juriſdictio dicitur criminum cognitio : vide ſcripta ad fin. *l.1. inſ. de juriſdict.*

§. Vel more majorum) vide notata, & ſcripta ad *l.5. inſ. de juriſdict.*

Quod lege datur) & ideo privato dari poteſt, vide notata ad *l.aliud eſt fraus*, *inſ. de verb. ſignificat.* & ſcripta ad *l.1. §. ult. inſ. de judic. & l.cum prætor*, *inſ. de judi. & l.Imperium*, *inſ. de juriſdict.* vide ſcripta ad *l.1. inſ. de juriſdict.*

Quod juriſdictioni cohæret) id eſt, Imperium iſtud, quod non lege datur, ſed jure magiſtratus competit. Sic *l. 3. inſ. de juriſdict.* cui juriſdictio ineſt, vide ſcripta ad *l. 2. illo tit.*

L.4. Etiam de ſuſpectis) vide ſcripta ad *l.1. inſ.de juriſd.*

L. ult. Quod non eſt merum) ſed cui juriſdictio ineſt, mixtum ſcilicet, vide ſcripta ad *l.1. inſ. de juriſd.*

Sine modica coercitione) item nec ſine cæteris, ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt, ut ſunt pignoris capio, corporis detentio, mulctæ dictio, *l.9. §. ult. inſ. ad leg. Juliam pecul.*

De Officio aſſeſſorum. TIT. XXII.

L. ult. Curatoris reipub.) curator reipub. *λογιστής*, eſt tantum judex rerum ad civitatem pertinentium. Is erat ex decurionibus, vectigalia locabat, vias curabat, cauſſas reipub. agebat apud præſidem, vide ſcripta ad *leg. 2. §. ult. inſ. de judic.*

AD LIBRUM II.

De Juriſdictione omnium Judicum. TIT. I.

LEx 1. *Jus dicentis*) Jus dicentis officium dicitur etiam juris dicendi officium, *l.1. §. damus*, *inſ. de ſuſpec. tutor.* & officium juriſdictionis, *l.1. §. an autem*, *inſ. de poſtul.* Differt autem jus dicentis officium à juriſdictione, ſicut genus à ſpecie : nam officium jus dicentis continet non tantum ea, quæ ſunt juriſdictionis, ut prætores judicem dare litigantibus, *l.3. inſ.* ſed & quæ ſunt imperii, ut dare bonorum poſſeſſionem, & in poſſeſſionem mittere. Continet etiam ea, quæ nec imperii ſunt, nec juriſdictionis, *l.invito*, *§. tutorem*, *inſ.de tutel.* ut tutores dare. Juriſdictio pars eſt officii jus dicentis. Juriſdictionem habent omnes magiſtratus, & poteſtates. Imperium etiam mixtum non omnes magiſtratus, & poteſtates, ut ædiles. Cic. 2. actione in Ver. magiſtratus municipalis, *l.ea, quæ*, *inſ. ad municip.* tutoris dationem habent privati, & magiſtratus quidem, non omnes, ut cenſores, nec quæſtores, quia hæc lege dantur, ut & extraordinariæ cognitiones multæ, ut

de

Digitized by Google

de tranſactione alimentorum, de ſuſpectis tutoribus: ſic & merum imperium lege datur, *l. 1. inſ. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Sæpe autem, quæ meri imperii ſunt, in eandem perſonam omnia concurrunt; ſæpe qui jus gladii habet, non habet jus confiſcandi, deportandi, &c. Imperium mixtum non continet ea, quæ ſunt legis, qualis eſt tutoris datio. Imperium mixtum eſt, quod non datur lege, ſed jure magiſtratus competit, *l. 3. inſ. eod. & l. 1. inſ. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Juriſd. eſt notio, & definitio cauſſarum, quæ magiſtratui proprio jure competit, *l. notionem, inſ. de verb. ſignif. l. ait prætor, inſ. de re judic.*

Et bonorum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere) Quæ ſunt imperii.

Tutores conſtituere) Quod, nec imperii eſt, nec juriſd.

Judices litigantibus dare) Quod eſt juriſd. *l. 3. inſ. eod.*

L. 2. ſine quibus Juriſdictio) Itaque magiſtratus municipalis ſi ei non pareatur, pignora capere poteſt, *l. quemadmodum, §. magiſtratus, inſ. ad leg. Aquil.*

L. 3. Imperii) In hac l. ponuntur exempla quædam meri, & mixti imperii, non definitiones. Merum imperium lege datur, & non competit jure magiſtratus: & ideo competit interdum privato, *l. aliud eſt fraus, §. ult. de verb. ſign.* Inde merum imperium dicitur, quod per ſe ſolum exſiſtit, & ſeparatum eſt à juriſdictione: lege enim datur. Mixtum imperium jure magiſtratus competit, & inde ei nomen, quia juriſdictioni cohæret: nulla juriſdictio vacat imperio mixto. Ergo ſic ſtatuendum, quod dicitur mixti imperii, recte etiam dicitur juriſdictionis, & vice verſa: Nam hæc duo nunquam ſeparantur: at quædam ſunt, quæ videntur magis fieri pro imperio, quam pro juriſdictione, ut mittere in poſſeſſionem, dare bon. poſſeſſionem, reſtituere in integrum, quæ denegantur magiſtratibus municipalibus, *l. ea, quæ, inſ. ad munic. l. 4. eod. tit.* quæ etiam referenda eſt ad magiſtratum municipalem. Sic recte dicimus decernere, edicere, interdicere, fieri magis pro juriſdictione, quam pro imperio. Hæc tamen duo connexa ſunt. Meri imperii pars præcipua eſt jus gladii, id eſt, jus vitæ noxiis adimendæ, *l. illicitas, §. qui univerſas, ſup. de offic. præſidis*. Lamprid. in Alexandro: *Honores juris gladii non vendidit*. Aug. Epiſt. 61. *Jus gladii nullis legibus accepiſti*. Jus ferri dicitur à Lucano lib. 5. Jus relegandi, deportandi, confiſcandi, damnandi in metallum continentur mero imperio, nec poſſunt irrogari, niſi ab eo, cui lege datum eſt. Mixti imperii exemplum eſt, dare bonorum poſſeſſionem, quod dicitur eſſe juriſdictionis. Harmenop. lib. 1. ep. tit. 4. Sic judicem dare eſt juriſdictionis, ut dicitur in hac *l. 1.* hæc etiam ſunt imperii mixti, cernere, edicere. Quæ juriſdictionis ſunt, ſeparantur ab illis, quæ ſunt legis, *l. 1. ſup. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* hæc mandari poſſunt, illa non poſſunt.

Merum) Imperium merum dicitur hic, & *l. ult. inſ. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Zonaras in Baſilio vocat *ἄκρατον ἐξουσίαν*. Græci ad hanc l. 3. vocant *τὸ καθαρὸν ἄκρατον, ἤτοι καθαρὸν*, Cic. 3. Agr. *ſummum imperium judiciumque rerum omnium*.

Gladii poteſtatem) Jus gladii, ferri, *ψῆφον θανάτου*. Juſtinian. *edicto* 9.

Ad animadvertendum) merum imperium eſt jus graviter animadvertendi, coercendi, verberandi, *l. 11. ſup. de off. proconſ.* & belli gerendi. Cic. 5. Philip. nominatim lege datum: hic definitur gladii poteſtas, quia vitæ ademptio ejus præcipua pars eſt.

Eſt etiam judicis dandi) ſed non tantum jus dandæ bonorum poſſeſſionis, ſed etiam judicis dandi. Proponuntur hæc duo exempla mixti imperii, dare bonorum poſſeſſionem, & judicem dare, quod arguit dictio *etiam*, de juriſdictione ſimplici nihil dicit. Notandum maxime ex hac l. quod quæſtor judices dabat, ut ait Cic. in divinat. Sumpta eſt hæc lex ex *l. 2. de off. quæſtor.* vide notata ad *l. eum, qui, inſ. eod.* & notata, & ſcripta ad *l. cum prætor, inſ. de judic.*

L. 4. jubere) hæc lex referenda eſt ad magiſtratus municipales, ut *l. ea, quæ, inſ. ad munic.* ut ſciamus municipalem judicem non poſſe mittere in poſſeſſionem. Ergo magis hic ſumitur, ut in *l. 3. inſ. de bon. poſſeſſ.* non enim ideo negamus eſſe juriſdictionem: ſic recte dicemus, edicere, decernere, interdicere, fieri magis pro juriſdictione, quam pro imperio: hæc tamen duo connexa ſunt vere. Harmenop. lib. 1. epit. tit. 4. qui dicit, hæc etiam eſſe juriſdictionis, rectius tamen dicam eſſe imperii: nam quod junctum eſt, à majori nomen accipere ſolet, vide lib. 2. Obſ. cap. pen. & ſcrip. ad *l. 5. §. 1. & ad l. 6. inſ. de leg. 1.*

Imperium magis, quam) Sic in *l. cum prætor, inſ. de judic.* dicitur, magiſtratus urbanos judices dare ob vim imperii. Sic antiquis legibus de limitibus agrorum, juriſdictio ſimplex ſeparatur à judicis datione, *magiſtratus de ea re juriſdictio, & addictio eſto*.

L. 5. more majorum) ſic etiam *lex 1. ſup. de off. ejus, cui man. eſt juriſd. & l. ait prætor, inſ. de judic.* vide notata ad eum locum.

Mandare poſſit) hoc mandato juriſdictionis transfertur imperium mixtum, non etiam merum, quia id magiſtratus ſuo jure non habet, *l. 1. & 2. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.*

Alieno benef.) poteſt tamen judices dare, *l. 1. in fi. ſup. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.*

L. 6. nec principaliter) id eſt, proprie juriſdictionem non habet.

Confirmat) ergo dat, & defert quodammodo, non principaliter. Sic qui confirmat tutorem, dat, *l. idem, inſ. de teſt. tut.* Confirmat juriſdictionem lex, id eſt, non vult mandatum videri inutile.

L. 7. Juriſdictionis perpetuæ) Juriſdictio ſumitur pro edicto, *l. major, C. de pign. l. 2. C. de in integrum reſtit.* Et qui jus dicit, dicitur edicere, *§. introduxit, Inſtit. de Attil. tut.*

In albo) Ut alia edicta peremptoria. In albo dici videtur, ſicut Feſtus, & Soſipater ſcribunt, Latinos dicere in mundo, id eſt, propalam: ſed verius eſt, quod & Theophilus ait album fuiſſe tabulam, ſeu parietem dealbatum: ſic hac lege, in albo, vel charta, vel alia materia.

Propoſitum) id eſt, præſcriptum: vide not. ad *l. eum plures, §. locator, loc.*

Quingentorum aureorum judicium) hodie etiam falſi pœna tenetur, *l. pen. inſ. de falſis*. Paulus 5. Sent. tit. 23. Aquilia ideo non datur, quia albi nullus eſt dominus, cum ſit reſpub.

Sententiam edicti) Et ideo utili actione tenebitur.

§. In ſervos, Corpus torquendum) Si domini pro ſervis non inferunt 500. aureos, in corpus ſervi torquebuntur, noxæ non dedontur, quia nemini noxam fecerunt: & hæc actio publica eſt: & actio publica non eſt noxalis, vi. gloſſam ad *l. ſi quis injuriam, inſ. de injuriis*.

Per imperitiam, & ruſticitatem) vide ſcripta ad *l. 7. & 8. in fi. de jur. & facti ignor.*

L. 10. Qui juriſdictioni) Conjunge *l. 6. in princ. ſup. eod.* vide ſcripta ad eandem l.

Neque ſibi jus dicere) At judicare poteſt: vide ſcripta ad *l. Julianus ait, inſ. de judic.*

L. 11. §. mutuæ actiones) de quibus vide locos notatos, & ſcriptos ad *l. ſextam, C. de Compenſ.*

L. 12. Magiſtratibus) Conjunge hanc l. cum *l. 29. §. magiſtratus, inſ. ad leg. Aquil.* Utraque lex referenda eſt ad legem Aquiliam: vide not. ad eam, & ſcripta ad *l. 8. ſup. eod.*

Modica autem caſtigatio) Quia ſine hac Juriſdictionem ſuam exequi non poteſt.

L. 13. Magiſtratum eſſe oportet) Tria ſunt magiſtratuum genera: Urbani, & hi proprie dicuntur magiſtratus: Provinciales, qui poteſtates dicuntur. Lamprid. in Alex. Suet. in Claud. *per provincias poteſtatibus demandavit*. Sunt & magiſtratus municipales ſingulorum municipiorum. Magiſtratus municipales hoc ex lege tantum habent, ut poſſint judices dare. Sic & legati pro-

proconſulum, quibus mandata eſt juriſdictio, poſſunt A judices dare, at hoc habent ex aliqua lege, non ex mandato, *l. legati, de offic. proconſ. & leg.* argum. *l. 1. domus, inſ. de ſuſpect. tutor.* vide not. & ſcripta ad *l. nam prætor, inſ. de judic.*

Proconſul, vel prætor) Urbani magiſtratus judices dant ſuo jure, & more majorum, dicunt etiam mulctam more majorum pro ſuo jure, Gellius lib. 11. cap. 1. Dant autem judices magiſtratus urbani cujuſcunque ordinis, *l. ult. inſ. quis, & à quo appell.* ut prætor, præfectus urb. præfectus prætorio, *l. ult. quis à quo l. ult. ſup. de offic. præf. urbi.* Quæſtor quoque judices dabat. Cicero in divinat. in Verr. ideoque in *l. imperium, ſup.* dicit Juriſconſultus: *Juriſdictio eſt judicis dandi licentia.* Item Conſul, *l. 1. §. denique, inſ. de appellat.* & hic videtur legendum Conſul, vel prætor, non proconſul, B

L. 15. Julianus ſcribit) lib. 1. Dig. ut eſt in *l. 1. inſ. de jud.*

L. 16. Aut omnem) id eſt, generalem, *l. 1. inſ. de officio ejus, cui mand. eſt juriſdict.*

Vice ejus, qui mandavit) Et idem qui mandavit non appellatur, *l. 1. inſ. quis & à quo appell.* Judex datus non dicitur judicare vice prætoris, ſed ſui, cum & prætor cogatur eum judicem dare litigantibus, & eum ſortiri ex certo ordine hominum.

Non ſua) Nam proprie, nec magiſtratus eſt, nec poteſtas.

L. 17. Suſceptæ ante magiſtratum advocationis) non poteſt quis jus dicere in ea cauſſa, in qua advocatus adfuit, quin nec jus dicenti aſſidere, *l. ult. C. de adſeſſor:* nec teſtimonium dicere, *l. ult. inſ. de teſtib.*

L. 18. Si convenerit) Obſtat *l. pen. C. de pact.* Sed dicen- C dum eſt, *d. l. pen.* loqui de eo, qui in contractu cum alio habito renuntiavit præſcriptioni fori, ut & in *l. 1. inſ. ſi quis in jus vocatus non ierit.* At hæc lex loquitur de duabus partibus, quæ mota jam controverſia in judicem incongruum conſentiunt. Hoc caſu pœnitentiæ locus eſt ante aditionem.

L. ult. extra) Huic legi conjunge *l. 2. in princ. inſ. de verb. ſignificat.*

Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur. TIT. II.

L. 3. Si quis) Conjunge *l. 6. inſ. de verbor. ſignificat.* vide ſcripta ad eam.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit. TIT. III.

L. 1. Non tamen duumviris) vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſdict.* D

§. 1. Quod extremum in juriſd.) extremum juriſdictionis eſt ſententiæ exſecutio.

Si quis rem mobilem. Huc refer *l. 1. inſ. de verb. ſignif.*

De in jus vocando. TIT. IV.

L. 1. In jus vocare) vide ſcripta ad *l. 48. inſ. de verb. ſignif.* hoc edicto datur actio annalis in factum: vide cap. 20. tract. de præſcript.

L. 2. Qui equo publico) hujus meminit Sueton. in Auguſto, cap. 38. unde conſtat hoc conſtitutum fuiſſe ab Auguſto.

L. 24. Quod nec heredi) Quia id factum rem patroni non minuit, ſed honorem tantum: vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in quant. her. conv.*

L. ult. Vel à præfecto urbi) nam cum gravior eſt animadverſio, remittit prætor urbanus puniendos ad præfectum E urbi: vide ſcripta ad *l. 7. ſup. de juriſd.*

Si quis in jus vocatus non ierit. TIT. V.

L. 1. Si quis in jus) huc refer *l. 3. inſ. de verb. ſignif.*

Suo periculo) revocandi forum.

L. 1. §. 1. inſ. Mulcta pro juriſdictione) Mulctæ dictio juriſdictionis eſt, & neceſſe eſt eum, qui mulctam dicit, juriſdictionem habeat inter eos, ex *l. 2. §. ult. inſ. de judic.* vide ſcripta ibi & notata ad *l. aliud eſt fraus, inſ. de verbor. ſignificat.*

L. 3. Cum quis) vide ſcripta ad *l. 68. inſ. de verb. obligat.*

Ne quis eum, qui in jus vocatus eſt vi eximat. TIT. VII.

Ex hoc edicto eſt actio in factum annalis, vide cap. 20. de præſcript. vide ſcripta ad *l. 48. inſ. de verb. oblig.*

Qui ſatiſdare cogantur. TIT. VIII.

L. 1. Securam faciamus datis fidejuſſ.) vide not. & ſcripta ad *l. 5. ſatis acceptio, inſ. de verb. oblig.*

L. 4. Poſt diem exhibet) vide ſcripta ad *l. 69. inſ. de verb. oblig.* & cap. 3. de præſcript.

L. 7. in §. ult.) vide ſcripta ad *tit. C. de probib. ſequeſt. pecun.*

L. 8. de die) Obſtat *l. 115. inſ. de verb. oblig.* vide ſolutionem in notatis ad *l. ſi finita, inſ. de dam. infect.* & ſcripta ad *d. l. 115.*

§. Si ſervus fortaſſe, & mulieri propter imperitiam) Exſat in facto, non in jure, dum inopem fidejuſſorem accipit.

L. 15. §. 1. Qui vectigalem, id eſt, emphyteuticum) de hac interpretatione vide notata ad rub. inſ. *ſi ager vectig.* id eſt, emphyteuticarius: & ſcripta ad princ. tituli *C. de jure emphyteut.*

De eo, per quem factum erit, quo minus quis in judicio ſiſtat. TIT. X.

Ex hoc edicto eſt actio annalis, vide cap. 20. de præſcr.

Si quis cautionibus judicio ſiſtendi cauſſa factis non obtemperaverit. TIT. XI.

L. 1. Vicena millia) vide cap. 3. de præſcriptionibus.

Præter eum diem) vide ſcripta ad *l. 3. inſ. de verb. ſignificat.*

L. 4. §. Plane) vide ſcripta ad *l. 48. inſ. de verb. ſignificat.*

L. 8. Etſi poſt) idem in *l. ſancimus, C. de fidejuſſ. & mandat.* ſed obſtant *l. trajectitia, inſ. de oblig. & act. l. ſi fundus, §. ult. inſ. de lege commiſſ. l. Celſus, inſ. de receptis arbitr.* cum ſimilibus, vide ſolutionem in notatis ad *d. l. ſancimus, C. de fidejuſſor.* & ſcripta ad *l. magnam, C. de contrahend. & committ. ſtipul.* Obſtat etiam *l. ſi inſulam, inſ. de verbor. oblig.* ſed ſolutio traditur in *d. l. ſancimus,* quæ tamen non placet, propter ibi notatas rationes, & quia in hac lege, ut notavit Bulgar. non fuit ſubjecta pœna. Sed in hac quæſtione ſtatuenda eſt differentia inter pœnalem ſtipulationem, & quanti ea res eſt. A præſtatione pœnæ ſemel remiſſæ non liberatur qui ſe ſiſtit poſt eam, & hoc tantum Juſtinianus fidejuſſori conceſſit, ut reum ſiſtendo poſt diem evitet pœnam, *d. l. ſancimus,* alias id non obtinet. At à præſtatione ejus, quod intereſt liberatur is, qui ſe ſiſtit poſt diem, ante litem conteſtatam tamen, id eſt, antequam ſit actum, quanti ea res eſt, ut hic.

Ex mora deterius) Sic in *l. 135. §. Seja, inſ. de verb. obligat.*

L. 9. §. Omnes ſtatas non eſſe) id eſt, non omnes ſtatos eſſe, vide Alc. lib. 5. *παρέργων* cap. 17.

Ex hac ſtipulatione) hic fuit ſtipulatio faciendi, vide ſcripta ad *l. 4. §. Cato, inſ. de verb. oblig.*

L. 12. Qui autem) hanc legem quidam obſtare putant *l. 7. inſ. de judic.* ex qua efficitur, eum, qui in jus vocatus eſt, nedum litem conteſtatus, obveniente militia non poſſe mutare forum. Illi ſic intelligunt, qui novo privilegio utitur, non videtur in eadem cauſſa ſiſti. Ergo poſt iſtud judicium cœptum uti novo privilegio non poteſt: Sed neganda eſt conſequentia, poteſt quis in judicio novo privilegio uti, ut ſi debitor impetrarit inducias quinquennii, at non nova præſcriptione fori: nec illa lex loquitur de privilegio fori.

§. ult. Illud) vide ſcripta ad *l. 59. inſ. de verb. obl.* & notata ad *l. ult. inſ. de cond. tritic.*

L. 13. Quoties) vide ſcripta ad *tit. Cod. an. ſervus pro ſuo facto.*

L. 14. Si procurator) vide ſcripta ad *l. 81. inſ. de verb. oblig.* maxime *ad §. ult.*

De Feriis, & dilationibus. TIT. XII.

L. 8. Dies à media) hic eſt dies civilis, ſeu Romanus. Naturalis conſtat ſemper 12. horis, ut nox: vide notata ad *l. 2. inſ. de verb. ſig.* & cap. 2. de præſcript.

L. 9. Minicia Natali) Minicius hic fuit Juriſconſultus, *l. Minicius, inſ. de rei vindic.* & Sabinianos.

De Edendo. TIT. XIII.

Id eſt, de edendis actionibus, ſeu rationibus. De eo

enim

enim eſt hoc edictum : vide notata ad *l.* 1. *inf. de except. ſeu præſcr.* & tit. 10. *C. de except. ſeu præſcr.* In hoc edicto, actionis verbo continetur in rem actio, in perſonam actio, præjudicium, & ſtipulatio prætoris, *l. actionis verbo*, *inf. de obl.* quæ eſt ejuſdem Ulpiani, ex eodem lib. vide ſcripta ad *l.* 9. & 19. *inf. de probat.*

L. 1. *§. adverſarium ſuum*) id eſt reum, non, ut Alciatus, Codices rationum.

§. edenda autem ſunt omnia) id eſt, non ſolum actiones, ſed & rationes, & inſtrumenta omnia, vide initium tit.

§. ult. ob ætatem, vel ruſticitatem) vide ſcripta ad l. 7. & 8. *inf. de jur. & fact. ignor.*

L. 6. *§. exigitur. Non calumniæ*) vide ſcripta ad *l.*9. *C. de reb. cred. & jurejur.*

§. rationem. Quod ſolvi conſtituit argentarius) Hic receptum argentariorum dicitur conſtitutum, niſi quid mutavit Tribonianus. Vide ſcripta ad tit. *C.* de *conſtit. pecun.*

§. ult. perdidiſſe ſe probet) ſic in *l. ſi creditor*, *C. de pignerat. act.*

L. 9. *§. ult. Non calumniæ*) vide ſcripta ad d. *l.* 9. *de rebus cred. & jurejur.*

De Pactis. TIT. XIV.

L. 1. *§. Eſt autem pactio conſenſus*) id eſt, ſolus conſenſus, vide notata ad *l. jurisgentium*, *§. ſed cum nulla*, *inf. eodem.*

§. adeo: Niſi habeat)Et eo modo uno verbo obligamur, ut ait Cic. pro Cæcinna.

§. ult. in pignus) Pignus contractus eſt, *l. contractus*, *ff. de reg. jur.* vide ſcripta ad init. tit. *C. de pign. act.*

L. 4. *In urbanis*) vide ſcripta ad *l.* 5. *C. de loc.* At in ruſticis non invecta, ſed ibi nata tantum.

§. ult. conditionem ineſſe) vide ſcripta ad *l.* 134. *§.* 1. *inf. de verb. oblig.*

L. 7. *Dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas*) *l.*5. *§. ult. cum do*, *inf. de præſcrip. verbis.*

A prætore dandam) Actio de dolo, & in factum prætoria ſunt omnium extremæ. Julianus itaque hanc dat, quaſi aliæ deficiant, putatque deficere actionem præſcriptis verbis : vide ſcripta ad *l. naturalis*, *§. at cum do*, *inf. de præſcript. verbis.* Cæterum hic locus pugnat cum d. *§. at cum do*, in fine, ubi dicitur dari civilem actionem, non prætoriam : verum recte annotavit Franc. Duareous hoc verbum, *civilem*, additum eſſe à Triboniano. Sic in Novel. 87. Juſtinianus tribuit Juliano,quod eſt ex nota Marcelli. At imperite illud addit Tribonianus : Nam ſi in ignorantes eſt actio civilis in factum, neceſſe eſt, ut etiam in ſcientem ſit actio in factum civilis, non de dolo. Nam ubi poteſt eſſe in factum civilis, ceſſat de dolo, *l. ſi quis affirmaverit*, *§. Labeo*, *inf. de dolo*, vel ſi in ſcientem eſt actio de dolo, neceſſe eſt ut in ignorantes ſit actio in factum prætoria, *l. qui ſervandarum*, *in princ. inf.* de *præſcrip. verbis.* Et verior eſt Mauricii ſententia, hoc negotium eſſe civile : vide ſcripta ad *d.l.naturalis*,*§. at cum do*, *in fin.*

§. pri. Si) vide ſcripta ad *l.*16. *inf. de verb.oblig.*

§. Sed cum nulla) id eſt, cum eſt pactum nudum. Pactum nudum hic definitur conventio, cui nulla res ſubeſt, in *l.* 1.*ſup.* eodem ſic definitur, pactum eſt duorum pluriumve in idem placitum conſenſus, id eſt, nihil niſi conſenſus. Nam ſi præterea res ſubeſt, contractus eſt. Item pactum eſt conventio, quæ conventionis fine ſtetit, vel eſt placitum, quod uſque ad pactum ſtetit, vel eſt placitum, quod ſtipulatione, aut traditione non ſumpſit effectum, *l. diviſionis*, *inf. eodem tit. l. ſi tibi*, *C. de loc. l. diviſionem*, *C. famil. erciſc.* Harmenop. lib. 1. epit. definit ſic, pactum eſt, quoties datio non præceſſit, ſed conventio de dando. Nullum eſt pactum, quod non ſit nudum.

Obligationem non parit) vide ſcripta ad *l.* 16. *C. de fid. inſtr.*

Quinimo format) vide ſcripta ad tit. *C. de pactis inter empt. & vend. &* ad *l.* 135. *inf. de verb. oblig.*

Ipſam actionem) id eſt, actionem ex contractu.

§. ut puta. Poſt divortium) Divortium contractus eſt, *l. ſi uxor*, *inf. de judic.* vide ſcripta ad *l.* 20. *inf. de verb. oblig.*

§. adeo. Abiri ab emptione) idem in *l. ab emptione*, *inf. eod.* & *l.* 1. *C. quand. licet ab empt. diſc.*

§. Prætor ait, ſervabo) Exceptionibus datis, non actionibus.

§. ſive igitur nocebit exceptio) id eſt, replicatio.

§. quod fere. Ideoque ex ſtip.) hic actio ex ſtipulatu generaliter ſumitur, ut & in *l. reſcriptum*, *inf. eodem tit.* vide notas in *Inſtit. de verb. oblig.*

Sed tantum paciſci) vide ſcripta ad *l.* 13. *inf. de verb. oblig.*

§. ſi paciſcor, & de furto) vide ſcripta ad *l.* 9. *C. de reb. cred. & jurejur.*

§. vel ſi ante) Obſtat *l.* 2. *in fine*, *inf. de his*, *quib.ut indig.* vide ſolutionem eo loci.

L. 8. *§. idem probat.* Fl. 7. *§. pen. Vivo patre*) Obſtat *l. quidam*, *§. ult. inf. de donat. & l.*4. *C. de inutil. ſtipulat.* Dicendum non probe quem largiri de bonis viventis. At hic filius non minuit bona viventis, ſed potius exonerat, vide ſcripta ad *d. l.*4.

L. 11. Fl. 10. *§.* 1. *an ex ſtipulatu*) hic generaliter ſumitur, ut & ſup. in *l. jurisgentium*, *§. quod fere*, *eodem tit.* vide not. ad eum locum.

Accepto eum) Opponitur *§. ult. l. qui Romæ*, *inf.* de *verb. oblig.* vide ſcripta, & notata ibi.

L. ſi cum emptore) vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de verb. oblig.*

L. ſi tibi, *§. de pignore*) vide ſcripta ad initium tit. *C. de pignerat. act.*

L. ſi unus in gloſſ. Per ſtipulationem, *§. pactus ad ea verba* (per ſtipulationem, id eſt, per acceptilationem) Adde : differt acceptilatio à ſtipulatione : ſtipulatio obligatio eſt, accceptilatio liberatio.

§. idem dicimus, ad novum contractum) non eſt novum, ut idem ſit & pactum, & contractus, ut hic, vide ſcripta ad *l.* 16. *C. de fide inſtrum.*

L. contra, *§. ſi filius*) idem in *§. præterea*, *Inſtit.quibus modis toll. oblig.* Oſtenditur interventu ſervi novationem non fieri. Sed obſtant multa, de quibus vide ſcripta ad tit. *C. an ſerv. pro ſuo facto poſt man. ten.*

L. in perſona, *§. primo*) vide ſcripta ad *l. ſi pupillus* 127. *inf. de verb. oblig.*

L. Avus, & pactus) Pacta ſunt facti, non juris: factum uni ex heredibus acquirere poſſumus, jus non item.

Filius vero) Opponitur *l. continuus*, *§. ult. inf. de verb. oblig.* ſed hæc lex non loquitur de obligatione acquirenda uni ex heredibus, ſed de exceptione pacti, ne ab uno neve ab alio petatur.

L. Imperatores : Debitori reipub.) Opponitur *l.* 5. *C. de uſur.* vide ſolutionem in notatis, & ſcriptis ibi.

L. Veteribus) id eſt Labeoni : vide lib. 1. Obſervatio. cap. 10.

Venditori, & ei qui locum) & ſtipulatori : vide ſcripta ad *l. ubi*, *de rebus dub.*

L. inter debitorem, & creditorem) At inter ipſos rata eſt conventio, & ideo quod ſolverit, id conſequetur per retentionem pignoris, aut pigneratitiam contrariam, *l. epiſtola*, *§.pactum*, *inf. h.t.* Secus eſt in ſpecie *l.* 1. *C. ſine cenſu.vel reliq.* diverſitatis ratio eſt,quia hac pactione onus transfertur in Dominum. At actione illa fundi dati in dotem, onus transfertur in non dominum, ſed in uxorem, quod eſt iniquum, adeoque ea pactio fiſcum lædit, ſed hæc inter paciſcentes ſervatur, ſed omnino improbatur, vide ſcripta ad *l.* 16. *C. ſine cenſu*, *vel reliq.*

L. Diviſionis) vide ſcripta ad *d. l.* 1. *C. de fide inſt.*

L. Epiſtola, *§. pactum*) vide notata ad *l.inter debit. ſup.* & ſcripta ad tit. *C. ſine cenſu*, *vel reliq.*

L. ſumptus) vide ſcripta ad princ. tit. *C. mand.*

L. ſi convenerit) vide ſcripta ad *l.* 10. *C. de loc.*

L. Qui non futurum) vide notata, & ſcripta ad tit. *C. de reſcind. vendit.*

L. Imperator ſi creditores) vide Theoph. ad tit. *Inſtit.*

de ſucceſſion. quæ fiebant per bon. vendit. & notata ad *tit.* A *C. ſi in cauſa judic. pign. cap. ſit.*

L. penult.) huic derogat *l. ult. C. de pact. inter empt. & vendit.* vide ſcripta ad eam.

De Tranſactionibus. TIT. XV.

L. 4. Et hoc jure utimur) vide notata ad *l. an inutilis, in fin. inf. de acceptilat.*

L. 5. Cum Aquil. ſtipul.) hic Aquilianæ ſtipulationis verbo intelligitur acceptilatio, quæ eam ſtatim ſubſequitur, ut in *l. pacto inf. eodem, §. eſt autem, Inſtit. quibus mod. tol. obligat. & l. 3. C. eod.* ut è contrario cum dicimus acceptilationem, ſæpe intelligimus ſtipulationem Aquilianam, quæ debet præcedere.

L. 6. de his) Falſa eſt hujus legis ſententia. Cur enim non licebit tranſigere de legato, etiam non inſpecto teſtamento, *l. Lucius, §. ult. inf. ad Trebel. l. ſub prætextu, C.* B *de tranſact.* Præterea hæc lex male poſita eſt ſub hoc titulo de tranſact. cum pertineat ad tit. *teſtam. quemad. aper.* Nam in l. 1. illo tit. pollicetur prætor ſe inſpiciendorum teſtamentorum copiam facturum, quia controverſiæ teſtamentorum dirimi nequeunt ſine judicio: judex autem nequit dirimere controverſiam, niſi apertis tabulis, ut enim dirimantur inſpiciendi copiam fieri oportet. Vide ſcripta ad *l. 1. C. de reb. cred. & jurejur.*

L. 15. Aquiliana quidem ſtipulatio) id eſt, acceptilatio, vide notata ad *l. 5. ſup. eod. tit.*

L. ult. accommodanda eſt) vide notata, & ſcripta ad *l. 11. inf. de præſcript. verb.*

AD LIBRUM III. C

De Poſtulando. TIT. I.

L Ex 1. quia autem) Hinc ſumpta eſt *l. 6. inf. de judic.* utraque eſt ex lib. 6. ad edictum.

Senatorium ordinem tenet) Cæcus ſenatorium ordinem retinet, id eſt, ſi poſteaquam lectus eſt in ſenatum luminibus capiatur, non movetur ſenatu: At, qui nunc cæcus eſt non poteſt legi in ſenatum. Id primum conſtituiſſe Auguſtum refert Dion. lib. 5. Cæcus non ſit ſenator. Sic non poteſt cæcus capeſſere magiſtratum; at magiſtratum retinet. Idem noſtri putant eſſe in judice cæco, quod recte quidem dicitur in furioſo, ſi tamen longior ſit furor, mutabitur, *l. judex inf. de judic.* Hic autem §. ait cæcum retinere ſenatorium ordinem, & magiſtratum, judicandi munus eum retinere non dicit, ſed judicandi munere fungi. Et ſane nullum videtur judici impedimentum afferre cæcitas. Areopagitæ noctu judicabant: ſicque hic §. recte congruit cum *l. 6. inf. de judic.* D

§. Beſtias, permittit allegare) id eſt, poſtulare.

§. An autem ex officio juriſdictionis) Ex officio juriſdicentis, *l. 1. inf. de juriſdict.* ex officio juriſdicendi, *l. 1. §. damus, inf. de ſuſpect. tutor,* vide adnotata ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

De His, qui notantur infamia. TIT. II.

Julianus ad edictum) id eſt, l. 1. Digeſtorum edict. vide ſcripta ad *l. pen. C. de condict. indeb.*

L. 1. Depoſiti ſuo nomine) vide ſcript. ad *l. 10. C. de depoſ.*

Conſtituerit, habuerit) Hinc collige, nuptias inter abſentes poſſe conſtitui, quod quærunt interpretes in *l. 4. inf. de ſponſ.* nam cum ait, notari infamia eum, qui ſuo nomine binas nuptias conſtitutas habet ſibi, innuit, alieno nomine poſſe. Id etiam docet *l. 6. inf. de ritu nupt.* quæ eſt conjungenda cum *d. l. 4.* vide ſcripta ad tit. *de ſponſalib.* E

L. 28. Ait prætor, ſi caupo fuerit) vide ſcripta ad tit. *C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit.*

§. Item prævaricator) vide *l. 1. inf. de prævaricat.* in qua eadem verba reperiuntur.

L. 6. Mandati) quæ ſint famoſæ actiones, quæ non, vide in ſcriptis ad *l. 11. C. de depoſ.*

§. ult. Contrario) vide ſcripta ad *l. 5. in fin. C. de pignor. act.*

L. 7. In actionibus) vide ſcripta ad *l. 10. C. de depoſ.*

L. 11. §. unde Pomponius) Recte Harmenopul. ἐν τῷ πένθει, mulier alii nubere non poteſt: πένθος eſt luctus dignorum, πένθιμον indignorum, vide cap. 20. de præſcriptionibus.

De Procuratoribus, & defenſoribus. TIT. III.

L. 8. §. veterani: niſi hoc) vide ſcripta ad *l. 19. C. de probat.* & Symmach. 1. epiſt.

L. 15. §. ult. duplici cautela) Poſtrema hæc verba Triboniani ſunt. Nam noſtri auctores ablativis abſolutis nunquam utuntur: nec etiam cautelam, ſed cautionem dicunt, vel cavitionem. Idem dicendum de *l. quamvis, §. 1. inf. de pigner. act. & l. ſi deberi, inf. de judic. & l. ſi plures, inf. depoſ.*

L. 13. ſervi) conjunge *l. vulgo, inf. de adminiſtrat. tut. & l. 9. inf. rem ratam hab.*

§. Publice) *ex reſcripto Imp.*) Citat *l. 3. C. de accuſat.* quæ Alexandri eſt.

L. 34. Qui invicem agere) de mutuis petitionibus, vide locos notatos, & ſcriptos ad *l. 6. C. de compenſat.*

L. 35. §. pen. compellendum accipere judicium) Obſtat *l. non cogendum. inf. eod.* vide notata ad eam legem, & ad *l. 72. de verb. oblig.*

L. 40. §. ratihabitionis) vide ſcripta ad *l. 19. C. de prob.*

L. 45. ad compellendum defendere) Obſtat *l. ſed & ea, §. pen. ſup. eod.* Dicendum: hanc legem loqui de procuratore rei, qui non cogitur abſentem defendere, etiamſi caverit judicatum ſolvi, ſed liberatur præſtando ex cautione quanti res eſt: legem autem alteram loqui de procuratore actoris, qui eum, cujus nomine agit, ſi mutuo agatur, cogitur defendere judicio accepto, nec liberatur præſtando quanti ea res eſt, vide ſcripta ad *l. 72. inf. de verb. oblig.*

L. 60. mandato generali) mandatum generale, ut indicant duæ præcedentes leges, eſt libera univerſorum, ſive omnium bonorum, & negotiorum procuratio, & adminiſtratio, vide ſcripta ad *l. 4. C. de reb. cred. & jurejur.* Hic autem procurator poteſt jusjurandum deferre, ſolvere, paciſci, alienare, pignori obligare, & permutare, ſi hoc expediat. At lex ait, non poſſe eum tranſigere, quod videtur falſum, *l. præſens, C. de tranſact. l. interdum, inf. de furtis*; ſed legendum deminuendi, pro decidendi, ut in *l. Lucius, §. ult. inf. de adminiſt. tutor.* Sententia ergo eſt, eum procuratorem ea quidem poſſe expedire, quæ continentur duabus præcedentibus legibus: At tranſigere deminuendi cauſſa non poſſe.

L. 68. Quod procurator) Recte notat Accurſ. hanc legem accipi de procuratore præſentis, vide ſcripta ad *l. 79. inf. de verb. oblig.*

L. 72. Non ſemper) id eſt, niſi in mutuo, & promutuo.

Acquirimus actiones) Sic & qui mihi facientem furtum deprehendit, parat mihi furti manifeſti actionem, ſic qui interpellat meum debitorem, perpetuat mihi obligationem, *l. ſi quis, inf. de uſur.* vide fuſe ſcripta ad *l. 2. C. per quas perſ.*

De Negotiis geſtis. TIT. V.

L. 3. §. 1. hæc verba ſi quis) vide ſcripta ad *l. 1. inf. de verb. ſignif.*

§. pupillus, quo factus eſt locupletior) hoc ſolo caſu pupillus naturaliter obligatur, vide notata ad *l. quod pupillus 127. inf. de verb. oblig.*

L. 6. §. 1. mutuam pecuniam) vide ſcripta ad *l. 13. C. ſi cert. pet.*

§. Sed ſi quis filii tui, vel ſervi) vide ſcripta ad *l. 7. C. quod cum eo.*

§. Item quæritur) vide ſcripta ad *l. 8. C. de eand. indeb.*

L. 18. §. vel mandati, vel negotiorum) vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus pro ſuo fac. poſt manumiſſ. ten.*

L. 25. Procurator) Procurator ſæpe pro geſtore accipitur, ut hic, vide ſcripta ad *l. 4. C. mand.*

L. 31. ſi non ſit conſcius) vide ſcripta ad *l. 4. de his, qui accuſ. non poſſ.*

L. 32. ſcilicet ad exemplum) vide ſcripta ad *l. 13. C. ſi cer. pet.*

L. 38. Maximas uſuras) hoc eſt centeſimas. Alius caſus,

Digitized by Google

ſus, quo tutor præſtat graviſſimas uſuras eſt in *l. tutorem, qui, inf. de adminiſt. tut.* A Alias præſtat ſemiſſes. Vide ſcripta ad *l.26. de uſur.*

L.44. ſi ſervi) vide ſcripta ad *l. 3. C. Quod cum eo.*

L. 48. Et in meum habeas) Opponitur *l. ſi filiusfamil. inf. de tutor.* dicendum ; tutelam attingere dupliciter accipi : Aut enim attingit quaſi gerens negotium filio, & tunc tenetur tantum de peculio, vel de in rem verſo : aut adminiſtrans rem pupilli, & tunc tenetur in ſolidum, vide ſcripta ad tit. *C. quod cum eo, qui in alien. poteſt.*

L.47. in extraordinariis judiciis) At hodie omnino non obſervatur, ne in ordinariis judiciis quidem, *l.1. C. de nu. jure quirit. toll.*

De Calumniatoribus. TIT. VI.

Eſt ex hoc edicto actio in quadruplum annalis, vide cap.20. de præſcription. B

L.4. Repetere poteſt) At in edicto vi bonorum raptorum, & de furtis non ita cenſuit prætor.

L.5. In heredem) vide ſcripta ad tit. *C. ex dolo defuncti in quant.*

§.1. Sed etiam) Si dedi ne Titio fiat negotium, ex eo habeo condictionem ob turpem cauſam, Titius actionem in factum in quadruplum, *l. ſi quis ab alio, inf. eod.* Si dedi ne mihi fiat negotium, mihi condictio competit, atque etiam in factum in quadruplum, ſed tamen in quadruplo ineſt ſimplum. Ideoque ſi egero condictione, ſupereſt tamen per actionem in factum tripli petitio, quod amplius in ea eſt, non integri quadrupli. Et hoc eſt, quod ait in hoc §.1. alterutram ſufficere, ſed aliam alia conſumi, ut ſi exegero quadruplum, non agam in quadruplum, ſed in triplum tantum. C

L. ult. In duplum pretii) Ex lege Julia condictione data, *l. dominus, C. eod. tit.*

AD LIBRUM IV.

De in integrum reſtitutionibus. TIT. I.

L*Ex 8. Confeſtim autem*) vide cap. 3. tract. de præſcript.

De eo, quod metus cauſſa geſtum erit. TIT. II.

L.9. §. Item Julianus : repromittere debere) Officio judicis.

L. 12. §. 1. Vim vi repellere) Th. Hermop. ad hanc l. τὸ παραχρῆμα ἐντὸς δύο ὡρῶν, & hic in *l.5. inf. de vi, & vi arm.* D

L.13. jus crediti) *l.6. C. unde vi.*

L.14. §. hac autem : Ad ſententiam) ad rem judicatam, ſic in *l.3. inf. de uſur.*

Quadrupli condemnationem) vide notata ad *l. 3. inf. de uſuris.*

§. pro eo autem cavendum eſt) Ergo judicialis eſt hæc cautio. *§.1. Inſtit. de diviſ. ſtipul.* vide ſcripta ad *l. 39. inf. de leg.1.* & ad *l.5. inf. de verb. oblig.*

§. Eum, qui metum fecit : de dolo) Dolus, vis, & metus concurrunt : vide ſcripta ad princ. tit. *C. de reſcind. vend.*

L.16. §. ult. in heredem) vide ſcripta ad tit. *C. ex dol. defunct. in quant.*

L.21. §. ſi dos metu) Dolus, metus, & vis concurrunt, & vitiant ipſo jure contractum bonæ fidei : quin & ex ſtrictis vitiant ſtipulationem dotis, ut hic, ſed non etiam ſtipulationem quamvis, *l. ſi quis, inf. de verb. oblig.* non enim eodem modo ſtrictæ ſunt ſtipulationes : vide ſcripta ad principium tit. *C. de reſcind. vend.* E Græci ad hunc locum notant, exceptionem bonæ fidei judiciis ἐνεῖναι καὶ αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ συναλλάγματος, vide notata ad *l. ſed etſi inf. ſol. matrim.* & ſcripta ad *l. hujuſmodi legatum, inf. de leg.1.*

L.23. Apertiſſ. probat.) nam generaliter onus probandi transfertur in eum, contra quem præſumptio incumbit, *l. generaliter, §. ſi petitum, inf. de fideicom. libertat.*

De dolo malo. TIT. III.

L.7. Et eleganter) vide notata ad *l. ſi mulier, §. ſi dos, ſup. tit. prox.* & ſcripta ad *l. 36. inf. de verb. oblig. & ad tit. C. an ſervus pro ſuo facto poſt manumiſſ. & ad priu. tit. inf. de reſcind. vendit.*

§. Servus pactionis) vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus pro ſuo facto poſt manum. & ad l. 104. inf. de verb. obl.*

De dolo actionem) quæ noxalis eſt.

Si nolit expromiſſorem) vide notata ad *l. qui liberti, in fi. inf. de bonis libert.* & ſcripta ad *l.5. §. ſatis acceptio, inf. de verb. oblig.*

L. 9. minimam) vide ſcripta ad *l. 4. inf. de heredit. vend.* & ad tit. C. *de reſcind. vendit. in princip.*

§. 2. ut optem ſervum) Cui homo generaliter legatus eſt, non poteſt optimum eligere, *l. legato, inf. de legat.1.* At cui optio relicta eſt, optimum optare poterit, vide ſcripta ad *l. 5. inf. de leg. 1.* Nec obſtat *l. ult. §. ſed & ſi quis, C. commun. de legat.* Nam in ſpecie ejus §. is, qui dicitur non poſſe eligere optimum, non habet optionem ex teſtamento, alioquin eligeret optimum, ſed electionem habet ex ea conſtitutione, ceſſante eo, qui debet eligere :

L. 10. ſequeſtraria) *L. ſi in Aſia, §. cum ſequeſt. inf. depoſ.*

L. ſi plures, §. ult. hæc actio in heredem) quæ ex delictis oritur, & rei perſecutoria eſt, vide ſcripta ad tit. *C. ex dolo def. in quant.*

L. Arbitrio, quanti actor in litem) Vide ſcripta ad *l. pen.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

§. Si ſervum quem) Obſtat *l. legis Aquiliæ, inf. ad leg. Aquil.* vide ſolutionem lib. 60. Βασιλικῶν tit. 3. & ſcripta ad *l. cum res, §. ſed ſi Stichus, de leg. 1.*

L. ſi fidejuſſor) vide ſcripta ad *l. 49. inf. de verb. obligat.* quæ obſtat huic legi, vide ſolutionem in notatis ad *d. l. 49.*

L. Quod ſi deferente per jusjurandum) vide ſcripta ad initium tit. C. *de reb. cred. & jurejur.*

Transactum) de ſuo jure.

L. Nam ſufficit) humana pœna eſt ſi per principem pejeratum ſit, non ſi per Deum, vide ſcripta ad *l.2.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

L. ſi legatarius) Opponitur *l. ult. inf. in fi. C. de reb. creditis & jur.* in qua datur condictio incerti. Dicendum, hanc legem loqui de legatario, qui non juravit herede deferente, ſed ultro juravit, atque ita perſuaſit heredi ſibi ſolutum deberi : hoc caſu tenetur de dolo, quia non tam ſuo errore, quam legatarii fallacia deceptus fuit. At in *d. l. ult.* ideo non tenetur de dolo, cum ex ſua facilitate jusjurandum detulerit, qua ex cauſſa habet condictionem indebiti. Vide ſcripta ad *l.1. C. de rebus cred.*

L. ſi cum mihi) Cum hac lege conjungenda eſt *l. quis ſaxum, inf. de donat.* vide notata ad eam, & ſcripta ad *l. permiſiſti, inf. de præſcript. verb.*

De dolo actio locum habet) quoniam fallacia tua factum eſt, ut ego ea in re ſumptum facerem, *l. 16. §. ult. inf. de præſcript. verb.*

L. quod venditor. Adverſus dictum promiſſumve) ſic in *l. 17. §. ult. l. 38. l. 47. & l. pen. inf. de ædil. edic.* vide ſcripta ad principium tituli *C. de ædilit. action.*

De Minoribus XXV. *annis.* TIT. IV.

L. 3. §. 3. ut à momento) hic momentum pro hora ſumitur, vide cap. 1. de præſcript.

Biduum pro uno) vide cap. 3. de præſcript. Sic & obſervatur in aliis cauſſis, ut in uſucapionibus, temporalibus actionibus, actione judicati, non autem in lege commiſſoria.

§. Sed utrum. Proinde ſi juſſu) vide ſcripta ad *l. 2. C. quod cum eo.*

§. & ſi heres, in diebus centum) vide ſcripta ad *l. 1. inf. de jure delib. & l. 1. inf. de jur. & fact. ignor.* & hic, & cap. 15. de præſcript.

L. verum : Reſcripto Divi Severi) Intelligit Alexandrum Severum, cujus conſtitutio extat in *l. 1. C. de noxal. actionibus.* Eundem Severi nomine intelligimus in *l. cum alter, inf. de compenſat.* vide ſcripta ad tit. *C. an ſerv. ex ſuo facto.*

L. 17.

L.17. ſi minor circumſcriptus) *l.3. §.ult. inf. pro ſoc.* nam A dolus cauſſam dans contractui bonæ fidei ipſum vitiat, vide ſcripta ad princ. tit. *C. de reſcind. vendit.*

§. idem Pomponius naturaliter) id eſt, ſecundum naturam, & ſubſtantiam hujus contractus, *l. 8. C. de reſcind. vendit. Novel.*xcvii. ἐμπορικῶς, id eſt, ut fit in mercimoniis, vide ſcripta ad *d. l.*8.

L. deſtitiſſe) repetita eſt hæc ſententia in *l. deſtitiſſe, inf. de judic.* vide notata ad eandem legem.

L.quod ſi minor, §. ſi ſervus, aut verberibus caſtigandus) At non caſtigatur à prætore, verum à domino, aut ab eo, cui dominus ſervum verberandum tradit, vide ſcripta ad *l.*1. *inf. de juriſdict. & l.ſi unicus, inf. de injur.*

L.illud : dari ſolet repetitio. Et dabitur utilis condictio, non directa.

L.33. Flor.32. Curationem etiam reſtituiſſet) Sic in *l. tutor, qui repertorium, §.ult. de adminiſtrat. tut.* vide ſcripta ad *l.22. inf. de verb. ſig.* B

L. auxilium : ſine calumnia) At hodie tenetur de calumnia, *Novel.* cxvi.

L. Æmilius lege commiſſoria) de qua Cicero libro 12. ad Atticum, vide ſcripta ad *l. pactum, C. de pigner. act.*

Apud præfectum urbi provocaverat) A præfecto urbi ad principem appellatur.

De capite minutis. TIT. V.

L.2. amiſſione civitatis, ſive libertatis (maxima, aut media.

§. ult. id eſt, actio, quæ reſtituitur ex hoc edicto: hoc ſic accipiendum, niſi principalis actio ſit temporalis: vide notata, & ſcripta ad *l.7. C. quod cum eo.* C

L.3. §.emancipato filio) At hodie, qui emancipatur, capite non minuitur, cum vigeat emancipatio Anaſtaſiana, & Juſtiniana, vide notas ad tit.10. Frag. Ulp.

L.7. Jure alieno) *leg. quæ jure agnationis proximis potiſſimum deferuntur.*

Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituuntur. TIT. VI.

L.3. Ultra tempus) id eſt, quatuor menſes, *l.10. C. de aſſeſſor.* vide cap.16. de præſcript.

L.8. §.1. Quæ lex) vide cap.3. de præſcript.

De alienatione judicii mutandi cauſſa facta. TIT. VII.

Judicii) Futuri non præſentis, ut in tit. de litigioſis accipimus. Quare ad hunc titulum non pertinet ea regula, qua dicitur, rem litigioſam non poſſe donari, vendi, pignerari, atque ſi is, qui emit, de ea agat, repelli exceptione, vide notata ad tit. *de diſtr. pign. inf.* D

L. vel poſt annum) vide cap.20. de præſcript.

L. quia pertinet) vide ſcripta ad tit. *C. ex delic. defunct. in quant. hered.*

De receptis, qui arbitrium receperunt ut ſententiam dicant. TIT. VIII.

L.1. Compromiſſum) Compromiſſarii arbitri, judices quidem ſunt, etſi nec juriſdictionem, nec notionem habent: horum tamen proprie judicium non eſt. Cum judicium dicimus, ordinarium dicimus, de quo Conſtantin. Harmenop. lib.1. Epitom. lib. 4. Et Novel. cxx. & cxii. vide ſcripta ad initium tit. *inf. de judic.*

L.9. §. ſi quis judex) Obſtat *Novel.* lxxxvi. ex qua efficitur, judicem poſſe compromiſſum recipere. Dicendum: judex ejus rei, de qua judex eſt, arbitrium ſuſcipere non poteſt ex pœna, & compromiſſo. At honorariam operam, veluti amici ſuam interponere poteſt: hæc eſt ſententia *d. Nov.*lxxxvi. in qua hi, qui honorariam operam interponunt, dicuntur μεσῖται μεσάζοντες. Judex ejus rei, de qua judex eſt, μεσίτης eſſe poteſt, non arbiter compromiſſarius. E

L. Julia) De variis legis hujus Juliæ capitibus, vide notata ad *l.2. inf. de judic.*

§. ult. ſi ſordes) vide notata ad *l. cum prætor, inf. de judic. & l.2. inf. de ſenat.* nam hi etiam judices dare non poſſunt.

L.14. §. ult. Sed juret ſibi) vide notata ad *l. Pomponius inf. de re judic.*

L. 26. §. ult. Modicum tempus) vide cap. 35. de præſcript. hoc autem tempus modicum Græci interpretantur eſſe decem dierum, argum. *l. promiſſo, §. ult. inf. de conſtit. pecun.*

Agi ex ſtipulatu) vide ſcripta ad *l. 84. inf. de oblig.*

L. Celſus : Poſtea auferatur) vide notata ad *l. magnam*, C. *de contrah. & commit. ſtipul. & l. ſancimus*, C. *de fidejuſſor.*

Contra ubi) vide ſcripta ad *l.84. inf. de verb. oblig. & ad l. a.C.de jure emphyteut.*

L. diem, §. 1. Pœna committetur) vide ſcripta ad *l. 57. de verb. oblig.*

§. ultim. Incerti) vide ſcripta ad *l. 58. & 74. inf. de verb. oblig.*

L. non ex omnibus : pecuniam eum) Ergo compromiſſarius judex mulctare poteſt. Conſtant. Harm. lib. 1. tit. 4. hoc quia illi lege datum eſt.

L. cum lege minor 20. annis) vide cap. 28. de præſcript. Ex hac *l.* multi notant, *minorem* xxv. *annis* poſſe judicem fieri, dummodo non ſit minor decem & octo annis, ex *l. quidam, inf. de re judic.* Verum id negat Conſtantin. lib. 1. Epit. tit. 4. Quod verum eſt: Nam minor xxv. annis, nec in curiam legi poteſt, *l. non tantum, inf. de decurion.* nec admittitur ad munera civilia, quæ patrimonialia non ſunt, *l. 2. §. ult. inf. de vacat. muner.* nec ad honores, niſi cogente penuria, *l. 2. qui ætate ſe excuſant. lib.* 10. *C. l. 2. qui & adverſus quos.* Item beneficio Principis, item beneficio liberorum, nam pro numero liberorum remittuntur anni, *l. 2. inf. de minorib.* Quin & ſi minor ex cauſſa in curiam ante 25. annum admiſſus fuerit, non poterit ſuffragium ferre ante 25. annum, *l. ad rem publ. l. ſpurii, §.1. inf. de decurion.* Subiicitur: nec ante annum 25. patrem judicare. Nec obſtat hæc lex: nam ea non definitur, patrem minorem 25. annis poſſe judicem fieri, ſed ſi evenerit, ut minor 20. aut 25. annis ex partium conſenſu judex eligatur, aut detur, ait *l. Julia*, eum non cogi invitum judicare: majores cæteri coguntur. Non obſtat quoque *l. quidam, inf. de re judic.* nam ea non ſtatuit minorem 25. annis poſſe judicem fieri, ſed ſi evenerit, ut is ſit judex datus ex conſenſu partium, tueri ſecundum ſententiam ejus oportere, dummodo non ſit minor xviii. annis, nam nec quis ex conſenſu poteſt judicare aut decurio eſſe, *l. 19. C. Theod. de decur.* Poſtremo non obſtat *l. cum prætor, inf. de judiciis*, in qua recenſetur, qui non poſſunt judices dari, ut ſervus, ſenatu motus, aut impubes. Puberem non excipit. Sed ideo loquitur de impubere, quia impubes nullo modo poteſt dari, ut nec cæteræ perſonæ enumeratæ in *d. l. cum prætor.* Pubes vero poteſt ex conſenſu partium dari.

L. Julia) hujus legis Juliæ capita notata ſunt multa in *l. 2. inf. de judic.*

L. in compromiſſis) vide ſcripta ad *l. 43. de verb. oblig.*

Arbitrium) meum.

Nautæ, Caupones, Stabularii, ut recepta reſtituant. TIT. IX.

Quid diſtet hæc actio ab actione depoſiti; vide not. ad *l. 3. ex hoc, inf. eod.*

Nautæ) id eſt, exercitores, vide ſcripta ad tit. C. *de exercit.*

L. 1. §. ult. Et factum non ſolum) Opponitur *l. 1. in fi. inf. furti adverſ. naut. caup. ſtab.* ubi dicitur non præſtari vectorum factum. Dicendum in h. tit. duas proponi actiones exercitorias. Una eſt de recepto in ſimplum, quæ dicitur in factum. Altera eſt actio in factum ex delicto nautarum, ex quaſi delicto exercitoris, qui videtur delinquere, quod improbis nautis utatur, & hæc eſt in duplum, in eamque non venit factum vectorum, id eſt, ſi quid deliquerint, non tenentur, niſi recepti nomine, etiamſi vectori id ſubripuerint. Si ſubripuerint quod exercitor non recepit ſalvum fore, non tenetur, vide ſcripta ad tit. *C. de exerc. act.*

Sed & vectorum) τῶν ἐπιβατῶν.

L. 3. §. 1. in depoſito dolus) *l. 5. C. depoſ. l.2. §. & generaliter, vi bon. rap.* Alias differentias inter actionem hanc

hanc & actionem depoſiti, vide in ſcriptis ad princip. *tit. C. depoſ.* ut quod hæc ſit ſtricta, depoſiti bonæ fidei, eam directa, quam contraria. Item quod ſubrepta re nautæ, &c. furti actio datur, *l. 4. inf. eod.* non depoſitario, vide ſcripta ad princ. *tit. C. depoſ.* A

§. Item ſi ſervus exercitoris) vide ſcripta ad *tit. C. de exerc. act.*

Quia ob receptum) Si non recepit, locum habet noxalis actio, *l. 5. §. ſervus, inf. fur. adverſ. naut. caup. ſtab. l. ult. §. ſervum, inf. eod.*

L. 4. Sed & ipſi nautæ) vide not. ad *l. 3. §. 1. inf. eod.*

L. ult. §. ſervorum autem ſuorum) Si non receperit ſalvum fore, nam tum tenetur in ſolidum, *l. 3. §. item ſi, inf. eod.*

B

AD LIBRUM V.

SECUNDÆ partis Digeſtorum Liber primus eſt hic Quintus, qui vocatur *de Judiciis*. Reliqui etiam libri ſex appellantur à Juſtiniano de judiciis in conſtit. Digeſtis præpoſita. Quare quidam putant, generalem eſſe titulum, quia eſt de judiciis, & pertinere ad totam hanc partem. Idem cenſent de partis tertiæ tit. 1. de reb. cred. quod ea pars contineat lib. 8. qui ſinguli vocantur de rebus. Id ſi ita eſt, cur reliquæ non habent etiam generales titulos? reliquarum partium libri omnes appellantur ſingulares in *d. conſtit.* Denique tit. de judiciis ad hanc totam partem pertinere non poteſt: nam judicia vocamus diſceptationes, quæ fiunt apud judices, & C aſſeſſores introductis litigatoribus, ut ait Harmenop. lib. 1. tit. 2. Conſtat judicium ἐκ τῶν προκαθεζομένων, id eſt, judicibus, & συγκαθεζομένων, id eſt, aſſeſſoribus, & παρισταμένων, id eſt, advocatis. καὶ δικαζομένων, id eſt, litigatoribus, ἢ ἐντολέων, id eſt, procuratoribus, uſque ad ſententiam, *l. judex, inf. de re judic.* Porro de his judiciis, de eorum ratione, & ordine in hujus tantum quinti libri tit. 1. tractatur, non in ſequentibus. Idem dicendum de *tit. de reb. credit. inf.* Vide notata ad dictum titulum de rebus creditis, & fuſius ſcripta ad hunc locum. Quia vero hæc ſecunda pars ex conſtitutionibus Juſtin. ordinem judicior. toto contextu juris ſtudioſis tradit, ideo ejus partis tit. nuncupantur de judic. licet non ſint de judiciis. Eadem ratione tertia pars à primo titulo appellatur de rebus. Reliquarum vero partium tituli D auditoribus ſigillatim traduntur, non integra illa pars, unove tenore, ut ſi 4. pars uno tenore traderetur, reliqui ejus libri nuncupationem ſumerent à tit. de pignoribus, ejus partis primo, non ex traditionis, ſed ex conventionis ratione, vide ſcripta hic & ad *rub. C. ſi cert. pet.*

De Judiciis, & ubi quis agere, vel conveniri debeat.

TIT. I.

Putabat Æmarus Ranconetus pro *de judiciis*, in edicto perpetuo ſcriptum fuiſſe, *de vindiciis*. Male: Nam in C. Theod. & Sentent. Pauli idem ordo traditur. Id dicebat motus, quia de vindicationibus hic traditur.

Et ubi) id eſt, in quo loco, id eſt, de foro competenti, ut eſt in C.

L. 1. In ſum. Bart. prorogari) Male hic accipit prorogare juriſdictionem: nam prorogare ad tempus refertur, E *l. 2. §. ſi & judex, inf. eod.* ut ſi quis intra certum tempus ſit judicare juſſus, id prorogari poterit, ſi etiam accedat judicis conſenſus.

Si ſe) Summa hujus legis primæ eſt: ex conſenſu litigantium eum fieri judicem competentem, qui ex ordine eſt incompetens, dummodo judex ſit.

L. 2. Conſenſiſſe) Conſentire videntur litigatores ſi certo ſciant, ſe ejus, in quem conſentiunt, juriſdictioni non eſſe ſubjectos.

Non habet conſenſum) *L. ſi per errorem, ſup. de juriſdict.*

Viribus præturæ) idem vi imperii, *l. cum prætor, infra eodem.*

A *§. 1. L. Julia judiciorum*) Leges judiciorum multæ fuerunt: inter cæteras hæc lex Julia, de qua Gellius lib. 14. cap. 2. Macrob. Saturn. 1. cap. 10. ubi eam vocat Auguſti *l. & edictum*. Ea complectebatur quædam de diviſionibus dierum, itemque de comperendinationibus, & de aliis legitimis ritibus judiciorum, itemque de feriis. Præterea, ut inter privatos conſentientes cujusvis ſit juriſd. item ut judex rei, de qua judex eſt arbitrium eripere, & in ſe compromitti jubere non poſſit, *l. 9. §. ſi judex, ſup. de recept.* ad hæc ut minor 20. annis judicare non cogatur, in *l. cum lege, ſup. de recept.* ubi fuſe, an minor 25. annis poſſit judicare, notatum eſt. Poſtremo, ex l. Julia eſt, ut in l. Juliam de ambitu incidat reus, vel accuſator, qui intrat domum judicis: hac de re vide Conſtitutionem Valentis, & Gratiani in notatis ad *l. ſingularem, inf. ad l. Jul. de amb.* ubi ea legis Juliæ ſententia B exſtat.

§. Si & judex, Prorogatio) Hic convincitur interpretum error, qui putant prorogare juriſdictionem eſſe, cum ex conſenſu partium aditur incompetens judex.

In Gloſſa. Inhibita) ibi Rancon. non adde: legitimum tempus excedere non debet. Et quæ mox ſequuntur, quandoque de perſonis, ad perſonas, ut *ſup. eod. l. 1.* quandoque de re judicata, ad reum, ut *inf. eod.*

§. Legatis) Agitur hic de his, qui habent jus revocandi domum.

Revocandi dom.) Domum revocat, id eſt, larem ſeu domicilium, qui vocatur ad forum, non omnino incompetens, & tamen poſtulat litem transferri ad locum ſui domicilii. Forum autem revocat, qui ratione dignitatis, C militiæ, aut ſacerdotii non niſi certum forum agnoſcat. Qui vocatur ad forum incompetens, invocat competens.

§. Qui tutela reddenda) Obſtat *l. non alius, inf. eod.* vide ſolutionem in notatis ad eam l.

§. Item ſi) Hic §. non loquitur de legatis, ſed de aliis, qui habent jus revocandi domum.

§. In omnibus) Hujus *§. pen. verba* Ulp. non eſſe, ſed Triboniani ſtylus ſatis indicat. Primum quod ait, protelare. Hoc verbum Juſtiniani eſt pro proferre in *l. properandum, C. eod. tit. l. cum antiquioribus, C. de jure delib.* & ſic ponitur in *l. 3. in princ.* quæ Triboniani quoque eſt, *de damn. infect.* protelare ibi, eſt proferre, extendere. Admonitonis quoque verbum Triboniani eſt, & hic ſumitur pro conventione exſecutoris, ut in *l. ult. C. de duobus reis*. Juſtiniano in Nov. dicitur *ἐνδόμησις, un D adiournement.* Hoc quoque verbo Ulp. numquam utitur: ſenſus vero eſt. Domo revocata atque adeo prolatis rebus, ex ea prolatione nullum præjudicium fieri creditoribus circa temporum præſcriptionem ſi creditores habeant aliquam act. temporalem: nam interim ejus tempus non curret, *l. ult. in fin. C. qui bon. cedere poſſ. l. ult. §. donec, C. de jure deliber. Nov. 115. §. pen. & Nov. 123. §. ſi vero*. Obſtat huic *§. l. 28. §. ſed & ſi dies, inf. eod.* vide eo loco ſolutionem.

§. ult. Mulctæ dicendæ jus) inter mulctam, & pœnam differentias notatas invenies in *l. aliud eſt fraus, inf. de verb. ſign.* vide ſcripta ad hunc locum, & not. ad *d. l.* Is tamen poteſt mulctam dicere, cui adjudicatio data eſt. Adjudicatio, & addictio idem: ergo & is tantum poteſt mulctam dicere, qui & addicere. Nam in mulctæ di- E ctione addictio interveniebat, Gellius lib. 11. cap. 1. addicere autem tantum poſſunt magiſtratus populi Rom. & provinciales, d. *l. aliud eſt fraus*. Ideo & ii ſoli poſſunt mulctam dicere.

Quibus publicum judicium eſt) id eſt juriſdictio. Flor. *quibus publice judicium eſt*, id eſt, qui publici judices ſunt, ut ſit ſenſus: mulctæ dictio juriſdict. eſt. Sed neceſſe eſt, ut qui molctam dicit, juriſdictionem habeat inter omnes. Procuratori itaque Cæſaris non datur mulctæ dicendæ jus, quoniam hic publice juriſdictionem non habet, ſed inter certas tantum perſonas, nempe fiſcum & privatos, *l. 2. C. de modo, &c.* Item nec curator reip. *λογιστής*, *l. 3. C. de modo mulct. l. ult. ſup. de offic. aſſeſſ.* quoniam is eſt tantum judex rerum ad civitatem per-

pertinentium. Defenſores quoque civitatis, *ἔκδικοι* jus dicendæ mulctæ non habent, *l.1. C. de offic. juriſd. Alexand.* quoniam ii non erant publici judices, ſed cognoſcebant inter plebejos ad certam ſummam, *Nov. 15.* hi mulctæ jus non habent, *l. defenſores 1. C. de defenſ. civit.* multo minus pedanei judices mulctæ dictionem habent.

Niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum ſit) Hæc verba Triboniani ſunt: nam pedaneis, ſeu ſpecialibus judicibus interdum permiſſum eſt mulctam dicere, *l. ult. C. de ſportul.* ex qua hi poſſunt coercere executores litium, qui improbato more in lite inſtruenda verſantur: denique poteſt pedaneus mulctare, ſi in dando judex ei permiſerit. Judex compromiſſarius poteſt mulctare, alioqui nunquam perveniet ad judicium, *l. non ex omnibus, ſup. de recept.* Conſtantinus Harm. lib.1. epitom. tit.4. quia hoc illi lege datum eſt.

L.3. Non videntur) Senſus eſt: qui habet jus revocandi domum, vocatus quidem venire debet: ſed ſi non venerit, non mittetur adverſarius in bonor. poſſeſſ. quoniam, qui præſens eſt, aut qui habet jus revocandi domum, fraudationis cauſſa latitare non videtur.

Fruſtrandæ actionis) Legendum, *fraudationis*, ut in *l.eo tempore, inf. de peculio, l. Fulcinius, quibus ex cauſſis in poſſeſſ. l. 5. inf. de bonis auctor. judicis poſſ.* Cicero pro Quintio.

L.4. Lis nulla) jure ordinario nulla lis eſt inter patrem & filiumfam.extra ordinem ſæpe lis eſt. Contra hanc *l.4.* opponuntur: Primum. reſtitutionem in integrum eſſe, *l.ſi intra, C. de reſtit. in integr. l.ſi filius, ſup. de minorib.* Datur & actio in *l.etiamſi, §.ult.ſup.de minor.* Paulus lib.1. Sentent. & filiumfamil. reſtituit adverſus patrem, *l.3.ego etiam filiamfamil. ſup. de minor.* ubi filia de dote adverſus patrem reſtitui dicitur: ſed dicendum, id fieri extra ordinem, reſtitutio in integrum ex edicto de minoribus eſt extraordinaria. Præterea cauſſa dotis filiæ eſt propria, ut caſtrenſis peculii filii: ſic extra ordinem filius à patre alimenta poſcit.

L. 6. Cæcus) Hæc lex ſumpta eſt ex *l.1. §. quamvis, ſupra de poſtul.* & eſt ex eod. lib. Ulp. vide notata ad *d. §. quamvis*, ubi hæc l. exponitur.

L. 7. Poſteaquam in jus) quinimo is, qui in jus vocatus eſt, antequam lis ſit conteſtata, obveniente malitia non poterit mutare forum: nam ſufficit præventio. Præventus eſt, qui in jus vocatus eſt, *l. qui autem, ſup. ſi quis cautionibus*: vide not. ad eam, & ſolutionem.

Jus revocandi forum) Forum revocant, qui ratione militiæ, dignitatis, ſacerdotii, non niſi certum forum agnoſcunt, qui vocati ad forum jure incompetens, invocant competens.

L.8. Si quis in legatione conſtituerit) Obſtat *l. eum, qui, §.1. inf. de conſtit.pec.* Sed in ea manifeſte deſideratur negatio: vide not. ad *d. l. eum, qui.*

Non cogitur) Si tempore legationis debere cœpit, cogitur.

L. 9. Inſula) Notandus Ariſtot. locus in lib. de mundo. Inſulas ait alii *ἐξαιρέτους ποιοῦσι*, id eſt, *inſulas alii cenſent præcipuo quodam jure*, & eas eximunt à jure finitimarum partium. Alii tribuunt eas finitimis partibus, quorum ſententiam noſtri ſequuntur. Inſulæ Italiæ pertinent ad forum Italiæ. Inſulam inſulani Italici agnoſcunt commune forum Italiæ. Idem in provinciis obtinet.

L.10. Deſtitiſſe) hæc lex pertinet ad tit. de calumniatoribus, ut docet eum ipſe contextus, tum inſcriptio, quæ ſumpta eſt ex lib. 10. ad edictum, in quo expoſuit Ulp. edictum de calumniatoribus, quo coercentur, qui à lite inſtituta calumniandi animo deſiſtunt ab accuſatione. Ideoque in eo quæritur quid ſit deſiſtere. Hanc eandem ſententiam Tribon. accommodavit ad edictum de minoribus in *l.deſtitiſſe, ſup. de minor.* Pertinet etiam hæc Sent. ad SC. Turp. quo puniuntur tergiverſatores. Hi ſunt, qui omnino deſtiterunt.

L. 10. deſtitiſſe) vide *l.6. inf.* ad SC. Turpill.

A Negotio) Negotium pro lite ſumitur, ut in *l.4. inf. de re milit. l.qui explicandi, C. de accuſat.* & ideo executores modo litium, modo negotiorum dicuntur.

Deſtitiſſe non videtur) Nec tenetur edicto de calumniatoribus, etiamſi accepta pecunia deſiſtat.

L.12. cum prætor) Qui dare, & dari poſſunt judices.

§.1. Quibus lege) Ergo judicis datio eſt legis, non juriſdictionis, non competit magiſtratus jure. Obſtat *l.imperium, ſup. de juriſdict.* vide not. ad eam, & ad *l.eum, qui,* illo tit. & ſcripta ad hunc locum.

§. Is quoque legati proconſulum) Sed legati proconſulum hoc non agunt ex mandato, quia quod proconſul ex l. habet, non comprehenditur mandato juriſdictionis. Legatus enim proconſul. hoc habet ex aliqua lege, non ex mandato, *l. legib. ſup. de officio procon.* argum. *l.1. §. damus, inf. de ſuſpect. tutor.* Cognitio de ſuſpecto tutore proconſuli lege ſpecialiter data eſt, quia hæc cognitio non comprehenditur mandato juriſdictionis, legati poſſunt tamen lege cognoſcere de ſuſpectis tutoribus, non ex mandato, ſed ex legis ſententia, *d. §. damus*, quoniam ea cognitione non ſunt indigni, cum in eos jus omne contulerit proconſul, vide ſcripta hic, & ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

§.Item hi, quibus more) Urbani magiſtratus dant ſuo jure judices, id eſt, more majorum, ſic mulctam dicunt more majorum, id eſt, ſuo jure, Gellius lib.11. cap.1. Dant autem judices magiſtratus urbani cujuſcunque ordinis, *l.ult.inf.quis, & à quo appel.* ut prætor, præfectus urbi, præfectus prætorio, *l.1. eod. tit. l.ult. ſup. de offic. præfecti urbi.* Quæſtor judices dabat. Cicero in Divinat. Item conſul, *l.1. denique, inf. de appell. l.eum, qui, ſup. de juriſdict.* vide notata ad *d.l.eum, qui, & l.imperium, ſup.de juriſdict.* & ſcripta ad *l.5. ejus tit.*

Vim imperii) id eſt, vires præturæ, *l. 2. ſup. eodem titul.*

§. Non autem, & impubes) Hinc vulgo male colligunt, minorem 25. annis poſſe judicem fieri, vide not.ad *l.cum lege, ſup. de recep.*

Qui ſenatu motus) Quoniam impeditur l. Julia repetundarum, *l. 2. ſup. de ſenator.* in qua turpitudo ſordes ſignificat, ut ſi pecuniam accepit ob ſententiam in ſenatu dicendam. Sic *l.9. §. ult. ſup. de recept.* *αἰσχροκερδία*.

L.13. In tribus iſtis) hæc lex repetita eſt in *l.2. inf. communi divid.* Vide de tota hac l. ad *d.l.2.* & ſcripta in hunc locum.

Qui ad judicium provocaſſet) id eſt, qui prior judicem poſtulaſſet.

L.14. Sorte res) Sors adhibetur ordinandi tantum judicii cauſſa, ut ſciatur quis ſit actor, quis reus. Et tamen ipſa hæc judicia duplicia ſunt. Uterque vindicat, & ab utroque vindicatur.

L.15. Filiusfamilias) Legendum *filiifamil.* ut ſit ſenſus: Judex litem de peculio inſtitutam adverſus patrem filiifamil. nomine ſuam fecit, id eſt, in ea lite male judicavit. Quid fiet, ſi judex in actione de peculio, quæ filiifamil. nomine inſtituitur, male judicarit? damnabitur in veram æſtimationem litis. Judex debuit patrem damnare in tantam quantitatem, quanta fuit in peculio ſententiæ tempore: hoc ſi non fecerit judex, eandem quantitatem præſtabit, quæ erat in peculio, non fuit judex filiusfamil. ſed judex de peculio filiifamil. judicavit. Quid ſi filiusfamilias litem ſuam faciat? non poteſt teneri pater in tantam quantitatem, quanta fuit in peculio filiifamil. cum ſententiam dixit, nam ex pœnali cauſſa pater non tenetur de peculio, *l. ex peculio, inf. de regul. jur.* Hæc actio pro pœnali habetur, & ideo nec in heredem datur, *l. prox. inf.* Præterea ſi pater teneretur de peculio, teneretur pro ea quantitate, quæ fuit in peculio non tempore, quo filiusfamil. male judicavit, ſed pro ea, quæ fuit cum in patrem nomine filii ſententia de peculio dicta eſt. Nam in actione de peculio ſpectatur quantum ſit in peculio rei judicatæ tempore, *l.quæſitum, inf. de pecul. l.Fulcinius, §.ſi quis actionem, inf.*

qui-

quibus ex cauſſis in poſſeſſ. Non autem retro: Ideo non tenetur pater de peculio, nec filius tenebitur pro quantitate ſui peculii, cum peculium non ſit in jure filiifamil. niſi caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, de quo hic nihil. Patris dominium eſt, quare fruſtra filiusfamil. in id peculium condemnaretur, cujus non eſt dominus. Præterea certum eſt, filiumfamil. qui male judicavit, teneri, non in quantitatem peculii, ſed in ſolidum. Quæret unde ſolvat, aut conjicietur in carcerem. Filiifamil. tenentur in ſolidum ex omnibus cauſſis, excepta cauſſa mutui, & dotis, *l. pen. C. qui bon. ced. poſſ. §. ſi filiusfamil. Inſtitut. de obligationibus, quæ quaſi ex delicto.*

Litem ſuam fociat, & §. 1. judex) Litem ſuam facere judex dicitur, cum ab adverſario in eum vertitur tota lis, *c'eſt prendre le juge en partie.* Litem ſuam facit judex, qui contra leges judicat, qui in fraudem legis ſententiam dicit. Imperatores dicunt cauſſam ſuam facere, *l.2. C. quorum appel. non recip.* litem ſuam facere dicunt Cicero, & Gellins, & Seneca libro de conſol. ad Polyb.

§. 1. dolo malo) opponitur *l.ult. infra de variis, & extraord. cogn.* vide ſcripta ad *l.5. C. de condict. indeb.*

In fine cogatur) adde. Ac præterea notatur infamia: ſi vero per imprudentiam, juris ignorantiam male judicaverit, præſtat quod religioni judicantis videbitur, *l. ult. inf. de variis, & extraord. cognit.*

L.16. Vera non eſt) Nam ea pro pœnali habetur. Hæc eſt civilis conſtitutio, ut pœnales actiones in heredem non tranſeant, *l.1. inf. de privat. delict.* vide etiam ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in quant. hered. conv.*

L.17. Suæ rei judicem) Sic nemo ſibi in re ſua arbitrari poteſt, nemo teſtimonium dicere, *tit. ne in ſua cauſa. C.*

L.18. ſi longius) Cum hac *l.* conjungenda eſt *l.pen.inf. de vacat.muner.* utraque eſt ex libro 23. Ulpiani ad edictum, in quo Ulp. expoſuit edictum prætoris de judicibus datis. Valde notandum, quod in utraque *l.* dicitur *judex operam dare:* nam hoc proprium eſt judicis operam dare Cicer. in Verr. *Equitem Romanum, quem in conſilio habuit, jubet operam dare, quod res privato judex eſſet*, & lib.7. epiſt. ad Fab. Gallum: *is ad me venit, dixitque judicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die.*

Mutari eum) vide alias cauſſas, ob quas judicium ſolvitur, in *l.judicium, inf. eod. & l.pen. C. de ped. judic. & l. pen. inf. de vac. muner.*

§.1. Vnde ego) hæc verba non ſunt Ulpiani, ſed Juliani: nam hac in re ejus teſtimonio alii ſemper utuntur, *l.Julia, inf. depoſ. l.8. inf. de oblig. & act.*

Viaticulo ſuo) Viaticum in libris noſtris non tantum ſignificat ſumptum itineris, ſed quicquid paratur ad ſumptum peregre faciendum, *l. cum filiusfamil. inf. de reb. cred.*

L.21. Competenti cautelæ) hæc verba Triboniani eſſe hoc indicat, quod ablativis abſolutis auctores noſtri nunquam utuntur, nec cautelæ verbo, ſed cautionem dicunt, aut cavitionem: ſic in *l.ſi defunctus, §.ult. ſup. de procur. & l. quamvis, §. 1. de pigner. act. & l. ſi plures, inf. depoſ.*

L.23. Opus eſt) vide ſcripta ad *l. 76. inf. de verb. oblig.*

L.24. quos princeps) Intelligit non eum, qui privati negotii, ſed qui publici conſilii cauſſa à principe evocatur per ſacram evocatoriam, *l.1. C. ut omnes judices tam civil. l. ult. de dignitat. lib.* 12. Novella 8. Caſſiod. lib. 7. hic non multum diſtat à legato, ideoque ſtatim loquitur de legat. ſic non obſtabit *§. legati l.2. ſup. hoc tit.*

§. 1. Legati) Nam ſi ob negotium contractum tempore legationis non revocant domum, multo minus ob maleficium contractum.

L. 26. Non competere in eum actionem) Dicendum videbatur cogi Legatum pati hereditarias actiones non revocata domo, quoniam adiit tempore legationis, quod autem adiit, contrahere videtur, *§. heres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contra.* Ergo & conveniri poſſe videtur. Verum aliud receptum eſt, & ſeparatur hac in re aditio à cæteris contractibus. Legatus ex uno, aut altero contractu convenitur, ex aditione non poterit,

Nam hereditas omnis plerunque plena eſt negotiorum, non una eſt res, non unus contractus, ſed multitudo negotiorum, qua implicatur legatus, videndum eſt ne abducatur ab officio legationis.

L. 28. In gloſſa adierit) Dele totam, & repone: Imo cogitur reſtituere, ut & adire. Nec ait non cogi reſtituere *l.Legatus*, quam hic adfert Accurſius male, ut nec *l.omnes, inf. ad Trebell.* vide notata ad *d. l. ſi legatus*, & ſcripta hic.

Trebelliani exceptio) Fallitur hic Accurſ. nec intelligit quid ſit Trebel. exceptio. Hoc ſignificat, privilegium quod Legatus, qui adiit habet, non videri tranſlatum in fideicommiſſarium ex Trebelliano: eo nomine non dari exceptionem Trebelliani, quaſi tranſlatam. Sic actionem Trebelli. intellige in *l.ſi patroni, §. actiones, inf. ad Trebell.*

Perſonole beneficium) L. quia tamen, §. ult. inf. ad Trebell.

§. Sed & ſi, cauſſa cognita) Obſtat *§. penult. l.2. ſup. eod. tit.* Dicendum, tempus actionis ipſo jure currere, idque non negat ille §. ult. ſed dicitur hoc procedere ſine præjudicio creditorum. Nam ex hac cauſſa facile reſtituuntur, ſi actionis tempus fuerit continuum: nam ſi fuerit utile, ipſo jure non currit, id enim tempus non eſt utile, quo ob revocatam domum agi non poteſt.

L.30. Ubi *acceptum)* id eſt, ubi lis conteſtata eſt. *Nov. 90. & Nov.123.* ideoque quoties quæritur de loco, non diſtinguitur inter locum, quo lis conteſtatur, & ubi lis judicatur: nam eodem loco utrumque fit ſemper, *l. 3. §. ult. inf. de act. empt.*

L. 32. Si judex huic l. non obſtat *lex properandum, §. ſin autem utraque, C. eod.* nam hæc lex loquitur de judice dato ad certum tempus nominatim: lex vero *properandum* de eo, qui circumſcriptus eſt legitimo tempore.

Vt legitimum tempus non excedat) Hæc poſtrema verba Triboniani ſunt, & ideo exponi debent ex *d. l. properandum.*

In gloſſ. *legit. Triennii per novam conſtit.)* Nam olim erat tantum annus, *l.2. C. Theod. ad l. Cornel. de folſ. & tit. ut intra annum, & l. reus, ſup. de minor.*

In eadem gloſſa addentes) adde, recte.

L. 35. Judicium vero) vide ſcripta ad *l.76. inf. de verb. obligot.*

L. 37. Idem lib. 5. Cognitionum) In hoc lib. 5. Cognitionum tantum tractatur de rebus criminalibus: vide Conſtant. In hac lege de vi, criminaliter, de proprietate, civiliter.

Si de vi) Hujus l. verba eadem repetuntur *inf. l.1. §.ſi de vi, ad l.Juliam de vi publ.* niſi quod in illa pro Hadrianus, legitur Pius. Unde notandum Hadrianum etiam Pium vocari, quod nomen per adoptionem ſortitum eſt.

L.39. Judex adjicitur) Legendum, *oddicitur*, ut in Flor. & in *l.judex, & l.antepen. inf. eod. tit.* addicere judicem, eſt dare judicem, addictus judex, id eſt, datus. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16. ait magiſtratum nundinis poſſe manumittere, judiciumque addicere, ſic in *l. 12. tab.* addicere litem, eſt dare, addicere bon.poſſ. id eſt, dare. Cicero 2. Verr. vide ſcripta ad *l.12. ſupra.*

L.42. Diverterit) Divortium contractus eſt, vide ſcripta ad *l.19. de verb. oblig. & l.16. C. de fide inſtrum.*

L.43. Eum, qui inſul.) Conjunge *l. 49. §. ult. inf. de fidejuſſor.*

L.46. adjectus eſt) Lege, *addictus*, ut Flor. & in *l.39. ſup.* & in *l.antepen. inf. eod.* vide etiam not. ſup. ad l.39. & etiam ad *l.duodecimam, ſup. eod.* addictus, id eſt, datus. Ergo mutari debet, ſi longior eſt furor.

L. 47. Quam altero pars nominatim petat) Qui ita dabitur, judex appellatur proprie edititius, Cic. in orat. pro Planco. Servius Ecloga l.3. Virgil. in hæc verba: *In me mora non erit ulla*, id eſt, *contendam apud judicem, etiam edititium urb. quem urbs judicem eligit, apud eum contendam.*

L.49. Ad ſuum judicem) Revocare forum. A

§. ult. Judices) vide ſcripta ad *l. 5. in fin. ff. de obligat. & action.*

L.51. Fideicommiſſarii) id eſt, heredes, ſic in *Nov.*108.

L.65. Id genus contractus) Matrimonium, dotis datio, divortium contractus eſt, *l.contractus, inf. de reg. jur. & hic*, vide ſcripta hic, & ad legem 19. *inf. de verb. oblig.* & ad *l.*16. *C. de fide inſtrum.*

L.69. decem dierum) vel ex *Nov.*112. 30. dierum, vide cap.7. tract. de præſcript.

L.74. §.1. Si inter litigatores conveniat) Et ipſe quoque conſentiat. Paulus *lib.5. Sentent. tit.5. l.inter convent. inf. ad municip.*

L.77. In privatis) vide notata ad *l.ult. C. de impub.* in fin. *Patrem judicem*, id eſt, pater in re filii judicare poteſt (*) ut hic: at jus dicere oon poteſt, ut plus eſt eſſe prætorem, quam judicem datum. B

L.80. Judex additus) Lege addictus, ut Flor. & in *l.*39. & 46. *inf. eodem*.

L.81. Ex aliqua l.) Qualis eſt is, cui magiſtratus mandavit ſuam juriſdictionem, ut legatus proconſulis.

De inofficioſo teſtamenta. TIT. II.

L.9. Denuntiatione) Quæ præcedere ſolet actionem tam in perſonam, quam in rem.

L.8. §.1. Litis ordinandæ) quæ præparat querelam inoff. teſtamenti.

§. unde ſi quis) Ab hujus §. ſententia excipe filios, ex *l.jubemus, C. ad Trebel.* quia huic §. derogatur, vide not. ad *d. l. jubemus*, & ſcripta ad *l.*18. *inf. ad Trebell.*

§. Meminiſſe) vide ſcripta ad *l.5. inf.de his, quibus ut indignis*. C

§. Si ex cauſſa. In gloſſa contra tex. ſc. totum) Adde, ſic explicant Græci lib.51. *Βασιλικῶν* tit.2. vide not. ad *l.* 1. *inf. de except. rei judic.* & ſcripta ad *l. ſi ſervus plurium*, *§.* 1. *de leg.* 1.

L.13. Titia filiam) Lege, *Titia filium heredem inſtituit, filiæ legatum dedit*, vide ſcripta ad *l.ex ea, qui teſt. fac. poſſ.*

L.15. Turbato tamen ardine mortalitatis) Sic in monumento ejuſdem Pap. Romæ ſcriptum eſt. *Papiniano F.turbato ordine in ſenio parentes fecerunt, & filia infeliciſſimo pater affiictus præpoſteritate naturæ*, vide ſcripta ad *l.9. &* 18. *inf. de reb. cred.*

L.ult. Advocationem præbuit) Io gloſſa dele priorem ſolutionem, quæ eſt: hoc ſpeciale in querela, quia odioſa eſt. Ad alteram vero hoc adde: vera eſt hæc ſolutio, D aitque in l. tutor, advocatum ignoraſſe rem ſuam eſſe: ut in hac *l.ult.* eum ſciviſſe inofficioſum teſtamentum eſſe, quia alium putabat heredem, vide ſcripta ad *l.5.§.qui accuſavit, inf. de his, quibus ut indignis.*

De petit. hereditatis. TIT. III.

Superior titulus eſt de petitione hereditatis de inofficioſo. Hic eſt de qualibet alia petitione hereditatis generaliter. Petitio, id eſt, vindicatio. Unde conſtat hanc actionem eſſe in rem, *l.ſin autem, §. ſed & is, inf. de rei vindic.* ſeu potius mixtam, *l.7. C. eod. & l. ſed & ſi l. §. petitio, hoc tit.*

L.1. hereditas) Conjunge *l.24. inf. de verb. ſignif.*

L.2. Suo nomine) id eſt, directo & principali nomine: ſic *l.1. in princip. inf. de conjung. cum emancip. liber.*

L.3. Perſonam qua in noſtra) Non tam heres fit, qui per filium fit heres, quam qui per ſe, *§.item nobis, Inſtit. per quas perſon. nob. adq.* E

L.4. Si hereditatem) Conjunge *l.4. infra de verb.ſig.* vide ſcripta ad eam. Conjunge etiam *l.*35. *inf. de oblig. & action.*

L.5. D. Pius) Conjunge *l.rei* 23. *de verb. ſignif.* vide ſcripta ad *l.*51. *illo tit.*

L.13. §. item ſi quis dolo) Hunc §. recte Fulg. ait corrigi per legem 2. *C. de quadrien. præſcript.* Nam dat hic §. petit. hered. in empt. cont. d. l. 2. vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de hered. vel act. vend.*

L.20. Item veniunt, §.item: nam hereditas, & augmentum) vide not. ad *l.ſcribis,§.ult.de an.& arg.leg.* & ſcripta ad *l.6. de leg.*1. vide ſcripta libro 2. Obſer. cap. pen.

§. Pridie idus, libello camplexus) id eſt, oratione.

§. Ait ſenatus. Hoc evenerat) Sic & in *l.5. C. ſi quis alteri, vel ſibi*.

L.25. Sed & ſi lege, §. petitio hereditatis, & ſi in rem) vide ſcripta, & not. ad rub. ſup. eod.

L.31. Si quid poſſeſſor, non liberat) nam tunc repetit ſolutum indebitum, *l. cum quis, §.de peculio, de ſolution.*

L.36. Si à domino, vel à patre, §. ſi prædo) vide ſcripta ad *l.4. C. dr cond. ex l.*

L.43. Poſtquam. Cum ſit iniquum) Idem traditur in *l.5. §.1. inf. de his quib. ut indig.* ubi hoc reſcriptum dicitur eſſe Pii: vide ſcripta ad eam l.

L.46. Prædonis, tacitam fidem) vide ſcripta ad *l. in tacitis, inf. de leg.1. & ad l.18. de his, quib. ut indig.*

L.50. Hereditas, §.1. Impenſas ratione doli) Lege ut Flor. ubi etiam lege, *exceptionis*, non exceptione, ut in *l.unum ex fam. §. ſed ſi uno, l. poteſt, §. ult. de leg.2.* ſic & in *l.5. C. de rer. permut.* legendum, *condictionis ratiane*, vide ſcripta ibi.

L.51. Heres, §.ult. Fructuum) Totus hic §. accipiendus eſt de malæ fidei poſſeſſore. Ejus ſententia hæc eſt: malæ fidei poſſeſſorem fructuum ante litem motam perceptorum pretia, & uſuras præſtare, poſt litem non præſtare: hi hereditarii ſunt: dum petitur hereditas, petuntur etiam quæ hereditaria ſunt omnia, *l.illud, §. prædo, hoc tit.* Pecuniæ autem hereditariæ veniunt in petitionem hereditatis, officio autem hereditariæ veniunt in petitionem hereditatis, officio judicis: quare & pretii, ſive fructuum ipſorum uſuræ veniunt. At poſt litem motam fructuum perceptorum uſuræ non debentur: quia hi peti non videntur, & veniunt tantum officio judicis, Ejus autem, quod venit officio judicis alia acceſſio eſſe nequit, vide ſcripta ad *l.18. de his, quib.ut indignis anfer.* Obſtat *l. neque, inf. de uſur.* Vide ſolutionem in notatis ad eam *l.* & ſcripta *ad l.ult. C. de uſur.*

L.54. Ei, qui partes) Conjunge *l. hereditatis* 63. *inf. de regul. jur.*

Si pars hereditatis petatur. TIT. IV.

L.3. §. Sed & tergeminos ab Alexandria) Idem tradit Cajus io *l.utrum, inf. de reb. dub.* & D. Auguſt. lib.2. de fato, & Tert. in libr. de anima. vide ſcripta ad *l. utrum, de reb. dub.*

§. Quintum poſt diem quadrageſimum) Idem & Anaſtaſius Græcus interpres notat, vide cap.1. de præſcript.

AD LIBRUM VI.

De rei vindicat. TIT. I.

L*Ex* 1. *§.* 1. *Aut præjudiciis, aut interdictis*) vide ſcripta ad *l.*10. *C. de probat.*

L. 15. §. ult. Si forte) vide de hac diſtinctione not. ad *l.4. §. 1. inf. depoſ.* & ſcripta ad *l.23. inf. de verb. oblig.*

L.21 Si à bonæ fidei poſſeſſore)Hanc *l.*explicat Theophil. *in tit. de diviſ. ſtipul. Inſtit. in princ.* vide ſcripta ad *l.* 39. *inf. de leg.*1.

L.27. §.1. Poſſidere) vide ſcripta ad princ. *tit. C.depoſ.*

Ergo & fructuum) Conjunge *l.28. de verb. ſig.*

§.Sed & is,qui, Quæ & ipſa in rem eſt)Seu potius mixta, *l. 7. Cod. de petit. hered.* vide notata, & ſcripta ad Rub. d. titulo.

L.54. Inter officium) Obſtat *l.ult. in princ. ſup. de inoffic. teſtam.* ubi certa eſt ab Accurſio ſolutio tradita, vide notata ad l. ult. & ſcripta ad *l. 5. §. qui accuſ. de his, quibus ut indign.*

L.61. Minicius) Obſtat *§. cum ex aliena, Inſtit. de rer. diviſ.* Dicendum: Minicium, & Julianum Sabinianos fuiſſe, & in eo à Proculianis diſceſſiſſe, quorum opinio recepta eſt. Minicius hic vixit temporib. Trajani, ut docer,

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap.*10.

Digitized by Google

cei, *l.pen. ſup. de ſer.* vide ſcripta ad *l.24. in fin. de leg.1.* A

L.65. Emptor : ſi minus in fructibus) vide ſcripta ad *l.2. C. de reſc. vend.*

L.77. Quædam mulier) Conjunge *l.ager, in fine de verb. ſig.* vide ſcripta ad *d. l.*

Ab eo conduxit) At ſi ignorans rem ſuam quis conduxerit, ſibi non præjudicat, *l. 20. C. de locato*, vide ſcripta ad eam.

De Publiciana in rem actione. TIT. II.

Hæc actio datur bonæ fidei poſſeſſori, qui amiſit poſſeſſionem, nondum impleta uſucapione : nam ſi impleverit, habet directam. Hæc autem eſt utilis in rem, vide cap. 1. de præſcript.

L.1. Civilem actionem) *L.ſi creditore, de leg.1.* vide ſcripta ad *tit. C. de ædil. act.*

Honorariam) vide notata, & ſcripta ad *l.26.§.1.de leg.1.* B

L.8. Fl.7. §. ſi petenti mihi jusjurandum detulerit) ut res tradita, & cauſſa jurisjurandi, & poſt amiſſa reſtituatur, agitur Publiciana, vide ſcripta ad *l.8. C. de reb. cred. & jurejur.*

L.11. Si ego emi, §.interdum : Quo experiar) Legendum, *quo pariat*, vide ſcripta ad *l.26. inf.de verb. ſignif.* (*)

L. 12. Cum ſponſus, §. in vectigalib.) vide ſcripta ad princ. *tit. C. de jure emphyt.*

In aliis prædiis) id eſt ſtipendiariis, & tributariis.

§. Publiciana, nondum anniculo) Servorum uſucapio olim fuit annus, ideo Publiciana competebat de ſervo infante olim anniculo, quod eſt veſtigium juris antiqui. Ideo hic nondum anniculo, id eſt, nondum uſucapto, vide cap.1. tract. de præſcript.

§.ult. is qui momento) vide cap.1. de præſcript. C

L.13. Quæcunque, §.ult. Qui à pupillo) Obſtat *l.30. inf. de verb. oblig.* Dicendum, ſi ſcriptum ſit pupillum vendidiſſe, non ideo videri tutorem auctorem fuiſſe, quia id verbum non ſignificat. At verbo fidejuſſiſſe ſtipulatio ſignificatur.

L. 14. Papinianus : Quia per ignorantiam) Actionibus bonæ fidei fere omnes exceptiones etiam non allegatæ inſunt. In ſtricto judicio, qui non opponit exceptionem pacti damnatur, ut hic, ac in *l.3. de reſcind. vend.* exceptio pacti ineſt etiam non allegata.

Si ager vectigalis, vel Emphyteuticarius petatur. TIT. III.

Legendum eſt, ut Flor. *id eſt*, Emphyt. pro, *Vel*, Similis interpretatio eſt in *l. pen. §. ſup. qui ſatiſd. cog. l. qui ſcit, §.pen. inf. de uſur.* Et utique Græci agrum vectigalem vertunt ἐμφυτευτικὸν, vide ſcripta ad *princ. tit. C. de* D *jur. Emphyt.*

L.1. Qui in perpetuum vocantur) Differunt tamen à perpetuariis.

Conduxerunt à municipibus) In jure ſola prædia civitatum vectigalia dicuntur, quod olim ea ſola darentur in emphyteuſin, ut probat hic locus, & *l.ſi domus, de leg.1. l.ſi finita, §. ſi de vectig. de dam. infec.* vide notata ad eum, §. & ſcripta ad princ. *tit. C. de jur. emphyt.*

L.ult. Si ad tempus) Emphyteuſis etiam temporaria eſt: differt tamen à locatione temporaria, quod emphyteuſis, quaſi dominium tribuit, non locatio, emphyteuſis eſt alienatio, *l. ult. C. de reb. alie. non alien.* non item locatio, vide ſcripta ad princ. tit. 6. de jure emphyt. His adde, quod emphyteuſis temporaria fit in plures annos, 10. vel 20. At conductio temporaria non excedit luſtrum. E

AD LIBRUM VII.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. TIT. I.

LEx 7. *Ab eo relicta*) Legendum, ut Flor. *A re relicta*, id eſt, à re certa : Græci τὰς ἐκ τοῦ κατεγνωσμένου ἐνδείας διατροφάς: ſic in *l.cum hi, §.1.ſup. de tranſact.* vide ſcripta ad *l.120. de leg.1.*

Tom.VI. Poſt.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.3. cap.27.*

L.Locum, §.ult. utilem actionem) vide *l.1. C.de interdict. & l.11. inf. de præſcript. verb.*

Exempla, l.Aquilia) vide ſcripta ad *l.110. inf. de verb. obligat.*

§. Idemque ait : Et ſi juſſu) vide ſcripta ad *l.ult. C.per quas perſonas.*

L. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarum) Lege, *cloacarii*, ut Flor. Cloacarium eſt, quod confertur cloacarum purgandarum cauſſa.

Ob formam aquæductus) id eſt, ob ſtructuram aquæductus tuendam, & purgandam.

L.42. Si alii in fin. Ampliare legatum poſſumus) expreſſa voluntate.

L.43. Etiam partis mentio) vide *tit.24. Frag. Ulp.*

L.56. An uſusfructus, centum annis) Reſp. æſtimatur ὡς μακροχρόνιος ἄνθρωπος. Sed obſtat huic l. *l.68. inf. ad l. Falcid.* vide ſolut. in notatis ad c.1.& cap.34. de præſcrip.

L.58. Defuncta Kal. Mart. quibus penſiones) Idem Macrobius lib.1.cap.10. Solemnes etiam erant ſolvendis penſionibus Kal. Julii, *l.qui balneum, inf. qui pot. in pig.* vide ſcripta ad *l.3. C. de loc. & cond.*

De uſufructu adcreſcendo. TIT. II.

L.1. Si conjunctim) Hoc articulo conjunctim ſignificatur mixta re, & verbis conjunctio, ut & in tit. *C. de cad. tollen. & §.ſi duob. Inſt.de leg.* vide ſcrip. ad *l.16.inf.de leg.3.*

§.1. Et putat ad alterum) Obſtat *l.Proculo, inf.de leg.2.* Notandum, eam legem eſſe Celſi, qui ſæpe ab aliis diſſidet : vide notata ad *l.1. in fin. inf. de reg. Caton.* Hac in re diſſenſiſſe Julianum à Celſo, & Proculo id aperte indicat, quod in h. §. Julianus reſpondet nominatim rationibus Proculi, quæ ſunt in *d.l.& Proculo*. Nam ubi Celſus, & Proculus ajunt, dominis ſervi non partes dominicas videri legatas, & ideo inter eos non eſſe jus accreſcendi, id hoc loco fatetur Julianus, ſed ait non dominorum perſonam inſpiciendam eſſe, ſed ſervi. Servi una eſt perſona, ex qua induci poteſt jus adcreſcendi : nam & legatarius ſi partem agnoverit, partem repudiaverit, nihilominus adquirit totum legatum. Sic, quia eſt una ſervi perſona, ex ea domini utuntur jure adcreſcendi. Hoc & Accurſio ſuboluit, vide ſcripta ad *l.16. inf.de leg. 1.* vide alios locos, in quibus Celſus à Juliano diſſidet in ſcriptis ad *l.pen. C. de condict. indeb.*

L.2. §. ult. uſumfructum conſtitutum) ut ſint verbis tantum conjuncti.

L.4. Quoties in duobus) Hæc definitio nunquam fallit.

L.7. Si quis Attio) Obſtat *l.pen. Lucius Titius teſtamento, de leg.2.* vide ſolut. in notatis ad eam *l.* & ſcripta ad *l.16. de leg.1.*

Attio, & heredibus) Obſtat *l.Titia, §.1. de leg.2. & l. planc, §. ſi duobus, de leg.1.* ubi dicitur heredi à ſeipſo legari non poſſe. Nam hic omnibus heredibus legatum eſt, & Attio, & omnes heredes invicem legato obſtringuntur perinde ac ſi non adjecto Attio dixiſſet, omnibus heredibus meis fundum do lego, *l. ab omnibus, §. ſi Attio, de leg.1.* vide ſcripta ad *l.17. §. ult. de leg.1.* & notata ad *d. l. Titia.*

In gloſſa initio. *Cum forte legavit à legatario*) Dolo, & ſic repone : A legatario legari nequit, *tit. de ſingul. reb. per fideic. relictis, Inſtit.*

Vel à creditore coherede) Male : Nam ab omnibus relictum eſt legatum. Itaque nulli ſuperſunt heredes, ex quorum perſona valeat. Et dele quæ ſequuntur omnia uſque (& ſecundum has)

L.8. Si mulier) vide ſcripta ad *l.16. de leg.1.*

Magis velle ſe matrem) exemplum eſt apud Cic. in orat. pro Cæcinna.

Quando dies uſusfructus legati cedat. TIT. III.

L.1. §. dies autem ſervo hereditario) vide ſcripta ad *legem 9. C. depoſ.*

Quibus modis uſusfructus, vel uſus amittitur. TIT. IV.

L. 1. fundo vectigali) vide ſcripta ad *l. 3. Cod. de jure emphyt.*

L.5. §. rei. Extinguitur) Quia deſiit eſſe domus.

A §.ult. Rem mutari) Quia jam domus ſit, non area.
L.8. Si villa) vide ſcripta ad §. qui ſundum l. ſi fundum ſub cond. de leg.1.
Villa ſundi acceſſio) Interdum tamen fundus eſt acceſſio villæ, l.10. inf. eod.
L. 10. Si fundus villæ fuit acceſſio) ut cum quis minus arat, quam verrit. Plin. lib.18. cap.6. Erat cenſorum caſtigatio hæc, minus arare, quam verrere, quod fit, cum fundus caret villa, vide ſcripta ad §. qui ſundum l.ſi fundum, ſub cond. de leg.1.
§.agri: inundatus) vide notata ad l.10. inf. de per. & com. rei vend. & ſcripta ad l.9. inf. de verb. oblig.
§. Si maſſa uſusfr.) alia eſt in proprietate legata ratio: nec enim interit legatum, ſi res ad ſua principia redire poteſt, l.quæſitum, §. illud, inf. de leg.3. l.in omnib. inf. de adq. rerum dom. vide ſcripta ad l.ſervum filii, §. ſi peculii,
B inf. de leg.1. & ad l.22. illo tit.
§.in navis uſumfructum exſtinctum) At quadriga legata, ſi unus equus ſit mortuus, reliqui debentur, l. peculium, §.quadrigæ, de leg.2.vide notata ad eam,& ſcripta ad l.21. de leg.1.
L.23. Flumine, vel mari) vide notata ad l.10. inf.de per. & com. rei vend. & ſcripta ad l.9. inf. de verb. oblig.
L.30.Exſtinguitur) vide notata ad l.mortuo bove,de leg.3. & ſcripta ad l.21. de leg.1.

De uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur. TIT. V.

L.1. Senatus cenſuit) hujus ſcilicet mentio fit in variis juris noſtri locis, quos notavi ad fin. tit.24. Fragm. Ulp.
L.5. §.1. poſſe condici) actione in factum prætoria.
C L.8, veluti certi) Obſtat l.ubi, §.fundi, de verb.oblig. ſed placet Accurſii ſolutio, ſeparandum eſſe uſumfructum pecuniæ ab uſufructu aliarum rerum: nam in uſufructu pecuniæ verum eſt, certum eſſe, quia ipſius proprietas videtur legata. Quare male Ferretus, & eum ſequutus Duarenus ajunt, legatum uſusfructus pecuniæ eſſe incertum, ideo hic dici veluti certum, id eſt, minus proprie certum. Nam veluti ſæpe certum exprimit, ut in l.precib. C. de impub. dicunt etiam, legatum cautionis, quod in hac l. dicitur, veluti incerti, improprie eſſe incertum: quod eſt falſum, l.5. §.1. ſup. vide ſcripta ad d. l. ubi.

Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. TIT. VI.

Id eſt, de vindicatione uſusfructus, vide ſcripta ad rub. C. ſi certum pet.
D L.3. Qui poſſeſſionem duntaxat) Ex hoc loco colligitur, prætorem dominum non facere.

De Operis Servorum. TIT. VII.

L.1. opera) conjunge l.5. inf. de verb. ſig. vide ſcripta ad l. eam.
L.3. In hominis) Obſtat l.1. §. ſi uſufr. inf. ad leg. Falc. Dicendum quod hic dicitur, eas eſſe in uſufructu, id dici comparative, non vere, propter uſum. In eo opera uſui ſimilis eſt, quod ſicut uſus individuus eſt, ſic & operæ, uſufructui vero, quod locari poteſt.

De uſu, & habitatione, TIT. VIII.

L.4. Homini mediocri) id eſt, pauperi.
§.ult. in fin. Pomponius ait) lib.5. ad Q. Mucium, vide l.3. de verb. oblig.
L.8. Pomponius lib.5.) ad Q. Mucium.
E L.12. §. Sed & ſi pecoris) Ex hoc §. appone exemplum ad l. in teſtamentis, Inf. de diverſ. reg. jur.
L.14. §.1. denique ſi tibi fructus) Opponitur l.5, inf. tit. prox. vide notata ad eam.
L. 19. uſus pars) vide ſcripta ad l.72. inf. de verb. obligat.

Uſufructuarius quemadmodum caveat; TIT. IX.

L. 1. §. Habeat autem, quarum prior) vide ſcripta ad l.38. §. ſi quis ita, inf.de verb. obl.
L.5. §.1. Ergo & ſi fructus) Regulariter fructus non eſt ſine uſu: accidit tamen interdum ut ſit ſine uſu, l. per ſervum, §. ult. ſup. de uſu, & habit. cujus legis §. denique cum hac lege omnino pugnare putavit Budæus: vide ſcripta ad l.5. C. de cond. ind.

A L.ult. cautio SC.) vide de hoc SC. varios locos notatos à me in titulo 24. Fragm. Ulp. in fin.

AD LIBRUM VIII.

De Servitutibus. TIT. I.

L Ex 2. communium ædium ſervitutem imponere) nam hoc eſt alienare, vide ſcripta ad tit. C. de commun. rer. alien.
L.4. per pacti, vel doli exceptionem) vide ſcripta ad l.56. §. qui ita ſtipul. in fin. de verb. obl.
L.9. cedatur, vel relinquatur) Hæc lex loquitur de ſervitute ceſſa (*) cum ait concedatur: & delegata, cum ait
B relinquatur. Sed ei obſtat l.ſi via, inf. tit. de ſervit. ruſt. præd. Dicendum eſt, quod & in aliis omnibus locum habet, cum ſervitus legatur per vindicationem, ut hic, electionem eſſe heredis, qua parte fundi ſervitutem conſtituat, cum per damnationem, ut in d.l.ſi via, heredis. Potuit autem utroque modo ſervitus relinqui, ut & uſusfructus, ut docet Paulus lib. 3. Sent. tit. de leg. §. ult. Inſtit. eod. tit. Potuit etiam ſinendi modo, vide ſcripta ad l.13. de leg.1.
Per quamlibet ejus partem) hoc Cic. pro Cæcinna eſſe ait ex 12. tab.
Civiliter modo) Et vero hoc caſu ſatius erit hujus juris coercendi cauſſa, certa parte viam conſtitui voluntate heredis, aut legatarii, cui competit actio pro genere
C legati.
L.17. viæ, itineris, actus, aquæductus) citatur hic Pomponii locus in §. ex iis igitur l.2. inf. de oblig. quam huic l. opponunt, vide ſcripta ad d. §. ex iis.
Uſus eorum individuus) Et hac ratione ſervitutes dicuntur individuæ, quia ſervitutes conſiſtunt in uſu, uſus eſt individuus. Ergo & ſervitutes, vide ſcripta ad l.72. inf. de verb. oblig.
L.18. Papinianus) hæc lex, ut & l.legatum, §. ult.& l.ſi ſervus Titii, inf.de leg.3. hoc dicit, heredem acquirere dominium rei legatæ per aditionem. Obſtat l.3. §. ſi rem, inf. de leg.3. & l.ſervo legato, in princ. de leg.1. & l.à Titio, inf. de furt. & l.legatum, inf. de leg.2. & l.ſi ſervus legatus, inf. de nox. act. & l.peculium, §.ſed ſi creditor, inf.de pecul. Ubi dicitur, rei legatæ dominium recta via tranſi-
D re ad legatarium, nec videri ullo momento fuiſſe apud heredem. Sed ſtatuenda eſt differentia inter genera legatorum, & actiones. Legata per vindicationem legatario ea agnoſcenti ſtatim acquiruntur jure dominii, & recta via in legatarium tranſeunt, de eo genere eſt d. l. 3. cum ſimilibus cæteris. Hæc legata ſi agnoſcantur, nunquam videntur fuiſſe heredis: & ideo per aditionem non fit confuſio ex parte heredis. Eadem ratione re legata ſuſcepta legatarius, quaſi novus dominus habet actionem furti, etiamſi ejus poſſeſſionem non adprehenderit. At legata damnationis heredi adquiruntur per aditionem, & ideo tunc fit confuſio ex parte heredis. Eorum legatorum dominium acquirit legatarius per traditionem heredis, non per agnitionem, & ideo cum res ita legata eſt, ea ſubrepta antequam eſſet tradita, legatarius non habet furti actionem, quia nec dominium habet, nec
E poſſeſſionem, vide ſcripta ad l. 38. §. ſi legatus, inf. de leg.1. & notata ad l.is cujus, §. ult. inf. de furt. Sic differentia eſt inter actionem, & vindicationem. Vindicatio non adquiritur ignoranti legatario, niſi agnoverit: at actio ex teſtamento adquiritur etiam ignoranti. Verum hodie ex conſtit. Juſtin. omnes legatarii, & fideicommiſſarii dominium, & vindicationem acquirunt ab adita hereditate, ſi non repudiaverint.
L.ult. Si intercedat) Florent. hæc lex eſt 1. tit. prox. de ſervitut. urb. præd.

De Servitutibus urbanorum prædiorum. TIT. II.

L. 5.

(*) Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1, cap.13.

L. 5. Invitum) Invitus eſt alias, qui palam diſſentit, id eſt, qui dicit, non volo: non volens eſt, qui tacet, *l. 3. de reg. jur.* Alias corrigit, vide ſcripta ad *l. regula*, *inf. de jur. & fact. ignor.* A

L. 8. Parietem) hæc lex ſignificat alterutrum ſociorum non habere actionem, per quam intendat, jus ſibi eſſe reficiendi, aut demoliendi parietem communem invito ſocio.

L. 11. Qui luminibus) hæc lex explicanda eſt ex Nov. Zenonis in princ. περὶ καινοτομιῶν, ubi conſtituitur, poſſe vicinum, qui ædificium vetus reficit, ſervata priſtina forma, auferre vicino proſpectum, & lumen: ſi non ſervat antiquam formam, non poteſt niſi intermiſſo ſpatio legitimo.

L. 14. Imperatores intermiſſo legitimo ſpatio) id eſt, ſpatio duorum pedum, & ſemiſſe, quod ſpatium legibus 12. tab. erat conſtitutum inter ædes, ut ſcribit Pomponius Feſtus. Hoc ſpatium dicebatur ſeſtertii pedis auctore Meciano. B

L. Lumen intereſt inter lumen, & proſpectum) Lumen ingreditur, proſpectus egreditur. Ideoque Zeno eleganter differentiam conſtituit inter feneſtras παρακυπτικὰς, quæ fiunt proſpectus cauſſa, & φωταγωγοὺς, quæ fiunt luminis cauſſa. In Nov. Zenonis περὶ καινοτομιῶν.

L. 19. Fl. 20. §. ſi ſubiatum: utilitas exigit) utilitas opponitur ſtricto juri, ut in *§. recte*, *Inſtit. de mand.* & ibi Theoph. vide ſcripta ad *l. 11. de præſc. verbis*.

L. 40. Eos, qui, pariete communi) Legendum, *pariete cæco*: Eſt autem cæcus paries, qui feneſtram non habet: Sic Varro cubiculum cæcum vocat.

L. ult. §. ult. quatenus ſtillicidii) id eſt, juxta rectitudinem ſtillicidii. C

Januam in publico aperuit) id eſt, parietem aperuit januæ in publico faciendæ cauſſa, qua in publicum egrederetur, non cujus fores in publicum pellerentur, ut Duarenus putat cap. 32. lib. 1. Anniverſ.

De Servitutibus ruſticorum prædiorum. TIT. III.

L. 4. prætoris) vide notata, & ſcripta ad *l. 39. §. ſi quis alicui*, *inf. de leg. 1.*

L. 6. §. 1. lapidis eximendi) Hic ſervitus lapidis eximendi eſt prædialis, & tranſmittitur ad heredem. Alias eſt perſonalis, & tunc non tranſmittitur ad heredem, ut in *d. §. ſi quis alicui*, vide ſcripta, & notata ad eum locum.

L. 19. ſi unus) Ergo ſtipulatio ſervitutis in dando conſiſtit contra Accurſ. in *l. 2. §. 1. de verb. obl.* vide ſcripta ad *d. l. 2. §. item ſi*.

Nec ei dari poteſt) Obſtat *§. ex iis*, *l. 2. inf. de verb. obl.* vide ſcripta ad eum *§.* D

L. 26. per quam partem) Obſtat *l. 9. de ſervit.* hic per damnationem res legata fuit, illic per vindicationem. vide notata ad *d. l. 9.*

L. 36. uſum aquæ perſonalem) vide ſcripta, & notata ad *§. ſi quis alicui*.

Communia prædiorum, tam ruſticorum, quam urbanorum. TIT. IV.

L. 1. nemo enim poteſt ſervitutem adquirere) hæc *l. non loquitur de ſtipulatione ſervitutis, ſed de acquiſitione*.

L. 5. proprium) huic *l.* conjungi debet *l. fundus*, *inf. de contr. empt.* ut monent inſcriptiones. Cæterum utrique obſtat *l. ſi mihi*, *& Titio 110. ff. de verb. oblig.* vide ſolut. in notatis ibid.

L. ult. quo dare facere) Ergo ſtipulatio ſervitutis in dando conſiſtit contra Accurſium in *l. 2. §. 1. inf. de verbor. obl.* vide ſcripta ad d. *l. 2. §. Item ſi in facto*. E

Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur: TIT. V.

L. 1. Sepulchra autem) conjunge *l. rei 23. de verb. ſig.* vide ſcripta ad *l. 5. illo titulo*.

L. 4. §. ſi fundus) hic *§.* non loquitur de actione ex ſtipulatu: ſed de actione confeſſoria. Hic quæritur de jure, & ideo judex ſententiam dicit non perſonæ, ſed prædio. Judex ſervitutem non conſtituit, ſed eam, quæ eſt, declarat, & ideo victoria unius prodeſt cæteris heredibus, ut & condemnatio nocet. Aliud eſt in actione ex ſtipulatu, quod Bart. vivit, in quo judex perſonæ dicit ſententiam, non prædio, vide ſcripta ad *l. 2. §. ex iis*, *inf. de verb. obl.*

L. 6. §. ſi ædes excepto uſufructu) verior hujus *§.* ſenſus eſt, ut ſit etiam excipienda ſervitus oneris ferendi. Et recte lib. 58. Βασιλικῶν tit. 5. conjunctim excipitur uſusfructus, & ſervitus oneris ferendi his verbis, πλὴν τῆς περὶ τοῦ φέρειν τὰ βάρη τοῦ γείτονος, καὶ τῆς χρήσεως τοῦ καρποῦ, vide ſcripta ad *l. 85. inf. de verb. obl.*

L. 8. actio contraria) ἀντιθετικὴ, vide ſcripta ad *l. 5. in inf. C. de pign. act.*

L. 10. ſi quis diuturno uſu) diuturno uſu, longo uſu acquiruntur ſervitutes. Is vero eſt 10. annorum, vide cap. 26. *de præſcript.*

AD LIBRUM IX.

Ad L. Aquiliam. TIT. II.

L*Ex 2. Longe magis beſtiæ*) feræ

Elephanti autem) vide ſcripta ad init. tit. 19. Frag. Ulp.

L. 8. perperam) id eſt, parum apte, προπετῶς.

L. 11. §. legis autem Aquiliæ. Hero competit) Flor. *Ero.* Sic etiam eſt legendum, Herus in *l. pen. §. pater*, *inf. de caſtr. pecul.* vide notata ad eam.

L. 12. ad exemplum legis Aquiliæ actio) id eſt, utilis actio, vide ſcripta ad *l. 1. C. de pecul. & ad l. 11. inf. de præſcr. verbis*.

L. 13. §. ſi ſervus, Dominus ergo) Greci legunt domina, vide ſcripta, & notata ad *l. 9. C. depoſ.*

L. 21. In eo anno) vide cap. 20. *de præſcript.*

Annus autem) utilis, qui conſtat 365. diebus, *l. 52. inf. eod.*

L. 23. §. idem Julianus ſi inſtitutus) vide ſcripta ad *l. 85. §. ult. inf. de verb. oblig.*

In æſtimationem hereditatis) Obſtat *l. turpia*, *§. ſed & ſervi*, *inf. de leg. 1. & l. 8. §. pen. de cond. inſtit.* Dicendum hic, ſervum deceſſiſſe poſt mortem teſtatoris, atque adeo illo tempore, quo debuit manumitti. Illic ante mortem teſtatoris, adferunt aliam ſolutionem, quam Græci ſequuntur in 60. Βασ. nempe, in h. lege ſervum fuiſſe occiſum ab alio, à quo heres indemnitatem conſequi poteſt lege Aquilia. Itaque damni nihil facit, etiamſi dicamus conditionem defeciſſe. In aliis ll. ſervus fato ſuo functus eſt, quo caſu indemnitatem ab alio ſervus non poteſt conſequi. Itaque ei hoc caſu conſulimus, ut fingamus impletam. Prima verior eſt, cum in illis ll. nomine mortui veniat quodammodo occiſus, vide ſcripta ad *d. l. 85.*

§. Si infans nondum anniculus) hic Græci vertunt ἑπταετὴς, ſpectatur videlicet finis infantiæ: nam infans eſt qui nondum complevit an. 7. vide ſcripta ad *Rub. de verb. oblig.*

§. hanc actionem, ſed in heredem) vide ſcripta ad tit. *C. ex delict. def. in quant. her. conv.*

§. hac actio adverſus negantem) cæteras actiones, quæ inficiatione duplantur, vide in notat. & ſcriptis ad *l. 4. C. de cond. indeb.*

L. 27. §. inquit, lex. ruperit avenam) Recte Græci vertunt ἄγρωστιν, vide ſcripta ad *l. 8. C. de loc.*

§. Sed & ſi quis: ſufficit Aquilia actio) quoniam hæc effuſio frumentum corrumpit.

§. Si quis de manu: damni injuriæ eſſe actionem) utilem.

In factum dari poſſe actionem ait) id eſt, utilem Aquiliam.

L. 29. §. magiſtratus municipales) conjunge *l. 12. ſup. de juriſd.* utraque pertinet ad L. Aquil. Sicut magiſtratus municipalis tenetur Aquilia, ſi res pignori captas corruperit, aut animal fame necaverit, hoc *§.* ita & ſi ſervum occiderit jure magiſtratus, *l. 12. de juriſd.* quia injuria occidit, cum tantum habeat modicam coercitionem, vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſd.*

L. 30. §. ſi quis alienum: damnum injuria dare) adde, ſed uti.

L. 41. Eo tempore, quo) vide ſcripta ad *l. pen. C. de ll.* Flor. 40. A

Ad ſuſpicionem judicem adducam) Ad ſuſpicionem judicem adducere eſt rem probare argumentis, vide ſcripta ad *l. 9. C. de reb. cred. & jur.*

L. ob id quod actione quod vi) id eſt, interdicto, *l. actionis inſ. de oblig. & act.*

L. 45. Fl. 44. Leviſſima culpa) vide ſcripta ad tit. *C. de commod.*

L. Scientiam, §. qui eum, Vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura) Sic Poeta, *Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.*

L. 52. Fl. 51. §. æſtimatio. anno proximo) vide cap. 20. de præſcript.

CCCLXV. dieb. vide notata ad *l. 4. §. Stichus. inſ. de ſtatuliber.*

L. legis Aquil. Obſtat *l. arbitrio, §. ult. ſup. de dolo*, vide ſolutionem in notatis ad eam l. & ſcriptis ad *l. cum res legata, §. ſed ſi Stichus, inſ. de leg. 1.* & notatur ad *l. prox. infr.* B

L. 55. Stichum, aut Pamphilum) Sciendum eſt, ſervo occiſo dari actionem legis Aquil. domino, & fieri condemnationem in id, quanti ſervus eo anno retro plurimi fuerit, vide ſcripta ad d. *§. ſed ſi Stichus.*

Promiſi Titio) Electio eſt in ea,

Stipulator Stichum) Qui vilior eſt,

Ante moram occidit) Non ſum ideo liberatus, quoniam Pamphilus ſupereſt, quem neceſſe habeo dare. Verum de Sticho occiſo agam adverſus illum Aquilia. At quanti fiet æſtimatio? An quanti fuit Stichus, puta 10. an vero quanti eſt Pamphilus, quem neceſſe habeo dare, id eſt, xx? Et hoc verius eſt. Quia ſi Stichus non fuiſſet occiſus, pretioſiorem non dediſſem. C

In hunc tractatum) In ſuperiori autem tractatu præcedentis legis, differt.

Quam neceſſe habeo dare) Hoc ideo, quia ſolus Pamphilus ſupereſt, quem dare neceſſe habeo: ſolus eſt in obligatione. Verum poſſem offerre æſtimationem Stichi, quia mortuus eſt ſine culpa mea, atque ita retinebo Pamphilum, & I. Aquilia non conſequatur plus quam decem, vel oppoſita compenſatione contendam me eſſe liberatum occiſo Sticho.

Deceſſerit ſine mora) Idem prorſus erit ſi poſt moram r nam ſupererit petitio Pamphili. Eadem erit æſtimatio legis Aquiliæ. Cur ergo ponit ante moram occiſum Stichum? Dicendum hanc l. eſſe conjungendam cum præcedenti, ex quibus apparebit multum intereſſe, utrum quis promiſerit Stichum tantum, an vero Stichum, & Pamphilum. Nam ſi Stichum promiſerit tantum, & eum ſtipulator occiderit ante moram, tenetur Aquilia, quod non videtur dicendum: quia heres nihil damni facit cum liberatur, tenetur tamen Aquilia. Nam quia occidit ante moram, voluit injuriam debitori inferre. Si extraneus, Aquilia non tenebitur: non debitori, quia is damni nihil fecit: non etiam ſtipulatori, quia non eſt idem, ſed tenebitur de dolo, *l. arbitrio, §. ult. ſup. de dolo*, quæ ſic concilianda eſt cum *l. prox. ſupra*, ut notant Græci lib. 60. Βασιλ. tit. 3. ἐκεῖ μὲν ὁ ἐξωτικὸς ἐφόνευσεν· ἐνταῦθα δὲ ὁ ἐπερωτήσας, id eſt, *Illic Extraneus occidit, hic ſtipulator.* Sed ſi quis promiſerit Stichum, aut Pamphilum, nihil differt extraneus à ſtipulatore. Et hoc e. quod ait *inſ.* In hunc tractatum nihil differre: in ſuperiore, differt. Ergo, ſive extraneus, ſive ſtipulator occiderit, competit ſemper Aquilia. Differunt etiam poſt moram: Nam cum promiſi Stichum, aut Pamphilum, Sticho poſt moram occiſo, ſive extraneus occiderit, ſive ſtipulator, competit Aquilia. At cum Stichum tantum, & eum occidit poſt moram, creditor non tenetur Aquilia, extraneus tenetur. D E

Pluris fuiſſe videbitur) Quia verum eſt, datione Stichi quandoque eo anno potuiſſe ſervari Pamphilum: ergo ſemper æſtimabitur 20.

De His, quid ejecerunt, vel effuderint. TIT. III.

L. 5. §. hæc autem actio, in heredem vero non) vide ſcripta ad tit. *C. ex del. def. in quant. hered. conv.*

Sed nec hered.) Jure hereditario, ſed jure populi:

§. Hoc edictum ſuperioris portio eſt) Id eſt, ſuperiori ſimil. *l. ult. inſ. de cond. cau. dat.*

De Noxalibus actionibus. TIT. IV.

L. 2. §. 1. Nam in lege antiqua) Sic in *l. 1. C. de except. ſeu præſcript.*

L. 40. Cum legatario, qui legatum agnoverit furti) Obſtat *l. Papinianus 18. ſup. de ſervit. l. ſi ſervus Titii, & l. legatum, §. ult. inſ. de leg. 1.* Vide ſolutionem in notatis ad *d. l. Papinianus*, vide ſcripta ad *l. 38. ſi legatum, de leg. 1.*

L. 42. §. hæ actiones perpetuæ ſunt) Niſi principalis actio ſit temporalis, ut actio vi bon. rapt. vide ſcripta ad *d. l. 7. C. quod cum eo.*

AD LIBRUM X.

Finium regundorum. TIT. I.

L*Ex 1. Finium*) Hujus legis ſenſus eſt: finium regundorum actio habet petitiones perſonales, licet rem vindicet, vide ſcripta ad *l. in tribus, ſup. de judic.*

In gloſſ. adjudicatione) Adde, Sic *l. aliud eſt fraus, §. ult. inſ. de verb. ſig.*

L. 8. §. ult. Subjectis locis) Hinc inductus videtur inſpectionis rei litigioſæ mos, *cap. 2. extra de libel. obl.*

L. 10. Duplex jus) vide notata ad *l. 2. inſ. comm. divid.* & notata ad *d. l. in tribus.*

L. 11. in finalibus quæſtionibus) id eſt, cum agitur de finibus regundis.

L. 12. Demonſtratio confinium) Legendum, *adfinium*:

L. 11. In fin.) hoc reſponſum ad verbum ſumſerunt Impp. Diod. & Maxim. in *l. 2. C. eod. tit.* Quare cum hoc conjungi recte poterit.

Vetera monumenta) vide ſcripta ad *l. cenſus, infra, de probat.* quæ huc valde faciunt.

Et cenſus) Id eſt libros, & tabulas cenſuales. in quibus deſcribuntur ſingulorum juga, & capita. In his libris etiam agri deſignati finibus, *l. 4. inſ. de cenſib.*

Familiæ erciſcundæ TIT. II.

L. 2. §. In familiæ erciſcundæ judicio) vide notata ad *l. 2. inſ. com. div.* & ſcripta ad *d. l. in trib.*

L. 8. In gloſſ. ab eo, vel apud eum eſſe) Adde rationes, id eſt, nuda corpora uni prælegatæ; quia plerunque magna quæſtio eſt, apud quem heredem tabulæ manere debeant, ut in *l. 4. & 5. ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. ſervum filii, §. eum, qui, infra, de leg.*

L. 13. Alienationes) idem eſt, in judicio communi dividundo, vide ſcripta ad tit. *C. de comm. rer. alienat.*

L. 18. §. Sed & cum monument. præſcriptis verbis) hic locus objicitur ei, quod dicitur actionem præſcriptis verbis dari tantum ex contractibus incertis. Hic enim nullus contractus eſt, vide ſolutionem in not. & ſcriptis ad rub. *de præſcript. verb.*

L. 21. Fl. 20. §. Papin. Citra ſpeciem leg.) vide ſcripta ad *l. 56. §. 1. inſ. de verb. oblig.*

L. 23. Flor. 22. Familiæ erciſc. judicio eum teneri) Opponitur *l. Lucius, inſ. eod.* vide not. ad eam.

Cum extraneo conſcio partitus ſit) & ſic partem tantum ſuam accepit.

L. heredes, §. an ea ſtipulatio) Obſtat quod dicitur in ſin. *§. ex iis, l. 2. inſ. de verb. oblig.* vide nutata, & ſcripta ad eum locum.

§. In illa. In ſolidum) vide notata, & ſcripta ad *l. 2. §. item ſi in factum, inſ. de verb. oblig.*

§. Idem juris, obligatio dividatur) vide ſcripta ad *l. 1. C. ſi cert. pet.*

§. Non tantum negotiorum geſtorum actio ei non competit) Non datur etiam pro ſocio, quoniam eos non voluntas cojuoxit, ſed fortuna. Non actio de communiter geſto, quia talis nulla prodita eſt. Sed datur familiæ erci-

ercifcuodæ, & communi dividundo, *l. quibus caſibus*, *ff. pro ſoc.* vide ſcripta ad *l. 5. C. pro ſoc.*

§. Si incerto homine) Incertum hominem legare, eſt legare hominem generaliter, indiſtincte, ſimpliciter, ſine nomine, *l. 53. inf. de leg. 1.*

Non conſentiendo) Quem eligunt. Ergo legatum fuit relictum per vindicationem, vide not. ad *l. nummis*, *inf. de leg. 3.* & ſcripta ad *l. 53. de leg. 1.*

§. pen. . Vt de evictione) vide notata, & ſcripta ad *l. 5. §. communes*, *inf. de verb. obl.*

§. ult. Si pecunia) id eſt, certa quantitas, vide not. ad *d. l. nummis*, & ſcripta ad *d. l. 53.*

L. Cum putarem te heredem) hic errabat in facto.

Ex cauſſa judicati ſolvitur) Quæ ioficiatione duplatur, vide ſcripta ad *l. 5. de condic. indeb.*

L. Lucius. Si Lucius non amplius) vide ſcripta ad *l. ult. C. depoſ.* ubi eſt ſpecies ſimilis.

Quam pro hereditaria portione) Obſtat *l. Item Labeo*, *ſup. eod.* ubi coheres tenetur familiæ erciſc. judicio. Dicendum ideo teneri, quia cum initio totum habuiſſet, poſtea dolo partitus eſt cum extraneo in fraudem coheredis. Idem non eſt in ſociis, *l. verum*, *§. ſi cum tres*, *pro ſoc.* vide ſcripta ad *l. ult. C. depoſ.*

L. 39. Ex parte, *§. ſervo*, *cum erit annorum 30.*) Teſtamento manumiſſus, ut & vindicta, minor 30. annis civis Romanus non fiebat, & ideo his, quod cives Romani fieri cupiebant, ſic teſtamento libertatem dabant: Liber eſto, cum erit annorum 30. ut *hic*, *& l. Ariſto*, *inf. de manum. teſt. l. ult. inf. de reb. dub. l. ſi quis ita*, *§. ult. inf. de ſtatulib. Ulp. in Fragm. tit. 1. & tit. 3.* Quod locum habet in eo, qui teſtamento manumiſſus eſt, non in eo, qui cenſu, vide ſcripta ad d. *l. ult. de reb. dub.* Adde Theoph. ad *§. libertinorum*, *inſtit. de libert. & l. 1. C. comm. de manumiſſ.*

L. 44. Inter coheredes, *§. ſi coheredes ei, qui abfuit*) vide ſcripta ad tit. *de com. re. alienat.*

§. Quis familiæ erciſcundæ, *& communi dividundo*, *& finium regund.*) vide notata ad *l. 2. inf. comm. divid.* & ſcripta ad *l. in trib. ſup. de judic.*

Ideo jurare debent) Hæc verba Triboniani ſunt: nam jusjurandum hoc de calumnia primus induxit Juſtinianus. Aote Juſtin. in certis quidem cauſſis exigebatur jusjurandum de calumnia, ut qui exigebat cautionem, aut jusjurandum, aut cautionem novi operis cauſſa, qui quem ex municipio in litem vocabat jurandi cauſſa, qui rationes, aut inſtrumenta edi volebat, qui aliquid exhiberi poſtulabat. At Juſtinianus induxit, nt uterque actor, & reus in initio litis jurent de calumnia. Actorem calumniæ cauſſa litem non movere: Reum ſe calumniæ cauſſa non inficiari: item ut advocati jurati cauſſam agant, itemque litigatores, & judices, *l. 2. C. de jurejur. propter calum. §. 1. inſtit. de pœn. temere litig.* ubi adjecit, ſatius eſſe id jusjurandum initio litis præſtari, oec repeti, *Nov. 49. & 50.*

Litem intendere) Actor.

Inficias ire) Reus.

§. Quod ex facto) vide ſcripta ad *l. 2. §. item ſi in facto*, *inf. de verb. obl.*

Habebunt fam. erc.) vide ſcripta ad *l. 4. §. Cato*, *infra*, *de verb. oblig.*

L. 49. Qui erat heres) Cum hac *l.* conjungenda eſt *l. quoties*, *inf. de præſcript. verb.* Et ex hac ad illam addendum exemplum. Hic namque ſpecies proponitur, in qua defecto judicio fam. erciſcundæ dari oportet actionem utilem adverſus coheredem. Ea vero erit in factum. Aliud exemplum eſt in *l. 51. de præſcript. verb.* vide ſcripta ad eam.

Communi dividundo. TIT. III.

L. 1. Magis ad perſonales) Magis hic ſumitur θετικῶς: Nam judicium pro ſocio non pertinet ad communium rerum diviſionem. Sic etiam accipitur in *§. is quoque*, *Inſtit. quibus modis re contr.* & in *l. 12. de aur. & argen. leg. & l. 6. de leg. 1. inf.* vide ſcripta ad *d. l. 6.*

L. 2. Nihil autem) De principio hujus *l.* vide fuſe ſcripta ad *tit. C. pro ſocio.*

§. In tribus) hic *§.* repetitus eſt in *l. in tribus*, *ſupra*, *de judiciis.*

Duplicibus judiciis) hæc judicia ideo duplicia dicuntur, quia in eis utriusque litigatoris par eſt conditio, nec ſe quiſquam præcipue dicit actorem, aut reum, ſed quiſque eſt actor, & reus, *l. 10. ſup. fin. regund. l. 3. §. in familiæ*, *l. inter coheredes*. *ſup. famil. erciſc.* Et ob id etiam mixta dicuntur, quia confuſæ ſunt perſonæ actoris, & rei, *l. actionis verbo*, *inf. de obligat. & actio.* In his tribus judiciis uterque vindicat, & ab utroque viodicatur viciſſim. Sunt quoque in his judiciis mutuæ portiones, & præſtationes perſonales. Nam hæc tria judicia ſunt tam in rem, quam io perſonam, & ea quoque ratione mixta dicuntur, *§. quædam*, *Inſtitut. de actionibus*. Actio fam. erciſ. eſt in rem, & in perſonam. Nam ex actione partim rei, partim pecuniæ fit adjudicatio. Vel quia per eam actionem rem vindicamus, cujus ex parte domini ſumus. Item per eam actionem intendimus nobis dari oportere, puta ſi nobis bona fide ſumptus facti ſunt in rem hereditariam. Idem in cæteris judiciis dicendum: Ejuſdem generis eſt interdictum uti poſſidetis, & utrubi, *d. l. actionis verbo*, *l. 2. inf. de interd. l. 3. §. 1. infra*, *uti poſſidetis*, *§. pen. Inſtit. de interdictis*. Alia judicia ſunt ſimplicia. In eis unus præcipue actor eſt, alter reus. Ob hoc fit, ut procurator datus ad illa tria judicia, duplicem cautionem præſtet, unam de rato quaſi actor: alteram de judicato ſolvendo, quaſi reus, quoniam videtur datus ad agendum, defendendum, *l. ſi defunctus*, *§. ult. ſup. de procur.* Eandem quoque ab cauſſam fit, ut uterque duplex jusjurandum de calumnia ſubeat, *l. inter coheredes*, *§. qui famil. ſup. famil. erciſc.* Sed cur duplex cautio exigitur, cur duplex jusjurandum? cum forte lis dirimatur, & ſtatuatur quis ſit actor? *l. ſed cum ambo*, *ſup. de judic.* Dicendum, hæc judicia poſſe duplicia eſſe. Uterque vindicat, & ab utroque vindicatur: & hoc ſors non poteſt mutare, quia in illis ſunt mutuæ petitiones. Sed ſors adhibetur ordinandæ tantum litis cauſſa, ut ſciatur quo ordine cauſſa agenda ſit. Prior aget, qui prior provocarit. Cæterum harum actionum effectus duplex eſt.

L. 6. Agi poterit utili) vide ſcripta ad tit. *C. pro ſocio.*

§. Idem ſcribit, *ſi is pigneratitia exceptione*) Pigneratitia exceptio eſt, ſi quis agenti in rem debitori objiciat cauſſam pignoris, vide ſcripta ad *l. 10. C. de pignor. act.*

L. 7. §. inter prædones, nec ſi vi, *aut clam*) Legendum, *nec ſi clam*, ut Flor. Nam qui clam poſſidet, prædo non eſt; qui vi, prædo eſt.

Precaria) id eſt, poſſeſſio.

L. 10. §. ult. Et de evictione) vide ſcripta ad *l. 5. §. communes*, *inf. de verb. oblig.* & notatur ibidem.

L. 14. Si convenias, *pactum nullas vires*) Nam pactio de individuo vinculo communionis, ſeverior eſt, propter diſcordias, quas excitat communio, *l. cum pater*, *§. dulciſſimis*, *de leg. 2. l. in re communi*, *ſup. de ſervit. urb. præd*, vide ſcripta ad *l. 2. C. de jure emphyt.*

L. 19. §. Judex. S. C.) Qua cautum eſt, ne ſervi fugitivi vendantur, aut donentur, quod Sc. factum fuit Alexandri temporibus, Modeſto, & Probo Cooss. ut docet *l. 1. de ſerv. fugit.* Cujus ſententia exponitur in *l. 2. & 6. ad l. Fab. de plag.*

L. 20. Ad edictum) Flor. *ad delictum*, recte. Sic & libri ſcripti, vide ſcripta ad tit. *C. de condict. ob turp. cau.*

Motu) id eſt, iracundia.

Villa diruta eſt) hoc & in aliis omnibus cauſſis judex faciebat ob contumaciam. Cic. 1. Philip. Itaque jure quidem contumax coercetur pignoribus, & mulcta extra ordinem, tum etiam motu judicis ædium diſturbatione.

L. 23. Aut certe actionem) *Aut*, hoc loco corrigit.

Ad exhibendum. TIT. IV.

L. 3. §. Item ſi optare) vide ſcripta ad *§. ult. l. 4. inf. de leg. 1.*

§. Ibidem ſubjungit) vide ſcripta ad *l. 5. in fin. C. de pig. act.*

In di-

In directum judicium) id eſt, in rem;

L.7. §. Si quis cum judicii. Quamvis ſit) *Quamvis* corrigit, vide ſcripta, & notata ad *l.75. §. qui vero, inf. de verb. obligat.*

L.9. §. Glans. Tertio quoque die) vide c.5. de præſcrip.

AD LIBRUM XI.

De interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus. TIT. I.

L*Ex 1. eſt autem interrogatio*) Senſus eſt: Heredes debitoris tunc tenentur pro portionibus hereditariis, ſi agitur in perſonam, non in rem, & ita ſi certum petatur. Actio autem ſi certum petatur eſt actio non ſolum certæ pecuniæ creditæ, & numeratæ, ſed & cujuslibet alterius rei creditæ. Vide ſcripta ad Rubr. *C. ſi certum pet.*

Qua ex parte adverſarius) vide ſcripta ad *l.1. C. ſi certum pet.*

L.3. Ad deliberandum tempus impetrare debet) Arbitrio prætoris, vide cap. 35. de præſcript.

De Servo corrupto. TIT. III.

L.4. Utili lege Aquilia) id eſt, actione in factum utili.

L.13. In heredem) vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in quan. her. con.*

De fugitivis. TIT. IV.

L.4. Is qui fugitivuum) vide *l.1. inf. de verb. ſignific.*

§.1. Intra 20. dies) vide cap.9. tract. de præſcript.

De aleæ luſu, & aleatoribus. TIT. V.

In aleatores olim fuit actio in quadruplum. Aſcon. in divinac. Et fuit aleatorum turpe nomen. Ammian.lib.28. vide ſcripta ad *l.5. C. quod cum eo.*

L.ult. §. competit repetitio) vide cap. 32. de præſcript. Hanc repetitionem Anatolius notat tolli præſcriptione 50. an. vide etiam ſcripta ad *l.5. C. quod cum eo.*

Si menſor falſum modum dixerit. TIT. VI.

Ex hoc edicto datur actio in menſorem, qui falſum agri modum dixit.

L. Si menſor. Sed nec dari utilem) Quia caſus hic eſt diſſimilis, quoniam verum modum renuntiavit.

De Religioſis, & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat. TIT. VII.

L. Oſſa, §.1. Modica tamen) Nam prætor urbanus gravem coercitionem in merum imperium non habet, ſed tantum modicum; itemque pignoris capionem. Et generaliter omnia, ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt, vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſd.*

L. liberum) hanc *l.ſic Græci redigunt in ſummam.* Hæc actio nec heredi datur, nec in heredem. Vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in q. her. conv.*

In gloſſ. videutur) Dele totam, & dic. Imo Juriſconſultis, & hæc lex loquitur de funeraria, non de hac actione.

L.22. Ex dote quæ) vide notata ad *l.51. inf. ſolut.matr.*

L.31. §.ult. non eſt annua) Loquitur de actione funeraria, non de illa, quæ datur prohibito mortuum inferre: vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in q.*

L.32. §.1. Labeo ait) vide not. & ſcripta ad *l. ſi inter, inf. de reb. dub.*

L.34. Interim heres) Tunc religio locum non occupat, *l.ſi fundus, inf. de cond. & demonſtr.* Quod verum eſt, niſi heres ipſum teſtatorem intulerit, cum non eſſet opportunior locus: nam tunc fit locus religioſus, & tenebitur tantum heres ad pretium fundi, *l.quid ergo, ſup. de l.1.* vide ſcripta ad *l. ſi fundum ſub conditione, in princ. & §. pen. inf. de leg.1.* Adde *l.4. in fin. ſup. eod.*

L.43. Sunt perſonæ) vide ſcripta lib.3. Obſer.c.22.

Inſuperhabemus) id eſt, negligimus. De hoc verbo vide notata ad *l.2. C.ſi omiſſ. ſit cauſa teſtamenti,* & ſcripta ad *l. 3. & 17. inf. de his, quibus ut indig.* & lib. 3. Obſerv. cap. 22.

De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. TIT. VIII.

L.5. Si propius) Explicanda eſt hæc lex ex lib.2. Ciceron. de ll. quo loco docet, eum, qui ſepulchrum ædificeat juxta ædes alienas, relinquere debere 60. pedum intervallum.

Nullam habet actionem) Actionis verbo hoc loco interdictum continetur, ut in *l. actionis, inf. de oblig. & act.* traditur.

AD LIBRUM XII.

De rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione. TIT. I.

Ad Rubricam.

D*E reb. creditis*) Hic tit. non eſt generalis; ut nec tit. de judiciis ſup. Cur enim ſecundæ, & tertiæ parti generalem potius tit. præponas, quam aliis. Præterea hic tit. nihil ad tit. ſequentes, aut condictiones pertinet. Hæ condictiones ſunt ex bono, & æquo, non ex contractu, *l.contra, §.ult. l. rerum 1. inf. rer. amot. l.indebiti, l. hæc condictio, l. in ſumma, inf. de cond. indeb.* vide not. ad *tit. de judic.*

Si certum petatur) Certum, id eſt, certa pecunia, vel res alia quævis certa. Vide ſcripta ad Rubr. *C. ſi cert. pet.* Actio ſi certum petat. eſt actio numeratæ pecuniæ, & creditæ. Vide not. ad *l.1. C. de except. ſeu præſcr.* Hoc probatur ex *l.1. ff. de cond. triticaria.*

In gloſſ. Si certum, id eſt, mutuum) Mutuum, id eſt, mutua pecunia, *l.1. inf. de condict. triticaria.*

De condictione) id eſt actione ex mutuo.

L.1. §.1. credendi generalis appellatio) Hic tit. de reb. creditis generalis eſt, non quod complectatur totam hanc tertiam partem Digeſtorum, ſed quod ſub eo prætor expoſuerit certi condictionem, quæ ex omnibus contractibus datur, *l.certi, §. quoniam, inf. eod.* quæ his verbis ſignificatur, *Si certum petatur, l.1. ſup. de interrog. in jure fac.*

Sub hoc tit. prætor) Dicendum, in edicto perpetuo fuiſſe propoſitum ſpecialem tit. non generalem de rebus creditis ſi certum petatur, & de condictione. ſub quo edixit prætor de certi condictione ex variis contractibus. Item de commodato nonnihil,& de pignore. Item de ſpeciali condictione, quæ ex mutuo datur. Edicti verba non habemus, vide ſcripta ad init. *tit. de judic.inf.& ad Rubr. C. ſi certum pet.* De mandato, emptione, locatione, & quæ hac tertia parte continentur, non dixit tractari.

L.2. Aut commodatum erit) Recte Agrœtius Grammaticus: *commodamus amico pro tempore hanc ipſam rem recepturi, mutuo damus quam recipi neceſſe non eſt.* Vide ſcripta ad init. *tit. C. de commod.*

§.1. In creditum ire) De hujus verbi ſignificatione, vide ſcripta, & notata ad *l.in navem, inf. locati.*

In genere ſuo) vide ſcripta ad *l.54. inf. de oblig.*

Functionem recipere) id eſt, permutationem recipiunt, *l.ſi certos, inf. de leg.1.*

Quod de meo tuum) Nam de re aliena mutuum non conſiſtit, *l.ſi quis pro eo, §. ſi nummos, de fidejuſſ.* cum aliis ſimilibus.

§. Item mutuum: Si nihil proficiſcatur) ut ſi vir uxori poſt divortium promittat dotem, mulier eſt creditrix, licet dos non intervenerit,vide ſcripta ad *l.21. de verb. obl.*

§. ult. verbis quoque) Sic Quintilianus lib. 4. *certam pecuniam peto ex ſtipulatione,* vide ſcripta ad *l.7. inf. de verb. oblig.*

Veluti ſtipulatione) Sed & dictione dotis, & juramento liberti verbis credimus,vide ſcrip. ad Rub. *inf.de verb.obl.*

L.4. §. res pignori data) vide ſcripta ad *tit. C. de condict. ex lege.*

L.5.§.1. Animadverti deb.) Præjudicium ſcil. vide ſcripta ad *l.23. de verb. oblig.*

L.6.

L.6. certum eſt) vide ſcripta ad *l. 74. de verb. obl.* & ad A *Rubr. C.ſi certum pet.*

Quatenus mutua) Quatenus, id eſt, quia, *ut l.14. de aqua, & aqu. pl.arc.* Plinius 3. epiſt. *& l.49. inf. de verb. obl.* vide ſcripta ad eam.

L.8. in fin. Adpoſitum) Legendum, *Adquiſitum* : vide ſcripta & not. ad *l.58.§.ſi legatum, de leg.1.* vide & Duar. hic.

L.9. Sive ex certo) Certi & incerti contractus, qui ſint notandum eſt ad *l.& uno, inf. de acceptilat.* & initium tit. *de præſcript.verb.*

Sive ex incerto) Incertum contractum hic intellige ἀνώνυμον, ut do, ut des, *l.1. §.debet, de conſtit. pec. l.& uno, de acceptilat.* vide ſcripta ad *l.75.de verb.obl.*

Ante diem) Excipe caſum *l.1.C. de cond. ex lege.*

§. Quoniam. Ex omnibus contractibus) vide notata ad B *l.1.ſup. eod.* & ſcripta ad *Rub. C.ſi cert. pet.*

Et puto eſſe) Dabitur condictio ex numeratione : vide not. ad *l.3. C.de contrah. & committ.ſtipul.*

§. Item quæri: nulla ſit ſtipulatio) vide ſcripta ad *l.7.inf. de verb. obl.*

§. Si nummos : adquiri tibi condictionem) hoc caſu per liberam perſonam nobis directa actio quæritur, ut & in actione pigneratitia : vide ſcrip. ad *l.38.inf. de verb. oblig.* & ad *l. 5. C. de condict. indeb.* & ad fin. *l. 1. C. per quas perſonas.*

Cum quotidie) vide ſcripta ad *l.6. C.ſi certum pet.*

L.11. Rogaſti) vide ſcripta ad *l.8. C.ſi certum pet.*

Pecuniam mutuam factam) Pugnat vere Africanus in *l.qui negotia, inf. mand.* vide ſcripta ad *l.6. C. ſi cert.pet.*

§. ult. Si dolo malo) vide ſcripta ad *l.2. C. ſi cert. pet.* C

L.13. Accipientis non facit) mutuum contrahitur de re noſtra, non de aliena.

Naſcitur condictio) Ex conſumptione : vide ſcripta ad *l.2. C.ſi cert. pet.*

§. ult. Nam & ſi commune) vide ſcripta ad *l. 54. inf. de verb. oblig.*

L. 14. Si filiusfam. contra SC.) vide ſcripta ad tit. *C. ad SC.Maced.*

L. 15. Singularia) Pugnat omnino cum hac lege Africanus in *l. qui negotia, inf. mand.* Vide notata ad eum & ſcripta ad *l. 6. C. ſi cert. pet.* Tutius tamen eſt Ulpiani in hac l. ſententiam ſequi, quæ fictione, & utilitate nititur. Africani ſententia nititur mero jure.

Circa pecuniam creditam) Propter crebrum ejus uſum.

L.17. Viaticum ſuum) Viaticum quid ſit, notandum eſt D in *l.ſi longius, §.1. ſup. de judic.*

Extraordinario) Utilis actio dicitur dari in *l. ſi longius, §.1. ſup.de judic.* Hic vero extraordinaria. Recte : Nam generaliter omnes utiles actiones ſunt extraordinariæ : vide ſcripta ad *d. l. ſi longius, §.1.* Sic omnes actiones utiles ſunt in factum. Cum ait, actiones exerceri à filiofam. intelligit utiles. Vide not. ad *l. in factum, inf. de oblig. & act.* quæ cum hac eſt conjungenda, & ex hac explicanda.

L. 16. Suæ partis tantum alienationem habet) videlicet ex conſumptione : vide ſcripta ad *l.2. C.ſi cert. pet.*

L.22. Vinum) Vere vinolenti ſunt, qui in hac lege tractant de mora, de ea autem vide fuſe ſcripta ad *l.59.inf. de verb. oblig.*

Cum petitum eſſet) Idem in *l. ult. inf. de condict. tritic.* Sed utrique legi obſtat *l.pen.illo tit.* E

L.24. perquam certum) vide ſcripta ad *l.74.inf.de verb. oblig.*

L.26.lib.5. Opin.) Ex eodem lib. eſt *l. 2. inf. quando ex facto tut.*

Procurator ejus) vide ſcripta ad *l.79.inf. de verb. obl.& ad l.2. C.ſi cert.pet.& ad l.2.C.per quas perſ.*

Actionem dari militi) vide ſcripta ad tit. *C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & not.ad *l.2. C. quando ex facto tut.*

L.29. poſſe dici) Id eſt, poſſe etiam in eum, qui præpoſuit, agi principaliter. Sic in *l.ſi quis mancipiis, §.ult. ff. de inſtitoria:* vide not. ad eum §.

L.33. ne hi, qui provinciam) Ne hoc prætextu aliquid à provincialibus extorqueant. Qua ratione in provincia

negotiari, emere, donata adſequi non poſſint.

Mutuam pecuniam dent) vide ſcripta ad *l. 3. C. ſi cert. pet.*

L. 34. Præſidis provinciæ officiales) vide ſcripta ad tit. *C. rem alien. ger.non interd.*

Quia perpetui ſunt) Id eſt, quia perpetuo manent in provincia, & ſingulis quibuſque præſidibus ad tempus parent, *l.59. C. Th. de appellat.*

Mutuam pecuniam fænebrem) Opponitur *l. quiſquis, C. eod.* Vide ſolutionem in notatis ad eam. Vide etiam ſcripta ad *l.3. C.ſi cert.petat.*

In gloſſ. *Solutionem, l. quiſquis, C. eod.* dele totam, & vide not. ad eam legem.

L. 36. Juſſu meo promiſiſti) Loquitur de eo, qui quod pure debet, delegante creditore, promittit. Vide ſcripta ad *l.56. §.ult.inf. de verb. obl.*

L.40. Lecta eſt) Hujus legis ſententiam Græci lib. 23. Βασιλ. ſic recte exprimunt. Acceptis de te mutuo ccc. promiſi ea me tibi ſoluturum Kal. proximis, & ex mora uſuras certas. Poſtea convenit, ut diviſim ſingulis menſib. ſolverem centum, finitis trib. menſib. & me nihil ſolvente, non potes uſuras totius ſortis, ſed poſt primum menſem centum, poſt ſecundum aliorum centum, poſt tertium, reliquorum : is enim, cui ſortis ſolutio data eſt, uſuras non præſtat. Poteſt tamen quis ſtipulari medii temporis uſuras : nam & in fructib. idem fit, de hac l. vide ſcripta ad *l.135.inf. de verb. obl.*

Quindecim mutua) id eſt, xv. etc. vide not. ad *l. Stichus, §. ſervum, de ſtatuliberis.*

De domo ſua) Pecunia accipiebatur mutua, vel ex C menſæ ſcriptura; & tunc obligatio contrahebatur nominibus : vel ſumebatur è domo ſeu arca, & tunc contrahebatur re tantum, aut verbis tantum. Donatus in Phormione, *l. quidam, de conſtit. pec.*

Pœna nomine in dies) Hæc eſt uſura centeſima.

De obligatione uſurarum) An mutatus earum quoque dies ſit.

Stipulationi ineſſe) Ex parte reorum tantum, non autem ex procuratoris.

Uſuras adjeciſſet) Centeſimas.

Finito primo) Vide ſcripta ad *Rubr. inf. de nau. fœn.*

Poſt ſecundum, & tertium tractum) non autem ex Kal. proximis currere totius ſortis uſuras.

§.ult.) in fin. Obſtat *l.cum quidam, inf. de uſuris*, vide not. ad eam legem.

D *In gloſſ. In auditorio*) Dele, id eſt, in Scholis.

L.41. In gloſſ. ignoraſſent) ibi (*ſed contra*) Adde vide notata ad *d. l. ſi quis mancipiis, §. ſi impubes, de inſtit. act.* ubi ſolutio traditur.

L.ult. Sed & ſi cum Sejo) Eadem ſpecies eſt in *l. 116. inf. de verb.obl.* vide ſcripta ad eam.

Labeo ait) Obſtat *l.ſi heres juſſus ſit, D. de leg. 1.* vide ſolutionem in ſcriptis, & not.ad eam l.

In gloſſ.) Dele ſolutionem hoc loco.

Si reum locupletem) Id eſt, expromiſſorem : vide ſcripta ad *l.38. in princ.de verb.obl.inf.& l.67. illo tit.*

De jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. TIT. II.

Ad Rubricam.

Hic titulus eſt de eo jurejurando, quod litium finiendarum cauſſa interponitur, cujus definitionem, & harum E ſpecierum explicationem, vide in ſcriptis ad *Rubr. C.de reb.cred.& jurejur.*

Sive voluntario) Græci voluntarium accipiunt pro eo, quod defertur in jure. Neceſſarium pro eo, quod refertur in jure. Itaque ſic hunc titulum vertunt περὶ ὅρκου ἑκουσίου καὶ ἀντεπαγομένου καὶ δικαστικοῦ. Theodorus Balſ. ad Nomocan. tit. 18. judiciale id eſſe ait, quod ex auctoritate judicis, etiam invita utraque parte defertur.

Judiciali) ἐνδίκῳ.

L.1. vel ex pactione ipſorum litigatorum) Et hoc eſt voluntarium. (*)

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1.cap.18.*

pertinentium. Deſenſores quoque civitatis, *ἐκδικοι* jus A dicendæ mulctæ non habent, *l.1. C. de offic. juriſd. Alexand.* quoniam ii non erant publici judices, ſed cognoſcebant inter plebejos ad certam ſummam, *Nov. 15.* hi mulctæ jus non habent, *l. deſenſores 1. C. de deſenſ. civit.* multo minus pedanei judices mulctæ dictionem habent.

Niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum ſit) Hæc verba Triboniani ſunt: nam pedaneis, ſeu ſpecialibus judicibus interdum permiſſum eſt mulctam dicere, *l. ult. C. de ſportul.* ex qua hi poſſunt coercere exſecutores litium, qui improbato more in lite inſtruenda verſantur: denique poteſt pedaneus mulctare, ſi in dando judex ei permiſerit. Judex compromiſſarius poteſt mulctare, alioqui nunquam perveniet ad judicium, *l. non ex omnibus, ſup. de recept.* Conſtantinus Harm. lib.1. epitom. tit.4. quia B hoc illi lege datum eſt.

L.3. Non videntur) Senſus eſt: qui habet jus revocandi domum, vocatus quidem venire debet: ſed ſi non venerit, non mittetur adverſarius in bonor. poſſeſſ. quoniam, qui præſens eſt, aut qui habet jus revocandi domum, fraudationis cauſſa latitare non videtur.

Fruſtrandæ actionis) Legendum, *fraudationis*, ut in *l. eo tempore, inf. de peculio, l. Fulcinius, quibus ex cauſſis in poſſeſſ. l. 5. inf. de bonis auctor. judicis poſſ.* Cicero pro Quintio.

L.4. Lis nulla) jure ordinario nulla lis eſt inter patrem & filiumfam. extra ordinem ſæpe lis eſt. Contra hanc *l.4.* opponuntur: Primum, reſtitutionem in integrum eſſe, *l. ſi intra, C. de reſtit. in integr. l. ſi filius, ſup. de minorib.* Datur & actio in *l. etiamſi, §. ult. ſup. de minor.* Paulus lib.1. C Sentent. & filiumfamil. reſtituit adverſus patrem, *l.3. ego etiam filiamfamil. ſup. de minor.* ubi filia de dote adverſus patrem reſtitui dicitur: ſed dicendum, id fieri extra ordinem, reſtitutio in integrum ex edicto de minoribus eſt extraordinaria. Præterea cauſſa dotis filiæ eſt propria, ut caſtrenſis peculii filii: ſic extra ordinem filius à patre alimenta poſcit.

L. 6. Cæcus) Hæc lex ſumpta eſt ex *l.1. §. quamvis, ſupra de poſtul.* & eſt ex eod. lib. Ulp. vide notata ad *d. §. quamvis*, ubi hæc l. exponitur.

L. 7. Poſteaquam in jus) quinimo is, qui in jus vocatus eſt, antequam lis ſit conteſtata, obveniente malitia non poterit mutare forum: nam ſufficit præventio. Præventus eſt, qui in jus vocatus eſt, *l. qui autem, ſup. ſi quis cautionibus*: vide not. ad eam, & ſolutionem. D

Jus revocandi forum) Forum revocant, qui ratione militiæ, dignitatis, ſacerdotii, non niſi certum forum agnoſcunt, qui vocati ad forum jure incompetens, invocant competens.

L.8. Si quis in legatione conſtituerit) Obſtat *l. eum, qui, §.1. inf. de conſtit. pec.* Sed in eo manifeſte deſideratur negatio: vide not. ad *d. l. eum, qui.*

Non cogitur) Si tempore legationis debere cœpit, cogitur.

L. 9. Inſula) Notandus Ariſtot. locus in lib. de mundo. Inſulas ait alii *ἐξαιρέτως ποιοῦσι*, id eſt, *inſulas alii cenſent præcipuo quodam jure*, & eas eximunt à jure finitimarum partium. Alii tribuunt eas finitimis partibus, quorum ſententiam noſtri ſequuntur. Inſulæ Italiæ pertinent ad forum Italiæ. Inſulam inſulani Italici agno- E ſcunt commune forum Italiæ. Idem in provinciis obtinet.

L.10. Deſtitiſſe) hæc lex pertinet ad tit. de calumniatoribus, ut docet cum ipſe contextus, tum inſcriptio, quæ ſumpta eſt ex lib. 10. ad edictum, in quo expoſuit Ulp. edictum de calumniatoribus, quo coercentur, qui à lite inſtituta calumniandi animo deſiſtunt ab accuſatione. Ideoque in eo quæritur quid ſit deſiſtere. Hanc eandem ſententiam Tribon. accommodavit ad edictum de minoribus in *l. deſtitiſſe, ſup. de minor.* Pertinet etiam hæc Sent. ad SC. Turp. quo puniuntur tergiverſatores. Hi ſunt, qui omnino deſtiterunt.

L. 10. deſtitiſſe) vide *l.6. inf.* ad SC. Turpill.

A Negotio) Negotium pro lite ſumitur, ut in *l.4. inf. de re milit. l. qui explicandi, C. de accuſat.* & ideo executores modo litium, modo negotiorum dicuntur.

Deſtitiſſe non videtur) Nec tenetur edicto de calumniatoribus, etiamſi accepta pecunia deſiſtat.

L.12. cum prætor) Qui dare, & dari poſſunt judices.

§.1. Quibus lege) Ergo judicis datio eſt legis, non juriſdictionis, non competit magiſtratus jure. Obſtat *l. imperium, ſup. de juriſdict.* vide not. ad eam, & ad *l. eum, qui,* illo tit. & ſcripta ad hunc locum.

§. Is quoque legati proconſulum) Sed legati proconſulum hoc non agunt ex mandato, quia quod proconſul ex l. habet, non comprehenditur mandato juriſdictionis. Legatus enim proconſul. hoc habet ex aliqua lege, non ex mandato, *l. legib. ſup. de officio procon.* argum. *l.1. §. damus, inf. de ſuſpect. tutor.* Cognitio de ſuſpecto tutore proconſuli lege ſpecialiter data eſt, quia hæc cognitio non comprehenditur mandato juriſdictionis, legati poſſunt tamen lege cognoſcere de ſuſpectis tutoribus, non ex mandato, ſed ex legis ſententia, *d. §. damus*, quoniam ea cognitione non ſunt indigni, cum in eos jus omne contulerit proconſul, vide ſcripta hic, & ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

§. Item hi, quibus more) Urbani magiſtratus dant ſuo jure judices, id eſt, more majorum, ſic mulctam dicunt more majorum, id eſt, ſuo jure, Gellius lib.11. cap.1. Dant autem judices magiſtratus urbani cujuſcunque ordinis, *l. ult. inf. quis, & à quo appel.* ut prætor, præfectus urbi, præfectus prætorio, *l.1. eod. tit. l. ult. ſup. de offic. præfecti urbi.* Quæſtor judices dabat. Cicero in Divinat. Item conſul, *l.1. denique, inf. de appell. l. eum, qui, ſup. de juriſdict.* vide notata ad *d. l. eum, qui, & l. imperium, ſup. de juriſdict.* & ſcripta ad *l.5. ejus tit.*

Vim imperii) id eſt, vires præturæ, *l. 2. ſup. eodem titul.*

§. Non autem, & impubes) Hinc vulgo male colligunt, minorem 25. annis poſſe judicem fieri, vide not. ad *l. cum lege, ſup. de recep.*

Qui ſenatu motus) Quoniam impeditur l. Julia repetundarum, *l. 2. ſup. de ſenator.* in qua turpitudo ſordes ſignificat, ut ſi pecuniam accepit ob ſententiam in ſenatu dicendam. Sic *l.9. §. ult. ſup. de recept.* *αἰσχροκέρδεια.*

L.13. In tribus iſtis) hæc lex repetita eſt in *l.2. inf. communi divid.* Vide de tota hac l. ad *d. l.2.* & ſcripta in hunc locum.

Qui ad judicium provocaſſet) id eſt, qui prior judicem poſtulaſſet.

L.14. Sorte res) Sors adhibetur ordinandi tantum judicii cauſſa, ut ſciatur quis ſit actor, quis reus. Et tamen ipſa hæc judicia duplicia ſunt. Uterque vindicat, & ab utroque vindicatur.

L.15. Filiusfamilias) Legendum *filiifamil.* ut ſit ſenſus: Judex litem de peculio inſtitutam adverſus patrem filiifamil. nomine ſuam fecit, id eſt, in ea lite male judicavit. Quid fiet, ſi judex in actione de peculio, quæ filiifamil. nomine inſtituitur, male judicarit? damnabitur in veram æſtimationem litis. Judex debuit patrem damnare in tantam quantitatem, quanta fuit in peculio ſententiæ tempore: hoc ſi non fecerit judex, eandem quantitatem præſtabit, quæ erat in peculio, non fuit judex filiusfamil. ſed judex de peculio filiifamil. judicavit. Quid ſi filiusfamilias litem ſuam faciat? non poteſt teneri pater in tantam quantitatem, quanta fuit in peculio filiifamil. cum ſententiam dixit, nam ex pœnali cauſſa pater non tenetur de peculio, *l. ex peculio, inf. de regul. jur.* Hæc actio pro pœnali habetur, & ideo nec in heredem datur, *l. prox. inf.* Præterea ſi pater teneretur de peculio, teneretur pro ea quantitate, quæ fuit in peculio non tempore, quo filiusfamil. male judicavit, ſed pro ea, quæ fuit cum in patrem nomine filii ſententia de peculio dicta eſt. Nam in actione de peculio ſpectatur quantum ſit in peculio rei judicatæ tempore, *l. quæſitum, inf. de pecul. l. Fulcinius, §. ſi quis actionem, inf.*

qui-

Digitized by Google

quibus ex cauſſis in poſſeſſ. Non autem retro : Ideo non tenetur pater de peculio, nec filius tenebitur pro quantitate ſui peculii, cum peculium non ſit in jure filiifamil. niſi caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, de quo hic nihil. Patris dominium eſt, quare fruſtra filiusfamil. in id peculium condemnaretur, cujus non eſt dominus. Præterea certum eſt, filiumfamil. qui male judicavit, teneri, non in quantitatem peculii, ſed in ſolidum. Quæret unde ſolvat, aut coojicietur in carcerem. Filiifamil. tenentur in ſolidum ex omnibus cauſſis, excepta cauſſa mutui, & dotis, *l. pen. C. qui bon. ced. poſſ. §. ſi filiusfamil. Inſtitut. de obligationibus, quæ quaſi ex delicto.*

Litem ſuam faciat, & §. 1. judex) Litem ſuam facere judex dicitur, cum ab adverſario in eum vertitur tota lis, *c'eſt prendre le juge en partie.* Litem ſuam facit judex, qui contra leges judicat, qui in fraudem legis ſententiam dicit. Imperatores dicunt cauſſam ſuam facere, *l. a. C. quorum appel. non recip.* litem ſuam facere dicunt Cicero, & Gellius, & Seneca libro de conſol. ad Polyb.

§. 1. dolo malo) opponitur *l. ult. infra de variis, & extraord. cogn.* vide ſcripta ad *l. 5. C. de condict. indeb.*

In fine cogatur) adde. Ac præterea notatur infamia : ſi vero per imprudentiam, juris ignorantiam male judicaverit, præſtat quod religioni judicantis videbitur, *l. ult. inf. de variis, & extraord. cognit.*

L. 16. Vera non eſt) Nam ea pro pœnali habetur. Hæc eſt civilis conſtitutio, ut pœnales actiones in heredem non tranſeant, *l. 1. inf. de privat. delict.* vide etiam ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in quant. hered. conv.*

L. 17. Suæ rei judicem) Sic nemo ſibi in re ſua arbitrari poteſt, nemo teſtimonium dicere, *tit. ne in ſua cauſa. C.*

L. 18. ſi longius) Cum hac *l.* conjungenda eſt *l. pen. inf. de vacat. muner.* utraque eſt ex libro 23. Ulpiani ad edictum, in quo Ulp. expoſuit edictum prætoris de judicibus datis. Valde notandum, quod in utraque *l.* dicitur *judex operam dare* : nam hoc proprium eſt judicis operam dare Cicer. in Verr. *Equitem Romanum, quem in conſilio habuit, jubet operam dare, quod res privato judex eſſet*, & lib. 7. epiſt. ad Fab. Gallum : *is ad me venit, dixitque judicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die.*

Mutari eum) vide alias cauſſas, ob quas judicium ſolvitur, io *l. judicium, inf. eod. & l. pen. C. de ped. judic. & l. pen. inf. de vac. muner.*

§. 1. Vnde ego) hæc verba non ſunt Ulpiani, ſed Juliani : nam hac in re ejus teſtimonio alii ſemper utuntur, *l. Julia, inf. depoſ. l. 8. inf. de oblig. & act.*

Viaticulo ſuo) Viaticum in libris noſtris non tantum ſignificat ſumptum itineris, ſed quicquid paratur ad ſumptum peregre faciendum, *l. cum filiusfamil. inf. de reb. cred.*

L. 21. Competenti cautelæ) hæc verba Triboniani eſſe hoc iodicat, quod ablativis abſolutis auctores noſtri nunquam utuntur, nec cautelæ verbo, ſed cautionem dicunt, aut cavitionem: ſic in *l. ſi defunctus, §. ult. ſup. de procur. & l. quamvis, §. 1. de pigner. act. & l. ſi plures, inf. depoſ.*

L. 23. Opus eſt) vide ſcripta ad *l. 76. inf. de verb. oblig.*

L. 24. quos princeps) Intelligit non eum, qui privati negotii, ſed qui publici conſilii cauſſa à principe evocatur per ſacram evocatoriam, *l. 1. C. ut omnes judices tam civil. l. ult. de dignitat. lib.* 12. Novella 8. Caſſiod. lib. 7. hic non multum diſtat à legato, ideoque ſtatim loquitur de legat. ſic non obſtabit *§. legati l. 2. ſup. hoc tit.*

§. 1. Legati) Nam ſi ob negotium contractum tempore legationis non revocant domum, multo minus ob maleficium contractum.

L. 26. Non competere in eum actionem) Dicendum videbatur cogi Legatum pati hereditarias actiones non revocata domo, quoniam adiit tempore legationis, quod autem adiit, contrahere videtur, *§. heres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contra.* Ergo & conveniri poſſe videtur. Verum aliud receptum eſt, & ſeparatur haq in re aditio à cæteris contractibus. Legatus ex uno, aut altero contractu convenitur, ex aditione non poterit. Nam hereditas omnis plerunque plena eſt negotiorum, non una eſt res, non unus contractus, ſed multitudo negotiorum, qua implicatur legatus, videndum eſt ne abducatur ab officio legationis.

L. 28. In gloſſa adierit) Dele totam, & repone : Imo cogitur reſtituere, ut & adire. Nec ait non cogi reſtituere *l. legatus*, quam hic adfert Accurſius male, ut nec *l. omnes, inf. ad Trebell.* vide notata ad *d. l. ſi legatus*, & ſcripta hic.

Trebelliani exceptio) Fallitur hic Accurſ. nec intelligit quid ſit Trebel. exceptio. Hoc ſignificat, privilegium quod Legatus, qui adiit habet, non videri tranſlatum in fideicommiſſarium ex Trebelliano : eo nomine non dari exceptionem Trebelliani, quaſi tranſlatam. Sic actionem Trebelli. intellige in *l. ſi patroni, §. actiones, inf. ad Trebell.*

Perſonale beneficium) *L. quia tamen, §. ult. inf. ad Trebell.*

§. Sed & ſi, cauſſa cognita) Obſtat *§. penult. l. 2. ſup. eod. tit.* Dicendum, tempus actionis ipſo jure currere, idque non negat ille *§.* ult. ſed dicitur hoc procedere ſine præjudicio creditorum. Nam ex hac cauſſa facile reſtituuntur, ſi actionis tempus fuerit continuum : nam ſi fuerit utile, ipſo jure non currit, id enim tempus non eſt utile, quo ob revocatam domum agi non poteſt.

L. 30. Ubi acceptum) id eſt, ubi lis conteſtata eſt. *Nov. 90. & Nov. 123.* ideoque quoties quæritur de loco, non diſtinguitur inter locum, quo lis conteſtatur, & ubi lis judicatur : nam eodem loco utrumque ſit ſemper, *l. 3. §. ult. inf. de act. empt.*

L. 32. Si judex huic l. non obſtat *lex properandum, §. ſin autem utraque, C. eod.* nam hæc lex loquitur de judice dato ad certum tempus nominatim : lex vero *properandum* de eo, qui circumſcriptus eſt legitimo tempore.

Vt legitimum tempus non excedat) Hæc poſtrema verba Triboniani ſunt, & ideo exponi debent ex *d. l. properandum.*

In gloſſ. *legit. Triennii per novam conſtit.*) Nam olim erat tantum annus, *l. 2. C. Theod. ad l. Cornel. de falſ. & tit. ut intra annum, & l. reus, ſup. de minor.*

In eadem gloſſa addentes) adde, recte.

L. 35. Iudicium vero) vide ſcripta ad *l. 76. inf. de verb. obligat.*

L. 37. Idem lib. 5. Cognitionum) In hoc lib. 5. Cognitionum tantum tractatur de rebus criminalibus : vide Conſtant. In hac lege de vi, criminaliter, de proprietate, civiliter.

Si de vi) Hujus l. verba eadem repetuntur *inf. l. 1. §. ſi de vi, ad l. Juliam de vi publ.* niſi quod in illa pro Hadrianus, legitur Pius. Unde notandum Hadrianum etiam Pium vocari, quod nomen per adoptionem ſortitum eſt.

L. 39. Iudex adjicitur) Legendum, *addicitur*, ut in Flor. & in *l. judex, & l. antepen. inf. eod. tit.* addicere judicem, eſt dare judicem, addictus judex, id eſt, datus. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16. ait magiſtratum nundinis poſſe manumittere, judiciumque addicere, ſic in *l. 12. tab.* addicere litem, eſt dare, addicere bon. poſſ. id eſt, dare. Cicero 2. Verr. vide ſcripta ad *l. 12. ſupra.*

L. 42. Diverterit) Divortium contractus eſt, vide ſcripta ad *l. 19. de verb. oblig. & l. 16. C. de fide inſtrum.*

L. 43. Eum, qui inſul.) Conjunge *l. 49. §. ult. inf. de fidejuſſor.*

L. 46. adjectus eſt) Lege, *addictus*, ut Flor. & in *l. 39. ſup.* & in *l. antepen. inf. eod.* vide etiam not. ſup. ad l. 39. & etiam ad *l. duodecimam, ſup. eod.* addictus, id eſt, datus. Ergo mutari debet, ſi longior eſt furor.

L. 47. Quam altera pars nominatim petat) Qui ita dabitur, judex appellatur proprie edititius, Cic. in orat. pro Planco. Servius Ecloga l. 3. Virgil. in hæc verba : *In me mora non erit ulla*, id eſt, *contendam apud judicem, etiam edititium urb. quem urbs judicem eligit, apud eum contendam.*

L.49. Ad ſuum judicem) Revocare forum. A

§. ult. Judices) vide ſcripta ad *l. 5. in fin. ff. de obligat. & action.*

L.51. Fideicommiſſarii) id eſt, heredes, ſic in *Nov.108.*

L.65. Id genus contractus) Matrimonium, dotis datio, divortium contractus eſt, *l.contractus, inf. de reg. jur. & hic*, vide ſcripta hic, & ad legem 19. *inf. de verb.oblig.* & ad *l.16. C. de fide inſtrum.*

L.69. decem dierum) vel ex *Nov.112.* 30. dierum, vide cap.7. tract. de præſcript.

L.74. §.1. Si inter litigatores conveniat) Et ipſe quoque conſentiat. Paulus *lib.5. Sentent. tit.5. l.inter convent. inf. ad municip.*

L.77. In privatis) vide notata ad *l.ult. C. de impub.* in fin. *Patrem judicem*, id eſt, pater in re filii judicare poteſt (*) ut hic: at jus dicere non poteſt, ut plus eſt eſſe B prætorem, quam judicem datum.

L.80. Judex *additus*) Lege addictus, ut Flor. & in *l.39. & 46. inf. eodem.*

L.81. Ex aliqua l.) Qualis eſt is, cui magiſtratus mandavit ſuam juriſdictionem, ut legatus proconſulis.

De inofficioſo teſtamenta. TIT. II.

L.9. Denuntiatione) Quæ præcedere ſolet actionem tam in perſonam, quam in rem.

L.8. §.1. Litis ordinandæ) quæ præparat querelam inoffic. teſtamenti.

§. unde ſi quis) Ab hujus §. ſententia excipe filios, ex *l.jubemus, C. ad Trebel.* quia huic §. derogatur, vide not. ad *d. l. jubemus*, & ſcripta ad *l.18. inf. ad Trebell.*

§. Meminiſſe) vide ſcripta ad *l.5. inf.de his, quibus ut indignis.*

§. Si ex cauſſa. In gloſſa contra tex. ſc. totum) Adde, ſic C explicant Græci lib.51. *Βασιλικῶν* tit.2. vide not. ad *l. 1. inf. de except. rei judic.* & ſcripta ad *l. ſi ſervus plurium, §. 1. de leg. 1.*

L. 13. Titia filiam) Lege, *Titia filium heredem inſtituit, filiæ legatum dedit*, vide ſcripta ad *l.ex ea, qui teſt. fac. poſſ.*

L.15. Turbato tamen ordine mortalitatis) Sic in monumento ejuſdem Pap. Romæ ſcriptum eſt. *Papiniano F.turbata ordine in ſenio parentes fecerunt, & filio infeliciſſimo pater afflictus præpoſteritate naturæ*, vide ſcripta ad *l.9. & 38. inf. de reb. cred.*

L.ult. Advocationem præbuit) In gloſſa dele priorem ſolutionem, quæ eſt: hoc ſpeciale in querela, quia odioſa eſt. Ad alteram vero hoc adde: vera eſt hæc ſolutio, D aitque in l. tutor, advocatum ignoraſſe rem ſuam eſſe: at in hac *l.ult.* eum ſciviſſe inofficioſum teſtamentum eſſe, quia alium putabat heredem, vide ſcripta ad *l.5.§.qui accuſavit, inf. de his, quibus ut indignis.*

De petit. hereditatis. TIT. III.

Superior titulus eſt de petitione hereditatis de inofficioſo. Hic eſt de qualibet alia petitione hereditatis generaliter. Petitio, id eſt, vindicatio. Unde conſtat hanc actionem eſſe in rem, *l.ſin autem, §. ſed & is, inf. de rei vindic.* ſeu potius mixtam, *l.7. C. eod. & l. ſed & ſi l. §. petitio, hoc tit.*

L.1. hereditas) Conjunge *l.24. inf. de verb. ſignif.*

L.2. Suo nomine) id eſt, directo & principali nomine: ſic *l.1. in princip. inf. de conjung. cum emancip. liber.*

L.3. Perſonam qua in noſtra) Non tam heres fit, qui per E filium fit heres, quam qui per ſe, *§.item nobis, Inſtit. per quas perſon. nob. adq.*

L.4. Si hereditatem) Conjunge *l.4. infra de verb.ſig.* vide ſcripta ad eam. Conjunge etiam *l. 35. inf. de oblig. & action.*

L.5. D. Pius) Conjunge *l.rei 23. de verb. ſignif.* vide ſcripta ad *l.51. illo tit.*

L.13. §. item ſi quis dolo) Hunc §. recte Fulg. ait corrigi per legem 2. *C. de quadrien. præſcript.* Nam dat hic §. petit. hered. in empt. cont. d. l. 2. vide ſcripta ad *l. 1. C. de hered. vel act. vend.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap.10.*

A *L.20. Item veniunt, §.item: nam hereditas, & augmentum*) vide not. ad *l.ſcribit,§.ult.de au.& arg.leg.* & ſcripta ad *l.6. de leg.1.* vide ſcripta libro 2. Obſer. cap. pen.

§. Pridie idus, libello complexus) id eſt, oratione.

§. Ait ſenatus. Hoc evenerat) Sic & in *l.5. C. ſi quis alteri, vel ſibi.*

L.25. Sed & ſi lege, §. petitio hereditatis, & ſi in rem) vide ſcripta, & not. ad rub. ſup. eod.

L. 31. Si quid poſſeſſor, non liberat) nam tunc repetit ſolutum indebitum, *l. cum quis, §.de peculio, de ſolution.*

L.36. Si à domino, vel à patre, §. ſi prædo) vide ſcripta ad *l.4. C. de cond. ex l.*

L.43. Poſtquam. Cum ſit iniquum) Idem traditur in *l.5. §.1. inf. de his quib. ut indig.* ubi hoc reſcriptum dicitur eſſe Pii: vide ſcripta ad eam l.

B *L.46. Prædonis, tacitam fidem*) vide ſcripta ad *l. in tacitis, inf. de leg.1. & ad l.18. de his,quib. ut indig.*

L.50. Hereditas, §.1.Impenſas ratione doli) Lege ut Flor. ubi etiam lege, *exceptionis*, non exceptione, ut in *l.unum ex fam. §. ſed ſi uno, l. poteſt, §. ult. de leg.2.* ſic & in *l.5. C. de rer. permut.* legendum, *condictionis ratione*, vide ſcripta ibi.

L.51. Heres, §.ult. Fructuum) Totus hic §. accipiendus eſt de malæ fidei poſſeſſore. Ejus ſententia hæc eſt: malæ fidei poſſeſſorem fructuum ante litem motam perceptorum pretia, & uſuras præſtare, poſt litem non præſtare: hi hereditarii ſunt: dum petitur hereditas, petuntur etiam quæ hereditaria ſunt omnia, *l.illud, §. prædo, hoc tit.* Pecuniæ autem hereditariæ veniunt in petitionem hereditatis, officio autem hereditariæ veniunt in petitionem here-
C ditatis, officio judicis: quare & pretii, ſive fructuum ipſorum uſuræ veniunt. At poſt litem motam fructuum perceptorum uſuræ non debentur: quia hi peti non videntur, & veniunt tantum officio judicis. Ejus autem, quod venit officio judicis alia acceſſio eſſe nequit, vide ſcripta ad *l.18. de his, quib.ut indignis aufer.* Obſtat *l. neque, inf. de uſur.* Vide ſolutionem in notatis ad eam *l.* & ſcripta *ad l.ult. C. de uſur.*

L.54. Ei, qui partes) Conjunge *l. hereditatis 63. inf. de regul. jur.*

Si pars hereditatis petatur. TIT. IV.

L.3. §. Sed & tergeminos ab Alexandria) Idem tradit Cajus in *l.utrum, inf. de reb. dub.* & D. Auguſt. lib.2. de fato, & Tert. in libr. de anima. vide ſcripta ad *l. utrum, de reb. dub.*

D *§. Quintum poſt diem quadrageſimum*) Idem & Anaſtaſius Græcus interpres notat, vide cap.t. de præſcript.

AD LIBRUM VI.

De rei vindicat. TIT. I.

L*Ex 1. §. 1. Aut præjudiciis, aut interdictis*) vide ſcripta ad *l.10. C. de probat.*

L. 15. §. ult. Si forte) vide de hac diſtinctione not. ad *l.4. §. 1. inf. depoſ.* & ſcripta ad *l.23. inf. de verb. oblig.*

L.21. Si à bona fidei poſſeſſore) Hanc *l.* explicat Theophil. *in tit. de diviſ. ſtipul. Inſtit. in princ.* vide ſcripta ad *l. 39.*
E *inf. de leg.1.*

L.27. §.1. Poſſidere) vide ſcripta ad princ. *tit. C.depoſ.*

Ergo & fructuum) Conjunge *l.28. de verb. ſig.*

§.Sed & is,qui,Quæ & ipſa in rem eſt) Seu potius mixta, *l. 7. Cod. de petit. hered.* vide notata, & ſcripta ad Rub. d. titulo.

L.54. Inter officium) Obſtat *l.ult. in princ. ſup. de inoffic. teſtam.* ubi certa eſt ab Accurſio ſolutio tradita, vide notata ad l. ult. & ſcripta ad *l. 5. §. qui accuſ. de his, quibus ut indign.*

L.61. Minicius) Obſtat *§. cum ex aliena, Inſtit. de rer. diviſ.* Dicendum: Minicium, & Julianum Sabinianos fuiſſe, & in eo à Proculianis diſceſſiſſe, quorum opinio recepta eſt. Minicius hic vixit temporib. Trajani, ut do-

cet,

Digitized by Google

cet, *l.pen. ſup. de ſer.* vide ſcripta ad *l.24. in fin. de leg.1.* A

L.65. Emptor : ſi minus in fructibus) vide ſcripta ad *l.2. C. de reſc. vend.*

L.77. Quædam mulier) Conjunge *l.ager, in fine de verb. ſig.* vide ſcripta ad *d. l.*

Ab eo conduxit) At ſi ignorans rem ſuam quis conduxerit, ſibi non præjudicat, *l. 20. C. de locato*, vide ſcripta ad eam.

De Publiciana in rem actione. TIT. II.

Hæc actio datur bonæ fidei poſſeſſori, qui amiſit poſſeſſionem, nondum impleta uſucapione: nam ſi impleverit, habet directam. Hæc autem eſt utilis in rem, vide cap. 1. de præſcript.

L.1. Civilem actionem) L.ſi creditore, de leg.1. vide ſcripta ad *tit. C. de ædil. act.* B

Honorariam) vide notata, & ſcripta ad *l.26.§.1.de leg.1.*

L.8. Fl.7. §. ſi petenti mihi jusjurandum detulerit) ut res tradita, & cauſſa jurisjurandi, & poſt amiſſa reſtituatur, agitur Publiciana, vide ſcripta ad *l.8. C. de reb. cred. & jurejur.*

L.11. Si ego emi, §.interdum : Quo experiar) Legendum, *quo pariat*, vide ſcripta ad *l.26. inf.de verb. ſignif.* (*)

L. 12. Cum ſponſus, §. in vectigalib.) vide ſcripta ad princ. *tit. C. de jure emphyt.*

In aliis prædiis) id eſt ſtipendiariis, & tributariis.

§. Publiciana, nondum anniculo) Servorum uſucapio olim fuit annus, ideo Publiciana competebat de ſervo infante olim anniculo, quod eſt veſtigium juris antiqui. Ideo hic nondum anniculo, id eſt, nondum uſucapto, vide cap.1. tract. de præſcript.

§.ult. is qui momento) vide cap.1. de præſcript. C

L.13. Quæcunque, §.ult. Qui à pupillo) Obſtat *l.30. inf. de verb. oblig.* Dicendum, ſi ſcriptum ſit pupillum vendidiſſe, non ideo videri tutorem auctorem fuiſſe, quia id verbum non ſignificat. At verbo fidejuſſiſſe ſtipulatio ſignificatur.

L. 14. Papinianus : Quia per ignorantiam) Actionibus bonæ fidei fere omnes exceptiones etiam non allegatæ inſunt. In ſtricto judicio, qui non opponit exceptionem pacti damnatur, ut hic, ac in *l.3. de reſcind. vend.* exceptio pacti ineſt etiam non allegata.

Si ager vectigalis, vel Emphyteuticarius petatur. TIT. III.

Legendum eſt, ut Flor. *id eſt*, Emphyt. pro, *Vel*, Similis interpretatio eſt in *l. pen. §. ſup. qui ſatiſd. cog. l. qui ſcit, §.pen. inf. de uſur.* Et utique Græci agrum vectigalem vertunt ἐμφυτευτικὸν, vide ſcripta ad *princ. tit. C. de jur. Emphyt.* D

L.1. Qui in perpetuum vocantur) Differunt tamen à perpetuariis.

Conduxerunt à municipibus) In jure ſola prædia civitatum vectigalia dicuntur, quod olim ea ſola darentur in emphyteuſin, ut probat hic locus, & *l.ſi domus, de leg.1. l.ſi finita, §. ſi de vectig. de dam. infec.* vide notata ad eum, §. & ſcripta ad princ. *tit. C. de jur. emphyt.*

L.ult. Si ad tempus) Emphyteuſis etiam temporaria eſt: differt tamen à locatione temporaria, quod emphyteuſis, quaſi dominium tribuit, non locatio, emphyteuſis eſt alienatio, *l. ult. C. de reb. alie. non alien.* non item locatio, vide ſcripta ad princ. tit. 6. de jure emphyt. His adde, quod emphyteuſis temporaria fit in plures annos, 10. vel 20. At conductio temporaria non excedit luſtrum. E

AD LIBRUM VII.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. TIT. I.

L Ex 7. *Ab eo relicta)* Legendum, ut Flor. *A re relicta*, id eſt, à re certa: Græci τὰς ἐκ τοῦ πράγματος ἐπιδείας διατροφάς: ſic in *l.cum hi, §.1.ſup. de tranſact.* vide ſcripta ad *l.120. de leg.1.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.3. cap.27.*

L.Locum, §.ult. utilem actionem) vide *l.1. C.de interdict. & l.11. inf. de præſcript. verb.*

Exempla, l.Aquilia) vide ſcripta ad *l.110. inf. de verb. obligat.*

§. Idemque ait : Et ſi juſſu) vide ſcripta ad *l.ult. C.per quas perſonas.*

L. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarum) Lege, cloacarii, ut Flor. Cloacarium eſt, quod confertur cloacarum purgandarum cauſſa.

Ob formam aquæductus) id eſt, ob ſtructuram aquæductus tuendam, & purgandam.

L.42. Si alii in fin. Ampliare legatum poſſumus) expreſſa voluntate.

L.43. Etiam partis mentio) vide *tit.24. Frag. Ulp.*

L.56. An uſusfructus, centum annis) Reſp. æſtimatur ὡς μακροχρόνιος ἄνθρωπος. Sed obſtat huic l. *l.68. inf. ad l. Falcid.* vide ſolut. in notatis ad c.1.& cap.34. de præſcrip.

L.58. Defuncta Kal. Mart. quibus penſiones) Idem Macrobius lib.1.cap.10. Solemnes etiam erant ſolvendis penſionibus Kal. Julii, *l.qui balneum, inf. qui pot. in pig.* vide ſcripta ad *l.3. C. de loc. & cond.*

De uſufructu adcreſcendo. TIT. II.

L.1. Si conjunctim) Hoc articulo conjunctim ſignificatur mixta re, & verbis conjunctio, ut & in tit. *C. de cad. tollen. & §.ſi duob.Inſt.de leg.* vide ſcrip.ad *l.16.inf.de leg.3.*

§.1. Et putat ad alterum) Obſtat *l.Proculo, inf.de leg.2.* Notandum, eam legem eſſe Celſi, qui ſæpe ab aliis diſſidet: vide notata ad *l.1. in fin. inf. de reg. Caton.* Hac in re diſſenſiſſe Julianum à Celſo, & Proculo id aperte indicat, quod in h. §. Julianus reſpondet nominatim rationibus Proculi, quæ ſunt in *d.l. & Proculo*. Nam ubi Celſus, & Proculus ajunt, dominis ſervi non partes dominicas videri legatas, & ideo inter eos non eſſe jus accreſcendi, id hoc loco fatetur Julianus, ſed ait non dominorum perſonam inſpiciendam eſſe, ſed ſervi. Servi una eſt perſona, ex qua induci poteſt jus adcreſcendi: nam & legatarius ſi partem agnoverit, partem repudiaverit, nihilominus adquirit totum legatum. Sic, quia eſt una ſervi perſona, ex ea domini utuntur jure adcreſcendi. Hoc & Accurſio ſuboluit, vide ſcripta ad *l.16. inf.de leg. 1.* vide alios locos, in quibus Celſus à Juliano diſſidet in ſcriptis ad *l.pen. C. de condict. indeb.*

L.2. §. ult. uſumfructum conſtitutum) ut ſint verbis tantum conjuncti.

L. 4. Quoties in duobus) Hæc definitio nunquam fallit.

L.7. Si quis Attio) Obſtat *l.pen. Lucius Titius teſtamento, de leg.2.* vide ſolut. in notatis ad eam l. & ſcripta ad *l.16. de leg.1.*

Attio, & heredibus) Obſtat *l.Titia, §.1. de leg.2. & l. plane, §. ſi duobus, de leg.1.* ubi dicitur heredi à ſeipſo legari non poſſe. Nam hic omnibus heredibus legatum eſt, & Attio, & omnes heredes invicem legato obſtringuntur perinde ac ſi non adjecto Attio dixiſſet, omnibus heredibus meis fundum do lego, *l. ab omnibus, §. ſi Attio, de leg.1.* vide ſcripta ad *l.17. §. ult. de leg.1.* & notata ad *d. l. Titia.*

In gloſſa initio. *Cum forte legavit à legatario)* Dolo, & ſic repone: A legatario legari nequit, *tit. de ſingul. reb. per fideic. relictis, Inſtit.*

Vel à creditore coherede) Male: Nam ab omnibus relictum eſt legatum. Itaque nulli ſuperſunt heredes, ex quorum perſona valeat. Et dele quæ ſequuntur omnia couſque (& ſecundum has)

L.8. Si mulier) vide ſcripta ad *l.16. de leg.1.*

Magis velle ſe matrem) exemplum eſt apud Cic. in orat. pro Cæcinna.

Quando dies uſusfructus legati cedat. TIT. III.

L.1. §. dies autem ſervo hereditario) vide ſcripta ad legem 9. *C. depoſ.*

Quibus modis uſusfructus, vel uſus amittitur. TIT. IV.

L. 1. fundo vectigali) vide ſcripta ad *l. 3. Cod. de jure emphyt.*

L.5. §. rei, Exſtinguitur) Quia deſiit eſſe domus.

 §.ult.

§.ult. Rem mutari) Quia jam domus ſit, non area. A

L.8. Si villa) vide ſcripta ad *§. qui fundum l. ſi fundum ſub cond. de leg.1.*

Villa fundi acceſſio) Interdum tamen fundus eſt acceſſio villæ, *l.50. inf. eod.*

L. 10. Si fundus villæ fuit acceſſio) ut cum quis minus arat, quam verrit. Plin. lib.18. cap.6. *Erat cenſorum caſtigatio hæc, minus arare, quam verrere*, quod ſit, cum fundus caret villa, vide ſcripta ad *§. qui fundum l.ſi fundum, ſub cond. de leg.1.*

§.agri: Inundatus) vide notata ad *l.50. inf. de per. & com. rei vend.* & ſcripta ad *l.9. inf. de verb. oblig.*

§. Si maſſa uſuſfr.) alia eſt in proprietate legata ratio: nec enim interit legatum, ſi res ad ſua principia redire poteſt, *l.quæſitum, §. illud, inf. de leg.3. l.in omnib. inf. de adq. rerum dom.* vide ſcripta ad *l.ſervum filii, §. ſi peculii, inf. de leg.1. & ad l.22. illo tit.* B

§. in navis uſumfructum exſtinctum) At quadriga legata, ſi unus equus ſit mortuus, reliqui debentur, *l. peculium, §.quadrigæ, de leg.2.* vide notata ad eam, & ſcripta ad *l.21. de leg.s.*

L.23. Flumine, vel mari) vide notata ad *l.50. inf.de per. & com. rei vend.* & ſcripta ad *l.9. inf. de verb. oblig.*

L.30.Exſtinguitur) vide notata ad *l.mortuo bove, de leg.3;* & ſcripta ad *l.21, de leg.s.*

De uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, vel minuuntur. TIT. V.

L.1. Senatus cenſuit) hujus ſcilicet mentio ſit in variis juris noſtri locis, quos notavi ad fin. *tit.24. Fragm. Ulp.*

L.5. §.s. poſſe condici) actione in factum prætoria.

L.8, veluti certi) Obſtat *l.ubi, §.fundi, de verb.oblig.* ſed placet Accurſii ſolutio, ſeparandum eſſe uſumfructum pecuniæ ab uſufructu aliarum rerum: nam in uſufructu pecuniæ verum eſt, certum eſſe, quia ipſius proprietas videtur legata. Quare male Ferretus, & eum ſequutus Duarenus ajunt, legatum uſusfructus pecuniæ eſſe incertum, ideo hic dici veluti certum, id eſt, minus proprie certum. Nam veluti ſæpe certum exprimit, ut in *l.precib. C. de impub.* dicunt etiam, legatum cautionis, quod in hac *l.* dicitur, *veluti incerti*, improprie eſſe incertum: quod eſt falſum, *l.5. §.1. ſup.* vide ſcripta ad *d. l. ubi.* C

Si uſusfructus petetur, vel ad alium pertinere negetur. TIT. VI.

Id eſt, de vindicatione uſusfructus, vide ſcripta ad *rub. C. ſi certum pet.*

L.3. Qui poſſeſſionem duntaxat) Ex hoc loco colligitur, prætorem dominum non facere. D

De Operis Servorum. TIT. VII.

L.1. opera) conjunge *l.5. inf. de verb, ſig.* vide ſcripta ad *l. eam.*

L.3. In hominis) Obſtat *l.1. §. ſi uſusfr. inf. ad leg. Falc.* Dicendum quod hic dicitur, eas eſſe in uſufructu, id dici comparative, non vere, propter uſum. In eo opera uſui ſimilis eſt, quod ſicut uſus individuus eſt, ſic & operæ, uſufructui vero, quod locari poteſt.

De uſu, & habitatione. TIT. VIII.

L.4. Homini mediocri) id eſt, pauperi.

§.ult. in fin. Pomponius ait) lib.5. ad Q. Mucium, vide *l.3. de verb. oblig.*

L.8. Pomponius lib.5.) ad Q. Mucium.

L.32. §. Sed & ſi pecoris) Ex hoc §. appone exemplum ad *l. in teſtamentis, inf. de diverſ. reg. jur.* E

L.14. §.s. denique ſi tibi fructus) Opponitur *l.5, inf. tit. prox.* vide notata ad eam.

L. 59, uſus pars) vide ſcripta ad *l.72. inf. de verb. obligat.*

Uſufructuarius quemadmodum caveat; TIT. IX.

L. 5. §. Habeat autem, quarum prior) vide ſcripta ad *l.38, §. ſi quis ita, inf.de verb. obl.*

L.5. §.1. Ergo & ſi fructus) Regulariter fructus non eſt ſine uſu: accidit tamen interdum ut ſit ſine uſu, *l. per ſervum, §. ult. ſup. de uſu, & habit.* cujus legis *§. denique* cum hac lege omnino pugnare putavit Budæus: vide ſcripta ad *l.5. C. de cond. ind.*

A *L.ult. cautio SC.*) vide de hoc SC. varios locos notatos à me in titulo 24. Fragm. Ulp. in fin.

AD LIBRUM VIII.

De Servitutibus. TIT. I.

L*Ex 2. communium ædium ſervitutem imponere*) nam hoc eſt alienare, vide ſcripta ad *tit. C. de commun. rer. alien.*

L.4. per pacti, vel doli exceptionem) vide ſcripta ad *l.56. §. qui ita ſtipul. in fin. de verb. obl.*

L.9. cedatur, vel relinquatur) Hæc lex loquitur de ſervitute ceſſa (*) cum ait concedatur: & delegata, cum ait relinquatur. Sed ei obſtat *l.ſi via, inf. tit. de ſervit. ruſt. præd.* Dicendum eſt, quod & in aliis omnibus locum habet, cum ſervitus legatur per vindicationem, ut hic, electionem eſſe heredis, qua parte fundi ſervitutem conſtituat, cum per damnationem, ut in *d.l.ſi via*, heredis. Potuit autem utroque modo ſervitus relinqui, ut & uſusfructus, ut docet Paulus lib. 3. Sent. *tit. de leg. §. ult. Inſtit. eod. tit.* Potuit etiam ſinendi modo, vide ſcripta ad *l.53. de leg.s.* B

Per quamlibet ejus partem) hoc Cic. pro Cæcinna eſſe ait ex 12. tab.

Civiliter modo) Et vero hoc caſu ſatius erit hujus juris coercendi cauſſa, certa parte viam conſtitui voluntate heredis, aut legatarii, cui competit actio pro genere legati. C

L.17. viæ, itineris, actus, aquæductus) citatur hic Pomponii locus in *§. ex iis igitur l.2. inf. de oblig.* quam huic opponunt, vide ſcripta ad *d. §. ex iis.*

Uſus eorum individuus) Et hac ratione ſervitutes dicuntur individuæ, quia ſervitutes conſiſtunt in uſu, uſus eſt individuus. Ergo & ſervitutes, vide ſcripta ad *l.72. inf. de verb. oblig.*

L.58, Papinianus) hæc lex, ut & *l.legatum, §. ult. & l.ſi ſervus Titii, inf.de leg.3.* hoc dicit, heredem acquirere dominium rei legatæ per aditionem. Obſtat *l.3. §. ſi rem, inf. de leg.3. & l.ſervo legato, in princ. de leg.1. & l.à Titio, inf. de furt. & l.legatum, inf. de leg.2. & l.ſi ſervus legatus, inf. de nox. act. & l.peculium, §.ſed ſi creditor, inf.de pecul.* Ubi dicitur, rei legatæ dominium recta via tranſire ad legatarium, nec videri ullo momento fuiſſe apud heredem. Sed ſtatuenda eſt differentia inter genera legatorum, & actiones. Legata per vindicationem legatario ea agnoſcenti ſtatim acquiruntur jure dominii, & recta via in legatarium tranſeunt, de eo genere eſt *d. l. 3.* cum ſimilibus cæteris. Hæc legata ſi agnoſcantur, nunquam videntur fuiſſe heredis: & ideo per aditionem non ſit confuſio ex parte heredis. Eadem ratione re legata ſuſcepta legatarius, quaſi novus dominus habet actionem furti, etiamſi ejus poſſeſſionem non adprehenderit. At legata damnationis heredi adquiruntur per aditionem, & ideo tunc ſit confuſio ex parte heredis. Eorum legatorum dominium acquirit legatarius per traditionem heredis, non per agnitionem, & ideo cum res ita legata eſt, ea ſubrepta antequam eſſet tradita, legatarius non habet furti actionem, quia nec dominium habet, nec poſſeſſionem, vide ſcripta ad *l. 38. §. ſi legatus, inf. de leg.s.* & notata ad *l.is cujus, §. ult. inf. de furt.* Sic differentia eſt inter actionem, & vindicationem. Vindicatio non adquiritur ignoranti legatario, niſi agnoverit: at actio ex teſtamento adquiritur etiam ignoranti. Verum hodie ex conſtit. Juſtin. omnes legatarii, & fideicommiſſarii dominium, & vindicationem acquirunt ab adita hereditate, ſi non repudiaverint. D E

L.ult. Si intercedat) Florent. hæc lex eſt 1. tit. *prox. de ſervitut. urb. præd.*

De Servitutibus urbanorum prædiorum. TIT. II.

L. 5.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap.53.*

Digitized by Google

L. 5. Invitum) Invitus eſt alias, qui palam diſſentit, id eſt, qui dicit, non volo: non volens eſt, qui tacet, *l. 3. de reg. jur.* Alias corrigit, vide ſcripta ad *l. regula*, *inf. de jur. & fact. ignor.*

L. 8. Parietem) hæc lex ſignificat alterutrum ſociorum non habere actionem, per quam intendat, jus ſibi eſſe reficiendi, aut demoliendi parietem communem invito ſocio.

L. 11. Qui luminibus) hæc lex explicanda eſt ex Nov. Zenonis in princ. *περὶ καινοτομιῶν*, ubi conſtituitur, poſſe vicinum, qui ædificium vetus reficit, ſervata priſtina forma, auferre vicino proſpectum, & lumen: ſi non ſervat antiquam formam, non poteſt niſi intermiſſo ſpatio legitimo.

L. 14. Imperatores intermiſſo legitimo ſpatio) id eſt, ſpatio duorum pedum, & ſemiſſe, quod ſpatium legibus 12. tab. erat conſtitutum inter ædes, ut ſcribit Pomponius Feſtus. Hoc ſpatium dicebatur ſeſtertii pedis auctore Meciano.

L. Lumen intereſt inter lumen, & proſpectum) Lumen ingreditur, proſpectus egreditur. Ideoque Zeno eleganter differentiam conſtituit inter feneſtras *παρακυπτικὰς*, quæ fiunt proſpectus cauſſa, & *φωταγωγοὺς*, quæ fiunt luminis cauſſa. In Nov. Zenonis *περὶ καινοτομιῶν*.

L. 19. Fl. 20. §. ſi ſublatum: utilitas exigit) utilitas opponitur ſtricto juri, ut in *§. recte, Inſtit. de mand.* & ibi Theoph. vide ſcripta ad *l. 11. de præſc. verbis*.

L. 40. Eos, qui, pariete communi) Legendum, *pariete cæco*: Eſt autem cæcus paries, qui feneſtram non habet: Sic Varro cubiculum cæcum vocat.

L. ult. §. ult. quatenus ſtillicidii) id eſt, juxta rectitudinem ſtillicidii.

Januam in publico aperuit) id eſt, parietem aperuit januæ in publico faciendæ cauſſa, qua in publicum egrederetur, non cujus fores in publicum pellerentur, ut Duarenus putat cap. 32. lib. 1. Anniverſ.

De Servitutibus ruſticorum prædiorum. TIT. III.

L. 4. prætoris) vide notata, & ſcripta ad *l. 39. §. ſi quis alicui, inf. de leg. 1.*

L. 6. §. 1. lapidis eximendi) Hic ſervitus lapidis eximendi eſt prædialis, & tranſmittitur ad heredem. Alias eſt perſonalis, & tunc non tranſmittitur ad heredem, ut in *d. §. ſi quis alicui*, vide ſcripta, & notata ad eum locum.

L. 19. ſi unus) Ergo ſtipulatio ſervitutis in dando conſiſtit contra Accurſ. in *l. 2. §. 1. de verb. obl.* vide ſcripta ad *d. l. 2. §. item ſi*.

Nec ei dari poteſt) Obſtat *§. ex iis, l. 2. inf. de verb. obl.* vide ſcripta ad eum §.

L. 26. per quam partem) Obſtat *l. 9. de ſervit.* hic per damnationem res legata fuit, illic per vindicationem. vide notata ad d. *l. 9.*

L. 36. uſum aquæ perſonalem) vide ſcripta, & notata ad *§. ſi quis alicui*.

Communia prædiorum, tam ruſticorum, quam urbanorum.

TIT. IV.

L. 1. nemo enim poteſt ſervitutem adquirere) hæc *l. non loquitur de ſtipulatione ſervitutis, ſed de acquiſitione*.

L. 5. proprium) huic *l.* conjungi debet *l. fundus, inf. de contr. empt.* ut monent inſcriptiones. Cæterum utrique obſtat *l. ſi mihi, & Titio 110. ff. de verb. oblig.* vide ſolut. in notatis ibid.

L. ult. quo dare facere) Ergo ſtipulatio ſervitutis in dando conſiſtit contra Accurſium in *l. 2. §. 1. inf. de verbor. obl.* vide ſcripta ad d. *l. 2. §. Item ſi in facto*.

Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

TIT. V.

L. 1. Sepulchra autem) conjunge *l. rei 23. de verb. ſig.* vide ſcripta ad *l. 5. illo titulo*.

L. 4. §. ſi fundus) hic §. non loquitur de actione ex ſtipulatu: ſed de actione confeſſoria. Hic quæritur de jure, & ideo judex ſententiam dicit non perſonæ, ſed prædio. Judex ſervitutem non conſtituit, ſed eam, quæ eſt, declarat, & ideo victoria unius prodeſt cæteris heredibus, ut & condemnatio nocet. Aliud eſt in actione ex ſtipulatu, quod Bart. vidit, in qua judex perſonæ dicit ſententiam, non prædio, vide ſcripta ad *l. 2. §. ex iis, inf. de verb. obl.*

L. 6. §. ſi ædes excepto uſufructu) verior hujus §. ſenſus eſt, ut ſit etiam excipienda ſervitus oneris ferendi. Et recte lib. 58. *Βασιλικῶν* tit. 5. conjunctim excipitur uſusfructus, & ſervitus oneris ferendi his verbis, *πλὴν τῆς περὶ τοῦ φέρειν τὰ βάρη τοῦ γείτονος, καὶ τῆς χρήσεως τοῦ καρποῦ*, vide ſcripta ad *l. 85. inf. de verb. obl.*

L. 8. actio contraria) *ἀντιθετική*, vide ſcripta ad *l. 5. in inf. C. de pign. act.*

L. 10. ſi quis diuturno uſu) diuturno uſu, longo uſu acquiruntur ſervitutes. Is vero eſt 10. annorum, vide cap. 26. *de præſcript.*

AD LIBRUM IX.

Ad L. Aquiliam. TIT. II.

L. *Ex 2. Longe magis beſtiæ*) feræ

Elephanti autem) vide ſcripta ad init. tit. 19. Frag. Ulp.

L. 8. perperam) id eſt, parum apte, *πρόστακτως*.

L. 11. §. legis autem Aquiliæ. Hero compreit) Flur. *Ero.* Sic etiam eſt legendum, Herus in *l. pen. §. pater, inf. de caſtr. pecul.* vide notata ad eam.

L. 12. ad exemplum legis Aquiliæ actio) id eſt, utilis actio, vide ſcripta ad *l. 1. C. de pecul. & ad l. 11. inf. de præſcr. verbis*.

L. 13. §. ſi ſervus, Dominus ergo) Greci legunt domina, vide ſcripta, & notata ad *l. 9. C. depoſ.*

L. 21. In eo anno) vide cap. 20. *de præſcript.*

Annus autem) utilis, qui conſtat 365. diebus, *l. 52. inf. eod.*

L. 23. §. idem Julianus ſi inſtitutus) vide ſcripta ad *l. 85. §. ult. inf. de verb. oblig.*

In æſtimationem hereditatis) Obſtat *l. turpia, §. ſed & ſervi, inf. de leg. 1. & l. 8. §. pen. de cond. inſtit.* Dicendum hic, ſervum deceſſiſſe poſt mortem teſtatoris, atque adeo illo tempore, quo debuit manumitti. Illic ante mortem teſtatoris, adferunt aliam ſolutionem, quam Græci ſequuntur in 60. *Βασιλ.* nempe, in h. lege ſervum fuiſſe occiſum ab alio, à quo heres indemnitatem conſequi poteſt lege Aquilia. Itaque damni nihil facit, etiamſi dicamus conditionem defeciſſe. In aliis ll. ſervus fato ſuo functus eſt, quo caſu indemnitatem ab alio ſervus non poteſt conſequi. Itaque ei hoc caſu conſulimus, ut fingamus impletam. Prima verior eſt, cum in illis ll. nomine mortui veniat quodammodo occiſus, vide ſcripta ad *d. l. 85.*

§. Si infans nondum anniculus) hic Græci vertunt *ἐνιαύσιος*, ſpectatur videlicet finis infantiæ: nam infans eſt qui nondum complevit an. 7. vide ſcripta ad *Rub. de verb. oblig.*

§. hanc actionem, ſed in heredem) vide ſcripta ad tit. *C. ex delict. def. in quant. her. conv.*

§. hac actio adverſus negantem) cæteras actiones, quæ inficiatione duplantur, vide in notat. & ſcriptis ad *l. 4. C. de cond. indeb.*

L. 27. §. inquit, lex. ruperit avenam) Recte Græci vertunt *ἀγριώστην*, vide ſcripta ad *l. 8. C. de loc.*

§. Sed & ſi quis: ſufficit Aquilia actio) quoniam hæc effuſio frumentum corrumpit.

§. Si quis de manu: damni injuriæ eſſe actionem) utilem.

In factum dari poſſe actionem ait) id eſt, utilem Aquiliam.

L. 29. §. magiſtratus municipales) conjunge *l. 12. ſup. de juriſd.* utraque pertinet ad l. Aquil. Sicut magiſtratus municipalis tenetur Aquilia, ſi res pignori captas corruperit, aut animal fame necaverit, hoc §. ita & ſi ſervum occiderit jure magiſtratus, *l. 12. de juriſd.* quia injuria occidit, cum tantum habeat modicam coercitionem, vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſd.*

L. 30. §. ſi quis alienum: damnum injuria dare) adde, ſed uti.

L. 41.

L. 41. Eo tempore, quo) vide ſcripta ad *l. pen. C. de ll.* A Flor. 40.

Ad ſuſpicionem judicem adducam) Ad ſuſpicionem judicem adducere eſt rem probare argumentis, vide ſcripta ad *l. 9. C. de reb. cred. & jur.*

L. ob id quod actione quod vi) id eſt, interdicto, *l. actionis inſ. de oblig. & act.*

L. 45. Fl. 44. Leviſſima culpa) vide ſcripta ad tit. *C. de commod.*

L. Scientiam, §. qui eum, Vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura) Sic Poeta, *Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.*

L. 52. Fl. 51. §. æſtimatio. anno proximo) vide cap. 20. de præſcript.

CCCLXV. dieb. vide notata ad *l. 4. §. Stichus, inſ. de ſtatuliber.* B

L. legis Aquil. Obſtat *l. arbitrio, §. ult. ſup. de dolo,* vide ſolutionem in notatis ad eam l. & ſcriptis ad *l. cum res legata, §. ſed ſi Stichus, inf. de leg. 1.* & notatur ad *l. prox. infr.*

L. 55. Stichum, aut Pamphilum) Sciendum eſt, ſervo occiſo dari actionem legis Aquil. domino, & fieri condemnationem in id, quanti ſervus eo anno retro plurimi fuerit, vide ſcripta ad d. *§. ſed ſi Stichus.*

Promiſi Titio) Electio eſt in ea.

Stipulator Stichum) Qui vilior eſt.

Ante moram occidit) Non ſum idem liberatus, quoniam Pamphilus ſupereſt, quem neceſſe habeo dare. Verum de Sticho occiſo agam adverſus illum Aquilia. At quanti fiet æſtimatio? An quanti fuit Stichus, puta 10. an vero quanti eſt Pamphilus, quem neceſſe habeo dare, C id eſt, xx? Et hoc verius eſt. Quia ſi Stichus non fuiſſet occiſus, pretioſiorem non dediſſem.

In hunc tractatum) In ſuperiori autem tractatu præcedentis legis, differt.

Quam neceſſe habeo dare) Hoc ideo, quia ſolus Pamphilus ſupereſt, quem dare neceſſe habeo: ſolus eſt in obligatione. Verum poſſem offerre æſtimationem Stichi, quia mortuus eſt ſine culpa mea, atque ita retinebo Pamphilum, & l. Aquilia non conſequatur plus quam decem, vel oppoſita compenſatione contendam me eſſe liberatum occiſo Sticho.

Deceſſerit ſine mora) Idem prorſus erit ſi poſt moram: nam ſupererit petitio Pamphili. Eadem erit æſtimatio legis Aquiliæ. Cur ergo ponit ante moram occiſum Stichum? Dicendum hanc l. eſſe conjungendam cum præ- D cedenti, ex quibus apparebit multum intereſſe, utrum quis promiſerit Stichum tantum, an vero Stichum, & Pamphilum. Nam ſi Stichum promiſerit tantum, & eum ſtipulator occiderit ante moram, tenetur Aquilia, quod non videtur dicendum: quia heres nihil damni facit cum liberatur, tenetur tamen Aquilia. Nam quia occidit ante moram, voluit injuriam debitori inferre. Si extraneus, Aquilia non tenebitur: non debitori, quia is damni nihil fecit: non etiam ſtipulatori, quia non eſt idem, ſed tenebitur de dolo, *l. arbitrio, §. ult. ſup. de dolo*, quæ ſic concilianda eſt cum *l. prox. ſupra*, ut notant Græci lib. 60. Βασιλ. tit. 3. *ἐκεῖ μὲν ὁ ἐξωτικὸς ἐφόνευσεν: ἐνταῦθα δὲ ὁ ἐπερωτήσας*, id eſt, *Illic Extraneus occidit, hic ſtipulator.* Sed ſi quis promiſerit Stichum, aut Pamphilum, nihil differt extraneus à ſtipulatore. Et hoc e. E quod ait *inſ.* In hunc tractatum nihil differre: In ſuperiore, differt. Ergo, ſive extraneus, ſive ſtipulator occiderit, competit ſemper Aquilia. Differunt etiam poſt moram: Nam cum promiſi Stichum, aut Pamphilum, Sticho poſt moram occiſo, ſive extraneus occiderit, ſive ſtipulator, competit Aquilia. At cum Stichum tantum, & eum occidit poſt moram, creditor non tenetur Aquilia, extraneus tenetur.

Pluris fuiſſe videbitur) Quia verum eſt, datione Stichi quandoque eo anno potuiſſe ſervari Pamphilum: ergo ſemper æſtimabitur 20.

De his, quid ejecerunt, vel effuderint. TIT. III.

L. 5. §. hac autem actio, in heredem vero non) vide ſcripta ad tit. *C. ex del. def. in quant. hered. conv.*

Sed nec hered.) Jure hereditario, ſed jure populi.

§. Hoc edictum ſuperioris portio eſt) Id eſt, ſuperiori ſimil. *l. ult. inf. de cond. cau. dat.*

De Noxalibus actionibus. TIT. IV.

L. 2. §. 1. Nam in lege antiqua) Sic in *l. 1. C. de except. ſeu præſcript.*

L. 40. Cum legatario, qui legatum agnoverit furti) Obſtat *l. Papinianus 18. ſup. de ſervit. l. ſi ſervus Titii, & l. legatum, §. ult. inf. de leg. 1.* Vide ſolutionem in notatis ad *d. l. Papinianus*, vide ſcripta ad *l. 38. ſi legatum, de leg. 1.*

L. 42. §. hæ actiones perpetuæ ſunt) Niſi principalis actio ſit temporalis, ut actio vi bon. rapt. vide ſcripta ad *d. l. 7. C. quod cum eo.*

AD LIBRUM X.

Finium regundorum. TIT. I.

L*Ex 1. Finium*) Hujus legis ſenſus eſt: finium regundorum actio habet petitiones perſonales, licet rem vindicet, vide ſcripta ad *l. in tribus, ſup. de judic.*

In gloſſ. adjudicatione) Adde, Sic *l. aliud eſt fraus, §. ult. inf. de verb. ſig.*

L. 8. §. ult. Subjectis locis) Hinc inductus videtur inſpectionis rei litigioſæ mos, *cap. 2. extra de libel. obl.*

L. 10. Duplex jus) vide notata ad *l. 2. inf. comm. divid.* & notata ad *d. l. in tribus.*

L. 11. in finalibus quæſtionibus) id eſt, cum agitur de finibus regundis.

L. 12. Demonſtratio confinium) Legendum, *adfinium.*

L. 11. In fin.) hoc reſponſum ad verbum ſumſerunt Impp. Diod. & Maxim. in *l. 2. C. eod. tit.* Quare cum hoc conjungi recte poterit.

Vetera monumenta) vide ſcripta ad *l. cenſus, infra, de probat.* quæ huc valde faciunt.

Et cenſus) Id eſt libros, & tabulas cenſuales. in quibus deſcribuntur ſingulorum juga, & capita. In his libris etiam agri deſignati finibus, *l. 4. inſ. de cenſib.*

Familiæ erciſcundæ TIT. II.

L. 2. §. In familiæ erciſcundæ judicio) vide notata ad *l. 2. inf. com. div.* & ſcripta ad *d. l. in trib.*

L. 8. In gloſſ. ab eo, vel apud eum eſſe) Adde rationes, id eſt, nuda corpora uni prælegatæ; quia plerunque magna quæſtio eſt, apud quem heredem tabulæ manere debeant, ut in *l. 4. & 5. ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. ſervum filii, §. eum, qui, infra, de leg.*

L. 13. Alienationes) idem eſt, in judicio communi dividundo, vide ſcripta ad tit. *C. de comm. rer. alienat.*

L. 18. §. Sed & cum monument. præſcriptis verbis) hic locus objicitur ei, quod dicitur actionem præſcriptis verbis dari tantum ex contractibus incertis. Hic enim nullus contractus eſt, vide ſolutionem in not. & ſcriptis ad rub. *de præſcript. verb.*

L. 21. Fl. 20. §. Papin. Citra ſpeciem leg.) vide ſcripta ad *l. 56. §. 1. inf. de verb. oblig.*

L. 23. Flor. 22. Familiæ erciſc. judicio cum teneri) Opponitur *l. Lucius, inſ. eod.* vide not. ad eam.

Cum extraneo conſcio partitus ſit) & ſic partem tantum ſuam accepit.

L. heredes, §. an ea ſtipulatio) Obſtat quod dicitur in fin. *§. ex iis, l. 2. inf. de verb. oblig.* vide notata, & ſcripta ad eum locum.

§. In illa. In ſolidum) vide notata, & ſcripta ad *l. 2. §. item ſi in factum, inſ. de verb. oblig.*

§. Idem juris, obligatio dividatur) vide ſcripta ad *l. 1. C. ſi cert. pet.*

§. Non tantum negotiorum geſtorum actio ei non competit) Non datur etiam pro ſocio, quoniam eos non voluntas cojunxit, ſed fortuna. Non actio de communiter geſto, quia talis nulla prodita eſt. Sed datur familiæ erci-

erciſcundæ, & communi dividundo, *l. quibus caſibus, ff. pro ſoc.* vide ſcripta ad *l. 5. C. pro ſoc.*

§. Si incerto homine) Incertum hominem legare, eſt legare hominem generaliter, indiſtincte, ſimplicitee, ſine nomine, *l. 13. inf. de leg. 1.*

Non conſentiendo) Quem eligunt. Ergo legatum fuit relictum per vindicationem, vide not. ad *l. nummis, inf. de leg. 3.* & ſcripta ad *l. 13. de leg. 1.*

§. pen. Ut de evictione) vide notata, & ſcripta ad *l. 5. §. communes, inf. de verb. obl.*

§. ult. Si pecunia) id eſt, certa quantitas, vide not. ad d. *l. nummis*, & ſcripta ad *d. l. 13.*

L. Cum putarem te heredem) hic errabat in facto.

Ex cauſſa judicati ſolvitur) Quæ inficiatione duplatur, vide ſcripta ad *l. 1. de condic. indeb.*

L. Lucius. Si Lucius non amplius) vide ſcripta ad *l. ult. C. depoſ.* ubi eſt ſpecies ſimilis.

Quam pro hereditaria portione) Obſtat *l. Item Labeo, ſup. eod.* ubi coheres tenetur familiæ erciſc. judicio. Dicendum ideo teneri, quia cum initio totum habuiſſet, poſtea dolo partitus eſt cum extraneo in fraudem coheredis. Idem non eſt in ſociis, *l. verum, §. ſi cum tres, pro ſoc.* vide ſcripta ad *l. ult. C. depoſ.*

L. 39. Ex parte, §. ſervo, cum erit annorum 30.) Teſtamento manumiſſus, ut & vindicta, minor 30. annis civis Romanus non fiebat, & ideo his, quod cives Romani fieri cupiebant, ſic teſtamento libertatem dabant: Liber eſto, cum erit annorum 30. ut *hic, & l. Ariſto, inf. de manum. teſt. l. ult. inf. de reb. dub. l. ſi quis ita, §. ult. inf. de ſtatulib. Ulp. in Fragm. tit. 1. & tit. 3.* Quod locum habet in eo, qui teſtamento manumiſſus eſt, non in eo, qui cenſu, vide ſcripta ad d. *l. ult. de reb. dub.* Adde Theoph. ad *§. libertinorum, inſtit. de libert. & l. 1. C. comm. de manumiſſ.*

L. 44. Inter coheredes, §. ſi coheredes ei, qui abſuit) vide ſcripta ad tit. *de com. re. alienat.*

§. Qui familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, & finium regund.) vide notata ad *l. 2. inf. comm. divid.* & ſcripta ad *l. in trib. ſup. de judic.*

Ideo jurare debent) Hæc verba Triboniani ſunt: nam jusjurandum hoc de calumnia primus induxit Juſtinianus. Ante Juſtin. in certis quidem cauſſis exigebatur jusjurandum de calumnia, ut qui exigebat cautionem, aut jusjurandum, aut cautionem novi operis cauſſa, qui quem ex municipio in litem vocabat jurandi cauſſa, qui rationes, aut inſtrumenta edi volebat, qui aliquid exhiberi poſtulabat. At Juſtinianus induxit, ut uterque actor, & reus in initio litis jurent de calumnia. Actorem calumniæ cauſſa litem non movere: Reum ſe calumniæ cauſſa non inficiari: item ut advocati jurati cauſſam agant, itemque litigatores, & judices, *l. 2. C. de jurejur. propter calum. §. 1. inſtit. de pæn. temere litig.* ubi adjecit, ſatius eſſe id jusjurandum initio litis præſtari, nec repeti, *Nov. 49. & 50.*

Litem intendere) Actor.

Inficiat ire) Reus.

§. Quod ex facto) vide ſcripta ad *l. 2. §. item ſi in facto, inf. de verb. obl.*

Habebunt fam. erc.) vide ſcripta ad *l. 4. §. Cato, infra, de verb. oblig.*

L. 49. Qui erat heres) Cum hac *l.* conjungenda eſt *l. quoties, inf. de præſcript. verb.* Et ex hac ad illam addendum exemplum. Hic namque ſpecies proponitur, in qua defecto judicio fam. erciſcundæ dari oportet actionem utilem adverſus coheredem. Ea vero erit in factum. Aliud exemplum eſt in *l. 11. de præſcript. verb.* vide ſcripta ad eam.

Communi dividundo. TIT. III.

L. 1. Magis ad perſonales) Magis hic ſumitur [illegible]: Nam judicium pro ſocio non pertinet ad communium rerum diviſionem. Sic etiam accipitur in *§. is quoque, Inſtit. quibus modis re contr.* & in *l. 12. de aur. & argen. leg. & l. 6. de leg. 1. inf.* vide ſcripta ad *d. l. 6.*

L. 2. Nihil autem) De principio hujus l. vide fuſe ſcripta ad *tit. C. pro ſocio.*

§. In tribus) hic *§.* repetitus eſt in *l. in tribus, ſupra, de judiciis.*

Duplicibus judiciis) hæc judicia ideo duplicia dicuntur, quia in eis utriuſque litigatoris par eſt conditio, nec ſe quiſquam præcipue dicit actorem, aut reum, ſed quiſque eſt actor, & reus, *l. 20. ſup. fin. regund. l. 3. §. in familiæ, l. inter coheredes. ſup. famil. erciſc.* Et ob id etiam mixta dicuntur, quia confuſæ ſunt perſonæ actoris, & rei, *l. actionis verbo, inf. de obligat. & activ.* In his tribus judiciis uterque vindicat, & ab utroque vindicatur viciſſim. Sunt quoque in his judiciis mutuæ portiones, & præſtationes perſonales. Nam hæc tria judicia ſunt tam in rem, quam in perſonam, & ea quoque ratione mixta dicuntur, *§. quædam, Inſtitut. de actionibus.* Actio fam. erciſ. eſt in rem, & in perſonam. Nam ex actione partim rei, partim pecuniæ fit adjudicatio. Vel quia per eam actionem rem vindicamus, cujus ex parte domini ſumus. Item per eam actionem intendimus nobis dari oportere, puta ſi nobis bona fide ſumptus facti ſunt in rem hereditariam. Idem in cæteris judiciis dicendum: Ejuſdem generis eſt interdictum uti poſſidetis, & utrubi, *d. l. actionis verbo, l. 2. inf. de interd. l. 3. §. 1. infra, uti poſſidetis, §. pen. Inſtit. de interdictis.* Alia judicia ſunt ſimplicia. In eis unus præcipue actor eſt, alter reus. Ob hoc fit, ut procurator datus ad illa tria judicia, duplicem cautionem præſtet, unam de rato quaſi actor: alteram de judicato ſolvendo, quaſi reus, quoniam videtur datus ad agendum, defendendum, *l. ſi defunctus, §. ult. ſup. de procur.* Eandem quoque ab cauſſam fit, ut uterque duplex jusjurandum de calumnia ſubeat, *l. inter coheredes, §. qui famil. ſup. famil. erciſc.* Sed cur duplex cautio exigitur, cur duplex jusjurandum? cum forte lis dirimatur, & ſtatuatur quis ſit actor? *l. ſed cum ambo, ſup. de judic.* Dicendum, hæc judicia poſſe duplicia eſſe. Uterque vindicat, & ab utroque vindicatur: & hoc ſors non poteſt mutare, quia in illis ſunt mutuæ petitiones. Sed ſors adhibetur ordinandæ tantum litis cauſſa, ut ſciatur quo ordine cauſſa agenda ſit. Prior aget, qui prior provocarit. Cæterum harum actionum effectus duplex eſt.

L. 6. Agi poterit utili) vide ſcripta ad tit. *C. pro ſocio.*

§. Idem ſcribit, ſi ir pigneratitia exceptione) Pigneratitia exceptio eſt, ſi quis agenti in rem debitori objiciat cauſſam pignoris, vide ſcripta ad *l. 10. C. de pignor. act.*

L. 7. §. inter prædones, nec ſi vi, aut clam) Legendum, *nec ſi clam*, ut Flor. Nam qui clam poſſidet, prædo non eſt, qui vi, prædo eſt.

Precaria) id eſt, poſſeſſio.

L. 10. §. ult. Et de evictione) vide ſcripta ad *l. 5. §. communes, inf. de verb. oblig.* & notatur ibidem.

L. 14. Si convenias, pactum nullas vires) Nam pactio de individuo vinculo communionis, ſeverior eſt, propter diſcordias, quas excitat communio, *l. cum pater, §. dulciſſimis, de leg. 2. l. in re communi, ſup. de ſervit. urb. præd,* vide ſcripta ad *l. 2. C. de jure emphyt.*

L. 19. §. Judex. S. C.) Qua cautum eſt, ne ſervi fugitivi vendantur, aut donentur, quod Sc. factum fuit Alexandri temporibus, Modeſto, & Probo Conss. ut docet *l. 1. de ſerv. fugit.* Cujus ſententia exponitur in *l. 2. & 6. ad l. Fab. de plag.*

L. 20. Ad edictum) Flor. *ad delictum*, recte. Sic & libri ſcripti, vide ſcripta ad tit. *C. de condict. ob turp. cau.*

Motu) id eſt, iracundia.

Villa diruta eſt) hoc & in aliis omnibus cauſſis judex faciebat ob contumaciam. Cic. 1. Philip. Itaque jure quidem contumax coercetur pignoribus, & mulcta extra ordinem, tum etiam motu judicis ædium diſturbatione.

L. 23. Aut certe actionem) *Aut*, hoc loco corrigit.

Ad exhibendum. TIT. IV.

L. 3. §. Item ſi optare) vide ſcripta ad *§. ult. l. 4. inf. de leg. 1.*

§. Ibidem ſubjungit) vide ſcripta ad *l. 5. in fin. C. de pig. act.*

In di-

A

In directum judicium) id eſt, in rem:

L.7. §. Si quis cum judicii. Quamvis ſit) *Quamvis* corrigit, vide ſcripta, & notata ad *l.75. §. qui vero, inf. de verb. obligat.*

L.9. §. Glans. Tertio quoque die) vide c.5. de præſcrip.

AD LIBRUM XI.

De interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus. TIT. I.

B

L*Ex 1. eſt autem interrogatio*) Senſus eſt: Heredes debitoris tunc tenentur pro portionibus hereditariis, ſi agitur in perſonam, non in rem, & ita ſi certum petatur. Actio autem ſi certum petatur eſt actio non ſolum certæ pecuniæ creditæ, & numeratæ, ſed & cujuslibet alterius rei creditæ. Vide ſcripta ad Rubr. *C. ſi certum pet.*

Qua ex parte adverſarius) vide ſcripta ad *l.1. C. ſi certum pet.*

L.5. Ad deliberandum tempus impetrare debet) Arbitrio prætoris, vide cap. 35. de præſcript.

De Servo corrupto. TIT. III.

L.4. Utili lege Aquilia) id eſt, actione in factum utili.

L.13. In heredem) vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in quan. her. con.*

De fugitivis. TIT. IV.

L.4. Is qui fugitivum) vide *l.1. inf. de verb. ſignific.*

C

§.1. Intra 20. dies) vide cap.9. tract. de præſcript.

De aleæ luſu, & aleatoribus. TIT. V.

In aleatores olim fuit actio in quadruplum. Aſcon. in divinat. Et fuit aleatorum turpe nomen, Ammian.lib.28. vide ſcripta ad *l.5. C. quod cum eo.*

L.ult. §. competit repetitio) vide cap. 32. de præſcript. Hanc repetitionem Anatolius notat tolli præſcriptione 50. an. vide etiam ſcripta ad *l.5. C. quod cum eo.*

Si menſor falſum modum dixerit. TIT. VI.

Ex hoc edicto datur actio in menſorem, qui falſum agri modum dixit.

L. Si menſor. Sed nec dari utilem) Quia caſus hic eſt diſſimilis, quoniam verum modum renuntiavit.

De Religioſis, & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat: TIT. VII.

D

L. Oſſa, §.1. Modica tamen) Nam prætor urbanus gravem coercitionem in merum imperium non habet, ſed tantum modicum; itemque pignoris capionem. Et generaliter omnia, ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt, vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſd.*

L. liberum) hanc *l.ſic Græci redigunt in ſummam.* Hæc actio nec heredi datur, nec in heredem. Vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in q. her. conv.*

In gloſſ. videntur) Dele totam, & dic. Imo Juriſconſultis, & hæc lex loquitur de funeraria, non de hac actione.

L.22. Ex dote quæ) vide notata ad *l.51. inf. ſolut.matr.*

L.31. §.ult. non eſt annua) Loquitur de actione funeraria, non de illa, quæ datur prohibito mortuum inferre: vide ſcripta ad *tit. C. ex del. def. in q.*

E

L.32. §.1. Labeo ait) vide not. & ſcripta ad *l. ſi inter, inf. de reb. dub.*

L.34. Interim heres) Tunc religio locum non occupat, *l.ſi fundus, inf. de cond. & demonſtr.* Quod verum eſt, niſi heres ipſum teſtatorem intulerit, cum non eſſet opportunior locus: nam tunc fit locus religioſus, & tenebitur tantum heres ad pretium fundi, *l.quid ergo, ſup. de l.1.* vide ſcripta ad *l. ſi fundum ſub conditione, in princ. & §. pen. inf. de leg.1.* Adde *l.4. in fin. ſup. eod.*

L.43. Sunt perſonæ) vide ſcripta lib.3. Obſer.c.22.

Inſuperhabemus) id eſt, negligimus. De hoc verbo vide notata ad *l.2. C.ſi omiſſ. ſit cauſa teſtamenti*, & ſcripta ad *l. 3. & 17. inf. de his, quibus ut indig.* & lib. 3. Obſerv. cap. 22.

A

De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. TIT. VIII.

L.5. Si propius) Explicanda eſt hæc lex ex lib.2. Ciceron. de ll. quo loco docet, eum, qui ſepulchrum ædificat juxta ædes alienas, relinquere debere 60. pedum intervallum.

Nullam habet actionem) Actionis verbo hoc loco interdictum continetur, ut in *l. actionis, inf. de oblig. & act.* traditur.

AD LIBRUM XII.

De rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione. TIT. I.

Ad Rubricam.

B

D*E reb. creditis*) Hic tit. non eſt generalis, ut nec tit. de judiciis ſup. Cur enim ſecundæ, & tertiæ parti generalem potius tit. præponas, quam aliis. Præterea hic tit. nihil ad tit. ſequentes, aut condictiones pertinet. Hæ condictiones ſunt ex bono, & æquo, non ex contractu, *l.contra, §.ult. l. rerum 1. inf. rer. amot. l.indebiti, l. hæc condictio, l. in ſumma, inf. de cond. indeb.* vide not. ad *tit. de judic.*

C

Si certum petatur) Certum, id eſt, certa pecunia, vel res alia quævis certa. Vide ſcripta ad Rubr. *C. ſi cert. pet.* Actio ſi certum petat. eſt actio numeratæ pecuniæ, & creditæ. Vide not. ad *l.1. C. de except. ſeu præſcr.* Hoc probatur ex *l.1. ff. de cond. triticaria.*

In gloſſ. Si certum, id eſt, mutuum) Mutuum, id eſt, mutua pecunia, *l.1. inf. de condict. triticaria.*

De condictione) id eſt actione ex mutuo.

L.1. §.1. credendi generalis appellatio) Hic tit. de reb. creditis generalis eſt, non quod complectatur totam hanc tertiam partem Digeſtorum. ſed quod ſub eo prætor expoſuerit certi condictionem, quæ ex omnibus contractibus datur, *l.certi, §. quoniam, inf. eod.* quæ his verbis ſignificatur, *Si certum petatur, l.1. ſup. de interrog. in jure fac.*

D

Sub hoc tit. prætor) Dicendum, in edicto perpetuo fuiſſe propoſitum ſpecialem tit. non generalem de rebus creditis ſi certum petatur, & de condictione, ſub quo edixit prætor de certi condictione ex variis contractibus. Item de commodato nonnihil, & de pignore. Item de ſpeciali condictione, quæ ex mutuo datur. Edicti verba non habemus, vide ſcripta ad init. *tit. de judic.inf. & ad Rubr. C. ſi certum pet.* De mandato, emptione, locatione, & quæ hac tertia parte continentur, non dixit tractari.

L.2. Aut commodatum erit) Recte Agrœtius Grammaticus: *commodamus amico pro tempore hanc ipſam rem recepturi, mutuo damus quam recipi neceſſe non eſt.* Vide ſcripta ad init. *tit. C. de commod.*

§.1. In creditum ire) De hujus verbi ſignificatione, vide ſcripta, & notata ad *l.in navem, inf. locati.*

In genere ſuo) vide ſcripta ad *l.54. inf. de oblig.*

Functionem recipere) id eſt, permutationem recipiunt, *l.ſi certos, inf. de leg.1.*

E

Quod de meo tuum) Nam de re aliena mutuum non conſiſtit, *l.ſi quis pro eo, §. ſi nummos, de fidejuſſ.* cum aliis ſimilibus.

§. Item mutuum: Si nihil proficiſcatur) ut ſi vir uxori poſt divortium promittat dotem, mulier eſt creditrix, licet dos non intervenerit, vide ſcripta ad *l.21. de verb. obl.*

§. ult. verbis quoque) Sic Quintilianus lib. 4. *certam pecuniam peto ex ſtipulatione*, vide ſcripta ad *l.7. inf. de verb. oblig.*

Veluti ſtipulatione) Sed & dictione dotis, & juramento liberti verbis credimus, vide ſcrip. ad Rub. *inf. de verb. obl.*

L.4. §. res pignori data) vide ſcripta ad *tit. C. de condict. ex lege.*

L.5. §.1. Animadverti deb.) Præjudicium ſcil. vide ſcripta ad *l.23. de verb. oblig.*

L.6.

L.6. certum eſt) vide ſcripta ad *l. 74. de verb. obl.* & ad *Rubr. C. ſi certum pet.*

Quatenus mutua) Quatenus, id eſt, quia, *ut l.14. de aqua, & aqu. pl. arc.* Plinius 3. epiſt. *& l.49. inſ. de verb. obl.* vide ſcripta ad eam.

L.8. in fin. Adpoſitum) Legendum, *Adquiſitum*: vide ſcripta & not. ad *l.58. §. ſi legatum, de leg. 1.* vide & Duar. hic.

L.9. Sive ex certo) Certi & incerti contractus, qui ſint notandum eſt ad *l. & uno, inſ. de acceptilat.* & initium tit. *de præſcript. verb.*

Sive ex incerto) Incertum contractum hic intellige ἀνώνυμον, ut do, ut des, *l.1. §. debet, de conſtit. pec. l. & uno, de acceptilat.* vide ſcripta ad *l.75. de verb. obl.*

Ante diem) Excipe caſum *l.1. C. de cond. ex lege*.

§. Quoniam. Ex omnibus contractibus) vide notata ad B *l.1. ſup. eod.* & ſcripta ad *Rub. C. ſi cert. pet.*

Et puto eſſe) Dabitur condictio ex numeratione: vide not. ad *l.3. C. de contrah. & committ. ſtipul.*

§. Item quæri: nulla ſit ſtipulatio) vide ſcripta ad *l.7. inſ. de verb. obl.*

§. Si nummos: adquiri tibi condictionem) hoc caſu per liberam perſonam nobis directa actio quæritur, ut & in actione pigneratitia: vide ſcrip. ad *l.38. inſ. de verb. oblig.* & ad *l. 5. C. de condict. indeb.* & ad fin. *l. 1. C. per quas perſonas.*

Cum quotidie) vide ſcripta ad *l.6. C. ſi certum pet.*

L.11. Rogaſti) vide ſcripta ad *l.8. C. ſi certum pet.*

Pecuniam mutuam factam) Pugnat vere Africanus in *l. qui negotia, inſ. mand.* vide ſcripta ad *l.6. C. ſi cert. pet.*

§. ult. Si dolo malo) vide ſcripta ad *l.2. C. ſi cert. pet.* C

L.13. Accipientis non facit) mutuum contrahitur de re noſtra, non de aliena.

Naſcitur condictio) Ex conſumptione: vide ſcripta ad *l.2. C. ſi cert. pet.*

§. ult. Nam & ſi commune) vide ſcripta ad *l. 54. inſ. de verb. oblig.*

L. 14. Si filiusfam. contra SC.) vide ſcripta ad tit. *C. ad SC. Maced.*

L. 15. Singularia) Pugnat omnino cum hac lege Africanus in *l. qui negotia, inſ. mand.* Vide notata ad eum & ſcripta ad *l. 6. C. ſi cert. pet.* Tutius tamen eſt Ulpiani in hac l. ſententiam ſequi, quæ fictione, & utilitate nititur. Africani ſententia nititur mero jure.

Circa pecuniam creditam) Propter crebrum ejus uſum.

L.17. Viaticum ſuum) Viaticum quid ſit, notandum eſt D in *l. ſi longius, §.1. ſup. de judic.*

Extraordinario) Utilis actio dicitur dari in *l. ſi longius, §.1. ſup. de judic.* Hic vero extraordinaria. Recte: Nam generaliter omnes utiles actiones ſunt extraordinariæ: vide ſcripta ad *d. l. ſi longius, §.1.* Sic omnes actiones utiles ſunt in factum. Cum ait, actiones exerceri à filiofam. intelligit utiles. Vide not. ad *l. in factum, inſ. de oblig. & act.* quæ cum hac eſt conjungenda, & ex hac explicanda.

L. 16. Suæ partis tantum alienationem habet) videlicet ex conſumptione: vide ſcripta ad *l.2. C. ſi cert. pet.*

L.22. Vinum) Vere vinoleoti ſunt, qui in hac lege tractaot de mora, de ea autem vide fuſe ſcripta ad *l.59. inſ. de verb. oblig.*

Cum petitum eſſet) Idem in *l. ult. inſ. de condict. tritic.* Sed utrique legi obſtat *l. pen. illo tit.* E

L.24. perquam certum) vide ſcripta ad *l.74. inſ. de verb. oblig.*

L.26. lib.5. Opin.) Ex eodem lib. eſt *l. 2. inſ. quando ex facto tut.*

Procurator ejus) vide ſcripta ad *l.79. inſ. de verb. obl. & ad l.2. C. ſi cert. pet. & ad l.2. C. per quas perſ.*

Actionem dari militi) vide ſcripta ad tit. *C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & not. ad *l.2. C. quando ex facto tut.*

L.29. poſſe dici) Id eſt, poſſe etiam in eum, qui præpoſuit, agi principaliter. Sic in *l. ſi quis mancipiis, §. ult. ff. de inſtitoria*: vide not. ad eum §.

L.33. ne hi, qui provinciam) Ne hoc prætextu aliquid à provincialibus extorqueant. Qua ratione in provincia

A negotiari, emere, donata adſequi non poſſunt.

Mutuam pecuniam dent) vide ſcripta ad *l. 3. C. ſi cert. pet.*

L. 34. Præſidis provinciæ officiales) vide ſcipta ad tit. *C. rem alien. ger. non interd.*

Quia perpetui ſunt) Id eſt, quia perpetuo manent in pruvincia, & ſingulis quibuſque præſidibus ad tempus parent, *l.59. C. Th. de appellat.*

Mutuam pecuniam fœnebrem) Opponitur *l. quiſquis, C. eod.* Vide ſolutionem in notatis ad eam. Vide etiam ſcripta ad *l.3. C. ſi cert. petat.*

In gloſſ. *Solutionem, l. quiſquis, C. eod.* dele totam, & vide not. ad eam legem.

L. 36. Juſſu meo promiſiſti) Loquitur de eo, qoi quod pure debet, delegaote creditore, promittit. Vide ſcri- B pta ad *l.56. §. ult. inſ. de verb. obl.*

L.40. Lecta eſt) Hujus legis ſententiam Græci lib. 23. *Baſil.* ſic recte exprimunt. Acceptis de te mutuo ccc. promiſi ea me tibi ſoluturum Kal. proximis, & ex mora uſuras certas. Poſtea convenit, ut diviſim ſingulis menſib. ſolverem centum, finitis trib. menſib. & me nihil ſolvente, non potes uſuras totius ſortis, ſed poſt primum menſem centum, poſt ſecundum aliorum centum, poſt tertium, reliquorum: is enim, cui ſortis ſolutio data eſt, uſuras non præſtat. Poteſt tamen quis ſtipulari medii temporis uſuras: nam & in fructib. idem fit, de hac l. vide ſcripta ad *l.135. inſ. de verb. obl.*

Quindecim mutua) id eſt, xv. cIↃ. vide not. ad *l. Stichus, §. ſervum, de ſtatuliberis.*

De domo ſua) Pecunia accipiebatur mutua, vel ex C menſæ ſcriptura; & tunc obligatio contrahebatur nominibus: vel ſumebatur è domo ſeu arca, & tunc contrahebatur re tantum, aut verbis tantum. Donatus in Phormione, *l. quidam, de conſtit. pec.*

Pœna nomine in dies) Hæc eſt uſura centeſima.

De obligatione uſurarum) An mutatus earum quoque dies ſit.

Stipulationi ineſſe) Ex parte ceocum tantum, non autem ex procuratoris.

Uſuras adjeciſſet) Centeſimas.

Finito primo) Vide ſcripta ad *Rubr. inſ. de nau. fœn.*

Poſt ſecundum, & tertium tractum) non autem ex Kal. proximis currere totius ſortis uſuras.

§. ult.) in fin. Obſtat *l. cum quidam, inſ. de uſuris*, vide not. ad eam legem.

D *In gloſſ. In auditorio*) Dele, id eſt, in Scholis.

L.41. In gloſſ. ignoraſſent) ibi (*ſed contra*) Adde vide notata ad *d. l. ſi quis mancipiis, §. ſi impubes, de inſtit. act.* ubi ſolutio traditur.

L. ult. Sed & ſi cum Sejo) Eadem ſpecies eſt in *l. 116. inſ. de verb. obl.* vide ſcripta ad eam.

Labeo ait) Obſtat *l. ſi heres juſſus ſit, D. de leg. 1.* vide ſolutionem in ſcriptis, & not. ad eam l.

In gloſſ.) Dele ſolutionem hoc loco.

Si reum locupletem) Id eſt, expromiſſorem: vide ſcripta ad *l.38. in princ. de verb. obl. inſ. & l.67. illo tit.*

De jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. TIT. II.

Ad Rubricam.

Hic titulus eſt de eo jurejurando, quod litium finien- E darum cauſſa interponitur, cujus definitionem, & harum ſpecierum explicationem, vide in ſcriptis ad *Rubr. C. de reb. cred. & jurejur.*

Sive voluntario) Græci voluntariom accipiunt pro eo, quod defertur in jure. Neceſſarium pro eo, quod refertur in jure. Itaque ſic hunc titulum vertunt περὶ ὅρκου ἑκουσίου καὶ ἀντεπαγομένου καὶ δικαστικοῦ. Theodorus Balſ. ad Nomocan. tit. 18. judiciale id eſſe ait, quod ex auctoritate judicis, etiam invita utraque parte defertur.

Judiciali) ἐνδίκῳ.

L.1. vel ex pactione ipſorum litigatorum) Et hoc eſt voluntarium. (*)

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap.18.*

L. 2. Speciem continet tranſactionis) id eſt, tranſegiſſe videtur de ſuo jure, qui rem permiſerit religioni adverſarii. A

Majoremque habet auctoritatem) vide ſcripta ad initium tit. *C. de reb. cred. & jurejur.*

L. 5. §. Dato jurejurando) vide ſcripta ad *l.5. C.de reb. cred. & jur.*

L.9. Denegatur actio) vide ſcripta ad *l.4. C. de reb.cred. & jurejur.*

Exceptioni locus) vide ſcripta ad tit. *C. de hered. act.*

§. Si is, qui, perpetuatur) Vide cap.35. de præſcript.

§.Si minor) Ergo pubes jure ipſo deferre poteſt jusjurandum ſine tutoris auctoritate: Impubes non item, *l.4. C. de reb.cred.& jurejur.* vide ſcripta ad eam.

Detulerit) Jusjurandum in litem. At lis nulla foret ſine curatore. Curatorem ergo habebat. Sed ſine eo detulit jusjurandum. B

Ut Pomponius ait) Et male.

Statutum tempus poſt annos 15.) Hodie, vide cap.29. de præſcript.

§. Jusjurandum domino parere) Sic etiam actio judicati datur domino, non procuratori.

Defenſor, vel procurator) vide ſcripta ad *l. 8. C. de reb. cred. & jurejur.*

§.ult. poſſeſſore deferente) vide ſcripta ad *l.8.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

L.11. §. ult. Idcirco utilis actio) vide ſcripta ad *d. l.8.*

L.13. §. Julianus ait. Utilem actionem) Jurisjurandi. Vide ſcripta [illegible]

§. Si quis [illegible]rit) vide ſcripta ad *d. l.8.*

§. Marcellus [illegible] Hic §. ut & §. *ſi quis juraverit*, ſup.ob- [illegible] ei, quod dicitur, ex cauſſa, ex qua juratum eſt, actionem non [illegible]: quia prior actio novatur jurejurando. C At hic, qui juravit ſe emiſſe, habet actionem ex empto: qui ſe pignori dediſſe, habet pigneratitiam. Dicendum: jusjurandum, aut defertur in judicio, aut in jure. Illud jam actione reddita defertur, & eſt ei conſentanea ſententia, & ex eo eſt quaſi judicati actio. Quod autem defertur in jure, id eſt, apud prætorem, nondum conſtituto judicio defertur. Ex hoc nulla eſt propria actio, ſed petenti actionem ex empto, & juranti ſe emiſſe, prætor dat actionem ex empto. De hoc accipe §.hunc. Vide ſcripta ad *l. 8. de reb.cred. & jurejur.*

§.ult. Per genium principis) vide ſcripta ad rub. *C. de reb.cred.& jurejur.*

Superiudici) Flor. ſuperdici, Recte. Per præconem ſcilicet dum fuſtibus cæditur qui pejeravit, *l. fuſtibus*, C. D *ex quib. cauſſis infam. irrog.* Spartianus in Severo: *hunc ſub elogio præconis cæcidit fuſtib.* Lamprid. in Alexandro, Zonaras in Valentin. Sed obſtat *l. 2.* C. *de reb. cred. & jurejur.* Utraque eſt de eo, qui pejeravit inconſulto. Poſtrema Accurſii ſolutio in *d.l.2.* vera eſt. Vide ſcripta ad eam l.2.

L. 15. Ad perſonas) vide ſcripta ad *l.12. in fi.C.de reb, cred. & jurejur.*

L.17. Quod ex conventione extra judicium) De hoc jurejurando hoc tantum loco agitur. Vide ſcripta ad *l. 9. C. de reb. cred. & jurejur.*

§.1. Pupillus) vide ſcripta ad *l.4.eod tit.*

In gloſſa. Debet, ibi ſed cum ſacrum, vicem ſolutionis obtinet) Adde, quod dicitur jusjurandum, vice ſolutionis eſt, id eſt, jurejurando æque reus liberatur, ac ſolutione. Nam jurejurando tollitur obligatio naturalis, *l. ſi* E *quis juravit, inf. de condict. indeb. l.Stichus, §. naturalis, inf. de ſolut.* Itemque civilis ipſo jure, *l. nam poſtea, ſup. eod.* vide ſcripta ad *l.4.* C.*eod.*

L.18. Liquido ſe juraſſe) σαφῶς. Demoſthenes 3. in Aphobum. vide 5. Obſer. 33.

L.19. Si itaque) vide ſcripta ad *l. 4.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

Aliud facit) vide leg.3. *ſup. de pactis*.

L.20. Servatur) Flor. *ſervetur*. Quæ verba videntur fuiſſe edicti. Servetur per exceptionem ſcilicet. Sic dicitur, *Pacta ſervabo*, edicto de pactis, vide leg. 23. & leg. 24. *ſup. de pact.*

Peculii adminiſtrationem) vide ſcripta ad *l.* 4. C. *de reb.cred.*

L.22. Quidam) Ex Proculianis ſcilicet. Et male. Nam alias omnino pugnaret *l. 3. §. ſi filius, de pecul.* vide not. ad eam, & ſcripta ad tit. C. *quando ſervus ex ſuo facto:* vide quoque ſcripta 8.Obſervat.11.

Eadem & de filiofamilias) In filiofamil. omnes conſentiebant, quia in judicio ſtare poteſt: vide ſcripta ad *l.4.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

Patris religio filii) vide leg.*ult. inf.de exception.*

L.25. Vel pacti exceptionem) vide ſcripta ad *l.8.* C. *de reb. cred. & jurejur.* Hoc enim jusjurandum ex pactione venire dicitur.

L. 26. Quia ſciens fallere non videatur) Solemnia jurisjurandi verba erant hæc: *ſi ſciens fallo, ita me dieſpiter ſalva urbe, arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem*, vide Cic. Sext. Pomp. Plautum in Aulularia, Polyb. 3. hiſt.

L. 27.§.2. Ex conventione) v. ſcr. ad rub. C.*de reb.cred. & jur.*

Inſtar judicii) Id eſt, litis conteſtatæ, vide not. ad *l.tutor, §.1.de jurejur.* & ſcripta ad *l.4.* C. *de rebus credit. & jurejur.*

L.28. §.exceptio) vide ſcripta ad *l.74. inf. de verb.obl.*

Propter ſucciſas forte arbores) vide ſcripta à nobis 9. Obſ.12.in fin.

§.ult. Extra judicium) Recte: Nam in judicio ea variatio non admittitur.

L.29. Adverſus utilem actionem) vide ſcripta ad *l.8.* C. *de reb. cred.& jurejur.*

L.30. §.1. Qui non ſit in rerum natura) Id eſt, quia deſiit eſſe.

L.31. Admonendi(Prior pars eſt de jurejurando judiciali, quod judex in ambiguis defert reo, & jurantem abſolvit. Opponit Accurſ. *l. 4.* C. *de re judic: & l. Impp.* C. *illo tit.* Dicendum eas leges intelligi de litibus finitis cognitione judicis, non de iis, quæ inopia probationum exacto jurejurando finitæ ſunt. Hæ repertis novis probationibus, recte probantur: vide ſcripta ad initium tit. & ſcripta in 18. Obſervat.35.

Quibus nunc ſolis uſurus ſit) Non etiam veteribus:

In dubiis cauſſis) ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις, cum deſunt probationes.

Inter ipſos jurejurando) In judicio delato, Theodorus.

Retractare) Quia hoc genus jurisjurandi tranſactioni comparatur.

L. 34. Puta deceſſiſſe) Quia & ſi ita juraret, rem tamen non definiret, vide ſcripta ad rub. C. *de reb. cred. & jurejur.*

§.1. Mandatum habeat) Non aliter: vide ſcripta od *l.4.* C.*de reb. cred.*

§. Pupillo, §. qui jusjurandum, §.ait prætor) De his tribus §§. vide ſcripta ad *l.9.* C. *de rebus cred. & jurejur.*

§. ult. Judex jurantem abſolvit) vide ſcripta ad *l.8.* C.*de reb. credit. & jurejur.*

L.35. §.1. Prodigiis) vide ſcripta ad *l.4.* C.*de reb. cred. & jurejur.*

Pro pacto convento, ſive pro ſolutione) At hæ perſonæ nequeunt paciſci ſine curatore. Eis etiam ſolvi non pot.

Paciſci ſine curatore) Eis etiam ſolvi non poteſt.

Pro judicio) Id eſt, pro litis conteſtatione, ut in *l.qui juraſſe, §.1. eod.*

L.37. Sibi enim imputet) vide ſcripta ad *l. 8.* C. *de reb. cred. & jurejur.*

L. 38. Confeſſionis) Id eſt, pro confeſſo habetur, vide ſcripta ad *l. 9.* C. *de reb. cred. & jurejur.* Hujus regulæ exceptio eſt in *l.12.inf.rer. amotar.* vide notata ad eam.

L.40. In fine. Diſcedatur) vide ſcripta ad *tit.* C. *de hereditar. action.*

L.42. Se dare non oportere) vide ſcripta ad *l. 8. inf. de verb.oblig.*

De in litem jurando: TIT. III.

Ad Rubricam.

Hoc

Hoc eſt jusjurandum judiciale. Græci jusjurandum recte vertunt μονομερῆ ὅρκον in l. arbitrio, de dolo, vide ſcripta ad *l.12. C. de reb. cred. & jurejur.*

L.4. §. curatores quoque) vide ſcripta ad *l.9. C. de reb. cred. & jurejur.*

L.6. Alias. Conjunge *l.verbum oportere 37. inf. de verb. ſignif.* vide ſcripta ad *l.8. illo tit.*

L.9. cum furti agitur) id eſt, condictione furtiva. Sic & in *l.ſi is, qui, de furt.* vide ſcripta ad *tit. C. de condict. furt.*

De condictione cauſſa data cauſſa non ſecuta. TIT. IV.

Ad Rubricam.

Legendum, de condictione cauſſa dati. De condictione ob rem dati cauſa non ſecuta, in *l.naturalis, inf. de præſcript. verb.*

Ob rem dati) Sic in *l.ult. inf. hoc tit. & l.pen. eod.*

Cauſſa autem hic pro re accipitur, licet alias diſtinguantur, *l.damus, l.in ſumma, de condict. indeb. l.1. inf. de cond. ob turp. cauſ.* Res autem, aut eſt datio, aut factum. Itaque dicitur fieri ob rem, quod detur, ut fiat viciſſim, vel detur aliquid, vide ſcripta ad *l.5. inf. de præſcript. verb.* vide ad Rub. *C. eod. tit.*

L.1. cauſſa ſervata repetitio) vide ſcripta ad Rub. *Cod. eod. tit.*

L.3. §. Quid ſi ita in fine, *repetitionem*) Condictionem intelligit, vel actionem præſcriptis verbis, quæ & condictio incerti dicitur in *l.duo, in fin. inf. de precar.* uti in Flor. ſcriptum eſt. Vel certi condictionem generalem, *l.certi condictio in fin. ſup. de reb. cred. ſi cert. pet.* Non autem de condictione ob rem dati hoc accipiendum eſt: vide ſcripta ad Rub. *C. hoc tit.*

Defuncto quoque eo) Quoniam per te non ſtetit.

§. Si quis quaſi, naturali æquitate) Hæc ergo condictio eſt ex æquo, & bono, vide ſcripta ad rubricam *C. eodem tit.*

Renuntiari) vide ſcripta ad *l.7. C. eod. tit.*

Repetere non poſſe) vide ſcripta ad *l. 8. C. de condict. indeb.*

§. Subtilius. Si hoc animo dedit) vide ſcripta ad Rub. *Cod. de cond. indeb.*

L. 5. Si pecuniam) vide ſcripta ad Rubricam *Cod. eodem tit.*

L.14. Si procuratori falſo) vide ſcripta ad *l. 8. Cod. de cond. indeb.*

§.1. Sed quaſi ob rem datum) ubi eſt condictio indebiti, eſt ob rem dati.

Quaſi ind. dat.) Si quis ita condictionem formare malit, *hic & l.8. C. de cond. indeb.*

L. 15. §. ult. Furti te acturum) Ex hoc loco quidam tentant, etiam furti eum teneri, qui re uſus eſt, non ſui lucri cauſſa. Nam ſi quis, qui ſervum, quem acceperat torquendi cauſſa, ducat ad præfectum, & is eum extremo afficiat ſupplicio, id non facit ſui lucri cauſſa. Sed dicendum, ſervum alienum hic ab eo deductum ad præfectum, quaſi ſuum, & eo ipſo furtum committi. Nam domini ſolebant ultro ſervos præfecto dare puniendos, *l.eleganter, de pig. act. Cajus lib.1. Inſt. tit. de jure perſon.* Sic & ſi calicem alienum in mare projecerit, quaſi ſuum, furti tenebitur, alias non, vide ſcripta ad *l.14. inf. de præſcript. verb.*

L.ult. Dedi tibi) Huic legi obſtat *l.naturalis, §. & ſi quidem, & §. ſed ſi ſcyphos, de præſcrip. verbis.* In eo §. dicitur, quod ſi pecuniam dedi, ut rem acciperem, emptio eſt. Hic dicitur non eſſe portionem emptionis, id eſt, non eſſe ſimile emptioni negotium, ſed eſſe permutationem. Præterea hic dicitur, mortuo Sticho, eum, qui pecuniam prior dedit, repetere pecuniam. Ergo non illi omnino perit Stichus. At in *d. §. ſed ſi ſcyphos,* dicitur Stichum perire ei, qui prior ſcyphos dedit. Verum dicendum, hujus legis ſpeciem cum illo §. nullam habere rationem. Primum enim in hac lege non eſt emptio, quoniam dictum eſt, *do pecuniam ut Stichum des.* Dare eſt dominium transferre, accipientis facere. Hoc vero alienum eſt à natura emptionis: Nam venditor tradit,

A non dat. Non eſt etiam permutatio: Nam in permutationem pretium, id eſt, pecunia non venit. Denique, non eſt negotium civile, nec civili proximum. Itaque ex eo non eſt actio ex empto, aut præſcriptis verbis, ſed eſt condictio pecuniæ datæ, ſi Stichus moriatur, de evictione. Et in ea ſpecie nulla alia eſt actio. At cum eſt permutatio, ut *d. §. ſed ſi ſcyphos,* eſt actio præſcriptis verbis. Putem tamen eſſe condictionem ob rem dati in permutatione, quod non eſt in emptione, *l. ſi non donationis, C. de contrab. empt.* In ea ſpecie ergo nec civile negotium eſt, nec civili proximum, ut nec in *l.1. §. ult. infra de rerum permut.* Sic in hoc negotio, *facio ut des,* nec civile negotium eſt, nec civili proximum.

Utrum id contractus genus) Id eſt, an ſimile eſt emptioni negotium, an eſt permutatio, *l.ſi vero, §. hoc edictum,*
B *de his qui dejecer.* Emptio ſane non eſt, quoniam non ita ſolet contrahi emptio, ut venditor det. Sed nec eſt permutatio: quoniam ea fit ſine pecunia.

Non liberaberis) vide ſcripta ad *tit. Cod. de rerum permutat.*

De condictione ob turpem, vel injuſtam cauſſam. TIT. V.

Ad Rubricam.

Vide not. ad Rubr. *Cod. eod. tit.*

L. 4. §. ult. Non poterit repeti) Imo vero promiſſa indicia peti poſſunt: vide Jul. Paulum *lib.2. Sentent. tit. de furt.*

L. 6. Quod ex injuſta cauſſa) vide ſcripta ad *tit. Cod. de condict. ex lege.* Ex injuſta cauſſa non eſt actio, quod metus cauſſa: quia ſponte ſolvit, *l.2. C. de his, quæ metus cauſſa.*

C *L.7. Quæ per vim*) vide ſcripta ad *tit. Cod. de condict. ex lege.*

L.8. Si ob turpem) Male quidam hic turpem cauſſam accipiunt ex parte tantum accipientis. Nam & ex utraque parte turpitudo verſatur, ut ſi furtum fecero, tot dari, & l. ſignificat exceptionem dari.

Porro autem) Exemplum eſt præcedentis ſententiæ; vide ſcripta ad *l.26. inf. de verb. oblig.*

De condictione indebiti. TIT. VI.

Ad Rubricam.

Vide ſcripta ad Rubr. *C. eod. tit.* Condictio eſt ex bono & æquo, non ex contractu, non ex ſtricto jure. Non datur, niſi quatenus, qui accipit, factus eſt locupletior, non datur in ignorantem. Eſt certi, aut incerti. Ubi eſt vindicatio, vel ad exhibendum actio, non datur.
D Domino non datur, uti nec alia ulla condictio præterquam furtiva.

L.3. Et ſi ſolutis legatis) Opponitur Ulp. in fine tit.24. Fragment. ſed ibi negatio abundat, vide ſcripta à me ad eum locum.

L.2. §. ult. Judicatum eſt) vide ſcripta ad *l. 7. Cod. eodem tit.*

L.6. Si procurator) vide ſcripta ad *l.8. C. eod. tit.*

§. ult. Reperere poſſe. Directa condictione) Utilis enim dabitur.

L.10. in diem debitor) vide ſcripta ad Rubricam *Cod. eodem.*

Ante diem ſolutum) vide ſcripta ad *l. 38. §. inter certam, inf. de verb. oblig.*

L.11. Repetere non poteſt) Si filii, vel ſervi nomine ſolverit: at ſi ſuo, condicet, *l.1. in fine, l.2. inf. de conſtit.*
E *pecun.* Nam hic eadem eſt adhibenda diſtinctio, quæ notata eſt in *l.repetitio, inf. eod. tit.* Eam vide in *d.l.repetitio,* ut hic alieno nomine, id eſt, ejus qui debet, ſolutum ſit. Nam ſi non ejus, qui debet, nomine ſolutum eſſet per errorem, ſed tuo, competit tibi repetitio, *l. in ſumma in fine, inf. eod.* vide ſcripta ad *l.5. C. eod. tit.*

L.13. Naturaliter etiam ſervus) vide ſcripta ad *tit. Cod. an ſervus pro ſuo facto.*

L. ult. Locupletior factus) Hoc ſolo caſu pupillus ſine tutoris auctoritate naturaliter obligatur. Vide notata ad *l.quod pupillus, inf. eod.* & ſcripta ad *l.ſi pupillus, inf. de verb. oblig.*

L. 15. Indebiti ſoluti condictio) Condictiones hæ ſunt

ex bono, & æquo; non ex contractu. Vide ſcripta ad A *rub. C. eod. tit.*

Imo & fructus) At uſuræ pecuniæ indebite ſolutæ non veniunt, *l.1. C. eod.* vide ſcripta ad eam.

§. Sed & ſi nummi) vide ſcripta ad *l.2. C. ſi cert.pet.*

Per longi temporis præſcript.) vide cap. 13. de præſcrip.

L.19. §.Quamvis) Facit cum hoc §. *l.2. C.de his, qui in prior. cred. locum*. Sed utrique obſtat *l.repetitio, inf. eod.* vide ibi ſolutionem, & in ſcriptis ad *d.l.5. C. eod. tit.*

L.21. Igitur hoc caſu) Et hic caſus excipitur à deciſione *l.pen. C.eod.* vide ſcripta ad eam.

L.22. Repetere à Titio) Et hoc caſu proprii facti ignorantia recipitur, vide ſcripta ad *l. 3. inf. de jur. & facti ignor.*

L.23. §. penult. Cum ergo repetitio) vide ſcripta ad *l.5. C. eodem.* B

L.26. Si ſortis debitæ) id eſt, nondum ſolutæ. Sic recte Flor.legitur. Verum jam forte ſoluta, ſi poſtea uſuræ indebite ſolutæ ſint, repetuntur, *l.18.C.de uſur.* vide ſcripta ad eam, & Paul. *lib.5. Sentent. tit. de uſuris.*

§.Supra duplum) vide ſcripta ad *l.4. de naut. fœn. & ad l.41. de verb. oblig.*

Et ſolutæ) vide ſcripta ad *l.10. & l.ult. C.de uſur.*

§. Si quis falſo, Sciens indebitum) vide ſcripta ad *l.2. C. eod. tit.*

§. Libertus) vide ſcripta ad *l.48. in fin. inf. de verbor. obligat.*

§. Si decem, aut Stichum) Hic §.pen.corrigitur per *l.pen. C. eod. tit.* quæ eſt ex 50. deciſionib. vide ſcrip. ibid.

Sed & ſi poſt) vide ſcripta ad *l.2. §.1. inf.de verb.oblig.*

Et putat) vide ſcripta ad *d.l.pen.* ubi hic locus citatur. C

In gloſſ. ſtipulatus, id eſt, *interrogatus*. Stipulari recte hic pro promittere ſumi notavit Accurſius ad *l.magnam, C. de contr. & committ. ſtipul.* Sic etiam ſumitur in *l.in bonæ fidei, de eo, quod certo loco, l.ſi debitor, de ſolutionibus, l. Imp. de contr. empt.* Lege Lætoria minor 25. annis non poteſt ſtipulari, id eſt, à minore 25. annis non poſſumus ſtipulari. Verum non ſic ſumitur in *§. pen. Inſtitut. quibus mod. toll. oblig.* Non ſic in *d.l.magnam*, ut male putat Accurſius.

L. 32. Remanebit in ſoluto) vide ſcripta ad *l. pen. Cod. eod.* in qua citatur Juliani ſententia, cujus hic eſt veſtigium.

§.ult. Eum dederit condicere) Omnino pugnat Celſus in *l.19. inf. de leg.2.* vide ſcripta ad *l.pen. C. eod. tit.*

L.33.Si in area tua) Hæc lex conjungenda eſt cum *l.60.* D *quod ſi nulla, inf. de legat.1.* Cæterum hæc l. eſt accipienda de condictione certi, id eſt, ædium, hanc non habeo. At mihi conſulitur per condictionem incerti, id eſt, poſſeſſionis, *l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. eod.* De hac incerti condictione loquitur *d. l. 60.* vide ſcripta ad eam. Hæc lex loquitur de retentione juris: vide ſcripta ad *rubr. C. eod.*

Condictio locum) certi.

Per retentionem) Condictionem incerti .i.poſſeſſionem.

L.36. Pignori eam poſuit) Sic in *l.petenti, de pignerat. act.* & ſupponi, *l.creditor 2. C. de pignerat. act.* Opponi, Juvenalis Satyra 11. *lancibus oppoſitis.*

Pignori deponi) Hinc pignus depoſitum, de quo vide ſcripta ad *init.tit. C. de pigner.act.* & notata ad eum *tit.ff.*

A ſervulo, id eſt ſoluta) vide ſcripta ad *l.5. C. de condict.* E *indeb.*

Poſſe eum repetere) Fidejuſſor tunc condicit, cum ſuo nomine ſolvit: promiſſor tunc, cum fidejuſſor ejus ſolvit, vide not. ad *l. repet. inf. eod.*

L.40. In ſenatuſconſulto de interceſſionibus) vide ſcrip.ad *tit. C. ad SC. Vell. l.9.*

§.1. Poſſe condici incerti) At condici certi non poteſt, *l.ſi in area, ſup. eod.* vide ſcripta ad *l.60. quod ſi nulla, inf. de legat.1.* & ad Rubr. *C. eod.*

L.41. Nec natura debet) Statuendum eſt: ſine tutoris auctoritate pupillum ne naturaliter quidem obligari, quoniam omni judicio caret. Animi judicium, & conſenſus, id eſt, qui gignit naturalem obligationem, ſi abſit animi judicium, abeſt naturalis obligatio. Ideoque pupillus naturaliter non obligatur, niſi suppleatur ejus judicium judicio, & præſentia tutoris. Pupillus tantum hoc caſu naturaliter obligatur in quo factus eſt locupletior, *l. naturaliter, §. ult. & l.20. ſup. eod. l. cum illud, §. heres, quando dies leg. ced. l.in perſonam, de pact.* cum ſimilibus. In quibus omnibus ſingendum, pupillum factum locupletiorem. Neque pugnat dictus *§. heres* cum *§. cæteris legibus*, quia in eo vulgo male legitur. *Acceperit, nec locupletior*, cum ſit legendum *Accepiſſet, & locupletior.* Debuerunt potius addere, *Et*, quam *nec*, repetita ult. ſyllaba verbi *Accepiſſet*, ut in aliis multis. Hanc autem naturalem obligationem hoc caſu agnovit D. Pius, & primus ex ea dedit utilem actionem, *l.pupillus, ff. de auctor. tut. l.3. ff. Commod. l.3. §. pupilli, de neg. geſt.* vide ſcripta ad *l.ſi pupillus 127. inf. de verb. oblig.* (*)

L.42. Cum depenſæ ſunt) Etiam indebitæ. At uſuræ indebitæ repetuntur, vide notata, & ſcripta ad *l.18.C.de uſur.*

L.43. Si quis juraverit) vide ſcripta ad *l.4. C. de reb. cred. & jur.*

L.44. Suum) Id eſt, ſibi debitum.

Solutum eſt) Alieno nomine. Obſtat *l.ſi pœna, §.1. ſup. eod. & l.2. C. de his, qui in prior. credit. locum.* Sic diſtinguendum. Aut tu, quod alius debet, ſolvis tuo nomine, aut non. Si tuo nomine ſolvis per errorem, tibi competit condictio ſeu repetitio, *l.in ſumma, in fin. eod.tit.* Sic in *d.l.2.* ait, *tuo nomine*. Et ſic accipienda eſt *lex ſi pœna, §.1. ſup. eod. & l.ſi à patre, ſup. eod.tit.* Ut dicamus eum, qui ſe heredem falſo exiſtimabat, ſuo nomine creditori hereditario ſolviſſe. Si quod alius debet, non tu ejus, qui debet, nomine ſolvas, ceſſat repetitio, ut ſi procurator ſolvat nomine domini, *l.pupilli, §.1. de ſolut.* Itemque ſi is, qui ſe falſo heredem putat, ſolvat hereditario nomine, ut in hac *l.repetiti, & l.ſi hereditatis, ff. de pet. hered.* vide ſcripta ad *d.l.2. & l.5. eod.*

L.47. Nec exſpectandum eſt) vide ſcripta ad *l.10.C.mand.*

Sin autem fidejuſſor) Eadem hic eſt diſtinctio, quæ in *l.repetitio, ſup.* vide not. ad eam.

L.48. Idem lib.6.Digeſt.) Male Flor. *lib.6.* legendum *viceſimo ſexto*, ut docet *l.70. de ſolut.* quæ eſt ex eodem lib. & ſimul cum hac l. conjunctim repetita eſt in *§. inter incertam l. 38. de verb. oblig.* vide ſcripta ad *d. §. inter incertam.*

L.50. Quod ſi quis ſciens) vide ſcripta ad *l.9. C.eod.tit.*

L.51. Ex quibus) vide ſcripta ad Rub. *C. eod.*

L.52. Aut ob cauſſam) Præteritam.

Aut ob rem) Futuram.

Etiamſi falſa cauſſa ſit) vide notata ad Rub. *ſup. de condict. cauſ. dat.* & ſcripta ad Rub. *C. illo tit.*

L.55. Si urbana) vide ſcripta ad *l.3. C.de condict.ex lege.*

L.56. In fine. Conditionis inſtar) Male Flor. *condictionis.* Sæpe hæc invicem commutantur.

L.60. Verum debitorem) vide ſcripta ad *l.1. C. eod.tit.* & ad *l.2. C. de compenſat.*

Natura tamen debitor) vide ſcripta ad *l. debitor 57. ad Trebell. & ad l.127. de verb. oblig.*

L.62. Debetur) At debita tantum conſtituuntur, vide ſcripta ad *tit. C. de conſtit. pec.*

L.65. Aut ob cauſſam) Quæ impulſio eſt.

Aut ob rem) Quæ finis eſt.

Licet res nulla) Id eſt, etiamſi adverſarius in lite nihil juris habuerit.

Nam ſi lis fuerit) Hinc nota differentiam inter rem, & litem.

Evidens calumnia) id eſt, ſi conſtet rem nullam, jus nullum fuiſſe.

§.1. Repeti non poteſt) vide ſcripta ad Rubr. *C.de condict. ob cauſſam dat.*

§. Quod ob rem) vide ſcripta ibid.

§.Si ſervum, ſi ſciens) id eſt, cognoſcens, eum tibi non deberi. Opponitur *§.ſi res legata, Inſtitut.de leg.* vide not. ad *l.ſi is, cui, inf.de mort.cauſ.donat.* & ſcrip.ad *l.91. de verb.obl.*

Si

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1.cap.20.*

Si neſciens) vide ſcripta ad *Rubr. C. eod. tit.*

L. 66. hæc condictio) vide ſcripta ad *Rubr. C. eod. tit.*

De condictione ſine cauſſa. TIT. VII.

L. 2. Si fullo) vide ſcripta ad *l. 1. C. eod. tit.*

Quaſi ſine cauſſa) Ergo adhuc eſt unus caſus, quo ſolutum ex cauſſa judicati condici poteſt. Alius caſus eſt in *l. ult. C. ſi ex falſ. Inſtrum.*

AD LIBRUM XIII.

De condictione furtiva. TIT. I.

Condictio eſt ex bono, & æquo, non ex delicto, & hoc præſtat actori, ut ea fur conventus teneatur, etiam re caſu perempta. Quod non fieret, ſi non conveniretur vindicatione. Hæc condictio rem perſequitur, non pœnam, vide ſcripta, & notata *C. eod. tit.*

L. 1. In re furtiva) Eadem eſt ratio condictionis rerum amotarum, & bonorum raptorum, & pecorum abactorum.

Soli domino) At aliæ condictiones non dominis dantur.

L. 8. §. 1. Id tempus ſpectandum) vide ſcripta ad *l. 59. inf. de verb. obl.* & not. ad *l. ult. inf. de condict. tritic.* huic autem *§. 1. & l. 13. inf. eod. & l. pen. rer. amot.* obſtat *l. pen. §. item quæſitum, inf. de priv. delict.* Sed ut recte notavit Steph. lib. 26. Baſil. tit. 2. & alii lib. 60. tit. 10. & 11. in ea l. 2. ponendum eſt, poſt furtum non fuiſſe mutatam æſtimationem rei furtivæ, & ideo dicit, æſtimari tempus litis conteſtatæ, vide ſcripta ad d. *l. 59.* & not. ad d. *l. ult.*

L. 9. Non pro parte) At cæteræ omnes actiones, quæ ex delictis oriuntur, in heredem non dantur, niſi quatenus ad eum pervenit, vide à me ſcripta tit. *C. ex del. defunct. in qu. her. conven.*

L. 12. §. ult. Incerti condict.) vide ſcripta ad eundem tit.

L. 13. Ex argento) vide ſcripta ad *d. l. 59.* & notata ad *d. l. ult.* & ad *l. 8. §. 1. ſup. eod.*

L. 15. Liber factus furti tenetur) Ideo furti tenetur, quia ſolæ noxales actiones caput ſequuntur. Actio furti eſt noxalis: non autem condictio furtiva, vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus pro ſuo fact.*

L. 17. parvi) Obſtat *l. qui decem, §. idem, inf. de ſolut.* in eo, quod illa exigit præſentiam, quam hæc rejicit. Sed hæc lex loquitur de ſtipulatione novandi animo interpoſita, quo caſu mora finitur quaſi delegatione, ac ſi vice ſua fur dediſſet expromiſſorem, idque ſive reus fecerit furtum, ſive non. At *d. l. qui decem* loquitur de ſtipulatione novandi cauſſa non interpoſita, quo caſu mora finitur quaſi oblatione, ſi modo res tunc non eſſe deſiit: nam non potuit quis rem offerre, quæ non exſtabat, vide ſcripta ad *l. 29. §. ult. de verbor. obl.*

Transferatur (id eſt, novetur.

L. ult. moram facere) vide ſcripta ad *eund. tit.*

De condictione ex lege. TIT. II.

Vide ſcripta, & notat. ad *eund. tit. C.*

In gloſſ. l. unicæ Nova lege) Adde his exemplis aliud ex *l. 4. C. de recept. arbitr.* & ex *§. tripli, & §. quadrupli, Inſtit. de act.*

In ead. gloſſ. dele hæc omnia (*ut C. de donat. ſi quis argentum, §. fin. Item in nudo pacto de ſalario præſtando, ut C. de ſuffrag. l. 1.*) pro quib. repone. Hic eſt condictio ex pacto legitimo: Ibi eſt condictio ex ſtipulatione.

De condictione triticaria. TIT. III.

Triticaria, ſeu Triticiaria. ut Flor. dicitur à tritico, ut ajunt Græci, re omnium, quæ per eam condicuntur, pretioſiſſima. Sic dicuntur ſementes triticariæ. Vide à me ſcripta ad *Rub. C. ſi cert. pet.*

Qui certam) In hac l. condictio triticaria confertur cum condictione certi, hoc modo utraque eſt generalis. Cæterum condictione triticaria pecunia numerata non petitur, actione ſi certum petatur petitur etiam pecunia. Unde male hinc quidam colligunt, actione ſi certum petatur ſolam pecuniam peti. Præterea certi condictio certum tantum condicit. Triticaria etiam incertum, ut ſervitutem, & poſſeſſionem, hac lege 1. & l. 2. vide ſcripta ad *Rubr. C. ſi cert. pet.*

§. ult. vi abrepta) vide ſcripta ad tit. *C. de cond. furt.*

L. 2. Cujus temporis æſtimationem) vide notata ad l. ſeq. & ſcripta ad *l. 59. inf. de verb. oblig.* Item cap. 1. tract. de præſcript.

L. 4. Quæ certo die dari) vide ſcripta ad *d. l. 59.* ubi idem dicitur. Et hoc verum eſt tam in contractib. bonæ fidei, quam in ſtricti juris: & tam in rebus, quam in corporibus. Sed obſtat primum, ſi dies ſit adjecta, aut locus, *l. cum quis 21. inf. de oblig. & act.* vide ſolutionem in notatis ad *d. l. cum quis*, & ſcripta ad *d. l. 59.* Sed quid ſi pure ſtipulatus quis ſit vinum, aut frumentum? Hac in re pugnat *l. vinum, ſup. de rebus cred. ſi cert. pet.* & hæc lex cum *l. prox. ſup. hoc tit.* illæ ſpectant æſtimationem temporis, quo agitur, & lis conteſtatur. Lex proxima ejus, quo res judicatur: Utræque ſunt de judiciis ſtrictis. In judiciis bonæ fidei certum eſt ſpectari tempus rei judicatæ, *l. 3. §. in hac, commod.* Sed adde exceptiones, niſi venditor fecerit moram in tradendo vino, aut emptor in accipiendo: ob moram enim ſpectatur tempus, quo res plurimi fuit; aut niſi fidejuſſor, qui prior hominem ſolvit, agat mandati: nam & fidejuſſor conſequitur quanti fuit homo cum ſolvit, *l. 3. §. ult. de act. empt. l. hominem, inf. mand.* In ſtrictis judiciis ſpectatur tempus litis conteſtatæ. Sed eadem addenda eſt exceptio, quæ ſup. niſi ante litem conteſtatam debitor moram fecerit: quo caſu ſpectamus tempus, quo plurimi res fuit, quo fecit moram, vel quo res judicatur. Et ſic accipe *l. prox. ſup.* Nam ſpeciem ponit in fi. quæ pertinet ad totam legem. Idem confirmat *l. 8. §. 1. & l. ex argento, ſup. de condict. furt. l. pen. rer. amot.* Eæ ſunt de condictione furtiva, quæ datur in furem, qui ſemper moram facit, & ideo dicitur æſtimari quanti res plurimi fuit. Sed illis obſtat *l. 2. §. quæſitum, inf. de privat. delict.* Vide ſolutionem notatam ad *d. l. 8. §. 1.* De nummis creditis quæritur, de quo nihil in noſtro jure. Sed Papo lib. 15. tit. 5. SC. cautum refert, ut aureis creditis aurei redditi ſint, denariis denarii ſuccreverint, ſive decreverint, argumento *l. 99. inf. de ſolut.* niſi in credendo ſint æſtimati. (*)

Quod & de cæteris rebus) id eſt, de corporibus, ut homine, equo.

De eo, quod certo loco. TIT. IV.

L. 3. Fl. 2. §. Si quis inſulam) vide ſcripta ad *l. 95. inf. de verb. oblig.*

§. Si quis ita. Hodie Carthagini) Idem proponitur in *l. ult. §. inter, de verb. obl.* Obſtat *l. ult. §. 1. inf. de leg. 1.* vide ſolut. in not. ad *l. ult.* & ſcriptis ad *l. 52. de leg. 1.*

L. Ideo in arbitrium) Plinius lib. 33. cap. 7. Pretia variis in locis non ignoramus varia eſſe. Vide ſcrip. ad *d. l. 59.*

L. Si heres à teſtatore) vide ſcripta ad *l. nemo, de leg. 2.*

L. in bonæ fidei. Stipulatus ſit) id eſt, promiſerit. Ita enim accipitur nonnunquam, vide notata ad *l. ſi non ſortem, §. pen. de condict. ind.*

L. Centum Capuæ, obligationem fidejuſſoris ungeri) vide ſcripta ad *l. 91. §. nunc videamus, inf. de verb. oblig.*

Duæ ſtipulationes) una ſortis, altera uſurarum: una certi, altera incerti, vide ſcripta ad *d. l. 91.*

L. Is, qui certo, nullo alio) vide ſcripta ad init. *l. qui Romæ, inf. de verb. obl.*

De Conſtituta pecunia. TIT. V.

In conſtitutum venit pecunia tantum, id eſt, ea, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt, vide ſcripta ad tit. *C. eod.*

L. 1. §. ult. Suo nomine) vide notata ad *l. repetitio, ſupra, de condict. indeb.* & ſcripta ad *l. 5. C. eod. tit.*

L. 3. §. ult. Non dum peti poſſunt) vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

L. 5. §. 1. Julianus) Huic §. obſtat *l. 8. ſup. de judic.* Sed ma-

---

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 22.*

manifeſtum eſt in hoc §. 1. deſiderari negationem, & legendum: *Conveniri non debere*. Nam ſi putat Julianus Romæ agi poſſe de conſtituta pecunia, debuit dicere *conveniri poſſe*, non, *debere*. Præterea hæc verba: *Sed etſi non eum*, & quæ ſubjiciuntur in hoc §. 1. repetunt ſimilia. Ergo & priori caſu denegatur actio, ut ſit ſenſus: non tantum denegatur actio, ſi Romæ conſtituat, quod ante debuit, cum eſſet in provincia, ſed etſi Romæ conſtituerit, niſi nominatim dixerit, Romæ ſoluturum.

L. 7. §. ult. Si mihi, aut Titio) vide ſcripta ad *l. 55. inf. de verb. obl.*

L. 16. §. Ait prætor, neque per actorem ſtetiſſe) Hæc verba videntur in edictis fuiſſe tranſlatitia, vide not. & ſcripta ad *l. ult. C. de pign. act.*

L. 17. Aut exceptione) vide ſcripta ad *l. 75. §. ult. inf. de verb. obl.* & præcipue ad *l. 83. illo tit. & ad eundem tit. C.*

Uſque ad tempus judicii) id eſt, Ad litis conteſtationem.

L. 18. §. Ere aut) *Vtrum pœnam contineat*) Prætor videbatur propoſuiſſe actionem pœnalem in eum, qui ad condictum non veniſſet his verbis: *SI APPAREAT EVM, QVI CONSTITVIT, NEQVE SOLVISSE, &c.* Sed verius eſt, rei perſecutionem venire: Et ideo datur heredibus, & in heredes, quod non fieret, ſi eſſet pœnalis, vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

§. ult. Solutione potius) Facta ab eo, qui conſtituit.

Liberationem) Reo.

L. 19. Id quod ſub conditione debetur) vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

L. 21. Si ſine die conſtituas) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

Non minus decem dierum) At in ſtipulatione nullum temporis laxamentum jure ipſo datur, vide ſcripta ad *l. 41. inf. de verb. oblig.* & ad *tit. C. ad pec. conſt.* vide etiam cap. 7. de præſcr.

L. 22. Decernendam eſſe actionem) In factum utilem.

L. 23. Vt pretium) vide ſcripta ad *l. 91. §. ult. inf. de verbor. obligat.*

L. 25. §. 1. Si jurejurando) Hujus §. ſententia eſt, non conſtitui, niſi quod debetur. At ex jurejurando debetur. Ex jurejurando in judicio debito. & præſtito eſt actio propria. Ergo de quo eſt actio jurisjurandi recte conſtituitur. Hæc tamen actio de conſtituto non novat, *l. item illa, §. 1. eodem*, vide ſcripta ad *l. 8. C. de rebus credit. & jurejur.*

L. 26. Ex arca tua mutuo) vide ſcripta ad *l. 131. inf. de verb. oblig.* & notata ad *l. lecta, ſupra, de reb. cred. ſi cert. petat.*

Commodati, vel contra. TIT. VI.

Commodatum eſt, ſi quis rem ſuam alteri gratuito utendam dederit, certo fine modove eandem accepturus. Vide ſcripta ad *eund. tit. C.* Sic Theodorus lib. 5. Commodatum eſt, quod juris noſtri eſt, & ad alios temporaliter tranſlatum eſt.

L. 1. §. inter Julianus amplius) Rectius Flor. *Vivianus.* Refertur autem hæc ſententia Viviani in *l. ſi gratuitam in princ. de præſcript. verb.*

L. 3. Si locupletior) hoc ſolo caſu pupillus naturaliter obligatur, vide notata ad *l. quod pupillus, ſup. de condict. indeb.* & ſcripta ad *l. 1. C. de inutil. ſtipul.* & ad *l. pupillus 127. inf. de verb. oblig.*

In hac actione. Rei judicandæ tempus) vide ſcripta ad *l. 59. inf. de verb. oblig.* vide notata ad *l. ult. ſup. de condic. tritic.*

L. 5. §. Nunc videndum) De hoc §. vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

§. Cuſtodiam) vide ſcripta ad *eund. tit.*

§. Idemque ait) *Chirographarium debitorem*) Recte Flor. Chirographum cavere. Sic dicitur recte, cautionem cavere, *l. 6. inf. rem rat. hab.* vide ſcripta ad *l. ult. C. ſi cert. pet.*

L. 17. §. 1. Sine principali) id eſt, ſine directa. Sic directo, & principaliter pro eodem, *l. ult. de leg. 3. §. ult. Inſtit. quod cum eo.* Sic nomine principali, id eſt, directo, *l. 8. C. Th. de his, qui ſuper rel. contrah.*

§. Sicut autem voluntatis) vide ſcripta ad initium ejuſd. *tit. C.*

L. 18. Fugas ſervorum) Sic in *l. contractus, inf. de reg. jur.* vide notata ad eam l. & ſcripta ad *l. cum ſervus, inf. de leg. 1.*

§. ult. Jure compenſationis) vide ſcripta ad C. *eod. tit.*

De pigneratitia actione, vel contra. TIT. VII.

Vel contra) id eſt, de contraria pigneratitia, & in genere, de contrariis actionibus, vide fuſe ſcripta ad *l. 5. C. eod. tit.*

L. 1. Non ſolum traditione) Quod dicitur pignus depoſitum, *l. ſervus cujuſdam, ſup. de condict. indeb.* Paulus 2. Sentent. tit. 4. & 5. & libr. 5. tit. 26. Pignus autem, quod pactione conſtituitur, non deponitur, & dicitur hypotheca. De quo nihil hic, ſed tantum de illo priore: vide ſcripta ad eundem tit. C. & *d. l. 22. inf. de verbor. oblig.*

In fin. Pign. contr. act. vide ſcripta ad *l. 5. C. eod.*

L. 6. In fi. Prius idonea cautela) hæc verba Triboniani ſunt, noſtri ablativis abſolutis non utuntur, nec verbo cautelæ, ſed cautionem dicunt, aut cavitionem. Idem dicendum de *l. ſi defunctus, §. ult. ſup. de procur. & l. ſi debitori, ſup. de judic. & l. ſi plures, inf. depoſ.*

L. 8. Non tantum retentionem) vide ſcripta ad tit. 7. C. *eod. tit.*

§. ult. veluti uſuras. Quoniam pignus, quod eſt obligatum in ſortem, tacite cenſetur obligatum in uſuras, ut ait Harmenopulus, niſi nominatim additum ſit, ut in ſortem duntaxat ſit, vide ſcripta ad princ. *tit. C. de uſur.*

L. 9. Contrarium judicium) vide ſcripta ad *l. 5. C. eodem tit.*

§. Proprie. Cum non tranſit poſſeſſio) Legendum ut Fl. *cum non tranſit, nec poſſeſſio ad creditorem*, id eſt, cum nec proprietas tranſit, ut in fiducia, nec poſſeſſio, ut in pignore.

§. Omnis pecunia) vide ſcripta ad init. *tit. C. eod.*

L. 11. §. Si in ſortem duntaxat, vel in uſuras) Plane legendum. *Nec in uſuras*. Primum, quoniam idem eſt tractatus, *l. per retentionem, C. de uſur.* & hujus §. Deinde, quia ſubjicit, *ſi tamen pignus, & in eas obligatum ſit*: quaſi diceret priore caſu pignus tantum ſumptum fuiſſe ob ſortem: vide etiam ſcripta ad *l. 4. C. de uſur.*

Si tamen pignus) Quod ſemper cenſetur, niſi addatur, *ut duntaxat ſit in ſortem.*

§. Plane in eam duntaxat) vide ſcripta ad l. 3. C. *de locato.*

Frivola mea) Frivola vocat vilia inquilinorum vaſa, ut & Sidonius 8. Epiſt.

§. Per liberam, nec per procuratorem plerumque) Tribonianus hic reſpiciens ad conſtitution. Juſtiniani in *l. 2. C. per quas perſon.* adiecit, *plerumque*: non ſemper, vide ſcripta ad *l. 2.*

L. 13. §. ult. Vt in commodato) In utroque judicio commodati, & pigneratitio venit quidem culpa, ſed non eodem in utroque modo æſtimatur. In commodato venit leviſſima culpa: in pigneratitia levius tantum, vide ſcripta ad *l. 5.* C. *eod.*

L. 14. Ea igitur) Idem eſt in *l. 19.* C. *de pignor.*

L. 16. §. 1. Contrariam) vide ſcripta ad *l. 5. in fin.* C. *eod. tit.*

§. ult. Etiam vectigale prædium) vide ſcripta ad *l. 3. C. de jure emphyt.*

L. 18. §. ult. Nam & alienare) Si id exigat peculii ratio, non donare, *l. 2. inf. quæ res pign.*

L. 20. Voluntate domini) velle autem videtur, qui ſcit & patitur, *l. 2. C. ſi alien. res pign. data ſit, l. ſi ſine, C. ad Vellejan.*

L. 22. §. Si prædo) vide ſcripta ad init. *tit. C. eod.*

L. 24. Impetr. cred. à Cæſare) Miſſis haſtæ ſolemnibus; quod ſolus princeps concedere poteſt, vide notata, & ſcripta ad *l. debitor, infra, ad Trebell.*

§. ult. Obtulit præfecturæ) Quod dominos facere ſolitos

tos

ios tradit Cajus *lib.1. Inſtit. de jure perſon.* vide not. ad *l.pen. de condict. cauſa data, ſup.* & ſcripta ad *l. 14. inſ. de præſcript. verb.* A

L.26. Pignus conſtitui) Prætorium.

L.27. Poneret) vide not. ad *l. ſervam cujuſdam, ſup. de condict. indeb.* & ſcripta ad *rub. eod.*

Propria actio) Id eſt actio præſcriptis verbis. Sic etiam in *l. rogaſti, inſ. de præſcript. verb.* Nam creditori non tenetur ad exhibendum, quia eas ſpecies non accepit, nec commodati, quia illas non accepit gratuito. Reſtat itaque, ut ſit actio præſcriptis verbis, vide not. ad tit. *C. ſi res alie. pig. data ſit.* Actio præſcriptis verbis, ideo *propria* dicitur, quia datur ex novo, peculiari, & proprio quodam negotio, ex negotio contractus ſejuncti à civilibus negotiis, *d. l. rogaſti, §. præterea, Inſt. de loc.* vide ſcripta ad *rub. C. de præſcript.* B

L.33. Reciperandam ἀντίχρησιν) De qua vide ſcripta ad *init. tit. C. eod.*

L.35. §. ult. Pignus manente) Recte ait, *pignus*. Nam ſecus eſt in fiducia, in qua & proprietas transfertur, vide ſcripta ad init. *tit. C. eodem*.

L.39. Inter cæteros ſignavit) vide ſcripta, & notata ad *l.92. ſi fundum per fideicom. inſ. de leg. 1.*

L.41. Rem alienam) Objicitur ſcriptum Modeſtini *in l. ſi Titio, inſ. de pig.* Sed plane fatendum in hac quæſtione, Modeſtinum cum Paulo pugnare. Paulus autem multis annis anteceſſit Modeſtinum. Modeſtinus attigit ſeculum Gordiani, ut indicat *l. 3. ad exhibend.* Dicendum itaque ætate Modeſtini receptam fuiſſe utilem hypothecariam in hac ſpecie, quæ Pauli ætate non obtinuerat. C

L.42. Creditor) Obſtat *l. eleganter, §. ſi vendiderit, ſup. eod. tit.* vide ſolut. in not. ad tit. *C. de diſtract. pign.*

Emptorem delegare) Id eſt, ſi velit debitori actionem mandari adverſus emptorem.

AD LIBRUM XIV.

De Exercitoria actione. TIT. I.

ACTIONE exercitoria tenetur exercitor navis ex contractu magiſtri, quem navi præpoſuit, ut inſtitoria ex contractu inſtitoris tenetur *is*, qui eum tabernæ, vel officinæ præpoſuit: Hæc nomen habet ab eo, cujus nomine quis tenetur. Illa ab exercitore, cum quo agitur. Sed utraque inſtitoria, vel exercitoria dici poteſt. Nam & qui inſtitorem præponit, exercitor eſt, quia tabernam aliudve negotium exercet, *l.13. §. ſi duo, l. ult. inſ. de inſtit.* Et magiſter navis quaſi inſtitor eſt, quia inſtat navi locandæ, vel mercibus, aut vectoribus conducendis, *l.1. §. magiſtrum, inſ. e.* Et hæ actiones ſæpe in his tit. comparantur inter ſeſe, & in *l.4. C. eod.* At hæ ambæ dantur in ſolidum, ambæ referuntur ad omnes actiones, *l. 5. §. non tamen, l. noviſſime, inſ. de inſtit.* & *l. ſi tamen, §. hæc actio, inſ. eod.* Præterea hæ actiones acceſſoriæ ſunt: Nam principalis datur in magiſtrum, & inſtitorem, *l.1. §. eſt autem, inſ. e.* Paulus 2. Sent. tit. de inſt. Ideo tamen ſeparantur, quia præcipua quædam in magiſtris navium inducta ſunt. Unum eſt in *l.1. §. magiſtrum, inſ. e.* Alterum in *l.1. §. ſi is, qui navem, & §. quamquam, eod. tit. l.3. §. ſi filiusfam. ſup. naut. caup. ſtab.* Paulus 2. Sentent. Magiſtrum navis Græci vocant κυβερνήτην. Exercitorem vocant Nauclerum, nautam, navicularium. Exercitor definitur in *l.1. §. exercitorem, inſ.* vide not. ad eam. D E

L.1. §.1. Culpa, & dolo carere) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

§. Magiſtrum autem, In Magiſtro quam inſtit.) vide not. ad *Rub. ſup. eodem.*

§. Exercitorem. Per averſionem) Id eſt, univerſam navem. Græci lib.53. Baſilic. tit.1. recte vertunt, ἐν ὁμάδι, id eſt, in univerſum. Sic in *l. 4. §. ſi in averſione, inſ. de peric. & comm. rei vend.* vide not. ibi Accurſ. male legit. *Adverſionem*, cujus gloſ. totam dele.

§. Si is, qui navem) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

L.4. §. ult. Hæ actiones) Id eſt, exercitoria. Sic in *l. noviſſime, inſ. de inſtitor.* vide not. ad *d. l. noviſſime*, & ſcripta ad *tit. C. eod.*

Ultra annum) A morte, aut venditione ſervi.

De lege Rhodia de jactu. TIT. II.

L. ult. §.1. Sine dolo, & culpa nautarum) Idem in *l. item quæritur, §. 1. inſ. loc.* vide ſcripta ad *l. in navem, inſ. locati*.

De inſtitoria actione. TIT. III.

Vide ſcripta ad eundem tit. C. & not. ad *rubr. ſup. de exercit.*

L.5. §. Sed etiam eos Circitores) Hi ſunt, qui alienas res circumferunt, & vendunt.

§. Non tamen. Sed & ſi pecuniam) Tam exercitoria, quam inſtitoria referuntur ad omnes contractus, vide not. ad *rubricam, ſup. de exercit.*

1. Si is, *quem, Annulum arræ nomine*) Quod fieri ſolebat plerumque in venditionib. *l. ex empto, §. ii qui vina, de act. empt.* Item ſponſionibus, *l. ſi gratuitum, §. ult. inſ. de præſcript. verb.* & Geneſ. cap.38. vide ſcripta ad *l.16. C. de fide inſtrum.*

L.13. §. Si duo. Exemplo exercitorum) Exercitoria, & inſtitoria promiſcue interdum dicitur pro eadem re, vide ſcripta ad *initium tit. C. eod.*

L.15. Has actiones) Loquens de inſtitoria dicit has actiones. Nam eſt inſtitoria ex empto, mutuo, negotiis geſtis, ſic in *l. ſi tamen, §. hæc act. ſup. de exercit.*

In heredes, & heredibus) vide not. ad *rub ſup. de exercit.*

L.17. §. ſi impubes) Opponitur *l. ejus, qui in provincia, inſ. ſi cert. pet.* qua traditur, actori ſervo poſt mortem domini recte non ſolvi, ſi ſciatur de morte domini. Dicendum, quod & hic §. ſubindicat, ſeparandum eſſe actorem ab inſtitore. Inſtitor eſt, qui mercedem exercet, qui tabernæ præpoſitus eſt, ὁ ἐργαστηρίῳ προεστώμενος. Si quis ergo ſciens mortem domini contrahat cum inſtitore, qui à taberna non receſſit, æquum eſt, ut habeat actionem in heredem domini propter utilitatem promiſcui uſus, id eſt, ob rationem commerciorum, quæ exigit, ut utiliter contrahamus cum illo, qui tabernæ preeſt. Longe alia eſt ratio ejus, qui id tantum agit, ut pecuniam fœnori collocet. Sic in *l. pen. C. de hæret. propter utilitatem neceſſarii uſus.* Imperator ait, hæreticos recte teſtimonium perhibere in teſtamentis, & contractibus, id eſt, quia teſtimonii uſus neceſſarius eſt, *l.1. inſ. de teſtib.* Sic & utilitas commerciorum recte exigit, ut contra rationem juris, quamvis ſciamus dominum mortuum, recte inſtitori ſolvatur.

§. ult. Condici poſſe) Directo, id eſt, poſſe cum eo, qui inſtitorem præpoſuit agi principaliter. Sic in *l. ſi inſtitorem, ſup. de reb. cred.* vide ſcripta *C. eod.*

De Tributoria actione. TIT. IV.

L.1. §.1. Venalitiarios) De hoc verbo vide ſcripta ad *tit. C. de nundin.*

L.3. in fine, quatenus noceat, oſtendi) Id eſt, doceri, non ut Accurſ. *Probare debet*. Quam gloſſ. dele integram.

L.9. §. Si ſervo) vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus pro ſuo facto.*

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur. TIT. V.

Sunt edicti verba, ut conſtat ex *l.1. inſ. de pecul.* vide ſcripta ad *rub. C. eod.*

L.2. ait prætor) vide ſcripta ad *l.2. C. eod.*

§. Sed & ſi citra emancipationem) Ut morte patris, dignitate, ſacerdotio veſtali, aut flamine diali, Ulp. in Frag. tit.10. vide notata ad *§. ult. l.3.* Flor. alias *l.4. inſ. ad S. C. Macedon.*

L.4. §. Interdum. Si patremfam. ſe mentitus) Id eſt, in S.C. Macedoniano, & Vellejano, vide ſcripta ad *tit. C. ad S. C. Macedon.*

Actio in eum datur) Interdum cauſſa cognita.

§. Sed an etiam) Ratio eſt, quia filius emancipatus propriam

priam fam. habere incipit, quam domi conſtituit, prætor actiones creditorum ad id, quod facere poteſt, coercet, vide ſcripta ad *l.2. C. quod cum eo.*

§. ult. Is,qui de) vide ſcripta ad *l.2. C. quod cum eo.*

Ad Senatuſconſultum Macedonianum. TIT. V.

L.1. Ne quid amplius) Id eſt, hoc ſatis eſt dici, ut cognoſcatur ejus malignitas.

Incertis nominibus) Cum crederet grandi, & illicito fœnore tacito. His contraria ſunt certa nomina, Cic. pro Quinto, & Horat. in epiſtolis, vide ſcripta ad eundem tit. C.

Actio petitioque) Lege, *Petitiove,* Actio, id eſt, certi condictio ex mutuo. Petitiove, id eſt, vindicatio extantis pecuniæ, *l. ſed & ſi,§.hoc S.C. inf. eod.* Sic etiam accipiuntur hæc verba in S. C. Vellejano, & ſtipulatione Aquiliana.

L.3. Non vana ſimplic. vide ſcripta ad *l.5. C.de condict. indeb. & eodem tit. C.*

Qui vectigalia) Nam filiifam. non admittuntur ad conductionem vectigalium.

L.4. Flor.3. In creditum obiit.) De hoc verbo vide ſcripta, & not. ad *l. in navem, inf. loca.*

§. ult. Morte patris) Nam nec is, qui ſacerdotio veſtali, aut flaminio diali, ſui juris fit, *l.1. ſupra, quod cum eo, l.1. §. ſed & ſi alio,inf. quand. de pecul.* Gellius lib. 1. cap.12.& hoc eſt, quod ſequitur, *vel alias ſui juris*, Ulp. in Fragm. tit.10. vide ſcripta ad eum locum. Adde ad eum, qui dignitate ſui juris ſit,Nov.81.Denique addatur & ea,quæ in manum flaminis convenit. Tacitus libro 4.

L.9. Fl.7. §. non ſolum, in fine, eſſe poteſtate ſit, verius dicendum) Legendum,*ſeverius dicendum*; conjunctis duabus dictionibus: nam in hoc tractatu ſeveriores ſententias amplectimur, *l. ſi paterfamil.§.hoc ſenatuſconſ. inf. eod.* vide ſcripta ad eundem *tit.* C.

L.11. Flor.9. uſque ad pignoris quantit.) Ut ſi certum acceperit, & pignus dederit dignum 50. in illa tenetur ſine exceptione, in alia non. Quod admiſſum eſt ſeverius: Nam alias fortis ratio dirigitur ad pignoris pretium, *l. ſi promit.* C. *ſi cert.pet.* vide ſcripta C. *eod.*

§. Primo, profectam protinus) vide cap. 1. de præſcriptionibus.

§. Hoc S.C. nam & ei quoque) vide ſcripta ad eundem *tit.*C.

L. tamen ſi non oppoſita) Hoc fit ex ſententia Senatuſconſulti: alioqui poſt ſententiam non opponitur peremptoria, vide ſcripta ad *l.19.* C. *de probat.* & ad tit. C. *eodem.*

Exemplo mulieris interced. Nam & exceptio S. C. Vellejani opponitur actioni judicati.

L.Filium habeo) vide ſcripta ad eundem *tit.* C.

L.18. Flor.16. continuo) Id eſt, momento, vide cap.1. de præſcript.

L.pen. niſi qui ſcierit) Id eſt, in Senatuſc. Vellejano, vide ſcripta ad tit. C. *ad S.C. Vellejan.*

AD LIBRUM XV.

De Peculio. TIT. I.

GRÆCI ſic recte definiunt: Peculium eſt naturalis ſubſtantia conceſſa filiofam. vel ſervo, voluntate patris, aut domini, deductis debitis naturalibus patris, aut domini, vide ſcripta ad *l.5.* C. *quod cum eo, qui in al. pot.*

L.1.§. verba autem, Quod cum eo) Sic conceptus eſt tit.C. *quod cum eo, qui in aliena poteſt. eſt negotium*, vide ſcripta ad eum tit.*C.§.pen.ſi cum impubere*,vide ſcripta ad *l.5.* C. *quod cum eo.*

L.3. §. Julianus quoque) vide de toto hoc loco ſcripta C. *an ſervus pro ſuo facto.*

§. Si ſervus.Ex compromiſſo ſervi) vide ſcripta ad *tit.*C.

Condemnetur) vide ſcripta ad *l.4.& 7. C.de reb.cred.& jurejur.*

§. Sed ſi filius obligari patrem) Hanc ſententiam probarunt Javolenus, & Jul. qui & Sabiniani fuerunt, in *l.19. & 20. inf.de fidejuſſ.* & Celſus, qui fuit ex diverſa ſecta in *§. ſi filiusfam. hac l.ſup.* Hanc & Nerva filius Proculianus probavit.Vulgo tamen Proculiani ex iis etiam cauſſis concedunt ſervum obligari naturaliter, & ideo tam patri, quam domino cenſebant dandam actionem de peculio, *l. quidam, ſup. de jurejur.* vide fuſe ſcripta ad tit. C. *an ſervus pro ſuo facto.*

§.Ex furtiva cauſſa) vide ſcripta ad *l.2.* C. *quod cum eo.*

§.ult. Pater obſtrictus eſt) Non pupilli, vide ſcripta ad *l.1. Quod cum eo.*

L.5. Duntaxat de peculio) vide ſcripta ad tit. C.*an ſervus pro ſuo facto.*

L. 10. Flor. 9. §. ſed & creditor nullo momento) Opponitur *l.Papinianus* 18. *ſup. de ſervit. & l. ſi ſervus Titii, §. ult.& l.leg.inſ.de leg.1.* vide ſolut. in not.ad *d.l. Papin.* & ſcripta ad *l.58. §.ſi legatum, inf. de leg.1.*

§. Sive autem, deducet dominus) Quia naturaliter tantum dominus ſervo obligatur, vide ſcripta ad tit. C. *an ſervus ex ſuo facto poſt manumiſſ.*

L.Et ancillarum nomine, & filiarumfam.) In *l. ult. §.1. inf.de verb.oblig.* quod dictum eſt de pupillo filiofam. trahitur ad filiamfam.

§. Si ſervus intra annum) vide cap.20.de præſcript. ubi agitur de annalibus actionibus.

L.Quæſitum. Nihilominus teneri) vide ſcripta ad *rub.* C. *quod cum eo.*

L. Si creditor, §. ult. Dari itaque) Ergo videtur ex re mea dominus ſervi fructuarii mihi teneri de peculio, quod pugnat cum *l.118. inf. de verb. oblig.* Reſpondeo: me quidem credere meam pecuniam ſervo fructuario, atque adeo contrahere cum eo ex re mea, ſed ea pecunia deſinit eſſe mea, & ſtatim acquiritur domino, cujus nomine acquiritur. Ideoque dominus mihi tenetur pro rata peculii, quod habet. At ex re mea, & ex eo, quod ſervus geſſit in re mea, non nomine domini, unde nihil ad domini emolumentum pervenit, dominus non tenetur, vide ſcripta ad *d.l.*118.

L. Eo tempore. Non fraudationis cauſſa latitat) Sic *l. Fulcinius, quibus ex cauſſ. in poſſeſſ. l. 5. de bonis auctor. judic.poſſid.* Cic. pro Quint. Sic ſcribendum in *l.3. ſup. de judic. fraudationis*, ubi vulgo male legitur *Fruſtrandæ actionis.*

§. Etiam. Quia naturalis obligatio) vide ſcripta ad tit. C.*an ſervus pro ſuo facto.*

Quando de peculio actio annalis eſt. TIT. II.

De annalib. actionib. vide cap.20. tract. de præſcrip.

L.1. §. Sed & ſi alio modo) Ut ſacerdotio veſtali, aut flaminio diali. Ulp. in Frag. tit.10. vide not. ad *§. ult. l.3. ſup. ad S.C. Macedonian.*

§. Item heres) vide not. ad *l. ſi ſervo,inf.de pecul.leg.* & ſcripta ad tit.C. *an ſervus pro ſuo facto.*

L.3. Flor.2. ſi ex cauſſa redhibitionis) Nam cum principalis actio brevior eſt, de peculio non eſt annalis, vide ſcripta ad tit.7. C. *quod cum eo.*

De in rem verſo. TIT. III.

L.1. In ſolidum tamen tenentur) vide ſcripta ad *l. 3.* C. *quod cum eo.*

Ademit ſine dolo malo) vide ſcripta ad *l.5.* C. *eod.*

L.2. qui nummis) vide ſcripta ad *l.3.* C. *eod.*

L.5. §. Quod ſervus ſi vero nihil) vide ſcripta ad *d.l.* 3.

§. ult. Rem domini gerens locupletior) vide ſcripta ad *d. l.*

L.10. Si pro patre filius) vide ſcripta ad *d. l.3.*

L. 19. In rem patris verſum videri) vide ſcripta ad *d. l. 3.*

L.20. de in rem verſo: utilem actionem) vide ſcripta ad tit.C. *ad Senatuſconſ. Macedon.*

Quod juſſu. TIT. IV.

Differentias inter juſſum,& mandatum, vide in ſcriptis ad *l.3.* C. *quod cum eo.*

L.1. §.1. Sive teſtato quis) vide ſcripta ad *d. l.3.*

§. Sed & ſi ſervi chirographo) Opponitur *l.ſi permitten-*

te

te, C.ad S.C. Maced. Placet poſtrema Accurſii ſolutio in A
ea l. vide ſcripta ad *l.6. C.quod cum eo.*

L. ult. Si dominus) vide ſcripta ad *l. 13. C. ſi cert. pet.* & ad *l.3. & 6. C.quod cum eo.*

AD LIBRUM XVI.

Ad S.C. Vellejanum. TIT. I.

De hoc tit. vide ſcripta, & not. ad initium *C. eodem tit.*

L.2. Pro viris ſuis) Non, pro extraneis ante hoc SC. vide cap.21. de præſcript.

Quod ad fidejuſſiones, & mutui dationes) Hunc locum intelligit Imperator in *l.19. C. eod.* dum ait, *Edicto per-* B
petuo declarari. Hic autem *Datio*, paſſive accipitur, ut recte Accurſ. vide ſcripta ad princ. tit. *C. eod.* Hic tamen modus poſt fuit ab Imperatoribus expreſſus evidentius. Mutui ergo dationes in hoc SC. ſic accipit, cum alii datura, vel ab eo, qui alii daturus erat, mutuum accipit.

§.1. In fine. Infirmitas) Theoph. recte ſuccurri ait *ζημιωμέναις οὐ μὴν κερδαινούσαις*. Hermopolites vero ait, *τοῖς γὰρ ἀπατωμέναις γυναιξὶ βοηθεῖ τὸ δόγμα, οὐ ταῖς πανουργούσαις*.

L.4. Sed ſi ego) vide ſcripta ad eundem tit. *C. circa fin.*

L.6. Plane inquit) vide not.& ſcripta ad *l.1. C. eod.*

L.7. Quanquam) Non poteſt mandati alieni ignorantiam obtendere, qui ex mandato agit. Vulgo male
accipiunt hanc l. de ignorantia facti proprii, ut conſtat C
ex ejus legis ſpecie, vide ſcripta ad *l. 3. de juris, & facti ignor.*

Adverſus mulierem) Cujus mandato fidejuſſit.

Facti non poterat) Id eſt, non poteſt prætendere ſe ignoraſſe, mulierem mandaſſe ut fidejuberet, cum agat ex mandato mulieris.

L.8. §.1. Si mulier) Opponitur *l. 6. §. 1. C. eod.* Recte ibi ſolvit Bulg. ſi pro tutore eidem tutori mater ſe obligaverit, non eſt interceſſio: ſi pro pupillo, eſt interceſſio, vide fuſius ſcripta ad *d. l.6.*

§. Interdum) vide ſcripta ad *l.2. C. de condict. indeb.* & ad tit. *C. de num.pec.*

§. Si convenerit: Actio utilis neceſſaria) vide ſcripta ad *eundem tit. C. circa princ.* Utilis dicitur, quia reſtitu-
toria, vide ſcripta ad *l.49. inf. de verb. oblig.* Et §. ſeq. D
dicitur reſtitutoria.

§. Marcellus: Reſtitutoriam act.) Quæ ſup. §. prox. dicitur utilis, quia vetus actio, quæ fuit novatione extincta, reſtituitur in veterem debitorem. Et ideo vocatur etiam utilis *ſup.§.prox.l.ſi mulier 14. & l. præced. in fi.inf. eod. l.8. C. eod.* vide ſcripta ad *eund.tit. C.circa princ.* Dicitur & reſciſſoria, *l.16. C.eod. l.ult. §.ult. inf.eod.*

§. Si cum eſſem) vide ſcripta ad *eund.tit. C. circa princ.*

Datur in te actio) Non utilis.

L.11. Tanquam in uſus ſuos) vide ſcripta ad *eund. tit.C.*

L.13. §.1. Quaſi Serviana, quæ & hypoth.) Sic in *§.Item Serviana, Inſt. de act.*

§.ult. Danda eſt reſtitutoria) vide not. ad *§. Marcellus l.8. ſup.*

L.14. Si mulier contra SC. inter.) vide not. ad *§. Mar-* E
cellus.

L.17. Nec id contrarium) Opponitur *l. 13. C. eod.* vide not. & ſcripta ad eam.

§.1. Si mulier) Obſtat *l.11. C.eod.* quæ ait, mulierem pignus remittere viro, nec eam remiſſionem SC. contineri. At in hoc §. conſenſus hic mulieris videtur eſſe remiſſio pignoris. Eſt tamen locus SC. Ergo remiſſio pignoris eſt interceſſio. Sed tenetur quidem pignus ex una cauſſa, non tamen remittitur ex altera cauſſa. Conſenſus ille non eſt remiſſio pignoris ex altera cauſſa; ſed eſt interceſſio mera, quia rem ſibi adhuc ex altera cauſſa obligatam mulier obligare conſenſit, vide ſcripta ad *d. l.11.*

Sibi rem.) Viri. *Pecunia credita*) A viro.

Ei deberi) mulieri à viro.

§. ult. Ejuſdem pecuniæ rei) Obſtat *l.1. C. de duob.reis, & l.2. eod.* cum ſimilibus, quibus dicitur creditorem, à quo volet, ſolidum petere poſſe. Sed movere nos ea lex non debet: Nam noſtra hæc non fidejubendi, ſed intercedendi vocabulo utitur: quod in Senatuſconſulto etiam ea complectitur, quæ quandam ſimilitudinem habent cum interceſſionibus. Quare nihil obſtat quod traditur in d. l.2. agere nos poſſe in ſolidum contra fidejuſſorem relicto reo.

Pro parte ſocii videri interceſſiſſe. Hic talis ſpecies ex facto incidit: Vir, & mulier ſocii ſunt bonorum in matrimonio quæſitorum, niſi aliud convenerit moribus Galliæ. Cumque inter duos conjuges conveniſſet, ne ſocii eſſent, & id creditor neſciret, utrique credidit, & fecit duos reos debendi, putans eos eſſe ſocios, cum illi celarent conventionem, an aget creditor cum muliere in ſolidum? Sic ſane. Et ſi opponatur exceptio SC. Vellejani, replicabitur de dolo, *l. 9. C. eod.* vide ſcripta ad *l.1. C.eodem tit.*

L. 19. Cum de adeunda hereditate) vide ſcripta ad *l. 6. C. eodem.*

Alter impubes, alter legitimus) Falluntur, qui putant, fratrem fratri ſemper eſſe fiduciarium tutorem, ut hoc loco Accurſ. cujus gloſſ. (*Legitimus*, id eſt, fiduciarius) dele. De ea re ſic ſtatuendum: Liberi ſui, liberis item ſuis, id eſt, qui ſunt in patris poteſtate mortuo patre, ſunt tutores legitimi, agnationis jure, ut hic, & *l. tutor, inf.de legit.tutor. & l.3. C. de except. ſeu præſcript.* vide not. ad *d.l.3.* Liberi ſui, vel emancipati fratribus impuberibus emancipatis ſunt fiduciarii tutores.

§.ult. Tu mihi in creditum iſſes) Duæ ſunt hujus verbi ſignificationes, de quibus vide not. et ſcripta ad *l. in navem Saufeii, inf.loc.*

L.24. A creditore delegata) vide ſcripta ad *l. 2. C. eod. tit.*

L.25. Si domina ſervo) vide ſcripta ad *l.3. C. quod cum eo.* Qui jubet, tenetur quod juſſu: qui fidejubet ex ſtipulatu.

L. 27. Si litigioſum prædium) Litigioſa res non recte emitur, vide hac de re ſcripta ad tit. *C. de commun. rer alienat.*

L.28. §.1. Obligavit Sempronio) Ea conſentiente. Et ſic videtur interceſſiſſe pro marito.

Si Numerius ſciſſet) Videtur enim etiam hoc modo interceſſiſſe, quia ſtatim pecuniam accepit, prioris interceſſionis cauſſa, et ſolvit ſtatim. Sed opponitur *l. 13. C. eod.* vide ib. not. et ſcripta.

L.29. In princ. debitores) vide ſcripta ad eundem tit. *C. circa princip. ad l. 8.* Expromiſſione mulieris non tollitur naturalis obligatio, et remanet pignus. Perſonalis tantum reſtituitur.

Actionem) Novam.

L.30. Si accipiendi) vide ſcripta ad *princ. ejuſdem tit.C.* In *gloſſ. Actio intercedit. Niſi per Vellejanum*. Dic, Vellejanam exceptionem.

L.32. §. Item ſi mulier, Ut emptor acceptam pecuniam) Ut pro pretio virum liberaret.

Ac ſi ea) Flor. AUT ſi etc. AUT hoc loco, et in cæteris exceptionum formulis ſemper ſignificat haut, vel non, vide not. ad *l.1. §. Labeo, inf. de flumin.* et ad principium tit. *C.de except. ſeu præſcript.*

Contra Senatuſconſultum) SC. Vellejanum inducitur, et exceptionis, et replicationis jure, et actionis modo, ut cum mulier condicit, quæ ſolvit ex ſua interceſſione.

Creditor emerit, ſive interpoſuerit) Opponitur *l. 1. in fi. C. eodem.* Sed in hac ſpecie mulier, nec rem in ſolutum dedit, nec tradidit, ſed vendita obligatione contraxit interceſſionis jure, ut creditor ſibi debitam pecuniam pro pretio acceptam faceret, quod eſt interceſſionis vice, vide ſcripta ad eundem tit. *C. circa medium.*

§. ult. Sed reſciſſa interceſſione) Inde dicitur reſtitutoria, et utilis, vide not. ad *l.8. §.Marcellus. ſup.eod.*

De Compenſationibus. TIT. II.

Græci compenſationem vocant *συμψηφισμὸν*, & *ἀντέλλογον*, Theoph. *§.1. de ſociet. & §. in bonæ fidei, de action.* Fit autem compenſatio ex cauſſa pari, aut diſpari. At non fit niſi ex ſpecie pari, Paulus 2. Sentent. tit. 5. Et ea ſola compenſantur, quæ pondere, numero, & menſura conſtant. Corpus cum corpore non compenſatur, niſi corporibus in æſtimationem deductis. Compenſatio fit ipſo jure, vide ſcripta C. *eod. tit. ad princip.* Moribus Galliæ compenſatio non fit niſi ex reſcripto Principis.

L.1. Inter ſe) dele gloſſ. (*ſcilicet contrahentes*) & pro ea dic, & ſignificat ſui æris, & alieni computationem, cum quis quod alteri debet, confert cum eo, quod ſibi debetur.

L.4. Fidejuſſorem ex omni contractu) vide ſcripta ad *l.9. inf. eod. tit.*

L.7. Flor.6.) Ubi proponitur *l. quod in diem*, cum in aliis libris eam ſequatur.

Etiam quod natura) Opponitur *l.2. C. eod.* vide not. & ſcripta ad eam. Rurſum ei opponitur *l.14. inf. eod.*

L.9. In fi. Unus contractus eſt) Nempe ſocietatis, de qua Paulus tractavit lib. 32. ad edict. De eodem contractu eſt principium l. Hic autem contracta ſocietate cum filio, quia obligatio patri acquiritur, pater ſocius eſſe videtur. Itaque ſi ex eo contractu patri aliquid debeatur, & agatur cum filio, id filius compenſabit, quia unus eſt contractus, vide ſcripta ad *l. 9. C. eodem tit.*

Dele gloſſam (*Contractus*) totam.

L. 10. Compenſare poteus) vide ſcripta ad *princ.* C. *eod. tit.*

§. Quoties ex maleficio) Compenſatio quædam locum habet, verum non fit ipſo jure, ut male Accurſius ad *l.4.* C. *eod.* ex hoc §. tradit, vide ſcripta ibid.

§. ult. Quæ inſtar actionum) vide not. ad *l. 1. §. 1. de prætoriis ſtipul.* & ſcripta ad *l.5. inf. de verb. obligat.*

L.11. A divo Severo) Intelligit Alexandrum Severum, cujus conſtitutio exſtat in *l. ſi conſtat, & l. etiam*, C. *de compenſat.* Sic pro eodem accipiendum in *l. verum, §. 1. ſup. de minor. l. 1.* C. *de noxal. act.* vide ſcripta ad tit. C. *de compenſat.* & notata ad *l. poſteaquam, inf. hoc tit.*

L.14. Per exceptionem perimi) Quæ tamen extinguat naturalem obligationem, qualia ſunt pacti, SC. Vellejani, doli, jurisjurandi, non numeratæ pecuniæ exceptiones. De his eſt hæc l. Et ideo ait, *perimi poſſunt*. Aliæ naturalem obligationem non tollunt, ut rei judicatæ, ſi vere debitor abſolvatur. Hæc non tollit naturalem obligationem. Item exceptio inopiæ, impetrati iniqui juris, & SC. Macedoniani, quæ his exceptionibus eliduntur. Ea ſi ſolvero, non condicam: ergo nec tibi ea ſi ſolvi compenſare poſſum mihi, ſi nondum ſolvi, compenſari poſſunt, quia natura debeo. Et hoc ait *l. etiam, ſup. eod.* Licet à me peti non poſſunt manente naturali obligatione. At quæcunque ſoluta repeti non poſſunt, compenſari non poſſunt, quia debebantur aliquo jure. Solutio autem debiti reddendi ejus obligationem naturalem non poteſt parere, vide ſcripta ad *l. 2. C. eod. tit.*

L.16. §. ult. Ad judicati exſecutionem: datum) Olim fuit duorum menſium tempus, ex l. 12. tab. fuit unius: hodie ex conſtit. Juſtin. eſt 4. menſium, vide etiam ſcripta ad *l. ult.* C. *eod.*

Compenſatio admittetur) Idem etiam decrevit Senatus, ut ait Papin. ſi ei, qui pure debet, creditor dederit tempus ad ſolvendum.

Diem obligationis non veniſſe) Quo caſu non poteſt opponi compenſatio.

Humanitatis gratia tempus indulgeri) Adiicit Harmenop. *πρὸς παραθάλψιν*, id eſt, ut reſpiret paulum, vide ſcripta ad *l.39. §. fructus, inf. de legat. 3.* & ad *l.118. de verb. oblig.*

L.18. In princip. & §. 1.) vide ſcripta ad *l.9.* C. *eod.*

L.21. Poſteaquam placuit) Id eſt, poſtquam finita eſt vetus controverſia. Olim in ſtrictis judiciis non admittebatur compenſatio: in bonæ fidei admittebatur ipſo jure. Deinde cœpit per exceptionem dari in ſtrictis judiciis compenſatio ex conſtit. Marci, *§. in bonæ fidei, de action.* Tandem poſt illam Marci conſtitutionem convenit inter omnes Juriſconſultos, ubique ipſo jure compenſationem fieri. Et hoc ait lex 21. in princip. quod & confirmavit conſtitutio Severi, de qua *l. cum alter, ſup. eod. & l.4. & 5. C. eod.* Denique id apertiſſime confirmavit Juſtinianus in *l. ult. C. eod.* in qua nihil novi conſtituit, vide ſcripta ad *princip. tit. C. eodem.*

L.22. Si debeas) De hac lege vide ſcripta ad *l. ult. C. eodem.*

L.23. Id quod) vide ſcripta ad *l.9. C. eod. tit.*

L. ult. Sibi à fiſco) vide ſcripta ad *l.1. C. eod.*

In gloſſ. 2. Inter omnes) Dele (*contrahentes*) & dic prudentes.

Depoſiti vel contra. TIT. III.

Qui differat hæc actio ab actione de recepto, de qua tit. naut. caup. ſtab. vide not. ad *l.3. §. ex hoc, illo tit.* & ſcripta ad initium tit. *C. eod.* Item ad *l. 7. C. de pignerat. act.*

L.1. Cuſtodiendum alicui datum eſt) Sine mercede.

Præpoſitio deauget.) Hinc Feſtus ait dici, Dedere, deperire, deamare, vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

§. Hæc autem. Exigente neceſſitate deponat) vide ſcripta ad *l.10. C. depoſ.*

§. Quæ depoſitis) Hic §. & *l.5. ſup. de inſtr. leg.* opponi ſolent *l. 36. §. pen. inf. de leg. 1.* Dicendum, hic & in *d. l.5.* non agi de perſonis, ſed de rebus. Et hic ſervo depoſito veſtis accedit occaſionis jure, & equo depoſito capiſtrum. Ergo illa veſtis, aut capiſtrum per ſe non cenſentur depoſiti jure, ſed quia acceſſio eſt. Idem dicendum in l. 5. inſtrumentum fundo accedere, & deberi, quia acceſſio eſt. At homo homini nunquam accedit. Ergo cum dico, Titio, & Cajo, pares eos facio, vide ſcripta ad *d. l.36.*

§. Si te rogavero) vide ſcripta ad *initium tit. C. eodem.*

§. Quod ſi rem, Cuſtodiæ legem) Quam accepit ex pacto, *l. Lucius, inf. eod.*

§. Si apud ſervum) De hoc §. vide ſcripta ad tit. *Can ſervus pro ſuo facto*, & ad tit. *C. ex delic. defun. in quant. hered. conv.*

Doli etiam) Hoc ideo, quia actio de dolo eſt noxalis, *l. ſi quis affirmatur, §. pen. ſup. de dolo.*

In gloſſ. Teneris depoſiti, quia ibi non excuſat) Adde: Recte.

§. Si ciſta. Res oſtenſæ ſunt, & ſic depoſitæ) Sic recte Flor. Nam ciſtæ ſunt vaſa, quæ condendæ veſtis gratia parantur. Pollux lib. 7. tit. 10. vide ſcripta ad *princip. tit.* C. *eodem.*

§. Penult. Poſt mortem tuam) Idem eſt in precario, vide ſcripta ad *l.2. circa finem*, C. *de jure emphyteut.*

Et ego, & heres meus) vide ſcripta ad *l.5.* C. *de obligat. & act.*

L.5. Contrarium judicium depoſiti) vide ſcripta ad *l. 5. C. de pignerat. act.*

§. In ſequeſtrum depoſiti actio) Quæ actio dicitur ſequeſtraria in *l. ſi in Aſia, §. cum ſequeſtro, inf.* vide ſcripta ad tit. C. *de probib. ſequeſtr. pecun.*

L. 7. §. ult. Simul admittendos) vide ſcripta ad tit. C. *de commod.*

L.12. §. cum ſequeſtro) vide ſcripta ad tit. *C. de probib. ſequeſt. pecun.*

L.13. §. Competit etiam condictio) vide ſcripta ad tit. C. *de condict. ex l.* & ad initium tit. C. *eodem*, & not. ad *l.1. ſupra eodem.*

L.14. Cautela idonea reddenda (Hæc verba Triboniani ſunt. Nam noſtri ablativis abſolutis nunquam utuntur, ut nec cautelæ verbo, ſed cautionem dicunt, aut cavitionem. Similia Tribon. facinora admiſit in *l. ſi defunctus, §. ult. ſup. de procurat. & l. quamvis, §. 1. ſup. de pignorat. & l. ſi debitori, ſup. de judic.*

§.1. Sive autem) vide ſcripta ad *initium tit. C. eodem.*

Ante rem judicatam) Recte, Ante: Nam poſt rem judicatam inter tempora judicati mora quieſcit, vide ſcripta

pta

pta ad *l. 23, de verborum obligation.*

In gloſſ. Interitura eſſet) Dele primum hæc verba (*nam idem ſi non erat interitura, ſecundum* J. C.) Et ibi (*Sed M. hanc diſtinct. ſemper etiam poſt moram admittebat*) Adde, recte. Adde inſuper hæc: eandem hanc diſtinct. adhibendam eſſe quoque in actione ex teſtamento, docet *l. cum res, §. ult. de legat. 1.* Item in actione ex ſtipulatu, in rei vindicatione, *l. ſi verberatum, §. ult. ſup. de rei vindicat.* Item cum agimus non tantum de mora debitoris, ſed & de mora creditoris, *l. ſi is, qui Stichum, de jure dot. inf.* Hæc diſtinctio non ſervatur in eo, qui vi, aut metu rem extorſit. Nam poſt moram, id eſt, poſt judicatum, is tenetur ſive moriturus erat, ſive non. Item & ante moram ſi alias vi, aut metu illato non erat moriturus, vide ſcripta ad *l. 23. inf. de verb. obligat.*

Ad hæc dele in d. gloſſ.) *ſupra, quod met. cau. l. ſi cum, §. quod ſi homo.*

L. 15. Qui rem ſuam) vide ſcripta in *l. 11. C. eodem.*

L. 19. Marcellus: Qui ſcilicet notas ad Julianum ſcripſit. Hac in re Juliani auctoritate noſtri ſemper utuntur, *l. ſi longius, §. 1. ſup. de judic. l. 8. inf. de oblig. & action.*

L. 24. Egreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos) Et mutuum cenſetur, nec tunc uſuræ veniunt, vide ſcripta ad *l. in navem, inf. loc.*

L. 27. Pamphilo ſervo alieno) Eſt hic veſtigium SC. Claudiani.

Nulla denuntiatione) Ut abſtineret conſuetudine ſervi ex S.C. Claud. & ſic filio ex eo nondum ſervo facto.

L. 29. Et furti actio) Quæ actio cum depoſiti actione concurrit, vide ſcripta ad *initium tit. C. eod.* & not. ad *l. 1. ibidem.*

L. 31. Bona fides) Idem dicitur in *l. 4. C. de oblig. & act.* Utramque accipe de contractibus bonæ fidei.

§. ult. Indebiti dati condictio) vide ſcripta ad *l. 11. C. eodem.*

L. 32. Quod Nerva) Hæc l. proprie pertinet ad edictum de magiſtratibus conveniendis, eſtque conjungenda cum *l. 11. inf. de probat. & l. in magiſtratus, inf. de magiſtr. convenien.* quæ ſunt ex eodem libro. Nam cum eſſet adhibita hæc diſtinctio in dicta *l. in magiſtratus*, ut ſi dolo feciſſent, quominus idonee pupillo caveretur, ſinguli tenerentur in ſolidum: Si culpa, pro virili tantum. Quæſitum fuit, an ſi id admiſerint lata culpa, ſinguli in ſolidum teneantur? Et ait teneri: Nam & in depoſito venit lata culpa. Itaque & in hoc negotio veniet. Sed Celſus occaſione data ad tit. *de magiſtr. conven.* de eo tractavit, vide ſcripta ad *l. 11. inf. de probat.*

Latiore culpa) Latiorem, ſeu latam culpam præſtat, qui & dolum, vide ſcripta ad tit. *C. commod.*

Ad ſuum modum curam) vide ſcripta ad tit. C. *pro ſoc.*

Minorem iis, quam ſuis) Lata culpa non eſt, ſi rem communem non ſervet ut ſuam, ſed levis. Quæ in depoſitario eſt lata culpa, in ſocio eſt levis: quæ in illo levis, in ſocio eſt leviſſima.

AD LIBRUM XVII.

Mandati, vel contra. TIT. I.

Vide ſcripta ad tit. C. *mand.* Differentias autem inter juſſum, & mandatum, vide in ſcriptis ad *l. 3. C. quod cum eo, qui in alie.*

L. 6. Si remunerandi) Opponitur *l. 7. inf. eod.* Sed hæc l. ſic accipienda eſt, ut ſi intervenerit ſalarium, nihilominus mandatum contrahatur, non ut ſit actio mandati, vide ſcripta ad *l. 1. C. eodem tit.*

§. ult. Majores fructus) Quid vocat majores fructus? Sciendum eſt jus ita fuiſſe, ut poſſeſſor rei alienæ condemnatus ex litis conteſtatione duplos fructus præſtaret, quibus præſtandis fidejuſſores quoque tenebantur. Paulus 5. Sentent. *tit. de ſtipul. l. 1. C. Th. de fruct. & litium expenſis.* Ambroſius epiſt. 24. Quod fuit ex 12. tab. Nam ſic l. habet apud Feſtum: *ſi vindiciam falſam tulit, rei, ſive litis arbitros tres dato: eorum arbitrii fructus duplione damnum decidito.* Atque ita fidejuſſor juſſus eſt præſtare majores fructus, id eſt, duplos, vide ſcripta ad tit. *C. de cond. indeb.* & ad *l. 23. inf. de verbor. oblig.*

Vilitati rerum) vide ſcripta ad *l. 11. inf. de præſcript. verb.*

L. 7. Salarium) Hic Græci ſalarium interpretantur obſonium. D. Gregorius Naz. in 2. orat. contra Jul. eo verbo ſignificari ait omne ſalarium, ſtipendium, omnia annonaria commoda, vide ſcripta ad *l. 1. C. eod.*

Extra ordinem) Id eſt, apud præſidem, ut ait *l. 1. C. eod.* Ordo hic eſt, ut præſes ipſe non cognoſcat, ſed ut actionem det, judicem det. Sed opponitur *l. 6. ſup. eod.* vide ſolut. in not. ad eam, & ſcriptis hic.

Eventum litium) Ut ſi pactus ſit, ut ſi vicerit, partem litis ferat.

L. 10. §. Sed & ſi pecuniam. Quæ legitimo modo.) Hæc verba Tribonianus adjecit ex *l. eos, C. de uſur.* Nam in bonæ fidei judiciis uſuræ legibus definitæ non erant ante Juſtinianum, vide not. ad *l. 1. inf. de uſur.* & ſcripta ad rub. *de nautico fœnore.*

§. Si quis Titio. Si in ſtipulationem) vide ſcripta ad *tit. C. ſi cert. pet.*

§. Idem Labeo, niſi ſalarium) Mandatarius mercenarius eſſe non poteſt, ſalararius eſſe poteſt, ut hic, & *l. 1. C. eod. tit.*

L. 12. §. Si mihi mandaverit. Verum uſuras quoque) vide ſcripta ad *l. 1. C. eod.*

§. Cum quidam talem) vide ſcripta ad *l. 3. C. quod cum eo.*

§. ult. Idem Marcellus) Opponitur *l. ult. inf. de ſolut.* vide ſcripta ad *l. 3. C. hoc tit.*

L. 22. §. ult. Sicut autem) vide ſcripta ad *l. 3. C. eodem.*

L. 26. Etiam mors mandatoris) vide ſcripta ad *d. l. 3.*

§. Abeſſe. Quia bonum tamen) Excipe mulierem, quæ ſolvendo non eſt, *l. 23. C. ad S. C. Vellejan.* vide ſcripta ad eam.

L. 27. §. Morte quoque) Excipe caſum notatum in *l. 15. eod.* cui adde, ſi mandator id contulerit poſt mortem ſuam, *l. 12. ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. 3. C. eodem.*

L. 28. Et ſuo nomine) vide ſcripta ad *l. 1. C. de oblig. & action.*

L. 29. Sciens prætermiſerit) vide ſcripta ad *l. 10. C. eodem.*

§. In omnibus autem viſionibus) De hoc vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de cond. indeb.*

Ipſe autem ſtellionatus) Ergo erit, & civilis actio de dolo. In ignorantem dabitur in factum prætoria.

In gloſſa ceſſat) Dele ſeq. verba. (*Item poteſt dari reſtitutio ex generali clauſula ſecundum R.*) & dic: *hæc clauſula refertur tantum ad abſentes, l. nec non, ſup. ex quibus cauſ. major.*

L. 34. Qui negotia) Pugnat omnino hæc lex cum *l. ſingularia, ſup. de reb. cred. ſi cert. pet.* Et vere pugnat, ut recte ſenſit Fulgoſ. & Molinæus: Nam & hæc Africani argumenta Ulpianus in ea lege refellit, & eum in alia quoque quæſtione reprehendit, vide ſcripta ad *l. 6. C. ſi cert. pet.* Tutius tamen Ulpiani ſententiam ſequi, quæ fictione, & æquitate nititur.

Nihilomagis pecuniam) pugnat Ulpian. in *l. rogaſti, ſup. de reb. cred.*

L. 38. De mutuis petitionibus) De quibus vide locos notatos, & ſcriptos ad legem ſextam, *C. de compenſat.*

Fidejuſſor an &) vide ſcripta ad *l. 10. C. mand.*

L. 37. Hominem) vide ſcripta ad *l. 59. inf. de verb. oblig.* & not. ad *l. ult. ſup. de condic. trit.*

L. 45. An, & antequam dies) Omnibus caſibus an mandatarius agat mandati, antequam quicquam præſtiterit, vide ſcripta ad *l. 10. C. eod.*

L. 50. §. 1. Sive eum) vide ſcripta ad *l. 75. inf. de verb. oblig.*

L. 56. Etenim quæ dubitationis) Hinc ſumpta eſt *l. quæ dubitationis, inf. de reg. jur.*

§. Salarium incertæ pollicitationis) Hinc ſumpta eſt *lex 7. C. eod.* vide notata ad *l. 7. ſup. eod.* & ſcripta ad *princ. tit. C. eodem*.

L. 59. §. 1. Bonam fidem præſtare) Idem in *l. 1. C. de dolo*, vide ſcripta ad *l. 4. C. mand.*

Pro Socio. TIT. II.

Vide ſcripta, & notata ad *princ. tit. C. eod.*

L. 1. Vel ſub conditione) vide ſcripta, & not. ad *l. pen. C. eod.*

§. ult. Continuo communicantur) At cæteri contractus, qui conſenſu contrahuntur, non transferunt dominium, ut venditio non transfert, ſed traditio.

L. 2. Tacite tamen) vide ſcripta ad *princip. tit. Cod. eodem*.

L. 3. §. De illo, in gloſſ. juſta hereditas incerti hominis) Adde, recte, *ut ſi qua hereditas ad nos pervenerit, communis eſto*. Hoc pactum turpe non eſt, quoniam eſt de incerta hereditate.

§. ult. Si dolo malo) Dolus cauſſam dans contractui bonæ fidei ipſum vitiat ipſo jure, vide ſcripta ad *princ. tit. C. de reſcind. vendit.*

L. 4. Et re, & verbis, & per nuntium) vide ſcripta ad *princ. tit. C. eod.*

L. 5. §. 1. Qui non ſunt æquis facultatibus) vide ſcripta ad *l. 1. C. eodem*.

§. ult. Societas) ut nec emptio, aut locatio, *l. ſicut emptio, inf. loc.* vide ſcripta ad tit. C. *de contrah. empt.*

L. 6. Si alter plus operæ) vide ſcripta ad *l. 43. inf. de ver. obl.*

L. 33. Publicorum) Id eſt, vectigalium, vide ſcripta ad *l. 15. inf. de verb. ſig.*

L. 33. Publicorum) Id eſt, vectigalium, vide ſcripta ad *l. 15. inf. de verb. ſig.*

L. 34. Non ſocietatis judicio) vide notata ad *§. non tantum l. heredes, ſup. famil. erciſc.* & ſcripta ad eundem *tit. C.*

L. 38. Sive generalia ſint, veluti pro ſocio) Pro ſocio actio eſt generalis, quæ totius ſocietatis rationes exigit. Generales actiones non dantur, niſi finito contractu, ut hic, & *l. rationes, C. de adminiſtr. tut.* vide ſcripta ad titulum *C. eod.*

§. ult. vel pro ſocio, vel communi dividundo) vide ſcripta ad *l. 5. C. eod.*

L. 43. Communi dividundo, non tollitur pro ſocio) Quibus in rebus differat actio pro ſocio ab actione communi dividundo, & quib. conveniat, vide ſcripta ad *tit.* C. *eodem*.

L. 52. §. 1. Dolum, & culpam) vide ſcripta ad *l. 4. C. eod.*

§. Si in coeunda, pretium enim operæ) Videtur ſignificari, ſicut pretium operæ ſupplet quod patrimonio deeſt, ſic etiam velat, & implet lacunas rei familiaris, vide ſcripta ad *l. 1. C. pro ſoc.*

L. 53. Fl. 52. §. idem Papinianus) *voluntarium conſortium*) id eſt, ſocietas, ad differentiam hereditariæ ſocietatis, vide not. ad *§. in heredem l. verum, inf. eod.* Conſortio, & conſortium, & ſocietas, idem omnino Diſſortes dicuntur ſoluta ſocietate, *D. Auguſtinus in Grammatica*. Diſſortiones, id eſt, diviſiones patrimoniorum inter conſortes fieri ait Feſtus, ſive Paulus, ubi male diſſertiones, vide ſcripta ad *tit. C. depoſ.* & Obſervat. 5. cap. 10.

§. Idem reſpondit, ſocius intra 4. menſes) vide cap. 16. de præſcript.

Propriam rem) In ſolidum, & *μονομερῶς l. 4. C. de ædif. privat.*

L. quod autem in gloſſ. Turpibus actionibus) Hæc recte ſe habent (*Turpes vocat actiones, quæ famoſæ, ut ſervi corrupti*) cætera dele omnia, & adde: *Hinc autem colligitur, ſervi corrupti actionem eſſe famoſam*. His adde *l. nec ſervi, de obſeq. à lib.* vide ſcripta ad fi. *ejuſd. tit. C.*

Pœnis pecuniariis) Male hoc Accurſius accipit de actionibus civilibus, cum hæc lex privatis actionibus voluerit adjungere publica judicia, quæ pecuniariam pœnam plerumque irrogant, ut lex Julia de ambitu C. ſolidorum, & lex Cornelia injuriarum multis caſibus, vide ſcripta ad fin. *ejuſd. tit. C.*

Dele totam gloſſ. *Ex publicis*:

L. Si Titius partem à me redactæ) Opponitur *l. ſeq. §. ſi cum tres inf.* vide notata ibid.

L. verum, in id quod facere poſſunt) Hinc nota fratres invicem teneri in id quod facere poſſunt. Nam ait exemplo fratrum ſocios teneri in id quod facere poſſunt, vide ſcripta ad fin. *C. eod. tit.*

§. Si cum tres. Ad communicandos) Aliud eſt in coheredibus, *l. Lucius, ſup. fam. erciſc. l. ult. C. depoſ.* vide ſcripta ad eam. Sed obſtat *l. ſi Titius, ſup. eod. tit.* Sed ibi extraneus, qui habuit aliam partem, eſt ſolvendo. Denique aliud eſt in ſocietate voluntaria, aliud in hereditaria, vide etiam ſcripta ad *eund. tit.* C.

§. In heredem voluntaria ſocietate) Voluntariam dicit ad differentiam hereditariæ, ut cum contracta eſt ſocietas vectigalium, & ei nominatim heres adſcriptus eſt. Utrumque genus notavit Cic. pro Quint. dum ait, *ſocius, quo cum te voluntas congregavit, aut fortuna conjunxit*. Sic dicitur voluntarium conſortium, *l. cum duorum, §. idem Papin. ſup. eod.* vide notata ad eam l. & ſcripta ad *eund. tit. C.*

§. Si ſervo communi) vide Ulpianum in Frag. tit. 22.

L. 66. Flor. 65. *§. Publicatione. Pro mortuo*) vide ſcripta ad *princ. ejuſd. tit. C.*

§. Nonnunquam. Et manente ſocietate) Imo idem eſt in qualibet ſocietate, vide notata, & ſcripta ad *l. 5. C. eod. tit.*

In gloſſ. pervenerit) A principio dele integram, uſque ad illa verba (*vel forte hæc ponit*) quib. ſubiunge recte.

L. Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt) vide cap. 35. de præſcrip.

L. Socius ſocio etiam nomine culpæ) vide ſcripta ad *l. 4. C. eod.*

L. 75. Fl. 74. *Quid emit*) Vide ſcripta ad tit. *C. ſi quis alteri, vel ſibi em.*

L. Si coita: nam idipſum) Recte: nam alioqui ſequemur arbitrium boni viri in ſocietate eodem Celſo auctore, *l. ſi filiæ pater, de leg. 3.* quam huic conjunge, vide ſcripta ad *l. 42. inf. de verb. oblig.*

L. 77. Fl. 76. *§. Arbitrorum enim*) vide notata ad *d. l. 43.*

L. In propoſita. Arbitrium boni viri) vide ſcripta ad *d. l. 43.*

AD LIBRUM XVIII.

De Contrahenda emptione, & pactis inter emptorem, & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt. TIT. I.

Vide ſcripta ad tit. *C. de contr. empt. & vendit.*

L. 1. Nerva, & Proculus, Permutationem) Quorum ſententia pridem placuit, ut ait *l. pen. C. de rer. permut.* vide ſcripta ibid.

Sed verior eſt Nervæ) Veteres tamen, ut in emptione, & locatione promiſcue utebantur verbis venditionis, & conductionis, ſic & in permutatione, ut in verſibus Homeri ſup. citatis verbo *περᾶν*. Sic Plinius lib. 33. capite 1. *Alios ferro captiviſque reb. emptitaſſe*, quamvis veteres habent *mutaſſe*. Veteres tamem dicebant *Emere* pro Sumere, vide ſcripta ad tit. *C. de rer. permut. in fin.*

Et inter abſentes) vide ſcripta ad *§. ult. inf. de verbor. oblig.*

L. 2. in fin. Sine ſcriptis) Nam ſi ſcriptis habita ſit, exigitur ſolemnitas, & obſervatio, quæ notatur in tit. *C. de fide inſtrum. l. 16.* vide eam, & ſcripta ad tit. *C. de per. & comm. rei vend.*

L. 6. Quorum commercium) Quid ſit commercium, vide in ſcriptis, & notat. ad *l. cum ſervus 30. §. ult. inf. de leg. 1.*

§. Ut ſi diem ſtatutum) Hoc nihil neceſſe fuit caveri,

ri, vide ſcripta ad tit. *C. de pact. inter emptorem*. A

L.7. Hæc venditio) Conjunge *l. 17. inf. de verb. oblig.* vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

Arbitrio) vide ſcripta ad *l. 43. inf. de verb. oblig.* & ad *prin. tit. C. de per. & comm. rei vend.*

In gloſſ. obſtrictis) Dele hæc (*Secus, ſi dicam, cum volum, quod tunc non valet*) pro quibus repone: *imo idem ſi dicam, cum volam.*

§. 1. In rei veritate incertum) vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

L.9. §.1. Sed in ſubſtantia) Hic materia dicitur etiam ſubſtantia, & *οὐσία τὸ ὑποκείμενον*, quod eſt, aut forma, aut materia, ut æs, aut compoſitum ex utroque, ut vas, vide ſcripta ad *l.22. de verb. oblig.*

L.12. Suo nomine) Peculiari.

L.14. Quid tamen dicemus) vide ſcripta ad *l.22. inf. de verb. oblig.* vide quoque ſcripta libro 2. Obſer. cap. 4. & ſcripta ad *l.5. C. de condict. indeb.* B

L.15. §. Ignoranti emptori) vide ſcripta ad *l. 3. inf. de jur. & facti ignor.*

L. 29. Si qua res fuerit peculiaris) Idem dicendum eſt de fructibus ab emptore perceptis ante venditionem, *l.2. in fi. C. de action. empt.* vide ſcripta ad eam.

L.34. Si in emptione) Opponitur *l.83. §. 1. inf. de verb. oblig.* vide ſolut. in not. & ſcrip. ad eam.

Quem venditor intellexerit) Lege, *emptor intellexerit*, ut in *l. ſi judex, ſup. de minorib. l.9. §. colonos, loc. & in l.1. C. qui manumit. non poſſ.* ubi pro *Emptori*, legendum *Venditori*, vide ſcripta libro Obſervat. 9. *cap.* 15. & ſcripta ad *l. ubi, de reb. dubiis*. (*)

§.1. Commercio exuerunt) Quid ſit eſſe in commercio, vide in ſcriptis & notata ad *l. cum ſervus 39. §. ult. inf. de leg. 1.* C

§. liberum: Cum ſervus erit) vide ſcripta ad *l. 83. §. Sacram inf. de verb. oblig.*

In gloſſ. Dixerimus) Adde: vide ſcripta ad *l.22. inf. de verb. oblig.*

§. Si emptio, pariter deceſſerunt) Id eſt, eodem momento, vide cap.1. de præſcrip.

L.35. Vt evidentius probari) vide ſcripta ad *l. 16. C. de fide inſtrum.*

§.1. Quanti Felix, Quanti) Nam pretium omni modo certum eſſe debet, id eſt, taxatæ quantitatis: vide ſcripta ad *l. 17. inf. de verb. oblig.* quæ ſic nihil obſtat huic l.

§. Si res: qualem bonus paterfam.) Id eſt, ut præſtet dolum, & culpam, vide ſcripta ad *eundem tit.* C. D

§. in his. Nam ſi omnem) Niſi quod & deguſtatio requiritur.

In cæteris rebus) vide ſcripta ad tit. *C. de peric. & comm. rei vend.*

Confinem celaverit) vide ſcripta ad *l. ult. C. de pactis inter empt. & vend. compoſ.*

Teneri venditorem) Actione ex empto.

L. 40. §. Cum fundum. Et arundinem cæduam) Plinius lib. 17.

L.41. §. ult. Menſam) De hujus §. conciliatione cum *l. quid tamen, ſup. eod.* vide ſcripta lib. 2. Obſer. cap. 4. & ad *l.22. inf. de verb. oblig.* & ad *l. 5. C. de condict. indeb.*

L. 43. Quædam etiam pollicitationes) Id eſt, ſtipulanti factæ promiſſiones.

L. 46. Non licet) Hæc l. explicanda eſt ex conjuncta *l. aufertur, inf. de jure fiſci*. Emptor tenetur in quadruplum repetito pretio à venditore, aut pretium fiſco venditor reddit, & emptor triplum ejus, vide ſcripta ad *l.2. de jure fiſci*, & not. ad *l. qui officii, inf. eod.* Excuſatur tamen venditor, ſi poteſtatis terrore correptus vendiderit, *l. pen. C. de his, quæ vi metuſve cauſſa geſta ſunt*. E

L. 50. Ego etiam ex vendito) Sæpe enim in l. commiſſoria, & aliis actionibus, agitur de actione ex empto vendito, & præſcriptis verbis, *l. ſi fundus, inf. de l. commiſſ. l. ſi fundum 2. eod. tit. l. ſi ſterilis, inf. de act. empti, l. ſi convenit, inf. de reſcind. vend.* vide ſcripta ad *l.12. inf. de*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.3. cap.11.*

A *præſcrip. verb.* & not. *l.2. C. de pact. inter empt.* & ſcripta ad illum tit.

L. 52. Quo plus ſibi acquireretur) Promercii cauſſa, *l. cætera, §. ſi quis, de leg. 1.* negotiandi, aut negotiationis cauſſa, *l. 2. Cod. de ædiſi. privat.* Græci vertunt, *πραγματείας χάριν*.

L.56. Ne proſtitueretur) vide ſcripta ad *tit. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit.*

L.59. Non liberum, ſed qualis) vide not. ad *l. pen. de eviction.* & ſcripta ad *§. quod ſi forte l. 38. de verb. oblig.*

L.62. Qui officii) Conjunge *l. in quorum, inf. de pignor.* vide not. ad eam, & ſcripta ad tit. *C. rem alien. ger. non inter. re. ſuar.*

Præterquam ſi) Idem dicitur in *l. milites, inf. de re milit.* Apud Harmenop. Epit. lib. 3. tit. 3. §. 11. male legitur, B *εἰ μὴ παρὰ δημοσίου πατρῴου*, id eſt, *niſi à fiſci patrono*, legendum ex Bibliotheca regia, *εἰ μὴ παρὰ τοῦ δημοσίου πατρῷον*, id eſt, *niſi emat à fiſco paternam poſſeſſ.* Sic in C. Th. tit. *de his, qui admiſt. ad offic. ſolas res paternas eos poſſe mercari præcipimus*, vide not. ad *l. non licet, inf. eod. & l. præfectus, inf. de ritu nupt.* & ſcripta ad *l.2. inf. de his, quibus ut indign.*

§.1. Quod interfuit ejus) vide ſcripta ad *l.22. inf. de verb. oblig.*

§. ult. ſi adſignata non ſit) Id eſt, obſignata annulo emptoris, quod pro traditione habetur, *l. quod ſi neque, inf. de peric. & commod. rei vend.* Vide de hoc verbo not. & ſcripta ad *l.92. ſi fundum, in principio, inf. de leg. 1.*

L. 64. Fundus ille) Huic l. conjungenda eſt *l. 5. ſup. comm. præd.* His obſtat *l. ſi mihi, & Titio 110. de verb. oblig.* vide ſolut. in not. ad eam.

C *L. 72. Cum fidejuſſ. cautio*) Natura emptionis eſt, ut cautio nuda præſtetur, non ſatiſdatio: niſi ita convenerit, vide ſcripta ad tit. *C. de hered. vel act. vend.*

A priori contractu) Non eſt novum, ut idem vocetur pactum, & contractus. Sic in *l. ſi unus, §. pactus, de pact.* vide ſcripta ad *l.56. C. de fide inſtrum.*

L.74. Clavibus traditis) Idem in *l. 1. C. de crim. expil. heredit.* vide ſcripta ad tit. *C. de peric. & comm. rei vend.*

L. 75. Qui fundi) Ergo pacto coerceri poteſt libertas alienandi, *l. ult. C. de reb. alienis non alienand.* Sic & donator recte paciſcitur, ne donatarius rem donatam alienet, non tantum certis perſonis, ſed & nulli prorſus, *l.153. §. ea lege, inf. de verb. oblig. l.3. C. de cond. ob cauſſam dator.* vide ſcripta ad *§. qui heredes, l. qui Romæ, inf. de verb. oblig.*

D *De lege commiſſoria*. TIT. III.

De ea vide ſcripta ad *l. pactum, C. de pignerat. act.*

L.4. Finita eſt emptio) Sic etiam finitur morte mandatum, non actio mandati. Finita quoque ſocietate non finitur actio pro ſocio, ut & extincta venditione, non finitur actio ex vendito, vide ſcripta ad *l.15. inf. C. mandati.*

Ex vendito actio) Competit & actio præſcrip. verbis, vide not. & ſcripta ad *l. 2. C. de pact. inter emptor.* & ſcripta ad *l.12. inf. de præſcript. verb.*

Reſcriptis Imperat. Anton. & Veri) Ante hæc reſcripta tutius erat agere præſcriptis verbis, vide ſcripta ad tit. *C. de pact. inter. empt.*

§.1. Aliquam partem pretii) vide ſcripta ad *d. tit. C.*

§. ult. Marcellus) vide ſcripta ad *l.84. inf. de verb. oblig.*

E *L.5. De fructibus, quos interim*) vide ſcripta ad tit. C. *de pact. inter empt.*

L.6. In fine. Videri receſſum) vide *l. ult. §. ult. inf. de reſcind. vend.*

L.7. Poſt diem) vide ſcripta ad *l.2. C. de l. commiſſ.*

Nec variare) Idem dicitur in *l.4. C. de pact. inter empt.* vide ſcripta ad eam.

L.8. Arræ nomine) vide fuſe ſcripta ad *l.16. C. de fide inſtrum.* & ad *init. tit. C. de pignerat. act.* & tit. *C. per quas perſonas.*

Statuta ſunt tempora) vide ſcripta ad *princ. tit.* C. *de pact. inter empt.*

Teſtato conventum) Idem eſt atteſtatio in *l. pen.* C. *depoſ.* vide eam.

De

Digitized by Google

De Hereditate, vel actione vendita TIT. IV. A

L. 2. Satiſdare de evictione) Id eſt, repromittere, vide ſcripta ad *l. 5. §. ſatis acceptio, inf. de verb. oblig.* Tota hæc l. eſt de ſtipulatione emptæ, & venditæ hæreditatis, vide ſcripta Obſerv. 2. cap. 30.

§. Sed & ſi quid dolo) vid ſcripta ad *l. 50. inf. de verb. obligat.*

§. Sicuti lucrum) vide ſcripta ad *prin. ejuſdem tit.* C.

§. Apud Julianum) vide ſcripta ad *l. 3. C. quod cum eo.*

De Reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere. TIT. V.

L. 3. Bonæ fidei judicio exceptiones pacti) Actionibus bonæ fidei fere omnes exceptiones, etiam non allegatæ inſunt: ut hic exceptio pacti.

L. 5. cum emptor) vide notata ad *l. an inutilis, infra, de acceptilat.* B

L. 6. Vt res, quæ venit) vide ſcripta ad tit. C. *de pact. inter empt.* & ad tit. C. *de ædilit. edic.*

Ex empto actio) In hujuſmodi pactis datur etiam actio præſcriptis verbis, *l. Labeo, ſupra, de contr. empt.* vide not. eo loco, & ſcripta ad *l. 11. inf. de præſcript. verb.*

Aut proxima) Aut, hic corrigit, ut & Niſi, *Vel*, vide ſcripta ad *l. 5. §. quod ſi faciam, infra, de præſcript. verb.*

L. 9. Fundus) vide ſcripta ad *fin. C. eod.* Idem dicitur in *l. 3.* C. *de jure fiſci*.

L. 10. §. 1. Numeriam, aut Semproniam) Varro tamen lib. 4. de Analogia ſcribit, Marcam non dici, & Numeriam. Legitur tamen hoc loco, & apud Valerium lib. 10. *Iſta*, inquit, *prænomina à viris tracta ſunt, Caja, Lucia, Publia, Numeria*: cæterum Caja uſu ſuper omnia celebrata C eſt, vide ſcripta ad *l. 16. §. 1. inf. de his, quib. ut indign.* *& venditor ea prædia*. Hoc etiam non additum intelligitur, vide ſcripta ad tit. C. *de pact. inter empt. & vend.*

Si conveniſſet) Id eſt, ſi ut proponitur. Quot modis accipiatur (*ſi*) in reſponſis Scævolæ, vide not. ad *l. qui Romæ, §. Agerius*, & ad *l. 57. inf. de verb. oblig.*

De Periculo, & commodo rei venditæ. TIT. VI.

De hac Rubrica vide ſcripta ad *eundem tit.* C.

L. 1. Et uſque ad deguſtationem) Hoc ita, cum vinea venit averſione, & vinum, quod eſt in horreo vinario, vide ſcripta ad *eundem tit.* C.

Signata tamen ab emptore) Nam aſſignatio, & clavium datio pro traditione eſt, ſi modo fiant poſt deguſtationem.

§. Sed & cuſtodiam) cuſtodiæ verbo leviſſima culpa D ſignificatur, vide ſcripta ad *l. 18. loc. inf.* & not. ibid.

Ad diem menſuræ) Hoc cum ad menſuram veniit, ut in ſingulas amphoras conſtituto pretio, non averſione, *l. 2. C. eod.* vide ſcripta ad eam.

L. 2. §. Cuſtodiam autem) vide ſcripta ad *tit.* C. *de commod.*

Vtrum pœnam, ut & diligentiam) φυλακὴν ἀκριβεστάτην aiunt Græci, vide ſcripta ad *eundem tit.* C. & Βασ. lib. 35. tit. 7.

L. 3. Diligentiam præſtet exactiorem) Id eſt, præſtat dolum, & culpam, vide ſcripta C. *eod. tit.* ubi ſunt etiam caſus duo, quibus præſtat dolum tantum, cum emptoris mora eſt: vel, cum poſſeſſio eſt penes emptorem.

L. 4. §. 1. Si averſione) Græci in 53. Βασ. tit. 1. Averſione vendere interpretantur κοττᾶν, id eſt, alea. Valen- E tin. in Nov. de *relevat. poſſeſſ.* dixit vendere in aggere. Sic dicitur, quia hæc venditio fit quaſi ab averſis, id eſt, parum attente rem conſiderantibus. Plutarchus in Iſocrate dixit, ἀθρόα πιπράσκεσθαι, cui opponit κατυλίζειν, & θεμαχίζειν, cum per partes vendimus ſingula, tunc non fit averſio, *l. 1. inſtitorem, ſup. de inſtit. act.* Per averſionem Græci ibidem vertunt ἐν ὁμάδι, vide ſcripta ad *tit.* C. *de inſtoria, & exercit. act.* & Obſ. lib. 8. c. 15.

§. 5. Si id admenſum eſt) Nam vini venditio ad menſuram facta ante admenſionem perfecta non eſt, vide ſcripta ad *tit. C. eod.*

Niſi id per emptorem fiat) Id eſt, niſi emptor moram adhibuerit.

A *L. 8. Emptoris eſſe periculum*) Quia tempus conditionis retrotrahitur ad tempus contractus. Vide ſcripta ad *princ. tit. Cod. eodem.*

L. 10. Prinſquam menſura fieret) id eſt, in fundo, cum fundus veniit in ſingula jugera conſtituto pretio: quod in vino, frumento, oleo, ut ante admenſionem venditio perfecta non ſit, vide ſcripta ad *eund. tit. C.*

Inundatione aquarum) Sic in *l. quid tamen, §. agri, l. ſi agrius, ſup. quibus mod. uſusfru. amittat. l. ex conducto, §. ſed ſi agri, loc. l. 4. §. 1. inf. de cenſib. l. cum res, §. ult. de leg. 1. l. verum, §. ſi locupleti, de minor.* vide ſcripta ad *l. 9. ſup. de verb. oblig.*

L. 14. in fi. Videri autem trabes) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

Emptor ſignificaſſet) id eſt, obſignaſſet. Vide de hoc B verbo notata ad *l. 92. ſi fundum, inf. de leg. 1.*

L. 16. & periculum) Idem eſt, ſi emptor ſit in mora, aut ſi prætoriam rei poſſeſſionem habeat: vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

L. 17. cum moram emptor) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

De ſervis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel contra. TIT. VII.

L. 1. ut poſſit legem remittere) vide ſcripta ad *tit. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit.*

L. 2. Niſi ſpecialiter) vide ſcripta ad *fin. tit.* C. *ſi ſerv. export. venier.*

L. 3. In eadem voluntate perſeveret) vide ſcripta ad *tit.* C. *ſi mancip. ita fuerit alien. ut manum.* Opponitur *l. 8. inf. eod.* vide not. ad eam.

L. 8. Quæſitum. Opponitur *l. 3. ſup. eod. & ult.* C. *ſi* C *mancip. ita fuerit alien. ut manum.* Dicendum, hic poſt pœnitentiam non competere quidem libertatem ipſo jure, ſed competare ex facto emptoris: vide ſcripta ad *d. tit.* C. vide etiam not. ad *l. 1. inf. qui ſine manumiſſ. ad libert. perveu.*

L. ult.) vide ſcripta ad *tit.* C. *ſi mancip. ita alien. ut manumit.*

In Semeſtribus) conſtitutionibus Semeſtria ſunt libri conſtitut. Marci.

AD LIBRUM XIX.

De Actionibus empti, & venditi. TIT. I.

D L*Ex 1. Pretium egreditur*) vide ſcripta ad *l. 12. C. eodem.*

L. 2. §. ult. Ad hoc pertinet) vide ſcripta ad *tit. C. eodem.*

L. 3. Datio) Sic vulgo. Flor. *Ratio*, ſed legendum eſt, *Traditio.*

§. 1. Fructus non venient) Obſtat *l. 4. inf. de uſur.* dico Pomponium à cæteris diſceſſiſſe, ejuſque ſententiam veriorem eſſe, quod & Accurſ. vult, vide ſcripta ad *l. 28. inf. de verb. oblig.*

§. Si per venditorem. Item non oportet) vide ſcripta ad *l. 59. de verb. obligat.* & notata ad *l. ult. ſup. de condict. tritic.*

L. 6. §. 1. ut Notarius ſcribit. In *l. 6. inf. de præſcript. verb.*

E *L. 11. §. 1. Redhibitionem*) Eſt actio ex empto redhibitoria, Reſciſſoria, Æſtimatoria, *l. 9. C. eod.* vide ſcripta ad eam l. & ad *tit. C. de ædilit. actionib.* vide notata ad *princ. ejus tituli.*

§. Is qui vina) De hoc §. vida ſuſe ſcripta ad *l. 16. C. de fide inſtrum.*

§. Ego. Si annulus datus ſit) ut & *l. 5. §. ſi ei, apud quem, de inſtit. act.* & Geneſ. cap. trigeſimo octavo. Datur & ſponſionis cauſſa, *l. ſi gratuitum, §. ult. infra, de præſcript. verb.*

§. Et ex empto act.) vide ſcripta ad *l. 38. inf. de verb. oblig.*

L. 12. Flor. 11. §. qui autem, hoc polliceatur) id eſt, ſtipu-

ſtipulanti promittat. Sic in *lege ea, quæ, de contr. empt.*

L. Julianus id tantum ex empto) vide ſcripta ad *tit. C. de ædilit. act.* & not. ad *prin. ejus tit.*

§. Quod autem. Ad temerariam indicationem) vide ſcripta ad *l.38. in prin. inf. de verb. oblig.*

§. Per contrariam. Competere actionem ex vendito) Non autem reſcindetur venditio, vide ſcripta ad *princ. tit. C. de reſcind. vend.*

§. Idem Julianus: municipiis legata) Legendum vectigalia, quod & Græci confirmant.

§. Ex vendito. Item uſuræ pretii) vide ſcripta ad *l. 2. Cod. de uſur.*

§. Si procurator) vide ſcripta ad *l.79. inf. de verb. oblig.* & ad *fin. tit. C. de exercit. act.*

Utilem ex empto) id eſt, ex vendito, *l.1. C. ſi ſervus emi ſe mand.* Item actio ex vendito, id eſt, ex empto *l. ſi cum venderet, §. ſi ſecundus, & l. ſed hoc nomine, inf. de evict. l.1. C. ſine cenſu, & reliq.* Item ex conducto pro ex locato, *l. ſed addes, §. illud, loc.* Et contra ex locato pro ex conducto, *l. dominus, §. ult. loc.* Hoc fit, quoniam hæ actiones ſolebant conjunctim appellari ex empto, vendito, ex locato conducto, *l. ult. §.1. de lege Rhodia de jactu, l. multum, de hered. vel act. vend. l. etſi uno, hoc tit.* Varro lib.2. de re ruſtica, c. 2. vide ſcripta ad *l. 1. de præſcript. verb.* & ad *tit. ſine cenſu, & reliq.*

Domino) vide ſcripta ad *l.2. C. per quas perſon.*

§. Ibidem Papinianus. Uſuram legitimam) centeſimam.

Fœnus illicitum) vide ſcripta ad *l.5. Cod. de uſur.* Idem eſt in uſura.

§. Si venditor habitationem) vide not. & ſcripta ad *l.9. Cod. de loc.*

Cogere poſſe venditorem) Actione incerti in *l. ſi ſic legatum, §. ult. inf. de leg.2.* Sic in *l. ſi tibi, inf. de opt. l.2. §. item Nerva, inf. ne quid in loco pub.* vide ſcripta ad *d. l. ſi ſic, §. ult.*

L. Fundi, §. quæ picta. Reticuli) Dicuntur cancelli in *l. cætera, inf. de leg.1.* Harmenop. lib.2. Epitom. tit.4.

§. ult. Caſtella plumbea) Caſtella ſunt aquarum conceptacula, ex quib. aqua deducitur, de quibus in *l. cætera.*

L. veteres) Hujus leg. verba ſonant, veteres uſurpaſſe emptionem pro venditione, & contra: Itemque locationem pro conductione, & contra. Verum hoc ex aliis locis non confirmatur, nec videntur iſta ſic confundi. Legendum itaque erit in l. ſeq. *id eſt, & in locato, & conducto.* Non, *idem eſt.* Ut ſit interpretatio hujus *leg. veteres,* quæ pertinet ad tit. de publicanis, ut docet inſcriptio. Publicani autem ſunt conductores vectigalium. Ad eundem tit. pertinet quoque lex ſeq. ut docet *l. 2. inf. de publican.* quæ eſt ex eodem lib. Conſtat enim auctores nunquam locationem, & conductionem, emptionem, & venditionem promiſcue uſurpaſſe: at in locatione, & conductione uſos fuiſſe vocibus emptionis, & venditionis Feſtus auctor eſt in verbo venditiones, & verbo redemptores, vide ſcripta ad *l.1. inf. de præſcript. verbis,* & ad *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Sic Hyginus lib. 2. de limitib. mancipib. ementibus .i. conducentibus in annos centenos. Nam publicani dicuntur mancipes, *l. 11. C. de vectig. & commiſ.* vide not. & ſcripta ibid.

L. Idem eſt) Lege, id eſt, vide not. ad *l. prædium.* Pertinet autem hæc lex ad tit. de publicanis, ut docet *l. 2. inf. de publicanis,* quæ eſt ex eodem lib.

L. Si ſterilis annis 50.) vide cap.33. de præſcript. & Ulp. in Frag. tit.16.

Ex empto teneri) In hujuſmodi pactis datur & actio ex vendito, & præſcriptis verbis. Vide not. ad *l. Labeo, ſup. de contr. empt.* & ſcripta ad *l. ult. inf. de præſcript. verb.*

§.1. Non tenetur) Opponitur *l.9. C. eod.* ubi diſtinguitur tantum in emptore. Vide ſolutionem in not. & ſcriptis ad eam.

§. Quamvis actionem emptionem non eſſe) Male abeſt hæc negatio à Pand. Flor. vide ſcripta à me Obſer.2. cap. 5. & ſcripta ad *l.22. inf. de verb. oblig.* Hujus vero loci hic ſenſus, licet emptio non valeat, tamen ex empto eſt actio.

In gloſſ. Diximus) Ad finem adde *& l. quid tamen.*

§. Cum per: dari oportuit) vide ſcripta ad *l. 59. de verb. oblig.*

§. ult. Qui domum) Huic obſtat *§. ult. legis 8. inf. de legat.1.* Sed nos hic loquimur de præſtatione annua. Eo loco autem loquitur juriſconſultus de legato annuo. Illud legatum ſemel præſtandum eſt: cum præſtatur, non poteſt dividi. At cum relictum annuum legatum eſt ſub disjunctione, poteſt ſubinde mutare ſententiam, vide ſcripta ad *d. l. 8. §. ult.*

L. Si quis ſervum ex hered. liberti) Ergo cavet, & paciſcitur de ſucceſſione futura, quod non licet, *l.4. C. de inutilib. ſtipul. & l. quidam, §. ult. de donat.* Dicendum, id hoc loco fieri, quoniam id exigit neceſſitas venditionis rite factæ: Nam venditor manumittendo ſervum contra fidem facit. Hanc fidem ut expleat non poſſumus conſequi, niſi præſtita hac cautione, vide ſcripta ad *d. l.4.* Eadem ratione concilianda eſt hæc lex cum *l.2. in fin. infra, de his, quibus ut indig.*

In gloſſa Reſtitutum iri) in fine, Adde, Prima ſolutio placet.

L. Si ſervus, §. ult. ad fin. ultra peculii) vide ſcripta ad *Rub. C. quod cum eo, qui in alien. pot.*

L. cui res) vide ſcripta ad *l. ſi à ſubſtituto in princ. inf. de leg. 1.*

L. Servus quem) vide ſcripta ad *Rubr. Cod. de condict. indeb.*

§. ult. ut rem emptori habere) vide notata ad *l.1. de rerum permut.* & ſcripta ad *l. naturalis in princ. de præſcript. verb.*

Sciens) Dolo malo.

L. Si ea res. Cuſtodia adverſus vim) vide ſcrip. ad *tit. Cod. de loc. in princ.*

L. In venditione. Ex empto habebit actionem) Quanto minoris ſcil. ut docent ſeq. verba. Itaque ſi convent. ob pretium, non de evictione: vide ſcripta ad *l.38. §. ſi quis forte, de verb. oblig.*

L. Lucius Titius. In gloſſ. *Exhibuerit, ibi, nam etſi*) Adde: Recte, vide ſcripta ad *l. ſi inſulam, infra, de verbor. obligat.*

L. Creditor, §. inter venditorem militiæ) Urbanæ ſcilicet, de qua vide *l. ult. C. de pign.*

L. ult. Si ſervus) Sic idem Pomponius ex eodem Octaveno tradit ſervum meum, qui eſt apud hoſtes, legari poſſe quaſi meum, in *l.9. inf. de leg. 1.*

Difficultatem in præſtando) vide ſcripta ad *§. illud l. continuus, inf. de verb. oblig.*

Locati, & conducti. TIT. II.

Quis dicatur locator, quis conductor, vide ſcripta à me Obſer. lib.2. cap. 28. & Inſtit. eod. tit.

L.1. Non verbis) Quæ obligatio eſt juris civilis, vide ſcripta ad *l.1. §. ult. inf. de verb. oblig.*

L. 2. Si de mercede) vide ſcripta ad *l.2. inf. de præſcr. verb.*

L.9. Teneri ex conducto) Opponitur *l. ſi fundus,* cum ſequentibus, *inf. eod.* Ubi non præſtat, quod intereſt, id eſt, frui licere. Mala eſt Accurſii ſolutio. Dicendum his verbis, *ut præſtet frui licere,* non ſemper ſignificari id, quod intereſt, ſed ut præſtet mercedis relevationem pro tempore, quo frui non potuit. Sic etiam accipiuntur in *l. ex conducto, §. ſed etſi ager, inf. eod.* vide ſcripta ad *l.18. Cod. eod.*

§. In exuſtis quoque ædibus) vide ſcripta ad *l.8. C. eod.*

L.10. Fl.9. §. Si colonus, non præſtabitur periculum) Flor. *non præſtabit periculum locator.* Verum legendum *conductor,* id eſt, colonus. Harmen. lib.3. Epitom. tit.8. vertit. *οὐκ ἐνέχεται ὁ μισθωσάμενος.*

L. Item quæritur, §.1. Si culpa caret) idem in *l. ult. §.1. ſup. de lege Rhodia de jactu,* vide ſcripta ad *l. in navem Saufeii, inf. eod.*

§. Duo rei locationis) *L. eandem, infra de duob. reis,* & ideo eliget quem volet. Secus eſt ex Nov.99. vide ſcripta ad *l.13. Cod. eod.*

§. Qui impleto) utroque tacente, vide ſcripta ad *l.16. Cod. eod.*

Sed

Digitized by Google

Sed etiam pignorum) At non fidejuſſorum. Nam ii præteriti tantum temporis nomine tenebuntur, non ſequentis.

L. Ex conducto, §.1. Si lis tempeſtatis calamitoſæ) vide ſcripta ad *l.8. C. eod.*

Graculorum, ſturnorum) Adde vim locuſtarum, *l.18. C. eod.* Perniciem locuſtarum, edacitatem locuſtarum. Plin. lib. 11. cap.19. de locuſtis, vocat eas Dei iram.

Si raucis) Græci vocant ἄγρωστιν, quæ eſt herbæ genus. Rectius in *l.ſi ſervus, §. inquit, ſup.ad l.Aquil.* Avenam interpretantur ἄγρωστιν. At rauca non ſunt herbæ, ſed vermes, ut recte Budæus.

Sed & ſi labes) Græci vertunt ὄλισθον, videlicet ſi terra paulum receſſerit. Separatur labes à chaſmate, dum ait, *ſed ſi ager, &c.*

Sed & ſi uredo) Quæ dicitur ἐρυσίβη:

Sed ſi ager terræ motu) vide not. ad *l. 10. de peric. & comm. rei vend.* & ſcripta ad *l. 9. inf. de verb. oblig.* Chaſma Plautus vocat oſtium Acherontis, Græci Plutonium.

Vt ſeni poſſit) id eſt, ut præſtet mercedis relevationem. Sic etiam accipe in *l.9. ſup.eod.* vide ſcripta ad *l.18. C.eod.*

L.17.Flor.15.Si uno anno) Hic §. intelligendus eſt de agro vectigali: vide ſcripta ad *l.21.C.eod.tit.*

§.Item cum quidam) vide ſcripta ad *l. ſi poſt mortem. §. ſi teſtator, de leg. 1. inf. ad Rubr. C. de condict. indeb.* vide etiam ſcripta lib.3. Obſerv.cap.1.

Pro invecto) Legendum *pro mutua*, ut Flor.

L.Sed addes, §.illud. Ex locato teneatur) id eſt, ex conducto. Sic contra, Ex conducto, id eſt, locato. Et ex empto, id eſt, vendito, & contra, vide not. ad *l. Julianus. §.ſi procurator, ſup. de action.empti.*

L.23. Flor. 20. Sed donationis cauſſa) Sic nec ſocietas, *l.5.ſup.pro ſoc.*

L.Item ſi pretio, §. cum inſulam. Vt ſua impenſa) Id eſt, materia.

L.Si in lege. Vt arbitratu domini) vide ſcripta ad *l. 43. & 113.inf.de verb.oblig.*

L.Si merces. Vt ſi quidem ipſe, qui nominatus eſt) Hic Tribonianus, ſub Caii nomine utitur Juſtiniaoi verbis ex *l. ult. C.de contr. empt.* vide ſcripta ad *l.43. inf.de verb. oblig.*

§.1. Ages cum eo ex conducto) vide ſcripta ad *l.9.C.eod.*

§. Vis major) De hoc §. vide ſcripta ad *l.8. C.eod.*

ΘΕΟΥ ΒΙ'ΗΝ) Sic dicitur Latine vis divina in *l.fluminum, §.Servus, inf. de dam. infect.* Gellius lib.9. cap.11. Libri Baſil. habent θεομηνίαν, id eſt, Dei iram.

Partiarius colonus) Coloni partiarii ſunt, qui partem fructuum domino conferunt, reliquam ſibi retinent. Hi non ſunt proprie conductores, ſed ſocii potius, *l. cum duobus, §. ſi coeunda, ſup. pro ſoc.* Plinius tamen lib.9.Epiſt. hoc genus contractus locationem vocat, dum ait, ſi non nummo, ſed partibus locent. Et ſane erit locatio, ſi animus contrahendæ locationis fuerit, & actio ex locato, non pro ſocio: Nam locatio contrahitur non tantum certo pecuniæ numero, ſed & earum rerum, quæ pondere, & menſura conſtant certa. Quod probat *l. ult. C. eod.* vide ſcripta ad eam leg.

§. Qui columnam, culpa autem abeſt) vide ſcripta ad *l.28.C.eod.*

L. 19. Navem Sauſeii) Hæc lex eſt de actione oneris averſi, de qua non eſt alius locus. Ea tenetur nauta, qui onus vehendum conduxit, ſi illud avertat. Tertullianus lib.5. contra Marcium. *Conſice-nauclere, ſi nullum onus avertiſti.* Hæc actio à prætore propoſita eſt, & veriſimile eſt, fuiſſe pœnalem in duplum, ut furti.

In gloſſ. Oneris averſi) Dele hæc (*ſed actio locati ſic appellatur, quando quis conduxit ſuo periculo*) deinde ibi. (*Eſt propr. nomen actio*) uſque ad fin. gloſ. dele omnia & repone; *Peccat hic dupliciter Accurſius:* nam periculum eſt locatoris, non nautæ, ſi dolus abſit: deinde averſione conducere, eſt totum, quid conducere Græci dicunt ἐν ὁμάδι, &c.

Cum veſtimenta) ut cum domus locatur. Et tunc dominium non mutatur: imo nec poſſeſſio.

Argentum poſtulatum) Legendum ut Flor. *Puſulatum*. Alii legunt *Puſtulatum*, quod idem eſt. Feſtus in verb. *Hertam*. Alii, inquit, *Puſulum* dixerunt. Sic apud Plinium lib. 22. cap. 25. quatuor in locis, ubi eſt *Poſtulas*, veteres habent *Puſulas*. Sic argentum puſtulatum dixit Suetonius in Nerone. Sic Martialis lib. 7. & 8. eo verbo ſignificatur argentum puriſſime coctum. Male Alciatus lib. 6. πυρίζειν. Poſtulatum.

In creditum iri) Id eſt, mutuum quodammodo contrahi, ut & *l. 3. §. 1. ſup. ad Macedon. l. ſed & ſi velit, ſup. de Tribut.* Alias in creditum ire, id eſt, mutuum contrahere, *l. 2. ſup. de reb. cred. l.tutor, ad Vellej. l. ſervo invito, ad Trebell.* Hic eſſet vere mutuum, niſi merces interveniret. Faciem mutui habet, quia dominium transfert. At locatio, & conductio potius eſt, & bonæ fidei contractus. Quare venient uſuræ ex mora, aut pacto, quæ tamen non veniunt in mutuo.

Beronibus) legendum, ut Flor. *Heronib.* non ut male Budæus, & alii *Beronib.* Eo verbo quid ſignificetur indicat Donat. in Phorm. Ter. *Phormio à Phormione Sparteo, quem nos beronem dicimus.* Græci hic vertunt cophinis. Vitruvius in fi. *lib. 5. Heronib. ex ulva paluſtri factis.* Plinius lib. 36. cap. 14. v. Obſerv. lib. 7. c. 39.

Improbare actionem oneris averſi) Averſi oneris actio prætoria ſupervacua eſt, cum ſit civilis furti, nec illa hac gravior ſit, nec quicquam plus contineat. Si tamen quæritur, cur ea actio à prætore præpoſita ſit? reſpondebo cum Ulp. in *l. 3. naut. caup. ſtab.* ut prætores curam agant coercendæ improbitatis nautarum. Verum hæc actio non erit ſupervacua, ſi onus publicum averſum ſit. Nam tunc ea eſt capitalis, *l. pen. C. de navicul.* & ex Nov. Leonis 60. eſt in quadruplum.

In gloſſ. Supervacuum) dele hæc verba (*& ita exſufflatum eum omnino dicimus*) pro quibus repone *male*, dele etiam reliqua ad finem uſque ab his verbis (*Reſpondit ad ea, quæ darentur*) Et ſic repone, *Actio averſi oneris* non eſt actio locati, ſed eſt actio prætoris, in duplum.

L. Qui fundum, in fin. eſſet obligatus) vide ſcripta ad *l. 9. C. eod.*

L. Si fundus. Vt mihi frui) vide ſcripta ad *l. 38. §. ſi quis ita, inf. de verb. oblig.*

Vt pretium reſtituas, non ut etiam præſtes) Opponitur *l. 9. in pr. ſup. eod.* vide notata ad eam leg. & ſcripta ad *l. 16. C. eod.*

L. Qui operas: honoraria reddere) vide ſcripta ad *l. 4. C. de condict. ob cauſſam dator.*

L. Qui mercedem: periculum cuſtodiæ) vide ſcripta ad *prin. ejuſd. tit.*

L. Sed de damno) conjunge *l. 19. inf. de verb. ſignific.* vide ſcripta ad eand. l.

L. Cum apparebit. Si conſtabit omnes) Hoc jure hodie utimur ex Nov. 99.

L. Si decem. in fin. putavi) vide ſcripta ad *l.91. §. nunc videamus, inf. de verb. obl.*

§. Inter locatorem) Hujus §. ſpeciem, vide in ſcriptis ad *l. 3. C. eod. tit.*

Biennii continui penſionem) vide cap. 21. de præſcript. & ſcripta, ac notata ad *l. 3. C. eod.* & ad *l. 2. C. de jure emphyteut.*

L. Dominus) vide ſcripta ad *pr. eod. tit. C.* & notat. ad *l. 4. C. eod.*

§. 1. Ex conducto) id eſt, ex locato. Sic contra ex locato, id eſt, conducto. Sic etiam ex empto, id eſt, ex vendito, & contra, vide not. ad *l. Julianus, §. ſi quis procurator. ſupra, de act. empti.*

L. Cum Domini) Hæc lex ideo pertinet ad tit. de officio præfecti vigilum, quia in ea ponitur unus caſus, quo impune ædes, ut horrea effringi poſſunt. Cujus rei cura pertinet ad præfectum vigilum, l.17. §. effracturæ, de offic. præf. vig. vide cap. 21. de præſcriptionibus.

Biennii) vide ſcripta ad *l. 3.* & ad l. 5. C. *eod.* Martialis

lis lib. 11. ait, *penſione pro bima*, quia non eſt pignorum A retentio niſi poſt biennium, *l.pen. inf.in quibus cauſſis pig. contrab.*

L. Marcius in fin. *Eſſe periculum*) *l. 7. C. de oper. publ.*

L. Cum in plures, *§. locator propoſitum habuit*) Propoſitum hoc loco præſcriptionem ſignificat, non διάθεσιν & animi deſtinationem, ut male Bartulus, vide ſcripta ad *princ. l.7. ſup. de juriſdict.*

§. ult. Rerum) Hujus §. ſpecies eſt: Horrearius .i. conductor horreorum, horrea conducta alii ablocavit, quod licet, *l.6. C. eod.* & cuſtodiam promiſit, ipſe tenetur horreario ſuo ad cuſtodiam, non primus locator horreario. Et ideo effractis horreis horrearius ſecundo conductori tenebitur ex pacto, non primus ſecundo. Effractura enim non præſtatur, niſi ex conventione, vide ſcripta ad *pr.* B *eod. tit. C.*

Horrearius) Primus.

Conductoribus) Secundo horreario, cui is ablocavit;

De æſtimatoria actione. TIT. III.

Hic titulus, ut & ſequens, eſt de æſtimatoria præſcriptis verbis. Ideo autem ſeparatur à tit. illo generali, quia hæ duæ actiones, de æſtim. & permut. ſunt bonæ fidei: cæteræ omnes ſunt ſtrictæ. Cur autem hæ tantum ſint bonæ fidei, hoc totum pendet ex ll. & morib. Id eſt, leges & mores bonæ fidei judicia faciunt, non certa naturalis ratio. Ut petitio hereditatis erat olim ſtricta, hodie eſt bonæ fidei, & actio de dote ex conſtit. Juſtiniani. Actio æſtimatoria aliter ſumitur in tit. de ædilit. edicto. Ibi enim eſt ædilitia quanto minoris, l. bonum, §. aliquando, l. ſi tamen, §. non nocebit, *inf.de ædil.edic.* vide ſcri- C pta ad *l. 17. §.1. inf. de præſcrip.verb.* Exemplum actionis æſtimatoriæ eſt, *dedi tibi librum, ut aut eum venderes, aut eum mihi redderes*.

§. ult. Æſtimatio) Hæc lex 1. intelligenda eſt ſecundum *§.1.l.17.inf.de præſcriptis verbis.* Quare quod hic ait, *periculum ejus facis*: non eſt verum indiſtincte, ſed ſi ſuſcepit rem vendendam ultro, & ſuſceperit ſe venditurum: Nam cum dominus rei ſuſcepit, non videtur omnino conveniſſe de præſtanda omnimodo æſtimatione, quod videtur cum ultro ſe obtulit.

De rerum permutatione. TIT. IV.

Hic titulus eſt de præſcript. verbis. Cur autem ſeparatur ab eo, notandum eſt ſup.tit.prox. vide ſcripta ad *l.17. de præſcript. verbis*.

L. 1. Sicut) Traduntur differentiæ tres inter emptio- D nem, et permutationem, l.in princ. legis II. ibi, *Emptor enim* III. ibi, *Item emptio*, de quibus vide ſcripta ad tit. *C.eod.* & *l.naturalis, in pr. de præſc.verb.*

Emptor enim. Cur in pretio non expectetur evictio, in merce vero exſpectetur, ratio eſt: quia diſſimilis eſt debitio pecuniæ, et rei: ergo et diſſimilis ſolutio. Quia igitur emptor non debet certum corpus, ſed ex quadam infinitate certam ſummam, merito ex ea immenſitatem deligere debet, quod faciat venditoris. Venditor autem delectum non habet. Sic fit, ut inter emptorem, et venditorem, quod ad præſtationem attinet, ſit differentia. In permutatione non poteſt conſtitui, quid ſit pretium, quid merx. Itaque nec poteſt conſtitui, ut una parte dominium transferatur, ex altera non. In permutatione neceſſe eſt, ut utraque ſint paria. Et vero ſi uterque dede- E rit, ſatius eſt eventum, et evictionem permutatarum rerum ſpectari, et tunc dabimus non actionem ex empto, aut vendito, ſed præſcriptis verbis in id, quod intereſt, *l. ſi permutationis, C. de evictionib.* vide ſcripta ad *l.5. tit. prox. & eod. tit.C.de action. empti.*

Purgari dolo malo) *l. ſervum, quem, §.ult.ſup.de act.empti.*

In factum dandam actionem) Præſcriptis verbis, vel etiam condictionem, *l.1. in fin. C.eod.*

Permutatio autem ex re tradita) Permutationis placitum obligationem non parit, *l.ex placito, C.eod.tit.* quoniam permutatio nomen tantum eſt juris gentium, non juris civilis. Certum vero eſt, ea tantum negotia nudo conſenſu obligationem conſtituere, quæ legitimum nomen habent.

Ideo Trebatius ait) Recte.

Non in hoc agemus) Male Accurſius interpretatur, *non*, id eſt, non tantum. Ideo delenda eſt tota gloſſ. *Agemus*. Nam quoniam imperfecta eſt hic permutatio, non actioni præſcriptis verbis, ſed condictioni locus eſt: quia condictio eſt ex bono, et æquo, *l. in ſumma, de condict. indeb.* non ex contractu: vide ſcripta *C.tit. eod.*

L.ult. Quoniam permutatio) *l. 2. C. eod. tit.* vide ſcripta ad *eund.tit.C.*

De præſcriptis verbis, & in factum actionibus;

TIT. V.

Præſcriptis verbis) Id eſt, de actionibus in factum civilibus, quæ ex contractibus dantur ex præſcripto conventionis.

Et in factum) Id eſt, de actionibus in factum prætoriis, et aliis civilibus, quæ ex aliis cauſſis, quam ex contractibus dantur. Dicitur autem præſcriptis verbis, quia ita datur, ut in contractibus verba contrahentium præſcripta ſunt. Aliæ actiones dantur à prætore conſultis, et meditatis verbis. Hic contractus datur, ut ſcriptum eſt: ſi non eſt ſcriptum, dabitur ex mera, et rudi conventione, *l. 1. §. ſi quis ſervum, depoſ. l. ſi dominus, eod. tit.* Præſcriptis verbis, id eſt, præſcripto conventionum. Unde Græci ἀγωγὴν τῶν προγεγραμμένων συμφώνων vocant. Nam hæc actio non datur niſi ex contractibus. Datur etiam in factum, quaſi in factum compoſita, *in princ. tit. Inſtit. de except. l. quod de bonis, ad legem Falcidiam. In factum comparatæ, l. 4. §. ſi à Titio, inf. de doli except.* Vel quaſi in factum. Vocatur quoque præſcriptis verbis, quæ ex contractibus incertis datur, actionum in factum alia eſt prætoria, alia civilis. Civilis, aut eſt præſcriptis verbis, aut non. Quæ eſt præſcriptis verbis, eſt ex contractibus incertis. Quæ non eſt præſcriptis verbis, non eſt ex contractu. Contractus aut ſunt certi, qui proprium nomen habent, ex quo datur actio, *ut ex empto*: aut incerti, qui legitimo nomine vacant, ex quibus datur actio ἀνώνυμος. Obſtat ei, quod dicitur, *Hanc actionem tantum dari ex contractibus incertis, l. bis conſequenter, ſup. famil. erciſc.* Dicendum, ſubeſſe etiam in ejus legis ſpecie contractum. Nam diviſio genus eſt permutationis. Fit enim partibus utrinque permutatis, & ideo ex diviſione datur actio præſcrip. verbis. Obſtat adhuc *l.2. & l.duo, de precar.* Ex precario datur actio præſcriptis verbis, quæ donationi eſt ſimilis. Porro donatio non eſt conventio. Reſpondetur, precarium etiam aliquatenus ſimile eſt commodato, *l.1. de prec.* ne tamen eſt commodatum: & ideo receptum eſt, ut ex eo detur actio præſcriptis verbis, quoniam contractui eſt ſimile. Itaque dicitur contractus in *l. contractus, de reg. jur.* Hæc actio etiam dicitur propria, in *l. petenti, ſup.de pign.act.* quia datur ex novo, peculiari, & proprio quodam negotio, ex negotio contractus ſeparato à civilibus negotiis, *l.rogaſti, inf. eod. §. præterea, Inſtit. de locato*. Dicitur & actio incerti, & in C.incerta: non quia datur ex incerto contractu, ſed quia datur in id, quod intereſt. Dicitur & civilis actio, non quidem, quod nominatim ſit prodita legibus noſtris, namque civili vacat: ſed quod comparata ſit ad exemplum civilis actionis. Non eſt tamen directa, ſed utilis, quoniam non eſt civilis, ſed exemplo civilis inducta. Eſt & alia actio in factum civilis, quæ non eſt præſcriptis verbis,

L.1. nonnunquam) Cum hac lege 1. conjungenda eſt *l.ſi gratuitam, §. Papinianus.* Alias eſt *l. ſi rem* 1. *eod. & l.rem inſpiciendam, inf. de furt.* ut monent inſcriptiones eædem. Senſus legis hujus eſt: ex contractibus datur actio præſcriptis verbis, ſi ſint incerti contractus, atque adeo ſi non ſit actio certa legibus prodita. Cujus rei duo hic ponuntur exempla.

Neque depoſitum) Quoniam rem tibi non dedi cuſtodiendam.

Neque commodatum) Quoniam non dedi tibi rem utendam. Adde, *non denique mandatum*. Quoniam mandatum ſolo conſenſu contrahitur, hic res intervenit. Hoc negotium eſt legitimum. Erit igitur actio

præſcriptis verbis : Quæ actio neceſſaria erit, ſi ignoretur ubi res ſit. Nam ſi conſtet ejus rei poſſeſſionem interveniſſe, erit actio furti, condictio furtiva, item ad exhibendum, *l. ſi gratuitam*, *§. Papinianus*, *inf. eod.* A

L. 4. Plura ſunt negotia, quam vocabula) Præſertim civilia.

L. 5. Naturalis) Naturalis filius is eſt, quem ex ancilla ſuſcepimus. Ergo aut ſervus eſt, aut libertinus, *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, inf. ad Trebell. l. ſi minor, inf. de manum. vind.*

Ego manum. tu non) Et ita jam non eſt amplius pactum, ſed abiit res in contractum, ex quo datur actio, quando præter conventionem res ſubeſt. Pactum eſt conventio, cui res non acceſſit, veluti *manumittam, & tu viciſſim*. Contractus eſt conventio, cui res acceſſit, ut *manumitto*, ut *manumittas*, do, ut des eſt contractus, dabo, ut des, pactum nudum. B

Ob rem dati) Hic rem proprie accipimus. Cauſſa eſt præterita : Res futura. Cauſſa eſt impulſio. Res eſt finis.

§. Et ſi quidem) huic §. & ſeq. dupliciter obſtat *l. ult. ſup. de condict. cauſſa data*, vide ſolut. in not. d. l. ult. & ſcriptis ad hunc locum.

Periculo meo) Si fato pereat.

§. At cum do. Non erit locatio) Quoniam ut venditio, ſic locatio ſine nummis non conſiſtit, *l. 20. ſup. loc.* Hic pretium non interceſſit, ſed res.

Actio in hoc, quod mea intereſt) Præſcriptis verbis, ſimilis actioni locati.

Ad repetendum) Niſi paratus ſis pingere.

Puta, ut ſervum manumittas) Opera locari ſolet, non liberale officium, ut manumiſſio. C

Vivo ſervo) Recte, vivo. Quoniam ſi ego tibi pecuniam dedi, ut ſervum manumitteres intra certum tempus, & is intra id moriatur, ceſſat actio præſcriptis verbis, ceſſat condictio ob cauſſam datorum, quoniam per te non ſtat, quin manumittas, *l. 5. ſup. de cond. cauſ. dat.*

Potuerit debueritque) Quod plerunque redigitur ad duos menſes, *l. ult. qui ſine manumiſſ. ad libert. perven.* quæ eſt ex eod. libro.

Vel præſcriptis verbis agi) Objicitur conſtitutio Marci, & Commodi ad Aufidium Victorinum, ex qua colligitur, ſervum, ob quem manumittendum pecunia data eſt, ipſo jure liberum fieri, ceſſante eo, qui pecuniam accepit. Ergo ob ceſſationem ejus fruſtra agitur præſcriptis verbis, aut condictione. Reſpondeo, eam conſtitutionem tantum pertinere ad ſervos ea lege venditos, ut manumittantur. Vide à me ſcripta Obſervat. I. cap. 29. & ſcripta ad hunc locum. Porrecta quidem poſtea ea eſt ad ſervos ea lege donatos : at nunquam ea conſtitutio pertinuit ad hanc ſpeciem noſtram, ſi tibi ſit data pecunia, ut ſervum tuum manumitteres : Nam te ceſſante non fit liber. In emptione, & donatione illa conſtitutio locum habet : in do, ut facias, minime. D

Si ignorans, in factum) Obſtat *l. juris gentium, in prin. ſup. de pactis*, ubi datur actio in factum prætoria. vide not. ibi, & ſcripta hic.

§. Quod ſi faciam, ut des) Quæritur, cur in hac ſpecie non detur actio præſcriptis verbis ? Dicendum, utiles actiones dantur ex contractibus, qui carent nomine legitimo. Similes ſunt contractibus nomen habentibus. Sic actio præſcriptis verbis, quæ eſt utilis, non datur niſi ex contractibus, qui ſunt nominatis ſimiles. At hoc negotium, *Facio, ut des* nullam cum nomen habentibus contractibus ſimilitudinem habet : ideoque, nec ex illo datur actio præſcriptis verbis, Si ſimile eſt, eſt ſimile locationi : ſed nec locationi ſimile eſt : Nam ſpectandum ſemper eſt, quis det initium contractui, & quo verbo. Semper verbum hoc do, dat initium locationi. Itaque hoc negotium *do, ut facias*, recte comparatur locationi. At facio, ut des, non poteſt locationi comparari : Nam hac forma nunquam fit locatio. Reſtat igitur, ut ex eo non poſſit dari actio præſcriptis verbis, quando alienum eſt à negotio civili. E

Nulla erit civilis actio) præſcriptis verbis.

Ideo de dolo) Si dolus arguatur. Si non arguatur, conſequens eſt dari in factum prætoriam, vide *l. cum proponis, C. de dolo.*

§. Sed ſi facio. Tractatus plures) Speciales quæſtiones.

Alieno nomine) *L. ſi pupilli, §. ult. ſup. de negot. geſt.*

Et poteſt mandatum) Ut mandato adjici poteſt cauſſa depoſiti.

Ut & hic mandatum) Subintellige magis *hic* eſt, ut & hic mandatum.

Sed tutius erit) Cur tutius eſt agere præſcriptis verbis ? Quoniam res eſt in dubio poſita. Tollendæ dubitationis cauſſa ſæpe agitur præſcriptis verbis, non tantum cum conſtat, non eſſe aliam actionem. Hæc actio præſcriptis verbis erit ſimilis mandati. Nam prope eſt, ut detur actio mandati. Sic in *l. 1. ſupra, de æſtimat. actio.* dubitationis tollendæ cauſſa dicitur dari actionem præſcriptis verbis, dele gloſſ. *Tutius*.

§. Quod ſi faciam. De dolo dabitur) Obſtat *l. ſolent, inf. eod.* Sumitur ſolutio ex ejuſdem legis verbis, cum ait, *niſi ſi quis, & in hac ſpecie actionem de dolo competere dicat*. Secundo obſtat *l. cum mora, ſup. de tranſact.* Dicendum, rem ita fuiſſe geſtam, dabo partem bonorum, ut à lite diſcedas : non diſcedam, ut des. Tertio obſtat *l. 3. §. quinimo, de condict. cauſſa dat.* Idem dicendum, quod in ſecunda objectione.

L. 6. Inſulam) Citatur hæc lex in *l. tenetur, ſup. de act. empti*, quæ in hanc rem notanda eſt.

Nullam eſſe venditionem) Quoniam non eſt pretium, nec locationem, eadem ratione.

L. 8. Si Dominus) Deinceps variæ proponuntur ſpecies, ex quibus competit in factum civilis, aut prætoria, non præſcriptis verbis.

Æſtimatum) Æſtimatus ſervus tradi ſolet interpoſita ſtipulatione de eo reddendo, vel æſtimatione ejus, *l. certo, inf. de quæſtion.*

Civiliter agi poſſe) Quaſi ex do, ut des, do, ut reddas.

Reddi à domino) Condictione ſine cauſſa.

Præſcriptis verbis) Ex præſcripto conventionum.

Nudum pactum) Quid ſit nudum pactum, & an ſit aliquod pactum veſtitum, notatum eſt in *l. jurisgentium, §. ſed cum nullo, ſup. de pact.* vide ſcripta hic.

Certa lege dari) Ut hic datus eſt ſervus.

L. 9. Ob eam cauſſam) Hic negotium geſtum eſt, facio, ut facias, *l. ſi mandato, §. quoties, mand.*

Nomen Titii debitoris delegare) Quod eſt facere, non dare.

Non vetus obligatio reſtaurabitur) Quoniam eam ſuſtulit acceptilatio. Hoc videtur falſum. Sunt namque quædam actiones, quibus conſequimur, ut debitor accepto liberatus reponat ſe in veterem obligationem, quaſi utilis ſit acceptilatio, vel quaſi incerti lis ſit agam priſtina actione, *l. ſi mulier, l. ſi quis accepto, ſup. de condict. cauſſa data, l. licet, inf. de jure dot.*

Sed promiſſa) id eſt, delegatio.

Condemnatio ſequitur) in id, quod intereſt.

L. 10. Ad ſum. Bart. Non loquitur) Dic : *imo, loquitur de actione in factum*, deinde dele hæc poſtrema verba, (*cautio omiſſa repetitur per actionem incerti, & actionem in factum*) pro quibus dic. *Et male*, debuit dicere : *pecunia finito uſufructu per actionem in factum repetitur*.

In gloſſ. Legavit) Adde in finem, *l. etiam, ſup. de uſufr.*

In factum actionem) Non civilem, quia negotium contractum non eſt, ſed in factum prætoriam.

In gloſſ. In factum actionem dari incerti) Eo loci condictio pecuniæ ſignificat actionem in factum prætoriam. Verum cautio omiſſa condici poteſt per condictionem incerti, *l. 2. §. aliud, inf. de donat. l. peto, §. fratre, inf. de leg. 2.*

L. 11. Pro ſum. Bart. Ubi deficit) Repone, *deficientibus vulgaribus actionibus, dari non tantum prætorias in factum, ſed etiam in factum civiles : ſed has dari in caſu ſimili : illas etiam in diſſimili.*

Quia actionum) Hæc lex non eſt de actione præſcriptis verbis. Initium eſt de actione in factum prætoria.

So-

Secunda pars eſt de actione in factum civili, quæ non eſt A præſcriptis verbis.

Accomadatas) Id eſt, inflexas, *l. 1. Cod. de inoffic. teſtam. l. ult. ſup. de tranſact.* Accommodari proprie dicitur id, quod à re, in quam proprie convenit, in eam, in quam proprie non convenit, transfertur. Sicque actiones dicuntur accomodari, & ita accomodatæ, utiles dicuntur. Eadem ratione Theophilus in *§. reſtituta, in fin. Inſtit. de fideicom. here.* utiles actiones vocat *πλαγιαστικάς*, id eſt, inflexas, vide ſcripta ad *l. 8. C. de rebus cred. & jurejur.*

Vtilitas ejus legis) Hinc intelligitur, cur dicantur actiones utiles: quoniam, quæ utilitas peperit actionem directam, eadem exigit, ut detur actio utilis in caſu ſimili, *l. ſi longius, in fi. inf. de judic. l. 6. in fi. ſup. mand. l. nam ut ait Pedius, ſupra, de ll.* B

L. 12. Si vir uxori) Eſt de actione præſcriptis verbis.

Conveniſſe inter eos) Pacta mutant formas contractuum, *l. juris gentium, §. quinimo, ſup. de pact. l. cum dotem, C. de jure dotium*. Sic hic lex revendendi facit, ut non videatur contracta venditio, ſed videatur contractus novus, & vulgare negotium. Quare ex eo non agimus ex vendito, offerente pretium, ſed præſcriptis verbis. Verum hodie Imperatoribus placuit, ex pacto revendendi agi poſſe ex vendito, & præſcriptis quoque verbis, *l. 2. C. de pact. inter empt.* Quare poſitum eſt in arbitrio actoris, qua uti volet. Hodie in Gallia etiam offerente pretium, dant actionem in rem, vide ſcripta ad tit. *C. de pact. inter empt.*

L. 14. Flor. 13. §. 1. Quid ergo eſt In factum?) Hæc verba addit, ut excludat eam actionem in factum, quæ non C eſt præſcriptis verbis, quæ non eſt ex contractibus. Hæc eſt ex contractibus incertis. Idem dicitur in *l. ſi tibi polienda, infra, eod.*

L. Qui ſervandarum) Hæc l. non pertinet ad actionem præſcriptis verbis, ſed ad alias in factum actiones.

Si ſine cauſſa) Ut ſi juſtam alienas potius merces, quam ſuas projiciendi cauſſam tribuit: quia forte ſuis non erat onuſta navis, ut ſi gemmæ fuerint, *l. 2. §. cum in eodem, inf. de lege Rhod.*

In factum) Prætoria, quia id ſine cauſſa fecit.

De dolo) Hæ duæ actiones ſemper concurrunt. Ubi in ſcientem datur de dolo, in ignorantem datur in factum prætoria, *l. jurisgentium, §. 1. ſup. de pact.*

§. 1. De ſervo verò in factum) Civili, quoniam mortis cauſſam præſtitit, non teneor actione l. Aquiliæ directa, D quoniam manus ei non intuli. Hæc actio in factum civilis dicitur utilis lex Aquilia in *l. 4. ſup. de ſervo corr.*

Criminali ſcilicet pœna) Legis ſcilicet Corneliæ de ſicariis, quoniam necis cauſſam dedit, *l. prætor, §. ſi dicatur, inſ. de injur. §. liberum, Inſtitut. de l. Aquilia*. Actio legis Aquiliæ eſt civilis, hæc eſt criminalis. Illa perſequitur damnum privatum, hæc vindictam publicam.

§. Sed etſi. Damni dandi cauſſa) Non quaſi.

Non lucri faciendi) Nam ſi lucri faciendi, furti tenetur. Quidam tamen tentant ex *l. pen ſup. de condict. cauſſa data*, furtum eum committere, qui re uſus non eſt lucri faciendi cauſſa, vide not. ad *d. l. pen.* & ſcripta ad hunc locum.

Neque furti) Quoniam non lucrandi cauſſa.

In factum) Civiliter, quoniam pro eo eſt, ac ſi calix E fractus fuiſſet.

§. ult. Si glans) Glandis appellatione omnes fructus ſylveſtres continentur. Sic Græci dicunt *ἀκρόδρυα*, *l. qui venenum, de verb. ſig.*

Quia non in tuo) Sed in meo: & ego pecus in glandem immiſi.

Neque de pauperie) Quoniam damnum tibi dederunt impulſione.

Neque damni injuria) Quia paſtus damnum non eſt.

In factum itaque) Utilis, quæ actio locum demum habebit, ſi ego pecus immiſero: Nam ſi in tuo non immiſſum pecus depaſcatur, proprie competit actio de paſtu.

L. Solent) Cum hac lege conjungenda eſt *l. qui eas,*

Tom. VI. Poſt.

§. 1. infra, de furt. Eadem eſt utriuſque inſcriptio.

Quæ res non facit) Quòd noverint furem, nec ante indicarint, *l. qui vas, §. 1. de furt.*

Ob judicium) Judicia ſunt precaria, quæ dantur hic, qui judicant furtum, vel plagium.

De dolo actionem) Hinc ſumenda eſt concilatio hujus legis cum *l. 5. §. quod ſi faciam, ſup. eod.* Initio tantum ait poſſe tentari, dari actionem præſcriptis verbis: ſed poſtea corrigit ſe. Sic hæc particula NISI corrigit in *l. ſi mihi pure, infra, de leg. 1.*

Arguatur) Adde, quod verius, & tutius eſt.

L. permiſiſti, §. ult. Iuris civilis actionem) Id eſt, civilem directam.

In factum dari) Civilis, id eſt, præſcriptis verbis. Nam videtur ſic geſtum eſſe quoddam negotium: Sero, id eſt, B facio, ut fructus des. Et ſic tentari poteſt competere præſcriptis verbis, ut in *l. ſolent, ſup. eod.*

Sed de dolo erit) Quoniam ex facto ut des nulla civilis actio datur, neque directa, neque utilis. Hodie autem non dabbitur de dolo. Nam ex conſtitutione Juſtiniani donatio, ſicut emptio, perficitur nudo conſenſu. Quare ſi hic fuit animus donandi, competit condictio ex lege.

L. Si gratuitam) Res mobiles, & immobiles commodantur, id eſt, gratis utendæ dantur. Quæritur, an habitatio commodari poſſit? movet, quod ſola corpora commodantur. Habitatio non domum ſignificat, ſed jus habitandi. Si jus habitandi gratuito conceditur, an ſit commodatum? Et Vivianus ait eſſe commodatum, *l. 1. §. 1. ſup. commod.* Quæ ſententia refertur hic. Non idem diceret C Vivianus de uſu, & uſufructu: quoniam hæc cum plane in jure conſiſtant, nequeunt commodari. Habitatio autem eſt quidem nomen juris: verum non tam in jure, quam in facto conſiſtit, *l. legatum, inſ. de capite min.* videtur habitatio eſſe domus ipſa.

Et Iulianus ait) Lege, *Vivianus*, ut Flor. & in *l. 1. §. 1. ſup. comm.*

Sed eſt tutius) Quoniam res eſt in dubio poſita.

§. 1. Si quidem ego) Sic & in commodatario diſtinguitur, *l. ſi ut certo, §. commodatum, ſup. commod.* Sic Paulus lib. 2. Sentent. tit. 4. diſtinguit, ut in hoc §. videnda eſt *l. 1. ſup. de æſtimat. act. §. eodem*:

Venditorem) Flor. male, *venditor.*

In fin. Præſcriptis verbis) Æſtimatoria, quoniam dubium eſt, fuerit ne venditio, an locatio, an vero man- D datum, *l. 1. ſup. de æſtimator. act.*

L. 19. Flor. 17. §. Papinianus lib. 8. Quæſt. ſcribit. ſi rem tibi) Cum hoc §. conjungenda eſt *l. 8. ſup. eod. & l. rem inſpiciendam, inſ. de furt.* ut monent inſcriptiones eædem.

Periculum non) id eſt, caſum fortuitum. Non ſic interpretari oportet periculum in *d. l. rem inſpiciendam*, alioquin pugnaret cum hoc §. ſed pro damno, quod contigit culpa inſpectoris. Periculum verbum generale eſt, & comprehendit damnum, quod contigit dolo, culpa, vel fato; periculum dictum eſt à perdendo, *l. itaque, infra, de furt.* vide ſcripta ad *l. 1. eodem tit.*

Prope depoſitum) In depoſito autem ſolus dolus venit, *l. contractus, de reg. jur. l. 2. de peric. & commod. rei vend.*

E *§. Si cum mihi periculum*) Id eſt, damnum fatale, *l. 2. de peric. & commod. rei vend.*

Cuſtodiam) Culpam, dum negamus periculum pertinere, concedimus ad inſpectorem. Id vocant hoc loco cuſtodiam, ut in *l. contractus, de reg. jur. l. 2. ſup. de peric. & comm. rei vend.*

§. ult. Si quis ſponſionis cauſſa) Plin. lib. 33. c. 1. *ad ſponſiones annulo exſiliente*. Datur & annulus arræ loco, *l. 5. §. pen. ſup. de inſtit. act. l. empto, §. is, qui vina, de act. empt.*

Præſcriptis verbis) Non dabitur actio depoſiti: Nam ea illi tantum datur, qui depoſuit. Porro victor non depoſuit annulum victi, iccirco annuli repetendi cauſſa non habet actionem depoſiti.

Neque poſſeſſionem, neque dominium) Poſſeſſionis tan-

Ff 2 tum

tum furtum fieri convenit : Verum ideo hic, & in *l. ſi* A *vendidero, inf. de furt.* additur dominii verbum, quia hoc controverſum olim fuerat : Nam Marcus Brutus, & alii dicebant, hereditatis jacentis furtum fieri. Cic. lib. 7. epiſt. quæ incipit, *Illuſeras heri*. Julian. etiamnum dat actionem furti fructuario, licet rei nemo tunc poſſeſſur exſtiterit, *l. ſi homo, inf. de uſucap.* Idem dat actionem furti creditori, licet ei pignus non ſit traditum, *l. in act. §. ult. inf. de furt.*

Victor habuit) At alieni annuli, neque poſſeſſionem, neque dominium ſocius unquam habuit. Sui quidem annuli nomine aget furti.

Repetio erit) Aut actio depoſiti, aut condictio furtiva, ſi cuſtos furandi cauſſa eos retineat.

L. Si apud te. Et fugitivarius) Fugitivarius eſt, qui ſervos fugitivos perſequitur, *l. vagos, C. Theod. ſi vag. per.* B *manc.* Florus lib. 3. *Qui per fugitivarios retrahi debuiſſet*.

Apud ſequeſtrem) Quid ſit ſequeſter eſt in *l. proprie, ſup. depoſ.* & in *l. ſequeſter, de verb. ſig.*

L. Quoties deficit actio, vel exceptio) Directa :

Vtilis actio) id eſt, in factum civilis, in pari ſcilicet cauſſa. In diſpari, eſt etiam in factum prætoria.

L. Si tibi polienda) *In factum dandum judicium*) Idem ut in *l. ſi tibi, ſup. eod.* vide notata ad eum locum.

L. Quoties deficit) Apponatur ad hanc legem exemplum ex *l. qui heres, ſup. famil. erciſc.* quæ eſt ex eodem libro, quo loci proponitur ſpecies, in qua defecto judicio famil. erciſc. dari oportet actionem utilem adverſus coheredes, ea eſt in factum. Aliud exemplum ponitur in *l. quia actionum, ſup. eodem*, ex l. Aquilia.

L. Titius reſp. pecuniæ) Idem dicitur *l. 3. C. de uſur.* C Idem eſt in promutuo, *l. 1. C. de condict. indeb.* Ac generaliter in omnibus ſtrictis judiciis : vide ſcripta ad *princ tituli C. de uſuris*.

AD LIBRUM XX.

De Pignoribus, & hypothecis. TIT. I.

LEx 1. *In gloſſ. difficilius*, id eſt, *non dabitur*) Imo dabitur quidem, ſed ægre, ut in *l. vix certi, de judic.* Id etiam confirmat *l. 5. C. ſi alie. res pign. dat.* quæ tradit dari actionem utilem, vide *d. l. 5.*

L. 3. Alind in legatis, & libert.) vide ſcripta à me *Obſervation. 2. cap. 7.* & ſcripta ad *l. ſi ſervus plurium, §. 1.* D *inf. de legat. 1.* Obſtat *l. 1. inf. de except. rei judic.* vide ſolut. in not. ad *d. l. 1.* & ſcriptis ad *d. l. ſi ſervus*. Obſtat etiam *l. ſtatuliberi à cæteris, §. Quintius, inf. de ſtatulib.* vide ſolut. ibid.

L. 9. Quod emptionem) Quod alienari poteſt, & obligari poteſt, *l. 1. C. rem alie. ger. non interd.* vide ſcripta ad eam.

L. 11. §. 1. Si ἀντίχρησις) de qua vide ſcripta ad tit. *C. de pigner. act.*

Solet in factum actionem) Recte ait *Solet* : Nam hoc caſu tentari poteſt hypothecariam competere, ut recte Azo.

L. grege, §. 2. Sed poteſt dubitari) hic incipit alius §. nec ejus verba ſunt permiſcenda cum ſuperioribus. Explicabitur in notis ad tit. *C. ſi pign. pig. dat.* E

§. Etiamſi : judicatum debitorem fecerit) In *l. 8. C. eod.* dicitur facere condemnationem, id eſt, obtinere condemnationem contra eum.

L. 16. §. Si pluris. Tranſire videtur ad condemnationem) id eſt, judicata eſſe.

§. Si duo pariter) id eſt, ut Græci interpretantur, eadem die. Horæ non faciunt creditorem potiorem, ſed dies, ut ſi mihi hodie, tibi cras obligata ſit, vide caput 3. de præſcript.

§. ult. Poteſt) De hoc §. vide not. & ſcripta ad *l. 4. pactum. C. pig. act.*

L. 20. Cautionis exemplo) id eſt nominis pignori dati :

L. 22. Si Titio) Obſtat *l. rem alienam, ſup. de pigner.* A *act.* quæ eſt Pauli, vide ſolution. in d. l.

Directo quidem non convaleſcit) id eſt, directa actio non datur, ſed utilis.

In gloſſ. Pigneratitia, id eſt, hypothecaria) Dic, Recte, & dele ſequentia (*Tu dic utilis contraria*)

L. 24. In quorum) Exemplum hujus legis eſt in officiali, qui quo loci officium gerit, nihil poteſt emere. At pecuniam mutuam dare poteſt, *l. præſidis, de reb. cred. ſi certum pet.* Cur non & ex ea cauſſa pignus accipere? Et ideo ait, in quorum finibus, id eſt, provincia eſt officialis. Id etiam confirmabit conjunctio *l. qui officii, ſup. de contrah. empt.* Ea interdicit officiali emptione, *l. in quorum* permittit acceptionem pignoris, vide ſcripta ad tit. *C. rem alien. ger. non interdici rerum ſua. alien.*

L. 26. §. 1. Aut ſigno ſuo, aut alia ſcriptura) vide not. B & ſcripta ad *l. 92. ſi fundum patri, inf. de leg. 5.*

L. 35. Poſt certum temporis vectigal) vide ſcripta ad *l. 2. C. de jure emphyt.*

Pronuntiatum eſſet) Requiritur ergo judicis auctoritas. Idem in conductore, *l. pen. C. de loc.* Idem in emphyteuticario, vide ſcripta ad *d. l. 2.*

In quibus cauſſis pignus, vel hypotheca tacite contrahitur : TIT. II.

L. 1. Senatuſc. quod) Hæc l. 1. juncta *l. ſi ventri, §. 1. inf. de privileg. credit.* confirmat, edicta Imperatorum ſemper ſenatuſconſulta ſubſequuta fuiſſe, quod in h. lege ſenatuſconſultum factum fuiſſe, in illa lege *ſi ventri* dicitur edicto Marci cautum fuiſſe.

L. 3. De invectis, & illatis) vide ſcripta ad *l. 5. C. de loc.*

L. 4. In ruſticis prædiis contra) Nam tantum ibi nata C tacite pignori ſunt, non illata, niſi id nominatim convenerit, vide ſcripta ad *d. l. 5.*

L. 5. voluntate domini) hic voluntatis nomine ſpecialis conventio adſignificatur, ut & in *l. certi, C. de loc.* vide ſcripta ad eam.

L. 7. Fructus, qui ibi naſcuntur) At illata non niſi convenerit, ſecus eſt in urbanis prædiis, vide ſcripta ad *d. l. 5.*

L. 8. Cum debitor) hic ſit tacita ἀντίχρησις. Poniturq; exemplum taciti pignoris, quod non inſpiciens quidam addidit huic legi negationem, vide ſcripta ad tit. *C. de pig. act. in princ.*

Gratuita) Gratuita pecunia eſt non tantum ea, de qua convenit, ut gratuita eſſet, ſed & de qua nihil convenit: modo de uſuris nihil actum ſit, vide ſcripta ad *l. 14.* D *C. de uſur.*

Ad modum legitimum) Non ultra. Itaque hoc prodeſt paciſcenti ἀντίχρησις, ut fructus capere liceat etiam ſupra modum vice uſurarum. Tacita ἀντίχρησις eſt ad modum legitimum, non expreſſa, vide ſcripta ad *d. l. 14.*

L. 9. Pignoris nomine retenta) Retinere licet, auferre non licet, vide ſcripta ad tit. *Cod. de pign. act.* Et retinere licet demum poſt biennium à ceſſationis die, *l. cum domini, ſup. loc.* vide ſcripta ad *l. 5. C. de loc.*

Quæ res pignori, vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt : TIT. III.

L. 1. §. ult. Quid ergo) vide ſcripta ad tit. *C. de commun. rer. alien.*

L. 3. Quod admittendum exiſtimo) Ergo habebit jus vendendi ex prioris perſona, & ſic ſuccedet in jus vendendi. Sic etiam, quod fidejuſſor per ſe non habet, per E reum habet, *l. 3. §. ult. judic. ſolvi*, vide ſcripta ad *l. 84. inf. de verb. oblig.*

L. ult. Qui ſciens filiumfamilias) vide ſcripta ad tit. *C. de patrib. qui fil. diſtrax.*

Relegatur) in *Nov.* 134. conſtituitur, ut creditor jus crediti amittat, & tantundem filio, quem pignori habuit, aut ipſius parenti tradat, ac demum pœnis corporalibus plectatur. Vide Ambroſium in lib. de Tobia, cap. 8. Sumpta autem eſt hæc lex ult. ex lib. 5. Sentent. Pauli tit. 1. *de liberali cauſſa*, ad verbum : niſi quod Tribonianus ſcripſit, *relegatur*, cum ibi ſit *deportatur*. Cæterum aliæ pœnæ ſunt in *Nov.* 134.

Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, & de his,

qui

qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. TIT. IV. A

L.2. Qui generaliter accepit) Sic eſt etiam Flor. perperam: Rectius legitur, *ſpecialiter.*

Non tam potior, quam ſolus) Quoniam ex ſpeciali hypotheca creditor ſuum ſervare potuit.

L.3. Creditor) Hæc l. citatur, inf. eod. *in l. creditor, §. Papinianus.*

L. 7. in fin. Quod pecunia pignerata erat) Niſi ita convenerit.

L.9. Ante calendas Julias) Calendæ Juliæ ſolemnes erant ſolvendis penſionibus, ut & Martiæ: vide not. ad *l. defuncta, ſup. de uſufr.*

L.10. Privilegiis temporis) In prætorio pignore, quod fit miſſione in poſſeſſionem, non viget privilegium temporis: vide not. ad *tit. de prætor. pign. & tit. C. ſi in cauſſa judic. pig.* Miſſione pignus in rem conſtituitur: pignus B in cauſſa judicati eſt in perſonam.

L. 13. Flor. 12. §. Papinianus) Non eſt initium legis, ſed citatur ab Ulpiano Papinianus. Ipſa lex Papiniani eſt in *l.3. ſup. eod. tit.*

L.16. Flor.15. Solarium) id eſt, vectigal, quod pro ſolo penditur, *l.2. inf. ne quid in loc. publ.* vide ſcripta ad *princ. tit. C. de jure emphyteut.*

L. C aerebatur. Et hypothecam ejus rei) Legendum ut Flor. *h peroch am*, id eſt, quod plus eſt in pignore, quam in debito.

De diſtractione pignorum, & hypothecarum. TIT. V.

L.7. in fin. ut pactioni ſletur. Hoc ideo, quia creditor legem dixit, qui retinet ſemper jus in rem, id eſt, hypothecam. Et ideo nulla ejus venditio cenſetur: vide ſcripta ad *l.3. C. de condict. ob cauſſam dat.* C

L.8. Creditoris) Obſtat *l.2. C. de pignor.*

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur. TIT. VI.

L.1. §.1. Fruſtra fiſcum) Obſtat huic *§. l.5. C. de remiſſ. pig.* Sed hæc diſtinctio adhibenda eſt. Aut remiſſio ſortis eſt inutilis communi ratione, id eſt, ob quam etiam remiſſio hypothecæ eſt inutilis, & tunc utrumque manet, *d. l. 5.* At ſi propria ratione, hypotheca non manet, ut hic, ut ſi tibi ſortem remittam animo donandi in fraudem legis Cinciæ. Hoc caſu remiſſio ſortis eſt inutilis, & tacita remiſſio hypothecæ valet. Remiſſio hypothecæ valet. Remiſſio hypothecæ non eſt donatio, *l. & ſi pignus, inf. quæ in fraudem cred.*

L.8. §. Non videtur. Sed ſi ſubſcripſerit) Subſcriptio ſubſcriptori præjudicat, non obſignatio, vide notata, & ſcripta ad *l.92. ſi fundum, inf. de leg.1.* D

L.12. Paulus) Opponitur *l. jubemus, C. ad Senatuſc. Vellejan.* Verum hic remiſſio fit debitori, non creditori. Si fieret creditori remiſſio, facta uni, non prodeſſet alteri. At remittitur debitori, licet fiat in gratiam creditoris, & ideo ſi fiat uni debitori, non fit cæteris, vide ſcripta ad *d. l. jubemus.*

AD LIBRUM XXI.

De ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris.
TIT. I.

ET *quanto minoris actio*) Hæc annalis eſt: vide cap.20. de præſcript.

L.17. In fin. adverſus dictum promiſſumve) vide notata ad *l. quod venditor, ſup. de dolo,* & ſcripta ad *princ. eod. titulo C.* E

L.18. Aut redhibitorio, aut æſtimatorio) vide ſcripta ad *pr. eod. tit. C.*

L.19. Ad ſtatuam nunquam confugiſſe) vide ſcripta ad *l.30. inf. de verb. oblig.*

§.1. Idem etiam redhibitorio) Quid ergo opus fuit ædilitiis actionibus, cum detur ex empto civilis? vide ſcripta ad tit. Codicis *de ædilit. action.* & notata ad *princ. eodem.*

§. pen. Sed ſi quis permutaverit) vide ſcripta ad fin. tituli *C. de rerum permutat.*

A *§. ult. Sex menſes utiles*) vide cap.18. de præſcript.

L.21. In fin. In ſuam poteſtatem redactum) vide ſcripta ad *l.39. inf. de leg.1.*

L.23. Sufficiat venditori ex vendito actio) Datur & in factum, *§. 1. inf.*

§. Si ſervus, pœnales actiones videantur) Nam ſi non pareatur arbitrio judicis, creſcunt in duplum, *l.45. inf. eod.* Pœnam continent, & ob id ſunt temporales: actiones empti ſunt perpetuæ. Et hæc eſt præcipua inter eas differentia, de qua vide ſcripta ad *eund. tit. C.* & notata ibid.

L.28. Intra duos menſes) vide cap. 13. de præſcript.

Intra ſex) vide cap.18. de præſcript.

L.31. §. Si plures: partem recipit hominis) vide ſcripta ad *princ. ejuſd. tit. C.*

B *§. In factum actio competit*) Hæc actio eſt ædilitia, vide ſcripta *eod. tit. C.*

§. Reſtitui, ſervo in venditione acceſſit) vide ſcripta ad *l.8. Cod. de loc.*

§. Si quid ita. In factum actio) Quæ in *l.4. C. eod.* dicitur redhibitoria, vide notata, & ſcripta ibid.

L.33. Nam jure civili) vide ſcripta, & notata ad *princ. tit. C. eodem.*

L.37. Ne veterator) Opponitur *l. ultima, inf. eodem:* vide not. ad eam.

L.28. In diebus 60.) vide cap.13. de præſcript.

§. Quæſitum eſt, ſi nulla) Paulus lib.3. Sentent. *tit. de leg. l. uxori, inf. de auro, & argento leg.*

§. Vendidi. Biduo ante venditionem) vide caput 4. de præſcript.

C *L.45. Modo enim in duplum*) Nam pœnalis eſt, *l.23. §. ſi ſervus, ſup. eod.* vide not. ibid.

L. 47. Quod adverſus dictum promiſſumve) vide notata ad *l. quod venditor, ſup. de dolo,* & ſcripta ad *princ. tit. Cod. eodem.*

L.48. §. Non nocebit emptori) Opponitur *l. ſi is, qui heres, §.1. inf. de except. rei judic.* vide ſolut. in not. ad eam & ſcriptis ad *tit. C. de ædilit. act.*

In gloſſ. Æſtimatoria, id eſt, quanto minoris) Adde *l. bovem, ſup. eod.*

L.49. Si peſtilens fundus) vide not. & ſcripta ad *tit. C. eodem.*

L. 51. cum mancipium) Valde adverſatur hæc lex, diſtinctionibus poſitis in *l. imo, & l. ſeq. inf. de liber. cauſſa.* Niſi dicamus, Africanum ex cauſſa vitii morbive non fa- D cile admiſiſſe reſciſſionem venditionis, ſi vel dominus, vel ſervus ſcierit vitium vel morbum. Et de morbo, aut vitio nullus locus pugnat. A ſimili quidem argumentari poſſumus, quod valet in jure: vide ſcripta ad *l.5. inf. de jur. & fact. ignor.*

Circa procuratoris) Procuratoris appellatione ſæpe continetur geſtor, cujus geſtus eſt poſtea comprobatus. Quintil. lib. 7. cap.5.

Quamvis ipſe domino) Putat Africanus, procuratoris ſcientiam domino nocere indiſtincte.

At cum ipſe ignorans) Hoc confirmatur *lege 4. ſupra de contrah. empt.* Ideoque tunc nec ipſi, nec domino dabitur redhibitoria.

L.55. Diſſolutam ignorat) vide ſcripta ad *l.3. inf. de jur. & fact. ignor.*

E *L.58. Rerum ablatarum*) *l.1. C. eod.* Paulus 2. Sentent. tit. 17.

Non tantum pretium ſervi) vide ſcripta ad *tit. C. de ædilit. act.*

§. ult. Præſentibus honeſtis viris) vide ſcripta ad *l.4. inf. de probat.*

Servi reſponſo) Obſtare videtur *l.7. inf. de prob.* in qua quæſtionem Paulus exigit, hic nudam ſolum interrogationem. Verum pugnantiæ huic cauſſam dedit Tribonianus, qui in ea l. pro reſponſo ſcripſit, *quæſtioni*, ut conſtat ex Pauli lib. 2. Sent. *tit. ex empto vendito*, unde illa l. ſumpta eſt: vide notata, & ſcripta ad *d. l.7. inf. de probat.*

L. 60. Omnia in integrum) vide ſcripta ad initium

tit,

Digitized by Google

tit. Cod. de ædilit. act.

L.61. Victus tantum debet) Opponitur *l. pen. de evict. inf.* vide ſcripta ad *l.38. §. ſi quis forte, inf. de verb. oblig.* & not. ad *d. l. penult.*

L. 64. Adverſus dictum promiſſumve) vide ſcripta ad *princip. tit. Cod. eod.* & notata ad *l. quod venditor, ſup. de dolo.*

L. ult. §. ult. Sed veteratorum) Budæus putat omnino pugnare cum hac *l. l.præcipiunt, ſup. eod. tit.* ſed hic non accipiendum eſt, pro non ſolum, vide ſcripta ad *l. 5. de condict. indeb.*

Ex venalitio) id eſt, ex mangone. Græci *παρὰ σωματεμπόρου*, Sic Cicer. pro Cornelio: *Multi venalitii, & emptores*, Suetonius de claris Orator. *Venalitii legem venalem habent*, vide not. & ſcripta ad *tit. C. de nundinis.*

De evictionibus, & duplæ ſtipulatione. TIT. II.

L.4. Quem vulgo auctorem ſecundum) Primus auctor eſt venditor, ſecundus fidejuſſor. Hic *βεβαιωτὴς* dicitur in Nov. 4.

L. 8. Præſtare debet emptori ut habeat) vide ſcripta ad *l.38. inf. de verb. oblig.*

L.15. §. ult. Sed & ſi ſervus) Legendum, *ſervitus*, vide ſcripta ad *l.38. §. ſi quis forte, inf. de verb. oblig.*

L. 21. §. 1. Emptori habere non liceat) vide ſcripta ad *d. l. 38.*

L.23. Poſt mortem mulieris) vide not. ad *l.11. inf. ſolut. matrim.*

L.26. Ex vendito actio) id eſt, ex empto. Sic contra ex empto pro ex vendito. Et ex locato pro ex conducto, vide not. ad *l.Julianus, §. ſi procurator, ſup. de act. empt.* & ſcripta ad *l,1. ſup. de præſcrip. verb.*

L.31. Viſpellionem) Sic recte Flor. non veſpertilionem, Viſpellio eſt nudator cadaverum, & ſpoliator ſepulchrorum. Proprie tantum ſignificat eum, qui miniſterium ſuum accommodat efferendis cadaveribus mortuorum, ut in *l.7. inf. ad Trebell. & l.qui decem, §. pen. inf. de ſolut.*

L. 32. Quia dicitur) Conjunge *l.29. inf. de verb. oblig.* ubi eadem quæſtio tractatur ex eod. lib. vide ſcripta ad eam.

L.39. in fin. Recte deſugiet) Deſugere eſt auctoritatem deſugere, vide not. ad *l.cum ex cauſſa, inf. de verb. oblig.* & ſcripta ad *l.4. §. ult. eod. tit.*

L.51. §.1. Poſt mortem) vide ſcripta ad *tit. C. ut act. ab here. vel contra here. incip.*

§. Non mirum. Plenior adverſus heredem) vide ſcripta ad *d. tit. C.*

L.55. Propter abſentiam) venditor evictionis periculum non ſuſtinet, ſi emptor victus ſit *μονομερῶς*, vide ſcripta ad fin. *tit. C. de peric. & com. rei vend.*

L.56. §.ult. Pupillo autem) Opponitur *l.24. inf.de verb. oblig.* Male: vide ſcripta, & not. ad eam l.24.

Sine tutoris auctoritate) Si tutor non compareat.

Benignus) Ne emptores in fraudem incidant, ſi non ſit, quem laudent.

L.57. Reſolvi non poteſt) vide ſcripta ad *l.38. §.2. & l. 84. inf. de verb. oblig.*

L.58. Heres) vide ſcripta ad *l.ſi à ſubſtituto, §.heres, inf. de leg. 1.*

L.62. §.1. una de evict ion.) vide ſcripta ad *l. 4. §. ult. inf. de verb. oblig.*

L.63. §.ult. Ex præſcripto perdidit) Quia tardius judicio appellationis adfuit.

L.65. Quia non duo rei facti) id eſt, quia emptor adverſus eorum alterum in ſolidum actionem non habet. Nam rei ſunt, qui eandem rem, vel ſummam ſinguli in ſolidum debent.

L.66. §. Si ſecundus, aget ex vendito) id eſt, ex empto. Sic contra actio ex empto, id eſt, ex vendito. Et ex locato, id eſt, conducto, & contra, vide not. ad *l.Julianus, §. ſi procurator, ſup. de act. empt.* & ſcripta ad *l.1.de præſcript. verbis, ſupra.*

L. 75. Quod adſeruit) Opponitur *l.cum venderes, ſup. de contrah. empt. & lex quoties, de ædil. edict.* Sed ea non loquitur de actione evictionis, quæ eſt in duplum, vel in id, quod intereſt: ſed de actione ex empto æſtimatoria, vel quanto minoris, quæ minuit pretium, & ſemper re evicta competit, vide ſcripta ad *l.38. §. ſi quis forte, inf. de verb. oblig.*

De exceptione rei venditæ, & traditæ. TIT. III.

L.1. §. Si ſervus. Exceptio in factum) Non autem exceptio civilis, quia ſervus fuit, cum contraxit, vide ſcripta ad *tit. C. an ſervus pro ſuo facto.*

AD LIBRUM XXII.

De uſuris, & fructibus, & cauſſis, & omnibus acceſſionibus, & mora. TIT. I.

USURÆ ſunt ſortis incrementa, vide ſcripta ad *princ. tit. C. eod.*

L.1. Ex more regionis, ita tamen ut legi non offendat) Hæc verba addita ſunt à Triboniano, ex *lege eos, C.de uſur.* ut & in *l.idemque, §. ſed & ſi pecuniam, ſup. mand. & l.36. inf.eod.* Nam Juſtinianus primus conſtituit, ut etiam in bonæ fidei contractibus à ſe definitus uſurarum modus obſervetur, neve ſpectent morem regionum, vide ſcripta ad *rub. inf. tit. prox.* & ad *d.l.eos.*

§. In eum diem quo reſtituit) vide ſcripta ad *l.13. Cod. de uſur.*

L.3. Poſt judicis ſententiam) id eſt, admonitionem. (*) Et infra *uſque ad ſententiam*) id eſt, uſque in rem judicatam. Paulo poſt: *Ante judicis ſententiam*) id eſt, admonitionem. In hac l. verbum ſententiæ bifariam ſumitur. Non loquitur de perſecutione fideicommiſſi, quæ non eſt actio, ſed extraordinaria cognitio prætoris fideicommiſſarii, ſeu præſidis in provinciis: In ea vero erant duæ ſententiæ. Primum judicabat prætor fideicommiſſum reſtitui, quod eſt arbitrio ſimile, & dicitur ſententia illa prætoris admonitio, quæ præcedit litem: Sic accipitur duobus *inf.* notatis locis, & in *l.meminerint, C. unde vi.* Sic ſæpe in Novellis Juſtin. vocat *ψιλὴν διάλεξιν, καὶ ἐκκλησιν*. Herede autem abnuente, cauſſa agebatur, & ſequebatur poſtrema ſententia. Et ſic accipitur in illo loco, uſque ad rem judicatam, & in *l.cum exceptione, §.hæc autem, ſup.quod metus cauſſa.* Nunc hinc duæ regulæ ponendæ ſunt. Prima eſt: *ſi fideicommiſſario mora facta ſit, ante admonitionem prætoris, & litis conteſtationem, ex eo tempore, quo cœpit fieri mora ſine intermiſſione, etiam inter tempora judicati faciendi (hodie dantur quatuor menſes, olim duo, ex 12. tab. unus) fructus & uſuræ fideicommiſſi debentur.* Secunda regula hæc eſt: *ſi fideicommiſſario mora fieri cœpit poſt admonitionem judicis, vel litem conteſtatam, ab eo tempore fructus ei debentur uſque ad ſententiam, id eſt, uſque ad condemnationem.* Tempus autem judicati erit immune à præſtatione fructuum ex conſtit. D.Marci. Idque obtinet in omnibus actionibus, & in omnibus fructibus tam perceptis, quam percipiendis, vide ſcripta ad *l.39. §. fructus, inf. de legat.1.*

Temporis intercapedo) Datur tantum illud tempus humanitatis gratia, *l. ſi eum militi, in fin. ſup. de compenſ.* Addit Harmenop. *πρὸς τὸ ἀναπνεῦσαι*, id eſt, ut paululum reſpiret.

A fructibus deponendis) Itemque ab uſuris, vide ſcripta ad *l.13. C. eod. tit.*

§. Nonnumquam) vide ſcripta ad *l.18. ad Trebell.*

Ita quod ex fructibus) Hic §. obſtat *l. quod his verbis, de leg. 3.* Sed dicendum hic, fructus perceptos ante moram deberi jure voluntatis, id eſt, quia ea fuit voluntas defuncti. Idem eſt in *l.Balliſta, inf. ad Trebel.* vide ſcripta ad *l.23. de leg.1.* & ad *l. in fideicommiſſariam, inf. ad S.C. Trebell.*

L. 4. Rem dari vacuamque) vide ſcripta ad *l.28. inf. de verb.oblig.& ad l.74.illo tit.* Licet hic ſtipulator videatur idem ingeminaſſe, rem dari, vacuamque poſſeſſionem

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap.32.*

nem tradi, tamen non ob illam ingeminationem dicitur fructus, & partus venire, ſed ob illa vacuam poſſeſſionem tradi. Obſtat *l.3. §.1 ſup. de act. empt.* vide ſolut. in ſcriptis ad *l.28. inſ. de verb. oblig.* & in not. ad *d. l. 3.*

L.6. Dominus, vel pater longo tempore) Opponitur *l. creditor, inſ. eod. & l. operis, inſ. de operis libert.* Dicendum, hic rem dubiam fuiſſe. Prælatio autem longi temporis in re dubia præſumptionem inducit. Vide ſcripta ad *tit. C. ne uxor pro mar.*

L.7. Nummi ſteriles ἄγονα χρήματα, ajunt Græci.

L. 8. Fœtus ſecundus) vide ſcripta ad *l.39. §. fructus, inſ. de leg.1.*

L.9. Modum legitimum uſuræ) Centeſimæ, vide ſcripta ad *l.10. C. de uſur.*

In gloſſ. Stipulatum, id eſt, ſtipulationem) Adde, recte, ut & in *l.3. C. de inutil. ſtipul. l. uxori, §. ult. de leg.3.*

In gloſſ. committitur) Ad finem, adde *l. trajectitiæ, inſ. de oblig. & act.*

L.13. Minores præſtitit) vide ſcripta ad *l.5. C. eod. tit.*

Quæro, an pacti) Taciti.

Obſtare exceptionem) Pacti taciti.

§. ult. Quæſitum eſt) vide ſcripta ad *l.24. C. eod.*

L.15. Quaſi malæ fidei poſſeſſori condicantur) Obſtat *l. 18. eum, qui, inſ. de iis, quibus ut indignis, & l. heres, §. ult. ſup. de petit. hered.* Sed recte hic ait, *condicantur*. Dictæ leges loquuntur de petitione hereditatis, quæ eſt bonæ fidei, & ideo in ea uſuræ veniunt officio judicis. At condictio eſt ſtricta, ideoque in eam uſuræ non veniunt, niſi ſint in obligatione: vide ſcripta ad *d. l. 18.* & ad *l. ult. Cod. de uſur.*

L. 17. cum quidam) Hæc lex obſtat *l. 64. inſ. de verb. oblig.* vel potius *l. certa, §. ult. ſup. ſi cert. pet.* Dicendum, ob ſortem non ſolutam graviores uſuras infligi non poſſe ex die contractus, ſed tantum ex die ceſſationis, ne in immenſum exeat ratio uſurarum, ut hic, vide ſcripta ad *d. l. 64. inſ. de verb. oblig.* & ad *l. 2. C. de uſur.*

§. In tacito omne emolumentum) id eſt, uſuras ipſas.

Ergo & uſurarum) Obſtat *l. 18. in princ. inſ. de his, quib. ut indig.* Dicendum, uſuras fructuum perceptorum ante litem non præſtari. At uſuræ, ſi quæ ſint perceptæ à debitoribus hereditariis, conferuntur legato tacite, ut hoc §. vide ſcripta ad *d. l. 18.* vel ſic: hic §. non dicit auferri uſuras fructuum, ſed perceptas à debitoribus hereditariis, vide ſcripta ad *l. ult. C. eod. tit.* & ad *l. in tacitis, de legat.1.*

§. Si debitores, ſemiſſibus, & ſemiſſes) Hæc verba Tribonianus addidit ex conſtitutione Juſtiniani, *l. ult. C. de uſuris fiſcalib. lib.10.* vide ſcripta ad *l.26. C. hoc tit.*

§. ult. In fin. uſque ad tertiam centeſimæ) Hæc verba addita ſunt à Triboniano ex *l. eos, C. de uſur.* Significat enim uſuras trientes: eſt autem Græca phraſis ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς. Et vero hic §. eſt ex reſcripto quodam D. Pii, quod refertur aliis verbis in *l. ſi legatum, inſ. de operibus publ.* Quod in *d. l. ſi legatum*, non mutavit Tribonianus, id mutavit in hac, vide notata ad *rub. tit. proximo*, & ſcripta ad *d. l. eos.*

L.18. §. ult. in fin. Quod in cauſſa depoſiti) Et hoc caſu ſola depoſitio ſufficit: vide ſcripta ad *l.2. C. eod. tit.*

L.20. uſuras) vide ſcripta ad *l.29. inſ. de verb. oblig.* & ad *l.8. C. ſi cert. pet.*

L. 21. Sciendum) vide ſcripta ad *l. 23. inſ. de verbor. obligat.*

Vel exceptio aliqua allegetur) vide ſcripta ad *l.135. inſ. de verb. oblig.*

L.23. Damni ſolet) A judice, ſcilicet, vide ſcripta ad *l.23. inſ. de verb. oblig.*

L.23. §. Mora nec hoc caſu) vide ſcripta ad *l. 2. C. per quas perſon.* & notata ad *l. per procuratorem, ſup. de procurator.*

§. ult. Cum procurator interpellatur) Multo magis ſi tutor.

L. 25. §. 1. In fin. Qui vectigalem fundum habet) vide ſcripta ad *princip. tit. Cod. de jure emphyt.* & not. ad *rubr. ſup. ſi ager vectigalis, id eſt emphyteut.*

L.29. Placuit) vide ſcripta, & not. ad *l.26.* & ad *l. ult. Cod. eodem.*

Pro non adjecto) vide ſcripta ad *l.8. C. ſi cert. pet.*

L.30. Debentur civitatibus) ut & in trajectitiis propter periculum. Idem datur argentariis, Nov.136.

L.31. Si modus certus) Excipe argentarios, cum quibus ſemper intelligitur fœnus tacitum contrahi, & quidem ex tacito pacto debentur illis beſſes uſuræ, vide ſcripta ad *l.26. Cod. eod.*

L.32. Neque juris auctorum) vide ſcripta ad *l.23. inſ. de verb. oblig.*

§. ult. In fin. Sed utilis actio) Obſtat *l.10. de dolo*, vide ſolut. in not. ad *l.49. inſ. de verb. oblig.* vide etiam ſcripta ad *l.49.* & ad *l.91. eod. tit.*

L.35. Lite) conjunge *l. novatione, inſ. de novat.* vide not. ad eam, & ſcripta ad *l.91. inſ. de verb. obligat.*

L. 36. Prædiorum) Hæc l. explicanda eſt ex *l.8. de reb. auct. jud. poſſid.* quæ eſt ex eodem libro, vide ſcripta ad *init. tit. C. de pign. act.*

L.37. ut eſt in bonæ fidei judiciis conſtitutum) vide not. ad *l.1. ſup. eod.*

L.39. Equis) vide ſcripta ad *l.39. §. fructus, inſ. de legat. 1.*

L.41. Tutor) vide ſcripta ad *leg. 13. C. de uſur.*

L. 44. Supra licitum modum) Supra uſuram centeſimam.

De Nautico fœnore. TIT. II.

Superior titulus eſt de uſuris terrenis, περὶ τόκων ἐγγείων, ait Juſtinianus Nov. 116. & io conſtit. Digeſtis præpoſita. Hic eſt περὶ θαλασσίων, de uſuris nauticis, ſeu trajectitia pecunia, *l.2. §. alius denique, C. de vet. jure enucl.* Forma non eſt locatio, & conductio. Nam ea locantur, quorum eſt uſus aliquis, pecuniæ non eſt uſus, ſed abuſus, quoniam utendo perit. Item contracta locatione eadem res redditur, contracto fœnore non redditur eadem. Non eſt mutuum, quoniam in ſe mercedem recipit, ſed datione pecuniæ mutuum contrahitur, ſtipulatione fœnus.

L.1. utrum etiam ipſæ) Trajectitia pecunia eſt, quæ navigat periculo creditoris, & merces etiam ex ea comparatæ, ſi mercium periculum creditor ſuſceperit. Græci vocant χρήματα διαπόντια. Ergo dantur, ut ſi navis perierit, non reddantur. Si perierit tunc redduntur. Creditor tantum ſuſcipit periculum naufragii, *l.3. C. eod. l. fœnerator, inſ. eod.* In aliis pecuniis, quarum datione mutuum contrahitur, ſunt periculo debitoris: hæc creditoris. Et ejus rei cauſſa duo recepta ſunt, primum ut ex pacto debeantur, *l. in quibuſdam, inſ. eodem*. Quod & datur civitatibus, nullo ſuſcepto periculo, *l. etiam, inſ. tit. prox.* Item argentariis Novella 136. Item ut infinitas uſuras percipiat, & hoc eſt periculi pretium. Paulus *lib. 2. Sent. tit. de uſuris.*

L. 2. Teſtatione complecti debere) Servum miſſum exigendæ pecuniæ cauſſa.

Ut pro petitione id cederet) Poteſt etiam tentari, ex ipſa die ſine interpellatione moram fieri *l. trajectitiæ, inſ. de oblig. & act. & l. magnum, C. de contrahen. & commit. ſtipul.* Uno caſu excepto, ſi non ſit cui ſolvatur, *l. pen. ſup. eod.*

L.4. & conditionem impletam) Nave ſalva reverſa.

Legitima uſura) id eſt, centeſima, Novella 116. quam poſt vocat centeſimam, hic vocat legitimam, ut in *l. ſi pro mutua, C. ſi cert. pet.* Hoc Jure legitima eſt centeſima. Et conſtit. Juſtiniani inter mercatores eſt bes.

Nec pignora) Uſuræ pecuniæ creditæ peti non poſſunt: poſſunt tamen ſervari per retentionem pignoris.

Pro operis) vide leg.8. *C. ſi cert. pet.*

Tenebuntur) *L. per retentionem, C. de uſur.*

Trajectitiæ pecuniæ) hæc dicitur κερματολαύθεος, vide ſcripta ad *§. Callimachus l. qui Romæ, inſ. de verb. oblig.*

Non ultra duplum) id eſt, ſi uſura, vel pœna ſortē æquarit.

Centeſimæ) Hoc verbum centeſimæ additum eſt à Triboniano, ex *l. eos, C. de uſur.* Sic additur in *l. cum quidam, §. ult. ſup.* Vel ſic potius dicamus, Papiniani hoc ver-

verbum eſſe, & cum ſit; *pro operis*, id eſt pœna moræ, A
quæ debetur poſt diem periculi, & ideo hæc pœna non excedit centeſimam, ut nec etiam duplum. Cur id? quia non præſtatur poſt diem periculi. At quandiu periculum eſt creditoris, uſuræ exiguntur ſupra centeſimam, & ſupra duplum. At in hac pœna numquam exigitur ſupra centeſimam, idcoque hic proprie loquitur Papinianus de centeſima ſecundum ſua tempora: Nam ante Juſtinianum hæc erat uſura legitima, non ſuſcepto periculo. Id confirmat *§.ult.* hujus leg. vide etiam *tit. C. de uſur.*

§.ult. Stipulationem operarum) Id eſt, pro operis.

Supplebitur) Excedere tamen non poterit centeſimam.

L.5. Periculi pretium) Si creditor ſubeat periculum pecuniæ non nauticæ eadem ratione illi debetur gravis uſura etiam ex pacto.

Quamvis pœnali non exſiſtente) In nautica pecunia peri- B
culi pretium exigitur impleta, ſeu exſiſtente conditione, *l.4. fœnerator, inf. eod.* Ergo in his caſibus, ut in nautica exigi debet conditione exſiſtente. At hic traditur, non exſiſtente conditione, periculi pretium eſſe. Bartol. negationem tollit. Dico hæc prima verba eſſe tranſpoſita, & lego: *Conditione, quamvis non pœnali exſiſtente*. Ut ſit ſenſus: *quamvis quod recipio præter pecuniam, non ſit pœna, id eſt, quamvis id non recipiam propter moram, nihilominus tamen id jure recipio, quaſi mercedem ſuſcepti periculi*. Exigitur pretium ſuſcepti periculi etiamſi non pro pœna exigatur, ſed pro quæſtu. Secundo movet dubitationem, quod niſi, ut ante emendatum eſt, legatur, hanc conditionem vocabit pœnalem. quæ non eſt pœnalis. Nam pœna eſt, quæ ob moram infligitur. Uſu-
ra proprie eſt fœnus, quod ob quæſtum infligitur nulla C
mora intercedente, quæ currit ſtatim ex contractu, & hæc nunquam dicitur pœna. At in hac lege, quod recipitor præter pecuniam, non recipitur ob moram, ſed ob uſuram, & periculi mercedem. Ergo uſura non eſt pœna. Denique hæc conditio eſt fœneratitia, non pœnalis.

Conditiones naſci) Lego, *condictiones*, ut ſit, condictiones, ob rem dati ſcilicet. Nam & ſæpe nomina inter ſe commutantur, & præterea conditio nunquam dicitur naſci, ſed imponi, proponi, inſtitui, iniici, adiici, dari. Ad hæc ſic quidam libri habent, & ſic legendum eſſe docent ſequentia exempla, adhibitis his *ll. l.ſenatus, §.1. inf. de mortis cauſſa donat. l.videamus, §. idemque eſt ſi mortis, ſup. de uſur.* Sed aptiſſime id docent Græci lib.53.
Βασιλ. dum ſic vertunt hunc locum, *ἐξ ὧν ἁρμόζει κονδι- D
κτεύειν*, vide ſcripta hic & ad *Rub. Cod. de condict. ob cauſſam datorum*.

In aliam ſpeciem) Diverſam à mutuo. Recte in aliam, male Flor. *in Alea*: nec enim ratio reddi poteſt idonea, cur ſi in aleæ ſpeciem cedat, non ſit pretium periculi. An vero, quia alea eſt legibus prohibita *tit. de ale. luſ. l.ult. quarum rerum actio non detur*. Minime: nam alea eſt prohibita, ut ſi quis ludat teſſeris, aut talis. Quaſi alea non eſt prohibita, ut ſi quis jactum retis emat, *l.nec emptio, ſup. de contr. empt. l.cum hereditatem, ſup. de hered. vend.* Præterea ſi legitur *in aleæ*, pugnat ipſe ſecum. Nam in fin. hujus leg. ait, eam pecuniam recipere pretium periculi, quæ data eſt piſcatori in apparatum, ut ſi caperet, redderet. At hæc aleæ ſpeciem habet, *d. l. nec*
emptio. Ergo legendum, *in aliam ſpeciem*, ut idem Scæ- E
vola loquitur in *l.quidam, de uſufr. leg.*

Si Marinum, ſi non illud) Nam ex his tantum condictio dabitur, non vero quidquam præterea, quaſi periculi pretium, etiamſi convenerit: quoniam nullum hic verſatur periculum.

Nec dubitabis) Id eſt, ſine dubitatione in his caſibus admittes pretium periculi, quod non potes in aliis caſibus, ex quibus condictio naſcitur.

In gloſſ. Speciem) Hinc, *do ut facias*, uſque ad finem dele omnia.

Si exhiberet) id eſt, aleret. Nam decertaturi athletæ paſcebantur certis cibis. De quib. exſtat Galeni liber. Id Terentianus Maurus vocat legem pulveris, & cibi. Lex cibi eſt exhibitio, de qua hic agitur. Lex pulveris, exercitatio.

In his enim omnibus) id eſt, ubi eſt periculum, licet non ſit pecunia nautica.

Prodeſt) Ut & in nautica pecunia, quin etiam hic ſuſcipitur periculum.

L.6. Si quid ſuperfuiſſet) Quia erant aliis creditoribus obligatæ: igitur agitur tantum de ſuperfluo.

Non exſiſtente conditione) Navi non reverſa.

Vilius diſtractum) Cum ſc. ageretur, ut diſtraherentur, & ex iis aliæ repararentur, quæ pignoris loco ſuccederent, in *l. qui Romæ, §. Callimachus, inf. de verb. oblig.*

Exactus fuerit) vide ſcripta ad rubr. hujus tit. ſub finem.

L.7. uſuræ debentur) Ex pacto.

Recipere) Ob periculum ſuſceptum. Idem datur civitatibus nullo ſuſcepto periculo, *l.etiam, ſup. tit. prox.*

L.8. Si per creditorem) Et hic unicus eſt caſus, quo poſt moram pœna adjecta non petitur, loquitur hæc lex de pœna, non de uſura.

L.ult. Si trajectitiæ pecuniæ) Quæ permittitur ob operas, vel ſumptus ſervi, perſequentis pecuniam. Nam qui nauticam pecuniam credebant, ſolebant mittere ſervum, qui navigaret cum debitore, & ſtatuto die pecuniam peteret, *l.trajectitiæ, inf. de oblig. & act. l.qui Romæ, §. Callimachus, de verb. oblig.* Plutarchus in *Cat.Cenſ.* Hæc pœna ſtatim à mora committebatur. Mora fiebat aut in perſonam, id eſt. ſi interpellatus à ſervo non ſolviſſet: aut in rem, ut in hujus l. ſpecie, & *l.ad diem, inf. de verb. oblig.*

Perinde committi) Addatur ex *l.2. ſup. eod.* id ſervum teſtato complecti debere, neminem exſtare, qui interpelletur.

De Probationibus, & præſumptionibus. TIT. III.

Id eſt quis probare debeat, quod docetur in hoc titulo propoſitis variis ſpeciebus, quoniam hoc tantum ad jus pertinet.

L.1. Quotiens) Genus, gens, agnatio, familia, domos, ſtirps, idem in libris noſtris ſignificant. Vide not. ad *l. pronuntiatio, inf. de verb. ſignific.* Et ſcripta ad hunc locum. Gentem habere eſt jura gentilitatis, vel familiæ habere. Livius lib.10. *vos ſolos gentem habere*, id eſt, gentilitatis jura. Qua de re Alciatus lib.1. *παρέργων*. Ad hanc legem 1. valde pertinet Novella Juſtiniani 36. in qua conſtituitur, ut ſi de genere quæratur, utraque pars proferat probationes. Quod & hodie fit ſæpe in cauſſis criminalibus, ex *l.fallaciter, in fin. C. de abolit.* Hoc tamen videtur pugnare cum hac lege, & l.2.

L.2. Et incumbit) hanc legem Græci ſic vertunt, *ὁ λέγων, οὐ μὴν ὁ ἀρνούμενος δεικνύει*.

Qui dicit) id eſt, qui affirmat.

Non qui negat) id eſt, qui inficiatur, qui abſolute negat: Nam qui negat, etiamſi vellet probare, non poſſet, *l.aſſeveratio, C. de non num. pec.* Cic. in Partitionibus: *nemo ejus, quod negat factum, aut poteſt, aut debet, aut ſolet probationem reddere*. Idem in Anton.

In gloſſ. ubi: ut autem hæc plene videas, dic quod triplex) Hac de re tota ſic ſtatuendum eſt. Sunt quædam negationes, quæ effectu *τῷ ἀποτελέσματι*, affirmationes ſunt, & has qui dicit, & adfert, probare debet, ut ſunt exempla in *l.nec codicillos, C. de codicill. l.5. inf. eod. l.pen. in fi. C. de contr. ſtipul.* Verum inficiationes per rerum naturam non poſſunt probari: ut ſi accuſatus cædis, neget. Ergo qui negat, id eſt, qui inficiatur, is abſolute negat.

L. 3. Cum tacitum) Tacita fideicommiſſa fiſco vindicantur.

Tam in primo quam) Præſumimus teſtatorem in fraudem legum teſtamentum mutaſſe, maxime cum heredem non mutarit. Præſumimus item adverſus heredem, & fideicommiſſum fiſco vindicamus, niſi heres probet mutatam voluntatem.

Cum ſecreti ſuſcepti) Id eſt, tacitæ fidei. Quædam ſunt perſonæ, quæ ex l.Jul. & Papia, ex aliorum teſtamentis

non

Digitized by Google

non poſſunt capere in fraudem legum. Teſtatores ejus tacitum fideicommiſſum relinquunt, præſtante tacite fidem herede de præſtando incepti.

In gloſſ. Qui convenitur. Item adhuc contra) Male huic l.3. hic opponit Accurſ. *l.Statius, de jure fiſci*. Ea enim prorſus idem ait, fiſco vindicandum fideicommiſſum, niſi appareat mutata voluntas probatione, ut ex ſpecie conſtabit, vide ſcripta ad hanc l.3.

L.4. Emptore) Qui ſcilicet agit redhibitoria reſolvendæ venditionis cauſſa, ob vitium ſervi venditi. Qui vendit ſervum fugitivum, tenetur emptori actione redhibitoria, ſi ignorans emptor id vitium emerit. Vide ſcripta hic & ad *C. de ædil. act.*

Antequam emeret) Nam ſi fugerit poſt venditionem, hoc non eſt ſatis, niſi fugerit ex veteri vitio.

In gloſſ.) ad fin. adde, *& ejus reſponſo ſtabitur, l.quæro, §. ult. ſup. de ædilit. edic.*

L.5. In ſumma Bars. In negativa juris) Hæ negationes effectu affirmationes ſunt.

Recte factam) ut quia non ſit facta præſentibus teſtibus, *l.poſt mortem, ſup. de adopt.*

Et ſic in gloſſa recte) ad finem *vel potius*, quia non coram teſtibus, *d. l. poſt mortem.*

L.6. Patronum) Hæc l. eſt de actione Faviana; vide *tit. Inſtit. de ſucceſſ. libertorum.*

Manifeſtum) Nam dolus ex perſpicuis indiciis doceri debet, *l.dolum, C. de dolo.*

In fraudem ſuam) Obſtat *l.ſi rem meam, de except. rei judic. inf.* vide ſolut. ad eam.

Aliquid dediſſe) Inter vivos

Ut partem) *l.1. §. ſi pluribus, & §.quamvis, ſi quid in fraud. patr.*

L. 7. Cum probatio) Hæc l. eſt ex lib. 2. Sentent. Pauli tit. ex empto vendito. Porro in Sententiis Pauli non legitur quæſtioni, ſed reſponſioni, at hoc loco mutavit Tribonianus, & pro reſponſioni ſcripſit quæſtioni, quia noluit hac in re credi ſervo ſine tormentis: cum ex ſententia Pauli ſufficeret nuda interrogatio ſervi ſine tormentis, *l.quæro, §.ult. ſup. de ædil.* edic. Atque ideo videtur hæc l.7. pugnare cum *d. l. quæro, §.ult.* Nec oportet confundere quæſtionem cum interrogatione nuda. Separantur in *l.divus, §.1. de quæſtion.* & tamen, quæ hic mutavit Tribon. non mutavit in *d. l. quæro.*

In gloſſ. Deficit, item intellige quod) Hæc Accurſii indiciorum diviſio nobis ſimul & rhetorib. incognita eſt. Sic vero recte rhetores indicia dividunt in neceſſaria, *ut coiiſſe cum viro, quæ peperit:* & non neceſſaria, *ut cædem eum feciſſe, cujus telum inventum fuit.* Non neceſſaria indicia præcedunt quæſtionem, & nudam interrogationem ſervi.

Non pro domino) Regulariter ſervus in dominum, aut pro domino non poteſt interrogari, *l.6. l.divus, inf. de quæſtionibus.*

L.8. Si filius) Pertinet ad cognitionem prætoriam, quia filius quæritur ſit in patris poteſtate, necne.

Prætor cognoſcit) Num filius ſit in poteſtate necne, diſceptatur extra ordinem cognitione prætoria, *l.3.§.Julianus, inf. de liber. hom. exhib. l.5. §.per hunc, ſup. de rei vind.*

Quodammodo contendit) Dum negat, effectu ait.

L.9. Si pactum) Pertinet ad exceptionem pacti de non petenda pecunia. Pactum in rem heredi prodeſt. Pactum in perſonam heredi non prodeſt. At in dubio præſumitur in rem eſſe, *l.juriſgentium, §. pactorum, ſup. de pact. l.ſicut, §. ſi debitori, quib. mod. pig. ſolv.*

Coarctaretur) Flor. *Eo ſtatueretur*. Recte, id eſt, eo contineretur.

Quod qui excepit) Regulariter dicitur, generalis regula in *l.cum de indebito, inf. eod.*

Quia plerunque) Ex eo vero, quod plerunque fit, præſumptiones ducuntur, *l.3. ſup. eod.*

L. 10. Cenſus) Pertinet ad actionem finium regundorum ex *l.in finalib. ſup.fin.regund.* ubi dicitur, cum agitur de finibus regundis, nos ſequi cenſus, id eſt, libros & tabulas cenſuales, in quibus deſcribuntur ſingulorum juga, & capita. In eos libros etiam agri referebantur deſignatis finibus, *l.4. inf. de cenſibus.* Hac etiam in re ſequuntur publica monumenta, id eſt, monumenta finalia, quæ ſcilicet inſcripta ſunt terminis deſignantibus nomina dominorum, & fines agrorum, & præſtant vicem terminorum. Terminorum varia fuerunt genera, ut bodones, grumi, id eſt, lapides finales, ait Chariſius. Monumenta etiam ſunt ſpecies terminorum. De his extat conſtitutio Tiberii apud Frontinum. Conſtantinus lib.1. epit. tit. περὶ ὅρων, male vertit monumenta ὑπομνήματα, ut recte cenſum δημοσίαν ἀπογραφὴν, ut & Lucæ 1. Horum omnium auctoritas porior eſt teſtibus. Addenda una exceptio, ſi probetur, fines fuiſſe permutatos, quod ſit voluntate adfinium, aut varietate ſucceſſionum, *l.2. fin. regund.* Ideoque in illa conſtit. Tiberii hæc eſt exceptio: *Niſi inter convenientes ager diviſus pactione fuit.*

L.11. Non eſt neceſſe) hanc l.11. pertinere ad actionem in factum, quæ datur pupillo adverſus duumviros, docet *l.in magiſtratib. inf. de magiſtr. conveniend.* quæ eſt ex eodem lib. In ea diſtinguitur circa dolum, & culpam magiſtratus, ut ſi dolo fecerint, ut minus idonee pupillo caveretur, ſinguli teneantur in ſolidum: ſi culpa, duntaxat pro virili. Eodem pertinet *l.quod Nerva, ſup.depoſ.* Nam poſita hac diſtinctione quæritur, an ſi admiſerint latam culpam, ſinguli in ſolidum teneantur? Et ait teneri, vide ſcripta ad *l.3. C. eod.*

Ab iis quorum officio) A duumviris magiſtratibus municipalibus, ſi modo acceperint à tutoribus idoneos fidejuſſores. Tenetur enim pupillo actione in factum ex SC. quod factum eſt auctore Trajano, *l.penult. C. de magiſt. conven. l. 2. inf. eod.* in id quod non poteſt ſervari ex bonis tutorum.

L.12. Quingenta) Pertinet ad actionem ex teſtamento.

Poſtea ſcriptis) Recte. Nam codicillis legare non poteſt, niſi teſtamento confirmatis. Codicilli vero facti poſt teſtamentum, olim tantum habebantur pro confirmatis. Hodie etiam facti ante teſtamentum, *l. impuberem, §. qui codicillos, ad l. Cornel. de falſis, l.ante tab. inf. de jure codicill.*

Heres ipſe id probare) vide ſcripta ad *l.1. C. eod.*

L.13. Cum de ſtatu ætatis) Id eſt 25. annis, vide cap.28. de præſcript.

L.14. Quid enim intereſt, ſervum) id eſt, eadem diſtinctione utimur, ſive quærimus de ſervitute, ſive de libertinitate.

Et ſententiam ſecundum) Sic in *l. divi, §. ult. de liber. cauſſa*, ſecundum libertatem ferri. Sic Sueton. in Claud. Plin.lib.7. epiſt. Senec. lib.7. decl. Valerius lib.2.

Cum nulla captio) id eſt, cum non fiat fraus juri, aut ulli conſtitutioni, ſic *l.divi, de liberali cauſ.*

L.18. Quoties operæ) Officiales.

In præjudicio) Quo agit libertus, dicens ſe eſſe ingenuum.

§.1. Qui dolo) Qui dolum objicit adverſario, eum probare debet. Huic regulæ obſtat *l. ſi rem meam, inf. de dol. except.* vide ſolut. in notatis ad *d.l.ſi rem meam.*

In gloſſ. Admiſſum) Dele hæc (*ut & ſupra de tribu.l.3. in fin.*) item hæc: *Sol.ibi ſponte, non tamen juſſus, ut ſup. eod. l.circa, &c.*)

L.19. In exceptionibus) Reus probat, quod excipit. Cujus rei varia exempla in hac *l.* ponuntur.

Velut intentione) Intentio dicitur pro exceptione. In *l.1. C. ſi pign. convent. numer. pec. ſec. non ſit.*

§.1. Cum quis) hæ exceptiones ponuntur in *l.2. ſup. ſi quis caut. l.1. §. ſi reus, de eo per quem factum erit.*

Sed & ſi procuratoria) id eſt, ſi dicat adverſario, non licere procuratorem fieri, nec licere adverſario procuratorem dare, vel ſi dicam, eum, qui agit alieno nomine, carere mandato, *l.ad legatum, ſup. de procurat. l.& ideo, inf. de novi operis nuntiat.* Verum hæc exceptio non poteſt probari, ideoque non utitur hoc exemplo.

Quæ penſata) Objicitur compenſatio per exceptionem in ſtrictis judiciis.

Conditio delata) Reſpicit ad verba edicti ſup. de jurejurando.

Sive in alea) Hoc explicandum eſt ex *l.ult. §.1.inf.quarum rer. act. non detur*.

L.20. Si quis) Qui vi hominem retinet in ſervitute,nnn ideo exoneratur neceſſitate probandi, quia qui ita eſt in ſervitute, pro eo eſt, ac ſi eſſet in libertate.

Lis ordinaretur, l.liberis, §.ult. inf. de liber. cauſ.) Recte ait, *præpararetur*. Eſt quædam bonorum poſſeſſio litis ordinandæ cauſſa, quæ præparat querelam inofficioſi teſtamenti, *l.1. l.8. ſup. de inoffic. teſtam.*

L.25. Cum de indebito) Hæc l. tota eſt Triboniani.

§.ult. Et indiſcrete loquatur) Id eſt, ſine cauſſa. De hoc verbo vide ſcripta, & not. ad *l.5. C.de quæſtionibus.*

L.28. An aliquis meminerit) Hocque caſu de auditione teſtimonium valet. Olim receptum fuit omnibus cauſſis, vide ſcripta ad *l.14. C. de teſtib.*

De Teſtibus. TIT. V.

L. 3. §. Idem divus: Teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum) Idem in Nov.73. vide ſcripta ad *l.1. C. eodem.*

§. Sabino: ut ſi detinere) vide ſcripta ad *l.2. C.eod.tit.*

§.ult. Quive impubes) Opponitur, quod etiam minores 25. annis teſtimonium non dicunt, *l.20. inf. eod.* ſed minores excuſantur à teſtimonio dicendo: impuberes prohibentur. Sicut & in judicando, *l.cum prætor, ſup.de judic. & l.cum lege, ſup. de recept.* vide ſcripta ad eund. tit. C. Idem dicitur in cap.132. Carth. concilii.

Judicio publico damnatus) vide ſcripta ad *tit. C. de fide inſtr. ad princ.*

Quæve palam quæſtum) vide ſcripta *C. eod. tit.*

L.4. Ne invito denuntietur) vide ſcripta ad *l.2. C.eod.*

Teſtimonium litis) Quod & judiciale teſtimonium dicitur in *l.pen. C.de hæret.* Ea ſunt litis teſtimonia, vide ſcripta ad *l.pen. C.de teſtib.* Sunt & inſtrumenta litis, *l.ſi quis aliquid, §. ſi quis inſtrumenta, inſ. de pœnis.*

L.9. Teſtis) vide ſcripta ad *eundem tit. C.*

L.11. ad finem) Opponitur authent. *Rogati, C. eod. tit.* Ubi rogatus tantum teſtis fidem facit: hic non rogatus. Dicendum cum Harmenop. fortuitos tantum caſus recte probari fortuitis teſtibus, ut hic, vide ſcripta ad *l. 14. C. eod.*

In gloſſ. Non rogatus) Ad finem adde, & male.

L.12. etiam duo ſufficiunt) Si lege non exprimatur teſtium numerus. At ſi lex numerum præſcribat, niſi toe adhibeantur, nihil agitur, vide ſcripta ad *l.2. in fin. Cod. eod. tit.*

L.18. Etiam mulieres in judicio) vide ſcripta ad *tit.20. Frag. Ulp.*

L.19. Præbenda conduxerit) Flor. *Præbendum*. Quam lectionem confirmat Feſtus in verbo *redemptores*, dum ait, *quicquid præbendum canduxerunt*. Quamvis Alciatus, & Budæus emendant, *præbenda*.

Nec pupillus) vide not. ad *l.3. §. lege, ſup.eod.*

L.29. In teſtimonium) vide ſcripta ad *l.2. C. eod.tit.*

Aut qui minor 20. annis) Vide cap. 28. de præſcript. Minor excuſatur, impubes prohibetur, vide ſcripta ad *l. 2. C. eod.*

L. 21. Ob carmen famoſum) Hoc idem refert Theod. Balſam. Nomocan. cap.2. quaſi id ſcriptum ſit in *C.hoc tit.* Nam in *Βασιλ.* & in *d. c. 2.* ſcriptum eſt, tit. de teſtib. cap. 21.

§. ult. Honeſtatis) Honeſtiores teſtes plerunque æſtimantur ex facultatibus, *l.8. C. eod.* vide ſcripta ad eam.

L.24. De domo) vide ſcripta ad *l.2. C. eod.*

L.ult. In gloſſ. præſtiterunt) Dele (Reſpondit eum cogendum) & dic, non cogi Lutetiæ.

De juris, & facti ignorantia. TIT. VI.

Factum Harmenop. lib.1. epitom. tit.ult. definit, *τὸ κεφάλαιον καὶ τῆς αἰτίας ἀποτέλεσμα: Caput & cauſſæ effectus*, id eſt, rem ipſam.

L.1. Ignorantia) Hæc lex pertinet ad ſucceſſorium edictum, eſtque conjungenda cum *l. 3. inſ. quis ordo in bon. poſſ. ſervet.* Illud edictum duo continet: primum tempora petendæ bonorum poſſeſſionis, deinde, ut inter bonorum poſſeſſores ſit ſucceſſio. Dies illi petendæ bonorum poſſeſſionis ſunt utiles. Hinc colligitur, eos non procedere ignoranti: Nam dies utiles ſunt, quibus ſcivi, & potui. Ignoraoti factum tempora non procedunt, *l.3. Cod. eod. l.juris, l.pen. C. qui admit. ad bon. poſſeſſ. l.in bonorum, inſ. de bonor. poſſeſſ.* hujus rei varia in hac lege exempla ponuntur.

Non cedit ei tempus) Quia in facto errat.

§.1. Jura autem cognationis) Jure civili nullum eſt jus cognationis: jure prætorio eſt.

§.ult. Ante apertas tabulas) Non poterat tamen olim adire ex lege Papia, *l.in bonor. inſ.de bon.poſſeſſ. l.1. §.ſufficit, inſ. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* hodie licet adire etiam ante apertas tabulas, *l.un. in noviſſimo, C.de caduc. tollen.* Ante Juſtinianum, qui id neſciebat, jus prætorium ignorabat.

Quod ſi neſciat) Tempora petendæ bon.poſſeſſ. currunt ignoranti jus. Hæc cum dixiſſet Paulus, ſubjecit in *l.3. ff. quis ordo in bon.poſſ.ſerv.* hac in re ſcientiam patris non obeſſe filio, cui poſſeſſio deſertur, ſi ipſe ignoravit, cui ea deferebatur.

L.2.In omni)Cum hac l.conjungi poteſt *l.ult.inf.pro ſuo.*

Cum jus finitum) Id eſt, certæ ſunt leges, certæ conſtitutiones, certa edicta, certa S. C. eaque propoſita in foro, in albo, ut ab omnibus cognoſci poſſint. Sueton. in Calig. Ariſtot. lib. 3. Ethic. c.5. Nanzianzenus in Orat. funebri ad Anaſtaſium, vide ſcripta hic.

L.3. Plurimum) hæc lex eſt de ignorantia ſua.

Alterius cauſſa) ut ſi putem ſervum meum emiſſe; quod mihi traditum eſt, & poſſideo, *l.ult. ff.pro ſuo*, vide notata ad eam.

In gloſſ. cauſſa) Dele hæc (*& ſupra ad Vellejan. l.quanquam*)

De jure ſuo) id eſt, de facto ſuo. De jure ſun ignorat, qoi in facto errat: ut qui ignorat ſe eſſe emancipatum.

Non deperditi) Facti tamen proprii ignorantia interdum recipitur, & parit condictionem indebiti, ut in *l. ſed etſi non putem, ff. de condict. indeb.* Contra ignorantia facti alieni, non ſemper excuſat, ut ſi ſit hominis deperditi. Deperire eſt valde perire. *De* auget, *l.1. ſup. depoſ.*

L. 4. In uſucapione) Obſtat primum *l. 3. ff. pro don.* Secundo *§. ſi is quem, Inſtit. de uſucap.* vide ſolut. iis in locis.

Facti vero ignorantia) Exempla petantur ex *l.2. §. ſi à pupillo, pro emptore, l.nunquam, l.ſi fur, §. 1. de uſurpat. & uſucap.*

L.5. Iniquiſſimum) Ponendæ hæ duæ theſes ſunt ad explicandam hanc l.5. & contraria diſſolvenda. I. Principali perſonæ ſcientia alterius, quam ſua, non nocet, nec ignorantia prodeſt. II. Scientia principalis perſonæ nocet etiam ei, in cujus poteſtate ea eſt, vel heredi, aut ſucceſſori ejus: itemque ignorantia prodeſt. Hoc confirmatur *l.2. inſ. de litig. & l.imo cum l.ſeq. illo tit.* Ex *d.l.2.* diſtinctio eſt facienda, vide not. ad eas leges. Verum diſtinctionibus, quæ in illis legibus poſitæ ſunt, valde obſtat *l.cum mancipium, ſup. de ædil. edic.* vide ſolut. in notatis ad eam, & ſcriptis hic. Eadem diſtinctio ſuperior locum habet in uſucapione, *l. 2. §. ſi ſervus, inſ. pro emptore.* Opponitur huic legi *l.liberis, §. ſi duo, de liberali cauſſa*: vide ſolut. ibi. Poſtremo obſtat *l.ult. C. de ſponſal.* ſive *l.ſi quis, C. de Epiſcop. audientia*: vide ſolutionem ibi.

Alterius quam ſuam) Exemplum petatur ex *l.3. inſ.quis ordo in bon.poſſ. ſervet. & l.ult. eodem tit.*

L.6. Nec ſupina) Affectata ignorantia, *ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια*, ait Ariſtot. lib. 3. *Ethic. in princ.* vide ſcripta ad *tit. C. commod.*

Factum ignorantis) Non omnis ignorantia facti ſupina eſt, quoniam facta non ſunt ſemper in promptu: Omnis ignorantia juris ſupina eſt. Quoniam jus omnibus patet.

L. 7. Juris ignorantia) Diſtinguendum eſt inter hæc verba, *nocere, non nocere: prodeſſe, non prodeſſe*. Nocere, eſt proprie damnum inferre, nocere etiam eſt non prodeſſe, lucrum intercipere, lucrum non adferre. Sic prodeſſe proprie, eſt lucrum adferre. Item prodeſſe, eſt

etiam

etiam non nocere, damnum non adferre. Sic ignorantia juris non nocet, id eſt, damnum nunquam infert. Scientiam juris nocet, id eſt, damnum infert. Quid eſt ergo, quod dicitur, ignorantiam juris nocere? Reſpondeo: Nocere, id eſt, non prodeſſe. Objiciuntur ſeptem, in quibus ignorantia juris videtur nocere. Primum de eo, qui credidit pecuniam filiofam. militi, putans militia ſolvi patriam poteſtatem. Is non repetet. Secundo, de eo, qui juris ignarus putavit viduam poſſe nubere intra annum luctus, is fiet nihilominus infamis, *l. liberorum, §. ult. de his, qui not. infam.* Tertio, de eo, qui putat ſe obligatum eſſe ex inutili ſtipulatione, atque ita ſolvit. Is errat in jure, nec habet actionem, *l. fidejuſſor, §. 1. mand.* Quarto, qui ſolvit debitum per errorem juris, non condicet. Quinto de eo, qui per errorem juris confeſſus eſt ſe debere, quod non debet, is pro confeſſo, & condemnato habetur, *l. 2. ff. de confeſſ.* Sexto, de liberto, qui per errorem juris patronum in jus vocavit, non petita venia, is incidit in pœnam edicti, *l. 2. C. de in jus voc.* Poſtremo, ex *l. ſicut, in fin. C. de præſcrip. 30. annorum.* Solutio omnium petatur ex ſuperiori diſtinctione. In omnibus enim neganda eſt conſequentia, quare juris error nocet. Nam ignorantia non facit, ut non repetat pecuniam. Nam ſi non ignoraſſet, etiam non repetiſſet. Sed etiam non prodeſt, ut per ſpeciem ejus repetat. Sic ignorantia facti non minuit famam ejus, qui duxit viduam, ſed eam non conſervat. Et ſic in cæteris ignorantia juris non prodeſt, ne ignorans in damnum incidat, at ipſa damni cauſſa non eſt. Ignorantia juris nunquam damni cauſſa eſt.

Petentibus non nocet) id eſt, damnum nunquam infert.

L. 8. In damnis, vel compendiis) id eſt, rebus noſtris augmentum, non deminutionem, vel damnum adfert.

Nec Fœminis) Sunt quidam caſus legibus expreſſi, quibus juris ignorantia fœminis, & ruſticis prodeſt, ne in damnum incidant. Hi ſunt caſus, in quibus dolus exigitur. Juris ignorantia ruſticos, & fœminas excuſat à pœna, dolo & delicto, *l. ſi quis gravi, §. ſi quis ignorans, ff. ad Syllan.* Item in *l. ſi quis id quod, §. dati, ſup. de juriſd. omn. judicum.* Item in *l. 1. in fin. ſupra, de edendo.* Item in *l. divus, §. penult. ad l. Corn. de falſis.* Item in *l. adulterium, §. iidem Impp. ff. ad l. Juliam de adult.* Item in *l. ſed etſi, §. ſcire, de petit. hered.* In caſibus illarum legum juris ignorantia ruſticos, & fœminas excuſat à dolo, dummodo delictum non ſit jure naturali prohibitum, quale eſt inceſtum inter parentes, & liberos, aut eos, qui parentum loco ſunt. Item adulterium, *l. probrum, de verb. ſignificat. l. 1. inf. de furt.* Juris naturalis ignorantia eos non excuſat.

In compendiis prodeſt) id eſt, ut acquirat aliquid, *l. 3. l. antepenult. C. eodem:* Ratio eſt, quia ignorantia juris videtur affectari, & ſimulari lucri cauſſa.

Omnib. error non nocet) id eſt, nulli nocet, οὐδένα βλάπτει, vertunt Græci. Sic in *l. legitimos, §. in legitimis, de legit. tutor. Si omnes non ſatis dederint*, id eſt, ſi nulli.

In gloſſ. Non nocet) Dele eam totam.

L. 9. Regula eſt) Tria facit hic Paulus. Primum ponit regulam, deinde exceptiones. Denique tractat de ſpeciebus, in quibus ea locum habet:

Juris quidem ignorantia) Regula ſic accipienda eſt, non quaſi damni cauſſa ſit, ſed nec lucri cauſſa eſt, nec excuſationis. Neminem lucro afficit: ſed nec etiam damno.

Nocere) id eſt, non prodeſſe.

Minoribus 25. annis) vide cap. 29. de præſcrip.

Sicubi non eſt delictum) Delictum, quod jure naturali prohibitum ſit, ut furtum, adulterium, ſtuprum: Nam jurisgentium ignorantia neminem excuſat. Si vero delictum deſcendat ex jure civili, juris ignorantia eos excuſat, ut ſi mulier nubat fratris filio, aut ſi minor ſororis filiam ducat, *l. ſi adulterium cum inceſtu, C. ad l. Juliam, de adulter.*

In gloſſ. Quibuſdam. Et l. mulier) Dele eam legem, &

dic: *non incidit in Turpillianum mulier, non quia erravit in facto aut in jure, ſed quia, nec accuſare potuerat, nec recte accuſationem inſtituerat.* Quare male adfert hoc exemplum Accurſ. ut & ſequentia omnia, quæ delenda ſunt, ab his verbis (*ut C. de falſ. monet.*) Euſque (*Et hæc in damnis, &c.*) Pro quibus repone: ſic *C. de falſ. mon. l. 1.* Hæc l. eſt de errore facti. *Ut inf. de jure fiſci:* Ubi loquitur de errore facti proprio, non juris. Ideo male adfertur, *ut inf. ſol. matr.* male: quia ibi mulier errabat in facto, non in jure, *ut ſup. qui ſatiſd. cog.* Si inopem fidejuſſorem accipiat, error eſt in facto, non in jure, quare & hæc male adfertur *§. minori.* Eſt *§. ſi ſervus.*

Ad finem gloſſ. adde. *Utendum in muliere exemplis traditis ad l. 8. ſup. eodem, non his ab Accurſio allatis.*

§. 1. A commilitione heres inſtitutus) Quæ eſt hereditas caſtrenſis peculii.

Dies ei aditionis non cedit) id eſt, centeſimus. Sic in *l. Pannonius, infra, de acquiren. hered.* vide ſcripta ad *l. 1. ſup. eod. & l. 1. infra, de jure delib.* & ſcripta ad hunc locum.

§. Sed juris. Si Juriſconſulti copiam) Agricolæ juris ignorantia prodeſt.

Quod raro accipiendum eſt) id eſt, ſed hoc raro fit. Nam raro ruſticitati parcitur: regulariter ruſticitati non parcitur, nec ſexui.

Qui ignoravit) hic §. eſt de ignorantia facti.

Plus in re eſt, quam in exiſtimatione) vide hac de re notata ad *l. is, qui putabat, infra, de acqui. hered.* & ſcripta hic.

Dominus efficitur) Nam facti ignorantia, ut adquiram prodeſt, ut non adquiram, non nocet, *l. 2. §. ſi à pupillo, pro emptore.*

§. Si quis jus Cyrenenſium) Legendum Cirtenſium, ut Florent. Cirtenſis civitas eſt in Africa caput regni Maſſylorum. Livius lib. 30.

Non ſolum cautiones) Quæ dicuntur vulgares.

Fruſtra poſt cedi) Idem eſt in *l. nunquid, C. eod. & l. error, C. ad l. Falcid.* Probatur etiam in *l. 2. C. ſi adverſ. ſolut. l. illud, ff. de minor.* Hoc & jure confirmatur, quod leges, quæ ſunt de condict. indebiti, exigunt errorem facti, *l. 6. C. eod. l. 6. & 7. C. de cond. indeb.* Opponitur *l. 5. C. de cond. indeb.* Sed ibi eſt error facti, quoniam putabat filiis tempora nondum præteriiſſe. Secundo obſtat *l. eleganter, §. ſi ob tranſactionem, de condict. indeb.* Dicendum, multum intereſt, utrum quid indebite ſit ſolutum, an ex cauſſa tranſactionis. Nam quod tranſactionis cauſſa ſolutum eſt, non repetitur, ſi nulla res ſit media. At quod ſolutum eſt indebite, ut debitum repetetur, ſi nulla res ſit media, *l. in ſumma, de cond. indeb.* Tertio obſtat *l. 1. in pr. ut in poſſeſſ. legat.* dicendum æqui bonique id poſſe dici, quod de ipſo jure non eſſe condictionem.

Alienæ liberalitatis gloriam) *l. 2. inf. de operibus publicis.*

Nec ſtultis) id eſt, errantibus in jure.

Sed errantibus) In facto. Dicitur generaliter error juris publici, non autem condictio indebiti, *l. cum quis, C. eod. l. error, C. ad legem Falcidiam.*

§. ult. Si non per errorem) Juris.

L. ult. Scire intelliguntur) Ideoque ipſo jure excuſantur. Minores vero cauſſa cognita à prætore, *l. 3. ſupra, ad Macedon.*

AD LIBRUM XXIII.

De Sponſalibus. TIT. I.

UXOR priuſquam petatur ſperata dicitur. Deinde petita uxor, vel dicitur (fuit namque olim, ut dotis, ſic uxoris dictio) vel pacto, vel ſtipulatione promittitur. Hinc dicitur uxor, vel dicta, vel pacta, vel ſponſa Nonio. Sic Arnob. lib. 4. adverſ. gentes: *Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationib. ſponſas.* Huic ſtipulationi accedere poterat fidejuſſor, ut ait Servius lib. 10. Æneid. in verbo: *Gremiis abducere pactas.*

Ex dictione ; vel pacto olim non fuit actio . Ex ſtipulatione A fuit actio , vel ex ſponſu in id, quod intereſt . Gellius lib.4.cap.4. Hodie ſponſalia nudo pacto , aut dictione fiunt . Retinent tamen nomen ex eo , quod frequentius ſibi uxores ſolebant ſtipulari, quam dicere, vel paciſci, *l.2. l.4.inſ. eod.* vide fuſe ſcripta ad *l. 2. C. de inutil. ſtipul.*

L. 1. Mentio) Hæc vox exprimit verbum Græcum μνηστεία, quo ſponſalia ſignificantur.

Repromiſſio) Hoc verbo nuda cautio ſignificatur . Potuit tamen adhiberi fidejuſſor .

L. 2. A ſpondendo) Interponebantur in ſponſalib. mutuæ ſtipulationes , & ex eis agebatur in id , quod intereſt nuptiis non ſequutis , & inde nomen ſponſi natum eſt , non à Græco ſermone , quod σπονδὰς facerent interpoſitis reb. divinis , ut ait Verrius apud Feſtum . Hodie tamen ſponſalia fiunt ſine ſtipulatione , retinent tamen vetus B nomen , ut & hodie mancipationem dicimus , etiamſi nulla imaginaria venditio intercedat .

L. 3. Vnde , & ſponſi ſponſaque) Non interveniente ſtipulatione non dicebantur ſponſæ, ſed ſeparatæ , dictæ, pactæ , Arnob. d. lib. 4.

L. 4. Et abſenti abſentem) hæ deſponſationes fiunt à parentibus eorum , de quorum conjunctione agitur , *l. Titia , inſ. de verb. oblig. l. tutor , inſ. tit. prox. l. qui pupillum , inſ. ad l. Iuliam de adult.*

Deſponſari) Quærunt interpretes , an etiam nuptiæ poſſint inter abſentes conſtitui ? Et docet edictum de his, qui notantur infamia , poſſe , cum ait , notari eum , qui ſuo nomine bina ſponſalia conſtituta habet , alieno nomine poſſe docet , *l. 6. inſ. tit. prox.* quæ huic eſt conjungenda , vide not. ad eam . C

L. 5. Ratum habuerint) Exigimus , ut filius , aut filia non nolit , id eſt, non contradicat , non exigimus, ut velit : nam heic taciturnitas pro conſenſu eſt .

L. 8. Poſtea interveniens , ſponſalia non infirmat) Ex Nov. Leonis tit.111. & 112. contracta ſponſalia furor ſuperveniens infirmat .

L. 11. Conſentire) id eſt , non contradicere . Nam taciturnitas hic pro conſenſu eſt ,

L. 13. Filiofamilias diſſentiente) quovis modo , hæc l.13. pertinet ad edictum de his, qui notantur infamia, ut docet inſcriptio , ex illo edicto notatur is, qui bina ſponſalia ſuo nomine conſtituta habet. Item is, qui bina ſponſalia conſtituta habet , filii, quem in poteſtate habet, nomine . Videtur autem pater bina ſponſalia conſtituiſſe , qui paſſus eſt filium bina ſponſalia contrahere , *l. quid* D *ergo, §. 1. ſup. de his, qui not. infam.* Id eſt , qui cum poſſit prohibere , non prohibuit : alioquin nullum damnum patitur , qui non prohibuit , cum non poſſet , *l. nullum , de reg. jur.* quæ cum hac *l.* eſt conjungenda , vide not. ad eam , & ſcripta hic : Nam hæc ſponſalia non conſtituit pater , diſſentiente filio . Itaque vix eſt , ut ex ea cauſſa non notetur uterque , niſi palam diſſentiant ,

L. 14. Quam ſeptem annorum) vide cap.25.de præſcrip.

AD LIBRUM XXXIV.

De adimendis , vel transferendis legatis . TIT. IV.

LEx 3. *Si quis ita) Et ſi quidem capitales*) De quib. E in Nov.91. ortæ ob accuſationem de capite hominis motam ,

L. 11. Qui hominem) Eſt de legato per damnationem relicto, vide not. ad *l. nummis, ſup. de leg. 3.* & ſcripta ad *l. 13. ſup. de leg. 1.*

L. 21. Legatum) Opponunt legem 7. *de leg. 1.* Verum non valet contractus ab ademptione ad repudiationem . Nam teſtator adimit legatum, legatarius repudiat . Item adimit dominus ſoli legatario , quoniam legatum eidem , & eodem modo adimi debet , quo legatum eſt . Ulpianus in Frag.t. de legatis . At repudiatur etiam à domino ſervi, cui legatum eſt . Deniq; ademptio cum datione debet conſentire , non item repudiatio , vide ſcripta ad *d.l.7.*

A *L. 25. In fin. Sed ſupervacua ſcriptura*) vide notata , & ſcripta ad *l. ſi ſic legatum , §. mihi , de legat. 1.*

L.27.§.ult. Non tamen legatum) idem eſt in ſtipulatione, *l. ſi res, §.aream,de ſolut.*vide not.ad eam, & ſcr.ad leg.21. *ſup. de legat.1. & ad leg.83. §.ſervum, inſ. de verb. oblig.*

L. 30. Quandiu vixerit) Flor. recte , quandiu advixerit , ut dicimus , quandiu ſit , quamdiu adſit . In *l. Aurel.ſup. de liber.leg.* donec advivit , vide notata ad *d.l. Aurel.* & ſcripta ad *l. 115. inſ. de leg. 1.*

L. 31. §. 1. Ex prælegatione) Legatio, id eſt, legatum . Sic Græci dicunt πρεσβεῖον , Nov. Juſtiniani 87. vide ſcripta ad *rub. ſup. de leg. 1.*

De Rebus dubiis . TIT. V.

Id eſt , de ambiguitatibus , de quib. Julianus lib. ſingulari ſcripſit. Græci vertunt περὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων . B Res dubia eſt, ſi ambigitur de re, aut ò verbo dubia oratio eſt, ſi ambigitur de ſignificatione verbi, *l.ubi inſ.eod.* ſi eadem oratio duas ſententias exprimat, *l.ſi is,qui ducenta,inſ. eod.* ſi neſciamus, an quod actum eſt,valeat, *l.quædam, inſ. eod.* ſi incertus ſit ordo naſcentium,aut morientium, *l.ſi ita fuerit,l.qui dies, inſ.eod.* ſi non appareat cui ſit legatum, *l. pen.inſ.* Ab ambiguis ſeparanda ſunt perperam ſcripta.i.parum apte, προσποτᾶν. Sic & in *l.8.ſup.ad l.Aquiliam,* perperam, non eſt contra legem. Perperam ſcripta valent, contra legem ſcripta ſunt pro non ſcriptis . Ambigua obſcurum,& incertum intellectum habent. Exemplum eſt in *l.ſi is, qui ducenta, in pr. & §. 1.inſ.eod.* vide not.ibid. Et ideo ambiguitas juſtitiæ adſcribitur. Unde dubitans,& ignorans accipiuntur pro eodem, *l.qui teſt. & l.prox ſup.qui teſt.fac. poſſ.l.ult.C.de condict. indeb.Ariſt.3.* τῶν κατὰ τὰ φυσι. & 3. C Ethic. cap.2. qui dubitat, ficto ſimilis eſt . Perperam ſcripta verba vitium habent,incertum intellectum non habent, ut in ſpecie *l. ſi ſervus legatus, §.ult ſup.de leg.1.* Id eſt,eorum, quæ dubia ſunt , quædam explicari poſſunt , & hæc valent : quædam non poſſunt, & hæc pro non ſcriptis habentur, *l.2.inſ.de his. quæ pro non ſcrip. l.quo tutela, §.pen. de reg.jur. l.de plurib.inſ. eod.* vide not. & ſcripta ad *l. 13. de leg.* Hic titulus eſt de his ambiguitatibus ,quæ explanari poſſunt . Eſt de incertis perſonis , quæ certam aliquam demonſtrationem habent, *l.qui duos, l.ſi fuerit, l. quoties 1. l.ſi cognatis , inſ. eod.* & eſt hic titulus non tantum de ambiguitatibus, quæ incidunt in ultimis voluntatibus , ſed etiam de his , quæ incidunt in contractibus , & ſtipulationib. *l. quædam , l.ubi , l. cum quæritur , inſ. eod.* Idem de his , quæ incidunt in actionibus , & exceptionibus , *l.* D *quoties 2. inſ. eod.* Variis autem modis ambiguitates ſolvuntur , ut ſubtilitate judicis , conjectura , & præſumptione voluntatis, *d.l.ſi fuerit, §.pen.* Interpretatione heredis, aut legatarii,aut contrahentium,aut actoris. Item ſolvuntur fine . Item comparatione rerum legatarum , ut in *l.1.eod.* Item comparatione perſonarum,locorum,æquitatis. Inde tot regulæ juris pertinent ad explicanda dubia .

L. 1. Fundum) In hac l. ὁμωνυμία facit ambiguitatem , quia in rationibus defuncti appellatione fundi Mæviani continetur etiam latifundium .

Titio legaverat)Per vindicationem,ut ſit legatarii electio.

Vniverſa poſſeſſio) Id eſt latifundium . Dicitur proprie σύγκτησις prædiorum in *l.alumnæ , §. Titia , inſ. tit. prox,* vide not. ad eam .

Rationibus demonſtraretur) Romani veteres omnium E rerum ſuarum rationes conficiebant in dies ſingulos , ex eis plerumq; colligitur , quid teſtator ſenſerit , quod apparet ex *l. 1. §. Titio, ſup. de leg. 3. l. prædiis , §. balneas, & §. ult. & l. ſervis urbanis* , illo titulo . Cum vero rei cœpiſſent condemnari ex ſuis tabulis , tandem illa conſuetudo periit . Aſc. Ped. 2. Verr.

Si fundi Sejani) Nam videtur teſtator dediſſe electionem rerum parium , aut non multum à ſe diſtantium .

A fundi Mæviani) Ex comparatione fundorum Sejani , & Mæviani colligimus , de quo teſtator ſenſerit . Argumentum eſt in *lege ult. §. ult. ſup. de tritic. vi. ol.leg.*

Non magna) Legato fundo Mæviano , ſi duo ſint ejuſdem nominis major , & minor , & eam totam univerſitatem Mæviani nomine vocet teſtator , & ejus redditus

Mæ-

Digitized by Google

Mæviani rationibus accepti feruntur, debetur tota univerſitas, argumento legis *Cajus*, *§. Titius, de legat.2. & l. Sejæ, §. Tyrannæ, ſup. de inſtruct. ſeu inſtrum. leg.* alioqui videtur minurem legaſſe. *Non magna pecunia diſtingueretur*) id eſt, ſi non multum exſuperaret pretium.

L.2. Civibus civitatis) vide notata, & ſcripta ad *l.ſi quis à filio, §.ult. inf. de legat.1.* hic ſyndici legatum petent.

Civitati relictum videtur) Sic nihil refert cognationi leges, an cognatis, *l.ſi cognatis, inf. eod.*

L.3. Sed id duntaxat, quod volumus) Gell. lib.11.cap.12. non aliud dici videri debet, quam quod ſe dicere ſentit, qui loquitur.

Quia id non loquitur) vide ſcripta ad *l.4. ſup. de legat.1.*

L.4. Paulus reſpondit. Id quod conditionis implendæ) Hæc l. deeſt in Pandect. Florentinis, videtur eſſe exceptio *l.ſeq. inf.* ſumpta ex *lege ita liber, & l.qui pecuniam, inf. de ſtatulib.* Summa hæc eſt: incertis perſonis legari non poteſt. At incertis dari poteſt implendæ conditionis cauſſa.

L.5. Flor. 4. cum nomen) Incertæ perſonæ legari poteſt, addita certa demonſtratione.

Indubitatum eſt) Ideoque id eſt pro non ſcripto.

L.Quidam relegatus) Incertis perſonis legari poteſt, addita certa demonſtratione.

Cæteriſque amicis) Id eſt, legatariis, *l.Pamphilo, §. propoſitum, inf. de leg.3.* & teſtamentum, quo non honorantur amici, dicitur inhumanum.

Vnus ex his) Sic fideicommiſſum valet: Nam omnibus legaſſe videtur ſub conditione.

Sed alius ex amicis) Non legatariis.

Et ei fideicommiſſum præſtari) Hic enim certæ perſonæ demonſtrantur, heredes amici.

§.ult. Si tibi & poſtumo) Poſtumus numeratur inter incertas perſonas, quia non eſt in rerum natura: Nam poſtumus ſemper non habetur pro nato. Natus præteritus teſtamentum injuſtum facit, Poſtumus non facit, *l.3. §.ex his, ſup. de inj. rup. irr. teſt.* Nato bona conferuntur, non poſtumo, *l.ult. de collat. bonor.* Nato defertur hereditas, & bonorum poſſeſſio, poſtumo non defertur. Filius ſub omni conditione inſtitui, aut exheredari non poteſt, poſtumus poteſt, *l.1. §. ſed etſi, inf. de ventre in poſſeſſ. mitt.* Ideoque in *l.qui utero 2. de ſtatu homin.* additur *pene*. Ob id alieno poſtumo olim legari non potuit, *§. poſtumo, de legat.* Suo potuit. Nam & hic inſtitui potuit, tam ex duodecim tabulis, quam ex l. Velleja. Alienus poſtumus jure civili inſtitui non potuit, prætorio potuit, *§. t. de bonor. poſſeſſ.* Potuit forſitan olim alieno poſtumo fideicommiſſum relinqui, ut indicat hic §. dum ait, *vel alieno*. Et ideo, quod in l.ſeq. dicitur de poſtumo inſtituto, accipiendum erit de ſuo, non de alieno, niſi probabilius dicamus, hæc verba, *vel alieno*, à Triboniano addita, quia hodie ex Græca conſtitut. Juſtin. de incer. perſ. poſtumus alienus inſtitui poteſt, & legata capere, *Inſtit. de legat. & de bonor. poſſeſſ.* Potuit & olim alienus poſtumus ſuccedere ab inteſtato, ſi agnatus eſſet, aut legitimus, *l.penult. ſup. de legat.2.*

Suo vel alieno) Poſtumus ſuus eſt is, qui nobis ſuus futurus eſt. Poſtumus alienus eſt, qui nobis ſuus non naſcitur, ſed agnatus, cognatus, aut extraneus.

L.Vel ex parte te, & ex parte poſtumum) Quo caſu eſtis verbis tantum conjuncti, quia partes fecit. Hæc tamen conjunctio accipietur pro duplici, ut ſit inter eos jus accreſcendi.

L. utrum, ut uno nato) Obſtat *lex 17. §.1. inf. de leg.1.* ex qua colligitur, non omnibus centum, ſed ſingulis poſtumis ſua centum deberi. Sed aliud eſt, ſi dixit: poſtumo centum lego: tunc ſingulis centum debentur. Aliud ſi ita: Titio & poſtumo lego centum: nam ut pluribus natis cum Titio in eandem ſummam vocentur, hoc facit conjunctio.

Quia trigemini q. naſc.) Id eſt, tres conjuncti pro ſingulari perſona habentur, *l. 34. ſup. de leg.1.* Ideoque ſi dixerit: *Titia & liberis*, liberi unius loco ſunt. At diverſum eſt ſi dixerit: *Titio & poſtumis*: nam tunc fient partes pro numero perſonarũ: Ratio differentiæ eſt, quia qui dixit *liberis*, ſi voluiſſet ſingulos potuiſſet nominare: quia id

A non fecit, videtur eos in unum corpus coegiſſe. At qui dixit, *poſtumis*, videtur id neceſſario dixiſſe, nec eos nondum natos potuit nominare. Itaque poſtumi non habentur pro una perſona, ſed fiet legati diviſio in capita, vide ſcripta ad *l.33. de leg.1.* Et ſic nihil obſtat *lex verum ſi quis, ſup. de uſufr. accreſc. & lex interim, ſup. de hered. inſtit.*

Et noſtra quidem ætate) Ergo Cajus vixit temporibus D. Adriani?

Quos uno fœtu enixa eſt) vide not. ad *leg.3. ſup. ſi pars hered. pet.*

Nec enim in arbitrio) vide ſcripta ad *leg. Senatus, §. legatum, ſup. de leg.1.* & not. ad *l.1. ſup. de leg.2.*

An poſt neceſſitatem) Itaque ſi nullum eligat, omnibus debebitur legatum, *l.cum quidam, ſup. de legat. 1.*

Reſtitui debere) Si nullam pecuniam dare juſſi ſunt,
B tunc ſequemur quod eſt benignius, dicemuſque præſtari fideicommiſſum pro partibus hereditariis.

L. Si inter virum) Sumpta eſt hæc lex ex *lib. 2. Sent. Pauli tit. de don. int. vir. & ux.* quæ hodie extat. Obſtat *lex qui duos, §. ſi maritus, inf. eod.* vide ſolut. in not. ad *d. §. ſi mar.* Non obſtat huic legi regula Catoniana: nam hæc donatio confirmatur Senatuſconſulto, *l. nam hic ſtatus, ſup. de donat. inter vir. & uxor.*

L.qui duos, ſimul in nave. Eodem momento, vide c. 1. tract. de præſcript.

Vt utrique heres ſit) Obſtat *lex eum qui, inf. ad Senat. Treb.* vide ſol. in not. ad eam.

§. Patrem prius mortuum) vide not. ad *leg. nam etſi, ſup. de inoffic. teſtam.*

§.3. Si maritus) Hunc §. explicant ex *l.ſi poſſeſſor, ſup.*
C *de relig.* ex qua apparet hunc §. eſſe de ſtipulatione lucrandæ dotis, non reddendæ: dos profectitia non remanet apud virum uxoris in matrimonio mortuæ, niſi aliud convenerit. Heic erat dos profectitia, & ideo cautum erat, ut apud maritum remaneret, dos adventitia ſemper remanet apud maritum, *l.3. inf. de his, quæ ut indign.* Hic autem §. non obſtat *l.ſi inter, ſup. eod.* Nam ibi is videtur deceſſiſſe, qui donavit. Sic in hoc §. videri prior deceſſiſſe, qui dotem dedit. Ut in illa l. donatio locum habet in rem mariti: ſic in hoc §. ſtipulatio locum habat in rem mulieris, vide ſcripta ad *d. l. ſi inter*.

§.ult. Quod ſi impubes) Si quis rogatus ſit hereditatem reſtituere ſi ſine liberis deceſſerit, & ſimul cum filiis mortuus ſit, videbitur præmortuus filiis, & conditio extitiſſe, *l.filiusfamil. §.cum quis, ſup. de leg.1. l.ex facto, §. ſi*
D *quis autem, inf. ad Trebell.*

L.11. Si fuerit legatum) vide not. ad *leg.3. §.ſi quis duobus, ſup. de adim. leg.* & ſcripta ad *l.13. ſup. de leg.1.*

Et cognatis meis) Legatum ejuſmodi valet, quia legavit incertæ perſonæ ſub certa demonſtratione.

Sed etſi legatum) Huic loco valde obſtat *lex 3. §. ſi duobus, ſup. de adim. legat.* in qua dicitur, utrique legatum deberi, nullamque eſſe ademptionem. Sed notandum in d. §. legatum eſſe ſeparatim, ut ſic legatum ſit, *illi Titio rem illam lego*, deinde ademit his verbis, *Titio ne dato, cum uni ademptum vellet*, non apparet, de quo ſenſerit: ὁμωνυμία vitiat ademptionem. Verum in hac l. conjunctim legavit duobus Semproniis ſic: *Semproniis lego, vel Sempronio, & Sempronio lego*: deinde ademit Sempronio, utrique videtur ademiſſe, quos conjunxit in dando,
E videtur conjunxiſſe in adimendo, qua conjectura non utimur, cum ſeparatim legatum eſt relictum, *l.3. §.ſi Titio, de adim. legat.* vide ſcripta ad *l.13. inf. de leg.1.* & notata ad *d.l.3. ſi quis duobus*.

Legata & lib. impediri) Apud Livium lib.16. *Promiſſa eſt corona muralis ei, qui Carthaginis muros prior aſcendiſſet: duo pariter aſcenderunt: Scipio pronuntiavit ſe ambos virtutis cauſſa coronis muralibus donare*. Sed id ille facit pro ſua liberalitate, nos hic de obligatione quærimus, an ille utrique teneatur? Et dicimus non teneri, ſed pro non ſcripto legatum haberi.

§.1. Plane) Hæc lex eſt ex lib.6. diſput. Ulpiani, in quo hanc quoque quæſtionem tractavit, ſi tres pepererit, *l.idem erit, de ſtatu homin.*

Per

Digitized by Google

Per ſubt. judicialem) Cauſſa cognita, auditis obſtetricibus.

Quaſi per præſumptionem) Græci vertunt κατὰ πρόληψιν, vide hac de re ſcripta hic, & notata ad *l. neque*, *inf. de fideicomm. libertat.*

L. 13. Fl. 52. Res de qua agitur) Hæc verba Senatuſconſultorum propria ſunt. Cic. in Brut. in Topicis, & lib.2.de finibus.

L. Si is, qui ducenta, conjunctione vero) Conjunctiones vocat, quam Ariſt. σύνθεσιν. Accurſius in *l.quoties in ſtipulationibus, inſ.de verb.obligat.* vocat ex Boetio, & Ariſtot. compoſitionem, ubi explicat ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, vide ſcripta ad Rubr.ſup.

Si quis ita leget) In hoc quoque §. ut & ſup. in primis hic ambiguitas naſcitur ex conjunctione.

§. Ita ſtipulationem concipimus) Nulla alia præcedente ſtipulatiune de homine, aut de fundo dando. Hæc autem ſtipulationis verba ambigua ſunt. Non ſic ſumetur ſi nihil dederis, aut ita, ſi quid horum non dederis.

Idem eſt evidenter) Id eſt, ſine ulla ambiguitate. Hujus ſtipulationis, ſi illud, aut illud factum non erit. & hujus, ſi quid eorum, quæ ſupra comprehenſa ſunt, factum non erit, eadem eſt vis, & effectus.

§. Vtrum ita concipias) Contrariarum orationum contraria ſunt genera. Quædam orationum ſunt adverſæ, ἐναντίαι. Hæ ſimul veræ eſſe nequeunt: poſſunt tamen ſimul eſſe falſæ. Aliæ ſunt adverſis contrariæ, ut recte interpretatur Accurſius, ὑπεναντίαι. Hæ poſſunt ſimul eſſe veræ, non autem ſimul falſæ. Tertio genere ſunt contradicentes, ſeu diſparatæ orationes, quas Ariſtot. vocat ἀντιφατικῶς ἀντικειμένας. Ex his quædam ſunt univerſales, quarum una affirmat de univerſo, altera negat ex parte, aut contra. Hæ ſunt veræ, at falſæ eſſe non poſſunt. Quædam ſingulares, quarum una de re ſingulari affirmat, altera negat: Hæc utraque vera eſſe nequit, at falſa eſſe poteſt. Sunt & ἀόριστοι λόγοι, & hæ utræque veræ eſſe poſſunt: at ſimul falſæ eſſe nequeunt. Addit Bartolus ſubalternas, quæ ὑπάλληλαι. Hæ tamen conſentiunt tam in veritate, quam in falſitate: & ideo eas omiſit Ariſtoteles, quia nunquam eſſe poſſunt contrariæ. His poſitis ait: Cum ſic ſtipularis, ſi illud, aut illud factum non erit, dabis centum? & utrunque fieri oportet. Si ſic, hominem, aut fundum dabis, ſi quid eorum factum non ſit, centum dabis, & utrunque etiam dari debet. Utriuſque ſtipulationis effectus hic eſt, ut utrunque detur, & uno ſtipulatu agatur hoc in *§. cum ita*. At in *§. utrum* contrarium traditur. Sed inde conſtat, in hoc §. in formula ſecundæ ſtipulationis negationem eſſe tranſpoſitam, & legendum: *ſi quid eorum factum erit, quæ ut non fierent ſupra comprehenſa ſunt*. Servum ſcilicet non tradi caverunt: ſi quid eorum factum erit, dabis centum? Hæc ſtipulatio exigit, ut neutrum fiat. Sic hæc ſtipulatio multum ab illa diſtat, ſi illud, aut illud factum non erit, illi ſatisfit neutro facto, huic utroque facto. Nec obſtat verſ. proinde: nam bene conſentit cum his, quæ dicta ſunt de ſecunda ſtipulatione. Pileus & Rogerius mendum hic ſubeſſe vident, ſed quo loco non oportuit negationem ſuſtulerunt. Nam initio ſic legunt, *ſi illud, aut illud factum erit*, &c. Eadem ergo negatio eſſet tollenda ex verbis, quæ ſequuntur.

Inter ſe contraria) ἐναντίαι.

Quia cum ſignificatio) Ariſtoteles κατηγόρημα.

Non ex univerſo) Ariſt. περὶ τοῦ καθόλου.

Quæ orationis pugnantia continent) Ariſt. λόγοι ἀντιφατικοί.

Illius effectus hic eſt) Id eſt, ſi quid illorum factum non erit.

Hujus autem) Id eſt, ſi illud, aut illud factum non erit.

§.ult. Si quis mihi filius, aut filia) Nihil intereſt, utrum dixerit, filius, aut filia, aut filius & filia, *l.pen.inf.de verb.ſignif.* aut eſt παραδιαζευκτικὴ, id eſt, disjunctio, quæ pro conjunctione accipitur, vide notata ad *d. l. pen.* & ſcripta hic.

Extraneum immiſcere) Legendum ut Flor. *miſcere*, id A eſt, commiſcere, & heredem heredi adjicere.

L. quædam ſunt, in quibus res dubia eſt) Sed dubia eſt, ſi neſciatur utile an inutile ſit, quod agitur.

§.ult. Si conſumpta fuerit pecunia) Notandum, repudiante legatario pecuniam ſibi legatam, et ab herede mutuo datam, heredi dari utramque condictionem; eo vero non repudiante, heredi tum demum condictionem dari, ſi pecunia conſumpta ſit. Duplex eſt condictio, ex numeratione, et ex conſumptione. Aliena pecunia data conſumpta, datur condictio ex conſumptione. Si legatarius repudiaverit, heredi utraque condictio dabitur: ſi agnoverit, neutra, ſed legatario cedenda erit actio ex conſumptione contra heredem pro actione ex teſtamento.

Quod de pariter mortuis) Id eſt, eodem momento, vide B cap.1.de præſcript.

Et cum aliis agitatum eſt) Scilicet lib.11.

Si mater ſtipulata eſſet) Eadem dicitur receptitia. Neceſſario autem ſtipulata eſt, alioquin dos remanſiſſet apud virum: nam eſt adventitia, dele gloſſ. *tradamus*, & gloſſ. *cum marito*.

L.Idem eſt ſi dos) Hæc lex eſt de dote adventitia, quæ mortua prius uxore remanet apud virum: viro præmortuo redditur uxori. Si vero ſimul perierint, potior erit cauſſa heredum mariti. Idque verum eſt, etiamſi dos uxori prælegata ſit, etiam non inſtitutis prælegari poſſe notavi ad *l. Bæbius*, *inf. de pact. dot.* Dotis prælegatur propter commodum repræſentationis. Ideoque ſi dos prælegata ſit, non ideo reddetur heredibus uxoris, quæ ſimul periit cum marito.

C *In gloſſ. uxori*) Adde. Male ponit Accurſius dotem prælegatam eſſe, id eſt, uxorem heredem inſtitutam: Nam etiam non heredibus prælegari poteſt, vide notata ad d. l. Bæbius.

L.Sed & in illo, vel alter alteri) Id eſt, extraneo.

L. Si cognatis legatum ſit) Quo caſu legatum valet; nec videtur relictum incertis. Ponendum cognatos factos eſſe per adrogationem, deſinere vero eſſe cognatos adrogatione ſoluta per emancipationem: & qui ſunt cognati mortis tempore, licet non teſtamenti, facilius admittuntur, quia die legati cedente cognati reperiuntur.

Certe ſi quis) Nihil obſtat lex Catoniana: Nam hoc legatum utile eſt initio. Ad id etiam ii admittuntur, qui non admitterentur ſi ſtatim deceſſiſſet. At in edicto D de legatis præſtandis, oportet ut nurus ſit, aut uxor mortis tempore, *l. 10. & pen. inf. de legat. præſt.* nam ad legatum relictum nomine familiæ ii ſoli vocantur, qui ſunt ex ejus nomine mortis tempore, *l. cum ita*, *§. ult. de leg. 2.* namque & cognati, & emancipati ante mortem teſtatoris non invitantur. At filii naturales emancipati invitantur, quia nomen retinent, *l. filiusfamilias*, *§.cum pater*, *de leg. 1.* ut in legatario, & herede capacitatem exigimus utroque tempore tam teſtamenti, quam mortis. Hic obſtat *l.non oportet*, *de leg.2.* vide not. ad eam. Non obſtat etiam *l.in mortis*, *inf. de mort. cauſſa donat.* vide not. ad eam.

Factum eſt per arrogat.) Hinc quæri poteſt, ſi teſtator dixerit, ſervi mei liberi ſunto, poſt ſervos quæſierit, an & hi fient liberi? Tractant Græci hanc quæſtionem ad E *l.quoties res dubia*, *inf. de regul.juris*, vide not. ad eam, & ad *l.Servius*, *inf. de manumiſſ.teſtam.*

Fac legatum conſeq.) Quia die legati cedente cognitus eſt.

L. Cum Senatus) vide notata et ſcripta ad *l. 32. §. ult. ſup. de leg.1.*

Tempore D. Marci) Hoc Ulpianus in Frag. tit. de legatis tribuit Hadriano. Unde collige. Hadrianum etiam Marcum dici, ſic in *l.5.C. de ædif. priv.*

L.Vbi eſt: hominem Carthag. dari) Generaliter cum de certo ſentirem.

Duæ Carthagines) Una in Africa vetus, altera in Hiſpania nova.

L. Si mulier cum filio impubere) Secus eſt in pubere filio, hoc vero ſuggerit ætatis infirmitas in impubere.

L.Quem

L. Quem heredi) Videtur legatum inutile eſſe quaſi incertum. Et ſane ſi voluntas defuncti nullis argumentis demonſtretur, inutile eſt legatum, *l.4. ſup. eod.* ſi de ea conſtet, valet. Tacite quidem heredi legatur, ſed tacitum legatum valet ſi capaci relinquatur.

L. Cum quæritur) Sumpta eſt ex lib. 26. Digeſt. Celſi; ex quo ſumptus eſt etiam *§. cum ſtipulationibus, l.38. inſ. de verb. oblig.*

Contra ſtipulatorem eſt) Si & contra locatorem, & venditorem, *l. veteribus, ſup. de pact. l. ſi in emptione, ſup. de contr. empt.*

L. Si quis de pluribus) vide notata ad *l.3. §. ſi quis duobus, ſup. de adim. legat.* & ſcripta ad *l.13. ſup. de legat.1.*

Nulli eorum fid. competit libert.) vide ſcripta ad *l. ſi id fuerit, ſup. eod.*

L. ult. & hoc amplius) vide ſcripta ad *l.19. ſup. de legat.1.* & ſcripta ad *l.13. de legat.3.*

Videri omnibus alimenta) Hoc ſuadet, & conjunctio ſcripturæ, & alimentorum favor, *l. à filio, §. ult. inſ. de adim. leg.*

De his, quæ pœnæ cauſſa relinquuntur. TIT. VI.

Vide ſcripta ad *l.43. inſ. de verb. oblig.*

L.1. Illicitæ, vel probroſæ) Hæc duo verba à Tribon. interpoſita ſunt. Nam pœnæ nomine relicta ante Juſtinianum nullo modo valebant, ut conſtat ex Fragm. Ulpiani tit. de legatis, vide *C. eod.*

De regula Catoniana. TIT. VII.

In ordine edicti perpetui hic erat tit. de caducis; ſed eum ſuſtulit Juſtinianus, & pro eo repoſuit tit. de regula Catoniana, quæ pugnat cum caducis, *l. ult. inſ. eod.* vide not. ad *tit. de his, quæ ut indign.* Hæc regula Catoniana eſt juris antiqui odio caducorum. Dicitur reg. juris civilis in *l. 1. quando dies leg. ced.* & ſententia in *l. Juliani 2. ſup. de cond. & demonſtrat.*

L.1. Caton. regula ſic definit) vide ſcripta ad *l. 16. inſ. de verb. oblig.* Exempla ſunt de re, quæ mea fuit teſtamenti tempore, poſtea à me ante mortem alienata, *l. cætera, §.1. inſ. de leg.1.*

Deceſſiſſet) Formula regulæ ſpectat ad mortem. Unde conſtant, hanc regulam non pertinere ad leges caducarias, ex quibus legata cedunt ab apertis tabulis, *l. ult. inſ. eod.* Conſtat etiam regulam non pertinere ad legata conditionalia, quæ conſtat non cedere à morte, ſed pura tantum, *l. cætera, §.1. de leg. 1.*

Quæ definitio) Sic regula dicitur definitio in *l. omnis definitio, inſ. de reg. juris.*

Legatum tibi debetur) Obſtat *§. ſed ſi res legatarii., Inſtit. de leg. & d. l. cætera, §. 1.* Diceremus hac in re Celſum à cæteris diſſentire, quæ fuit ſententia Baronis, maxime cum Celſus fuerit ex antiquioribus Juriſconſultis, qui à cæteris diſſentit in ſpecie leg. *qui res, §. aream, inſ. de ſolutionibus, l. ſi arcæ, de leg.2.* conjuncta lege *ſi chorus, §. pen. & ult. de leg.3.* Item in ſpecie *l. 5. §. 5. ſup. de uſufr. adcreſc. & l. Proculo, de leg. 2.* Conſtat ex Theophilo in *§. an ſervo, Inſtitut. de legat.* in reg. Catoniana fuiſſe diſcrepantem illorum ſententiam. Eadem eſt ratio *l. quæ filiam, §. 5. de legat.1. & l. Julianus, inſ. de condit. & demonſtrat. & l. ſi optio, ſup. de opt. leg.* Videtur motus Celſus hac ratione, quia qui rem mihi legat, videtur rem meam mihi reliquiſſe in eum caſum, quo mea non erit, vide ſcripta ad *l.39. §. ſi Titius, ſup. de legat. 1.* quæ etiam ſuperioribus obſtat.

L.3. de reg. Cat. ad hereditates) Lege *libertates*: nam cum hæc regula ſit juris antiqui, in quo verbum legandi comprehendit hereditates, & ea, quæ teſtamento relinquuntur, *l. verbis legis, inſ. de verb. ſignif.* Dicendum, maxime pertinere ad hereditatem, & inſtutiones, *l. pen. inſ. de reg. jur. l. 8. de lib. & poſt.* libertates denique cedunt ab adita hereditate, non à morte.

L. ult. Ad novas leges) Id eſt, ad leges caducarias Juliam & Papiam, vid. lib. 24. Fragm. Ulp.

De his, quæ pro non ſcriptis habentur. TIT. VIII.

L. 1. Julianus lib. lxxviii. Digeſt.) In eo libro Julianus tractavit de his, quæ pro non ſcriptis habentur.

L. 2. Reliqua autem) vide ſcriptā ad *rub. ſup. de rebus dubiis.*

L.4. Et ita Julianus ſcribit) In *l. ſi ſervo meo 101. inſ. de legat.1.*

L. ult. Apud heredem remanet) Ratio eſt, quia id nominatim cautum eſt Senatuſconſulto Liboniano, *l. filius, §. ult. ad l. Cornel. de falſ.* vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de leg.1.*

De his, quæ ut indignis auferuntur. TIT. IX.

Hic titulus totus eſt de jure fiſcali: Nam quæ indignis auferuntur, plerumque in fiſcum tranſeunt, non tamen ſemper, *l.1. §. quæ autem, C. de cad. tol.* Nam interdum remanent apud heredem, *l.5. §. amittere, inſ. eod. l.101. de leg. 1. l. pen. C. de legat. l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſum, inſ. ad Trebell. l.7. C. de donat. inter virum, & uxorem*, ſæpius tamen addicuntur fiſco. Et id eſt, quod Ulpianus in Frag. tit.19. vocat ereptitium, id eſt, quod eſt in cauſſa caduci, aut quod aufertur ut indigno, etiam dicitur eripi in *l. pen. inſ. de jure fiſci*. Ergo in indignis ſunt ereptitia, & hoc diſtant à caducis, quod caduca ſint antequam delata ſint, eripiuntur, & quæ jam ſunt adquiſita, *l.2. eod.* Indignus ergo is eſt, qui cepit quidem, ſed retinere nequit, indignus non eſt incapax. Præterea caduca ſunt ſublata, non ereptitia. Ideoque in Pandectis Juſtinianus reliquit hunc titulum de caducis. Ex edicti perpetui ordine tituli ſic erant diſpoſiti, *de caducis, de his, quæ pro non ſcriptis habentur, de his, quæ ut indignis auferuntur.* Titulum de caducis ſuſtulit Juſtinianus, & pro eo repoſuit tit. *de lege Catoniana*, quæ pugnat cum caducis, *l. ult. ſup. de reg. Caton.* generali tit. appellatione, quæ indignis auferuntur, dicuntur caduca, *l. cum fiſco, ad Syllan. l.2. ſup. ſi quis aliq. teſtari probib.* Titulus enim de his, quæ ut indignis auferuntur eſt de legat. & hereditatibus tit. in *C. de hereditatibus, quæ ut indignis auferuntur*. Interdum etiam dos, quaſi indigno aufertur, *l.20. inſ. eod.* Item donatio inter vivos, *l. cum hic ſtatus, de donat. inter virum, & uxorem, ſupra.*

L. 2. Quaſi indignum carere leg.) Obſtat *l.5. in fi. inſ. eod. & l. edicto, §. pen. inſ. de jure fiſ.* Vide ſolutionem in notatis ad *d. l.5. in fi.*

Quaſi illicitæ mercis) Merces illicitæ ſunt arma, cotes, ferrum, vinum, frumentum, oleum, ſales, liquores, ſi exportentur hoſtibus, *l. cotem, inſ. de public.* l.1. & 2. *C. quæ res export. non deb. l. 1. C. de iit. & itin. cuſtod.* Additur hic à Græcis pix, ſi exportetur. Item eunuchi, *l.1. & 2. de eunuchis*, item purpura, & ſerica tit. *C. quæ res vendi non poſſ. l. penult. & ult. de veſtibus holover. libro* xı. Vide notata ad eum locum. Illicitæ autem merces fiſco committuntur, *l.3. C. de naut. fœn. l. cotem, §. dominus, & §. illicitarum, de publican.* & earum perſecutio in heredem tranſit, ratione mercium, ut crimen repetundarum ratione pecuniæ in heredem tranſit, ſic crimen de reſiduis, peculatus, ſuppoſiti partus, merces in commiſſum cecidiſſe fiſco defertur.

Quamvis, & libertatis præmium) Flor. *Quamvis, & præmium*, quod fuiſſe puto quartam bonorum nunciatorum partem. Vide notata ad *l. edicto, inſ. de jure fiſci*, hodie eſt octava.

In gloſſ. Et præmium) Ad finem adde: Vide notata ad eam gloſſ. quæ falſa eſt, ut ibi eſt adnotatum,

L.2. Si emancip. filius) Emancipatus fratri impuberi ſubſtitutus repellitur ut indignus ſubſtitutione, ſi petierit bonorum poſſeſſionem contra tabulas patris. Itemque legato, fideicommiſſo, mortis cauſſa donatione, & generaliter, qui oppugnat judicium defuncti, indignus eſt ut ex eo quidquam retineat.

Item ſi quis contra mandata) Mandata ſunt, quæ dat princeps euntibus in provinciam, ut officium gerant.

Officium aliquod geſſit) Græci vertunt ἐνέργειαν περὶ ἀρχὴν, quales ſunt proconſul, procurator Cæſaris, commentarienſis, Cornicularius.

Retinere enim non poſſe) Sed fiſco vindicari.

In gloſſ. Pupillam ſc. quodam) Adde & minorem 25 annis, intra quæ tempora poteſt reſtitui in integrum, & non-

Digitized by Google

pondum redditis rationibus :

Decretum ampliſſimi ordinis) *L.4. de excuſ. tut.* vide not. ad eam.

Quam à tutore illicitum) Id eſt, in *l. præfectus, de ritu nupt.* & *l. ult. ſup. de leg.1.* Sed obſtat *l. cum hic ſtatus, ſup. de donat. inter vir. & uxor.* Vide ſolutionem in notatis ad eam, & ſcriptis hic.

Nec quaſi indignam) Idem dicitur in *l. præfectus, ſup. de ritu nupt.* ſed obſtat *l. uxori, ſup. de uſufr. leg.* & *l. dote, inf. de ritu nupt.* Vide ſolutionem in notatis ad *d. l. præfectus*, & ſcriptis hic.

Vel parte bonorum, alicujus cognati) Obſtat *l. juriſgentium, §. pen. ſup. de pact.* Sed in hac lege cognatus donat bona viventis quaſi ſua : ibi exonerat bona patris. Obſtat etiam *l. pen. §. pater, de caſtr. pecul.* Vide ſolut. in notatis ad eam, & ſcriptis hic. B

In gloſſ. Idem erit ſola, ubi erat dubium, an viveret) Adde, recte.

L.3. ut per negligent.) Ut ſi medicum non adhibuit :

Et culpam) Ut ſi malum medicum adhibuit. Culpa quidem eſt in non faciendo, quæ proprie negligentia dicitur, *l. ſi ſervum ſtip. fuero, inſ. de verb. oblig.* Idem multo magis erit, ſi dolo ejus interierit, aut ſi medici dolo, aut inſcitia interierit.

Nec ille necem ejus ulciſcatur, l. neceſſarios, §. ult. ſup. ad Syllan. l. 1. l. cum fratrem, C. hoc tit. l. 1. C. ubi cauſ. fiſc. Quæritur, an & huic fructus auferantur, vide not. ad *l. 73. inf. eodem.*

L. 4. Ei auferri à coherede relictum) Quod mirum videtur, cum ſi tutor pro parte excuſet ſe, totum legatum amittat, *l. etiam, ſup. de leg. 1.* Item ſi quis dixerit inofficioſum teſta. pro parte, *l. mater, l. circa, l. nam etſi, §. 2. ſup. de inoff. teſtam.* Cur ergo non repellitur à legato, qui legatum falſum dixit? Ratio differentiæ eſt, quia qui dicit inoff. teſt. accuſat defunctum, ut amentem, ſive pro parte, ſive in totum accuſet, *l. 2. ſup. de inoff. teſt.* Merito ergo repellitur à legato. Sic tutor excuſans ſe, fidem frangit, licet pro parte tantum ſe excuſat. Ergo indignus eſt remuneratione. At qui falſum dicit teſtam. non impugnat judicium defuncti, ſed ipſum heredem : Ideoque ſi non obtinuerit ab eo herede, quem inquietavit, repelletur, ab alio non repelletur. Ergo conſequenter hic legato accepto poterit falſum teſtamentum dicere, *l.5. hic.* Secunda differentia eſt : qui legatum accipit, ſi poſt id tempus inofficioſum dicat teſtamentum, non auditur : quia ſciens teſtam. inoff. legatum accipit, ſicque probavit judicium defuncti. At is, qui legatum accipit, cum repellatur ab accuſatione falſi, ſi ignorans accepit, potuit accipiens legatum ignorare teſtam. eſſe inofficioſum, dum ſe videt alium in ſibi dando legato heredis partem exſequentem, ſe vero eſſe exheredatum, aut præteritum. Hæc eſt Græcorum ratio lib. 60. Baſil.

L. 5. §. 1. Non repellitur ab eo) Quia defuncti voluntatem non impugnavit, ſed de ſolemnibus tantum diſputavit, *l. pen. inſ. eod.* At repellitur, qui falſum teſtamentum dicit.

Poſtea falſum dixit) Quod ſc. poteſt. Quod de inofficioſo teſtamento dicit, idem dicendum de eo, qui de dolo heredis agit, quo factum eſt, ne teſtamentum mutaretur, *l. Lucius, §. Semproniæ, ſupra, de legat. 2.* Nam nihilominus conſequetur legatum.

§. De eo. D. Pius ita reſcripſit) Hoc idem reſcriptum æquitate nititur, *l. poſtquam, ſup. de pet. hered.* uti reſcriptum Antonini, quod cum hoc dicitur Pii. Ergo qui legato accepto inofficioſum teſtamentum dicit, cauſſa cognita repellitur à legato.

§. Prohibendi autem) Ait prohibendi : à petitione ſcilicet hereditatis, quia teſtam. injuſtum contendunt poſt legatum acceptum, hoc ſic exponeſ, non prohibendi ſunt à legatis : quia qui injuſtum teſtam. dicunt, nunquam repelluntur à legatis.

In gloſſ. prohibendi) Dele hæc verba, *legatis ex c. perſonæ conditione, ætate, ſic.* vulgo loquimur : *ἐκ τῆς αἱρέσεως, ἡλικίας τῶν προσώπων* : Ex perſona, quia mulierem juris ignorantia excuſabit. At ei factum ignoranti, non jus, dabitur petitio hereditatis, hoc eſt, ſi legatum acceperit.

§. Amittere, non ad fiſcum) vide not. & ſcripta ad *l. etiam, ſup. de legat. 1.*

§. Si pater, ſi ad ipſos) Idem ſervatur in bonorum poſſeſſ. contra tab. *l. ſub conditione 7. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Idem in tutore, *l. qui tutelam, ſup. de teſtam. tut.*

Quod ſi perſonam) Pater adquiſiturus eſt legatum, relictum filio, vel dominus relictum ſervo, ut ſi eſt relictum poſt mortem patris, aut ſi manumiſſus ſit, aut ſi legetur militia, aut ſi legetur à commilitone.

§. Si ſervum : non debere obeſſe) Obſtat *l. 1. ſup. ſi quis aliq. teſtari prohib.* & *l. 1. inſ. quibus non competit bon. poſſeſſ.* vide ſolutionem in notat. ad *d. l. 1.* & ſcriptis hic.

Ut manumittatur) Nam ex his cauſſis caduca fiunt cum onere, *l. cum fiſco, ſup. de ſenat. Syllan.*

§. Qui accuſavit falſum) Contra, qui nomine defuncti legatum petit, non prohibetur ſuo nomine legatum petere.

§. Ætati ignoſcitur) Ipſo quidem jure repellitur à legato : ſed datur actio adverſus tutorem, aut ei à Principe legatum conſervatur, *Paul. 5. Sentent. de jure fiſci.*

§. Sunt qui putant) Quia ſunt patroni voluntarii: tutor, & advocatus fiſci ſunt neceſſarii. Obſtat *l. qui cum major natu, §. pen. inſ. de bon. libert.* vide ſolutionem in notatis ad ea, ſcriptis hic.

§. Quidam. Si appellatione intercedente) quia ejus ſententia reſciſſa ſit.

C *§. Advocatus fiſci*) Hunc inſtituit Hadrianus Imp. teſte Spart. in ejus vita.

Officii neceſſitas ſatis excuſat) Ut & tutorem, *l. tutorem, inſ. eodem.*

§. Qui principale teſtamentum) Græci vertunt Authenticum.

Et à ſecundis tabulis) Id eſt, non ſolum à legato, fideicommiſſo, hereditate, ſed à pupillari ſubſtitutione, & codicillis, quia pars ſunt teſtamenti authentici, quæ omnia oppugnavit.

§. An libertus) Obſtat *l. Aitales, inſ. ad l. Cornel. de falſ.* Dicendum, in ea lege ſervum non fuiſſe teſtem, ſed tantum profeſſum eſſe indicium accuſationis, non peregiſſe, ideoque non repellitur à libertate, aut fideicommiſſo.

Qui mortis cauſſa) Obſtat *l. ſub conditione, in fi. inſ. de* D *bon. poſſ. contra tab.* quæ ait, eum, qui impugnavit teſtamentum, et petiit bon. poſſ. contra tab. repelli à legato. Cur non repellitur, qui falſum, et inoffic. dicit. Vide rationem differentiæ in notatis ad *d. l. ſub conditione*, et ſcripta hic.

§. ult. Omnes) Idem dicitur in *l. edicto, §. pen. inſ. de jure fiſci*. Sed obſtat *l. 1. ſup. eod.* dicendum, eam legem loqui de eo, cui tacite in fraudem legatarii fideicommiſſum relictum eſt. Hic ſi ſe deferat, conſequitur legati dimidiam partem. At ſi alia ex cauſſa ei ablatum eſt ut indigno, ut quia teſtam. nullum dixit, repelletur etiam à præmio delationis, id eſt, parte legati, cujus eſt particeps. Itaque licet ob eam delationem legato indignus judicetur, non tamen eſt indignus præmio. Vide ſcripta ad *d. l. 1. ſup.* Rurſus non obſtat, ſi dicas, abſurdum videri, ut fiſcus, cujus facti, id eſt, delationis, partem dedit, ejuſdem pœnam E eapoſcat. Nam fiſcus non proprie partem exigit, ſed relictum legatum aufert. Nuntiatio iſta per ſe utilis eſt : at ipſe legato eſt indignus, dicendum eſt ex *l. 2. §. pen. de jure fiſci*, hunc libertum pœnam mereri: Nam punitur quidem libertus, ſi patronum principaliter capitis accuſarit. At hic heredem magis inſequitur, quam patronum. & non movet quæſtionem criminis, quod morte exſtinctum eſt : ſive commiſſarum mercium : Ideo à fiſco præmium feret, indignus tamen erit judicio patroni, id eſt, legato, vide ſcripta ad *d. l. 1.*

In gloſſ. A præmio) Ad hæc verba (*ſc. dimidiæ partis ejus quam perdidit, vel tertiæ*) Adde, male : Nam hæc dimidia datur tantum eis, qui ſe deferunt ex edicto Trajani,

l. edicto

edicto inf. de jure fiſc. Tertia vero pars ei tantum datur, qui profeſſus eſt ſe tacitam fidem accommodaſſe, non aliis, *l. 1. C. de his, qui ſe deferunt*. Quod fuerit hoc præmium, vide in not. ad *d. l. edicto*, & ſcriptis ad *l. 1. ſup. eodem*.

L. 6. Reſcriptum eſt) Obſtat tit. *quod legatorum*, vide notat. ad *l. non eſt, C. de legat.* & ſcripta hic.

Quam amoviſſet) In fraudem legatariorum inducendæ forte Falcidiæ cauſſa.

L. 7. Quia non principaliter) vide notata, & ſcripta ad *l. 5. ſup. eodem.*

L. 8. Indigno herede prounnt. Ignorantiæ heredis ſubvenietur, *l. heredes inf. eod.* vide ſcripta ad *l. 3. ſup. eod.*

In gloſſ. Non oportet, l. 9. Item contra C. de inoff. teſtam. l. ſi maritus) dele ea verba, & repone: Male hic adſert Accurſius *l. ſi maritus*. Nam ea non loquitur de eo, cui aufertur hereditas ut indigno, ſed de herede ſcripto, quem ſummovet exheredatus mota querela inofficioſi. Huic confuſæ obligationes, & ſervitutes reſtitnentur.

L. 9. In fine Bart. Videtur eſſe revocatam leg. & remanere apud heredem, ad finem adde, *deberi quidem ipſo jure legatum, ſed repelli exceptione doli, l. 3. ſup. de adimend. leg.*

Si inimicitiæ capitales) Capitales inimicitiæ ſunt, quæ obortæ ſunt ob capitalem accuſationem, ut docet Novella *de teſtibus, & l. 7. ſup. de excuſat. tutor.*

Fideicommiſſum præſtari) Sed remanere apud heredem: In hac ſpecie fiſcus non vocatur, ſed legatum remanet apud heredem. At hoc legatum, quia ademptum intelligitur, non defertur cum effectu. Idem eſt ſi legatarius teſtatorem capitis accuſaverit. At ſi ſtatus controverſiam legatarius moverit, hoc demum caſu fiſcus vocatur, quia magis indignus eſſe videtur *is*, qui in ſervitutem petit: nam & teſtamentum impugnat cum legatarium ſervum eſſe dicit. Ille, qui eum accuſat capitis, teſtamentum non accuſat.

Ex qua ſpecie) Id eſt, ex poſteriori, non ex prioribus. Hoc tertio ſolo caſu fiſcus vocatur, non duobus prioribus. Male Cyrillus Græcus interpres his omnibus caſibus confiſcari ablatum tradit.

Statim) Id eſt, à morte teſtatoris. Erit enim potius caducum, quam ereptitium.

L. 10. In fraudem juris) vide ſcripta ad *l. in tacitis, de legat. 1.* & ad tit. Fragm. Ulpiani.

§. 1. Si quis ei) Obſtat *l. 3. §. quando, inf. de jure fiſci.* vide ſolutionem in notat. ad eum *§.* & ſcripta ad *l. 103. ſup. de leg.*

L. 11. Fraud. adh.) vide ſcripta ad *d. l. 103.* ad tit. reg. Ulpiani.

L. 12. Qui non habuerunt) Obſtat *§. pen. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* ſed diverſæ ſunt ſpecies. Nam in *§. pen.* non perfecit teſtamentum. Hic perfecit mutavitque voluntatem, licet non cum effectu.

Et leg. non denegat. Idque κατὰ πρόληψιν ajunt Græci: Obſtat *l. 1. §. penult. ſi tab. teſtam. nullæ exſtab. & l. ult. ſup. de his, quæ in teſt. del.* vide ſolutionem in notatis ad *d. l. ult.* & ſcripta hic.

Voluiſſe appareat) Fiſcus hoc caſu ſuccedet cum onere. At legata deleta ſemper remanent apud heredem, *l. 1. §. ſed conſulta, ſup. de his, quæ in teſt. del.*

L. 13. Claudius Seleuchus) Si injuſtum ſit matrimonium, & vir, aut mulier heres inſtituatur, hereditas cum effectu adiri non poteſt, aut bonorum poſſeſſio peti cum re, *l. 1. inf. unde vir & uxor.*

Reſpondi neque tale matrimonium ſt.) Damnata adulterii à nemine duci poteſt ex lege Julia, quod ſacris canonibus congruit, & ſic aperte definitur. Idem ex hac lege traditur lib. 28. Baſil. tit. 5.

In gloſſ. ad fiſcum) Dele regulas (*quod aufertur indigno applicatur fiſco*) & dic. *non ſemper.*

L. 14. In contubernio militis) Recte contubernio: Nam cum ea non eſt matrimonium. At cum concubina eſt matrimonium. Uxor juſta eſt incapax ex lege Julia, uxor injuſta eſt indigna.

L. 15. Si tamen aliquid) Ut ſi quid ei prælegatum ſit, partem jure hereditario accipit, & hanc retinet quaſi ex teſtamento principali, partem à coherede jure legati, & hanc non retinet, ſed fiſco vindicatur.

Inter heredes diviſionem) Hic dum teſtator bonorum diviſionem inter heredes facit, eos mutuis prælegatis obligavit, *l. eum, qui, §. ult. inf. l. cum pater, de legat. 1. l. ex facto, ſup. de hered. inſtit.* Hujus vero prælegati partem ſi jure hereditario acceperit, & hanc retinet. Verum ea, quæ jure prælegati accepit, coheres coheredi compenſabit in Falcidiam, *l. Neſennius, & l. filio, inf. ad l. Falcid. l. filium, C. fam. erciſc. l. qui non militabat, in prin. ſup. de hered. inſtit.* Sed extranei legatarii, quod heres accipit à coherede, id ei non imputant in Falcid. ſed id ſup. quartum habet. Sed ſi velit ex prelegato coheredi à ſe relicto Falcidiam detrahere, quod ab eo vice mutua accepit, compenſabit, *l. in quartam, inf. ad leg. Falcid.*

L. 16. Hereditatem patrui) Totam.

Legitimam) Ab inteſtato.

§. 1. Quoniam ſtuprum) Concubina ex teſtamento concubini capere poteſt. Stupro cognita, indigna eſt capere: de concubinatu, & ſtupro, item de nothis, & ſpuriis, vide fuſe ſcripta ad hunc locum.

Pleno honore dilexerat) Id eſt, uxorem habuit, hic eſt honor maritalis, quo uxor ſeparatur à concubina, *l. item legato, ſup. de legat. 3. l. donationem, inf. de donat.*

Optimi maximique principes) Id eſt, Severus, & Antoninus.

Cujus filiam) id eſt, privignam ſuam. Cum privigna non eſt connubium, eſt tamen concubinatus, ſic cum adulterii damnata, cum ancilla, cum quinquagenaria, cum muliere ejus provinciæ, in qua officium quis gerit, non eſt connubium, eſt tamen concubinatus.

Vulgo quæſitam apparuit) Lege, *quæſtum feciſſe apparuit.* Dices, non jure habuit eam concubinam, ſed conſtabat, eam palam quæſtum feciſſe. Sed hodie, cum concubinatus ſcortationi deputetur ex conſt. Conſtantini, & apud Harmenop. lib. 4. ſequitur, quod datur nothis, nullis datum videri, cum hodie nulli ſint nothi.

In gloſſ. Pro uno honore) Dele hæc verba; (*ut concubinam tamen*)

L. 17. Heredem) Rectius ſic Flor. diſtinguitur; *heredem, qui ſciens defuncti vindictam inſuperhabuit, fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimavi*: de verbo inſuperhabuit vide not. ad *l. 2. C. ſi omiſſa ſit cauſſa teſtam.* & ſcripta hic & *l. 3 ſup. eod.* & ſcripta lib. 3. Obſerv. c. 22.

Reddi poſtulaturum) vide ſcripta lib. 3. Obſerv. c. 22.

L. 18. Eum qui) vide ſcripta ad *l. in tacitis, ſup. de leg. 1. & hic.*

Ante litem motam) Id eſt, ante illatam hereditatis petitionem. Item heredi, qui necem defuncti non vindicavit, etiam fructus aufert fiſcus, *l. prox. ſup.*

Exemplo bon. fiſco vindicat.) Quæ malæ fidei poſſeſſor fiſco reſtituit cum omnibus fructibus.

Fructuum pretia cum uſuris) Quia fructus ii hereditarii ſunt. Dum autem petitur hereditas, petuntur hereditaria omnia, *l. illud, §. prædo, ſup. de petit. hered.* vide not. ad *l. heres, §. ult. ſup. de petit. hered.* Huic *l. & dicto, §. ult.* obſtat *l. neque, ſup. de uſur.* vide ſolut. in not. ad *d. l. neque.*

Sed D. Severus bon.) Obſtat *l. cum quidam, §. in tacito, ſup. de uſur.* vide ſolut. in notatis ad eam, & ſcripta hic & ad *l. ult. C. de uſur.*

§. Bonis univerſis) Rogatus reſtituere: Itemque indignus heres eſt, ſine re, ſine onere. Nam onera fiſcum ſequuntur.

Non merebitur) vide ſcripta ad *l. 8. inf. eod.*

§. ult. Pro hered. poſſid.) vide ſcripta ad *l. 17. ſup. de leg. 1.*

L. 19. Si ſcriptis) Vide Paulum *lib. 5. Sent. tit. 12.* & tit. ſup. *ſi quis aliq. teſt. probib.*

Aliud teſt. mutata volunt.) Accurſ. in *l. 2. C. ſi quis aliqu. teſt. prohib.* quærit an mihi auferatur hereditas, ſi tu teſtatorem cogeris, ut me inſtitueret. Dicendum auferri, quia non habeo integram defuncti volutatem.

L. 10. Et qui mortem) At ſi mariti dolo uxor interierit, dos non fiet caduca, ſed reddetur heredi mulieris, *l. ſi ab hoſtibus*, *§. ult. ſup. ſol. matrim.* vide not. ad eum locom, & ſcripta hic & ad *l. 7. ſup. eod.* A

L. 21. portiones) Debitæ reverentiæ patronali.

Suſpecta decedente) Quos ſuſpicio eſt fuiſſe interemptos.

L. 22. Pupilli ſui nomine) Male Flor. *Pupilli ſuo nomine*. Legendum, ut hic Græci vertunt, ὀνόματι τοῦ αὐτοῦ

Idem, & Sabinus ſcripſit) Idem Paulus *lib. 5. Sentent. tit. de jure fiſci*.

L. 24. Si teſtamentum) Huic l. Græci *6. Βασιλ.* opponunt *l. pen. in prin. inf. de except. rei judic.* vide ſolut. in not. ad eam, & ſcriptis ad *l. 87. filio pater*, *inf. de leg. 1.*

De jure diſputavit) Ut cum dixit inofficioſum.

L. ult. Si gener) vide ſcripta ad *l. in tacitis*, *ſup. de legat. 1.* Non licet mihi per l. Papiam uxorem inſtituere, ſocerum tamen meum poſſum inſtituere. B

Taciti fideicommiſſi) Quaſi pater tacite promiſerit, ſe eam hereditatem filio redditurum. Sed hoc erit probandum apertiſſimis probationibus, *l. 3. inf. de jure fiſci*.

§. ult. Si vivo teſtatore) Fideicommiſſum, quod incapaci relinquitur, palam eſt pro non ſcripto, & remanet penes heredem. Item fideicommiſſum, quod vivo teſtatore morte fideicommiſſarii deficit, eſt in cauſſa caduci, & fiſco vindicatur. Pone utrunque interveniſſe, l. ait heredem fiſco præferri.

AD LIBRUM XXXV.

De Conditionibus, & demonſtrationibus. TIT. I.

L*Ex 1. in fin. Heres dato*) Sic in *l. 24. ſup. de leg. 1.* dato, quod eſt legatum per damnationem, quia eo ſolo modo olim, quod nondum erat in rerum natura, legari poterat, non etiam per vindicationem. Hodie ex conſt. Juſt. quoquo modo legari poteſt. Id tradit Cajus *lib. 2. Inſt. tit. de legat.* vide ſcripta ad *l. 24.* C

L. 3. Obtinuit) poſt multas controverſias, ſic & *l. cum ex uno*, *infra*, *de obligat. & act. l. ult. inf. pro leg. §. ult. Inſt. de ſociet. l. 1. C. pro ſoc.* At ſtipulatio in faciendo facta ſub conditione impoſſibili eſt inutilis, *l. 7. inf. de verb. obligat.* Ratio differentiæ eſt, quia inſtitutionem factam ſub conditione impoſſibili hoc colore defendimus, quaſi lapſus ſit teſtator, hoc colore uti non poſſumus in ſtipulationibus cum duo ſunt, qui contrahunt, vide ſcripta ad *d. l. 7.* D

L. 4. §. 1. Si ita) Hunc §. conjunge cum *l. 10. inf. de verb. oblig.* & ex hoc §. adde exceptionem hanc ad illam l. niſi adjecerit articulum tunc, ſic nihil pugnabunt, vide ſcripta ad *d. l. 10.*

L. 5. in fin. Fraudatur) Excipitur conditio optionis, *l. 10. ſup. de leg. 1.* quia poſſet pater fraudari. Præterea optio ſolemnis eſt, & aditio. Aditio non fit ſine juſſu patris, ſic nec optio.

L. 6. Arbitrari nolit) vide ſcripta ad *l. 43. inf. de verb. oblig.*

L. 10. Non ſatis exegerit, quando) Legendum, ut Flo. *non ſatis egerit*, id eſt, ſategerit, hac voce uſi ſunt Gellius l. 19. cap. 1. & Tertullianus ad uxorem.

L. 18. Jure civili) vide ſcripta ad *l. 8. §. ult. ſupra*, *de verb. obligat.* E

L. 27. Niſi factum eſſet, heredes) Et hanc pœnam exigebant Pontifices, vide ſcripta ad *l. 33. inf. de verb. obl.*

L. 29. Sic recipienda eſt) Explicanda eſt ex *l. libertis*, *§. 1. inf. de man. teſt.*

L. 31. Ante apertas tabulas deceſſit) Eſt hic veſtigium legis Papiæ, ex qua dos legata cedebat ab apertis tabulis, *l. eam, quæ poſt, inf. eod.* vide ſcripta ad *tit. 24. Frag. Ulpia. in fine*

L. 34. in fin. Quod demonſt. plerunque) Conditionem impleri neceſſe eſt, ut legatum debeatur, demonſtrationem neceſſe non eſt veram eſſe, ut res debeatur, vide ſcripta ad *l. 5. §. 1. & l. 6. inf. de leg. 3.* & ſcripta Obſer. *2. cap. pen.*

L. 36. Do, lego, fideique) Hic in poteſtate Caji erit utrum illa quadraginta perſequi velit ut legatum, aut ut fideicommiſſum.

§. 1. Cum annorum ſedecim) Legendum: *quatuordecim*, vide not. ad *l. non putabam*, *hoc tit.* & ſcripta Obſerv. 2, cap. 1. & ſcripta ad *l. ſi cui legetur*, *ſup. de leg. 1.*

Sexdecim annos) Lege, *Quatuordecim*.

Quintum decim.) Legend. *tertium decim.*

L. 37. Si quis eum) vide Ulp. in *Fragmen. tit. 1. in fin.* Obſtat huic legi *l. ſi quis quos*, *ſup. de leg. 2.* Niſi dicamus legati retentionem eſſe, non petitionem, ut in *l. Lucius*, *§. codicillis*, *illo tit.* vide ſcripta ad *l. ſervum filii*, *§. ſi mihi*, *inf. de leg. 1.*

L. 40. Qui dotalem) vide not. & ſcripta ad *l. ſi ſic legatum*, *§. ſi mihi*, *inf. de leg. 1.*

L. 44. Qui heredi) Adde *l. 3. & l. qui liberis*, *ſup. de vulg. & pup. ſubſtit. & l. 3. §. non autem*, *inf. de legat. præſtand.* vide hac de re ſcripta ad *l. 11. ſup. de leg. 1.*

Non domino dare debet) Nam non dominus heres eſt, ſed ſervus.

Non Titio, ſed ſervo ejus) vide ſcripta ad *l. 55. inf. de verb. oblig.*

L. 45. Ad ſum. Bar. Dare, & remittere) Adde, vide ſcripta ad *l. ſi fundum ſub conditione 81. §. Titio*, *ſup. de leg. 1.* & ad *l. 83. §. ult. inf. de verb. obligat.*

L. 46. §. Servo libertatem) Flor. eſt initium legis 47.

L. 48. Non putabam cum ſextum decimum) Citatur hujus legis ſententia in *l. ſi cui legetur*, *ſup. de legat. 1.* ex qua perſpicuum eſt, hic legendum eſſe 14. *annum*, non 16. Nam cur legatum conferetur in annum 14. eſt ratio, & exempla ſunt in *l. ſi Titio*, *inf. quand. dies legat. ced. l. ult. inf. de fideicomm. libert.* cum in annum 16. conferatur, nulla eſt ratio. Similis error eſt in *l. ſi talis*, *inf. de fideicommiſſ. libert.* vide ſcripta lib. 2. Obſerv. cap. 1. & ſcripta ad *d. l. ſi cui legetur*.

Imp. Aurelius Antoninus) Marcellus fuit conſiliarius Antonini Pii.

Judicavit) Huic l. obſtat *l. qui filius*, *§. Fabius*, *inf. ad S.C. Treb.* vide ſolut. in not. ad eam & ſcripta ad *l. ſicut legetur*, *ſup. de leg. 1.* vide ſcripta ad *l. 3. ſup. qui teſt. face. poſ.*

L. Si in annos) Male hic Haloander, & Baro legunt *intra*, pro, *in*. Hoc enim pugnat cum *l. ſi ita fuerit*, *§. ult. inf. de man. teſtam.* vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de verb. obligat.*

L. Sub diverſis, quæ ſibi levior eſſe videb.) Ergo tunc ſervi electio eſt, vide not. ad *l. 37. ſup. de leg. 1.* & ſcripta ad *l. 13. illo tit.*

L. Nonnunquam contingit) vide ſcripta lib. 2. Obſerv. cap. 2. & ſcripta ad *l. Senatus*, *§. legatum*, *ſup. de leg. 1.* quæ huic opponitur.

Quædam nom. expreſſa offic.) Ratio differentiæ eſt, quia ut natura nihil fruſtra facit, ſic nec ars, nec vir ſapiens. Itaque teſtator, qui ita ſcribit, *Cajo lego centum, ſi Titius in Capitolium aſcenderit*, non fruſtra videtur id adſcribere, & videtur aſcenſum potius ſpectare, quam arbitrium, quod inde conſequimur. At cum ita ſcribit: *ſi Cajus voluerit*, nihil aliud ſpectat, quam voluntatem Titii, quod non fit jure, *l. illa inſtit. ſup. de hered. inſtit.* Obſtat *§. legatum*, *l. ſenatus*, *inf. de leg. 1.* vide not. & ſcripta ad *d. l. ſenatus*.

Non tamen poterit) Nam principalis diſpoſitio confertur in alienum arbitrium.

Expreſſa nocent) In *l. expreſſa de reg. juris*, utraque eſt ex lib. 7. differ. Modeſtini.

L. ſi quis legata, in fi. & pars ejus, qui non) hoc ita, ſi conjuncti ſunt re, & verbis. Nam ſi re tantum conjuncti ſint, pars deficiens conjuncto adcreſcit ſine onere. Obſtat *l. 29. §. ult. ſup. de leg. 2.* Dicendum, ut coheredi adcreſcat cum onere, id eſſe ex ſententia conſtitutionis Severi, & Antonini. At Celſus auctor eſt d. legis, qui fuit temporibus Trajani, & Adriani, quibus etiam fuit Julianus, longe ante Severi tempora. Itaque etiam Julianus ſcri-

Digitized by Google

ſcripſit adcreſcere ſine onere in *l. ſi Titio*, *& Mævio*, *§. Julianus*, *ſup. de leg.* 2. Sed quod in ea lege adjecit Ulp. ad Julianum, idem nos in *d. l.* 29. adjicere debemus, ſed poſt conſtit. Severi eum onere adcreſcet, vide ſcripta ad *l.* 16. *ſup. de leg.* 1.

Intercidit) In hac lege deportatus non comparatur mortuo. Quod fit inhibendorum caducorum, & coercendæ legis Juliæ, & Papiæ cauſſa, ut docet lex, vide ſcripta ad *l.* 121. *infra*, *de verb. oblig.*

L. Sed ſi hoc in fin. Legem) Papiam, ut docet inſcriptio hic *l. ſeq.* beneficio legis Papiæ, & in *l. hoc modo*, *ſeq. non eſſe legi locum*, id eſt, l. Papiæ.

L. Si ita expreſſim) vide not. ad *l.* 3. *ita legatus*, *§.* 1. *ſup. de leg.* 1. & ſcripta ad *l.* 17. *inf. de verb. oblig.*

Quia conditio perſonæ) id eſt, quia ea conditio non ineſt naturæ rei, ſed ineſt perſonæ legatarii, quia fieri poteſt, ut repudiet.

L. Titio centum, *§. Titio genero*) Huic *§.* *& l. tali*, *ſup. de jure dot.* obſtant *l. ſervo legato*, *§. ſi poſt mortem*, *ſup. de leg.* 1. Diſtinguendum: aut pater legavit dotem, quam jam debuit genero, & tunc gener non habet actionem ex teſtam. quia inutile eſt legatum, ſed aget actione ex ſtipulatu, filia vero ex teſtamento, ſed neceſſe eſt, ut alterutra actione contenti ſint, *l. hujuſmodi*, *§. cum pater*, *ſup. de leg.* 1. Aut pater legavit dotem genero, quam ei non debuit, & tunc legatum in utriuſque perſona conſiſtit, vide ſcripta ad *d. §. ſi poſt mortem*.

L. Cum talem, *§.* 2. *Eamque legis ſentent.*) Juliæ Miſcellæ.

L. Mulieri. Beneficio legis) Juliæ, & Papiæ.

L. Heres meus, *§. ult. Quod in fraudem legis*) Juliæ, & Papiæ.

L. Cum ſervus ita) Neque conditionem mutant, hinc nota exemplum mixtæ ſtipulationis: *Rationes reddere ſpondes?*

L. Julianus noſter) In l. *cum quæſitum*, *ſup. de leg.* 1. vide ſcripta ad *l. ſi poſt mortem*, *ſup. illo tit.*

Catonianæ ſententiæ) Reg. juris dicitur in *l. cum legato*, *inf. quan. di. legat. ced.*

L. Id eſt, quæ ipſi ſervo commod.) Quamqnam ipſe ſervus elegerit, vide ſcripta ad *l.* 13. *ſup. de leg.* 1.

L. Non ad ea, juncta ſubjecta ſcriptura) Sic in *l. ult. ſup. de reb. dub.*

L. Si cui legatum, D. Severus reſcripſ.) vide hujus reſcripti ſpeciem in ſcriptis ad *l. filiusfamilias*, *§. ſecundum vulgarem*, *ſup. de leg.* 1.

Eoſque invicem ſubſtituiſſet) Atque ita patrem etiam ſubſtituit filiis, qui tamen omnimodo erant patri portiones ſuas adquiſituri, adjectas ejus juſſu: jure autem patrem filiis ſubſtituit: nam hoc caſu, vel filios jubebit adire: & tunc ex eorum perſona jure poteſtatis capiet portiones, aut non jubebit adire: & tunc ex ſua perſona portiones capiet ſubſtitutionis jure, *l. Julianus*, *ſup. ſi quis omiſſ. cauſſa teſtam.*

Videri enim eum) Idque etiamſi pater repetit portiones filiorum ſubſtitutionis jure: nam tunc utriuſque ſatisfacere cogitur, *l. mater prox. ſeq.*

In leg. pater Severinam. In gloſſ. quia morte) Dele totam additionem Bartoli.

In l. eum, qui poſt apertum teſtam.) veſtigium eſt juris inducti l. Papia, ut & in *l. in teſtam. ſup. eodem*, vide ſcripta ad finem tit. 24. Fragm. Ulp.

L. Si fundum) vide ſcripta ad *l. ſi fundum ſub. condit. in princ. & §. pen. ſup. de leg.* 1.

Nec locum religioſum) Niſi inferat teſtatorem ipſum, cum non ſit opportunior locus, *l. quid ergo*, *de leg.* 1. *l.* 4. *In fi. ſup. de religioſ.* vide not. ad *l. ſi locus*, *illo titulo*.

L. A teſtatore, reſpondit heredem condit. parere) ſecus in contractibus, *§. ex conditionali*, *Inſt. de verbor. oblig.* vide ſcripta ad *l.* 57. *inf. de verb. oblig.*

Claudius: magno ingenio) Hic Claudius reprehendit, & notat Scævolam quaſi de aperto jure reſpondentem, ſed Scævola intelligebat per ablativos abſolutos fieri conditionem.

Ad Legem Falcidiam; TIT. II.

Pertinere hunc tit. ad legatorum tractatum docet Juſtinianus in epiſtola *de confirm. Digeſt. §.* 5. & inſcribi debet, de legatis libro ſingulari. Hujus tit. ſummam ſentent. pete ex Ulp. in *Frag. tit. de legatis*.

L. 1. *Lex Falcid.*) Lex Falcidia lata eſt primo anno Triumviratus Auguſti, Antonii, & Lepidi, M. Æmilio Lepido, & L. Munacio Planco conſ. eo anno, quo Cicero occiſus eſt: anno V.C. 711. C. Falcidio Tribuno plebis rogante, à quo ſic dicta eſt, non à falce, ut putat Harmenop. l. 5. tit. 8. Accurſius male putavit Falcidium conſulem fuiſſe, motus nomine legis, ſed poſt legem Hortenſiam plebiſcita quoque leges dici cœperunt. Vide *cap. quædam* 2. *diſtinct.* Lata eſt ante legem Regiam, & Imperium Auguſti. Haloander in hujus legis initio legit, lex autem Falcidia. Verum eſſe hoc principium abruptum, ſatis docet ſequens relatio. Eſtque veriſimile, Paulum quædam præfatum ante fuiſſe de veteribus legibus Furia, Voconia, ut Juſtinianus in Inſtitut. *eod. tit.* Primis autem Rom. temporibus ex legibus 12. tab. licuit legatis totum patrimonium exhaurire, *l. verbis legis*, *de verb. ſignificat.* Secundo, ut heredibus proſpiceretur, lata eſt lex Furia teſtamentaria, rogante Cajo Furio tribuno plebis, Cic. pro Balbo, & 3. act. in Verrem. Et hinc certum eſt, ante annum urbis conditæ 584. quo anno lata eſt Voconia, quæ Furia lege eſt poſterior, at de anno Furiæ ſatis non conſtat. Verum nec ea lex ſufficere poterat, ut conſtat ex Ulpiano in Fragm. tit. 1. & Theophilo ad *tit. Inſt. de lege Falcidia*, *§.* 1. ubi hujus legis ſententia refertur. Tertio, quia nec illa ſufficiebat, lata eſt lex Voconia, ſuadente M. Catone majore, ut ipſe de ſe dicit apud Ciceronem in lib. de ſeneƈt. Rogante vero C. Voconio tribun. plebis anno V. C. 584. & Martio Philippo II. & C. Servilio Scipione conſ. inter ſecundum, & 3. bellum Punicum, cujus primum caput fuit de mulierum hereditatibus, id eſt, ne quis cenſus, id eſt, qui centum millia æris poſſidet, aut ſupra, mulierem heredem inſtitueret, ne filiam quidem unicam. Auguſtinus lib. 3. de civit. Dei, Gellius lib. 7. cap. 13. & lib. 17. cap. 6. & lib. 20. cap. 1. Secundum caput fuit, ne mulieri legari poſſit ultra quartam partem, id eſt, vigintiquinque millia æris, ut docet Dio lib. 56. Tertium fuit, ne mulieres ab inteſtato ſuccederent contra conſanguineum gradum. Paulus lib. 4. Sentent. Quartum demum cap. erat de modo legatorum, quod caput ita conceptum fuiſſe puto: qui cives Romani cenſi ſint, qui eorum poſt hanc l. rogatam teſtam. faciet, is quartam cuique civi Romano pecuniam dare, legare volet, jus poteſtaſque eſto, dum ita detur legetur, ne plus ad legatarium, quam ad heredem heredeſve perveniat. Quomodo fraus fieret, docet Theophilus *eodem titul.* ubi pro centum ſolidis legendum eſt, centum millia æris: alioquin civis non erit cenſus, ad quem ſolum l. Voconia pertinebat. Noviſſime lata eſt lex Falcidia poſt illas duas leges. In ejus argumento recitando mire hallucinatur Dio. In ſcrip. Euſebii Chronicis nihil aliud continetur, quam verba illa Ulpian. ſupra allata, atque impreſſa.

Lata eſt) id eſt, rogata eſt. Ulpianus in *Frag. tit.* 1.

Liberam legandi facultatem) Sub modo, non ſimpliciter, ut 12. tab. ſed liberam uſque ad dodrantem.

His verbis, qui cives) Male Baro hæc verba detraxit; Cic. pro Roſc. & pro Cluentio.

EAM PECVNIAM, EASQVE) Eam pecuniam, eaſque res legit Ranconetus more veterum, *pro quem quaſque*: Pecuniæ nomen pertinet ad id quod noſtrum eſt. Rei etiam ad aliena, *l.* 5. *de verbor. ſignific.* ut ſciamus res alienas poſſe legari, & ab eis detrahi Falcidiam, *§. non ſolum*, *Inſtit. de leg.*

In gloſſ. L. Falcidia à Falcidio conſule) Dele conſule, & dic, tribuno plebis.

In gloſſ. Facultatem dedit) Dele, id eſt, datam confirmavit: male quoque Goveanus, & Duarenus datam per 12. tab. ſublatam per leges Furiam, & Voconiam, iterum dedit.

In gloſſ. Qui eorum : Qui non inteſtabilis : Adde : ergo qui pubes, ſui juris, de ſuo ſtatu certus, non obſes, ſanæ mentis, denique non inteſtabilis.

Verſ. Secundo. Modum leg. conſtituit) Id eſt, coarctavit liberam legandi facultatem datam 12. tab.

Quicunque Civis Rom.) Excepto milite.

Cuique Civi Rom.) Soli civi legari poteſt.

Pecuniam) Vel res,

Jure publico) Id eſt, tam auctoritate juris publici, quam ſolemnitate jure præſcripta ſervata.

Dum ita detur legetur) Male Goveanus, & Ranconetus putant Juſtinianum auxiſſe 4. Falcidiam in trientem, & ſemiſſem, itemque Trebellianicam etiam.

In extraneis) In gloſ. quartam Inſtit. adde : Falcidiam.

Hereditatis) Id eſt, rerum, quæ ſunt in hereditate, & ὄντως καθαρᾶς.

Heredes capiunt) hanc heredum heredes, *l.quanquam, Cod. eod.*

Sine fraude ſua) Id eſt, ſine noxa, ob quam in pœnam incidat.

Debere dare) hæc verba non pertinent ad legatum vindicationis, quia ſuper illis ſatis proſpiciunt.

§. 1. L.Falcidia, ad ſummam Bart. & Alex.) Adde ſi tamen teſtam. habuerint captivitate antiquius.

Et omnes teſtamentariæ) Ut Ælia Sentia, Furia, Caninia, Julia, & Papia Poppæa, Julia Miſcella, Julia Norbana.

Poſſint locum habere) Id eſt, ſi in ea cauſa ſit teſtam. ut in eo leges illæ locum habeant, ut in teſtament. ejus qui unum ſervum manumiſit, locum non habebit Caninia.

In gloſſ. Locum habere) Ad finem adde, hæc gloſſa damnatoria eſt.

§. Ad eos. Non pertinet l. Falc.) Id eſt, ipſo jure ſtricto, vel verba ipſa Falcidiæ.

§. Ad municipium, vel etiam ea) Legendum, *non etiam ea*, ut conſtat ex Pauli *lib. 4. Sententiarum tit. de SC. Pegaſiano*.

§. Item ſi ita) In hoc §. pœna non eſt, ut notavit Bartolus, ſed translatio legati, *l.ſervus, ſup. de his, quæ pœ. nom.* vide ſcripta ad *l.115. inf. de verb. oblig.*

In Falcidiam imputare) Id eſt, numerari inter ea, quæ patiuntur Falcidiam, ſic accipitur etiam in *l.ſi à ſervo, & l.ſi à me tibi, inf.eod.* Alias eſt numerari inter ea, quæ implent Falcidiam, ut in *l.25. ſup.de legat.1.* vide ſcripta ibi, Obſtat *l.1. ſup. de pec. leg.* vide notata ad eam.

Quod ſi jam mora facta) Per interpellationem, *l.ſi pecuniam, ſup. quan. dies leg.ced.*

Heres penum ſolverit) Quamvis purgando moram.

Jam enim transfuſum) Quod in obligat. eſt novatio, hoc in legato eſt transfuſio, translatio, & ſub conditione ademptio, *l.ſi pecun.infra, quan. dies legat. ced.*

Verſ.Idemque erit, & ſi ab initio) Id eſt, ſi poſt moram ſolvatur penus, nec legatam penum intelligi, nec de illa Falcidiam detrahi. Hic autem ſive ante moram, ſive poſt penus ſit ſoluta, nunquam cenſetur eſſe legatum, nec Falcidia detrahitur.

§. Si uſusfructus) Obſtant huic §. l.3. 4. & 5. ſupra de operis ſervorum, vide ſolutionem in notatis ad eas leg.

Qui & dividi poteſt) vide ſcripta ad *l.32. inf. de verb. obligat.*

Neque uſusfr. in eo) Obſtat *l.ſi quando, inf. de oper. libert.* vide ſolut. in notatis ad eam.

§. Si quis creditori) vide not. & ſcripta ad *l.28. ſup. de legat. 1.*

Si nullum commodum) Plus commodi ineſſe intelligitur vel re, vel tempore, vel loco, vel modo, vel cauſſa, vel conditione.

Repræſentationis puta commodum) Id eſt, interuſurium.

In eo commodo) Non ex omni commodo detrahitur Falcidia, ſed ex eo tantum, quod ut ita adcreſcit legatario decedat heredi, *l.3. §.1. ſup. de legat.3.*

§. Si legatarius in gloſſ. actio eſt condictio indebiti) Adde: dabitur etiam heredi legati pro parte vindicatio, *l.ſi neam, inf. eod.* juncta *l. 1. quando dies legat. cedat.*

A *§. Id quod ex ſubſt. proficit legatariis*) Id eſt imputatur coheredi in quartam, quod à coherede, cui ſubſtitutus eſt ad eum pervenit.

§. Si coheredis) Hæc ſignificat, partem exhauſtam deficientem, accreſcere parti integræ, atque ita non repleri per partem integram. Sic huic §. nihil obſtat *l. qui fundum, §. qui filium, inf. eod.*

Et ita vindicavero) Si omiſerit hereditatem, & ita locum fecerit juri accreſcendi.

§. Si in annos ſingulos) vide ſcripta ad *l.26. §. 1. inf. de verb. oblig.*

L.3. vera autem ratione) Recte, ut & in *l.ab omnibus, §. in teſtam. ſup. de legat.1.*

L.5. Verbis) vide not. & ſcripta ad *l.28. de leg.*

B *Non neceſſario*) Inutile eſt legatum, aut fideic. nec proprie utile.

L.14. Non inveniretur) Sed filiæ eſſet propria, quamvis profectitia.

L. 15. In factum concepta replicatione) Sic in factum compoſita exceptione Inſtitut. in princ. *tit. de exceptionibus*.

§. 1. Curavit ne Falcidia uteretur) Hodie tamen ex Nov.1.prohiberi poteſt Falcidia, ſi modo nominatim prohibeatur, quod & ſenatum conſtituiſſe refert Papo. Excipitur unus caſus, quo ſufficit quodvis voluntatis indicium in Nov.119. §.ult. vide ſcripta ad *l.nemo poteſt, inf. de leg. 1.*

Quæ moriens avus rel. retinebit) vide ſcripta ad *l. 18. inf. tit. prox.*

C *§. Cum fideicomm.*) vide ſcripta ad *tit. C. de hered.act.*

§. Fruct. præd.) vide ſcripta ad *d. l. 18.*

L.18. Fideicommiſit codicill.) Ab inteſtato.

Si ex fructibus) vide notata, & ſcripta ad *d.l.18.*

L. 20. Si à ſervo) Obſtat *l.25. ſup. de legat. 1.* Dicendum: imputari quid in Falcidiam dici duobus modis. Uno modo cum numeratur inter ea, quæ patiuntur Falcidiam: ſic accipitur in *l.1. §. item ſi legatum, & l.ſi à me ſibi, hoc tit.* & in hoc loco. Ergo hic legatum non imputatur in Falcidiam, id eſt, non patitur Falcidiam. Altero modo dicitur imputari, quod numeratur inter ea, quæ implent Falcidiam, ut in *d. l. 25.* Vel dic: diſſenſiſſe in hoc à Paulo Mæcianum. Vide ſcripta ad *l. 12. §. ex his igitur, inf. de verb. oblig.*

L.21. Si pupillus) De hac tota quæſtione, an & quando

D pupillus naturaliter obligetur, vide ſcripta ad *l.ſi pupillus 127. inf. de verb. oblig.* & not. ad *l. quod pupillus, ſup. de condict. indeb.*

L.22. §.1. Plane Falcidiam exercet) Quoniam quaſi heres eſt.

L.24. Falcidiæ legis rationem) Huic l. conjunge *l. Paulus reſpondit, inf. ad Trebell.* ubi additur, ei auferri res ſubtractas, quaſi indigno, cui portio relicta eſt, id eſt, legata, *l.mulier, inf. ad Trebell. l.non eſt, C. de legat.* Vide ſcripta ad *l.6. inf. de his, quib. ut indign.*

At ſi heres quæ) Senſus eſt: Ex eis heredem Falcidiam non detrahere, ſed fiſcum.

L.27. L.Falc. beneficio omiſſo) vide notata ad *l. quod de bonis, §.1. ſup.* & ſcripta ad *l.nemo poteſt, ſup.de legat. 1.*

Exheredes ſunto) vide ſcripta à me ad fin. *tit.22. Frag.*

E *Ulpian.*

L.29. Hoc imputandum eſſe in Falcidiam) Id eſt, numerari inter ea, quæ patiuntur Falcidiam, vide not. ad *l. ſi à ſervo, h.tit. & l.25. ſup. de legat.1.*

L.32.§.1. Cautionem prætoriam) Eſt enim ex edicto prætoris, vide ſcripta ad *l.5. §. communes, inf. de verb. obligat.* Adde *l.3. Quamvis, inf.tit. prox.*

Omnes enim) Præterquam in factis individuis, *l.2. inf. de verb. oblig.* vide not. & ſcripta ad *l.4. §. Cato, eod.*

L.36. Sed ſi non) vide ſcripta ad *l.plane ſi filium, §.ſi cui Stichus, ſup. de legat.1. & l.26. ſup. de legat.1.* ubi dicitur, id tantum legatum videri, quod ſupereſt deducto eo, quod legatarius dedit conditionis implendæ cauſſa. Dicendum illam l. 26. non pertinere ad l. Falcidiam, data conditio-

ditio-

A ditionis implendæ cauſſa in rationem Falcidiæ non computantur, id eſt, illis non deductis, ex toto legato detrahitur Falcidia, vide ſcripta ad *d. l. 26.*

L.54. ut in fam. cum relinq.) Sic in *l.filiusfamilias, §.cum pater, ſup. de leg.1.* & in veteribus inſcriptionibus, *Fidei veſtræ commendo*, ne quis vendat, aut alienet. Hic palam fideicommiſit, nec eſt nudum præceptum.

Quaſi creditores) Defuncti.

Aliquid poſſis deducere) In ponenda ratione legis Falcidiæ, quod defunctus debuit heredibus, etiam deducitur, *l.in imponenda, C. eod.*

In alieno ære habuit fundum) Eum debuit omnibus.

Neceſſitate quippe obſtrict.) ut tit. *de obligat. in princ. & l.in vendentis, C. de contr. empt.* vide ſcripta ibi.

L. 59. SC. Planciano) hoc ſenatuſconſultum intelligit Ulpianus *tit.25. Frag. ad fiſc. pertinet*, vide ſcripta ad *l.in tacitis, ſup. de legat.1.* B

L.65. Sed ſi aurei) vide not. ad *l.ad Veterani*, & ſcripta ad *l.26. ſup. eod.*

Dicendum) Obſtat *l. hujuſmodi legatum 84. ſup. de legat. 1.* vide ſolut. in ſcriptis ad eum locum.

L.67. Quam ei capere liceret) Ex lege Papia, ut monet inſcriptio.

Debeatur) Exemplum ſume ex *l. 2. C. de naturalib. liber.*

L.68. 30.annorum computetur) Opponitur *lex an uſusfructus, de uſufr.* reſpondeo, uſumfructum relictum reipubl. finiri annis centum, & qui relinquitur puero infanti longius produci poſſe non creditur. At quoties de Falcidia quæritur, uſusfructus relictus reipub. tanti æſtimatur, quanti eſt annorum xxx. Harmenop. lib.2. tit.10. C vide cap. 14. de præſcript.

L.69. Quoniam poſt ſenatuſconſultum) De hoc ſenatuſconſulto varios locos notavi in *Frag. Ulp. tit.24. in fin.*

L.86. Fl. §. qui filium ſuum) Obſtat *l.1. §. id quod, ſup. eodem*. Dicendum: hic agi de ſubſtitutione, illic de jure adcreſcendi. Pars quæ accedit jure inſtitutionis ſemper confunditur, ſive ſit integra, ſive exhauſta, quia ſubſtitutus in locum perſonamque ejus, cui ſubſtitutus eſt, venit: pars vero adveniens jure adcreſcendi cum illo non confunditur, quia is, cui adcreſcit, non cenſetur ſubire locum ejus, à quo deficit.

§. Qui filios) vide ſcripta ad *l. 92. ſi fundum per fideic. §. ult. inf. de legat.1.*

L.qui cccc. §. qui cc.) hujus §. ſpeciem vide in ſcriptis ad *l.18. inf. tit. prox.* D

Amplius in meo, quam in tuo legato eſt) Primus præſtabit xvii. & unius ſeptimam: ſecundus præſtabit xii. & ſex ſeptimas.

L.Divi Severus. Et ut idoneis hominibus) Legendum ut Flor. *nominibus*. Similis error eſt in *l.3. C. de uſur. pupill.* vide not. ad eam.

L.In quartam) vide ſcripta ad *l.25.& 26. inf. de legat.*

Imputantur res) Nam Falcidia eſt quarta hereditatis.

Vel implendæ conditionis cauſſa) Nam ea dicitur heres accipere mortis cauſſa, non jure hereditario: vide notata ad *l.ad veterani, ſup. eod.* & ſcripta ad *l.26. ſup.de leg. 1.*

Sed in fideicommiſſ. heredit. reſtit.) In Falcidiam ea tantum, quæ ſumuntur jure, & titulo heredis, imputantur, non cætera. In Trebell. vero ea computantur, quæ quomodo ſumuntur ex bonis reſtitutioni ſubjectis. E

Sive præcipere) Si retinere, præcipere, deducere jubeatur heres, legatum eſt, *l.3. §. cum Pollidius, ſup. de uſur.* ſi accipere jubeatur, eſt fideicommiſſum, *l.fideicommiſſa, §. cum eſſent, ſup. de leg.3.*

Pro ea vero parte) Id eſt, quæ ſumuntur ex bonis coheredis, non explent Trebell.

Ut Divus Pius conſtituit) hic locus conjunctus *l. accepit, inf. eod. & l.ex edicto, ad Trebell.* indicat, Adrianum etiam Pium vocari. Id etiam indicat *l.ſi de vi, ſup. de judic.* juncta *l.5. §.1. inf. ad leg. Jul. de vi publica.*

Sed & quod implenda) vide not. ad *l. civitatibus, §.ult. ſup. de leg. 1.*

A *Heredi datur*) A fideicommiſſario univerſali.

In eadem cauſſa eſſe) Ponendum, juberi fideicommiſſarium univerſalem illa dare, quaſi fideicommiſſum. Nam ea tunc imputantur in Trebellianam, quia quod datur heredi à fideicommiſſario univerſali fideicommiſſi jure, videtur manare ex ipſis rebus, quæ reſtituuntur, quod datur fideicommiſſum venditionis implendæ cauſſa imputatur in Trebellianam: alioquin, quæ ſumuntur ex bonis, cui fit reſtitutio, non imputantur in quartam, *l. in ratione, §. tametſi, ſup. eod.*

L. Si miles) Militi hoc privilegium datur tantum, quandiu militat, non poſt, ne intra annum quidem miſſionis. Conjunge *l.ult. inf. eod.*

L.Maritus, §.ult. Ad judicis officium pert.) vide ſcripta ad *l.5. C. de probat.*

B *L.ult. Miles, ut ſup. l.ſi miles*) Militi hoc privilegium datur, quandiu militat, non poſt, ne quidem intra annum miſſionis.

Si cui plus quam per l. Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur. TIT. III.

L. 3. §. Quamvis. Quibus propterea cautionis) Legendum, *prætoriæ cautionis*, vide ſcripta ad *l. 5. inf. de verb. obligat.*

§. Quæſitum eſt) vide ſcripta ad *l.133. inf. de verbor. obligat.*

L. 7. Ceſſantium) vide ſcripta ad *l. ſi à pluribus 107. ſupra de legat. 1.* & notat. ad *l. pecuniæ, ſup. de aliment. legat.*

C

AD LIBRUM XXXVI.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum. TIT. I.

L*Ex 1. §.ſi filio, vel ſervo. Idem eſt. & ſi ipſi*) Opponunt hunc locum *l.11. ſup. de leg. 1.* male. Nec enim ex eo, quod ait, locum eſſe Trebelliano, ſequitur, etiam eſſe locum Falcidiæ. Sed ſenſus eſt, patrem transferre actiones in filium, Falcidiam vero non retinet: vide ſcripta ad *d. l. 11.*

§. Fuit quæſitum) Differentias inter puberem, & impuberem, vide in ſcriptis ad *l.101. de verb. oblig.*

L. 7. Nomen Veſpilonis) Male Flor. *Viſpellionis*. Et male in gloſſa. *Sed ibi eſt Veſpertilio*. Quæ verba delenda ſunt, vide not. ad *l.qui dotem, §. pen. inf. de ſolut. & ad l.facta, §. ſi vero nominis, inf. eod.* D

L.11. Apud Julianum) vide ſcripta & not. ad *l.debitor 59. inf. eodem.*

§. Utrum autem) Quæſtio eſt, an poſſit quis per procuratorem ſucceſſionem acquirere: & hereditas per procuratorem acquiri non poteſt, *l.per procuratorem. ſup. de acq.hered.* Bonorum poſſeſſio acquiri poteſt per procuratorem. Reſtitutio fideicommiſſariæ hereditatis eſt ſucceſſio quædam, *l.non enim, inf. eod.* Heres abſens cogi poteſt, ut hereditatem reſtituat, *l.recuſare, h. t.* Sic cogi poteſt ut procuratori abſentis fideicommiſſarii reſtituat. Obſtat *l.ſi mulier, §.ex aſſe, ſup. de jure dot.* vide not. ad eam. Obſtat etiam *l.ſed nec ipſi, inf. eod.* Obſtat quoque dubitatio ex *l.qui ita, §.etiam, inf. eod.* Ad quam etiam totus hic §. pertinet, vide not. ad *d. l.ſed nec ipſi*, & ad *d. §. etiam*. E

Heredi ſuccurri) Per conſtitutionem divi Pii.

§. 2. Sive cautum ei fiat) Quia cautio fragilis eſt, *l.qui ita, §.etiam, inf. eod.*

§.2. Ex reſcripto Divi Pii) Hic Pius dicitur Titus Antoninus in *l.prox. inf. hic*. Qui dicitur Pius in *l. ſi cui pure, inf.* dicitur Antoninus in *l.ſi patroni, §.1. inf. eod.*

Compellendum eum adire) Per prætorem ſcil. Nam ex cauſſa patet aditus ſervo ad prætorem propter ſpem libertatis, & hered. relictæ, *l.mulier, §.ex aſſe, inf. eod.*

Reſtituatur hereditas) Obſtat *l.ſi cui pure, §.1. inf. eod.* Sed hic non proponitur libertas relicta Albino in diem. Nihil ergo iſte §. ad rem facit. Opponitur etiam *l. cogi, inf. eod.* Dicendum, Albinam fuiſſe ſervam hereditariam,

non

Digitized by Google

non heredis: Opponitur ſortius; *l.non eſt cogendus*, *inſ. eod.* vide ſolut. in not. ad eam l. A

Qui rogatus adiit) Lege, *qui coactus*, qui compulſus.

Perinde permittatur) Novum eſt hoc beneficium, ut hereditas adita habeatur pro non adita.

In gloſſ. & reſtituere) *procuratori in rem ſuam*) Pro quibus dic: male eum vocat Accurſius procuratorem in rem ſuam. Vide not. ad *d. §. ex aſſe, l. ſi mulier, ſup. de jure dot.*

In gloſſ. deceſſerit) Fideicommiſſum purum, alioquin tranſit ad heredes. Qua de re male hic dubitat Accurſius, *d. l. cum filio, in fin. ſup. de leg.* 1. Nam in ea lege fideicommiſſum fuit conditionale, & ideo non tranſmittitur.

L.12. Sed eum) Con. *l.non eſt cogendus, inſ. eod.* vide not. ad eam. B

Imp. Titus Antoninus) hic dicitur Pius, *l.proxima, ſup.* vide ſcripta, & not. ad eam.

Neque pupillum extra ordinem) Hic locus explicandus eſt ex *lege nam quod, inſ. eod.* ut pupillo non detur reſtitutio in iotegrum, ut poſtulante fideicommiſſario adeat repudiatam hereditatem, ſi res non ſit integra, ſi bona vendita, ſi negotia hereditaria finita ſint. Ergo ad hunc caſum non pertinebit remedium Divi Pii, quo ii tantum utitur, qui coactus adiit.

In gloſ. Neque pupillum trib. modis) Tees hæ Accurſii interpretationes falſæ ſuot: peimum, quia eeſtitutio datur tantum adverſus geſta: hic autem nunquam adiit: 2. quia illis caſibus non habet locum reſtitutio: 3. inteepretatio nulla eſt, non debere pupillum eeſtitui adverſus aditionem. Quod tamen lex negat: vide ſcripta ad hunc locum. C

L.13. Ille à quo) Obſtat huic *l. lex ita tamen, §. à patre, inſ. eod.* Ex qua colligunt, heredem non cogi adire hereditatem ante conditionem fideicommiſſi. Vide ſolut. in not. ad *d. §. à patre.*

Igitur non deſideratur) Id eſt, poſt conſtitutionem Divi Pii.

Heredis præſentia) Scribere debuit, *fideicommiſſarii*, pro, *heredis*. Nam de fideicommiſſarii quæritur præſentia, vel interpretare, *heredis*, id eſt, fideicommiſſarii, quod caret exemplo.

L.14. Sed & qui rep.) Ex hoc §.explicanda *l.12. ſup.eod.* vide not. & ſcripta ad eam.

Plane ſi bona venierint) Aut ees integra non ſit.

Reſtituere) Scilicet fideicommiſſariam hereditatem per prætorem. D

L.16. verſ. Sed etſi, cogi poterit adire) vide not. & ſcripta ad *l.Titius, inſ. eodem.*

L. 17. ut hereditatem ſuam) vide ſcripta ad *l. filiusfam. §. cum quis, ſup. de leg.1.*

Julianus quoque lib.40.) id eſt, *l. ita tamen §. Trebell. inſ. hoc tit.*

Vt hereditatem) Titii reſtituas, ſicut rogari potes, ut res tibi ab alio legatas reſtituas.

§. Si quis rogatus, naturalem filium) Naturales liberi ſunt, quos ex ancilla ſuſcepimus, ac ideo ſervi ſont aut libertini, vide notat. ad *l.naturalis, ſup. de præſcript. verb.*

§. Si quis autem, in fin. magis dicendum eſt) vide ſcripta ad *l. qui duos, ſup. de reb. dub.*

§. ult. Si quis ita) vide ſcripta ad *l. filiusfamil. §. cum quis, ſup. de leg.1.* E

L.18. In fideicommiſſaria) Huic regulæ locus eſt, & ſi teſtator dixerit, rogo ut quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, aut ſuperfuerit, reddas, *l.deducta, §. pen. l.ſcribit, l.heredes, inſ.eod. l.quod his verbis, ſup. de legat.3.* Opponitur *l.3. neque, ſup. de uſur. & l.Balliſta, inſ. eod.* vide ſolut. in not. ad dictas leges, & ſcripta hic. Excipe obligationem uſurarum, & fructuum, *l.poſtulante, §. ſed etſi, l.deducta, inſ. eod.*

Conſtat non venire fructus) Aut ea, quæ ſunt fructuum vice.

Non venire) Etiamſi coactus adeat:

Niſi ex mora facta eſt) Mora autem demum fieri intelligitur, ſi petenti non reſtituam fructus. Paulus fin. 3. Sentent. *l.mulier, §. ſi heres, inſ. eod.*

Aut cum quis ſpecialiter fuerit rogatus) Ergo tacita voluntas non ſufficit. Excipe caſum *l.3. nonnunquam, ſup.de uſur.*

Plane fructus in quartam) Excipe filios: nam iis fructus in quartam non imputantur, etiamſi teſtator id juſſerit, *l. jubemus, C. eod.* quæ derogat *legi Papinianus, §. unde ſi quis, ſup. de inoffic. teſt.* Idem eſt, & in quarta Falcidia, *l.quod de bonis, ſup. ad l.Falc. l.qui quadringenta, §. qui ducenta, illo tit.* Ratio eſt, quia jure hereditario, & ex judicio teſtatoris capiuntur. Itaque fructus percepti ex re propria heredis ei legata non imputantur in Falcidiam, quia non hereditario, ſed dominii jure capiuntur, *l.Falcidia, ſup. tit. prox.* Item fructus fideicommiſſi puri, aut legati ante mortem percepti, vel aditionem, non imputantur in Falcidia, *l.in rationem, illo tit.* Addendum, fructus quoque in dotem imputari, *l. mulier, §. pen. inſ. eod.* Quod per conſequentiam videtur ſublatum per *d. l. jubemus*. Nam ſi filii fructus non imputant in Falcidiam, nec in dotem eos imputabunt, *Nov.39.* Item fructus imputantur in œs alienum defuncti, *l.cum pater, §.Titio, ſup. de leg.2. l.quod de bonis, §.quod avus, ſup. tit. prox.* Stulte quærunt, an fructus imputentur in quartam naturæ cum nulla ſit quarta naturæ. Nam liberis natura non taxavit certam partem. Ideoque ſemper dicitur in Nov. *νόμιμον μέρος*, nunquam *φυσικόν*. Nam hæc quarta eſt à lege: liberi inſtituti capiunt quartam ex *l.Falcidia, aut Trebel.* At exheredati quartam capiunt jure legati, aut fideicommiſſi: alioquin inofficioſum eſt teſtamentum. Excipe quoque fructus, qui ſunt reſtituendi, ſupplendi fideicommiſſi cauſſa: Nam hi in reſtitutionum veniunt, *l.ſcribit, l.ita tamen, §.ex aſſe, l.mulier, inſ.eod.l.quod de bonis, §. fructus, & l. Falcidia, ſup. ad leg. Falcid.*

Verſ. quoties quis) Hic §. rationem continet ſuperioris regulæ: ideoque Græci addunt *γάρ*: lib.35. *Βασιλ.* tit. 5. *Harmenop. lib.5. Epit. tit.8.* Quare male hic verſiculus ſeparatur ab initio legis.

Quod fuit hereditatis) Hinc excipe fructus inventos in hereditate. Nam ii veniunt in reſtitutionem, *l.ita tamen, §.1. inſ. eod. l.centurio, ſup. de vulg.*

Fructus autem) Percepti poſt aditionem.

Non hereditati) Quia aditione deſinit eſſe hereditas.

L.22. §.1. Vetere fideicommiſſ. libert.) Paulus *lib.4. Sent. tit.1. in fin.* Jus omne fideicomm. non in vindicatione, ſed in petitione conſiſtit, & ad *l.pen. inſ.de fideicommiſ. libert.* Græci notant fideicommiſſariam libertatem eſſe *ἐν αἰτήσει*, directam competere *αὐτομάτως*, vide ſcripta ad *l.28. §. 1. de leg. 1.*

Videntur) vide ſcripta ad *l.18. ſup. eodem.*

§. Sed enim ſi quis) In legatis heres præſtat etiam leviſſimam culpam: in fideicommiſſis non niſi dolum, & latam culpam: vide rationem diverſitatis in notat. & ſcriptis ad *l.26. §.1. ſup. de leg.1.*

§. Cum proponeretur) Idem dicitur in *Nov.39.*

Potius fructibus hoc expenſum) vide ſcripta ad *l.18.ſup. eod.* Hoc per conſequentias ſublatum videtur in *l. jubemus, C. eod.*

§. Vt Trebelliano) Solus heres, aut quaſi heres detrahit Falcidiam.

L.23. Quoties) vide ſcripta ad *l.utrum, §. quæſitum, ſup. de reb. dub.*

L.25. §.1. Si ſervo) vide ſcripta ad *l.11. ſup. de leg. 1.* & ad *l.5. §.ſi ſervum, ſup. de his, quib. ut indign.*

§. Si quis filium) Citatur hic Juliani locus in *l.ſi ſervum* 91. *§. de illo, inſ. de verb. obl.* vide ſcripta ib.

Heredes filii) Aliud eſt in ſervo legato. Eum enim fruſtra heres manumittit, vide ſcripta ad *l.ſi poſt mortem, §.1. de leg. 1.*

Favore ſui ſervata) Idem olim obtinuit in legatis damnationis, ſed ex *l.ult.§.ſin autem, C.commun. de leg.* In iis & fideicommiſſis idem eſt, quod in legatis.

L.26.Omnibus civitatibus) Idem Ulp. in *Fragm.tit.22.*

L.27.

L.27. §. à patre. Quia ſub conditione fideicommiſſi) Hinc A colligunt, heredem non cogi adire ante conditionem fideicommiſſi, quod obſtat *l.23. ſup. eod.* Dicendum: hic proponi duas rationes, quæ conjungendæ ſunt, ut pondus habeant. Prima hæc ratio per ſe infirma eſt: vide ſcripta ad *l.11. §. utrum, ſup. eod.*

§. Trebellianum) Hic §. citatur in *l. ex facto in princ. ſup. eod.* dum dicitur, *Julianus lib.40. Digeſt.*

L.30. Non ut ſtatim reſtit.) Hoc idem in cæteris locum habet, *l.omnes, eodem tit.*

L. 31. Verſ. ſi autem) Obſtat *§. utrum, l.11. ſup.* ubi egit de conſtit. Divi Pii. Vide notata, & ſcripta ad eum locum.

Hereditas pro fideicommiſſ.) Sive pure, ſive in diem.

Divus Pius) Hic dicitur Titus Antoninus in *l.ſi patroni, §. 1. eod.* Sic in *§.utrum, l.11.& l.13. ſup.eod.* vide not. B & ſcripta ad *d. §. utrum.*

L.32. Exiſtimo etiam fructus) Obſtat *l.quod his verbis, ſup. de leg.3.* Dicendum: hic fructus deberi ex tacita voluntate defuncti, quia hereditatem noluit reſtitui ex fideicommiſſo, ſed ex cautione conventionali ſcripta ab herede, quæ cautio ſemper recipit incrementum fructuum, *l.pecuniæ, §.1. inf. de verb. ſign.* vide ſcripta ad *l.23. ſup. de leg.1.* & vide Obſer. lib.4. cap.pen. & ſcripta ad *l.in fideicommiſſaria, ſup. eod.*

L.34. Si ejus, qui) Obſtat *l.qui duos, ſup.de reb. dub. l.qui duos, ſup. de vulg. & pupill. & l.pen. inf. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.* Sed dicendum cum Accurſio hic, hæc ita tradi in hac lege, quia Titius fuit inſtitutus in partem tantum ſupremi. Pars ea incerta eſt, quia incertum eſt quis prior deceſſerit, conſequenter hoc incerto vitiatur C fideicommiſſum. At in *d. l. qui duos*, & ſimilibus, non tantum ſubſtituit in partem ſupremi, ſed ſubſtituit ſupremo morienti ea lege, ut utriuſque hereditas perveniret ad ſubſtitutum, & ita inventurum in parte ſecundi partem primi: ideoque utriuſque partem obtinebit ſubſtitutus, juxta mentem teſtatoris, vide ſcripta ad *l. qui duos, de reb. dub.*

L.39. Sed nec ipſi) Objicitur *§. utrum l. apud Julianum, ſup. eod.* Sed non obſtat: nam *d. §. utrum* loquitur de procuratore ejus, qui abeſt. Tutori autem abſentis, vel præſentis reſtitui poteſt, non præſentis, aut ejus, qui fari poteſt, *l.pen. Cod. eod.* vide notata, & ſcripta ad dictum *§. utrum.*

L.44. §.1. Deſidero verbotenus) Hæc verba tranſpoſita ſunt. Sic legendum: *deſidero verbotenus mihi reſtitui* D *hereditatem ex Trebelliano SC. ut agens ex eo competentibus actionibus propter uſuras*, vide ſcripta, & notata ad *l.18. ſup. eod.*

L.46. Cum ad annos ſexdecim) Legend. *annos quatuordecim*, non ſexdecim. Similes errores ſunt in *l.non putabam, ſup. de condition. & demonſtrat. in l. Publius* illo titulo, in *l.Thais, de fideicom. libert.* vide ſcripta Obſer.2. cap.1. & ſcripta ad *l.ſi cui, ſup. de leg.1.* & ad *l.5. ſup.qui teſtam. fac. poſſ.*

L. 50. Filio militi comparari) Non tamen ut poſſit de eo teſtari.

L.53. Non eſt cogendus) huic legi obſtat *§.utrum, l.apud Julianum, ſup. eod.* Sed hæc lex accipienda eſt de herede inſtituto ex parte, hic non cogitur adire, quia etiamſi non adeat, nihil damni facit fideicommiſſarius: quia re- E pudiantis portio accreſcit cæteris cum onere, *l.12. ſup. eod.* quæ eſt conjung. cum hac l. At in ſpecie *d. §.utrum*, Titius proponitur inſtitutus ex aſſe, non ex parte. Is cogi poteſt, ut adeat, ab eo, qui à legatario libertatem accepit, & ab herede hereditatem. Cogi poteſt, etiamſi nondum exſiſtat conditio libertatis, *l.13. §.eod.* vide ſcripta ad *d. §. utrum, ſup.eod.*

L.54. Titius rogatus eſt) Heres aut ſimpliciter rogatur reſtituere hereditatem, & tunc nihil poteſt alienare, aut deminuere: aut quod ex ea ſuperfuerit, & tunc dic ut hic. Hæc eſt vetus diſtinctio teſte Juſt. *Nov.39.* ea etiam utitur Juſtin. in *Nov.108.* ubi citat hanc *l. Titius*, quod ex hereditate ſupereſſet, intervertendi fideicommiſſi gratia. Idem mala fide minuendi fideicommiſſi ſtudio, *εἰς ἀπάτην.*

Sed pro rata patrimonii) *Ἀναλόγως*, ut ſi in fideicommiſſo ſint centum, in bonis heredis ducenta, & viginti duo expenſa ſint, ex bonis heredis decedent 8. ex fideicommiſſo quatuor.

Militi, relinqui placeret) Tanquam præcipuum. Notandum in *Nov. 108.* alium reſtitutionis modum præſcriptum. Nam primum heres rogatus ſuperfluum reſtituere, poteſt ex omni cauſſa pro dodrante deminuere, & præterea ſi juſta ſit cauſſa, nec bona habeat, ex quadrante relicto heredi aliquid capere. Et hoc verum eſt non tantum, ſi filii rogati ſunt, ſed etſi extranei. Quare Julianus Anteceſſor recte putat, extraneum heredem poſſe ſumere ex quadrante dotis, aut donationis propter nuptias cauſſa, quod & Accurſius ſequitur in *Nov. 39.* Addendum, etiam liberos rogatos cavere de quadrante ſervando fideicommiſſario, *d.Nov.108.* Sed pugnat *l.jubemus, §.1. Cod. hoc tit.* vide ſolut. in notat. ad eam, & ſcriptis hic. Quærit Bartolus, an is, cui ſuperfluum reſtituitur, ſit fideicommiſſarius Trebellianus. Et verius eſt eſſe, & actiones in eum pro rata tranſire. Nam hæc l. nihil alioquin pertineret ad hunc titulum, nec obſtat *l.cogi, ſup.eod.* Nam in eo quoniam dixit deductis oneribus, ideo non eſt fideicommiſſarius Trebellianus.

Cautionem exigere debet) De reſtituendo, & de dolo.

L.55. §.1. Imp. Titus Antoninus) Hic dicitur Pius in *l.ſi cui pure, d.l.11. §. utrum*, & ibi notat. & *l.13. ſup. eod.*

§. ult. actiones) Sic Trebelliani exceptio in *l.28. ſup. de judic.* vide not. ad eam.

L.57. §.1. cum ita) huic §. obſtat *l.pen. C. de impub.* ſed diverſitatis ratio eſt in *l. pen.* repellitur non tam, quod veniat contra verba, quam quod veniat contra mentem. At in hoc §. venit ex mente defuncti, licet contra verba, vide ſcripta ad hunc locum.

§.1. Partem ſuam ſuperſtiti) hæc eſt ſubſtitutio mutua, & reciproca teſte Juſt. in Nov.118.

Propter conditionis verba) Si uterque ſine liberis.

Ceſſante precaria ſubſtitutione) Fideicommiſſum hereditatis hic vocat ſubſtitutionem. Sic Græci vocant *ὑποκατάστασιν* ſæpe, quod eſt *ἀντικατάστασιν*. Hic recte dicitur ſubſtitutio, eſt enim ſubſtitutio precaria.

Suſcepiſſet) Contra tamen in eadem plane ſpecie pro legitimo Senatus Toloſanus judicavit.

L.58. §.qui poſt. Nec indebiti repetitio erit) id eſt, heredi in fideicommiſſarium, qui exegit uſuras, non dabitur reſtitutio, quaſi plus debito reſtituerit, ut in *l.pen. inf. eod.* vide ſcripta ad *l.18. ſup. eod.*

§.ult. In fin. ſi non in fraudem) *εἰς ἀπάτην.*

L.59. Debitor) hæc lex eſt de confuſione obligationis, deſumpta eſt ex libro 4. quæſt. Pauli, quo aliam quoque quæſtionem tractavit de confuſione, *l.Uranius, inf. de fidejuſſorib.* quæ lex obſtat huic legi, ut *lex cum principalis, inf. de reg. jur. & lex eos, C. de uſur. & l.ſi quis in emptione, C. de præſcript.40.an. & l.plures, C. de fide inſtrument.* vide ſolut. in not. ad eas, & hic.

Vt jure dominii) Omiſſis hiſce ſolemnibus, quod ſolus princeps poteſt concedere, *l.eleganter, ſup. de negot. geſt.* vide cap.a t. de præſcript.

Remanet ergo propter pignus) id eſt, ut pignus perſequi liceat.

Reſponſum eſt) A Juliano ſcilicet, ut *l.ita tamen, §.ſi præceptis, ſup. eod.* & in eam rem citatur Julianus in *l. apud Julianum, in pr. ſup. eod.*

§. ult. Ea quæ) Opponitur *lex Cajus, ſup. ſol.matrim.& lex pater, C. de pact. conv.* Verum illæ loquuntur de parentibus, qui paciſcuntur liberis. Hæc de filia, quæ paciſcitur matri, quod non valet, *l.cum per ſe, C.de pact. dotal.*

Judex aditus) Legendum addictus, ut in *l.filii, & l.ſi qua, C. famil. erciſc.* Macrobius addicere judicia, id eſt, dare: vide not. ad *d. l. filii.*

Pacta erat) Non quæret matri actionem, quia alteri non paciſcimur recte.

L. 61. Paulus reſpondit) huic legi con. *l. Falcidiæ, &*

l.Tau-

l. Paulus, ſup. ad l. Falcid. vide not. ad eam, & ſcripta ad l. 6. ſup. de his, quib. ut indig.

L. 63. §. Si vero, nec enim in famoſis) Forte etiam remittetur conditio, ſi à muliere teſtamento jubentur remittere nomen. Cic. ad Att. vide ſcripta ad l. filiusfam. §. dixi ſecundo, ſup. de leg. 1.

L. 64. Si ejus pupilli) An & quaodo pupillus ſine auctoritate tutoris obligetur, vide ſcripta ad l. pupilli, inf. de verb.oblig. & not. ad l.quod pupillus, ſup. de condict.indeb.

L. 65. §. ult. vel in creditum ire) De hoc verbo vide ſcripta ad l. in navem, ſup. loc.

L. 66. §. 1. Etiam abſentis) vide not.& ſcripta ad §. veterum, l.apud Julianum, ſup. eod. Heredi ſubvenitur, ſi in captionem incidit exemplo conſtitutionis divi Pii.

Propter fragilitatem tautionis) Quia labi facultatibus fidejuſſores facile poſſunt.

L. 67. Nec bonis me immiſcere) id eſt, in rem mitti: nam fideicommiſſarius, vel fideicommiſſum accipit ab herede, vel in rem mittitur.

L. 68. Quin hodie coactus) Aperte deſignatur hic Senatuſconſultum Pegaſianum, ſed Tribonianus ubique repoſuit Trebell. ut & hic. Heres enim cogebatur adire ex Pegaſiano. Ulp. in Frgm. tit. de fideicom. §. ſed ſi recuſabat, Inſt. de fideicom. her. ſic & in l. jubemus, C. eodem tit. vide ſcripta ad l. 18. ſup. eod.

L. 70. §. 1. Ulla civilis actio) id eſt, directa.

L. 74. §. 1. Fab. Antoninus) Hic §. obſtat l.nec putabam, ſup. de cond. & demonſtrat. ubi dicitur, oportere eſſe impletum anoum 14. Dicendum, quod in ea l. traditur, tradi ex decreto Antonini Caracallæ, quam ſemper iotelligit Paulus, cum ait, Imperator noſter. Referuntor ergo in hoc §. & d.l. non putabam, diſcrepantia duorum Impp. decreta, ſed probandum potius eſſe decretum Pii, quod eſt in d. l.non putabam docet l. ſi cui legetur, ſup. de leg. 1. quæ ait, eo nos jure certo uti: idem etiam decretum confirmavit imperator Alexander in l.pen. C. quando dies leg. ced. Sic de theſauro conſtat referri pugnantia imperatorum decreta in l.3. §. ſi in locis, inf. de jure fiſci & Adriani in §. Theſaurus, Inſt. de rerum diviſ. vide ſcripta ad d. l. ſi cui legetur, & ſcripta ad l. 5. qui teſt. fac. poſſ.

Et ingreſſus viceſimum) vide cap. 28. inf. de præſcript.

Imperator autem noſter) Antoninus Caracalla: oam eum ſemper Paulus intelligit.

L. 78. §. 1. Fideicommiſſum petere) vide ſcripta, & notata ad l. ſi à plurib. 107. ſup. de leg. 1.

L. 80. Eoſdemque creditores) Debitor non cogitur adire, niſi recepta pecunia, aot cautione, vel ſi ſponte adeat, retinet debitam pecuniam: Sed ſi adeat, & reſtituat, nulla habita ratione debiti, adhuc dices, ei dari conditionem indebiti, quaſi plus debito reſtituerit: vide ſcripta ad l. Titius 54. ſup. eod.

Petere poſſint) Condicere, ut indebite ſulutum.

Sed fideicommiſſi repet.) vide ſcripta ad l. deducta, §. qui poteſt, ſup. & ad l. 18. ſup. eod. & ad l. 54. Titius, ſup. eod.

L. ult. Quum ſolus Phœbus egiſſet victus eſt) Flor. cum ſolum Phœbus egiſſet, μονομερῶς: victus eſt, μονομερῶς, id eſt, altera tantum parte præſente: vide ſcripta Obſer. lib. 4. cap. 32. & in Nov. 53. Eſtque hoc in appellationibus ſingulare, ut earum cauſſa agi poſſit: μονομερῶς, una tantum parte præſente, l. ult. §. illud, C. de appellat. & ſcripta ad l.pen. C. de teſtam.

Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat.

TIT. II.

L. 7. §. ult. vel ei cui ſervus) Legendum, Si pro ei. Similis error eſt in l. 1. §. pen. inf. ut in poſſeſſ. legat.

L. 10. Non unum legatum eſſe, ſed plura) At ſtipulatio in annos ſingulos una eſt: vide ſcripta ad l. 16. §. 1. de verb. oblig.

L. 12. §. Noviſſime) vide ſcripta ad l. 16. §. 1. inf. de verb. oblig.

§. Si cui homo) Paulus lib. 3. Sent. tit. de leg. vide ſcripta ad l. 5. ſup. de leg. 1.

L. 15. Si morte patris ſui) Idem eſt, ac ſi ſimpliciter dixiſſet, ſi morte patris ſui juris fiat. Quia videtur non tam fuiſſe ſollicitus de modo, quam de fine: vide ſcripta ad l. 121. §. inſulam, inf. de verbor. obli.

L. 17. Cum legato) Con. l.91. quæſitum eſt, ſup. de leg. 1. utraque eſt ex libro 16. Digeſtorum Juliani, in quo diſputavit de regula Catoniana.

Sed regula juris) id eſt, regula Catoniana, ea eſt regula juris aotiqui, non novi, dicitur ſententia io l. Julianus, ſup. de conditionib. & demonſtrat. & definitio in l. 1. ſup. de regula Catoniana.

Quod conſiſtere) vide notatá, & ſcripta ad l. 25. ſup. de leg. 1.

L. 19. Cum fine) vide not. ad l. 1. §. item ſi ita, ſup. ad l. Falc. & ad tit. ſup. penu. leg. vide etiam ſcripta ad l. 105. inf. de verb. obl.

Non efficitur, vel duo legata) id eſt, utilitas, & effectus juris eo pertinet, ut videatur unom tantum eſſe legatum, quamvis duo ſint. Hic nihil obſtat l. 1. §. item ſi ita, ad l. Falcid.

Neque penum relinquet: vide ſcripta ad l.9. inf. de verb. obligat.

L. 20. In fine, quæ ſententia vera eſt) vide ſcripta ad l. 16. §. 1. inf. de verb. obl.

L. 22. Si Titio) vide ſcripta ad l. ſi cui legetur, ſup. de leg. 1. Obſtat lex pen. C. eod. vide ſolut. in notat. ad eam l. pen. & ſcripta ad l. 56. §. ſi ita ſtipulatus, inf. de verb. obli.

An priore ſcrip.) vide ſcripta ad l. 8. infra, de verbor. oblig.

§. 1. Si Titius hered.) vide ſcripta ad tit. ſup. de jure deliber. & ad l. 1. ſup. de juris, & facti ign. & cap. 15. de præſcript. Ulpian. in Frag. tit. 22.

L. 23. Inſpecta conditione legat.) At in ſtipulatione in annos ſingulos ſemel tantum ſpectatur capacitas ſtipulatoris. Vide ſcripta ad l. ſi Stichum, aut Pamphilum mihi debeas, §. ſtipulatio hujuſmodi, inf. de verb. oblig.

L. 24. Si penum) vide ſcripta ad l. ſi Titius, & Sejus: ſeparatim ita ſtipulati. 9. & ad leg. ita ſtipulatus ſum, te ſiſti in certo loco 115. inf. de verb. oblig.

Vel fundum) Fundus hic fœnori comparatur. Unde ſatis refellitur Ferreti ſententia in d. l. ſi Titius, & Sejus: vide ſcripta ad eam.

Et penum legatam, & tranſlatam) Quod in obligationibus eſt novatio, hoc eſt in legatis tranſfuſio, tranſlatio, aut ſub conditione ademptio.

L. Cum illud, aut illud legetur 25. §. 1. Heres meus Titio dato: nummos accepiſſet, nec locupl.) Hoc caſu pupillus naturaliter obligatur, ſi oummos accepiſſet, locupletior factus eſſet. Sic in Florentinis legitur. Quidam male addiderunt, nec debuerunt potius addere, &, repetita ultima ſyllaba verbi recepiſſet: vide not. ad l. quod pupillus ſine tutoris auctoritate 41. ſup. ff. de cond. indeb. & l. ex ſtipulatione, in qua impubes 1. & C. de inutilib. ſtipulationibus: & ſcripta ibi, & ad l. ſi pupillus 127. ff. de verb. oblig.

Ut legatorum, ſeu fideicomm. ſervandorum cauſſa caveatur.

TIT. III.

Hæc cautio vulgaris dicitur in l. filiusfamilias miles 114. §. iidem principes reſcripſerunt, ſup. de leg. 1.

L. legatorum nomine 1. §. Belliſſime quæritur) vide ſcripta ad l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud, quod ego voluero 76. inf. ff. de verb. obl.

L. Poſtquam heres ab hoſtibus captus eſt 5. §. 1. Apud quem ut ſequeſtrem) vide ſcripta ad tit. C. de probib. ſequeſtrat. pecun.

Ut in poſſeſſionem legatorum, vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſſa eſſe liceat. TIT. IV.

Sciendum eſt heredem debere cavere iis, quibus legatum eſt in diem. Hæc dicitur vulgaris cautio in l.filiusfamilias miles 114. ſup. ff. de leg. 1. Hæc cautio remitti teſtamento poteſt ex conſtitut. Divi Marci.

L. 1. Adhuc tamen benigne) Quaſi dicas, ipſo jure non dari conditionem.

§. pen. Ejus cui legatum) Sic Flor. male, legend. ſi cui

Simi-

Similis error eſt in *l. heredis aditio* 7. *§.ult.ſup.quando dies legat. vel fideicom. cedat.*

L. 5. *Qui prior*) Et generaliter creditoris chirographarii ſimul omnes concurrunt, id eſt, nec temporis ulla habetur ratio. Secus fit in hypothecariis, ſi chirographarii ſint ejuſdem tit. nam ſi ſint diverſi tit. creditores, ut unus legatarius, alter creditor, is præfertur, qui prævenit.

§. Imperator Antoninus. Si poſt ſex menſes) vide caput 16. de præſcript.

*L.*11. *In poſſeſſ. ejus miſſus fuerit*) Flor. in poſſeſſionem ejus factus fuerit. Vide ſcripta ad titulum *C. ad Senatuſc. Maced.*

AD LIBRUM XXXVII.

De Bonorum Poſſeſſionibus. TIT. I.

LEx 1. *Itemque dominium*) Poſſeſſionis ſcilicet: nam prætor dominum non facit, aut heredem, ſed poſſeſſorem, vide notata, & ſcripta ad *l.*4. *C.de prob.*

*L.*3. *§.* 1. *Magis quam corporis*) Magis hic ſumitur συνεκτικῶς, ut in *l. jubere, ſup.de juriſdict.* Non enim negamus ideo, quod & corporis ſit, vide ſcripta ad *l.*5. *§.*1. *& l.*6. *ſup. de leg.*1. & cap. pen. lib.2. Obſer.

*L.*7. *§.ult. dies*) Et hoc caſu ſolo patris ſcientia filio nocet.

*L.*10. *Ante apertas tabulas*) Quo tempore petere quidem poterat bon. poſſeſſ. ſecundum tab. non tamen adire ex *l.Papia, l.*1. *§.ſufficit, inf. de bonor. poſſ. ſecundum tab.* Hodie vero licet adire ante apertas tab. *§.in noviſſimo, C. de caduc.toll.*

De bonor. poſſeſſ. contra tab. TIT. IV.

*L.*1. *§.*6. *Verſ. deportatos enim*) vide ſimiles caſus in ſcriptis ad *l.*121. *§.in inſulam, inf. de verb.oblig.*

L. 3. *§. Si emancipatus, eumque exheredare*). Filium ſcilicet.

*L.*5. *Prætorem decernere*) Ergo bonorum poſſeſſio eſt decretalis.

*L.*8. *§.Si quis emancipatum, ſed in extraneo*) vide ſcripta ad fin. *tit.*22. *Frag.* Ulp.

§. ult. in fin. ſive in adoptionem datus) vide ſcripta ad *l.*2. *C. quod cum eo.*

*L.*18. *§.*1. *Tam legati, quam fidei.*) vide ſcripta ad *l.*2. *ſup. de his, quibus ut indign.* & ad *l.* 5. *§. ſi pater*, illo titulo.

Sed & mortis cauſſa) Huic legi in fine obſtat *l.* 5. *§. qui mortis, ſup. de his, quib. ut indig.* ubi dicitur, eum qui falſum, & inofficioſum teſtamentum dicit, non repelli à donat. cauſſa mortis. Cur repellitur, qui petit contra tabulas? Ratio differentiæ eſt, quia qui petit bon. poſſeſſ. contra tab. hic etiam ſucceſſionem obtinet, & ideo privari debet donatione, quæ eſt inſtar legati, quia evertit tabulas, & quidem ab effectu. At qui accuſat teſtamentum, nihil obtinet. Et ideo hoc illi ſaltem indulgetur, ut retineat donationem cauſſa mortis, hoc colore, quaſi illa non pendeat ex teſtamento quæratur, quod fruſtra acquiſivit.

L. 19. *Contra legem eſſe*) Flor. *contra lignum*, id eſt, contra teſtamentum. Etiamſi nullus ex eo adeat. Sic Juvenalis dixit lignum pro chirographo,

De legatis præſtandis contra, &c. TIT. V.

*L.*3. *§.Hoc autem.Sed cui bonor.hab.*) Legatum eſt honor.

*L.*5. *§.Si quis contra.Ordinariam bon. poſſeſſionem*) id eſt Edictalem.

Carbonianam) Id eſt, decretalem.

§. Non ſolum ſi) vide ſcripta ad *l.* 2. *ſup. de his, quibus ut indign.*

*L.*20. *Si filius emancipatus*) Ex hac Græci lib.47.*Baſil.* tit.3. hanc differentiam colligunt, quod ab inteſtato alio ſunt jure legata, ſeu fideicommiſſa, alio donationes cauſſa mortis: Nam donationes cauſſa mortis, inſtar legatorum ſunt, ſi donator teſtatus deceſſerit, ab inteſtato donationes cauſſa mortis non ſunt inſtar legatorum, vide ſcripta ad Rub. *ſup. de leg.*1. ſed tunc potius comparantur contractibus.

De collatione bonorum. TIT. VI.

*L.*1. *§. Quamvis autem*) vide ſcripta ad *prin. tit. C. pro ſoc.*

§. Nec caſtrenſe. Hoc enim præcipuum eſſe) ἐξαίρετον.

*L.*2. *§. ult. in fi. actio detur*) Id eſt, auctio, ſic in *l. ſi exiſtimans, inf. de uſurp. & uſucap.* Flor. & apud Ulp. in *Fragm. tit.*22. vide ſcripta ibid.

*L.*4. *Filium*) Conjunge *l. bonorum* 208. *inf. de verbor. ſignificat.*

L.ult. Interim ceſſat coll. vide not. & ſcripta ad *l.*5. *§. ult. ſup. de reb. dub.*

De conjungendis cum emancipato lib. TIT. VIII.

*L.*1. *Suo nomine*) Sic in *l.* 2. *ſup. de petit. hered.* id eſt, directo, & principali nomine, vide ſcripta, & notata ad *d. l.*2.

*L.*3. *Id caput edicti*) vide not. ad *l.* 1. *ſi pater, inf. tit. prox.*

De ventre in poſſeſſ. mittendo. TIT. IX.

*L.*1. *§. ſi filius in adoptionem mittetur venter*) vide not. & ſcrip. ad *l.*5. *quidam relegatus, §.ult. ſup. de reb. dub.*

§. Si pater ex novo edicto) Permiſit Hadrianus Juliano perpetui edicti Prætoriani conditori, ut & Juſtinianus Triboniano, ut de ſuo quoque adderet, quæ viderentur, quod & fecit, & hæc dicuntur nova edicta, novæ clauſulæ, *l.qui duos, ſup. de conjung. cum eman. liber.* vide ſcripta ad *l. pen. C. de cond. indeb.*

De Carboniano edicto. TIT. X.

*L.*3. *§. ult.*) Hæc autem poſſeſſio decretalis eſt.

Ordinariæ) Id eſt, edictales.

De bon. poſſ. ſecundum tab. TIT. XI.

*L.*1. *§.*1. *Sed ſupremas*) vide not. ad tit. 23. *Frag. Ulp. §. ſufficit.*

*§.*2. *Nec enim opus eſt aper.*) Non poterit tamen adire ex l.Papia, *l.in bonorum, ſup. de bon. poſſeſſ.* Hodie etiam licet adire ante apertas tabulas, *§. in noviſſimo, C. de caduc.toll.* vide ſcripta ad *l.* 1. *ſup. de juris, & facti ignor.*

*L.*5. *Bonorum poſſeſſionem accipere*) vide not. & ſcripta ad *l.*5. *quidam relegatus, ſup. de reb. dub.*

Si à parente quis manumiſſus ſit. TIT. XII.

*L.*1. *§. Si parens vel*) vide ſcripta ad *l.*107. *inf. de ver. oblig.*

Ne judicia ejus inquietet) Idem eſt in patrono, *l.* 3. *§. ſed etſi non mortis, inf. de bonis libert.* Idem in filia, quæ juſſa eſt eſſe contenta dote, vide ſcripta ad *l.* 26. *inf. de verb. oblig.*

*L.*4. *Stipulabitur de filio*) vide ſcripta ad *l.*107. *de verb. oblig.*

L. ult. Neceſſitatem ſolvendæ pietatis) Patria poteſtas leviori vocabulo dicitur pietas, ait Chariſius. Heic quidam emendarunt, *poteſtatis*, pro *pietatis*, male Tertullianus in Apolog. cap. 34. *Gratius eſt vocabulum pietatis, quam poteſtatis.* Patria poteſtas dicitur in pietate conſiſtere, vide etiam ſcripta ad *l. quidam* 132. *inf. de verbor. oblig.*

De jure patronatus. TIT. XIV.

L. 7. *Divus Veſpaſianus*) vide num Veſpaſianum pro Hadriano ſcripſerit, ſicut in *l.* 2. *C. de ædific. priv.* vide not. ad eam. Nam ut in *tit. C. ſi mancip. ita venierit*, libertatis auctor eſt Hadrianus, ſic etiam veriſimile eſt in l.2. quæ idem continet, quod hæc lex, eundem auctorem eſſe, vide ſcripta ad eum titulum.

Et ſi proſtituta eſſet) Hanc l. male accipit Accurſius. Rectius ſic Græci lib.49. *Baſil.* tit.9. & ſi proſtituta eſſet, à ſecundo emptore ſcilicet, vide ſcripta ad tit. *C. ſi mancip. ita venierit.*

De obſequiis à liberis, & libertis, &c. TIT. XV.

*L.*2. *in fi.Interdictum quoque unde vi*) Criminaliter ſcilicet: at poſt civiliter.

*L.*6. *Nec ſervi corrupti agetur*: Quæ actio famoſa eſt, ut colligitur ex *l.nec quicquam, ſup. pro ſoc.*) vide ſcripta ad fin. *C. eod. tit.*

Tom. VI. *Poſt.* Ii *L.*10.

L.10. Nullum jus libet. cauſſa.) vide ſcripta ad *l.* 107. *inf. de verb.oblig.*

AD LIBRUM XXXVIII.

De Operis libertorum. TIT. I.

L. *Ex 7. ut jurisjurandi*) Alias ex jurejurado nulla naſcitur obligatio; vide not.ad *Rub.inf.de ver.obl.*

L.8. Peti poſſe partem operæ) Id eſt, partem æſtimationis operæ.

L.9. Operæ) vide not. ad *l. nemo, de duob. reis conſtit.*

Nec cuiquam alii) Idem in *l. ſi non ſortem, §.libertus, ſup. de condict. indeb.* Officiales operæ promitti non poſſunt, niſi patrono: ſi alii promittantur, nihil agitur, nec promitti poſſunt adjectionis cauſſa, ut in exemplo *§. ult. l. ſeq. patrono, aut Lucio Titio, &c.*

L.11. Nihil autem intereſt) vide not. ad *l. hæ operæ inf.eod.*

L.15. Libertus, qui poſt) Con. *l. cum Stichus, inf. de ſolut.* vide notata ad eam, & ſcripta ad *l. 54. inf. de verb. oblig.*

§. 1. Operar, numero dividi) Solo juris intellectu, non facto.

L.22. Cum patronus) vide ſcripta ad *l. 48. inf. de verbor. oblig. juncta l. nemo, inf. de duobus reis*, quæ omnes ſunt ex libro 22. Digeſtorum Juliani. Docent in eo libro julianum tractaſſe de operis libertorum, eaſque cum aliis operis conruliſſe: vide not. ad *l. nemo.*

L. 26. Vt acquieſcere eos) Argumento hujus loci tradunt, poſt meridiem longis diebus etiam invito locatore iis, qui operas ſuas conduxerunt, ſine damno mercedis licere meridiari: vide cap.2.de præſcript.

L.30. Quam ſi æquum) vide ſcrip. ad *l.43. inf. de verb. oblig.*

L.31. Etiamſi ex ſua volunt.) Idem in *l. creditor, C. de uſur.* Sed obſtat *l.1. C. de fideicommiſſ. & l. 6. ſup. de uſur.* vide not. ad eas ll. & ſcripta ad tit. *C. ut act. ab heredibus, & contra heredes incipiant.*

L.34. Interdum) Vide not. ad *l. ſcribit, §. ult. ſup. de auro, & arg.leg.* De argumento legis, vide ſcripta ad *l.6. ſup. de leg.1.* & Obſer.2. cap. pen.

L.35. Liberta major quinquaginta annis) vide cap.32. de præſcript.

L.36. §.ult. Expromiſſorem) Expromittere eſt pro alio promittere novandi animo, *l. & eleganter, §. ſervus, ſup. de dolo, l. ſi poſt, de condict. cauſſa data, l. debitor, de jure dot.* vide ſcripta ad *l.5. §.ſatis acceptio, inf. de verb. oblig.*

De bonis libert. TIT. II.

L.3. Etiamſi jus annulorum) Conjunge *l. 2. ſup. de ann. leg. & l.16. inf. de verb. oblig.*

§. Si patronatus, verſ. ſi tamen) vide ſcripta ad *l. 100. inf. de verb. oblig.*

L.4. Nullius eſſe libertum) Niſi Acherontis, Plutonis, aut Orci, Ulpian. *in Frag. tit. 2.* Idemque dicendum de directo manumiſſo.

L.14. Lib. capitis accuſaverit) vide not. & ſcripta ad *l.9. ſup. de his, quib.ut indig.*

§. Si patroni filius) Hic §. obſtat *l.5. §.ſunt qui, ſup.de his, quæ ut indig.* Dicendum, inter has duas ſpecies magnam eſſe rationem differentiæ. Advocatus repellitur à teſtamento, quod ſua advocatione improbavit: at non repellitur à ſucceſſione ejus, cujus accuſationi adfuit: nam non ideo videtur jus ſucceſſionis reprobaſſe, ant remiſiſſe, quia non agebatur de illa ſucceſſione: vide ſcripta ad *d.l.5.*

L.16. §. Si quis bonorum) vide ſcripta ad *l.2. ſup. de his, quæ ut indig. auf.*

§. Dabimus: pretio ejus patrono prælegato) Domino prælegatur potius pretium ſervi ſui: vide not. ad *l.Fabius ſup. de pact.dot.* & ſcripta ad *l.9. ſup.de reb. dub.*

L.28. Aut fugerint) Nam qui fugit fere ſe accuſat, *ἑαυτοῦ κατήγορος γίγνεται*, Novell. 53. vide ſcripta ad

A *l.3. C. de reb. cred. & jurejur.*

L.50. Vel tacita pactione) Plinius in initio libri quinti epiſtolar.

De libertis mancipium, & aliarum univerſitatum. TIT. III.

L.1. Mancipibus plenum jus) vide Ulpianum in *Frag. tit.22.*

Si quid in fraudem patroni factum ſit. TIT. V.

L.1. §. Si quis in fraudem, & in re quidem diſtracta). Eadem electio datur in *l.2.C. de reſcind. vend.* vide ſcripta ad eam.

§. Sed ſi rem, vel vicinitatis) *L.quod ſæpe, ſup. de contr. empt.*

§. Si cum ſervo: an intra annum) vide cap. 20. de præſcriptionibus.

L.3. §.1. Hæc actio in perpetuum) vide cap. 30. de

B præſcript.

§. Patronum: volentem Faviana) Hinc collige ad eandem ſpeciem, non pertinere actionem Favianam, & Calviſianam: Nam Faviana datur teſtato liberto, Calviſiana inteſtato, ut & innuit *l.1. C.eodem.*

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt unde liberi. TIT. VII.

L.1. §. Si heres inſtitutus, ab inteſtato rem habet.) Idem in *l.ult. ſup. de his, quæ in teſtamento delentur*, ſed obſtat, *l.12. ſup. de his, quæ ut indign.* ubi fiſcus vocatur. Dicendum, id procedere, ubi ea fuit mens teſtatoris: Quod apparet, ſi totum teſtamentum induxit, aut incidit. At cum heredis tantum nomen induxit, illius tantum odio id feciſſe videtur, ut maluerit fiſcum ſuccedere. Fiſcus omnia onera agnoſcet, quæ non ſubirent legitimi: vide ſcripta ad *d. l.12.*

C *Vnde cognati.* TIT. VIII.

L.1. §. 1. In gloſſ. Lex hæc) Adde ad fin. Sic Paulus *lib.3. Sent. tit. de l.Faviana.* Lex ut apud Cicer. lex annua, apud Varr. lex prætoria, id eſt, edictum prætoris, quale eſt hoc.

L.3. Intra 100.diem) vide cap.15. tit.de præſcript.

L.9. Octavi gradus) Sic in *§.ult. Inſtit. de ſucceſſ.cognat.* uſque ad decimum: vide not.ad *l.non facile, inf.de gradib.*

De ſucceſſorio edicto. TIT. IX.

Hujus edicti duæ ſunt partes. Primum enim continet tempora petendæ bonorum poſſeſſionis, ut parentes, & liberi petant intra annum, cæteri intra centum dies, quibus ſcierint potuerintque. Nam hæc tempora ut cretionum, & aditionum ſunt utilia, non continua. Alterum continet, ut inter bonorum poſſeſſores ſit ſucceſſio, id eſt, ut in

D locum ejus, qui bonorum poſſeſſionem repudiavit, vel omiſit, alter ex ſequenti gradu ſuccedat, & ex hac parte detur ſucceſſorium edictum, vide ſcripta ad *l. 1. ſupra de jur. & fact. ignor.*

L.1. Vnuſquiſque enim) vide ſcripta ad *l.7. ſup. de leg.1.*

§. Si intra centeſ. diem.) vide cap.15. de præſcript. At decretalis bonorum poſſeſſio eodem momento defertur, & acquiritur, id eſt, dum decernitur, defertur ſimul, & acquiritur, nec eſt medium tempus, quo poſſit repudiari. Edictalis vero alio tempore datur, alio acquiritur, & medio tempore repudiari poteſt: vide ſcripta fuſius ad *l.7. ſup. de leg.1.*

§. Largius ejus præſtitui annum) vide c.20. de præſcrip.

De gradibus, & affinibus, & nominibus eorum. TIT. X.

Gradus cognationis, eſt differentia, aut nota intentionis, aut remiſſionis cognationis, ut quo potiores fuerint

E gradus, eo intentior ſit cognatio, quo plures eo remiſſior.

L. 4. Septimum gradum quis excedit) Septimo gradu apud Romanos deſinit cognatio, quia ut ait hic Modeſtinus, vita cognatorum ulterius conſiſtere poſſe non videtur, ſi autem ſimul vita non conſiſtit, jure Romano non ſunt cognati. Quæ ratio in limite directo vera eſſe poteſt: nec enim fieri poteſt, ut ſimul vivant pater, & ejuſdem trinepotis filius. Item vera eſt in his perſonis, & lineis tranſverſis. In his, quæ nullam habent adſcendentium, aut deſcendentium rationem, falſa eſt ratio hæc: hi enim, & centeſimo gradu vivere ſimul poſſunt. Paulus in *Sentent. eod. tit.* eandem adfert rationem, quam Modeſtinus. Et præterea hanc, quia ulterius nomina

co-

cognatorum non inveniuntur ; quæ ratio inanis eſt: A Nam & inter fratris filios, qui ſunt tertio gradu non inveniuntur nomina. Ex eo, quod prætor (*l.* 1. *ſup. unde cognati*) non deſert bonorum poſſeſſionem unde cognati ultra 7. gradum: puto verum eſſe putaſſe eum ſeptimo gradu eam finiri. Videtur vera Iſidori ratio lib. 9. cap. 6. Quia per multos propaginum ordines decurrens cognatio ſenſim, deſinit ſeptimo grado. His opponitur *§. ult. de ſucceſſ. cognat. & l.9. ſup. unde cogn.* ubi dicitur, octavi, & decimi gradus agnato deferri bonorum poſſeſſionem. Dicendum octavi, aut decimi gradus agnatum noo eſſe cognatum, & ulterius patere agnationem, quam cognationem. Nam agnatio cum civile quoddam inventum ſit, & reſpiciat magis familiam, quam ſanguinis communionem, non ita ſenſim per multos propaginum ordines debilitatur, ut cognatio. Itaque Modeſtinus hoc B dixit cum de naturali cognatione, non cum de civili.

L.8. Servius) Quod attinet ad nuptias cootrahendas, eadem eſt ratio hujus impropriæ affinitatis, quæ veræ. Hic nihil obſtant ll. ſeqq.

L.9. Paulus lib.4. Sent.) Non exſtat hodie apud Paulum.

Stemmata) Inepte quidam emendant Schemata. Stemma nihil aliud eſt quam ocularis deſcriptio, & diſpoſitio omnium graduum cognationis cujuſque familiæ. Perſius 3. Sat. Plinius lib.35. Seneca lib.5. epiſt. epiſtola 45. Idem lib.3. de beneficiis cap.28.

In duas lineas) Id eſt ſeries graduum.

Ex ſuperiore autem vero) Id eſt, Ex ſuperiore lineæ directi limitis.

Et ſecundo gradu) Sc. lineæ ſuperioris directi limitis, id eſt, ex gradu, qui habet avum inſcriptum. C

L. 10. *Et adfinium noſſe*) Legendum, *& affines*, vide ſcripta heic, qui ſint affines, & quomodo appellentur. Græci vero ut cognationis, ſic & affinitatis gradus numerant.

L. Judiciorum publicorum) Julia.

§. Nunc ſingulos gradus primo) Nullus eſt primus gradus à latere, & ideo tranſverſus gradus incipit à ſecundo, *l.1. ſup. eod.*

§. Secundo gradu 12.) Id ideo, quia ſecundus gradus, qui continet 4. perſonas, duplicatur. Duplicato numero additur oumerus accreſcentis gradus fratrum, & ſororum, qui continet 4. perſonas, nempe fratrem conſanguineum, fratrem uterinum, ſororem conſanguineam, & ſororem uterinam. Ideo autem vocamus gradum accreſcentem, quia ex perſonis non duplicatur, ſed illis duplicatis adjungitur. D

Sed hic) Id eſt, communis frater, conſanguineus, & uterinus.

Pone me fratrem habere) Hoc ſic accidere poteſt, ſi pater meus tranſierit ad ſecundas nuptias, me prius genito, & duxerit viduam habentem quoque filios: filii qui naſcentur ex illo matrimonio, erunt illius fratres conſanguinei, & iidem filii ex noverca prius geniti, erunt fratres uterini, mihi vero nec cognati erunt. Ponatur exemplum in Auguſto ex Suetonio. Auguſtus duxit Liviam, quæ fuerat uxor mortui Neronis. Livia ex Nerone ſuſceperat Tiberium, Auguſtus autem ex Trebonia ſuſceperat filiam Juliam: Auguſtus autem, & Livia ex eo matrimonio ſimul habuere filium, qui poſt mortuus eſt.

§. Tertio gradu perſonæ continentur 32.) Hoc conſtabit E duplicatis perſonis, & addito numero accreſcentis gradus.

Patruus) Græce πατρῶος, ut tradit Juſtin. *eod. tit. Inſtit.* & Julius Poll. in Onomaſtico, vel πατράδελφος. Promiſcuo autem verbo patruus, & avunculus dicitur θεῖος.

Ego tibi patruus ſum) In poſtrema ſpecie.

Et tu mihi) In prima.

Sibi invicem patrui ſunt) Id eſt, uterque utriuſque patruus eſt.

Invicem amitæ) Inter hos omnes Græci auctoritate Baſilii Magni prohibent nuptias, ut ſcribitur in lib. Baſil.

Avunculus) Græce μητράδελφος μητρῷος, vel θεῖος.

Alter alterius filiam) Hi ſunt congeneri συγγάμβροι.

Amitæ, Græce πατραδελφὴ, vel θεῖα.

Matertera) Quaſi mater altera μητραδελφὴ, τηθὶς Juſtiniano.

Nomen ſpeciale cognat. habere) Paulus ait, fratris ſororis filios, filias proprium nomeo non habere. Iſidorus tamen lib. 9. Etymolog. cap. 6. ſcribit, eos dici fratueles. Origenis vetus interpres in cant. Salom. ſic vertit ἀδελφιδῶ, & Holoander in 18. can. Apoſt. ubi eſt ſi quis ἀδελφιδῶ duxerit, male vertit, *conſobrinam*. Vertendum fratris filiam. Nondum inter conſobrinos prohibitæ fuerant nuptiæ. Sic alii male vertunt ἀδελφιδῶ neptem, ex communi Gallorum errore, ut & notavit Sigonius.

§. Quarto gradu perſonæ) Quartus gradus quinquies reperitur. Singuli 2. gradus continent ſexdecim perſonas, quinquies autem ſexdecim efficiunt 80. Vel ſic, duplica 32. & adde numerum accreſcentem, qui eſt ſexdecim perſonarum, rurſus octuaginta fient.

Fratres patrueles) Hos Cic. vocat ſimpliciter fratres lib. 1. Ep. & 6. Verr. & Terent. in Phor. Filium duorum fratrum: Interp. lxx. vertunt. ἀνεψιὸν, ut & Plato, & Ariſtoteles in Polit. Sozomen. in hiſt. Eccleſ. ait, Julianum fuiſſe ἀνεψιὸν Conſtantini, ſed eos recentiores Græci, hoc verbo neglecto, vocant ἐξαδέλφους, quod verbum Atticis inuſitatum eſſe tradit Budæus, & Phryn. Eo tamen utuntur Græci in concilio Conſtant. ubi primum inter conſobrinos prohibitæ fuerunt nuptiæ.

§. Quinto gradu perſonæ cont. 192.) Recte 192. Male Flur. 184. ut recte animadvertit Baro ad *tit. de gradibus Inſtitut.* Nam in quarto gradu ſunt octo perſonæ, quæ duplicatæ erunt 160. quibus adde numerum accreſcentem, nempe 32. fient 192. perſonæ. Propius ſobrino ſic dictus, quia uno gradu propius me attingit, quam is, qui eſt tantum Sobrinus. Sobrinus enim eſt filius proprioris Sobrini. Filius conſobrini mei poteſt appellari propior, ſobrino, ut in *l.2. C. unde legitimi*.

§.6. Invicem huic illi Sobrini) Sobrini ſunt duorum conſobrinorum filii: Sobrinus proprie dicitur (ut Ælius Gallus apud Feſtum definit) Patris mei conſobrini filius, filia.

Conſobrinorum nepotes neptesve ſunt) Hi in veteribus ſtemmatib. appellantur Sobrini, aut Sobrinæ loco.

§.7. gradu) Paulus hoc 7. gradu definit, quia illo apud Romanos cognatio finitur. Cur autem eo gradu finiatur, vide not. in *l. non facile, ſup. eod.*

§. ult. in fin. computabuntur) Collecta ſumma omnium perſonarum, omnium graduum ſimul confuſa, efficit 1792. perſonas.

Quibus non competit bonorum poſſeſſio. TIT. XIII.

L.1. Si dominus dolo fecerit) Idem traditur in *l.* 1. *§.1. ſup. ſi quis aliq. teſtari prob.* Sed obſtat *l.5. §. ſi ſervum, ſup. de his, quæ ut indig.* vide ſolut. in notat. ad d. l.1. & ſcrip. ad d.l.5.

Quis ordo in poſſeſſionibus detur. TIT. XV.

L.2. Utile tempus) vide cap. 3. de præſcript. & ſcripta ad fin. *tit.22. Frag. Ulp.*

§.1. Sed non feſſionum) Hæ dies dicuntur βουλευτικαί.

L.3. Circa tempora) Hæc pertinet ad ſucceſſorium edictum, eſtque conjungenda cum *l.1. ſup. de jur. & fact. ign.* quæ eodem pertinet, vide ſcripta ad d. l. 1. cum enim propoſuiſſet Paulus tempora petendæ bonor. poſſeſſionis currere ignoranti, iis ſubjecit hac io re, ſcientiam patris non obeſſe filio, cui defertur poſſeſſio, ſi ipſe ignoravit.

Ignoranti filio non nocet) Excipitur unus caſus, quo pater ſcilicet filio bonorum poſſeſſionem petere poteſt, ſi filius ſit infans, *l. ſervus, §.* 1. *& ult. ſup. de bon. poſſ.*

De ſuis, & legitimis heredib. TIT. XVI.

L.1. §.1. Reſcriptum) A Severo, & Antonino *l.1. C. de capt.*

L. 2. verſ. agnati autem ſunt) Sic etiam definiuntur apud *Ulp. tit.26. & tit.11.* in quæſt. de tutorib. quia tutela virile munus eſt. Sic hic, quia agnata agnato inteſtato

Digitized by Google

ex l. Voconia heres non eſt ; vide ſcripta ad *d.tit.*11.

L.3. §.ult. Qui 182. die) Hi attingunt 7. menſem, vide cap.10. de præſcript.

Hippocrates) Hippocrates 270. dies accipit pro novem menſib.

L.ult. Pater) Idem in *l.3. C. de collat.* vide ſcripta ad *l.26. inf. de verb. obligat.*

Ad Senatuſconſultum Tertullianum, & Orphitianum.

TIT. XVII.

L.1. §. qui operas, ex Senatuſconſ. Orphitiano) Nam hic nec legatum, nec hereditatem, nec fideicommiſſum capere poterat, niſi alimentorum nomine, ſtricto jure, *l.16. inf. de interdict.& releg.* vide ſcripta ad *§.in inſulam l.121. inf. de verbor. obligat.*

§. Capitis minutio ſalvo ſtatu contingens) Minima.

L.6. in fin. uſque ad annum) vide cap.20. de præſcript.

Quia extenſiva ſunt) id eſt, παραστατικὰ, vide ſcripta ad *l.ſi quis ſtipulatus, inf. de verb. oblig.*

AD LIBRUM XXXIX.

De Operis novi nuntiatione. TIT. I.

L*Ex 1. hoc edicto*) Male Accurſios edictum pro interdictum accipi putat: nec enim exiſtimaris his vocabulis noſtros abuti.

§.Nunciatio fit) vide ſcrip.ad *l.2.C.per quas perſ.*

L.5. §. Qui opus novum nunciat: jurare) vide ſcripta ad *l.9. C. de reb. cred. & jurejur.*

L. 6. & ideo neque except.) vide ſcripta ad *l. 19. C. de probat.*

L.20. §.1. Tamen contra interdictum) Legend. *edictum*.

Verſ. nonnulli) Hoc non tam interdictum, quam actio in factum. Ideo legendum, ut Flor. nonnulli putant, in factum eſſe dandam, quam interdictum, elliptice, id eſt, potius eſſe dandam in factum actionem, quam interdictum illud reſtitutorium, non in eum ſcilicet, qui opus novum contra nunciationem fecit, ſed in heredem ejus. Nam hic verſus à præcedenti non debuit divelli.

L.21. verſ. & dolo malo ſubjicitur) vide ſcripta ad *l.5. inf. de verb. oblig.*

§. Idem dicit, adjiciendum) vide ſcripta ad *l.4. §. ult. inf. de verbor. obligat.*

In fine. Ad operis enim quantitatem) vide ſcripta ad *l.83. §. datam, inf. de verb. obligat.*

De damno infecto, & ſuggrundis, & protectionibus. TIT. II.

Damno infecto) Futuro, *l.2. inf.* ſtipulatio damni infecti vice actionis alteri vicino præſtatur, qui promittit, ſi quod ob eam rem, quod ædificatum ſit, vel factum aliquid, datum damnum ſit, id ſe præſtaturum, vel reſtituturum, ſi labe, aut vitio ædium damnum datum ſit. Vide ſcripta ad *l.4. §.ult. inf. de verbor. obligat.*

L. 1. Ideo magiſtratib. municipalib.) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſdict.*

L.4. §.1. Cætera ſua juriſdictioni reſervavit) Hinc colligunt, (*) non eſſe jus municipalib. magiſtratib. capiundi pignoris. Idem docet *l.nominatori, C. de pignor.* ut nec judicibus datis. Solis Romani pop. magiſtratibus jus eſt pignoris capiendi, aut in provinciis præſidis, qoi eos judices dederunt.

L.8. Capere poſſit) neceſſaria ergo eſt uſucapio ut dominium acquiratur. Unde conſtat, prætorem non facere dominum. Idem indicant *l.5. l.ſi finita, §.Julianus, & §. ſi de vectigalib. inf. eod.*

L.13. §. Qui damni infecti) vide ſcripta ad *l.9. C.de reb. cred.*

L.15. Si vero per errorem) Opponitur *l.115. inf. de verbor. obligat.* ubi die per errorem omiſſo non valet ſtipulatio. Idem qood in hac l. dicitur etiam in *l.de die, ſup. qui ſatiſdare cog.* ſed hæ ſtipulationes damni infecti, & judicio ſiſti ſunt prætoriæ, ſolemnes, & vulgares. Illa habet

A diem ſolemnem, in quem caveri ſolet: hæc habet eum diem, quem actor elegerit, in cujus poteſtate eſt, quando agat. At ſtipulatio conventionalis, de qua agitur *d. l.* 115. non eſt talis, non eſt judicio ſiſti: ſed certo loco ſiſti: non eſt vulgaris, & ideo, ſi cum id ageretur, ut promiſſor ſe certo loco ſiſteret, nec dies adjectus ſit, nihil actum cenſetur, vide ſcripta ad *d.l.*115.

§.1. In annos 10.) vide cap.26. de præſcript.

§. Non autem, cum juſta cauſſa videtur) Sic in *l.prætoris, §.1. ſup. eod.*

§. Si qua in pigneratitio credit.) Huic opponitur chirographarius creditor, qui & προσωπικὸς dicitur, cui nullum eſt appoſitum pignus.

§. Si de vectigalibus) vide not. ad *l. 1. ſup. ſi ager vectig.* Idem dicitur in *l.cum poſtulaſſem, §.ult. inf.eod.* vide

B ſcripta ad *l.6. C. de obl.& act.* De hoc §. vide fuſe ſcripta ad *pr. tit. C. de jure Emphyt.*

In gloſſ. Si de vectigalib.) Adde, prima hæc Accurſii interpretatio recta eſt, cæteræ falſæ ſunt: incipe ergo delere gloſſam ab his verbis: *Vel ſecundum m. &c.* uſque ad finem. Peſſime vero omnium Budæus (*mittendum in poſſeſſionem*) ex primo decreto, ex quo non fit poſſeſſor, ſed in poſſeſſionem tantum.

Dominium capere) Id eſt, uſucapere.

Poſſidendo poteſt) ut Emphyteuta, *l. cum ſponſus, inf. de public.*

Si municipes non caverint) Si civitas teneat prædium vectigale, puta finito tempore, aut quod ad civitatem devolutum ſit commiſſi jure.

Per longum tempus acquiri) Ergo uſucapio dominum

C facit, non prætor, atqui prædium civitatis uſucapi non poteſt, *l.uſucapionem, inf. de uſucap.* Verum hoc prædium, quod me prætor juſſit poſſidere, quodammodo deſiit eſſe civitatis, & meum fit jure prætorio.

L.20. In fin. quia uſitata ſtipulat.) id eſt, ſtipulatio fructuaria. Sic ſæpe in titulo *uſufructuar. quemadm.caveat.* Vide ſcripta ad *l.4. inf. de verb. oblig.*

L.24. §. Servius quoque, quæ vim habet divinam) Θεοβίαν. Sic Gell. lib.9. cap.11. vide not. ad *l. ſi merces, §. vis major, ſup. loc.*

L. 32. In gloſ. judicio ſocietatis) Si in ſocietate tecum permaneam.

Vel communi dividundo) Si velim diſtrahi ſocietatem.

L.34. Juſta retentio pignoris) Aliud eſt in oblatione, vide ſcripta ad *l.10. C.de pign.act.*

D *L.43. §.1. Repromiſit idemque ſtipul.*) Florentini: *repromiſit, adeoque reſtipulatus eſt.* Reſtipulari eſt viciſſim ſtipulari ab eo, qui quid promiſit.

L.44. §.1. damni infecti) idem in *l.ſi finita, §.ſi de vectigalib. ſup. eod.*

In poſſeſſionem miſſus) Ex primo decreto ſcilicet.

Non recte hæc) vide ſcripta ad *l.6. C.* de *oblig.& act.*

L.46. Ad curatoris Reipub.) Curator Reipub. eſt quaſi judex, & cenſor rerum, quæ ad civitatem pertinent. Unde λογιστὴς dicitur, *l.3. Cod. de modo mulctarum,* & δοκιμαστὴς: Pertinet hoc ad præſidis offic. *l.8. ſup. de ædif. priv.*

In gloſſ. Ad tempus, quod non placet) Dele ea verba, & dic: Recte Martinus de quadrimeſtri, & centeſimis uſuris, ut & quæ de oratione Divi Marci.

E *L.47. Si cotignatio*) vide *l.ſi cui ædes, ſup. de leg.3.* cujus ſpecies huic ſimilis eſt, niſi quod agitur de conclavi poſito ſuper contignatione, in illa depoſito ſuper concameratione.

L.ult. Martianus libro ſingulari de delatoribus) delatores ſunt, qui fiſco deferunt caduca.

Præſtent) Fiſco ſcilicet.

Ad opus autem publicum) vide ſcripta ad *l.cætera, ſup. de leg.1.* & ad *l.2. C. de ædif. privat.*

De Publicanis, & vectigalibus, & commiſſis.

TIT. IV.

De publicanis, vide ſcripta ad *l. 16. inf. de verb. oblig.*

L.1. Sine noxæ deditione) vide ſcripta ad titulum Codicis, *vectigalia nova inſtitui non poſſe.*

§. 1.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1. cap.43.*

A

§. 1. Qui publico fruuntur) Id eſt, vectigali, *l.ut in conductionibus, ſup. pro ſoc.* Cic. in Anton. de provincia conſulari, & in Epiſt. ad Q. fratrem. Hor. 1. Epiſt. vide ſcripta ad *l.* 15.

Et omnes, qui quid à fiſco) vide ſcripta ad *tit. C. de vectig. & commiſſ.* dicuntur etiam τελῶναι.

L.2. Nec liceat) Hæc l. docet *leg. idemque, ſup. de contrah.empt.* pertinere ad edictum de publicanis, ſunt namque ex eodem libro.

L.5. Sed tamen abſolvendus) Obſtat *l.84. inf. de verbor. oblig.* ſed hic id fit ex hujus edicti ſententia, quæ pœnam infligit ſub conditione, ni reſtitutum ſit, vide ſcripta ad *d. l.* 84.

L.7. Eoque exemplo actionem) Legend. *ex empto actionem*, vide notata, & ſcripta ad *tit. Cod. de action. empti, leg.* 9.

B

Habituros) vide ſcripta ad *tit. Cod. ſine cenſu, vel reliquis*.

§.ult. Intra diem 30.) vide cap.10. de præſcript. & ſcripta ad *tit. C. de vectigal.*

L.8. §.1. Rem communem) Recte Flor. *rem munem*, id eſt, fiſco commiſſam, vectigali obnoxiam. Feſtus: *munem ſignificare certum, & officioſum*, vide ſcripta ad *tit. C.* nova vectigalia inſtitui non poſſe.

Cauſſa vectigalis) Male quærit Accurſius, quid ſit cauſſa vectigalis ſuſcipere, cum ea verba cauſſa vectigalis ſint aptanda præcedenti verbo: & delenda eſt integra ejus gloſſa in *cauſſa vectigalis*.

Surripuit) Male Græci vertunt τὸ κοινὸν κλεπτοτελωνηθὲν πρᾶγμα. Nam non res dicitur ſubripi, dum fraudatur vectigal, ſed ipſum vectigal.

C

Portionis cæteris) Sententia eſt, ſi unus rem munem, & jam fiſco commiſſam vectigalis cauſſa ſubripuit, ſolus tenetur.

L.9. §.1. Ad condur. vectig. invitus) Excipe caſum *§.ult. l.1. eod.* vide ſcripta ad *l.11. C. de loc.*

L.10. §.1. Non ſolutis) vide ſcripta, & not. fuſe ad *l.3. Cod. de loc.*

L.11. ut ferrum) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de his, quibus ut indig.*

Et ſalem) Salis commercio omnibus eſt interdictum ſine perſona mancipum, id eſt, publicanorum, qui ſales conduxerunt, *l.ſi quis, C.de vectigal. & commiſ.*

Non ſine per capitis) Hanc cap. pœnam *Nov.*63. mutavit in mitiorem. vide ſcripta ad *tit. Cod. quæ res expor. non deb.*

D

§.1. Agri publici) vide ſcripta ad *princ. tit. Cod. de jure emphyt.*

§. Dominus, vel conductore) Flor. *aut proreta*: vide ſcripta ad *l.1. ſup.de his, quæ ut indig.* & ad *tit. C.de naut. fœn.* Huic §. derogatur Novella Leonis 63.

§. Illicitarum mercium) Sic & crimen repetundarum ratione pecuniæ ablatæ in heredem tranſit, ſic crimen de reſiduis, peculatus, ſuppoſiti partus.

§. ult. In ſumma Bartoli, emere) Locare.

Emerat) Redemerat.

Emptor) Redemptor.

Qui maximos fructus) vide ſcripta ad *tit. de fruct. & lit. exp. C.*

L.11. in fin. Qui publica vectigalia) vide ſcripta ad *tit. Cod. de public.*

E

L.15. Cæſar) Scripſerat, *Julius Cenſor*. Is enim locabat vectigalia. inde l. Cenſoria, *l.in lege, inf. de verb.ſig.* vide not. & ſcripta ad *tit. C. de vectigal.*

L.16. Qui actum domini) id eſt, Domini actor fuiſſe: Soli autem ſervi actum gerunt.

§. Quoties, ſive venalia) Opponitur *l.5. Cod.de vectigal.* Dicendum, pro veteranis vectigal non præſtari, nec pro cæteris rebus uſurariis, ſed pro novitiis tantum, vide ſcripta ad eam *l.5.*

§. Species) Notandum, quod Juriſc. ſeparat nema ſericum, & filum à metaxa. Nam metaxa ſignificat fila ſerica cruda, necdum intexta, ut conficiuntur à vermiculis, Heſychius, & vide *l.ult. C. de pig.*

Si propter neceſſitatem) vide ſcripta ad tit. *Cod. de vectigal.*

§. Sed Marcus furtum) Legend. ut Flor. *ferrum*, id eſt, ferrariam habuerit, vide ſcripta ad *tit. quæ res expor. non debent.*

§. Si quis profeſſus) vide ſcripta ad *tit. Cod. de vectigal. & commiſſ.*

De Donationibus. TIT. V.

Donatio non eſt contractus nominatus, vide ſcripta ad *l.2. C. de condict. indeb.*

L.2. §. aliud juris) Hunc §. intelligit Ulp. dum citat Julianum in *l.Julianus, inf. de doli except.*

L.6. Qui ſaxum) vide ſcripta ad *l.permiſiſti, ſup.de præſcript.verb.* Cum hac l. conjungenda eſt *l. ſi cum mihi, ſup. de dolo*, ut monent inſcriptiones. In qua traditur, ſi ſumptum fecero, ut pararem ad eximendam cretam, teneri te mihi de dolo.

Saxum) Saxum eſt cretæ ſpecies. Plin. *lib. trigeſimo quinto, cap.* 17.

L.9. §. pen. Donari) Senſus eſt: inutilis eſt donatio cum is, cui donatur eſt incapax. Utuntur Græci hoc exemplo: ſi quis cui donaverit Judæo Chriſtianum mancipium, *l.1. C. ne Judæus Chriſt. mane.* Cujus conſtitutionis rationem expoſuit Sozomen. lib. 3. Eccleſ. hiſt. cap. 17. & Gregor. lib. 3. epiſt. cap. 21. vide ſcripta ad *l. ſed ſi res, ſup.de legat.* 1.

L.13. In fine, nihil agit in ſua perſona) vide ſcripta ad *l.1. Cod. per quas perſon.*

L.15. Niſi condem. ſecuta ſit) Aut accuſatio cœpta.

L. 24. Supra legis modum) vide Florentin. Pandectas hic.

L. 28. Hereditatem) Similis fere eſt ſpecies legis 2. *Cod. de condict. ob cauſſ. dat.* vide ſcripta ad eam, & ad princ. tituli *C. de hered. vel act. vend.*

L.30. Flor.29. §.1. in fin. Infirmare non poſſe) vide ſcripta ad *l.9. C. de oblig. & act.*

§.ult. In totum denegandus) Nam inhoneſta illa, & præmatura donatio ita mulctatur, ut ei hereditas ſi obvenerit, auferatur, & fiſco tribuatur, *l.2. in fin. ſup. de his, quibus ut indig.* vide ſcripta ad eam *l.2.*

L.32. Flor.31. Maritalis honor, & affectio) hoc honore uxor differt à concubina, *l.16. §.1. ſup. de his, quibus ut indig. l.item legatum, ſup. de leg.3.* vide ſcripta ad dictam *l.* 16.

§.1. Peculium à dote puella diſting.) hæc ſunt, quæ dicuntur parapherna: ſic & in *l.10. ſup. de jur. dot. Ulp. in Frag. tit.* 6.

L. Qui id quod, ſed & condemnatus) vide ſcripta ad *l.9. Cod. de probat.*

De mortis cauſſa donationibus, & capionibus. TIT. VI.

L.10. Ei cui) Sic legatario in quemlibet caſum ſubſtitui poteſt directo, heredi nonniſi in primum caſum, ſi ſcilicet heres non erit, niſi per fideicommiſſum, aut niſi ſubſtituatur pupillo, aut furioſo, vide not. ad *l.ut heredib. ſup. de leg.2.* & ſcripta ad *l.ſi fundum ſub conditione, §. his verbis, ſup. de leg.* 1.

Sub alia conditione) Qualibet in quemlibet caſum.

L.13. §.1 ut omnimodo ex ea) hoc in legatis fieri nequit, eoque diſtant à donationibus cauſſa mortis.

L.15. §.ult. Et hoc conſtitutum eſt) hæc verba Trib. adjecit ex *l.ult.C.eod.* Conſtitutum eſt à Juſtiniano ſcil. Hoc ita procedit, ſi is, qui donavit mortis cauſſa, teſtatus deceſſerit. Nam ab inteſtato mortis cauſſa donationes non ſunt inſtar legatorum, *l. filius, ſup. de leg. præſt.* vide not. ad *l.tam is, inf. eodem*, & ſcripta ad Rubr. de leg. 1.

L.19. Nam donator huic) Græci lib.47. *Baσιλ.* notant hunc locum exponendum eſſe ex *l. illud in fin. eod.* quæ huic eſt conjungenda, ut agat ad pretium, ſi hoc elegerit, alioquin recte petit rem.

L.22. In mortis cauſſa donationibus) Id merito dicit in donationibus cauſſa mortis tantum, non etiam in legatis: Nam donationes cauſſa mortis nominatim conferuntur in tempus mortis. In tempus, & conditionem incapaci

capaci

A capaci donatur, & legatur recte, *l. in tempus*, *ſup. de hered. inſtit*, vide ſcripta ad *l. ſi cognat. ſup. de reb. dub.*

L. 25. Tam is, qui) Recte Græci ad hanc l. notant liq. 47. Βασιλ. tit. 3. At differentiam eſſe inter donationes cauſſa mortis, & lega. nam ſi teſtamentum fecit qui donavit, comparantur donationes cauſſa mortis legatis: ſi non fecit, non comparatur legatis: vide not. ad *l. Marcellus*, §. 5. *ſup. eod.* & ſcripta ad *Rub. de leg.* 1. Id vero notant ex *l. ſi filius*, *ſup. de legat. præſtand.* vide not. ad eam.

L. 3. Sed & dos: dotes receptitiæ) vide Ulp. in *Frag. tit. 6.*

L. 35. Senatus cenſuit) Multa, ac paria SC. facta ſunt circa l. Papiam: ex illis hoc unum fuit: vide not. ad *l. idque*, *ſup. de hered. inſtit.* & ſcripta ad *l. ſi fundum ſub conditione*, *ſup. de leg.* 1.

§. 5. Quaſi doni datio) Nam donatio, ſine traditione non perficitur, vel mancipatione. B Unde dicitur quaſi doni datio, & apud Græcos δῶρον. Varro lib. 4. Plin. lib. 31. cap. 4. Excipiuntur conjunctæ perſonæ, inter quas donatio perficitur nudo conſenſu, *l. 4. C. Th. de donat. Paul. lib. 4. Sentent. tit. de fideicom.*

Quin condict. repeti) vide ſcripta ad *l. 16. §. 1. inf. de verb. oblig.*

L. 37. in fin. Alioquin, & ipſum ſervum) Con. *l. 19. ſup. eod.* & eam hinc explica.

L. 39. Si is, cui) Opponitur huic legi *l. in ſummam*, *§. pen. ſup. de condict. indeb. §. ſi res legata, inſtit. de leg.* Ubi dicitur, ignorantiam non excuſare. Idem in *l. 91. inf. de verb. obligat.* dicitur non excuſare, quæ eſt ex eodem libro, quo illæ leges. Sed differentia eſt inter petitionem, & repetitionem. Ignorans excuſatur à repetitione, à petitione non excuſatur: C Nam repetitiones ſunt juris gent. dantur enim ex bono, & æquo, & ideo neſcientes excuſantur: actione ex ſtipulatu ſtrictius agitur, & ideo ſciens, & ignorans tenetur, vide ſcripta ad *d. l. 91.*

L. 42. Igitur ſi res ſingulas) Ex hoc loco Dorotheus, lib. 43. Βασιλ. tit. 3. recte docet, ſtrictas, aut arbitrarias actiones per exceptionem doli fieri bonæ fidei: vide not. ad *l. 3. de except. ſeu præſcrip.*

§. ult. Sine ulla conditione reddendi) Flor. redhibendi.

L. ult. ante apertas tab. teſtib.) Veſtigium eſt juris antiqui ex l. Papia, de quo vide ſcripta ad fin. tit. *Fr. Ulpi.*

AD LIBRUM XL.

De Manumiſſionibus. TIT. I.

D L. Ex 1. *Poſt 6. noctis*) vide ſcripta ad *l. 66. infra*, *de verb. oblig.*

Annum viceſ.) vide cap. 28. de præſcript.

Qui diem ſupremum agit) Hæc enim momenti civilis computatio fit à die in diem: vide cap. 1. de præſcriptionibus.

L. 3. Servus) Obſtat *l. generaliter*, *§. ſi quis ſervo*, *inf. de fideicommiſſ. libert.* Dicendum, ſervus pigneratus directo quidem liber non fit, ſed ſi directo ſit teſtamento manumiſſus, ea libertas pro fideicommiſſaria habebitur, & debebitur ſervo, ſoluto pignore. Sic explicant Græci lib. 48. Βασιλ. tit. 4. Durante vero pignore, ea manumiſſio defendi non poteſt: vide ſcripta ad *l. ſervum filii*, *§. ſi idem ſervus*, *ſup. de leg.* 1.

E *Manum. non poteſt*) Niſi conſentiente creditore.

L. 4. Conniventibus oculis) id eſt, nobis diſſimulantibus veritatem. Græci vertunt προσποιουμένων ἡμῶν τὴν ἀλήθειαν, *l. 5. inf.* vide ſcripta ad *l. 104. inf. de verb. obl.*

L. 9. Vel id præfecto) Urbi.

L. 51. Servum) vide ſcripta ad *§. 1. l. ſi poſt mortem*, *ſup. de leg.* 1.

De Manumiſſis vindicta. TIT. II.

L. 2. Annis 20. fructuarius) Veſtigium eſt juris antiqui, cujus meminit Ulpia. in *Fr. tit.* 1. Simile eſt io *l. 9. ſup. de hered. inſt. & l. ſi fructuarium*, *de manumiſſ. teſtam.*

L. 13. Ut intra ſex menſes) vide cap. 18. de præſcriptionibus.

De Manumiſſis teſtamento. TIT. IV.

A *L. Cum ſæpius*) In fideicommiſſariis libertatibus ſpectamus noviſſimam ſcripturam. Plus favetur directis libertatibus, quam fideicommiſſariis, quia directæ libert. habent laxiorem voluntatem defuncti, vide ſcripta ad *§. ult. l. 12. ſup. de leg.* 1.

L. 5. In libertatibus) Directis: vide notata ad *l. 1. ſup. eodem.*

L. 6. Si fructuarium) Veſtigium eſt juris antiqui, cujus meminit Ulpia. in *Frag. tit. pen.* Similia ſunt in *l. 9. de hered. inſtit. & l. 2. ſup. de man. vind.*

L. 50. Stichum) Conjungenda cum *l. ſi fundum* 81. *§. Stichum*, *ſup. de leg.* 1. vide ſcripta ad eum locum.

L. 17. §. 1. Hæc autem ſcriptura) Hinc explica *l. 29. ſup. de condit. & demonſtrat.*

B *L. 22. Parem ei rationem adſcripſit*) Græci in lib. Βασιλ. ſic hunc locum vertunt, ἀπέδειξεν fecit, id eſt, ἀποχὴν, ut ſæpe in Nov. vide ſcripta in *l. ult. §. ult. ſup. de leg.* 1.

L. Cum ex pluribus) vide not. ad *l. 3. §. ſi quis duobus*, *ſup. de adimen. legat. & l. 37. ſup. de leg.* 1. & ſcripta ad *l. 53. eod.*

L. 35. Qui utroque tempore) At in *l. verum*, *inf. eod.* dicitur debere eſſe teſtatoris, teſtamenti, & aditionis tempore, quod non videtur congruere: dicendum: Libertates alias cedere à morte, ut ſi idem liber, & heres ſcribatur, *l. ſi alicujus*, *ſup. de hered. inſtit.* vel ſi ſcribatur ſuus, & neceſſarius, *l. quæſitum*, *§. neceſſario*, *ſup. de leg.* 1. Alias ab aditione: ſic fit, ut directo manumiſſos teſtamento alias oporteret teſtamenti, & mortis, alias teſtamenti aditionis tempore fuiſſe in bonis. Cur autem utrumque C tempus ſpectamus, an ob regulam Catonianam? ſic dici poteſt in libertate, quæ cedit à morte, in alia non. Sed hoc ideo fit, quia libertas relinquitur per vendicationem, quo modo ea tantum legantur, quæ utroque tempore teſtatoris fuerint Ulpia. in *Frag. tit. de legatis*. Ut res aliena legari nequit, ſic, nec ſervo alieno directa libertas dari poteſt: libertas comparatur legato, *l. Stichus ſervus*, *inf. eod.* vide not. ad *l. quoties dubia*, *inf. de reg. jur.* & ſcripta ad *l. ſi cognatis*, *ſup. de reb. dub.*

L. 36. Quia niſi poſt man.) vide ſcripta ad *rub. infra*, *de verb. obligat.*

L. 39. Stichus) Hæc l. intelligenda de legato vindicationis, ut Græci docent lib. 48. Nam res alienari ante Juſtin. non poterat per vindicationem, per damnationem poterat.

D *L. 41. §. ult. Stichus intra annum*) Nam intra, ſignificat etiam citra: vide ſcripta ad *l. 56. §. 5. inf. de verb. obl.*

L. 44. Hirene ſub condic.) id eſt, modo, ut & in *l. libertus*, *§. Lucius*, *de annuis legat.* cap. 4. de condit. appoſit. *lib. 4. decret.* vide ſcripta ad *l. 5. C. de condict. ob cauſſam dat.*

L. 46. Cum annorum 30.) Hoc ideo, ut civis Romanus fiat, Ulp. in *Frag. tit.* 1. & 3. vide not. ad *l. ex parte*, *§. ſervo*, *ſup. fam. erciſc.*

L. 54. Qui habebat) vide not. ad *l. quoties dubia*, *inf. de reg. jur.*

L. 56. Si quis ſervo) vide ſcripta ad *§. ult. l. 12. ſup. de leg.* 1.

L. 58. Verum eſt) vide not. ad *l. Servius*, *ſup. eod.*

L. 59. §. 5. Per fraudem amoviſſe) Hinc Græci lib. 48. E Βασιλ. hic faciunt actionem rerum amotarum, quia hoc non eſt proprie furari, cum nullus ſit poſſeſſor vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus*, *ex ſuo fac.*

De Fideicommiſſariis libertatibus. TIT. V.

L. 4. §. eadem, & ſi caducis legionis) Legendum (*) *caducis legibus*, vide ſcripta ad titulum decimum octavum, *Frag. Ulpiani*, licet Græci hoc male ſecuti ſint, & hunc §. explicent ex *l. ſexta*, *§. quam deſtinat. ſup. de inj. rup. irr. teſt.*

§. plane. Præfecti ærarii) Ejus erat bona fiſco delata, vel agnoſcere, vel repudiare, Ulpian. in *Fragm. tit.* 1. *l. edict. inf. de jure fiſci.*

L. 5. Nullo modo deteriorem) At dominus poteſt: vide

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 3. cap. 20.*

de not. ad *l. fideicommiſſo* 2. *inf. eod.*

L. 24. §. Si homini. Si modo mortis tempore, vel cond.) vide not. ad *l. Ser. de man. teſtam.* et ad *l. quoties dubia, inf. de reg. jur.*

§. Si petitumquia conſilium dabat heredi) Legend. ut Flor. *quia conſilium dabat heredi, retinère talem ſervum*: quem ſc. volebat alienari.

Sed cum ex præſumptione) Generaliter onus probandi transfertur in eum, contra quem præſumptio incumbit: *l. ult. in prin. ſupra quod metus cau.* Vide ſcripta ad *Rub. ſup. de probat.*

§. Si quis ſervo) Obſtat. *l. 3. ſup. de manumiſſ.* vide ſolut. ad eam, & ſcripta ad *l. ſervum filii, §. ſi idem ſervus, ſup. de leg.* 1.

§. Si quis alienum) vide ſcripta ad *l. plane ſi filium, §. ſi eni Stichus, ff. de leg.* 1.

L. 28. §. 1. In re moram eſſe circa) Et ideo eix uſuræ legatorum, aut fideicommiſſorum debentur, quandiu minores 25. annis ſunt. Et poſt impletum annum 25. deſinunt deberi, nec rurſus incipiunt, niſi mora fiat in perſonam, id eſt, per interpellationem: verum non eſt proprie mora: nam ſi mora eſſet, non deſinerent deberi uſuræ, aut facile recurreot illæ: ergo mora fit jure ſingulari: vide ſcripta ad *l. 39. §. fructus, ſup. de leg.* 1.

§. Si pro non ſcripto) Ergo hoc caſu legatum, quod ideo deficit, quia ſit pro non ſcripto, accreſcit cum onere. Sed hoc fit libertatis favore. Alter caſus eſt in *l. ult. ſupra de his, quæ pro non ſcriptis*. Hoc intelligit Juſtinianus in *§. in primo, C. de caduc. tollend.* vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de leg.* 1.

L. 36. §. 1. Ex cauſſa obeſſe dicitur) Addunt Græci C lib. 48. Βασιλ. Id fieri κατὰ πεῖραν. Sic in *l. ſi fuerit* 10. *in fi. ſup. de reb. dub. & in No.* 22. *& No.* 39. & in *l. ult. C. in quib. cauſſis pignus*. Item Harmenop. *lib. 3. tit. 5. §. 64. & l. pen. C. de fidejuſſ. & l. 8. C. de donat. Itemque in l. defenſionis, C. de jure fiſc.* Sic in Nov. Leonis de teſtib. In his omnib. locis varia indicia fieri proponuntum κατὰ πεῖραν, vide ſcripta ad *l. ſi fuerit, ſup. de reb. dub.*

L. Thais, §. Lucius: medicos tibi commendo) vide not. ad *l. ex verbo, C. eod.* & ſcripta ad *l. 115. ſup. de legat.* 1.

§. Libertatem) vide ſcripta Obſ. 2. cap. 1. & ſcripta ad *l. cui legetur, ſup. de leg.* 1.

Sexdecim annos) Legend. 14.

L. 50. In gloſſ. Adimi ſcilicet poſſe) Adde hodie; olim non potuit, *l. ſi pecul. §. 1. ſup. de manumiſſ. teſtam.*

L. 53. In gloſſ. quatenus, id eſt, quia) Adde hic *l. 6. ſi* D *certum pet. l. Antæus 14. de aqua, & aqua plu. arc. l. 49. inf. de verb. oblig.* vide notata & ſcripta ad *d. l.* 49. Plin. 5. epiſt.

L. 55. Petitur fideicommiſſ. liber.) Ad hunc locum Græci notant fideicommiſſariam libert. eſſe ἐν ἀγωγαῖς, directam autem competere αὐτοματως. *Paulus lib. 4. Sent. tit. 1. in fi. d. l. mulier, §. non eſt, ſup. ad Senatuſconſ. Trebell.* vide notata ad *d. l. mulier*, & ſcripta ad *l. 26. §. 1. ſup. de leg.* 1.

De ſtatuliberis. TIT. VII.

L. 2. §. 1. verſ. plus ſcripſit) Hunc §. explica ex *§. ult. l. ſi fundum ſub conditione, ſup. de leg.* 1. vide ſcripta ad cum §.

L. 4. §. 1. Aut ſi tam difficilem) Differentiam inter difficile, & impoſſibile, vide in ſcriptis ad *§. illud l. continuus,* E *inf. de verb. oblig.*

Heredi mille dediſſet) Flor. *miles* Legend. *millies*: Græci vertunt ἑκατὸν μυριάδας. Hæc autem conditio eſſe videtur pene impoſſibilis, & tamen vitiat libertatem, quod eſt contra *l. 12. §. 1. ſup de leg.* 1. Dicendum hanc conditionem proprie non eſſe impoſſibilem: nam ei rerum natura non obſtat, ſed tantum difficultas habendi, ideoque ea ſuſpendit libertatem. Eſt enim difficilis nec impoſſibilis: vide ſcripta *l. 12.*

§. Stichus: ex cont. dieb. 365. Sic in *l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ſup. ad l. Aquil. & l. avunculus, de verb. ſig. Cic. de nat. deorum*, vide cap. 20. de præſcript.

L. 6. §. 1. ſtatuliber parendo cond.) Id fit ex l. 12. tabul.

A *l. ſtatulibero, §. 5. inf. eod.* Ulp. in *Fragm. tit.* 2.

§. ult. Rationum autem) Ergo ſtipulatio hæc rationes reddere ſpondes?

L. 9. §. illud. nec reparari) Id eſt, *Emi*, Græci lib. 48. Βασιλ: hanc l. vertunt ἀγοράζεσθαι, id eſt, *Emi*, ſic et reparare merces, id eſt, *Emere in l. Roma, §. Callimachus, infra de verbor. oblig.* vide ſcripta ibid.

L. 13. §. ult. cum erit annorum 30.) Hoc ideo additur ut fiat civis Romanus. Ulpian. in *Frag. titulo* 1. & 3.

L. 25. ſtatulib. venundari) Hæc fuit ſententia legis 12. tab. Sic Ulp. *tit. 1. Frag.* L. Ælia ſine conſilio manumiſſum ſervum manere putat. Sic Cic. 4. de Repub. *jurgare lex putat vicinos, non litigare*.

L. 29. Et ideo in publicis) Legend. *ſed non in publicis quoque judiciis*: vide ſcripta Obſer. 1. cap. 37. & hic expli- B cat, quod initio dixerat, *pene*.

§. 1. Quint. Mutius) vide ſcripta Obſer. lib. 2. cap. 7. & ſcripta ad *l. ſi ſervus plurium, §. 1. de leg.* 1.

Qui teſtamento ajebat ſe heredem) *Qui lege ajebat*.

Poſſ. dari pec. heredi) Ergo victoria heredis legitimi non nocet ſtaturæ libertati, quod eſt contra *l. 3. ſup. de pig.* & alias ſimiles. Dicendum, hic id fieri ex l. 12. tab. quibus cautum eſt, conditionem illam ſtatulibertatis in emptoris perſonam impleri poſſe, nec non, & in perſonam victoris. Cum & generaliter proditum ſit, eam conditionem poſſe impleri in cujuſcunque perſonam, qui quoquomodo in eo dominium nactus ſit, *l. ſtatuliberis, §. ſtatuliber, & §. ſeq. ſup. eod. tit.*

L. 31. Contubernalis ejus libera) vide ſcripta ad *l. 16. ſupra de leg.* 1.

In gloſſ. Cum contubernali) Dele totam.

L. 40. §. Servus: dari volo 20.) Id eſt, ut Græci vertunt hoc loco εἴκοσι χιλιάδας, id eſt viginti millia, ſic in *l. lecta, ſup. de reb. cred.*

Quindecim) Scilicet millia: vide ſcripta ad *l. 135. inf. de verb. oblig.*

Etiam mutuum eis dederit) Legend. ut Flor. *promutuum*: Et Græci vertunt προχρεῖαν, vide not. ad *l. num. §. ult. ſupra de leg.* 1 & ſcripta ad *l. ſi poſt mortem, §. ſi teſtator, ſup. de legat.* 1. & vide ſcripta Obſerv. 3. cap. 1.

L. ult. Et ea lege nupſerit) Hunc locum Græci recte interpretantur de l. Julia Miſcella.

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt.

TIT. VIII.

L. 1. Sed etſi mutaverit vend. volunt) Opponitur *l. ult. C. ſi mancip. ita, & l. 3. C. de ſervis export.* Dicendum hanc legis partem eſſe intelligendam juxta legis principium, poſt pœnitentiam competere libertatem, ſi emptor, & venditor deceſſerint, ſine herede, quia nihil cujuſque intereſt: vide ſcripta ad *d. l. ult.*

L. 5. Qui ob necem) vide not. ad *l. ſi necem, ſup. de bon. lib.*

L. 7. Imp. noſter.) vide ſcripta ad *tit. C. ſi man. ita ven. ne proſt.*

Manus injectionem) Sic ex hac quoque cauſſa pater amittit patriam poteſtatem, dominus dominium, creditor jus pignoris.

L. 8. Ex ſententia conſtitut. divi Marci) Ad Aufidium.

L. ult. Latinus Largus) Ex eodem lib. Pauli ſumpta eſt *l. 5. inf. de præſcrip. verb.*

Ut intra duos menſes) Sic & in *l. ult. C. de fideicom. lib.* cap. 13. de præſcript.

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad legem Æliam ſententiam. TIT. IX.

L. 3. Si optio) Legatum generaliter relictum hic, ut & alibi ſæpe, comparatur legato optionis, tamen in multis differunt: vide ſcripta ad *l. 5. ſup. de leg.* 1.

L. 12. §. ult. intra 60. diem) vide cap. 13. de præſcript.

L. 14. Sed ſi maritus) vide ſcripta ad *l. 3. C. ad l. Juliam de adult.*

Supraſcriptus perſonas, Legend. *ſupraſcriptæ perſonæ*, id eſt, mulier, mater.

L. 16. Ariſto, id eſt, non minus decennio) vide cap. 26. de præ-

Digitized by Google

de præſcript. Paulum *lib.5. Sent. tit. de uſucap.& titulo de eff. ſent.*

L. 17. Ne à magiſtratibus) Id eſt, duumviris. Græci vertunt στρατηγῶν, vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

L.18. Nihil agit) Id eſt, liber non fit, ut doces titulus. Obſtat *l.ſi quis inquilinos* 112. *§.1. ſup. de leg.* 1. ubi dicitur, teneri in æſtimationem ſervi manumiſſi. Dicendum legatarii electionem eſſe, ut vel agat ad æſtimationem, vel ad rem. Idque ſumpto argumento ex *l. illud, §. ult. ſup. de mortis cauſſa donat.* juncta *l. ſi filiofamil. res mortis cauſſa*, illo titulo, Sic notant Græci ad eam l. lib.47. Βασ.

L.29. Sine dubio pleno jure) Sic etiam loquuntur Impp. in *l.11. C. de act. empt.* vide ſcripta ad eam.

L.7. §. Si duo ſimul) hic §. obſtat *l.5. de juris, & facti ignor.* Nam ex eo colliguns, ignorantiam unius alteri ſcienti prodeſſe. Sed in eadem ſpecie obſtat huic §. *l.ult. inf. quib. ad libert. proclam.* Sed diſtinguendum: aut emerunt in ſolidum ſinguli, aut pro partibus. Si in ſolidum, ignorantia unius alteri non prodeſt. Ideoque tunc ille fiet in ſolidum ſervus ignorantis. Sic accipienda eſt *d. l.ult.* ut docet *l.non ſolum, §.1. inf. hoc tit.* ſi emerunt pro partibus, & unus ſcit, alter ignorat, tunc ſciens ignoranti non nocet, quo minus ignorans partem dominii obtineat, imo vero illius ignorantia ſcienti χωλα, id eſt, facit, ut ſciens pro ſua parte dominium obtineat. Hoc neceſſario fit, ut conſiſtat tota emptio. Nam non poteſt hominis emptio pro parte conſiſtere. Si vis punire ſcientem, punia & ignorantem: quod ſciens per ſe non habet, habebit per conjunctam perſonam, *l.cum hereditate, ſup. de acquir. hered.*

§. ult. Si quis ex ſervit.) vide ſcripta ad *l. 8. ſup. de probat.*

Quo lis præparabatur) In gloſ. *l.20. de probat. ordinaretur*: vide not. ibid.

L.16. Decipiendi emptoris cauſſa) vide ſcripta ad *l. 5. ſup. de juris, & fac.ign.* & notata ad *l.2. inf. de litigioſis.*

§.1. Si quidem ipſe ſcivit) Diſtinctionib. in hac *l. & l. ſeq.* poſitis valde obſtat *l.cum mancip. ſup. de ædil. edic.* vide ſolut. in notatis ad *d. l. cum mancip.* & ſcriptis ad *l. 5. ſup.* de *jur.& fact. ignor.* Hæc diſtinctio etiam obſervatur in uſucapione, *l.2. §. ſervus, inf. pro emptore.*

L.22. Non ſolus) vide ſcripta ad *l.5. ſup.de jur. & fact. ignor.*

L.27. §.1. Servum illius non videri) Verbo videri veteres utebantur in ferendis ſent. ut Budæus annotavit. Sic arbitrari in teſtimoniis dicendis. Cic.4. Acad. & pro M. Fontejo, vide ſcripta Obſer.3. cap.26.

Captionem ullam habet) Sic in *l.14. ſup. de probat.*

§.ult. In fin.ſecundum libertatem ferri) Sic in *d.l.14.* ſententiam ſecundum ſe dandam. Suetonius in Claudio, *abſentibus ſecundum præſentes dedit*. Plin. lib.7. Epiſt. Seneca lib. 1. declamat. ipſos ſecundum adverſarios dare, Cic. pro Comœdo: ſecundum illam litem dare. Valerius lib. 2. *ſecundum te litem do*: vide ſcripta ad *l. 8. ſup. de probat.*

Quibus ad libertatem proclamare non licet. TIT. XIII.

L.1. Majores 20. an.) vide cap. 28. tract. de præſcript.

L.4. in fi. Prætoris fideicommiſſarii) De hoc prætore fideicommiſſario varios locos ſcripſi ad *tit.25. Frag.Ulp.*

L.ult. Si duo) hæc l. obſtat *l.liberos, §.ſi duo, ſup. de liberali cauſſa*: vide ſolut. ibi, & in ſcriptis ad *l.5.ſup. de jur. & fact. ign.*

Si ingenuus eſſe dicetur. TIT. XIV.

L.2. §. 1. Non ultra quinquennium) vide cap. 24. de præſcript.

L.ult. Quoties) Con. *l.generaliter, inf. de except. rei judic.* & ex hac illa eſt explicanda: vide notata, & ſcripta ad *l.8.ſup. de probat. & l. 10. C. eod.*

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.
TIT. XV.

Fuit hac de re vetus Senatuſconſultum. Suetonius ſcribis Veſpaſianum vetuiſſe *de cujuſque defunctorum ſtatu quæri intra certos annos*.

Hoc judicium non eſt populare. Vide cap. 20. de præſcript. & l.2. hujus tituli.

AD LIBRUM XLI.

De acquirendo rerum dominio. TIT. I.

L*Ex 23. §. ult. in ſolidum acquirat*) Legendum *partem acquirat*: vide ſcripta lib. Obſervat.4. cap.1. & ſcripta ad *l.16. ſup. de leg.1.* Sic contrario errore *l.plane ubi, §. ſed ſi in pupillari, ſup. de leg.* legendum *pro parte totum*.

L.32. Etiam invitis) vide ſcripta ad *l. 62. inf. de verbor. oblig.*

L.37. §.1. Manebit ejuſdem domini prop.) vide ſcripta ad *tit. C. per quas perſonas.*

L.53. Quod naturaliter) vide ſcripta ad *d. l. 62.* & not. ad *l.1. C.de acq. poſſeſſ.* & ſcripta ad *l.1. C. per quas perſon.*

L.54. ut tamen culpam) vide ſcripta ad *tit. C.de commod.*

L.59.Res ex mandatu) vide ſcrip. ad *tit.C.per quas perſon.*

L. 61. Pro domino habetur) vide num legendum ſit *domina*, ut in aliis locis, de quibus vide notata, & ſcripta ad *l.9. C. depoſ.* ubi hæc lex explicatur.

L.63. §.ult. & cum ex principis auctoritate) vide ſcripta, & not. ad *l.debitor 59. ſup. ad Senatuſconſ. Trebell.* & ſcripta ad *l.ult. C. ſi in cauſſa judic. pign. cap. ſit*.

L.ult. aut uſucapta) Legendum *vendita*. Fieri enim non poteſt, ut quæ apud Titium concepit, pariat apud eum, qui uſucepit, cum uſucapiu ancillæ ſaltem unius anni ſit, pariendi vero tempus ad ſummum ſit 11. menſium, ut conſtat ex Nov.36.

De acquirenda, vel amittenda poſſeſſione. TIT. II.

L. 1. à pedibus) Legendum *à ſedib.* ut Flor. & Haloander.

§. Si vir uxori ubi noluit) Græci legunt, *ubi voluit* lib. 20. Βασ. vide ſcripta ad *l.11. C. de reb. cred. & jurejur.*

§. Si juſſerim venditorem) Et hoc plus habet venditio in rem præſentem facta: vide ſcripta ad *tit. C.de contrah. empt. in pr.*

L.3. in fi. Si id longo tempore fiat) Sic in edicto, *cum juſta cauſa eſſe videbitur*, *l.prætor ait, §.1. l.ſi finita, §. non autem, ſup. de dam. infect.*

L.13. Pomponius refert) Con. *l.65. inf. de verb. ſig.*

L.30. §.1. Etſi contemnamus religionem, & pro privato eum teneamus) hæc verba non ſunt addita in lib. Βασ. Quærit Theod. Balſamon in lib. νομικὸν, cur ea verba omiſſa ſint, & hanc rationem reddit, quia cum bonæ fidei poſſeſſio non interrumpatur, quod poſſeſſor poſt agnoſcat eſſe rem alienam, *l.bonæ fidei, ſup.tit. prox.* viſum ſit iniquum interrumpi, quod res poſſeſſa poſt facta ſit ſacra. Male: nam argumentatur ab opinione ad jus, & qualitatem rei poſſeſſæ, quæ argumentatio mala eſt. Scientia poſſeſſionem non interrumpit. At ſuperveniens religio interrumpit: quia res mutatur, fitque ex profana ſacra: vide ſcripta ad *l. multum intereſt 34. inf. de verb. obl.*

L.44. §.1. Quæſitum) vide ſcripta ad *l.9. C. depoſ.*

Scientiam quidem domini eſſe neceſſariam) Obſtat *l.1. de acq. poſſeſſ. C.* vide ſolut. in notatis ad d. *l.1.*

Sed corpore ſervi) vide ſcripta ad *l.67. inf.de verb.oblig.*

L.49. §.1. Habere poſſidere non poſſunt) habere eſt verbum juris, hinc in legatis vindicationis eſt, HABETO, vide ſcripta ad *l. 38. §. Hi qui ſunt inf. de verbor. oblig.*

De uſurpationibus, & uſucapionibus. TIT. III.

L.3. Adjectio dominii) Malim adeptio, ut definit Ulp. *tit.19. Frag.* vide ſcripta ibid.

Tempore legis definiti) Ulp. in Frag. rerum mobilium anni, immobilium biennii ex jure antiquo, quod ex Juſtiniano Tribonianus mutavit.

L.5. Non adverſus eum tantum) id eſt, non ei tantum utilis eſt uſurpatio, qui eripit, ſed etiam omnibus, ut conſtat ex titulo, *quemad. ſervit. amitt.* Adverſus hic eſt pro ſecundum, ut & in *l.1.inf.de jure fiſc.* & apud Ulp. *tit.20. & 28.* vide ſcripta ad *d. tit.* 20.

L. 6.

L.6. A momento ad momentum) vide cap.1. inf. de præſcript. A

L.9. Et civitatum) vide not. ad *§. ſi de vectigalibus legis 15. ſup. de dam. infect.*

L.10. in fine, nec enim eſſe partum) Con. *l.partum*, *inf. de verb. ſig.* vide ſcripta hic, & ad *d. l. partum.*

L.12. Si ab eo) Con. *l.28. de verb. ſig.* vide ſcripta ad eam.

L.30. §. 1. Labeo lib. Epiſt.) Legend. *Javolenus*: Labeo enim nullos Epiſtolarum libros edidit, ut Javolenus.

L.31. §.1. Continuum tempus) Scripſerat Paulus continuos annos, quia tamen annus in triennium mutatus eſt, Tribonianus ſcripſit *continuum tempus*, ſed debuit præcedere mobilium, cum idem omnino ſit in uſucapionibus immobilium, vide ſcripta ad *titul. decimum nonum Frag. Ulpian.* B

L.32. §.1. Si quis) Vide not. ad *l.is, qui putabat, ſup. de acquir. hered. & l.regula, ſup. de juris, & facti ignor.*

L.33. Flor.32. §.1.) vide ſcripta ad *l.23. C. loc.*

L.48. Niſi emptio præcedat) Flor. *actio*, id eſt, auctio; Sic *Ulp. tit.22. Fragm.*

Pro Emptore: TIT. IV.

L. 2. §. Sabinus: ut, niſi pecunia) Contra puram eſſe venditionem dicitur in *l.4. ſup. de lege commiſſ.*

Magis reſolvetur) vide ſcripta ad *tit. C. de pact. inter empt. & vend. compoſ.*

§. Tutor. Ex pupilli auctione) Ulp. in Frag. *tit.22. actione*, vide ſcripta ad *l.5. C. de contrab. empt.*

§. Si ſervus bona fide. Proceſſuram uſucapionem) Nam hic ſervi perſona, ut principalis ſpectatur, Vide ſcripta ad *l.5. ſup. de jur. & fact. ignor.*

§. Si à pupillo dicimus uſucapionem ſeq.) Nam in facto errat, vide ſcripta ad *l.4. ſup. de jur. & fac. ignor.* C

In re quam in exiſtimatione) Plane legendum ut hic, plus ſit in exiſtimatione, quam in re, vide not. in *l.is qui putabat*, *ſup. de acqui. poſſ.* & ſcripta ad *l. regul. ſup. de jur. & fac. ignor.*

§. Si à furioſo, nec Publiciana competit) Conſtantinus hoc verbum Publiciana non agnoſcit, ſed pro eo, poſſeſſionis acceſſio legit, nam vertit ἐν δὲ προσθήκῃ τῆς νομῆς αὐτοῦ κέχρηται, vide ſcripta hic.

L.5. Dubitatum eſt) Inter Proculianos, & Sabinianos.

Pro herede, vel pro poſſeſſore. TIT. V.

L.2. Satiſdatum) vide ſcripta ad *l. 5. §. ſatis acceptio*, *inſ. de verb. oblig.*

Pro donato: TIT. VI. D

L.3. Si vir uxori) Objicitur hæc lex *l.4. de jur. & fac. ignor.* Reſpon. hic qui accipit, non errat in jure: nam hic qui donat, non fit pauperior. Donatio autem inter virum, & uxorem prohibetur, ne ſe bonis ſpolient, vide ſcripta ad *d. l. 4.*

Pro legato: TIT. IX.

L.ult. Poſt magnas varietates obtinuit) Sic in l. cum ex uno, infra *de obligat. & act. l. 5. ſup. de condition. & demonſtration.*

Pro ſuo: TIT. X.

L.ult. uſucapio) Hæc l. conjung. eſt cum *l.2. ſup. de jur. & fac. ignor.* vide ſcripta ad *l.5. ſup. illo titulo.*

AD LIBRUM XLII. E

De re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus, TIT. I.

L. Ex 4. *verſ. tutor: videri ſe liti obtuliſſe*) Liti ſe offerre, eſt ſponte, vel ſine neceſſitate judicium ſubire, *l. 2. ſup. de adminiſt. & per. tut.*

Judicati actio) Sc. finito officio, at ſi eo pendente, ſemper datur actio in bona pupilli, hoc ita, ſi tutor ſe liti non obtulit.

L.5. Ad eos pertinet) Legendum, ut Flor. *Pertineret*, ut ſit ſenſus: etiamſi notionis nomen latius pateret, quam juriſdictionis, nec opus eſſet ſuppletione: Nam notio ſeu cognitio accipitur, & pro cognitione judicis dati & pro magiſtratus juriſdictione, vide ſcripta ad *l.1. in fin. de juriſdict.* A

§.ult. in fine pronunciatum eſt) Sub. reſtituendum. Con. huic *l.lex pronunciatum 46. inf. de verb. ſign.* Unde conſtabit hic, pronunciatum non eſſe relictum, ut Accurſ. putavit male, ſed ſententia judicis declaratum, eritque ſenſus, fideicommiſſum ſine ſcriptura, id eſt, quod viva voce teſtibus præſentibus ſine ſcriptura relictum eſt, fuerit pronuntiatum reſtituendum, id eſt, declaratum ſententia judicis. Dele gloſſam.

L.6. in fin. Judicati actio perpetua eſt) vide cap.30. de præſcript.

L.11. Quanti interfuit mea, Kalendis id fieri) vide ſcripta ad *l.59. inf. de verbor. obligat.* & not. ad *l. ult. ſup. de condict. tritic.* B

L.13. Si quis ab alio) Hic non eſt conreus promittendi, non fidejuſſor, ſed adjectus ſatiſdationis gratia. At cum primo eſt mihi actio certi, cum hoc ſecundo incerti in id, quod intereſt. Eadem prorſus eſt ſpecies *§. ult. l.112. inf. de verb. oblig.* quæ eſt hujus l. vide ſcripta ad *l.97. §.1. de verb. oblig.*

L. 15. A Divo Pio) Magiſtratibus municipalibus capiendi pignoris jus non eſt, argumento *l. 4. §.1. ſup. de dam. infect. & l.nominatori, C.de pig.* vide not. ad eas. Similiter nec judicibus delegatis competit pignoris capio. Hoc jus competit ſolis magiſtratibus Pop. Rom. aut præſidibus, qui eos dederunt: nam ii eorum ſententiam exſequuntur captis pignoribus, vide ſcripta ad *l.6. C. de reb. cred.*

C *Judicum à ſe datorum*) Hic conſtituitur differ: inter judices, & arbitros, ut & in *§.1. Inſtit. de act. & l.7. inf. ad l.Jul. repetund.* Judices ſunt in act. ſtrictis, arbitri in bonæ fidei.

Sententiam exſequantur) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſd. ſub fin.*

§. Si pignora. Ea quantitate) id eſt, ſecundum modum debitæ quantitatis. Sic Juſtinianus ait, pignus prætorium conſtitui, id eſt, mitti quem in poſſeſſionem pro modo debiti. Cæterum olim creditores mittebantur in poſſeſſionem omnium bonorum, & ea omnia diſtrahebant, ut conſtat ex Orat. Cic. pro Quint. poſtea obtinuit, ut tantum fieret pro modo debiti, *l.ult. §. ſed ſi, C. de iis qui ad Eccleſ. confugiunt, & Nov.53.*

§. Si rerum omnibus integris) Id eſt, integrò jure debitoris, creditoris, & ejus, qui controverſiam facit. D

Tantum uſucapioni) Flor. legitur, *capioni*, recte, id eſt, pignoris capioni, non uſucapioni. Gellius lib.7. cap.10. vide ſcripta ad *l.3. C. de oblig. & act.*

In gloſſ. integris) Pro his verbis (quæ ſunt neceſſaria ad uſucapionem) dic quæ ſunt neceſſaria ad pignoris capionem, & dele *uſucapion.*

§. Sic quoque. Imp. noſter) Antoninus ſc. in *l.2. C. quando fiſcus, vel privat. debit. ſui exig.* vide ſcripta ad *l.3. de oblig. & act.*

Confeſſum nomen; & infra; quod confitetur) Sic Flor. Confeſſum nomen, id eſt, quod confitetur, ut ſequitur paulo poſt. Tullius 2. Agrar. *Qui publicus eſſe fateatur*: Id eſt, quem ſit in confeſſo, eſſe publicum. Sæpe in his libris deponentia in patiendi ſignificatione accipiuntur.

E *Cæterum ſi negetur*) Id eſt, ſi de eo fiat controverſia.

In gloſſ. confitetur) Adde, id eſt, quod eſt in confeſſo.

L.31. in fin. Si intra duos menſes) Poſt pignoris capionem diſtrahendo pignori conſtituti ſunt duo menſes, qui numerantur poſt tempora judicati, ſic *l.1. Cod. Theod. de diſtr. pig. quæ tribut. cauſſa tenentur.* Sic ex 12. tab. poſt tempus judicati faciendi, condemnati priuſquam pœnas darent, duos menſes erant in vinculis, Gellius 20. cap. 1.

L.35. Impp. Antoninus, & Verus) vide ſcripta ad init. *tit. C. de reb. cred. & jurejur.* & not. ad *l.admonendi, ſup. de jurejur.*

L. 36. Si is juraverit ſibi non liquere) Cauſſa ampliatione differtur, Judicium, quod differtur ampliari debet,

quod ſit cum judici nondum liquet: Chariſius Soſipater lib.2. in verb. *liquet*, & tunc judices ſolent palam jurato edicere ſibi non liquere, ut hic, *& l.Pomponius*, *§.ult. ſup. de recept. qui arbitr. recept.* de hac re Tullius pro Cluentio. Seneca lib.8.epiſt. Donatus in Eunuch. & Gellius, vide notata ad *l.4. C. de except.ſeu præſcript.* & ſcripta ad *l.3. C. de reb. cred.* A

L.40. in fin. In cauſſam judicati capi.) Alias, non.

L.41. §. ult. In ſolidum condemnandus) Idem non datur cæteris, qui habent eandem exceptionem: vide ſcripta ad *l.9. C. de probat.*

L.42. in fin. Scilicet eodem die) vide cap. 2. de præſcriptionibus.

L.49. Niſi in id, quod facere poteſt) vide fuſe ſcripta ad *l.2. C. quod cum eo*.

L. 53. Contumacia) De eremodiciis hæc l. accipienda eſt. B

L.56. Confeſſi pro judicatis hab.) vide ſcripta ad *l.9. Cod. de oblig. & act.*

L.57. A minore 25. annis) hinc quidam colligunt, minorem 25. ann. poſſe judicem fieri, dummodo non ſit minor 18. annis; ſed id Conſtantinus negat lib.1. epitom. tit. 4. de hac quæſt. vide notata ad *l.cum lege*, *ſup. de recept.* & ſcripta ad *l. 2. ſup. de judic.* vide cap.28. de præſcriptionibus.

L. 62. Reſpondit non poſſe) Sed poteſt ſuppleri, quod ei deeſt, *l.Paulus*, *inſ. eod. tit.* vide cap.3. tit. de præſcriptionibus.

L.63. Etiam ſcientibus obeſt) Legendum *etiam ſcientibus non obeſt: quibuſdam vero, etiamſi contra ipſos judicatum ſit, nihil nocet*, vide notat. in *l.2. C. de except. ſeu præſcriptionibus*. C

Nam ſcientibus) Scire in hac l. eſt intervenire, intereſſe, videre & pati. Ideoque modo ait ſcire, modo intervenire, modo pati.

Veluti ſi debitor) Legendum *creditor*, ut Flor.

Creditorem) Lege, *debitorem*, ut Flor.

De Confeſſis. TIT. II.

L. 2. Niſi jus ignoraverit) Pro confeſſo habetur etiam qui errat in jure.

L. 6. in fin. Tempora quaſi ex cauſſa judicati) vide ſcripta ad *l.9. C. de oblig. & act.*

L.7. Et cum controverſia, & computatio difficilior) vide *l. ſi quando* 109. *ſup. de leg.* 1. vide ſcripta, & notata ad eum locum.

Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur. TIT. IV. D

L.3. in fin. Videtur impubes contrahere) vide ſcripta ad *tit.19. Frag. Ulp.*

L.6. In poſſeſſionem) Obſtat *l. pen. inſ. eod.* vide ſolut. ibidem.

L.7. §.1. Qui fraudationis cauſſa latit.) Sic in *l.eo tempore*, *ſup. de pecul. & l. 5. ſup. de bonis auctoritate judic. poſſ.* Cic. pro Quintio.

L. 8. Si diu incertum ſit) Creditor mittitur in poſſeſſ. rei ſervandæ cauſſa, ſi debitori defuncto heres non exſtet, Cic. pro Quint.

L.13. Si defenſor non exſtat) vide Cic. pro Quint.

L.14. Si quis creditorem) Oppo. *l.in poſſeſſ. ſup. eod.* Dicendum, quod proponitur in hac *l.pen.* ſumere interpretationem à ſuperioribus. L. voluit ſtatuere differentiam inter legatarium, & creditorem. Legatarius miſſus nec admiſſus habet actionem in factum. Creditor conditionalis mitti quidem ſolet, ſed ſi non ſit admiſſus, non habet actionem in factum, quia is tantum jure optimo mittitur in poſſeſſionem, qui poteſt vendere. Hic cum ſit conditionalis, non poteſt vendere. E

De reb. auctoritate judicis poſſidendis, ſeu vendundis. TIT. V.

L. 5. Licet non fraudationis cauſſa latitare) Sic in *l. eo tempore*, *ſup. de pecul. & l.Fulcinius*, *ſup. quib. ex cauſſis in poſſ. eatur*, Cic. pro Quint, quare & in *l.3. ſup. de judiciis*: *pro fruſtrandæ actionis*, legendum *fraudationis*.

L. 7. Quod is cum moreretur) Nam ſi defunctus poſt mortem ſuam ſe daturum promiſerit, ſtipulatio non valet, niſi ex conſtit. Juſt. *ut actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant*, vide ſcripta ad *tit. C. de hered. action.*

L.8. §.1. Si quis fructus) Hinc explicanda eſt *l. prædiorum*, *ſup. de uſur.* vide ſcripta ad initium *tit. Cod. de pigner. action.*

L.9. Prætor ait) Con. huic legi *legem conditionalis* 54. *inſ. de verb. ſign.* vide ſcripta ad *l.10. illo tit.*

L.15. Cum plures) Con. *d. l. conditionalis*, & vide ſcripta ad *d. l. 10. illo titulo*. Con. etiam *l. cognoſcere* 56. *illo titulo*.

Ego puto creditoribus eſſe dandam) Flor. *Ego puto creditoribus etiam inſtrumentorum ἀναγραφὴν facere: rectius*.

§. ult. in fin. Juraverit non calumniæ cauſſa) vide ſcripta ad *l.9. Cod. de reb. cred.*

De Privil. credit. TIT. VI.

Flor. hic titulus non exſtat, ſed ſeq. leges habentur ſub præcedenti *tit. de reb. auct.*

L. 1. Cum bona) Con. *l.58. inſ. de verb. ſign.* vide ſcripta ad l.19. illo tit.

L. Vel ſurdo, muto, vel fatuo) Flor. *vel fatuo*, eſt alia lex Caij.

L. Si neutri curator datus ſit) vide *l. 1. ſup. in quibus cauſſis pig.* & eam huic conjunge.

L. Qui navem) Conjunge *l. 59. inſ. de verbor. ſignificat.*

L. Privilegia: ejuſdem tituli) ut creditores omnes chirographarii concurrant, ita etiam legatarii.

L. pen. in fin. Chirographariis creditoribus præfertur) Alias inter chirographarios obſervatur privilegium temporis, ſi ſint ejuſdem tituli, id tamen in Republica olim non obtinuit: concurrebant namque cum cæteris, niſi id ei nominatim conceſſiſſet princeps, ut conſtat ex epiſtola Plinii ad Trajanum de exact.

De Separationibus. TIT. VII.

L. 1. §. Quod dicitur, ut ultra quinquennium) vide *capitul. vigeſimum quartum*, *de præſcriptionibus*, *§. ult.* in fine.

A teſtatore debetur) vide ſcripta ad *tit. Cod. de hered. act.*

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur. TIT. IX.

Hæc Pauliana annalis eſt) vide cap.20. de præſcriptionibus.

L.1. Intra annum, quo experiundi) Hæc eſt actio Pauliana.

L.9. Is, qui à debitore) Ex hac l. ponetur exemplum ad *l.3. C. de peric. & com. rei vend.* vide ſcripta ad eam.

L.10. In factum actionem) Id eſt, actionem Paulianam, de qua vide ſcripta ad l.1.

§. Si debitorem meum) Hoc jus manat ex 12. tab. in quibus ita erat ſcriptum: *Si calvitur pedemve ſtruit, manum endo jacito.* Feſtus in verbo ſtruere, per pedem ſtruere, id eſt, fugere, id eſt, *ſi gagne aux pieds preus-le*, ut ſit ſenſus, ſi fugit, manum injicito. Servius 11. Æneid. *manus injectio eſt, cum quis rem ſibi debitam, non exſpectata judicis auctoritate, eripit.*

§.Partum. Si non talis. Flor. *aut ſi talis, &c.* .i. niſi talis.

L.18. Nullam fieri donationem) vide ſcripta ad *l.5. C. de diſtract. pig.* & ad *l.11. C. ad Senatuſc. Vell.*

L.19. Patrem) Hæc l. male dicitur eſſe ſimilis legi *poſt mortem*, *C. de fidejuſſ.* Nam hic prætor non repræſentat fideicommiſſum, ſed jam debitum præſtat. Nam mater, quæ vult reſtitui filio hereditatem in caſum mortis patris, vult etiam ei reſtitui quoquo modo poteſtate liberato, *l. ſi ita eſſet*, *ſup. quando dies leg. cedat.* Ergo poſt emancipationem ei reſtituenda eſt hereditas: ſi reſtituitur, ut debita reſtituitur: Si repræſentaretur, fraus fieret creditoribus in tempore, *l.ait prætor*, *§.cum in diem*, *hoc tit.* At hic fraus fieri negatur, quoniam reſtituitur debita hereditas, non repræſentatur, vide ſcripta ad *l. filiusfam. §. Divi*, *ſup. de leg.1.*

L.24. in fine. Jus civile vigilantibus) Alium exemplum eſt in *l.ult. C. depoſ.*

AD

AD LIBRUM XLIII.

De interdictis, ſive extraordinariis actionibus. &c. TIT. I.

S*IVE extraord. actionibus,quæ pro his competunt*) Hæc verba à Triboniano addita ſunt, & abſunt ab indice præpoſito Pandectis Florentinis: vide ſcripta ad *Rub. Cod. eod.*

Quod legatorum. TIT. III.

Male vulgo legitur *Quorum legatorum*. Legendum, ut Flor. ut conſtat ex verbis legis,

L.1. §. Si quis: utique ceſſabit) Ratio eſt, quia ex legatis, & fideicommiſſis Falcidia poteſt ſervari, non ita ex reb. donatis. Nam legata à teſtatore corpoealiter non transferuntur. At donata à donatore corporaliter in ſolidum ttansferuntue. Ergo nequit heres Falcidiam ſibi ſervare per rerum donatarum retentionem. Igitur nec hoc interdum opponere, ſed vindicabit Falcidiam à donatario, *l.pen. C. ad l.Falc.* vide ſcripta ad *Rub. ſup. de leg.1.*

Etiamſi alio genere legati) Veſtigium eſt veteris legatorum differentiæ vindicationis, damnationis, &c. ut & ſupra in *l.Stichus ſervus meus, de manumiſſ. teſtam.*

Uni ex heredibus) Hic locus docet, uni ex heredibus poſſe legari non tantum per præceptionem, ut vulgo putant, ſed & pee vindicationem,damnationem,ſinendi modum, *l.ab omnibus, §. Titio, ſup. de leg.1.* vide notata, & ſcripta ad *l.17. §.ult. ſup. de leg.1.*

§. Quod ait prætor: voluntate ejus) Id eſt, ſcientia & tacita patientia.

C *Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit.* TIT. IV.

L.1. §.1. Hoc edictum) Legendum *interdictum.*

De tabulis exhibendis. TIT. V.

L.1. Decreto comprehendam) Id eſt, interdicto, non edicto, ut male Accurſius.

Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. TIT. IX.

Hoc inteedictum non eſt omnino populare: vide c.20. de præſcript.

L.2. §. Si quis nemine: ſalarium) vide not. ad *l.etiam, ſup. qui potior. in pig.*

§.Idem Nerva, te facere cogendum) Actione ſciticet incerti in *l.ſi tibi, ſup. de opt. l.Julianus, §.ult. ſup. de act. empt. l.ſi ſic legatum, §.ult. ſup. de legat.1.* vide ſceipta ad *d. §. ult.*

De fluminibus ne quid in flumine publico, &c. TIT. XII.

D *L.1. §. Labeo, niſi ripæ tuendæ*) Flor. legitur, *aut niſi ripæ*. Legendum, *aut ſi ripæ, &c. Aut*, eo loco, ut in exceptionum omnium foemulis ſemper negat. Idem eſt,quod haud. Nam aut etiam ſcribi, & haud docet Chariſ. Aut pro haud ſumi indicat apeete *lex 1. §. quoties, inf. de ſolut.* ubi & hoc Accurſius animadvertit.

Extra quam ſi quid) Sæpe ſic apud Cic. concipiuntur exceptiones, *extra quam ſi*: in Digeſtis hic forte ſolus locus eſt.

De ripa munienda: TIT. XV.

L.1. In annos 19.) vide cap.26. inf. de præſcript.

De vi, & vi armata. TIT. XVI.

Legendum, *unde vi, & de vi armata.* Quod aperte indicat *l.1. §. pen. ſup. de interd.* Ait enim interdicta proponuntur ſub Rubrica *unde vi*, non dixit, *de vi.*

E *L.1. In pr.verſ. ne quid, nec non & conſtitutionibus principum*) Non eſt putandum ea verba,*nec non & conſt. principum*, pertinere ad conſtitut. *legis ſi quis in tantam, & l. meminerint, l.pen.cum ſimilib. C.unde vi*; ut putat Accuerſius. Quæ conſtitutiones ſunt noviſſimorum Impp. ſed referenda ſunt ea verba ad eas conſtitutiones, quæ ſunt in *l.1.& l.pen. inf.ad l. Jul. de vi priv.* L. 1. eſt ex conſtitutione Divi Pii, lex vero pen. eſt Divi Marci ph. neque ea verba, *nec non & conſtit. principum ſunt Triboniani.*

Qui à me vi) Ad gloſſ. *qui à me vi*, adde, id eſt, ſi me dejecerit: vide ſcripta.

§. Non ſolum autem: nam & Julianus) Floe. *Vivianus.*

§.ult. In factum actio competit) Non dicit, dari interdictum. Dicendum, utrumque idem eſſe, interdictum unde

A vi. & hanc actionem in factum, ſicut ſi quis dolo commiſerit heres ejus tenetur de dolo. Sed hæc actio eſt potius in factum, quam de dolo, quia nec heredem infamat, & eſt de calculo. Idem eſt in inteedicto unde vi, quod datue in heredem ejus, qui dejecit, ſed eſt potius actio in factum, quia ipſe non dejecit: ſic in *l.prætor, §. cum multi, ſup. de nov. oper. nunciat.* vide ſcripta ad *tit. C. ex del. defunct. in quantum hered.*

L.3. §. Eum igitur: Sed ex continenti) Id eſt, intra duas horas, Græci 60. Βασ. tit.17. cap.9.

§. Hoc interdum: Ad eum, qui prohibuit) Triboniani facinus eſt, qui repoſuit *prohibuit*, pro *dejecit*, vide ſceipta ad *l.4. C. unde vi.*

L.12. Locatori obſtrictum fore) Locator nec dominum habet, nec poſſeſſionem: vide ſcripta ad *l.9. C. de loc.*

B Uti *poſſidetis.* TIT. XVII.

L.3. §.1. duplex eſt) vide not. ad *l.2. §.1. ſup. comm. divid.* & ſcripta ad *l.in trib. ſup. de judiciis.*

§.Cum inquilinus) De hoc §. vide ſcripta ad *l.3.C.de loc.*

Aeque competere) Quia videtur occupare poſſeſſionem domini.

Sed ne poſſideret) Id eſt, ne hoc jus ſibi vindicaeet prohibendi dnminum.

De Superficiebus: TIT. XVIII.

Hoc jus ſuperficiarium dicitur *ἐμβατευτικὸν* in *l.3. §. ſi jus, de reb. eorum, qui ſub tut.* hoc jus Græci vertunt *ἐμβατευτὸς* lib.39. Βασιλ.ſic dicitur, quod eo jure quis fruatur ſuperficie aliena, quod eſt *ἐμβατεύειν*. Hoc tamen diſtat ſuperficiarius ab emphyteutic. quod ſuperficiarius habet jus tantum in ſuperficie. Emphyteuticarius in toto fundo: & ideo ille tantum ſuperficiei ſervitutem imponit,hic etiam ſolo. Item ſuperficiaeius jus ſibi acquirit reſpectu ſuperficiei poſitæ in alieno ſolo ſuis ſumpt. Emphyteuticarius reſpectu melioeationum: vide ſcripta ad pr. *tit. C. de jur. emph.* & notata ad *l.etiam, ſup.qui potior. in pig.*

De itinere actuque privato. TIT. XIX.

L.1. §.2. vel modico tempore) Sic Juſtin. Nov.17. interpretatur *σύμμετρον χρόνον τριάκοντα ἡμερῶν*, id eſt, *modicum tempus dierum* 30. vide cap.10. de præſcript.

L.6. Si teſtator venditorve) Con. *l. 29. inſ. de verb. ſig.* vide ſcripta ad eam.

De aqua quotidiana, & æſtiva. TIT. XX.

L.1. in fin. Et hoc interdictum totum finitur) Legendum, *idque interdicto totum finitur.*

De Rivis. TIT. XXI.

L.1. §.Ait ergo prætor: nomen cui eſt ῥύαξ) Flor. *ἀπὸ τοῦ ῥεῖν*. Sic Feſtus: *rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpecu inciliove factus, ſed naturali ſuo impetu*. Sic legendum non ut vulgo, *ſpe conſiliove facto.*

Quod vi, aut clam. TIT. XXIV.

L.3.§.1.Non omnibus momentis) vide cap.1. de præſcriptionibus.

L. 11. §. Si tutoris: quæ non habent atrocitatem) hinc ſumpta eſt *lex ad ea, inſ. de regul. jur.*

L.13. §. Quæſitum: domini locum) Flor. *dominæ*. Recte, vide not. & ſcripta ad *l.9. C. depoſ.*

De Precario. TIT. XXVI.

L.1. Et eſt ſimile commodato) Sed hoc diſtat, quia precario res utenda non datur certo modo fineve: vide ſcripta ad *tit. C. de commod.*

L.2. Quæ ex bona fide oritur) Hic locus & *l. duo in fin. inſ.eod.* obſtat ei, quod dicitur, actionem præſcriptis verbis tantum dari ex contractibus incertis: at precarium ſimile eſt donationi. Porro donatio nec conventio eſt: vide not. ad *Rubr. tit. de præſcript. verb.*

Ex bona fide) id eſt, ex bono, & æquo, ne cuiquam ſuum beneficium damnoſum ſit, ut interpretatue Paulus *lib.5. Sent. tit. de interd.*

L.12. Cum precario) De hac l. vide fuſe ſcripta ad *l.2. Cod. de jure Emphyteut.*

Si convenit) Pactio excedere poteſt naturam contractus, at illi contraria eſſe non poteſt. Hæc autem contraria eſt: itaque in hac ſpecie detracta illa conventione erit precarium.

Sed nulla vis) vide ſcripta ad *l. 5. Cod. de obligat. & action.*

L.19. §. ult. Incerta actione) Flor. *incerti condictione* : Recte.

Id eſt, præſcriptis verbis) hic locus cum *l. 2. ſup. eod.* obſtat ei, quod dicitur, actionem præſcriptis verbis dari ex contractibus incertis, cum precarium, ut & donatio, nec conventio ſit : vide ſolut. in notat. ad *Rub. ſup. de præſcript. verb.*

De arboribus cædendis. TIT. XXVII.

L.1. in fin. ſuccidi eam) id eſt, ſublucari.

A terra coerceri) id eſt, collucari.

De glande legenda. TIT. XXVIII.

Extante ſcilicet. Hoc interdictum fuit ex 12.tab. Plin. lib.16. cap.5.

L.1. Tertio quoque die) vide cap.5. de præſcript.

§.ult. Omnes fructus) Sylveſtres.

AD LIBRUM XLIV.

De Exceptionibus, præſcriptionibus, & præjudiciis. TIT. I.

IN hoc titulo generalis definitionis, & diviſionis proponuntur principia, & ea omnia, quæ ſunt communia omnium exceptionum.

Exceptionibus) Exceptio eſt conditio, quæ modo reum eximit à condemnatione, modo minuit damnationem. Vel ſic : exceptio eſt defenſio, intentio, vel allegatio ejus eum quo agitur actioni contraria. Vel, eſt allegatio quædam. *δικαιολογία* competens reo.

Præjudiciis) In hoc titulo præjudicia ſunt ſpeciales quædam exceptiones, quibus omnibus excluditur actio, inde dicta, quod futuræ graviori actioni præjudicium faciant.

L.1. Agere) vide ſcripta ad *l.8. §.1. inf. de verb. ſignif.*

Qui exceptione) Qui probare debet.

Utitur) Recte. Nam hæc verba agere, intendere, experiri ſunt communia actoris, & rei, *l.1. ſup. de edendo.*

Actor eſt) Agit reus, qui excipit, ergo exceptio rei eſt actio. Obſtat *l.8. inf. de verb. ſignif.* quæ ait, actionis verbo exceptionem non contineri: notandum tam *d.l.8.* quam hanc *l. 1.* referendam eſſe ad edictum de edendo, quod eſt de editione actionis. Lex 1. eſt Ulp. ex lib.4. ad edictum. Lex 8. eſt Pauli ex lib.3. ad edictum. In eo edicto de edendo verbo actionis continetur in rem actio, in perſonam actio : præjudicium, & prætoria ſtipulatio, *l. actionis verbo de obligat. & act.* quæ eſt ejuſdem Ulp. ex eodem libro : Illa quæ continentur actionis verbo actor debet edere. Exceptionem reus non edit, ſed allegat. Quare in eo edicto actionis verbo exceptionem non intelligimus, & ſic agere videtur, qui excipit, quoniam illi incumbit onus probandi, quod excipit : vide ſcripta ad *l.9. & 19. ſup. de probat.* & ad eund. *tit. C. de except.*

L. 3. Nec evitari poſſunt) Niſi objiciantur replicationes.

Contra leges) Juliam, & Papiam. Harum exceptionum contra illas l. exempla ſunt in titulo de adulteriis.

L.7. §. Rei autem) Addatur his exceptio ceſſionis bonorum, *ἐκστάσεως παραγραφὴ*. Si debitor bonis ceſſerit, tuebitur ſe exceptione ceſſionis, fidejuſſor non item, ratio eſt, quia fidejuſſores accipiuntur, ut debitore lapſo bonis noſtrum conſequamur à fidejuſſoribus, *§. ult. Inſt. de replicat.*

L.9. Non utique) vide ſcripta ad *l.1. C. de probat.*

L.12. generaliter) Male à Triboniano poſita eſt hæc *l. ſub hoc titulo*, in quo tantum tractatur de exceptionibus præjudicialibus. At vero hæc l. tantum pertinet ad actiones præjudiciales. In eis quæritur quis debeat probare. Ut ſi unus dicit ſe ingenuum, alter eum dicat eſſe libertum, & ſe ejus eſſe patronum : hæc eſt actio præjudicialis. In ea is actor eſt, qui habet intentionem ſecundum id, quod intendit. Conjungenda eſt hæc *l. cum l. ult. ſup. ſi ingenuus eſſe dicet*, & ex ea hæc explicanda. Itaque is, qui dicit ſe patronum, ſi ita illi detur actio à prætore, ſi putet te eſſe patronum, is tunc actoris partes ſuſtinet, & illi onus probandi ſe eſſe patronum incumbit : vide etiam ſcripta ad *l. 10. C. de probat.* & ad *l.8. ſup. de probat.*

Qui habet intentionem) *ἐνίσταται*.

L. 16. Quod præjudicium) Hæc ſunt præjudicia de quibus in hoc titulo.

L. 17. Sed ſi aute) hæc l. male conjungitur ſuperiori quaſi videatur eſſe de exceptione præjudiciali, cum pertineat ad exceptionem rei judicatæ, ut docet inſcriptio. Et hæc legis ratio, quia & diverſa corpora ſunt, qua utimur cum negamus exceptionem nocere rei judicatæ, non cum præjudicialem, *l.12. & 14. inf. tit. prox.* denique ſi ſumatur de præjudiciali pugnabit cum l. præcedenti: vide ſcripta ad *l.10. C. de probat.*

L.19. Omnes) vide not. & ſcripta ad *l. defenſiones, Cod. eod. tit.*

L.22. Exceptio eſt contradictio) Legend. ut Flor. *eſt conditio*. Omnis enim exceptio conditionis formam habet : ut actioni ſi certum petatur hæc conditio ſeu exceptio opponitur. ſi non convenerit inter te, & me, ut pecunia non peteretur. Hæc exceptio ſi probetur eximit reum à damnatione. Sic repetitioni dotis inops maritus hanc opponit exceptionem, ſi non æquius eſt me in id tantum damnari, quod facere poſſum. Hæc exceptio minuit damnationem : vide not. ad *tit. C. de except. ſeu præſcript.*

De Exceptione rei judicatæ. TIT. II.

L.1. Cum res) Vide ſcripta ad *l. ſi ſervus plurium, §.1 ſup. de leg.1.* Huic legi opp. *l.3. ſup. de pig.* quæ ait, ſcripto herede repudiante, aut ſuperato currere legata. Verum dicendum nihil eam obſtare. Nam hic actum non fuit de hereditate, ſed de legato, & legatarius victus fuit. Hoc non nocet legatariis manumiſſis, aut cæteris, etiamſi ideo victus ſit legatarius, quod diceretur teſtamentum injuſtum, aut irritum : ſic recte Accurſius in *l. Papinianus, §.ult. ſup. de inoffic. teſtam.* & Græci lib.51. *Baſil.* tit.2.

L.5. Si quis mandati acturus) Hinc notandum, has duas actiones mandati, & negotiorum geſtorum ſæpiſſime de eadem re dari, ut ſit in arbitrio actoris, qua velit experiri : concurrit etiam cum illis condictio, *l.5. & l. fidejuſſorem, ſup. mand.*

L.7. Si quis tum totum petiſſet) Et victus eſt. Sic in *l.2. ſi tamen, inf. de verb. obligat.* vide ſcripta ad eam.

L.12. An idem corpus ſit) vide not. ad *l.16. ſup. tit. proximo.*

L.15. Et me à te, & invicem) De mutuis petitionibus, vide locos not. & ſcriptos ad *l.16. C. de compenſat.*

Nam ſi meum eſſe) vide ſcripta ad princ. *tit. C. depoſ.*

L.16. Evidenter) Oppon. *l.4. C. depoſ.* quæ ait, proficere. Sed dicendum hujus leg. 16. ſententiam non eſſe generaliter veram. Proficit enim ne condemnatio iteretur, *l.7. §. plane, ſup. eod.* non tamen ſi deficiat actio judicati. Nam tunc iterari actio poteſt, ut in ſpecie *legis ſin autem, §.1. ſup. de rei vindicat. & l.9. §.pen. ſup. eod. tit.* vide ſcripta ad prin. tituli, *Cod. depoſ.* item non proficit in ſpecie legis præcedentis.

L. 67. Si rem meam à te petiero) Et ſic egero vindicatione. Opponunt hanc legem *l. quotiens, §.1. & l.6. ſup. de probat.* ubi regula traditur. Qui dolum objicit eum probat : ſed dicendum : qui ſimpliciter dicit, nihil dolo feci, non probat, nec vero probari poteſt: At qui dicit ſe deſiiſſe poſſidere ſine dolo cauſſam aliquam, & rationem allegat, quam debet probare, & vero hic utrinque admittuntur probationes.

L.21. §. Si fundum: quia qui fundum habet) vide ſcripta ad *l.58. inf. de verb. oblig.*

L.24. Si non res judicata ſit) Flor. *At ſi res judicata non ſit*, ut & ſup. *l.9. §.ult. eod. tit.*

L.25. §.1. Qui alterutra earum egerit) Si emptor tempore excluſus ſit redhibitoria, competet æſtimatoria, *l. ſi tamen, §. non nocebit, ſup. de ædil. edic.* Sed ſi redhibitoria excluſus, alia ratione egerit, & vicerit, poſt eam experietur æſtimatoria, ut hic, vide ſcripta ad *tit. C. de ædil. act.*

L.30.

L. 30. Ex ſextante) vide ſcripta ad *l. 87. filio pater, ſup. de leg.*1. Græci lib. 60. Βασιλ. huic l. opponunt *l.pen. ſup. de his, quæ ut indig.* ſed ex hujus ſpecie conſtat eam non pugnare: nam unam partem ſextantis non amittit: alteram vero ideo amittit, quia eam temere in judicium adduxit.

De diverſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum. T I T. III.

Præſcriptionibus) Id eſt, Exceptionibus, Tertullianus lib. de præſcript. dicuntur & ſubſcriptiones teſte Chariſio lib. 2. Gram. Græci vocant ὑπογραφὰς lib. 51. Βασιλ. Hic titulus eſt de exceptionibus temporum, & de acceſſionibus poſſeſſionum, id eſt, de conjunctionibus temporum. Conjunguntur tempora intra heredem, & defunctum, venditorem, & emptorem: his opponuntur interruptiones. Alias titulus ſic conceptus eſt non male: de diverſis temporibus, & præſcript. & de acceſſ. poſſeſſ. Sic lib. 7. *C. eſt titulus de annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diverſis temp. vel præſcript. & interrupt.* Recte autem habet tit. ut Flor. ſic Græci, περὶ διαφόρων προσκαιρῶν παραγραφῶν, καὶ προσθέσεων κατοχῶν, vide proœmium tit. de præſcript.

L. 1. Quia tractatus de utilibus dieb.) Dies utiles Græci vocant ἐργασίμας, ut & actionem utilem ὠφέλιμον, vide dierum diviſionem cap. 3. Tr. de præſcript. & ejus explicationem.

L. 2. In fin. Dies intercalaris proficiet) In his omnibus proficit dies intercalaris præterquam in *l. commiſſoria*, ut recte Hugolinus, & Græci lib. 51. Βασιλ. tit. 3. vide cap. 3. de præſcript. Conſtitue differentiam inter legitimum tempus, & conventionale.

L. 10. Intra 4. annos) Vide cap. 23. de præſcript.

§. 1. Sed ex) Id eſt, quin ex. & vide not. ad *l. 3. C. ad l. Jul. de adul.*

L. 12. Adverſus emptorem eandem exceptionem) vide cap. 30. de præſcript.

L. 13. Viginti annorum præſcriptio) vide cap. 28. de præſcriptionibus.

L. 14. In gloſ. ſuperaturos. Adde ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te.

L. 15. §. Item danda: dotis ſuæ nomine) De miſſione in poſſeſſ. dotis ſervandæ cauſſa, duo tantum ſunt loci, *hic & l. ea quæ, inf. ad municip.*

De doli mali, & metus exceptione. T I T. IV.

L. 2. §. circa: Si quis ſine cauſſa) Stipulatio exigit rem vel cauſſam: & ideo Cajus *lib. 2. Inſt.* ait ſtipulationem contrahi ex interrogatione dantis, vel reſponſione accipientis: vide not. ad princ. tit. *C. de contr. & commit. ſtipul.*

§. Et generaliter) Ubi eſt doli exceptio ſemper eſt exceptio in factum, id eſt, ſi volo excipere, verecunde excipiam in factum.

L. 4. Si quis pupillo. Exceptio locum habebit) Replicatio.

§. Si quis ex uncia; aut ſi legatum petat) Obſtat *l. 17. §. ult. & l. 18. ſup. de leg. 1.* vide ſolut. in ſcriptis ad eum locum, & not. ad *l. ult. §. ult. inf. hoc tit.* vel dic in hoc §. voluiſſe teſtatorem, ut alterutro contentus eſſet: ſi acceperit 100. vel legatum repudiarit, non habebit etiam legatum: vide ſcripta ad dictam legem *17. §. ult. & leg. 18.*

§. Adverſus parentes patronoſque) Hi ſoli duo caſus ſunt, quibus neceſſe eſt excipere in factum: addatur manifeſta ignorantia actoris dolo carens.

§. Si à Titio fundum: exceptione in factum comparata) Sic exceptio in factum compoſita, *Inſti. in prin. tit. de except.* in factum concepta, *l. quod de bonis, ſupra ad l. Falcid.*

L. 7. Julianus ait) In *l. 2. ſup. de donat.* vide ſcripta ad *l. 2. C. de cond. indeb.* & ad *tit. C. de non numer. pecun.*

L. 12. Qui æquitate defenſionis) In gloſ. adde, exceptionis æquitate.

L. 14. Non alius ſumptus) vide ſcripta ad *Rub. C. de condict. indeb.*

L. 15. Fidejuſſor evictionis) Opp. *l. 84. ſup. de verbor. oblig.* hic poſt condemnationem recte offertur, nec mirum, cum non res tantum offeratur, ſed & in id omne,

A quod intereſt.

Pro damnis emptori ſatisfiat) vide ſcripta ad *l. 102. inf. de verb. oblig.*

L. ult. Reſpondit: ſi ut proponatur) Si quam varie in reſponſis Scevolæ accipiatur: vide not. ad *§. ager, l. qui Romæ,* & ſcripta ad *l. 57. inf. de verb. oblig.*

§. ult. Marito: parem rationem feceris) Id eſt, ſi apocham feceris: *ſi tu as fait quittance*, in *l. qui filium, ſup. de man. teſtam.* ubi dicitur, *ſi parem rationem adſcripſerit:* Græci vertunt, ſi ἀπόδειξιν fecerit, id eſt, apocham: vide ſcripta ad *l. 17. §. ult ſup. de leg. 1.*

Legata ſibi.) Hinc colligunt, eum, qui omiſerit hereditatem, legatum etiam non habiturum. Quod obſtat *l. 17. §. ult. & l. 18. ſup. de legat. 1.* ſed hoc ideo, quia utrumque videtur legatum ſub eadem conditione non

B impleta condit. neutrum habebit: vide ſcripta ad *d. l. 17.*

Quarum rerum actio non datur. T I T. V.

Sciendum eſt, ſub hoc titulo permixtum variis ex cauſis ortas præſcriptiones proponi, cum ſupra ſpeciales tantum quædam exceptiones propoſitæ fuerint. Proponitur hic exceptio jurisjurandi, non quod in alia geſtum eſſe dicitur, nec quod libertatis onerandæ cauſſa geſtum eſſe dicatur, de qua eſt etiam *l. 7. ſup. de except.* Proponitur etiam ſub hoc titulo exceptio rei venditæ, & traditæ, ut *l. 1. ſup. de except. rei vend. & traditæ.* Ergo quarum rerum actio non datur, id eſt, quarum rerum actio exceptione elidatur, actio: hic dicitur non dari, & revera non datur cum effectu, quæ exceptione eliditur in hoc titulo: ipſo jure eſt actio, & exceptione omiſſa, eſt condemnatio: vide ſcripta ad *tit. C. ad Maced.*

C *L. 1. §. 1. Si pupillus*) vide ſcripta ad *l. 4. C. de reb. cred. & jurejur.*

§. Si petitor: exceptio) Jurisjurandi, quæ inſtar habetur *rei judicatæ:* vide ſcripta ad *l. 8. C. de reb. cred. & jurejur.*

L. ult. §. 1. Si in alea rem vendam) Id eſt, ut alea ludam: quo caſu valet quidem venditio, ſed reſcindi poteſt.

Exceptione ſubmovebitur) Quod in alea geſtum ſit.

De litigioſis. T I T. VI.

Id eſt, de exceptione rei litigioſæ.

L. 1. Litigioſam) Con. *l. alienatum 67. de verb. ſignif.* vide ſcripta ad *l. 28. illo tit.*

Non facit denunciatio) Sed litis conteſtatio.

L. 2. Si ſervus cum emerit) Suo nomine, & peculiari: Principali perſonæ ſcientia alterius, quam ſua non nocet: itemque alterius ignorantia, quam ſua non prodeſt: vide

D ſcripta ad *l. 5. ſup. de jur. & fac. ignor.*

Videndum eſt cujus) Eadem diſtinctio adhibetur in ſpecie legis *imo & l. ſeq. ſup. de liber. cauſſa*, ex qua pleniore diſtinctione hæc eſt augenda: addenda exceptio ad fin. legis, niſi tempore emptionis præſens fuerit dominus potueritque ſervum emere, prohibere: Nam tunc ignorantia ſervi domino ſcienti, nec prohibenti non prodeſt: hoc, cum ſervus ſuo nomine comparavit: nam ſi emit nomine domini, videndum eſt utrum dominus certum hominem emi mandarit, ut Titium; tunc enim ſolius domini ſcientia, vel ignorantia ſpectatur. Si incertum emi mandavit, eo caſu emptionem videtur poſuiſſe in ſervi poteſtate. Itaque in eo caſu ſcientia ſervi, licet ementis mandato domini, ignoranti domino nocet. Idem dicendum, ſi per procuratorem emerit, *l. non ſolum, §. ult.*

E *ſup. de liber. cauſſa.* Sed omnibus diſtinctionibus his valde obſtat *l. cum mancipium, ſup. de ædil. edic.* vide ſolut. in not. ad *d. l. cum manc.* & ſcripta ad *l. 5. ſup. de jur. & fac. ignor.* Eadem diſtinctio ſervatur in uſucapione in *l. 2. §. ſi ſervus meus, ſup. pro emptore.*

L. ult. Prohibemur) Leg. duodecim tabul. ut docet inſcriptio.

Potentiori adverſario traditus eſt) Nempe ſacro.

De obligationibus, & actionibus. T I T. VII.

L. 3. in fin. Si per jocum puta) Varro lib. 5. de ling. Lat. *Non ſpondet ſtatim, qui dixit, ſpondeo, ſi jocandi cauſſa dixit, neque agi poteſt cum eo ex ſponſu, &c.* vide not. ad *prin. tit. C. de contrah. & commit. ſtipul.* & vide ſcripta ad *l. 1. §. 1. ſup. de pact.*

L. 4.

L. 4. It quoque, qui non debitum) Flor. 5. vide ſcripta ad *Rub. de cond. indeb.*

Qua creditores debitoribus) Hic debitorum, & creditorum nomem ſtricte accipitur.

L. 7. Floren. 8. *Conditio in ipſum promiſſorem nuuqnam exſtitit*) Ergo ſi conditio exſtiterit in perſonam promiſſoris, id eſt, ſi voluerit, & uſque ad mortem perſeveraverit, heres ejus tenebitur, v. ſcripta ad *l. 17. inf. tit. prox.*

L. Filiusfam. Julianus putat.) Cujus hac in re auctoritate noſtri ſemper utuntur, *in l. ſi longius, §. 1. ſup. de judic. & l. Julianus, ſup. depoſ.*

L. Naturales. Si ſoluta pecunia repeti.) vide ſcripta ad *l. 127. inf. tit. prox.*

L. Ex depoſiti : ob dolum malum) vide ſcripta ad *l. 121. §. ult. inf. tit. prox.*

In factum actiones) id eſt, utiles. Hæc l. conjungenda eſt cum lege *cum filiusfam. ſup. de reb. cred.* & ex illa eſt explicanda. Hujus legis ſenſus eſt: utiles actiones ex omni cauſſa à filiisfam. exerceri poſſunt. Hæc l. non loquitur de ſpecialibus act. in factum. Omnis actio utilis eſt in factum, *l. cum mota, C. de tranſac. l. 3. C. de donat. quæ ſub modo, l. 1. C. de pactis conven. l. quidam in fine, ſupra, de hered. inſtit. & l. ſi vero non remunerandi, §. ſi à filiofamil. ſup. mand.* Cum l. ait actiones exerceri à filiisfamil. intelligit utiles. Utilis actio, quæ ſit, docet *l. ſi longius, §. ult. ſup. de judic.* vide ſcripta ad *tit. C. an ſervus, pro ſuo facto.*

L. Qui à ſervo in fin. Ex hac cauſſa etiam poſſeſſio) vide ſcripta ad *l. 9. C. depoſ.*

L. Omnes debitores, qui ſpeciem) id eſt, rem, corpus: nam in quantitate aliud eſt. Ad regulam in hac l. traditam, pertinet *l. 82. non quocunque, ſupra, de leg. 1.* vide ſcripta, & not. ad eam.

L. Cum quis in diem) Obſtat *l. quotiens 59. inf. tit. prox.* cum multis ſimilibus, ubi dies ſpectatur, quo dare debuit: hic tempus contractus: ſed hic ponendum eſt, fidejuſſorem interceſſiſſe, cum jam veniſſet dies, quo reus ſolvere debuit, *l. 9. §. omnis, de pign. act.* Sicut ergo ſi reus damnatus fuiſſet ejus diei, quo dari debuit, æſtimatio fuiſſet facta, ita fidejuſſor, qui eo die accepit, in eum diem damnabitur: vide ſcripta ad *l. 59. infra, de verb. oblig.*

L. Trajectitiæ) Trajectia, ſeu nautica pecunia eſt, quæ navigat periculo creditoris: vide ſcripta ad *Rub. & l. 4. ſup. de naut. fœn.*

Si ad diem ſoluta) Ex die mora fit: vide ſcripta ad *l. 23. & 84. inf. tit. prox.*

Pœna uti adſolet) vide ſcripta ad *l. 4. ſupra, de naut. fœnore.*

Ejus, qui eam pecuniam peteret) Hic dicitur ſervus κερματολόγος: vide not. & ſcripta ad *§. Callimachus, l. qui Romæ, inf. tit. prox.*

In gloſſ. Ob operas : in fine, & lege nihil) Adde *§. pro operis.*

In gloſſ. Interpellatus non eſſet) Ad fin. adde: vide not. ad *l. magnam.*

§. Ea conditio furioſo adquiritur) Res invito non acquiritur, actio invito, & ignoranti adquiritur: vide ad *l. 62. inf. tit. prox.*

L. Omnes pœnales tranſeunt) vide ſcripta ad *tit. C. ex delicto defun. in qu. hered. conven.*

L. Non ſolum ſtipulationes) vide not. ad *l. ult. ſup. tit. prox.* & ſcripta ad *l. 12. ſup. de leg. 1.*

L. Cum ex uno poſt magnas varietates) Sic in *l. 3. de condit. & demonſtr. l. ult. ſup. pro leg.*

L. Conſtitutionibus quaſi lite conteſtata) vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. deſun. in quan. hered. conven.*

L. In honorariis) Con. *l. 4. ſup. de petit. hered. & l. 4. inf. de verb. oblig.*

Anno finitur) De annalibus actionibus vide cap. 20. de præſcriptionibus.

L. Actionis verbo) Pertinet ad tit. de edendo, ut monet inſcriptio.

Quia actionum inſtar obtinent) vide not. ad *l. 1. §. 1.*

A *infra, de prætor. ſtipul.* & ſcripta ad *l. 5. infra, de verbor. obligat.*

§. ult. Mixtæ ſunt actiones) vide not. ad *l. 2. ſup. commun. div.* & ſcripta ad *l. in tribus, ſup. de judic.* & de tota hac l. vide not. ad *l. primam, ſup. de except. & præſcript.* & ad princip. tituli *C. de exception.* & ſcripta ad *leg. nonam, ſup. de probat.*

L. Hereditariarum) vide ſcripta ad tit. *C. de heredit. action.*

L. Obligationem fere) vide ſcripta ad *l. nemo poteſt, ſup. de legat. 1.*

Verſ. placet) Dies & conditio, aut ſpectatur ἐν ἀρχῇ, aut εἰς πέρας, ἐν ἀρχῇ eſt efficax εἰς πέρας eſt ineſficax.

Certis modis deberi deſinit) Certis modis obligatio tollitur. B Modi hi ſunt, ſolutio, acceptilatio, novatio, delegatio: vide ſcripta ad tit. *C. de novat. & delegat.* & ad *l. nemo poteſt, ſup. de leg. 1.* pacto, tempore, conditione non finitur: non poteſt etiam locus finiendæ obligationis cauſſa adſcribi, ut nec conditio, aut modus, *d. l. nemo poteſt*, quæ in eam rem eſt ſingularia: vide ſcripta ad *l. 56. §. qui ita, inf. tit. prox.*

Doli mali exceptione ſummoveri) Obſtat locus Pauli *l. 3. Sentent. tit. de leg. & l. ult. C. de leg.* vide notata ad *d. l. nemo poteſt*, & ad *l. ult. C. de legat.*

In gloſſ. Deberi) Dele, ex pacto, & repone, delegatione, & acceptilatione.

In gloſſ. Sic & in tradendo, ibi in quæſt. Sabat.) De hac, quæſtione, vide ſcripta ad *§. qui fundum, l. ſi fundum ſub conditione, ſupra, de legat. 1.* Legata arbore exſciſa à legatario, C & ablata ſi radix ejus pullulaverit: Quæritur, an ſtolones pertineant ad legatarium, an videantur etiam radices legatæ, & ſolum exemplo ædificii. Dicendum videtur, eum, cui arbor legata eſt, poſſe eam exſtirpare. Quod ſi admittemus, ſequitur, quod ſi eam non exſtirpavit, ſed exſcidit, repullulantem vindicabit.

L. Ex contractibus) vide ſcripta ad tit. *C. ex delict. defunct. in quant. her. con.*

L. Obligamur: in fi. Sed & nutu ſolo) Ut fideicommiſſa, legata, ut *l. nutu, ſup. de legat. 3.* Item delegationes debitorum, *l. delegare 2. de novationibus, & juſſa*, denique pacta, & contractus, qui ſolo conſenſu contrahuntur nutu conſiſtunt: vide ſcripta ad *l. 1. §. 2. inf. tit. prox.*

L. Pupillus) vide not. fuſius ad *l. quod pupillus ſup. de* D *condict. indeb.* ubi notatur hic ſolus caſus, quo naturaliter obligatur in id quod factus eſt locupletior: vide & ſcripta ad *l. ſi pupillus 127. inf. tit. prox.*

Ne quidem jure naturali obligatur) Quoniam animi judicio caret. Animi judicium, & conſenſus eſt id quod gignit naturalem obligat. Si abſit animi judicium, abeſt, & naturalia obligatio: Ideoque non obligatur pupillus niſi ejus judicium ſuppleatur præſentia tutoris.

AD LIBRUM XLV.

De Verborum obligationibus. TIT. I.

E TRIBUS tantum modis conſtituitur verb. obl. de quibus omnibus tractarunt Juriſconſulti in *libr. de verbor. obligat.* Primum per ſtipulationem, quæ eſt contractus ex quo verbor. obligatio conſtituitur: vel verborum conceptio ex qua obligatio naſcitur, *l. cum pater, C. de jure dot. l. 5. inf. eod.* Et eo differt à verborum obligatione, quo quilibet contractus ab ea obligatione, quam parit. Stipulatio eſt ex genere contractuum μονοπλεύρων, quæ unum tantum obligant. Deinde per jusjurandum liberti: demum ex dictione dotis, teſte Cajo *lib. 2. Inſtit.* Acceptilatio has omnes ſpecies tollit. Pactis legitimis, aut pollicitatione non contrahitur verb. obligatio, quia non fiunt verbis ſolemnibus, ut verbor. obligatio, ſed tacito ple-

Plerunque conſenſu, nec vero verba ſolemnia in ſtipulationibus ſunt ſymbola, cum ſint ipſa rei ſubſtantia, ut emotionis conſenſus, mutui &c. vide not. ad pr. *tit. C. de contrab. & commit. ſtipul.*

L.1. Stipulatio non poteſt) Sabini hæc ſunt.

Et ideo) Hæc ſunt Ulpiani.

Utroque loquente) At dictio dotis, & jusjurandum fit uno tantum loquente. Huic initio obſtat *l. un. C. de rei uxor. act.* Unde dici videtur eam poſſe confici neutro loquente. Sed dicendum, dotem repeti actione ex ſtipulatu κατὰ πρόληψιν, ex vi, & præſumptione conſtitutionum. Non auctum pro actu habetur. Sic in titulo *in quib. cauſſis pignus, & in §. ſi ſcriptum, de inutilib. ſtipul. l. ſtiendum, inſ. eod.*

Neque mutus, neque ſurdus) At re, conſenſu, & litteris obligari poſſunt.

Neque infans) Infans eſt, qui ſept. annum non complevit. Unde Græci vertunt ἀφώνους. Infans autem etiamſi loqui poſſit, non tamen intelligit quid loquatur. Itaque non poteſt ſtipulari. Male Accurſius hic excipit ſtipulationem rem pupilli ſalvam fore. Nam *l. ſervum* illo titulo loquitur de pupillo, qui fari poteſt, ut recte notavit Martinus. Sic infans pro filio in *l. uxorem, §. ult. de leg. 3.* Vide ſcripta, & not. ibid. At infanti alius, & alii infans per ſervum, aut tutore auctore, aut per tutorem poteſt obligari.

Quoniam exaudire invicem debent.) Quod nequeunt, eadem ratione nec teſtamenta facere, nec vindicta liberare poſſunt.

In gloſſ. ſtipulatio) Dele hæc (id eſt, verborum obligatio)

In gloſſ. Nec abſens, ſolve ut ibi) Adde, vide ſolut. in not. ad *l. 3. C. de inutil. ſtipul.* Item contra *l. 4. ſup. de ſponſalib.* ſolve ut ibi.

§. Qui præſens. Si vero præſens) Obſtat *l. continuus in pr. inſ. eod.* vide ſolut. in notat. & ſcript. ad eam.

§. Si quis ita: quid ni) Sic & ſi dixerit τί μὴν in *l. blanditus, C. de fidejuſſoribus.*

Sine verbis annuiſſet) Sunt tamen pleraque alia, quæ ex nutu conſiſtunt, vide notata ad *l. 51. ſup. tit. prox.*

In gloſſ. Annuiſſet) In fine dele hæc verba (*ut inſ. eodem, l. ſi ſtipuler, §. fin.*) & dic. Male hæc lex citatur in hanc rem, vide notata ad eam.

Sed nec naturaliter) Hinc notandum inutili ſtipulationi non ineſſe pactum, non habere eam vim pacti, ut nec vim conſtitutæ pecuniæ, *l. 1. §. eum, qui, ſup. de conſtit. pecun.* vide ſcripta hic.

§. Si quis ſimpliciter) Quia ſimplici enuntiationi conditionalis, aut conditionali ſimplex nulla ineſt. Idem dicendum eſt ſi ſtipulanti intra Kal. reſpondeat Idibus.

Tunc enim alia ſtipulatio) Ad hanc exceptionem applica *§. ſeq.*

§. Si ſtipulanti) Quamvis illico placuerit reſponſio. Sic enim hic §. eſt accommodandus ſuperioti exceptioni in fin. *§. præced.* ut dicamus hic ſtatim placuiſſe reſponſionem. Sic nihil obſtabit *§. præterea, Inſtit. de inutil. ſtipul.* ibi enim non ponitur ſtatim placuiſſe diverſam reſponſionem. Alii ſic tradunt accipiendum *d. §. præterea*, ut valeat in quinque tantum, male: Nam Cajus lib. 2. Inſtit. unde eum §. Juſtin. exſcripſit, ait in integrum eſſe inutilem, Præterea Juſtinianus ei parem facit illam, quæ non congruit in conditione: illa eſt plane inutilis, ergo & hæc: niſi illico placeat reſponſionis diverſitas.

Obligatio niſi in 10. non erit contracta) Igitur ſatis non eſt placere diverſitatem reſponſionis, niſi reſponſio in interrogatione, aut viciſſim hæc in illa inſit.

§. Sed ſi mihi Pamphilum) Licet Ulpian. idem in hoc §. quod in ſuperiori ſtatuat, tamen ideo eum exorſus eſt ab adverſæ ſententiæ nota, quia & diverſitas reſponſionis non placeat. Utilis eſt ſtipulatio ob rerum vatiarum cauſſam.

Neque vitiatur utilis) Addendum: interdum utili ſtipulatione inutilem corroborari, *l. unica, §. 1. C. de rei*

A *ux. act.* vide ſcripta ad eam.

Eadem autem) Hæc Sabini ſunt uſque ad verſ. *ſed utrum*, qui eſt Ulpiani. Hinc nun collige ſtipulationem eſſe jurisgentium: nam eſt juris civilis, ut & acceptilatio, vide not. ad *l. an inutilis, inſ. de acceptilat.* quod autem ſtipulatio fit quacunque lingua, hoc neceſſario receptum eſt, quia ſolet applicari conventionibus jurisgentium, quæ quacunque lingua fiunt: nam quæcunque ſunt juris civilis, fiunt Latina lingua, vide ſcripta hic.

Ex ſcriptura Sabini) Id eſt, ſuperiori ſententia Sabini, ut & *l. 1. ſup. de hered. inſtit. & ſcriptura Q. Mutii, l. 7. ſup. de annuis legatis.*

L. 2. Et harum) Hic §. eſt de promiſſore.

Cum 10. dari) Ut ſunt ſummæ, ut fundus, ut homo.

Quæ natura diviſionem) Id eſt, Naturaliter indiviſæ,
B *l. non amplius, in fi. de leg. 1.*

In gloſſ. Viam) Dele à pr. omnia eo uſque (quia ſi promiſſor, &c.)

In margine, & jus ſecundum Bart.) Adde ad fin. & recte. Nam ſtipulatio ſervitutis in dando conſiſtit, *l. ſi unus, de ſervit. ruſt. l. ult. comm. præd.* vide ſcripta ad *§. pen. inſ. ead. l.*

Aut in pendenti) Nam ſi præmiſſor reliquam hominis partem poſtea ſolvat, ſtipulationi ſatisfit, & conditio ceſſat. Sed ſi alium hominem dederit in ſolidum, tunc demum partem condicet. Sed cum debetur homo generaliter, fieri non poteſt ſolutio partium in diverſis, ſed homo certus dandus eſt. Obſtat *§. ſi tamen, inſ. hac l. & l. hominem, inſ. de acceptilat.* Vide ſolut. in not. ad eos locos, & ſcriptis hic. Denique hæc ſit regula: homine generaliter
C promiſſo, vel Sticho, aut Pamphilo, ſolvi pro parte utiliter nequit. Excipe duos caſus: primum ſi ſtipulator partem Stichi accepto tulerit: nam hoc caſu promiſſor poteſt ſolvere partem alterius hominis. Deinde ſi ſtipulator egerit cum uno ex heredibus promiſſoris pro parte, & victus ſit, poterunt reliqui alterius cujuſvis hominis pattem ſolvere, & ſic liberari.

§. Ex his igitur) Hic §. eſt de heredibus promiſſoris, & ſtipulatoris. Et ex heredum perſona obligatio, quæ dividua eſt, dividitur pro portionibus hereditariis inter heredes, ſicut & promiſſor pro parte poterat liberari. At cum promiſſus homo incertus, aut Stichus, aut Pamphilus alternatim, hoc caſu ut promiſſor nequit liberari, niſi ſolido homine dato, ſic nec heredes. Hæc ſtipulatio habetur pro individuo, nec ad eam pertinet *l. 12. tab.* Idem
D eſt ſi naturaliter individua ſit obligatio.

Repetitionem habebit) Aut ſi prius agâtur familiæ erciſc. quam heredes conveniantur, de eo etit cavendum officio judicis.

Pomponius ait) Citatur hic Pomp. in *l. viæ, ſup. de ſervit.* Idem dicitur in *l. heredes, §. an ea, ſup. fam. erciſc. l. ſi unus, ſup. de ſervit. ruſtic.* Sed videtur obſtare, quod dicitur in fi. hujus §. ea, quæ ab initio conſtiterunt poſtea evaneſcere, ſi in eum caſum incidant, à quo incipere non potuerunt. Sed ea regula non eſt perpetua: habet enim exceptiones primo ex *§. ex contrario, Inſtit. de legat.* Secundo ex *l. à filio, ſup. de leg. 1.* Tertio ex *l. pen. inſ. eod. tit.* demum ex *l. ſi ſub una, inſ. eod.*

Sed quidam) vide not. ad *l. 4. §. ſi fundus, ſup. ſi ſervit. vind.* & ſcripta hic.

E *§. Si tamen*) Hic §. obſtat *§. 1. hujus l. ſup.* Sed dicendum cum Battol. promiſſorem, vel heredem pro patte abſolutum eſſe. Ponendum eſt: ſtipulatorem hominis egiſſe pro parte, & ſuccubuiſſe: tunc reliqui heredes, cum quibus actum non eſt, liberantur ſolvendo partem cujuſvis hominis. Similem locum notat Jaſon in *l. ſi quis cum, ſup. de except. rei judic.* Vide ſcripta ad *d. §. ſupra ead. l.*

Egero) Et ſuccubuero. Ideo dele gloſſam Accurſii, & partem accepero.

Et fidejuſſoribus ejus) Nam ſi ſit dividua ſtipulatio, fidejuſſoribus promiſſoris ex epiſtola divi Hadriani tenentur ſinguli pro partibus. At ſi individua, ſinguli tenentur in ſolidum.

§. Item

§. Item ſi in facto) Suprà dixit de obligationibus, quæ ſunt in dando: hic de illis, quæ ſunt in faciendo, aut non faciendo. A

Tenentur quidem, & coheredes) Recte Accurſius teneri ait pro portione hereditaria, male Bartolus. Nec obſtat *l. heredes, §. in ea, ſup. fam. erciſc.* qua nititur Bart. quæ ait, uno prohibente, in ſolidum committi ſtipul. Idem ait *§. Cato l. 4. inf.* Sed hoc ſic accipiendum eſt ex dicto *§. Cato*, ut ſive ſtipulationi ſit ſubjecta pœna, ſive non, omnes teneantur in ſolidum, committitur ſtipulatio: quia ab uno prohibitus, in ſolidum eſt prohibitus, ſed non tenentur niſi pro portione hereditaria.

Sibi heredique ſuo, ire, agere, &c.) Hujus ſtipulat. & ſuperioris eadem vis eſt: utraque videor ſtipulari iter fieri, id eſt, patefieri, *l. 4. §. Cato, inf. eod.*

In ſolidum committatur) Ipſo jure. B

Doli mali except. ſummoveb.) Obſtat *l. ſtipulatio iſta, §. ult. inf. eod.* quæ ait, actorem non repelli exceptione. Sed hoc ita verum eſt, ſi nemo ſit cujus interſit, quique agere poſſit: reliqui quorum nihil intereſt per exceptionem removebuntur à petitione pœnæ. Sic eſt etiam in actione ex empto, *l. præd. illo tit.*

Committatur ſtipulatio) Quanti ejus intereſt.

L. 3. Idem) Con. *l. 38. inf.* vide ſcripta ad eam.

L. 4. Pluribus heredibus relictis deceſſerit) Nam uno ex heredibus promiſſoris dolum faciente, omnes tenentur, quia dolus ſit in ſolidum, *l. inter, §. quod ex facto, fam. erciſc.* Uno autem ex heredibus ſtipulatoris dolum patiente, is ſolum habet actionem ex ſtipulatu hic. Itaque male Taurellus putat hoc initium corrigi in *§. ſed videamus, inf. ead. l.* C

§. Cato lib. 15.) Commentariorum juris civilis, ut conſtat ex Feſto in verbo *mundus*.

Aut ab omnibus heredibus) Senſus eſt: omnes heredes teneri, quia nonniſi in ſolidum peccari in illam ſtipulationem potuit.

In margine. Vide in hunc §. Comment. Zaſii) Dele hoc totum.

Iter fieri) Id eſt, patefieri.

Peccari non poterit) Id eſt, potuerit.

Illam ſtipulationem) Id eſt, peccari in illam ſtipulationem, ut dicitur committi ſtipulationem, pro committi in ſtipulatione.

§. Sed videamus) Videamus hic eſt affirmantis. Ideoque male quidam ponunt notam interrogationis. Nam idem eſt, ac ſi dixiſſet, non idem hic eſt: hic, id eſt, in ſtipulatione amplius non agi, ut recte Zaſius. Non eſt idem in ſtipulat. amplius non agi, quod in ſtipulatione, per te non fieri, ſed eſt potius idem, quod per te, heredemque tuum ratum habiturum. D

Non idem hic ſit) Male Taurellus putat, ſtipulationem dolum abeſſe à te heredeque tuo committi tantum pro parte heredis, qui dolo fecit; & ideo uno dolum faciente, omnes heredes non teneri. Hoc enim primum pugnat cum initio hujus legis, quod comminiſcitur emendari per hunc verſ. *ſed videamus*, & exponit, *hic*, id eſt, ſtipulationem dolum abeſſe. Pugnat cum eo *l. inter, §. quod ex facto, ſup. fam. erciſc.* Itemque ratio certa: Nam ut ſi unus me prohibeat ire agere, non minus me prohibet, quam ſi omnes prohiberent: Sic & ſi unus dolo facit, non minus facit, quam ſi omnes facerent. Nec obſtat *l. pœnalis, §. 1. verſ. omnes enim*. Nam id locum non habet in factis individuis, *l. 2. inf. de prætor. ſtipul.* Non obſtat *l. etiam in ſtipul. inf. rem ratam hab.* nam & ſtipulatio per te non fieri, &c. continet id, quod intereſt. Sed uno non faciente, omnes tenentur. Denique obſtat *l. 5. §. ult. inf. eod.* Vide ſolut. in not. & ſcriptis hic. E

Qui non habuerit ratum) Stipulatio rem ratam haberi, & non amplius agi eſt prætoria, ſive à domino, ſive à procuratore interponatur, & ſtipulatio Judicatum ſolvi.

Pro parte ratum habere) Si ſcilicet ipſe caverit: at ſi procurator caverit, poteſt pro parte tantum habere, *l. 18. inf. rem ratam haberi.*

§. Si is, qui duplam) Hac ſtipulat. emptor ſtipulatur duplum pretii, quod ſolvit evictionis nomine. Promittit venditor. Committitur autem ea ſi venditor laudatus, & denunciatus defugiat auctoritatem. Si venditor plures heredes reliquerit, uno eorum defugiente auctoritatem, omnes defugiſſe videntur, & omnes tenentur, *l. ſi rem, quæ, §. 1. ſup. de eviction. l. in exſecutione, §. in ſolidum, & l. cum ex cauſſa, inf. eod.* At heredes emptoris ſinguli tantum pro evictione ſuæ partis habent actionem.

Fructuaria) Si fructuarius promiſſor plures heredes reliquerit, uno ex heredibus non reſtituente id quod ſupereſt ex fructibus, non tenentur niſi pro ſua parte. Proprietatum etiam heredes habent actionem pro ſua parte quanti ea res eſt. De hac ſtipulatione fructuaria, vide not. in tit. *uſusfruct. quemad. caveat. ad Rubr.*

Hac utilitatis cauſſa) Id eſt, ut unuſquiſque heredum promiſſoris, quod ſua intereſt pro ſua parte conſequatur.

Ipſi autem promiſſori) Id eſt, ex parte promiſſoris. Quia de heredibus tantum quæritur, non de ſtipulatore, & promiſſore.

Neque reſtitutio) Hoc tantum pertinet ad ſtipulationem de novi operis nunciat.

Neque defenſio) Hoc refertur tantum ad ſtipulationem duplæ, quæ committitur re non defenſa. In aliis vero ſtipulat. liberatio pro parte contingere nequit, nec uno ceſſante omnes tenentur.

L. 5. verſic. Judicialis à mero judicis officio) A prætore dati.

De dolo cautio) Judex enim in re reſtituenda cavere jubet, dolum malum abeſſe, *l. prætorem, §. ſi homo, de rei vindicat. l. metum 3. quod metus cauſſa*, in actione in rem, quo metus cauſſa, ex ſtipulatu.

In gloſſ. cautio) Ad fin. Adde judicialis quoque cautio eſt de perſequendo ſervo, & de reddendo eo, de quo agitur, *l. ſervo legato, ſup. de leg. 1. l. 14. §. quatenus, ſup. quod metus cauſſa*. Sunt & aliæ multæ, ut in *l. & puta, l. heredes, §. contra, ſup. fam. erciſcun. l. harum, l. ſi ſervit. vindic.*

A mero prætoris officio) Quæ jubente prætore, ſive ex edicto ejus, aut decreto proponuntur.

Prætorias autem) Prætoriarum aliæ judiciales, aliæ cautionales, aliæ communes, qua de re vide not. ad *l. 1. inf. de prætor. ſtipul.* & ſcripta ad hunc locum.

Etiam ædilitiæ) De vitiis morbiſve rerum venalium ædilitiæ ſtipulationes veniunt à juriſdictione, id eſt, ab edicto, non quidem prætoris, ſed ædilium. Stipulationes ædilitiæ recte dicuntur honorariæ, ut & Tribunitiæ, de quibus Ulp. tit. ſept. *l. cum mulier, de dote, ſup ſol. matrim.* Cic. pro Quint. Nam jus quorumlibet magiſtratuum dicitur honorarium, non autem prætorium.

Ex conventione) Sola.

Reorum) Id eſt, utriuſque partis, *tit. de diviſ. ſtipul.*

Nam & ipſæ ex verb. obligatione fiunt) Id eſt, hæ ſtipulationes conventionales adhibentur, ut negocia verborum obligatione conſtringantur, interdum vero judiciales, & prætoriæ ſunt conventionales, id eſt, fiunt modo imminente judice, aut prætore.

Verſ. Communes) Communes ſtipulat. ſunt, quæ jubente magiſtratu, & interdum officio judicis interponuntur.

Nam & prætor) *L. 1. infra de prætor. ſtipulat.* Dele tot. gloſſam: nam & prætor.

Et interdum judex) Theophilus de diviſ. ſtipulat.

Venit à judice) *L. heredes, §. pen. ſup. fam. erciſc. l. quamvis, §. ult. com. divid.*

Ab ædilitio edicto) Quod venditor jubetur de ſervo, *l. 37. §. 1. ſup. de evict.*

In gloſſ. reorum, id eſt, contrahen.) Adde recte *l. 3. ſupra tit. proxim.* nam ſtipulatio contractus eſt, *l. inter ſtipulantem in prin. l. certi, §. quoniam, ſupra, de rebus creditis.*

§. Stipulatio autem) Nuda. In hoc *§. & ſeq.* alia ſtipulatio-

pulationum diviſio ſubſignificatur. Circa hunc §. quærunt, an valeat ſtipulatio concepta impersonaliter, ut dabis? dabuntur. Et recte Alciatus lib. 2. *παρέργ.* cap. 18. ait valere: nam perinde eſt, ac ſi dixiſset, dabo, vel quid ni? At idem male putat, non eſſe idem in conſtituta pecunia, ex *Nov.* 115. *§. ult.* Nam re collata in præſens tempus utrumque valet, hoc ait ille *§. ult.* Idem malam diff. adfert inter ſtipulat. & pactum, vide ſcripta hic.

Verborum conceptio.) Sic in *l.* 3. *C. de contr. & commit. ſtipul.* Græci vertunt *συνθήκη ῥημάτων*, ex qua conceptione naſcitur verb. obligatio, *l. cum pater*, *C. de jure dot. Paul.* 2. *Sent. tit.* 3.

Daturum facturum) *L.* 2. *ſup. eod.*

Id quod interrogatus) *L. inter ſtipulantem*, *l.* 1. *§. ult. ſupra eodem.*

B *§. Satis acceptio: ut expromiſſores*) Legendum *adpromiſſores*, ut Flor. Adpromiſſor eſt, qui pro alio promittit, quod fit fidejubendo. Expromiſſor dicitur, qui novandi animo ſuſcipit alienam obligationem.

Eodem modo quo ſatisfacere) *L.* 1. *ſup. qui ſatiſd. coga.* Aſconius 3. Verrina: Satisfacere eſt tantum facere quantum irato ſit ſatis ad vindictam. Satisdare eſt ita cavere alicui, ut fidejuſſoribus contentus ſit.

§. ult. Si fortem) Obſtat huic *§. l.* 4. *§. Cato ſup.* Sed recte Joan. ait, ibi agi de ſtipulat. quæ conſiſtit in danda pec. vel re certa. Utraque quidem dividi poteſt, ſed quia hic ſtipulatoris intereſt, pecuniam non ſolvi per partes, ideo pœna committur etiam contra eum, qui partem ſuam ſolvit. Et hoc eſt, quod ait, in his ſtipulationibus, &c. Sed ratihabitio, cum non poſſit expediri, niſi per partes, nihil intereſt ſtipulatoris, niſi pro parte ejus, qui C ratum non habuit. Dele gloſſ. *in his ſtipulationibus.*

In gloſſ. debet) Dele (vel communi divid.) & dic, *l. in exſecutione*, *§. item prætor.*

In his ſtipulationibus) Id eſt, in ſtipulationibus dandi, dele tot. gloſſ. hic.

Sine injuria ſtipulatoris) Nam intereſt, ne pro parte ſolvatur, *l.* 14. *ſup. fam. erciſc.*

L. 6. *Is cui*) Huic legi conjunge *l.* 1. *ſup. de curat. fur. & l.* 3. *de acqu. hered. & l.* 18. *qui teſtamen. fac. poſſ.* Mulieri bonis interdicitur, itemque prodigo, *d. l.* 1. Interdictionis formulam: vide apud Paulum *l.* 3. *Sent. tit.* 4. prodigus, pupillus, caſtrenſis peculii dominus rem ſuam augere, non minuere poſſunt.

In gloſſ. Is cui bonis interdictum) Dele illa verba (quod D videtur.)

Tradere vero non poteſt) Hoc correxit Leo *Nov.* 39.

Promittendo obligari) Obſtat *l. Marcellus*, *inf. de fidejuſſ.* vide ſolut. in not. & ſcriptis hic.

Nec pro furioſo) Si tamen jure pupillus, prodigus, furioſus obligati fuerint, fidejuſſor tenetur, *l.* 25. *inf. de fidejuſſ.*

L. 7. *Impoſſibilis*) At legatum relictum ſub condit. impoſſibili valet, itemque inſtitutio, *l.* 3. *ſup. de condit. & demonſtr.* Ratio differentiæ traditur in not. ad *d. l.* 3. & ſcriptis hic.

Si in cælum non aſcenderit) Hæc non eſt proprie impoſſibilis, ſed neceſſaria.

In gloſſ. non aſcenderis) Ergo iſta neceſſ. adde, male ex Ariſt. lib. 4. Metaph. cap. 12.

E *Nam hæc utilis*) Et in hoc omnes conſentiunt, *l. ſervum*, *§. ſi in non faciendo*, *ſup. de hered. inſtit.*

Præſens eſt) Id eſt, pura, quia neceſſario vera.

Pecuniam creditam continet) Hoc addit ut doceat, creditum hac ſtipulat. contrahi, *l.* 2. *in fin. ſup. de reb. cred.* Quint. lib. 4.

L. 8. *In illa ſtipulatione*) vide ſcripta ad *l.* 5. *C. de condict. indeb.*

Si Kalendis) vide not. ad *l.* 10. *C. eod.* & ſcripta hic.

Decem dare) Obſtat *l.* 10. *inf. eod.* Sed inter eam ſtipulationem, & hanc eſt differentia: Nam quæ in hac l. proponitur eſt conditionalis, & in diem: quæ in *l.* 10. *inf.* eſt conditionalis tantum. Hic Stichus eſt in ſolutione non in obligatione, *l.* 43. *§. pen. ſup. tit. prox.* Solutioni

A Stichi dies additur promiſſoris cauſſa, ante quem ſtipulatio non committitur. Nec obſtat *l. cum ſtipulatus*, *inf.* nam ait, *propemodum*. Quoniam ibi eſt ſtipulatio pœnalis, ut committatur, ſed re ipſa non committitur ante dici eventum.

Ad conditionem committit.) Legendum *ante diem condit. committi*. Vide ſcripta lib. 1. Obſer. cap. 22. adde illi cap. hunc Livii locum lib. 7. *Fecitque ad quartas nonas Quintiles*, recte Sigonius, ante diem quartam. Sic autem ait conditionem committi, ut ſtipulationem, pœnam, edictum, legem, actionem.

Agi protinus poteſt) Nam conditio hæc pro pura habetur.

L. 10. *Hoc jure*) Con. huic *l. l.* 4. *§. ult. ſup. de condit. & demonſt.* ex qua adde ad hanc l. exceptionem, niſi addiderit articulum, tunc: alioquin pugnat cum hac. Obſtat *l.* 8. *ſup. eod.* vide not. & ſcripta ad eam.

Titius ante Kal.) Hæc eadem ſunt Kalendis, ante Kalendas, intra Kalendas, *l.* 13. *inf. l. eum qui ita*, *§. qui ita*, *l. ſtipulationes non dividuntur*, *inf. eod.*

Ante eam diem) Hic dies opponitur conditioni, non ſolutioni, ut recte ſenſit Jaſon, & Dinus in *l.* 8. *ſup.* ſolutioni, non conditioni, id eſt, adjicitur dies hac mente, ut ſi quo die ante Kalendas conditio exſtiterit, decem petatur.

Venire non poſſe) Obſtat *l. veluti*, *§. ult. & l. quicquid*, *§. ult. inf. eod.* vide ſolut. in not. ad eas leges, & ſcriptis hic.

L. 11. *Filius*) Diverſum eſt, ſi patre deportato filius ſtipuletur: nam reverſo non acquiritur actio, *l. ult. C. de ſent. paſſ.*

Videtur acquiſiſſe) Nam videtur ſemper fuiſſe in poteſtate ob fictionem poſtliminii.

L. 12. *Si ita*) In alternativis ſtipulat. electio eſt promiſſoris, ſed hæc ſtipulatio potius ſimplex eſt, quam alternata, cum ſemper promiſſor potius electurus ſit minorem ſummam, & longiorem diem.

L. 13. *Qui ante Kalendis*) Sic & ante diem tertium Kalend. & tertio Kal. idem dies ſignificatur. Livius lib. 45. vide not. ad *l. anniculus*, *inf. de verb. ſign.* qui ſtipulatur ante Kalendas, habet actionem poſtridie Kal. qui poſt. Kal. non niſi altero poſt die, vide ſcripta hic.

Qui Kalendis ſtipulatur) vide ſcripta ad *l.* 1. *ſup. eod.*

L. 14. *Domum ædificari*) Non adjecto die. Pugnat lex *ſtipulationes non dividuntur*, *in fin. ſup. eod.* vide ſolut. in not. & ſcriptis ad eam hic.

L. 15. *In gloſſ. detur*) Dele hæc verba (quæ eſt contra) hæc l. nihil obſtat: nam diverſa eſt ejus quæſtio, & male opponitur.

L. 16. *Idem lib.* 6. *ad Sab.*) In hoc libro Pomponius diſputavit de legatis, & ſane duæ quæſtiones, quæ hac l. tractantur ſunt tam de legatis, quam de ſtipulationibus.

Mihi debeat) Ex cauſſa lucrativa.

Ex aliqua cauſa) Lucrativa, *l. exiſtimo*, *inf. eod.*

In gloſſ. aliqua cauſa) Dele hoc, & dic, lucrativa, *l. exiſtimo*, *& l. inter ſtipul. §. ſi rem*, *inf. eod.* Ponendum quoque ſtipulatum eſſe ex cauſſa lucrativa.

Debetur mihi à te) Solus: nec convaleſcit Stichi ſtipulatio, eo poſt alienato, *l. qui decem*, *§. Stichum*, *de ſolution.*

§. Stipulatio) Con. huic *§. l.* 2. *de annuis leg. & l.* 3. *de operis libert.*

In annos ſingulos) Id eſt, ſi annua promittam, aut quotannis, *l.* 12. *circa fin. quand. dies legat. ced.*

Una eſt) Ratio diff. rejectis his, quæ ab Accurſ. traduntur, eſt, unam ſtipulationem eſſe, quod illa diviſio penſionum non fiat ſtipulatoris gratia, ſed promiſſoris, & quod perſonæ ſtipulatoris non cohæreat ſtipulatio, ſed ſit perpetua, continua, infinita, indiviſa temporibus, atque adeo ſingularis. At annua legata relinquuntur perſonæ, id eſt, ſolius legatarii intuitu, & ob id eis ineſt hæc conditio, ſi vivet legatarius.

Et incerta) Quia infinitum tempus continet, & ideo infinitam quantitatem.

Digitized by Google

In gloſſ. ſtipulatio) Dele hæc verba (eſt una propter A unam conceptionem ſecundum M.) Et dic : ſic etiam ſtipulatio , Stichum , aut Pamphilum dari, eſſet una , quod falſum eſt , *l.qui dicitur* , *inf. eod.* Item, dele hæc verba, (quia una actio naſcitur pro omnibus annis) ſed cur una eſt quæro : vide ſcripta h. Dele & hæc (quia ſemel inſpicitur conditio ſtipulatoris.)

L.17. Stipulatio) Hæc *l.7. ſup. de contrab. empt.*

Nou valet) valet ſtipulatio , aut legatum ſic factum cum voluero , vel niſi voluero.

Arbitrium collata conditione) Idem obtinet in legato, niſi in heredis arbitrium , ut in boni viri conferatur . Sic & ſtipulatio conferri poteſt in arbitrium promiſſoris , quaſi boni viri , argumento *leg.*1 *t. de leg.*3.

In gloſſa ſtipulatio) Dele hæc (ſive dicam , ſi volam, ut ſup. tit.1. ſub hac) & dic, hæc duo differunt, ſi voluero, B & ſi volam : voluero non eſt ***, extenſivum: ſignificat ſemel , volam eſt extenſivum, ſignificat itendidem , admittit mutationem voluntatis , *l.ſi quis ſtipulatus ſit inf. eod. l. centeſimis in fin. inf. eod. l. ſub hac* , *ſup. tit. prox.* ut recte eam accepit Bulgarus .

L.18. Quibus) Senſus eſt : quod eadem res ſit promiſſa , non ideo amplius , quam ſemel jure promiſſorem teneri . Ejuſdem tamen rei nomine duæ obligat. eſſe poſſunt, idem eſt in legatis, *l.plane*, *§. ſi eadem*, *ſup.de leg.*1.

Ipſo jure) Legendum . *Ideo jure* .

Idem) Id eſt , rem ſive corpus : nam ſi eadem quantitas bis promittatur , aut legetur , voluntatis eſt quæſtio, *l.plane* , *§. ſed ſi non* , *ſup. de leg.*1.

Quam ſemel) Duæ ſunt quidem oblig. at non niſi una exactio. C

L.19. Si ita ſtipulatio) Neque matrimonium, neque divortium ſtipulatione pœnali adſtringi poſſunt , ſunt tamen contractus.

Nulla ſtipulatio) Imo quaſi nulla , *l.Titia*, *inf. eod.* cum obſtet exceptio , ſed utrumque dici poteſt .

Pœnis) De quibus ſub titulo de repudiis, ut amiſſione dotis , aut donationis propter nuptias ex conſtitut. aut ex l. Julia , & Papia .

Lege ſit comprebenſa) His pœnis locus eſt: ſi cujus culpa divortium fiat , non ſi bona gratia .

In gloſſ. comprebenſis , *ſed ibi præceſſerat pecunia*) Adde reddere pecuniam , pœna non eſt, at de ſuo irrogare, pœna eſt . Ibi mulier nihil erogat , ſed accepta reddit ex lege donationis , quare nulla ibi fuit pœnalis ſtipulatio.

L.20. Hujuſmodi ſtipulationes) Quæ conferuntur in caD ſum quo res amplius noſtra non erit: hæc ſtipulatio,quod tibi, &c. ex præſenti vires capit , ſi tunc Titius debuit : ſed non ante committitur, cum debere deſierit.

In ſumma Pauli de Caſtro: quod alius mibi debet) Lege, *tibi debet* .

L.21. Si divortio) Huic l. ita locus eſt ſi maritus ſciens promiſerit , nam ſi imprudens, indebiti promiſſi condictio dabitur , *l.3. C. de condict. indeb. l.pen. §. mulier*, *ſup. ſol. matrim.*

Divortio facto) id eſt , poſt divortium : nam ſi hæc ſtipulatio fieret conſtante matrim. ſpeciem donationis haberet , & videretur inutilis.

In ſumma Bart. falſa cauſſa) Lege , *falſa demonſt.*

L. 22. In ſumma Bart. non vitiat) Adde , modo contrahentes conſentiant in corpore , ita nec error in forma. E

Paulus lib.9. ad Sabinum) In eo libro Paulus tractavit tantum de furtis , ad quæ quomodo hæc l. pertineat conſtabit , ſi conjungatur *legi cum æs* , *inf. de furt.* vide ſcripta ad *l. prox. inf.*

Teneberis mibi bujus æris) id eſt , in hoc ære conſiſtet ſtipulatio . At error in materia vitiat emptionem , *l.quid tamen* , *de contr. empt. l.ſi ſterilis* , *§.quamvis*, *de act.empt.* Cur error in materia vitiat emptionem , non ſtipulationem ? An quia ſtipulatio eſt ſtricta , venditio bonæ fidei ? Minime: Nam pignus eſt bonæ fidei, de quo tamen idem dicitur , quod de ſtipulatione in *l.1. ſup. de pig. act. l.cum æs* , *ſup. de fur.* Verior ratio eſt , quia per errorem pignori accepto , vel in ſtipulationem deducto ære pro auro, ſi A dicas pignus , & ſtipulationem nullam eſſe , nihil ſupererit in obligatione . At eorum intereſt , ut æs ſaltem ſit pignori , & ex ſtipulatu debeatur . At in emptione emptoris potius intereſt , ne illo modo emptio in ære conſiſtat , quod magno redemptum eſt auro .

L.23. Si ex legati) Re debita poſt moram inter empta, debitor non liberatur , niſi fuiſſet omnino res peritura apud creditorem . Sic recte M. ex *l.ſi plures*, *§.ult. ſup.depoſ.* Vide not. ad eum §. hic . Alter caſus quo re perempta debitor non liberatur eſt, ſi ipſemet debitor hominem debitum occiderit hac l. hæc autem cædes hominis male vocatur mora , ut docet *l.ſi ſervum* , *§. ſequitur*, *inf. eod.* Mora eſt dilatio , ceſſatio , procraſtinatio , tarditas . Occiſio ſervi nihil eſt tale, mora purgari poteſt, non cædes . Utrumque tamen continetur nomine culpæ.

B *In gloſſ. certum*) Ad finem adde : ſic in *l. 37. inf. eod. & l.3. C. de uſur.*

Si per te ſteteris) id eſt , ſi in culpa fueris.

L.24. Sed ſi ex) hæc l. eſt ex lib.9. ad Sab. in quo Paulus tractavit de furtis , ſicque eſt aptanda *l.impuberem*, *& l.prox. inſ. de furt.* ut dicamus , furtum facere , damnum injuria dare pupillum ſine tutore: moram tamen ſine tutore non facere .

Debeat pupillus) At pubes interpellatus in perſonam non adhibito curatore conſtituitur in mora , *l. 101. ſup. eodem* .

Solus tutor interpelletur) Male opponit Accurſius *l. ſi diem*, *§. ult. ſup. de evict.* Nam ea non loquitur de interpellatione , ſed de laudatione auctoris : benigne autem receptum eſt , ne fraudentur creditores , ſi non habent C quem laudent , ut ſi tutor non compareat , pupillus laudetur .

L. 25. Quaſi nulla ſit) Nulla eſt ſtipulatio , quæ ipſo jure nulla eſt . Quaſi nulla eſt , quæ exceptione eliditur: vide ſcripta ad *l.18. ſup. eod.*

Exceptione obſtante) Puta doli quæ competebat.

L. 27. Actionem denegari) id eſt , ipſo jure actionem non eſſe . Vel ſi ambigatur ex turpi cauſſa promiſſum ſit, tamen obſtabit exceptio .

§.ult. Non niſi præterito biennio) hoc referendum eſt ad ambiguitatis ſolutionem : Nam hæc verba alias ſignificant, ut ſi vel uno biennii die aſcendere abſtinuero, committatur . Vel quod verius eſt , & ſi nullo die aſcendero, tunc committatur . Sic nihil obſtat *l. 10. ſup. eod.* vide ſcripta ad eam , & ad *l.8. ſup. eod.*

D *L. 28. Si rem tradi*) At qui rem dari ſtipulatur , proprietatem ſtipulatur , *l. ubi §. ult. inf. eod. l.non videtur*, *inf. de reg. jur.*

Proprietatem ejus dari) ut cum rem dari ſtipulamur.

Sed tantum tradi) id eſt , poſſeſſionem , & quaſi de manu in manum translationem . Ex hac ſtipulatione non eſt certi condictio : Nam poſſeſſio incertis rebus adnumeratur .

L.29. Scire debemus) Con. *l.quod dicitur* , *ſup. de evict.* & ex ea adde exemplum ad hanc.

Tot eſſe ſtipulationes quot) ut ſi ſtipuler ſortem, & uſuras , *l.ubi autem* , *inf. eod.*

Verſ. quamvis : quot nummorum corpora) Obſtat *l.ſi chorus* , *de leg.3.* vide notata ibi , & ſcripta hic .

Verſ. Stipulationem: familiæ, vel omnium ſervorum) Sic E & chori , bigæ , veſtis , dotis , peculii , auri, argenti,gregis, armenti .

§. Si à fure) hujus §. quæſtio hinc ortum habet, quod rei noſtræ ſtipulatio eſt inutilis , & quod inanis ſit ejus condictio, præterquam in fure,& prædone , cui recte condico . An igitur & de re furtiva recte ſtipulari poſſum rem meam mihi dari ?

Quod ex cauſſa condictionis) hæc ſunt ſolemnia condictionum verba : vide ſcripta hic .

Quod ſi poſtea ſine mora) Mora judicato facta , etiamſi fur ſemper moram facit , tamen hæc ſtipulatio emendat moram , aut ſuſpendit : non autem condictionem novat . Nam adhuc ſi exſtat , condici poteſt.

L. 30. Idem lib. 47. ad Sabinum) Ulpian. in eo lib.

tra-

tractavit de fidejuſſoribus. Con. huic l. *leg.Græce*, *inf. de fidejuſſ.*

Sciendum) Huic l. præcipue obſtat *l.quæcunque*, *§. ult. ſup. de Public. in rem act.* vide ſolut. notat. ad eam, & ſcriptis hic.

Scripſerit fidejuſſiſſe) Idque κατὰ πρόληψιν : vide ſcripta ad *Rub. ſup. eod.*

Videri omnia ſolemniter) id eſt, videri ſolemnem ſtipulationem interceſſiſſe. Fidejuſſio non niſi per ſtipulationem fit.

In gloſſ. Solemniter item) Dele hæc verba (Tu dic quod ſic) & repone, contra ſcriptum probatio non admittitur, Paul. 5. *Sent. tit. de teſt. & l.juriſgentium*, *§.quod fere*, *ſup. de pact.* Admittuntur teſtes ambigui ſcripti interpretandi cauſſa in *l.cum de indebito*. Non teſtes, ſed ſcriptura, contra ſcripturam inſertur.

L. 31. Si conditionis exſiſtentis tempore) vide ſcripta ad *l.16. ſup. eod.*

L.32. Si in nomine ſervi) Proprio non naturali: nec mirum, cum nec error in ſubſtantia vitiet ſtipulationem, *l.22. ſup. eod.*

L. 33. Non tenetur promiſſor) vide ſcripta ad *l. 15. ſup. eodem.*

L.34. Multum intereſt: vide notata, & ſcripta ad *l.ſed ſi res*, *ſup. de leg.1.* & vide ſcripta ad *tit. de legat. Inſtitut.* Idem vero traditur in herede,& legatario, *l.quibus*, *§.pen. de leg.2.*

Cujus commercium) Id eſt, cujus dominium, cujus poſſeſſionem acquirere non poſſum.

In gloſſ. Non poſſum) Ad fin. adde, Græci dicunt, κολυθῆναι.

Inutilem eſſe ſtipulationem) Sic & in legato. Utile eſt legatum ſi legatarius habeat commercium rei, licet heres non habeat.

In gloſſ. Placet) Dele à pr. omnino eo uſque (ut dicitur &c.) & repone, imo idem omnino, *l.mortuo*, *§. ult. de leg.2.* nec enim vel æſtimatio debetur (*& inf. ut ſup. de leg.1.*) adde : non obſtat *l.filiusfam. §. ſi quid alicui*, *de legat.* 1. Nam ibi proponitur legatum licite, id eſt, capaci, ſed ob vitium aliquod in corpore legatarii accidiſſe, ne poſſit capere : quo caſu debetur æſtimatio. Non obſtat quoque *l.* 11. *§. ſi ſervo*, *de legat.3.* vide notata ibidem.

L.35. Quod natura fieri non concedit) ut uno die domum conſtrui.

In gloſſ. Si ſororem ſuam) Dele (*Reſpondeo non*) & repone : imo valet in extranea. Nam per ſtipulationem olim ſponſalia contrahebantur, & hodie poſſunt. Arnobius 4. contra gentes : *habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas:* non poteſt tamen eis addi pœna major legitima.

Contra bonos mores) vide ſcripta ad *l.26. ſup. eod.*

§.ult. Si in locando) nihil in hoc §. de nutu, ſed de eo tantum qui reſpondit, verum non ad interrogatum. Hæc res ſtipulationem vitiat, emptionem non vitiat, modo ambo conſentiant in id, quod reſpondetur : Quare male citatur *l.1. §.2. ſup. eod.* vide ſcripta ibib.

L. 36. Si quis) vide ſcripta hic, & ad *l. & eleganter*, *ſup. de dolo*, & Græcorum interpretat. ad *l.ſi mulier*, *§. dos*, *ſup. quod metus cauſſa*. Regula eſt, ſi dolus cauſſam dederit contractui ſtricti juris,neceſſaria eſt doli exceptio, vel de dolo actio : excipe ſtipulationem dotis : Nam ſi metus vis, aut dolus ei cauſſam dederit, nulla eſt ipſo jure, ſicut uſuvenit in contractibus bonæ fidei. Nam pari jure omnia judicia ſtricta oon cenſentur : vide ſcripta ad prin. *tituli C. de reſcind. vend.*

Erit quidem ſubtilitati juris) Ergo malæ fidei ſtipulatio, eſt ſtipulatio. At malæ fidei emptio, non eſt emptio, vide ſcripta ad *l.4. C. de oblig. & act.*

§.ult. In ſe do um habet) id eſt, fraudem : niſi qui petit tam ſupinus ſit, ut non intelligat dolum ineſſe. Nam tunc obſtabit actio in factum.

L.37. Nihil nobis debetur) vide ſcripta ad *l.23. ſup. eod.*

L.38. Stipulatio iſta) Con. *l.3. ſup. eod.*

In gloſſ. obligatur) Ad fin. adde : Obſtat *l.nemo*, *inf. de* A *duob. reis*, ſolve ut ibi notatum eſt.

In gloſſ. cæterorum) Adde ad fin. male, tu expone ex *§.ſed quatenus*.

Verſ. At ſi quis : pœnam vel quanti) Sed verius eſt, etiamſi huic ſtipulationi non ſit adjecta pœna, ex ea actionem emptori competere, altero rem emptori evincente : Nam qui promittit habere licere, ait *l.inter ſtipulat.* non ſimplex abnutivum promittit, id eſt,non fieri, ſed ſe acturum, & curaturum, ut per omnes habere liceat, atque ita factum ſuum promittit. Et hoc verum eſt ſi generaliter concepta ſit ſtipulatio.

§. Si quis forte) ob onera realia quorum nomine perſecutio eſt, non vindicatio: ceſſat actio de evictione. Eſt & ſervitutis vindicatio, ſed ea non parit actionem de evictione, *l.pen. ſup. de evict.*

B *De poſſeſſione nuda*) Quæ interdicto vindicatur.

In gloſſ. de poſſeſſione) Adde ad finem, recte : nempe uti poſſidetis, vel utrubi. Poſſeſſio interdicto vindicatur. Feſtus : *In legitimis actionibus nemo ex his, qui poſſidet, poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed venit ad interdictum.*

In gloſſ. controverſiam) In principio adde, recte.

Vel de uſufructu) Hæc evincuntur per vindicationem (*vel de uſu*) ergo uſus inſtar partis eſt (*vel de quo alio jure*) ut pignoris, emphiteuſeos, ſuperficiei.

§. Quæſitum : niſi pœna adjecta ſit) Committetur etiam pœna non adjecta extraneo vindicante, ſi ſic accipiamus, ut venditor videatur caviſſe ſe effecturum, ut per omnes habere liceat.

§. Sicut autem, an mihi habere licere) vel mihi heredi-
C que meo habere liceat.

§. Hæc quoque ſtipulatio) Hæc tria ſolent ſeparari, habere, tenere, poſſidere, ut in formula Aquilianæ ſtipulationis. Quod tu meum habes, tenes, poſſides. Tenere eſt proprium naturalis poſſeſſionis, habere, & poſſidere civilis. Cornelius Fronto aliter diſtinguit, & habere refert ad naturalem, poſſidere ad civilem.

Si quis ita : ad heredem ſtip.) nam uſusfructus ſolet cum perſona extingui.

§. Sed ſi quis) Simile eſt in *l. 92. inf.* vide ſcripta ad eam (*licet diverſi ſint fruct.*) ut & in *l.4. inf.de novat.*(*ſibi heredique ſuo*) niſi conſtet jus tranſeundi datum perſonæ, ut ſervitutem.

§. Si quis dolum, neceſſ. eſſe adiici, cui rei dolus) hoc & ad contractum emptionis referri debet, *l. ſi cum fundum*,
D *ſup. de contrah. empt.*

In gloſſ. fructus) Id eſt, uſusfructus : adde, recte. Cætera omnia dele (*vel dic &c.*)

§. Suæ perſonæ) hic §. accipiendus eſt de omnibus ſtipulat. de quibus dictum eſt ſupra ead. lege (*adoptivi patris*) id eſt, adrogatoris. Nam hic & heres ſucceſſor juris eſt, quia & hæ perſonæ ſemper additæ intelliguntur, niſi aliud actum ſit, *l.5. uſufruct. quemadm.caveat.*

§. Inter incertam) hic §. eſt extra rem, eſtque totus ſumptus ex lib.26. Digeſtorum Celſi. 1. pars eſt in *l. 70. inf. de ſolut.* Secunda pars eſt in *l.qui promiſit*, *ſup. de condict. indeb.* ubi pro ſex, legend.26. Digeſt.

In gloſſ. incertamque) id eſt, ſub conditione, & inf. dele hæc verba (*niſi gratia ſtipulatoris fiat dilatio*) Item in ſimili pro *agrorum*, repono, *agnorum* : eademque ratione dele
E hæc (*id eſt, ſpicam quæ eſt mater grani*) & ſubſtitue, ut agni interea ubere matris alantur.

In margine Bald. hic & DD. reputant) Dele omnia huc uſque (*Tu etiam junge, &c.*)

Liberum promiſſori relinquitur) Et ideo ſi ſolvat, non condicet.

Non videbitur feciſſe) Et ideo ſi ſolvit condicet : hæc differentia pertinet tantum ad condict. indeb.

§. Alteri ſtipulari) Sicut alius pro alio promittens daturum eum, vel facturum non obligatur, niſi ſit addita pœna : Ita nec alius pro alio ſtipulans.

Pœnam ſtipulari conveniet) vel quanti interſit (*pœnam enim*) vide not. & ſcripta ad *l.2. §.ult.ſup.eod.* quæ huic l. obſtat.

Digitized by Google

In gloſſ. Conditio ſtipulationis) Dele totam, & ejus loco repone: nam omnis ſtipulatio pœnalis, eſt conditionalis.

Verſ. In ſtipulationibus) Hic verſ. eſt extra rem, ut & §. *inter*, ſupra, videturque etiam ſumptus ex lib. 26. Digeſt. Celſi, *l. cum quæritur, ſup. de reb. dub.* poteſt tamen dici hunc verſ. eſſe rationem ſequentis ὑποθέσεως.

Eum qui dicat) Jungendum hoc eſt ſuperioribus veluti exemplum.

Mihi 10. *& Titio* 10.) Male Eraſmus in Epiſt. quadam ad Dorpium legit: mihi, & Titio 10. Nam tunc nulla eſſet ambiguitas. Nam hic ambigitur utrum alia 10. an eadem ſtipulatus ſim Titio: ſi videor Titio ſtipulatus alia, 10. mihi 10. debentur: ſi ſtipulatus videor eadem 10. mihi quinque debentur, ſed cum ambiguitas contra me ſit, mihi 5. tantum debebuntur.

§. Si ſtipuler alii cum mea intereſſet) Quia tunc meum potius, quam alterius negocium gerere videor ita ſtipulando.

Ait Marcellus) Ut opinor lib. 8. Digeſt. ex quo pars quædam eorum, quæ hic referuntur repetitur in *l. ſi cui locavero, ſup. loc.*

Obligatus futurus eſſet pupillo) Actione tutelæ ob tutelam commiſſam negligenti tutori.

§. Si quis inſulam: utilem ex locato actionem) Hæc actio directa eſt, ſed dicitur utilis, quod detur utilitatis cauſſa ejus, quod intereſt nomine: vide ſcripta ad *l. 23. ſup. eod.*

Illum ſiſtas) Id eſt, ut ſiſti cures, *l. 81. inf. eod.*

§. ult. Vel locum religioſum) In lib. 43. Βασιλ. tit. 1. in quo hic titulus ponitur explicant Græci religioſum locum μνημείου τόπον, id eſt, monumenti locum. Theod. Balſamon addit Nomocanonis titulo 2. ſi locemus ædem ſacram faciendam, valere locationem, aut ſi conducamus faciendam, valere conductionem, non ita ſi conducamus habitandam. Quin imo is punitur, qui ſic conduxerit.

L. 39. Stipulando ſibi acquirit) Hoc ita ſi jus ſtipuletur, non ſi factum: Nam ſi pater filiofam. pactum ſtipuletur, neque id ſibi acquirit, neque filiofam. niſi ex ea cauſſa ſit, ex qua ſolet filiusfam. ſibi ſoli acquirere, id eſt, ex cauſſa caſtrenſi: tunc enim etiamſi factum ſtipuletur, utilem acquirit filio ſtipulat. at ſive jus, ſive factum filius ſtipuletur patri, utilis eſt ſtipulatio. Male Accurſius putat illam diſtinctionem ſignificari his verbis, *ſecundum quod leges permittunt*: Nam eam interpretatio prudentum induxit; at illa verba, *ſecundum quod leges permittunt*: ſunt Triboniani, eiſque ſignificantur conſtitutiones Juſtiniani.

L. 40. Acquiritur mihi) Et quidem directa actio: vide ſcripta *l. 10. ſup. eod.* At regulariter per liberam perſonam nobis actio directa non acquiritur, niſi certi condictio, & ex cauſſa pigneratitia, & poſſeſſio: vide ſcripta ad *l. 38. ſup. eodem tit.* At utilis multis caſibus acquiritur.

L. 41. Si autem non addat) In ambiguo in primis ea interpretatio accipienda eſt, quæ ſervat ſtipulationem, *l. 80. inf.* facit contra ſtipulationem.

§. ult. Quotiens) Hæc prima verba Sabini ſunt; nam & ea Pomponius uſurpavit lib. ad Sab. *l. 14. inf. de regul. jur.*

Præſenti die pecunia debetur) Et ſtatim ſolvenda eſt, nec invenies ullum laxamentum dari ipſo jure. At in conſtituto etiam non adjecto die dantur 10. dies, *l. promiſſor, §. 1. de conſt. pec.*

Verum dies adjectus) Item locus, res, conditio, modus.

Ex quo apparet (Id eſt. ex illis verbis Sabini.

L. 42. Non recte petet) Id eſt, ſi ante hunc annum, ante hunc menſem: vide ſcripta ad *l. 13. ſupra eodem, & l. 17.*

L. 43. Si quis arbitratu) Idem eſt arbitratus, & arbitrium, ut Græce δοκιμαζόμενον, & δοκιμασία duplex eſt arbitrium, boni viri, & merum, multumque invicem differunt: in ſtipulationibus quoniam ſtrictæ ſunt, ſtricte

A accipiemus arbitrium pro mero: In contractibus bonæ fidei arbitrium accipimus pro arbitrio boni viri. Idem eſt in teſtamentis.

L. 45. Quodcunque) V. ſcripta ad *§. ſi ſtipuler l. 38. ſup. eod.*

Pro eo habetur ac ſi) Modo ſtipulentur ea, quæ ſunt juris.

§. 1. At filiusfam. non poteſt ſtipulari cum morietur pater, quod ipſe pater non poſſet ſibi ſtipulari poſt mortem ſuam. Quod cum hic ſcripſiſſet Ulpian. ſublatum eſt à Tribon. quia ſublatum erat à Juſtin. *§. poſt mortem, Inſtit. de inutil. ſtipul.* vide ſcripta hic, & ad tit. *C. ut act. ab hered. & contra hered. incip.*

§. Si ita quis ſtipulatus) Huic §. non obſtat *l. cum dos, §. ſi filia, ſup. de pact. dotal.* quoniam in ea l. pater non proponitur filiæ pactus nominatim. De hoc tantum quæ- B ritur, an quod pater pactus eſt ſibi, proſit etiam filiæ: vide ſcripta ad *l. 38. in fin. ſup. eod.*

L. 46. Centeſimis Kalendis) Hoc eſt, Centeſimo menſe. Cum centeſima uſura eſſet vulgaris, & legitima, qua adæquata uſurarum ratio finitur, quod fiebat centeſimo menſe: qui ſtipulabatur centeſimis Kal. expectabat extremum diem, ultra quem progredi non liceret: vide ſcripta ad l. 46. *ſup. eod.*

§. 1. Id autem) Hic §. non corrigitur per *l. ult. C. de contr. & commit. ſtipul.* Nam domus per heredem ædificari poteſt, *d. l. ult.* At Alexandriam ire ipſummet promiſſorem oportet: vide ſcripta ad *l. 45. ſup.* & ad *l. 57. inſ. eod. titulo.*

§. ult. Si ita ſtipulatus fuero: cum volueris) vide ſcripta ad *l. 17. ſup. eod.*

C *L. 47. Qui ſic ſtipulatur, quod te mihi*) Dele gloſſ. quæ addit (*animo novandi*) & dic, hæc ſtipulatio non eſt novatio, nec novi quicquam habet. Sic repetitis legatis dies detrahi non intelligitur eod. Sab. auctore.

τὸ β. τῆ de verborum obligationibus.

L. 48. Si decem cum petiero) At hæc ſtipulatio decem cum voluero, conditionalis eſt, nec ante debentur ex ea decem, quam conſtituam me velle, argumento *l. centeſimis, §. ult. ſup. eodem.*

Quam conditionem habet ſtipulatio) Aliud dicendum eſt in operarum ſtipulatione ſic facta, *cum petiero*: nam ea conditionalis eſt, *l. 22. de operis libert.* Nam eſt hæc l. ex lib. 26. ad edictum, quo tractavit Ulp. de condic. indeb. & inter cætera, an operæ indebitæ ſolutæ condici poſſint. Poſt tractavit hanc differentiam inter operas, & D alias res: ut operæ officiales non ante cedant, quam ſint petitæ. Aliæ res debeantur ex die ſtipul. etiamſi dictum ſit cum petiero, *l. 36. §. libertus, ſup. de condict. indeb.* Addidit in eodem libro Ulpian. operis ſervorum legatis non ante cedere, quam petitæ fuerint, *l. 7. ſup. de uſufr. leg.* Quod de operis ſervorum in ſtipulationem deductis dici poteſt.

In gloſſ. Si decem cum petiero) Incipe delere omnia ab his varbis (*ſecus ſi ſic dixiſſet, &c.*) uſque ad fin. & repone, idem dicendum eſt ſi dixiſſet, *ſi petiero*. Nam conditionalis non eſt, niſi aliud actum probetur, argumento *l. muto, §. ſub conditione ſup. de tutel.*

L. 49. Quatenus maneret) Recte Accurſius quatenus, id eſt, quia, ut in *l. Antæus, ſup. de aqua, & aqua plu. arc. l. certum, ſup. de reb. cred.* & Plin. 3. epiſt. Adde *l. ſi quis* E *rogatus 53. de fideicom. libert.*

Non tenebitur filius) Et per conſequentiam, nec pater, cum pater ſit acceſſio, filius principalis perſona.

In fidejuſſoris perſona) Obſtat *l. ſi fidejuſſor 20. ſup. de dolo*, ubi datur actio de dolo. Non ergo utilis ex ſtipulatu. Dicendum: in hac ſpecie fidejuſſorem teneri actione de dolo, ea vero actione arbitrio judicis reſtitui actionem ex ſtipulatu, quæ fuerat perempta ipſo jure, *l. cum quis, §. pen. inf. de ſolut.*

§. In hac) Quamvis abſit, & ignoret: abſentes, & ignorantes plerunque moram faciunt re ipſa, quia non poſſunt interpellari.

§. Si pupillus) Pupillus tenetur ex mora jam à defuncto contracta: ex ſua non niſi tutore auctore facta.

Heres

Heres erit) Nam heres pupillus nunquam moram facit ſine tutore, neque in rem, neque in perſonam, *l.* 24. *ſup. eod.* A

L. 50. Ulp. *lib.* 50. *ad Edictum*) In eo lib. Ulp. exponens edictum, ſi quis omiſſa cauſſa teſtamenti, hæc ſcripſit, non abs re. Nam in illo edicto dolo videtur facere, quo minus poſſideat, non is tantum, qui poſſeſſionem quam habet, dimittit, ſed & qui occaſione quærendi non utitur, *l.* 1. *§. ult. ſi quis omiſ. cauſſa teſtam.* ſic & in ſtipulat. emptæ, & venditæ hered. dolo feciſſe videtur, non tantum qui alienavit, ſed & qui non acquiſivit.

In illa ſtipulatione) Summa hujus l. eſt: eam ſtipulat. quæ in non faciendo concipitur, ut per te non fieri, factum quoque continere, & contra eam, quæ in faciendo, non factum. Eadem eſt interpretatio ſtipulationis habere licere, dolum malum abeſſe, judicio ſiſti, *l.* 38. *ſup. eod.* B

Non hoc ſignificatur) id eſt, non hoc ſolum,

L. 51. *Is, qui alienum*) Manumiſſio comparatur morti in hac ſpecie.

L. 52. *Prætorem, qui eas propoſuit*) Edicto, ut & actiones,

In gloſſ. formam) Adde ad fin. Legem, & formam accipit pro eodem, Græce τύπον,

§. ult. Si quis vacuam) vide ſcripta ad *l.* 8. *ſup. eod.*

Cauſſam bonorum) Cauſſa eſt omne id quod habiturus eſſet ſtipulator, ſi res ei ſtatim tradita fuiſſet, *l.* 31. *de reb. cred.* Ergo, & fructus, fœtus, &c.

L. 53. *Quæcunque ſpecialiter*) Ut in emptione mancipii hæc ſunt comprehendenda, ſanum eſſe furtis noxiſque ſolutum, fugitivum, erronem, viſpellionem non eſſe, habere recte licere: tunc addenda eſt generalis clauſula, dolum malum abeſſe, &c. C

L. 54. *In ſtipulationem*) obſtat *l. cum Stichus*, *inf. de ſolut.* vide notata ad eam, & ſcripta hic.

Alias ſpecies) ut Stichus, & Pamphilus (*alias genera*) ut homines duo incerti (*cum ſpecies ſtipulamur*) ut Stichum, aut Pamphilum (*ut partes corporum*) ſingulorum ſc. non uni Stichus alteri Pamphilus.

Quotiens autem genera) Ut duos homines incertos genera ſunt, quæ communi quadam ratione multa complectuntur, ut homo genus eſt ſingulorum hominum, illi ſunt ſpecies. Has ſpecies Ariſt. vocat ἔσχατα εἴδη, illa τελευταῖα γένη.

Duos homines) Incertos:

In gloſſ. inter eos, vel heredes) Dic, & heredes, ut ſup. *de propoſ.*

§. ult. Operarum) Hic §. cum *l. nihil*, *& l. eæ operæ*, *ſup. de oper. libert. juncta*, *l. nemo*, *inf. de duob.* reis, quæ ſunt ex lib. 2. Digeſt. Juliani, docent in eo libro Julianum tractaſſe de operis libertorum, & eas contuliſſe cum aliis operis: vide not. ad *d. l. nemo*. D

Quod ſi unum operam) ſi ſpecies una debeatur, obligatio eſt dividua: ſi genus, vel opera eſt individua. Nam genus, & operæ non niſi numero diviſionem recipiunt, quam unitas non admittit,

L. 55. *Cum quis ſibi, aut Titio*) itaque, nec domino recte ſolvetur ſi adjectus ſit ſervus, *l.* 9. *inf. de ſolut. l. qui heredi*, *ſup. de condit. & demonſt.* At ne ipſi quidem ſolvi poteſt, ſi poſtea capite minutus ſit, quia alius effectus videtur, *l. cum quis*, *in prin. inf. de ſolut.* vide not. ad eam l. & ſcripta.

L. 56. *Eum, qui ita ſtipulatur*) vide ſcripta ad *l.* 38. *ſup. eodem*. E

§. 1. *Te, & Titium*) vide ſcripta ad *l.* 33. *ſup. de pac.* Adfert hujus loci rationem: nam cur ſimiliter omnibus heredibus pactum non proſit, ex *l.* 137. *inf. in fi. boc t.* vide etiam ſcripta ad h. locum. Huic autem §. con. initium legis *Julianus*, *inf. eod.* hic §. eſt de obligat. quæ conſiſtit in dando, & l. Jul. de obligat. quæ eſt in faciendo.

Eodem modo, quo cæteri coheredes ejus obligat.) Niſi vel teſtamento citra ſpeciem legati, id oneris nominatim Titio injungat, *l. ſi filio*, *§. Papin. ait*, *ſup. fam. erciſ.* vel niſi à ſolo Titio ſtipulatori leget, quod debet, *l.* 27. *de leg.* 1.

§. Qui ſibi, aut filio) de hoc §. vide ſcripta ad *l.* 39. *& l. prox. ſup. eod.*

Vel emancipato filio) Obſtat *l. cum quis*, *infra, de ſolut.* vide ſolut. in notat. ad *l.* 94. *inf. de ſolut.* & ſcriptis ad *l. prox. ſup. eod.*

Qui filio ſuo dari ſtipulatur) vide ſcripta ad *d. l.* 39.

§. Qui ita ſtipulatur) vide ſcripta ad *l.* 16. *§.* 1. *ſup.*

Conſeſtim 10. *dari*) Stipulatio, ſeu obligatio ex die quidem differri poteſt, non autem finiri. Ergo ſi ſtipuler 10. annua quoad vivam, tempore non finitur obligatio. Sic, nec finiri poteſt loco, aut conditione, *l. nemo*, *ſup. de leg.* 1. dies initio obligationis inſeritur inutiliter: fini utiliter.

Sed exceptione pacti) Aut doli: quæ obligatio ipſo jure non finitur, exceptione finitur.

Pacti conventi exceptione) Vel doli.

§. Si à te ſtipulatus fuero fundum) Hic agitur de novatione: fundus autem ſignificat plenum jus. Itaque promiſſor fundi ſoluta ejus proprietate, tenetur ex ſtipulatu uſusfructus nomine, qui fundo deeſt. Sic & uſufructu præſtito, vel amiſſo, peti adhuc poteſt proprietas nuda, vel eo amiſſo proprietas plena, *l.* 126. *§.* 1. *ſup. tit. prox.*

§. ult. Si hominem) Obſtat *l. quoties*, *§.* 1. *inf. de novat.* ſed ea loquitur de mora jam facta a Titio, ante conditionalem ſtipulationem: hanc ſequens ſtipulatio purgat. Hic autem *§. ult.* loquitur de mora facta à Titio poſt ſtipulationem conditionalem. Sequens mora non purgatur præcedenti ſtipulatione.

In gloſſa conſeſtim) Dele hæc verba (cum enim Titius ſub contraria conditione tenebitur, ut ſupra *ſi cert. pet. l. pen.* ante conditionem non poteſt conſtitui in mora) & dic hoc negandum eſt, & *l. pecuniam*, non loquitur de eo, qui pro eo, quod pure debet, expromiſſorem dat ſub conditione, ſed de eo, qui quod pure debet, delegante creditore promittit.

L. 57. *Si quis*) Actio ex ſtipulatu, ut heredis ſtipulatoris datur pendente conditione defuncti, ita & in heredem promiſſoris.

Relinquet) hoc ita niſi id actum ſit, ut conditio exſiſtat vivo ſtipulatore, aut quovis alio, argumento *l. qui Romæ*, *§. Agerius*, *inf. eod.* Idem dicendum eſt de poteſtativa, quod dixi de caſuali, ſub hac exceptione. Id autem actum videtur cum tales ſunt conditiones, quæ nullum opus relinquant. Idem adde ad gloſ. relinquit.

Heredem obligatum) Sic & heres ſtipulatoris agere poteſt pendente conditione. Aliud eſt in act. ex teſtamento: Nam ea non datur heredi legatarii, pendente conditione defuncti. In heredem heredis datur.

L. 58. *Similis eſt ei, qui partem*) Nec enim vere uſusfructus eſt pars fundi, *l.* 66. *§. fundi*, *ſup. de leg.* 2. quod accipiendum eſt de uſufructu nudo, qui ſervitus eſt. Nam uſusfructus, qui rei cohæret, eſt pars plenæ proprietatis, nudus eſt jus fundi, qualitas fundi non pars, ut duplex eſt proprietas, nuda, & plena, ſic & uſusfructus, *l.* 126. *§.* 1. *inf. eod. l. ſi cum teſtamento*, *§. pen. ſup. de exceptione rei judic.* nudus eſt ſimilis parti, ut hic.

Poſteriore ſtipulatione nihil agit) Nec enim vere uſusfructus eſt pars fundi, *l.* 66. *§. fundi*, *ſup. de leg.* 2. quod accipiendum eſt de uſufructu nudo, qui ſervitus eſt. Nam uſusfructus, qui rei cohæret, eſt pars plenæ proprietatis, nudus eſt jus fundi, qualitas.

Poſteriore ſtipulatione nihil agit) Id eſt, hoc non aſſequitur, ut totum, & pars debeatur.

Sicuti qui decem, deinde quinque ſtipulatur) Ergo & is, qui fundum, deinde uſumfructum ſtipulatur, nihil agit, ſecus eſt in ſpecie *§. ult. l.* 9. *inf. de novat.*

Uſumfructum, deinde uſum ſtipulatus) hæc ſi ab eodem ſtipulentur, non ſi à diverſis.

Novandi animo) Nam hoc caſu totius ſtipulatio tollitur, & manet partis.

Specialiter expreſſerit) hæc verba adjecta ſunt à Trib. ex *l. ult. C. de novat. & delegat.* nam olim ex ſola mente contrahentium novatio fiebat. Sic in *l. aliam*, *l. ſi res*, *§. ſi duo*, *inf. de novat. ſcripſeram*.

Exigi poſſunt) Hic ſubaudienda eſt concluſio, ut & in *l. cum Stichus*, *inf. de ſolut.* vide ſcripta ad *l.* 54. *ſup. eodem*.

L. 59.

L.59. Quoties) Obligatio differtur ex loco, die, conditione, nec ante ea peti poteſt. Item qui vinum debet, aut oleum, quanti vinum eſt damnatur æſtimatione judicis. At varia eſt æſtimatio ex loco, & tempore, *l.4. de eo, quod certo loco, & l. 63. ad l. Falcid.* Plinius lib. 33. cap.7. Hinc eſt quæſtio hujus l.& ſi quidem cum adjectione diei, quid ſtipulatus ſim, ejus diei fiet æſtimatio, quo dari debuit. Et hoc jure utimur argumento *l. 7. C. de erogatione milit. ann. lib.* 12. Plinius ſuprad. loco, *l. vinum, ſupra de reb. cred. l. ult. de condict. tritic.* Et hoc verum eſt tam in judiciis ſtrictis, quam in bonæ fidei: vide notata ad dictam *leg. ultim.* Idem quoque eſt in corporibus, ut homine, animali, &c.

Alioqui rei captio erit) Id eſt alioqui ex ea re aliquo tempore promiſſor damnum patietur, & eſt hic rei, id eſt, promiſſoris.

L.61. Stipulatio) Succeſſiones ſtipulationibus, vel pactis obſtringi non poſſunt, vide ſcripta ad *l. 26. ſup.*

L.62. Servus vetante) Quæſtio eſt, an invito quid cui obtingat. Per eos, qui ſunt in noſtra poteſtate, non tantum actio nobis invitis acquiritur, ſed & dominium ex omnibus cauſſis, excepta heteditate: per alios res invito mihi nunquam acquiritur, ſed ſola actio, *l. etiam, ſupra de acquir. rer. dom.* At per eos poſſeſſio non acquiritur.

L.63. Si ita quis. Idem tradidit Ulpian. tractans de ſtipulatione judicatum ſolvi, *l. cum quærebatur, inſ. judicat. ſolvi*, quod hic Africanus lib. 6. quæſt. quæ de illa eadem ſtipulatione tractavit. Ut autem hic Africanus docuit, ſtipulationem factam ex conditionibus disjunctivis, ſi ex una committatur, non poſſe committi ex alia, ſic & ſtipulationem, judicatum ſolvi, cujus tres ſunt clauſulæ disjunctivo modo acceptæ, de re defendenda, de dolo: de re judicata, commiſſam ex una clauſula, non poſſe rurſus committi ex alia, *l.5. §. in hac inſ. judicat. ſolvi.*

L.64. Hujuſmodi) Præpoſtera ſtipulatio olim oon valebat, at hodie valet ex conſtit. *Inſt. §. item ſi quis, Inſtit. de inutil. ſtip.* Et ob id hoc titulo non tractatur de boc vitio.

Opponitur *l. cum quidam, ſup. de uſur.* quæ rectius opponeretur *legi lecta, §. ult. ſup. de reb. cred.* vide not. ad *d.l. cum quidam.*

L. 66. Si minor 20. annis) Ut minor viginti annis non poteſt ſervum manumittere: ſic nec ſtipulari poteſt à debitore, ut ſervum quem ſibi debet, manumittat.

Non eſt executio ſtipulatio) Id eſt, cujus petitio, & præſtatio non eſt. Sic in *l.85. inſ. eod.*

L. 67. Illa ſtipulatio) Hoc modo adoleſcens recte ſtipulatur de curatore certæ rei dato.

§. 1. Reum locupletem) Id eſt, expromiſſorem, non fidejuſſorem ut male quidam. Fidejuſſorem dando non liberatur, expromiſſorem dando liberatur.

In gloſſa non poſſe) Ad fin. adde, curare non tantum ſignificat numerare, ſed & delegare aliquem, qui numeret. At faciendi verbum habet dandi ſignificationem.

Celſus lib.6. Digeſtorum) *L. ult. in fi. ſup. de reb. cred.*

L. 68. Si pœnam) Con. *l.7. inſ. de verb. ſignific.*

Certa eſt) Credita pœnæ vinculo conſtringi poſſunt.

L. 69. Nec pœna res impoſſibilis committetur) Nam rei poſſibilis pœna committetur, etiamſi ea ſit inutiliter deducta in ſtipulationem.

Pœnam ſtipulatur) Hoc quia duplex eſt ſtipulatio, ſed ſi una ſit impoſſibilis, concepta in non faciendo, valet, *l.7. & 8. ſup. eod.*

L. 70. Qui fari non poteſt, ſtipulari non poteſt) Vide ſcripta ad *l. 1. ſup. eod.*

L.71. Idem libro 13. ad Edictum) Ulpianus eodem libro tractavit de pœna compromiſſi, & inde data occaſione generaliter, quomodo concipiendæ ſint ſtipulationes pœnales.

Cum quid ut fiat, ſtipulamur pœnam) Puogendum eſſe poſt verbum ſtipulamur, docet *l. continuus, §. pen. infra eod, & §. ult. Inſtitut. eodem.*

L.72. Stipulationes non dividuntur) Servitus, & libertas pro parte acquiri non poteſt, at retineri poteſt, uſus ſervitutum eſt individuus, *l. viæ, ſup. de ſervit.* Servitutes conſiſtunt in uſu, ergo & ipſæ individuæ ſunt, quoniam nec uſus pro parte dividi poteſt, *l. uſus, ſupra de uſu, & habitat.* at ſolus fructus, & uſusfructus dividi poſſunt.

Et ſi quis faciendum aliquid) vide ſcripta ad *l. 28. ſi ex facto, ſup. eod. & l.54. ſup. eod.* Æſtimatin tantum facti, & id, quod intereſt, dividi poteſt, itemque pœna, ſi qua addita ſit ſtipulationi, quod traditur aperte de æſtimatione ex Celſn in *l. ſi quis ab alio, §. ult. ſup. de re judic.*

§.1. Si quis ita) vide ſcripta ad *l. 8. & 14. ſup. eod.* & ad *l.5. C. de condict. indeb.*

§. ult. Inſula fabricari) Pugnat *l. 14. ſup. eod.* ut in ſtipulatione, Stichum dari, diſſenſiſſe Proculianos à Sabinianis docet *l. ita ſtipulatus, inſ. eodem*, ut ſcriptum eſt ad *l.8. ſup.* ſic & in hac ſtiplat. Proculi ſententiam Celſus ſequitur, *l. 14. ſup.* ad quam vide ſcripta. Ulp. vero hic ſequitur ſententiam Sabini. Ut in ſtipulatione in dando fuit diſſentio: Sic & in ſtipulatione in faciendo, nec eſt probanda Joannis ſolutio, vide & ſcripta ad *l. continuus, infra eodem.*

Ubi jam cœperit mora) Si cum potuit incipere, non incœpit, nihil pugnat *l. exiſtimo, §. ult. inſ. eod.* vide ſcripta hic.

In gloſſ. poſſit) Dele tot. ſolut. Joannis, quæ incipit (*vel dic, hic agi, &c.*)

L.73. Aut domum ædificari) Id ſecundum Celſum, *l.14. ſup.* ſecus Ulp. in *l. prox. §. ult. ſup. eod.*

Quis ſtipulatus ſit) Id eſt, patronus: Nam ſi alius ſit ſtipulatus operas, ſtatim debentur, *l. quoties, de operis libert.*

§.1. Si ſervus hereditarius) Id eſt, jacentis hereditatis.

Idem eſt in ſervo ejus qui) Niſi redierit.

§. ult. Poſt moram offerendo) Oblatio, aut quicquid pro oblatione eſt, purgat moram. Vide ſcripta ad *l. eum, qui, §. ult. ſup. eod.* nam ſtipulator, ſi debitum non accipiat, incipit eſſe in mora: promiſſor deſinit. Hujus purgationis effectus eſt, ut ſi res oblata poſt interierit, debitor liberetur: vel ipſo jure, ſi judicium ſit bonæ fidei, vel per exceptionem, ſi ſit ſtrictum, ut hic. Sed ſi res exſtant, non liberatur.

In gloſſ. Noluerit) Ad finem adde, *& l. 17. ſup. de conſtit. pec. l. hujuſmodi, §. ſi cui, ſup. de leg. 1.*

L. 74. Stipulationum quædam) Vel ut eſt ſcriptum in *l.6. de contrah. ſtipulat.* Aliæ ſunt certi, ex quibus datur certi condictio: aliæ incerti, ex quibus datur actio ex ſtipulatu, dicitur tamen etiam recte actionem ex ſtipulatu, aliam eſſe certi, aliam incerti. Idemque dici poteſt de cæteris ſtrictis act. At omnes act. bonæ fidei ſunt incerti.

Ut ecce, aurei 10.) Niſi eos ſtipuleris in annos ſingulos, *l.17. ſup. & l. prox. §. pen. inſ. eod.*

L.75. Ubi autem non apparet) vide ſcripta ad *l. 13. ſup. de leg. 1.* In hac l. Ulpiano propoſitum eſt, dicere de utilib. ſtipulationibus. Id inde conſtat, quod meminit ejus, qui ſtipulatus eſt tritici certam quantitatem ſine qualitate, quod valet. Non ejus, qui qualitatem ſine quantitate, quod non valet, *l. triticum, h. tit.* Ergo, dum inter has nominat ſtipulationem fundi incerti, ſeu ſine nomine, dicendum eſt, eam utilem eſſe. Ea vero utilis eſt, ſi teſtator fundum habuerit, idem eſt in promiſſore. Id Græci notant ad *l.69. §. gener, ſup. de jure dot.*

Incertam eſſe ſtipulationem) Stipulatio tamen valet, quod verum eſt, ſi promiſſor fundos habuerit. Nam ſi nullos habuerit, eſt inutilis, *l. cum poſt, §. gener, de jure dot. l. ita ſtipulatus, inſ. eod. l. ſi domus ſupra, de leg. 1.*

Vel hominem generaliter) Res ſingulæ ſenſu percipiuntur. Contra res univerſæ, ut genera, cogitatione, non ſenſibus. Certum non eſt extra res ſingulas. Item nec extra ſubſtantiam.

Boni modios) Nam boni qualitas recipit magis, & minus.

§. 1.

§. 1. Fundi certi) Certum non eſt niſi ſubſtantia, accidentia, non certa: hinc fit, ut qui ſervitutes ſtipulatur, incertum ſtipuletur. De uſufructu ideo dubitabatur, quia conſiſtit in fructibus, quorum eſt certa ſubſtantia. Sed cum fructuum proventus incertus ſit, placet eum, qui uſum ſtipulatur, incertum ſtipulari. Eadem ratione hic, incertis adnumerantur obligationes, cautiones, nomina, liberationes, poſſeſſiones, quia illarum nullum ſubeſt corpus. His adde facta, & non facta. Opponitur *l. 8. ſup. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſ.* vide notata ad eam.

§. illud: Incerti eſſe hanc ſtipulationem) Quia non ſunt, atqui vinum ſimpliciter dicit, incertam rem dicit, nec vinum ſtipulatur, ut ſpeciem, ſed ut quantitatem.

Quod in horreo eſt) hic ſpeciem, & quantitatem ſignificat.

§. Qui vero. Incertum in obligationem) Imo certum, ut *inf.* dum ait, *quamvis iſtæ, &c.*

Quamvis iſtæ) hæ particulæ quamvis, niſi, aut, vel, corrigunt: vide ſcripta ad *l. 5. §. quod ſi faciam, ſup. de præſcript. verb.* & hic.

Quam propoſuimus de vino, vel oleo) Nam hic ſermo refertur ad ea, quæ jam ſunt certa. Sermone collato in futurum, licet fructus percepti certi ſint, ſemper incerta eſt ſtipulatio. At in præſens collato, certa eſt.

§. Qui id quod in faciendo, aut non faciendo) Privatio actionis.

§. Qui illud: utrum certum, an incertum) incertum deducit, quoniam incertum eſt, quod promiſſor ſit electurus.

§. Qui ſortem: tot ſtipulationes ſunt, quod res ſunt) vide ſcripta ad *l. 29. ſup. eod.* & ad *l. 21. C. de uſur.*

§. ult. Hæc ſtipulatio) Vide ſcripta ad *l. 28. ſup. eodem.*

L. 76. Quod ego voluero) At electio collata in extranei perſonam, heredi ejus non permittitur.

Servo, vel filio talis electio) id eſt, in *l. ult. in pr. inf. eod.* Sed cur non datur patri, aut domino, cum detur heredi? Idem quæri poteſt de ſtipulatione ire, agere licere. Ratio differentiæ eſt, quia quod in meam perſonam congruit, facilius jure ſucceſſionis, vel legati, vel ceſſionis ad alium tranſit, quam jure poteſtatis alteri acquiritur.

In heredes tamen tranſit obligatio) idem dabitur ei, cui ſtipulator actionem ſuam legaverit, vel ceſſerit, *l. ſi ſic, §. ult. de leg. 1. l. 93. inf. eod.*

§. 1. Cum ſtipulantur) Excipe ſtipulationem legatorum: Nam hæc etiam continet, *quod oportebit*. Idem dici poteſt de cæteris ſtipulat. quæ inſtar actionis habentur, *l. 1. §. belliſſime, ſup. ut legat. nom. cau.*

Ut in judiciis) id eſt, in actionibus, *l. inter, §. ult. inf. eodem.*

L. 77. Ad diem) Ex die ſolo pœna committitur. Harmenop. 3. *Epit. tit.* 3. qui ad diem debet, ſe ipſum interpellare debet. Pœna quoque committitur, ſi nullus ſit ex parte promiſſoris, qui interpellari poſſit. At ſi debitor ſit paratus eo die ſolvere, non committitur pœna.

Ante diem mortuo) Nam ex die ſolo etiam mora fit: vide ſcripta ad *l. 23. ſup. eod.*

L. 78. Si filiusfam.) At in legatis ſpectatur tempus, quo conditio exſiſtit, quo tempore cum ſit ſui juris, ſibi acquirit, non patri. Ratio differentiæ eſt, quia in contractibus non tantum nobis, ſed & poſteris noſtris conſulimus. At contractus heredi non proficiet, niſi ſtatim conſtituamus, contractum conditionalem ab initio vires habere. At qui legat, ſolum legatarium ſpectat.

In ſtipulationibus id tempus ſpectatur) idem eſt in *l. 144. de reg. jur. ex eod.* lib. Eam huic conj.

§. ult. Cum fundum) Oppon. *l. ſi fundum, inf. eodem:* vide ſolut. in not. ad eum loc. & ſcript. ad *l. 28. ſupra, eodem.*

L. 79. Actionem utilem domino competere) Si ex re domini ſtipuletur, etiamſi ſibi ſtipuletur. Alium caſum: vide in ſcriptis ad *tit. C. per quas perſ.*

L. 80. Quotiens ſtipulationibus) vide ſcripta ad *Rubr.* A *ſup. de reb. dub.* & notata ad *l. ſi is, qui ducenta*, in prin. illius tit. & ſcripta ad *l. 41. ſup. eod.*

L. 81. Quotiens quis) vide ſcripta ad *l. 48. §. penult. ſup. eod.*

Nam qui alium ſiſti) Ergo factum alienum non promittit: alioquin inutilis eſſet hæc fidejuſſio.

Acturum ut ſtet.) *L. ſancimus, C. de fidejuſſ.*

§. ult. Si procurator) hic §. eſt veluti [illegible] *l. penul. ſup. ſi quis caut. ibid.*

L. 82. Nemo) vide ſcripta ad *l. 23. ſup. eod.*

L. 83. Negotium contrahitur) Sic in *l. certi condictio, §. quoniam, ſup. ſi cert. pet.* Stipulatio enim contractus eſt: vide ſcripta ad *l. 5. ſup. §. Conventionales.*

Nam de ſe quemque) Ideoque in *l. 5. ſtipulatio, ſupra, eod.* ponitur *ſe*.

B *Simplex abnutivum*) Abnutivum Græce Ἀποφατικόν, id eſt, negans, ſic Fla. Caper ſcribit duplex abnutivum affirmare.

Sed curaturum ſe) vide ſcripta ad *l. 38. in princ.* & ad *l. 50. ſup. eod.*

L. 1. Quod & in judiciis) Opp. *l. ſi in emptione 34. ſup. de contr. empt.* Sed recte ibi Accurſius, *ſenſerit*, id eſt, ſenſiſſe dicatur. Nam ſi omnino conſtet eas diſſenſiſſe, nihil agitur. At ſi non conſtet de diſſenſu, & ambigua ſit oratio, ut quia dixit Stichum, cum plures eſſent, tunc interpretatio fiet contra venditorem, ſive agat, ſive conveniatur. Itemque contra ſtipulatorem agentem ex ſtipulatu, ſi legem ambiguam dixerit. At in ambigua actione interpretatio fit contra reum, non contra actorem.

In invitum redditur) Et ideo ſatis eſt, ſi actor conſen- C ſerit.

§. Si ſtipulante) vide ſcripta ad *l. 1. §. ſed mihi*, & ad *l. 12. ſup. eod.*

§. Sacram rem) Cum hoc §. merito conjunxit Theodorus Balſamon tit. 2. numocan. *§. pen. l. continuus, inf. eod.*

Vel uſibus publicis relicta) Nam regula Catoniana etiam ad ſtipulationes pertinet.

Nam & cum) nam, id eſt, ſed, eſt hic adverſativa vox.

Res ſacra profana eſſe cœperit, aut Stichus) Celſus hac in quæſt. diſſenſit à cæteris, *l. qui res, §. aream, inf. de ſolut.* Celſi ſententia in *l. ſi chorus, in fin. ſup. de leg. 3.*

In gloſſ. Eadem cauſſa) Ad fin. adde, ſic Ariſtotiles 2. Rhet. cap. 5. *ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων ἡ ἐναντία.*

Pro quo, & illud dici poſſe) Contra Celſum.

D *Sed hæc diſſimilia ſunt*) Superiora argumenta ſunt Celſi: ſequitur Pauli reſponſio.

Adeo enim) Summa hujus quæſtionis contra Celſum hæc eſt: obligationem extingui ante moram, ſine facto promiſſoris re conſecrata, aut publicata, aut ſervo manumiſſo, aut nave diſſoluta, ea mente, ut in alios uſus tabulæ converterentur: obligationem ceſſare, nave diſſoluta reficiendi cauſſa. Navem diſſolutam hac mente, eandem eſſe: alia mente diſſolutam, non eſſe eandem.

Eadem navis eſſe incipit) Ad hunc quoque modum diſſolvi poteſt quæſtio, an navis refecta ſit navis, de qua Plutarchus in Theſeo. Eadem diſtinctio in domo ponenda eſt.

Verſ. hic tractatus) Quæ hactenus dicta ſunt, ſunt de ſtipulationibus conventionalibus, quæ in dando conſiſtunt.

E *Ad Prætorias ſtipulationes*) nam prætoris ſtipulationes, vel rei reſtitutionem continent, vel incertam quantitatem, *l. 2. de prætor. ſtipul.* Rei reſtitutio ſic accipitur, ut opus in priſtinum ſtatum reſtituatur, vel ut res præſtetur, quoties vero concipitur de re præſtanda, an eadem res reſtituatur, inſpicitur.

Si rem quam) vide ſcripta ad *l. non quæcunque, ſup. de leg. 1. & ad l. 16. ſup. eod.*

Verſ. Si vero à me) nam dominii acquiſitio, cujus cauſſa duratura non eſt, perimit ſtipulationem, *l. non quæcunque, ſup. de leg. 1. l. qui res, inf. de ſolut.* Non eſt vero duratura, cum mox legatarius ſit ablaturus. His adde *l. 103. inf. eodem.*

Po-

Poteſt agi ex ſtipulatu) id eſt, condictione certi.

§. Stichum qui) Similis eſt quæſtio *l.30. §.1. ſup. de jurejur.*

§. ult. Si quis ancillam ſiſtere) Quod ſit ex cauſſa noxali: qui ſiſtere promiſit eadem cauſſa ſiſtere debet.

L.84. Si inſulam) Mora purgatur oblatione, novatione, conditionali ſtipulatione, multo etiam magis præſtatione, & ſolutione, modo præſtem, aut faciam ante litem conteſtatam: at non ſolum ſi faciam, ſed & ſi facere ſim paratus ante litis conteſtationem, liberor à præſtatione ejus, quod intereſt: à pœna vero liberor in ſtipulatione deducta, ſi pura fuerit obligatio, & offeram ante litem conteſtatam, *l.26. §. ult. ſup. de recept. l. qui Romæ, §. Flavius, inf. eod.* Si ſit in diem, ſtatim ex die pœna committitur, etiamſi lis conteſtata non ſit, *l.trajectitiæ, ſup. tit. proximo.*

Quandiu litem conteſtatus) Ergo poſt moram purgat ſe, quod non licere ajunt *d.l.trajectitiæ, l. Celſus, ſup. de except. l.ſi fundus, §. ult. ſup. de l.commiſſ. l.nuda, C. de contr. & committ. ſtipul.* Dicendum in hac ſpecie, nullum fuiſſe diem adſcriptum, nullam pœnam, nullam conditionem: at nos de debitore ad diem loquimur. Vide notata ad *l.magnam, C. de contr. & commit. & l. ſancimus, C. de fidejuſſ. Liberari placet:* contra opponitur *l.3. §. ult. & l.4. inf. de judic. ſolvi.* Vide ſolut. in notatis ibi. Opponitur etiam *l.& ſi poſt tres, ſup. ſi quis caution.* vide ſolut. in notatis ad eam. Opponitur *l.15. ſup. de doli except.* vide notata ibi. Denique opponitur *l.hoc edicto, de publican.* vide ſolut. in not. ad eam.

Nihil ibi prodeſſe) Ad vitandam condemnationem, in id, quod mea intereſt, hic & *l.17. ſup. de conſtit. pec.*

L.85. In exſecutione obligationis) Exſecutionem oblig. vocat petitionem, & ſolut. quam Græci ἐκβίβασμόν.

Verſ. Prima ſpecies: pecuniæ certa) Aut certi corporis.

Ad portiones hereditarias) Ex 12. tab.

Quod teſtator fieri) ut ſi opus reipub. fieri juſſerit, vel ſtatuam poni.

Quia operis effectus) id eſt, ἀποτέλεσμα.

In partes ſcindi non poteſt) Niſi agatur, quanti ea res eſt: Nam æſtimatio poteſt dividi, *l.72. ſup. eod.*

Sarcient dammum) vide ſcripta ad *l. 2. §. item in facto ſup. eod.*

§. In ſolidum: quolibet defugiente) vide not. ad *l. non ex cauſſa, inf. eod.* & ſcripta ad *l.4. §. Cato, in fin. ſup. eodem.*

§. Item ſi ita: partem creditori ſolvere) vide ſcripta ad *l.4. §. Cato.*

§.ult. Nihilominus obligetur) hoc locum habet non tantum in conditione poteſtativa, ſed & in caſuali. Et non tantum in ſtipulationibus, ſed & in legatis.

L.86. Quod dicitur) vide ſcripta ad *l.29. ſup. eod.*

L.87. Nemo rem) vide ſcripta ad *l.16. ſup. eod.*

L.88. More) vide ſcripta ad *l.49. ſup. eod.*

Fidejuſſoribus ſuccurrendum) Data exceptione.

Fidejuſſor autem) Obſtat *l.ſi fidejuſſor, ſup. de dolo:* vide ſolut. in not. ad *l.49. ſup. eod.*

L.89. Si à colono) *L.16. ſup. de liber. legat.* vide ſcripta ad *l.76. §.ult. ſup. eod.*

L.90. Cum ſtipulati) Sorte petita, non ideo minus uſuræ creſcunt. Duplex autem eſt uſura, una quæ infligitur ob quæſtum, & dicitur fœtus, alia, quæ ob moram, & dicitur pœna: vide ſcripta ad *l.12. C. de uſur.*

Etiamſi fortis obligatio) Con. *l.novatione, inf. de novat. cum l.lite, ſup. de uſur.* Ex quibus conſtabit, novatione facta uſuras non currere, lite conteſtata currere.

L.91. Si ſervum) hæc l. non loquitur de mora, niſi in *§. ſequitur.*

Utrum quemadmodum) Ratio differentiæ eſt, quia in re aliena, cujus vindicatio alii competit, debemus eſſe, quam diligentiſſimi. In ea re, quæ non niſi noſtro facto quæri alii poteſt, licet nobis negligenter verſari, quaſi in re noſtra, modo abſit dolus, aut latior culpa.

Verſ. 1. vel etiam ab hoſtibus) hic caſus non eſt ſimilis ſuperioribus. Captivitas morti non comparatur. Et ideo, A ſi ſine facto promiſſoris ſervus captus ſit, ceſſat obligatio, non exſtinguitur. Sed ſi facto ejus capiatur, tenetur in pretium.

§. De illo: quod Julianus putat) In *l.quidam 25. §. pen. ſup. ad Trebel.* unde eſt hic locus. Ex qua l. conſtat: hic, *reſtitueret*, ita eſſe accipiendum, ut reſtitueret hereditatem, in qua erat ſervus manumiſſus. Citatur Julianus, & in ſimili ſpecie in *§. ſi rer, Inſtitut. de legatis.*

Manumiſit) Nam is tenetur in pretium.

§. Sequitur) hic §. eſt de mora: vide ſcripta ad *l.73. §. ult. ſup. eod.*

§. Nunc videamus: hæc conſtitutio) id eſt, regula, *l.1. inf. de privat. delict.*

Acceſſiones autem) id eſt, perſonæ, quæ obligationi accedunt: Quales ſunt fidejuſſores, mandatores, Cic. 4. B Verr. Is ait ſuo labore, ſuiſque acceſſionibus, id eſt, aſſeclis, miniſtris. Juſt. Novella 8. vocat παρενθήκας.

Perpetuari placet) Suam, non reorum.

In gloſſ. Fidejuſſoribus) Dele (*ſcilicet ſecundis*) & dic male. Nam agitur de fidejuſſoribus reorum, quamvis idem etiam ſit in ſecundis.

§. An filiusfam. vide ſcripta ad *l.3. C. quod cum eo.*

Quaſi acceſſionem) Acceſſio eſt tam is, qui jubet, quam qui fidejubet.

§.ult. Effectus hujus conſtitutionis) id eſt, regulæ.

Peti poſſit) Sed condemnatio fiet in æſtimationem.

Ergo puto novationem) Summa eſt, valere acceptilationem, petitionem, novationem hominis mortui, quando culpa promiſſoris interiit.

L. 92. Si ita ſtipuler) Eadem dubitandi cauſſa eſt in C *l.38. §. ſed & ſi quis, ſup. eod.* quia uſusfructus in heredem non tranſit.

L.93. Si ſic ſtipulatus) vide ſcripta ad *l.76. ſup. eod.*

Ex iis, quos habes, ſumam) Ideo hic mea eſt electio, quia dixi ſumam, quod eſt verbum vindicationis, quæ electio datur in legatis legatario. Servius 5. Æneid. ad illa verba: ſume pater, ait, eſſe verbum Juriſconſultorum, *quo utuntur, quoties legatum eſt in accipientis arbitrio.* Sic idem verbum electionem dat ſtipulatori.

Electio mea erit) Quia & ſi non elegero, heredi meo dabitur electio.

L.94. Certi generis) id eſt, qualitatis: Vide ſcripta ad *l.75. ſup. eod.*

In gloſſ. triticum) Sive Bladum, Latine Blattum, ſeu D Blatta, Græci σῖτον à Blatteo colore. Sed quæritur, ſi quis debeat Blattum, quid præſtare debeat. Et ajunt præſtando ſecale, liberari. Guido Pap.

In eandem gloſſ. dele hæc (*Eſt enim generis nomen ad omne id, quod in area teritur*) Et repone: imo frumenti nomen eſt generale, non tritici, *l. frugem, inf. de verb. ſignificat.*

In fin. ejuſdem gloſſ. Meleca) id eſt, milium indicum; ſic dictum, quod ſua proceritate ſuperat cognatas fruges: dele, quæ ſunt in margine, omnia Bart. in *l.1. §. de eo, &c.*

L.96. Nec utilis actio erit) Hæc actio directa eſt, ſed utilis dicitur, quod detur utilitatis cauſſa, id eſt, ejus, quod intereſt nomine, ut in *l.ſtipulatio, §. ſi quis inſulam, ſup. eod.* alias opponitur directæ, & tunc dicitur utilis, E quod detur æquitate, & utilitate ſuadente: vide ſcripta ad *l.23. in fin. ſup. eod.* & ad *l.cum res legata, §. ſed ſi Stichus, ſup. de leg. 1.*

L.97. Hippocentaurum dari) Hæc inutilis eſt, ſed per eam non vitiatur prior utilis, *l.126. §.ult. inf.* At contra utilis principalis obligationis, utilis acceſſio eſſe non poteſt.

Te ſiſti ſolummodo) At ſi duæ ſint ſtipulationes pares, quarum altera alterius acceſſio non eſt, inutilis utilem non corrumpit, imo interdum utilis confirmat inutilem, *l.1. C. de rei uxor. act.*

§.1. Poſſum utiliter) Eadem eſt ſpecies, & ratio *legis ſi quis ab alio, in princ. ſup. de re judic.*

Titii nomine) His verbis non videris fidejuſſiſſe pro

Titio,

Titio, ſed eſſe adjectus ſolutionis gratia. Tu enim facturum te promittis: Titius daturum. Si es adjectus, ergo & acceſſio, *l. obligationum fere, §. acceſſio, ſup. tituli proximo.*

Agere poſſum) Incerti.

In gloſſ. ſolutus) vide not. ad *l. jure noſtro, C. de fidejuſſ.* ubi habes ſolutionem.

Nihil ex hac ſtipulatione) At cum Titio agam certi, ut det. Simile eſt in *l.118. §. ult. inf. eod.*

§. ult. Cauſſa cognita) Non ergo paſſi.

Probabilis cauſſa) ut ſi propoſito per eam, quaſi præmio, ſe invitent ad nuptias.

Non in dotem ſtipulatus) Aut donationem propter nuptias.

L.98. Exiſtimo poſſe) Conjun. *l.61. ſup. de contr. empt.*

Quamquam interim fundus) vide ſcripta ad *l.16. & 72. ſup. eodem.*

§. ult. Ex hac ſtipulatione) vide not. & ſcripta ad *d. l.72. §. ult.*

L.99. Quicquid aſtringendæ obligationis) Græci vertunt, τὸ συμβαλλόμενον τῇ συστάσει ἐνοχῆς.

Certis potius vaſis) vide ſcripta ad *l.83. §. 1.* & ad *l.8. ſup. eodem.*

§. Non niſi præterito biennio) vide not. ad *l. veluti, §. ult.* & ſcripta ad *l.10. ſup. eod.* quæ huic legi obſtat.

L.100. Statim, aut peremit obligationem) Si ita non ſit.

Omnino non differt) Si ita ſit.

L.101. Puberes ſine curatoribus ſuis) id eſt, curatoribus, quos habent: male hæc l. accipitur de puberib. qui curatores non habent, cum dicat *lex ſuis*. Impuberes ſine tut. auctoritate non obligantur. At de puberibus nihil tale eſt proditum. Unde conſtat, eos ſine curatoris auctoritate obligari. Oppon. *l.3. C. de in integr. reſti. min.* vide not. ad eam. Adde argumentum *legis ſciendum, ſup. de ritu nupt.* vide ſcripta ad *l. ſi pupillus, inf. eod. tit.*

In gloſſ. puberes ſine curatoribus) Dele hæc (id eſt, non habentes curatores)

L.102. Sumptus in defenſione cauſſæ) Hos ſumptus interdum judex remittit victo, habenti juſtam cauſſam litigandi, *Nov.82.*

In gloſſ. Agnituros, ut argumentatur, ſup. de liber. legata) Adde *l. fidejuſſor, de doli except.* ſecus eſt, ſi emptor vicerit. Accurſ. in *l.1. tit. de evict.*

L.103. Quia nec dari oportere) Cujus rei commercium non eſt, nec ejus æſtimatio debetur, *l. cum ſervus, §. ult. de leg.1.* vide ſcripta ad *l.83. §. ſacram, ſup. eod.*

Aut fundum hoſtium) Idem eſt in legatis, *l. ab omnibus, §. aliam, de leg.1.*

L.104. Pro libertate pactus eſt) id eſt, ut manumitteretur.

Quamvis ſervus ab alio) Si non dedit expromiſſorem, tenetur ipſe ſervus poſt manumiſſionem, *l.3. C. an ſervus ex ſuo facto.*

Ut manumittatur) Idem in *l. & eleganter, ſup. de dolo.*

L. 105. Stipulatus ſum Damam) Homine oblato poſt mortuo, continuo debitor liberatur. At ſola oblatio non liberat, niſi apud prætorem fiat de re, quæ apud eum petitur, *l. ſi debitor offerret, inf. de ſolut.*

Continuo eum) id eſt, αὐτόθεν, quod eſt, ipſo jure. At Proculiani putant, exceptionem eſſe neceſſariam, *l. interdum, §. ult. ſup. eod.* quorum ſententia obtinuit, vide ſcripta ad *l.2. C. de uſur.*

L.106. Qui ex pluribus) vide ſcripta ad *l.75. §. qui vere, ſup. eod.*

L.107. utrum turpem) Servus pro capite honeſte paciſcitur, & expromiſſorem dat. At in libero homine id inhoneſtum videbatur. Nam & ei emancipationis cauſſa non poſſunt imponi, donum, munus, operæ, *l. pen. ſup. de obſeq. par. præſtan. l. pen. ſup. ſi à par. quis manum.*

Magis curaretur) Sic Plautus in Sticho: *nunquam minus curare poſſunt patrem ſuum filiæ.*

In gloſſ. Emancipaturus) Dele hæc (*verum cogi officio judicis*) & repone, imo nec extra ordinem quidem cogi poteſt, niſi certis caſibus, *l. ult. in fin. C. de ſentent. paſſis.*

L. 108. In ſumma Bart. Ex facto certa perſona) Legendum, *incertæ perſonæ.*

Si qua mihi nupſerit) Hujus ſtipulationis cauſſa eſt dos.

Ratio reddi non poteſt) Sed harum ſtipulationum cauſſam aliquam eſſe oportet, ut donationes.

§. ult. Nulla) Vide ſcripta ad *l.17. ſup. eod.*

L.109. Si ita ſtipulatus) De hac l. vide ſcripta ad *l.12. ſup. eodem.*

L.110. Si mihi, & Titio) Hic duæ ſunt ſtipulationes, una utilis, alia inutilis. Nam Titius non eſt adjectus. Obſtat huic *l. l. ex fundus, ſup. de contr. empt.* cui conjungenda *l.5. ſup. comm. præd.* ut monet inſcriptio eadem. Dicendum, ſtipulationes ſummarum ſeparandas eſſe à ſtipulationibus corporum, vel jurium. Nam cum ſtipulor ſummam mihi, & Titio, id agitur, ut obligatio numero dividatur, *l. cum Stichus, inf. de ſolut.* At corpora, & jura non ita facile dividuntur, & plerunque id agitur, ut ſint communia pro indiviſo, quare certa pars non poteſt præſtari. Dicendum itaque erit, ex utili parte ſuccurri inutili, quod ſæpe fieri teſtatur Juſtinianus in *l. un. C. de rei ux. act.*

§.1. Si ſtipulatus) vide ſcripta ad *l.83. §.1. ſup. eodem titulo.*

Nihilominus debebitur) Nam indecore ea vir utitur. Si non conſtet de diſſenſu, in ambiguo mens promiſſoris ſpectatur: ſi non ſit ambigua, mens ſtipulatoris, cui verba ſuffragantur, ſpectatur.

L.111. Quo minus mihi illa domo uti) uſu domus marito conceſſo uxor cum eo habitare poteſt. Sic & Mutius primus probavit, uſu uxori relicto, maritum habitare poſſe. Mutium ſequitur Pomponius.

Et latius eſt) id eſt, πλατύτερον, ut ſit ſenſus, latitudo voluntatis exigit hæc verba ſic accipi, *l. 1. C. ut act. ab hered. & contra hered.*

L.112. Quem voluero, an quem volam) vide ſcripta ad *l. hujuſmodi legatum, §. Stichum, ſup. de leg.1.* & ad *l.17. ſup. eod.*

Quem volam, donec judicium) Nam verbum volam eſt extenſivum, παρεκτατικόν. Quædam verba ſunt παρατατικὰ in præteritum, ut volebam, quædam in futurum, ut volam. Quæro, cur etiam non liceat legatario variare, ſi ita legetur: Stichum aut Pamphilum utrum Titius volet. Nam ut volam eſt extenſivum, ſic & volet, *l. filii, inf. ad Senatuſc. Tertul.* Dicendum eſt, idem eſſe in legato, quod in ſtipul. ſi videlicet legatario ſit data electio per damnationem ſic, utrum volet, illi dato, poterit tamen variare legatarius. Nam, quamvis is ſemel Stichum optarit, non tamen ei ante acquiretur, quam traditus ſit. Itaque cum res ſit integra, variare poterit. At cum per vindicationem legatum eſt, is quem elegit, ei ſtatim acquiritur pleno jure. Quare, cum res non ſit integra, & legatario ſit ſatisfactum, variare non poterit. Nec obſtat *l. hujuſmodi legatum, §. Stichus, ſup. de leg. 1.* ubi dixit, volet, nec tamen variat. Nam non loquitur de creditore, ſed de debitore, id eſt, herede, hic ſemel tantum eligere poteſt: quia dum Stichum eligit, ei ſe dando obſtringit, & ſtatim jus quæritur legatario: vide ſupra ad dictum *§. Stichum,* & ad *l. 18. ſup. eodem.*

§. ult. Si quis ita) Hujus §. ſpecies eſt: ſtipulatus quis eſt de Cajo: pro centum aureis ſatiſdabis? Deinde Romæ dedit exhibuitque Cajo, qui ſibi 100. debebat, ut pro eo in eam ſummam ſatiſdaret Cajus. Sic hic legitur recte. *Et reum dederit,* id eſt, expromiſſorem, qui ſuſciperet obligat. novandi cauſſa. Similis locutio eſt in ſpecie *l. ſi quis ab alio, in prin. ſup. de re jud.* vide ſcripta ad *l.68.* & ad *l.97. ſup. eod.*

Satiſdabis) id eſt, fidejuſſorem dabis?

L.113. In gloſſ. arbitratu) Ad fin. adde, hoc addit Accurſius propter *leg. ſi in lege, ſup. loc.*

Et propemodum etiam) Obſtat *l.8. ſup. eod.* vide ſcripta, & notata ad eam.

§.ult. Liberari) Repignerati.

Tanti litem) Vide ſcripta ad *l. 97. §. 1. & l. 68. ſupra eodem.*

In gloſſ. intereſt) Dele eam, & dic, imo ex ſtipulatu incerti.

L.114. Si fundum) Opponitur *l. videamus, §. ſi actionem, ſup. de uſur. & l. ſi filius, ſup. hoc tit.* Dicendum, hic id quod intereſt, non ſignificare fructus, ſed rei pretium, aut ſi quid pluris circa rem interſit: vide ſcripta ad *l.28. ſup. eod.*

L.115. Ita ſtipulatus) vide ſcripta ad *l.94.ſup. eodem.*

Cum id ageretur ut) Opponitur *l. ſi finito, in prin.ſup. de dam. infec.* vide not. ad eam l.

Non demonſtrato loco) Nam, qui hoc ſtipulatur, ſtipulatur poni ſuperficiem, quod fieri non poteſt, niſi in loco: vide ſcripta ad *l. 74. ſup. eodem.*

Reum promittendi ſiſti non poſſe) ut eo mortuo.

Reſpondit Pegaſus) Pegaſi ſententiæ locus eſt, cum eſt una ſtipulatio, incipiens à conditione, & hæc committetur, ubi deſierit Pamphilus poſſe dari, non poſt moram. Pegaſus hic erat Proculianus.

Exemplo penus legatæ) Male Ferrettus putat, non idem dicendum in fundo, quod in penu. Nam id pugnat cum *l. ſi penum, ſupra quando dies legat. ced.* quæ fundum deſertum comparat penori: vide ſcripta ad *l. 9. ſupra eodem.*

Confeſtim in pecuniam legatam) Quia transfunditur legatum penus in legatum pœnæ.

Et ipſius rei naturam) Nam penus facile dari poteſt.

Non à conditione cœperit) In duplicibus legatis, & ſtipulationibus.

Cum id actum probatur) Voluerunt hoc caſu contrahentes, omnimodo Pamphilum dari.

Idem defendendum erit) At cum una tantum eſt ſtipulatio, verior eſt Proculi ſententia.

Quoniam voluntas) Finis legis loquitur de ſtipulatione, quæ incipit à ſtipulatione, non quæ à conditione, cum tamen id agitur, ut alterum tantum detur. Summa ergo legis 115. eſt. Quando duplex eſt ſtipulatio, poſteriorem, h.e. pœnalem, committi ſtatim ex mora, ſive id agatur, ut alterum tantum præſtetur, ſive ut utrumque. Cum id agitur ut utrumque præſtetur, non fit novatio. Cum ut alterutrum, non fit etiam novatio, ſed fit quaſi novatio. Papinianus ergo recipit ſententiam Sabini in ſtipulatione duplici. Pegaſi in ſimplici.

In gloſſa probatur) Ab his verbis, *hodie vero non præſumitur verum.* Dele uſque ad fin. omnia, & dic pœnalis ſtipulatio non novat præcedentem ſtipulat. niſi id ſit actum.

L.116. Non enim ſunt duo rei) Non eſſe duos reos conſtat: quia tunc uno ex eis convento, & exacto, alter liberatur, *l.2.titulo prox.* At in hac ſpecie Titio convento, & ſolvente, non dicimus Mævium liberari, ſed nec obligari, imo nunquam fuiſſe obligatum.

Et ſolvente Titio) Ergo agi prius poteſt cum fidjuſſore, ſed non inexcuſſo reo. Reus excutitur vel in judicio, vel extra judicium. At in aliis agitur etiam ante reum excuſſum.

L. 117. Numero dividitur) vide ſcripta ad *l. 54. ſupra eodem.*

L.118. Nulla de peculio dabitur) Obſtat *l. ſi creditor, §. ult. ſup. de peculio:* vide ſolut. in not. ad eam.

§.1. Decem hodie) Hæc ſtipulatio pura eſt. In puris autem ſtipulationibus nullum laxamentum datur, à lege nunquam datur, à prætore non datur, ſi pecunia, vel res promiſſa ſit in promptu, alias datur.

§. ult. Decem mihi) vide ſcripta ad *l.97. §.2.ſup.eodem.*

L.120. Non facit conditionem) Id eſt, non ſuſpendit.

Si 100. non ſint) Etſi ſint viginti aurei, non debebuntur.

Rei veritatem ignorant) vide ſcripta ad *l.100. ſup. eod.*

L. 121. Incerti agetur) vide ſcripta ad *l. 53. ſup. eod.*

§. 1. In cujus matrimonium conveniebat) Sic & Flor. Papinianus ſcripſerat in manum: vide not. ad *l. uxorem,*

A *ſupra de ritu nupt.*

Si tempore matrimonii concubinæ) Ergo contra bonos mores eſt, ſi quis uxori adjungat concubinam, quod quidam Conſtantino tribuunt ob *l. 1. C. de concubinis.*

§. In inſulam) Caſus mortis non trahitur ad caſum deportationis.

Cum morieris) Idem eſt, ſi dixiſſet poſt mortem tuam dari, quæ ante Juſtinian. fuit inutilis, & ideo dicitur, cum morieris.

Non niſi moriente eo) Et ideo, ſi deportatus reſtituatur civitati, & in ea moriatur, committetur adverſus heredem ejus: ſi vero peregrinus moriatur, committetur adverſus fiſcum, qui ei ſucceſſit.

§. ult. Ex facto) Doli clauſula ſtipulationem quodammodo bonæ fidei facit, ſicut actionem ſtrictam facit bonæ

B fidei, *l. Seja de mortis cauſſa donat.*

L.122. Qui Romæ) Dele tot. ſummam Bartoli, auctor legis eſt Scævola, qui reſpondit temporibus Marci, & Commodi.

Per menſes tres) Id eſt, tribus penſionibus, Male, *poſt menſes tres.*

Vſurarum nomine dederat) Id eſt, prorogaverat, quod fit recte, *l.qui in futurum, ſup. de pact.l.2. §. non male, ſup. de except. rei judic. l. ult. C. de uſur.* Pro mutuo dederat. Seneca, in *anteceſſum dare,* Græci [illegible].

Si à die) Id eſt, primo menſe. Sic in *l.ſi neceſſarias, §. ſi annonæ, ſup. de pignerat. act. l.3. §.Stichum, ſupra.*

Petere) Totam ſummam: ergo oblatio facta debitori nocet.

§.1. Callimachus) Summa hujus §. hæc eſt. Servus

C nauticæ pecuniæ gratia ſecutus debitorem, non poteſt ei conſentiendo, contra quam lex conventionis ferat, creditori nocere, niſi ejus rei arbitrium creditor ei permiſerit, quo caſu repelletur exceptione: vide ſcripta Obſer.2. cap.11.

Vſque Brenteſium) Sic Græce ſignificat Brunduſium, dicitur & Brenda. Feſtus.

In omnes navigii dies) Nam uſuræ nauticæ conſtituebantur in navigationem, non in menſes, ut aliæ, idque varie. Non modo creditor periculum ſuſcipiebat uſque ad certum diem, modo ad certam conditionem, vel uſque ad certum portum, *l. 3. C. de naut. fœn.* modo itionis, & reditionis cauſſa, ut hic: vide ſcripta ad *Rub. ſup. de naut. fœn. ad fin.* & ad *l. 4. illo titulo*, vide Plutarchum in Cat. Cenſor.

D *Sub pignoribus, & hypothecis*) Hoc in pignore privilegium habebit creditor, *l.7. C. qui potior. in pig. l.pen. ſup. de pignor.*

Intra idus Septembres) Proinde hoc adjectum eſt propter periculum, quod fere à mari imminet, occidentibus virgiliis poſt idus. Alciatus to. *παρέργ.* cap.19.

Non reparaſſet) Id eſt, emiſſet. Sic *l.9. §.pen. de ſtatulib.* vide notata ibid.

Proſequentibus eam pecuniam) Nam mitti ſolebat ſervus, qui dicebatur [illegible] quod mittatur uſurarum ſua die exigendarum cauſſa, ut hic, & *l. trajectitia, ſupra tit. prox. l. nihil, §. pro operis, ſup. de naut. fœn.*

Servo Lucii Titii) Hunc initio dixit ſervum Seii, quem hic vocat Titii. Nam Juriſconſulti his nominibus promiſcue utebantur, ut Philoſophi Dionis, & Theonis.

E *Miſiſſet eo tempore*) Quod eſt, poſt idus Septembres. At ſupra poſuit, ante idus eum ſolviſſe. Alciatus male addidit negationem. Repetenda eſt potius extrema ſyllaba verbi *miſiſſet*, ſic, *in navem miſiſſet, ſed eo tempore, &c.* Atque ita quidam Cod. habent, & erit ſenſus: ſolviſſe quidem Callimachum navem ante idus, ſed eo tempore, quo jam pecuniam reddere deberet, id eſt, cum prope inſtarent idus, & certum jam eſſet, navem intra idus non poſſe Berytum appullere.

Quocunque tempore) Exceptioni autem locus erit, ſi creditor ſervo proferendi temporis arbitrium permiſerit.

§.Flavius Hermes) De hoc §. vide ſcripta Obſer.1.cap. 29. & ſcripta ad *l.5. §.at cum do, ſup. de praeſcript. verb.*

In

In fin. §. Reſpondit, debere) vide ſcripta ad *l.ſi fundum ſub conditione, §. Stichum, ſup. de leg.* 1. & ad *l.*115.*&* 84. *ſup. eodem*. A

§. Coheredes cum prædia hereditaria diviſerant) Quod ſit permutatis ultro citroque partibus, *l. cum pater, §. hereditatem, ſup. de leg.*2.

Pœnam 100. *invicem*) Itaque, ſi per eum ſtetiſſet, qui vendidit, tunc teneretur omnino pœnæ nomine. Sed & pœna non adjecta, puto eſſe actionem præſcriptis verbis ex conventione diviſioni ſubjecta, ſi id vendiderit, ut in ſimili ſpecie eſt actio ex vendito, *l. ſi ſterilis, §. ſi prædii venditor, de act. empt. l.qui fundum* 2. *ſup. de contrah. empt.*

Sæpius teſtato convenerit)De alienatione facta teſtamento, vide ſcripta, & notata ad *l.filiusfam. §.Divi* 2.*de leg.*1.

Doli mali exceptionem) vel in factum, ſed ipſo jure pœna committitur. B

§. Agerius) vide ſcripta ad *l.*57. *ſup. eod.*

Debere conſtitiſſet) Hæc verba conditionem caſualem faciunt, puta ſi conſtiterit.

Reſpondit, ſi conditio) Non ſemper eodem modo Scævola reſpondet. Nam, dum reſpondet per *ſi*, vel id ſumit, quod propoſitum eſt, ut ſit, *Si*, ut proponitur in *l.ult. §. ult. ſup. de reſc. vend. l.pater, in pr. de doli except.* vel id, quod eſt probabile, ut ſit, ſi ut præſumitur, *l.uxori, §.ult. ſup. de leg.*3. vel id, quod eſt incertum, & in æſtimatione judicis, *l.libertis, §.*1. *de alimen. leg.* In hoc §. puto, eum ſumere, quod eſt probabile, ut & in *l.fidejuſſor obligari, §.ult. de fidejuſſ.* Sic conditio accipitur, ſi vivus non ſolverit. Hæc autem conditio caſualis eſt. Idem poteſt dici de poteſtativa: utrumque ſub hac exceptione, *ſi id actum ſit*, actum videtur, cum in dando, vel faciendo ſtipulatio conſiſtit. At cum ſtipulatio nullum opus relinquit, id actum non videtur, nec eam heres implere poteſt: vide ſcripta ad *l.*57. *ſup. eod.* C

Si conditio non extitiſſet) id eſt, ſi actum eſſet, ut impleretur conditio vivo patre, nec fuerit impleta, promiſſor non tenetur, etiamſi poſt mortem patris impleatur: nam ſero impletur, & fruſtra.

§.Seja: ſolo pacto facta) Sine ſtipulatione Aquiliana, & ſic non eſt rata.

Apud judicem tutelæ) id eſt, præturem tutelarem,& dele gloſſ. *tutelæ actione*.

Ad competentem judicem) id eſt, præfectum urbi, *l.Æmilius, ſup. de pign.*

Provocatio ejus pronunciata) Sic ſolet pronunciari in cauſſa appellationis, *inf. de quæſt. l.impp.inf.de appell.l.chirographis, §.*1. *ſup. de adminiſt. tut.* D

Mora interceſſerit: quominus pecunia) Hic uſuræ non debentur ex ſtipulatione, ſed ex mora tantum, ex cauſſa tutelæ, quæ eſt bonæ fidei. Et ideo hic ſola oblatio impedit curſum uſurarum, quia moram non facit, qui offert.

§.ult. Duo fratres) Conſortes. Eadem eſt quæſtio *l.*1. *C. de pact. l. Æmilius, ſup. de minor.*

Quaſi de hoc quoque tranſactum) Cum hoc judici liquet, de fideicommiſſo quoque fratres inter ſe tranſegiſſe.

Commiſſa etiam) Verum agenti obſtabit exceptio doli, vel in factum, quod jam uſus ſit exceptione pacti, *l.*12. *§.ſi mulier, ſup. de pact. dotalib.* Sic non opponitur *l. reſcript. §.ſi pacto, ſup. de pact.* E

Flor. de verborum obligationibus.

*L.*123. *Si flagitii faciendi*) id eſt, ſtupri, vide ſcripta ad *l.*26. *ſup. eod. tit.*

*L.*124. *Ex poſt facto mutatur*) vide ſcripta ad *l.*8.*&* 16. *ſup. eod.* & ad *l.*5. *C. de condict. indeb.*

*L.*126. *Si ita ſtipulatus fuero, ſi Titius*) Nec enim præpoſtera eſt hæc ſtipulatio propter articulum tunc: vide ſcripta ad *l.*64. *ſup. eod.*

§. 1. *Et minus eſt in eo uſufructu*) vide ſcripta ad *l.*28. *ſup. eod.*

Niſi pleno jure) vide ſcripta ad *l.* 56. *§. pen. & l.*58. *ſup. eodem*.

§. Chryſogonus, & aſſignante) id eſt, ſigillante. Cornutus in Perſium, *l.*6. *Cod. de fidejuſſ.*

Uſurarum nomine denarios octo) Hæ uſuræ fere ſunt dextantes.

Verſ. Supereſt, ſed una verborum) Condictio ex ſtipulatione.

§.ult. Ac ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem) vide ſcripta ad *l.*97. *ſup. eod.*

*L.*127. *Si pupillus*) Hic pupillus, cum aliquid accepiſſet, & in rem ſuam convertiſſet, hominem promiſit, naturaliter eſt obligatus. Et ideo recte pro eo fidejuſſor intervenit.

Nec fidejuſſor erit) Fingendum eſt tamen, pupillum ex hoc negotio locupletiorem non factum, *l.* 5. *ſup. de auct. tut.*

Nulla enim intelligitur mora) Idem dicitur in *l.*38. *inf. de reg. jur.* At hic nulla petitio erat ante reſcriptum Divi Pii, ad quod juriſconſulti raro attendunt.

Ubi nulla petitio eſt) Aut inanis, *l.lecta, ſup.de reb.credi*

*L.*128. *Si duo rei*) Con. *l.*12. *de ſtipul. ſervor.* ſic etiam qui inutiliter alteri ſubſtituitur, non habetur pro adjecto, *l.verbis, ſup. de vulg. & pupill. ſubſt.*

Non ad ſolutionem) vide ſcripta ad *l.*16. *ſup. eod.*

*L.*129. *Si quis ita*) vide ſcripta ad *l.is, qui ducenta, ſup. de reb. dub.*

Sufficit unum non eſſe factum) vide ſcripta ad *l.*63. *ſup. eodem*.

*L.*130. *Quod dicitur*) vide not. ad *l.*2. *Cod. de contr. & comm. ſtipul.* & ſcripta ad *l.*39. *ſup. eod.*

Si factum conferatur in perſonam) Veſtigium ſententiæ veterum, qui putabant factum rei cohærere, ut & *l.continuus, inf. eod. §. ſed cum factum, Inſt. de ſtipul. ſervor.* Vide notata ad *l. veteres, Cod. de contraben. & committ. ſtipul.*

*L.*131. *Julianus ſcripſit*) Con. huic initio *l.*56. *§. te. & Titium, ſup. eod.* vide ſcripta ibi. Hæc eſt de obligat. in faciendo, illa in dando, & in hoc conſentiunt: verum in alio diſſentiunt: Nam ſi ſit in dando, quod coheredes pro ſua parte dederint, id non repetent à Titio, ſi in faciendo, repetent pro ſua parte, *l.*2. *§. item ſi, ſupra, eod.*

*§.*1. *Qui fundum*) vide ſcripta ad *l.*55. *ſup. eod.*

De evictione promittetur) Sic & in *§.plane, Inſtitut. de inutilib. ſtipul.* & in *l.qui res, §. qui ſtipulatur, inf.de ſolut.* datur actio mandati, quia hæc res vix petitur ſine mandato: vide ſcripta ad *l.*55. *ſup. eod.*

In gloſſ. à Titio) Dele hæc verba (*ſuo forte procuratore*) Auguſtinus in quæſtionibus miſtis. Servius 6. *Æneid.* ſic Salvianus lib.5. de guber. Dei.

*L.*132. *Suſciperet*) Hinc clientes ſuſcepti appellati ſunt.

Obſervaſſet) id eſt, habuiſſet, cuſtodiſſet, ſervaſſet.

Et quid interſit) Et conſtat, etiam pœnam committi.

Exheredaverit, vel emancipaverit) Pater invitum exheredat: At invitum, id eſt, contradicentem, non emancipat. Paulus 2. Sent. titulo 25. & Nov.89.

*§.*1. *Plane, & hoc remedio*) id eſt, querela.

Si patri naturali heres) Datio in adoptionem ſolvit patriam poteſtatem, non datio in fidem. Item damus in adoptionem, quem habemus in poteſtate: damus in fidem etiam extraneum, ut alumnum, vel cognatum.

Res in extraneo ineptas) *L. non putavit, §.*1. *de bon. poſſ. contra tab.*

In eo, qui hæc non fecit) Id eſt, in ſuſceptore fruſtra id exigit.

Dicit ſupervacuo) Nam ſi non incidit in pœnam, qui emancipat, vel exheredat, multo minus, qui neutrum facit.

§.ult. Filiusfam. ita ſtipulatus eſt) vide ſcripta ad *l.*78. *ſup. eod.*

Non debebit, quicquam fidejuſſor, quia nec reus) Uterque tamen tenebitur filio: reus directo, quia cum eo contraxit poſt emancipationem: fidejuſſor utiliter, quia cum eo contraxit in familia patris: alias ex ſtipulatione conditionali per filiumfam. patri acquiritur, non filio poſtea emancipato, quia nec reus ei tenetur. Adde exceptio-

tem ex *l. ult. inf. de ſtipulat. ſervor.*

L.133. Si ita ſtipulatus) Plerunque una ſtipulatio ſemel tantum committitur, interdum ſæpius, ut prætoria quædam, *l.ſi procurator, inf.rem ratam haberi, l.3. §.quæſitum, ſi cui pluſquam per l. Falcid. l.1. §. ult. uſufruct. quemadm. caveat. l.4. §. pen. rem pupilli ſalvam fore.* Nam conventionales quædam ſæpius committuntur.

Ex ipſius poſteriore vi) Dicendum generaliter, ubicunque id agitur ſtipulationem committi, *l.ſi duo, §.ult. ſup. de recept. qui arbit.*

Neque per te, neque per heredem) Neque hic eſt conjunctio copulativa. Alciatus lib.9. παρέργ. cap.18. At neque etiam disjungit, non propter ſe, ſed propter negationem. Divus Auguſtinus in ſua Gram. Chariſius, Probus, Donatus, ut ſi dicas, pupillus obligat, neque obligatur. Idem Alciatus in h.l. perfidioſe reponit vocem ἐναντιῶν.

L.134. Et tempore matrimonii conſenſerunt) vide ſcripta ad *tit. de ſponſal. ſup.* & ad *l.19. ſup. eod.*

Et adjecta pœna) tamen Leo in Nov. 28. præter arras etiam pœnam vult addi poſſe in ſponſalibus, idque veteri juri congruere videtur, quo ſtipulabantur uxores futuras, & agebant *in id*, quod intereſt, Gell. lib. 4. c.4. Si agebant in id, quod intereſt, ergo & in pœnam: Nam ſtipulatio, quæ habet, quod intereſt, & pœnam admittit, *l.ult. inf. de prætor. ſtipul.* vide ſcripta ad *l.19. ſup. eod.*

In gloſſ. Si quis eorum) Dele totam, & ejus loco repone parentum ſcilicet. Nam de facto filiorum inutiliter promiſiſſent.

Non ſecundum bonos mores) vide ſcripta ad *l.2. Cod. de inutil. ſtipul.*

§.1. In præſtationibus) id eſt, pactis.

Non ex ea repetitione inutilis) ut ſi pactus ſum Titio, & ſtipuler non adjecto nomine Titii, perſona Titii non cenſetur repetita. Hoc & in legatis obtinet.

§.2. Idem reſpondit cum Septitius) vide ſcripta ad *l. 1, & l.30. ſup. eod.*

§.ult. Ac ſi ſingulæ ſpecies) vide ſcripta ad *l.29. ſup.eod.*

L. 135. Ex quo die ſtipulatio facta eſſet) vide ad *l. 48. ſup. eodem.*

§.1. Seja cavit) vide ſcripta ad *l.84. ſup. eod.* Obſtant *l.trajectitia, ſup. de oblig. & act. l.ſi fundus, §.ult. ſup. de leg. commiſſ. l.Celſus, ſup. de recept. l. magnam, C. de contrah. & com. ſtipul.* cum ſimilibus. Dicendum in hac ſpecie ſtipulationem fuiſſe puram, pactum ex continenti additum ſtipulationi diem adjecit. Pactum adjectum ex continenti ſtipulationi non ineſt ex parte actoris, *l. jurisgentium, §.quinimo, ſup.de pact.* Hoc pactum non parit actionem, ſed hanc tantum vim habet, ut poſſit Titius ante diem hortos petere, nec Seja ante diem pretium petere. Nam ineſt tantum ex parte reorum, *l.lecta, ſup. ſi cert. pet.* Illam vim non habet pactum, ut impediat purgationem moræ: cum interpoſita ſit ſtipulatio pura: vide not. ad *d.l.magnam, & l.ſancimus, C. de fidejuſſor.*

In gloſſ. in continenti) Ab his verbis, *unde no. quod tam in contr. &c.* uſque ad finem dele omnia, & repone, imo tantum in bonæ fidei, *l.jurisgent. §.quinimo, de pact.* Ergo pactum hoc non parit actionem, ſed tantum hanc vim habet, ut ante diem non poſſit Titius hortos petere, nec Seja pecuniam. Ineſt tantum ex parte reorum, & exceptionem parit, *l.lecta, ſup. de reb. cred.* nec eam vim habet, ut impediat emendationem moræ.

Si non multo poſt) In hac ſpecie nulla fuit ſubjecta pœna. Pœna addita poſt diem, offertur ſero.

Propter eam moram intereſſet) Nam ea mora nunquam purgatur, ob quam intereſt actoris. Sic *l.8. ſup. ſi quis cautionibus.*

In gloſſ. Intereſſet) Dele hæc verba (& ſupple, nec lis conteſtata eſſet)

§. Ea lege ſi donatum) vide ſcripta ad *l.3. C. de condict. ob cauſſam dat.*

Reſpondit, poſſe in id quod) vide ſcripta ad *l.qui Romæ §. coheredes, ſup. eod.*

§.ult. Et ſubjecta doli clauſula) Agebatur de falſo apud

A præfectum urbi, ut & in *l.Aithaler, inf. ad l. Corn. de falſis, l.ſaccularii, inf. de extraordin. crim.*

L. 136. Si ſub una ſignificatione) vide ſcripta ad *l. 65. ſup. eod.*

§. ult. Evaneſcit ſtipulatio) vide ſcripta ad *l. 16. ſup. eodem.*

L.137. Aliquod momentum) vide cap.1. de præſcript.

Aliud agere cœperit) Flor. *aliud acceperit*, id eſt, incœperit, ut ſit ſenſus, nihil eſſe affectum, ſi poſt interrogationem aliud negotium incœperit, quamvis eodem die reſponderit. Ergo, ſi aliud negotium non acceperit, ſi eadem die reſpondeantur, medium tempus non nocet, nec videtur eminus factum, quod eodem die factum eſt, nullo extraneo negotio interjecto, Sic nihil obſtat *l.1. §.1. ſup. eod.* vide ſcripta ibid.

B *§.1. Si hominem*) vide ſcripta ad *l.22.* & ad *l. 83. §. 1. ſup. eodem.*

§. Cum ita: neque duplomate) Duplomata ſunt codicilli, qui dantur utentibus curſu publico, quæ dicuntur etiam tractoriæ, & combinæ, & συνθήματα, & evectiones.

Quia per ipſum ſteterit) id eſt, in mora fuit.

Vel quia ubique poteſt ſolvere) volente ſcilicet ſtipulatore: ſicut & alio die eodem permittente, Vide ſcripta ad *l.38. §. inter, & l.122.*

Aut felici navigatione) Cataplo.

Nullus eſt conjecturæ) vide ſcripta ad *l. 38. §. inter incertam, ſup. eod.*

§. Item qui inſulam) Nam huic ſtipulat. ineſt tempus, quo inſula ædificari poſſit, juxta Celſi, & Pauli ſenten-
C tiam in *l.14. & 77. ſup. eod.*

Item ſi non inchoetur opus) Hæc verba ex præcedenti §. ſic ſunt accipienda, ut judex æſtimet, quanto intervallo opus æſtimari potuerit, & eo tranſacto ſit actio, non autem ſtatim à non cœpto opere agi poſſe, quanti intereſt inchoari, ut voluit Johannes in *l.ſtipulat. non dividuntur, §.ult. ſup. eod.* vide ſcripta ad *l.14. ſup. eod.*

Liberetur reus) Ante litem conteſtatam, *l.inſulam, ſup. eodem.*

Si quandoque tradiderit) *L.inſulam, §.1. ſup. loc.*

§. Illud inſpiciendum) Ex hac ſtipulat. Stichum dari, confeſtim agi poteſt.

Eſt autem facultas) Difficile, quod ſummo labore, aut prolixo tempore ſit.

Aut ſi non multum) Recte.

D *§. Si ab eo: Sabinus ſcribit*) ut in *l.34. ſup. eod.*

§.Cum quis ſub hac conditione) huic §. merito Balſamon tit.5. νομικῶν, conjungit *l.83. §. ſacram, ſup. eod.*

Quod jus mutari poteſt) vide ad *l.35.* & ad *l.83. §. ſacram, ſup. eodem.*

§. Si, ut aliquid fiat) vide ſcripta ad *l.71. ſup. eod.*

§.ult. Præterea) Obſtat *l. 1. C. de except.* vide not. ad eam, & ſcripta hic, Nam in unum ſolida obligatio non transfertur, ſed id præcipit judicio familiæ erciſc. Opponitur *l.avus, ſup. de pact.* vide not. ibid.

§.ult. Sed neceſſe eſſe omnib.) Neceſſitatis cauſſa eſt, quia obligatio incipit à defuncto, vel in defunctum, quam certum eſt neceſſario inter heredes dividi pro hereditariis portionibus, Huc pertinet *l.56. §.1. ſup. eod.* Idque eſt ex 12. tabul.

E *Recte comprehendi*) Ex 12. tab.

L.138. §.ult. Cum pure ſtipulatus) Is, cui generaliter, quod legatum eſt, poterit mutare ſententiam, non in optione: vide not. ad *l.illud, ſup. de opt. leg.* & ſcripta ad *l.5. ſup. de leg.1.* & ſcripta, & not. ad *l.ejuſmodi legatum §. ſi cui homo, ſup. de leg.1.*

Et ejus quæ ineſt) vide ſcripta ad *l.112. ſup. eod.*

L.139. Quolibet eorum deficiente) Legendum, *defugiente*, ut Florent. id eſt, defugiente auctoritatem, ut & in *l.in exſecutione, §. in ſolidum, ſup. eod. & l.minor, ſup. de evict.* Cic. pro Sylla. Victorinus lib.5. variarum lect.cap. 25. vide ſcripta ad *l.4. §. ult. ſup. eod.*

Præſtatio incumbit) vide ſcripta ad *l. 4. §. ult. & l. in exſecutione, ſup. eod.*

L.140.

Digitized by Google

L. 140. Pluribus rebus) vide ſcripta ad *leg. 29. ſup. eod.* A

§. 1. De hac ſtipulatione) Obſtant varii loci, quibus dicitur, unam eſſe ſtipulationem. Dicendum, hic ſingulas ſummas, & certa tempora definita fuiſſe. Illi autem loci loquuntur de ſtipulat. facta infinite ſic, in annos ſingulos dabis 10. vide ſcripta ad *l. 16. §. 1. & l. 29. ſup. eod.*

§. ult. Et ſi placeat extingui) De hac regula vide ſcripta ad *l. 2. §. ex eis, ſup. eodem* ubi quatuor ejus exceptiones ponuntur.

L. 141. Si Servus, aut filiusf.) vide ſcripta, & not. ad *l. 76. ſup. eodem.*

§. 1. Pupillus licet) Pupillus proprie eſt orphanus.

Idem, & in filiisfamil.) Sic in *l. ut ancillarum, ſup. de peculio.*

§. Si ita ſtipulatus fuero: mihi ſoli obligationem acquiri) vide ſcripta ad *l. 55. ſup. eod.* B

§. Si inter eos, qui Romæ ſunt) vide ſcripta ad *l. continuus, ſup. eod.* Alioquin inutilis, *l. 3. ſi quis ita, ſup. de eo, quod certo loco.* Obſtat *l. 12. §. 1. ſup. de leg. 1.* Sed hac in re eſt differentia inter legatum, & contractum: Nam quælibet conditio impoſſibilis vitiat contractum, legatum non vitiat: in teſtamentis ſi adjecta ſit impoſſibilis conditio, mendum cenſetur: & iden circumſcribitur: at contractus ſub conditione impoſſibili factus nequit defendi colore mendi. Cum ſint duo, qui contrahunt, veriſimile non eſt, uni mendum excidiſſe, quod unus non animadverterit: ſi ergo uterque mendo aſſenſus ſit, videtur ludificari contractus, *l. non ſolum, ſup. de oblig. & act.* vide ſcripta ad *d. l. 12.*

Stipulator ante aliquod tempus, ſuoque diſpenſatori) vide ſcripta ad *l. continuus, §. cum ita, ſup. eodem.* C

§. ult. Cum mihi, aut Titio) vide ſcripta ad *l. 55. ſup. eodem.*

Non liberaretur promiſſor) Ergo verbum liberandi, non ſemper jus ſignificat: vide notata ad *l. qui res, §. mihi Romæ, inf. de ſolut.*

Per exceptionem tamen defendi) Exceptione defenditur adjectio, etiamſi in ea ſint diverſæ res, aut ὑπερτάσεις. Ideo autem liberatur per exceptionem, quia quicquid adjecto ſolvitur, id ſtipulatori ſolvi videtur, & ad eum redit, actione mandati, *§. plane, de inutilibus ſtipul. l. Julianus. §. 1. ſup. eod. l. qui res, §. qui ſtipulatur, inf. de ſolut.* vide ſcripta ad *l. 55. ſup. eodem.*

Contra vero) Inutilis obligationis, inutilis eſt adjectio, non contra: Nam inutilis adjectio non vitiat utilem obligat. Nam & obligatio inutilis utilem non vitiat. D

De duobus reis conſtituendis. TIT. II.

Vulgo, de duobus reis ſtipulandi, & promittendi. Quid autem ſint rei, duoſque reos non tantum ex ſtipulatione, ſed & cæteris contractibus conſtitui: vide in notat. ad princ. tit. *C. de duob. reis, & Inſtit. eod. tit.* & in ſcriptis ad initium *d. tit. C.*

L. 2. Ideoque petitione) Petitio hic exactionem ſignificat, ut docet aperte *l. ſi ut certo, ſup. commod.* Si quis ſolidum acceperit ab uno ex reis, alter prorſus liberatur, non ſi petierit tantum: ſicque nihil obſtat *l. ult. C. de fidejuſſ.* vide ſcripta ad *l. 8. ſup. de leg. 1.* (quo loco recte. *Ideoque, ſi actum ſit, & ſolutum*) & ad *l. 116. ſup. tit. prox. de verb. oblig.*

L. 5. Nemo eſt qui) Hæc l. loquitur de ſtipulatione operarum, quæ eſt in dando, & ex principio ejus colligitur, E ex cauſſa duos reos ſtipulandi conſtitui poſſe, ut ſi duo ab eodem fabro ſtipulenter operas. Conſtituuntur vero duo rei promittendi, ſi duo fabri ejuſdem peritiæ operas promittant. Sed quid eſt, quod ait, alienas operas in ſtipulationem deduci poſſe, cum alieni facti nulla ſit ſtipulatio, *l. ſtipulatio iſta, ſupra, de verbor. oblig. l. ſicut reus, inf. de fidejuſſ.* Notanda eſt etiam hujus l. inſcriptio. Ea eſt Juliani lib. 22. Digeſt. In quo Julianus tractavit de operis libertorum, eaſque contulit cum aliis operis. Operæ libertorum dicuntur officiales, quoniam officii cauſſa patrono præſtantur. Officiales operæ ſunt, ut fabriles, ſi libertus faber ſit, aut aliæ. Ab officialibus ſeparantur aliæ operæ, quæ ſunt in artificio, ut fabriles, ſutoriæ, quæ ab alio quolibet præſtantur, & à liberto, non tamen officii cauſſa. In eo lib. de illis tractaſſe Jul. docent, *l. niſi, & ex operæ, ſup. de oper. liber. l. in ſtip. §. operarum, ſup. de verb. oblig.* Nunc ſciendum, operas officiales non poſſe promitti, niſi patrono: ſi alii promittantur, nihil agitur: nec permitti poſſunt, vel adjectionis cauſſa, ut ſi promittant patrono, & Titio, *l. 9. l. 10. d. l. niſi, ſup. de operis libert.* Julianus itaque cum ſcripſiſſet, officiales operas præſtari non poſſe, ſubjecit nemo eſt, qui neſciat, alias operas præſtari poſſe, ut & in *l. 9. ſup. de operis libert. & l. ſi non ſortem, §. libertus. ſup. de cond. indeb. Alias* dicit, ad differentiam officialium, quæ ſoli patrono promitti poſſunt.

Ait adejuſſorem adhiberi) Si obligationi operarum fidejuſſor adhibetur, factum alienum promittit, tamen hoc etiam docet *l. inter artifices, ſup. de fidejuſſ.* Dicendum hunc fidejuſſorem tantum promittere, quantum intereſt, id fieri, *l. ſtipulatus eſt, ſup. de fidejuſſ.* Ergo aliæ operæ, quam officiales, cuilibet promittuntur, & huic obligationi accedit fidejuſſor, qui promittat, quanti intereſt id fieri. Ex eo concluditur, poſſe duos reos conſtitui ſtipulandi, & promittendi. Et hæc l. nominatim loquitur de fabrilibus operibus.

Alienas operas) id eſt, alias, quam officiales.

Eaſdem operas) id eſt, fabriles.

L. 7. Ex duobus) vide ſcripta ad *l. 118. ſupra titulo proximo.*

L. 9. Eandem rem apud duos) vide ſcripta ad *l. 16. ſup. titulo proximo.*

Fiunt duo rei promittendi) Idque fit, quia promittendi verbum late patet: vel potius, quia ſtipulatio in ſe capit cæteras obligationes: Nam ſtipulatio inventa eſt cæterarum obligationum firmandarum cauſſa, ut ait Paulus *lib. 5. Sent. tit. de verb. obligat. in pr. inſtit. eod.* vide not. ibi, & ad init. tit. *C. de duob. reis.*

Titius, & Mævius, Sempronio 10. danto) Flor. *dato.* Videtur legendum. *Titius, aut Mævius, Sempronio 10. dato*, ut docet *l. ſi ex toto, §. 1. ſup. de leg. 1. l. 16. ſup. de leg. 2. l. ille, ſup. de leg. 1.* Nam, ſi dixit Titius, & Mævius, non ſunt duo rei, ſed ſinguli pro parte tenentur, niſi appareat, teſtatorem, &, pro aut poſuiſſe: vide ſcripta ad initium *tituli Cod. eodem*, & ad *l. ſi ex toto, ſup. de leg. 1.*

L. 10. Si duo rei) vide ſcripta ad legem nonam, *C. de compenſat.*

Quod Stipulator alteri reo) Ergo, ſi ſocii ſint, compenſabunt, itemque ſi non ſocii ſint, ſi unus ſit fidejuſſor.

L. 11. Non inutiliter accipi) Quoniam ſic fit, ut ſolventi ſolidum competat actio mandati adverſus alterum, & ſi ſocii non ſint: vide ſcripta ad *l. 9. C. ſi cert. pet.* Præterea etſi ſocii non ſint, unus poteſt compenſare, quod alteri debetur: quod non licet, ſi non fidejuſſerint invicem.

Qui fidejuſſor, pro altero) Ex hac l. qui ejuſdem pecuniæ eundem hebent reum, & fidejuſſorem, poterunt eundem convenire, diviſa actione, partim rei, partim fidejuſſorio nomine. Hodie ex *Nov. 99.* rei habent hoc beneficium, ut pro ſua tantum parte teneantur, non admittitur ἀλληλέγγυον.

L. 17. Pro hereditariis partibus totum) At ſi ab omnibus nominatim legatum eſſet, viriles partes ſervarentur, *l. 54. in fin. l. 124. ſup. de leg. 1.*

Cum omnes heredes nominantur) id eſt, ſub appellatione heredum ab omnibus heredibus legetur: facit *l. 8. ſup. de ſtatuliberis.*

De Stipulatione ſervorum. TIT. III.

L. 1. in fin. Sed ſi Kalendis 10.) Stipulatio igitur ſe ipſam quaſi novat, *l. 43. in fi. ſup. de obligat. & act.* ut ſtipulatio præcedens pactum, nec novat, nec quaſi novat, *l. 28. ſup. de act. empt. l. 122. §. Flavius, ſup. de verb. obl.*

L. 2. Ipſe ſibi ſtipulari) Leg. *ipſe ſibi ſtipulari non poteſt.*

L. 5. Intellectu magis partes) vide ſcripta ad *l. 54. ſup. de obligat.*

§. ult.

§.ult. Sed ſi non nominatim domino) vide ſcripta ad *l.ult. C. pee quas perſon.*

L. 7. Idem puto, & ſi nominatim) Nominatim hic non ſignificat pee ſingulorum nomina, ſed ſub commemoratione omnium. Sic non obſtat *l. 37. inf. eodem.*

L. 16. Heres dominus ejus non fuit) *L. 27. ſup. de pact.*

L. 18. §. Servus capto domino) vide ſcripta ad *l.73. §.1. in fi. ſup. de verb. obligat.*

§. ult. Singulorum annorum) Quia in annos quinque facta eſt Stipulatio: vide ſcripta ad *l.16. §. 1. ſup. de verb. obligat.*.

L. 19. Si alienus) Hanc Scævolæ ſententiam refert Ulp. in *l. 23. §. 3. ſup. de acq. rer. dom.*

L. 26. Et ideo ſervus) Sic nec hereditatem adire poteſt ſervus hereditarius, quia non eſt, qui jubeat: itaque in his heeeditas pro domino non eſt, in quibus factum exigitur: vide ſeeipta ad *l. 9. C. depoſ.*

Quamvis ex ea petitio) vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de verb. oblig.*

L. 28. §. ult. Ex tempore moetis funeſta facta) Hic locus unus eſt ex veteri jure pontificio, quo funeſta non deſinit eſſe familia, niſi certo ſacrificio, certiſque piaculis expletis.

L. 36. Nullius eſt momenti) Nam & is ſervus eſt ſine domino, *l. 37. ſup. de nox. act.*

Ejus operis uti) Floe. *operibus*: vide ſcripta ad tit. 29. *Fragment.* Ulp.

L. ult. in fin. Si tamen dolo malo) vide ſcripta ad *l. 78. ſup. de verb. oblig.*

AD LIBRUM XLVI.

De Fidejuſſoribus, & mandatoribus, TIT. I.

Fidejuſſores quot ſint, & quæ eorum genera, itemque quid mandatores: vide notat. ad init. *C. eod. & inſtit. in princ. eodem.*

L. 5. Non eſſe novum, ut duæ obligationes) Idem dicitur in *l. 10. de act. empt. ex eod. lib.*

L. 9. Flor. 8. Ulp. 47. *ad Sabinum*) In eo libr. tractavit Ulpian. de fidejuſſ. Con. *l. 30. ſup. de verb. obl.* vide ſcripta ad eam.

L. 13. Si mandatu: quod à Titio ſervaee) vide ſcripta ad *l. 116. ſup. de verbor. obli.*

L. 15. Si ſtipulatu, §. ult. Nec aliter liberaliter) Objicitur *l. Stichum, §. pen. inf. de ſolut.* ſed d. §. loquitur de reo, & mandatore. At hic §. ult. loquitur de duobus fidejuſſoribus: non eſt autem iniquum exigi ab altero eo, quamvis ei actio efficax cedi non poteſt adverſus fidejuſſorem. Nam ſatis eſt, ſi cedatur adverſus debitorem: vide not. ad dict. *l. Stichum*, & ſcripta ad *l. 2. C. de fidejuſſ.*

L. Fidejuſſoe. ante litem conteſtatam) Non poſt: vide ſcripta ad *l. 55. ſup. de verb. oblig.*

§. ult. Cum fidejuſſor) Diverſa eſt conditio, *l. 116. ſup. de verb. oblig.* vide ſcriptæ ad eam.

Si reus quadraginta) id eſt, ſi vivus non ſolverit, ſic etiam accipitur in *§. Ageeius, l. qui Romæ, ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta ad *l.57. ſup. illo titulo.* Hæc autem conditio eſt caſualis, cum nec ſit poſita in poteſtate ſtipulatoris, nec promiſſoris, id eſt, fidejuſſoris, ſed pendet ex arbitrio rei, qui ea ſtipulatione obligatur. Male ergo interpretes diſputantes de poteſtativa, utuntur hac l. vide ſcripta ad *l. 57. de verb. obli.*

L. Fidejuſſoribus: vendere cæterorum nomina) Cedere.

L. Servus inſcio domino) vide ſcripta ad *tit. C. an ſerv. ex ſuo. fac.*

Quod ex peculio, condici) vide ſcripta ad *Rub. C. de cond. indeb.*

L. Si mihi, aut Titio. Adjectus eſt) vide ſeeipta ad *l.55. ſup. de verb. obli.*

L. Marcellus ſcribit) Ergo pro pupillo, furioſo, prodigo, jure obligatis, ut puta ex delicto, vel quaſi ex contractu, fidejuſſor tenetur, *l. 70. ſi à furioſo, inſ. eodem*, pro eis vero non obligatis, ut puta, ſi ſtipulanti promiſeeint, fidejuſſoe, non obligatur, *l. 6. ſup. de verb. obli.* vide ſcripta ad eam.

Vel prodigo) Obligato, ut in *l. ſi à reo, §. ſi à furioſo, inſ. eodem.*

Quoniam his mandati) Legendum, *quamvis mand. actio non competat.*

L. Si eum hominem) Pro quo ſatis de lite acceperat. Veſtigium eſt ejus ſatiſdationis, quam Juſtinianus in initio tit. *Inſtit. de ſatiſdat.* ait, olim uſitatam fuiſſe.

L. Cum is, qui) vide ſcripta ad *leg. 1. C. de obligat. & action.*

Quodammodo nomen debitoris vendidit) Cum convenit, B ut ſoluta pecunia cedatur actio.

L. Si fidejuſſoees. In fidejuſſ. act. com.) vide ſcripta ad *l. 116. ſup. de verb. obli.*

§. ult. Actiones ſibi mandentur) Loquitur de beneficio ceſſionis, non diviſionis. Sic non obſtat *l. fidejuſſoe, C. eod.* vide ſcripta ad *tit. C. de conſtit. pecun.*

L. Stipulatus es. Quanti, ut efficiatur opus) Ne alias factum promittere viderentur, *l. 65. inſ. eod.*

L. Si debitoei, quaſi tota obligatio) id eſt, civilis, & naturalis: vide ſcripta ad *§. in inſulam l. 121. ſupra, de verbor. oblig.*

L. Si Titius, & Seja) vide ſcripta ad finem tit. *C. de conſt. pec. l. 8. C. ad Vellejan.*

§. Si poſtea minor) Male Connanus emendavit pro; *Si poſtea, ſi ſponte.* Hanc lectionem Græci retinent lib. C 26. Baſil. tit. 1. qui ſic vertunt: *Tum obligor in ſolidum, cum prior fidejuſſi, & minoe poſtea fidejuſſit.* Cum ſimul fidejuſſimus, pro parte tantum teneor: vide ſcripta ad *tit. C. de conſtit. pec.*

L. Si teſtamento, §. quod ſi duo) *Epiſtola Divi Hadriani*) Flor. legitur. *Epiſtola Divi Pii.* Inde conſtat Hadrianum dictum Pium pee adoptionem, *l. ſi de vi. 37. D. de judic. l. 5. §. 1. D. de incend. ru. & nauſe.*

§. ul. Conditionem taciti temporis) Nec tantum expreſſi, *l. 43. ſup. de judic.* quæ huic eſt conjungenda.

L. Si debitori creditor, ſolutionis poteſtate) vide ſcripta ad *tit. C. de hered. act.*

Major tollit minorem) id eſt, eei obligatio tollit obligationem fidejuſſoeis, *l. 5. ſup. eod.*

L. Intee eos, §. ult. Bonis damnati fidejuſſoris) Non ex D cauſſa fidejuſſionis, ſed ex delicto: vide ſcripta ad tit. *C. de conſtit. pec.*

L. Amiſſi totum contineri convenit) vide ſcripta ad *l.116. ſup. de verb. oblig.*

§. Fidejuſſores. Ob pecuniam dotis prædiorum) id eſt, ob æſtimationem dotis peædioeum. Dotes prædiorum ſunt inſtrumenta prædioeum, quæ ſubſidii cauſſa eeponuntur, *l. 2. ſup. de inſtrum. leg.* illa repoſita plerunque conductori prædioeum dabantur æſtimata. Finita conductione, eorum nomina non tantum ipſe, ſed & fidejuſſor tenetur. Ergo inferunt noſtri, obligatur fidejuſſor in omnem cauſſam tam ſortis, quam uſurarum, etiam ſimpliciter datus, quod negat *l. 10. C. eod. l. quare, ſup. mand.* Neganda vero eſt conſequentia. Nam cauſſa dotis peædiorum juncta eſt locationi prædiorum, alioquin ſimpli-E citee datus fidejuſſor, in omnem cauſſam datus non videtue, *l. 21. ſup. de obli. & act.*

L. Si quis pro eo: non tenebitur) Nam ſolus libertus ex jurejueando obligatur: vide ſcripta ad *Rubr. de verbor. obligat.*

§. Si nummos: nec fidejuſſorem teneri) Mutuum non contrahitue, quia de meis tua non fiunt, *l. 2. §. appellata, ſup. ſi cert. pet.*

Si conſumptis nummis) Hoc caſu numeratio mutuum nec fecit, ſed conſumptio.

In omnem enim cauſſam) id eſt, ſive ab initio ex numeratione, ſive poſtea ex conſumptione creditæ pecuniæ conditio oriatur. In omnem cauſſam, qua valebit mutuum, non autem in uſuras. Sicque non pugnat cum

l. 10.

*L.*10. *C. de fidejuſſ. & l. quaro, ſup. mand.* Sic recte Plac. apud Accurſ. in *l.pen. C.eod.*

L. Si à colono ſtipulatus) vide ſcripta ad *l.*16. *§.* 1. *ſupra de verb. oblig.*

Vna ſtipulatio eſt plurium penſionum) Quia complectitur omnes penſiones compendio orationis.

L. Fidejuſſor conſignatam depoſuit) Ad liberandum enim eum, qui jam obligatus eſt, & ad inhibendam reſtitutionem in integrum, ſola oblatio non ſufficit: id quidem facit, ne quis ex his cauſſis obligetur, quæ ex mora oriuntur, *l.* 9. *C. de uſur.*

L. Sicut reus. Factum alienum inutiliter promittitur) vide ſcripta ad *l.*97. *§.*1. *ſup. de verbor. oblig.*

In gloſſ. Inutiliter) Ante hæc verba, ad hoc reſpon. promittit, &c. interpone: obſtat, & *l.nemo, ſup. de duobus reis*: vide not. ad eam.

*L.*69. *Flor.*68. *§.*1. *pro Aurelio*) Huic *§.* conjungenda eſt *l.*2. *§.ult. inf.de adminiſt. rer. ad civit. pertin.* Hæ leges vulgo opponuntur *l.* 10. *C. eod. & l.quaro, ſupra loc.* Dicendum hoc ſingulare eſſe in conductione vectigalium publicorum, ut qui in certam ſummam fidejuſſit, teneatur etiam in uſuras: vide ſcripta ad *l.* 10. *C.eod.*

L. Si à reo, §.ſi reo: cum uſusfructus fundi jus ſit) *L.*25. *inf. de verbor. ſign.*

Incivile eſt fidejuſſorem) vide ſcripta ad *l.*58. *ſup. de verbor. oblig.*

§. Si à furioſo: quod ſi pro reo furioſo) vide not. ad *l. Marcellus, ſup. eod.* & ſcripta ad *l.*6. *ſup. verb. obligat.*

L. Uranius. Flor. Granius Antoninus. Hæc l. eſt ex lib.4. quæſt. Pauli, quo aliam quæſtionem tractavit de confuſione, in *l. debitor, ſupra ad Trebell.* Hæc autem l. docet, principali obligat. ſublata, & fidejuſſoriam tolli. Cur enim, & fidejuſſoria? Quod negat d. *l. debitor.* Dicendum fidejuſſoriam obligationem perſonalem eſſe: Confuſis autem perſonis debitoris, & creditoris, nec ipſa ſubſiſtere poteſt. At obligatio pignoris realis eſt. Confuſio perſonarum non mutat rei cauſſam, vide ſcripta ad *d.l. debitor.*

L. ult. Cum procurator) vide notata ad *l. appellatione rei. inf. de verb. ſign.* & ſcripta ad *l.* 9. *§. nunc videamus, ſup. de verb. oblig.*

De novationibus, & delegationibus. TIT. II.

Vide notata, & ſcripta ad init. *tit. C.de novat. & deleg.* Ubi de conjunctione hujus tituli, de ſignificatione novationis, & delegationis, & earum differentia. Itemque de diſcrimine inter delegationem, & ceſſionem, ſeu venditionem nominis, multis dictum eſt.

*L.*2. *In fine, ſine tutoris auctoritate promiſerit*) Modo ex eo locupletior factus ſit, *l.*51. *ſupra de auct. tut.* vide ſcripta ad *l. ſi pupillus* 127. *ſupra de verbor. oblig.* & notat. ad *l. quod pupillus ſup.de condict.indeb.* Hic autem ponendum, pupillum expromiſiſſe pro eo, cui tantundem debebat ex cauſſa, ex qua rem ſuam auxit.

*L.*2. *Si hoc agatur*) vide ſcripta ad *l.* 58. *ſup. de verbor. oblig.* Sic *l.*8. *& l. ſi Stichum trib. locis, inf. eod.*

*L.*3. *Niſi meliorem conditionem*) vide ſcripta ad *l.*6. *ſup. de verb.oblig.* & ad *l.*1. *C. de oblig. & act.*

*L.*4. *Non novetur obligatio mea*) Quia diverſi ſunt uſusfructus.

Obligatione perſonæ cohærenti) vide ſcripta ad *l.*38. *§. ſi quis ita, ſup. de verb.oblig.*

*L.*6. *Si ita fuero ſtipulatus*) vide ſcripta ad *l.* 116. *ſupra de verb.oblig.*

Quia non hoc agitur ut novetur) vide ſcripta ad *l.* 58. *ſup. de verb. oblig.*

*§.*1. *Cum pecuniam*) vide ſcripta ad *§.Chryſogonus l.*126. *ſup. de verb. oblig.*

*L.*7. *Non puto obligationem ex numeratione naſci*) Sed condictionem ex ſtipulatione: vide ſcripta ad *l.* 2. *C. ſi cert. pet.*

*L.*8. *§.* 1. *Et hoc eſt actum ut novetur*) vide ſcripta ad *d. l.*58.

Si pure quidem, vel in diem) Eorum enim vindicatio in Aquilianam deduci poteſt, quamvis pura legata legatarius agnoverit, *l.*21. *infra de acceptilat.*

Non ſtatim novat niſi) vide ſcripta ad *l.*56. *§.*1. *ſupra de verbor. oblig.*

*L.*9. *§. Qui actum ſtipulatur*) Idem eſt in *l.* 58. *ſup. de verbor. oblig.*

Nihil agit) Item ſi quis decem poſt quinque: Si quis totum poſt partem ſtipuletur, nihil agit: vide ſcripta ad *l.*68. *ſup. de verbor. oblig.*

*L.*11. *§.ult. Fit autem delegatio*) Re enim non integra, ceſſio nominis non revocatur, *l.*3. *C. hoc tit.*

L. 12. *Aget mandati judicio*) vide ſcripta ad *l.* 2. *C. de condict. indeb.*

*L.*14. *In conditionem obligationalem*) Obſtat *§.ult. l.*56. *ſupra de verbor. oblig.* Vide ſolut. in notat. & ſcriptis ad eam.

Non eſt perſona, quæ obligetur) Niſi jam fiſcus bona agnoverit, *l.*1. *inf. de jure fiſc.* vide ſcripta ad *l.*121. *§. in inſulam, ſup. de verb. oblig.*

*L.*17. *Vel nutu*) vide not. ad *l. obligamur, in fin. ſupra de obligat. & act.* & ſcripta ad *l.* 1. *§.* 2. *ſupra de verbor. obligat.*

*L.*18. *Novatione legitime*) Con. *l. lite ſupra de uſur.* Ex ea conſtabit, lite conteſtata uſuras currere ex hac, novatione facta non currere: vide ſcripta ad *l.*90. *ſupra de verbor. obligat.*

*L.*19. *In fin. Deneganda eſt adverſus eum exceptio*) Flor. *denegandum eſt adverſus eam exceptionem.* Ut, Juliani *ſententiam ſequendum eſt in l. in bello, §. facti, infra, de capt. & poſtl. rev.*

*L.*23. *Filius patris actionem*) Licet enim filiusfam. vel ſervus patri, vel domino, etiam invitis, actionem acquirat ex regula juris, non tamen eis invitis novant. Ideoque patris, vel domini juſſum, aut ratihabitionem exigimus, ut fiat novatio per ſervum, aut filiumf.

*L.*24. *Cujus perſonam*) At deportati ſucceſſio non ſuſtinet vicem defuncti: vide ſcripta ad *l.*121. *§.in inſulam, ff. de verb. oblig.*

*L.*29. *Si id ſpecialiter actum eſt, quod nemo dixerit lite conteſtata*) Hæc à Triboniano addita ſunt ex *l.* 2. *C. de novat. & deleg.* Olim namque ſolo animi contrahentium judicio novatio perficiebatur. Sic in *l. ſi rem aliquam, §. ſi duo, ff. eod. & l. qui uſumfructum ſup. de verb.oblig.* vide ſcripta ad *d.l. qui uſumfr.*

Tempore, vel morte finiri) vide cap. 35. de præſcript.

*L.*31. *in fin. Cum id ſpecialiter agit*) Hæc Tribonianus addidit ex *ult.C.eod.tit.* vide notata ad eam, & ad *l. aliam, ſup. eod.* vide ſcripta ad *l.*58. *ſup. de verb. obligat.*

Doti promittere viro) Ex infra. *Doti eum promiſerit*) Venulejus ſcripſerat, *doti dicere, doti dixit,* vide ſcripta ad *Rubr.ſup.de verb. oblig.* & ad *tit.*6. *Frag.* Ulpiani.

De ſolutionibus, & liberationibus. TIT. III.

Solutionibus) Ejus ſcilicet, quod debetur (*Liberationibus*) quæ ex eis ſolutionibus debitori contingunt, vide not. ad init. *tit. C. de ſolut. & liberat.*

*L.*1. *Aut in illud.* Et mox; *aut cujus*) Hoc loco *Aut* pro Haud accipere debemus: nam, & ſine H, & D. per T. eum articulum veteres ſcripſiſſe, teſtis eſt Victorinus Afer: niſi hoc ita accipiatur pugnabit hæc l. cum multis aliis ejuſdem tituli, ut cum *l.*4. & 97. *inf. eod.*

*L.*5. *§.*1. *Si duos*) Dele tot. ſummam Pauli, & repone: dicendum non loqui hunc *§.* de ſolutione partis, ſed duos fidejuſſores datos ex duabus diverſis cauſis: Nam tractatus totius hujus *l.*5. ad id dicendum nos hortatur. Debitori primo, qui ſolvit, electio datur. Poterit vero ita eligere, dicendo, ſe ſolvere, ut Titius liberetur, atque ita ſatis videbitur experire cauſſam, in quam ſolvit.

§. Imperator Antoninus) vide ſcripta ad *l.*21. *& pr. tit. C. de uſur.*

*L.*7. *Et non famoſa*) Ut ex cauſſa tutelæ.

*L.*9. *Quamvis dominus ſervi ſit*) vide ſcripta ad *l.* 55. *ſup. de verb. oblig.*

§. ult. Vel per actorem ſteterit) vide ſcripta ad *l.*2. *§.ex his, ſup. de verb. oblig.*

*L.*10. *Tantumque ei ſolvi poteſt*) vide ſcripta ad *l.*55.*ſup. de verb.oblig.*

*L.*21. *Quia conditio ejus deficit*) Eadem eſt ſpecies *l.*116. *ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta ibid.

*L.*27. *Etiam circa*) *L.*72. *§. qui hominem*, *inſ. eod.*

Si rei adita ſuerit, quæ debebatur) vide ſcripta ad *l.* 55. *ſup. de verb. oblig.*

Jus quoddam cautionis) Puta de evictione, *l.*131.*ſup.de verb. oblig.*

*L.*29. *Alteri Stichus , alteri Pamphilus*) Id eſt, numero diviſio non fit. Male hic Flor. iteratur negatio, *non alteri, &c. ſolvi non poteſt.* Legendum *non alteri,&c. ſolvi poteſt*: ſed illa negatio ſublata, eſt tranaferenda in hunc locum, *idemque eſt, &c.* & legendum, *idemque non eſt.* Conſtat enim idem non eſſe, ſi ſervus communis ſit ſtipulatus 10. homines generaliter, aut ſi ſtipulatus ſit duos Stichos. Hoc ſic probat Ulpianus: qui ſtipulatur duos Stichos, ambigue loquitur, & qui 10. denarios: at in decem denariis numero fit diviſio, ergo & in duobus Stichis. Sed hac in l.ſubaudienda eſt concluſio. Sic ſcripſiſſe Ulpian. argumento eſt *l.* 15. *de operis libert.* ſic nihil obſtat *l.*54. *ſup. de verbor.obligat.* vide ſcripta ad eam.

Sed in nummis , & oleo) Aliud eſt, ſi corpus aliquod nobis, & alteri ſtipulemur, aut emamus, quod non ita facile dividitur, *l.*64. *ſup. de contrah. empt. l.* 77. *in pr. de legat.*2.

In gloſſ. Homine ſcilicet ſpeciali , de ſig. alioquin contra) Male: nam homines cum dicimus, genera dicimus. Idem etiam eſt, ſive inter dominos, ſive inter heredes, genera promiſſa ſint, *l.*54. *ſup. de verb. oblig.*

Hoc actum ut numero dividatur) Ergo & in Stichis duobus numero fiet diviſio. Hæc concluſio ſubaudienda eſt, ut & in *l. qui uſumfruct. ſup. de verb. oblig.*

*L.*30. *Offerret pecuniam , quæ peteretur*) Apud prætorem: vide ſcripta ad *l.*105. *ſup. de verb. oblig.*

L. 31. *Ut ſuis operis*) Si fidejuſſor adhibetur obligationi operarum, alienum factum promittit. Dicendum fidejuſſorem hunt tantum promittere, quanti intereſt id fieri, *l.ſtipulatus es, ſup. de fidejuſſ.* Vide notata ad *l.nemo, ſup. de duob. reis*, & ſcripta ad *l.ult. C. de contrah. & com. ſtipul.*& ad *l.*43. *ſup. de verb. oblig.*

Quo minus committatur ſtipulatio) Vide ſcripta ad *l.*49. *§.*1. *ſup. de verb.oblig.*

*L.*33. *& ult. Et vulneratum à ſe offerret*) Datione autem, & acceptione liberatur ab actione ex ſtipulatu, non tamen ab actione de dolo malo, *l.*7. *§.*1.*ſup. de dolo malo.*

*L.*34. *Qui hominem*) Con.cum hac *l. l.qui hominem, inſ. de acceptilat.* Vide notata ad eam,& ſcripta ad *l.*2.*§.*1 *ſup. de verbor. oblig.* Hic pertinet *l.* 26. *§.ſi decem , ſup. de condict. indeb.*

Tibi, aut Titio dare) vide ſcripta ad *l.*55. *infra de verb. obligat.*

§. Stipulatus. In gloſſ. liberabitur , ſcilicet per exceptionem) Adde, ſic in *l. qui res, §. mihi Romæ , inſ. eod.* Ergo liberandi verbum non ſemper ſignificat jus, vide ſcripta ad *l.*55. *ſup. de verb.oblig.*

§. Si decem aut hominem) In disjunctivis, aut generaliter conceptis ſtipulat.ita promiſſoris electio eſt, ut quod velit, alterutrum ſolidum præſtare debeat, *l.* 26. *§. pen. ſup. de condict. indeb.* Idem & in legatis dicendum eſt, *l.*15. *ſup. de leg.*2.

L. 38. *Ut ita demum recte*) Vide ſcripta ad *l.* 55. *ſup. de verb. oblig.* Ergo Titio non ſolvitur recte, ſi capite minutus ſit. Obſtat *l.*95. *inſ. eod.& l.*56. *§. qui ſibi ſup. de verb. oblig.* vide ſolut. in not.ad *d.l.*95.

§. De peculio : Quod ille ſuo nomine) *L.* 31. *ſup. de petit. hered.* ſecus ſi hereditario nomine: Nam tunc repetitionem ejus non haberet, *l.*5. *C. de petit. hered.*

§. Si quis pro reo : in ipſum fidejuſſorem ex edicto) De dolo: vide ſcripta, & notata ad *l.*49. *ſup. de verb. oblig.*

*L.*39. *His conſequens*) Idem in pr. *l.*72. *inſ. eod.* diverſa eſt ſpecies *l.*102. *inſ.eod.*

L. 43. *Adpromiſſores*) Id eſt, fidejuſſores, vide ſcripta ad *l.*5. *§. ſatis acceptio, ſup. de verb.oblig.*

L. 44. *Tollantur uno momento*) Vide cap. 1. de præſcrip.

*L.*45. *Quamvis ſtipulanti*) Simile eſt in *l. pactum*, *C. de pign. act.* vide ſcripta ad eam.

*L.*46. *Remanet priſtina obligatio*) Ex qua agetur. Agi etiam poterit utili actione ex empto, quaſi valeat datio in ſolutum, *l.*24 *in pr.ſup.de pig.act.* Idem eſt in ſpecie *l.* 9. *ſup. de præſcript. verb.*

*L.*49. *§.*1. *Quod ſi acceptum latum*) De hoc caſo ipſo jure utilis eſt acceptilatio, quia verborum obligatio præceſſit, cujus nomine hypotheca, de qua quæritur, obligata erat.

Vel ſine ſtipulatione accepta ſit) Legendum *vel ſi ſine ſtipulatione acceptolatum ſit.* Pacto enim hypotheca ſolvitur, ita ut licet hoc caſu ſit inutilis acceptilatio, quæ ſolam ſtipulationem tollit, attameo doli, aut pacti exceptio competat, *l.*5. *ſup. de reſcind. vend. l.* 19. *inſ. de accept. l.*3. *ſup.quibus mod. pig. ſolv.*

Sed ſatiſdationis ſufficiet) Id eſt, ſatisfactionis, ut ſublata ſit hypothecæ obligatio. Hypothecariæ enim formulæ, ad quam hæc l. pertinet, conditiones eæ ſunt, ſi ſoluta ſit pecunia, aut ſi ſatisfactum ſit.

*L.*51. *Diſpenſatori*) v.ſcripta ad *l.* 62. *ſup. de verb. oblig.*

*L.*53. *Solvere pro ignorante*) Verum is, qui ita ſolvit, non poteſt cogere creditorem, ut ſibi actiones ſuas cedat, niſi ita convenerit, *l.*5. *C.eod.*

L. 54. *Solutionis*) Hæc l. conjungenda eſt cum *l. liberationis, inſ. de verbor. ſigniſ.* Vide ſcripta ad init. *tit. Cod.eod.*

*L.*57. *Quod in diem*) Hinc ſumpta eſt prior pars *§. inter certam l.*38.*ſup.de verbor.oblig.* vide ſcripta ad eum *§.*

*L.*72. *Qui* 10. *debet*) vide ſcripta ad *l.*2. *§.*1. & ad *l.*73. *§. ult. ſup. de verb. oblig.*

Doli mali exceptione) Non ipſo jure, quia judicium creditæ pecuniæ eſt ſtrictum, in ſtrictis act. doli exceptio opponi debet. At ea bonæ fidei judiciis ineſt, ut & oſtendit finis hujus *§.* vide notata ad *l. ſed etſi, ſol. matrim.* & ſcripta ad *l. hujuſmodi legata.§.ſi cui homo, ſup. de leg.*1.

Ipſo jure deſinit teneri) Quia actio de dote eſt bonæ fidei, itaque ei ineſt exceptio doli.

*§.*1. *Offerentem poſtea*) vide ſcripta ad *l.*56. *§. ult.ſupra de verbor. oblig.*

§. Idem reſponſum eſt) Obſtat *l. parvi , ſup. de condict. furt.* vide notata ad eam, & ſcripta ad *l.*29. *§. ult. ſup. de verbor. oblig.*

Propter abſentiam intelligi) vide ſcripta ad *l.*56. *§.*1.*ſup. de verbor. obligat.*

§. Stichum, aut Pamphilum) vide ſcripta ad *l.*16. *ſupra de verb.oblig.* Itaque ex hoc caſu Pamphilum non recte ſolvi, eodemque jure eſſe obligationem alternatam, & generalem verius eſt, & ita quidem, ut non ſolum invito mihi recte non ſolvatur, quia ab initio meus fuit, ſed neque is, qui poſtea meus effectus eſt, *l.* 66. *§. duorum, ſup. de leg.*2. (*)

Deſierit eſſe ſervus ſtipulatoris) Rei enim meæ ſtipulatio, cum ſit generaliter non eſt ejus vitium evidens.

§. Qui hominem habebat) Idem eſt in *l.* 45. *&* 46. *ſupra de leg.*1.

Num ergo & ſi Veſpertilionem) Flor. *Viſpellionem*, ut & in *l.*7. *ſup. ad Trebell.* Dele pleraque, quæ ſunt in gloſ. veſpertilionem, & ſequere tamen Accurſii expoſitionem, ut dicas, eſſe ſepulchri violatorem, & ſic ſemper illud accipe in jure. Palæmon vetus Gramm. in gloſſis, *viſpellionem*, ait, *eſſe ſepulchrorum violatorem*. Non idem ſignificat apud alios auctores,vide ſcripta.Feſtus ait ſignificare eum, qui miniſterium ſuum accommodat efferendis cadaveribus mortuorum. Alii conditorem cadaverum.

§. ult. Si velit ſtipulator) vide ſcripta ad *l.ſi à ſubſtituto, §. heres, ſup. de leg.*1.

*L.*76. *Sine ullo pacto*: vide ſcripta ad *l.*1.*C.de oblig.& act.*

*L.*81. *Si ſtipulatus ſim mihi*) vide ſcripta ad *l.*55.*ſup. de verbor. oblig.*

*L.*87.

(*) *Vide Merill. variant. ex Cujac. lib.*3. *cap.*8.

L.87. Quoniam cum quis procuratorem) Eandem rationem in ſpecie non multum diſſimili, idem Celſus tradit, *l.49. de condict. indeb.* A

L.88. Res vendendas per argentarios) vide ſcripta ad *l.2. C. de edendo*.

L.89. §. ult. Id eſt; Idibus Semptembr.) Uſuræ accipiebantur in menſes, dabantur pecuniæ Kalendis, redigebantur pecuniæ, & uſuræ Idib. Tullius in Catilinam: *omitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes tibi impendere proximis Idibus ſenties*, ob fœnus ſcilicet. Ubi quidam vetus interpres: fœneratorum ait, hæc eſt conſuetudo, ut ultra ſtatum Kalendarum diem concederent dilationem. Ita fiebat, ut Kalendis darent, Idibus reciperent. Hinc Horat. *omnem redegit idibus pecuniam, quærit Kalendis ponere*: vide ſcripta ad *Rubr. ſup. de naut. fœn.* & ad *l.21. C. de uſur.* B

L.91. Novandi cauſſa ſtipuleris) Id eſt, promittas, vide not. ad *l. ſi non ſortem, §. pen. ſup. de condict. indeb. & l. magnam, C. de contrab. & commit. ſtipul.*

L.92. Teſtamento dare juſſus) vide not. & ſcripta ad *l.35. ſup. de leg.1.*

L.94. Si quis cui nummos) Hanc Papiniani ſententiam ex eodem libro Ulp. refert. in *fi. l.13. ſup. ſi cert. pet.*

In pecuniam non corpora excogitet) Nummi autem jura non ſunt, res tamen incorporales ſunt, ſiquidem is, qui nummos debet, quantitatem debet, non corpora, *l.46. ſup. de condict. indeb.*

L.95. Stichum, aut Pamphilum) vide ſcripta ad *l. cum res legata, §. ſed ſi Stichus, ſup. de leg.1.* & ad *l.105. ſup. de verb. oblig.*

§.1. In gloſſ. Conſtitutum eſt) Ad ea verba (*ſol. ibi. deceſſit ſine culpa heredis, &c.*) Adde: hoc ita ſi debitoris culpa intervenerit, alioqui ſecurus eſt, *l. 47. §. ſed ſi Stichus, ſup. de leg.1.* C

§. Aditio hereditatis) Veram hujus §. ſententiam, vide in ſcriptis ad *l.122. ſup. de verb. obligat.*

§. Naturalis) vide ſcripta ad *l.4. C. de reb. cred. & jurejur.*

§. Uſumfructum mihi) Idem in *l.56. §. qui ſibi, ſup. de verb. obligat.* Sed obſtat *l. cum quis, in prin. ſup. eod.* Sed ſic interpretandus eſt hic §. etiamſi tempore ſtipulationis adjectus capite minutus fuerit, jus ei ſolvendi non parit, quia & in eum caſum potuit adjici. Sic & d. *§. qui ſibi*, ſic accipiendus eſt, ut filio adjecto recte ſolvatur, ſive tempore contractus fuerit emancipatus, ſive poſt: ſed ſi poſt ſtipulationem adjectus capite minuatur, jus illi ſolvendi intercidit: vide ſcripta ad *l. 55. ſup. de verbor. oblig.* D

Nam & ſi furioſi) Hic alia res incipit, & *nam*, hoc loco eſt pro, *ſed*.

§. Si creditor à debitore) Huic §. male objicitur *l. ſi ſtipulatus, §. ult. ſup. de fidejuſſ.* Nam dicendum, legem hanc loqui de reo, & mandatore. At dictus §. loquitur de duobus fidejuſſ. non eſt autem iniquum, exigi ab altero 15. quamvis ei actio efficax cedi non poſſit adverſus confidejuſſorem: nam ſatis eſt, ſi cedatur adverſus debitorem. Idem dicemus in duobus mandatoribus: nam ſatis mandatori ſolventi 15. fiet, cedendo actionem adverſus debitorem. In eo conveniunt, quod fidejuſſor, qui ſolvit ſolidum, nullam habet actionem adverſus confidejuſſorem, nec mandator, qui ſolvit adverſus commandatorem. E

Ipſius vitio acciderit) Quia litem amiſit, & ideo non habet actionem utilem, quam cedat.

L.96. Qui ſuum reciperavit) Hoc pertinet *l. 44. ſup. de condict. indeb.* Idem eſt, ſi quis ſolvat ex delegatione, *l.9. §. ult. ſup. de cond. cauſſa data*.

L.97. Quæ ſub infamia debetur) ut quæ ex cauſſa tutelæ.

L.98. §. Qui ſtipulatus ſibi) vide ſcripta ad *l.55. ſup. de verb. oblig.*

Per mandati actionem) Sic in *§. plane, de inutilib. ſtipul. & l. julianus. §.1. ſupra de verb. obligat.* datur actio mandati, quia hæc res vix geritur ſine mandato, vide ſcripta ad *l.55. ſup. de verbor. oblig.*

In gloſſ. mandati) Ab his verbis (*ſed tu dicas hic, &c.*) dele omnia uſque ad fin.

§. Mihi Romæ, liberetur) Non ipſo jure, ſed per exceptionem: ut in *l. ult. §. cum mihi, ſup. de verb. obligat. l. qui hominem, §. ſtipulatus, ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. 55. ſup. de verbor. oblig.*

§. Arcam, Nec admiſſum eſt) vide not. ad *l.1. in princ. ſup. de reg. Caton.* Idem eſt in *l. ſi meæ, ſup. de leg. 2. & l. ſi chorus, §. ult. ſup. de leg.3.*

Quod Celſus ait) In *d. l. ſi chorus, §. ult.* quæ huic opponitur. Verum hic locus manifeſte docet, Celſum in quæſt. hac ab aliis diſſenſiſſe. Duarenus, ut hos locos conciliet in *l. ſi ſervum, ſup. de verb. oblig.* facit differentiam inter legatum, & ſtipulationem: male, ut docet *l. ſi ſervus legatus, ſup. de alim. leg.* quæ idem tradit in legato contra Celſum: vide ſcripta ad *l.21. ſup. de leg. 1.* & ſcripta ad *l.83. §. ſacram, ſup. de verb. oblig.*

§. ult. in fi. Vindicare poſſe ſciſcit) Legend. ut Flor. *Scit, l.12. tab.* ſcit tignum ædibus injunctum poſſe vindicari, hoc eſt ſummum jus, quod auctores 12. tab. ſciunt. Vult vindicationem, & exhibitionem competere, ſed tamen ſolvi prohibuerunt propter utilitatem publicam, & ob eam dictum eſt, non poſſe vindicari, *l. gemma, ſupra ad exhibend. l.1. ſup. de tign. ini.* ex æquo ſcilicet, & bono, quamvis poſſit ſummo jure, vide ſcripta ad *l. 62. inf. de verb. ſign.* & ad *l.83. §. ſacram, ſup. de verbor. oblig.* ſic in Nov.38. *ἐπ' ἐναντίας νόμον, & l. ſtatuliberos, ſup. de ſtatuliberis. lex putat*. Senſus eſt, cum ſcirent decemviri, tignum injunctum ædibus poſſe vindicari, ideo id ſolvi lex prohibuit, & juſſit æſtimationem ejus præſtari.

L.100. Paulus reſpondit) vide ſcripta ad *l. 59. ſup. de verb. obligat.* & not. ad *l. ult. ſup. de condict. trit.*

Creditorem) Male Flor. *debitorem*, ut in *l. patronum, ſup. de tutel.* ubi Græci vertunt δανειστήν.

L.101. In gloſſ. Ex collegis h.e. coheredibus) Recte: cætera dele omnia uſque ad fin. gloſſæ.

§. ult. Quæ natura tantum debebatur) Id eſt, quæ ex pacto tantum debebatur.

L.102. Quaſi ἔρανον) Sic Alciatus: Legendum ut Flor. *quaſi ærosa*, id eſt, quaſi eſſet ære mixta. Plinius argentum ærosum dixit. Sic aurum argentoſum à Græcis dicitur χαλκόκοπον, χαλκοκεκραμένον, ait Ælius Dionyſius. vide ſcripta.

Idoneis nominibus) Sic legendum in *l.3. C. de uſur. pupil.* vide not. ibi.

§. ult. Si errore plus in uſuris) vide ſcripta ad *l.5. C. de uſur.*

L.105. Paulus in lib. ſingulari ad l. Falcidiam) ut intelligatur hujus l. inſcriptio, ei aptanda eſt *l. 3. §. item ſi ita, ſup. ad l. Falcid.*

Quod dicimus) vide ſcripta ad *l. 118. ſup. de verborum obligat.*

, *Temperamento temporis*) Male hic adferunt l. 12. tab. de 30. dierum induciis. Nam ea lex eſt tantum de ære confeſſo, & judicato faciendo, nec à l. heredi datæ ſunt induciæ, ſed à prætore, argumento *l.71. §.2. ſup. de legat.*

L. ult. Ei, qui mandatu meo poſt mortem meam ſtipulatus eſt, recte ſolvitur) Legendum ei, *qui mandatu meo ſtipulatus eſt, poſt mortem meam recte ſolvitur.* Nam, etiamſi non ſit ſtipulatus ſibi dari poſt mortem meam, poterit ei dari me mortuo, & me invito, *l. aliud, ſup. eod.* vide ſcripta, & Briſſ. vide etiam ſcripta ad *l. 3. C. mand.* Sic non obſtat *l.12. §. ult. ſup. illo titulo.*

Non recte ſolvitur) Hoc falſum eſt; quoniam hoc genus mandati non finitur morte, cum ſit collatum in tempus mortis, *l. ſi vero non remunerandi, §. ult. & l. prox. ſupra mand.* quare hic etiam legendum: *Ei autem, cui juſſi debitum meum ſolvere, poſt mortem recte ſolvitur*. Sequitur ratio, quia mandatum morte diſſolvitur.

De acceptilationibus. TIT. IV.

L.1. Acceptilatio eſt) Stipulationis Aquilianæ verbo ſæpe intelligitur acceptilatio, ideoque hæc definitio refertur ad Aquilianam ſtipulationem, & ad contractum quem-

quemlibet. Ut contractus eſt συνάλλαγμα, ſic acceptilatio eſt dialagma, & ultro citroque liberatio, *l. ult. infra eodem.*

L.3. Sine mandato poteſt) Ut poſſit novare.

L.8. Vtile habeat pactum) Exemplum eſt in *l. 19. hujus tituli*, idem in *§.pen. l.27. ſup.de pact.* Secus eſt in ſtipulat. *l.1. §.2. ſup. de verb. oblig.* quia proniores ſumus ad liberandum.

Et niſi hoc quoque conſenſum eſt) Flor. recte, *& niſi in hoc quoque contra ſenſum eſt, habet pactum* : id etiam docet *l. ſi acceptolatum, inf. eod.* Ergo acceptilatio inutilis habet vim pacti. At inutilis ſtipulatio non habet vim pacti. Ratio differentiæ eſt, quia proniores ſumus ad liberandum, *l. Arrianus, ſup. de oblig. & act.*

§. Acceptum fieri) Huic §. conjung. eſt *l. nihil tam naturale, inf.de reg. jur.* Sunt enim ex eod. lib.

Niſi quod verbis colligatum) At ſolutione, vel apocha cujuſcunque generis obligatio tollitur.

Verborum obligationem tollit) Id eſt, ſtipulationem, dictionem dotis, & jusjurandum liberti.

§.ult.Vt juris gentium ſit acceptilatio) Hic locus obſtare dicitur ei, quod fertur, acceptilationem eſſe juris civilis. Imo vero hoc ipſo, quod ait, hoc jure utimur, ſignificat, eam eſſe juris civilis, ſed actionis jure uti. Id explicand. eſt ex *l.4. ſup. de tranſact.* in qua etiam ea verba repetuntur, *hoc jure utimur*. Quare ſciendum eſt, uſu ipſo inventam fuiſſe viam, qua acceptilatio inſerviret omnibus obligationibus juris gentium, ſi obligatio, quæ aut re, aut conſenſu, aut literis, non verbis contracta eſt, acceptilatione primum perimatur novationis modo, poſtea novetur, & transferatur in ſtipulationem Aquilianam. Illa ſtipulatio acceptilatione perimetur. Sicque fit, ut acceptilationem tantum civilis, ſed & juris gentium omnes obligationes ſolvat. Denique ſic fit acceptilatio juris gentium: vide ſcripta ad *l.8.§.ult.ſup.de verbor. oblig.*

L.13. Et per jusjurandum) Verborum obligatio non ſolum interrogatione, ſed & dictione dotis, & jurejurando liberti contrahitur: vide not. ad prin. *tit. C. de contrahend. ſtipul.* & Cajum *lib.3. Inſtit.* vide quoque ſcripta ad *Rub. ſup. de verb.oblig.*

§. Tutor, hi omnes debent novare) Debent animo novandi noſtram obligationem ſuſcipere, & deinde acceptum rogare.

L.14. Niſi conſentiat) Sic Ulp. in *Fragmen. tit.2. & 24. in fin.*

L.17. Qui hominem aut 10. Sub disjunctione. Huic l. obſtat *l.2. §.1.ſup. de verb.oblig.* quæ ait, ſolutionem partium non poſſe fieri in diverſis: ſed diſtinguendum eſt inter ſolutionem, & acceptilationem: Nam in ſolutione ideo non licet, ne fiat ſolutio in diverſis: Nam ſi admitto partem Stichi, & dicam, recte ſolutum eſſe, cogor poſt accipere partem Pamphili, quod non eſt ferendum in acceptilatione, ne ſcil. fiat ſolotio in diverſis hominibus. Sic con. hanc *l. cum l. qui hominem, ſup. de ſolut.* vide ſcripta ad *d.l.2. §.1.*

L.18. Vel certis, vel incertis) Contractus certi ſunt, qui nomen proprium, & legitimum habent, ex quibus, quæ datur actio proprium non habet, ut ex empto. Incerti ſunt, qui legitimo nomine vacant, ex quibus datur actio ἀνώνυμος, *l.1. §. debitum, de conſt. pec.l.certi condictio, ſup. de reb. cred.* vide ſcripta ad initium tit. *ſup.de præſcript. verb.*

L.19. Si acceptolatum) vide not. ad *l.8. ſup eod.* & ſcripta ad *l.1. §.2. ſup. de verb. oblig.*

§. Inter acceptilationem, & apocham) Græci tamen Juriſconſulti acceptilationem vocant ἀποχήν, vide ſcripta ad init. *tit. C. de acceptilat.*

Apocha non alias quam) vide not. ad *l.18. C. de ſolut.*

L.21. Sub conditione) Huc pertinet *l. 8. §.1. ſup. de novat. & l.4. ſup.de tranſact.*

L.22. Nec juſſu domini acceptum facere poteſt) Ratio eſt, quia edictum quod juſſu, refertur tantum ad contractus, non ad liberationes, *l.ſi dubitet, §. ult.ſup. de fidejuſſ.*

De prætoriis ſtipulationibus. T I T. V.

L.1. Judiciales) Quæ δικαστικαὶ dicuntur à Juſtin. in *Nov.53.* Holoander ibi vertit prætorias, male.

Propter judicium) Id eſt, propter actionem, ſive rem, de qua lis eſt.

Vt ratum fiat (Id eſt, ſtipulationem rem ratam haberi.

Ex operis novi nunciatione) Hæc ſtipulatio ſimilis eſt ſtipulationi judicatum ſolvi: Nam ea obligat ſub conditione, ſi judicatum ſit, recte nunciatum eſſe. Et eaſdem habet clauſulas, quas illa, nempe de re judicata, de re non defenſa, & de dolo malo. Hujus quoque generis eſt ſtipulatio rem ratam haberi, quæ exigitur ab iis, qui agunt procuratorio nomine, ne irritum fiat judicium. Et hoc eſt, quod ait, *ut ratum fiat*, id eſt, ſtipulationem ratam haberi: vide ſcripta ad *l.5. ſup. de verb. obligat.*

Verſ. cautionales, quæ inſtar actionis habent) Id eſt, actionis vim repræſentant, *l.24. ſup. de oblig. & act.* Quia quaſi actiones à prætore petuntur: ex edicto, vel decreto dantur à prætore. Sic Plinius lib. 36. cap. 2. *Satiſdari ſibi damni infecti petiit redemptor domorum*, id eſt, petiit à prætore eam ſtipulationem, ut actionem quamdam. At judiciales ſolo judicis officio proponuntur conſtituendi judicii cauſſa.

Vt fiat novatio) Flor. *ut ſit nova actio*. Rectiſſime, & male vulgo, *fiat novatio*. Nam per eas ſtipulationes non fit novatio, ſed acquiritur nova actio, alia quæ non eſt perempta. Paul. lib. 5. *Sentent. tit.de ſtipulat.* Et hoc eis commune eſt cum judicialibus. Novæ actionis actio, non eſt ſtatim novatio. Verum omni ſtipul. id agitur, ut nobis caveatur ſtricta actione.

De legatis ſtipulationes) Ut cui eſt actio ex teſtamento, ſit, & ex ſtipulatu.

Et de tutela) Id eſt, rem pupilli ſalvam fore.

Et ratam rem haberi) Ut cui eſt condictio, ſit ex ſtipulatu actio. Verum hæc ſtipulatio rem ratam hab. inſtar actionis non habet, nec à prætore petitur, ut actio, ſed à procuratore ex officio interponitur, & ſupra dixit eſſe judicialem. Quare ſuſpecta ſunt hæc verba.

Et damni infecti) Quæ intercedit, ut cui eſt actio in factum, vel legis Aquil. ſit etiam ex ſtipulatu.

Verſ Communes ſunt ſtipulationes) Communes prætoriæ ſunt, quæ interponuntur propter judicium, & inſtar actionis habent, & petitur ut edicto propoſita, quæ datur ob rem ipſam, id eſt, propter judicium.

L.2. Rei reſtitutionem) vide ſcripta ad *l.83.§.ſacram,ſup. de verbor. obli.*

§. 1. Quamvis poſſit dici) Dubitat etiam Julianus in *§. ult. l. in ſtipul.judic. ſolvi*. Vide ſcripta ibi, & ad *l. 4. §. Cato, ſup.de verb. oblig.*

Dubitari poteſt) Sic & dubitatur ſupra §. proximo, in ſtipulat. rem ratam haberi.

L.5. in omnibus prætoriis) Con. *l.17. §.ut ſupra, de damno infect.* Vide ſcripta ad *l.79. ſup. de verb. obl.*

L.8. Prætor enim beneficium ſuum) Interim datæ bonorum poſſeſſionis. Item Paulus *lib.5. Sent.tit.de ſtipulat.*

Et poteſt) Legendum, *Nec poteſt.*

L.9. In prætoriis ſtipulationibus) At in conventionalibus fit interpretatio contra ſtipulatorem: vide ſcripta ad *l.52. ſup. de verb. oblig.*

L.10. In longum tempus caveri) Id eſt, in annos 10. vide cap.26. de præſcript. & Paul. *lib.5. Sent.titulo 9.*

Rem pupilli, vel adoleſcentis ſalvam fore. T I T. VI.

L.4. §.1. Compellendus igitur erit) Mulctæ dictione, pignoris capione, corporis retentione.

§. Pen. Statim, atque quid ſalvum) vide ſcripta ad *l.133. ſup. de verbor. oblig.*

L.6. Servum pupilli) Hæc l. loquitur de pupillo, qui fari poteſt, ut recte notavit Martinus: vide ſcripta ad *l.1. in pr. ſup. de verb.oblig.*

L.7. Dativus) Id eſt, Attilianus, vel Julianus, qui plerunque dicuntur dativi: vide ſcripta ad *tit. 11. Frag. Ulp.*

L.10. Et fructuum nomine, & uſurarum) Quia in omnem cauſſam datus fidejuſſor, ſemper intelligitur, *l.2. in fi. Cod.de fidejuſſ.tut.*

Judi-

Digitized by Google

Judicatum ſolvi: TIT. VII.

L. 2. Cum lite mortua) Solo temporis lapſu ſine condemnatione ulla; aliud eſt ſecuta condemnatione ex eremodicio, *l. 13. inf. eod.*

L. 3. §. ult. Poſteaquam cum uno lis) Ergo poſt litem conteſtatam integra eſt emendatio moræ. Sed obſtat *l. 84. ſup. de verb. oblig.* Sol. non dicit hæc l. abſolvi fidejuſſorem ſi ipſemet fidejuſſor poſt litem conteſtatam rem defendere paratus ſit, nihil enim ageret: ſed quod per ſe fidejuſſor non habet, id habet per reum, quod fit ſæpe, *l. 3. quæ res pig. oblig.* Sic recte reſpondet Duarenus: vide ſcripta ad *d. l. 84.*

L. 5. §. In hac ſtipulatione: quaſi juxta mandatum) At ſi eſſet mandatum, ſumptus conſequeretur: vide ſcripta ad *l. 4. C. mand.*

L. 8. Poſt ſatiſdationem ante judicium acceptum) Hic veſtigium eſt ejus ſatiſdationis, quam Juſtinianus initio tituli *Inſtit. de ſatiſdat.* olim uſitatam fuiſſe ait, quod & apparet ex *l. 11. & aliis, inf. hoc titulo.*

L. 13. Cum quærebatur) idem tractavit Africanus in lib. 6. quæſt. quo egit de ſtipul. judicatum ſolvi in *l. 63. ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta ad eam l.

L. 17. Quæ non in ſolidum defenſa) vide ſcripta ad *l. 85. ſup. de verb. obl.*

L. 59. Noviſſima clauſula) vide ſcripta ad *l. 38. §. ſi quis dolum, ſup. de verb. oblig.*

§. ult. Ad prin. ſtipulationis refertur) Hoc eſt ea caveatur ab eo tempore, quo inchoatur, & interponitur, dolum malum abeſſe, abſuturumque eſſe. Itaque præteritus dolus ea comprehendi non videtur.

Rem ratam haberi, & de ratihabitione. TIT. VIII.

Hic titulus eſt de ſtipulat. rem ratam haberi interpoſita à procuratore.

L. 6. Cautionem ratam rem dominum habiturum cavere) Sic & chirographum cavere in *l. ſi ut certo, ſup. commod.* vide ſcripta ad *l. ult. C. ſi cert. pet.*

L. 9. Actor à tutore) Con. *l. vulgo, ſup. de adminiſt. tut. & l. ſervum, ſup. de procurat.*

Nec magiſter univerſitatis, nec curator bonis) Quia ex decreto dantur.

L. 10. Interdum ex conventione) Dicitur conventionalis in *l. 5. ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta ibid.

L. 10. Si commiſſa eſt ſtipulatio ratam rem dominum) vide not. ad *l. appellatione rei, inf. de verb. ſig.*

L. 15. Amplius non peti) Con. *l. verbum amplius 82. inf. de verbo ſignificat.* vide ſcripta ad *l. 12. §. minus, inf. de verb. ſig.*

L. 16. Si indebitum procuratori) vide ſcripta ad *l. 8. C. de condict. indeb.*

L. 18. Si procurator) Si ratum habere caverit procurator, poterit dominus litis pro parte tantum ratum habere: ſed ſi dominus caverit, cogitur ipſe tunc totum ratum habere. At ex perſona heredis ejus ratihabitio diviſionem recipit: vide ſcripta ad *l. 4. §. Cato, ſup. de verb. oblig.*

Sine dubio committitur ſtipulatio) vide ſcripta ad *l. 133. ſup. de verb. oblig.*

L. 19. Idemque juris eſt) *L. ſi ſine judice, §. in ſtipulatione, inf. eod.*

In clauſulis omnibus) Quæ ſcilicet ſolent apponi illi ſtipulationi: vide ſcripta ad *l. 4. §. Cato, ſup. de verb. obl.*

L. 22. Si in ſtipulationem) vide ſcripta ad *l. 53. ſup. de verb. obligat.*

L. 27. Poſt centeſimum diem) vide notata ad *l. Pannonius, ſup. de acq. hered.*

AD LIBRUM XLVII.

De Privatis delictis: TIT. I.

C*Ivilis conſtitutio*) Juris civilis regula: Sic *l. 91. §. nunc videamus, ſup. de verb. oblig.*

Nec cæteros quidem ſucceſſores) vide ſcripta ad tit. *C. ex delict. defunct. in qu. hered. con.*

A *L. 2. §. Item quæſitum eſt: Non egreditur retrorſum*) Obſtat *l. 8. §. 1. ſupra, & l. 11. de condict. furt. & l. pen. rer. amot.* vide not. ad *d. l. 8. §. 1.* & ſcripta ad *l. 59. ſup. de verb. obli.*

De Furtis. TIT. II.

L. 12. Quippe cum res ejus periculo) Id eſt, ob id ipſum quod fur ſit, atque adeo ejus interſit, rem furtivam non perire. Neque vero poteſt furti agere quin ſuam improbitatem patefaciat. Quod non ſimiliter contingit in actione, quod metus cauſſa. Satis enim eſt, ex parte rei vim eſſe, aut metum. Ex parte actoris rei, vel juris amiſſionem, *l. 12. §. 1. ſup. quod metus cauſſa.*

§. ult. Ut non teneatur furti) Legend. affirmate, *teneatur furti*, quæ lectio confirmatur à Paulo *lib. 2. Sent. h.t.*

L. 14. §. Qualis ergo: condictio autem ei) vide ſcripta

B ad *tit. C. de condict. furt.*

L. 17. Servi, & filii) vide ſcripta ad *tit. C. an ſervus ex ſuo facto poſt man. ten.*

§. ult. Furti non teneor actione) Si modo ab alio non poſſideatur, quo caſu exhibendi ejus poteſtatem non habet: vide ſcripta ad *l. 2. Sent. Pauli tit. 31.*

Quaſi non ſit in mea poteſtate) *L. 21. §. in poteſtate, ſup. de nox. act.*

L. 19. §. ult. Verum etiamſi eo tempore abſtulerit) vide not. & ſcripta ad *l. ſi gratuitam, §. ult. ſup. de præſcript. verb.*

Julianus ſcripſit) Qui etiam furti actionem dat fructuario, licet rei fructuariæ poſſeſſio vacarit.

L. 20. Cum æs pignori) Paulus lib. 9. ad Sab. tractavit de furtis: quare huic l. aptanda eſt *l. 22. ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta od *l. 23. illo titulo.*

C *§. ult. Sed his caſibus uſucapio*) Sic in ſpecie *leg. 2. §. ſi reum, ſup. de uſucap.* debitor vitium quidem rei purgat non tamen ſe ipſum: furti enim tenetur,

L. 24. Nec minus) Con. *l. 24. ſup. de verbor. oblig.* vide notata, & ſcripta ad eam.

L. 25. Verum eſt) Huic loco adhibenda eſt diſtinctio ex. *l. 2. ſup. de condict. trit.*

L. 27. In fi. Nam amoviſſe videtur) Flor. *Nam rupiſſe videtur, qui corrupit.* Legendum. *Nam rupiſſe videtur, qui interlevit,* ut conſtat ex *l. qui tabulas, in fi. ſup. ad l. Aquil.* vide ſcripta.

In margine, apocha quid ſit) Adde: apocha eſt profeſſio ſolutæ pecuniæ, *l. 14. & l. 6. C. de ſolut.* In conſtitutionibus appellatur ſecuritas, *ἀμεριμνία* in Nov.

L. 29. Et interdicto quorum bonorum) Ergo ob unam

D tantum rem hoc interdictum datur: licet ſit de univerſis bonis. Id fit, & in petitione hereditatis, *l. 10. ſup. de petit. hered.*

L. 33. Tutor adminiſtrationem) *L. 7. §. ſi tutor, ſupra, pro emp.*

L. 41. §. Quamdiu vivit) At hodie tollitur 30. annis ex *l. 1. §. ad hered. C. de annali except.* vide cap. 30. de præſcript.

L. 42. Vulgaris formula) Directa.

L. 43. Nec nummi ejus fiunt) vide ſcripta ad *Rub. C. de condict. indeb.*

§. 1. Falſus procurator) vide ſcripta ad *l. 8. C. de condict. indeb.*

§. Qui alienum. Cum placeat Sabini) At Proculiani dicebant, non ſtatim rem deſinere eſſe derelinquentis, *l. 2.*

E *ſup. pro derel.*

L. 48. Flor. 47. *Si dominium*) Idem eſt in *l. 67. §. 1. inf. eodem.*

Domino furti actio) Recte Accurſius, novo domino: Sic Græci *τῶν κατὰ δεσπότην*

Heredi, & bonorum poſſeſſori) Græci ad hanc l. lib. ult. Baſil. tit. 12. oſtendunt legatarium à reliquis tribus diſtare. Nam legatarius non habet act. furti niſi ex nova contrectatione, id eſt, ſi poſt acquiſitum legatum res contrectetur, quia ſucceſſor eſt rei tantum, non juris, non actionis. At reliqui tres habent etiam actionem furti ex veteri contrectatione: quia non tantum rei, ſed & actionis ſucceſſores ſunt: vide ſcripta ad *l. 38. §. ſi legatum, ſup. de leg. 1*

L. Qui vas, §. 1. qui furem) Con. *l. ſoltnt , ſup. de præſcript. verb.* utriuſque eadem eſt inſcriptio. A

§. Si ancilla : ſed in hoc poſteriore caſu) Is enim, qui ancillam ſubripuit, partum non conteectavit, qui ex Stoicorum ſententia antequam edatur homo, aut animal non eſt, ſed matris veluti quædam portio eſt, ſpecies quædam animalis.

§. Idem , & in pecudibus) *L. 4. §. lana , l. 32. in princ. ſup. de uſucap.*

L. In furti actione judicatio facienda eſt) Legend. *condemnatio*, ut Flor. Sic, & in *l. qui cum uno, §. non omnis , inf. de re milit.*

L. 52. §. Sed ſi filius : Sed etiam furti tenebitur) Non directa quidem act. furti, quæ famoſa eſt, ſed utili ſive in factum, vel non *κτεὶ κλοπῆς*, ſed *κτεὰ ἀνμφέρον*, ut ait Conſtantinus Harmenop. B

§. Majora quis) huc pertinet *l. 18. ſup. de dolo.*

L. pignore creditor) hoc ita ſi res pignerata uſu fiat deterioe, ut ſi ſit veſtis : ſecus non, ut ſi ſit fundus : vide ſcripta ad tit. *C. de pig. act. in pr.*

§. Furem interdiu) *L. 7. ſupra , quod metus cauſſa :*

L. Cum creditoe rem ſibi pigneratam) Ex conventione, *l. 2. C. de pig.*

Non videtur contrectare) id eſt, furtum non facit:

In gloſſ. Ceatrectare.

L. 1. Vel ex conventione) Adde, recte:

L. Interdum : ſi ees peculiaris) hanc fuiſſe Labeonis ſententiam ait Paulus in *l. 4. §. Labeo, ſup. de uſurpat. & uſuc.*

L. 51. Is , qui rem furti cum eo agi) id eſt, condictione furtiva. Sic, & in *l. 9. ſup. de in lit. jur.*

L. Ancilla fugitiva) *L. 1. C. de ſerv. fugit.* C

L. Si ſervus communis , §. locavi tibi) hinc pendet ejus differentiæ ratio de qua tractatur in pr. *l. 4. ſup. in quib. cauſſis pig.* & in *l. 5. C. de loc.* vide ſcripta ad *d. l. 5.*

L. A Titio : nec poſt aditam , quidem hereditatem) Ex hoc loco quidam probant, legatum acquiri ſtatim ab adita hereditate. Sed hic locus cum ſimilibus accipi debet per inrerpretationem quandam, quoniam agnitio legati retrotrahitur : non acquirit legatum, niſi ei, qui agnovit. Sed poſtquam agnovit, videtur agnoviſſe à die aditæ hereditatis, *l. ſervum filii , §. 1. l. ſi tibi homo , ſup. de leg. 1.* vide ſcripta ad *l. 7. & 38. §. ſi legatum, ſup. de leg. 1.*

Recta via ab eo, qui legavit) Obſtat *l. Papinianus 18. ſup. de ſervitut. & l. ſi ſervus Titii, & l. legatum , §. ult. ſup. de leg. 1.* vide ſolut. in notatis ad *d. l. Papinianus.*

L. Si is , qui rem pignori , §. 1. Si poſtea fur eam contrectet) vide notata ad *l. ſi dominium , ſup. eod.* & ſceipta ad *l. 38. §. ſi legatum , ſup. de leg. 1.* D

Mihi ſoli competit furti) Videlicet acquiſito jam legato : vide not. ad *l. 49. ſup. eod.*

§. Si tu : alium adducas quaſi Titium) ideo datur actio furti, vel in factum, non ex affirmatione, vel laudatione.

L. Hereditariæ) huc pertinet ſpecies *§. ult. l. 19. ſup. eod.*

L. Aut in qua uſusfructus alienus eſt) *L. 35. ſup. de uſurpat. & uſucap.*

L. Si is cui : agi cum eo , & furti) id eſt, condict. furtiva. Sic, & in *l. 9. ſupra, dr de in litem jur.* Quæ eſt ejuſdem ex eodem libro.

Exceptio objicitur) Utraque enim cum rem perſequatur, altera alteram tollit, aut ipſo jure ſi furtiva condictione prius actum ſit. Nam in judiciis bonæ fidei ineſt exceptio doli, aut oppoſita doli exceptione, ſi prius actione commodati actum ſit : Strictis .n. judiciis non ineſt exceptio doli. E

L. Si is , qui pignori vendidit) Cum prius ter debitori non denuntiaſſet, ut ſolveret : *Paulus 2. Sent. tit. 5.*

L. Rem ſi periculum) Periculum in hac l. accipere non oportet pro caſu fortuito, ut in *l. ſi gratuitam, §. Papinianus , ſup. de præſcript. verbis*, ſumitur : alioquin pugnarent. Sed pro damno, quod contigit culpa inſpectoris. Periculum nomen generale eſt, & hæc comprehendit damnum quod contigit dolo, culpa, vel fato. Periculum dictum eſt à perdendo, *l. itaque , ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de præſcript. verb.* Cum hac lege conjungenda eſt *l. 1. & l. ſi geatuitam , §. Papinianus*, alias *l. ſi eem , ſup. de præſcript. verb.* Earum omnium eadem eſt inſcriptio.

L. Si debitor pignus) hoc Papiniani reſponſum explicabit *l. 22. verſ. ſed quod , ſup. de pig. act.*

L. Si vendidero : quia dominium) Nam quidam putarunt non tantum poſſeſſionis furtum fieri, ſed & dominii : vide not. & ſcripta ad *l. ſi gratuitam , §. ult. ſup. de præſcript. verb.*

§. Si Titius cujus) vide ſcripta ad *l. 8. C. de cond. indeb.*

L. Quamvis ees : furi dominus ram vendiderit) id eſt, bonæ fidei poſſeſſor ex *l. 32. ſup. de uſurpat.*

Item is , qui rui ex ſtipulatu) Quia legatarius, nec dominus eſt, nec poſſeſſor. Soli autem domino, aut poſſeſſori datur actio furti : vide not. ad *l. Papinianus , ſup. de ſervit.* & ſcripta ad *l. 38. §. ſi legatum , ſup. de leg. 1.*

B *L. Si ad dominum*) huc pertinet *l. 7. §. pen. ſup. pro empt.*

L. ult. Non quaſi publicum ſit judicium) At rapina publicum judicium parit, *l. 1. inf. de publ. jud. l. 2. §. ſi generaliter, inf. vi bon. rap.* vide ſcripta ad *pr. tit. C. depoſiti.*

De Tigno injuncto. TIT. III.

L. 1. §. ult. Qui ſciens alienam rem) ignorans vero, nec vindicat, tenetur, nec ad exhibendum actione, quia non videtoe dolo deſiiſſe poſſidere : ſed in dupl. tenetur pro tigni pretio : vide ſcripta ad tit. *inſtit. de rerum diviſ. §. cum in ſuo.*

Si is , qui teſtamento liber eſſe juſſus erit , poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſurripuiſſe , aut corrupiſſe Quid dicetur. TIT. IV.

Hereditatem ſurripuiſſe , aut corrupiſſe) Ex hoc edicto eſt actio annalis rerum amotarum, aut corruptarum. Sic

C Græci in *l. Thais , ſupra, de fideicom. libert. & l. pen. & ult. de manumiſſ. teſtam.* vide cap. 20. de præſcript.

L. 1. verſ. 1. Furti actionem: cum ſervo ſuo) vide ſcripta ad tit. *C. an ſervus ex ſuo facto.*

§. Scævola ait poſſeſſionis furtum) vide ſcripta ad *tit. C. an ſervus ex ſuo fact.* verum tentari etiam poteſt modo, vel quaſi domino furti actionem dari ex *l. 81. §. ult. & l. 3. §. ult. ſup. de furt.*

Qua facti eſt , & animi) *L. 6. §. ult. ſup. pro empt.*

§. Præter : item heredi) vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in quan. hered.*

Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios. TIT. V.

L. 1. §. Servi vero ſui nomine exercitor) Si ſalvum fore non recepit, alias enim tenetur in ſolidum, l. 3. *§. item ſi. naut. caup.* vide ſolut. in not. ad eam.

D *§. ult. Vectorum factum non præſtat*) Opp. *l. 1. in fine, ſup. naut. caup.* vide ſolut. in not. ad eam.

Si Familia furtum feciſſe dicetur. TIT. VI.

L. 4. etiam heredibus) vide ſcripta ad tit. *C. ex delicto deſun. in q.*

Arborum furtim cæſarum. TIT. VII.

L. 6. in fi. Si radicibus vicini arbor alatur) Quæ in fine non ſit poſita: Nam communis eſſet: vide ſcripta ad tit. *Inſt. de rerum diviſ. §. adeo autem.*

L. 7. §. ult. Adverſus heredem non datur) vide ſcripta ad tit. *C. ex delict. defun.*

Duplum continet) Ex edicto prætoris. Dupli enim actio competit impubere ſegetem furtim cædente ex *l. 12. tab.* ut Plinius ſcribit, ſed eam edictum ad omnes caſus porrexit.

E *L. 11. Ex l. 12. tabul.*) De qua Plinius lib. 17. cap. 1. & lib. 18. cap. 3.

Vi bonorum raptorum , & de turba. TIT. VIII.

L. 2. §. Et generaliter) vide not. ad *l. 3. §. ex his , ſup. naut. caup. ſtab.*

§. Si in re depoſita: vide ſcripta ad princ. tit. *C. depoſ.*

Vel pretium depoſitionis) Nam pretii verbo venit, quod datur ἐν τάξει ἀντιδόσεως.

Et crimen etiam publicum) At fur extraordinarium, *l. ult. inf. de publicis jud.*

Vi bonorum raptorum) Quia illa furto gravior eſt, ἀναιδέστερος.

§. ult. Hac actio) Vide ſcripta ad titulum *C. ex delict. defunct. in qu.*

Tu-

Putavit ſufficere condictionem) Furtivam ſc. nam ubi alia actio non eſt, tunc ſolet prætor in heredem, de eo quod pervenit, actionem polliceri. A

L.4. Cujus dolo malo in turba) Paulus 5. *Sent. tit.* 3.

De Incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, &c. TIT. IX.

L.1. Qui forenſes quoque actiones) id eſt, civiles: Forum eſt proprium cauſſarum civilium: vide ſcripta ad princ. *tit. ſup. de judic. & l.3. C. qui accuſ. non poſſ.* Paulus 5. *Sent. tit.*18.

L.4. §.1. Qui prædam ex naufragio) Hanc vocem præda Græci quoque retinent. Sic in l. Georgicis ap. Harmenop. eſt tit. περὶ πραίδας ζώων Moſchopulus ait, πραῖδα ἡ γιγνομένη βλάβη ἐν ἀμπέλοις, &c. vide cap. 22. de præſcriptionibus.

In triennium relegabis) vide cap. 22. de præſcriptionibus. B

§.ult. Etiam heredibus dantur) vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in qu.*

De Injuriis, & famoſis libellis. TIT. X.

L.1. §. Et ſi forte cadaveri) Quales fuere improbi creditores, in quos lata eſt, *l.ult. C. de ſepul. viol.*

L.5. Qua lege cavetur) Licet ex ea injuriarum actio privata ſit, *l.* 15. *l.42. ſup. de procurat.* Itaque in aliis actionibus judicare poterit, *l.77. ſup. de judic.*

§. Hac lege permittetur) vide not. ad *l.12. ſup. rer. amot.* & ſcripta ad *l.9. C. de rebus credit. & jurejur.*

§.ult. Pretium conſtituitur) Cic. pro Cælio: vide ſcripta ad *l.16. C. qui accuſ. non poſſ.*

L.7. in fin. In conſpectu prætoris) *Nam prætoris in conſp.* Legendum, utroque loco, *Populi Romani conſpectu.* C

L.11. §.1. Et juſjurandum exactum erit) vide ſcripta ad *l.12. ſupra rerum amot.* & ſcripta ad *l.9. C. de reb. cred. & jurejur.*

§. Agere quis injuriarum) At accuſatio, quæ quidem publica eſt ex his cauſſis, quæ l.Cornelia continentur, per procuratorem intendi non poteſt, *§. in ſumma, Inſtitut. eodem.*

L.13. Neque heredi, neque in heredem) vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. defunct. in qu. her. conven.*

§. ult. utique piſcari aliquem) *L. 3. ſup. de acquir. rer. domin.*

L. 20. Injuriarum actionem intendi) In primo capite Nov. 60. gravior pœna ſtatuitur in eum, qui propria auctoritate auſus ſit ſigna rebus debitoris morientis imponere. D

L. 22. Si liber) Hoc cap. pendet ex *l. 1. ſup. de fugitivis.*

L.25. Etiam legis Aquiliæ actionem) Nec erit denegan da ſervi corrupti actio, *l.6. ſup. de adult.*

L.28. In bonis noſtris) Pſeudo Plautus in Querulo. *Jura,* ait, *paraſito ita conſuli voluerunt, ut ſi vulneribus afflictus lite conteſtata decedat, heredibus detur actio.*

Non computatur) vide ſcripta ad *tit. C. ex delict. def. in quant. hered. conv.*

L. 35. Qui contemnit judicium) Nam injuriarum actio famoſa eſt, iiſque æſtimatur pecunia.

Coercere) In corpus ſcilicet. Hinc quidam colligunt prætorem urbanum habuiſſe graviorem coercitionem male. Nam ſi res exigat graviorem animadverſionem remittet prætor ad præfectum urbi, *l.ult. ſup. de in jus voc. l.7. ſup. de juriſdict.* E

L. 43. Extra ordinem damnatur) Paulus 5. *Sent. tit.* 4. In publicis autem criminibus calumniatores, jure ordinario, id eſt, lege Remmia puniuntur.

De Extraordinariis criminibus. TIT. XI.

L. In Ægypto) Alias §. leg. 7. vide not. ad *tit. Cod. de Nili aggar.*

§. ult. Si quis arborem Sycomorum) Flor. *Sycaminonem*; Has arbores Herodianus lib.8. Nili filios eſſe dicit.

De Sepulchro violato. TIT. XII.

L.3. Adverſus eos, qui cadavera ſpoliant) hi viſpelliones dicuntur.

§. Si is, cujus intereſt ſepulchri violati) Cum nec pactus ſit, & ut maxime pactus ſit, de re familiari, non publica pactus eſt, ſeque ipſum potius, quam Rempublicam fefellit.

L.10. Quæ in bonum, & æquum concepta eſt) Hoc modo, quod æquius melius, vel quod æquum bonum videbitur.

De Abigeis. TIT. XIV.

L. 1. in fin. Ad examinationem civilem) Paulus lib. 5. *Sent. eod. tit. ad forum*, inquit, *remittendus eſt*: vide ſcripta ibi, & ſcripta ad *l.3. C. qui accuſ. non poſ.*

L.ult. Equum unum, vel bovem) unus tamen bos gregem non facit, *l.22. ſup. de leg.1.*

De Prævaricatoribus. TIT. XV.

Quid ſit prævaricari, quis prævaricator, & unde dictus; vide ſcripta ad *l.11. C. de accuſat.*

L.1. Prævaricator eſt) Con. *l.4. §. calumniator, ſup. de his, qui not. infam.*

Advocatus non proprie prævaricator) Quia non accuſat, *l.14. §. pen. ſup. de bonis libert.*

L.3. in fin. Neque per Senatusconſultum) Turpillianum.

L.ult. Pro victo habetur) *L. 1. inf. de bonis eorum, qui mort. ſibi conſcin.*

De Furibus balneariis. TIT. XVII.

Hi autem Tertulliano in Apolog. *Lavantium prædones*. Item fures balneorum à Paulo in 5. *Sent. tit.*3. Eſt in eoſdem, & civilis actio.

L.2. Ad jus ordinarium remittendi) id eſt, ad examinationem civilem, ad dupli, vel quadrupli actionem. Ergo mitius agitur cum diurnis furibus, quam differentiam Conſtantinus Harmenop. probat. lib. Epit. tit.5. Facilius enim eſt furari noctu, quam interdiu, & in balneis, quam alibi.

De Effractoribus, & expilatoribus. TIT. XVIII.

L.1. §.ult. Et directarii) Flor. Derectarii, utrumque rectum eſt, ut dirigere, & derigere.

Expilatæ hereditatis. TIT. XIX.

L.2. §.1. Apparet autem) vide ſcripta ad *tit. C. an ſervus ex ſuo facto poſt manum. ten.*

L. ult. Rei hereditariæ furtum) Hoc explica ex *l. 1. §. Scævola, ſup. ſi quis teſt. liber eſſe.*

Stellionatus. TIT. XX.

L. ult. Inſtrumento juraverit) Idem dicendum eſt, ſi corporaliter juraverit: vide ſcripta ad *l.2. C. de reb. cred. & jurejur.*

Crimen Stellionatus) Non perjurio, ſed ſtellionatui pœna ſtatuitur. Nam etſi non juraverit quis ſua eſſe pignora, æque in ſtellionatus pœnam incidit, modo dolo malo rem alienam obligaverit pignori. *L.2. C. eod.*

De Termino moto. TIT. XXI.

Vide ſcripta ad *l.1. Cod. de accuſat.*

L.1. Non mulcta pecuniaria) Oppon. *l.3. inf. eodem.* Dicendum, hic non, poni pro, *non ſolum*. Itaque Græci ſic recte vertunt, *qui terminos agrorum moveat, non ſolum pecuniaria pœna mulctantur.*

L.2. Protulerunt) Lege, ut Flor. *propulerunt*. Græci vertunt, ἀνατρέψωσι.

Biennio dari) vide cap.21. de præſcript.

Aut fortuito) Id eſt, &c.

Lapides furati ſunt) Terminales.

L.3. Quam Cajus Cæſar tulit) Hæc l. lata eſt à Julio Cæſare, & Bibulo, cum diviſiſſent agrum Campanum: vide ſcripta ad *l.1. C. de accuſat.*

Extra ſuum gradum fineſve) Fines autem agrorum unius gradus, id eſt, quinque aut ſex pedum latitudinem habent, ſecundum l.12. tab. & l. Aquiliam.

In gloſſ. Ei qui volet) Ab his verbis (Sol. diſtinguo tempora, &c. uſque ad finem, dele omnia, & dic peſſima eſt hæc ſolutio. Nam *l.1. ſup.* eſt Modeſtini, qui longe poſt Cæſarem vixit, nempe temporibus Alexandri: vide ſolut. veram in not. ad *d.l.1. ſup. eod.*

§. ult. Ei capitale eſſe) *L. capital.* ut Flor. *& l. omnes, ſup. de re milit.* Sic & Nonius Marcellus, & Feſtus.

Quæſtionum obſcurandarum cauſſa) Græce ἀμαυροῦν ἢ ἀφανίζειν.

De

De Collegiis, & corporibus. T I T. XXII.

L.1. Permittit tenuioribus) vide not. ad *l.3. inf. eodem*, & ſcripta ad *l.32. §. ult. de leg.1.* Græci vertunt, *πενεστέ-ροις μέρεσι* in lib. 60. Βασιλ.

L.3. §.ult. In collegium tenuiorum) id eſt, collegium mendicantium pauperum. Hi habent curatorem, & actorem: vide ſcripta ad *l.32. §.ult. ſup. de leg.1.*

De Popularibus actionibus. T I T. XXIII.

L.3. §.ult. Is cujus intereſt) Vel ea, *l.1. de verb. oblig.* vide ſcripta ad eam.

AD LIBRUM XLVIII.

De Publicis judiciis, T I T. I.

L*Ex 8. Ordo exercendorum*) *L.7. in fin. inf.ad Jul, repet. l.ult. infra ad l. Fabiam, l.3. §. pen. inf. de ſicar.*

L. 10. Ter citatus reus) Edicto publice affixo, non in jure voce præconis.

L.13. in fin. Sed excuſationes abſentium) Itaque non obſtat *l.33. §. publice, de procurat.*

De Accuſationibus, & inſcriptionibus. TIT, II.

L.2. In lege Cornelia teſtamentaria) vide not. ad *l.5. C. qui accuſ. non poſſ.*

L.3. Apud illum prætorem) In urbe, Hodie apud præfectum urbi.

Vel proconſulem) In provinciis: vide ſcripta ad *l. 4. C. qui accuſ. non poſſ.*

§. Item ſi literas neſciat) Græce, *εἰ οὐκ οἶδε γράμματα*, ſi neſciat pingere literas.

§. Sed etſi, id ipſum libellis) vide ſcripta ad legem nonam, *Cod. eod. tit.*

§.ult. Lege Julia de vi, & S.C.) vide Suetonium cap.38. in Auguſto.

Et utique 30. dies utiles) *L.privati, inf. ad Turpil.* Suetonius cap. 32. in Auguſt. vide cap. decimum de præſcriptionibus.

L.5. Juſte mulier nupta) Si contra ordinem judiciorum à muliere incipiatur; vide ſcripta ad *l.8. C. ad leg. Jul. de adult.*

L.6. Levia crimina) Con. *l.9. §. de plano, ſup.de off.proconſ.* ubi ſunt exempla hujus regulæ.

L.7. Perſeveraturos ſe in crimine) Vel accuſatione.

L.12. §. Si ſervus, Cotta, & Meſſala conſulibus) Temporibus Tiberii.

§. Omnibus autem) vide ſcripta ad *l. 2. C. eod.*

Idemque ſicuti relegatio) Relegatio impropie eſt pœna capitalis, cum ſe. objicitur pecuniariæ, & ſignificat corporalem pœnam, ut hic.

L.13. Mulierem) vide ſcripta ad *l. 4. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

De Cuſtodia, & exhibitione reorum. TIT. III.

L.2. §.ult. & nominibus ſub fidejuſſore) Legendum, ut Florent. *Hominibus*. Sic Græci 60. Βασιλ. *ἐὰν τῶν ὑπ' ἐγγύην γενομένων κρατῶνται*, id eſt, *ſi quis ſub fidejuſſore caverit*, in cauſſa civili, judicio ſiſti: Vide ſcripta ad *tit. C.ad Senatuſc. Maced.*

L.4. Pro quo ſatiſdedit) Judicio ſiſti, quæ cautio dicitur perſonalis in Nov.53. & fidejuſſio *παραστάσεως*.

L. 8. Carceri præpoſitus) Hunc vocant Græci clavicarium, hic differt à commentarienſi: vide cap.10. de præſcriptionibus.

Ad Legem Juliam majeſtatis. T I T. IV.

L. 1. Quod adverſus populum Romanum) Cic. 2. de invent.

L.4. Item qui confeſſum in judicio reum) vide ſcripta ad *l.9. C. de oblig. & act.*

L.7. in fin. Violatis, vel ſtatuis, vel imaginibus) Ex tit. 29. *lib.5. Sentent.* Pauli, veriſimile eſt, Tribonianum hæc verba Modeſtini, *vel verbis impiis*, ſic immutaſſe propter *l.1. C. ſi quis Imp. maledixerit.*

Ad Legem Juliam de adulteriis coercendis. TIT. V.

L.2. §.1. Si legem prodidiſſe) Sic Flor. vulgo rectius, *ſi non l.prodidiſſe.*

L.6. Et legis Aquiliæ actio) Si quis alienam ancillam intempeſtivam viro ſtupraverit, *l.25. ſup. de injur.* Si maturam, injuriarum eſt actio, ſervi corrupti non item. Quod enim in *l.2. ſup. de ſervo corrupto* ſcriptum eſt, de ſervo eſt, non de ancilla.

L.7. Infra viceſimum ſextum) Viginti quinque, ſed ultimus eſt annus utilis, hodie intra vigeſimum nonum, quia Juſtinianus in reſtitutionum cauſſis pro utili anno continuum quadriennium ſubſtituit: vide cap. 29. de præſcript.

Non à patre deſponſam) vide ſcripta ad *l. 4. ſup. de ſponſal.*

L.11. §.1. Adulterii pœna teneri) Id eſt, ſtupri non tamen inceſti. Idem in minore 25. ann. & muliere dicimus. Jus enim civile ignorare potuerunt, quo inceſtum committitur inter eos, qui ex tranſverſo, vel affinitate conjuncti ſunt, *l.38. inf. eodem.*

§. Adulterii reum intra quinque annos) vide cap.24. de præſcript.

Quidam. Quos in cuſtodia fuiſſet) Flor. *in cuſtodiam feciſſet*: ſic in *l.2. C.* de incolis, in civitate decem annos feciſſet. Græci *ὁ ποιήσας ἐν πόλει δέκα ἔτη*, *l.in teſtamento, ſup. de ſtatuliber.* vide cap.26. de præſcript.

L.13. Sive juſta uxor fuerit, ſive injuſta) hujus rei proprium exemplum eſt, ſi filiusfam. injuſſu parentis nuptias contraxerit: vide ſcripta Obſer.3. cap.5.

§.1. Quæ vulgaris fuerit)Sic eas quoque vocat Suetonius in Vitellio cap.2. & Græci vertunt *πόρνας*, vide ſcripta ad *l.22. C.eodem.* Male Alciatus in hunc loc. lib.2. *παρέργ.* cap. 40.

§. Judex. Adulterii) hic §. ſumptus eſt ex conſtitutione Divi Antonini.

§.3. Inter utroſque communicare) In Antonini reſcripto, unde hic locus ſumptus eſt, erat, *rem componere, vel cauſſam facti tollere*: ſicut ex Gregoriano C. recitat Auguſtinus ad Pollentium. Hoc autem referendum ad act. de moribus, de qua Ulp. in *Frag. tit.6.*

L.14. in fin. Calumniæ periculum non evitant) hoc referendum eſt ad Senatuſconſultum Turpill. id eſt, ad pœnam quinque librarum auri, qua puniuntur, qui deſiſtunt, *l.3. §. pen. de prævaricat. l.abolitionem, Cod. hoc tit.* non autem ad pœnam talionis, quæ poſt inducta eſt per *Nov.117.* vide c.13.de præſcript.& ſcripta eſt *l.5. C.eod.tit.*

L.15. §.1. Sine detrectatione) vide ſcripta ad *l.13. Cod. eodem.*

Niſi ſit ea perſona, quæ ad præſidis cognitionem) utputa decurio, aut principalis civitatis. Vide *d. l. 13.*

§. Lex Julia: ut minorem annis 25.) vide cap. 29. de præſcript.

Etiam eum accipimus, qui 25. annum ætatis agit) vide cap.1. de præſcript.

L.24. Vel in ſcenam ſaltandi cauſſa, &c.) Singularis eſt hic locus nec repetitur in titulo de his, qui notantur infamia ſup. vide ſcripta ad *l.4. C.eod. tit.*

L.25.Per horas diurnas nocturnaſque)vide c.2.de præſcr.

L.27. Si poſtulaverit accuſator) huc pertinet *l.8. ſup. de præſcript. verb. l.13. inf. de quæſtionib. l.15. ſup. de condict. cauſſa dat.*

L.28. Quæ ex lege deſcendit) Julia: vide ſcripta ad *tit. C. de condict. ex leg.*

L.30. Et ipſe ſexageſimus) Sic in *l.ubi lex, inf. de regul. jur.* vide cap. 13. de præſcript.

L. 37. Conſtitutum eſt) Ab Hadriano, *l. 6. §. pen. ſup. eodem.*

L.38. §. 1. Claudiæ crimen inceſti) Legendum *Claudio*: Nam ait excuſari propter ætatem. Claudia excuſaretur propter ſexum: vide ſcripta ad *l. 9. ſup. de jur. & fact. ignor.*

Verſ. inceſtum autem excuſari ſolet, &c.) id eſt, excuſatur ruſticitate, quam ſequatur pœnitentia. Qui per ruſticitatem inceſtum committit, invitus feciſſe videtur, ſi modo errore comperto ſtatim abſtinuerit. Nam ſi ſtatim

rim factum non corrigat, non videtur feciſſe invitus. Recte Ariſt. in pr. 3. Eth. *ἀκούσιον ἐν μεταμελείᾳ ἐστί.* Inviti facimus, quæ ſunt moleſta, & quorum poſtea pœnitet: vide ſcripta ad *l. regula, ſup. de jur. & fact. ig.* Invitus eſt is, qui corrigit factum: non volens, qui non corrigit.

L. 39. §. Duos quidem adulterii) Hanc Papiniani ſententiam Martianus refert in *l. 1. §. atquin idem alias, inf. ad Turpill.*

§. ult. De ſervis quæſtionem) Huc pertinet *l. 5. inf. de quæſt.*

L. 41. Idem lib. 1. Sentent.) Repetitur tamen *lib. 2. Sent.* Pauli.

L. 43. Si ex lege) 12. tab. vide ſcripta Obſerv. lib. 1. cap. 39.

Ad L. Juliam de vi publica. TIT. VI.

L. 5. Qui cœtu) Hæc l. ſumpta eſt ex *lib. 14. Inſtit. Martiani*, in quo de criminalibus rebus tantum agitur, ut conſtat ex Indice. Quæ inſcriptio ſuadet, ut dicamus in §. ſi de vi, quæri de vi criminaliter, de proprietate civiliter.

Diſtrahatur) id eſt, turbetur.

§. Si de vi: Divus Pius) Eadem verba ſunt in *l. ſi de vi, ſup. de judic.* niſi quod in ea legitur Hadrianus pro Pius, unde conſtat Hadrianum vocari Pium. Obſervandum autem hic & in *d. l. ſi de vi*, referri tantum Divi Pii reſcriptum, nihil ſtatui. Itaque ſequenda eſt *l. 1. Cod. de appellat.*

L. 8. Ne quis reum vinciat) Civem Rom. provocantem ad Imp. Paul. 5. *Sent. tit. 26.*

L. 11. Ex quibus ſinguli homines) Legendum *ſaluti hominis.*

L. ult. Qui nova vectigalia exercent) Qui nova vectigalia inſtituit, tenetur l. Julia de ambitu, qui ea exigit, tenetur *l. Julia de vi*: vide ſcripta ad *tit. C. vectigalia nova inſtitui non poſſe.*

Ad Legem Juliam de vi privata. TIT. VII.

L. 2. Hac lege) Sic l. Juliæ de vi privata reus eſt, qui convocatis hominibus vim fecit, ut hic apparet. Ergo, & qui armatis. Quare ſtatim probandum non eſt, quod quidam dicunt, vim armatam vocari publicam, inermem privatam.

L. 7. Creditores) Conjunge huic *l. leg. 13. ſup. quod metus cauſſa.*

L. ult. Si creditor) Chirographarius in Marci decreto *Nov. 60.* Aliud eſt in pigneratitio, Paul. *lib. 5. Sent. tit. 26.* ſi modo id faciat ex conventione, *l. pen. C. de pig. act.*

Ad Legem Corneliam de ſicariis, & veneficiis. TIT. VIII.

L. 3. Ejuſdem legis Corneliæ pœno) Flor. *pœnæ.* Nam & veteres ablativos pro genitivis uſurpabant.

L. 4. §. 1. In quinquennium relegat) vide cap. 24. de præſcriptionibus.

§. Idem: conſtitutum quidem eſt) A Domitiano, & à Nerva. Briſſonius 2. antiq. cap. ult. vide notata ad *tit. Cod. de Eunuchis.*

L. 7. Ad hujus legis coercitionem) In metallum tantum damnatur, quia hæc culpa doli faciem habet. Paulus 5. *Sent. cap. 23.*

L. 9. Furem nocturnum) At ex l. 12. tab. furem nocturnum quoquomodo occidere licuit, *l. 4. ſup. ad l. Aquil.*

L. 11. Circumcidere Judæis) Qui ſub Hadriano bellum moverunt, quod vetarentur, teſte Spartiano.

Ad Legem Pompejam de Parricidiis. TIT. IX.

L. 1. Matruelem) id eſt, materteræ filiam.

Conſobrinum, Conſobrinam) id eſt, ex fratre, & ſorore filium filiam.

L. 5. Patria poteſtas in pietate) unde patria poteſtas leniori vocabulo dicta eſt pietas. Tertullianus in apologia: *Gratius eſt vocabulum pietatis, quam poteſtatis.* Unde male quidam in *l. ult. ſup. ſi à parente quis manum. fuerit*, pro pietatis, emendavit, poteſtatis: vide ſcripta ad *l. 8. ſup. de probat.*

L. 9. More majorum) Qui mos invaluit ante l. Corn. quæ prima de parricidio fuit, & Pompejam, & ac primum omnium, ut Livius ſcribit, Publicius Malleolus matre interempta inſutus culeo in mare præcipitatus eſt (*Virgis ſanguineis*) ſic Plin. lib. 10. cap. 14.

L. ult. Eorum qui) vide ſcripta Obſer. 4. cap. 14. hujus l. interpretationem reſtituit, ex *l. 1. ſup. ad Sillan.* aitque non pertinere hanc l. ad crimen parricidii, ſed ad accuſationem de Sillaniano: vide ſcripta ad *l. 1. Cod. ad l. Cornel. de falſ.*

Ad Legem Corneliam de falſis, & de Senatuſconſulto Liboniano. TIT. X.

Liboniano) Quod & Claudianum dicitur: vide ſcripta ad *l. 4. C. qui accuſ. non poſſ.*

L. 1. §. 1. Itemque ob) Legendum. *Item qui ob inſtr. advoc.* teſtimoniave pecuniam acceperit pactuſve *fuerit, ſocietatem coierit, ad accuſationem innocentium*, ut apparet ex *l. 2. ſup. de concuſſione*, & ex *l. falſi, inf. eodem.*

L. 3. Qui ignorans) vide ſcripta, & not. ad *l. 4. & 5. ſup. de his, quæ ut indig.*

L. 7. Nullo modo) Con. *l. 5. ſup. de manumiſſ.*

L. 9. Lege Cornelia) vide notata ad *Rub. C. eod. titulo.*

L. 14. §. Si ſibi, & Titio adſcripſiſſet) hoc caſu certum eſt, ſuum nomen induci non Titii, & ideo Titio totum debetur. Paul. lib. 3. *Sent. tit. de leg.*

Si quaſi falſum nomen) Si nomen ſervi in totum circumſcribitur, ex eo ſequitur, neutri dominorum legatum deberi: alioquin inter re, & verbis conjunctos eſt jus accreſcendi, ſi legatum ſit ſervo communi, & legatum id valeat, quamvis Celſus, & Paulus putarint, non accreſcere, *l. & Proculo, ſup. de leg. 2.* merito ab eis diſſentiente Juliano in *l. 4. §. 1. ſup. de uſufr. accreſ.* vide not. ad eas ll. & ſcripta ad *l. 16. ſup. de leg. 1.*

§. ult. Maritus) vide *l. 61. & quatuor ſeq. ſup. ſolut. matr.*

L. 15. Item ſenatus: idem in filiam quæ dictante matre) vide ſcripta ad *l. 7. & 8. in fin. ſup. de juris, & fact. ign.*

L. 19. §. ult. Nullo temporis præſcriptione) Niſi vicennium præterierit. Ergo, licet mulier non poſſit poſt quinquennium adulterii accuſari, vel poſt 6. menſes utiles, *l. 29. ſup. de adult.* ſubjecti tamen partus accuſationi illæ præſcriptiones nihil proſunt.

L. 22. verſ. Sed etſi ei: dicamus eum pœnæ) Igitur rem ipſam potius ſpectamus, quam æſtimationem, ut in ſpecie *l. 9. §. qui pignor. ſup. de jur. & fac. ignor.*

§. Qui codicillos ante teſtamentum) vide ſcripta ad *l. 12. ſup. de probat.*

Item non: ut ſupra diximus) verba ſunt Triboniani, intelligit ex Calliſtrato *l. 15. ſup. eod.* vide ſcripta ad *l. 22. ſup. de verb. obligat.*

L. 24. In fine. Præfectus urbi falſum teſtamentum) vide ſcripta ad *§. ult. l. 135. ſup. de verb. oblig.*

Reſpondit ſecundum ea) Obſt. *l. 5. an libertas, ſup. de his quæ ut indig.* vide ſolut. in not. & ſcripta ad *d. l. 5.*

L. 27. Vel falſo diplomate) Libri Baſil. habent, *διὰ πλαστοῦ συνθήματος.* Euſtath. *κομβίτας*, cap. 4. de præſcript. vide ad *l. 137. ſup. de verb. oblig.*

L. 28. Falſi crimine) In debitorem, non in creditorem *l. 3. ſupro de fid. inſtr.*

L. 32. Hodie) Idem Paulus 5. *Sent. tit. 23.* Olim erat tantum popularis actio in quingentos aureos: vide ſcripta ad *l. 7. ſup. de juriſdict.*

L. ult. Nullo auctore habito) Legendum *auctore exhibito* ex *l. 4. Cod. eod.*

De Lege Julia repetundarum. TIT. XI.

L. 2. Datur) hæc l. accipienda eſt de pœna de qua in *l. 1. & ult. C. eod.*

Intra annum duntaxat) vide cap. 20. de præſcript.

L. 8. Quod contra legem) huc pertinet *l. ult. ſup. pro donato.*

De Lege Julia de annona. TIT. XII.

L. 1. Conſtituitur) huic l. aptanda eſt *l. 7. ſup. ad l. Cornel. de falſ.*

Ad Legem Juliam peculatus, & de ſacrilegis, & de reſiduis. TIT. XIII.

L. 7. Ante quinquennium admiſſum) vide cap. 24. de præſcript.

L. 9.

L.9. §.1. Et ideo æditum) κωμῳδιάζειν in Nov.

L.10. *Flor.9. in fin. pignus capiendo*) vide ſcripta ad *l.1, ſup. de juriſd.*

De Lege Julia ambitus. TIT. XIV.

Ab Auguſto lata) vide not. ad init. *tit. Cod. eod.*

L.1. Magiſtratuum) ut duumviratum, qui mandatur curiæ decreto.

Non tamen pecuniam recipit) hoc & Cic. indicat pro Cluent. tractans de Publii, & T.Guttæ judiciis.

§. Item is, qui novum) vide ſcripta ad *tit. Cod. de ambitu*. Qui ea exigunt, tenentur l. Julia de vi publ. *l.ult. ſup. ad l.Jul. de vi publ.*

Per legem Juliam judiciariam) Cujus varia cap. notata ſunt in *l.2. ſup. de judiciis*. De hoc autem capite hæc habetur Valentis,& Gratiani conſtitutio ad Antoninum PP. in hæc verba, ne quis in domum judicis ordinarii pomeridiano tempore, ex occaſione ſecreti, familiariter ingredi affectet. Quæ convenit cum *l.1. C.Theod. de off. civil. jud.* ubi eſt, ne pomeridianis horis (quibus ſcilicet judicia paululum ſilent) à litigatoribus judices adeantur: vide ſcripta ad *d.l.2. ſup. de jud.*

Ad Senatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum. TIT. XVI.

Hoc Senatuſconſultum factum eſt Neronis temporibus Cæſonio Pæto, & Petronio Sabino Turpilliano coſſ. vide ſcripta ad *l.6. C. qui accuſ. non poſſ.*

L.1. §. Calumniatoribus: lege Remmia) *L.13. ſup. de teſtibus*.

§. Accuſationem: poſt quinque annos) vide cap. 24. de præſcript.

Poſt ſex menſes utiles) vide cap.27. de præſcript.

Atquin Papinianus reſpondit) hoc Papiniani reſponſum exſtat in *l.mulier, inf. eod.* Itaque in *d.l.mulier*, ex hoc *§.* addenda eſt negatio.

Senatuſconſulto Turpilliano non plecti) Quia nec recte accuſationem inſtitueret, non quod in jure, aut facto erraverit.

Atquin idem alias ſcribit) *L.39. §. duos, ſup. ad l.Jul. de adult.*

L.3. Et in privatis) In publicis autem judiciis calumnia jure ordinario, id eſt, l. Remmia vindicatur, *l.1. §.2. ſup. eod.* Hodie tamen ex conſtitution. omnia crimina extra ordinem puniuntur probanturque, *l.ordo, ſup. de jud. publ.*

L.4. Mulier, quæ falſi) Mulier jure non accuſat, niſi ſuam, aut ſuorum injuriam perſequatur, & eo caſu, ſi deſiſtat ab accuſatione, incidit in Senatuſconſultum Turpill. *l.pen. C. eod.* Si ſuam injuriam non perſequatur, & accuſet, & poſtea deſiſtat, non incidit in Turpill. *l.1. §. accuſationem, ſup. eod. tit.* ubi id refertur ex Papiniani reſponſo, quod eſt in hac l. Ideoque ex *d. §. accuſationem*, in hac l. addenda eſt negatio, ut legamus, *injuriæ non propriæ*: vide ſcripta ad *l.regula, ſup. de jur. & fact. ign.* & ad *l.4. C. de his, qui accuſ. non poſſ.*

L.6. Ab accuſatione deſtitit) Vide notata ad *l. deſtitiſſe, ſup. de jud.*

L.7. §.1. Sed officio judicis culpa ejus coercebitur) id eſt, extra ordinem, *l.ult. Cod. de crim. ſtellion.* vide ſcripta ad eam.

L.8. Abolitio) vide ſcripta ad *l.6. Cod. qui accuſ. non poſſ.*

L.9. Vel ob rem proſpere geſtam) Vel ob natum Imperatori filium, ut Conſtantius ob natam Helenam, & Criſpum.

L.10. Aut privatim) vide ſcripta ad *l. 6. C. qui accuſ. non poſſ.*

§.ult. Triginta dies repetendi) Cum ab Auguſto præfiniti, & obſervati eſſent 30. dies Suetonius in Auguſto cap.32. Cæterum Harmenop.lib.2. tit.1. ait, hos dies continuos eſſe, ex poſterioribus ſcilicet conſtitut. ſic in *l.3. ſup. de accuſat.* vide cap.20. de præſcript.

L.12. Senatus cenſuit abolitionem) vide ſcripta ad *l. 6. Cod. qui accuſ. non poſſ.*

L. 13. Deſtitiſſe) vide notata ad *l. deſtitiſſe, ſupra de judic.*

L. 14. Non eſſe cogendum accuſationem implere) Tutor etiam excuſatur à pœna Turpil. ſi finito officio tutelæ deſtiterit, *l.22. ſup. de his, quæ ut indig.*

L.15. §. Qui poſt inſcriptionem: vel biennio) Hæc verba, vel biennio ſunt Triboniani ex conſtit. Juſtiniani, *l.ult. C. ut intra cert.temp.crim.* qua finis criminales cauſſæ conſtituitur biennium, olim erat annus, *C. Theod. ut intra annum criminal. l.2. C. ad l. Corn. de falſis l.reus, inf. de mun. & hon.* vide ſcripta ad *l.58. ſup. de verb. oblig.* & cap.20. de præſcript.

De Requirendis reis, vel abſentibus damnandis: TIT.XVII.

L.1. In fine, nam etſi intra annum) vide cap.20. de præſcriptionibus.

De Quæſtionibus: TIT. XVIII.

L.1. §. Item Severus Spicio Antigono) vulgo: Antoninus Verus Septitio Antigono, &c. Hic *§.* citatur *l.1. Cod. eod.* unde conſtat in ipſius inſcriptione legendum *Antigono*, non ut vulgo, *Autianæ*.

§. Si quis ultro de maleficio) Exemplum hujus rei eſt elegans apud Valer. Max. lib.8. cap. 4. de eo, qui capite mulctatus eſt, quod hominem ſe occidiſſe falſus eſſet, qui tamen vivebat.

L.4. ut Papinianus reſpondit) In *l. 17. inf. eod.* hoc & Ammianus Marcellinus tradit 28. *Mancipia*, inquit, *ſqualore diuturno marcentia*, *&c.* Sed ſi per adulterium inceſtum committatur, domino inceſti poſtulato, de ſervis quæſtio habetur, *l.prox. hic & l.vim, §.ult. ſup. de adult.* Nec inceſti crimine adulterii crimen obliteratur, in quo ſervi torquentur, *l.1. C. eod. l.17. inf. eod.* Olim & in ſolo inceſtu quæſtio habebatur ex veteri Senatuſconſulto. Tacitus lib.2. Cic. pro Milone, & pro Dejotaro. Valerius Maximus lib.6. cap.8.

L.9. Divus Pius reſcripſit) huc pertinet *tit.15. in fin. lib. 16. Sent. Pauli*.

Ut Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt) Flor. *ut & Divus Severus reſcripſit*. Refertur pars ejus reſcripti, in *l.1. C. eodem.*

§.2. Et multo minus indicia ſervorum) Quoniam ſervus natura domini hoſtis eſt, ut ait Theophilus, & Hermogenes περὶ στάσεων.

§.ult. De eo, qui inſulam) Liber enim eſt jure gentium: vide ſcripta ad *tit. Inſtit. de capitis deminut.*

L.10. in fin. Veritatem requiri) vide ſcripta ad *l.6. Cod. eodem*.

L.13. Certo pretio) De eo reddendo, vel æſtimatione ejus.

Receptum eſt) *L. 17. ad legem Juliam de adulteriis coerc.*

L.15. §.ult. Eum qui vindicanti) De hoc *§.* vide ſcripta ad *l.6. Cod. eodem.*

L.17. Ac poſtea Maximus princeps) id eſt, Severus Imperator, *l.8. inf. de vacat. muner. l.78. ſup. de leg.2.*

L. 18. §. Judex, eum de fide) Paulus libro 3. *Sentent. tit.16. 2.*

L.20. Maritus quidam) De hac l. vide ſcripta ad *l.3. C. de reb. cred.*

Ideoque recte provocatum) vide ſcripta ad *§. Seja, l. qui Romæ, ſup. de verb. oblig.*

In gloſſ. A quæſtionibus) Dele primum hæc verba (*Sed contra, ſup. de dote præleg. l.Theopompus*) & repone: nihil tale probat *d. l. Theopompus*: ut probat ejus ſpecies: Deinde hæc etiam delenda ſunt (*ſed quia ancilla in cauſſa pecuniæ contra dom. torta eſt, ut C. de quæſt. l.1.*) & dic, male. Accurſius hanc l. reſtringit ad proprios ſervos.

De Pœnis. TIT. XIX.

L.8. §. Hoſtes autem, item transfuga ea pœna) Leg. *Ad hoſtes autem transfugæ, &c.* vide ſcripta Obſervat. lib.4. cap.9.

L. 9. §. Sed enim liberandi erant) Sententia enim eos quidem tenet, ſed non cum effectu, *l.6. §. quid tamen, ſup. de inj. rupt. irr. f. teſtamento.*

L.11.) vide ſcripta ad *l.2. C. de teſtib.*

L. 13. Qui extra ordinem) At hodie omnia judicia ſunt extraordinaria: vide not. ad *l.aliud fraus, inf. de verb. ſig.*

Digitized by Google

ſig. ſicut & ſcriptā ad *l. 2. §. ult. ſup. de jud.*

L. 16. §. Qualitate : Orator Demoſthenes) Locus eſt in Orat. contra Midiam, quam citat etiam Fabius libro ſexto cap. 1.

§. Eventus : quamquam nan minus lex) Cornelia de ſicar. *l. 7. l. ad l. Corn. de ſicar.*

L. 17. Vt ſunt in opus publicum perpetua damnati) Qui tamen libertatem retinent, *l. 28. §. Divus, inf. eod.*

Vt eo quidem, quæ juris ſunt civilis) Hujus rei rationem reddidit idem Martianus in *l. 15. inf. de interdict.* quæ l. non extat. Deſiderantur enim in eo tit. 10. cap. quæ nobis conſervarunt libri Βασιλικῶν : vide not. ad finem ejus tit. & ſcripta ad *l. 121. §. in inſulam, ſupra de verb. obligat.*

L. 22. Si modo, vel cognatas, vel affines habeant) Quibus ſci. alantur. Quamdiu ſunt ſervi pœnæ, de publico annonam accipiunt.

Non minus 10. annis) Vide reſcriptum Trajani apud Plinium lib. 10. Epiſt.

L. 23. Decennii tempora præfinita) vide cap. 26. de præſcriptionibus.

L. 24. Statuas detrahendas) *L. 17. infra de interdictis & relegat.* ex lib. *Βασιλ.* vide ſcripta ad *§. in inſulam, l. 121. ſup. de verb. ablig.*

L. 25. Si diuturno tempore) Suetonius narrat, Auguſtum aboleviſſe nomina diuturnorum reorum.

L. 28. Ad furcam damnatio) Calliſtratus ſcripſerat, *ad crucem.* Vide ſcripta ad tit. decimum ſeptimum, lib. quinti Sentent. Pauli.

§. Divus Hadrianus, quandiu etiam ii, qui nan in perpetuum apus) At, qui non in perpetuum opus damnati ſunt, utrumque retinent : quandoquidem hæc pœna eſt ex minimis: Paulus *d. tit. 17 lib. 5.*

§. Venerarii) Leg. ut Florent. *Venenarii*, ut ſæpe apud Apulejum & Tertul. in Apolog. Hi tenentur l. Corn. de ſicariis.

§. Incendiarii ut, qui jactura effectus eſt, damni) Id eſt, quadrupli diſpendio id damni ſarcitur. Paulus lib. 5. Sentent. tit. 3.

§. Famoſos : furca figendo) Calliſtratus ſcripſerat, *cruci figendos*, ſed ejus ſupplicium à Conſtantino ſublatum erat.

L. 32. Si præſes) Pertinet ad tit. *de his qui not. infam.* ut docet inſcriptio.

L. 33. Fratres Impp. reſcripſerunt) In *l. 1. C. qui non poſſ. ad lib. pervenire.* Cujus legis inſcript. ſic ex hac l. reponenda eſt, *Impp. Antoninus, & Verus*, qui vulgo, ut & hic, Divi fratres vocantur. Quin & initio legis expunge, *Claudius.*

L. 38. §. 1. & 2. In furcam tolluntur) Paulus *lib. 5. tit. 22. ſcripſit in crucem tolluntur.*

§. Qui abortianis, aut amatorium) Paulus *lib. 5. Sent. tit. 23.*

§. Si quis inſtrumentum litis) Sic & teſtimonia litis : vide not. ad *l. 4. ſup. de teſtib.*

A procuratore) Quia Juſtiniani tempore ſublati erant cognitores, Tribonianus hic cognitoris nomen poſitum exemit, ut conſtat ex Pauli *lib. 5. Sent. tit. 25.*

§. Judices pedanei) Paulus lib. 5. Sent. tit. 28.

L. 39. Cluentia Habito) Flor. *Avita* pen. longa : Nam non eſt nomen Romanum.

De bonis damnatarum : TIT. XX.

L. ult. Paulus libro ſingulari de portionibus, quæ liberis) Vulgo male inſcriptio hæc in Rub. verſa eſt, & hæc *l. ult. facta unica.*

Et in jure civili) Id eſt, in 12. tab. argumento *l. 220. inf. de verb. ſig.* Conj. huic legi *l. 7. ſup. de ſtatu homin.*

§. Si in libertinum) Idem dicitur in *l. 28. ſup. de bonis libert.*

De bonis eorum, qui ante ſententiam, vel mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt. TIT. XXI.

L. 1. In capitalibus criminibus) Huc pertinet *l. 18. C. de tranſact.*

L. 2. §. 1. Antequam de eo ſorte judicium) Legendum

A *ſorte judicium.* Per ſortem judices delegabantur. Hinc κληρωτοὶ dicuntur : iidem ſunt pedanei διαιτηταὶ, δὶ δικαστικοί.

L. 3. §. 1. Celeritatem eſſe obnoxiam) Legendum *ſceleritatem*, ut Flor. id eſt, ſcelus.

§. Si quis autem Talio : Divus Antaninus reſcripſit) Intelligit *l. 1. C. de bonis eor. qui mort. ſibi conſciu.*

De interdictis, & relegatis, & deportatis. TIT. XXII.

Vide ſcripta ad *§. in inſulam, l. 121. ſup. de verb. oblig.*

L. 4. Sententia : partem bonorum adimere) vide ſcripta ad d. *§. in inſulam.*

L. 5. Aut lata fuga ut omnium locarum interdicatur) Legendum, id eſt, lata fuga, aut omni loco interdicto, vide *tit. 17. lib. 5. Sent. Pauli.*

L. 6. §. 1. Deportandi) vide not. ad *l. 1. §. 1. ſup. de leg. 3.*
B & ſcripta ad *l. 2. ſup. de leg. 1.* & ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

§. Præſides, miſſa plena apinione) Cui adjunguntur acta, & refutatoriæ preces, ſive libelli rei, & ſupplementa partium : vide ſcripta ad *l. 6. §. ejus qui, ſup. de inj. rupt. teſtam.*

L. 17.) In hac lege delenda ſunt hæc verba in initio *§. 1. (Hæc eſt differentia inter deportatos, & relegatas quod)*

§. Conſtitutum eſt) A Claudio. Suetonius in ejus vita, cap. 23. Idem etiam tradebatur in *l. 19. hujus tit.* quæ eſt Calliſtrati & addebatur, cum abſtinere debere illa civitate, in qua princeps agit, aut per quam tranſit, quod ſolum licet iis, qui accedere poſſunt. Imperatorem, qui pater patriæ eſt, intueri. Vide ſcripta ad *d. §. in inſulam*, Idem in *l. milites, §. miſſionum, inf. de re milit.* vide etiam ſcripta ad tit. *C. ſi ſervus export. ven.* His adde *l. cum do-*
C *tem, §. ſi pater, ſup. ſol. matrim.*

L. 9. Poteſt præſes) Sicut & Claudius introduxit, auctore Suetonio, poſſe quem damnari, ne urbe exeat, vide ſcripta ad *l. 121. ſup. de verb. ablig.*

Ad finem tit. Deſunt in hoc tit. 10. cap. quæ conſervarunt nobis lib. Baſil. Argumentum hujus rei eſt in Archetypo. Flor. in quo ad finem hujus tit. eſt ſpatium quoddam cum notula, quæ indicat, deeſſe quædam. Hæc capita notavi in ſcript. ad *§. in inſulam, l. 121. ſupra de verb. oblig.* Vide etiam not. ad *l. quidam, ſup. de pœnis* L. 10. eſt Marciani, non poſſe, quem damnari, ne utatur neceſſariis impenſis, l. 11. eſt Ulp. qua punitur pecuniariter, qui recipit legatum &c. Eas vide ad dict. l. 121. & ſcripta ad tit. *C. ſi ſer. export. ven.*

De ſententiam paſſis, & reſtitutis. TIT. XXIII.

D *L. 1. Ad ſue eſſionem*) Hoc cap. eſt de ſpeciali reſtitutione in infinitum concepta.

L. 3. Vtiles actianes neceſſariæ) vide ſcripta ad *§. in inſulam, l. 121. ſup. de verb. oblig.*

AD LIBRUM XLIX.

De Appellationibus & Relatianibus. TIT. I.

LEX 4. §. 1. *Si interveniente creditore*) Id eſt, ſciente vel patiente.

L. 5. §. 1. Si querantur per colluſionem) Id conſtat ex initio *l. 14. inf. eod.*

§. ult. Si quis ipſo die) Sententiæ : vide cap. 3. de præſcriptionibus.

E *Biduum vel triduum*) At ex Nov. Juſtiniani dantur decem dies.

L. 8. Eum plecti) Paulus in *l. 42. ſup. de injur.* ait, cum infamia notari.

L. 14. Si perluſoria judicio) Id eſt, Colluſorio : vide ſcripta ad *l. ſervus plurium, §. 1. ſup. de leg. 1.*

§. ult. in fi. Permittimus eis agere) Quia quod vicit, non ex jure ſuo conſequutus eſt, ſed ex contumacia heredis.

L. 16. Quæ de recipiendis necne) Sic Flor. pungitur, & legitur, *necnon*, id eſt, vel non.

L. 17. §. ult. Curatoris Auctoritas ad hoc) vide ſcripta ad *l. 101. ſup. de verb. oblig.*

L. 19. §. 1. Et præſcriptione ſummotus ſit) id eſt, quia tardius judicio appellationis adfuit, *l. ult. §. illud C. de tempor. appell.*

L. 21. §. Qui non juſte appellaverit) vide ſcripta ad *§. Seja*, *l. qui ratione*, *ff. de verb. oblig.*

§. ult. Apud ſequeſtres deponi) vide ſcripta ad *tit. C. de probib. ſeq. pec.*

L. 23. §. 1. Cum procurator Cæſaris) De hac re vide notata, & ſcripta ad *l. pen. C. ſi mancip. ita fuerit alien. ut manum.*

L. 24. Negotiorum geſtor.) Qui uſuras debebat ex ſententia. De hac l. vide ſcripta, & not. ad *l. 13. Cod. de uſuris*, quæ obſtant.

Vel tutor) In tutela uſuræ veniunt ipſo jure, *l. 1. in fi. ſup. de uſuris.*

Vſuræ principalis) Fuit ergo alia acceſſoria, id eſt, uſuræ condemnati tam in ſorte; quam in uſuras.

Dandam eſſe utilem actionem) Quia prior ſententia de uſuris huc trahitur.

L. ult. §. 1. Cur denegandum eſſet appellationis auxilium) Idem eſt in omni jurejuran. judiciali, id eſt, quod ex ſola auctoritate judicis venit. Res enim potius, quam jurejurando tranſigi videtur. At poſt jusjurandum, quod in judicio ab adverſario defertur, appellari non poteſt, quia & id, ſicut voluntarium ex conventione proficiſcitur, *l. ult. ſup. de jurejur.* Huc pertinet tit. 32. *lib. 5. Sent. Pauli.*

Quis, à quo appellatur. TIT. III.

L. 1. Ipſe erit provocandus, qui eum judicem dederit) Quoniam ei tantum notionem dedit, non juriſdict.

§. ult. Ab eo, cui quis mandavit juriſdictionem) Excepto legato proconſulis: vide not. ad *l. 2. inf. eod.* & ſcripta ad *l. 2. §. ult. ſup. de judic.*

L. 2. Appellari à lege proconſul) Hinc quidam colligunt, ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, appellari ad eum, qui mandavit, quod falſum eſt: Nam appellatur ad ſuperiorem, *l. 1. ſup. eodem tit. §. 1.* quoniam ipſemet, qui judicaverit, videtur appellari, quoniam delegantia vice judicavit. Sed dicendum, hoc ſpeciale eſſe in legato proconſulis, ut ab ipſis ad proconſules provocetur: Nam legati proconſulis non eliguuntur judicio proconſulis, ſed legantur à rep. ut ait Cic. in lib. de petitione conſulatus, & eis ſolis proconſul poteſt mandare juriſdictionem. Prætor vero cuilibet mandat ſuam juriſdictionem, nec ab eo ad prætorem appellatur. A judice vero dato appellatur ad eum, qui dedit, quoniam ei tantum notionem dedit, non juriſdictionem. Sive itaque is eum elegerit, ſive partes, ſive princeps, ad eum appellatur, qui dedit, *l. 3. eodem tit.*

A legato) Leg. ut Flor. *à legatis*. Nam proconſuli plures legati dabantur, *l. legati*, *ſup. de off. proconſ.* (*Et ſi mulctam dixerit*) Hi poſſunt mulctam dicere, quoniam proconſul omnem eis juriſdictionem mandavit: vide etiam ſcripta ad *l. 5. ſup. de juriſdict.*

De iniquitate ejus) Hoc abſurdum eſſet, niſi legatus haberet quid proprium, ne idem à ſeipſo appellet: vide ſcripta ad *l. 1. ſup. eod.*

Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora. TIT. III.

L. 1. §. In propria cauſſa biduum) At in aliena triduum. verum hoc abrogatur *Nov. 23.*

In gloſſ. præſcriptio) Dele totam addit. quia tardius judicio appellationis finitur, quod idem eſt, agi poteſt, *l. ult. ſup. ad Trebell.*

De Appellationibus recipiendis, vel non. TIT. V.

L. 2. in fi. Vel in criminali) Addantur alii caſus, quibus ab interlocutione appellatur, cum quem judex mulctat, *l. antepen. inf. de verb. oblig. l. & in mulctis*, *C. de appel.* Item caſus *l. cum te præſcript. C. Theod. de appell. & l. nullum*, *C. Theod. quorum appell. non recip.* vide not. ad *d. l. antepen.* & ſcripta ad *l. 2. ſup. de judic.*

L. 3. Intra triduum) hæc l. fugitiva eſt.

L. ult. Vt D. Hadrianus conſtituit) hoc intelligendum eſt de ejus edicto. Exemplo enim legis Juliæ ſimul de viceſima, & aperiendis tab. conſtituit *l. ult. C. de edict. D. Hadr. tol.*

De Libellis dimiſſoriis. TIT. VI.

Addit Flor. qui Apoſtoli dicuntur. Vide Paulum 5. *Sentent. tit. 34.*

L. 1. Petiiſſe intra tempus) Ex *l. eos*, *§. ult. C. de appel.* etiam non petente appellatore ſine aliqua dilatione à judice Apoſtoli dantur,

Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. TIT. VIII.

L. 1. §. ult. Si apud eundem judicem) De mutuis petitionibus: vide ſcripta ad *l. 6. C. de compenſ.* & ibi notatos locos.

Secundum ſacras conſtitutiones) Intelligit *l. 8. C. de compenſat.* vide ſcripta ibid.

De Jure fiſci. TIT. XIV.

L. 1. Vel rem litigioſam venundari) hac de re vide ſcripta ad tit. *C. de com. rerum alienat.*

Vel adverſus leges) id eſt, ſecundum leges: ut apud Ulp. tit. 20. *adverſus l. teſtari*: vide not. ibi. & ad *l. 5. ſup. de uſurpat. & uſucap.*

§. Divus: quadriennio finiri) vide cap. 23. de præſcript.

§. Præſcriptio autem 20. annorum) *L. 2. ſup. de requir. vel abſ. dam. l. 13. ſup. de div. temp. præſcrip.*

§. ult. Differri poſſunt) Lege, *deferri*. Græci προσαγγέλλεσθαι lib. 55. Βασιλ. vide cap. 28. de præſcript.

L. 2. §. Item Divi: toties edenda eſſe inſtrumenta) Ex hoc §. interpretandus eſt locus Harmenop. *l. 1. Epit. tit. 7.* ubi dicitur, tunc reum cogi inſtrumenta in ſe proferre, cum cauſſa civilis eſt, non criminalis: quod falſum eſt, niſi reſtringas ad fiſcum.

§. Imperator noſter) Obſtat *l. 1. ſup. de his, quæ ut indig.* vide ſolut. in ſcriptis ad eam, & not. ad *l. 5. in fin. illo titul.*

Pœna plectendos) Si capitali judicio patronos principaliter accuſarint, quod non addidit in ſpecie *l. 1. ſup. de his, quæ ut indig.*

§. ult. Quod ignotus juris ſui) id eſt, qui in facto proprio errat, *l. 3. ſupra de juris, & facti ignor. l. cum putarem*, *ſup. famil. erciſc.*

Propter ruſticitatem) Loquitur de errore facti prorii: vide ſcripta ad *l. reg. ſup. de juris, & facti ignor.*

L. 3. Non Intelligitur) huic l. obſtat *l. ita fidei*, *infra*, *eod.* Dicendum, in hac l. duo quæri, an id fideicommiſſum videatur datum palam, & d. l. ita, ait, non videri, quia non apparet quid petierit. Deinde quærit, an fraus ſit facta, & definit tunc fraudem fieri, cum heres non rogatur teſtamento, & codicillis, ſed privato chirographo. Unde hic fraudem non eſſe factam legi dici poteſt: Nam illa ſola verba idonea taciti fideicommiſſi ſuſpicionem non faciunt, ſed ſi conſtet de tacita conventione, ea verba non facient, quo minus fraus legi facta videatur, quia non ſunt plana: vide ſcripta ad *l. in tacitis*, *ſup. de leg. 1.*

Perque Deum, ut faciatis) vide ſcripta ad *Rub. C. de reb. creditis, & jurej.*

Domeſtica cautione) id eſt, repromiſſione non ſcripta.

§. Si quis palam) id eſt, ſi tacite, ſi modo capaci, *l. 1. C. de delator. lib. 10.*

§. Quando: vel contra) id eſt, ſi rogatus ſi reſtituere capaci, & mortis tempore ſit incapax. Hoc etiam caſu exſpectamus exitum, ſi conſilium intervenerit. Quod non negatur in *l. in fraudem*, *§. 1. de his, quæ ut indign.* quæ objici ſolet: Nam ſolus exitus ſine conſilio heredem pœnæ obligat. vide ſcripta ad *l. in tacitis*, *ſup. de leg. 1.*

§. Cum quinquennium) Olim locationes publicorum vectigalium fiebant in quinquennium à cenſoribus. Varro lib. 4. de lingua Latina, hodie in triennium, *l. 4. C. de vectigal.* vide ſcripta ad eam.

§. Multa principalia) vide ſcripta ad *l. 3. C. de oblig. & action.*

§. Divus: fiſci advocato) Quem primus idem Hadrianus inſtituit, auctore Spartiano.

§. Si in locis: Divi fratres conſtituerunt) Refertur contraria Divi Hadriani conſtitutio in *§. theſauros*, *Inſtit. de rerum diviſ.* ſic contrariæ Impp. Antonini Pii, & Caracallæ ſententiæ referuntur in *l. non putabam*, *ſup. de condict.*

& de-

& demonſt. & l. qui filium, §. Fabius, ſup. ad Sentuſconſultum Trebell. vide not. ad d. §. Fabius, & ſcripta ad l. ſi cui legetur, ſup. de legat. 1. & ſcripta ad l. 5. ſup. qui teſt. fac. poſſ. Temporum autem ordo ſuadet, ut librum non Hadriani conſtit. ſequamur. A

L. 4. In fiſci cauſis) Pertinet ad edictum de his, qui notant. infam. ut docet inſcript. Et videtur conjungenda cum l. 6. §. pactus, ſup. de his, qui notant. infam.

L. 10. Non puto delinquere) Sic in l. 2. C. Theod. de advocatis fiſci: vide ſcripta ad l. in tacitis, ſup. de leg. 1.

L. 13. A præfectis ærario) Cujus erat bona fiſco delata, vel agnoſcere, vel repudiare, l. ego, §. plane, ſup. de fideicommiſſ. libert. Ulp. in Frag. tit. 1.

§. Extat: ultra vulgare præmium) Quod credo olim fuiſſe quartam partem bonorum delatorum, & inde delatores dicti ſunt quadruplatores. Sveton. refert, Neronem præmia ingentia delatorum legis Papiæ reduxiſſe ad quartas, ut eſt vulgare. At ex l. ult. C. de delatoribus datur 8. Ea eſt conſtitutio Græca, nondum edita, cujus conſtitutionis ſententia extat in lib. 56. Baſil. ex ea eſt, quod ſcripſit Harmenop. lib. 5. epit. tit. 8. ubi ait, delatori dari octavam τῶν προσαγγειλάντων, vide ſcripta ad l. 1. ſup. de his, quæ ut indignis. B

§. Eos qui quaſi indigni) Hic §. & §. ult. ſup. l. 5. de his quæ ut indig. obſtant l. 1. illo tit. vide ſolut. in notatis ad d. l. 5. §. ult. & ſcripta ad l. 1. illo tit.

L. 16. Quicumque accipere debemus) vide ſcripta ad l. 1. inf. de verb. ſignific.

L. 17. Creditoribus poſtponi) Qui & in actione hypothecaria præferuntur, ſi tempore priores ſunt, l. 8. ſup. qui pot. in pign. C

L. 26. Non videri in fraudem) Reo emancipandi cauſſa occaſionem acquirendi negligere licet, & ſi ex ea re fraudetur fiſcus, l. ult. §. emancipatione, ſup. ad l. Jul. Majeſt. vide ſcripta ad l. 5. C. de condict. indeb.

L. 27. Cum mortem uxoris) vide ſcripta ad l. 3. ſup. de his, quæ ut indig. & not. ad l. 20. illo tit.

L. 28. Poſtea acquiſita) Id eſt, poſt poſteriorem fiſci obligationem, l. ult. ſup. qui potior in pign. regulariter fit utriuſque creditoris concurſus, l. 7. §. ult. illo tit.

In gloſſ. Reſpondiſſe, tutelæ & tutoris) Lege: tutelæ & temporis.

L. 29. ut pro convicto) Sane invito adverſario lis non reſtituitur, quem conſtat reſtitutum eſſe, quod nondum ſit probata colluſio. Itaque prius judicium defugiente reo, neceſſario agitur de dolo, colluſionis nomine, l. 7. §. pen. ſup. de dolo. D

§. ult. Imperator noſter) Antoninus.

Cum patre) Severo. Hujus reſcripti pars eſt in l. 1. C. de his quibus ut indignis: vide ſcripta ad l. 13. & 17. ſup. illo tit. de his quæ ut indignis auf.

L. 31. Obſidium bona) Quæ Romæ ſunt, ſi Romanis obſides dati ſunt.

L. 32. Sed ſi accepto uſu togæ Romanæ) A populo, vel à principe. Uſus enim togæ juris publici eſt, togæ jus peregrini non habent, licet ſocii ſint, & amici pop. Romani.

L. 34. Imperatores Severus, & Antoninus) vide notata ad l. tranſigere, C. de tranſact. & l. 9. C. de contrah. & commit. ſtipul.

L. 35. Inhibendæ petitiones creditorum) Hoc favore fiſci introductum eſt. Itaque nihil obſtat l. ult. §. 1. C. de petit. heredit. E

L. 36. Prædiis à fiſco) Obſtat l. penult. C. de fide haſtæ fiſ. l. ult. inf. de cenſibus, l. 2. in fin. inf. de fundis rei privatæ, ubi dicitur, eum, qui emit rem à fiſco, emere ſine reliquorum onere. Dicendum hanc l. accipiendam eſſe tantum de tributis, non de reliquis. Vel ſi quod lex inouere videtur de reliquis accipiatur, dicendum erit, id placuiſſe prioribus Imperatoribus, ut docet l. 1. C. Theod. de fiſci debitor. poſterioribus diſplicuiſſe: vide ſcripta ad principium tit. C. ſine cenſu, vel rel.

L. 40. Ita fidei) Obſtat l. 3. in prin. ſup. eod. vide ſolut. eo loco, & in ſcriptis ad l. in tacitis, ſup. de leg. 1.

L. 41. Eum qui bona: vide notat. & ſcripta ad l. 1. C. de de hered. vel act. vend.

L. 45. Idemque juris eſt) Budæus omnino pugnare putat hanc l. cum l. cum quidam, ſup. eod. vide notata & ſcripta ad eam, & ad l. 5. C. de condict. indeb.

Etſi non quæratur) Id eſt, acquiratur, cum poſſet acquiri. Male Alciatus 3. Parergōn cap. 19. hæc verba ſic exponit, etiamſi debitor fiſci, qui rem alienat, in accipientem dominium non transferat. Rectius Græci: τὰ ἀπωλούμενα δὲ μὴ κτώμενα, alienata & non acquiſita vide ſcripta ad l. 5. C. de condict. indeb.

§. Ejus bona: quod ſi id tædio) Hæc Sent. Pauli exſtat lib. 5. Sentent. tit. 12.

§. Fiſcalibus: non pluſquam duo) Vide cap. 13. de præſcript.

§. Si principalis) Hic §. loquitur de debitore fiſci, non de cap. minuto, aut de confiſcato, cujus debitoris bona æris ſui cauſſa fiſcus occupavit, quare his videtur eſſe contentus, ut & in l. à D. Pio §. ſi pignor. ſup. de re judic. Merito igitur fidejuſſor liberatur, niſi acceptus ſit in id quod debitor ſolvere non poſſet. Quare huic §. nihil obſtat l. 1. C. de fidejuſſor.

L. 46. §. Quod à præſide: & æſtimatio ejus fiſco) vide not. ad l. non licet, ſup. de contr. empt. quam conjunge huic l.

§. Fiſcus ſemper habet jus pignoris) Adde & hypothecæ verum id non niſi ex privilegio, l. 2. C. de jure reipubl.

§. Qui compenſationem: intra duos menſes) vide cap. 13. de præſcript.

§. Ut debitoribus: ſæpe conſtitutum eſt) In l. 3. C. de compenſat. ab Alexandro: vide ſcripta ad prin. tit. & l. 1. C. de compenſat.

Ex cauſſa annonarie) L. 20. ſup. de compenſat.

L. 47. Prius heredes convenire debere) Idem in l. 1. C. de conven. fiſci debit. vide ſcripta ad l. 3. C. de oblig. & act.

L. 48. Statius Florus) Hanc legem male opponit Accurſ. l. 3. de probat. ſup. cum in utroque ex collocatis utriuſque ſpeciebus facti idem tradi conſtet: vide not. & ſcripta ad d. l. 3.

§. ult. Repulſus eſt interim) Fideicommiſſi enim conditio ante mortem heredis non exſtitit, l. 77. §. ab inſtituto, ſup. de leg. 2.

L. 49. Ipſius eripiatur) Unde ereptitia ſunt, quæ auferuntur, ut indigna, Ulp. in Frag. tit. 19. Vide ſcripta ad rub. ſup. de his, quæ ut indig.

L. ult. Valerius) vide ſcripta ad l. 9. C. de loc.

Pronuntiavit tamen ſecundum illorum opinionem) Ergo contra rationem juris, ut & in ſpecie legis 38. ſup. de min. vide ſcripta ad d. l. 9.

De captivis, & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus.

TIT. XV.

L. 7. §. 1. Etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque jure omni nobis pares ſunt) Vulgo ut & Flor. legitur, neque viri boni nobis præſunt. Videtur legendum: Etiamſi auctoritate, & dignitate viri boni nobis præſunt.

Nobis) Id eſt, clientibus: Nam viri boni dicti ſunt ſæpe patroni, ac illi quorum ſumptu viveremus, creditores, fœneratores, &c. Cic. ad Atticum lib. 9. item pro Quintio & lib. 2. offic. Vide ſcripta ad l. 3. C. de novat. & delegat.

L. 8. Non ut à patre filius) L. 14. inf. eod.

Poſt conſtitutum tempus) Hæc verba ſunt Triboniani. Eſt autem quinquennium ex Nov. 22. At jure aliquo omnino captivitate ſolvitur matrimonium, l. 19. ſup. ſol. mat. l. 1. ſup. de divort. Excipitur liberta patrono nupta, l. 45. §. ult. ſup. de ritu nupt.

Penis diſſidii tenebitur. Ut amittat donationem propter nuptias, dotem & cætera lucra.

L. 10. §. 1. Quod verum eſt, ne) Lege, quamquam.

L. 11. Nihil eſt, quod de ſecundis tabulis tractari) Id eſt, ſecundæ tabulæ valeant necne, nulla dubitatio eſt.

Ex quo pater hoſtium poteſtati ſubditus eſt) Flor. Ex quo pater hoſtium potitus eſt, per Hypallagen, id eſt, in hoſtium manum, & poteſtatem venit. Sic & in l. facere teſt.

ſup. de teſtam. milit. & apud Plautum:

L. 12. De quibus nihil in pactis) vide ſcripta ad *l. 5. C. de pact.*

§. Facti autem cauſſa infecta) ut *l. 29. inf. eod. l. 23. §. hi plane, ſup. ex quibus cauſſis maj. l. 15. ſup. de uſucap.*

Iulia ſententia ſequenda eſt) Flor. *Iuliani ſententia ſequendum eſt.* Sic adverſus eum exceptionem denegandum eſt, *l. doli mali, in fi. ſup. de novat.*

L. 14. in fi. Vxorem maritus jure poſtliminii) Excipitur liberta patrono nupta, *l. 45. §. ult. ſup. de ritu nupt.*

L. 22. Bona eorum) Conjunge legem *l. Cornelia, ſupra, de vulg. ſubſtit.*

§. 1. Et ſi vivo patre) Ex *l. pen. ſup. de ſuis, & legi. l. 9. in fin. infra de caſt. pec.* Legendum eſt, *nec ſi vivo patre.*

§. Quæ peculiari) Hanc Juliani ſententiam refert Paulus in *l. 15. ſup. de uſucap.*

L. 26. Flor. 25. *in fi. Spurius habebitur*) Juſtinianus in *§. ſi adverſus, inſtit. de nuptiis.* Et ibi Theophilus. Cajus *l. 1. Inſtit.* Ulp. in *Fragm. tit. 4.*

L. 29. Peculii nomine) *L. 1. §. item adquirimus, ſup. de adquir. poſſeſſ.*

Augeri per ſervum hereditarium) vide ſcripta ad *l. 9. C. depoſ.*

De Re militari. TIT. XVI.

L. 4. *§. Reus capitalis*) Obſtare putatur hic *§. l. 6. ſup. de judic.* ubi dicitur, eum, qui poſt litem conteſtatam factus eſt miles, non poſſe revocare forum. Hic autem §. loquitur de eo, qui reus capitalis criminis eſt, & nomen militiæ dat. In eo ita jus procedit, ut ſi damnatus capitali crimine militiæ nomen dederit, capite puniatur, etiamſi levior ei antea pœna fuerit irrogata. Aliud eſt, ſi ſemel dixerit cauſſam, aut ſi annotatus ſit inter reos requirendos: nam ſi poſtea nomen militiæ dederit, ignominioſe mittetur, & remittetur ad proprium judicem. At poſt damnationem non poteſt remitti ad proprium judicem, quoniam deſiit eſſe judex. Sed hic §. ab interpunctionibus vitiatus eſt: pungendum ſic, *ſi dicta cauſſa ſit, vel requirendus annotatus, ignominia miſſus ad judicem ſuum remittendus, &c.*

§. Non omnis: nec tamen facile indulgendum eſt, extra ordinem judicationis, qui negotium ante habuerunt) Noſtri ſic interdum loquuntur, *Iuliani ſententiam ſequendum eſt, l. in bello, §. facti, de cap. & poſtlim. ſup. adverſus eum exceptionem denegandum eſt, l. doli mali in fi. ſup. de novat.* Sic hic legendum: *nec tamen facile indulgendum eſt exauctorationem iis, qui neque ante habuerant,* id eſt, qui ante litem habuerunt, iis adimenda eſt exauctoratio.

In gloſſ. Negotium, id eſt, litem) Adde, ut in *l. deſtitiſſe, ſup. de judic. & l. qui explicandi, C. de accuſ.* & ideo exſecutores modo dicuntur litium, modo negotiorum.

§. Qui poſt. Nam & qui ad edictum olim non reſpondebant) Flor. *ad dilectum.* Recte. Feſtus: *Dilectus,* inquit, *militum, & is, qui ſignificatur amatus, à legendo dictus eſt.*

Vt proditores libertatis in ſervitutem) Idem Cicero, pro Cæcinna: bona etiam eorum vendebantur. Florus lib. 14.

L. 14. §. Si quis: caput amittit) Leg. *capital. admittit:* ut Flor. ſic in *l. ult. de termino moto,* & Feſtus, & Nonius Marcellus: vide *l. 34. ſup. de teſt. milit.*

L. 13. Milites agrum) vide not. ad *l. qui officii, ſup. de contr. empt.* & ſcripta ad *l. 2. ſup. de his, quæ ut indig. auf.*

§. Miſſionum: neque Romæ, neque in ſacro comitatu) vide notata ad *l. 7. §. conſtitutum, ſup. de interdict. & releg.* & ſcripta ad *tit. C. ſi ſervus export. venierit.*

De Caſtrenſi peculio. TIT. XVII.

L. 9. Non nunc obveniſſe patri) Ipſo enim jure pater totius peculii dominium habet, *l. 19. §. pater, inf. eod.*

L. 17. §. ult. Quod ſi filius poſt annum) vide cap. 20. de præſcript.

L. 18. §. 1. Et eum, cui bonis interdictum eſt) vide ſcripta ad *l. 6. ſup. de verb. oblig.*

L. 19. §. Pater: non dubitaretur ex teſtamento filii) Regula Catoniana non pertinet ad libertates.

Non tamen ſi ut heres vivo filio) Græci ὡς μέλλων τοῦ παιδὸς κληρονομεῖν, id eſt, *quaſi futurus heres filii.* Male. Nam nunquam in peculio eſt futurus heres filii, cum in eo ſuccedat filio jure peculii, aut jure patrio, non ut heres, aut bonorum poſſeſſor. Præterea etiamſi heres futurus eſſet: verum tamen non eſſet, eam manumiſſionem ſervari, quia præmaturum eſt, & tamen in fine ait ſervari. Puto legendum, *ut heri eſt vindictam imponere:* eo verbo utuntur noſtri in *l. item Mela, ſup. ad leg. Aquil.* Sic nihil obſtat *l. 2. in fi. ſup. de his, quæ ut indig.* vide ſcripta ad eam.

AD LIBRUM L.

Ad Municipalem, & de incolis. TIT. I.

De hoc tit. vide ſcripta ad *l. 18. inf. de verb. ſig.*

L. 1. Municipes appellantur muneris participes) vide ſcripta ad *d. l. 18.*

§. ult. Niſi forte privilegio aliquo materna origo cenſeatur) ut hodie in Campania Galliæ provincia, matris perinde, ac patris in nobilitate ſtatum puer ſequitur.

L. 2. Quoties filiusfam.) vide ſcripta ad *l. 1. C. quod cum eo, qui in al.*

Obſtrictus eſt pater) Reipub.

§. pen. Quod ad rem pecuniariam) vide ſcripta ad *d. l. 1.*

L. 11. Imperator Titus Antoninus) Vide ſcripta ad l. 3. *§. ex perſona, C. de probat.*

L. 17. §. ult. Spoponderunt) Flor. *reſponderunt.* Galli vocant *Reſpondant:* quo verbo, & fidejuſſores, & reos conſtitutæ pecuniæ complectuntur: vide ſcripta ad *tit. C. de conſtit. pec.*

L. 21. §. Impp. Severus, & Antoninus) Hæc conſtitutio eſt in *l. 1. C. de munerib. & hon. non contin. inter patrem, & filium.*

§. ult. Idem reſpondit, ſi civitas) Leg. *iidem reſcripſerunt.* Nam Paulus non ſuis, ſed ipſius reſcripti verbis utitur, quod hodie eſt *l. 1. C. de vend. reb. civit.* vide ſcripta Obſerv. 2. cap. 4.

L. 26. Ea, quæ) Græci ad hanc l. notant, Duumviros non habere ea, quæ ſunt *μείζονος ἐξουσίας*, ſed juriſdict. ſimplicem habere: vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

Magis Imperii) Magis ſumi debet hic *συγκεχυκῶς*, ut in *l. 4. ſup. de juriſdict. om. jud.* & in *l. 3. ſup. de bon. poſſ.* vide not. ad d. *l. 4.* & ad *l. 1. illo tit.*

Non permittitur in integrum reſtituere) Niſi ex mandato, *l. ult. C. ubi, & apud quem cognit. in integ. reſt.*

Bona rei ſervandæ cauſſa) De miſſione in poſſeſſ. dotis ſervandæ cauſſa, duo ſunt tantum loci, hic, & *l. pen. ſup. de diverſ. temp. præſcript.*

Legatorum ſervandorum) Non omnis magiſtratus ea habet, quæ ſunt mixti imperii. Et eſt conjungenda huic legi *l. 4. ſup. de juriſdict.* Nam utraque eſt ex lib. 1. ad edictum: licet diverſi ſint auctores.

L. 28. Inter convenientes) vide fuſe ſcripta ad *l. 1. ſup. de juriſdict.*

De re majori, apud magiſtratus municipales) Duumviri enim de omni ſumma pronuntiare non poſſunt. Paulus 5. *Sent. tit. 5.*

L. 35. Roma communis) Tullius ait, Romam eſſe communem patriam Romanorum, & Italicorum, quoniam l. Julia Italicis data erat civitas. At noſtri dicunt, Romam eſſe patriam omnium, qui ſunt in urbe Romana ex conſtitutione Antonini, *l. in orbe, ſup. de ſtatu homin.* Rutilius in Itinerario, *Vrbem feciſti, quod prius orbis erat.* Sidonius Apollin. ait Romæ ſolos Barbaros exſulare Idem Juſt. *Nov. 78.*

De Decurionibus, & filiis eorum. TIT. II.

L. 6. §. 1. Suffragium inter cæteros) Similiter, nec ante 25. ann. poteſt judicare, ut ait Harmenop. *lib. 1. Epit. tit. 4.* vide not. ad *l. eum lege, ſup. de recept.* & ſcripta ad *l. 2. ſup. de judic.*

§. Decurio etiam) vide ſcripta ad leg. trigeſimam, *C. de loc.* Hoc idem Hadrianum conſtituiſſe ſcribit Xiphilinus.

§. Pater qui filio) Opponitur *l. 2. C. de filiisfam. & quem.*

quem. pro his pat. ten. lib.10. quæ ait, patrem conſentire, A ſi appellaverit. Dicendum, ſi filiusfam. nominetur ad decurionatum, nec pater obligetur in ſolidum, ſatis eſt eum conteſtari contrariam voluntatem, nec neceſſe habet appellare, *l.ult. Cod. de filiisfam.* Sed ſi appellarit, hoc facto in periculum incidit, quaſi fidejuſſor filii, ſi victus ſit, *d. l.2.* At ſi ſententiam appellationis non pertulerit, ſed præſcriptione temporis excluſus ſit, hoc caſu, quia neceſſe non habuit appellare, omnia perinde ſervantur, atque ſi non appellaſſet, & ideo ſi pater ante fuerat conteſtatus contrariam voluntatem, huic appellatio nihil derogabit: vide ſcripta ad fin. *l.1. C. quod cum eo, qui in al. poteſt.* ut & *d. §. ult. hujus l.1.*

L.Severus Auguſtus) vide ſcripta lib.2. Obſer.

L.11. Neque enim minores) Neque judicare poteſt minor 25. annis, ut recte tradit Conſtantin. *lib.1. epit. tit.4.* B vide notata ad *l.cum lege, ſup. de recept.* & ſcripta ad *l.2. ſup. de jud.* In curiam vero legi minores 30. annis non poterant lege Pompeja, ut tradit Plinius lib. decimo epiſtolarum.

L. 12. Ædiles officio iſto) Ædiles imperium habent, & modicam coercitionem, habent & mulctæ dictionem, Gellius libro decimo cap. ſexto: vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſdict.*

De Muneribus, & honoribus. TIT. IV.

L.3. §. Quamvis major annis 70.) Vide cap.33. de præſcriptionibus.

§. Cura, frumenti ætas 70. annorum) vide cap. 33. de præſcriptionibus.

L.7. Reus delatus) Sic Catilina reus peculatus prohibitus eſt petere conſulatum, teſte Saluſt. Cicer. orat. 2. in C Rullum.

Sed poſt annum, quam reus) Qui fuit jure antiquo criminalis cauſſæ finis. Nunc vero etſi biennium definierit Juſt. non tamen ita fuit accuratus Tribonianus, ut hoc apud Martianum emendarit, vide ſcripta Obſer. 10. cap. 8. vide ſcripta ad *l.58. ſup. de verb. oblig.* & not. ad *l. 15. §.pen. ſup. ad Turpill.* & cap.20. de præſcript.

L. 8. Ad rempublicam adminiſtrandam ante 25. annum) vide cap.29. de præſcript.

L.9. Cogi ſolent) Nempe pignoribus captis, aut mulctæ dictione, aut carcere.

L.18. §. Indicanda quoque neceſſitas) vide cap. 28. de præſcript.

De Vacatione, & excuſatione munerum. TIT. V.

L.2. §.1. De minoribus quoque annis 25.) vide cap.21. de D præſcriptionibus.

Ad munera ſive honores) Ergo & ad judicia facienda: Conſtant. *lib.1. Epit. tit.4.* vide not. ad *l.cum lege, ſup. de recept.* & ſcripta ad *l.2. ſup. de judiciis.* Id ſumpſit Harmenop. ex lib.7. Baſil. tit.5.

L. 8. Quod optimus Maximusque princeps) Sic eumdem Imperatorem idem Papinianus etiam vocat in *l.78. ſup. de leg. 2.* Eidem quoque Papiniano Opt. Maximi principes quoque ſunt Severus, & Antoninus in *l.30. ſup. de excuſ. tut. & l.16. de his, quæ ut indig.*

L.13. Prætor eos) Cum hac l. conjungenda eſt *l. ſi longius, ſupra de judic.* vide not. ad eam. Cic. libro ſeptimo epiſtol. *judicem eo die illi operam dare conſtituiſſe.*

Ab eo ſine religione) Legen. *ſalva religione*, niſi exponas ſine religione, id eſt, ſine periculo. Alias ſine religione eſt ſine delectu: vide ſcripta ad *l.18. ſup. de jud.* E

De Legationibus. TIT. VII.

L.7. Pater tamen biennii vacationem) vide cap. 21. de præſcript.

De Adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium. TIT. VIII.

L.2. §. 1. Et ideo ſi decurio) vide ſcripta ad *l.30. Cod. de locato.*

§. Frumentaria. Neceſſaria enim) Et ideo hæc cauſſa, ut & depoſiti cauſſa compenſationem non admittit, vide ſcripta ad *l.10. Cod. depoſ.*

§. Si eo tempore: Procurator hoc nomine) Leg. *creator*, ut Flor. recte. Nam creatores (qui & nominatores dicuntur) ii ſunt, qui aliquem ad duumviratum, vel aliquod munus publicum nominant, id eſt, creant, ſuo periculo, ſua fide.

§. ult. Qui fidejuſſerint) Huic §. conjun. eſt *l.fidejuſſores magiſtratuum, §.1. ſup. de fidejuſſ.* vide notata ad eam.

L.7. Flor.6. Diligentiam debent) Exactam, vide ſcripta ad *tit. C. de commod.*

L.8. Flor. 7. In ſolidum patrem) vide ſcripta ad *l.1. Cod. quod cum eo.*

L. Calculi: Decennii, & Vicennii) vide cap. 28. de præſcript.

Sed ſi gratioſe expunctæ) pro Gratioſe, legendum, *Rationes.*

L. ult. §. item reſcripſerunt à curatore Kalendarii) Procurator Kalend. eſt procurator pecuniæ, quæ ſerviat Kal. civitatis, *l. 3. C. de compenſat.* Hinc *tit. de curat Calendarii, C. Th.* vide ſcripta ad *d. l. 3.*

De Operibus publicis. TIT. X.

L.3. §. Publico vero ſumptu) *L.4. l.ult. C. eodem.*

L. 4. Superſcribere) At poterit ſubſcribi, *l. 9. Cod. eodem.*

L.5. Semiſſes uſuras Reip. hoc edictum D. Pii repetitum eſt in *l.cum quidam, §. ult. ſup. de uſur.* Unde conſtat, extranea illa verba, *uſque ad tertiam centeſimæ*, à Triboniano addita fuiſſe, pro ſemiſſes uſuras. Quod mutavit in *d. l. cum quidam.* Hic non mutavit: vide ſcripta ad *Rub. ſup. de naut. fœn.*

§.ult. An vectigal) Quod ſolatium appellatur in *l.2. §. ſi quis, ſupra, ne quid in loco publico.* Unde & in gloſſa æſtimare, ubi ſcriptum eſt, *alias ſalarium*, legendum eſt, *ſolarium.*

De Nundinis. TIT. XI.

Nundinas vocant *πανήγυρεις, ἀγύρεις*: vide cap.20. de præſcript.

L.1. Decennii tempore uſum amittit) vide cap.26. de præſcriptionibus.

De Pollicitationibus. TIT. XII.

Totus hic tit. pertinet ad opera publica.

L.1. §. pen. Sed ſi columnas Circenſibus) Leg. Citienſib. ut Flor. hoc enim de repub. Citientium accipiendum eſt, quæ eſt civitas Macedoniæ: vide ſcripta Obſer.3. cap. vigeſimo octavo.

L.2. Voto obligatur) Vota dicuntur pollicitationes, ſeu polluctationes. Pollucere eſt vovere.

L. 3. Pactum eſt duorum) Vel plurium in idem placitum:

De Extraordinariis cognitionibus, & ſi judex litem ſuam feciſſe diceretur. TIT. XIII.

L. 1. §. In honorariis licitum honorarium) id eſt, centum aureos: vide ſcripta ad *l. 4. Cod. de condict. ob cauſſam dat.*

§. Si cui cautum: ſocietatem futuri emolumenti) vide ſcripta ad prin. *tit. C. mand.* & in *l.5. C.de poſt.* dicitur cis interdici advocationibus. Id eſt, receptum eſt in procuratoribus, *l.17. 20. & pen. C. mand.*

§.Divus: prohibuit mercedem repeti) vide ſcripta ad *l.4. C. de condict. ob cauſſam dat.*

§.ult. De mutuis petitionibus) De quibus vide locos not. & ſcriptos ad *l.6. C. de compenſat.*

L.5. §. ult. Quæ in perſona deportatorum) Qui ex jure Quiritium liberi non ſunt, ſed jure gentium. Itaque torqueri non poſſunt, *l.9. §.ult. ſup. de quæſt.*

L.ult. Licet per imprudentiam) Opponit Budæus *l.ſi filiusfam. ſup.de judic.* ſed nihil vetat utrumque eſſe verum: vide ſcripta ad *l.5. C. de condict. indeb.*

Teneri in factum actione) Quæ tamen ordinaria eſt: Nam hic tit. duplex eſt. Primus de extraordinariis cognit. & ſecundus, ſi judex litem ſuam feciſſe dicatur.

De Proxeneticis. TIT. XIV.

Proxenetæ erant, quibus parentes mandabant, ut filiabus ſuis quærerent maritos, *l. generali, ſup. de ritu nupt. l.ult. ſup. de ſponſal.* ubi eos vocat interpoſitas perſonas. Dicuntur & interpretes in *l.1. C.Th. de nuptiis*, & Græce *ἑρμηνευταί*, & eis datum ſalarium *ἑρμηνευτικόν*, ſicut

hic

hie proxeneticum ; de quo fuit conſtitutio, quæ deſideratur in *tit. C. de ſponſal.* Ejus ſumma exſtat apud Harmenop. lib. 4. Epit. vide ſcripta ad *tit. de ſponſal. ſup.* & not. ad *d. tit. de ſponſal.*

L. ult. Quod Græci ἑρμηνευτικὸν) Sic interpretes dicuntur in *l. 1. C. Theod. de nuptiis*, & Græce ἑρμηνευταί.

De Cenſibus. TIT. XV.

Vide ſcripta, & not. ad *l. cenſus, ſup. de probation.*

L. 1. in fin. Colonia Apamena) De qua in *l. ult. C. de diverſis præd. urb. lib. 11.*

L. 4. Forma cenſuali) vide ſcripta ad *d. l. cenſus.*

§. 1. Quare etſi agri portio) vide notata ad *l. 19. ſup. de peric. & com. rei vend.* & ſcripta ad *l. 9. ſup. de verbor. obligat.*

Chaſmate perierit) At ſterilitas, aut partis fundi amiſſio emphyteuticarium canonis ſolutione non relevat, *l. 1. C. de jure emphyt.* vide ſcripta ibi.

§. Si quis inquilinum) id eſt, obæratum, adſcriptitium, vide not. & ſcripta ad *l. ſi quis inquilinos, ſup. de leg. 1.*

L. 5. Cum poſſeſſor) vide ſcripta ad *l. 1. Cod. de oblig. & action.*

De Verborum ſignificatione. TIT. XVI.

L. 1. Verbum hoc, ſi quis) hæc l. referenda eſt ad hanc edicti partem, *ſi quis jus dicenti, &c.* Vel ad hanc, *ſi quis in jus vocatus, &c.* Quis in fœminino genere uſurpatum eſt à veteribus Latinis, Plautus in Vidularia, Terentius in Eunucho. Eodem modo accipe, *is qui*, ut, *ſi quis*.

L. 2. Urbis appellatio) Pertinet hæc ad tract. de juriſdictione. Conjun. cum *l. ult. ſup. de juriſdict. omnium judicum.*

§. Cujuſque diei) hæc l. eſt ex lib. 1. Pauli ad edictum, in quo tractavit de magiſtratibus. Pertinet autem ad tribunum plebis, cui non licuit extra urbem abnoctare, ut nec præſidi extra provinciam, *l. illud, ſup. de off. præſid.* Gellius lib. 13. cap. 12. Abnoctare eſt nulla parte noctis abeſſe, ut ſequenti die non adſit majore parte diei, id eſt, ſeptem horis primis, non ultimis, in urbe. Et ob id hic jungitur urbis, & diei definitio, vide *l. urbana, inf. eodem*, & ſcripta c. 2. de præſcript.

Diei) Naturalis, qui ſemper conſtat 12. horis, ut & nox. De die naturali, vide Aldum in Columel.

Septem primarum) Martialis lib. 8. Epigram. *Prima ſalutantis, &c.* Gellius lib. 12. cap. 3.

Non ſupremarum) Quia homines integri lubentius dant ſe ad laborem, quam feſſi. Vel quia ſept. horis primis Romani negotiis, & litibus præcipue vacabant.

L. 3. Itinere) Pertinet hæc l. ad juriſdictionem. Adde exemplum ex *l. mille, inf. eodem.*

§. ult. Hereditas dici non poteſt) Proprie, ſed per fictionem legis Cornel. *l. 12. ſup. de teſtam.* Quin & ex Nov. Leonis 40. qui apud hoſtes ſunt, teſtamenta facere poſſunt.

In gloſſ. de die) Ad finem adde, Argumento *l. 1. ſup. de pactis, l. contractus, inf. de regul. jur.*

L. 4. Nominis appellatione) Conjunge *l. 4. ſup. de petit. hered.*

L. 5. Rei appellatione) Con. hanc l. cum *l. 1. ſup. de oper. ſerv. & l. omnem 15. ſup. de tutor. & curat. datis ab iis.*

Opere legato) Leg. *locato*, ut Flor. Deinde Valerius Probus hanc eandem formulam refert: & ait ſolitam notari ſic. O. L. O. C. id eſt, opere locato, opere conducto.

L. 6. Nominis, & rei) Con. cum *l. 10. ſup. de juriſdict. omn. jud.* & cum *l. 3. ſup. quod quiſque juris in alt.*

L. 7. Sponſio appellatur) Con. *l. ſi pœnam 68. ſup. de verb. oblig.* vide Varronem lib. 5. de lingua Latina. Gellium lib. 4. cap. 4. & *l. 2. ſup. de ſponſalib.*

Per ſponſi interrogationem) Leg. ut Flor. *per ſponſus, &c.* ut juſſus, ſtipulatus, &c. ſupradict. locis.

Omnis ſtipulatio promiſſioque) id eſt, quocumque verbo dicitur, fidejuſſor, & ſponſor: vide ſcripta ad *l. 30. ſup. de verb. obligat.*

L. 8. §. 1.) Obſtat *l. 1. ſup. de except. ſeu præſcript.* vide ſolut. & explicat. hujus l. in not. ad *d. l. 1.* & ad initium *tit. C. de except. ſeu præſcript.* Con. ad hæc *l. in honorariis, ſup. de oblig. & act.*

L. 9. Marcellus) Conjunge *l. ſed de damno 41. ſup. loc.*

L. 10. Sine ulla exceptionis perpetuæ) ut rei judicatæ, doli mali, pacti perpetui, *l. 3. ſup. de except.*

Vel honorario) Id eſt, obligatione aliqua à prætore conſtituta, ut de conſtituta pecunia, de peculio, de in rem verſo.

L. 11. Non ii tantum) Ait non tantum, quoniam ii proprie creditores dicuntur, qui mutuam pecuniam dederunt: debitores, qui acceperunt: vide not. ad *l. 1. C. de except. ſeu præſcript.* & ſcripta ad *l. 11. ſi cert. pet.* Harmenop. 3. Epit. ait plerunque dici ἐπὶ τῶν δανειζόντων καὶ δανειζομένων.

Ex aliqua cauſſa debetur) Puta quaſi ex contractu.

In gloſſ. pecuniam) Dele, large, ut ſupra *eod. l. pecuniæ.*

In gloſſ. Ex aliqua cauſſa, etiam ex delicto) Adde, malim referre ad quaſi contractum, ut & in *l. 1. ſup. de obligat. & act.*

In princ. ſed etſi ex delicto) Excipe eum, qui populari actione agere poteſt, *l. pen. ſupra, de popul. act.* niſi lis ſit conteſtata.

L. 12. in fin. Minus ſolvit) Græci hujus verbi (*minus*) ſignificationem ſic exprimunt, τὸ βραδέως, τὸ μηδὲν ὅλως, τὸ μὴ παντελῶς.

L. 13. Mulieris) Tertul. in lib. de velandis virg. & Servius in 2. Æneid.

§. 1. Res abeſſe) De ſignificatione hujus verbi, *abeſt*, diſputatum fuit in diſputatione de noxali actione, ut docet *l. 1. & 3. ſi ex noxali cauſſa agatur, & l. 1. ſupra de noxali act. l. bona, ſup. de eo per quem factum erit.* Quæ ſunt ex eod. lib.

In manus pretio) Manus, id eſt, ars. Virgil. in Æn. & Solinus, ſenſus eſt, quoniam plerunque res tanto artificio elaborata fuerit, ut ars multo pluris ſit, quam materia, & rebus corruptis, vel in aliam formam mutatis, hoc artificium eſt extinctum. Itaque recte legitur, *quoniam.*

§. ult. Abeſt & ea res) *L. deperditum, ſup. de petit. heredit.*

L. 14. §. ult. Rem amiſiſſe) Con. *l. 5. ſup. de in integr. reſtitut.*

L. 15. Bona civitatis) vide notata ad *l. 17. inf. eod.*

L. 17. Inter publica) Quia in edicto negotiorum geſtorum non tantum de privatis, ſed etiam publicis civitatum, municipum, collegiorum, & univerſitatum, geſtis negotiis agebatur. Ideo fit, ut in hac *l. 17.* ut & in *l. 15. ſup.* bona civitatis, & publica vectigalia definiantur. Conjunge cum *l. ſicut, quod cujuſque univerſitatis*, cum *l. 1. ſup. de calumniat.* cum *l. 1, quod juſſu*, & cum *l. 4. unde vi, & de vi arm.*

§. ultim. Vectigal fiſcus capit) Hodie, olim populus.

L. 18. Uno donum) Inde lex muneralis Cincia.

Munifices vocari) Hos Feſtus dici ait, quod munus reipub. faciebant, non autem vacabant, hoc etiam confirmat Vegetius, & Iſidorus.

Municipes) Varro 5. de lingua Latina: *Quia munus una fungi debent.*

L. 19. Labeo) Hæc l. revocanda eſt ad edict. de minoribus, & applicanda eſt initio *l. 7. ſup. de minor. & l. 1. ſup. quod metus cauſſa.*

L. 20. Verba contraxerunt) Refer hanc l. ad tit. *de capite minutis.* Conjunge hanc l. cum *l. 2. illo tit.*

L. 21. Princeps) Sumpta eſt hæc lex ex tit. de reſtit. in integrum.

L. 22. Nam exhibere) Hujus ſignificationis uſus eſt in interdictis: de libero homine exhibendo: de tabulis exhibendis: in actione ad exhibendum. Con. hanc l. *leg. 26. & 28. ſup. de dolo, & l. 27. de minor.*

L. 23. Rei appellatione) Conjunge *l. 5. ſup. de petit. hered. & l. 1. ſup. ſi ſervit. vindicet. & l. in Falcidia, ſup. ad l. Falcidiam.*

L. 24. Nihil eſt aliud) Pertinet hæc *l. ad tit. de petit. heredit.* & conjungenda eſt cum *l. 1. illo tit.* Eodem pertinet *l. hereditas, inf. tit. prox.*

Quam

Digitized by Google

Quam ſucceſſio) Id eſt, jus ſucceſſionis.

L.25. Recte dicimus) Con. hanc *l.cum l. fructus, l. ex diverſo, ſup. de rei vindicat.*

Dominii pars) Id eſt, ſpecies.

Quia uſusfruct. Cic. in Top. in loco à definitione, & de orat.

§. ult. Partis appellatione) Pertinet ad tit.de rei vindicatione: & conjungendus eſt §.hic cum *l.2. & l.4. illo tit.*

L.26. Pactum non eſſe) Hæc *l.* pertinet ad quæſtionem uſucapionum. Hanc autem Scævolæ ſententiam comprehendit Marcellus in *l. ſi aliena, ſup. de uſucap.* ex qua hæc l. ſumpta eſt, vide ſcripta ibi.

L.27. Ager eſt locus) Con. cum *l. quidam, ſup. de rei vindicat.* & quoniam agrorum alii ſunt ſtipendiarii, alii tributarii, ideo de ſtipendio loquitur.

L.28. Alienationis) Con. hanc l. cum *l. in rem, & l. ſin autem, §.1. ſup. de rei vind. & l. ſi ab eo, ſup. de uſucap.*

L.29. Conjunctionem) Con. cum *l. pen. ſup. de itinere, actuque privato.*

L.30. Sylva cædua) Pertinet ad tit. de uſufructu, vel ad tit. ad l. Aquil. unde ſumpta eſt, & ad eundem tit. pertinet quæſtio de ſtipul. ut docet *l. qui occidit, §. in hac, ad l.Aquil.*

§.1. Stipula illecta) Varro libr. 6. de lingua Latina, in fine.

§. Novalis) Varro lib.4. de lingua Latina. Feſtus, Plin. lib.28. c.29. *& cap. qui per novale, de verb. ſignific.* Plin. lib.17. c.5. Servius interpres Virgilii: auctores libri de limitibus agrorum. Novalis ager, eſt primum proſciſſus, ſive qui alternis annis vacat novandarum ſibi virium cauſſa. Sic Iſidorus lib.15. cap.13.

§. Glans caduca) Ex tit.*de glande legenda.*

L.31. Pratum) Varro lib.4. de lingua Lat. Plin. lib.28. cap.3. Columella lib.2. de re ruſtica c.17. Con.hanc *l. cum l. ſi ſervus, ſup. ad l.Aquil.*

L.32. Minus ſolutum) Ad hanc *l.* Græci notant, minus ſignificare partim, tarde, & nihil: vide ſcripta ad *l.116. ſup. de verb. oblig.* vide etiam ſcripta ad *l.12. §.1. ſup. eod.*

L.33. Palam) Palam quoque eſt publice. Item aperte, & perſpicue.

L.34. Actionis verba) vide ſcripta ad *l.10. ſup. eod.*

L.35. Reſtituere (Con. hanc l.cum *l.6. unde vi, & de vi arm.* ex qua pete exemplum: vide ſcripta ad *l.22. ſupra eodem.*

L.36. Litis (Pertinet ad tit. de judiciis. Con. *l. ſi longius, ſup. de judic.*

L.37. Verbum oportere. Con. hanc l. cum. *l. alias, ſup. de in litem jur.* vide ſcripta ad *l.7. ſup. eod.*

L.38. Oſtentum) Veteribus hæc eadem ſunt; oſtentum, monſtrum, prodigium, portentum, Cic. lib. 2. de natura deorum. Feſtus in verbo monſtrum. Nonius Marcellus in lib. de differ. vocum. Varro, Auguſt. lib.21. cap.8. de civitate Dei. Iſidorus lib.11. Etymol. cap. 3. pertinet hæc lex ad tit. de religioſis, & ſumpt. funerum.

L.39. Subſignatum) Con. cum *l. ſi is cujus, ſup. ex quibus cauſis major.* Nam inde apparebit hanc l.pertinere ad tit. ex quibus cauſis major.

Subſcriptum) Subſignatum, & ſubſcriptum pro eod. Feſtus in verbo *reſignare.*

§. Deteſtari eſt abſenti denuntiare) Cum teſtatione, *l.1. §.1. inf. eod.*

L.40. Deteſtatio) Ideo Ulp. in interpretatione edicti, de vi bon. rapt. explicat quid ſit deteſtatio, quod vis ſit, ſi quid contra deteſtationem fiat, *l. 1. §. ſed etſi contra, ſup. quod vi, aut clam.* Con. huic *l. legem 1. ſup. de incend. rui. nauf. & l.2. & 4. ſup. vi bon. raptorum.*

§.1. Servi appellatio) vide ſcripta ad *l. 10. & 20. ſup. eodem tit.*

§. Ult. Unicus ſervus) Quia edictum de vi bonor. rapt. de turba, de incendio, ruina, naufragio, ad quod hæc l. referenda eſt, ita conceptum eſt, ſi ſervus, vel familiam feciſſe dicetur, in dominum judicium dabo, item in ſervum, & familiam judicium dabo, *l.4. §. pen. ſup. vi bonor. raptor. l.1. inf. de incendio, ruina, naufragio.* At

A in interdicto unde vi prætor familiam tantum dixit, non ſervum, & familiam. Itaque in uno etiam ſervo familiæ nomen valet, *l.1. §. familiæ ſup. unde vi, & vi bonor. rapt.*

L.41. Armorum appellatio) Con. *l. vi bon. rapt. & l.5. ſup. de uſurp. & uſucap.* Cic. pro Cæcinna.

L.42. Probrum) Con. cum *l. prætor, §. prætor, & l.non ſolum, §. quanquam, C. de injur.*

L.43. Verbo victus) Pertinet hæc l. ad tit. de re judicata, ut docet *l.ſi ſer.illo tit.* eodem pertinet *l.45. inf. eod.*

L.45. In ſtratum) Varro lib.4. de ling. lat. Paulus lib.3. *Sentent.tit.6.* Feſtus in verbo *veſtis.* Livius lib. 34. Cic. 2. Philip.

Veſtis ſit omne pallium) Pallium eſt genus veſtis, quo Græci utebantur. Feſtus in verbo *veſtis*: eſt & ſtragulum.
B Varro lib. 4. de ling. Latin. vocat pallium quodcunque operimentum, ſeu operculum, quo operimur.

L.46. Pronuntiatum) Con. cum *l.ait prætor, ſup. de re judic.*

§. 1. Matremfam.) Conjunge hunc §. cum *l.4. ad l.Juliam de vi publica*, ad quam pertinet. Matrona idem ſignificat, quod materfam.

In gloſſ. Boni mores) Dele hæc verba (*pro omni fœmina, quæ ſit ſui juris*) & adde ad finem, *d.l.ult. §. ſimilique, C.de jure dot.*

L.47. Liberationis) Hæc l. conjungenda eſt cum *l. ſolutionis, ſup. de ſolut.* Sumptæ enim ſunt ex eodem lib. vide ſcripta ad initium tituli, C. de ſolut. Seneca lib. 6. de benefic. *Solutio eſt, non cum idem redditur, ſed tantundem.*

C *L.48. Qui neque*) Pertinet ad tit. de in jus vocando. Sequi autem accipio ſponte, & volentes: duci autem invitos, & coactos, quod confirmat vetus mos, & *l. 4. ſup. ne quis eum, qui in jus voc. vi eximat. l. ſi vero, §.1. ſup. qui ſatiſd.cog.* Denique Nonius Mar. interpretatur vocare in jus, ducere, ſeu trahere. Sunt autem, qui vocati in jus, neque ſequuntur, neque ducuntur, de quibus *l. 2. 3. 4. l. plerique, de in jus voc.* Inter cæteros ii quoque ſunt, qui vinculis, ac militari cuſtodia impediti fuerint, hac per conſequens non ſoluti, *l.4. §. plane, ſi quis cautionibus.* Et hinc quæſitum hic eſt, quis ſit non ſolutus.

L.49. Quod beant.) vide ſcripta ad *l. 21. ſup. eod.* Con. hanc l. cum *l.4. ſup. de ceſſ. bon.* & cum *l.3. 5. & 7. quibus ex cauſſis in poſſeſſ. eatur.*

Vel ſuperficiaria ſint) Superficiaria ſunt, cum quis in
D alieno ſolo ſuperficiem ita habet, ut certam penſionem, quotannis præſtet, ſic ædes, inſula, fundus, prædia, ſuperficiaria: vide ſcripta ad *l.21. ſup.eod.*

L.51. Appellatione parentis) Conjunge cum *l. neceſſariis, ſup. de acquir. hered.*

L.52. Patroni appellatione) Con. *l.20. & 66. de acquir. hered.* vide *l.1. ſup. eod.*

L.53. Sæpe ita) vide ſcripta ad *l. alienationis, §. ult. ſup. eod.*

Dicitur apud veteres) Id eſt, in legibus 12.tab.

Agnatorum gentilium) vide not. ad *l. pronuntiatio, ſup. eod. tit.* & ſcripta ad *l.1. ſup. de probat.*

Tutor ſeparatim) Nam pater filiis ſuis tutorem inſtituere non poteſt, niſi in teſtam. in quo & pecuniæ ſuæ heredem inſtituat.

E *Quod eum dare facere oportet*) Hæc ſunt ſolemnia conditionum verba: vide ſcripta ad *l. 29. §. 1. ſup. de verbor. oblig.*

§.1. Item dubitatum) Sumpta ſunt hæc verba ex vetere formula actionis, de qua Cic. 3. de natura deorum, *l.27. §.ſi quis, ſup. ad l.Aquil.*

Utrum ex ſententia. Flor.rectius eſt, *ſententiæ*, genitivus ſcilicet pro ablativo, ut ſupra *ſuper pec.tut.&c.*

L. 54. Conditionales) Hæc l. ut & initium *l. 56. inf. eodem* pertinet ad quæſtionem *l.15. ſup. de reb.auct. jud. poſſid.* Eam conjunge huic *l.vel etiam l.9. illo tit.* vide ſcripta ad *l. 10. ſup.eodem.*

L.55. Creditor) Conjunge *l. qui navem, ſup. de rebus auct. jud. poſſ.* vide ſcripta ad *l.10. ſup. eod.*

Digitized by Google

L. 56. Cognoſcere) Initium hujus l. pertinet ad quæſtionem *l.15. de reb. auct. jud. poſſ.* A

§.1. Conferre) Id eſt, comparare inter ſe, ſeu examinare.

L. 57. Quibus) Idem Feſtus in verbo *magiſterari*, *&* *magiſteria*. Pertinet autem hæc ſignificatio ad tit. *de rebus auct. jud. poſſid. l. niſi*, *& l. creditore*, *illo titulo*, ubi tractatum fuit de magiſtro auctionis. Theoph. tit. de Senatuſconſulto Claudiano. Harmenop. refert hanc legem ad magiſtros oavis.

§. ult. Perſequi) Id eſt agere, & dele totam gloſſ. perſeq. Pertinet hic §. ad tit. de rebus auct. jud. poſſid. Qui enim in poſſeſſione eſt, reſtituit etiam quicquid conſequutus eſt ex perſecutionibus.

Qui ſatis accepit) Nam ſatis acceptio, ſtipulatio eſt, quæ habet inſtar actionis, ut & damni infecti, quod legatorum, rem pup. ſalvam fore. B

L.58. Licet) Con. *l. cum bona*, *& l. vel ſalvo*, *ſup. de reb. auct. jud. poſſid.* Ex quibus apparet hæc ſcripta fuiſſe in tractatu de rebus auctoritate judic. poſſid. Vide ſcripta ad *l.19. ſup. eodem.* Eodem pertinet *§. patruo*, & maxime ad titul. quæ in fraudem creditorum.

L.59. Portus) Con. cum *l.1. ſup. de fluminibus*, ad quod dictum pertinet.

L.60. Locus eſt non fundus) vide ſcripta ad *l.13. ſup. de legat.1.* Pertinet autem hæc lex ad tract. de poſſeſſ. qui ſparſus eſt per multos juris titulos, de acquir. poſſeſſ. de interdictis, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus eſt, unde vi, uti poſſidetis.

L.61. Satiſdationis) Satiſdatio proprie eſt cautio præſtita datis fidejuſſoribus. Exemplum hujus legis eſt in *l. ult. §. ſi legatarius, ſup. quod legatorum.* C

Repromiſſio continebitur) Id eſt, nuda pollicitatio.

L.62. In lege 12. tabularum) L.12. tabularum hæc fuit: *Tignum injunctum ædibus, vineæque, ne ſolvito*. Feſtus in verbo *tignum*.

Ex qua ædificia) Et quia eis adhibetur.

L.63. Penes) Hæc lex proprie pertinet ad interdictum de liberis exhibendis. Hinc vero conſtabit, quod hoc interdictum differat ab interdicto de tabulis exhibendis. Conjunge hanc l. cum *l.1. illo titulo*. Sic Feſtus: *apud*, inquit, *ſignificat perſonam cum loco*, *Penes autem dominium, & poteſtatem, quod trahitur à penitus.*

Quodammodo poſſidetur) Id eſt, jure dominii, vel bona fide.

L. 65. Heredis appellatio) Conjunge hanc *l.* cum *l. Pomponius*, *§. non autem*, *& §. ſed ne*, *ſupra de acquir. poſſeſſ.* D

Nam & heredis heres) vide ſcripta ad *l.2. ſupra de petit. hered.*

L.67. Alienatum) Conjunge cum *l.1.ſup.de litigioſis*: vide ſcripta ad *l.28. ſupra eod.*

§.1. Donationis) Sumptus eſt hic §. ex tit. de donationibus, ut conſtat ex *l.5. & l. hoc jure*, *ſup. de donat. & l. non videtur, de donat. cauſſa mortis*, quæ ſimilem habent inſcriptionem. Adde & *l.1. de donat.*

L.68. Illa verba arbitratu) Con. cum *l. 5. ſup. judicat. ſolvi*. Illla enim ſtipulatio tres clauſulas habet, inter quas una eſt de re defendenda. Ea non committitur, ſi defenſor ſit paratus arbitrio boni viri rem defendere, id eſt, ſatiſdare, Inde quæſitum eſt, quid ſignificent hæc verba, arbitratu Titii fieri, id eſt, ſatiſdari. E

In ſervum non cadunt) Id eſt, ſervi arbitratui committi non poteſt, quomodo ſatiſdatum ſit.

L.70. Sciendum) Conjunge cum *l. 1. ſupra ut legatorum, ſive fideicommiſſ. ſervand. cauſſa*; vide ſcripta ad *l.65. ſup. eodem.*

L.71. Aliud eſt capere) Hæc lex pertinet ad eam cautionem, quam legatarius heredi præſtat, ſi plus quam per legem Falcid. &c.

§. ult. Hæc verba his rebus) Hæc poſterior pars non ad eandem quidem cautionem pertinet, ſed ad eam, quam viciſſim heres præſtare ſolet.

Ne quid periculum) Varro libr. 2. de re ruſtica, cap.5.

L.72. Appellatione rei) Hæc l. pertinet ad ſtipulationes rem ratam haberi, & rem pupilli ſalvam fore, in quibus rei appellatione etiam pars continetur. Eo referendam hanc l. docet inſcriptio. Nam in lib. 76. eas ſtipulationes tractaſſe Paulum, docent *l. ult. de fidejuſſor. l. 5. rem pupilli ſalvam fore*, *& l. ſi commiſſa*, *rem ratam haberi*. Eadem ratione continetur l. Julia de fundo dotali, *l. dotale*, *ſup. de fundo dotali*. Sic pars fundi fundus eſt, *l. plane ubi*, *§. ult. ſup. de legat.1.* vide ſcripta ad eam.

L.73. Hæc verba (Coniun. cum *l. judicatum ſolvi ſupra judic. ſolvi.*

Recte enim) Conjunge cum *l. 21. ſupra*, *de novi oper. nuntiat.*

L.74. Signatoribus) Conjunge cum *l. & generaliter*, *& l. juſtiſſime, ſup.* de *ædil. edict.*

L. 75. Reſtituere is videtur) vide ſcripta ad *l. 22. ſupra eodem.*

L.76. Dediſſe) Conjun. cum *l. rectiſſime*, *& l.ſeq. & l. in tantum, de liber. cauſſa.*

L.77. Frugem pro reditu) Hæc l. referenda eſt ad actionem aquæ pluviæ arcendæ. Conjunge eam *l. cum l. 1. illo titulo:* vide ſcripta ad *l.94. ſup. de verb.oblig.*

Fruges omnes eſſe) Paulus *lib. 3. Sent. tit. 6.* Plinius lib. 18. cap.7.

L.78. Interdum) Exemplum eſt in *l. Aurelio*, *de liber. leg.* vide ſcripta ad *l.60. ſup. eodem.*

L.79. Impenſæ) Con. *l. ſi is, qui 56. ſup. de jure dotium.*

§.1. Arbuſti paſtinatione) Quæ fiunt paſtino, id eſt, ferramento biſulco. Columella lib.4. cap.28.

§. ult. Ut ſint viridia) *L. quoties*, *§. ſervitutum, ſup. de ſervit. l. ædificia, ſup. de ſervit. urb.*

Loricationes) Græci vertunt *σανίδας*, id eſt, tabulas pictas. Varro lib.1. de re ruſt. cap.57.

L.80. In generali repetitione) Pertinet ad diſputationem de legatis.

Ex mente legis duodecim tabularum) Vide *l. 120. infra eodem.*

L.81. Cum prætor dicat) vide ſcripa ad *l. 22. ſupra eodem.*

L.82. Verbum amplius) Con. l.15. *ſup. rem ratam haberi:* vide ſcripta ad *l.20. ſup. eodem.*

L.84. Filii appellatione) vide ſcripta ad *l. cognoſ. §. ult. ſup. eodem.*

L.85. Neratius) Pertinet ad tit. ad l. Juliam majeſtatis, ut docet *l.1. illo tit.* Nam qui uſurpavit illicitum collegium, ea tenetur.

L.86. Quid aliud) Con. hanc l. cum *l. ſi cui, ſup. de ſervit. & l. nam ſatis*, *ſup. quibus modis ſervit. amit.*

Qualiter ſe habentia) Græci ſic vertunt *τὰ δίκαια τῶν ἀγρῶν*, &c. id eſt, jura prædiorum ſunt ipſa prædia, hoc eſt, bonitas, ſalubritas, & amplitudo. Itaque male hic Alciatus legit, *æqualiter.*

L.87. Ut Alphenus ait) Vide ſcripta ad *l.2. in pr. ſupra eodem.*

L.88. Tantum quiſque) Sumpta eſt ex tit. de legatis, ut docent multa capita ſimilis inſcriptionis, & maxime *l.8. §. is qui*, *ſup. de liber. leg.*

L.90. Qui uti) Sumpta eſt ex tit. de contrahen. empt. Vide ne hic ſit legendum lib. 78. ad Sab.

L. 91. Meorum, *& tuorum*) Con. cum *l. vel ſua*, *& l. ſi legat. §.1. ſup. ad Trebell.*

L.92. Proximus eſt) Pertinet ad tit. de hereditatibus, quod indicat *l.2. §. hereditas, ſup. de ſuis, & legitimis heredibus.*

L.93. Moventium) Ex tit. de legatis, ut docet *l.2. & 7. ſup. de ſupellect. leg.*

L.94. Verbum reddendi) Exemplum ſume ex *l. cum quidam, ſup. de leg.2.*

L.96. Littus eſt. Sic apud Ciceronem in Top. & Quintil. lib.5. cap. ult. littus eſt, qua fluctus eludit. Conjunge hanc l. cum *l. ſi immaturam*, *ſup. quod vi, aut clam.*

§. ult. Prædia dicimus) Vide ſcripta ad *l.25. ſup. eod.*

L.97. Cum ſtipulamur) Huc pertinet *l. 95. de leg. 3.*

at

at pecuniæ verbum in fin. *l.64. ſup. ſol. matrim.* accipitur proprie pro æſtimatione, pretio, nummis.

Quanta pecunia) Vide ſcripta ad *l. rei*, *& l. nihil eſt aliud, ſup. eod.*

L.98. Cum biſextum) Vide Macrobium lib. 1. Saturn. cap.12. & 13. Pertinet ad reſtitutionem in integrum: vide ſcripta ad *l.6. & 7. ſup. de uſurp. & uſucap.*

Cato putat) Hujus ſententiæ hodie nullus eſt uſus poſt reformatum annum à Julio Cæſ. ex diebus 28.

L.99. Notionem) Conſul notionem habuit. Conjunge hanc *l.* cum *l. oratione, ſup. de feriis*. Senſus eſt: notionis nomen complectitur non tantum judicis dati, qui juriſdictionem non habet, ſed & magiſtratus, qui juriſdictionem habet, cognitionem: vide ſcripta ad *l. 1. ſupra de juriſdict.*

§.1. Continentes provincias) vide ſcripta ad *l. 2. ſupra eodem.*

L.100. Specioſas) Con. cum *l. ſi plus, ſup. de accuſ.* Cum enim plures accuſant, judex ex dignitate perſonarum, quæ accuſet, eligere debet. Hinc dictum eſt de dignitate bonorum, & gradib. eorum: vide Sueton. in Auguſto 34.

L.101. §. Verum eſt) Idem Nonius Marcellus in lib. de differentiis. Gellius lib.4. cap.2.

Veluti ſi luſcus ſit) Legendum ut Flor. *veluti ſi talum excuſſit*. Græci: *οἷον ἐὰν τὸν ἀστράγαλον ἐξεβάλετο*. talus eſt os, juxta calcaneum exſuperans.

§. ult. Servis legatis) Idem ex eodem Modeſtini libro traditur in *l.81. ſup. de leg.3.* vide ſcripta ad *l.1. ſup. eod.*

Quaſi commune nomen) Maxime in ablativo plurali. Nam non dicitur, Servabus.

L.102. Derogatur) Rogatur lex, id eſt, fertur: abrogatur, id eſt, mutatur aliquid ex prima lege: ſubrogatur, id eſt, adjicitur aliquid primæ legi. Vide Ulp. in *Fragm. tit.1.* Cic. ad Atticum. Feſtus in verbo *derogare*, qui interpretatur, infirmare, Livius lib.9.

Cum pars detrahitur) Hoc etiam derogare dicitur, auctore Sexto Pompejo.

L.103. Licet capitalis) Sumpta ex tit. de publicis jud. ut docet *l. accuſaturus, ad leg. Juliam de adult. l. ex SC. de vi privata*, & aliæ complures, quas cum hac lege conjunge.

L.104. Ἡ τῶν τέκνων) Conjunge cum *l. 2. §. natorum, ſup. de excuſat. tut.* Non enim tantum filii, ſed & nepotes excuſant à tutela: vide ſcripta ad *l.56. §. 1. ſupra eodem tit.*

L.105. Modeſtinus) Conjunge cum *l. verba teſtamenti, & l. alimenta, ſup. de alim. leg.*

L.106. Dimiſſoriæ literæ) De quibus, quæ Modeſtinus in lib. ſingul. de præſcript. tractaverit, conſtat ex tit. 34. *lib.5. Sent. Pauli*. Pertinet autem hæc l. ad tit. de appellat. ut docet inſcriptio *l. qui ſuſpectum, illo tit.*

L.107. Aſſignare) Vide ſcripta ad *l. licet, §. ult. ſupra eodem.*

L.108. Debitor) Vide ſcripta ad *l.10. ſup. eodem.*

L.109. Sequeſter) Hæc ſignificatio explicata eſt à Modeſtino diſputante de collatione bonorum, ut docet *l. 4. de conjung. cum emancip. liber. & l. poſtquam, §.2. ſup. ut in poſſeſſ. legat.* Vide Gellium lib.20. cap. 10. & Iſidorum lib.10. Etymol.

L.110. Bonæ fidei) Idem in *l. 17. ſup. de contrah. empt.* pertinet ad tit. de uſucapion. ut docet inſcriptio *l. 3. illo titulo.*

L.111. Cenſeri) In lib. 6. ad Caſſium Javolenus tractavit de juriſdict. & de muneribus, & honoribus, ut docet *l.2. ſup. de juriſdict. & l.12. de muner. & honor.* Inter cæteros honores tractavit de Cenſoribus, quorum Etymologia hic traditur.

L.112. Littus publicum) Conjunge hanc l. cum *l. quæcunque, ſupra de acquir. rer. dom.* Vide ſcripta ad *l. littus, ſupra eodem.*

Niſi is totus privatus eſt) Jus alluvionis non eſt in lacu publico, eſt in privato.

L.113. Morbus) Vide ſcripta ad *l.111. ſupra eodem.*

L.114. Solvendo) Conjunge *l. ſi cui, & l. ſi is, qui pignori, ſupra, de furt.* & adde *l. itaque fullo, illo titulo.*

L.115. Quæſtio eſt) Conjunge hanc l. cum *l. poſſeſſio, ſup. de uſucap. l. non debito, ſupra de ſervit. l. alienus, ſupra ad legem Falcidiam.* Vide ſcripta ad *l.60. ſupra eodem.*

Poſſeſſio ergo uſus) Huc pertinet noſtra poſſeſſionis definitio. Poſſeſſio eſt uſus quidam rei. Et hac definitione continetur quaſi poſſeſſio. Nam in ea uſus verbum ſignificat *κατοχὴν*, non *κτῆσιν*.

L.116. Non dubito) vide ſcripta ad *l.1. & ad l. cognoſcere, §. ult. & l. heredis, ſupra eodem.*

L.117. Non poteſt) Exemplum pete ex *l. ult. ſupra de eo quod certo loco, & l.4. C. depoſ.* vide ſcripta ad *l.17. §. 1. ſupra eodem.*

L. 120. Et libertates dandi) Adde, & ſubſtituendi. Nam vulgaris ſubſtitutio eſt ex 12. tab. ſic & legatariis ſubſtituendi. Item tutores inſtituendi. Cic. de orat. Adde, & ſubſtituendi, *l. pen. ſupra de teſtam. tutela*: vide ſcripta ad *l. ſi fundum, ſub conditione 81. §. Stichum, ſupra de leg.1.*

Et legata) In legibus 12. tab. legati nomine non venit fideicommiſſum, nec in lege Falcicidia: nam fideicommiſſa tunc non venerant in uſum, cum ſint ex conſtitutione Auguſti.

Vel auctoritate jura conſtituentium) Quæ, ne locum habeat, facere ſuo teſtam. teſtator nequit. Sic nihil obſtat *l. nemo poteſt, ſupra de leg. 1.*

L.122. Servius ait) Conjunge *l. 46. de leg. 2. ſupra.* eodem pertinet *l.16. de teſtamentar. tut.* vide ſcripta ad *l.56. §.1. ſupra eodem tit.*

L. 125. Nam qui ambigue loquitur) Gellius lib. 11. cap.12. nec aliud dici videri debet, quam quod ſe dicere ſentit, qui loquitur, *l. 3. ſupra de rebus dubiis*. Vide notata, & ſcripta ad *d. l.3.*

L.126. Si cum fundum) Sumpta eſt ex tit. de contrahen. emption. Conjunge cum *l. ſi cum fundum, illo tit.* vide ſcripta ad *l.99. ſupra eodem tit.*

L.127. Veſtis) Conjunge *l. à tutoribus 34. ſupra de adminiſtrat. tutor.*

L.131. §.1. Cum pœna generali) Pœna genus eſt, multa ſpecies, quare ſæpe dicitur multa, pœna.

Animadverſio hodie pecuniaria) Ex l. Aterina, ſeu Ateria. Nam olim erat ovium, aut bovium. Gellius lib.11. cap.1. vide ſcripta ad *l.1. ſup. de juriſdict.*

Et mulcta quidem ex arbitrio) Hæc niſi lex præſcribat, multa arbitraria eſt, *l. ab exſecutore, C. de appellat. l. 1. ſup. de ſervo fugit.* Eſt certus quidam mulctarum modus à lege præſcriptus, intra quem judex poteſt mulctare, eum excedere non poteſt.

Specialiter huic delicto) Ut furti pœna, dupli eſt, aut quadrupli, eaque certa eſt, & l. definita ut judex pœnam augere, vel minuere non poſſit, *l.1. §. non utique, ſupra ad Turpill.* Hocque verum eſt jure ordinario. Nam ſi agatur extra ordinem, poteſt eam judex augere, vel minuere. Porro hodie omnia judicia ſunt extraordinaria, non ex formulis antiquis: ergo hodie etiam pœna venit ex arbitrio judicis, *l. hodie, ſup. de pœnis.*

§. ult. Pœnam autem) Nam & merum imperium privato dari poteſt. Merum imperium non eſt juriſdictionis, ſed legis. Lege datur, *l.1. §. ult. ſup. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Sic pœnæ irrogatio non eſt juriſdictionis, ſed legis. Poteſt quis eſſe privatus cum imperio mero. Pompejus cum miſſus fuit adverſus Sertorium, fuit privatus cum imperio Conſulari. Cicero Philippica 2.

Exſecutio competit) Lege ſcilicet. Addatur hæc differentia: mulctæ provocatio eſt: is, quem judex mulctat, provocare poteſt, *l. et in mulctis. C. de appellat.* Pœnæ vero provocatio non eſt: nam legis provocatio non eſt, *l. antepen. inf. eodem tit.* Hodie appellatur de pœna: quoniam ea ex arbitrio judicis venit. Hinc differentiæ mulctæ ſubruuntur, quia non agitur jure ordinario: vide ſcripta ad *l.2. §. ult. ſup. de judic.*

L.132. Extremo anni die) Vide cap. primum, de præſcriptionibus.

Ante diem 10. Kalendarum) Alciatus his verbis putat

ſignificari diem 9. ante Kalend. Imo ſignificatur dies decimus. Movetur locis corruptis in 5. & ult. Philipp. Ciceronis. *Ante diem* 14. *Kal.* Quibus verbis ſignificatur dies 14. Leg. *d.*13. ut notavit Ferrarius, ſic Ruma egreditur *ante diem* 3. Kal. Cicero pro Quintio, Legendum, *ante diem ſecundum*, id eſt, *pridie*, ut in ſubſcriptione leg. a. in quibus cauſſis in integ. reſt. non eſt neceſſ. vide ſcripta ad *l.* 13. *ſup. de verb. obl.*

L. 134. *Sed CCCLXV. die dicitur*) Sic in *l.* 4. *§. Stichus*, *ſup. de ſtatulib.* & *l. ſi ita vulneratus*, *§. æſtimatio*, *ad l. Aquil.* Cic. de natura deorum: vide cap. 20. de præſcriptionibus.

L. 135. *Quæret aliquis*) At monſtroſus, vel prodigioſus partus in Senatuſconſulto Tertulliano, matri non prodeſt. Paul. 4. *Sent. tit. nono*. Odioſa enim eſt l. Papia, quæ orbos eorum, quæ in teſtamento relinquuntur, ſemiſſe mulctat. Præterea plus favendum eſt iis, qui de damno vitando, quam iis, qui de lucro captando certant. In Senatuſconſulto Tertulliano de lucro certatur in l. Papia de damno:

L. 136. *Generi*) Exempla, finge de prohibitione nuptiarum, de qua in l. Julia, & Papia.

*L.*137. *Quæ Tergeminos peperit*) Quod non fit ἐν ἀτόμῳ, vide cap. 1. de præſcript.

L. 138. *Hereditatis*) hinc Cic.3. Verrina dixit, *dare hereditatem ſecundum tab. teſtamenti*, id eſt, dare bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas: ſic in *l. ult. C. qui admit. ad bon. poſſ.* vide ſcripta ad *l.* 24. *ſup. eodem*.

L. 139. *Ædificia*) vide ſcripta ad *l.* 2. *§.* 1. *ſup. eod.*

§. Perfeciſſe) vide ſcripta ad *l.* 5. *§. ſup. eod.*

L. 140. *Cepiſſe*) Conjunge cum *l. ſecutus, ſup. de donat. cauſſa mortis*, & *l. ſi is, qui, ſup. de liber. leg.* vide ſcripta ad *l.* 75. *ſup. eod. tit.*

L. 142. *Triplici*) Conjunge *l. re conjuncti*, *ſup. de leg.*3. Utraque eſt ex lib. 6. Pauli ad l. Juliam, & Papiam. In hac tractavit de hered. conjunctis, in illa de legatariis. Item hic docet, qui ſint re, & verbis, illic, qui ſint re, & verbis conjuncti. De tota conjunctorum quæſtione, & jure adcreſcendi: vide ſcripta ad *l.* 16. *ſup. de leg.* 1.

Et nominum, & rei complexus) hi ſunt proprie conjunctim, & hoc articulo conjunctim ſignificatur hæc mixta conjunctio, *§. ſi conjunctim, Inſtit. de leg.* & *tit. C. de caduc. tol.* & *ſup. de uſufr. accreſc.*

§. ult. Dubitari poſſe) id ex Juliano traditur in *l.* 15. *ſup de hered. Inſtit.*

L. 144. *Quam Græci* παλλακὴν) ut ſæpe in Nov.

*L.*145. *Virilis*) hic locus eſt explicandus ex *§. poſtea vero, de ſucceſſ. libert.*

*L.*146. *Soceri, & ſocrus*) Exempla finge de prohibitione nuptiarum, de quibus in l. Papia: vide ſcripta ad *l.*48. *ſup. eodm*.

*L.*148. *Non eſt ſine liberis*) Gellius lib. 2. cap. 13. Dicitur tamen in ſingulari numero pro uno filio, liber, & liberum, *l.* 33. *C. de inoffic. teſt.* & tit. *de ſerv. cognat. in pri. Inſtit.* Alciatus male addit *l. jus agnationis*, *ſup. de pact.* Nam Flor. dictio liberum abeſt à dicta *l. jus*. Itemque in *l. nemo prædo*, *inf. de regul. juris*: pro liberum Flor. legitur, *libertum*. Recte, quod & Accurſius vidit.

L. 152. *Tam fœminam, quam maſculum*) vide ſcripta ad *l.* 1. *ſupra eod.*

*L.*154. *Mille paſſus*) hæc lex explicanda eſt ex tit. 6. lib. 4. Sent. Pauli: vide ſcripta ibi. Lgendum autem eſt hic, ut Flor., *miliario*, non, *muro*. Fuit columna aurea in capite fori Romani ad ædem Saturni, in qua omnes Italiæ viæ inciſæ terminabantur. Plin.lib.3.cap.5. Tacitus lib.17. Suetonius Ottone cap. 6. Plutarchus in Galba. Dio libr. 54. Pub. Victor in lib. de region. urbis Romæ.

L. 156. *Majore parte*) hæc lex pertinet ad interdictum utrubi, in qua is vincit, qui majore parte anni poſſedit.

L. 160. *Cæterorum*) Conjunge *l.* 1. *§.* & *cum optio, ſup. de opt. leg.* vide ſcripta ad *l.* 95. *ſup. eod.*

L. 162. *In vulgari* Conjunge cum *l. in pupillari*, & *l. ex duobus*, *ſup. de vulg. & pupil. ſubſtit.* vide ſcripta ad *l. qui duo*, *ſup. de reb. dub.*

A *Ei, qui ſupremus*) Vulgaris dicitur, quod olim vulgo fieret. Eſt tamen pupillaris ſacta in ſecundum caſum. Exempla ſunt in *l.*9. *ſup. de reb. dubiis*, & *l.* 1.24.42. *ſup. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & *l.*11. *ſup. de bon. poſſ. ſecundum tab.*

L. 163. *illa verba: optimus maximuſque*) Sumpta eſt ex tit. de teſtamentis, ut docet *l. quo loco*, *ſupra*, *de hered. Inſtit. l. in bonorum*, *ſupra*, *de bon. poſſ. l.* 4. *ſi tab. teſtam. nullæ eſt.* vide ſcripta ad *l.* 90. *ſup. eod.*

§. Pueri appellatione) Veteres puerum dixerunt in fœminino genere. Nævius lib. 2. belli Punici. *Prima incedit Cereris Proſerpina puer*. Livius in Odyſſea, *mea puer, mea puer, quid ex te audio*. Et, *Saturni filia ſancta puer.* Hæc exempla ſunt apud Priſciannm lib. 6. & Chariſium lib. 1. qui etiam utitur eod. argumento, quo hic Juriſconſultus; nempe nomen puer eſſe commune, quia apud

B Græcos dicitur, ὁ καὶ ἡ παῖς: unde puto hic legendum παῖς, Non ut Flor. παιδίον: Vide *l. pueri*, *ſup. eod.* & ſcripta ad *l.* 1. *ſup. eod.*

In gloſſ. Significatur) Dele totam, & dic: hæc ratio eſt, quia commune nomen eſt.

L. 164. *Nomen filiarum*) vide ſcripta ad *l.* 17. *ſup. de leg.* 1. Utraque eſt ex lib. 15. Ulp. ad edictum, ut & *l.* 5. *ſup. de teſtam. tut.*

§. 1. *Pactionis*) Legendum ut Flor. *partitionis*: de quo vide ſcripta ad tit. 24. Fragm. Ulp. & delendum, quod eſt in margine.

Appellatione partitionis ſimplicis venit pars dimidia. Hic *§.* pertinet ad legat. partitionis. Partitio eſt, ut cum leg. dimidiam heredatatis partem, vel 3. vel eum ſic, heres meus cum Titio hereditatem partito, & tunc di-

C midia pars debetur, *§. ſed quia*, *Inſtit. de fideic. her.* Ulp. in *Frag. tit. de leg.* Cic. 2. de legib. Hic legatarius commoda partis relictæ ferebat. Itaque hoc legatum plerumque oneroſum eſt, *l. cum filius*, *§.* 1. *l. ſi quis ſervum*, *§. ult. ſup. de leg.*2. & in eam rem interponebantur ſtipulationes inter heredem, & partiarium, quæ dicebantur partis, & pro parte, *d. §. ſed quia*: At ſi pars bonorum ſit legata, hoc legatum non eſt partitio, nec illud legatum onus ſequitur, *l. non amplius*, & *l. ſeq. ſup. de leg.* 1. Bonorum appellatione onera, & damna non continentur: hereditatis autem verbo ea continentur. Jure tamen prætorio, ut in bon. poſſ. bonorum appellatione etiam veniunt damna. Ad hoc legatum partitionis nihil pertinet *l.* 15. *ſup. de leg.* 1. vide ſcripta ad eam.

L. 165. *Veniſſe*) vide ſcripta ad *l.* 21. *ſup. eod.*

D *L.* 166. *Urbanæ*) huc pertinet *l.* 1. *ſup. commun. præd.* vide not. de hac l. ad *l.* 2. *ſup. eod.* & c. de præſcript. *Sed genere diſting.* Operis ſcilicet: vide ſcripta ad tit. *Inſtitut. de ſervitutibus*.

Quod ex numero) id eſt, ex libellis, & veluti matricula familiæ.

Et vicariis) Legendum *cibariis*, ex *l.* 99. *ſup. de leg.* 3.

L. 19. *Non tantum*) Pertinet ad tit. de contrah. empt. Conjunge cum *l. licet*, & *præcedenti*, *ſup. de contr. empt.* & *l. ſi tibi liberum*, *ſup. de action. empti.*

L. 170. *Heredis*) hæc l. conjungenda eſt cum *l. ſi res obligata*, *ſup. de legat.* 1.

L. 171. *Perveniſſe*) Conjungenda hæc l. cum *l.*4. *ſupra, rer. amot.* vide ſcripta ad *l.* 71. *ſup. eod.*

L. 172. *Etiam libertam*) vide ſcripta ad *l.* 1. *ſup. eod.*

E *L.* 173. *§.* 1. *Qui extra*) Con. *l. qui poteſt* 26. *inf. de regul. jur.* & ex ea pone exemplum ad hunc *§.* vide ſcripta ad *l.* 2. *in princ. ſup. eod.*

L. 175. *Faciendi verbo*) Con. huic l. legem 2. *ſupra, de fidejuſſ.* & *l.* 12. *ſup. depoſ.* vide ſcripra ad *l.* 19. *ſupra, eod.*

In gloſſ.) Dele hæc ut ſupra quod metus cauſſa, l. 1. in princ. Exponit factum, & ſolutum, vel redditum,

L. 176. *Solutionis*) Seneca lib. 6. de beneficiis. Solutio eſt, non cum idem redditur, ſed tantumdem. Conjungenda *l. filiusfamil. ſup. de ſolut.*

L. 178. *Pecuniæ verbum*) vide not. ad *l. pecuniæ*, *inf. eod.* & ſcripta ad *l.*12. *ſup. de leg.*1. Pertinet hæc lex ad ſtipulat. vend. hered. quantacumque pecunia ex hereditate

per-

Digitized by Google

pervenerit: Et eſt conjungenda cum *l. 2. ſup. de hered. vend.* ut docet inſcript. vide ſcripta Obſer. 4. cap. pen. & lib. 2. cap. 30. A

Hoc eſt, omnia corpora) Quæ ſunt in noſtro patrimonio.

§. 1. Hereditas) Con. *l. 2. ſupra de hered. ven.* vide ſcripta ad *l. 24. ſupra eodem.*

§. Actionis verbum) vide ſcripta ad *l. 10. ſup. eodem.*

Vt puta fideicommiſſorum) Vide *l. 99. ſup. de leg. 1. & Ulp. in Frag. tit. 25.*

L. 186. Commendare) In qua ſignificatione ſumitur in *l. 14. §. funeris, ſup. de religioſ.*

L. 188. Habere) Hoc cap. pertinet ad edictum de contrah. empt. & vendit. Hoc vero venditor emptori omnino præſtare tenetur. Illud non cogitur. Vide ſcripta ad *l. 38. §. hi qui, ſup. de verb. oblig.* B

L. 189. Facere oportere) Conjunge *l. item ſi 22. ſup. loc.* vide ſcripta *l. 19. ſupra eod.*

L. 191. Inter divortium) Conjunge cum *l. 1. & 3. ſupra de divort.* vide ſcripta ad *l. 101. ſup. eod.*

L. 194. Vt puta natalitium) Quod die natali dabatur, Terent, in initio Phormionis: vide ſcripta ad *l. 18. ſupra eodem.*

L. 195. Pronuntiatio) Hæc referenda eſt ad illam edicti partem, ex qua familia, id eſt, adgnati patroni vocantur. Ea pars nominatim *tum quem ex familia, &c.*

§. Communi jure) Ulp. in *Frag. tit. 11.*

Ex eadem domo, & gente) Genus, gens, agnatio, familia, domus, ſtirps pro eodem ſumuntur in libris noſtris. At in *§. ult.* hujus l. ponitur definitio alia familiæ, quæ eſt propria gentis: cum tamen in 12. tab. agnati ſeparentur à gentilibus, *l. ſæpe, eodem titulo*. Ibi erat, agnatorum gentiliumque. Agnatorum nomen refertur ad propriam ſtirpem; gentilium nomen ad plures ſtirpes, quæ ex eadem progenie. In qua l. Accurſ. accipit gentiles pro cognatis, ut & Ferretus, quod vitioſum eſt. Nam lex 12. tabul. non novit cognatos. Præterea gentilitas amittitur capitis deminutione; cognatio vero minime. Cic. in Top. C

§. Servitutum quoque ſolemus) Lib. 38. ad edictum, *l. 12. ſup. de publican.* quæ pendet ex tit. ſi familia furt. feciſſ. dic.

§. Item appellatur familia) Hæc eſt propria gentis definitio.

Familiam Juliam) Id eſt, gentem Juliam.

§. ult. Et caput, & finis eſt) Id eſt, familiam non habet: nec enim patrono liberto ſuccedere poſſunt liberi patronæ, niſi liberi ingenui. Ulp. *tit. de bon. lib.* D

L. 197. Judicaſſe) Hoc referendum eſt ad edictum Syllanianum, *l. 3. §. ſi ex ſtipulatu, ſupra ad Senatuſconſ. Syllan.*

L. 198. Vrbana prædia) Sumpta ex tit. *de fundo dotali*, ut docet *l. Julia, illo tit.* aut ſumpta eſt ex *tit. de rebus eorum, qui ſub tut.* ut docet *l. ſed ſi, & l. qui neque illo titulo.*

Vel prætoria) Prætoria ſunt loca magnificentius, & auguſtius extructa. Sic in *l. Titio, §. Cajus de leg. 2. l. prædiis, de leg. 3. l. injuriarum, §. ult. ſup. de injur.* Sueton. in Auguſto cap. 73. Et in Caligula cap. 37. Palladius lib. 1. de re ruſtica cap. 8.

Non locus facit) Id eſt, urbs, dele gloſſam *prætoria*, & gloſſ. *deſervientia*. E

L. 201. Juſta interpretatione) Con. *l. filiusfam. ſupra de mortis cauſſa donat.*

Filiamfam.) vide ſcripta ad *l. 1.* & ad *l. 56. §. 1. ſupra eodem.*

L. 203. In lege Cenſoria) Id eſt, in l. locationis, quam cenſor dixit locando publica. Sic & in *l. Cæſar, ſup. de publican.* legendum *Cenſor* pro *Cæſar*: vide notata, & ſcripta ad *l. ult. C. de vectigal. et commiſſ.*

L. 204. Ætatem puerilem) Qua ſignificatione Ovidius dixit lib. 6. Metamorph.

Tantaque ſimplicitas puerilibus adfuit annis,

L. 207. Mercis) Conjung. cum *l. ſi quis, ſupra de obligat. et act.*

Non contineri) vide ſcripta ad titulum *C. de nundinis.*

L. 208. Bonorum) Con. cum *l. 4. inf. de collat. bonorum*: vide ſcripta ad *l. 21. ſup. eodem.*

L. 213. Cedere diem) Vide ſcripta ad *l. 41. ſup. de verbor. obligat.*

L. 214. Munus proprie) vide ſcripta ad *l. 18. ſup. eod.*

L. 216. Eum qui carcere) Privato: ex hoc libro Ulpiani ad l. Æliam Sentiam, hæc ſola lex deprompta eſt. Conſtat autem ex Ulp. in Frag. tit. 1. legem Æliam Sentiam facere, ut qui in cuſtodiam conjecti fuere, dedititiorum numero ſint, ſi hi mittantur in cuſtodiam publicam ſcilicet: Nam privatus carcer dedititium non facit, niſi corpori vincula adhibita ſint, ut hæc l. docet. Vincti pœnæ cauſſa, & manumiſſi ex l. Ælia Sentia fiunt dedititii. Paulus lib. 4. *Sentent. tit.* 12. Hæc autem l. Ulp. expoſuit, quemadmodum vincula in l. Ælia Sentia accipiantur de dedititiis.

L. 217. In biduo conditionem impleri) vide cap. 4. de præſcript.

L. 218. Verbum facere) Conjunge hanc l. cum *l. 3. & cum rub. ſup. quando ex facto tutoris*: vide ſcripta ad *l. 19. ſupra eodem.*

L. 220. Liberorum) Inſcriptionum ſimilitudo monet, hanc l. ſubjiciendam eſſe *l. 78. ſup. ſol. matrim.* ut obſervavit Duarenus.

Hos enim omnes liberorum) Leg. ut Flor. *ſuorum*. Nam ſuorum nomen eſt ex 12. tab.

L. 222. Pecuniæ) In vulgari iſta clauſula *l. 30. ſup. de legat. 1.* pecuniæ verbum non accipitur latiſſime, ut hic, & ut à Græcis χρήματα. Ariſtoteles lib. 4. Ethic. cap. 4. pro omni re, quæ pecunia parari poteſt, ſed comprehendit tantum ea, quæ pondere, numero, & menſura conſtant. Vide not. ad *d. l. 30.* & ſcripta ad *l. 12. §. ult. de legat. 1.*

Tam corpora, quam jura) Sic Auguſt. in libro de doctrina Chriſt. *Quicquid homines poſſident in terra, & quorum domini vocantur, pecunia dicitur, ut ſervus, ager, arbor, vas, pecus, quia veteres quæcumque poſſidebant, in pecoribus habebant.*

L. 225. Non is ſolum qui) Leg. ut Flor. *non is, qui ſolum, &c.*

L. 227. Ex illa parte) vide ſcripta ad *l. 65. ſupra eodem tit.*

L. 228. Municipes) Eſt ex lib. ſingulari de cognitionibus. Dividuntur cognitiones in 4. genera. Quorum unum eſt de muneribus gerendis, *l. pen. ſup. de extraord. cognit.* Ex quo apparet uſum hujus ſignificationis eſſe, ut intelligeretur, qui munera capere poſſent, & qui eſſent municipes: vide ſcripta ad *l. 18. ſupra eodem.*

L. 230. ut ſunt judicio) Huc pertinet *l. 1. in fi. ſupra ad Tertyll.*

L. 233. Si calumnietur) Sumpta eſt hæc lex ex lib. 1. Caii ad legem 12. tab. Unde conſtat legendum, *ſi calvitur*, ut recte Flor. Sunt enim verba legis 12. tab. auctore Feſto in verbo ſtruere: *Si calvitur pedemve ſtruit, manum endo jacito*, id eſt, ſi fruſtratur, moratur, ſive fugit, manum injicito. Cic. ad Atticum. *Cocrejus, vide ne fruſtretur*, id eſt, ne moretur, *fac ut ſolvat.*

§. 1. Poſt Kalendas Januarias) Id eſt, nonas Januarias, ſive ejus menſis die tertio, ut recte docuit Auguſt. 4. emendat. ex Plutarcho in Cicer. vide ſcripta ad *l. 13. ſup. de verb. obligat.*

L. 234. §. ult. Verbum vivere) vide ſcripta ad *l. verbo victus 44. ſup. eodem.*

Et ſtramenta contineri) Lectorum ſcil.

L. 235. §. ult. Fabros tignarios) vide ſcripta ad *l. tigni 62. ſupra eodem.*

L. 238. §. 1. Deteſtatum) vide ſcripta ad *l. ſubſignatum 39. ſupra eodem tit.*

L. 242. Malum navis) Hic exempla ponuntur ejus regulæ, cujus auctorem Ulp. eundem Labeonem eſſe ait in *l. 17. §. Labeo, ſupra, de act. empti.*

L. 244. Quod de pœna provocatio) Idem in *l. & in multis, C. de appellat.* Et hic eſt unus ex caſibus, quibus ab

interlocutione appellatur: Sunt & alii plures, ut in *l. 2. ſup. de appell. recip.* & in *l. cum deſcript. C. Theod. de appellat. l. mulctam, Cod. Theod. quorum appell. non recip.* vide ſcripta ad *l. 2. §. ult. ſup. de judiciis*, & not. ad *l. aliud eſt fraus, ſup. eod.* vide Paulum 5. *Sentent. tit. 25.*

L. ult. Apud Labeonem) vide ſcripta ad *leg. 22. ſup. eod.*

De Diverſis regulis juris antiqui. TIT. XVII.

L. 2. Fœminæ) Conjunge *l. 7. ſup. de bon. poſſeſſ.* Vide ſcripta ibi, ubi dicitur, fœminam poſſe alii bonorum poſſeſſionem petere.

L. 3. Ejus eſt) Sic Conſtant. Harmenop. lib. 6. Epit. tit. pen. vide not. ad *l. invitum, ſup. de ſervitut. urb. præd.* & ſcripta ad *l. regula, ſup. de juris, & fac. ignor.*

L. 5. In negotiis) Exempla ſunt in *l. 8. 9. 48. 63. ſup. de acquir. hered. l. 11. §. ſi quis ex liberis, ſup. ad Tertyl.* Eadem vero ratione jura magis favent ſpadonibus, quam caſtratis.

L. 9. Semper in obſcuris) Huic l. conjunge finem *l. 14. ſup. de leg. 1.* Hæc autem regula juris locum habet, cum in heredis, vel alterius poteſtate eſt, eam obſcuritatem explanare: alioquin obſcura pro non ſcriptis habentur, & utrumque poteſt eſſe verum. Nam ſunt quædam obſcura, quæ aliquem ſenſum habent, & in his minimum ſequimur: quædam, quæ nullum, & ea pro non ſcriptis habentur: vide ſcripta ad dictam l. 14.

L. 12. In teſtamentis) Appone exemplum ad hanc l. ex *l. plenum, §. ſed etſi, ſup. de uſu, & habit.*

Plenius) Scilicet, quam teſtatoris verba ferant, & ſtricta juris ratio poſtulet. Nam plenius, quam in contractibus.

L. 14. In omnibus obligationibus) vide ſcripta ad *l. 41. in fin. ſup. de verb. oblig.*

L. 16. Imaginaria venditio) Plerumque vero expediendarum rerum gratia venditiones nummo uno fiunt, ut in *l. 66. ſup. de jure dotium.*

L. 18. Quæ legata) vide ſcripta ad *l. 16.* & ad *l. 78. ſup. de verb. oblig.*

Aliter atque quod cum ſtipulati) Hic duæ differentiæ ponuntur inter legata, & ſtipulationes conditionales. Prima eſt: legata, quo caſu tranſmittuntur in heredem, acquiruntur patri, & domino, in quorum poteſtate ſumus. At ſtipulationes, quæ in heredem tranſmittuntur, non ſemper patri, & domino acquiri poſſunt, ut ſtipulatio ire, agere licere.

Nam & ſub conditione) In his verbis proponitur ſecunda differentia: ſtipulationem conditionalem patri acquiri, etiamſi conditio exſtiterit poſt emancipationem filii: eadem tranſmittitur, etiamſi exſtiterit poſt mortem ſtipulatoris: legatum conditionale, neque tranſmittitur, ſi exſtiterit conditio poſt mortem legatarii, nec patri quæritur, ſi exſtiterit poſt emancipationem filii: vide ſcripta ad *l. 78. ſup. de verb. oblig.*

Etiamſi liberatis nobis poteſtate) Spectatur enim tempus contractus.

L. Quotiens dubia) Græci ad hanc l. hoc exemplum afferunt. Teſtator dixit, ſervi mei omnes liberi ſunto: poſt teſtamentum ſervos acquiſivit. An & hi fient liberi? Eandem regulam explicant ex *l. qui habebit, ſup. de manum. teſtam.* Habebat ſervum Cratillum, manumiſit Cratillum, debetur libertas Cratillo. In primo exemplo ajunt in re dubia videri omnes manumiſſos, quod dici nequit, ſi directo data ſit libertas: Nam neceſſe eſt, ut ſint utroque tempore ſervi teſtatoris, teſtamenti, & mortis, *l. Servius, de manumiſſ. teſtam.* Teſtamenti, & aditionis, *l. verum, illo tit.* vide not. ad eas leges, & ſcripta ad *l. ſi cognatis, ſup. de reb. dub.* Puto autem priorem ſpeciem locum habere in fideicommiſſ. libert. Hæc debebatur, & omnibus poſtea quæſitis, argumento *l. generaliter, §. ſi homini, inf. de fideicommiſſ. libert.*

L. In perſonam ſervilem) hujus regulæ proprium exemplum ſumetur ex *l. 7. ſup. de contrahenda empt.*

§. 1. Generaliter) vide ſcripta ad *l. 68. ſup. tit. prox.* Con. vero hunc §. cum *l. hæc venditio, ſup. de contrah. empt.*

Confertur in arbitrium) vide ſcrip. ad *l. 43. ſup. de verb. obl.*

L. Contractus: dolum tantum depoſitum) In depoſito nulla verſatur utilitas depoſitarii. In precario, id eſt, proprium, ut id revocet dominus cum vult. Ideoque ſatis eſt, ſi dolus præſtetur.

Et precarium) Precarium contractus dicitur, quoniam contractui, id eſt, commodato eſt ſimile, *l. 1. ſup. de precar.* Et ideo ex precario datur actio præſcriptis verbis, vide ſcripta ad *rub. ſup. de præſcriptis verbis.*

Pignori acceptum) *L. 1. in fin. ſup. de pact.* vide ſcripta ad initium *tit. C. de pign. act.*

Item dotis datio) Dotis datio, matrimonium, divortium, contractus ſunt. *l. exigere, ſup. de judic.* vide ſcripta ad eam, & ad *l. 19. ſup. de verb. oblig.*

In his quidem, & diligentiam) Exactiſſimam, *l. 2. ſup. de peric. & comm. rei vendit.*

Fugæ ſervorum: qui cuſtodiri) Sic in *l. in rebus, ſup. commod.* Et idem, ſi ſervus legatus ſit in fuga, heres non præſtat ejus æſtimationem, niſi culpa heredis fugerit: Nam caſum non præſtat heres: vide ſcripta ad *l. 39. in princ. ſup. de legat. 1.*

Eorum tantum ſervorum fuga numeratur inter caſus fortuitos, qui cuſtodiri non ſolent. Nam culpa eſt, ſi cum heres non cuſtodierit, quem cuſtodiri oportebat, ut impuberem, eum quem teſtator vinciebat, & non integræ famæ. Vide ſcripta ad *l. 19. C. de pignor.* & ad *tit. C. de commod.*

L. Qui poteſt invitis) Con. *l. collegarum, §. 1. ſup. tit. prox.* vide ſcripta ad *l. 2. in principio, illo tit.*

L. Nec ex prætorio) Itaque ſi convenerit ab initio, ut venditor ſatiſdaret de evictione, qui ex natura contractus non cogitur niſi repromittere, aget emptor ex empto cum venditore, ut ſatiſdet, atque ita pactum emptionem format, & transformat: vide ſcripta Obſer. 2. c. 15. Harmenop. 1. epit. tit. 9. vide ſcripta ad *l. 52. ſup. de verb. oblig.*

L. Divus Pius) Deſcripta eſt hæc lex ex *l. 33. ſup. de jure dot.*

L. Quod ab initio) Hæc eſt regula Catonis, quæ ad legata duntaxat, inſtitutioneſque pertinet, non conditionales.

L. Nuptias non concubitus) Harmenop. lib. 4. Epit. tit. 4. hanc l. exemplo explicat ſumpto ex *l. cum fuerit, ſup. de condit. & demonſt.* ubi hæc regula repetitur. Cæterum notat ex Nov. Leonis 89. & 109. regulam non eſſe veram. Nam hodie ex illis conſtitut. requiritur *ἱερολογία*, id eſt, ſacra benedictio, adeo ut ante illam, quamvis conſenſu contractæ nuptiæ diſſolvi poſſint.

L. Nihil tam naturale) Huic l. conjung. *eſt l. an inutilis, §. acceptum, ſup. de acceptilat.* quia ſunt ex eod. lib.

L. In omnibus cauſſis) vide ſcripta ad *l. 85. §. ult. ſup. de verb. oblig.*

L. Furioſi, vel ejus) Vide ſcripta ad *l. 6. ſup. de verbor. obligat.*

L. 42. Flor. 41. §. 1. In re obſcura) huic §. opponi poteſt *l. idem eſt, & l. qui duos, ſup. de rebus dub.* in qua, ubi eſt obſcurum, uter ex conjugibus ſupervixerit, non favemus potius heredibus uxoris repetentibus dotem, quam mariti, eam lucrari volentibus. Reſpondeo, dos, quam retinet maritus, vel mariti heres uxore præmortua, non eſt lucrum adventitium, ſed rei jam ſibi quæſitæ retentio. Lucrum eſt donatio, quæ extrinſecus advenit. Et ideo, ſi quis repetat pecuniam, quaſi indebite ſolutam, & dubium ſit, utrum indebitam eam per errorem numeravit, an donaverit, in dubio videbitur eam potius indebitam ſolviſſe, quam donaſſe. Itaque hic repetitionem accipio pro condictione indebiti. Nam in lib. 26. ad edictum, unde eſt hæc l. Ulp. tractavit de condictionibus: vide ſcripta ad *d. l. idem eſt, & l. qui duos.*

Adventitio lucro) Græci *ἐπικαίνιον*. Hujus regulæ exempla ponit Harmenop. lib. 1. epit. tit. 5.

L. Nemo ex his) Exemplum ponit Harmenop. lib. 1. tit. 5. *περὶ μεταθέσεως χρόνου.*

L. Conſilii non fraudulenti) hæc lex proprie pertinet ad edictum de ſocietate: poterit tamen, & ad alias quæſtio-

ſtiones accommodari. Ejuſque exemplum petendum eſt ex *l. 2. ſup. de proxent.* & *l. 10. §. ſi quis ea, ſup. mand.*

L. Quidquid calore) Pertinet tantum ad divortia, & eſt conjungenda cum *l. 3. ſup. de divort.*

L. 61. Flor. 60. *Obſtringitur mandati*) Obſtat *l. 3. C. de contrah. & committ. ſtipul.* in qua dicitur eum diſtringi actione negotiorum geſtorum. Dicendum, has duas actiones mandati, & negotiorum geſtorum ſæpiſſime eidem dari, ut ſit in arbitrio actoris, qua experiri velit. Sic, ſi ratum habui, agam mandati, & negotiorum geſtorum. *l. 5. ſup. de except. rei judic.* Concurrit etiam cum illis condictio, *l. 5. & l. fidejuſſorem, ſup. mand.*

L. Hereditas nihil) Con. hanc l. cum *l. ei, qui, ſup. de petit. hered.* vide ſcripta ad *l. 24. ſup. tit. prox.*

L. Invito beneficium non datur) Hanc legem referendam eſſe ad aſſignationes liberti docet inſcriptio, ut ſit ſenſus; invito non aſſignatur libertas: vide ſcripta ad *l. 62. ſup. de verb. oblig.*

L. Nemo poteſt gladii) Hoc repetitum eſt ex *l. 6. ſupra, de offic. proconſ.*

L. Fructus rei eſt) Ex eodem auctore in *l. ult. ſup. de uſur.*

L. Omnia quæcunque) Hæc l. pendet ex *l. 9. §. 1. de officio proconſul.*

L. 74. Flor. 73. *§. Quæ in teſtamento*) Omnes actus legitimi fiunt ſemel, pure, non iterantur, non mutantur: vide ſcripta ad *l. 5. ſup. de leg. 1.*

Ut intelligi non poſſint) vide ſcripta, & not. ad *Rubr. ſup. de reb. dubiis.*

L. Nemo poteſt mutare conſilium) hæc regula pendet; & explicatur ex *l. 8. ſup. de collat. bon.*

L. Actus legitimi, qui non recipiunt) Deeſt *non* Flor.

Veluti mancipatio) vide ſcripta ad *l. pen. C. pro ſocio.*

L. Quæ dubitationis) Sumpta eſt ex *l. qui mutuam ſup. mand.* Unde hæc lex eſt exlicanda, inde petito exemplo: vide ſcripta ad *l. 3. C. de fidejuſſ.*

L. Non videtur rem amittere) Conſtant. Harmenop. lib. 3. Epit. tit. 19. huic l. appingit exemplum.

L. 86. Flor. 85. *§. 1. Non eſt novum.* Sumatur aptiſſimum exemplum ex *l. plane ubi, §. inde dicitur, verſ. plane, ſup. de leg. 1.* vide ſcripta ad *l. 17. §. ult. ſup. de leg. 1.*

L. Nulla intelligitur) hoc pendet ex *l. 12. ſup. de verb. oblig.* Hæc autem regula non eſt uſquequaque vera. Nam & in non implendo pacto mora fieri poteſt, *l. 5. C. de contrah. ſtipul.* Ex quo tamen non eſt actio: vide ſcripta ad *l. 9. ſup. de verb. obl.*

L. Non ſolent, quæ abundant) Ut falſa demonſtratio non vitiat fideicommiſſ. vide ſcripta ad *l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, ſup. de legat. 1.*

L. Non poteſt videri improbus) id eſt, moroſus, ceſſator.

L. Ubi lex duorum menſium) vide cap. 10. de præſcript.

Qui 61. die venerit) Græci legunt rectius 60. die: vide de hac l. cap. 13. de præſcript. Sic in *l. pater, ſup. ad l. Juliam, de adulteriis.*

L. Nemo de domo) hoc repetitur ex *l. 21. ſup. de in jus voc.*

L. Nullum crimen) Hæc l. eſt Pauli l. 5. ad edictum. Itaque referenda eſt ad edictum de iis, qui notantur infamia, ut ſit ſenſus, Non patitur ullum crimen à filio committi, nedum bina ſponſalia conſtitui, ſi non prohibet, cum prohibere non poteſt. Itaque in hac l. male in quibuſdam lib. deeſt negatio: recteque in Pandectis Flor. addita eſt. Denique etiam negative eam legit Harmenop. οὐδὲ ἐν ἐγκλήματι ὑπομείνοι μὴ δυνάμενος, &c.

L. Si quis obligatione) hæc lex proprie pertinet ad edictum de calumniatoribus, *l. 2. §. ult. ſupra, de calumn.* vide ſcripta ad *l. 71. ſup. tit. prox.*

L. Nihil conſenſus) hæc l. ſpectat ad edictum, quod metus cauſſa.

L. In jure civili receptum) hoc ex Juliano repetitum eſt in *l. 24. ſup. de cond. & demonſt.*

L. Pœnalia judicia) vide fuſe ſcripta ad *tit. C. ex del. defunct. in quantum her. conv.*

L. non videntur data) hæc l. referenda eſt ad edictum aquæ pluviæ arcendæ, quo pertinet *l. 4. de aqua, & aqua pluvia arc. ſup.* vide ſcripta ad *l. 28. ſup. de verb. obligi.*

L. 133. Flor. 172. *§. Ambigua autem intentio*) vide ſcripta ad *l. quotiens 2. ſup. de reb. dub.* & ad *l. 83. §. 1. ſup. de verb. obl.*

L. 134. Flor. 173. *§. ult. Dolo facit*) Exemplum exſtat in *l. 8. ſup. de doli mali excep.* quæ eſt ejuſdem auctoris ex eod. lib.

L. 139. Flor. 178. *Cum principalis*) Obſtat *l. debitor, ſup. ad Senatuſconſ. Trebell.* Sed hic additur plerumque. Quare excipe caſum *d. l. debitor, & l. 7. C. de luit pign.* Quibus ſublata actione perſonali remanet tantum pigneratitia: vide ſcripta ad *d. l. debitor.*

L. 144. Flor. 183. *Etſi nihil facile mutandum*) hujus regulæ exemplum petendum eſt ex *l. 7. ſup.* de *in integrum reſtitu.*

L. 152. Flor. 191. *Modum eſſe beneficii ſui*) huc pertinet *l. 43. ſup. de vulg. & pupil. ſubſtitut.*

L. 153. Flor. 191. *Ea, quæ in partes.* Et *§. 1. in re dubia.* Hæc repetita ſunt in *l. 3 ſup. de his, quæ in teſtam. del.*

L. 156. Flor. 195. *Expreſſa nocent*) Sumpta eſt ex *l. nonnunquam, ſup. de condit. & demonſt.* Utraque eſt ex lib. 7. differ. Mod.

L. 159. Flor. 198. *Neque in interdicto*) Idem in *l. penul. ſup. de tab. exhib. & l. 15. ſup. de dolo.*

L. 162. Flor. 119. *Non alienat*) Hæc l. referri debet ad edictum de alienatione judicii mutandi cauſſa facta. Quo pertinet *l. 4. ſup. de alien. judic. mut. cauſſa & l. 2. illo tit.* Itaque ex eo edicto tantum, non generaliter explicanda: vide ſcripta ad *l. 28. in princ. ſup. tit. prox.*

L. 169. Flor. 126. *Nemo prædo*) hæc l. tota pertinet ad S.C. *de petit. hered.*

L. 172. Flor. 129. *§. 1. Cum principalis cauſſa*) Idem in *l. cum principalis, ſup. hoc tit.* In qua recte additur *plerunque*, quod in omnibus regulis addi debet. Nam nullæ ſunt neceſſariæ, ſed omnes plerumque veræ.

L. 180. Flor. 137. *Qui auctore*) hæc l. ad eam edicti partem revocanda eſt, quæ eſt de ſumptibus funerum. Cujus exemplum petetur ex *l. 12. in fin. & l. 14. §. ſed ſi adita, ſup. de religioſ.*

L. 187. Flor. 144. *Non omne quod licet*) Sumptum eſt ex *l. 78. ſup. de verb. oblig.* vide ſcripta ad eam.

L. Nemo videtur) hoc referendum eſt ad edictum, Quæ in fraudem creditorum.

L. 195. Flor. 152. *Hoc jure utitur*) hæc l. referenda eſt ad interdictum unde vi, & de vi armata.

L. 196. Flor. 153. *Fere quibuſcumque*) Nec enim omnino, ut acquiritur, ita etiam amittitur poſſeſſio: Nam & ſi non amittatur ſolo corpore, eo quod ſolo animo retinetur, ſolo tamen animo amit. Conſtant. Harmen. lib. 2. epit. t. 11.

Niſi in qua utrumque) Idem ex eodem Pauli lib. in *l. 8. ſup. de acquir. poſſeſſ.*

L. 199. Flor. 156. *§. Cum quis in aliis*) Idem in *l. 3. §. 2. ſup. de itinere actuque priv.*

L. 200. Flor. 202. *Omnis definitio*) Id eſt, omnis regula. Sic regula Catoniana dicitur definitio in *l. 1. ſup. de reg. Caton.* Eadem dicitur ſententia in *l. Julianus, ſup. de cond. & demonſt.* & regula juris in *l. cum legato, ſup. quando dies legati cedat.*

L. Res judicata) In præjudiciis ſcil. *l. 25. ſup. de ſtatu homin.* quæ eſt ex eodem lib.

L. pen. Quæ ab initio) Eſt regula Caton. quæ eſt juris antiqui, non novi, nec pertinet ad l. caducarias: vide not. ad *tit. de regula Caton.* Maxime autem pertinet ad inſtitutiones: vide ſcripta ad *l. verbis his, ſup. tit. prox. §. in extraneis, inſtit. de hered. qualit. & l. pen. ſup. de regula Caton. l. liber, §. ſi heres, ſup. de hered. inſtit.*

L. ult. Servus) Ex *l. 7. ſup. ſi quis cautionibus jud. ſiſt. cav.*

Finis Notarum in Pandectas; ſequitur Codex.

LAUS DEO TRINO, ET UNI.

JACOBI

JACOBI CUJACIJ J.C.
N O T Æ
IN CODICEM D. JUSTINIANI.
AD LIBRUM PRIMUM.

De Sacroſanctis Eccleſiis, & de rebus, & privilegiis earum. A

TIT. II.

LEX 3. *Imperatores Honorius, & Theo.*) Pro hac inſcriptione ſubſtituenda eſt alia ex C.Theod. nempe. Iidem AA. Cynegio P. P.

Nemo martyres) hanc l.Græci, ſic verterunt, οὐδεὶς ἁγίων λείψανα πραγματευέσθω, id eſt, *nemo ſanctorum reliquias mercetur*: vide ſcripta *Novel. 60.*

L.4. Non plures) Cnnjunge *l.pen. inf.de commer. & mercat.* ex illa hujus inſcriptionem emenda. B

Quinquaginta decani) Decani ſeu copiatæ, lecticarii, veſpillones ſuot: οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. Epiphan. lib.3. contra hæreſes in fin. de his Nov. 43. & 59. *l.ſi qua, inf. de Epiſc. & Cler. l.15. C. Theod. eod. l.1. C. Theod. de luſtrali, lib.13. tit.1.*

L.9. Qui ſub) Conjunge *l.unic. inf. de collegiatis lib.11.*

L.10. Jubemus) Repetita eſt in lib.11. *tit.3. l.11.*

L.11. Neminem) Conjunge *l.2. inf. de quibus muneribus, vel præſtat, nem. lic. ſe exc. lib.11.*

L. 13. Generali) Exſtat in Nov. Mart. ſic in inſcript. *Martianus A. Palladio PP.*

L.14. Prædia dividere) id eſt, diſtribuere his eccleſiis, quæ majori Eccleſiæ conjunctæ, & unitæ ſuot, quæ quidem ab ea ſumunt erogatinnes. C

Ad §. Sane: œconomus hujus regiæ) hic locus accipiendus de precario de quo lib.4. Obſer. cap.7. & ad *l.1. C. de jure emphyteut.*

L.16. Iidem AA.) Emendanda inſcriptio. Imp. Zeno A. Hæc conſtit. accipienda de Baſiliſco, qui ſub Zenone Imp. orieotis imperium occupavit: vide Obſer.3. cap.19.

Epiſcopus patriarcha) Fuit Archiepiſcopus, & Patriarcha Conſtantinop. Ad finem deeſt inſcriptio, *d.* XVI. *Kalend.* Januar. *Armatio claræ memoriæ Coſ.*

L.17. In factum actionem) Prætoriam.

L.19. Ut inter) Huic conſtit. quis cauſſam dederit, declarat Suidas in verb. πρόεδρος ἐμποριάς. Pertinet autem ad orieotales tantum Eccleſias ad occident. pertinet *Novel.9.* qua id continetur: verum Eccleſiis data eſt 40.tantum annorum præſcriptio, *Nov.* 3. ſublata 100. ann. præſcript. Manet tamen hæc lex ult. in his, quæ debentur in redemptionem captivorum, & in iis, quæ ſunt legata, donata, aur vendita civiratibus. Idque Juhan. recte hic notat, quia ea in re Juſtin. nihil immutavir auctore Juliano antec. in d.Novell.3. d. 131. Id fatentur orientales, negant ponrificii. D

Ad calcem tit.) Deſideratur hic Græca conſtitutio. Cujus ſententia exſtat libro quinto Βασιλ. ea eſt, ut is, qui ex ſcripto donavit, in hoc, ut Xenodochium ædificetur, aut noſocomium, obligetur Epiſcopis, aut œconomis, nec hoc caſu irrita ſit donatio, quaſi facta contra ll. vide ſcripta ad *l.61. de verborum obligat.* Deeſt item huic tit. Græca Juſtin. conſtit. quæ exſtat in quibuſdam libris, cujus titul. hic eſt περὶ τελευτώντων, καὶ καταλιμπανόντων κληρονόμον ἐκκλησίαν. Cujus hæc fuit ſententia: Si teſtator aliam Eccleſiam pro alia heredem ſcripſerit, veritatem contra ſcriptum obtinere debere: vide ſcripta ad *l.15. de leg.1.*

De Epiſcopis, & Clericis, & Orphanotrophiis, & Xenodochiis, & brephotrophiis, ptochotropiis, & aſcetriis, & monachis, & de privileg. eorum, & caſtrenſi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis, ſeu permiſſis.

TIT. III.

L.2. Hominibus eorumdem) vide ſcripta ad *l.1. C.de jure emphyseut.* & not. ad *pr. lib.1. Feudorum.*

L.5. Si quis) Hæc Joviniani conſtit. citatur à Sozomeoo lib.2. hiſt. Eccleſ.cap.4. & à Niceph. libro decimo hiſt. Eccleſ. cap.46. vide ſcripta ad *tit. de raptu virg.*

L.7. bonore) Ex C. Th. *lib.11. tit.19. l.7.* addenda inſcriptio: Pars actorum habitorum in conſiſtorio apud Imp. Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium conſulatu Syagrii, & Eucherii virorum clariſſ. die III. Kal. Jul. C. P. in conſiſtorio. Imp. Theodoſius A. dixit. Hæc l.7. explicanda eſt ſecundum *Nov.*123. Neurra explicatio Accurſii placet. Græci ſic explicant: nec honore, nec l. id eſt, nec volens (id eſt, quod dicit, *bonore*) nec invitus (id eſt, quod dicit *legibus*) in judic. venire cogitur, ſed ad eam domum mittitur; vide ſcripta ad *l. 2. inf. de teſtibus.*

Ad verb. Sacerdotes) Soli Epiſcopi ab Imp. Sacerdotes dicuntur.

L. 8. Idem A.) Tribuitur Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio in C. Theod. quod confirmat Coſſ. ratio.

L.9. Quinquaginta, vel ſexaginta) Sexaginta, vel ſeptuaginta.

Apoſtoli) Pauli in 1. ad Timoth. c. 5.

L.10. §. Quod ſi ordinem) id eſt, cutiarum, curialium. In auth. *ſed novo.*

Aut in exilium) Legendum eſt, *Et*: Nam in Græco eſt καὶ, & ita vertit recte Haloander.

L.13. Fidiano) Legendum. Sapidiano, vicario Africæ ex *C.Theod.* ex quo etiam addenda ſubſcriptio, d.VII.Kal. Jul. Brixiæ Theodoro V. C. Conſ. Hie autem conſul fuit cum Eutropio, cujus poſt memoria damnara fuit.

L.17. Maximo) Alii Mnnachio in C. Theod. eſt Monaxio, quod rectum puto, ut in l. ſeq.

L.19. Sororiæ appellationis) vide ſcripta Obſer.2.cap.19.

Matres filias atque germanas) Additur iu coocilio Niceno

ceno θεῖα; & quælibet hujuſmodi neceſſitudine conjuncta mulier, ut omnis ab ea ſuſpicio abſit.

L.22. Decanorum) Vide remiſſive in *l.4. ſup. de SS.Eccl.*

L.13. Fabianus) Flavianus.

L.25. Cum clericus) Conjunge *l. 14. inf. de Epiſc. audient.* & ex illa ad hanc adde ſubſcript. Hujus l. meminit Imp. Henricus Secundus in ll. Longobard. *tit. de advocatis*, & cap.1. de jurament. calum. Ubi vocant hunc Imp. Marcium. Vide quæ notata ad *l.4. inf. de fide inſtrum.*

L.28. Exigendi licentiam) Per act. in fact. vide not. ad *l.ſi à pluribus* 107. *de leg.1.*

§. Quod ſi teſtator Territorio) id eſt, in agris privatis. Cum alias territorium ſit univerſitas agrorum.

L. 38. Clerici cujuſcunque) Idem conſtituitur *Nov.79.* à Juſt. Sed id ab eodem poſtea mutatur *Nov. 83.* conſtituiturque, ut & clerici apud proprios Epiſcopos conveniantur.

§.1. Apud ſuos judices) Hoc corrigit Juſt. in *Novel.79.* conſtituiturque, ut Monachi conveniantur apud Epiſcopum civitatis.

Ordinario) Ordinarii judices dicuntur præſides, conſulares, correctores, & alii, qui ſunt tantum clariſſimi. Ordinaria judicia ſunt tantum clariſſimorum, quæ à clariſ. exercentur, vel dantur. Spectabiles, & illuſtres extra ordinem cognoſcunt, *l.ult. C. de modo multarum*, *l.2. inf. de proxim. ſacror. ſcriniorum*: lib. 12. Ordinarii judices ſunt infimi magiſtratus. Sic ordinarii milites, id eſt, gregarii.

L.35. Cæteris omnibus) Legendum, *cæteris domibus*.

Oeconomi) Nicouis.

Qui poſt eum) Juſt. in *Nov.131.* dat eadem privilegia. Addenda ſubſcriptio, *d. Nonis Januar. Conſtantinop. Martiano conſ.*

L.11. Repetita) Conjunge cum *l.23. inf. de teſtam.* Ex qua ad hanc addenda ſubſcriptio.

L.49. §. ubi autem indiſcrete) Alias indiſtincte, ſed rectius indiſcrete, ut in *l.8. §.2. inf. de præſcription. 30. annor.* vide de hoc verbo notata ad *l. 5. inf. de quæſtion.*

L. 51. Si quis) Hoc reſcriptum eſt pars *l. pen. inf. de pactis*.

L. 52. Monachi licet non ſint clerici) Nota monachos non eſſe clericos. Vide not. ad *c.2. de condit. appoſ.* & ad Nov.5. 79. & 123.

L.54. Raptores) Hæc lex ſumpta eſt ad verbum ex *l.un. inf. de rapt. virg. unde ſubſcriptio petenda.*

L.56. §. ut ſi quis ſponſus) vide notata ad *l.1. de verborum ſignif.*

Vel acceptas) vide ſcripta ad *l.2. C.de inutilib. ſtipul. Inſ. lib.8. d. Nov. 5. d. Nov.123.*

Ad calcem titul.) In hoc tit. deſunt 10. aut 12. conſtit. Græcæ, ut didici ex libro Græco nondum edito de diverſis intervallis uſque ad annos 100. tit. de anno. Inter cæteras deeſt Græca conſtit. quæ ſuit l. 45. hujus tit. qua ſuſtulerat ex legatis act. in duplum, exceptis legatis ad pias cauſſas, ut ait in *§.ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contractu*: Vide notata ad *Rubr. ff. de legat. 1.* verba ejus libri Latine reddita hæc ſunt: *ſi intra annum non ſolvatur, quod relictum eſt piis cauſſis, legatum duplatur, ut ſcriptum eſt libro primo, C. conſtit.45.* in qua conſtituit Juſt. legata relicta ptochiis, aut aliis locis pietati dicatis, annuo tempore finiri. Vide caput 20. tract. de præſcript. Deeſt & alia conſtit. ut ſi relicta uxore vir tondeatur, quod licebat Novel. 102. ut mulier non poſſit nubere intra annum abſque famæ periculo, niſi pepererit intra annum.

De Epiſcopali audientia, & diverſis capitulis, quæ ad jus, curamque, & reverentiam Pontificalem pertinent.

TIT. IV.

L.1.) Hæc lex conjungenda eſt cum *l. 1. infra de commer. & merc.* ubi vide notata, quomodo ſcil. mutata ſit hæc l. 1. à Triboniano. Cæterum male quidam hanc l. accipiunt de mercatoribus certæ rei ab Imp. præpoſitis, cum tamen pertineat ad omnes mercatores.

L.4. Tres) Hæc l. deeſt in ſcriptis libris.

L.9. Libellis duobus) legendum, libellis duabus. Eſt autem libella duodecima pars unciæ. Cicer. & Donat. in Phorm. Act.1. Scena 1. Gell. lib.20. cap. 1. vide not. ad *l.43. de verbor. ſignificat.*

Antiſtitum Chriſtianæ) Sic & conſtitutum eſt, ut Epiſcopi viſitent cuſtodias κατὰ τετράδα καὶ παρασκευήν, id eſt, Mercurii, & Veneris diebus. Vide cap.3. tract. de præſcript. Item ut moneant præſides, ut ea faciant, quæ cauta ſunt de cuſtodia reorum: eis ceſſantibus, ut id referant ad Imper. & ea de re deeſt hic Græca conſtitutio, quæ exſtat libro 60.βασιλ. De integra iſtius conſtit. ſententia vide cap. nonum d. tract.

L.13. Decernimus) Conjun. *l.25. de Epiſc. & cleric.* & ad illam ex hac adde ſubſcript.

L.15. Nemo) Conjunge *l.8. infra de poſt.*

Per quinquennium) vide cap.24. de præſcript.

L.16. Si legibus) hæc l. repetita eſt in *l.ult. inf. de ſponſal.* circa medium, ad quam ex hac addenda ſubſcriptio. Cæterum obſtat *l.5. D. de jur.& fac. ignor.* hinc colligunt ſcientiam patris nocere filiæ. Recta eſt poſtrema Accurſii ſolutio hic allata.

L.21. Si præſens) Conjunge *l.pen. §. ſed ſi parens, inf.de non numer. pecun.* & ex hac adde ad illam ſubſcript.

Ad calcem tit. Deeſt hic l.23. quam Euſtathius lib. de temporibus in hanc rem citat, ut ſi dominus per triennium moram faciat in accipiendo jure emphyteutico, hoc cedat juri emphyteuticarii. Vide ſcripta ad *l.2. C.* de jure emphyt. Deeſt in hoc tit. & in *tit. inf. de cuſtodia reorum* conſtitutio, cujus ſententiam ex lib.60. Βασιλ. vide in not. ad *l. 10. ſup.* & ſcripta cap. 3. tract. de præſcript. Deeſt & alia etiam ut Epiſcopus, & tres bonæ opinionis viri inſpiciant opera civitatis, & ea metiri curent, & eorum rationem ab adminiſtratoribus intra annum reddi: Vide cap.20. de præſcript.

De Hæreticis, & Manichæis, & Samaritis.

TIT. V.

L.1. D. Pridie cal. ſep. D. 11. Non. Ju. *C. Theod. lib.18. tit.4. l.20.*

L.21. §. Sed iis quidem: omne teſtimonium) huc pertinet *Novel.* 45. Sic non prohibentur teſtimonium ferre, qui damnati ſunt furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, de dolo, depoſiti, mandati, pro ſocio, licet infames ſint. Ipſo jure etiam non eſt interdictum teſtimonium ei, qui in judicio publico calumniæ damnatus eſt, *l. 13. D. de teſtibus*. Calumniæ autem judicium non eſt publicum.

§.Aliis: judicialia teſtimonia) Dicuntur litis teſtimonia in *l.4. ff. depoſ.* vide ſcripta ad *l.penult.*

§. Cæterum propter utilitatem neceſſarii) id eſt, quia teſtimonii uſus neceſſarius eſt, *l.1. ff. de teſtib.*

De Apoſtatis. TIT. VII.

L.2. Intra quinquennium) vide cap.24. de præſcript.

De Judæis, & cælicolis. TIT. IX.

L.1. Imp. Antoninus) Adde Caracalla. Id conſtat ex conſ. catalogo: vide not. ad *l.32. §.ult. D. de legatis 1.*

L.12. Jovio) Alias Johanni.

L.13. Die ſabb.) vide cap. 3. de præſcript.

Ne Chriſtianum mancipium hæreticus, vel Judæus, vel paganus habeat, vel poſſideat, vel circumcidat.

TIT. X.

L.1. Judæus) hujus conſtit. rationem exponit Sozomenus lib.3. hiſtor. Eccleſ. cap.17. his verbis: Ἰουδαίοις δὲ ἐνομοθέτησεν μηδένα δοῦλον ὠνεῖσθαι τῶν ἐξ ἑτέρας αἱρέσεως: εἰ δὲ παρὰ τοῦτο ποιήσοι, δημόσιον οἰκέτην εἶναι: εἰ δὲ καὶ περιτέμνοιεν κατὰ Ἰουδαίων θέμιστας, εἰς κεφαλὴν εἶναι τὸν κίνδυνον, καὶ ἀφαιρεῖσθαι τῶν ὄντων: ἐπεὶ γὰρ τὴν θρησκείαν πανταχόθεν αὔξειν ἐβούλοντο, καὶ ταύτης πρόνοιαν ἐποιήσαντο, ὥστε μὴ ἄδειαν εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἀπορεῖσθαι τοὺς μὴ τοιούτους τὸ γένος ὄντας. Eandem rationem tradit Gregorius lib.3. Epiſt. c.21.

De Paganis ſacrificiis, & templis. TIT. XI.

L.1.) Emendanda hujus l. inſcriptio, & ſubſcriptio ex *C. Theod. lib.16. tit.18. l.4.*

L.2. Imp.Theod.A.) Legendum, *Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius A.A. Cynegio. P. P. ex C. Theod. lib.16. tit.8. l.9.* id & docet ratio conſulum.

D:

Digitized by Google

De his, qui ad Eccleſiam confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Eccleſia extrahatur. TIT. XII. A

L.2. Jovino) Alias Johanni.

L.3. Imperio) Legendum, Hierio ex *C. Theod.*

L.4. D. v. Kal. April.) Addendum. C. P.

L.6. Sed ſi hoc: poſt electoeum ſolemnium) Olim mittebantur in poſſeſſionem omnium bonoeum. Itaque omnia diſtrahebantue, ut conſtat ex orat. Cic. pro Quint.

De iis, qui in Eccleſiis manumittuntue. TIT. XIII.

Hunc manumittendi modum Conſtantinum inveniſſe ait Caſſiodorus lib.1. tripart. hiſtoriæ cap.9.

De Legibus, & conſtitutionibus principum, & edictis. TIT. XIV.

L.1. Inter æquitatem juſque) id eſt, cum aliud jus ipſum, aliud æquitas poſtulat. Haemco. lib.1. epit. 1. tit.1.

Nobis ſolis) Dum ſcil. plaoe incerta, & dubia eſt legiſ- B latoris voluntas: alioquin locus eſt *l.8. inf. de judic.*

L.4. Digna vox) vide *leg.3. inf. de teſtam.*

L.5. Præfecto prætorio) Præfect. urbi in *Nov. Theod. ne curial. præd. al. conduc.* Ulp. Fragmen. tit. 1. ex ea Nov. hæc l. ſumpta eſt. Cum coim ante prohibitum fuiſſet, ne curiales ad procueationem eerum alienaeum accederent, *l. 24. inf. de decueion.* iique in ejus conſtit. feaudem conducendi licentiam uſurpaeent, cum tameo peocurationem ſpeciem conductionis eſſe conſtet, vetat quoque, ne deinceps fraude conſtitutioni facta prædia conducant, aut fidejuſſores conductoris exſiſtant. Huic autem legi conjunge *l.30. inf. loc.* quæ ſumpta eſt ex eadem Nov. Et ex hac adde ad illam ſubſceiptionem: vide ſcripta ad illam.

Nullum enim pactum) hæc hujus l. eegula pertinet ad C l. perfectas, id eſt, quæ id, quod factum eſt contra ſe, reſcindunt.

Et Feſto conſule) In Cod. Theod. ſolus Theodoſius Conſſ. xv.

L.6. Quod favore) idem in *l.18. in fin. inf. de fide inſtr.* unde pete exemplum.

L. 12. Si impeeialis) Eſt ex 50. deciſio. Idem in *Novella* 138.

De Mandatis principum. TIT. XV.

L.1. Inſignium) Alias Inſcium, Vetus, Eugenium. *D. xvi. Kalend. Jul.)* Puto legendum, die xvi. Majas Conſtantinop. Antonino, & Syagrio conſule, accepta III. Kalend. Auguſti Romæ, Merobaudo II. & Saturnino conſulib.

De veteri jure enucleando, & de auctoritate juriſprudentium, qui in Digeſtis referuntur. TIT. XVII. D

L.2. §. Quod celeſti: loca devia, & multum diſtantia) Videlicet ſub tit. de prætor. ſtip. quem ordinem ſecutus eſt idem Juſtinianus in C.

§. Si quid igitur tale. Julianus legum, & edicti perpetui) Sic etiam dicitur in *l. pen. de condi. indeb.*

Juſtiniano PP.) *L. perpetuum*, oon ut vulgo, *præfecti prætorio*.

De Juris, & facti ignorantia. TIT. XVIII.

L.1. Simplicitatem armatæ militiæ) hoc licet ſpecialiter militibus ex reſcripto iſto, quod indicat veebum permitto. Alioquin poſt ſententiam noo opponitur peremptoria præſcriptio: vide ſcripta ad *l. 8. & 9. ff. de jur. & facti ignor.* & ad *l.19. C. de probat.*

L.2. Imperator Gordianus) idem Auguſtus legitur alias, ſed male, ut docent ſubjecti Conſſ.

L.3. Si emancipata) vide ſcripta ad *l.1. ff. eod.* E

Prætendeee) Jus enim ignoranti tempora procedunt; *l.6. inf. qui admit. ad bon. poſſ.*

L.7. Error facti) Non juris, *l.7. inf. eod.*

L. 8. Cum teſtam.) Conjunge *l. 7. inf. de condict. indeb.* Utriuſque eadem eſt inſcriptio. Itaque etiam eadem debet eſſe ſubſcriptio.

L.10. Cum quis) vide ſceip. ad *l. regula, §. ſi quis jus, ff. eo. tit.*

L. ult. Ne paſſim) idem in *l.9. ff. eod.* Exempla ſunt in *l.1. § ult. ff. de edendo, & l.3. §. ſi quis, ff. ad Syllan.*

L. pen. Flaviano P.P.) Addendum Illyrici, & Italiæ, ut in *l. penult. inf. de contrahen. empt. & l. 20. inf. de pæn.* Loquitur autem de Illyrico Occidentali, ut de Orientali, in *l. ult. inf. de anno, & trib.*

De Precibus Impeeatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non. TIT. XIX.

L.1.) Conjunge *l.1. ſup. quibus ex cauſſis ſervi pro præmio libert.* & ex hac adde ad illam ſubſceipt.

Diocletiano VI.) Lege Diocletiano IV. ut docet catalogus Conſſ.

L.2. Quoties) Ait moratoriam, ſive dilatoriam except. remitti poſſe: peremptoriam committi, relaxari non poſſe. Itaque hæc l. non peetinet ad eas inducias, quæ ſolent reſcripto principis petentibus egenis debitoribus tribui: vide ſcripta ad *tit. C. de pact. intee empt.*

L.4. Univeeſa) hinc, ut & ex *l. ult. inf. qui bon. ceder. poſſ.* originem habere videntue ex induciæ anni, biennii, & quinquennii, quæ ſolent reſcripto principis petentibus egenis debitoribus dari.

L.7. Reſcripta) Conjunge *l.5. ſi contea jus.*

Quando libellus principi datus litis conteſtationem facit. TIT. XX.

L.2. Annali tempore) Nam ad tollendam triennalem præſceipt. hoc non eſt ſatis, ſed ea interrumpitue conventione exſecutoeis, & libelli admonitione, *l. ſicut, l. cum notiſſimi, inf. de præſcript. 30. annor.*

De diverſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionib. TIT. XXIII.

L.1. Conjunge *l. ult. inf. ſi unus ex pluribus appel.* & ex hac illius inſcriptionem, emenda, & adde ſubſceipt.

L.7. Si preces veritate) cap.2. de reſcriptis in decretalib.

De officio præfecti prætorio Africæ, & de omni ejuſdem diœceſeos ſtatu. TIT. XXVII.

L.2. Formam) Licebat peæſentis prætoris generalia edicta conſceibeee, quæ vocabant formas, dicuntur *τύποι τῶν ἐπαρχῶν*, *l. apertiſſimi, inf. de judiciis.* Ea vim legis habent: hæc ſunt, quæ dicuntur *ἐπαρχικά*: *Βασιλικῶν* appellatione continentue Imperatoriæ conſtitutiones, *ἐπαρχικῶν* præfectorum prætorio: vide ſcripta ad *l. pen. inf. de fidejuſſor.*

De Officio præfecti urbi. TIT. XXVIII.

L.3. Conjunge *Nov.62.* Caſſiodorum in formula præfecturæ urbanæ, lib.6.

De Officio magiſtri offic. TIT. XXX.

L.3. Degradandive) Legend. *eegradandive.*

L.4. Cueæ) Hæc cooſt. pars eſt *l.1. inf. de offic. milit. judic.*

De offic. Comit. ſac. palatii. TIT. XXXII.

De Offic. com. rer. priv. TIT. XXXIII.

L.1. Hoc eſt emphyteuticarii) Legendum, *VEL emphyt.* Nam differunt perpetuarii ab emphyteuticaeiis. Vide ſcripta ad princ. *tit. C. de jure emphyt.*

D *De Officio comitis Orientis.* TIT. XXXVI.

L.1. Vſco, Puſco, Lyriarchiæ) Legendum, Alytarchiæ.

Oeientis diœceſis, ſed Aſianæ. Prima Syeia, quæ dicitur Salutaris, hæc eſt Syria Palæſtina. Victor in Veſpas.

Syria ſeu Palæſtina) Legendum *Syria, cui Palæſtina nomen*, ex veteri libro, & Eutropio.

De Officio vicarii. TIT. XXXVIII.

Vicarii) id eſt, præfecti prætoeio, qui à principe mittebatur, non in unam provinciam, ſed io diœceſin, & tractum aliquem extenſum pee provincias.

L. 5. Saceæ cognitionis) Solus tamen præfect. prætorio vere judicat vice ſacra, *l.16. C. Theod. de appell.* à quo non appellare, ſed ſupplicare licet, *l.1. inf. de ſentent. præfect. præt.* tamen à vicario, ut à præfecto urbi appellare licebit

E ad peincipem, *l.38. ff. de minorib.*

De Officio rectoris provinciæ. TIT. XL.

L.2. Pronuntiare nequeunt) Non enim quilibet præſes habuit merum imperium, ſic in *l.4. C. loc.*

L. 8. Interceſſorem, id eſt, exſecutorem) Sic in *l.6. inf. quæ res pign. oblig. poſſ.* qui initio dicuntur executores, in fine interceſſores.

L.9. Nullus) hæc l. abrogatur in *l. ult. inf. de dignitatibus.*

L.14. Idem A. eidem) Alias Imperat. Anaſtaſius A. Viviano. PP. rectius, ut docent ſubjecti conſules.

Ad eaùem tit.) Deſideratue hic Græca Anaſtaſii conſtitutio.

De Officia militarium judicum. TIT. XLVI.

L.4. Duces) Conjunge *l.4. ſup. de off. mag. off.*

Luſtra-

Luſtrationiſque) Leg. Cluſuriarumque, ut & in *d. l.* 4. A *ſup.* vide ſcripta 3. Obſer. cap. 24.

Ad calcem tit.) Deeſt hic Græca conſtitutio, qua inter cætera hoc cavebatur, ut feræ beſtiæ, quæ tranſmittebantur ad principem, ſeptem tantum diebus reſideant, & alantur in vicinis civitatibus. Sic equi præſcribuntur quinque dies, *l.* 1. *C. de tract. & ſtat. lib.* 12.

Ut omnes judices tam civiles, quam militares poſt adminiſtrationem depoſitam 50. dies in civitatibus, vel certis locis permaneant. TIT. XLIX.

Quinquaginta dierum) vide cap. 12. tract. de præſcript. Item in *l.* 2. *inf. de aſſeſſ. Nov.* 8. 95. & 161.

De provincia diſcedendi) Græci provinciam hic vertunt thema. Sic Harmenop. lib. 1. tit. 4. & lib. 3. tit. 3. θεματικοὶ κριταὶ ſunt provinciales judices. Sic vertendum, licet vulgo vertant pedanei judices. Vide Har. etiam lib. 6. ἐν B τῇ ἐπαρχίᾳ ἤγουν ἐν τῷ θέματι: Vide cap. 18. inf. de præſcriptionibus.

Divinæ vocis copia) id eſt, per vocem revocatoriam, ſeu evocatoriam, de qua etiam *l. ult. C. de dig. lib.* 12. & *Nov. Inſt.* 8. Hujus formulam ponit Caſſiod. lib. 7. variarum.

De aſſeſſorib. & domeſticis, & cancellariis judicum. TIT. LI.

L. 3. *Quinquaginta dies*) vide cap. 12. inf. de præſcript. idem in *l.* 1. *ſup. ut omnes judic. tam civiles, & Nov.* 8. 95. & 161.

L. 10. *Ultra* 4. *menſes*) vide cap. 16. tract. de præſcript. Paulus 5. *Sent. tit.* 12. *Ne*, inquit, *gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.*

L. 14. Nemo) vide notata ad *l.* 7. *ff. de juriſdict.* & ſcripta ad *l.* 5. *ejus tit.*

De modo mulctarum, quæ à judicibus infliguntur. TIT. LIV. C

L. 2. *Procuratores*) Cæſaris, ut nec curatores reipubl. jus dicendæ mulctæ non habent, ſed inter certas tantum perſonas. Ille inter fiſcum, & privatos: hic quia tantum judex eſt rerum ad civitates pertinentium: Vide not. ad *l.* 2. *§. ult. ff. de judiciis.*

Vel rationales) Procurator Cæſaris nihil differt à rationali. quare *vel* hic eſt ἑρμηνευτικὸν, non διαζευκτικόν.

L. 3. *Curator reipubl.* Is erat ex decurionibus, vectigalia locabat, vias curabat, cauſſas reipub. apud præſidem, aut principem agebat: vide notata ad *l. ultim. de decur. & tit. ff. de offic. aſſeſſorum.*

L. 6. *Imp. Arcadius*) Legendum, iidem Imperatores, ut docent ſubjecti Conſſ.

Ordinario) Ordinarii judices ſunt clariſſimi, de his vide fuſius notata ad *l. omnes, ſup. de epiſcop. & cleric.* & ad D *tit. de judic. ff.*

De defenſoribus civitatum. TIT. LV.

Hi dicuntur Juſtiniano ἔκδικοι in *Nov.* 15. defenſores plebis in *l.* 1. *infra de offic. jurid. Alex.* Romæ erant Senatores, conſules, tribuni plebis. Horum vice in municipiis decuriones, decemviri, & defenſores civitatum, ſeu defenſores plebis.

L. 1. *uſque ad* 50.) hodie ex *Novella* 15. uſque ad 300. aureos.

L. 4. *Quinquennii*) At ex *Nov.* 15. poſt triennium alius defenſor creari debet.

L. 5. *Nullas infligant mulctas*) Ratio eſt, quia mulctæ dicendæ jus iis tantum datur, quibus publice, id eſt, inter omnes judicium eſt. Hi autem non erant publici judices, ſed inter plebejos tantum cognoſcebant ad certam ſum- E mam, *Nov.* 15. vide not. ad *l.* 2. *§. ult. ff. de judic.* hinc autem colligi poteſt, duumviros poſſe mulctam dicere: vide ſcripta ad *l.* 1. *ff. de juriſdict.*

AD LIBRUM II.

De Edendo. TIT. I.

L*Ex* 1. *Ipſe diſpice*) Ergo non cogitur reus in foro inſtrumenta ſua edere.

Id ex cauſſa) Juſta, ut ſi mandatum ſit, ſi intervenit ruina, naufragium, incendium, & ſimilia, tunc reus edere cogitur.

Ad judicis officium) vide ſcripta ad *l.* 5. *infra de probationibus.*

L. 2. *Is apud quem*) vide cap. *quando contra falſum, lib.* 2. *decret. de probat.*

L. 3. *Edita actio*) Conjunge *l.* 1. *inf. de litis contest.* & ex unius ſubſcriptione aliam emenda. Hæc enim lex illius pars poſterior eſt. Hic enim continetur poſterior tantum pars differentiæ inter litem conteſtatam, & actionem editam. Quare ſenſus eſt: edita actione nondum lis eſt, nondum judicium, ſed tantum apparet ſpecies, aut genus litis futuræ, ut puta ſitne bonæ fidei, aut ſtricta, certa an incerta, non autem editio facit litem, aut judicium, aut litis conteſtationem, quia fieri poteſt, ut lis nulla ſit, ſi ſcilicet reus malit cedere.

Speciem futuræ litis) Ammian. Marcellinus lib. 30. ait ſpeciem litis edere.

Demonſtrat) Non autem litem facit.

Emendari) Sed quouſque licet emendari? Ex mente hujus reſcripti tantum uſque ad litem conteſtatam, ut docet l. 1. inf. de litis conteſtat. At ex mente Juſtiniani, *§. ſi minus, de action.* uſque ad ſententiam.

Decrevit) id eſt, ut non mutatio, aut emendatio concedatur, niſi cauſſa cognita.

L. 4. *Qui accuſare*) hujus l. ſententia pertinet tam ad cauſſas criminales, quam civiles.

L. 5. *Non eſt novum*) id eſt, ordinarii juris eſt: vide ſcripta ad *l.* 5. *inf. de probat.*

Ut fides veri conſtare) id eſt, ut ex his reus ſuam defenſionem, & exceptionem probare poteſt, *l. ult. infra eodem.*

L. 6. *Rationibus publicis*) id eſt, fiſcalibus.

L. 7. *In auth. ut ſponſal. larg.* Ex *Nov.* 119.

Documenti) Græce συμβολαίου, id eſt, inſtrumento.

Ex hac memoria) Μνήμης) id eſt, mentione.

L. 8. *Antonino patre meo*) vide Lampridium in Alexandro.

Rationes promi) In eum, qui rationes non edidit, datur actio in factum annua, & ei ſecundum Græcos in eum, qui non edidit actionem: vide cap. 20. tract. de præſcriptionibus.

Originem petitionis) vide ſcripta ad *l.* 5. *infra de probat.*

Fundari) Sed an adverſus alium cogitur quis edere rationes ſuas? Et cogi poteſt, ita tamen, ut ex eo non detur occaſio inſtituendæ in eum litis. Sic conſtituit Juſtinianus edicto novo, in quo refert ſe id antea conſtituiſſe, ſed ea conſtitutio non extat: vide ſcripta ad *l.* 5. *inf. de probat.* Videtur ea eſſe Græca conſtitutio, quæ deſideratur in hoc tit. cujus ſummam ex lib. 24. βασιλ. tit. 1. refert Harmen. lib. 1. tit. 2.

De in jus vocando. TIT. II.

L. 2. *Venia edicti non petita*) *Sic, ab auctoritate veſtra tanquam ab edicto petita venia*, ait Macrobius.

Ruſticitati venia) Juris tamen ignorantia eum non ſubjicit pœnæ edicti, ſed eum non relevat à pœna edicti.

L. 3. *Roſana*) Alias Roanæ.

De Pactis. TIT. III.

L. 1. *Conditionis incertum*) id eſt, ſpecies fideic. adipiſcendi ex parte actoris, & metus reſtituendi ex parte Philini.

Conventione) Exceptionis ope, non ipſo jure.

Facta ſicut placuit) vide ſcripta ad *§. ultim. l. qui Romæ ff. de verb. oblig.*

L. 2. *Spontanea voluntate*) Excipere enim actiones hereditarias inviti non coguntur, *l.* 2. *inf. de hered. act.* præterquam ſi à fiſco hereditas vendita ſit, *l.* 1. *infra de hered. vel act. vend.* ubi ſcripta vide.

L. 4. *Mota*) id eſt, conteſtatæ.

Renuntiaſti) Sine pacto, ſine unius ſolo conſenſu.

L. 7. *Vel præſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non intervenit*) Hæc tota addita ſunt ex interpretat. Azonis, & aliorum, & abſunt à ſcriptis.

L. 8. *Idem A.*) Legendum, Imp. Alexander A. Mucatraulo. Docent id Conſſ.

L. 10. *Legem*) Repetitur in *l.* 1. *inf. de pactis convent. tam ſup. do.*

Alumna) Filia naturali.

Vtilis eſt condictio) Id eſt, competit.

L.11. Ex conventione) Inſcite detorta à Triboniano ex *l.1. inf. ſine cenſu, vel reliq.* quam huic conjunge.

Adverſus eam) Si maritus accepto fundo ſolverit uſuras creditori hypothecario, ne fundus evinceretur actione Serviana: tunc enim mariti heres aget quidem pro præterito tempore, ut recte hic Accurſ. ſed non pro futuro, quoniam fundus apud eum non remanet ſoluto matrimonio: & ideo nihil intereſt ejus, cum ſervari: ſed ſi apud heredem mariti remaneat, ut ſi ſit datus æſtimatus, tunc is aget ex empto, ut mulier fundum liberet. At in tributis non aget, ne quidem ſi æſtimatus datus ſit, quam differentiam uno reſcripto notabat Alexander, quod Tribonianus diſcerpſit hoc loco. Aliud de uſuris, & tributis, *d.l.1. ſine cenſu*: vide ſcripta ibidem.

Vſuras ſolveret) Hæc pactio injuſta eſt.

Ex vendito actio) Ex empto.

Dion. Conſſ. (Alias, in Dione II. Conſſ. rectius, ut docent conſſ. & *d.l.1. ſine cenſu.*

L.12. Super prima conventione) Id eſt, ante prius pactum.

L.23. In bonæ fidei) *L.7. §. quin imo, ff. eodem.* Vide ſcripta ad *l.135. de verbor. obligat.* Subaudiendum vero eſt.

L.14. Cœlio militi) Leg. Mucatraulo.

Ex ſtipulatu) Hic actio ex ſtipulatu accipitur generaliter, non tantum pro actione, quæ datur ex ſtipulatione incerta, ſed & pro certi condict. ut & multis aliis locis de quibus vide ſcripta ad tit. *Inſtit. de verbor. obligat.* & *l.7. §. quod ſere, ff. eodem.*

L.15. Pactum) At ex Novell. Leonis 19. qua hæc lex nominatim abrogatur, probata eſt hæc ſententia, & moribus noſtris recepta. Vide ſcripta ad *l. 26. ff. de verbor. obligat.*

L.16. Remiſſam) *L.11. tit. prox.* Sic & alienatione prohibita extra familiam omnibus vendentibus. Itemque pacto fideicommiſſum remittitur, *Nov.159.*

L.18. Iulio, & Æmilio) Hi erant duo rei debendi. Obſtat *l. alt. infra de fidejuſſ.* & rurſus *l. ſi ex toto, §. 1. de legat.1.* Dicendum, hic obſtare exceptionem pacti, vel doli, ſi videlicet creditor admittat eum, qui ſolvit ea mente partem, ne quicquam ab eo peteretur: Nam & hæc lex poſita ideo eſt ſub hoc tit. Argumentum ejus quoque eſt in *l. ſi ſtipulatas, in fin. de fidejuſſ.* Vide ſcripta ad *d.l. ſi ex toto.*

L.19. Alterius rebus potiatur) Vide Harmenop. tit. *περὶ ἀλληλοκληρονομίας*, & ſcripta ad *l. 26. de verborum oblig.*

Communem mortis fortunam) Hoc proprium eſt commilitonum, & conjugum, ex Nov.1. Valentiniani: vide not. ad *l.4. inf. de inutil. ſtipul.* & Nov. Valentiniani, *de teſtamentis.*

L.20. Traditionibus) Scilicet juriſgentium, ſi factæ ſint traditiones ex juſta cauſſa à domino: Uſucapionibus vero jure civili, ſi traditiones factæ ſunt à non domino. Nudo autem conſenſu nudave conventione dominium non mutatur: Nam etſi verbi gratia conſenſu perfecta ſit emptio, dominium tamen non mutatur, niſi & res tradita, & pretium numeratum. Vide ſcripta ad init. tit. *ff. de uſurpat. & uſucap.*

L.26. Pacto ſucceſſorum) Vide ſcripta ad *l. 1. inf. ſi certum petat.*

L.27. Anteceſſit pactum) Loquitur de pacto ſtipulat. confirmato, non de ſtipulationis lege.

L.28. Si certis) Vide ſcripta ad *leg. 5. infra de uſuris.*

L.29. Si quis) Repetitur ſupra *l. 39. de epiſc. & cler.* Opponitur *l. antepen. ff. de juriſdict. omnium jud.* vide ſolut. in not. ad *d.l. antepen.*

Omnes licentiam) Cic.3. in Verrem. *Quod mihi lex mea cauſſa dat, cur eo mihi uti non licebit?* Vide ſcripta ad *l.2. inf. de reſcind. vend.*

L.30. In eadem hereditate) Scilicet partienda.

Pactiones odioſæ) Inhoneſta eſt hæc conventio, &

A præmatura, coruina. Vide ſcripta ad *l. 26. ff. de verbor. obligat.*

Veteres itaque regulas) Inter has una eſt *l. alt. C. Th. famil. erciſc.*

De Tranſactionibus. TIT. IV.

L.3. Quod pater ejus) Hic latet formula quædam utilis actionis negot. geſtor. Unde ſequitur; Et ſi apud judicem negabit.

Aquiliana ſtipulatio) Hoc loco ſtipulationis Aquiliæ verbo acceptilatio intelligitur, & in *l.5. et l. puto, ff. eod. §. eſt autem, Inſt. quibus modis tollitur oblig.* Sic eſt contraria, cum dicimus, acceptilatione ſæpe intelligimus ſtipulationem Aquil. quæ debet præcedere, &c.

L.6. Vtilis actio, quæ præſcriptis) vide not. ad *l. in factum, ff. de oblig. & act.*

B Utilis, id eſt, in factum, id eſt, præſcriptis verbis: ſic dicta, quoniam non eſt civilis, ſed exemplo civilis inducta. Huic loco obſtat *§. quod ſi faciam, l.5. ff. de præſcript. verb.*

L.7. Tranſactionis) Hæc l. repetita eſt in C. Gregoriano, *l. un. eod.* in qua ſic inſcribitur: Imp. Gregorius, male: legendum. Imp. Gordianus A. Licinio, & inſcribitur P. P. x. Kal. Jan. Pio, & Pontiano Conſſ. Quidam libri notant has leges tranſpoſitas eſſe, & modo *l. de alimentis* hanc præcedere, modo ſequi: puto inſcriptiones, & ſubſcriptiones tranſpoſitas, & immutatas eſſe, & inſcript. & ſubſcript. addendam eſſe ad *l. tranſactionis*: & contra *l. tranſactionis ad l. de alimentis.*

L.8. De futuris) Item nec de eis paciſcitur: qua de re enim litigioſa, vel dubia tranſigere non licet, nec paciſci

C licet, auctore Paulo *lib.1. Sent. tit.1.* Confer cum hac l. 8. *ff. eodem.*

L.10. Impp. Philippus) Alias, Gordianus: utrumque ferri poteſt: Nam ſubjectis conſulibus Gordianus imperavit, & eo interfecto etiam Philippus auctorib. Capitolino, Caſſiod. Euſeb. Eutrop. Oroſ.

L.11. Tranſactio rata eſt) Hoc olim non obtinuit Paulus 4. *Sent. tit.1.*

L.13. Corporis cruciatum) Idem in *l.4. 7. 8. & 9. de his, quæ vi metuſve cauſſa, & l.9. inf. de contrah. & commit. ſtip. lib.8.*

L.16. Cauſſas, vel lites) Hypotheſes, vel actiones.

L.17. Manente tranſactionis placito) *L.16. ff. eodem.*

L.18. Tranſigere, vel paciſci) Qua de re non licet tranſigere, nec licet paciſci, Paulus *lib.1. Sent. tit. 1.* ad hanc

D l. facit *l.10. inf. de adult.*

De crimine capitali) Nam omnis eſt honeſta ratio ſervandi capitis.

Excepto adulterio) De inſtituta accuſatione non capitali non licet tranſigere: ob id fit, ut non liceat de adulterio tranſigere, vel paciſci. Nam hoc crimen ex l. Julia non fuit capitale, poſtea vero ex conſtitutione factum eſt capitale, ita tamen ut de eo, ſicut nec olim, non liceat paciſci: mutata eſt tantum pœna, reliqua remanſerunt.

Citra falſi accuſationem) Valde ad hanc l. pertinet *l. de crimine, infra ad l. Juliam de adult.* Idem confirmat *l. Impp. ff. de jure fiſci*, quæ ait, reum qui paciſcitur de crimine, & fugientem cauſæ inquiſitionem, falſi reum eſſe. Omnis à reo corruptela falſitas eſt, *l. 1. l. qui duob. ff. de falſis*,

E ut qui judicem, qui adverſarium corrumpit. Hæc conjunguntur ut paria, corrumpere judicem, corrumpere adverſarium, *d. l. Impp.* Et hoc eſt, quod hic ait, citra falſi accuſat. quibus verbis indicat falſi reum teneri, qui tranſigit.

L.21. Cum ea, quæ) Sic Symmachus lib. 1. epiſt. refert. Seritium Theoſco petente eam maſſæ partem, quam ex mandato N. tradere debebat, in Theoſcum, ejuſque liberos veluti ex donat. contuliſſe, ut id, quod agebatur, vim majorem obtineret.

Iis quando ſimulate) vide ſcripta ad tit. *inf. plus valere quod agitur.*

L.29. Sub prætextu) Aliud eſt, ſupprimi res ab uno, ex tranſigentibus, longe aliud latere ſine tranſigentis

frau-

fraude. Itaque ex generali tranſactione fraus ſemper A
excepta videtur, *l.35. ff. de pact.* non item ea, quæ non apparebant.

L.32. Si cauſſa) Huc pertinet *l.23. §.ſi poſt, ff. de condict. indeb.*

L.38. Tranſactio) Con. *l.3. inf. de repud. hered.* & ex hujus ſubſcriptione ad illam diem addito, & *l.4. inf. de poſtul. & l.1. de repud. bon. poſſ.*

L.41. Actione privatus) Ergo propter perjurium, ut & propter paciſcentium voluntatem, ſive clauſulam rato manente pacto ex *l.17. ſup.* Utrumque locum habet, nec alterutro ſatisfit actori, Regulariter ſecus eſt *l. prox. ſupra.*

De poſtulando. TIT. VI.

L.3. Te daturum caviſti) vide ſcripta ad *l. 4. C. de condict. ob cauſſam dat.* B

L.4. Velamento) Con. *l.38. ſupra de tranſact. & l.3. inf. de repud. her. & l.1. inf. de repud. bon. poſſ.*

L.5. Ab hac profeſſione) vide ſcripta ad *init. inf. mandati.*

L. ult. Nemo) Con. *l.15. ſup. de Epiſc. audient.*

Pridie Kal. Aprilis) Auguſti.

De Advocatis diverſorum judiciorum. TIT. VII.

L.1. Si pactionum) Huc pertinet *l. 7. inf. quando provocare non eſt neceſſe.*

De principali cauſſa) Lis enim non retractatur, antequam de provocatione pronunciatum ſit, ut in ſpecie *l.29. ff. de jure fiſci.*

L.112. Sed biennio) vide cap.21. inf. de præſcript. Item ad *l.13. & ult. not.*

De Advocatis fiſci. TIT. IX. C

L.4. §. Quotieſque: Allegationibus uti) vide ſcripta ad *l. penult. inf. de teſtibus.*

Hic verbum allegationis non probationem ſignificat, ſed vel exceptionem, vel defenſionem, vel proteſtationem quamlibet, quæ fit apud acta.

L.6. Imp. Juſtin.) Leg. Juſtinus, ut ratio ſubſcript. conſſ. poſtulat, & eorum, quæ legi ſeq. adſcripta ſunt, & meliores Cod. habent.

L.7. Ultra 3. annorum) Vide cap.22. tract. de præſcript. & ad tit.14. Frag. Ulp.

L.9. Ultra continuum biennium) Leg. *Triennium ex l. per hanc, ſup. eod.* vide cap. 22. de præſcrip. & ſcripta ad tit.14. Frag. Ulp. ubi eſt ſimilis error.

De errore advocatorum, vel libellos, ſeu preces concipientium. TIT. X. D

L.3. Ex continenti, id eſt, triduo proximo) Sic *l. ult. inf. de judic.* vide cap.1. & 5. inf. tr. præſcript.

Ex quibus cauſſis infamia irrogatur. TIT. XII.

L.1. Infamia) Tamdiu tamen erit inteſtabilis, *l.3. §. lege, l.20. ff. de teſt.*

L.15. Triſtior habitus) Qui lugebat, abſtinere debebat à conviviis, ornamentis, & alba veſte. Paulus *lib.1. Sent. tit. ult.*

L.16. ἐσυκοφάντησε) Leg. *συκοφαντεῖ*, id eſt, calumniator: vide not. ad *l.13. in fin. ff. de jurejur.* & ſcripta ad *l. 2. C. de reb. credit.*

L.20. Improbum fœnus) Supra modum: vide ſcripta ad *l.eos, C. de uſur.* Olim tenebantur in quadruplum, *l. 2. Cod. Theod. de uſuris,*

De Procuratoribus. TIT. III. E

L.2. Ipſis conſulibus) Alias, ipſis III. & IV. A.A. Conſſ.

L.7. Suffragatorum) Male Accurſius interpretatur advocatum: vide not. & ſcripta ad tit. inf. *de ſuffrag.*

L.12. Exigendi) Male ex hac l. Oldendorpius in procuratore exigit 25. annos. Conſtat tantum requiri plenam pubertatem, *§. juſtæ, Inſt. qui, & quibus ex cauſſis,* quem §. male accipiunt de procuratore negotiorum. Nam in eo nulla certa ætas exigitur. Nec obſtat *d. §. juſtæ* huic legi. Nam ea loquitur de defenſ. non de procurat. minor 25. annis non eſt idoneus defenſor, quia poteſt reſtitui in integrum, ut nec fidejuſſor improbari poteſt à judice. At jure non vetamur fidejubere, aut defendere vide cap.29. de præſcript.

L.15. Litem te redemiſſe) vide ſcripta ad initium tit. *C. mand.*

L.16. Prevides improbum) Sic in *l. 3. in fin. inf. quod cum eo.* Vide ibi not.

L.21. Dat. IIII. Id.) Alias, d.13. Kalen. Jul. Theodoſio A. III. & Abundantio Conſſ. Male, opinor.

L.23. Poſt cauſſam in judicio) Res enim ea integra non eſt, quæ in judicium deducta, & conteſtata eſt, licet nondum ſententia Judicis definita ſit. Itaque domino poſt litem conteſtatam defuncto mandatum non finitur. Cæterum hæc Juliani conſtitutio laudatur à Symmacho lib.1. epiſt. vide ſcripta lib. 2. *Obſer.* cap. 31.

L.24. In principio quæſtionis) Symmachus lib. 1. ep. de eadem except. ait, eam in ipſo limine litis opponendam eſſe: vide ſcripta ad *l.19. inf. de probat.*

L.25. In auth. hoc jus) Juſtinianus tamen in *Nov. 71.* hoc mutat, conſtituitque, ut per ſe civiles quiſque cauſſas illuſtris agere poſſit.

Ad calcem tit.) Hujus tit. de procurat. l. ult. periit, quod fuerit Græca. Ea hoc continebat, fidejuſſore procuratoris defuncto, vel apparente, ſiquidem ſe in certum tempus obligarit, & deceſſerit intra dies 20. alium fidejuſſorem à procuratore dandum eſſe, quaſi obligatio non tranſeat ad heredem prioris fidejuſſoris, vide cap. 9. de præſcript.

Ne fiſcus, vel reſpublica procurationem alicui patrocinii cauſſa in lite præſtet. TIT. XVIII.

L.1. Sub obtentu) Sic in *l.3. inf. eodem, & l.ult. inf. commod. & l.1. inf. de mand.*

L.3. Sub prætextu debiti) vide not. ad *l. 1. ſup. eodem.*

De negotiis geſtis. TIT. XIX.

L.9. Si pecuniam tuam) Hæc l. debet præcedere l. præcedentem, id quod docent Conſſ. Repetitur autem in ult. parte *l.3. C. de commit. & contrab. ſtipul.* infra, cujus inſcriptio, & ſubſcriptio ex hac eſt emendanda.

Negotiorum geſtorum) vide not. ad *d.l.3.*

De iis, quæ metuſve cauſſa geſta ſunt. TIT. XX.

L.2. Solviſſe) Competit tamen condictio ob injuſtam cauſſam, etiamſi ſtipulatio vi extorta ſit, *l.7. ff. de condict. ob turpem cauſſam.*

L.3. Reddito à te pretio) Idem dicitur in *l. ſeq. & l. inf. de reſcind. vend.* Ex utraque parte, omnia ſunt reſtituenda in priſtinum ſtatum. Sed opponitur *l. ſi per impreſſionem, inf. eodem.* Ea l. loquitur ſpecialiter de venditis officium gerentibus per impreſſionem, id eſt, officii terrore: hi enim ejus amiſſione puniuntur: vide ſcripta ad princ. *tit. inf. de reſcind. vend.*

L.4. Corporis) Adde ad gloſ. ut *l. 9. inf. de contrab. & commit. ſtipul. & l.7. 8. & 9. inf. eodem.*

L.7. Cruciatu corporis) Vide *l. 4. ſup. & 7. & 9. infra eodem, & l.9. inf. de contrab. & commit. ſtipul. & l. interpoſitas ſup. de tranſact.*

L.8. Metum hujuſmodi) Nam ad reſcindendum contractum non omnis metus ſufficit, ſed metus mortis, cruciatus corporis aut ſervitutis, aut ſtupri, ut docent *l. interpoſitos, ſup. de tranſact. l.4. & 7. ſupra eodem, l.9. inf. eod. l.9. inf. de contrab. & commit. ſtipulat.*

L.9. Metum non) Huic l. conjungenda eſt *l. dolum, inf. de dolo.* Idem eſt reſcriptum: vide not. ad eam, & ſcripta ad *l.6. ff. de probat.*

L.10. Improbum eſt deſiderium) Idem *l.7. ff. eod.*

L.11. Per impreſſionem) Id eſt, officii terrore adhibito. Opponitur *l.1. inf. de reſcin. vendit. l. 3. & 4. ſup. eodem:* vide ſolut. in not. ad *d. l.3.*

Officium peragis) Qui gerunt officium, quo loci emere prohibentur, *l. non licet. l. qui officii, ff. de contrab. empt.* Si emerint, amiſſione pretii puniuntur, *l.1. C. Theod. de his, qui admin. vel offic. gerunt.* Alii, qui vi, aut metu illud emerunt, pretium non amittunt, *l. 3. & 4. ſup. eod. l.1. inf. de reſcind. vend.* vide ſcripta ad eam.

L. ult. Dat. XIII. Kal.) Alias ſic: D. XIII. Kal. Martii, C. P. A. VI. Conſſ. Puto ibi, pro VI. legendum IV, ex Catalogo Conſſ.

Digitized by Google

De Dolo malo. TIT. XXI.

L. 1. Si fidejuſſor). hæc conſtit. poni potius debuit ſub tit. mandati. Ejus autem ſententia hæc eſt: ob fidem mandati ruptam debitorem actione mandati (cui, & in omnibus bonæ fidei judiciis de dolo actio ineſt) cum eo agere, qui pignus emit à creditore, neque id omne oblato debito cum fructibus debitis reſtituit: vide ſcripta lib. 3. Obſerv. cap. 37. & ad *l. 4. inſ. mand.* Hæ autem actiones mandati in ſpecie hujus l. diſerte dicuntur in *l. ſi mandato, §. 1. ff. eod.*

L. 4. Cum proponas) hæc ancilla manumiſſa eſt, ut mancipium daretur ex ea: contractus eſt facio, ut des. Quo pertinet *l. 5. ff. de præſcr. verb. & l. 15. eod. tit.* Nihil autem obſtat *l. 6. ſup. de tranſact.*

L. 6. Hymnodæ) Evodiæ: huc con. *l. 8. infra, de reſcin. vend.*

Indiciis) Leg. *inſidiis*, id eſt, machinis, artibus, & tendiculis. Hæc lex conjungenda eſt cum *leg. metum, ſup.* de iis. quæ vi metuſve cauſſa. Idem eſt reſcriptum, metum ex atrocitate facti probari convenit: dolum autem ex inſidiis perſpicuis: vide ſcripta ad *l. 6. ff. de probat.* Sic in *l. ſi voluntate, inſ. de reſcind. vendit.* ait, dolum emptoris colligi ex calliditate, & *inſidiis*: vide ſcripta ad eam.

L. ult. Vicarium) Forte V. C. Hæc conſtitutio manet etiam poſt *l. ult. inf. de temp. in integ. reſtit.* & locum tantum habet in reſtitutionibus in quibus ante Juſtin. annus utilis tantum dabatur.

Poſt biennium) vide cap. 21. de præſcript. Actio igitur de dolo eſt temporalis, actio in factum perpetua, *l. 28. & 29. ff. eodem.*

De Filiofamilias minore. TIT. XXIII.

L. 3. Si curatorem) vide ſcripta ad *l. 4. C. de reb. cred.* huic l. 3. oppon. *l. 101. ff. de verb. oblig.* nam ex hac l. colligunt, puberem non habentem curatorem obligari per ſe: habentem autem, nec abhibentem auctoritatem legis in ſtipulando non obligari. Male: Nam hæc l. loquitur de alienat. rerum puberis, ut de venditione jam perfecta impletaque. Sic enim eſt accipienda lex: impletur traditione: non autem loquitur de obligatione: vide ſcripta ad *d. l.* 101.

§. Si vero ſine) Pubes nihil alienat ſine curat. auctor. quando ei rerum adminiſtratio data eſt: at in perſonam nihil juris habet, ideoque promittendo obligatur ſine curat. auct.

L. 4. Si minorem) Conjunge *l. 4. infra, ſi tutor, vel curat. interven.*

L. 6. Lis inchoata eſt) Cauſſa enim cognita, & præſente adverſario in jure in integrum reſtitutio datur, *l. 3. ff. eodem*

De Fidejuſſoribus minorum. TIT. XXIV.

L. 1. Sed ea res) Ergo reſtitutio, quæ minori lapſo datur fidejuſſori non prodeſt, niſi cum alium habeat adverſarius, in quem judicium transferre poſſit, *l. 51. ff. de procurat.*

L. 2. Quam fidejuſſoris) Ergo reſtitutio, quæ minori circumſcripto datur, ei prodeſt, *l. 7. ff. de except.*

Si Tutor, vel curator intervenerit. TIT. XXV.

L. 1. Per procuratores veſtros) Legendum, *per curatores*: quod ſi minor curatorem non habeat, per procuratorem, *l. 25. de min.*

L. 2. In ſubſcriptione) vide num pro Aquilino, ſit legendum Æliano.

L. 4. Si creditor) Conjunge *l. 4. ſupra, de in integ. reſt. minor.*

L. 5. Per electionem) id ita tunc duntaxat procedit, cum vel emptor rem minoris mala fide emit, argumento *l. 13. §. ult. ff. de min.* vel maxime minoris intereſt rem habere, *d. l. 13. §. pen. & l. 9. in princ. eod.* Sic nihil obſtat *l. 39. §. ult. eodem.*

Si adverſus venditionem pignorum: TIT. XXIX.

L. 1. etiam) *L. 1. & 2. inf. de prædiis minor.*

L. 2. Rationem) Niſi cum creditor, non uti oportet, diſtraxerit, id eſt, non obſervatis his, quæ in diſtrahen. pign. ſervari ſolent. Paulus *lib. 1. Sent. tit. 9.*

Si adverſus libertatem. TIT. XXXI.

L. 3. Ipſo jure) L. Ælia Sentia.

Si adverſus tranſactionem, vel diviſionem in integrum minor reſtitui velit. TIT. XXXII.

In hoc tit. unum eſt judicium, una ſpecies, de qua tranſactum eſt pacto, vel Aquiliana ſtipulat. interpoſita. Reſcinditur tranſactio, & reſtituitur priſtinum judicium, ſi Aquil. ſtipulat. intervenerit, vel ſi pactum duntaxat; contra exceptionem tranſactionis actori datur replicatatio.

L. 2. Tributa tibi) Leg. *tributa actione reſciſſoria concedendum eſt.* Reſciſſa enim acceptilatione datur,

Si adverſus ſolutionem à tutore, vel à ſe factam. TIT. XXXIII.

L. 1. Ex empto) Con. *l. 2. inſ. ſi major fact.* & ex hac illa eſt emendanda.

Curatoribus ſolventes) Cæterum is omnino ſecurus eſt, qui tutori, & curatori ex decreto ſolvit, *l. 25. infra, de adminiſt. tut.*

L. 2. Indebito) *L. 25. ff. de min.*

Si adverſus uſucapionem. TIT. XXXVI.

Huc pertinet *l. 9. §. 1. ff. de min.*

L. 1. Omnia bona) vide not. ad *l. ult. ff. ſol. matrim.*

Si ut omiſſam hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem, vel quid aliud acquirat. TIT. XL.

L. 1. In minore) Majori autem datur actio ex vendito, *l. 9. ff. de dolo,*

In integrum reſtitutionis) Ergo reſcindetur in totum contractus, ſi minoris pretii venditio facta, à majore venditio reſcinditur ad aliquid, *l. 10. inf. de reſcind. vend.* vide ſcripta ad *l. 2. inf. de reſcind. vend.*

L. ult. Quinquennii) vide cap. 24. de præſcript.

In quibus cauſſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt. TIT. XLI.

L. 1. Innumeris) Leg. *numeroſis*, id eſt, ut vix adnumerari queant.

L. 2. Adoleſcentiæ) Con. *l. 16. inf. de inoffic. teſt:* Porro minori ſi non appellaverit intra 10. dies, præſcriptio objicitur, ſed reſtituitur *l. 1. infra, ſi ſæpius in integr. reſtit. poſtul.*

L. 3. In minorum) Con. *l. curabit, inf. de act. emp.* vide notata ad *l. eum vero, §. certe, ff. de fideicommiſ. lib.* & ſcripta ad *l. 39. §. fraudi, ff. de leg. 1.* in utriuſque inſcriptione, lege decimo, & addenda ſubſcriptio, PP. IV. Kal. Oct. ipſius III. & IV. A. A. Conſſ. vide ſcripta ad *l. curabit.*

Recepto jure) *vangi udvotae* vertunt Græci: Nam jure communi mora fit per litis conteſtationem, aut aliam legitimam interpellationem: delenda eſt gloſſa, id eſt, approbata prædictis ſcilicet legibus. Recta eſt altera, vel dic, &c.

In iis videlicet) vide ſcripta ad *l. 25. de verborum oblig.*

Et fideicommiſſis) Addo, *& libertatibus, l. omne, §. certo, ff. de verb. oblig.*

L. ult. Sancimus) Huic *l.* male opponitur *l. 11. & ult. inſ. de judic. & §. pen. Nov. 1.* quoniam non de præſcript. loquuntur, ſed de lite triennio ipſo jure extincta, vel de hereditate ipſo jure amiſſa ob non impletam intra annum defuncti voluntatem: quibus ex cauſſis minores in integrum reſtitui placet. Fruſtra ei opponitur *Nov.* 110. quia loquitur de præſcriptione numeratæ dotis, cui conteſtandæ à tempore matrimonii dat minori 12. annos: Incidit enim annus 12. in majorem ætatem, cum non niſi annorum quindecim matrim. contrahere potuerit.

In omnibus caſibus) Ut ſi minor intra ſtatutum tempus non appellaſſet, *l. 7. §. ult. ff. de min.* Cæterum Juſt. hic loquitur de præſcript. judiciorum civilium, non criminalium eorum, quæ vindictam periode ſpectant, ut criminalia. Sic non obſtat *lex 37. ff. eod.*

Ipſo jure non currere) Verum licet ab initio minoribus non currant exceptionum tempora, quæ tamen à defuncto cœperunt, currunt porro adverſus ſucceſſores minor. 25. annis, *l. 8. inf. de non num. pec.*

Tri-

Digitized by Google

Triginta . vel quadraginta) vide cap. 3. tract. de præſcriptionibus . A

Qui & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt . T I T. XLII.

L. ult. Neque adverſus parentes) Idem *Nov.* 118.

Reſtitutionem) Quæ fit cognitione prætoria ex tertia parte , id eſt , beneficio ætatis , olim tamen non præſtabatur, *l.* 3. *§. ſed utrum* , *l.* 27. *§. ult. ff. de min.* Quid ſi libertus , minor 25. annis captus ſit calliditate patroni liberto in factum actio non denegabitur , *l.* 11. *ff. de dolo* .

Si minor ſe majorem dixerit , vel major probatus fuerit . T I T. XLIII.

L. 3. *Per ſacramenti religionem*) vide ſcripta ad *l.*2. *inf. de rebus credit.*

Ex inſtrumentorum) Sic ſcriptum ſcripto ſubruitur : vide ſcripta ad *l.* 30. *de verb. obli.* B

Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur . T I T. XLIV.

L. ult. Toſci , ſæpe) Petitore ſemel repulſam paſſo. At ſi data fuerit ſemel reſtitutio ad adeundum , non ideo prohibetur aliam rurſum petere ad abſtinendum , *l.* 7. *§. reſtitutus* , *ff. de min.*

De his , qui veniam ætatis impetraverunt . T I T. XLV.

L. 1. *Appellandi jus*) Idem traditur in *l.* 7. *§. pen. ff. de min.* Præſcriptio tamen longi temporis minoribus non currit , *l.* 3. *inf. quibus non obſt. long. temp. præſcript.*

Si major factus ratum habuerit , T I T. XLVI.

L. 1. *Legitimam*) Ergo ſi alter tantum captus ſit , in integrum reſtitui poterit, qua ex re alteri nulla fit injuria.

*L.*2. *Qui poſt*) Conjunge *l.*1. *ſup. ſi adverſus ſolut.* & ex illa hujus inſcriptio , & ſubſcriptio eſt emendanda .

Ubi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit . T I T. XLVII. C

L. 2.) Subſcriptio hujus leg. quæ eſt in nonnullis Codicibus , falſa eſt .

L. 9. *Qui propriam juriſdictionem*) vide ſcripta ad *l.* 1. *de juriſd.*

In integrum reſtitutione poſtulata , ne quid novi fiat . T I T. L.

L. 1. *Reſtitui actio*) Quæ reſtitutoria dicitur , utilis, & reſciſſoria , quia reſciſſa minoris interceſſione datur , niſi dolo creditoris minor expromiſerit, *l.* 48. *ff. de fidejuſſ.*

De Reſtitutionibus militum , & eorum , qui reipubl. cauſſa abſunt . T I T. LI.

L. 2. *Ad gloſſ. perpetua*) id eſt , edicto prætoris : vide not. ad *l. pignus* , *inf. de pign. act.*

L. 5. *Quadriennii*) Rectius quinquennii : vide cap. 24. de præſcript. D

L. ult. Sancimus) Con. *l. ult. inf. quibus non objic. longi temp. præſcript.* & ad illam ex hac adde ſubſcriptionem .

De Temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum, & aliarum perſonarum , quo reſtitui poſſunt, quam & heredum eorum . T I T. LIII.

L. 5.) In C. Theod. ſubſcriptio ſic habet . D. 7. Kal. 8. Kal. Auguſti Naiſſo P. P. nun Octob. Conſtantino. 8. & Conſtantio 5. Conſſ.

L. 6. *Petendæ*) Hæc conſtitutio non male in libr. 2. *C. Theod.* poſita erat ſub titulo de dilationibus .

L. 7. *Utilis annus*) Sublatus enim , & ante in his reſtitutionum cauſſis fuerat utilis annus , *l.* 2. *C. Th. de in integ. reſtit.* Sed pro anno Romæ quinquennium , pro quinquennio in Italia quadriennium , in provinciis trien. continuum ſubſtituerat . Cæterum, ut ſcripſi lib. 2. Obſ. cap. 18. exiſtimo in aliis rebus à Juſtin. menſes , dies , annos utiles non eſſe ſublatos eo utili anno excepto , cujus præſcript. actiones perſonales in Italia ſubmovebantur. E

Quibus ex cauſſis majores in integrum reſtituantur . T I T. LIV.

L. ult. Legis Corneliæ) Quæ ad patrem , & matrem , qui apud hoſtes deceſſerunt , referenda eſt : non ad reverſum filium .

De Alienatione judicii mutandi cauſſa facta. T I T. LV.

L. 1. *Cum in rem*) Libri ſcripti ſic : *cum in rem actioni poſſeſſio pariat adverſarium .*

De Receptis arbitris . T I T. LVI.

L. 3. *Si ſordes , vel evident*) vide ſcripta ad *l.* 43. *ff. de verb. oblig.*

Ex doli clauſula) vide ſcripta ad *l.* 53. *ff. de verb. obl.*

L. 4. *Condictionem ex lege*) *L. ex hac lege* : vide ſcripta ad tit. *inf. de condict. ex lege.*

L. 5. *Cum antea*) Conjungenda *l. ult. inf. de teſtib.* & ex illa hujus ſubſcript. replenda hòc modo . D. 6. April. Kal. Lampadio , & Oreſte 6. 11. Conſ.

Intra 10. *dies*) vide cap. 7. de præſcriptionibus .

De Jurejurando propter calumniam dando . T I T. LIX.

L. 1. *In omnibus*) huic l. conjongenda eſt *l. ult. inf. de quæſt.* Ex quæ hujus ſubſcriptio eſt emendata , & pro 12. Kal. legendum 15. Kal. ut in *d. l. ult.* in qua citatur hæc lex , cum ait , ſe ſtatuiſſe jusjurandum de calumnia, quod hic traditur . Si vero legatur in hac 12. illa hac prior erit . Dicendum itaque conſtitutionem ſparſam in duas partes . Item pro C. P. leg. Chalcedone .

Juramentum de calumnia) vide ſcripta ad *l.* 9. *infra* , *de reb. cred.*

L. 2. *Cum, & judices*) Adde quæ ſcribuntur in *Nov.* 140.

Fugientem) φεύγοντα , Reum .

Actor quidem) vide ſcripta ad *l.* 9. *inf. de reb. cred.*

§. Sin autem) Vide ſcripta ad *l.* 12. *in fin. infra* , *de reb. credit.*

AD LIBRUM III.

De Judiciis . T I T. I.

LEx 1. *Judicio*) Sententia eſt, lite conteſtata de ſorte tantum , non ideo perimi ſtipulat. uſurarum , ſed earum petitionem ſupereſſe , cui ſors tantum in judicium ſit deducta : vide ſcripta ad *l.* 91. *ff. de verb. obligat.*

L. 3. *Quo magis*) Quo minus : vide ſcripta ad *l.* 6. *inf. de rebus cred.*

L. 5. *A judice*) vide ſcripta ad *l.* 5. *ff. de juriſdict.*

L. 10. *Nulli*) Itaque ab uno , & eodem judice definienda eſt , & momenti , & proprietatis cauſſa . Gregorius lib. 7. epiſt. cap. 100. Cæterum prius de momento , & poſſeſſione cognoſcendum eſt , quam de proprietate , *l. ſi de vi* , *C. unde vi* . Symmachus lib. 1. Epiſt.

Super principali quæſtione) Id eſt , ſuper actione proprietatis .

L. 13. *Biennio concluſit*) Olim erat tantum annus , *l.* 2. *C. Theod. ad l. Corn. de falſis* , *& tit. ut intra annum* , *& l. reus* , *inf. de munerib.* vide ſcripta ad *l.* 2. *inf. de judic.* & cap. 20. tract. de præſcript.

Ad jus fiſcale) Nam cauſſis fiſcalibus præſtituti erant tantum ſex menſes ex *l. ult. inf. de jure fiſci* , quæ deeſt : vide ſcripta ibi , & cap. 18. de præſcript.

Non ultra triennii) vide cap. 22. de præſcript.

Trotelare) vide notata ad *l.* 2. *§. pen. ff. eod.*

§. Etſi 10. *dierum* . Hodie ex Nov. 112. dierum 30. vide cap. 7. tit. de præſcript.

§. Sin autem reus : per relationem) A pedaneo judice , qui ſententiam ſuam exequi non poteſt , ſed is , qui eum dedit.

§. Sin autem utraque : uſque ad illuſtratus gradum) Perperam . Cæterum qui victus , recte non eſt damnatus ad expenſas, nihilominus dimidium δικαστικῶν præſtabit , ut ſenatuſconſultis Galliæ definitem eſt .

Ut non in minore) Nec obſtat *l. ſi judex* , *ff. eod.* vide ſolut. ad eam legem .

§. Sin vero cauſſæ : litem quidem nihilominus) id eſt , nullo modo .

Sin autem non) huc pertinet *l.* 39. *§. ult. ff. de min.* Nec obſtat *l. ult. ſup. in quibus cauſſis in integr. reſtit. non eſt neceſ.*

L. 14. *Niſi prius ſacramentum*) Conſultationes quoque à Senatu audiri , propoſitis SS. Evangeliis tradit Juſtin. in *Nov.* 62.

§. Cum igitur , qui ex recepto) Licet recipere interdum idem ſit , quod promittere, ut cum actionem receptitiam dici-

dicimus ; tamen crediderim receptos potius à recepto ar- A
bitrio dictos eſſe.

L.15. Quantitate eorum definienda) Secus eſt, ſi ex præ-ſcripto, ex taxatione ſit juratum. Id enim jusjurandum judex omnino ſequitur, *l.9. inf. unde vi, & Nov.82.*

L.16. Generalibus) vide not. ad *l.2. ſupra de offic.P.P.* & ſcripta ad *l.pen. inf. de fidejuſſ.*

Eodem ſcilicet exſecutore) Legendum, *negotii ſcilicet exſecutore*, ut & *inf. eod. l.ult.* Cur enim eodem, cum nihil ante de exſecutore loquutus ſit, vide ſcripta ibi.

L.18. Ab Auguſta fortuna) id eſt, Imperatore.

Illico autem) Sic & *l. ult. ſupra de err. advocat.* vide cap.1. & 5. de præſcript.

De Pedaneis judicibus ; TIT. III.

L.1. Inter privatas perſonas) Sed poteſt dare inter fiſcum, & alios : vide not. ad *l.pen.inf. ſi mancip. ita fuer.al.* B *ut man. & l.2. inf. de pœn.*

L.2. Non poſſent cognoſcere) Etiam propter privatas occup.

Ex officio) Ex ordine ;

De ingruitate) vide ſcripta ad *l.6. inf. de reb. credit.*

L.ult. Hoc eſt, qui) hinc collige pedanei judicis definitionem. Hi & χαμαιδικασταὶ dicuntur: vide Novel.82. & ibi ſcripta.

Qui pro ſua juriſdictione judices dare darive poſſunt. TIT. IV.

L.1. Cognitionem) Cognitor, id eſt, judex datus, Nam ex proprio jure cognoſcit, vide ſcripta ad *l.1.*

Patirutiam) *L. patientiam accommodare*, id eſt, obtemperare.

Ut nemo invitus agere, vel accuſare cogatur. TIT. VII. C

L.1.) Conjuoge huic legi *l.9. inf. de teſt.* vide ſcripta ad *l.1. illo titulo.*

Neminem ſibi eſſe judicem) Niſi pater filio, aut filius patri judex datus ſit, cooſentiente adverſario, *l. 77. ff. de judiciis.*

De Ordine judiciorum. TIT. VIII.

L.1. Adite) vide ſcripta ad *l.6. de reb. cred. & l.26. inf. de probat.*

Docete) Scilicet judicem datum à præſide : alioqui lex dicit, judicem non poſſe cognoſcere de cauſſa ſtatus (*) quod eſt falſum.

Et ſi ſuper ſtatus) id eſt, etiamſi de cauſſa ſtatus præſes cognoſcere noo poſſet. Hæc enim verba non ſunt affirmantis, ſed concedeotis : verius eſt, hoc referendum eſſe ad judicem datum, quo pertinet *lex 3. ſup. de judic.* Sic- D que non negabitur, præſidem de ſtatu cognoſcere poſſe, ſed de hereditate. Itaque in hac ſpecie, quoniam impubes hered. vindicat, non differtur ſtatus quæſtio ex Carboniano edicto, *l.3. §.pen. ff. de Carbon. edicto.*

L.3. Cum civili) At ſi major quæſtio in judic. non incidat, ſed de ea principaliter agatur, prius definienda erit, *l.54. ff. de judiciis.*

L.ult. Sæpe fit) Tunc ſcilicet ſi criminalis cauſſa, & major eſt, criminaliter movetur.

De Litis conteſtatione. TIT. IX.

L.1. Res) Con. *l.edita, ſupra de eden.* vide Duarenum ad eam, quæ eſt pars poſterior hujus.

Poſtulatio) id eſt, impetratio actionis, quæ poſt ablata eſt.

Negotii cauſſam) Male alii *caſum*, recte *cauſſam* : tunc E enim proprie appellatur, cum in judicio proponitur, & narrari incepit, *cap.forum, lib.5. decret. de verb. ſignificat.*

Auth. offeratur) Auth. hujus legis melius collocata fuiſſet ſub *l.3. ſup. de edendo.*

De dilationibus. TIT. XI.

L.1. Sex menſes cuſtodiri) Vide c.18. de præſcript. in Nov. Juſt. 69. quatuor præſtituuntur menſes, & alia ſpatia præfiniuntur : Vide d. Nov.69.

L.ult. Nec de ſtatu) Con. ſunt huic leg. *l.pen. inf. de reſcind. vendit. & l.pen. inf. de quæſt.* cujus ex his emendanda eſt ſubſcriptio.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.2. cap.1.*

De Feriis : TIT. XII.

L.2. ut in die) Hæc l. eſt Theodorici Regis, ut refert Anianus ad *l.2. C. Theod.* nec eam veteres agnoſcunt, nec Græci : eam damnavit Alciatus lib.6. παρέργων. Sed cujus eſſet, naſcivit : vide cap. 13. de præſcript.

L.5. Piſtoriis) id eſt, ut Græci interpretantur περὶ μαγείρων ἤτοι ἀρτοποιῶν : mancipes ſunt curatores priſtinorum, προεστῶτες τῶν ἀρτοποιῶν ἐργαστηρίων, Novel.80. Harmenop. tit. de dignit. ex lib.6. Βασιλ. tit. 6. cap.2. vide cap. 13. de præſcript.

L.6. Quadraginta) vide cap.11. tit. de præſcript.

Criminalium quæſtionum) Excipe caſus *l.9. inf. eod.*

L. 7. Omnes dies) Hanc l. male Anianus accipit de 4. menſibus ad *l.2. C. Theod. eod.* Tribuitur autem hæc conſtitutio Conſtantino in Chronicis Conſtantinopol. vide cap.3. & 6. de præſcript.

Geminis menſibus) Hæ ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum. Minutius Felix in Octavio ; *ſane*, inquit, *ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant* : ceſſabant etiam ſcholæ, teſte D. Auguſtino lib. 7. confeſſ. cap. 2. Adde except. ex *l. 5. ſup. eod.* vide cap.13. tract. de præſcriptionibus.

L.8. Diebus 15.) vide c.8. tit.de præſcript.

L.10. Iſaurorum) Iſauri erant maxime infames latrociniis. Græci ad hanc l. ajunt, eos fuiſſe ἅρπαγας φασὶ, καὶ τοὺς χωριάρχας φασὶ, vel κωμάρχας, ut apud Nicetam. vide cap.11. de præſcript.

De juriſdictione omnium judicum, & de foro competenti. TIT. XIII.

Rubr. de foro competenti, id eſt, ubi quiſque agere, vel conveniri debeat. Forum locus eſt, in quo exercentur judicia. Dicitur forus ab Iſidoro, & à Victorioo Afro. Juſt.forum interpretatur κριτήριον in *Nov.8.* Sic ſæpe judicium ſumitur pro foro, quod eſt ex 12. tabul. ubi erat in comitio, aut in foro, & eſt proprie cauſſarum civilium, unde forenſes actiones, id eſt, civiles, *l.1. ff. de incend. ruin. naufr.* Paulus lib. 5. Sent. tit. de abactoribus. Judicum vero appellatione, qui veniant : vide ſcripta ad initium *tit. ff. de judic.*

L.1. Imp. Antoninus) Caracalla, ut docent Conſſ.

Procurator naturaliter) De procuratore Cæſaris, an ſit competens judex, vide ſcripta ad fin. *tit.C.ſi man. ita fuerit alien. ut man.* & notata ad *l.pen. eod. tit.*

L.4. Nemo) vide ſcripta ad *l.19. C. de probat.*

L.6. Lucio V.C.) hic conſul fuit cum Herodiano, cujus nomen è Faſtis eraſum eſt.

Ubi in rem actio exerceri debeat. TIT. XIX.

L. 1. Ubi reperiuntur) Niſi alibi domicilium habeant : Item niſi accuſator alio revocet.

Ubi de hered. agatur, &c. TIT. XX.

L.1. Illico) hæc l. un. docet, quod inſcriptio conjungenda ſit cum *l. 2. de interd.* Cæterum hic pro Meſſalæ leg. Meſſiæ, ut docent mea ſcripta, & quidam libri.

Hereditatis erit) Itaque præſes in eum, qui non eſt ſuæ provinciæ, de hereditate, vel proprietate non cognoſcit, ut nec de poſſeſſione, atque adeo interdicto, *l.2. inf. de interdict.*

Ubi ſenatores, vel clariſſimi civiliter, vel criminaliter conveniantur. TIT. XXIV.

L.3. Privatumve) id eſt, injuriarum, *l.ult. infra de judic.* vide ſcripta ibi.

Sedendi quoque) Sidonius Apollinaris lib. 1. Epiſt. ait, Sedere eos in capite quodam ſubſelliorum, convictos ſtare, Epiſt. eſt ad Vincentium.

In quibus cauſſis militantes fori præſcriptione uti non poſſint. TIT. XXV.

L.1. Pro functionibus publicis) idem in *Nov.8.*

Mercandi, vel militandi) *L. & milit.* Hoc pertinet ad *tit. negot. ne militent, inf.* vide ſcripta ad *l.3. C. de commer. & mercat.*

Ubi cauſſæ fiſcales, vel divinæ domus hominumque ejus agantur. TIT. XXVI.

L.3. Imp. Antoninus) Caracalla.

Vice præſidis) vide de hac re ſcripta, & not. ad *l. pen. inf.*

inf. ſi mancipium ita fuerit alien. ut man. & ad *l. 2. inf. de* A *pœnis*.

L. 5. Rationalis decidat) De quibus rebus cognoſcat procurator Cæſaris: vide ſcripta ad *l. pen. inf. ſi man. ita fuer. al.* & ad *l.2. inf. de pœn.*

L.7. Rationalem ſummæ rei) id eſt, procuratorem Cæſaris. Hic etiam dicitur procurator ſummæ rei in *l. ult. inf. ſi propter penſ.* vide not. & ſcripta ad eam.

De Inofficioſo teſtamento. TIT. XXVIII.

L. 1. Cum de) Querela inoff. datur in eum, qui juſte poſſidet, ut puta adverſus heredem ſcriptum: item contra fideicommiſſarium: item contra præteritum, qui accepit cum re bon.poſſ. contra tab. *l.filium, ff. de bon.poſſ. contra tab.* ut perinde teneatur, ac ſi nullo jure poſſederit. Idque exemplo petit. hered. *l.9. ff. de petit. hered.* Et B quamvis dari non ſoleat in eum, qui jure poſſidet, tamen æquum eſt eam dari, cum is, qui agit paratus eſt inofficioſum teſtamentum dicere.

Accommodari) vide notata ad *l.11. de præſcript. verb.*

L.3. Si mater) hujus l. ſpeciem poſui *lib. 4. Sent. Pauli titul. 5.*

Perinde virilem portionem) Idem in donat. inoffic. vide ſcripta ad *tit. c.de contrah. empt. inf.*

Extranei) vide ſcripta ad *tit.5. lib.4. Sent. Pauli*, dum Paulus ait, *filius in judicio.*

L.8. Adimendum non eſt) Verum judex familiæ erciſcundæ ita demum patris judicium ſequitur, ſi diviſio illa ab eo facta ſit in teſtamento, vel extra id, modo ab ipſo teſtatore ſubſcripta ſit, vel à filiis omnibus, *Nov.18.*

L.16. Contra) Conjunge *l. 7. ſup. ex quibus cauſſis in* C *integ. reſtit. non eſt neceſſ.*

L. Duplicem actionem) hoc enim licet, *l.1. §. qui autem, ff. quod legat.*

Quaſi teſtamentum) Id eſt, querelam de non jure perfecto teſtamento. Sic vocatur in *l. Titius, ff. de petit. hered.*

Non naſcitur) Sed minoribus præſcriptio quinquennii præſtituti inoffic. querelæ, non objicitur, *l.2. ſup. quibus ex cauſſis in integrum reſtit. non eſt neceſſ.* & vide cap. 23. de præſcript.

L.25. Filiis) hanc l. explicat lib. 4. Obſ. cap. 24. & de illa etiam apud Ulp. *in Fragm. tit.23. & 28.*

L.30. Ut ſive adjiciatur) hic abrogatur *l. 4. C. Theod. eodem*.

§. ult. Exceptis ſolis) hoc privilegium confirmatur in *Nov. 53.* D

Silentiariis) Delenda eſt gloſſa, & reponendum, Silentiarii ſunt, qui imperant ſilentium in palatio principis. Zonaras in Anaſtaſio ſcribit, eorum officium fuiſſe τῶν χαμαιζήλων ἀξιώματον. Claudianus lib.1. in Eutrop. *ſacro adhibere ſilentia ſomno.*

L. 31. Ut ratione Falcidiæ) Falcidiam vocat legitimam portionem, ut in *l. quisquis, inf. ad legem Juliam majeſtatis*.

L.33. Libero relinquat) Sic & Juſt. *tit. de ſervili cogn.* in prin. *liberum*: vide ſcripta ad *l. 56. §. 1. de verbor. ſignificat.*

§. Legis autem veteris) hic locus non ait, exheredationem infantis quaſi ingrati, quod in eum ingrati vitium cadere non poſſit, nullam eſſe, ſed in ea ſcriptura infantem non repelli à querela inoffic. teſtam. At ex *Nov.118.* E exheredatio poſtumi ipſo jure nulla eſt, nec de inofficioſo queri neceſſe eſt.

L.34. Nonnulli Juriſconſulti) ut Julianus Pomp. Marcell. Paulus, *l.9. ff. de lib. & poſt.*

L.35. §.1. Res vel pecunias) Quæ non ſufficiebant ad legitimam portionem *§. prox.ſeq.* Idem obtinet in ſpecie *legis 1. §. ſi parens, ff. ſi à parente quis manum.*

Minime prægravari) Vide Paulum *lib. 4. Sent. tit. de inof. querela*. Id dicemus, ſi in dotali inſtrumento convenerit, ut filia dote ſit contenta, *l.ult. ff. de ſuis, & legit. hered.* vide ſcripta ad *l.26. ff. de verb. oblig.*

L.36. §. Cum autem legitimo moderamine) Idem conſtitutum eſt in *Nov.8.*

§. Sancimus) vide cap.15. de præſcript.

Sex menſium) vide cap.17. de præſcript.

L. 37. Quod medietatem) hinc quaſi caſtrenſis peculii definitionem colligit Æmilius Ferretus in not. ad *tit. de inutil. ſtipul. in fin.*

§. In tali: & præfectis legionum) Leg. *& proconſulum legatis*.

De Inofficioſis donationibus. TIT. XXIX.

L.5. Debitum bonorum) id eſt, quartam legitimam portionem.

L.ult. Non convenit) vide ſcripta ad *prin. tit. de contra hend. empt.*

De Inofficioſis donationibus. TIT. XXX.

L.1. Imp. Conſtantius) Recte, ut docet ratio Conſſ. ſubſcriptorum. Male *C. Theod.*

De Petitione hereditatis. TIT. XXXI.

L. 1. Imp. Marcus Ælius Anto.) Legunt Titus pro Marco. Vide num legendum ſit Marcus, Aurelius Antoninus. Nam Clarus, & Cethegus divis quidem fratribus adſcribuntur, ſed conſtat eo anno, qui eorum conſulatum anteceſſit: Verum mortuum eſſe, & ſolum Marcum imperaſſe. Si legas Titus, ſic erunt Conſſ. reponendi, Claro, & Severo Conſſ. hi enim ſub Divo Pio conſulatum geſſerunt.

L.5. Ejuſdem hereditatis) hereditario nomine, ita ut ſolutum ſit veri debitoris nomine. Itaque repetitio ceſſat, *l.6. §.1. ff. de ſolut.* Sic nihil obſtat *l. 9. ff. de cond. indeb.* vide notata ad *l.repetitio, ff.de cond indeb.* & ſcripta ad *l.5. inf. de cond. indeb.*

L.7. Longi temporis) vide cap.3. de præſcriptionibus.

Miſtæ perſonalis) vide notata ad *Rub. ff. eod.*

L.10. Si filiusfam.) Conjunge *l. 38. ſup. de tranſact. & l.4. ſup. de poſtul. & l.1. inf. de repud. bon. poſſ. & l.3. inf. de repud. hered.* Adde ſubſcriptionem, Nicomediæ.

L.11. Cogi) hæc l. exſtat in *C. Theod. de fide teſtium, & inſtr.* ex quo conſtat latam eam fuiſſe abrogandæ *l. 1. illo tit.* cauſſa, quæ eſt Conſtantini, qua cogebatur poſſeſſor tit. ſuum dicere, & probare.

Incivile eſt) Opponitur *l.civile, inf. de furt.* in qua cogitur quis dicere auctorem ſuum. Reſp. in ea l. non cogitur quis dicere tit. poſſeſſionis, nec hæc l. dicit, ſed re furto ſublata poſſeſſorem incidere in ſuſpicionem furti, niſi probet, à quo rem emerit. Vide ſcripta ad *l.1. inf. de probat.* & ad *l.21. illo tit.*

L.12. §. 1. Non differri) nihil obſtat *l. 35. ff. de jure fiſci*. Propter favorem fiſci.

De rei vindicatione. TIT. XXXII.

L.3. Mater) vide ſcripta ad *tit.C.de rebus alien.non alien. & tit.de commun. rer. alien.*

L.7. Nec ſtatum patris) ita ut etſi herilem lectulum ancilla aſcenderit, non liberorum domino, ſed ſervorum partum ſuſcipiat, *l. pen. C. Theod. de lib. cauſſa.*

Matris ſequi) Partus matrem ſequitur, *l. hujuſmodi legatum, §. legatum eſt, ff. de leg.1.*

L.8. Utilem vindicationem) idem receptum eſt in pupillo, *l.2. inf. quando ex facto tut.* In cæteris ei, cujus pecunia eſt, non vindicatio, ſed perſonalis actio ad pecuniam datur: vide ſcripta ad *tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi*: niſi forte detur in ſubſidium.

L.14. Cum à matre) Confer *l.3. infra de reb. alien. non alienand.*

L.17. Percepiſſe) Item eos, quos percipere potuit exemplo cujuslibet malæ fidei poſſeſſ. *l.12. ff.quod metus cauſſa*, vide ſcripta ad fin. *tit. ff. de cond. & ex lege.*

De uſufructu, & habitatione, & miniſterio ſervorum. TIT. XXXIII.

L.1. Formam SC.) De hoc SC. varios locos notatos vide ad fin. *tit.24. Fragment. Ulp.*

L. 10. Si domina) Opponitur *l. 10. inf. loc.* Sed ea non negat locationem in heredem tranſire, ſed ait à domino facta locatione uſusfructus, uſumfructum morte non exſtingui. Idem dicitur in *l.ſocius, in fin. inf. de jure dot.* in qua *nam* accipitur pro *ſed*. Conductor uſusfructus, non eſt fructuarius, quia conductio dominii jus poſſeſ-

A poſſeſſionis fructus ; ſervitutem non tribuit : cum igitur conductor uſusfruſtus ſit fructuarius, morte ejus non finitur uſusfructus, ſed vel intra tempora finietur, vel excurret ad eum, qui locavit : vide ſcripta ad dictam l. decimam.

De Servitutibus, & aqua. TIT. XXXIV.

L. 1. Contra veterem formam) Expone ex *l. 1. Cod. de ædif. privat.*

L. 2. Martialis eo ſciente) Ergo Martialis non clam aquam duxit. Poteſt tamen aqua recte etiam ignorante domino deduci, *l. ult. inf. de præſcript. longi temp.* modo celandi animum is non habuerit, qui duxit, *l. 5. §. 2. ff. quod vi, aut clam*. Porro hæc l. 2. ad provincialia, non Italica prædia pertinet.

Exemplo rerum) Male Græci ex hac l. colligunt, ſervi-
B tutem aquæ acquiri triennio : & hic legiſſe videntur mobilium, ſed rectius immobilium, ut illis ſervitutes comparentur, ut & panes civiles, *Nov. 7.* vide cap. 21. de præſcript.

L. 3. Et in provinciali) Provinciales non quidem ex jure Quiritum, ſed ex jure naturali prædiorum erant domini, & ob eam quoque rem in provinciali ſolo nuntiatio novi operis locum obtinebat, *l. 3. ff. de novi operis nunt.* vide ſcripta ad *l. 27. ff. de verb. ſignif.*

L. 7. Jus aquæ) *L. 4. inf. de aquæductu*. Aquæductus etiam auctoritatem dabit non tantum diuturnus uſus, ſed & vetuſtas, id eſt, infinita memoria, *l. 3. §. ductus, ff. de aquæductu*.

L. 13. Sicut enim) Paul. *lib. 1. Sent. tit. 17.*

Decem, vel viginti) vide cap. 26. de præſcript.

De Lege Aquilia. TIT. XXXV.

C *L. ult. Per injuriam depaſta.*) id eſt, culpa paſtoris.

Familiæ erciſcundæ. TIT. XXXVI.

L. 4. Ex occaſione militiæ) Puta ſi commilitionibus heredes exſtiteriot, *l. 5. l. 9. ff. de caſtr. pecul.*

L. 6. In omnibus) Not. hic nominum appellatione contineri non tantum, quod defuncto debetur, ſed etiam quod ipſe debuit.

Ipſo jure) vide ſcripta ad *l. 1. inf. ſi cert. pet.*

L. 7. Si qua) Id obtinet in legato uni ex heredibus relicto, *l. 17. §. ult. ff. de leg. 1.*

Aditus) Leg. Addictus, ut in *l. filii, inf. eod. & l. debitor, ff. ad Trebell.* ubi vide notata.

L. 15. Si vero) Sic in *l. 27. inf. loc.* Si conventio placiti fine ſtetit, id eſt, ſi non ſit niſi pactum : vide *d. l. vigeſimam ſeptimam*.

D *L. 16. Aditum judicem*) Leg. addictum, ut in *d. l. debitor, & l. ſi qua, hic*. Addictus judex, id eſt, datus, Trebatius Juriſconſultus apud Macrobium : *nundinis* ait, *poteſt magiſtratus manumittere, judiciaque addicere*, id eſt, judices dare : vide ſcripta ad *l. debitor*.

L. 18. Præcipuas adjudicari) hoc nihil obſtat *l. 13. inf. de collat.*

L. 22. Servum) huc pertinet *l. 3. inf. in quibus cauſis ceſſat long. temp. præſcript.*

L. 23. Licet) *L. 40. §. 2. ff. de pact.*

L. 24. Filium) Hujus l. ſpeciem poſui in tit. *de hered. inſtit. ad l. 78.* vide etiam ſcripta ad *l. heredi, qui falſos, ff. de his, quibus ut indign.*

L. 26. Solemnitate legum) *L. 21. §. ex imperfecto, inf. de teſtamentis*.

E *Communi dividundo.* TIT. XXXVII.

L. 1. Nec partem ſuam) vide ſcripta ad *tit. inf. de commun. rer. alien.*

Communia utriuſque judicii tam familiæ erciſcundæ, quam communi dividundo. TIT. XXXVIII.

L. 1. Diviſionem) Et ideo in diviſione locus erit conſtitutioni *l. 2. inf. de reſcind. vendit.* quod & Accurſ. ſcripſit in *l. 3. inf. de reſcin. vendit.* & notata ad *l. 1. ſup. eod.*

L. 7. Si fratres) vide ſcripta ad *tit. inf. de commun. rer. alien.*

Quanti intereſt) At ex placito diviſionis non datur actio, *l. 15. ſup. famil. erciſc. l. 45. ff. de pact.* Sed exceptio eſt in *l. 21. ſup. de pact.*

Finium regundorum. TIT. XXXIX.

L. 2.) Hæc l. ſumpta eſt ab Impp. ex reſcripto Papiniani, quaſe recte conjungentur. Reſcriptum eſt in *l. 11. ff. fin. regund.* Refertur hæc l. à Frontino, & *l. 5. & 6. hoc tit.* vide ſcripta ad *l. 1. inf. de ann. except.*

Sæpe permutant) itaque hoc caſu teſtibus potius fides habebitur, quam auctoritati monumentorum. Ideoque in quadam de teſtibus Tiberii conſtitutione, quæ exſtat apud Frontioum, additur hæc exceptio, niſi inter convenientes ager diviſus pactione fuit : vide ſcripta ad *l. caſus, ff. de probat.*

L. 3. Si quis) integra eſt apud Frontinum, ejuſque meminit Ubricus.

Proprietatis controverſia cohæret) Quia eſt actio mixta : vide ſcripta ad *l. 1. C. de ann. except.*

L. 5. Præſcriptione ſummota) id eſt, poſſeſſione, ſive acquiſitione longi temporis, vel diuturni uſus. In 12. autem tab. cautum erat, ne intra eam latitudinem quinque aut 6. pedum, quam fines agrorum ſecuodum l. 12. tab. & l. Maniliam habent, eſſet uſucapio. Huc pertinet *l. ult. ff. de termino moto*.

Libera) Actio finium non perimitur præſcript. long. temporis, ſed longiſſimi tantum : vide ſcripta ad *l. 1. inf. de ann. except.*

De Noxalibus actionibus. TIT. XLI.

L. 1. Si exſtat) hanc l. intelligit Ulp. in *l. verum, §. 1. ff. de minor.* cum ait, *D. Severi reſcripto continentur*, id eſt, Alexandri Severi.

L. 3. Dominum elegeris) Sic in *l. 7. in fin. inf. quod cum eo, qui*.

Ad exhibendum. TIT. XLII.

L. 5. Juriſconſulto Modeſtino) hinc conſtat vixiſſe Modeſtinum tempore Gordiani Imperat.

L. 9. Si lex) Opponitur *l. 2. infra, de condict. ex l.* in qua dicitur condici chirographa, hic, ad exibendum agi. Sed hic verbum exhiberi pertinet ad inſtrumenta : verbum reddi chirographa, id eſt, condici : vide ſcripta ad *dict. l. 2.*

De Aleatoribus, & aleatorum uſu. TIT. XLIII.

Ad calcem tit.) hic deſideratur tit. pen. hujus libri de aleatoribus, ſub quo fuerunt duæ conſtitutiones Græcæ : vide cap. 32. de præſcript.

De Religioſis, & ſumptibus funerum. TIT. XLIV.

L. 2. Neque obligari) in eandem ſententiam ab eod. Antonino Caracalla ante reſcriptum erat, *l. 3. quæ res pign. obl. poſſ.*

L. 5. Præteritis conſtitutionibus) *L. 5. inf. de his, quæ ut indig.* vide ad fin. *tit. ff. de his, quæ ut indig.*

Judicium defuncti) hoc idem porrectum eſt ad omnes alias cauſſas, *l. 33. ſup. de inoffi. teſtam.*

L. 7. Non prohiberis) hoc tamen non licuit legibus Græcis olim : vide Cic. lib. 2. de legib.

L. ult. Alearum) hæc eſt Latina converſio Græcæ conſtitut. Juſtiniani.

Quinquagiuta annorum) Non tolli hanc repetitionem tricennio dicitur *Nomocan. tit. 13. cap. 29.*

AD LIBRUM IV.

De Rebus creditis, & jurejurando. TIT. I.

INſcribitur tit. de reb. cred. & jurejur. At hic tantum tractatur de jurejurando. Erroris caoſſa fuit, quod in edicto perpetuo unus tit. fuit de reb. cred. & jurej. ſub quo ſpecialiter prætor edixit de actione ſi certum petatur, quæ datur ex variis contractibus, & de commodato, & pignore nonnihil, *l. 1. ff. eod.* & de ſpeciali condict. ex mutuo, & de jurejurando, atque ita à Paulo quoque *lib. 2. Sent.* proponitur tit. de reb. cred. & jurejur. ſicut, & hic. Sed Juſtinianus prius agit de jurejurando propter religionem ejus, & dignitatem : ſequens titulus eſt, ſi certum petatur. Eſt autem hic titulus de eo jurejuran-

rando, quod litium finiendarum cauſſa interponitur, cujus A
definitio hæc eſt ex Clemente Alexandrino lib. 7. [illegible] . *Jusjurandum eſt certa definitio litis, quæ fit cum obteſtatione divina.*

L. 1. cauſſa) vide not. ad *l. admonendi, ff. de jurejur.* & ad *l. ult. inf. eod.*

Vtriuſque partis) Id eſt, litigatorum, qui in rem in judic. deduxerunt, *l. 1. ff. eod.*

Præſtito, vel remiſſo) Hæc duo idem poſſunt.

Niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur) Hæc verba abſunt à Codice Gregoriano. Sunt autem à Triboniano addita propter *l. ult. infra eodem*. Sic in *l. dudum, inf. de contrah. empt.*

L. 2. Jurisjurandi) Qui per principem pejeravit, punitur, non qui per Deum. Tertullianus in Apologia. B

Deum ultorem) Si per Deum pejeratum ſit. Harm. lib. 1. epitom. tit. 7. vide ſcripta ſecundo Obſer. cap. 19. Idem Baſilius in canonibus, quod Impp. initio hujus legis.

Venerationem) Genium :

Quodam calore) Aut inconſulto, *l. 1. §. quæri, ff. ad Turpill.* Is vero, qui per principem conſulto pejeravit, principem ipſum vindicem habet, eique eſt à corpore periculum ex l. Jul. majeſt. Exemplum eſt in *l. 13. §. ult. ff. de jurejur.* ubi dicitur, qui per principem pejeravit, fuſtibus cæditur. Vide not. ad eam.

In gloſſ. Non placet) Delendæ ſunt duæ priores ſolutiones objectionis : retinenda tertia.

L. 3. Summa legis) Jurejurando judiciali dirimitur lis inopia probationum : hoc dicit. Species autem apponatur C
huic legi ex cap. 2. Gellii lib. 14. Item ex *Nov.* 124.

Decidi oportet) Pro *oportet*, legendum, *poteſt*.

L. 4. Pupillus. Scilicet accepto alio tutore. Ac pubes jure quidem deferet jusjurandum ſine curatoris auctoritate, ſed juvabitur per reſtitutionem in integrum.

Tutelæ actionem) Hic actum eſt tutelæ, qua non agitur, niſi finita tutela. Sed hic tutela finita non fuit pubertate, ſed alio modo, ut tutela data ad tempus, ad conditionem certam, remoto ut ſuſpecto: vide notata ad *l. 17. ff. eodem.*

In gloſſ. Detulerit) Alias, *dederit*. Recte. Seneca 5. declamat. *Sed ego jusjurandum dabo*,

L. 5. Cum etiam) Conjungenda *l. etiam, infra de fideicommiſſ.* quæ hujus pars eſt: vide ſcripta lib. 3. Obſer. cap. 27. & ex hac illa eſt emendanda.

Tutoribus) Etiamſi non jure dati ſint, *l. 69. §. mater, ff.* D
de legat. 2.

Videantur) Legendum, *debeantur*.

Præſes provinciæ) Cujus in provinciis de fideicommiſſis notio eſt propria, *l. ſi res, de leg.* 1. vide ſcripta ad *tit. 2. Frag. Ulp.*

L. 6. Arbitri) Scilicet dati. Differt judex ab arbitro. Hic datur in actionibus bonæ fidei : ille in ſtrictis. Uterque tamen datur à præſide, ſed eorum ſententias, qui eos miſerunt, exſequuntur, *l. à Divo, de re judic.* Item cauſſa ingenuitatis pertinet ad præſidem, nec poteſt delegari, *l. 3. ſup. ubi cauſſa ſtatus, l. 2. ſup. de pedan. judicib.* Judex tantum de cauſſa incidenter poteſt cognoſcere, etiamſi ejus non ſit de illa notio, *l. 1. ſupra de ord. jud.*

L. 7. Quiſquam alius) Ut ſervus : vide ſcripta ad *l. 4. ſupra eodem.* E

L. 8. Actori) Hæc l. locum habet in voluntario, & neceſſario jurejur. nam ex judiciali datur actio, vel exceptio judicati directa.

Ad ſimilitudinem) Id eſt, utilis actio judicati, non directa. Nam directa eſt ex ſententia, quæ in victos datur. Et notandam his verbis *ad ſimilitudinem, ad exemplum, inſtar,* ſignificari utiles actiones.

L. 9. Per actorem) Qui prior jurare debet de calumnia.

L. 10. Quaſi ſint ſcriptis) Recte : Nam ſi ex chirographo depoſitarii conſtaret de depoſito, ut illi non poſſit opponi exceptio non numer. pecun. nec jurejurando opus eſſet.

Ad exemplum) Nam in bonæ fidei judic. jusjur. aucto-

Tom. VI. Poſt.

re judice defertur etiam invito utroque litigatore.

L. 11. Si quis) Is qui detulit jusjur. id poteſt revocare uſque ad ſent. definit. poſt, non poteſt, niſi per appellat. ſit exſtincta.

Iterum ad) Et hæc eſt juſta cauſſa recuſationis jurisjur. Aliam vide in notata ad *l. prox. ſeq. eodem tit. §. ſed juramento*, vide ſcripta ad *l. 9. ſupra eodem.*

L. 12. Vel à Judice, vel à partibus) vide ſcripta ad *l. 3. ſupra eodem.*

Multum diſcrepet) Cum heredi forte æque non liqueat jurare.

§. Sin autem quaſi volente eo) Legendum *nolente*, judice ſe, id eſt, quaſi ſe judice invito recuſato jurejur. ſententiam in eum quaſi confitentem fert judex. Contrarius error eſt in *l. 1. §. ſi vir uxori, ff. de acq. poſſ.* vide notata ad eam l. & ſcripta hic.

§. Ipſe autem : illatum dare) Id eſt, neque præſtare, neque præſtari.

Repoſitum auxilium) Quia fieri poteſt, ut juſta ſit cauſſa recuſationis, ut ſi impius pio jusjurandum deferat, quæ conditio, id eſt, [illegible] eſt inæqualis. Ariſt. lib. 1. Rhet. in fin. *l. ult. inſ. de fide inſtr.* Hic enim nimia religione deterretur à jurando : & tutum non eſt impio referre : Sed ſi pares erunt litigatores, non erit juſta cauſſa recuſationis, Alia juſta cauſſa recuſandi eſt, ſi is, qui detulit, & revocavit, rurſus deferat, *l. prox. ſupra*, item ſi conceptio jurisjuran. diſpliceat.

§. Sin autem ſive recuſatum) Cum ſcilicet referretur. Græci vertunt [illegible]. Male quidem legunt, *relatum*, recte, *recuſatum*.

§. His de : datis certis induciis) Hac de re vide Livium lib. 31. in fin.

Ex una parte) [illegible]. Græci hoc jusjurandum vocant [illegible] in *l. arbitrio, ff. de dolo.*

Ab utraque parte) Cum ſcilicet judex cenſet neutrum damnandum expenſarum nomine.

An ab altera) Vide *Nov.* 82.

§. ult. Sive in domibus, ſive ſacris ſcripturis) Videtur hic legend. ut Græci legunt, *ſive in domibus ſacris ſcripturis tactis, ſive in ſacroſanctis oratoriis*, id eſt, ſive in domibus, ſive in templis, ita tamen ut qui jurat, ſacra tangat.

L. ult. Cum quivis) vide ſcripta ad *l. 1. ſup. eod.* & not. ad *l. 6. ff de tranſact.*

Nullumque ex hujuſmodi perjurio) Hæc cauſſa latiſſime patet, eamque ſi ſequamur, nulla erit cauſſa, quam non poſſimus retractare. Itaque vera ratio hæc eſt, hic non videtur delatum jusjurandum tranſigendi animo, ſed coacte non apparente teſtamento, ideoque emergente teſtamento omnia de integro tractari oportet.

Detrutionem introduci) Et ſic dabitur condictio, incerti tamen ratione poſſeſſionis.

Ne cui ex delicto) Oppon. *l. ſi legatarius, ff. de dolo:* vide ſolut. ad eam l. & ſcripta *l. 1. ſup. eodem.*

Si certum petatur. TIT. II.

Sub hoc tit. tractatur de rebus credit. ut docet tit. *ff. de reb. credit. ſi certum petatur.* Unde collige, & hic legendum *petetur*, non, *petatur*.

Sic certum petetur eſt certi condictio, quia non tantum pecunia numerata creditur, ſed & alia quælibet res certa credita.

L. 1. Pro portionibus hereditariis) Hoc ita, ſi heredes conveniantur certi condictione, non incerti, ſi in perſonam, non in rem, *l. 1. ff. de interrog. in jur. fac.*

Veteris juris) Legis antiquæ, 12. tabular.

L. 2. Sibi jus) Quod ſi tibi ſtipulatus fuerit eam reddi tibi, nec ex numeratione, nec ex ſtipulatione condictionem acquirit : verum pecunia bona fide conſumpta, eſt condictio, *l. 3. ff. hoc tit.* certi ſcilicet : vide ſcripta ad *§. Chryſogonus l. 126. ff. de verb. obligat.* & hic.

Mandatis) Aut ſi extet pecunia, eam condices.

Actionibus) Directis, imo & ſine ceſſione, utilibus.

L. 3. Eos qui officia) Ut præſides, & procuratores. At officiales eorum poſſunt, *l. præſidis, ff. de reb. credit.* vide not. ad eam legem.

R 2 Fe-

Fœnus agitare) Nec mutuam pecuniam dare, *l.23. ff. eod.* vide not. ad eam.

L. 4. Mandatis actionibus) vide ſcripta ad *l. 1. inf. de oblig. & act.*

Utilem tibi) Ex numeratione. Quid ſi tuam pecuniam tuo nomine crediderim, & eam mihi reddi ſtipulatus eſſem. Idque ex ſententia Fulgoſii: Nam hi duo caſus jure noſtro expreſſi non ſunt: vide ſcripta ad *§. Chryſogonus, l. 126. de verb. obligat.*

L.5. Præſtitutum tempus) Olim quinquennium, hodie biennium.

Redditi) Olei ſcilicet.

L. 6. Obligationis ſubſtantia) Conſtantia debiti *σύστασις* *l.11. §. ſi rem, ff. de legat. 3.*

L. 7. Si ut propriam) Si hoc loco ponitur pro, *An.*

L. 8. Æſtimata) Cujus æſtimationis mutuum ab initio contractum intelligitur. Secus eſt in ſpecie prima *l.11. eodem tit.*

Uſuram centeſimam) Legendum, *unam centeſimam*. Legitima uſura eſt centeſima, vide ſcripta ad *rub. ff.de naut. fœn.* Verum hoc hodie mutavit Juſt. in *l. eos inf. de uſur.* Paulus 2. *Sent. tit. de uſur.* vide ſcripta ad hanc l.8.

Stipulanti ſpopondiſti) Sententia eſt: illam ſtipulationem immodicæ uſuræ, non ideo, quod excedit centeſimam, eſſe inutilem: ſortis petitionem non extingui ob immodicas uſuras. Nam nec alia pœna immodicæ uſuræ coercentur, ſed quod excedit, ſi exigat, imputatur ſorti, vel redditur. Olim is fœnerator tenebatur in quadruplum. Cato de re Ruſt. in pr. & Aſconius in divin. *l. 2. C. Theod. de uſur.* & ex lege Gabinia ſorte cadebat; at hodie non item,

Legitima) Id eſt, centeſima uſura, ſupra ead. l.Delendum, quod ſequitur, Summa.

L.10.Nam) Legendum, *ſed ſi.* Nam, hic accipitur [illegible], quia ſunt duo diverſi caſus.

L.11. Incendium) Vel alius caſus quilibet: vide notata ad *l. 11. ff.de verb. ſign.* Id eſt, pecuniæ creditæ periculum ad debitorem pertinet, nec mirum, cum ſit ejus dominus.

Debitorem) Hic ſtricte accipitur pro eo, qui mutuam pecuniam accepit, creditor pro eo, qui dedit. Debitorem igitur, ſcilicet creditæ pecuniæ.

Summa Baldi: Generis deb.) Quantitas perire non poteſt, aut genus.

L. 11. Ut debitum) Ut pecuniæ creditum utili actione poſcat.

L. 13. eum qui) Qui pecuniam accepit, tenetur, etiamſi eam ſibi non ſumpſerit: vide ſcripta ad *l. 7. inf. quod cum eo qui.*

L. 14. Solemnitatem verborum) Id eſt, citra ſtipulationem,

Subſcribentem) Etiam ut fidejuſſor. Subſcriptio comparatur juſſo. At ex juſſo ſolus pater, vel dominus obligatur, *l.1. ff. quod juſſu, l.3. inſ.quod cum eo.* Ergo & ex ſtipulat, hi tantum obligabuntur.

L. 15. non adverſus) Debitor debitoris priori creditori non tenetur. Sen. lib. 5.de beneficiis, c.19.

L. 16. Delr ſummam Baldi, & priorem rxplicat. verbi collectarius, in gloſſa. Quiſquis) Ex hac l. colligunt, non poſſe præſidem mutuam pecuniam accipere, *l. præſidis, ff. eodem.* Male: Nam extra duos caſus, qui hic ponuntur, ſumere mutuam pecuniam non prohibetur: vide ſcripta ad *l.3. ſup. eod.*

Quaſi emptor legum) Id eſt, Quaſi à præſide, quem habet obæratum, jus nundinari poſſit.

Collectarius) Id eſt; nummularius. Symmachus epiſt. 28:

Ipſo judice) Hoc caſu ambiens cum collectario plectitur, non ſuperiori.

L.17. Quinquaginta libras) Id eſt, ſupra ter mille, & quingentos aureos.

Trium teſtium) vide ſcripta ad *l.2. inf. de teſt.*

In gloſſ. oportet) Dele ſolut. primæ objectionis, & ejus loco repone: Excipe caſum hujus legis.

In auth. pulſato autem) Id eſt, Reo. Sic in *l.1. ſup. de ſervitut. & aqua, qui pulſatur.*

De ſuffragio. TIT. III.

Proponitur condictio ſi certum petetur de ſuffragio: ſic inſcribitur in *C. Theod.* Suffragium vocamus favorem, & opem, quam quis nobis præbet apud judicem obtinendæ alicujus rei cauſſa. Cyprianus dixit faventiam. Dicitur, & ſuffragium pecunia, quæ datur ejus nomine, *l. ult.inf.de ſilent.*Male Accurſ.interpretatur de ſalario advocati, & male in *l. militem, ſup. de procur.*ſuffragatorem pro advocato. Dati autem pro ſuffragio, repetitio non eſt, *l.1. C.Theod. eod.tit. Marcell. l. 12. Lex lata fuit à Juliano &c.* Ex hac l. ſi quid promiſſum ſit ſuffragatori, peti poteſt actione ſi certum petetur. Verum hæc conſtitutio abrogata per *Nov. 8. & 4. Nov. Tiberii*, quæ eſt inter Novel. Juſtiniani 161. quod ad honores, & magiſtratus attinet.

L.1. Sponſione conſtrinxerint) Id eſt, ſtipulatione.

Intrgra fide) Id eſt, hoc modo perficitur dominii translatio. Integra fides, bona fides, ſyncera fides, idem eſt, vide ſcripta ad *l.4.inf.*

§. ult. Commonitorio ſuffragio) Legendum, *commonitorio de ſuffragio*. Commonitorium vocat ſuffragatori factam promiſſionem ex ſcripto. Alias autem accipitur pro memoriali libello, qui alteri datur. Et ſic libellus de ſuffragio, quo rogatur ſuffragator, & ei quid promittitur, commonitorium dicitur: hoc autem common. pro ſtipulatione eſt.

De prohibita ſequeſtratione pecuniæ. TIT. IV.

Pecuniam hic accipe ſtricte pro quantitate, vel ſumma: Nam cæterarum rerum mobilium ſequeſtratio fit, quia eæ facile interimi poſſunt. At pecuniæ cum nullum ſubſit corpus, perire non poteſt. Immobilium quoque rerum non fit ſequeſtratio, niſi ratione fructuum. Summa hujus tit. eſt: in actione ſi certum petetur prohibetur ſequeſtratio, ſi pecunia petatur, non ſi alia res mobilis. Idem dicitur in *l.1. C.Theod. ſi cert. petat. de chirographis*, in qua eſt unicus caſus, quo pecunia ſequeſtretur.

De condictione indebiti. TIT. V.

Vide ſcripta hic, & annotat. *Rub.ff.eodem*.

L. 1. Pecuniæ) Id eſt, nummorum ſtricte.

Non ex cauſſa judicati) vide etiam ſcripta ad *l.2. inf. de compenſat.*

Probare potuerit) *L. cum de indebito. ff.de probat.*

Uſuras autem) Id eſt, in aliis condictionibus, *l.4. infra de condict. ob turp. cauſſam.*

L. 2. Condictionem) Itemque mandati act. *l. 12. ff. de novat. l. ſi mandato, ff. mand.*

L.3. Cum & ſoluta) Eſt argumentum à minori in hac l. ſecundum Ariſt.

Scripturæ condictio) Quæ eſt incerta.

Doli exceptio) vide ſcripta ad *l. 21. ff.de verb.obligat.*

L. 4. Per inficiationem) Quia per metum inficiationis ſoluta Videntur. Secus eſt in ſpecie *§. ult. l.23. eodem*, & ideo cum à ſciente ſoluta videantur, non condicuntur.

In lite creſcunt) Ut actio l. Aquil. piorum legatorum, depoſiti ex cauſſa tumultus, incendii, ruinæ, condictio ex ſyngrapha, condictio ex contractu habito cum argentariis ſine ſcriptura, actio relictorum per damnationem, ob ementitum modum agri, actio judicati, condictio bene depenſi: ſolutorum nulla eſt ex his cauſſis repetitio.

L. 5. Si à patre) vide ſcripta ad *l.regula, §.ſi quis juris, ff. de juris, & facti ignor.*

Succeſſiſti) Sed non cum re.

Per errorem) Facti. Ergo tuo nomine quaſi ipſe deberes, ut & in *l.19. §.1.hic*. Quod confirmatur *l.38. §.de pecul. ff. de ſolut.*

Utpote patris) In hac l.5. ponendum eſt, filium erraſſe in facto, non in jure, ut quia putabat nondum annum petendæ bon. poſſ. præteriiſſe.

L. 5. Si per.) Conjunge *l.8. ſup. de juris, & fac. ignor.* ubique eadem eſt inſcriptio, & debet eſſe eadem ſubſcriptio. Puto itaque, & in hac legendum, CC.IV.Conſſ.

Ignorantiam facti) Non juris.

Ei

Ei cujus nomine. Ergo) Per liberam perſonam acquiritur actio ex mutuo, & ex promutuo.

L.7. Per errorem facti) Excipe legata pia, & olim omnia legata per damnationem relicta. Itemque legata relicta incertis perſonis.

Repeti poſſe) Opponitur in fin. *tit.24. Fragm.* ſed in eo abundat negatio: vide ſcripta idid.

L. 8. Falſo procuratori ſolventi) Cum creditor ratum non habuit.

Indebiti repetitio) Vel cauſſa dati, in *l.14. ff. de condict. cauſſa dati*.

L.9. Non repetit) Vel quia videtur ratum habere geſtum, vel quia videtur donare, vel quia ſibi id imputare debet.

Ob præcedens vitium) Nam ob vitium, quod poſt venditionem res contraxit, venditor non tenetur, *l. quæro, ff. de ædil.* edic.

L.10. Si quis) Hæc l. ex 50. deciſ. & corrigit *§.pen. l.ſi non ſortem, ff. eodem.*

Et Vlpianus) *L.28. §. pen. ff.eodem.*

Celſum) Qui etiam ei conſentit in ſpecie *l.19. ff. de legat.2.* quæ plane pugnat cum Julia: in *l.cum eis, §.ult. ff. eodem.*

Salvium Julianum) Cujus de hac re ſententia colligi poſſe videtur ex *l.32. in prin. ff. eod.* quæ etiam illi conſentit in ſpecie *§.ult. d. l. 32.*

Electionem recipiendi) Excipitur caſus *l.21. ff. eod.*

L.ult. Pro dubietate) Dubitantes medii ſunt inter ſcientes, & ignorantes, *παραπλήσιοι τοῖς δεδεμένοις*, Ariſtot.3. Metaphyſ.

De Condictione ob cauſſam datorum. TIT. VI.

Ob cauſſam, id eſt, ob rem, ob finem aliquem. Vide not. ad *Rub. ff. eod.* & ſcripta hic. Hæc condictio naſcitur ex æquo, & bono, non ex contractu, *l.in ſumma, §. quod ob rem, ff. de condict. indeb. l. 3. §. ſi quis quaſi, ff. eodem.*

L.1.) Hujus l. deciſio ſic eſt accipienda, niſi quo caſu fiſco locus ſit. Male autem Haloander ab ea ſuſtulit tres voces.

Pecuniam quam) id eſt, accepta pecunia, ut *l.eam. inf. de fideicom. l.filium, ſup. famil. erciſc.* Dele itaque gloſſ. ad verbum, *quam*.

Pactumque, quod ita interpoſitum) id eſt, pactum reddendæ dotis in caſum, pactum vulgare, *l. Bæbius, ff. de pact. dotal.*

Nullam de dote) Id eſt, non poteſt repeti actione de dote, ſed condictione ſine cauſſa, *l.1. §.1. ff. de condict. ſine cauſſa*. Itemque indebiti.

L.2. Actionem condictionis) Erit & actio præſcriptis verbis, ut ſatisfaciat, vel præſtet, quod intereſt, *l. hereditatum, ff. de donat.*

In gloſſ. Sorori tuæ emancipatæ) Nihil neceſſe eſt fuiſſe emancipatam, cum pater non agat, ſed frater poſt mortem patris, cujus morte donatio convaluit, niſi filia eſſet in poteſtate.

In gloſſ. Reſolveretur) Dele eam totam cum eo, quod in margine, uſque ad additionem.

L.3. Ea lege) vide ſcripta ad *§.coheredes l.qui Romæ, ff. de verbor. obligat.* Græci ad hanc l. hoc notant, *τῷ μὲν νόμῳ ἡ ἐκποίησις οὐ κεκώλυται: ὁ δὲ ἐκποιήσας κατέχεται τῷ περὶ ἀναιτίου δικαίῳ*, id eſt, *jure quidem alienatio non inhibetur, ſed qui alienavit, tenetur condict.* valet tamen alienatio. Nec obſtat *l.his ſolis, inf. de revoc. donat.* in qua præter diverſam ſpeciem vindicatio ſignificat ultionem: Nec etiam obſtat *l.ult. inf. de reb.alien. non alien.* quæ ait quidem paciſci licere, ne quis alienet, ſed non tamen irritam eſſe alienationem factam contra pactionem. Item nec *l.pen. inf. ſi manc. ita alien. fuer. ut man.* quæ loquitur de ſervo prohibito manumitti: quare prohibitio cohæret perſonæ ſervi. Item nec *l.ſi creditor, in fine, de diſtract. pign.* Sed ibi ideo nulla cenſetur venditio, quia venditor legem dixit, qui retinet ſemper jus in rem, id eſt, hypothecam. At in hac l.3. is qui legem dixit, nihil juris obtinet in re, & ideo qui eam accipit alienando, non ideo ejus dominium transfert. Nec obſtat quoque *Nov. de alienat. & emphyt.* in qua favor eſt eccleſiarum. Denique nec obſtat *Nov. 117.* Æquum enim eſt ſervari voluntatem donatoris, qui nihil patri acquiri voluit.

L.4. Si cum) Ob rem promiſſi eſt condictio incerti, ut ob rem dati, certi.

L.5. Procuratorem feciſti) Ignorans eum eſſe militem, add. *l.militis, inf. loc.* Ambroſ. 1. Off. cap. 16. Vegetius lib. 1. cap.19.

Reſtitui tibi) Opponitur *l.7. ſup. de verb. oblig.* Sed hic condictio accipitur pro modo, ut in *l.Mævia, ff. de fideicom. libert.* Opponitur etiam *l.ab adminiſtratione, C.de leg.* Sed in ea l. non fuit relictum legatum ſub modo, ſed ſeparatim fuit relictum legatum, & adſcripta tutela.

L.9. Domino dederis) Conveniente domino.

Salva reverentia) id eſt, verecundia, *l.8. inf. de liber. cauſſa*.

Hortabitur) Hæc tamen adhortatio eſt neceſſaria. Et ideo Græci lib. 48. Baſil. ad hanc l. ajunt, *ἀναγκάζεται*, qua in re fallitur Accurſ. Dele itaque totam ejus gloſſ. hortabitur, & repone pro ea, imo hortando compellet.

L.10. Non culpa) Non competit quidem condictio ex ceſſatione, ſed competit condictio ex pœnitentia, *l.ſi pecunia, ff. eod.* hoc ſi ponas ſpeciem, ut dederim decem, ut eas Capuam, & tempeſtate impeditus ſis. Nam ſi ponas cum Accurſ. de medico, vera ejus eſt ſententia.

L.11. Si per eos qui) Si per eum non ſteterit, non erit condictio, ſi quid datum ſit ſupra modum legitimum, id eſt, centum aureos.

De Condictione ob turpem cauſſam. TIT. VII.

Ob turpem cauſſam) Quæ ſit contra bonos mores.

L.1. Si ex cautione) hic non exceptio non num. pecuniæ, ſed doli, vel in factum. Itaque perpetua eſt, non numeratæ pecuniæ temporalis. Hæc transfert onus probandi in actorem, *l.1. inf. de probat.* Doli except. vel in factum, qui utitur, ei incumbit onus probandi, ut hic. Cautionis autem condictio eſt, cum ſolius accipientis turpitudo verſatur.

Probandum eſt) Qui allegat ſe ob turpem cauſſam dediſſe, id probare debet.

L.2. In gloſſ. melior. Sed quid de pignore) Pignus ob turpem cauſſam non contrahitur, ut nec fidejuſſor recte datur, *Novella 4.*

L.3. Quod evitandi) hic non habebit actionem, quod metus cauſſa, quia hic metus non ſufficit, *l.cum te ſup. quod metus cauſſa.*

Tyrocinii) At hic utriuſque turpitudo eſſe videtur, cum tyro militiam detrectet. Dicendum, non licere quidem citato ad delectum non reſpondere, ſed ponendum eum, qui delectum habebat, pecuniam ab aliquo extorſiſſe, ne eum citaret: vide ſcripta, & not. ad *l.qui cum uno, §. qui poſt, ff. de re milit.*

L. 4. Vſuræ peti) vide ſcripta ad *l.1. ſupra de condict. indeb.*

L.ult. In rem mora) vide ſcripta in *l. 43. ff. de verbor. oblig.* & ad *tit. ſeq. inf.*

De Condictione furtiva. TIT. VIII.

Hæc condictio ſoli domino datur, aliæ etiam non dominis: item condictio hæc non ex delicto eſt, ſed ex æquo, & bono. Hoc autem præſtat hæc condictio, ut ea conventus teneatur etiam re caſu perempta.

L.1. Singulos quoſque in ſolidum) Quia actio eſt pœnalis.

L. 2. Ante oblationem) nam oblatione mora purgatur.

De Condictione ex lege, & ſine cauſſa, vel injuſta cauſſa.
TIT. IX.

Actiones, aut ſunt civiles, quæ ſunt ex 12. tab. aut ad exemplum, vel inſtar earum, ut præſcriptis verbis: vel prætoriæ, vel ex legibus, aut conſtitutionibus, *l.12.inf. de quad. præſcript.* Harum aliæ nomen ſuum habent, ut damni injuria, ex l.Aquilia. Aliæ non habent, & appellantur condictiones ex lege, quarum nulla alia eſt cauſſa, quam legis auctoritas.

Injuſta cauſſa) Si dedi ex ſtipul. vi, vel metu extorta. A

L. 1. Ex primipilo) Primipilus eſt annona militaris, vel annonæ ejus petitio, & cura, *l. 8. inf. de cohort. l. 16. &* *17. C. Theod. eod.* Inde paſtus primipili, *l. 3. & 7. illo tit. l. 3. & 8. C. Theod. eodem*. Harmenop. lib. 9. tit. 9. recte ait primipilum eſſe annonam, quæ datur τοῖς πρώτοις κεντηνάρχαις, id eſt, centurionibus primipili, ut diſtribuatur inter milites. Vegetius lib. 2. cap. 8. Itaque recte Græci ſic vertunt hanc *l. debens alimoniam militarem fiſco*.

Commouebit) Condictione ex h. lege coget.

Vt ante definitum) Alia primipili privilegia ſunt in *l. ſatis, infra, in quibus cauſſis pign. l. 5. infra, de primipil. l. ſi non verum, infra, de donation. inter virum, & uxorem, l. ult. infra, de primip. l. ſi tutoris, infra, de compenſation.*

In gloſſ. Præſes) Dele totam, & repone. Condictio hic fiſco non datur, ſed debitori fiſcali, & ideo præſes cognoſcit: datur tamen utilis actio fiſco, quo caſu debitori fiſci competit actio. B

L. 2. Per condictionem) Nam chirographi dominus fit creditor. Opponitur *l. ult. ſup. ad exhib.* vide ſolut. in notatis ad eam.

L. 3. In gloſſ. Vindicatione) Dele poſtrema verba (& de condictione indebiti.)

In gloſſ. Condictione, ſine cauſſa, vel injuſta cauſſa) Recte, ut docet titulus, ſub quo eſt hæc l. In eadem gloſſa dele hæc verba (*Sed etiam rei vindicatione poteſt conveniri*) Pro quibus repone: atque conſumptione fructus ſuos facit. Dele & hæc verba (*item condictione furtiva, ut D. de condict. furt. l. in re furtiva, §. ſi*) &c.

L. 4. Intra hunc diem) vide ſcripta ad prin. *tit. infra, de non. num. pec.* C

Reddi tibi cautionem) vide ſcripta ad *l. 5. ſupra, ſi cert. petatur*.

De Obligationibus, & actionibus. TIT. X.

De ceſſione actionum: vide ſcripta ad *l. 8. inf. eodem*.

L. 1. Mandatam) id eſt, ceſſam, quo caſu res adhuc integra eſt, *l. nulla, ſup. de procurat.*

Vtilis actio) Non directa, cum ſit exſtinctum mandatum, quod cuilibet emptori actionis proprio nomine competit. Nec directa ex mandato datur, quæ ita demum competit, ſi creditor heredem habeat. Fidem enim traditionis ab herede impleri oportet: vide ſcripta lib. 2. Obſerv. cap. 31.

In gloſſ. Debitorem) Dele totam, & pro ea repone, male. Nam ſcribit Imp. ad mulierem, quæ non fidejubet, D ob S. C. Vellejan. Præterea conſtat fidejuſſorem ſolventem nunquam habere actionem utilem: quia ſolvit, ut ſe liberaret.

In gloſſ. mandatam) Aliud eſt cedere, & aliud mandare actionem.

Nam primo caſu) Pro his verbis repone, idem plane eſt cedere, & mandare actionem. Item hæc, delegare interdum exhibere, præſtare, transferre, procuratorem ad actionem inſtituendam dare: vide notata, & ſcripta ad *l. 14. infra, de fidejuſſ. &c.*

L. 1. Litis conteſtatio) Et eſt pro delegatione, *l. denegare, ff. de novat.*

L. 3. Colonos) Qui debitores debitoris ſunt:

Ex placito) Græci vertunt τοῖς κανόσι καὶ τῷ συναρέσαντι, &c. ut videantur legiſſe, *& placito*. E

L. 4. Bonam fidem) Quæ & integra fides dicitur, *l. 1. ſup. de ſuffrag.* & ſincera, *l. 2. infra, ſi propter public. penſitat.*

In contractibus conſiderari) idem dicitur in *l. bona fides, ff. depoſ.* Utraque eſt accipienda de contractibus bonæ fidei, ut in his judex obſervet, quid dari, vel fieri bona fide oporteat.

L. 5. Sicut initio) Ariſtot. 5. Ethic ait: τὰ ἐξ ἀρχῆς ἑκούσια. At ex poſt facto ſunt neceſſarii contractus.

Renuntiare ſemel) Symmachus. *Vox eſt juris, & legum, bonæ fidei contractum non poſſe reſcindi*.

Adverſario nobis non conſentiente) interdum tamen voluntate reſolvi contractus poteſt, ut ſi id actum ſit, aut A id ferat contractus natura, ut ſocietas, mandatum, depoſitum, precarium, datum ob rem.

L. 6. Potiores) Alias priores: eodem ſenſu Græci πρεσβύτεροι.

L. 7. Longi temporis) Actio Serviana tollitur præſcriptione longi temporis, ſi ea utitur bonæ fidei poſſeſſor. Nam cum malæ fidei poſſeſſor eſt, non niſi 30. annis tollitur, cum debitor 40. *l. cum notiſſimi, inf. de præſcript. 30. annor.*

L. 8. Vide ſcripta ad *l. 1. ſup. eodem.*

Et quem affectione patris) Alumno opponitur *l. 1. ſup. eodem, & l. illa, inf. de donat.* vide notata ad eam l. & ſcripta hic.

Accipere permiſiſti) Illaque acceperit. Sic ponendum hic, ut ſit perfecta donatio: alioquin eſt imperfecta, argumento leg. *permiſiſti, ff. de reb. credit.*

Nec à delegato) Si ſtipulatio fuiſſet interpoſita, non in heredem, ſed in procuratorem competet actio, novatione facta.

Pareat) Per condictionem.

L. 9. Negantes) Conjungenda *l. ult. inf. de except. rei judic.* quæ hujus prior pars eſt.

L. 10. Electis pignoribus) Hæc abrogat Juſti. in *Novel. 4.*

L. 11. A domino prædii) Si tamen colonis in rem domini credidi pecuniam, aut in rem domini verſa eſt, competit in dominum actio negotiorum geſtorum: vide ſcripta ad *l. 13. ſup. ſi cert. pet.*

Actorum ipſius) imo, nec ſubſcriptio obligaret, *l. 14. ſup. ſi certum pet.*

L. 12. Ob æs alienum) hæc l. ambigua eſt: Nam vel hoc dicit, ne filii pro paterno debito addicantur creditoribus, vel ut debitores liberi non cogantur ſervire creditorib. ob æs alienum. Sic Græci vertunt: οὐκ ἀναγκάζονται οἱ ἄποροι χρεῶσται δουλεύειν ἰδίοις δανεισταῖς, putavit tamen utramque interpretationem verbis legis comprehendi Gregor. 4. epiſt. cap. 43. & lib. 2. cap. 96. Juſtinia. Nov. 134. Ambr. in lib. de Tobia. Vide in hanc rem *l. 1. de patrib. qui filios diſtraxer.*

L. 13.) vide ſcripta ad *l. 15. ſupra, ſi cert. pet.* Senec. lib. 5. de beneficiis cap. 19.

L. ult. Eſt in arbitrio) Hoc privilegio, nec fiſcus utitur. *l. 1. infra, de conven. fiſci debit.* nec Reſpubl. *l. 3. §. ult. D. adminiſtr. rerum ad civit.* Sed hæc abrogavit Juſtinian. hodie, cum fiſcus privato æquetur *Novel. 4. & Novel. 136.*

Vt actiones, & ab heredibus, & contra heredes incipiant. TIT. XI.

L. 1. Antiquitas quidem reſpuebat) At fideicommiſſa ita relicta non reſpuebat, *l. 5. D. de leg. 1.* Ulp. *in Fragm. tit. de fideicommiſſis*.

Nos autem per) Quam in rem edita eſt *l. 11. de contrab. & commit. ſtipulat.*

Regulam, qua vetuſtas) Regula hæc juris antiqui exſtat in *l. ult. C. Theod. de diverſis reſcriptis*, quam hæc lex directo abrogat, abrogarat, & illam ante per conſequentiam, *l. 11. C. de contrab. ſtipul.* vide eo loco notata. Ideo autem hac conſtit. opus fuit, quia novæ conſtitutiones, quæ jus vetus abrogant, ſunt ſtricte accipiendæ.

Subtilitatem verborum) Horum nempe, *cum morietur, vel cum mortuus erit*.

Voluntatis) Lege, *latitudo voluntatis*, & vide ſcripta ad *l. 3. D. de verb. obl.* id eſt, ne ideo latius non accipiatur voluntas contrahentium.

In gloſſ. Antiquitas) Dele ad fin. uſque ad hæc verba (*Sed hoc fallebat*) & repone: fallitur hic Accurſius. Nam conditionalis ſtipulatio ex præſenti tempore vires accipit, & ideo neceſſe non eſt, ut committatur in defunctum.

Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur. TIT. XII.

L. 1. Propter Senatuſconſultum) At hodie ipſo jure tuta eſt mulier, ſi pro marito fidejuſſerit. Si pro alio, ex-

cept.

cept. Vellejani juvatur, *Nov.* 134.

L.2. Maritorum culpam) Delictum.

Si res) uxoris ſcil.

L.3. Extra dotis) At res in dotem datæ, & tacito pignori ſunt, *l.4. inf. in quibus cauſſis pignus ob civile munus :* non autem paraphetna.

Civilium munerum) Excipitur dos, quæ tenetur fiſco ob munera, vel honorem geſtum à marito. Ea enim fruetur fiſcus conſtante matrimonio.

Cum neque maritum) Opponitur *l.4. ff. de offic. proconſ.* vide notata ad eam.

L.4. Aliquid intuliſſe) vide not. ad *l.1. inf. de fideicommiſſ.* & ad *l.6. ff. de probat.* quæ obſtant, & vide ſcripta hic. Item ſcripta ad *l.5. inf. de uſur.*

In gloſſ. In dotem) Dele totam, & repone. Idem obtinet in omni munere civili, in rebus uxoris dotalibus. Nam ex obligantur, argumento l. hujus à contrario ſenſu, & hoc in ipſa l. repetitur.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſervus pro domino conveniatur.

TIT. XIII.

Cum hi, qui in multis caſibus juris eadem perſona eſſe cenſentur, alii pro aliis non obligantur, multo minus extraneus pro extraneo, niſi heres ſit, aut acceſſio. Olim tamen uſurpatum erat, ut vicarius pro convicario teneretur. Hodie in *Nov.* Juſt. 52. & 134. & *l.1. inf. ut nullus ex vic. pro alien.* lib. 11. De his Caſſiodorus lib.4. variarum. *Obligationibus paternis, ſi non ſit heres, eximuntur : uxor maritalibus debitis non vincitur, & audacia ad ſolutiones trahit extraneos, cum abſolvant jura conjunctos.*

L. 1. Extorta eſt) Si metu illato extorta eſt, competit actio quod metus cauſſa, condictio indebiti non competit, quia ſciens ſolvit : ſi ſuaſionibus, creditoribus erit actio de dolo, *l.14. ff. de dolo.*

L.2. Emancipatos) idem eſt in exheredatis.

Inquietemini) At conveniri poſſunt ex cauſſa principali, *l.2. de primip.*

L.3. Invito patre) id eſt, contradicente.

L.4. Nec non) Excipe primipili cauſſam.

L.5. Vel ſervi) Quia ſervus non eſt διχασμὸς τῶ δικαστηρίου, id eſt, *fori capax*, Græci hic.

Nova conſtitutio Friderici.

De privilegiis ſcholaſticorum. Eam nonnulli Codic. omittunt.

Corporis injurias ſine cauſſa) id eſt, angarias, *l.2. inf. de incolis.*

§. Hæc igitur : quod aliquando) *Nov. conſtit.* 25. Vide ſcripta hic, & ad *Nov.* 52. & not. ad *Rub.* eod.

§.pen. Etiamſi cauſſa) Legendum, *ut cauſſa, etiamſi juſta fuerit, cedat pro tali conamine.*

§.ult. Sub tit. ne filius pro patre) Legendum, *ne alius,* pro aliorum.

Apud Roncalias) Civitas eſt, juxta Padum fluvium.

In gloſſ. dedimus) Dele hæc omnia (ſed dic quod ſio) uſque ad hunc locum : ſed olim Nov. 9. & pro iis repone, non poteſt mandare, cum non competat jure imperii, *l.nec mandante, ff. de tut. & cur. dat.*

An ſervus pro ſuo facto poſt manumiſſionem teneatur.

TIT. XIV.

Factum hic ſignificat contractum, vel delictum.

L.1. Cum ſtatulibero) Sive contrahas cum ſervo, ſive cum ſtatulibero, non habes cum eo actionem poſt libertatem. Statuliberi in contractibus comparantur ſervis, in delictis liberis.

L.2. Non eſſe legatum) Nam ſi legatum proponeretur, contra eſſet dicendum, *l.2. §. per contrarium, ff. de dote prælegat.* Et ideo hic ait maxime, quaſi idem prorſus non ſit, peculio legato. Sed opponitur *l.ſi ſervo, ff. de pec. leg. l.1. §. item heres, ff. quando de pecul.* quæ etiam legato peculio dat act. intra annum in heredem. Vide ſolut. in not. ad eas.

L.3. Promiſſa) vide ſcripta ad *l.24. ff. de verb. oblig.* & ad *l.ult. inf. eodem.*

Per in factum actionem) Prætoriam, ſubſidiariam act. de dolo. Verum videbatur, dandam actionem præſcriptis verbis ex do, ut facias : ſed ideo non datur, quia ille ſervus fuit, cum contraxit, nec ex contractu habito cum ſervo, in eum poſt manumiſſ. actio eſt, argumento *l.1. §. pen. ff. de except. rei vend.*

L.4. Caput noxa) Solæ actiones nox. caput ſequuntur : actio furti noxalis eſt, non autem condictio furtiva. Et ideo illa non tenetur ſervus manumiſſus, *l. quod ab alio, ff. de condict. furt.* Furti actione tenetur.

L.ult. Inter dominos, ac ſervos) Excipe caſus quatuor. Unus eſt in *l. & eleganter, ff. de dolo, l.verum, de minor.* Alter in *l.* 3. *hic.* Tertius in tit. ſi quis teſt. Quartus in *l.18. ff. de negot. geſt.*

Quando fiſcus, vel privatus debitoris ſui debitores convenire poſſit, vel debeat. TIT. XV.

L.2. Præſidis provinciæ) Sic in *l.à divo Pio, §. ſic quoque, ff. de re judic.* ubi eſt citata.

Si debitum) Fiſcus ſemper tacitam habet hypothecam, & ideo poteſt ſemper utiliter agere cum debitore debitoris ſui.

De Hereditariis actionibus. TIT. XVI.

Hereditariæ actiones ſunt perſonales actiones, quæ heredibus, vel in heredes ſucceſſionis jure competunt.

L.1. In gloſſ. Pro parte debiti) Recte pro parte debiti. Tanta autem eſt pars debiti, quanta pars heredum.

In gloſſ. Competente in fin.) Recte ; contra male Jacob. de Aretio, & Fulgoſ.

L.3. Decerni fruſtra) Utiles actiones decernuntur. Itaque dum hic ait, actionem non decerni contra debitores, negat contra illos dari utilem : tamen aget jure tacitæ hypothecæ, *l.3. ſup. de oblig. & act.*

L.4. Debitoris hereditarii) id eſt, heredis. Heredes ſunt debitores, & creditores hereditarii. Itaque hic debitor heredem ſignificat.

L.5. Per confuſionem) Pro ea parte, qua quis heres fit.

L.6. Si adulta) Conjungenda *l.7. inf. de bon. auct. jud. poſſ.* & ex hac adde ſubſcript. ad illam.

L.7. Lex 12. tab.) vide ſcripta ad *l.1. ſup. ſi cert. petat.*

Non habere perſonalem) Sed habent vel hypothecariam, vel condict. indebiti, *l.ult. §. ſin autem creditores, inf. de jure delib.*

Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.

TIT. XVII.

L.1. Poſt litis) Pertinet hæc lex ad act. quod metus cauſſa. Itaque hic non accipe vim pro rapina, ſed ut in edicto, quod metus cauſſa, & concuſſionem accipe pro metu : vide ſcripta ad *l.quod diximus, ff. quod metus cauſſa.* Dic igitur, qui vim fecit, id eſt, coegit, vel concuſſionem, id eſt, terrorem. Pſeudoplautus in Querulo, Jura, nit, *conſuli paraſito ita voluerunt, ut ſi vulneribus afflictus decedat conteſtata lite, heredibus detur actio.*

In gloſſ. Qui vim fecit) Dele totam, & repone, male : hoc enim caſu competeret actio vi bonorum raptorum, aut condictio furtiva, etiam lite non conteſtata. Omiſſum in gloſſ. magna ſupra tit. prox. (*Item in interdicto unde vi*) uſque ad verba (*nec obſtat*) dele omnia, & repone, male, ut conſtat ex *l.in honorariis, ff. de oblig. & act. & l.2. inf. unde vi.* Nec facit pro ea *l.1. §. ult. ff. de vi, & vi arm.* ut conſtabit ex notat. ad illum §. in eadem gloſſ. Ab his verbis (*Item fallit ſi interveniat confuſio*) uſque ad finem gloſſæ, dele omnia, & repone, male. Hic Accurſius tractavit de criminibus, quod putaret hic actum criminaliter, quod ſi verum eſſet, non tranſmitteretur.

De Conſtituta pecunia. TIT. XVIII.

In Conſtitutum veniunt pecuniæ tantum, id eſt, eæ, quæ pondere, numero, & menſura conſtant rei conſtitutæ pecun. A Juſt. dicuntur ἀντιφωνηταὶ in Nov.

L. 1. Sed etiam adverſus) Qua de re veteres dubitaſſe docet *l.item illa, §. è re, ff. eod.* vide notata ad eam.

In auth. Si quando ad finem) Quia facti ſunt duo rei, diverſum eſt, ſi dixerit, ſatis fiet tibi à me, & à Titio.

L. 2. Quæ ſolemnibus verbis) id eſt, directis, & civilibus,

In

In annorum metis 50.) vide cap. 30. de præſcript. A

Res indebitas conſequi) Id eſt, nondum debitas.

In alia antiqua prudentia) Id eſt, in 12. tab. *Super pecunia tutelæve.*

Argenti diſtractores) Id eſt, argentarii.

In gloſſ. indefenſæ) Dele omnia uſque ad hæc verba (*ut hic & argumento*) & pro iis repone, id eſt, ut nulla exceptione ſe tueri poſſint. In eadem gloſſa dele hæc verba (*ſcilicet coram ſuo judice, quem habere poſſunt*) & pro iis repone, ſi modo ſolvendo ſint litis conteſtatæ tempore.

L.ult. Qui pecunias pro aliis) Idem beneficium dat Juſt. duobus reis, qui mutuo fidejuſſerunt. Item duobus reis promittendi *Nov.* 99.

Æquitatis enim) Legendum: *æquitatem enim diviſionis, ſpecies actionis excludere nullo, &c.* ut apparet ex *l. ſi fidejuſſores, ff. de fidejuſſor. tut.* Ex qua hæc verba ſumpta ſunt. B

De probationibus. TIT. XIX. *Id eſt, qui probare debeat.*

L.1. Hæc l. ad act. creditæ pecun. Implere cogitur) Idem eſt, ſi reus utatur exceptione doli ob non numer. pecuniam, *l.3. inf. de non num.pec.* Ideo autem non probat, quia mera negatio eſt. Moribus tamen Biturigum, qui excipit de non num. pecunia, probare debet ex *l. regulariter, inf. de non num. pecun.*

Ejus rei probationem) Idem in *l. ult. inf. de ſolut.* Cæterum hæc affirmatio non eſt appellanda exceptio. Nam non eſt exceptio, niſi ſit & actio, quæ eſſe negatur ſoluta pecunia: hoc non eſt excipere, ſed actionem eſſe negare.

L.2.) Hæc l. pertinet ad rei vindicat. in qua actor probat, non reus. Imo nec titulum ſuæ poſſeſſionis poſſeſſor dicere cogitur, *l. cogi, ſup. de petit. hered,* vide not. ad eam. C

L.3. Hæc l. pertinet ad act. tutelæ, quæ competit finita tutela. Idem eſt in iis, qui petunt honores, *l.Impp. ff. ad municipal.*

Contenderitis) Hic is, cum quo agitur, ideo probat, quia hæc diviſio actionis tutelæ non fit ipſo jure, ſed oppoſita hac exceptione, ſi non omnes in ſolidum ſolvendo fuerint in diem tutelæ. Idem beneficium datur duobus reis promittendi.

L.4.) Hæc l. pertinet ad rei vindicat.

Dominium) Triplex eſt dominium, proprietatis, ut hic, poſſeſſionis, ut *l.2. C. Theod. de bon. mater. l. 1. C. Gregor. ſi ſub alterius nom.* & ſic accipe dominium in *l. 1. ff. de bon. poſſ.* & uſusfructus, de quo lex *jubemus, §. 1. ſup. de SS. Eccleſ.* D

Quibuſcumque aliis) Ut teſtib. *l. 12. inf. eod.* Nam & recte mutatur dominium ſine inſtrumento.

L.5. Inſtrumenta) At olim ſola expenſilatio fidem faciebat, Gell. lib.14. c. 2. vide ſcripta ad *l. 3. C. de rebus credit.* & hic.

Annotatio) Non etiam ſi fiſcus agat ex ſuis, aut ex confiſcatis breviariis, *l.7. & ult.inf. de convenien.fiſc. debit.* Hæc autem l.5. eſt de ſcripturis privatis, quibus ſibi quis debitorem conſtituit, non de ſyngrapha, qua fides fit, *l. ult. ſup. ſi cert. pet.* Et eſt de rationibus accepti, reus fidem facit ſolutionis, *l.5. ſup. de edendo.*

L.6. Rationes) Nec ex breviariis rationibus teſtatoris, nec ex ſcriptura teſtamenti ſumitur probatio debiti. E

Si in ultima voluntate) Male. Id confirmari putant *Nov.*84. Nam ea Nov. opitulatur creditoribus cum teſtator dixit, minus ſe habere in bonis. At hæc l.6. opitulatur debitoribus, id eſt, iis, quos heredes debitores eſſe dicunt, ipſi coguntur, ut ne defuncti dicto, aut ſcripto communicentur. Hoc tamen ex ea Nov. colligi poteſt, quod ſi teſtator ſcripſerit Tit. ſibi debere 100. qui debeat 200. non poſſe ab eo peti, niſi centum, ſi eum religione jurisjur. id ſcripſerit. Summa eſt: teſtatoris jurata bonorum deſcriptio creditoribus non nocet, heredibus nocet, debitoribus prodeſt.

L.9. Ætate probare) Ætas variis modis probatur, de quibus vide ſcripta ad *l.13. ff. eod.*

L.11.) Hæc l. pertinet ad petitionem hereditatis.

L.18. Conſanguinitas) Quod hic vocat conſanguinitatem, inferius eadem l. vocat fraternitatem. Semper in his liberis conſanguineus, id eſt, frater.

L.15. Vis ejus) vide ſcripta ad *l.8. ff. eod.*

Onus probationis) Titius probare debebit cum Cajus ſit in poſſeſſione libertatis.

L.16. In gloſſ. Conſtituti) Dele totam uſque ad additionem, & pro ea repone: male interpretes putant, ideo poſſeſſorem prubare dominium, quod præſumptio fuerit pro actore, alioquin præſumptio quælibet auferret commodum poſſeſſionis. Sed ideo probat Tit. quia probatio pro actore: vide ſcripta ad *l.5. eod.*

L.18. Hæc l. pertinet ad rei vindicat. Probatio probatione tollitur, ut in *l.16. ſup. eodem.*

L. 9. Dilatoriam) Dilatoria exceptio in ipſo limine litis opponenda eſt. Symmach. lib. 1. epiſt. quod accipiendum puto de ea, quæ deſcendit ex cauſſa, in qua quæritur de actore reo, vel judice, ex quibus conſtat judicium. Nam ſi deſcendat exceptio ex cauſſa, in qua non quæritur de his perſonis, ut exceptio pacti, opponi poterit tantum poſt litem inchoatam, idque vetus quidam interpres notavit ad hanc l. At peremptoria except. opponi poteſt quovis tempore, modo ante ſententiam: utraque probari debet, poſtquam actor probavit intentionem ſuam.

In auth. Atqui) Hæc auth. ſuperiori legi ita conjungenda eſt: Probata intentione, vel exceptione, actor, vel reus non admittitur ad aliam productionem teſtium, ſi priorum dicta cognoverit.

L.20. Si de poſſeſſione) vide ſcripta ad *l. 8. ff. eodem.*

L.23. Factum negantis) Sunt tamen multæ negationes, quæ effectu affirmationes ſunt, ut de act. negatoriis Theoph. ſcribit in *§.æque, Inſtit.de act.* Exemplum ſume ex *l.5. infra de codicill. & l.5. ff. hoc tit. & l.14. inf. de contrahen. ſtipul.*

L.24. Jubemus) Conjungenda eſt cum *l. un. inf. quando civil.act. crim. præjud.* Utraque conſtit. pertinet ad crimen falſi, ut docet *C. Theod.* in qua d. l. un. ponitur inter tit. ad *l.Cor. de falſ. & tit. & de falſa moneta*, & indicat etiam clarius hæc l. pen.

L. ult. Sciant. Conjung. *l. pen. inf. de calum.* ex qua ad hanc adde ſubſcript. ſumptam ex *C. Theod.*

Documentis) Id eſt, inſtrumentis, quibus crimina plerunque probantur, maxime falſi.

Luce clarioribus) Sic Cic. pro Cælio.

De Teſtibus. TIT. XX.

Tria ſunt probationum genera. Teſtes, inſtrumenta, indicia. Teſtes admittuntur, ſi de facto quæritur, ſi de jure, & qualitate, vix admittuntur, ut hic.

L.3. Etiam jure) Etiam, præterea, hoc ſenſu, multa teſtimonia improbat jus civile, atque etiam domeſtica.

Domeſtici) Domeſticos teſtes ſic recte definit Thodorus Balſamon in Can.132. Concilii Carthaginenſis. *Domeſtici teſtes ſunt, qui in eadem domo nobiſcum habitant, & quibus imperare poſſumus.*

L.4. Sola teſtatione) Nudam, & privatam, quæ obſignatores non habet.

L.6. Parentes) Id eſt, hanc conſtit. Impp. reſcripſerunt ex Paulo *lib.5. Sent.tit.15.*

L.8. Interrogari non poſſe) Cum quæſtionibus.

L.9. Jurisjurandi) Epiſcopi interrogantur tactis ſacris ſcripturis, *Nov.123. & C. de juram. calum.*

Honeſtioribus) Honeſtiores plerumque æſtimantur ex facultatibus, *l.21. ff.eod.*

Ut unius teſtimonium) Derogatur huic l. per *cap. 27. de ſponſ. lib.5.*decret. De uno teſte, vide ſcripta ad *l.3. ſup.de rebus credit.* Sunt tamen certi caſus, quibus uni teſti creditur, de quibus vide ſcripta hic.

L.10. Omnis) Conjung. *l.unic.ſupra ne quis in ſua cauſſa jud.* & ex hac illius ſubſcript. emenda. Nam & ſic habet *C. Theod.* ut hic eſt.

Dicendi teſtimonii facultas) Ut & judicandi.

L.11.

L.11. Quoniam) Conjunge *l.2. inf. ut intra certum temp.* & eadem eſt utriuſque inſcriptio, & ſubſcriptio, confer, & *C. Theod.*

In gloſſ. Participes criminis) In Romaico definitum, ut ſocius pro ſocio teſtimonium non dicat in re communi, quoad ſocietas ſoluta ſit. Harmenop. lib. primo, tit. ſexto.

L.12. Iidem AA. Georgiæ) Emendanda eſt hujus l. inſcriptio ex *l.ult. infra de his, qui accuſ. non poſſunt*, quæ huic l. conjungi debet, ut & *l. ult. C. de accuſat. & inſcript. & l.ult. inf. de calum. & l.ult. C. Theod. de juriſdict. & Nov. de libert. & ſucceſſ. in C. Theod.* Ex his ſic emendanda eſt inſcriptio. Iidem AA. Conſl. Præt. & trib. plebis Senat. S. D. & ſubſcriptio D.VIII. Idus Auguſti Ravennæ.

Adverſus patronos) Symmachus, cum eſſet præfectus urbi, ut conſtat ex ejus lib.1. epiſt. in patroni liberos libertum jure interrogavit: cui tamen magnam fidem habuiſſe non videtur. Ac deinde fuit etiam conſtitutum à Valentiniano in *Nov. de libertis, & ſucceſſ. eorum*, ne liberti in patronorum filios, vel nepotes interrogarentur. Poſt hanc l. enim reponenda eſt Græca conſtitutio, quæ eſt Zenonis, vel Anaſtaſii, de qua notavi priori loco in *l.13. inf. eod.* id eſt, l. prox. ſeq.

L.13.) Deſiderantur hoc loco duæ Græcæ conſtitutiones, quarum ſententia hæc eſt ex lib. Βασιλ. Prioris, quæ debuit eſſe lex 12. ut ſi deſint inſtrumenta ad probationem, exigantur quinque teſtes, & in inſtrumentis ſufficiant 3. teſtes. Acta & inſtrumenta publica non egere teſtibus. Item ſi quis ſit adhibitus quæſtionibus ſcriptis, lite de ea re mota, cogatur adeſſe, & teſtimonium dicere, nec poſſe uti præſcriptione fori. Secunda ait, ut inviti teſtimonium dicant in omnibus cauſſis, exceptis adfinibus, cognatis, & viris illuſtribus: cæteri ſi adſint, dicere coguntur: ſi abſint, mittuntur ad eos procuratores partium, ut coram eis dicant, quæ ſciunt. Denique ut interlocutiones, quæ fiunt ob eam cauſſam, & productiones fiant ſine ullo teſtium impendio.

L.17. Excipere) Gal. *Reprocher*. Ergo ut teſtem in alia ſemel probatum, reprobare nequeo: ita neque probare ſine pudore poſſum, quem ſemel excepero, & refutavero, *l.23. ff. eod.*

Corruptos eſſe) Poterit, & falſos dicere Novella quadam Conſtantini.

L.18. Si dicant, omnis) Hoc caſu de auditione teſtimonium non ſufficit, quod tamen valet in quæſtione de finibus, & de operib. *l.ſi arbiter, ff. de probat.*

Niſi quinque teſtes) At cum ſcriptura, ut apocha intervenerit, aut ſi emptor ſit, ad ſummum tres requiruntur teſtes, *l.ult. ſup. ſi cert. pet.* vide ſcripta ibid.

Per ſcripturam ſecuritas) Apocha, ἀμεριμνία.

In gloſſ. ult.) Scil. duos, ut *ff. eod.* Dele hæc & repone, imo per quinque ex priori conſtitutione Græca, quæ deeſt huic tit.

In auth. Rogati) Opponitur *l.ad finem, ff. eod.* vide ſolut. in not. ad eam l. & ſcriptis hic.

Tranſeuntes) ἐκ τῦ παρέρχοντος.

L.19. Ex noſtra lege) Erat l.14. hujus tit. Græca, quæ deeſt: vide ſcripta ad *l.2. ſup. eadem*, & not. poſt *l.12. ſup. eodem.*

Non carcerali) Hæc in civibus. Unde argumentum eſt, eos in criminalibus cauſſis diutius detineri, & carcere poſſe concludi.

Tantum quindecim dies) Vide cap. 8. tractat. de præſcriptionibus.

Alterutra parte præſente) Nam regulariter teſtes, ut & acta omnia fieri debent utraque parte præſente. Zonaras, & Balſamon cap. 73. & Socrat. lib. 1. cap. 21. & lib. 2. cap. 27.

Gloſſ. ſine damno) Sc. ſine coactione. Dele & ſubſtitue, id eſt, nulla data pecunia ad excipiendam ſatiſdationem actionis nomine, *§.ex contrario, Inſt. quib. alien. non lic. l.25. inf. de adminiſt. tut.*

In auth. Sed etſi ex præſente) id eſt, ut videat teſtes introduci, non ut depoſitiones audiat.

Ex una parte) μονομερῶς.

L.ult.) Hæc l. continet except. ejus ſententiæ, qua dicitur, ſemel productos teſtes, & interrogatos iterum non interrogari. Conjunge ei *l.pen. ſup. de recept. arbit.* & ex hac reple illius ſubſcript.

In judicio) Vide Bartol. in *l.eos, ff. ad l.Corn. de falſis.*

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum, & de apochis, & antapochis faciendis, & de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt. TIT. XXI.

Et de apochis) Nulla eſt ſub hoc titul. lex de apochis.

L.2. Falſi victus) Idem dici non poteſt de teſtib. *l. 3. §. lege, ff. de teſtib.*

L.4. Inſpectio rationum) vide ſcripta ad *l. 5. ſup. de probationib.*

L.7. Inſtrumenta) Quæ vocantur teſtimoniales, *l. ult. infra de profeſſ. & medicis*. Vegetius lib.2. & ſæpe in *Cod. Theod.*

L.11. Emancipatione) Accipe hanc l. de eman. legitima, quæ fit ex 12. tab. recte etiam ſine actis. Anaſtaſiana, & Juſtiniana non fit ſine actis. Ubi autem omiſſio inſtrumentorum, vel actorum nihil nocet, nec amiſſio nocet.

L. 14. Scripturæ diverſæ) Niſi ſi quæ judici momenti videatur eſſe majoris exemplo teſtium, *Novella de teſtibus.*

L.15. Eandem vim) Regulariter. Sunt enim certi caſus, quibus plus poſſunt inſtrumenta, quam teſtes, de quibus vide ſcripta ad *l.1. ſup. tit. prox.*

L.17. Intimari) Inſinuari, ut hodie ſi minores ſint 500 aureis.

In mundum) Nov. de teſtibus ait in chartam puram. Hieron. *in purum.*

L.18. Secundum ea, quæ diſpoſuimus) In l.14. ſcil. Græca, de qua vide ſcripta ad *l.2. ſup. tit. prox.* & not. poſt *l.12. illo tit.*

In gloſſ. diſpoſuimus) Dele eam uſque (vel verius dic) & ad finem adde, Recte. Ea autem eſt *l.14. ſupra titulo proximo.*

L.19. Plures) Conjunge *l.litib. inf. de agric. & cenſ. lib. 11.* vide ſcripta ad *l.debitor, ff. ad SC. Trebell.* & not. ad *l.eos, inf. de uſuris.*

Apochis) Apocha eſt profeſſio ſolutæ pecuniæ: dicitur & ſecuritas, ἀπόδειξις, ἀμεριμνία, ἀσφάλεια, evacuatoria ἀκυρωσία.

Vel uſurarum) id eſt, ſi per 30. ann. ceſſatum fuerit in uſuris præſtandis, non ſi in penſionibus.

Temporalem præſcriptionem) vide not. ad *l. eos, inf. de uſuris.*

Exemplar cum ſubſcriptione) id eſt, Antapocham.

Reddere) Id eſt, dare.

In gloſſ. Apochis) Ab his verbis (*antapocha vero eſt*) uſque ad illa (*tertii ut*) dele omnia, & hæc repone, quæ conveniant cum tertia ſententia: antapocha eſt exemplum apochæ, quod habet ſubſcriptionem debitoris, qui apocham ſuſcepit hac lege, in qua quod initio vocat exemplum apochæ, poſt vocat antapocham. Sic recte Jac. & Fulgóſius, & ſic legenda eſt gloſſ. *Jac. & Fulg. dicunt*, & in fine dele hæc verba (*Quod non placet, ut hac l. §.1.*) & repone, imo recte.

In gloſſ. Temporalem) Pro his verbis (*quod eſt contra M.*) dic, imo recte M.

L.20.) Hæc l. non abrogatur per *Nov.73.*

Comparationes) id eſt, collationes, *l.ubi, inf. ad leg. Cornel. de falſ.* in Nov. dicuntur συγκρίσεις, παραθέσεις.

Inſtrumentis, quæ non ſunt publice) Inſtrumentorum alia ſunt publica, id eſt, publice confecta à tabellionibus qui ex conſenſu partium contractus conſcribunt, quæ in Nov. dicuntur ἀγοραῖα, *forenſia*, & publice confecta, hic & in *l.ſcripturas, infra qui potior. in pign.* Alia ſunt privata, quæ & dicuntur χειρόγραφα, & αὐτόχειρα, & in *d. l. ſcripturas* ἰδιόχειρα, ut & in *Nov. 117. & 142.* Eas vide, & not. ad *l.ſcripturas*, & ſcripta hic.

Niſi 3. teſtium) Excipe duos caſus ex *Nov.40. alias 50.* quibus fit comparatio, etiamſi teſtes nulli ſint.

Foren-

Forenſibus, vel publicis) Forenſia, & publica idem ſunt A *Vel* hoc loco eſt *ἑρμηνευτικὸν* ſic tit. *de optione, vel elect. legata*.

His, qui comparationem) Ut Præfectiani, Magiſteriani, Urbaniciani, & omnes apparitores publici.

Scriniis) Scrinia erant 4. memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum, libellorum. Scrinia ſunt *κιβώτια*.

Magiſteriæ poteſtatis) id eſt, magiſtri officiorum

In gloſſ. In ſemetipſum) Dele hæc verba (*Sed hoc reſponſum corrigitur per auth. Ad hæc*)

Gloſſ. ult. Scriniis) Dele totam.

Gloſſ. auth. At ſi: ad fin. ſoli) Ab his verbis (*Item cautius ſit hodie*) uſque ad illa (*& dicitur in ſcriptis*) dele omnia. Pro quibus hæc repone: imo & in contractibus, qui modo non excedant 50. lib. auri, duo teſtes ſufficiunt: vel nulli potius requiruntur, *l. ult. ſup. ſi cert. pet.* B

L. 21. Neque enim ulterius) vide not. ad *l. pen. §. ſed juramento, ſup. de reb. cred.*

Subtili reverentia) Superſtitioſe, *l. qui ſub conditione, ff. de condit. inſtit.*

Retractationem) Quæ vicem appellationis obtinet, *l. ult. infra, de temp. appellat.*

In gloſſ. Exiſtimans) Ab his verbis (*& ſic Nov. in criminalibus*) uſque ad finem, dele omnia, & pro his repone, Imo non juratur, cum ſufficiat inſcriptio, & ex ea pœna calumniæ, ut recte notat Mart. in *l. 5. infra, de jurejur. propter calum.* Et jusjurandum præſtatur ante accuſat. falſi ab eo, qui petit inſtrumentum iterum exhiberi. Non igitur in criminali, ſed in civili. Nec obſtat conſtit. Imper. Henr. II. in tit. de advocat. in ll. Longobard. cujus meminit Honorius in *cap. 1. de juram. cal.* quæ ait, C clericos nullo modo jurare, ex *l. cum clericus, ſupra, de epiſc. & cler.*

In gloſſ. ult. Et ſopita) Dele utramque ſolut. & pro iis repone hanc, poſt ſententiam minime ſuſpenſam non cogitur, quis producere, poteſt tamen accuſare falſi. Sic recte Cynus conciliat hanc legem cum *tit. infra, ſi ex falſ. inſtrum.*

Plus valere, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur. TIT. XXII.

Plus) id eſt, rerum veritas per ſcripturas obſcurari nequit, & ſic pertinet etiam hic tit. ad inſtrumenta.

L. 2. Sed ejus uxor) Idem juris eſt, ſi uxoris nomine emero, & in inſtrmento ejus nomen ſcripſero, mihi tamen rem tacite geſſero, ex Juſt. *edicto, §. pen.*

Quæſtio itaque facti) id eſt, quæ ſit rei veritas.

Per judicem, vel) Non per Juriſconſultum. D

L. 3. Pignoris cauſſa) id eſt, pignus contrahitur, non emptio. Petatur ſpecies facti ex *cap. illo vos, de pig. lib. 3. decret.* cujus hæc ſumma eſt.

L. ult. Se falſum) Quia falſum eſt me vendidiſſe.

Subſcribere te) Leg. *Subſcribere te non relecto, ſed fidem habenti*, & Græcorum more repetitio tibi, id eſt, cum non relegiſſes inſtrumentum. Ter. in Hecyra, *ut non ſit peccato mihi*, &c. Cic. *Huic errato nulla venia*, id eſt, erranti.

Conſenſu deficiente) Nam ego locare volui: Titius noluit conducere. Ego vendere nolui. Titius voluit emere. Scriptura non conciliat voluntatis naturas diſſidentes.

De Commodato. TIT. XXIII.

Commodatum eſt, ſi quis rem ſuam alteri vendendam E dederit certo fine modove eandem recepturus: vide notata ad *l. 2. ſup. eod.*

L. 1. Quæ vi majore) Idem eſt, ſi res æſtimata data ſit, *l. 5. §. 2. ff. eod.* Alioquin præſtatur exactiſſima diligentia.

L. 2. Temporalis miniſterii) Sic Iſidorus lib. 5. *Commodatum eſt id quod juris noſtri eſt, & ad alios temporaliter translatum eſt.*

L. ult. Prætextu) id eſt, ſub obtentu compenſationis. Eadem verba ſunt in *l. 1. infra, de nund. & l. 1. & 3. inf. ne fiſcus, vel Reſpubl.* ubi ſupponunt certam debiti cauſſam ſemper.

Commodati) Videntur compoſitores pro *commendati*, perperam legiſſe *commodati*: *Commendatum eſt*, depoſitum, *l. 24. ff. depoſ.*

In gloſſ. ult. Debiti, niſi debitum ſit liquidum) At quis dixit Accurſio, debitum hic non fuiſſe liquidum.

De Pigneratitia actione. TIT. XXIV.

Vide not. ad *rub. ff. eodem.* Pignus hic eſt, quo quid creditori obligatur tranſlata poſſeſſione, ut in ea cauſſa ſit, quoad exolvatur.

Græca conſtit.) Exſtat apud Harmen. *lib. 3. epitom. tit. 5.*

L. 1.) hujus l. ſentetia hæc eſt ex *lib. 21. Baſil. t. 1. & Harmenop. lib. 3. tit. 5.* ut fructus ex pignore percepti imputentur in ſortem, & ſi æquaverint ſortem, diſſolvatur obligatio, & pignus reddatur, ſi ſuperant ſortem, ut ſuperflui reddantur. Hæc l. & 2. & 3. eodem ordine collocatæ ſunt apud Harm. *lib. 3. tit. 5.*

In gloſſ. Ex operis) Adde, quæ in cauſſam pignoris computentur.

In gloſſ. ult. Ad fin.) Adde, niſi ſit contracta *ἀντίχρησις*.

L. 3. Percepit, vel) Hæc ita niſi ſit facta *ἀντίχρησις*, & ſi ſit res, quæ uſu fiat deterior, ut veſtis: nam tunc ſi pignore utitur, furtum facit, *l. ſi pignore, ff. de furt.*

L. 4. Pactum vulgare) Alia eſt ratio hujus pacti, ſi ad diem ſoluta non ſit pecunia, ut emptionis jure creditor pignus poſſideat, tunc perfecta eſt conditionalis venditio. Et ideo cum res non ſit integra, poſt diem non poteſt offerre, & agere pigneratitia, *l. ſi fundus, §. ult. ff. de pig. l. Titius, ff. eod.* At ceſſio, vel datio in ſolutum ſola traditione perficitur. & ideo antequam ea interceſſerit, debitori eſt integrum pecuniam ſolvere. Pacto etiam commiſſorio debitori non adimitur pigneratitia.

Vel hypothecæ) Datur enim pigneratitia non tantum de pignore, ſed & de hypotheca, cujus poſſeſſionem creditor nactus eſt actione quaſi Serviana.

L. 5. Sed ſi culpæ reus) Levis.

L. 7. Pignori, vel hypothecæ) vide not. ad *l. 3. ſup. eod.*

In rationem debiti) Delenda hæc vox *debiti*. Sic Græci *εἰς λόγον ἐνεγκεῖν*, non dicit damnum cum debito compenſari, ſed damnum in pigner. judicium venire.

Et ſi dolo) Auguſtinus notat, alias legi, *& ſi non dolo*. Sic Harmenop. *καὶ εἰ μὴ κατὰ δόλον*, ſed negatio non eſt in Harm. Regio: nam de eo, quod contingit ſine dolo, aut culpa creditoris, eo nomine non competit pigneratitia.

Vel culpa) Levi, non leviſſima.

L. 9. Jus perpetuum) id eſt, edictum perpetuum. Sic in *l. 5. inf. de appellat.* Forma perpetua, *l. 1. inf. ubi pet. tut.* Juriſdictio perpetua, *l. 2. inf. de teſtam. milit.* vide ſcripta ad *l. ſeq. inf. eod.*

L. 10. Nec creditores) Quia creditores pignus depoſitum poſſident pro alieno, non pro ſuo, *l. pignori, ff. de uſucap.* Idem eſt in conductore, *l. 2. inf. de præſcript. 30. ann.* Hæc l. non loquitur de pigner. act. ſed de vindicat. & hypothecaria, & de exceptione pigneratitia, *l. ſi quis putans, §. idem ſcribit, ff. comm. divid.*

Longi temporis) *L. ult.* hujus tit. In his locis autem Impp. loquuntur de nata jam pigner. actione. Hic autem recte Johannes, & Græci interpretes longiſſimo tempore tolli confirmant. At ea nulla præſcriptione tolli poteſt, antequam nata ſit, non naſcitur autem antequam debitor pignus repigneravit: ſic recte Rogerius in *tit. de præſcript.* Harmenop. *lib. 3. tit. 5.*

Originem rei) Auctoritatem, & dominium: ſic in *l. inſtrumenta, inf. de fideicommiſſ.*

L. 11. Conventionem, vel præſidialem) Legendum, *& præſidis juſſione*. Quæ ſi interceſſerit, licebit creditori res auferre, non tantum debitori, ſed & cuilibet poſſeſſori, argumento *l. 56. ff. de contrah. empt.* Sin minus vim faciet *l. 3. infra, de vi bon. rapt.* Exigitur ergo conventio, & auctoritas præſidis. Et ideo Græci ſic legunt, *χωρὶς συμφώνου, καὶ ἀρχικῆς κελεύσεως*. Interdum tamen ſola præſidis juſſio ſufficit, ut pignore cauſſa judicati capto.

L. 12. Fructuum) vide ſcripta ad *pr. tit. ſup. de pigner. actione.*

Si per

Digitized by Google

Si per creditorem factum fuerit, quo minus ſolveretur) Hæc ſunt verba edicti de pign. actione. Sic io *l. ult. infra de luit. pign. & l. acceptam, inf. de pign.* Eadem verba ſunt in edicto de conſtituta pecunia, *l. ſi duo, §. ait, ff. de conſtit. pecun.*

Oblato, conſignato, & depoſito) Tria hæc ſunt interpretis cujuſdam, & abſunt à ſcriptis, & ſufficiunt præcedentia.

Spatio longi temporis) vide not. *ſup. ad l. 9. eodem.*

De inſtitoria, & exercitoria actione. TIT. XXV.

Rectius Haloander de exercit. & inſtitor. actione, ut in ff. Utraque tamen exercitoria, vel inſtitoria permixtim dici poteſt, *l. 13. §. ſi duo, l. ult. ff. de inſtitor.* Vide not. ad tit. de exerc. & ſcripta hic.

L. 1. Officio alicui) Id eſt officinæ.

Promiſſum à te) Quod videtur, cum eum tabernæ præpoſueris.

L. 3. Inſtitoria) Nec hic locus eſt Vellejano, quia non videntur alieni eſſe contractus, ſed ipſius mulieris.

L. 5. Ad exemplum inſtitoriæ) Id eſt, quaſi inſtitoria.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur, vel de peculio, ſive quod juſſu, aut de in rem verſo. TIT. XXVI.

Hæc ſunt verba edicti, ut conſtat ex *l. 1. ff. de pecul.*

Vel de peculio, ſive quod juſſu) Non autem ex delicto,

L. 1. De peculio, & de in rem verſo) Si ipſe non agnoverit tutelam.

Quod ſi voluntate) Hæc pars ſic intelligenda eſt, ut ponamus, illo filio tutore dato, Rempubl. in ſe periculum recepiſſe, ut in *l. 1. §. 1. de magiſtrat. conven.* Taciturnitas patrem pupillo non obligat in ſolidum, Taciturnitas patrem obligat Reipub. in ſolidum.

A magiſtratibus) Idem ſi à decurionibus,

Satiſfacere) Reipubl. vel curiæ, quæ tenetur pupillo, *inf. de magiſt. conven.* vide ſcripta ad tit. *ſup. ne filius pro patre.*

L. 2. Hereditate) Aut ſi minimam tantum partem habuit, *l. 2. ff. eod.*

Niſi in id, quod facere poteſt) Rationem, vide in ſcriptis hic, & not. ad *l. 3. §. ſed an etiam, ff. eod.*

Interpretatione) Id eſt, ſermone, & tenore. Nam verba hujus l. 2. ſunt verba edicti, ut conſtat ex *l. 2. ff. eodem.* Et hæc edicti verba locum habent, ſive filius ſui juris fiat capitis deminutione, ut emancipatione, aut ſine capitis deminutione, ut morte, ſacerdotio, dignitate, imo & ſi non fiat ſui juris, *l. 2. ff. eod.*

L. 3. Pecuniam mutuam ſervo) Vido ſcripta ad *l. 14. C. ſi cert. pet.*

Juſtis erogationibus) ut agrum colendo, ſervum veſtiendo. Nam volupt. non imputat, *l. 3. ff. de in rem verſo.* Paulus 2. *Sent. tit. 9.*

L. 5. Defenſionibus) Exempla harum defenſionum ſunt in *l. 1. ff. de in rem verſo,* & in *l. pen. inf. eod.* & in *l. 3. §. ex furtiva, ff. de pecul. & l. ſervus quando, de act. empt.* & in *l. ult. tit. ff. de aleator.*

L. 6. In uſurarum vicem) Hæc lex de *ἀντιχρήσεως* loquitur.

Contra vim) Momenti beneficio, aut interdicto uti poſſidetis.

L. 7. Intra annum) Niſi peculiaris actio, qua agitur in peculium, breviori tempore concludatur, *l. pen. §. quando de pecul. actio ann.* Idem eſt in *l. pen. §. pen. ff. de noxal. act.* Sic & accipe, quod dicitur in *l. 2. §. ult. ff. de cap. minut.*

§. fin. Cum libero) Non conditionali.

Agente) Procuratore, aut geſtore.

Ejus perſonam) Id eſt, domini, ut cum eo ageres ex contractu. Sic *l. 3. ſup. de nox. act.* Vide not. ad *l. ſi ſervus, inf. de fideicommiſſ. libert.*

Contra dominum) Dominum hic referre oportet ad geſtorem, ut ſit dominus rei, vel contractus, ut in *l. 2. infra tit. proximo.*

Ejus pecunia proceſſit) Quo caſu dominus tenetur non de in rem verſo, quia actio illa datur tantum ex contractu noſtrorum hominum, & reorum, qui ſunt in poteſtate: nec condictione ex mutuo, *l. 3. ſup. ſi cert. pet.* Sed act. neg. geſt. utili, non directa, quia non ejus contemplatione pecunia credita eſt: in rem verſo, id eſt, ipſe geſtus parit act. neg. geſt. Itaque finis hujus l. non eſt accipiendus de his perſonis, de quibus eſt l. ult. quæ dicuntur noſtri homines, *προσήκοντες*, vide ſcripta ad *l. 13. ſup. ſi cert. pet.*

L. 8. Si mandator) Vide ſcripta ad *l. 2. ſup. eod.*

L. 9. Si ex alio) Inverſæ ſunt hæ l. Hæc præcedere debet *l. 8. ſi mandator.*

In quantum facere poteſ.) Vide ſcripta ad *l. 2. & 3. ſupra eodem.*

L. 12. Deducto ſcilicet) Hinc definitio peculii, de qua vide not. ad *Rubr. ff. de peculio,* & ſcripta ad *l. 5. ſupra eodem.*

L. 13. Dominos) Huic l. conjungenda *l. ult. inf. ſi al. res pig. & l. 1. ſup. ne liceat potent. & l. 1. ſup. de probib. ſequeſt. pec.* Quæ omnes ſunt partes edicti Honorii, & Theodoſii, quod pertinebat ad creditam pecuniam.

Servo, colono, conductori) Hi dicuntur homines noſtri, & eorum conditio hominum, Galli hommage, quamvis liberi ſint.

Obligari non poſſe) At ex admonitione obligantur.

Per quas perſonas nobis acquiratur. TIT. XXVII.

Hic titulus eſt potiſſimum de acquir. obligat. non dominio, aut poſſeſſione.

L. 1. Excepta poſſeſſionis cauſſa) Id eſt, poſſeſſione. Obligatio excepta non eſt: ergo per procuratórem obligatio non acquiritur, nec dominium.

Nihil acquiri poſſe) Nec obligationem, nec dominium.

Redintegratæ rei vindicationem) Id eſt, Reſtitutionem rei, quoniam is verbi gratia paciſcitur, qui legem commiſſoriam dicit. Quandoquidem ex ea conventione ſolet venditori vindicatio dari, *l. ult. ff. de lege commiſſ. L. 4. inf. de pact. inter empt.* Sic recte Joannes, id eſt, ut niſi emptor ſolveret pretium intra certum diem, reſolveretur venditio, & reſtituerentur omnia. Eſt ex eo actio ex empto, ex ſtipulatu, & vindicatio non ſoluto pretio, *d. l. ult.* Sed neque actio in perſonam, nec in rem mihi per procuratorem acquiritur. Sic etiam loquitur Paulus *lib. 1. Sent. tit. 7.*

Servis autem res traditæ) Ergo non traditæ procuratoribus contra Accurſ. Obligatio mihi acquiritur per procuratorem, aut geſtorum tantum ex mutuo, aut promutuo, idque utilitatis gratia, *l. ſi certi, §. ſi nummos, ff. de condict. indeb.*

In gloſſ. Excepta poſſeſſione) Dele omnia uſque ad hæc verba (*Item, & dic excepta*) dele etiam hæc (*quando non plus eſt penes dantem*) & hæc ad fin. (*quod non placet, imo & dominum*) repone autem ſic, recte.

L. 2. Cum per liberam) Extra hunc caſum mutui, aut promutui obligatio, aut actio per liberam perſonam nobis non acquiritur. Retinetur quidem, & conſervatur, ut in *l. per procuratorem. ff. de procurat. & l. ſi quis ſolutioni, ff. de uſur.* ſic & paratur per nuntium.

L. ult. Si duo) Summa hujus l. ult. eſt, cum unus ex dominis ſimpliciter jubet ſibi ſtipulari, plus valet juſſum, quam nomen. Cum ſimpliciter, plus valet nomen, quam juſſum.

Ad Senatuſconſultum Macedonianum. TIT. XXVIII.

L. 2. Vel alias agnovit) Idem eſt in exceptione non numer. pecun.

L. 3. Origo enim) Cauſſa.

Titulus actionis) Id eſt, certi condictio.

L. 4. Si permittente) Ergo à contrario non permittente non datur hypothecaria.

Cum & eidem) Vide ſcripta ad *l. 6. ſup. quod cum eod.*

L. 5. Macedoniani) Extat totidem verbis in C. Gregor. lib. 3. tit. 1. inſcribitur Septimiæ Muſæ, ſubſcribitur P. P. pridie Kal. Martii.

Si anni utilis ſpatium) Vide cap. 20. de præſcript.

L. 6. Si filius) Vide ſcripta ad tit. *ne filius pro patre, ſup.*

L. ult. Generaliter omnes) Id eſt, ſublata differentia

facti, & juris, de qua re Juriſconſulti diſſentiebant, *l. donationes, inſ. de donat. inter vir. & uxor.* quam hic intelligit. A

Ad Senatuſconſultum Vellejanum. TIT. XXIX.

Eſt de interceſſionibus mulierum. Interceſſio, eſt ſi ſe vel ſua obliget pro alio, ut ſi fidejubeat, conſtituat, mandet, in judicio pro alio interveniat, ſi res ſuas pro alio pignori obliget, *l.19. inſ. eod.*

L.1. Non ignorent) Ignorare autem poteſt quis eam eſſe mulierem varie, ut in caſu hic ab Accurſ. tradito. Item in ſpecie *l.ſi fidejuſſores, ff.eod.* Item *l.5.& 7. inſ. eod.* Item *l.vir uxori, §.pen.ff.eod.* Item *l.4. in pr. & l.11. ff. eod.*

Pecuniam exſolverint) Ultro. Et hoc verum eſt, ſive ſolverit donandi animo, ſive quaſi gerens negotium alienum, ſive rem ſuam vendiderit, & ex pretio ſolverit, vel emptorem delegaverit, *l.5. inſ. eod.* Solvere pro alio non B eſt intercedere.

Repetitio) Opponitur *l.ult. §. item ſi, ff. eod.* vide not. ad eum §. ubi eſt ſolutio.

L.4. Ipſa ſe ab initio) *L. 19. inſ. eod. l.2. ff. eod.*

L.5. Si ſine) huc pertinet *l.20. ff. de pign. act. & l.11. inſ. de diſtract. pign.*

L.6. Si mater) Paulus *lib.2. Sent. tit.11.*

§.1.) Opponitur huic *§. 1. l.quamvis, §.7. ff. eod.* Recte ſolvit Bulgarus in gloſſ. repromittens, vide not. ad *d. §. l. quamvis.*

Auxilio Senatuſconſulti) Quia tunc non ſuam rem, ſed pupilli geſſit.

Auctoritas eam juris tuetur) Leg. *auctoritate juris tuetur.*

L.8. In id conveniri) Reſtituta in eum perſonali actione, ſed & data hypothecaria, *l.quædam, l.aliquando, ff.eod.* vide not. ad *d. l. quidam in fin.* C

Per reſtitutoriam) De qua vide ſcripta hic, & not. ad *§. Marcellus, l.8. ff. eod.*

L.9. Quamvis) vide notata ad *l. vir uxori, §. ult. ff. eodem.*

Repetitio) Aliud eſt in Macedoniano, *l.qui exceptionem, ff. de condict. ind.*

L.1. Etiam) Movet, quod extraneis pleraque conceduntur, quæ non conceduntur conjugibus, *l. ult. Cod. Theod. de ſucceſſ.* ut extraneo poſſunt donare, non conjugi. Pignus tamen ſibi obligatum uxor viro remittere poteſt. Remiſſio pignoris non eſt donatio, *l.etſi pignus, ff. quæ in fraud. credit.* nec interceſſio, *l. jubemus, inſ. eodem.* D

L. 12. Si dotare) idem eſt, ſi pro alio dotem promiſerit, *l.ult. inſ. eod.* idem etiam receptum eſt favore libertatis, *l. pen. inſ. eodem.* Quamvis utrumque ſit intercedere.

L.13. Si fœnebris) Opponitur *l.ſi vir uxori, & l.Seja, §. ult. ff. eodem.* Verum in *l. ſi vir*, qui pecunia egebat, eam ipſe non rogavit à fœneratore, ſed uxorem ſuppoſuit, quæ rogaret, & mox eam ſibi crederet in fraudem Senatuſconſulti: eam fraudem ſi ignoraverit creditor, non obſtabit exceptio: alias obſtabit in *l. Seja.* Cujus rei obligatione mulier interceſſit apud primum ejuſdem rei obligat. ſtatim contraxit cum ſecundo, & eandem rem obligavit. Hæc mutatio propterea, & ejuſdem rei obligatio argumentum eſt fraudis. At in hac l.13. mulier revera ſibi mutuam pecuniam ſumpſit, in uſum tamen mariti. E Scientia hoc caſu nihil obeſt creditori, quia ab initio mulier ſibi duntaxat rem contrahit.

L.16. Reſciſſoria actio) Quæ ſic ideo dicitur, quia datur reſciſſa interceſſione mulieris, *l.ult. §.ult. ff. eod.* Dicitur etiam reſtitutoria, & utilis: vide not. ad *l.8. §. Marcelli, ff. eodem.*

L.18. Vel novas) vide not. ad *§.1. l.23. inſ. eod.*

Conſtitutum eſt) A Pio, & Severo, *l.2. ff. eod.*

L.19. Edicto perpetuo) *L.2. in pr. edicti, ff. eodem*, vide not. ibidem.

L.21. Jubemus) Sententia eſt; uni debitori factam remiſſionem generaliter à muliere, non nocere aliis, qui eandem rem obligarunt, ut obligatam primo, & ſecundo: remiſſum eſt primo, non videtur remiſſum ſecundo. Obſtat huic leg. *l.Paulus 12. ff. quibus mod. pig. ſol.* Vide not. ad eam leg. & ſcripta hujus.

Eadem renunciatio) Remiſſio facta ex una cauſſa, non videtur facta ex alia.

L.22. Si mulier) *Nov.61. & 134.*

Cautionem) Quoniam Græci vocant *γνωσιμαχεῖν* in *l.cum notiſſimi, inſ. de præſcript. trig. annor. & Nov.61.*

Intra biennale) vide cap.21. de præſcript.

In auth.ſi quis, ſive ſemel, ſive) Et etiamſi poſt biennium iteretur cautio, ut Græci notant, & Harmen.

L.23. Vel ei actionem parari) id eſt, novam utilem inſtitui. Notat hic Juſtinianus duo genera actionum utilium. Si veterem ſuſcipit, actio in veterem debitorem reſtituitur ea ſublata: ſi novam, actio inſtituitur in eum, cujus bono ceſſit interceſſio.

§. ult. Sin autem) Hoc eſt novum: Nam alias ratione expromiſſorie, etiamſi non ſit ſolvendo, tollitur obligatio debitoris. Id ergo non erit porrigendum ad alios caſus SC. Adde etiam ex *Nov.134.* ſi pro marito interceſſerit. His duobus caſibus exceptis neceſſaria eſt exceptio.

In gloſſ. ult. Ne autem Baldus dicit) Et recte, alii, male. Itaque dele poſteriorem partem gloſſæ ab his verbis (*Sed maritus dixit hunc §.*) uſque ad finem.

L.24. In hoc caſu) idem eſt in dotibus l.12. & ult. hic.

L.ult. Et antiquos juris) hunc etiam favorem dotium ante hanc l. à Juriſconſultis inductum fuiſſe docet *l.12. ſup. eod.* vide ſcripta ad eam.

De non numerata pecunia. TIT. XXX.

Id eſt, de except. non num. pecuniæ, quam Græci vocant *ἀναργυρίαν*.

L.1. Hæc l. repetita eſt in *l.1. infra, ſi pign. convent. numerat. ſec. non ſit.*

Pignus datum) Exceptio non num. pecuniæ ex hac *l.* datur, non ſolum contra cautionem creditæ pecuniæ ex mutuo, & ſtipulatu, ſed & hypothecaria, & tunc concluditur biennio, l.1.Cod. Hermog.*de caut.& non num.pecun.*

Nec numerata) id eſt, neque reddita, ex illa *l.1.*

L.3. Exceptione oppoſita) huc pertinet *l. 12. ff. de doli, & metus except.* Nam exceptio doli cum aliis concurrit, *l.2. inſ. de doli except.* vide ſcripta ad *l.1. ſup. de probation.*

L. Debiti, vel uſurarum) vide ſcripta ad *l. 5. inſ. de uſuris.*

L. 5. Adverſus) Vide ſcripta ad *leg. 6. ſup. ſi certum petatur.*

Non numerata) *ἀναργυρίας*:

§.1. In chirographum) idem in ſtipulationem.

Debiti) Obligationis.

L.6. Subſtitueris te debitorem) id eſt, expromiſeris: hoc ita, ſi per creditorem expromiſerit: nam & ſi ſolverit, indebiti condictionem non habet, ſecus ſi pro alio, *l.quamvis, §. interdum, ff. ad Vellejan.*

L.7. Obligationem) Chirographum.

L.8. §.1. Heredi) item fidejuſſori, *l.pen. inſ.* non expromiſſori, *l.6. ſup. eod.*

L.9. In factum) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de probation.*

L.10. Probatio nulla) vide ſcripta ad *l. 1.* Cic. in Partitionibus: *Nemo ejus, quod negat factum, aut poteſt, aut debet, aut ſolet probationem reddere.* Item in Antonium. Vide etiam ſcripta ad *l.1. ſup. de probation.*

L.11. Exceptione non numeratæ) Nam nec poſſes condicere, *l.2. ſup. de condict. indeb.*

L.13. Generaliter) vide ſcripta ad *tit. de probation. ſup. ad l. 1.*

Eamque cauſſam) Excipe caſum *§. ult. Nov.136.*

Argumenta ſcriptis inſerta) id ſæpe fit, ut ſcriptum nonniſi ſcripto ſubvertatur, *Nov.90. l.pen. inſ. de contrahen. ſtipul. l.33. ſup. ſi minor ſe major. dixit*, vide ſcripta ad *l.30. ff. de verbor. obligat.* & ad *l.1. ff. de teſtib.*

Indignum eſſe judicamus) Igitur in hac ſpecie non competet exceptio non numeratæ pecuniæ, l. 5. hujus tituli.

L.14.

L.14. Intra ſolum biennium) vide cap. 21. de præſcript. A

§.1. Securitatibus) id eſt, apochas, quas ſc. emittit depoſitarius, *ἀποδοτικὴ ὁμολογία*.

Prorſus amputare) id fit favore depoſiti. At non idem dicemus de apocha redditi depoſiti. Nam illi opponetur exceptio non redditi depoſiti.

§. 1. Ideoque) Hæc pars repetita eſt, *inf. de apochis pub. lib.10.*

Confectionem dotalium inſtrumentorum) Eſt quidem locus exceptioni non numeratæ, aut non traditæ dotis, cum tabulæ nuptiales confectæ ſunt, quibus dicitur dotem datam, *l.3. inf. de dote cauta*, *& non num. & l.ult. eod. Novel.* 100. Sed ſi præterea apocha caveat maritus ſe dotem accepiſſe, contra eum hæc exceptio non opponitur dotium favore.

§. Super. intra 30.) vide cap.10. de præſcriptionibus,& B ſcripta hic.

§. Illo) vide ſcripta ad *leg.10. ſup. de rebus credit.*

§. pen.) Repetitur in *l.18. ſup. de epiſcop. audient.* Ex qua ad hanc petes ſubſcript.

In fine) Con. cum fine hujus leg. *l.ult. inf. de dote caut. & non num.*

L.ult. Quæ etiam ſacramenti) id eſt, ſi quis eum jurisjurandi religione ſcribat ſe accepiſſe.

De Compenſationibus. TIT. XXXI.

Vide ſcripta hic, & notata ad prin. ejuſdem tit. ff.

L.1.) Ad hanc ſic Græci: fiſcus in diverſis provinciis habet procuratores rerum ſuarum, & dicitur una quæque procuratio, ſtatio. Quod alia ſtatio mihi debet, id alteri compenſare non poſſum. Ratio notatur in l.1. propter diverſitatem officiorum, id eſt, ne confundantur procu- C rationes, vel rationes catholicorum. Sic Græci, qui ſemper procuratores Cæſaris vocant catholicos.

Eadem ſtatio) Fiſci: unicus eſt fiſcus, variæ ſunt ſtationes fiſci, id eſt, manſiones, in quibus conſiſtunt officia.

Propter confuſionem) idem tradit *l.1. inf. ne fiſcus rem, quam tradidit, evincat*. Quod una fiſci ſtatio diſtraxit, non poteſt altera retrahere, *Nov.91.*

In gloſſ. Ratio, vide inf. de ſolut. l.11. Vide notata ad eam l.2.

In gloſſ. Confuſionem ad fin.) Adde *l.74. in fin. ff. de judic. l.36. ff. famil. erciſc.* vide ſcripta ad *l.1. ſup. de condict. indeb.*

L.2. Nec compenſatio) Opponit Fulgoſius *l.etiam, ff. eodem*, vide ſcripta hic. Dicendum, quod ſolvi ex cauſſa D male judicati, natura quidem indebitum eſſe, jure civili debitum. Sola ſolutio plane indebiti naturalem condictionem parit. Quod ex ea cauſſa ſolvi, jure civili debui, non natura. Sic nec tu, cui ſolvi, id mihi natura debes. Itaque id non condicam quia debui, nec compenſabo.

L.3. In ea) Si datur in *l.auſertur, §. ut debitoribus, ff. de jure fiſci*.

Is, cujus de ea re notio eſt) id eſt, præſes, non procurator Cæſaris, ut Accurſius, cum loquatur de civitate, non de fiſco.

Neque ex Kalendario) id eſt, quæ ſit fœnori deſtinata, hujus eſt procurator Kalendarii, *l. ult. ff. de adminiſtr. rerum ad civit. pertinent.* & hic, de curat. Kalend. *Cod. Theod.*

Statutis ſumptibus) ut refectione viarum, pontium, E &c.

Civitatis) At ſi privati fideicommiſſi debitor ſit, compenſat, *l.5. eodem.*

In gloſſ. Iubebit) Dele prima verba (*ut procurat. Caſ. ut ſup. ſi adverſus fiſcum l.11.*)

L.4.) Hanc l. & ſeq. l.5. intelligit Ulpianus in *l.cum alter, ff. eodem*, cum ait, conſtitutum id à Divo Severo, id eſt, Alex. Severo. Sic in *l.verum, §.1. ff. eod.*

Vſuræ debentur) Ut ex mora, aut ex ſtipulatu.

In gloſſ. Ipſo jure, quæ tamen lex dicit) De hac quæſtione, quam hic tradit Accurſ. vide ſcripta hic, & not. ad l. poſtea quam, *ff. eod.* Male autem hic Accurſ. hanc l. reſtringit ad rationem uſurarum; nam licet hæc *l.4.* ſit de

A uſuris, tamen ejus ratio eſt generalis. Item male, in maleficiis ait ipſo jure fieri compenſationem. Itaque dele hæc omnia (*hoc tamen fallit in delictis*) euſque (*cum enim debeantur.*)

L.5. Etiamſi fideicommiſſum) Quin etſi integram quantitatem ſolvam, mihi competit condictio indebiti, *l.ſi ambo, ff. eod.* Hæc l. eſt de act. ex teſtamento, quæ eſt ſtricta, & tamen ipſo jure fit compenſatio, vide ſcripta hic & not. ad *l.poſteaquam, ff. eod. tit.*

L. 6. Neque) Apud eundem judicem ſæpe inſtituuntur mutuæ petitiones, ut hic, *& l. Lucius, ff. mand. l.15. de except. rei judi. l. 34. de procurat. l. 1. §. ult. de extraord. cogn. l.ſi idem, §.1. de juriſdict. l.1. §. ult. ff. quæ ſententiæ ſine appell. reſcind.* Opponitur *l. un. §. taceat, inf. de rei uxor. act.* ubi dicitur, ob res amotas compenſationem non B fieri: vide ſcripta hic, & not. ad eam leg.

L.8. Si propter fructus) Qua ex cauſa tenetur etiam condictione ſine cauſſa, *l.3. ſup. de condict. ex lege.*

L.9. Ejus quod) Niſi conveniat, ne liceat. At ſi mecum agas, ut procurator fiſci in Aſia, id compenſabo, quod Aſiana ſtatio debet, non quod altera, *l.1. ſup. eod.* Item ſi agas ut tutor, id compenſabo, quod pupillus mihi debet, non quod tu, *l.pen. ff. eodem*. Si agas ut procurator in rem alienam, id tantum compenſabo, quod dominus mihi debet. Si tuo nomine, quod tu mihi debes, *l.ſi in rem, ff. de procurat.* Excipe caſum *l.in rem, in princip. eodem*. Idem *l.4. & 5. ff. eodem, & l.10. ff. de duob. reis*.

L.10. Quoniam) idem eſt, ſi liberum dixerit, argumento *l.5. inf. de evict.*

C *L.11. Juliano, & Paulo*) Hi ſunt magiſtratus municipales.

Officio magiſtratus) Duumviratus.

Propter onus primipili) A patre geſti, quem crearunt ante: vide ſcripta ad *l.1. ſup. de condict. ex lege*. Primipili onus filium ſequitur, etiamſi non ſit heres patris.

L.13. Si velut) Qui dicit ſe non compenſaturum, non ideo remittit creditum, qui dicit ſe non acturum, id amittit.

Debueras) Fiſco.

Nihil te petiturum) Solviſti.

Mutiano) Procurat. Cæſaris.

Repetitio) Quia nec poteras compenſare.

L.ult. Ex omnibus actionibus) Tam ſtrictis, quam bonæ fidei, quod & ante fuerat receptum poſt conſtitut. D D. Marci, §. in bonæ fidei. Inſt. de act. vide not. ad *l.21. ff. eodem*.

Si cauſſa, ex qua compenſatur) hoc etiam ante obtinuit, *l.ſi debeni, ff. eod. & l. quæcunque, ff. eod. & l.6. in princ. ff. eodem*.

Secundum noſtram ſanctionem) *tit.12. lib.2. Sent. Pauli* indicat, & hoc ante Juſtin. obtinuiſſe. Huc etiam pertinet *l.ult. ſup. commod.* vide ibid.

Item momenti) Nam utraque celeriter perfici debet utraque eſt momentanea.

De Vſuris. TIT. XXXII.

L.1. Si interrogatione) Stipulatio exigitur in auro, argento, nummis. In aliis rebus, quæ menſura conſtant, ut oleo, vino, frumento, etiam pactum ſufficit, *l.12. inf. eodem*.

E *Optimo jure*) Optimum jus vocat, quod latius eſt, & expeditius, ſicut optimum jus poſſeſſionis in *l.fidejuſſor, §. patrono, ff. eod.* & optimum jus legati. Ulp. in *Fragm. tit.24.* v. & C. ibidem.

L. 2. Vſuras) vide ſcripta ad fin. *tit. de pign. act. ſup.* Sola depoſitio non ſiſtet uſuras, niſi in caſu *l.evicti, §. 1. ff. eod.* nec ſola oblatio, *l.6. l.19. inf. eod.* Quæ ſola oblatio non efficit, depoſitio etiam ſola non effecit. At quæ oblatio ſola efficit, multo magis præſtabit depoſitio, & obſignatio. Cur autem uſuræ ante traditionem non currant ex die contractus, fructus rei venditæ pertineant ad emptionem, vide in not. ad *l. fructus, inf. de act. empti*, & ſcripta hic.

L.3. Ferendæ ſunt) Quia natura debentur ex pacto. Eadem

dem ratione per retentionem pignoris ſervabuntur, ut *l.4. 22. eod.* A

L. 4. Convenit) Pacto. Ea peti non poſſunt, tamen ſervari poſſunt per retentionem hypothecæ, ſi modo, & in eas uſuras pignus acceptum ſit, & non excedant modum legitimum. At quæ excedunt, non poſſunt ſervari per retentionem pignoris, *l. pen. C. mand. l. pretii, mandati:* vide ſcripta ad *l.4. ff. de naut. fœn.* & hic.

Conventione pacti) Niſi nominatim dictum ſit, ut ſint duntaxat in ſortem, Græci ad *l. neceſſaria, §. ult. ff. de pign.act.*

Pignoris retentio) Quoniam nec de iis acceptum eſt pignus, nec pro minoribus, quorum minorum conventio majorum conventione ſublata eſt.

Teneatur) Et prior uſurarum conventio per poſteriorem ſublata ſit. B

L.5. Defenſores Civitatis) Quos dicendum non eſt remiſiſſe uſuras, verum ita eveniſſe, ut ſolverentur minores: quare tacite pactum videtur cum repub. ne ſolvantur majores. Sic non obſtat *l. 37. ff. de pact.* In multis articulis eadem cauſſa reipub. & privatorum, ut hic, & *l. Paulus, ff. quib. modis pign. ſol.*

L.6.) vide ſcripta ad *l.2. ſup. eodem*, & ad fin. *tit. de pign.act.*

L.7. Creditor) Idem in *l. operis, ff. de operis libert.* Sed obſtat *l. 6. ff. eodem, & l. 1. inf. de fideicommiſſ.* Vide not. ad eas.

L.9. Quod ſi etiam) Vide alios oblationis effectus in ſcriptis ad *l.5. ſup. eodem.*

L.10. Vſuræ) Hanc l. abrogat Juſt. per *Novel.121. & 138. & 160.* conſtituitque ut uſuræ ſolutæ per partes coacerventur, & in duplum computentur, & ne excedant duplum: vide ſcripta ad *l. 4. ff. de naut.fœn.* & ſcripta hic. C

Ad dupli) Quod excedere pœna nequit, aut uſura.

L.11.) Hæc l. eſt de ἀντιχρήσει: Nam ſi non fuerit contracta ἀντίχρησις, fructus à creditore quandocunque percepti, minuunt ſortem, *l.1. C. de diſtract. pign.*

Exonerari) ἀντίχρησις eſt multo gravior, quam uſura, & ideo facilius ſolvitur: vide ſcripta ad *l. 2. C. eodem.*

L.12. Etiam ex nudo pacto) Hoc in iis, quæ menſura conſtant admittitur ob incertum earum pretium. At pecuniæ, auri, argenti, uſuræ, non niſi ex ſtipulatione debentur, *l.1. ſup. eod.*

L. 13. In bonæ fidei) Hoc ideo; quia veniunt officio judicis. Officium judicis ſervit actioni. Ubi autem quæ fuit actio, ſententia judicis finita eſt, quæ fuerunt uſuræ ſervari non poſſunt. Sed contra tentari poteſt ex *l. negotiorum, inſ. de appellat.* peti poſſe uſuras in bonæ fidei judiciis, quarum judex rationem non habuit: ſed ibi primum reus fuerat condemnatus in ſortem, & in uſuras, eaſque ſolviſſet, ſi non appellaſſet. Prior ſententia interpretatione trahetur ad uſuras ſecuti temporis, & ob id dicitur utilis: in ea l. condemnatum fuiſſe in uſuras facile ſupplemus. D

Quod poſt rem judicatam fluxerit) Intermedii.

L.14. Si ea) Eſt de ἀντιχρήσει, ut & *l. 17. eod.* vide ſcripta ad init. tit. *ſup. de pign.act.* ἀντίχρησις eſt conventio, quæ ita fit, ut fructus rei pigneratæ creditor retineat uſurarum vice, aut domum pigneratam inhabitet gratis: ἀντίχρησις non eſt uſura, ſed uſuræ vice, & ob id hæc lex, & *l.11. & 17.* ponuntur ſub hoc tit. Et Harmenop. *lib.3. tit.5.* hanc l.ponit ſub tit. περὶ ἀντιχρήσεως, ubi recte hanc l. explicat, ut & hic Joannes. Idem eſt in agro. Tacita ἀντίχρησις eſt ad modum legitimum, non expreſſa, *l. 17. ſup. eod.* In gloſſ.dele caſum integrum, qui ponitur initio, & eſt Viviani. E

In gloſſ. Redegit ſecundum Joan.) Et Harmen. *lib.3.tit.5.* περὶ ἀντιχρήσεως.

L.15. Cum allegas) Huc pertinet *l. 13. §. ibidem Pap.ff. de act. empt.*

Pœna quadrupli) vide ſcripta ad *l. 2. ff. de naut. fœn.* & ad *l.10. ſup. eodem.*

A *Pœnam legitimarum uſurarum*) Quæ olim fuit centeſima, aut duplum.

L.17. Si ea lege) Eſt περὶ ἀντιχρήσεως: vide ſcripta ad initium tit.

Placita non poſſunt) Hoc ſi convenerit, alias fructus non retinebit ſupra legitimum modum. Tacita ἀντίχρησις eſt ad modum legitimum, non autem expreſſa.

L.18. Indebitas uſuras) Civiliter, & naturaliter. Idem Paulus 2. *Sent.tit. de uſuris*,

Veteris juris varietate) Nam veteres ll. in hac re inter ſe pugnabant. Omnes quidem imputationem admittebant, repetitionem alii admittebant, alii non, quia uſuræ, etſi indebitæ ſint, tamen ex juſta cauſſa ſolvuntur, nempe ob moram, quam ob cauſſam etiam hodie pœnæ condictio non eſt, *l.pœnæ, ff. de condict. indeb.* At uſuræ in-
B debitæ condictio eſt.

L.19. Offeras) vide ſcripta ad *l.10. ſup. de pign. act.* & ad *l.2. ſup. eod.*

Si per creditorem ſteterit, quo minus ſolvantur) Edicti verba ſunt, ut in *l. ult. ſup. de pig.act.* Vide not.& ſcripta ad eam l.

L.20. Certum modum) De hoc modo uſurarum vide not. ad *l.26. inſ. eod.*

Mandatoribus etiam, vel fidejuſſoribus) Sic & aliis quibuſdam in cauſſis jure antiquo mitius agebatur cum reo, quam cum fidejuſſore, aut mandatore, ut in *l.ult.§.ult.inſ. de uſur. rei jud.*

L.21. In uſuras) Et tam in uſuras, quarum retentio, quam quarum petitio, *l. in iis, §. pen. ff. de ſolut.* vide ſcripta hic.

C *L.22. Pignoribus*) Vide not. ad *l.4. ſup. eod.*

L. 23. Oleo) Ergo propter incertum frumenti pretium fit nonnunquam, ut frumento credito ejuſdem materiæ acceſſiones ſupra legitimum modum admittantur: vide ſcripta ad pr. hujus tituli. Additamenta uſurarum πλείονα τόκον καθ' ὑπερβολὴν. Et hac ratione *Nov.32. 33. 34.* pecunia credita agricolæ permitti uſuras trientes, frumento credito centeſimas.

L.24. Omnem diligentiam) Idem in procuratore exigit *l.13. inſ.mand.* vide ſcripta ad *l.4. C. illo tit.*

Compelli poteſt) Et quidem, ſi ſolitus erat filius eam fœnerari: alias non, *l.13. §.ult. ff. eod.*

L.25. Licitas) Id eſt, vulgares.

L.26. Triginta, vel 40.) Triginta ſi perſonalis ſit actio. 40. ſi ſit hypothecaria. Sublata tamen perſonali non
D ſemper tollitur hypothecaria, & ſi ſuperſit hypothecaria, uſuræ nihilominus petuntur, *l. debitor, ff.ad Trebell. l.1.& 2. inf. de luit. pign.* At aliud eſt in redditu annuo: Nam is non tollitur præſcriptione 30.aut 40. annorum, ut dictum eſt in *l.19. ſup. de fide inſtr.*

Principali enim) Idem dicitur in *l.ſi quis in empt.inf. de præſcript.30. an. & l.3. ſup. de fide inſtrum.* Sed obſtat *l.59. debitor, ff. ad Trebell.* Dicendum, hic ideo ſublata actione primipili tolli uſurarum petitionem præſciptione 30.annorum, quia perſonalis eſt actio: realis autem actio, ut hypothecaria diuturnior eſt, & tollitur ſola præſcriptione 40. ann. *l.cum notiſſimi, inf. de præſcipt. 30. ann.* vide ſcripta ad *d. l. debito.* & ad *d.l.19.*

§. Super: ad mediocritatem) Modus uſurarum vulgaris olim fuit centeſima, vide ſcripta ad *l.8. ſup.ſi cert. pet.*
E In ſenatoribus fuit ſemis, *l. 1. C. Theod. eo.* Hoc in pecunia: Nam fructuum uſura olim fuit quatercenteſima, *l. 1. C. Theod. eodem*, nautica uſura etiam ſupra duplum exigi potuit.

Illuſtribus quidem perſonis) Ut conſulibus, & patriciis.

Ideoque jubemus) Poſt Juſt. Baſilius omnimodo ſuſtulit uſuras. Harm. *lib.3. tit. 7.* Leo permiſit trientes Novell.83.

Vltra tertiam partem) Trientes uſuras: adde Eccleſias non præſtare, niſi quadrantes ex *Nov. 7.* Agricolas trientes etiam argentariis ex *Nov.23.*

§. Illos vero, qui ergaſteriis) Negotiatores, & argentarios. Hoc atiam declarat *Nov.136.* & edictum 9. ubi vult deberi beſſes, etiamſi uſurarum modum non dixerint.

§.In

§. In trajectitiis) vide ſcripta ad *Rubr. ff. naut. fœn.* A

Vel ſpecierum) id eſt, fructuum, ut recte Græci, Idem in uſuris rei judicatæ.

Veteribus legibus) Ut apud Paulum *l.* 2. *Sent. tit.* 14.

§. Cæteros autem omnes homines) Ut & fiſcus.

Dimidiam) Semiſſes uſuras, quas Plinius lib. 14. cap. 4. vocat civiles, & modicas.

In aliis omnibus caſibus) unus in *Nov.* 12. alter in *l.* 7. *ff. de naut. fœn.*

§. Si quis : in ſortem hoc imputare) vide ſcripta ad *l.* 8. *ſup. ſi cert. pet.* Quin & notatur infamia, *l. improbum, ſup. quibus ex cauſſis infam.* Et olim damnabatur in quadruplum, *l.* 2. *C. Theod. eod.* Aſconius in divinat.

§. ult. Alios medios ſubjiciunt) ut illuſtres, argentarios. & per eos acquirunt beſſes.

In gloſſ. Supervacuum eſt) Dele hanc ſolut. (Sol. hic odio uſurarum) & repone, male. Nam idem dicitur in fructibus. B

In gloſſa. Ergaſteriis) Dele hanc Etymologiam (ab erga, quod eſt opera, & Steron, quæ eſt ſtatio)

L. 27. *De uſuris*) vide ſcripta ad *l.* 10. *ſup. eod.*

§. Curſum : ultra quadruplum) Vetus uſuræ centeſimæ definitio eſt, quæ reddit in centenos quotannis duodecim ſolidos. Quot menſibus ſingulos ſolidos in centenos. At Anianus in *l.* 2. *C. Theod. de uſuris*, Juſt. in *Nov.* 32. & Leo in *Nov.* 83. definiunt, qui reddit quotannis tres ſiliquas in ſingulos ſolidos. Solidus habet 24. ſiliquas, ſeu κεράτια, *Nov.* 130. ſecundum hanc definitionem uſura centeſima eſt, quæ reddit quotannis centenos ſolidos 22. ſolidos, & 12. ſiliquas, id eſt, ſolidos 12. & ſemis, *Nov. Leonis* 83. *&* *Juſt.* 32. At pugnat vetus illa definitio cum hac : nam illa in centeſima conſtituit 12. ſolidos in centenos, hæc 12. ſolidos, & 12. ſiliquas. Dicendum, ita fuiſſe traditam illam definitionem centeſimæ rotundandi numeri cauſſa. Invaluit, & poſtea alia definitio, quam tradit Harmenopulus lib. 3. qui in ſingulas libras in 72. ſolidos, tot enim ſolidis conſtat libra, *l. quotieſcunque de ſuſcept.* lib. x. quotannis reddit duodecim. Dicta autem etiam tunc fuit centeſima, quoniam centeſima fuit as uſurarum: nam reddebat 12. Aſſem vocamus quodcunque conſtat 12. Sic centeſimam acceperunt pro aſſe. quod conſtaret 12. licet non redderetur in centenos. At olim centeſima uſura dicebatur, quod olim ſortis centeſima pars erat uſura menſtrua : Nam uſuræ accipiebantur in menſes, dabantur Kalendis, redigebantur Idibus, *l. ſi ex pluribus, §. ult. inf. de ſolut.* Tullius in Catil. Horat. vide ſcripta ad *Rubr. ff. de naut. fœn.* & ad hanc l. fuſius. D

Quod & in bonæ fidei judiciis) in quibus olim ex more regionum arbitrio judicis definiebantur, *l.* 1. *&* 37. *ff. eodem, l.* 10. *&* 12. *ff. mand.* At id hodie non licet ſupra modum.

L. ult. Uſuras in ſortem) hæc Ambroſius in libr. de Tobia vocat uſurarum ἀναγλυφάρια. Baſilius τοκογλύφω : vide Ambroſ. ibi, & Sidon. lib. 3. Epiſt.

Totius ſummæ uſuras) Exigebantur etiam olim uſuræ uſurarum in condemnationem deductarum, *l.* 3. *C. Theo. de uſur. rei jud.* quod abrogatur *l.* 3. *inf. illo tit.* Pœnæ etiam uſuræ peti non poſſunt. At multæ poſſunt, *l.* 1. *C. de uſur. fiſc. lib.* 10. *& l. ult. ff. de magiſt. conven.*

De Nautico fœnore. TIT. XXXIII.

Nautica uſura hodie eſt centeſima, nec ſupra duplum exigi ſolet. E

L. 1. *Periculo*) Diſcuſſo periculo pecunia terreſtis cenſetur, & ideo in l. Rhodia dicitur ἔγγυα καὶ ἀκίνδυνα χρήματα.

L. 3. *Poſt navigium*) vide not. ad *l.* 4. *Romæ*, *§. Callimachus*, *ff. de verb. oblig.* & ſcripta ad *Rubr. ff. eod. ſub. fi.* Huic legi derogat *Nov. Leonis* 63.

Depoſiti, vel contra. TIT. XXXIV.

Depoſitum ſive commodatum, ſeu receptum eſt, quod quis ſine mercede cuſtodiendum recepit : vide ſcripta ad *l.* 7. *ſup. de pig. act.* Differentias vero inter depoſitum, & receptum, vide in notatis ad *l.* 7. *ff. naut. caup. ſtabul.* Et quid differat actio depoſiti ab actione de recepto, vide illum tit. nautæ, caup, &c. vide not. ad *l.* 3. *§. ex hoc*, *illo tit.* & ſcripta hic.

L. 1. *In rem vindicatio*) Itemque condictio, & furti actio, *l.* 3. *inf. eod.*

L. 2. *Ex mora venire*) Officio judicis, non ipſo jure.

L. 3. *Etiam furti delicto*) Et condict. quoq; furt. tenetur.

L. 4. *Si depoſita*) vide ſcripta ad *l.* 35. *ſup. de uſuris*.

Uſuras debere præſtare) Officio judicis, non ipſo jure.

§. ult. Iterata actio) Opponitur *l. evidenter*, *ff. de except. rei jud.* vide not. ad eam l. & ſcripta hic.

L. 5. *Sequeſtrum*) Sequeſtratio eſt lex depoſiti, ut ἀντίχρησις, & lex pignoris, quæ ideo à Gallis dicitur *mortgage*. Sic fiducia, ſic addictio in diem, emptionis lex eſt : & hæ quoniam formant contractum, ideo nomen proprium habent.

L. 6. *Commendaſſe*) id eſt, depoſuiſſe.

L. 7. *Deſiderium*) vide Harm. *lib.* 7. *tit.* 9. ex quo delenda eſt hæc vox, *mutuo*, & ſic legendum : *quam aliis à te datam, inſtrumentum, quo hanc tibi reddi conſcriptum profiteris*. Et eadem ſpecies eſt in *l.* 17. *eod.*

L. 8. *Suo nomine*) Sed etſi deponentis, id eſt, domini nomine mutuam dederit pecuniam, quamvis domino quæratur directa condictio, licebit tamen improbato nomine depoſitarium eligere argumento *l.* 4. *ſup. ſi cert. pet.*

Rei vindicatione) Tenebitur etiam directa condictione ex ceſſione, aut ex ſtipulatione, ſi ea intervenit, aut ad exhibendum, ſi mala fide nummi conſumpti ſunt, argumento *l. rogaſti*, *in fi. de rebus cred.* aut utili condictione, ſi depoſitarius non ſit ſolvendo.

L. 9. *Cum hereditas*) Excipe caſus, in quibus exigimus factum, ut in *l. hereditas* 2. *de acquir. rer. domin. l. uſusfructus*, *ff. de ſtipul. ſervor. l.* 1. *§. dies quando dies uſusfruct. leg. ced. l. qui ſervo*, *in fine*, *ff. de oblig. & act. l. peregre*, *§* 1. *de acquir. poſſ.* alias hereditas jacens ſemper pro domina eſt.

Domini) Leg. *dominæ*, ut eſt in ſcriptis. Id etiam confirmat *l.* 31. *ff. de hered. inſtit.* ubi eſt, hereditatem eſſe dominam, *l. denique*, *§. quæſitum*, *quod vi*, *aut clam.* Græci ad *l.* 13. *ff. ad leg. Aquil.*

Hereditario) Hereditarius ſervus ſemper dicitur jacente hereditate, necdum adita.

Commendatas) id eſt, depoſitas.

L. 10. *Qui depoſitum*) Directa depoſiti actio eſt famoſa, non contraria, & ſi quis ſuo nomine damnetur : Non ſi procuratorio, vel hereditario, *l.* 1. *l. in actionibus*, *ff. de his, qui not. infam.*

Cum infamia) Quæ actiones famoſæ ſint, quæ pœnales, quæ non : vide ſcripta hic.

L. 11. *Nullamque compenſationem*) vide ſcripta ad *tit. de commod. & de compenſat.* Sic debitor pecuniæ frumentariæ non utitur compenſatione, ne tam neceſſaria pecunia moram accipiat, *l.* 2. *§. frumentariam*, *ff. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertin.*

§. fin. Cautela idonea) ut caveat depoſitarius ſatiſdato. Hæc denuntiatio, ſeu atteſtatio confirmatur ex *l. ult. ff. de lege commiſſ.* eaque utitur.

In gloſſ. Exceptionem) Dele hæc (*Pone ſic*, *ſicut in commodato*) uſque ad illum locum (*ſed Joan. contra*) ſed ſubjice ad finem, & recte.

In gloſſ. Opponat) Dele principium euſque (*aliis contra*) & ad fin. adjice hæc, *l. qui rem*, *eod.*

In auth. Sed jam) hac Nov. non abrogatur denuntiatio, aut ejus vis minuitur, ſed ea indicat pœnam denuntiatoribus tribus tantum caſibus, non ideo tamen eſt minus efficax.

Panis) id eſt, civilis annonæ.

L. ult. Si quis certum) idem eſt in *l. Lucius*. *ff. fam. erciſ.*

Mandati, vel contra. TIT. XXXV.

Directa, quæ mandatori datur contraria, quæ datur procuratori, vel mandatario. Utraque eſt bonæ fidei. In utramque uſuræ veniunt ex mora officio judic. Sed directa tantum eſt famoſa.

L. 1. *Salario*) Mandatum mercedem non recipit, vel quodcunque mercedis loco, ſalarium tamen recipiat, ut hic, & *l. ſalarium*, *ff. eod.* ut procuratures, ſic mandatures

tures

Digitized by Google

tores quidam ſalariaris ſunt: A

Apud præſidem) id eſt, ut ait *d. l. ſalarium*, extra ordinem: vide notata ad eam.

L. 2. Sed etiam pignora) Si pignoribus pro te cavero, habebis hypothecariam. Sin accipe banc *l. 2.* ex *l. 8. inf. eod.* Dividendæ ſunt actiones, ut recte quarto loco Accurſ.

In gloſſa pignora) A pr. dele omnia uſque ad hæc verba (*vel quarto, debitor*) & adde hæc, quarta Accurſ. interpretatio recta eſt,

L. 3. Si pater) vide ſcripta ad *l. 1. C. de oblig. & act.*

Re *integra*) Nam hoc genere mandatum revocatum videtur.

L. 4. Petere potes) At geſtor non repetit ſumptus, niſi vicerit, *l. jam tamen, §. in hac 2. ff. judic. ſolvi.*

L. 5. Si mandaſſe te) Sic & reſtitutio ex Senatuſconſulto Trebell. recte tantum fit ſpeciali procuratori, *l. qui ita*, B *ff. ad Trebell.*

L. 6. Reo patiente) Patientia mandato comparatur, ut & ratihabitio.

L. 7. Si literas) Vide ſcripta ad *l. 13. C. ſi cert. petat.*

Actor) Legendum) *Auctor*, id eſt, à quo pecuniæ originem habuit.

L. 8. Si tibi) De hac l. vide *l. 4. ſup. quod cum eo, qui in al. poteſt.*

L. 10. Obligationem ſuſcepiſſe) Adde, ſi diu moras trahat, *l. Lucius*, & caſum *l. ſi mandato, ff. eod.*

Et appellatione) Hic finis eſt de omiſſa appellatione, non de omiſſa exceptione, quod tamen certis caſibus ei imputatur, *l. ſi fidejuſſor, ff. eod.* Itaque non apte hic de ea tractat Accurſius.

L. 13. A procuratore) Idem à geſtore exigit *l. ſi mater*, C *ff. de uſur. & §. 1. inſtit. de obligat. quaſi ex contractu.*

L. 15. Mandatum) Idem eſt in mandato juriſdictionis, *l. 5. ff. de juriſdict.*

Domini) Mandatoris;

Finitur) Excipitur, ſi mandati ſit actio ex cauſſa venditionis, aut donationis, & mandator ſine herede non deceſſerit: vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de oblig. & act.* & hic alius caſus eſt in *l. 12. §. ult. ff. eod.*

L. 17. Salarium) Ex *l. qui mutuum, §. ſalarium, ff. eod.* Sumpta eſt bæc l. ad verb. vide not. ad eam l. & ad *l. 7. ff. eodem.*

L. 19. Pretii) vide ſcripta ad *l. 10. ſup. de uſur. & l. 4. ff. de naut. fœn.*

Vltra ſicitum) id eſt, duplum.

L. 20. Litis incertum) Idem eſt in advocatis, *l. 1. §. ſi* D *cui, ff. de extraord. cognit.*

Quod ſi gratuitum) Alias non. Humanius tamen eſt agere act. neg. geſt. ſi quid impenderit.

L. 22. §. 1. Redemptores litium) Harmen. redemptorem recte definit, qui pecuniam dedit, ut ſibi vendatur actio.

Et uſurarum ejus) Et ſi quis act. ex ſtipul. quæ erat ducentorum, emerit 100. à debitore, non recipiet niſi centum, cum competentibus tamen uſuris.

Qui res alienas) ut ſi quis poſſeſſori cedat jus emphyteuticum, quod in re habet: hic ex æquo reſpondere non debet, quod vice mutua præſtitutum eſt, ſed valeat ex aſſe.

L. ult. §. Si quis, ut nihil amplius) hoc de ſorte intelligendum eſt: Nam & competentes uſuras recipiet, *l. præ-* E *ced. ſupra.* Quod vero erit plus debito, non erit creditoris. Nam abdicavit ſe actione, ſed lucro debitoris cedet.

Si ſervus extero ſe emi mandaverit. TIT. XXXVI.

L. 1. Quia hoc liber) At quæ ſervo acquiruntur, regulariter ex perſona ſervi valent, *l. & ſi maxime, ff. de ſervit. leg. l. debitor, §. ſervo, de leg. 2.*

§. ult. Ex empti) id eſt, venditi. Sic actio ex vendito pro ex empto, ex locato, pro ex conducto, & contra: vide not. ad *l. Iul. §. ſi procurator, ff. de act. empti*, & ſcripta ad *l. 1. ff. de præſcript. verb.*

Contrarias actiones) Nam repugnat rei emptæ pretium præſtare, & rem emptam reſtituere.

A *Pro Socio*: TIT. XXXVII.

Hæc actio dicitur pro ſocio, quod plerumque detur de eo, quod geſſit ſocius pro ſocio, *l. actione, §. ſi poſt, ff. eod.* Hæc actio eſt ultro citroque directa, bonæ fidei, famoſa, recipit uſuras ex mora. *Socius eſt, qui indiviſe agit*: Aſconius Ped. 3. Verrina. Societas eſt communio pro indiviſo, re, verbis, aut conſenſu contracta.

L. 4. Si ſocietatis) Societas jure fit ex æquis partibus nudo conſenſu, ut ſocietas conſtituta eſt, aut fit per ſtipulationem permutatis partibus tranſigendi cauſſa. Huic ſtare debent heredes tam ab inteſtato, quam ex teſtamento.

L. 5. Tamdiu ſocietas) Nam generales actiones, qualis eſt hæc, cautelæ, & negot. geſt. non dantur, niſi finito contractu, *l. actione, §. item ſi alicujus, ff. pro ſocio, l. rationes, inf. de admin. tut.* Datur tameo interdum manente ſocietate, ſed in rem certam. Idque obtinet non ſolum in ſocietate vectigalium, ut male putavit Accurſ. ſed & in qualibet alia, *l. cum duobus, §. idem, d. l. actione, §. nonnunquam.*

L. 6. Si ſub conditione) Cæteri quoque contractus conditionem recipiunt, ſed in ſocietate ideo dubitabatur, quia ea dominium transferat, fingiturque interveniſſe mancipatio, quæ diem, vel conditionem non recipit, *l. actus, ff. de reg. jur.* vide ſcripta hic.

L. ult. Sancimus) hæc l. conjung. videtur cum *l. ult. inf. de curat. fur.* Itaque hic pro Johanni, videtur legendum Juliano.

De Contrahenda emptione. TIT. XXXVIII.

L. 1. In alio loco) Quæ tamen venditio fit in rem præ- C ſentem, hoc plerumque habet, ut cenſeatur venditio plerunque interceſſiſſe.

L. 3. In ſui deficit ſubſtantia) ut, & locatio, *l. ſicut, ff. loc.* & ſocietas, *l. 5. ff. pro ſocio.*

Perfecta donatio) Perfectam donationem dicit, quia donatarius fuerat inductus io poſſeſſionem, *l. 4. & 8. inf. eod.* Nam donatio non fit ſolo conſenſu ex conſtitut. D. Pii. Hodie fit ex conſtit. Juſtin.

L. 4. Duplicari tibi titulum) *L. 7. infra*, ait duplicari dominium.

Rei propriæ emptio) ut nec locatio, pignus, donatio, precarium, depoſitum.

Omnia bona tibi) vide *l. 3. ſup. de inoffic. teſtam.*

L. 5. Cum ipſe tutor) huc pertinet *l. 2. §. tutor, ff. pro empt.*

D *Palam, & bona fide*) id eſt, ex auctione. Sic accipienda *d. l. 2.* Si comes rerum privatarum, & palatini, patronus quoque fiſci poſſunt emere rem fiſci ex auctione, non aliter, *l. ult. inf. de fide, & jure haſtæ fiſcalis*, quæ eſt Græca.

Prohibetur) Non obſtat *l. tutor rerum, ff. de adminiſt. tut.* Nam tibi tutor non emit, ſed extraoeus, quo non ſolvente rem retinuit,

L. 6. Titulo venditionis) Donatio valet, quia facta eſt ante nuptias: & ideo poſt facto divortio non poteſt revocari, *l. pen. in princ. ff. de donat. inter vir, & uxor.*

L. 7. Si te ſimulavit) Et ideo divortio facto eam maritus non revocabit, quando ſimulata eſt donatio, quæ ut dominio mulieris nihil adjecit, ſic nec detrahet.

Figmentum) Nam non videris ex cauſſa empt. vel do- E nat. poſſidere, cum noo valeat venditio.

Dominium ei duplicari) L. 4. ait, duplicari titulum poſſeſſionis.

L. 8. Si non) huc pertinet *l. 36. & 38. ff. eod.*

L. 10. Conſiſtat emptio) Sic nec locatio, precarium, pignus, depoſitum, donatio

L. 11. Invitum comparare) Contractuum ἀρχὴ ἑκούσιος, ait Ariſtot. 5. Ethic: vide ſcripta ad *l. 5. ſupra, de oblig. & act.*

L. 13. Aſtringit neceſſitate contrahentes) Reſpicit ad definitionem obligationis, *l. pater filium, ff. ad legem Falcid.*

L. 14.) Hæc l. tollit jus προτιμήσεως: vide ad *l. 1. inf. non licere habitator.* & ſcripta heic.

Du-

Dudum) Jus illud vetus revocatum eſt per No. Cæſ. Rom. quam refert Harmenop. lib. 3. tit.3. & per conſtitut. Frider. & hoc hodie jure utimur, non hac lege.

Ab emptione removerent) ut hodie fit.

Niſi lex ſpecialiter) hæc Tribonianus addit propter *l.ult. infra, non lic. habitat. Metroc.* Sic in *l.1. ſupra de rebus credit.* vide ſcripta ad eam, *& §.coheredes, l.qui Romæ ff. de verbor. obligat.*

Inſcrips. PP. Illyrici, & Italiæ) Loquitur de Illyrico Occidentali, ut de orientali *l. ult. infra de anno. & tribut.*

L. ult. Super) vide ſcripta ad *l.43. ff. de verborum obligation.*

Sive ſine ſcriptis) vide ſcripta ad *l. peu. ſup. de fide inſtrument.*

In boni viri arbitrium) At in cæteris bonæ fidei contractibus, præterquam in empt. & locat. arbitrium accipimus pro arbitratu boni viri.

De Hereditate, vel actione vendita. TIT. XXXIX.

L.1. Nomine fiſci) At excepto fiſco hereditariis creditoribus in emptorem ne utiles quidem actiones dantur, quia id nulla l. aut SC. eſt traditum.

Nec fiſcum) idem dicitur in *l.eum, qui bona, ff. de jure fiſci*. Sed u. ique obſtat *l.2. & 3. §. & nemo, inf. de quadrien. præſcript.* Vide ſolut. in notatis ad eum §. & ſcriptis hic.

L. 2. Tu reſpondeas) Actio ex vend. aut ex ſtipul. ſi quid præſtitiſti, dediſti, ſolviſti hereditatis nomine. Si nihil dum præſtitiſti, ages cum emptore, ut te defendat aut caveat.

Nam ut ſatis tibi detur) Emptor compelletur quidem cavere, id eſt, repromittere. Sic nihil obſtat *l.45. ff. de jud.* cujus nec eſt ſimilis ſpecies: nam non ſatiſdabit emptor, niſi initio ita convenerit, *l.pacta, ff. de contrahen. emptio.*

Comprehenſum) Nominatim.

L.3. Nominis venditio) hæc l. repetita eſt in *l.1. inf. de novat. & delegat.* Unde ad hanc leg. addenda eſt ſubſcriptio, & ex illa conſtat, delegationem non fieri invito debitore, vide ſcripta ad *l.1. ſup. de obligat. & action.*

L.4. Ut res tradat, vel) Quia dolus dedit cauſſam contractui: vide ſcripta hic, & ad tit. de reſcin. vendit.

Perſecutionem habes) id eſt, vindicationem. Hoc ita, ſi alias venditurus non erat., ſed ſi vendituro perſuaſit, ut minori pretio venderet, valet venditio, ſed venditori datur actio in id, quod intereſt, *l.ſi quis affirmaverit, ff. de dolo.*

L. Emptor) vide ſcripta ad *tit.19. Fragm. Ulp.*

Mandatis) Ceſſis.

Eo jure uti debet) Directas habet actiones ex ceſſione: quas & ſibi cedi petet.

Quamvis utiles) Sine ceſſione habet utiles.

L.6. Qui tibi) Conjung. *l.3. inf. de his, qui à non domin. manum.*

L.7. Poſtquam) hac ex cauſſa etiam in debitorem debitoris datur actio perſonalis, ſed meminiſſe oportet *l.pen. ſup. mand.*

Ut cautiones) vide not. & ſcripta ad *l.1. ſup. de oblig. & action.*

Utiles emptori) habet directas ex ceſſione, ſi modo res ſit integra, *l.3. inf. de novat.*

Vel ipſi creditori) Legend. *velut ipſi creditori*, id eſt, utilis datur velut ipſi creditori: accommodatur ad exemplum ejus, qui creditori competit tam in perſonam, quam hypothecariam: vide ſcripta ad *l. 1. ſupra de obligation. & action.*

L.ult. Etiam eum, qui in rem) De actione in rem ideo dubitatur, quia ſola venditio non transfert de dominio actiones.

Quæ res vendi non poſſunt, & qui vendere, vel emere vetantur. T I T. XL.

L.1. Fucandæ) id eſt, tingendæ, *l.3. inf. de veſt. holou. l.ult. C. Theod. de murileg.*

Purpuræ) Purpura alia eſt blatta, alia oxyblatta colore

A acutiore, & ſplendidiore. Eo diſcrimine ſeparatur Pederota ab Oxypederota: Cocci uſus interdictus non eſt, cum non ſit purpura, *l.ſi cui lana, §.ult. de leg.3.* At *Nov. Leonis* 28. permittit privatis veſtibus purpuram prætexere, & multo magis licebit ſericum: Nam purpura auro ſemper fuit pretioſior, holoſericum auro par, cap. 40. l. Rhodiæ.

Vel in lana) At *l.peu. inf. de veſt. holou.* purpuræ uſum tantum in ſerico interdicit.

Hyacinthina) Legend. *Janthina*. Dicitur autem purpura Janthina à violis Martiis, *l.ſi cui lana, de leg. 3.* Dicitur, & Tyrianthina à Vopiſco.

Nullus poſſit habere) Ad uſum principis tingendæ purpuræ jus eſt tantum certis perſonis, quæ dicuntur Baphii. Sic Suetonius ſcribit, Neronem interdixiſſe uſum Amethyſtini,

B & Tyrii coloris, id eſt, purpuræ, & matronam purpura uſam, non tantum veſte, ſed & bonis exuiſſe.

L.2. Comitem commerciorum) Qui fuit ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum. Sine ejus voluntate non ſuſcipiuntur peregrini mercatores, *l.ult. inf. de commerc.*

L.3. Publici canonis) Publicus canon, id eſt, Populi Romani annona, quæ præbebatur civib. ab Imperat.

Capitali pœna) Quam Leo in *Nov. 62.* mutavit in pœnam quadrupli.

L.ult. Cap. ſupplicio) At Leo in *d. Nov. 62.* mutavit in pœnam quadrupli.

Quæ res exportari non debeant. T I T. XLI.

L.1. Ad barb.) vide ſcripta, & notata, *ff. de his, quæ ut indign.*

Barbaricum) Sic dicimus hoſticum. Eutropius; *uter-*

C *que in Barbarico occiſi ſunt.*

Liquaminis) Liquamen Græci vertunt γάρον. Vopiſcus in Aurel. *Liquaminis ſextarium unum*, id eſt, gari.

L.2. Gladios) id eſt, ſemiſpathas, quæ dicuntur παραμήρια in *Nov. de armis*. Vegetius *lib.2. cap. 25.*

Cujuslibet generis arma) Additur in *l.cotem, ff. de public.* Ne Barbaris vendantur cotes, frumenta, ſales, propoſita pœna capitis, quoniam Leo in *Nov.63.* mutavit in mitiorem.

Ferri) Non licuit etiam privatis habere ferraria, *l.ult. §. magnus, ff. de public.*

De Eunuchis. T I T. XLII.

Hic eunuchi non generaliter, ut ſpadones, ſed pro caſtratis accipiuntur, ut & utique in Impp. conſtitut. Hæc autem conſtit. de eunuchis vetuſtiſſima eſt. Celebratur

D l. Domitiani, Hadriani, Nervæ, *l.4. ff. ad l. Corn. de ſicar.* item *SC. l.3. & ſup. illo tit.*

L.1. Confiſcando) At ex Nov.142. fit liber. Et ex Nov. Leonis 60. qua derogatur *Nov.142.*

L.2. Eunuchos factos) hujus conſtit. ne fiant Eunuchi, tres ſunt except. Unam ponit Juſtinus 2. Apologia ſi fiat cum permiſſu præſidis. Aliam ponit Zonaras in cap. 24. propter morbum in eam partem irrumpentem, Nov. Leonis 60. Tertia ponitur hac l.

Tabellione) Sic etiam *l.jubemus, §. his tabellionibus, C. de SS. Eccleſ.*

Octavam) hinc not. mercium elatarum vectigal fuiſſe octavam, *l.7. inf. de vectigal. l.7. inf. loc.* Sueton. refert Caligulam exegiſſe octavam ex quæſtubus diurnis.

Vendendi, ubi voluerint) Paulus *lib. quinto Sentent.*

E *tit. 1.*

De Patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt.
T I T. XLIII.

L. 1. Neque pignoris jure) Excipitur egeſtatis cauſſa, *l.2. C. Theod. de alim. quæ inop. patr.* Alioqui creditor, qui ſciens pignori acceperit, relegatur, *l. ult. ff. quæ res pig. oblig. non poſſunt.*

L.2. Propter nimiam) Quod parenti conceditur, non ut ſibi conſulat, ſed ut liberis, & ſi nec ipſe alere poſſit, & educator alius deſit.

Sanguinolentos) id eſt, recens natos, *l.1. C. Theod. de expoſ. & tit. ſeq.* Donatus in illa Terentii verba: *Scitus puer natus eſt. A matre ſanguinolentus, non pulcher, ſed ſcitus dici poteſt*, & Prudentius contra Symmachum, *quos ſan-*

Digitized by Google

ſanguinolentos edendi mos juvat.

Cuilibet) Sic & proſtitutarum redemptionem facit publicam, *l. ult. inf. de ſpectacul.*

Ad ingenuitatem) Ergo venditio illa ingenuitati non præjudicat. Paulus *lib. 5. Sent. tit.* 1. Cæterum alii pretium reddi noluot, *l. 1. C. Theod. eod.* Alii volunt reddi, cum adjectione quintæ, *Nov. Valentin. eod. tit.*

In gloſſ. Sanguinolentos) Dele totam, preterquam illud (alias, ſanguinolentos) & retine ultima verba (*niſi juſta*)

In gloſſ. Vendiderit) Poſt hæc verba (Reſp. Sic) adde *l. 2. C. Theod. de alim. qua inop. pat.* Item poſt illa (*Reſpon*) adde cum non habeat filium in poteſtate.

De Reſcindenda venditione. TIT. XLIV.

L. 1. Si pater tuus) vide ſcripta ad *l. 4. ſup. de obligat. & action.*

Per vim) Dolus cauſſam dans contractui bonæ fidei, etiam vitiat ipſo jure. Itemque vis, & metus. Nam actio de dolo, de vi, aut metu concurrunt, *l. item ſi eum, §. eum qui, ff. quod metus cauſſa*: vide etiam not. ad *l. 21. §. ſi dos, illo titulo.*

Ratum non habebitur) Cum ipſo jore dos vitiet emptionem quid opus fuit reſciſſione? vide not. ad *l. 5. inf. eod.* & ſcripta hic.

Irrita eſt) Malæ fidei emptio non eſt emptio: at malæ fidei ſtipulatio eſt ſtipulatio.

Refundere) vide not. ad *l. 2. & pen. ſup. quod metus cauſſa.*

L. 2. Rem) Hic non eſt ponendum, rem dolo venditam: Nam tum etiam ſi res non venierit minoris, datur reſtitutio pretii, ſed pone in re ipſa fraudem eſſe.

Auctoritate) Græci ex hac l. 2. putant venditionem reſcindi officio prætoris, ſi ſupra dimidium juſti pretii fraus intervenerit, intra quadriennium tantum, atque ita referuot ſervari in foro. Et ſic quoque fuit definitum Nov. Romani ſenioris *περὶ θεματισμῶν* vide cap. 23. de præſcriptionibus: vide etiam ſcripta ad hic, Nec mirum, cum ſit reſtitutio.

Judicis) id eſt, præſidis extra ordinem. Ordinaria datur ex vendito.

Elegerit) Eadem electio datur in Faviana actione. Itaque ea non eſt plane reſciſſoria. Sic & emptori ſubvenitur (*) ſi dimidio pluris emerit, eadem data electione venditori.

Nec dimidia) huc pertinet *l. 1. inf. ſi major factus ratum hab.* Hæc autem *l.* etiam ad emptorem trahitur à Conſtan. Epit. tit. 3. lib. 3. Ubi ait, etiam fructus compenſari cum uſuris pretii. Vide ſcripta ad *l. 2. ſup. de uſuris*, & hic. Hæc l. 2. & *l. 8. inf. eod.* omnium conſenſu ſunt de majoribus. Quid in minoribus? Vide notata ad *l. 15. inf. eodem.*

Judicis) Poſt hæc verba (*Illud autem conſtat in aliis bona fidei contractib.*) adde, qui tamen venditioni ſiut ſimiles (*habere locum*) annota. Ibid. quærit Accurſ. an huic conſtit. locus ſit in aliis contractibus? Et conſtat eam locum habere in locat. & permutat. & diviſione. Itemque in emptione redditoum, de quibus *Novel.* 160. Ad alia negotia, quæ ad empt. non accedunt, conſtit. non temere trahemus. Vide ſcripta hic. Quærit Accurſ. an beneficio hujus l. renutiare poſſint? Dicendum, poſſe ex *l. pen. ſup. de pactis*. Sic mulier renuntiat Vellejano, creditor actioni, debitor exceptioni, minor reſtitutioni, condemnatus judiciis, heres Falcidiæ.

In fin. Gloſſ. ea) Adde, *l. emptor, ff. de rei vind.*

L. 3. Alterutro) vide ſcripta ad *l. 4. ſupra, de obligat. & action.*

L. 5. Si dolo) vide ſcripta ad *l. 4. ſupra, de obligat. & action.*

Reſcindi venditionem) Data igitur, & tradita revocabuntur vindicatione, *l. metum, ff. quod metus cauſſa*: & condict. ſine cauſſa: aut etiam erit actio de dolo, *l. 4. ſup. de hered. & act. vend.* aut extra ordinem præſes provinciæ reſcindet. Sed cum dolus, vis, aut metus contractum bonæ fidei ipſo jure vitiet, quid opus fuit reſciſſione? Rerum venditio duo ſignificat: venditionem ſolam, & nudam, & venditionem cum rei traditione, & alienatione. Venditio ſola, cui dolus, vis, metus cauſſam dedit, nulla eſt ipſo jure: at venditio, & traditio, quibus dolus cauſſam dedit, eget reſciſſione, ut reſcindatur traditio, quæ interceſſit: vide ſcripta ad princ. hujus tit.

A majore 25. annis) Nam à minor 25. annis, etiamſi dolus abſit, variis ex cauſſis venditio reſcinditur.

L. 7. Eadem lege conveniantur) Ex edicto, quod quiſque jur.

L. 8. inſidiis) Sic etiam legendum in *l. dotem ſup. de dolo.*

Quod paulo minore) In hoc contractu licet ſe natoraliter io pretio circumſcribere, *l. in cauſæ 2. ff. de minor.* [illegible], *Nov. 97.*

Minus dimidia) Majori igitur non ſubvenitur, niſi circumvento ſupra dimidium juſti pretii. Sed ſi grande damnum minoris eſſe videatur, etiamſi id infra dimidium juſti pretii conſiſtat, forte quia ignorans quanti ſuæ res eſſent, vendidit, ei ſubvenietur, *l. 15. hic, l. 11. inf. de prediis minor.*

L. 10. In integrum) Ergo facta à majore venditio reſcinditur ad aliquid: facta à minore reſcinditur in totum, *l. 1. ſup. ſi adverſ. fiſc.*

Reſtitutio) Æſtimationis rei ſcilicet, ut datur actio ex vendito, quanti pluris hereditas valet, *l. 9. ff. de dolo, l. Julianus, §. per contrarium, ff. de act. empt.*

L. 11. Venditor) Id eſt, venditor poſt venditionem de dolo emptoris quæri poteſt, ſi dolum neſcierit tempore contractus: ſecus eſt, ſi dolum animadvertens vendiderit, ſcienti dolus non infertur.

Factum) Id eſt, machinationem,

Singulariter cum) Io his verbis ponitur ſpecies, quæ ut congruat ſuperiori aſſertioni, pro *majus* eſt legeodum, *minus*, ut ſit ſpecies de dolo emptoris.

L. 12. Non viliori pretio) Tollenda eſt negatio.

L. 13. Denuntiavit) Etiamſi is, qui denuntiavit, dominus ſit, illa perfecta eſt venditio.

L. 14. Ea conditione) vide ſcripta ad *tit. ſup. de condict. ob cauſſam dat.*

L. 15. Quiſquis major) Nam ſi minor vendidit rem ſuam viliori pretio, etiamſi ea fraus non excedat dimidium, minori ſubvenietur, *l. ſi quid inf. de præd. min.* non tameo dabitur emptori electio, quæ datur in *l. 2. ſup. eod.* Qua in re fallitur Accurſius: nam hic non eſſet plena reſtitutio; minori autem datur pleniſſima reſtitutio ex edicto de minoribus. Itemque ei datur rei vindicatio: vido ſcripta ad *d. l. 2.*

L. 16. Rei qualitas) *L. ſi fraudem, in princip. ff. de leg. 2.*

Diſtractis) A Cæſarianis, aut procuratore Cæſaris.

L. 17.) Conjun. huic *l. l. 51. inf. de decurionibus*, in qua hoc additur, curialibus profugis, ſi intra annum evocati redierint, bona vendita reddi, poſt annum curiæ ſuæ addici.

Furtim) Id eſt, ſine auctione, ſine decreto, *l. 1. inf. de præd. min.*

L. ult. Comiti rerum privatarum) Hic gubernat res privatas principis.

Veſtium, auri) Hæ ſunt privatæ res principis. Eas Palatini emere vetantur, cum eas adminiſtrant. Sic etiam tutor rem pupilli: procurator, geſtor, rem domini, *l. ſi emptione, de contrahen. empt.*

A privatis noſtris) Intelligit res privatas principis, quas hic comes gubernabat, ut & Julian. in epiſt. ad Ecebol: *τὰ κτήματα τοῦ ἡμετέρου* [illegible].

Palatini) Palatini ſemper appellantur apparitores comitis Theſaurorum ſeu ſacrarum largitionum, & rerum privatarum.

In gloſſ. A Privatis) Dele totam hanc gloſſ.

Quando liceat ab emptione diſcedere. TIT. XLV.

L. 1. Re quidem integra) Res eſt integra, ſi nec pretium,

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 5.*

tium, nec pars pretii ſoluta ſit, nec res tradita, etiamſi fidejuſſor datus ſit, aut ſublata ſtipulatio, aut arra data, *l. prox. ſeq. inf. eod.* A

Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.

TIT. XLVI.

Supplendum eſt, ne ſcilicet reſcindatur,

L. 1. Ob tributorum ceſſationem) His adde, quæ dicuntur in *l. 5. inf. de fide, & jure haſtæ fiſ.* lib. 10.

L. 2. Syncera fide) vide ſcripta ad *l. 4. ſup. de obligat. & action.*

Solemniter) Id eſt, ſub haſta, & annotatione quæſtoris Tertul. 2. apolog.

L. ult. Sin autem minoris) Hic locus ſingularis eſt, ne minoris indefenſi ob ceſſationem tributorum bona diſtrahantur.

Officium ſummæ rei procuratoris) Officiales procuratoris ſummæ rei ſunt Cæſariani: Nam procurator ſummæ rei eſt procurator Cæſaris. Sic in inſcript. *l. dominicis, ſup. ubi cauſſæ fiſcales*; & Euſebius lib. 7. cap. 13. Officiales vero rectoris provinciæ ſunt cohortales. B

Sine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.

TIT. XLVII.

Hoc cum privatus fundum vendit. Nam fiſcus vendit, ſine reliquorum onere, *l. pen. inf. de fide, & jure haſtæ fiſc. l. ult. inf. de cenſitis, l. 2. in fin. inf. de fund. rei priv.* Quibus obſtat *l. prædiis, ff. de jure fiſci*: vide not. ad eam l. Summa hujus tit. eſt: Sine cenſu, & reliquis fundum vendi, donari, in dotem dari non poſſe: hæc onera ſequi emptorem, donatarium, maritum, pactiones contrarias illicitas eſſe inter emptorem, & venditorem: non eſſe inter creditorem, & debitorem penitus illicitas: vide ſcripta heic. C

L. 1. Ex conventione) Repetitur ex *l. 11. ſup. de pact.*

Ut ipſa tributa) Fiſcus autem ea pro ſuo jure à patre poſſeſſore exigit.

Agnoſceret) Diverſum eſſe, ſi inter debitorem, & creditorem convenerit, ut debitor, non creditor, pignoris tributa agnoſceret. Etſi enim fiſcus exigat nihilominus poſſeſſorem, rata eſt tamen inter ipſos conventio. Diverſitatis cauſſam, vide in not. ad *l. inter, ff. de pactis*.

Sed & ſi fundus) Diverſum quoque eſt, ſi mulier fundum alteri pigneratum dederit in dotem æſtimatum: Nam tunc aget heres mariti, ut fundum mulier liberet ex conventione: ſi non ſit datus æſtimatus, non agetur, ut mulier ex pactione cenſum agnoſcat. Hæc duo uno reſcripto conjunxerat Alexander: ſed Tribonianus partem reſcripti, quæ pertinebat ad pactionem tributorum, poſuit in hoc tit. l. 1. Alteram, quæ pertinebat ad pactionem, ut uxor debitrix ſolveret uſuras, non maritus, poſuit in *l. 11. ſup. de pact.* quam ex his conſtat non pugnare cum hac l. 1. vide not. ad eam, & ſcripta hic. D

Æſtimatus) Quo modo emptio, & venditio contrahitur, *l. plerumque, ff. de jure dot.*

Ex vendito) Id eſt, ex empto. Sic contra ex empto, id eſt, ex vendito, & ex locato, id eſt, ex conducto, & contra. Vide not. ad *l. Jul. §. ſi procurator, ff. de act. emp.* & ſcripta hic.

L. 2. Rei annonariæ) vide *l. 2. C. Th. de contrahen. empt.*

De periculo, & commodo rei venditæ. TIT. XLVIII.

L. 1. Et non abſente) μονομερῆ.

L. 2. Ut ſingulæ amphoræ) Id eſt, ad menſuram, quod eſt contrarium averſioni. Cum averſione venit, perfecta eſt venditio, cum ad menſuram, cum admenſum eſt, *inf. eodem, l. 2. & ff. eod. l. 2. l. quod ſæpe, §. in iis, ff. de contrahen. empt.* E

Et claves emptoribus) Hæc verba ex abundanti addita ſunt, quia ita convenerat, ut recte Accurſ. Nam & clavibus non traditis periculum pertinet ad emptorem, ſi modo vinum deguſtatum ſit.

In gloſſ. Et claves) Hæc verba delenda ſunt (*ad majorem evidentiam*) & reponendum, *quia ita convenerat*. Et *inf.* eadem gloſſ. (*ad l. clavibus, ff. de contrahen. empt.*) addenda etiam hæc *l. 1. inf. de crim. expil. her.*

L. 3. Dolum) Hujus l. ſententia latior eſt, quam quæ ad hunc tit. adſtringi poſſit; ejus exemplum aptius eſt in *l. 9. ff. quæ in fraud. credit.* A

L. 4. Sine ſcriptis) Nam ſi placuerit, ut fiat ſcripto, tum perficitur, cum id completum erit. Et ideo ante completionem inſtrumenti periculum pertinet ad venditorem: poſt, ad emptorem:

L. 5. Amiſſæ rei periculum) Id eſt, peremptio rei, interitus: Nam ſi res adhuc non extet tempore conditionis, emptio nulla eſt; nec pretium debetur. Sed ſi deterior facta ſit, damnum eſt emptoris indiſtincte, quia tempus conditionis retrotrahitur ad tempus contractus, *l. neceſſario, ff. eod.*

De actionibus empti, & venditi. TIT. XLIX.

L. 1. In rem actio) Vindicatio. Quia mutatum eſt dominium re tradita mutandi dominii cauſſa.

L. 2. Juſto errore) Error facti excuſabit venditorem; *l. 11. ſup. de reſcid. vendit.* B

Fructus quoque) Idem eſt, ſi ſervus venierit ſine peculio, *l. quoties, ff. de contr. empt.* Quin & dabitur ei vindicatio quoque fructuum, ut & peculii.

Eodem judicio) Quia occupati ſunt quaſi venditi.

L. 3. Præparatur) Id eſt, paratur, formatur, non ergo realis, id eſt, vindicatio. Pacta ultro citroque formant actionem ex empto, & vendito.

L. 5. Curabit) Conj. *l. 3. ſup. quibus in cauſſis reſtitutio in integ. non eſt neceſſ.* vide ſcripta ad *l. 39. §. fructus, ff. de leg.* 1. & hic.

Cum uſuris) Vide ſcripta ad *l. 2. ſup. de uſur.* Subſcriptio hæc addenda eſt ad fin. P. P. iiii. Kal. Octob. ipſis iii. & iiii. A. A. Conſſ.

L. 6. non facile) Actio ex vendito interdum reſciſſoria eſt, ut & ex empto. Cujus locus eſt ſingularis, ſed non facile datur, id eſt, non niſi ex juſtiſſima cauſſa. C

L. 8. Si pater) Conj. *l. 3. inf. de com. rerum al.*

L. 9. Capitatio) Id eſt, cenſus, tributum. Græci vertunt συντέλειαν, id quod præſtatur pro colonis, & animalibus, quæ ſunt in fundo, quæ dicitur fruitio animalis, *l. cum ſatis, inf. de agricolis*: ſic & capitatio, tit. ſine cenſu vel reliq. fund. Codic. Theod. & Sidon. Apollin. & Majorian.

In quantum) Eſt actio ex empto æſtimatoria quanto minoris hic *l. 9.* Sic contra eſt ex vendito quanto pluris, *l. Julianus, §. per contrarium, ff. eodem*. Et eſt reſciſſoria, & redhibitoria, *l. ex empto, §. redhibitionem, ff. de act. empti*.

Cognoviſſet) In emptore diſtinguemus, ſciverit nec ne; *l. Imperatores, ff. de publican.* Non in venditore. Sed opponitur, *l. ſi ſterilis, §. 1. ff. eod.* Sed in ſpecie *l. 9.* dixit minorem capitationem, & ideo venditor tenetur ex dicto. At in *l. ſi ſterilis*, venditor nihil dixit, & ideo non tenetur, niſi ex ſcientia. D

L. 11. Pleno jure) Sic dicitur in *l. qualiter, ff. qui & à quibus man. lib. non fiant*, de ſervo pignori obligato manumiſſo. At qui non erat pleno jure dominus, præſtabat tantum latinam, aut dedititiam.

Tibi perſonali) Ex empto.

L. 12. Sic certæ qualitatis) Ut optimum, quo caſu guſtum non exigimus.

Quanti intereſt) Quod intereſt non exigitur ad modum pretii, ſed ſtatuetur arbitrio judicis, & plerumque egredietur vini pretium, *l. 1. ff. eod.* E

L. 13. Fructus) vide ſcripta ad *l. 2. C. de uſuris.* Sed hoc ita procedit, ſi vel pars pretii numerata ſit. Paulus 2. *Sent. tit.* 17. Quo caſu pro parte, & rata prætii fructus pertinent ad emptorem ex die contractus, argumento, *l. ult. §. ult. ff. de fundo dot.* Si totum ſolvit, omnes fructus illi debentur. Si nihil ſolvit, fructus ad eum non pertinent, quia compenſantur cum uſuris pretii. Idem eſt cum fundus reſtituitur reſciſſa venditione per reſtitutionem tunc enim fructus compenſantur cum uſuris pretii. Paulus 1. *Sentent. tit. de min.* Idem fit, cum fraus intervenit ſupra dimidium juſti pretii. Harmenop. *lib. 3. epitom. tit.* 3.

L. 14. Repromitti) Nam in hoc contractu exigitur nuda

da cautio non ſatiſdatio. A

L.15. Citra pactum) At ſi mora facta ſit in tradendo tritico, ex mora exigetur amplior frumenti modus. Qui locus eſt ſingularis ad docendum, quod ſicut in actionem ex vendito veniunt uſuræ ex mora, ſic & hæc lex probat dari poſſe caſum, quo veniunt uſuræ actione ex empto; idque dum ait, citra pactum.

L.16. Poſt perfectam) Conjungenda *l. ult. ſupra tit. prox.* Vide etiam ſcripta ad *l.2. ſupra de uſuris*, & not. ad *l.13. ſup. eodem.*

L. ult. Actionem competere) Ex empto, quæ tamen daretur ex cauſſa evictionis re ablata.

Interdicti) Unde vi.

Seu actionis permiſſæ) Nam poſſeſſ. repetimus, vel per actionem, vel per interdictum, *l.1.§.reſtituto, ff. uti poſſidetis.*

Si quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena B
pecunia emerit. TIT. L.

L.1. Si pecunia) Vide not. ad *l.9. ſup. de donat. inter vir. & uxor.* & ſcripta hic.

L.4. Quamvis) Nam plerique nolunt nomina ſua publicari, *l. pupil. ff. de auctor. tut. l.pen. infra de contr. ſtipul.* Edicto Juſt. 7.

L.5. In gloſſ. Cum propria) Adde ad fin. Nam idem eſt ſi aliena emiſſet pecunia, hic, & in *l. item veniunt §. ſicut, ff. de petit. hered.*

L.6. Nam ſi quidem) Non habes rei vindicationem. Soli enim pupilli, & milites, ſi ex eorum pecunia res empta ſit, à tutore, vel procuratore utilem vindicationem habent. At non ſi quidem res pecunia dotali empta ſit, uxori datur utilis vindicatio, niſi in ſubſidium, *l. res quæ, ff. de jure dot.* C

L.7. Per eos, qui negotia) Per procuratorem alias adquiritur dominium, alias poſſeſſio, alias utrumque, ut dixi *l.1. ſup. per quas perſon. nob. acquir.* At per procuratorem actio ex empto nobis non adquiritur, per nuntium, aut epiſtolam acquiritur, *l. ult. inf. eod.*

L. ult. Veluti per nuntium) Et quæratur actio ex empto domino, quia nuntius, aut epiſtola non contrahunt, ſed nuntiant dominum contrahere: At procurator cum contrahat domino, non quærit actionem ex empto, cum ſit liber homo.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita
rerum alienatione, vel hypotheca. TIT. LI.

Idem prorſus continetur in tit. *Inſtit. quib. alienare licet, vel non.*

L.1. Et eorum facti ſunt) Per uſucapionem. D

L.2. Si conſenſum) Scienti noceret, & pro conſenſu haberetur.

Uſucapione) In Italia: præſcriptio in provinciis: vide ſcripta, & not. ad *l.1. inf. tit. prox.*

L.3. Venditrici) Confer *l.14. ſup. de rei vindicat.*

Poteris experiri) *L. Seja, ff. de evict.*

L.6. Nec ex officio) ut ſi Cæſarianus ob ceſſationem tributorum vendat rem alienam.

L. ult. Lex alienationem inhibuerit) ut in rebus minoris, dotali fundo, eccleſiæ. Alienatio eſt omnis actus, ex quo dominium transfertur. Cic. in Top. At hic alienationis verbum latius patet. Juſtiniano interdum alienationis verbo ſolum venditio continetur, *l. 1. inf. de jure emphyt.*

Sed etiam uſusfructus) Verum nec in iis Falcidiæ locus eſt, *Nov. 119.* E

§. ult.) Vide ſcripta ad *§. Divi, l. filiusfamilias, ff. de legat. 1.*

Vel hypothecam) Hoc ita, niſi lege, aut conſtitutione, aut pactione accipiatur ſtrictius, ut in prædiis curialibus donatio non prohibetur, in prædiis eccleſiæ emphyt.

Qui alienationem interdixit) vide ſcripta ad *§. coheredes, l. qui Romæ, ff. de verbor. obligat.* & notata ad *l. qui fundum, ff. de contr. empt.* & ſcripta ad *l.3. ſupra de condict. ob cauſſam dat.*

De communium rerum alienatione. TIT. LII.

L.1. Nulla) huc pertinet *l. ult. ff. pro dote.* Secus eſt in ſpecie *l.22. ſup. famil. erciſc.*

Vel diuturni) Præſcriptio in provinciis: uſucapio in Italia, ut recte Fulgoſ. hic, & in *l.2. ſup. tit. prox.*

Conveniendi) Actione familiæ erciſcundæ, *l. inter, §. ſi coheredes, ff. famil. erciſc.*

L. Multum intereſt) *L.1. inf. de vend. rerum fiſc.* Græci ad hanc l. notant ex *l.2. inf. de quad. præſcript.* Si fiſcus rem alienam vendiderit, emptor ſecurus erit. Sed in fiſcum danda eſt actio intra quadriennium. Sed ſi privatus vendiderit, emptor ſecurus non erit, etiamſi pretium ad fiſcum pervenerit.

L.3. Falſo tibi) Con. *l.8. ſup. de act. empti.*

Non etiam extraneo) vide not. & ſcripta ad *l. pen. ſup. de contrah. empt.*

In gloſſ. Antequam communi dividundo) Ab his verbis (*ſed in fam. erciſc. etiam*) uſque ad fin. gloſſ. dele omnia, & repone hæc, adde *l.1. ff. de jure fiſci, l. bona, ff. ad Vellejan.* & tit. *de litigioſis.* Idem eſt in jud. familiæ erciſc.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum
alienatione. TIT. LIII.

L.1. Cum ſua cauſſa) Id eſt, cum cauſſa pignoris contracti cum pupillo.

Nam & privato) Ergo fiſcus iis non præfertur, qui tacitam hypothecam habent, multo minus iis, qui expreſſam, *l.8. ff. qui pot. in pign.* At præfertur chirographariis creditoribus.

De pactis inter emptorem, & venditorem compoſitis.
TIT. LIV.

L.1. Fides contractus) Nec videtur pacto mutari dominium, quod nunquam translatum eſt.

L.2. Actio præſcriptis) Olim tantum dabatur actio præſcriptis verbis, *l. ſi licet, ff. de præſcript. verb.* Vide notata, & ſcripta ad eam l. Hic ex l. commiſſoria, & aliis pactis agi poteſt ex vendito, & præſcriptis verbis, *l. ſi fundus, ff. de leg. commiſſ.*

Quæ poſt oblatam) Ergo hoc demum caſu ex oblatione prætii, id eſt, ex mora fructus emptor præſtabit. Medii fructus compenſabuntur cum uſuris.

L.3. Si non precarium) hoc enim plerunque fit, *l.13. §. poſſeſſionem, ff. de act. empt.* Solet etiam fundo ad diem addicto is ab emptore certa mercede conduci, *l.11. §. Ariſto, ff. quod vi, aut clam.*

L. Initio) vide ſcripta ad tit. *de act. empt.* ſup. & ad *l.2. ſup. de uſur.*

Ab emptore præſtari) Act. ex empto, quoniam pactiones formant actionem ex contractu, *l. juriſgentium, §. quinimo, ff. de pact.*

L.6. Cum te) Eſt & condictio ob cauſſam dat. Vide ſcripta ad *l.1. ſup. de condict. ob cauſſam dat.*

L. 7. Remitti hanc) Scilicet ut poſt conſtitutum diem pecunia emptori auferre, & venditionem reſolvere liceat. Jam enim non dilatoria, ſed peremptoria exceptio remitti poſtulatur. Itaque non obſtat *l. 1. ſupra de precibus Imper. off.*

L. ult. Si quis) Hac l. derogatur *l. penult. ff. de pact.* Eſtque ex 50. deciſ. vide ſcripta ad *§. coheredes, l. qui Romæ, ff. de verb. oblig.*

Vicinus non ſolum) Sæpe vicini intereſt, aut nullum, aut non probatum vicinum habere, *l. 1. §. ſi quis alia, ff. ſi quis in fraud. patron. l. quod ſæpe, §. ult. ff. de contrahen. emptio.*

Si Servus exportandus veneat. TIT. LV.

Hic tit. & duo ſeqq. continentur ſub tit. *ff. ſi ſervus deport. veneat.*

L.2. An domini voluntate) Si enim citra voluntatem domini venit, factum ſervi non privat emptorem domino: non eſt etiam actio ex ſtipulatu, non ex vendito, ſed fiſco locus fit.

L.5. Nec in urbe) Idem in relegato tradit Calliſtratus in *l.19. inf. de inter. & relegat.* Vide not. ad fin. ibi & maxime ad *l.7. §. conſtitutum, illo tit.*

Nec in Italia) Ita quoque in pœnis teſte Suetonio in Claud. cap. 23. Claudius ſenſit, ut quibus provinciæ interdicuntur à judice, Roma, & Italia tota interdicatur.

In gloſſ. Nec in urbe) Poſt hæc verba (*dum quia malus*)

quæ

quæ retinenda ſunt ; dele ſeqq. omnia uſque ad (*item quia communis*) A

Si mancipium ita venierit, ne proſtituatur. TIT. LVI.

L. 1. Præfectus urbi) Idem dicit *l.* 7. hic. Hoc intereſt inter legem 1. & 2. hic, quod in *l.*1. dicta lege, ne proſtituatur, venditor ſibi excepit manus injectionem, quam ſi remittat, ancilla fit libera. In l. 2. non excepit manus injectionem, ſed addidit, ut proſtituta libera fieret.

Divi Adriani) Itemque Severi, & Antonini, *l.* 7. *ff. qui ſine man. ad lib. perven.*

Patientiam) Ex hac quoque cauſſa pater amittit patriam poteſtatem, creditor jus pignoris, dominus dominium.

Ut in turpi quæſtu) Ex cauſſa bujus legis facta libera eſt ſine patrono, *l. ſed ſi hac lege, ff. de in jus voc.*

L. 2. Mulierem) In ſpecie hujus l. 2. patronus habet B venditorem, *l. ſed ſi hac l. ff. de in jus voc.*

Ita veniſſe) Sic in *l.*1.*ſup.* Libertatis auctor eſt Hadrianus. Sic & in hac l. 2. veriſimile eſt eum quoque libertatis auctorem fuiſſe. Tamen lex *Divus*, *D. de jure patron.* laudat Veſpaſianum. Vide notata ad eam.

Per officium militare) id eſt, per Urbanicianos.

Apud Tribunal) Scil. præfecti urbi, ad cujus offic. pertinet, ne mancipia proſtituantur providere, *l.*1. *hoc quoque, ff. de offi. præf. urb.*

Et niſi tabulis) hinc not. pactionem etiam ex intervallo factam proficere ad libertatem.

Sine ſcriptis) Per nuntium.

Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, vel contra. TIT. LVII.

L. 1. Quoniam placuit) Ex ſentent. conſtit. D. Marci, C *l. pen. D. qui ſine manumiſſ. ad lib.*

Ad donatos) Non tamen pertinet ad ſervos à marito uxori donatos, quia hæc donatio dominium non mutat, *l. quod autem, §. uxori, D. de donat. inter vir. & uxorem.*

L. 2. Ad Aufidium) hic Aufidius Victorinus fuit præfectus urbi, teſte Capitolino in Marco.

L. 3. In ſemeſtribus) Semeſtria vocat librum conſtitutionum D. Marci.

L. 4. Si is, qui) huc pertinet *l.* 38. *§. ult. ff. de liber. cauſſa.*

Libertate donaret) Non pertinet tamen conſtit. Marci, & Commodi ad ſervum legatum, ut manumittatur, *l. ſi fundum ſub condit. §. Stichum, ff. de leg.* 1.

L. 5. Officium procuratoris) Procurator Cæſaris non eſt competens judex inter privatos, *l. ex conſenſu, ff. de* D *appel. l.* 1. *ſupra, de juriſdict. l.* 3. *ſup. ubi cauſæ fiſcal.* niſi vicem præſidis ſuſtineat, *l. ex conſenſu, l.*3. *ſup. ubi cauſſæ fiſc. l.* 2. *inf. de pœn. l. non valet, inf. ad leg. Falcid. l.* 1. *ſup. de pedan. judic.*

L. ult. Quaſi rupta fide) Pœnalis illa ſtipulatio ſuperflua eſt, cum reputet fructus emptoris ex conſtit. Marci, & Commodi.

Non mutata venditoris) Opponitur *l. quæſitum, ff. de ſerv. export.* ubi vide ſolut. Opponitur etiam *l.* 1. *ff. qui ſine man. ad lib. perven.* ubi vide ſcripta.

De Ædilitiis actionibus. TIT. LVIII.

Ædilitiis actionibus) Æſtimatoria, & redhibitoria, cum quibus cauſſis agitur, redhibitoria fit actio ex empto, *l. ex empto, §. redhibitio, ff. de act. empti* : ſitque etiam æſtimatoria ex empto, *l. ſciendum, §. ult. ff. eodem*. Quorſum E ædilitiæ dantur cum ſuppetat ex empto? Aut quid inter ſe illæ differunt? Præcipua differentia eſt, quod ædilitiæ videntur eſſe pœnales, *l.* 23. *§. ſi ſervus, ff. eodem*. Nam niſi pareatur arbitrio judicis, creſcunt in duplum, *l.* 45. *ff. eodem*, pœnam continent, & ob id ſunt temporales : empti ſunt perpetuæ, *l. empti, ff. de ædil. edict.*

L. 1. Simpliciter) id eſt, bona fide.

Fugitivus abeſt) id eſt, ſi ſervus fugit apud emptorem, verum emptor eum reddere, aut de eo cavere debet.

Non ſolum in pretium) *L. quæro, in princ. ff. eod.* Paulus 2. *Sent. tit.* 17.

Præſtari) Ignorans non præſtat damnum, *l.* 1. *§. cauſſa, ff. eodem*.

L. 2. Quanto minoris) Æſtimatoriam. Et ſi emptor tempore ſit excluſus redhibitoria, competet æſtimatoria, *l.* 48. *§.* 2. *ff. eodem*.

L. 4. Competere) Ex ea conventione.

Et ſi peſtibilis) Veteres habent, *ſi fundus fuerit peſtilens*, id eſt, peſtibulas, ſeu letbiferas habens herbas. Peſtibulas videtur vocaſſe ſerpentes peſtiferas, *l. etiam, ff. eodem*.

In gloſſ. Sub conditione) in fine, adde, recte.

In gloſſ. Redbibitoriam) Græci vertunt παραστῆσαι, id eſt, reddere, præſtare. Nam emptor debet eum exhibere, aut cavere de eo reſtituendo.

In gloſſ. Exhiberem) Dele (id eſt, probare, & oſtendere) & repone, nullo auctore, imo reddere.

In gloſſ. In barbaris) Dele totam, & repone, Barbari ſunt barbaræ gentis homines, *l.* 2. *ſup. de eunuchis, & l. ult. C. Thod. de excuſ. artif.*

De Monopoliis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificio ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis. TIT. LIX.

Veteribus Senatuſconſultis vetita jampridem ſunt monopolia. Plinius lib. 8. cap. 37. Sueton. in Tiberio, cap. 30. Eſt autem Monopolium Græca vox, deeſtque Latina. Sueton. in Tiberio, cap. 71. Monopolium eſt, ut ſi quis comparata omni ſpecie eam ſolus civitati vendat, ut de Johanne Zybo refert Procopius lib. 2. de bello Perſico. Utile eſſe ait Ariſtot. 1. Polit. cap. 7. civitates, & reſpublic. exercere monopolia. At privatis id non licet.

L. 1. Pectinum) Pecten eſt conchylii genus.

Echini) vide Plin. lib. 8. cap. 37.

§. 1. Ergolabi) hi ſunt operum redemptores : dele gloſſ.

Ut ne quis) Idem ab eodem Zenone conſtitutum eſt in Nov. περὶ μονοπωλιῶν in fin.

Data licentia) Idem etiam conſtitutum eſt in *l.*12. *inf. de æd. privat.*

De Nundinis, & mercatibus. TIT. LX.

Nundinas Græci vocant ἀτελείας, nos ferias. Et ſane olim nundinarum dies erant nefaſti, ut ruſtici convenirent. Feſtus. Poſt lex Hortenſia voluit eſſe faſtus, Macrob. lib. 1. cap. 6. Conſtitutio hæc reſtituit jus antiquum.

L. 1. Qui exercendorum) Quod *l.* 1. *infra, de veteran.* dat veteranis, id hæc lex dat omnibus.

Locorum) Quo nomine olim exigebantur ſiliquæ quædam. Caſſiod. lib. 4. var.

Venalitiis) Venales, ſeu venalitii ſunt ſervi, qui ſeparantur à merce, *l. merces, de verb. ſign. l.* 1. *ff. de ædilit. edicto*.

Sub prætextu) Sic in *l. ult. ſup. de commod. & l.* 1. *&* 3. *ſup. ne fiſcus, vel reſpubl.*

De Vectigalibus, & commiſſis. TIT. LXI.

In hoc tit. vectigalia proprie dicuntur ea, quæ mercatores, & venalitii fiſco, vel reipub. inferunt pro ſubvectione mercium, *l.* 6. *&* 7. *inf. eod. l.*23. *C. Theod. de navicul.* ut portoria, & quæ Juſtinianus in edicto de Alexandr. vocat ἐξαγώγια : vectigalium. Strabo lib. ult. facit duo genera : εἰσαγωγικὰ mercium, quæ importantur, & ἐξαγωγικὰ quæ exportantur.

L. Neque commiſſum) Ergo in cauſſa commiſſi adverſus fiſcum quinquennii præſcriptio datur. At in cauſſa vacantium bonorum quadriennii. Cæterum exceptis his cauſſis, in quibus minora tempora cuſtodiri ſpecialiter conſtitutum eſt, in quibus cauſſis nuntiatio fit ad fiſcum 20. annorum præſcriptio ſervatur, *l.* 1. *§. Divus, ff. de jure fiſci*. Vide cap. vigeſimum quartum, de præſcriptionibus.

Peti poteſt) Item nec ſi ſervus commiſſus ſine bona fide manumiſſus ſit ante litem, *l.* 1. *ſup. eod.*

L. 3. Omnibus militibus) Idem eſt datum pupillis, ſi modo ſolvant intra 30. dies, *l. Imp. de publican.* Ex cauſſa etiam minoribus, *l. ſi ex cauſſa, §. ult. ff. de min.*

Ob omiſſas profeſſiones) At alii non profeſſi incidunt in commiſſum, ſeu κλεπτοτελώνημα.

L. 4. Triennii fine) Vide cap. 22. de præſcript. Olim A
locabantur in quinquennium à Cenſoribus. Varro quarto de lingua latina, *l. 4. §. cum quinquennium, ff. de jure fiſci*.

L. 5. Quas ad uſum) Unde in veteri inſcript. Rom. *quicquid uſurarium invebitur, anſarium non debet*. Anſarium, & Fovenculariom ſunt impoſitiones urbis Romæ.

Stationariis) Stationarios hic, & in *l. 6. infra de dignit.* Græci interpretantur τελώναι. Verius tamen eſt eſſe apparitores, ſeu milites, quarum interventu publicani exigunt vectigalia.

In gloſſ. Proprium) Ad fin. adde: Sed oppooitor *l. ult. §. quoties, §. Divus, ff. de public.* vide notata ad eam.

L. 6. Imperatares Valens, & Valentinianus) Leg. Impp. Valentiniani, & Valens.

Omnium) Principium hujus l. ſumptum eſt ex *l. 3. Cod. Theod. de immunitat. conceſſ. l. pen. & ult. inf. eod. l. 3. ſup. de compenſat.* B

§. ult. Si quis) Finis hojus l. ſumptus eſt ex *l. 24. Cod. Theod. de navicul.*

L. 7. Octavas) Mercium illatarum: ſic in *l. 1. ſup. de eunuchis, & l. 7. infra, loc.* vide ſcripta ad tit. ſupra de eunuch.

In gloſſ. Octavas) adde in fin. Et *l. 8. inf. eod. & l. 7. inf. de locat.*

L. Arabarchiæ) Leg. Alabarchiæ. ut & apud Cic. 2. ad Attic. & Juvenal. Sat. 1. legitur in edicto Juſt. 11. Sic Joſephus lib. 18. & 20. meminit Alexandri Alabarchæ. Vectigal Alabarchiæ eſt, quod præſtatur pro traductione porcorum, vel aliarum rerum, ἄλαβα eſt atramentum, qoo ſcribimus. Phavorinus, & qui præeſt vectigalibus, dicitur Alabarches. Sic Cicer. vocat Antonium Alabarchem, C
quod in Ægypto vectigalia exegiſſet, non quod partem Arabiæ occupaſſet, ut male Alciatus.

Auguſtaneam) Leg. Auguſtanicam, vel Auguſtamnicam, ut & in inſcript. *l. 34. C. Theod. de decur.*

Ægyptum) Ægypti diœceſis habet ſex provincias, Lybiam ſuperiorem, inferiorem, Thebaidem, Arcadiam, Ægyptum, & Auguſtamnicam.

Prohibitione) Leg. præbitione, id eſt, ſine vectigali Alabarchiæ.

L. 10. Civitates) ut fiſcus, ſic & civitas vectigalia habet, quæ dicuntur εἰσαγωγικὰ, & ἐξαγωγικὰ, id eſt, pro mercibus invehendis, & evehendis dantur: vide ſcripta ad *l. 3. C. de compenſat.* Habeot & privatum patrimonium principis vectigalia, *l. ult. inf. eodem.* D

L. 11. Mancipium) Mancipes dicuntur publicani, quod ſublata manu indicarent ſe eſſe auctores emptionis. Sic inf. mancipibus, id eſt, publicanis.

Sales emerit) vide ſcripta ad *tit. ſup. quæ res export. non deb.*

L. 2. Largitionalium titulorum) Sacri theſauri, ſacri ærarii, quod eſt proprie fiſcus, ideoque reſcriptum eſt ad comitem ſacrarum largitionum.

L. ult. Sacrum patrimonium) huc pertinet *l. 18. Cod. Theod. de operis publ. l. 10. ſup. eodem, l. 3. inf. de div. præd. urb.*

§. ult. Ut etiam locandi) Cenſores olim locabant vectigalia, inde lex cenſoria, id eſt, locationis, quam cenſor dixit locando publica, *l. in lege, ff. de verb. ſig.* Cic. provin. ſub haſta, *l. 4. ſup. eodem.* E

Vectigalia nova inſtitui non poſſe. TIT. LXII.

Nova vectigalia inſtituens tenetur l. Julia de ambitu; *l. 1. ff. ad l. Jul. de amb. l. ult. ff. de publican.*

L. 3. Reſtitui jubebit) In duplum ex edicto de publicanis.

L. ult. Felicem præfectum prætorio) Vide num mendoſa ſit inſcriptio, & pro præfect. prætorio, legendum ſit præſidi: movet quod ait, gravitati tuæ, quod dici ſolet de præſide, aut procuratore Cæſaris: & vero ſufficit præſentia præſidis provinciæ. Itaque Græci hæc verba; *conſpectibus autem tuis*, ſic vertunt ἐπ' ὄψεσι σ' ἐχόντων.

De Commerciis, & mercatoribus. TIT. LXIII.

L. 1. Impp. Valens, & Valent.) Inverte ſic. Impp. Valent. & Valens, ſecundo, &c.

Negotiatores) Eſt de luſtralis auri collatione, ut docet *l. 5. Cod. Theod. de luſtralis auri coll.* Hæc fiebat quarto quoque anno, id eſt, ſingulo luſtro, eſtque onus negotiatorum, & ob id à Lampridio in Alexandro dicitur aurum negotiatorium. Dicitur etiam χρυσάργυρον à Zonara, & Evagrio in Anaſtaſio, qui id ſuſtulit. Ejus duæ ll. deſiderantur in *tit. inf. de luſtr. auri collat.*

Ad domum noſtram) Conſtituit, ut mercatores, qui pertinent ad ſacram domum, aut potentiorum, etiam hanc collationem agnoſcant. Idem etiam conſtitutum erat ſupra *de Epiſc. aud.* ſed eam transformavit Tribonianus: vide not. ad eam.

Homines) De his vide ſcripta ad *l. 1. inf. de jure emphyt.* & not. ad *pr. Feud.*

§. 1. Aurum pro mancipiis) Sed ſolvere debet in argento, aut ære.

Ad Barbaricum) id eſt, ad Barbarorum ſolum, ut Perſarum.

L. 3. Nobiliores) Item nec milites, *l. 1. inf. neg. ne mil.* vide notata ad eam.

L. 4. Anthemio præfecto) hic eo tempore, quo Theod. fœdus percuſſit cum Perſis, apud Artaxatam civitatem Armeniæ Rempubl. gerebat teſte Socrate l. 7. in pr.

L. 5. Ceſſante) Conjunge *l. 4. ſup. de SS. Eccleſ.*

D. L. XIII. Collegiatorum) in d. l. præſcribitur decanorum numerus, hic collegiatorum, qui etiam συστασιαστικοὶ dicuntur. Hi ſunt, ut eſt in antiqua deſcriptione Conſtantin. qui ex diverſis corporibus ordioati ſolent incendiorum caſibus ſubvenire, & ideo Symmachus in epiſtolis ait: Per hos fortuita arcentur incendia.

Ex eodem, quo illi) Sic *l. 1. ſup. de colleg.* ait, eos eligi debere primatum cujuſque corporis judicio. Hi erant immunes, & erant mercatores, ut ait interpretatio Græca ſtatuti collegio mercaturæ cauſſa.

L. ult. Comite commerciorum) De quo vide not. & ſcripta ad *l. 2. ſup. quæ res emi non poſſunt.*

De rerum permutatione, & præſcriptis verbis.
TIT. LXIV.

De præſcriptis verbis) Quæ datur ex rerum permutatione. Poſt tractatum de empt. & vend. ideo datur hic tit. quia permutatio eſt ſimilis emptioni, *l. 2. inf. eod.* ut & locatio, *l. 2. ff. loc.* Sic & emphyteuſis eſt utrique proxima, *§. adeo, Inſtit. de loc.* Eſt vero etiam de act. præſcript. verb. non de omni, ſed de ea, quæ datur ex rerum permutatione tantum.

L. 1. Si cum) hoc negotium emptioni proximius eſt, quam ullum aliud genus, quia rem venalem habui, & quia rem pro pretio accepi, & ideo id agi videri, non ut agatur condict. ſed ut agatur de evict. tantum.

Ad exemplum ex empto) id eſt, in factum præſcriptis verbis: Nam præſcript. verb. actiones omnes ſont ad exemplum, alias actionis ex empto, alias locati, alias mandati, alias commodati.

Reſtitui poſtulabis) aut vero ages præſcriptis verbis.

L. 3. Ex placito) vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de fide inſtrum.* & not. ad *l. 1. ff. eod.* & ſcripta hic.

Actionem competere) at emptio ex nudo conſenſu initium obligationi præbet, quia hic contractus legitimo nomine ſignatus eſt permutatio, ex rei demum traditione, quia legitimum nomen non eſt, *l. 1. §. item, ff. eod.*

In gloſſ. Subjecta) ad hæc verba (ſcil. do ut des, ſub quo eſt permutatio) mala hac de re Accurſius, ut & ad *l. prox. præced.* Imo permutatio eſt contractus innominatus idem cum do, ut des, *l. 5. §. 1. etſi quid, ff. de præſcript. verb.*

L. 5. Conditionis ratione) Leg. ut Haloander, *condictionis ratione*. Nam & condictio à Græcis dicitur λόγος κονδικτίκιος. Sic dicitur exceptionis ratione in *l. hereditas, ff. de pet. hered.* vide not. ad eam, & ſcripta hic.

L. 7. Rebus fieri non poſſe) at permutatio fit rebus.

Pridem placuit) nam olim hac de re fuit controverſia inter Proculianos, & Sabinianos, *l. 1. ff. de contr. empt.*

Cauſſa non ſecuta) hoc, ſi malis datum repetere, quam actione præſcript. verbis conſequi id, quod intereſt.

L. ult.

Digitized by Google

L. ult. Ea lege) vide ſcripta ad *l. 16. ſup. de fide inſtrum.*

De locato, & conducto. TIT. LXV.

Cur hic tit. hoc loco ſitus ſit, vide ſcripta, & not. ad pr. *tit. prox. præced. ſupra*.

L. 1. Periculum vis majoris) Caſus ſortuitus eſt, qui prævideri, præcaveri, cui reſiſti non potuit. Furtum non eſt caſus ſortuitus, ut nec effractura.

Præſtare non cogitur) Idem ſervatur in depoſito interveniente mercede.

L. 2. Cum uſuris) Adde etiam in actione ex locato venire uſuras ex mora: Nam merces petitur alias act. ex locato, alias ex conducto, ut & uſus rei, ſive res. Sed in eam venit id quod intereſt, non uſura.

L. 3. Æde) Non poſſunt ab contractu diſcedere, niſi re integra. Res autem videtur integra intra annum, *l. pen. inf.* quæ Græca eſt, & deeſt: vide ſcripta ad fin. hujus tit.

Si penſionem) Ergo ſi non inferat penſiones, conductor poteſt expelli, *l. 10. §. ult. D. de publ.* Hoc ita niſi malit locator uſuras accipere. Sed uſuræ currunt ſtatim ex mora. Jus ejiciendi eſt demum poſt biennium, *l. quæro, §. inter, l. cum domini, ff. eod.* Emphyteuticarius exſpectat triennium.

Corrigere) Id eſt, reficere. Græci ἐπισκευάζειν. Sed refectione perfecta rurſus in ea habitabit, *l. ſi duo, §. cum inquilinis, ff. uti poſſidet.*

Verſata es) Hac de re eſt epiſtola Symmachi, quæ confirmat Accurſii ſententiam.

In gloſſ. Verſata es) Adde ad hæc verba (*nos contra*) conductorem male utentem re conducta, non ſolum expelli poſſe, ſed & ratione damni domino teneri docet epiſt. Symmachi, ut hic recte Accurſ. & inſ. ad hæc verba ejuſdem gloſſa (Tu die primo ſervari) recte. Olim Kal. Juliæ erant ſolemnes ſolvendis penſionibus, *l. qui balneum, ff. qui potior. in pign.* aut Kal. Martiæ, *l. defuncta, ff. de uſufr.* Macrobius lib. 1. cap. 10.

L. 4. Cuſtodes exhibere) Exhibere puniendos, aut torquendos, *l. dominus, ff. eodem.* Exhibentur autem apud præfectum vigilum, *l. 3. §. effracturæ, ff. de offic. præfect. vigil.* aut apud præfectum urbi. Nam ille Erucius Clarus, cujus meminit *d. §. effracturæ*, præfectus urbi fuit teſte Gellio lib. 13. cap. 16. Cum enim res eſt gravior, à præfecto vigilum remittuntur ad præfectum urbi, *d. l. 3. §. 1. l. ult. ff. de offic. præfect. vigil.*

§. 1. Qui ſi majorem) Vide ſcripta ad *l. 1. ff. de juriſdict.* Hinc collige, præſidem majorem non habere animadverſionem: non quilibet præſes habuit merum imperium, *l. 2. ff. de off. rect. provinc.* Sic ex *l. ſi quid erit, de offic. proconſ.* colligitur, legatum proconſulis non habere majorem animadverſionem.

Ulpianum præfectum prætorio) Lampridius in Alexandro ſcribit, alios dicere Ulpianum fuiſſe præfectum prætorio ſub Alexandro, alios ſub Heliogabalo: Sed hic locus aperte docet, cum ſub Alexandro præfectum prætorio fuiſſe. Dicitur, & ſub eodem præfectus annonæ, *l. 4. inſ. de contrah. & commit. ſtipulat.* & amicus, ut in *l. Divi, ff. de jur. patron.* Juriſconſulti multi amici Impp. dicuntur.

L. 5. Ea quæ voluntate) Hic ponitur differentia inter colonum, & inquilinum, quæ etiam probatur in *l. 3. & ult. inſ. in quib. cauſſis pignus tacite, l. 4. & 7. illo tit. l. 4. ff. de pact.* Differentiæ ratio alia non eſt, quoniam in locatione prædii ruſtici ibi nata tantum olim legari ſolebant, *l. ſi ſervus, §. locavi, ff. de fur.* Hic non exigitur expreſſa conventio. Sed dicendum voluntatis ut ſcientiæ nomine conventionem ſpecialem adſignificari, ut & in l. *Pomponius, ff. in quibus cauſſis pign.* Porro non tantum generali pacto, ut ſi convenerit, ut invecta, & illata pignori eſſet, res coloni pignoris jure tenentur, ſed etiam ſpeciali. Quo pacto etiam ea, quæ inducta non ſunt, tenentur, *l. ſi non inducta, inſ. in quibus cauſſis pign. §. interdictum, Inſtit. de interdict.*

L. 6. Nemo) Idem poteſt is, qui rem accipit in ἀντίχρησιν: vide ſcripta ad *l. 14. ſup. de uſur.*

Alii locare) Et hoc dicitur ablocare.

L. 7. Vectigal octavarum) Sic in *l. 5. ſup. de eunuch. & l. 7. ſup. de vectig.* Suetonius in Caligula: vide ſcripta ad tit. ſupra *de eunuch.*

In quinquennium) hodie fit in triennium.

In gloſſ. Detineretur) Ante hæc verba (*ſed contra in eo tit,*) interſere hæc: adde ex *d. l. eotem*, ſi maximos antea fructus ex ea conductione perceperit.

L. 8. Ut mos regionis poſtulabat) Legendum ſine parentheſi, aut mos regionis, atque ita recte legit Harme. lib. 3. Epit. ut ſit ſenſus: ſi conventione non eſt expreſſum, vel ſi mos regionis non poſtulabat: alioquin hæc lex 8. probaret ea quæ ſunt moris, non venire in judicium bonæ fidei, contra *l. quod ſi nolit, §. quia, ff. de ædilit. edic.* alias lex diceret, conſuetudinem ſolam regionis non ſufficere. Male, ut docet *l. 19. hic.*

L. 9. Emptorem) Idem eſt in legatario, *l. nihil proponitur, de legat. 1.* Idem in fructuario, *l. arboris, de uſufr.*

Niſi ea lege) Item niſi fiſcus vendiderit, *l. ult. ff. de jure fiſci.*

In gloſſ. Colono: Item non ſic in eo) Id eſt, in emphyteuticario. Addit recte Bart. hic, locatorem, qui habet jus ſpecialis hypothecæ, hic non repelli, quoniam vindicationem quoque habet jure hypothecæ, & inſ. eadem l. gloſ. (*Idem in quolibet ſingulari ſucceſſore*) ut legatorio, & fructuario.

L. 10. Viam) *§. ult. Inſtit. eod.* Opponitur lex, *ſi dominus, ff. de uſufr.* vide not. ad eam.

L. 11. Invitos conductores) Excipe publicanos, licet hic mos ſit inhumanus.

L. 13. Conveniendi quem velit) At reis hodie ex *Novell. 99.* datur beneficium diviſionis, ſi omnes ſunt ſolvendo, *l. cum apparebit, ff. eod.*

L. 14. Si hi qui) Idem dicitur, quod in *l. ex conducto, §. item cum, ff. eod.*

Redemerant) Id eſt, conduxerant.

L. 16. Renovare videtur) Non tamen iiſdem fidejuſſoribus.

L. 17. Sine mora) Statim, non exſpectato biennio, ut in retentione invectorum in ædes, *l. cum domini, ff. eodem.*

L. 18. Locuſtarum pernicie) Plin. lib. 11. cap. 29. perniciem, ſeu edacitatem locuſtarum vocat Dei iram.

L. 19. Fides contractus) Fides contractus conſiſtit in eo, quod actum eſt, aut quod mos regionis eſt.

L. 20. Exiſtimans alienam) Si ſciens rem ſuam eſſe ita ſibi præjudicat, ſi animum alienandi habuerit, *l. quædam mulier, ff. de rei vindicat.*

In gloſſ. Exiſtimans) Dele prima verba (*Idem ſi ſciens.*)

L. 21. Si olei) hæc lex probat, locationem contrahi, non tantum certo pecuniæ numero, ſed & earum rerum, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, certo pondere, & menſura: primum, quia vocat locationem: deinde quia vocat hunc contractum bonæ fidei. Eſſe vero locationem conſtat: Nam do, ut facias, non eſt bonæ fidei, *l. 5. §. at cum do, ff. de præſcrit. verbis.*

Locaſti) Id eſt, fundum locaſti ea pactione, ut quotannis inferretur certum pondus olei.

Propter hoc ſolum) Idem etiam in emptione, niſi facta ſit in diem addictio.

L. 23. Nemo enim) Ad hæc pertinet *l. 5. inſ. de acquir. poſſ.* hic autem ſecunda interpretatio Accurſii veriſſima eſt, quoniam dominus ignorans conduxit, atque ea re cœpit, pro alieno poſſidere, nec ante pro ſuo poſſidere incœpit, quam in quæſtione proprietatis ſuperior evaſerit: At in quæſtione poſſeſſionis vincetur, quia rem pro alieno poſſidet, quam ſibi ſolus mutare non poteſt, *l. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de uſucap.*

L. 25. Si quis) huic l. male opponitur *l. liiib. infra de agricol. & cenſitis*. Nam ea non loquitur de conductore, ſed de colono conditionali. Hic ſi litigat de proprietate fundi lite pendente, fruitur fundo præſtita cautione. Nam eſt perpetuarius. Cæterum ut locatori reſtituatur poſſeſſio, conſequetur actione ex locato, quam non repellet

Digitized by Google

pellet vindicatio, ſed reſtituta poſſeſſione quæretur de A domino.

In gloſſ. reſtituere) à princ. dele eam gloſſ. uſque ad hæc verba (*vel etiam ex locato.*)

L.27. Si tibi) hanc l. Græci ſic in ſummam redigunt: Si datum colonis promutuum, dominus agri ſtipulanti conductori promiſerit redditurum ſe, tenetur.

Pro colonis) Coloni hic accipiendi non ſunt pro conductoribus, ſed pro agricolis conditionalibus. Sicut enim in eodem fundo poteſt eſſe Emphyteuticarius, & coloni condictionales, *l.1. inf. de man. & col. patrim. ſun.* Ita etiam eſt plerunque fundi dominus, eſt conductor fundi, ſunt & coloni terræ addicti.

Conducti) Ab alio ſcilicet.

Prorogaſti) Græci vertunt [illegible].

§.ult. Placiti fine) id eſt, ſi uſque ad pactum ſtetit, *l.ſi* B *diviſionem, ſup. famil. erciſc.* id eſt, ſi non ſit niſi pactum: Nam ſi fuerit ſtipulatio, ex ſtipulatu, ſi conſtituendi animus, de conſtituto eſt actio.

Ex nudo pacto) Quid ſit pactum nudum, notavi, *ff. de pact. l.juriſgentium, §.ſed cum nulla*: vide ſcripta ad *l. 8. ff. de præſcript. verb.*

In gloſſ. Prorogaſti) Dele hæc verba (*id eſt, ante tempus ſolviſti, ſcilicet creditoribus eorum*) & repone, id eſt, in anteceſſum dediſti, ut fructus ab illis perciperes.

L. 28. Et cuſtodiam) Cuſtodiæ verb. indicat etiam leviſſ. culpam venire, hic, & *l.1. §.ſed & cuſtodiam, ff. de peric. & comm. rei vend. l.ſi merces, §. pen. ff. hoc tit.*

L.30.) Sumpta ex *Nov. Theod. ne curialis, ut & l. non dubium, ſup. de ll.* quam conjunge cum hac. Subſcriptionem hanc adde. D. XVIII. Id.April. C.P. Theod.A.XVII. C & Feſto Conſſ.

Curialis) Decurialis eſt, *l.2. §.1. de adminiſtrat. rerum ad civit. pertinent. l.ſpurii, de decur. l. 29. C. Theod. eod. l.1. inf. quibus ad conduct. præd. fiſc.*

Nec fidejuſſor) Sic clericus, qui prohibetur conducere, prohibetur pro alio fidejubere, *Novell.* 120. *can. Clem.* 20.

L.31. Milites) Conjunge *l.milites, inf. de re militari.*

Ab omni bellorum) idem cautum eſt de fabricenſibus, *l.ult. inf. de fabr. qui ſunt quaſi milites.*

L.34. Conductores) hæc l. pendet ex *l.pen. inf. unde vi*: Ex qua ad hanc eſt addenda ſubſcriptio. D.v. Kal.April. C.P. Theodorico, & Venantio Conſſ. ante l. ult. deeſt Græca conſtitutio, cujus ſententia hæc eſt, ſumpta ex libro, cui titulus eſt *μικρὸν κατὰ στοιχεῖον*. Conſtitutio permittit, & locatori, & conductori intra annum ſolvere lo- D cationem in Italia, & in provinciis, nec incidere in pœnam ex tranſgreſſione, niſi initio contractus ab eo receſſerint, vel aliud convenerit.

L.ult. Milites autem) numeri ſunt militum, optiones fœderatorum, ſcholæ Scholarium. Vide cap.17. Tit. de præſcript.

Vndecim de notiſſimis ſcholis) Scholas decem refert Marianus in notitia Rom. Imp. Scutariorum primam, ſecundam, tertiam, agentium in reb. 4. Armaturarum ſeniorum, quintam armaturarum juniorum, 6. Gentilium ſeniorum, 7. Gentilium Juniorum, 8. Scutariorum, ſagittariorum, 9. Scutariorum Clibanariorum, 10. fuit & undecima Fabricenſium.

De jure emphyteutico. TIT. LXVI.

Vide not. ad princ. *tit. ſupra de rerum permut.* Vectiga- E lis ager idem eſt, quod Emphyteuticarius, vide ſcripta hic, & not. ad *Rub. ff. ſi ager vectigal. id eſt, Emphyt.* Opponitur *l.etiam, inf. de prædiis minorum*. Vide notat. ad eam. Vectigales fundi alii ſuſcipiuntur jure privato, alii jure Emphyteuticario, alii jure perpetuo. Quamvis autem etiam privatorum prædia hodie dentur in Emphyteuſin, tamen in toto jure vectigales dicuntur ſola prædia civitatum, quod ea ſola in Emphyteuſin darentur. Vide locos in *l.1. ff. ſi ager vectigal.* Conductio temporaria quid differat ab Emphyteuſi temporaria, vide notat. ad *l.3. ff. ſi ager vectig.* Emphyteuſis maxime contrahitur, ut res fiat melior ab emphyteuticario, & poſſideat A jure dominii ſub præſtatione canonis. Hæc eſt vera definitio, quod & ratio nominis indicat, quo aperte ſignificatur omne genus meliorationis. Nam & domus dantur in emphyteuſin. Quid diſtet ſuperficiarius ab emphyteuticario, vide not. ad *Rubr. ff. de ſuperficiebus*. Libellarium contractum recte quidam vocant emphyteuticum, ſed novum, *Nov. Leonis* 13. eſt igitur libellarius contractus nova forma emphyteuſeos. Quid hic differat ab emphyteuſi, docebit ejus definitio, quam vide in ſcriptis ad *d. l.* 1. *hic*, vide & not. ad *tit.1. Feudorum*. Emphyteuſis quoque hoc differt à precaria, quod in illa meliorationum nulla promiſſio ſit, ut in emphyteuſi, dominium, vel quaſi dominium non transfertur in accipientem, ſed uſusfructus tantum: penſio annua non præſtatur ſemper: vide ſcripta ad leg.1. hcic.

B *L.1. Conductionis*) Poteſt tamen defendi, emphyteuſin genus quoddam proprium eſſe locationis conductionis, quo quaſi dominium transferatur in accipientem, ſicut in *l.in navem, ff. loc.* eſt locatio, licet dominium mutetur. Et ſic ſæpe in ff. emphyteuſis dicitur locatio.

Alienationis) id eſt, venditionis, quod quidam putabant, quaſi prædium in emphyteuſin videatur emi, ut pretii loco ſit vectigal in *§. adeo, Inſt. de locat.* hoc verbum Juſt. vertit venditiones: vide notata ad eum §. & ſcripta ad *tit. ſup. de rebus alienis non alienand.*

Definitionem) Et ideo Græci ad *l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure*, dum l. ait quaſdam obligationes eſſe juris civilis, exemplum ponunt in act. ex ſtipulatione Aquiliana, & emphyteuſi. Hunc contractum Zeno fecit proprium, ut Juſtin. donationem propter nuptias. Nec obſtat, quod C ſcribitur de Bizantiis, qui fertilia prædia ad tempus, ſterilia in perpetuum vendebant: Nam etſi hoc genere negotii uſi ſint, nunquam tamen habuere pro ſpeciali contractu.

Pactorum non fuerint) *L.8. ſup. de loc. Quod fatalitate.* Vis ergo major, ut grando, procellæ, devaſtatio hoſtium pertinet ad emphyteuticarium: ſecus eſt in locatore. Verum ante hanc conſt. idem videtur fuiſſe in emphyteuta, quod in conductore, *l.16. §. Papin. ff. loc.*

§.ult. Sin vero) at fiſcus relevat tributis prædia ob ſterilitatem, *l.forum, ff. de cenſibus, l.2. inf. de alluvion.*

In gloſſ. Scriptura) Dele à pr. uſque ad hæc verba: (*vel non prohibet*) & repone ad fin. gloſſ. ante additionem, Recte. Quod ex eo confirmatur, quod amiſſio inſtrumenti emphyteutici non nocet: ergo nec omiſſio. At in libellario contractu neceſſaria eſt ſcriptura, de quo D vide ſcripta hic.

L.2. Si ſolitam penſionem) Quia fiſcus tributa exigit tam à domino, quam ab emphyteuta.

§.1. Sin autem) idem eſt in emphyteuta civitatis.

Per totum triennium) ideo exſpectatur triennium, quia quaſi dominus eſt, imo moribus noſtris non aufertur, niſi ex condemnatione. Vide ſcripta ad *l.3. ſup. tit. prox.* At locator, & emphyteuta eccleſiaſticus poſt biennii ceſſationem expellitur, *Nov.*120.

Repellere) Sic contra, ſi dominus per triennium moram faciat in accipiendo canone, hoc cedit lucro emphyteuticarii. Et in hanc rem Euſtathius in lib. de temporibus citat *l.32. ſup. de epiſc. audient.* quæ deeſt in eo tit. Et vero ſola oblatio emphyteuticarium liberat à præſtatione canonis præteriti, ſi hoc dominus malit, *Nov.* 120. E *arg. l.1. de ſuſcept. l.4. inf. de col. fund. patrim.* At à periculo dejectionis ſola oblatio non liberat, niſi pecuniam depoſuerit, & obſignaverit.

Meliorationis) Nam in hac ſtipulatione pœnæ hic caſus ſemper videtur exceptus, *l.quæro, §.inter. ff. loc.*

Vel eorum, qui emponemata) Pro *Vel*, lege, *id eſt*. At pro emphyteomata, plane legendum *ἐμπονήματα*, & *βελτιώσεις*.

Pœnæ opponenda). ut ſtipulatio pœnæ non tollit ſtipulationem ſortis, ſic nec commiſſi. Emphyteuticarius fiſci ob canonem non ſolutum non incidit in commiſſum, *l.1. inf. de ſuſcept.*

Voluerit) *Nov.*120.

Repel-

Repellendo) Emphyteuticarius moram facit in rem.

Anteriori lege) Intelligit *l.magnam*, *inf. de contrab. ſtipul.* quæ eſt edita eodem anno, quo hæc, ſed illa menſe Aprili, hæc Septembri. Adde hanc ſubſcript. D.xv. Kal. Octob. Chalced. Decio V.C. III. Conſſ.

In gloſſ. repellere) Ante hæc verba (*ſi tamen interverſa*) pone, idem in *l.pen. ſup. de loc.* Et infra dele hæc omnia (*Reſpon. non argumento, ff. de leg. com. l.poſt diem*) Et repone, imo poſſe eum deiici aperte ait *Nov.* 120. Nec obſtat *d. l. poſt diem*. Nam ideo venditor petito pretio non aget l. commiſſoria, quia ſecum ipſe pugnat. Nam dum agit ex venditione, ratam facit, dum lege commiſſ. irritam. At hic ſecum nihil pugnat, & infra ibi (*Reſpon. emphytrota*) adde *l.12. ff. de probat. l.ult. inf. de ſolut.* Et paulo poſt ibi (*vel quod tribus continens,&c.*) adde: Idem in conſuetud. Borbon. tit. 28. & ibi (*ut infra de apochis pub.*) legend. argumento inf. &c. Et inf. dele hæc omnia (*videtur quod non, quaſi &c.*) euſque (*tu dic contra*) ad finem ejuſdem gloſſ. adde hæc: His adde, an abutens emphyteutico prædio expelli poſſit? Dic poſſe, *Nov.* 120. *l.8. ſup. de loc.*

In gloſſ. Cautum eſt) Poſt citat l. magnam, adde, recte. Ibidem dele hæc omnia (*Fallit tamen in caſu ei*) euſque (*vel ibi non*) & adde iis verbis. Operæ officiales non debentur in diem, ſed tunc incipiunt deberi, cum peti cœperint, ut recte ſecundo loco Accurſ.

In gloſſ. Et ſecundum legem) Dele hæc (*Ex clauſula quanti, ff. ex quibus cauſſis major. l.1. in fin.*) Et repone, dabitur quidem reſtitutio, non vi illius clauſulæ, ſed ex cauſſa ob juſtum errorem, *l.2. ff.de reſtitut. integ. §.ſi quis agens, Inſtitut. de action.*

L.ult. Cum) vide ſcripta ad *§. coheredes*, *l.qui Romæ, ff. de verbor. oblig.*

Alienare) Alienare hic accipitur ſtricte pro vendere, ut & in *§. adeo, Inſtit. de locat. l.1. ſup. eodem*. Nam in *d. §. adeo*, eſt vendere, pro verbo alienationis, quod eſt in *d. l. 1. ſup.*

Conſenſu domini) Domini principalis, quem Græci vocant πρωτόνυμον. Doctores directum dominum.

Hæc comparare) habet dominus jus προτιμήσεως in emphyteuſi, in Feudo jus retractus.

§. Sin autem duorum) vide c.13. de præſcript.

Magiſtrum cenſuum) apud eum fiebant actorum, & contractuum publicationes, & inſinuationes. Is erat in urbe tantum, & poſtea vocatus eſt γνωικὸς, *Nov. Leon.*44.

In gloſſ. Aliis vendere) Dele hæc (*Irn. quod non, quia de alienatione hic ſit mentio*) & repone poſt citationem legum in contrariam ſententiam. Nam ſi donationem prohibeas niſi conſentiente domino, in totum prohibeas, quia dominus ſibi potius volet donare, quam alteri, atque ita donationi nunquam conſentiet. Poteris & permutare inconſulto domino, quia non poteſt dominus eandem rem offerre, pro qua emphyteuticarius jus ſuum dat: ſed poteſt dominus idem pretium offerre, & ideo vendere non poteſt inconſulto domino. Poteſt etiam ei ſervitutem, & uſumfructum imponere, *l.1. §.1. ff. quibus modis uſusfruct. amitt.*

AD LIBRUM V.

De Sponſalibus, & arris ſponſalitiis, & proxeneticis. TIT. I.

VIde not. ad initium *tit. ff. eod.* & ſcripta ad *l. 2. C. de inutil. ſtipul.*

Arris) Arra eſt, quod prærogatur, ut reliqua ex fide conventionis ſequantur.

Proxeneticis) De iis eſt in *l.ult. ff. eod.* hi ſunt, quibus parentes mandant, ut quærant filiabus ſuis maritos, *l. generali, ff. de ritu nupt.* hi dicuntur interpretes in *l. 1. Cod. Theod. de nupt.* & Græce ἑρμηνευταὶ, & eis datum ſalarium ἑρμηνευτικὸν, *l.ult. ff. de proxenet.* Fuit de modo eorum Græca conſtitutio, quæ deſideratur in hoc tit. Ejus tamen ſumma exſtat apud Harmenop. lib. 4. epitom. in hunc ſenſum, ut illi interpretes nuptiarum non petant ἑρμηνευτικὸν ob eam rem, niſi nominatim de eo convenerit. Itemque ut non conveniri poſſit de ἑρμηνευτικῶ ultra viceſimam partem dotis, aut donat. propter nupt.

L.2. Intra biennium) vide cap.21. de præſcript.

Exſequi nuptias) ut in *l.ſæpe, ff. de ſponſalib.*

L.3. Arris) vide ſcripta ad *l.decimam ſextam, ſup. de fide inſtrum.*

L.5. Mulier) vide ſcripta ad *d. l.* 16.

Uſque ad duplum) Olim fuit pœna quadrupli, *l.10. Cod. Theod. ſi rector provin. l.1. C.Theod. ſi nupt. ex reſcripto petant. l.6. C.Theod. de ſponſal. & ante nupt. & donat.*

In ſimplum) idem ſervatur in ſpecie *l.* 38. *ff. de ritu nupt.*

§. His illud) hic §. uſque ad illa verba (*Quadrupli videlicet pœna*) ſcilicet repetita ſunt ad verbum ex *l.ſi leg. ſup.de epiſcop.audient.* unde ad hanc l.addenda ſubſcriptio.

§. ult. Si cautio pœnam) tamen ex Nov. Leonis philoſophi 18. præter arras pœna addi poteſt.

In gloſſ. Eſt omnia) adde ad fin. ſponſa nunquam dat arras, ſemper ſponſus, quod male tentat Accurſius. Sed ſi culpa ſponſæ diſſolventur ſponſalia, tunc ipſa olim arrarum acceptarum nomine tenebatur in quadruplum, *l.10. C. Theod. ſi rector provinc. vel ad eum perinent ſponſal. l.1. C. Theod. ſi nuptiæ ex reſcript. pet. l. 6. C. Theod. de ſponſal.* Hodie tantum dupli arrarum nomine, ut docet hic locus. Vide ſcripta ad *l.2. C. de inutil. ſtipulat.*

Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes ſponſalitia dederint. TIT. II.

Vide lib.4. Obſ. cap.22. ubi ea conciliatur cum *l.38. ff. de ritu nupt.*

Pœna quæ ſtatuta) In C. Theod. additum erat, *quæ quadruplum ſtatuit.*

Pignora) Arras *ut inf. §. ult.*

Idem in gloſſ.) Pignora, addendum.

De Donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & ſponſalitiis. TIT. III.

Hiſce donat. ante nupt. veteres non utebantur, ideo in ff. nuſquam earum fit mentio. In uſum autem venerunt temporibus Leonis, & Zenonis Impp. nec quicquam commune habent cum hypobolo, Theoretro, dotalitio, & his donat. quæ hodie fiunt marito contemplatione matrimonii.

L.3. Maritum feſellit) Cum inductus eſſet ſpe, & opinione dotis. Harm. *lib.4. tit.3.*

L.4. Quod ſponſæ) hujus juris rationem adfert Harm. lib.4. epit. tit.3.

L.5. Ea quæ) hæc l. repetita eſt in *l.18. inf. ad l.Jul. de adult.* Unde ad hanc l. ſupplenda eſt ſubſcriptio.

L.5. Per conditionem) Cauſſa data cauſſa non ſecuta. Et dele gloſſ. ibidem.

L.17. Minoribus ante) 25. annis ſcil.

L.19. §. ult. his caſibus, in quibus) Idem repetitur in *Nov.22. §. quæ vero dotium.*

L.20. Quia quaſi antipherna) Eodem enim jure eſt, eademque pacta recipit donatio propter nuptias, quæ dos ipſa. Vide Ulpianum in *Fragment. tit.3.*

§. Si igitur dote: ut dotis quantitatem) Poteſt enim poſt nupt. de dote minor donatio propter nuptias conſtitui, *l.29. ſup.* Verum ex *Nov.97.* utriuſque quantitas æqualis eſſe debet, & æquale lucrum.

Et ſi quidem) Ergo donatio propter nuptias ſequitur pacta nuptialia, ſi hoc ſpecialiter expreſſum ſit, id eſt, ut ea ſupponatur pactis dotalibus, ſed etſi non fuerit ſpecialiter dictum, habetur pro expreſſo.

§. Similique: nunc autem propter nuptias) idem tamen Juſt. in Nov.2. ſæpe eam vocat προγαμιαίαν δωρεάν.

De Nuptiis. TIT. IV.

L.1. Matrem, & propinquos) Ergo ſi morte patris filia minor 25.ann. ſui juris effecta ſit, matris conſenſum, & propinquorum exigimus propter ſexus imbecillitatem. Quod ut hinc apparet, primum obtinuit in pupillis, tum in viduis, deinde in virginibus puberibus, *l.* 18. & 20. *inf. eodem.*

L.5.

L.5. Si (ut proponis) pater) Hæc l. accipi debet de patre abſente, &c.

L.6. Viri prudentiſſimi Pauli) L.65. ff. de ritu nupt. Poſt l.6. addatur hæc Gordiani conſtitutio idem *A. Rationalibus. Manifeſtum eſt, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quæ data illo tempore, cum traducta eſt, fuerat, juxta ſententiam D. Severi, fieri caducam, nec ſi conſenſu poſtea cœpiſſe videatur matrimonium, in præteritum commiſſo vitio potuit mederi.* D. Kalend. Aprilis Antiochiæ Gordiano A. & Aviola Conſſ. vide lib.1. Obſerv. cap.11.

L.10. Cum te) idem Juſt. placuit nominatim in *Nov.22. §. neque item mul.*

L.11. Si invita) L.ult. inf. de liberis exhib. l.2. ff.eod.

L.18. Vidua) Contra, filius poteſt ducere ſine conſenſu patris, *l.filius emancipatus, ff. de ritu nupt.* Vide ſcripta ad *tit. de ſponſal.*

Vt in virginum conjunctionibus) Tribonianus hæc adſcripſit. Nam ut ex *C. Theod.* apparet, ſcriptum erat, *ut in pupillarum*. Imperatores autem intelligebant *l.1. hujus tit.*

Voluntas patris) Leg. *matris*.

L.19. Celebrandis) Conjunge *l.6. tit. prox.* Ex qua adde ad hanc ſubſcript.

Inter conſobrinos) Vetuſtiſſimis Romanorum legibus omnino prohibitæ erant inter cognatos nuptiæ, ut non liceret ſobrinam ducere, quæ eſt ſeptimo gradu. Tacitus lib. duodecimo Annal. & Plutarchus in problemat. Jure civili Juſt. in linea tranſverſa, quæ non habet rationem parentum, & filiorum, nuptiæ ſecundo & tertio gradu prohibentur, in quarto permittuntur, ut hic, & *§. duorum, Inſt. de nupt. l.3. de ritu nupt.* At jure C. Th. in quarto prohibentur nuptiæ: l. Theodoſii magni, cujus meminit Auguſtinus lib.15. de Civitate Dei, cap.16. Et Ambroſ. in epiſt. ad Paternum, Victor in vita Theodoſii magni: *Tantum pudori tribuit, ut nuptias conſobrinarum prohibuerit tanquam ſororum.* Ea lex non exſtat in C. Theod. ſed confirmata eſt à filiis in *C. Theod. l.manente, de inceſtis nupt.* Poſtea iidem patris legem abrogarunt per hanc in *l. celebrandis*. Temporibus tamen Juſt. capta Roma à Gotthis Romani legibus Theodoſii arcebantur: Et conſtat ex Caſſiodoro lib. 7. Variar. qui tunc vixit, eas nuptias tunc peti ſolitas ex reſcripto, & *C. Theod. ſi nupt. ex reſcript. pet.* Impp. Græci, qui ſecuti ſunt Juſtinian. uſque ad 7. gradum, prohibebant nuptias, ut conſtat ex lib. 28. Βασιλ. tit.5. Qui liber Βασιλικῶν editus eſt à Leone Philoſ. teſte Harmenop. circa annum Chriſti 690. Poſtremi Impp. Græci, ut Manuel. Comnen. prohibitionem extendunt ad octavum uſque gradum. Is imperavit anno Chriſti 1160. Quo tempore Gratianus edidit ſuam Rapſodiam, quæ prohibitio conſentit cum prohibitione pontificum, 35. *quæſt.* 2. *&* 3. Idem cautum eſt concilio Conſtantinop. VI. & Lateranenſi: primus Innocentius veterem prohibitionem, quæ erat uſque ad ſeptimum gradum, revocavit ad quartum canonicum.

L.23. In auth. Proximis, quæ eſt in Nov.117. uſque ad illuſtres) Quos hic Juſt. vocat illuſtres, Theoph. lib. 4. Inſtit. tit.4. Græci in lib. Βασιλ. tit. de nupt. vocant [illegible]. Locus ille Theophili adfertur ab interpretibus Βασιλ. Sed is non exſtat apud Theoph. Horum meminit Harmenop. lib.4. tit. quarto, περὶ μυστικῶν γάμων.

L.24. Nuptiarum accedat feſtivitas) id eſt, ἱερολογία.

L. 26. A ſacroſancto ſuſ. baptiſmate) Harmenop. *lib.4. epit. tit.6.* citans aliam l. Græcam, quæ prohibitionem iſtam nuptiarum propter hanc cognationem ſpiritualem extendit uſque ad tertium gradum. In lib. quoque Βασιλ. de nuptiis prohibitis citatur eadem lex. Unde puto eam fuiſſe Græcam quandam conſtitutionem, quæ deſit in C. Theodoſii. Item in 2. concilio Conſtantinop. prohibentur nuptiæ inter ἀναδεχομένας, id eſt, ſuſceptores, & ſuſceptas, id eſt, baptizatas, r.43.

L.27. Sexagenariis) In maſculis.

Quinquagenariis) In fœminis: vide c.23. de præſcript. & Ulp. in *Fragm. tit.16.*

De Inceſtis, & inutilibus nuptiis: TIT. V.

L. 1. Non habeat) Alioquin id pro ſtupro habetur: *Nov.22. §. hujuſmodi lege.* Junge *l.19. ſup. de nupt.* & ex hac adde ſubſcript. ad illam.

In auth. Ex complexu, ut nec alantur) At jure canonico alendi ſunt, *cap.5. ext. de eo, qui dux. in mat. quam polluit per adult.*

L.8. Quædam Ægyptiorum) Ex l. Moſaica cap.25. Deuteronomii.

De Interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, ſeu curatorem, filioſque eorum. TIT. VI.

L.1. Ruſticitatis, & imperitia) hæc quidem juris ignorantia non nocet, ſed etiam non prodeſt, quo minus ſit locus Senatuſconſulto.

L. 6. Nondum exacto 25.) Vel ut hodie conſtitutum à Juſt. nondum expleto tempore 29. ann. quoniam intra ea tempora retractari per in integ. reſtitutionem non poſſet: vide cap. 29. de præſcript.

L.7. Dos data) Vide not. ad *l.cum hic ſtatus, in fin. ff. de donat. inter vir, & uxor.* & ſcripta ad *l.2. ff.de his quibus, ut indign.*

De Secundis nuptiis: T I T. IX.

L.1. Edicto prætoris) Et à Juſt. *ſub tit. de bonorum poſſeſſ. §. 3.*

L.2. Ex fœminis) viri enim uxores non lugent.

Poſt decem menſes) qui olim luctui peragendo fœminis conſtituti erant. In Pandectis autem legitimi temporis tantum mentio fit, ut in *l.11. ff. de his, qui notant. infam.* Sic Seneca de conſolatione: *Majores 10. menſium ſpatium luctui viri præſtituerunt.* Theodoſius h. lege adiicit duos menſes. Inde eum ſecuti auctores meminerunt annui luctus. Sidon. Apoll. lib.4. Epiſt. Apulejus lib.8. vide c.13. de præſcript.

L.3. §. Illud) hic §. corrigitur in *Nov.2.* ſed aliqua ex parte reſtituitur in *Nov. 22.*

L. 4. Cum aliis) hujus conſtit. ſententia refertur in *Nov.22. § ſed neque illud.*

L.5. Generaliter) Conj. *l.3. inf. de bonis, quæ liber.* & ex illa adde ad hanc ſubſcript.

Vt aſſolet fieri) Erat enim olim hic mos in nupt. ut maritus ante matrimonium uxori res donaret, uxor vero eas res accipiens marito traderet tamquam in dotem cum aliis rebus. Euſtathius in Βασιλ.

Dividendi quoque) hoc abrogatur in *Nov.2. & 22.*

In his autem caſibus) huic §. derogatur in *Nov.22.*

L.6. Hac edictali) hanc Juſt. refert in *Nov. 22. §. commodiſſime.*

§. His illud: verſ. erit itaque) hæc hujus conſtit. pars corrigitur in *Nov.22. §. aliud vero.*

L.7. In quibus) hæc conſtitutio non abrogatur in *Novel.22.* Dat enim electionem filio prioris matrimonii non matri.

L.8. §. Certum eſſe) Ergo heredem ex aſſe ſcriptum ſequuntur nuptialia lucra. Verum hoc immutatum eſt in *Nov.22.* niſi ſcilicet filii ingrati probentur.

§. Talem. Ex anteriore matrimonio) Non ratione poſterioris, quia contractum non fuit. Sic initio hujus l. prius matrimonium dixit, licet poſt id aliud non ſit.

Filii ſunt) Qui ſcilicet adierint. Verum ex *Nov. 22.* etiam qui non adierunt, ad lucra nuptialia veniunt.

L.9. verſ. Ad eos, qui ex ſecundis) Verum ex *Nov.22. §. commodiſſime,* ſuperfluum addicitur tantum liberis prioris matrimonii.

Si ſecundo nupſerit mulier, cui maritus uſumfructum reliquit. T I T. X.

L. 1. Vſumfructum quem) hodie ex *Nov. 22. §. item ſi vero,* hoc ita verum eſt, ſi uſusfructus relictus ſit ſub hac conditione, ut ſi ſecundas contraxerit nuptias, eum amittat.

De Dotis promiſſione, & nuda pollicitatione:
TIT. XI.

Vide not. ad initium *tit. ff. de ſponſal.* & ſcripta ad *l.2. C. de inutil. ſtipulat.*

L.1. Fruſtra) Harmenop. lib.4. Epit. tit.8.

L.3.

L.3. Si enim) Vide ſcripta ad *l. 43. ff. de verb. obligat* *verbor. obligat.* & ad *l.97. illo tit.*

L.5. Si pater) Vide ſcripta ad *l. ſervo legato, §. ſi teſtator, ff. de legat.1.*

In gloſſ. Actio. Secus in legato) Actio ex teſtamento ei datur, cujus contemplatione legatur. Actio ex ſtipul.non datur ei. cujus nomine promittitur.

Accurſ.) Sic etiam recte ſolvit Thalelæus Græcus interpres Βασιλ.

L.6. Etiam ſtipulatio) Hinc Tribonianus illa verba amovit: *dictio vel*. Olim vero dictio, aut ſtipulatio neceſſaria erat: vide ſcripta ad rubricam de *verb. obligat.* & *ad tit.5. Fragm. Ulp.*

De jure dotium. T I T. XII.

L.1. Pollicitatio, vel promiſſio) Severus ſcripſerat, *dictio, vel promiſſio*. Et paulo poſt, *ex dictione, vel ſtipulatione*. Nec dum enim ex pollicitatione dotis erat actio, cum & ex pactis, & pollicitationibus præſcriptis verbis actio non condictio dari ſoleat: vide ſcripta ad *Rub. ff. de verb. oblig.* & ad *tit.6. Fragm. Ulp.*

L.4. Univerſa bona) Idque factum videtur, ſi conventioni potius quam pacto ex continenti appoſito tribuatur, *l.11. ſupra de religioſ.*

L.9. Cui poſtea) Secus eſt ſi ante, *l.2. infra de privil. fiſci.*

L.10. Cum dotem) Pacta mutant formas contractuum: vide ſcripta ad *l.12. ff. de præſcript. verb.*

Per pactum) Pacta enim, quæ initio contractus ex continenti adjiciuntur, formam, & legem dant contractui, & ex ipſo contractu dant actionem, non pariunt autem actiones, ſed proprio nomine leges appellantur, eaſque contractu contineri, vel ei ineſſe verum eſt: vide ſcripta Obſer.2. cap.15.

L.12. Ex pecunia) Græci in lib.Βασιλ. ajunt *ἐναντιοφανῆ* non *ἐναντίωσιν* eſſe inter hanc legem,& *l. res quæ, ff. eod.* quo loco tres adferunt ſolutiones,quarum priores non probantur, poſterior veriſſima eſt, ut dicamus *d.l. res quæ* locum habere, ſi maritus ſolvendo non ſit, id eſt, ſi pecuniam dotalem reddere nequeat, uxor tunc habet vindicationem directam rei ex dotali pecunia comparatæ quaſi dotalis rei. Nam dotis eſt vindicatio. Vindicationem directam illic Græci dicunt reſpectu hypothecariæ vindicationis. Triplex eſt vindicatio, proprietatis, uſusfructus, pignoris. Proprietatis vindicatio reſpectu aliarum dicitur directa, etſi utiliter experiamur, aliæ quaſi vindicationes ſunt. Eandem ſolutionem probat Cyn. vide etiam ſcripta ad *tit. C.ſi quis alteri, vel ſibi.*

L.19. Cum patrem) Vide not. ad *l.ſi genera, inf. eod.*

Si vero ex ea verborum) Ex ſtipul. naſcitur verb.obl.

L.20. Pro oneribus) *L. 8. inf. de donat. inter virum, & uxorem.*

L.26. Si genero) hæc loquitur de extraneo, non de filio, ut *l. cum patrem, ſup. eod.* vide ſcripta ad *l.18. in fin. de verb. oblig.*

L.29. Ubi) hæc l. duobus annis ante *l.ult.inf.qui pot. in pign.* lata eſt.

Secundum creditorem) hodie mulier præfertur omnibus creditoribus, & hypothecariis, *l.ult.inf.qui pot.in pig.*

L.30. In rebus dotalibus) Quinimo & in cæteris rebus mariti mulier præfertur omnibus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus *d. l. ult. qui pot. in pign.* Excepto fiſco, *l.9. hic*,& uxore priore, *Nov.91.*

§. Volumus: poſſidere) id eſt, competere. Sic Græci dicunt κατέχειν.

L.ult. §. Præterea biennium) vide cap.21.de præſcript.

De rei uxoriæ actione in ex ſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita T I T. XIII.

In ex ſtipulatu) id eſt, *in certi condict.* Ea enim dos certa petitur.

L.1. §.1. Si enim cum) hujus ſententiæ quærit Accurſ. hic exemplum. Græci hoc tradunt aptiſſimum: Stipulatio poſt mortem collata eſt inutilis. Quidam ſic eſt ſtipulatus promittis decem poſt biennium, ſive vixero; ſive mortuus fuero, valet ſtipulatio. Nam ex caſu utili confirmatur inutile, vide ſcripta ad *l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de* *verbor. obligat.* & ad *l.97. illo tit.*

§. Primum: edictum prætoris) De quo lib.3. Obſer. c.16.

§. Sed nec retentio) Nec compenſatio. Sed opponitur *l.6. C. de compenſat.* Verum hæc eſt nova deciſio, deinde ibi mulier non egit de dote, ſed ex ſtipulatu. Sic nec obſtat *l.1. inf. rer. amot.* vide ſcripta ad *d. l.6.*

§. Cum autem: in quantum maritus) Actione rei uxoriæ mulier petebat non certam pecuniam, ſed quanto melius æquius eſt dari. Cujus rei veſtigium eſt in *l. pen. §. ult.ff. ſol.matrim.* Cic. pro Roſc. Com.

De pactis conventis tam ſuper dote, quam ſuper donatione ante nuptias, & paraphernis. T I T. XIV.

L.1. Legem) Repetitur in *l. legem, ſup. de pact.* vide ſcripta ad *l.16. de fide inſtrum.*

Utilis eſt condictio) id eſt, præſcriptis verbis, quæ utilis dicitur, quia non civilis, ſed exemplo civilis actionis inducta.

L.4. Actionem vobis) Niſi utilem, *l.7. inf. eod.*

Maxime) id eſt, ita demum.

L.5. Hereditas) vide ſcripta ad *l.26. ff. de verb. oblig.*

L.7. Pater) vide not. & ſcripta ad *§.1. l.59. ff. ad Trebel.* quam huic l. opponunt.

L.9. Ex morte) hujus conſtitutionis, ut & ſequentis ſententia refertur in *Nov. 22. §. quod autem ſupereſt.*

§.1. Tantam) Male objiciunt *l. ult. §. ſi igitur, ſupra de donat. ante nupt.*

L.10. Lege Leonis) Quæ hanc præcedit.

De dote cauta non numerata. T I T. XV.

L.1. Dotem) vide not.ad *l.14. §.1. in fi.ſup.de non num. pecun.*& ſcripta ad fin.ejus tit.Idem dicitur in *Nov.100.* & *l.ult. inf. eodem.*

L.3. In dotibus) Conjung.finem *l.14. ſupra de non num. pecun.* vide not. ad *§.1. d. l.14.*

Intra annum) hoc Juſtinianus procedere ait, ſi biennio duraverit matrimonium, alioqui aut nulla competet exceptio, aut intra 3. menſes tantum: vide cap.20. de præſcript.

De donationibus inter virum, & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione. T I T. XVI.

L.7. Utiles actiones) Non tamen à fiſco vindicantur: vide ſcripta ad *Rub. ff. de his, quæ ut indig.* & ad *l.2.illo tit.* & not.ad *l.cum hic ſtatus, ff. hoc tit.*

L.8. Reſtitui ſibi poſt) uſuras tamen, & fructus, quos facto ſuo percepit ex re donata, ſibi acquirit, *l. 45. ff. de uſuris.*

L.9. Tua pecunia) vide ſcripta ad tit. *ſup. ſi quis alteri, vel ſibi.*

Repetitionem habes) Dabitur actio perſonalis pecuniæ nomine, aut condictio, ſi eam maritus uxori credidit, vel negotiorum geſtorum, ſi negotium uxoris gerens eam numeravit creditori, vel condictio ſine cauſa, ſi eam pecuniam donavit uxori.

L.14. Ex verbis) Obſt. *l. ſi quando 109. de leg. 1.* ſed ea l. eſt de eo jure, quod obtinet ante conſtit. D.Antonini: vide not. & ſcripta ad *d.l.ſi quando.*

L.15. Ob primipilum indemnitati) Alia primipili privilegia, vide ad *l.1.ſup. de condict. ex l.*

L.16. Nomine uxoris tuæ) Nam plerique in tabul. nolunt nomina ſua inſcribi, *l.pupillus, ff. de auct. tut. l. pen. inf. de contrahen. ſtipul.* edicto Juſt.1. vide ſcripta ad *tit.ſi quis alteri, vel ſibi.*

L.24. In ſervilem conditionem) At hodie ex *Nov.22.* nec deportatione, nec damnatione in metallum quiſquam ſervus efficitur.Ergo nec iis modis matrimonium ſolvitur.

L.25. Donationes) Antea ſecus erat, *l.1. §.1. ff. pro donat.* vide not.& ſcripta ad *l.ſi quando, in pr. ff. de leg.1.*

Subtilem diviſionem) Quidam enim ajunt ratihabitionem confirmare ea tantum, quæ ſunt facti, ut geſtionem, poſſeſſionem, pactionem, non ea quæ, ſunt juris. Juſtinianus vult omnia illam confirmare. Itaque inde poteſt tentari, hereditatem, quam filius injuſſu patris adiit, ei acquiri, ſi aditionem ratam pater habuerit, *l. 1. inf. qui adimit.* Hic locus citatur *ſup. l. Jul. ad Maced.* vide ſcripta ad eum tit.

De Repudiis, & judicio de moribus ſublato. TIT. XVII.

L.1. Sed indotatam) De dote actio non competit conſtante matrimonio, excepto hoc caſu, & illo, qui eſt initio *l.24. ff. ſol. matrim.*

L. 2. Tres peregrinationis annos) utiles; *l.ſæpe, ff. de ſponſal.* vide c.21. de præſcript.

L.7. Annorum quatuor) Juſt. pro hoc quadriennio ſubſtituit decennium in *Nov.*22. Et poſt pro decennio infinitum tempus, ut docet ſubjecta auth.

Judicium) Leg. indicium. Nam & Juſtin. in *Nov.*22. *vertit, σύμβολον.*

L.8. Conſenſu) Zonaras in c.5. Apoſt. & D. Ambroſ. in lib. de Abraham.

§.1. Si qua) Hujus conſtitut. ſentent. expreſſit Juſt. in *Nov.*22.

Adulterium) hæc olim cauſſa juſta non erat, *l.1. Cod. Theod. eod.*

Sepulchrorum diſſolutorem) Viſpellionem.

§. Hæc niſi: nec intra quinquennium) Quod in viro tantum ſervatur. Verum ex *Nov.*117. miſſo repudio ſtatim ei licebit cum alia contrahere: uxori poſt annum tantum, ne fiat ſanguinis confuſio.

L.9. Poſt annum) vide c.20. de præſcript.

L.11. Etiamſi dotali) hoc idem Juſt. mutavit in *Nov.*74. at in *Nov.*117. mutat ſententiam aliquatenus.

§. penult. In antiquis legibus) *L.ult. C. Theod. de inceſt. nupt.* Frag. Ulp. *tit.*6.

Si dos conſtante matrimonio perſoluta fuerit. TIT. XIX.

L.1.) Hæc l. cum præced. conjunctim leguntur *in Cod. Theod.* & vero diſcerptæ ſunt à compoſitoribus, ut docet inſcriptio, eademque debet eſſe ſubſcriptio. Hanc conſtitutionem Juſtin. confirmat, & interpretatur in *Nov.*22. *§. pone autem.*

Legibus ſtare) Niſi certis de cauſſis, *l.20. ff. ſol. matrim. l.73. ff. de jure dot.*

Rerum amotarum. TIT. XXI.

L.1. Compenſationis) Conjun. *l.6. ſupra de compenſat.* & ex hac adde illam ſubſcriptionem: vide ibid.

De Fundo dotali. TIT. XXIII.

L.1. Eſt autem alienatio) Sic Seneca lib. 2. de benefic. cap. 10. Alienationem definit rei ſuæ, & juris ſui in alium tranſlationem, & Feſtus alienatum vocat, quod alienum factum eſt. Vide ſcripta ad *l.28. ff. de verb. ſig.* Sic etiam Cic. in Top. definit abalienationem: vide ſcripta ad *tit. ſup. de rebus alien. non alien.*

De Concubinis. TIT. XXVI.

Hottomanus in verbo *Concubina* credit maritis ante hanc conſtit. non licuiſſe concubinas habere. Male, ut docet Paulus 2. *Sent. eod. tit. & l.*21. *§. mulier, ff. de verb. oblig. & l.Jul. ff. de divort.* vide ſcripta ad *d. §. mulier.*

De Naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus cauſſis juſti efficiantur. TIT. XXVII.

L.1. Senatores) Meminit hujus reſcripti Juſtin. in fin. *Nov.* 89. Et idem traditur in *Nov. Mart. de mat. Senat.* Sed utraque ſublata eſt *Nov. Juſt.* 117. & 89. Ulpian. in *Fragment. tit.*3. Ex ea Nov.89. apparet hic legendum, ut & indicat Novella Martiani, *perfectiſſimos*, id eſt, *διασημοτάτους.*

L. 2. Vel legitimis filiis) His deficientibus poteſt pater naturalibus filiis quadruplum relinquere, *l. 1. C. Theod. eod.* verum Juſtin. in *l.8.* hic, hunc quadrantem in ſemiſſem mutavit.

L. 3. Naturalem duntaxat fœcunditatem ſortiatur) Hæc verba rectiſſime abſunt à ſcriptis veteribus libris, nec ea agnoſcit Accurſ. planeque delenda ſunt, alioqui enim pugnarent cum *l. communium, §. ult. infra eod.* Qua conſtituitur, ut non ſolum, ſi ſoli ſint naturales filii, ſed & ſi ſunt legitimi ex juſto matrimonio ſuſcepti, naturales tamen curiales facti, fiant legitimi. Quæ pugna eodem in tit. ferenda non eſt. Suſpicor potius, ea verba hic tranſlata ab Haloandro ex *Novella Theod. de filiis decurionum.*

L.4. Principalem) id eſt, Curialem.

Et jure civitatis) Leg. *Boſtræ civitatis*, ut conſtat ex *Nov. Juſt.* 89. In qua hujus Leonis conſtitutio eodem caſu recenſetur, niſi quod legitur *ἐκ τῶν βουλευτῶν.*

L.5. Nulla ex juſto) idem in l. prox. verum in *Nov.*12. *§. ult.* huic juri derogatur.

Sex unciis) idem Juſt. in *Nov.* hoc caſu naturalibus dat jus obtinendi aſſis, ita tamen ut ſi teſtatori parentes ſupertint, illis legitima ſervetur. Cæterum ab inteſtato legitimis liberis, aut uxore legitima exſtante, filii naturales nihil conſequentur: ſed eis alimenta tantum boni viri arbitratu præſtantur. Quod ſi illi non exſtant, in ſextantem filii naturales ſuccedunt una cum matre, quæ in virilem portionem vocatur. Ea autem ſi deceſſerit, aut domo ejecta ſit, integrum ſextantem ſibi habent filii naturales: quod vero ex aſſe ſupereſt, cognatis, vel fiſco ſervatur ſecundum ordinem ſucceſſionum, *Novel.* 18. & 89.

L. 9. Ab eodem patre naturali) Diverſum eſt, ſi filii naturales per nuptias legitimi facti eſſent, *Novella* 12. *§. ult.*

L.10. Cum quis) huic conſtit. conſentit *l.6. ſup. eodem.* Porro hæc l. & quæ proxime ſequitur, pertinet ad futura, & præterita, ut conſtat ex *Nov.*19.

De Teſtamentaria tutela. TIT. XXVIII.

L. 8. Græcis verbis) In *Nov. Theod. de teſtament.* vide ſcripta ad *tit.*25. *Fragm. Ulp.*

De Confirmando tutore. TIT. XXIX.

L.4. Naturalibus) Conjun. *l. ult. inf. quando mul. offic. tut. fungi.* Hanc l. intelligit Juſtinian. *Novella* 89. dum ait, ſe quidem de naturalibus liberis ſcripſiſſe in tit. de tutoribus.

De Legitima tutela. TIT. XXX.

L. 3. Conſtitutione) Quæ eſt *l. 2. Cod. Theod. de tut. & curat.*

Lege Claudia) L. Claudia legitimas fœminarum tutelas ſuſtulerat. Ulp. in *Fragm. tit.* 11.

L. 4. Frater emancipatus) Confer *l. 8. infra de curat. fur.*

Etiam ad legitimam) Emancipati fratribus ſuis, id eſt, qui ſunt in patris poteſtate, ipſo jure non ſunt tutores, ſed hac conſtitutione efficiuntur legitimi.

Alienum ab) Quod ante hanc conſtitutionem licuit.

L.ult. §. Diſcretis, dativi vel legitimi) id eſt, Attiliani, & Titiani: vide ſcripta ad *tit.*12. *Frag. Ulp.*

Qui petant tutores, vel curatores. TIT. XXXI.

L.6. Matris) Conjun. *l. 1. infra, quando mul. tut. offi. fungi poſſ.*

Ubi petantur tutores, vel curatores. TIT. XXXII.

L.1. Formam perpetuam) id eſt, edictum perpetuum: vide not. ad *l.pignorum, C. de pign. act.*

Qui dare tutores, vel curatores poſſunt, & qui dari non poſſunt. TIT. XXXIV.

L.1. Quo magis) id eſt, quo minus, ut & in *l.3. ſup. de judic.*

L.6. Quod) Conj. *l.2. inf. de præd. min.*

L. 8. Creditorem) huic l. derogatur per Novellam Juſtin. 72.

In quibus caſibus tutorem, vel curatorem habenti, tutor vel curator dari poteſt. TIT. XXXVI.

L. 1. Tutelam) Conjun. *l. 6. ſupra qui petant tut. vel curat.*

L.2. §.ult. Accito prætore) *L.1. ſup. de tut. vel cur.*

L. ult. Si pater) Conjun. cum *l.ult. ſup. de confir. tut.* Hanc l. intelligit Juſt. in *Nov.* 89. dum ait, ſe de naturalibus liberis tractaſſe *ἐν τῷ περὶ ἐπιτρόπων γενομένῳ λόγῳ*, id eſt, in *tract. de tut.*

Renuntiet Senatuſconſulti Vellejani præſidio) *Novella* 94. & 114. vide ſcripta ad *tit. C. ad Senatuſc. Vellejan.* circa medium.

De Adminiſtratione tutorum, vel curatorum, & pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda.
TIT. XXXVII.

L.14. Quintum, & vigeſimum) vide cap. 29. tract. de præſcript. Opponitur *l.cum curatore, C.de adminiſt. tut.*

Poſci jure) Actione negot. geſt. Sic nec reliquæ generales

rales actiones ante finitum contractum exerceri poſſunt : vide not. & ſcripta ad *l. 5. ſup. pro ſocio*. A

L. 22.) Conjunge *l. ult. inf. quando decreto opus non eſt*. Ex qua apparet in ſubſcript. legend. Et Conſtantii Cæſ. IV. Conſ.

L. 23. Vectigal. prædio) Eſt de emphyteuticario civitatis, aut privati, non de fiſci, ut male Accurſ. putat. Nam hic ob vectigal non ſolutum non incidit in commiſſum : vide ſcripta ad *l. 2. ſup. de jure emphyteut.*

L. 25. Sine omni damno) Sic, & in *l. pen. ſup. de teſtibus, & l. ult. §. ult. infra, de bon. auct. jud. poſſ. §. at ex contrario. Juſtin. quibus alien. lic. vel non* vide ſcripta ad *l. penult.*

De Periculo tutorum, & curatorum. TIT. XXXVIII.

L. 4. Juſtæ ignorationis) Regulariter tamen pupillus id probare debet : vide ſcripta ad *l. 6. ff. de probation.* B

Liquidis probationibus) Nihil obſtat *l. 6. ff. de adminiſt. tut.* Nam utriuſque probationes admitti poſſunt in ſpecie *§. 1. l. 18. ff. de probat.*

De In litem dando tutore, vel curatore. TIT. XLIV.

L. 1. Si quas) vide ſcripta ad *tit. 11. Fragm.* Ulp.

L. ult. Curatore ad litem) hodie cum judicia ſunt extraordinaria. Olim cum ordinaria erant, *l. tutore, §. ult. Inſtit. de fideicom. tut.* Vide Ulp. in *Fragm. tit. 11. §. minoribus*. Et vide ibi.

Si Mater indemnitatem promiſit. TIT. XLVI.

L. 2. Quadam) *L. 6. ſup. ad Vellejan.* vide ſcripta, & not. ad eam.

L. ult. Decreto) Ad Senatuſconſulti etiam beneficium non pertinet caſus *l. 8. §. 1. & l. 19. ff. ad Senatuſc. Vellej.*

Ut cauſſæ poſt pubertatem adſit tutor. TIT. XLVIII. C

L. 1. Educatio) Juſtin. in Novella 22. *§. porro, & illud.*

Si Tutor, vel curator non geſſerit. TIT. LV.

L. 8. Longi temporis) Vide cap. 3. de præſcript.

De Uſuris pupillaribus. TIT. LVI.

L. 3. Idoneis hominibus) Leg. *idoneis nominibus*. Sic in *l. creditor, ff. de ſolut. & l. D. Severus, ff. ad legem Falcid.* vide ſcripta ad *tit. C. ad Senatuſc. Macedon.*

De Fidejuſſoribus tutorum, vel curatorum. TIT. LVII.

L. ult. §. ult. Plane) hinc pendet ratio *l. 10. ff. rem pupil. ſalvam fore*. Idem obtinet in ſpecie *l. 52. §. pen. ff. de fidejuſſ. & l. 2. in fi. de adminiſt. rerum ad civitat. pertin.*

Fidejuſſor obligatus) vide ad *l. 116. ff. de verbor. obligation.*

De Contrario judicio tutelæ. TIT. LVIII

L. 2. Vel utili actione) Quæ à Divo Pio data eſt, *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tut. & ration. diſtrah.* D

De Auctoritate præſtanda. TIT. LIX.

L. 1. Neque tutoris) hæc l. 1. repetita eſt in *l. 7. inf. de contrah. & commit. ſtipul.* ex hac illius inſcriptio, & ſubſcriptio reſtitui debet.

L. ult. Veterem dubit.) vide Ulp. in *Fragm. titul. ult. in fine*.

Quando Tutor. vel curator. eſſe deſ. TIT. LX.

L. ult. Indecoram pubertatem) Idem Juſtin. in princ. *t. quib. mod. tut. fin. Inſt.* Ulp. in *Fragm. tit. de tutel.* Contrariam ſententiam ſequitur Iſidorus lib. 6. Etym. c. 2, *& 3. ext. de deſponſ. imp.*

Duod. annos) Propter votorum feſtinationem, ait Macrob. in ſomn. Scip. Plutarch. in problem. quia in fœminis citius completur vigor naturalis, & quia citius ſeneſcunt, & moriuntur quam viri. In muliere fit ætatis mutatio per ſenarium, in viro per ſeptenarium, ait Clemens Alexandr. 6. *στρωματέων*, Ariſtot. libr. v. hiſtor. animal. E

De Excuſat. tut. & curat. TIT. LXII.

L. 4. Ampliſſ. ord.) idem in *l. libertum, ff. de rit. nupt.* & in teſtamento Sempronii Thucidiani militis: *Cajus Thucidianus, quia pupillam cujus juſſu meo tutelam geſſit, contra decretum ampliſſimi ordinis uxorem duxit, exheres eſto :* vide ſcripta ad *leg. 2. ff. de iis quibus ut indign.*

L. 6. Quinquaginta dies) vide cap. 12. de præſcript.

Qui Ætate. TIT. LXVIII.

Ann. Septuag.) vide cap. 33. de præſcript.

De Curatore fur. vel prod. TIT. LXX.

L. 5. Neque lucrum quidem) idem ex eodem Anaſtaſio proponitur in *l. 4. ſup. de leg. tut.*

L. 7. Cum furioſus Conjunge *leg. ult. ſup.* vide & ſcripta ad eam in qua, ut & in hac tractatur de officio curat. furioſi.

De Prædiis & al. reb. minorum ſine dec. &c.
TIT. LXXI.

L. 11. Si quidem vili pretio) vide not. ad *l. 15.* & ſcripta ad *l. 2. ſup. de reſcind. vend.*

Interpoſito decreto) Sic, & impuberi ex decreto arrogato verius eſt dari reſtitutionem adverſus parentem adrogatorem. *l. 3. §. ſi quis minor, ff. de minor.*

L. 12. Ob æs alienum) Conjun. *leg. 6. ſup. qui dare tut.*

L. 13. Etiam vectigale) Opponitur hæc lex ei, quod dicitur, agrum vectigalem, & emphyteuticarium idem eſſe : heic autem ſeparantur. Puto hanc eſſe differentiam, quod vectigal ſit civitatum patrimoniale, emphyteuticum fiſci. Vectigale igitur differt ab emphyteuticario, ut ſpecies à genere : vide fuſius ſcripta ad princip. titul. *ſup. de jure emphyt.*

Si Major factus alienat. &c. TIT. LXXV.

L. ult. Poſt ejuſdem heredis) Alii : *poſt ejuſdem ætatem heredis minoris*, quæ lectio defenditur ab Accurſ. & recta eſſe videtur, ut & Græci vertunt : *ἵνα τὸ λοιπὸν τῦ χρόνυ διάστημα δοθῇ, τῦ κληρονόμυ αὐτῦ ἐπιστάντος.*

AD LIBRUM VI.

De Servis fugitivis, & libertis, mancipiiſque civitatum, artificibus, & ad diverſa opera deputatis, & ad rem privatam, vel dominicam pertinentibus.
TIT. I.

LEx 1. *Servum fugitivum*) *L. 61. ff. de furt.*

Longi temporis) interpres tamen *Nov. Valent. de Epiſc. aud.* tradit, eam exſtingui 30. ann. Quod verum eſt, ſi dominus deſierit poſſidere hac l. vide cap. 30. tract. de præſcript.

Fiat damnoſa) Ita nec ſervi conteſtatio fraudulenta ſuis dominis damnoſa eſt, *l. 4. §. Labeo, ff. de uſucap.*

De Furtis, & ſervo corrupto. TIT. II.

L. 5. Civile) Opponitur, *l. cogi, ſupra de pet. heredit.* vide not. ad eam.

L. 9. Subtracto) vide ſcripta ad tit. *de condict. furt. ſup.*

L. 18. Intra annum utilem) Hunc annum Harmenopul. lib. 6. Epit. tit. 7. ait continuum eſſe, videlicet ex poſterioribus conſtituti.

L. 22. §. ſed eum in : Ab ipſo Papiniano) Quem etiam certum eſt ſententiam mutaſſe in ſpecie *l. 6. in fin. ff. de ſerv. export.*

De Operis libertorum. TIT. III.

L. 5. Quo eum ante manumiſit) Quod quidem potuit *l. 32. ff. de dolo*.

L. 10. Liberti) hæc l. alias eſt lex 6. hujus tit.

De Obſequiis patrono præſtandis. TIT. VI.

L. 3. Pactione data) Pactio, ut & pactum hic ſumitur pro eo, quod datur ex pacto : vide ſcripta ad *tit. de ſuffrag. ſup.*

De Libertis, & eorum liberis. TIT. VII.

L. ult.) hæc lex ait, libertos ingratos, etiamſi militent, in ſervitutem revocari. Sic, & in *l. 1. C. de obſeq. patr. præſt.* non autem, ut Græci putant, quaſi videntur eſſe ingrati eo ipſo quod militant : vide c. 10. tract. de præſcript.

Vel eorum filii) hujus rei exemplum eſt in *Nov. 22. §. ſi vero decretum*.

De Jure aureorum annulorum, & de natalibus reſtituendis. TIT. VIII.

L. 2. Libertinitatis) Leg. *libertinis*.

Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus. TIT. IX.

L. 1. Si ratam petitionem) Id & in hereditate dici poteſt

Digitized by Google

teſt ex Nov. lege Iuſt. *l. donat. inſ. de donat. inter vir, & uxor.* qua ratihabitio omnis retrotrahitur: vide ſcripta, & not. ad *l. ult. C. ad Macedon.* A

L. 2. Centum dierum) vide cap. 15. Tr. de præſcript.

L. 3. Infantis nomine) vide cap. 23. de præſcriptionibus.

L. 6. Juris ignorantiam) Idem in *l. 10. ff. de bon. poſſeſſ.* At ignoranti factum tempora petendo bonor. poſſ. non procedunt.

L. ult. Apud duumviros) At olim cum petebatur bonorum poſſeſſio, eam duumviri dare non poterant: vide ſcripta ad *l. 1. ff. de juriſdict.*

Laodiceæ) Legendum Serdicæ. Conſtantino A. vj. & Conſtante Cæſ. Coſſ.

Vnde liberi. T I T. XIV.

L. ult.) hujus ſpeciem, vide libro Obſer. 4. c. 6.

De Carboniano edicto. T I T. XVII. B

L. ult.) in *C. Theod. lib. 4. tit. 3. l. un.* Hæc lex adſcribitur Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio. Sed & Rufini nomen, qui ſub his Impp. PP. fuit, & conſulum ratio facit, ut hanc potius probem.

Vnde vir, & uxor. T I T. XVIII.

L. 1. Pro antiquo jure) habita ratione conſtitutionis eorumdem Impp. novæ, cujus ipſi meminere in *l. ult. Cod. Theod. de legit. hered.* vide ſcripta lib. Obſ. 3. c. 12.

De repudianda bonorum poſſeſſione. T I T. XIX.

L. 1.) Conjungenda huic *l. l. 38. ſup. de tranſact. & l. 4. ſup. de poſtul. & l. 3. inf. de repud. her.* & ex his adde ſubſcript. ad hanc l. Ser. viii. Kalen. Januar. Nicomediæ CC. Conſſ.

Emancipatus) Scilicet præteritus. Sed ſi ſuus patruus injuſtum teſtamentum dicat, & mox quaſi repudians hereditatem tranſigendi cauſſa in jure profiteatur, ſe eam non petituram: nulla eſt repudiatio, nulla tranſactio, *l. 3. inf. de repud. hered. & l. 4. ſup. de poſtul.* C

L. ult. Bonorum poſſeſſionem) Idem eſt in herede, *l. 13. §. ult. ff. de acquir. hered.* Idem etiam in fideicommiſſo, *l. 26. inf. de jure deliber.*

De Collationibus: T I T. XX.

L. 1. Si pater, ut hoc fiat) Quo ſolo caſu hoc jure ex teſtamento locus eſt collationi, *l. 7. hic*. Quod jus etiam Juſt. probavit in *l. ult. ſupra comm. utriuſque judic.* At ex *Nov.* 18. etiam ex teſtamento conferri oportet, niſi nominatim id teſtator prohibuerit.

L. 3. Pactum) vide ſcripta ad *l. 16. ff. de verb. oblig.*

Juris auctoritate improbatur) hodie tamen rata eſt hæc conventio, ſi jurejurando ſit firmata, *cap. quamvis de pact. in 6. Decret.* Probata eſt, & illa conventio, de qua lib. 2. *Feud. tit. 26. §. filii, & tit. 29.* D

L. 4. Seu adventitiam) idem in *l. 1. §. ſi ſub condit. ff. de coll. dotis.* Sed hoc emendatum eſt in *l. ult. hic.*

L. 13. Si donatione) Vide ſcripta lib. 3. Obſ. cap. 30. Ita hanc l. accipit, ut ab inteſtato ſui donat. ſimplicem conferant. At ex teſtamento inſtituti donata præcipua retineant, *l. 18. ſup. famil. erciſc.*

L. 17. Emancipatis videlicet liberis) Ergo emancipati ſuis donat. ſimplicem conferunt. Nec mirum, cum & olim adventitia omnia conferebant. Cur ergo profectitiam donat. non conferant ſuis? Aliud eſt in *l. pen. hic.*

In ſubſcript.) Buſeo.

L. 18. Ex antiquo jure) Quod Anaſtaſianam conſtitutionem anteceſſit, quia nova forma emancipationis faciendæ eſt introducta. E

L. 20. Occaſione militiæ) At id, quod dignitatis nomine à patre datum eſt, non confertur, *l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bonor.* Sed caſus militiæ, & ejus æſtimatio imputatur in legitimam, *l. 30. in fin. ſupra de inoffic. teſtam.*

§. Ad hæc) Ergo emancipati emancipatis, vel quoties de bonis maternis, matris, avi, & proavi materni hereditate agitur, liberi ſibi invicem donationes ſimplices ab eis parentibus profectas non conferunt, niſi duobus caſibus, qui hic explicantur.

De Teſtamento militis. T I T. XXI.

L. 3. Propter ſimplicitatem) Sic *Inſtitut. eodem in principio.*

L. 9. Tacite eum exheredare) huic igitur filio querela denegatur, quam & nominatim exheredatus non haberet, *l. 9. ſupra de inoffic. teſtamen.* hodie autem ex *Novell.* 115. teſtamentum in totum non infirmabitur, ſed in partem inſtitutionis duntaxat.

L. 17. Ne quidam) Conjun. *l. ult. ſup. de teſtam. milit.*

L. 18. Pupillis ſi tribunatum) idem conceſſerat Conſtantinus profitentibus cœlibatum auctore Sozomeno, & Nicephoro.

Qui teſtamenta facere poſſunt, vel non. T I T. XXII.

L. 5. Eunuchis) hoc de caſtratis accipiendum eſt, quibus olim permiſſa quidem fuit teſtamenti factio, ut conſtat ex *l. ſed & quæſitum, §. ſed ſi caſtratus, ff. de lib. & poſtum.* Sed non cæterorum exemplo. Neque enim ante annum 18. ſpadonibus, id eſt, caſtratis teſtamentum facere licebat, auctore Paulo *lib. 3. cap. 4.* Hic cæterorum exemplo teſtamenta facere permittitur, nempe 14. anno. Hanc cauſſam gloſſ. non intellexit.

Exemplo omnium) Nempe 14. anno.

L. 7. Cum heredes) Fuit aliquando conſtitutum, ne fiſcus aliquid caperet ex codicillis, *l. 7. C. Theod. de teſtam.* quod tantum fuit indultum privatis.

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur. T I T. XXIII.

L. 1. Teſtes) hujus reſcripti mentio fit in *§. ſed cum aliquid, Inſtit. eodem.*

L. 5. A principibus) Severo, Antonino, & Gordiano, *l. 4. infra tit. prox.*

L. 8. Caſus) At ex *Nov. Valent. de teſtamentis*, generaliter teſtes diverſis horis obſignare poterant.

L. 13. De pecunia ſua) idem in *l. 6. §. & ait Julianus, ff. de adminiſt. tut. & l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.* vide notata, & ſcripta ad dictam *l. nemo.*

L. 15. Ademptis iis) Conſtantinus hic videtur tollere, teſtam. quæ per æs, & libram fiebant.

Imp.) *Frag. tit. 21. & 24.*

L. 18. Præfecto urbi) hæc ideo præfecto urbi Impp. reſcripſerunt, quia ſub ejus diſpoſitione erat magiſter cenſus.

L. 19. §. 1. Actis cujuſcunque) Quid fieri poſſit docet *Nov. Valent. de teſtamentis.*

Scriniis) Memoriæ ſcilicet, & diſpoſitionis, quibus jura continebantur: vide ſcripta ad *l. penul. ſupra de fide inſtrumen.*

L. 21. §. Ex imperfecto inter ſolos liberos) Verum ex *Nov.* 107. etiam inter liberos neceſſe eſt, ut teſtatio mentis noſtræ ſit ὁλογράμματος. Præterea hic §. accipiendus eſt de minus ſolemni teſtamento: nam ſi vitio aliquo laboret, interrumpitur heredum inſtitutio.

§. ult. Cum hoc §. conju. *l. ult. ſup. de teſtam. tut. & l. directas, inf. de teſt. manumiſſ.* vide ſcripta ad *tit. 25. Fragm.* Ulpiani.

L. 22. Dictantibus teſtamenta) Quales ſunt juriſperiti, argumento *l. 88. §. ult. de leg. 2.* qui in teſtamento teſtes eſſe poſſunt: an & legatarii? Improbiſſimum eſſe genus falſi Plinius ſcribit lib. 2. epiſt. ult. utimur tamen hac lege.

L. 26. Formalia verba) Τυπικά. Theophilus, & ſolemnia.

L. 26. Sancimus) Abrogatur *l. 6. C. Theod. eodem*: vide cap. 26. de præſcript.

L. 29. Jubemus) hæc l. à Juſt. abrogata eſt in *Nov.* 119.

§. Quod ſi: vel in ejus heredes) At teſtamentum nuncupativum nullum eſt, ſi teſtator, omnes heredes non nuncuparit, cum id vellet, *l. 25. ff. hic.*

De heredibus inſtituendis, & quæ perſonæ heredes inſtitui non poſſunt. T I T. XXIV.

L. 3. Voluntatis eſt quæſtio) In ambiguo autem ſequimur Tiberii decretum, *l. 41. ff. eodem.*

L. 6. Si compenſandi) vide ſcripta ad *tit. C. de hered. action.*

L. 9. Extraneum) Non item filium, quia hæc inſtitutio præteritioni ob longiorem moram ſimilis eſt: vide

ſcri-

ſcripta ad tit. *Cut action.ab her. & contra her. incip.* Dele QUIS, & SIBI, & lege, cum morietur. Item, *ſcribi placuit*.

L. 11. Extraneum) *L. ult. C. Theod. de leg. hered.*

L. 13. Quoties) At heredes ſcripti ex re certa revocantur ad rationem totius aſſis, cum omnes ita ſint ſcripti, *l. 11. ff. eodem*.

De Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis. TIT. XXV.

L. 5. Sine teſtamento, vel) hoc loco, vel eſt παραδιάζευξιν, & hæc disjunctio pro conjunctione accipitur: vide notata ad *l. pen. inf. de verb. ſign.* & ſcripta ad *l. ſi is, qui duos, §. ult. de rebus dubiis*.

De Impuberum, & aliis ſubſtitutionibus. TIT. XXVI.

Aliis) id eſt, furioſorum, & extraneorum.

L. 1. Imp. M. Ælius Antoninus) Leg. Imp. Titus Ælius Anton. ut aperte oſtendit *§. etſi ex diſparibus, Inſtit. de vulgari*. Nam hic eſt D. Pius. Id etiam ſubjectorum Conſſ. ratio docet.

L. 8. Si vero poſt pubertatem) Ergo in *l. 15. ff. de vulg. ſubſt.* verba directa, ut precaria ſuſtinentur, alioqui poſt pubertatem decedente filio, ex ea ſubſtitutione non tantum militis, ſed & pupilli bona deberentur: vide ſcripta ad d. *l. 15.* & not. ad *l. 18. ff. ad Trebel.*

Veluti ex cauſſa) veluti plerunque verum exprimit, ut hic, & *l. 75. §. fundi, ff. de verb. obl.* vide ſcripta ad *d. l. 75.*

L. 9. Mente captus, vel) Ex ſententia hujus conſtitut. idem dicemus in muto, ſurdo ita nato, vel facto.

L. 10. Cum quidam) huic l. obſtat *§. cum ita, l. heredes 57. ff. ad Trebell.* vide ſolut. in notatis, & ſcripta ad eam l.

L. ult.) In hac l. ult. Juſtin. manifeſto abrogat ſententiam Labeonis in *l. ſi pater tibi, ff. de vulg.* qui putabat in ea ſpecie duos ſemiſſes faciendos: Nam & Juſt. hic ait, hanc ſententiam Ulp. tractaſſe in ea l. ſcil. 8. *§. ſi pater*. Nam recte Haloander eam *l. ſi pater* facit §. l. præcedentis, quæ eſt Ulpiani: vide ſcripta ad *l. 18. ff. de leg.* & not. ad *d. l. ſi pater*.

An tres ſubſtituti) Forſitan, quia quiſquis vim diſtributionis habet, *l. hoc articulo, ff. de hered. inſtit.*

L. ult. Pene intelligantur) Pene dixit recte: pater ſibi judicare non poteſt, in cauſſa filii poteſt, *l. in privatis, ff. de jud.* Præterea non poteſt quis pro ſe ipſo fidejubere, *l. heres, §. 1. ff. de fidejuſſ.* At pater pro filiofam. poteſt fidejubere, & contra, *l. 8. C. de fidejuſſ.*

De Neceſſariis ſervis heredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis. TIT. XXVII.

L. ult. Sin non aliquis ſubſtitutus) Leg. *Si non alius fuiſſet inſtitutus*.

De Liberis præteritis, vel exheredatis: TIT. XXVIII.

L. 4. Alia jura civilia: alia prætoria) vide ſcripta ad init. tit. *de lib. & poſt.* ubi ex tit. 22. Ulp. hanc differ. explicat.

§. ult. In poſtumis exheredandis) At ex *Nov. 115.* notum, exheredari non poſſe, quia ſine elogio nulla eſt exheredatio. Elogium autem nullum poſtumo adſcribi poteſt.

De Poſtumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis, vel præteritis. TIT. XXIX.

L. ult. An videantur non contineri) Legend. *An hi, qui vivo teſtatore nati ſunt, videantur non contineri*, aut certe, id eſt, omnino ſubintelligendum.

Filius, vel filia) Idem eſt in nepote.

Maneat teſtatoris voluntas) hic abrogatur *l. 10. l. 29. §. forſitan, ff. de lib. & poſt. l. 26. de vulg. ſubſtit.*

De Jure deliberandi, & de adeunda, vel acquirenda hereditate. TIT. XXX.

L. 5. Potuit) Quod ſi pupillus ſit infans, per tutorem hereditas acquiri debet, *l. 65. §. ſi pupillo, ff. ad Trebell.*

L. 10. Qui jure civili) id eſt, l. 12. tab. ut docet *l. 1. inf. de except. & l. 1. ſup. ſi certum pet. l. 2. ff. de nox. act.* vide ſcripta ad d. l. 1.

L. 11. Renitente) Idem obtinet in bon. poſſ. *l. 2. ſup. de repud. bon. poſſ.*

L. 17. Cretionum) A Conſtantino ſublata jam erat cretio in maternis ſucceſſ. *l. 1. C. Theod. de maternis bonis*: vide ſcripta ad tit. 22. *Frag.* Ulp.

Solemnitatem) *L. 1. Cod. Theod. de cretionibus, vel bonor. poſſ.*

L. 18. Minori 7. annis) vide cap. 21. de præſcript.

L. 19. Protelandam) De hoc verbo vide not. ad *l. 2. §. pen. C. eod. tit.*

Reliquum tempus) Opponitur *l. ult. Cod. ſi pend. appell.* vide ſolut. in c. 16. tract. de præſcript.

L. 22. Arma etenim magis) hæc quoque militum imperitia militare induxit teſtamentum, *Inſtit. de milit. teſtamento in princ.*

§. Sin autem dubius: triginta dies) vide cap. decimum, de præſcriptionibus.

Alios ſexaginta dies) vide cap. 13. de præſcript.

§. Sin vero creditores: vel indebiti condictione) Sic fiet, ut alius ſolvat indebitum, alius repetat, *l. 3. de condict. indeb.*: vide ſcripta ad *tit. ſup. de hered. act.*

§. Sin vero heredes: condictionem ex lege) Ex hac lege Juſtin.

§. In computatione) vide ſcripta ad fin. *tit. ſupra, de hered. act.*

§. Licentia: anteriorem noſtram legem) *L. ult. infra, de quæſt.*

§. Donec, præjudicio generando) *L. 2. §. pen. ff. de jud.*

§. Sin vero poſtquam) hinc ne colligas inventarium adita demum hereditate fieri poſſe. Nam & à morte teſtatoris fieri poteſt. Conſtant. Harmenop. *lib. 5. Epit. tit. 11. §. 25.*

§. Hæc quidem: uno anno) vide cap. 25. de præſcript.

De Repudianda, vel abſtinenda hereditate. TIT. XXXI.

L. 3. Suus heres) Conjunge *l. tranſactio, ſup. de tranſact.* & ad hanc ex illa ſubſcriptioni diem adde hoc modo. Sripta A. VIII. Kalend. Jan. Nicomediæ. CC. Conſſ. Conjunge præterea *l. 4. ſup. de poſtul. & l. 1. ſupra, de repud. bonor. poſſ. & l. 10. ſupra, de petit. hered.* vide etiam ſcripta ad *l. 9. ſup. de oblig. & act.*

L. ult. Intra trium annorum) vide cap. 22. tractat. de præſcript.

Quadriennium) vide cap. 23. de præſcript.

Reſtitutionibus) A prætore factis.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. TIT. XXXII.

L. 3. Præter diem, & conſulem) Dies igitur, & conſul in teſtamento adſcribi ſolebant, *l. 2. §. diem, ff. eodem*. Quod uti fiat literis, non notis, Juſtin. conſtituit in *Nov.* 107. vide ſcripto ad *l. 20. ff. de teſtam.*

De Edicto Divi Hadriani tollendo, & quemadmodum ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur. TIT. XXXIII.

L. 3. Occaſione viceſimæ) L. Julia, quæ viceſimam ſanxit, eadem, & de aperiendis tabulis cavit, & ita edicto quoque D. Hadrianus de viceſima ſimul, & de aperiendis tabulis conſtituit, *l. ult. ff. de appellat. recip.* De hac l. Julia vide Plinium in Panegyrico, & Paulum *lib. 4. Sent. tit. de viceſima*. & Plin. lib. 7. epiſt.

§. ult. Poſt annale tempus) Ex edicto D. Hadriani poſt annum ſcripti heredes in poſſeſſ. rerum hereditariarum non mittuntur. Paulus *lib. 3. Sent. tit. 5.*

Anguſtiis temporum) Anni.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit: TIT. XXXIV.

L. 2. In gloſſ. Removeri) Ab his verbis (*puto tamen non nocere*) uſque ad additionem, dele omnia, & repone, imo mihi nocebit, & auferetur mihi hereditas, quia non habeo integram defuncti voluntatem: vide ſcripta ad *l. 19. ff. de his, quibus ut indign.*

De Iis, quibus ut indignis hereditates auferuntur, & ad Senatuſconſultum Syllanianum. TIT. XXXV.

Vide not. & ſcripta, ad *Rub. ff. eod.*

L. Heredes) Hoc reſcriptum Juriſconſultus in *l. ejus, qui, inf. de jure fiſci*: vide ſcripta ad *l. 3. 10. 7. ff. eod.*

Uſuras autem ſemiſſes) hæ ſunt uſuræ vulgares, & moderatæ, ſicut & fiſcales: vide ſcripta ad *l. 26. C. de uſur. ſup.*

ſup. Hæc autem verba videntur addita à Triboniano ex *d. l. 26.* ut & in *l.cum quidam* , *ff. ead.* Pupillares etiam uſuræ ſunt ſemiſſes .

L. 2. Præſidem deliberaturum) Aut etiam princeps , ſi eum adeat , pupillo ſervabit legatum beneficio ætatis , *l.tutorem , in fin. ff. eod.* Paulus *lib.5. Sent. tit. de jure fiſci:* Vide ſcripta ad *l. 5. ætatis* , *ff.eodem* .

L.3. Ampliſſimi ordinis conſultum) Syllanianum .

L.5. Non oportet) Hoc intellige ex *l. 5. ſup. de religioſ.* vide ſcripta ad *l.ult.ff.eod.*

L.9. Cum fratrem) Paulus *lib.3. Sent. tit.5.*

De codicillis . TIT. XXXVI.

L. Negantis) Multa ſunt negantia , quorum probatio exigitur : vide ſcripta ad *l.1.ſup. de probat.*

L. 8. Cæteraſque ſimiles) Qualis eſt utilis ſecundum voluntatem defuncti , *l.1. ff.ſi tab.teſt.exſtab.*

Ex more petierit) Scriptum fuerat ex edicto D.Hadriani , quæ verba Tribonianus ſubtraxit propter *l. ult. ſup. de edic. D.Hadriani tol.*

§.Illud : niſi id illa complexus) *L.29. ff.* de *teſtibus* .

De legatis . TIT. XXXVII.

L.2.Hereditatem vendideris) Vide ſcripta ad princ. *tit. ſup. de heredit. vendita* .

Petere poterit) Actione ex vendito , aut ſtipulatu .

L.5.Non eſt dubium) Hæc l. accipienda non eſt de eo , cui certa res legata eſt (Nam hanc ſi auferat , nihil damni facit) Sed de eo , cui portio hereditatis legata eſt . Nam ait pro portione competenti: Nam ſi quid ſubripuerit , in eo actio legati non tenebit : vide not. & ſcripta ad *l. 6. ff. de his quibus ut indign.* Sic nihil obſtat *tit. quod legat.*

L.7. §. Error) vide ſcripta ad *l.1. ff. de leg. 1.*

Jus legati dati) Secus eſt , ſi teſtator putabat fundum Sempronianum eſſe , qui à majoribus appellatus ſit Cornelianus . Legendum , *Cornelianum* , quia hic error & in nomine , & in corpore , *l.4. ff.de leg.1.*

L.8. Ab adminiſtratione) Oppon. *l.5. ſup. de condict. ob cauſſam dat.* vide ſcripta & not. ibi.

L.10.Cum alienam) vide ſcripta ad *l. ſi res obligata* , *ff. de leg.1.*

Tali perſonæ) Hæc præſcriptio non eſt perpetua , *l.Sticho , inf.de uſuf.leg. l.cum pater, §. evictis, de leg.2.* Hujus rei tota diſquiſitio in facto conſiſtit .

L.18. Utilibus autem) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de oblig. & act.*

L.19. Non tantum duum menſium) vide cap. 13. tractat. de præſcript.

L.21. Verborum obſervantia) Sublatæ ſunt legatorum ſingulorum formulæ , verba *ῥητικά*

L.24. Cum quidam) vide ſcripta ad *l.11. D. de leg. 1.* & ſcripta ad *tit. 23. in fi. & ad tit. 25.Fragm. Ulp.*

Vel legare , vel fideicommittere) Quoniam id nominatim , & propalam fieri neceſſe eſt. At in ſpecie, *l.5.§.1.de leg.3.* ſecus eſt . Sume exemplum ex *§. poſt mortem, Inſtit. de leg.*

L. 25. Pupillo autem aſſignatur) Si is heres ſit : vide ſcripta ad *l.3.de leg.1.*

L.ult. Opponunt *l.nemo poteſt* , *D.de leg.1.* qua dicitur, obligationem legatorum non finiri ipſo jure , ſed tantum oppoſita exceptione doli . Verum hæc l. non loquitur de obligat. ſed de dominio legati . Emendat enim hic Juſt. veterum ſententiam , qui idem definiebant in dominio , quod in obligatione, conſtituitque , ut legatorum dominium tempore finiatur . Idem non invenitur conſtitutum de legatorum obligatione . Quare dicendum eam tolli tantum per except. quam ſi omiſeris , actum eſt . Vide notata & ſcripta ad dict. *l. nemo poteſt.*

De verborum , & rerum ſignificatione . TIT. XXXVIII.

L.2. Pecora ſtercorandi , vel paſcendi) Quæ tamen inſtrumento legato non cedunt, *l.9.D.de inſtr.leg.*

L.3. Cautionis nomine) Sic & Juſt.*Nov.22.§.placet* : vide not. ad *l.jubemus* , *§.1.inf.ad Trebel.* & ſcripta ad *l.Titius, D.illa tit.*

L. 4. §. Melius) Hic locus mendo non caret : Itaque dudum monui legendum ſic : ut magis ſit *παραδιάζευξις* , ut & primam . Eſt vero *παραδιάζευξις* , cum quid ita disjungimus , ut conjunctum eſſe appareat : vide ſcripta ad *l.8. ff.de leg.1.* Eadem forma *παρασιώπησις* dicitur, cum quid ita reticemus, ut tamen tacitis nobis intelligatur ; vide ſcripta ad *l. ſi is, qui ducenta* , *§.ult. ff. de rebus dubiis* .

L.ult. Suggeſtiani) vide not. & ſcripta ad *l. filiusfam.§. Divi 2. de leg.1.*

Si omiſſa ſit cauſſa teſtamenti . TIT. XXXIX.

L. 2. Non uſurpabitur) Leg. *non inſuperbabetur* , ut quorundam vetuſtorum librorum veſtigia habent . Sic & in *l.ſunt perſonæ, ff. de religioſ. & ſumpt. l. heredes* , *ff. de his , quib. ut indign.* Eſt autem inſuperhabere , negligere, aſpernari.Sic Gellius & Apulejus lib.4. aſini aurei, *lacrymis his inſuperhabitis*, id eſt, omiſſis. Græci lib.59. *βασιλ.* vertunt *παρορᾷν*. Symmachus lib.2. Epiſt.Eccleſiaſt.29.Interprete D.Hieronymo , *qui delinquit in animam ſuam, inſuperbabebitur*:vide lib.3.Obſerv.cap.22.& ſcripta ad *l.17. & 3. ff.de his quæ ut indig.*

De fideicommiſſis . TIT. XLIII.

L.1. Probaveris) vide ſcripta ad *l.5. C.de uſuris* .

Triennio) Vide cap.21.de præſcript.

In futurum quoque) Idem in *l.6. ff. de uſuris* . Sed opponitur *l. creditor* , *C.de uſuris, & l.uſuris, & l. operis* , *ff. de operis lib.* Dicendum , hic legatum alimentorum debitum fuiſſe , ſed dubium erat , an eſſet relictum in ſingulos annos, aut quoad viveret legatarius . Pro legatario fuit præſumptio , ſi triennio perceperit : vide ſcripta ad tit. *ſup. ne uxor pro marito* .

L.6. Prædia obligata) Pignori . Vide ſcripta ad *l. ſi res obligata* , *ff.de leg.1.*

L.11. quoties) Hoc explicandum eſt ex *Nov.* 159. vide not. ad *§.libertis, & §.ſeq.l.cum pater, de leg.2.* & ſcripta ad *§.Divi 2. l.filiusfam.de leg.1.*

L. 12. Poſt mortem) Male hanc l. ſimilem eſſe dicunt *l. pater* , *ff. quæ in fraud. cred.* vide not. ad eam legem . Obſtat *l. filiusfam. §. Divi* , *ff.de leg.2.*vide not.& ſcripta ad eum locum .

L. 15. Quamvis) vide ſcripta ad leg. 11. *ff.de legatis 1.*

L.20. Etiam) Hæc l. conjungenda eſt cum *l. 5.ſup. de reb. credit.* vide ſcripta lib.4.Obſ.ca.27.Nam ejus pars eſt, & ex illa hujus emendanda eſt ſubſcript. vide ſcripta ad *d.l.5.*

L.22. Epiſtola, vel libello, vel ſine ſcriptura) Hæc omnia obtinent vicem codicillorum. Nam codicilli fiunt ex ſcripto , vel ſine ſcriptis .

L. 24. originis eorum) Id eſt , auctoritatis & dominii : Sic in *l.10.* alias *9.ſup.de pign.act.*vide ſcripta ad eam .

L.26. Ex repudiatione) Hæc l. opponitur *l. 7.ff.de leg.1.* Sed hac in re ſtatuenda eſt differentia inter dominum, & patrem . Delata ſervo dominus repudiat , quia ſervi perſona non ſpectatur , id eſt , non ſpectatur fieri poſſe , ut is manumittatur : at filiiſam. perſona inſpicitur , id eſt , conſideratur fieri poſſe , ut ſui juris fiat. Pater repudiando ſe fraudat non filium , at dominus repudiando , ſe & ſervum fraudat : vide ſcripta ad *d. l.7.*

L.29. ex teſtamento) Huc pertinet *l.29.de teſtam.*

L.32. Quæſtionem) Hæc l.non negat jusjurandum, quod fideicommiſſarius debet heredi referre, recuſari poſſe: vide ſcripta ad *l.9. & 12.ſupra de rebus credit.*

Ad ſatisfactionem compelli) Ergo hoc caſu non poteſt appellare .

§.ult. Juſtis diſpoſitionibus) Paulus *lib. 3. Sentent.tit. de Senatuſconſ. Syllan.* vide ſcripta ad fin.tit. *ff.de his quæ ut indign.*

Communia de legatis , & fideicommiſſis, & de in rem miſſione tollenda . TIT. XLIII.

L.1. §. 1. Hypothecam rerum ſuarum in teſtamento) Pignus teſtamentarium .

Nos in præſenti caſu) Ergo Juſt. primus ex omnibus legatis dedit diverſas actiones . Sed obſtat *l. cum filius* , *§. Variis* , *ff. de leg. 2.* Ubi Papinianus oſtendit varias actio-

actiones dari legatorum nomine. Sed ille §. eſt accipiendus de legato vindicationis. Nam & illud poterat peti actione in perſonam, *l. cum homo, ff. de leg. 1.* vide ſcripta ad *Rub. ff. de leg. 1.* A

L. 2. Omne) ait ſe æquaſſe per omnia legata fideicommiſſis: at hoc tribuitur Ulp. in *l. 1. ff. de leg. 1.* vide not. & ſcripta ad eam l.

Quale eſt, jubeo) Jubeo, alias eſt precarium verbum, & tunc ſignificat cupio, ut in *l. Aurelius, §. ult. ff. de liberat. leg.* Alias directum, ut hic, & ideo ait forte, ſic impero, ſic & ὀνομῶ: vide ſcripta ad *Rub. de leg.* & ad *l. 115. & 118. illo titulo.*

Dicente ὁ ἐρῶ) Leg. ὀνομῶ.

L. 3. §. Sed & ſi quis: viri boni arbitratu) vide ſcripta ad *l. 43. ff. de verb. oblig.*

§. Cenſemus ipſi legatario) Hoc ideo, quia non ex teſtamento ei electio delata eſt, ſed ex hac conſtitutione. Et ſic non obſtabit *l. ſi quis affirmavit, §. 1. ff. de dolo*: vide ſcripta ad *l. 5. ff. de leg. 1.* B

Non optimum ex ſervis) Sic cui homo generaliter legatus eſt, optimum eligere non poteſt, *l. 37. ff. de leg. 1.*

Mediæ æſtimationis) vide ſcripta ad *l. 13. ff. de leg. 1.* & not. ad *l. 37. illo tit.*

De Falſa cauſſa adjecta legato, vel fideicommiſſo.
TIT. XLIV.

L. 2. Etiamſi) vide ſcripta ad *l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, de leg. 1.*

L. 3. Si non) vide not. & ſcripta ad *d. l. ſi ſic legatum, dict. §.*

L. ult. Legati) id eſt, directis verbis. Vide ſcripta ad *Rub. ff. de leg. 1.* C

De iis, quæ ſub modo legata, vel fideicommiſſa relinquuntur.
TIT. XLV.

L. 1. Modus adſcriptus) In eo ſcilicet, ut utrumque impleri debeat.

L. 2. Licet antea) Sed neque ex conditione dandi alteri, *l. 8. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſtam.*

De Conditionibus inſertis tam legatis, quam fideicommiſſis, & libertatibus. TIT. XLVI.

L. 1. Quem pro parte heredem) Obſtat *l. filiusfamil. §. cum quis, ff. de legatis 1.* vide ibi not. & ſcripta.

L. 5. In gloſſ. Competentem) Dele hanc rationem, *quia in legatis nullas, &c.* & repone, male: nam eadem ratione contendam ex pura ſtipulatione filiifamil. patri adquiri non ex legato, falſo tamen: vide etiam rationem in not. & ſcriptis ad *l. 78. ff. de verb. oblig.* D

De uſuris, & fructibus legatorum, ſeu fideicommiſſorum.
TIT. XLVII.

Vide ſcripta ad *l. 39. §. fructus, ff. de leg. 1.*

L. 1. Ex eo tempore quo lis) idem ex *l. 2. & ult.* hujus tit. conſtat. Verum mora fit (*) & ante litem conteſtatam per interpellationem, *l. 36. §. ult. ff. de leg. 1. l. 3. ff. de uſur.* Paulus in fin. lib. 3. Sentent. Interdum etiam ætatis beneficio mora fit in rem tantum, *l. 26. §. certe minori, ff. de fideicommiſſ. lib.*

L. ult. In legatis) vide ſcripta ad *l. 23.* & ad *l. 39. §. 1. de legat. 1.*

Poſt litis conteſtationem) atque adeo poſt moram, *l. 123. l. 39. §. 1. de leg. 1.*

Non ex die mortis) vide cap. 18. de præſcript.

Sive in rem, ſive in perſonam) niſi jure voluntatis, *l. 3. §. 2. ff. de uſur. l. 32. ff. ad Trebell.* ut ſi teſtator fundum cum inſtrumento legaverit, Paulus lib. 3. *Sentent. tit. 6.* dum ait, *fructus percepti, &c.* E

Ad Senatuſconſultum Trebellianum. TIT. XLIX.

Et de incertis perſonis) Delenda ſunt hæc verba: Nam & in hoc tit. nihil agit de incertis perſonis, ſed in vetuſto C. hæc verba ſunt: Inſcriptio ejus tit. qui hunc præcedit. Sub eo autem una exſtat Græca Juſt. conſtitutio, quæ tenet folia octo, id eſt, quaternionem unum. Erat igitur titul. ſeparatus de incertis perſonis, qui hunc titul. ad Senatuſconſultum Trebel. præcedebat. Ejus tit. conſtitutio periit. Meminit illius Juſt. in *Inſtit. de leg.* Vide ſcripta ad *l. 5. ff. de rebus dubiis.*

L. 4. Cum Divo Antonino) hoc idem Ulpian. refert in *l. 74. ff. de leg. 1.* Verum olim legata nominatim relicta ab inſtituto ſubſtitutus non debebat, niſi ab eo fuiſſent repetita ſpecialiter, vel generaliter. Hinc toties quærebatur de repetitione legatorum, ut in *l. 32. 52. 81. §. ſi paterfam. & l. 13. §. pen. ff. de leg. 1.*

Quaſi tacite) *L. licet Imp. ff. de legat. 1.* vide ſcripta ad *l. 32. ff. de legat. 1.* & Ulpian. in *Fragm. tit. 17.*

L. 6. Jubemus) Soli filii fructus non imputant in Falcid. reliqui liberi imputant. Itaque hæc conſtitutio non abrogat, ſed derogat *l. Papinianus, §. unde ſi quis, ff. de inoffic. teſtam.* vide ſcripta ad *l. 18. ff. eod.*

Trebelliani Senatuſconſulti) Scripſerat Zeno Pégaſiani, ſed ubique Tribon. repoſuit Trebellianum. Sic & in *l. ſi heres ab eo, ff. eod.* Vide ſcripta ad *l. 18. ff. eod.*

§. 1. Et ſi pater) Inſtitutus ſcilicet. Quo caſu Falcidiam retinet ſuo jure, ut heres. Sicque nihil obſtat *l. 11. ff. de leg. 1.* vide ſcripta ad eam.

Vel mater) Inſtituta. Sin minus, Falcidiæ locus non eſt, ſi pater filio inſtituto rogatus ſit eidem filio hereditatem reſtituere, *l. 11. ff. de leg. 1.*

In ſupradictis ſatiſdationem) id eſt, ἀσφάλειαν, nudam repromiſſionem, *l. 7. ff. ut legat. nom. cau. Nov. 22. §. placet, l. 2. ſupra de verb. ſignificat.* vide ſcripta ad *l. Titius, ff. ad Trebell.*

Cum pater vel mater) hunc caſum nominatim Juſt. probat in *Nov. 22. §. placet.* Ergo his duobus caſibus filius exiget à patre nudam cautionem: imo videtur omnibus caſibus *Nov. 108.* Sed in ea loquitur de liberis rogatis reſtituere ſuis fratribus, eis fratres cavent de quadrante: At hic §. non loquitur de filiis teſtatoris rogatis reſtituere ſuis filiis: eis non cavent niſi duobus caſibus: vide ſcripta ad *d. l. Titius, ad Trebell.*

L. 7. Ubi tamen) vide ſcripta ad *§. utrum l. apud Julian.* & not. ad *l. ſed nec ipſi, ff. hoc tit.*

Ad Legem Falcidiam. TIT. L.

L. 3. Etiamſi) vide ſcripta ad *l. in tacitis, ff. de leg. 1.* & ad *tit. 25. Frag. Ulp.*

L. 9. Error facti) vide ſcripta ad *l. regula, §. ſi quis jus ff. de juris, & facti ignor. & ad fin. tit. 24. Fragm. Ulp.*

L. 13. Si ea) hujus l. ſpeciem vide in commentariis noſtris ad *tit. de minoribus, l. 35.* vide etiam ſcripta ad *l. plane ſi filium, §. ſi cui Stichus, ff. de leg. 1.*

L. 18. Repetit eam pecuniam) Cur interdictum, quod legat. non pertineat ad donat. cauſſa mortis, vide in not. ad *l. 1. §. ſi quis. ff. quod legat.*

L. ult. Cum certum) idem eſt in fideicommiſſo, quod ex Pegaſiano Senatuſconſulto datum eſt, *l. 5. §. ſi quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & uxor.*

De Caducis tollendis. TIT. LI.

L. 1.) De hac l. vide ſcripta ad *l. 16. ff. de leg. 1.* & ſcripta ad *tit. de caducis in Frag.* Ulpiani. Reſtituitur autem in ea jus antiquum, quod fuit ante l. Pap. vide ſcripta ad *l. 11. ff. de leg. 1.*

§. 1. Solis parentibus) Ulpian. in *Fragm. tit. 18. l. 29. de leg. 2.* vide ſcripta ad *l. 11. ff. de leg. 1.*

§. 2. Senatuſconſulta quæ circa) Quæ varia facta ſunt: vide not. ad *l. idque, ff. de hered. inſtit.*

§. In primo: nullo gravamine) nam ſi quod relictum eſt, habetur pro non ſcripto, cur non & onus ei injunctum habebitur pro non ſcripto? vide ſcripta ad *l. 16. de legat. 1.*

§. Quod ſi ut) Olim fiſco cedebat cum onere. Ulpian. in *Frag. tit. 17.* vide ſcripta ad *l. 16. ff. de leg. 1.*

§. Cum enim gravamen in dando) vide not. ad *l. veteris, inſ. de contrah. & committ. ſtipul.*

§. Sin vero: ab alio) vide ſcripta ad *l. 45. ff. de verb. oblig.*

In pro non ſcriptis) Si quod relictum eſt, habetur pro non ſcripto, cur non & onus, quod ei injunctum eſt, habebitur pro non ſcripto? vide ſcripta ad *d. l. 16.*

In novi juris compoſitione) id eſt, in Pandectis. Sunt autem duo: unus in *l. cum vero, §. ſi pro non ſcripto, ff. de* fidei-

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 8.*

Digitized by Google

fideicommiſſ. lib. cujus cauſſa eſt favor libertatis. Alter eſt A in *l. ult. ff. de his, qui pro non ſcript. hab.* Ratio eſt, quia id nominatim cautum eſt Senatuſconſulto Liboniano, *l. filius, §. ult. ff. ad l.Corn. de falſ.* vide ſcripta ad *d.l.16.*

§. In his itaque: Aliis coheredibus cum ſuo) Coheredi conjuncto re, & verbis invito accreſcit, quia hereditas unius ejuſdemque hominis vicem ſuſtinet. Fieri nequit, ut unus homo pro parte ſit, pro parte non ſit: ſic fieri non poteſt, ut hereditas pro parte ſit, id eſt, exſiſtat, pro parte non ſit, id eſt, vacet: ideoque recte hic ait, *ejuſdem hereditatis.* Sic in *l.2. ff. de acquir. hered.* In eadem hereditate. At legatum non ſuſtinet vicem defuncti, non eſt nomen juris, & ideo nihil vetat id ſcindi, niſi totum palam ſit adſcriptum: Nam tunc uti datum eſt, ſic debet repudiari, ſi totum datum ſit pro palam, tunc B partem repudiando nihil agis: vide not. in *§. ubi autem, inf. eodem,* & ſcripta ad *l. 16. de legat.* 1.

§. Ubi autem) Tam conjuncti re, & verbis, quam verbis tantum, ſolidum habent ab initio, concurſu vero partes: ſed in hoc differunt, quod conjunctis re tantum ſolidum ab initio expreſſim datur, & palam. Ea re fit, ut alter non poſſit legatum ſcindere, quod ei ut ſolidum palam relictum eſt. At conjuncti re, & verbis non expreſſim, ſed tacite ab initio ſolidum habent, & ideo uno deficiente alter invitus totum non capit, ſed partem repudiare poterit. Sic ſi uni ſoli fundus ſit legatus in ſolidum, is totum agnoſcere cogitur eadem ratione, *l. ſi cui res de leg.* 2. At ſi idem die legati cedente, & eo nondum agnito, duos heredes reliquerit, alteri invito alterius pars non adcreſcet, ſed partem poterit repudiare, quod tamen non potuit defunctus, cui expreſſim fuit ſolidum C relictum, *l. 38. ff. de leg.* 1. vide ſcripta ad d. l. 16. in fi. & ad *l. 33. ff. de leg.* 1.

Conjunctim) Re, & verbis.

Disjunctim) ut ſint re conjuncti.

§. Sin autem: disjunctim) hinc ſumpſit Tribon. *l. 33. ff. de leg.* 1. vide ſcripta ad eam.

Suam quiſque partem pro virili) Ulp. in *Frag. tit.*24.

Uno tantummodo genere legati) Per vindicationem.

Quando dies legati, vel fideicommiſſi cedit. TIT. LIII.

L. 5. Ex his) Confirmatur hac conſtitutione decretum Antonini Pii: quod eſt in *l. non putabam, ff. de condiction. & demonſtrat.* rejecto contrario Antonini Caracallæ, quod eſt in *l. qui filium, §. Fabius, ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* vide not. ad *d. §. Fabius,* & ſcripta ad *l. ſi cui legetur, ff. de leg.* 1. D

Ad legitimum ſtatum) id eſt, ad annum 25. quæ ætas propter l. Lætoriam dicitur legitima: vide cap.28. de præſcript.

Non conditio) Quia jam perfecta ſcriptura legati teſtator hæc adjecit. Quare accipere poterit, cum erit pubes. Diverſa autem eſt ſpecies *l. 22. ff. eod.* quæ obſtat, & *l. ſi Titio, ff. eod.* quæ ait, legatum eſſe conditionale: vide ſcripta ad *l. ſi cui legetur, ff. de leg.* 1. Hic ergo, etiamſi filius moriatur ante annum 25. heres illius capere poteſt eo tempore, quo filius legitimæ ætatis foret, *l. Firmio, §. 1. ff. eod.* Et hæc fuit ſententia Johannis recta: Nam hic pure legavit, poſt ſeparatim adjecit: *Quæ accipiet, cum erit annorum* 25. At in *d. l. ſi Titio* legatum eſt, cum erit annorum 25. quod eſt conditionale.

Ut in poſſeſſionem legatorum, vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſſa mittatur, & quando ſatiſdare debeat. TIT. LIV. E

L. 2. Judicio voluntatis) *Leg. judicio, ex l. avia, §. ult. ff. de condit. & demonſtr.* ubi eadem verba referuntur ex eadem conſtitutione. Sic emendandum in *l. ante tabulas, ff. de jure codicill. & l. uxor, C. de repud.* Porro Falcidia expreſſim eſt à teſtatore prohibenda, *Nov.* 1. Atque ita Lutetiæ judicatum fuiſſe refert Johan. Papon. lib.20. Excipiendus eſt caſus *§. ult. l.19.* vide ſcripta ad *l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1.

L. 5. Jure prætorio) Miſſio eſt ex edicto prætoris.

L. 6. poſt ſex menſes) vide cap. 8. de præſcript.

De ſuis, & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus. TIT. LV.

A *L. 1. Si fratri*) hoc caput ſuo loco poſitum non eſt, ut nec *l. 6. inf. eod.*

Ad Senatuſconſultum Tertullianum. TIT. LVI.

L. 4. Si qua) Repetita eſt in *l. 1. ſup. de ſecund. nupt.* ad quam ex hac l. addenda eſt ſubſcriptio.

Ex jure quidem) Poſt Juſt. in *Nov.* 22.

L. 5. Mater) Corrigitur in *Nov.* 2. ſed aliqua ex parte reſtituitur in *Nov.* 22.

L. 6. Omnem) hæc l. conjung. cum *l. ſciant, inf. de legit. hered. & l. pen. inf. in quibus cauſſis pign.* ut docent inſcript. & ſubſcript. eædem ſumptæ ex *Nov. Theod. de tutoribus, & curatoribus, inf. de legit. hered.* Subſcriptio in *Nov. Theod. eſt, D. 6. Id. Jul.*

Ad Senatuſconſultum Orfitianum. TIT. LVII.

L. 3. Matri inteſtato) item ſine cretionis ſolemnitate. B Eodemque modo mater filio heres fit, *l. 1. Cod. Theod. decret. vel bon. poſſ. l. 1. C. Theod. de legit. hered.* Filius autem patri ipſo jure heres exſiſtit.

De Legitimis heredibus. TIT. LVIII.

L. 10. Sciant) Conjun. *l. pen. inf. in quibus cauſſis pign. & l. communem, ſup. de Senatuſc. Tertyll.* ut docent inſcript. & ſubſcript. eædem, ſumptæ ex *Nov. Theod. de tutoribus.* Ubi eſt, *D. 6. Id. Jul.*

Intra annum) vide cap. 20. de præſcript.

L. 12. Quinquagenaria) Ulpia. in *Fragm. tit.* 16. vide cap. 32. de præſcript.

Communia de ſucceſſoribus. TIT. LIX.

L. 10. Nutritoribus) De eo tamen dubitatum fuit, quia alumni ſive τρόφιμοι, ſunt ex familia, & nomine educatoC ris, eiſque teſtamento tutores dati confirmantur, *l. 22. ff. de excuſ. tut.*

De bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio, vel alias acquiruntur, & eorum adminiſtratione. TIT. LXI.

L. 8. §. Sin autem in ſecunda ætate) id eſt, in adoleſcentia, ſic in Nov. Juſt. δευτέραν ἡλικίαν ponit pro adoleſcentia, & in *Nov.* 115. *& in §. ubi autem, inf. eod. & l. pen. C. de impub. & al. ſubſt.*

§. Ubi autem filiorum conſenſus) itaque cum pater ex cauſſa adventitia actione experitur, quæ communis eſt patris, & filii, de rato cavere debet, exemplo dotis, *l. 2. in fin. ff. ſolut. matr.*

§. Non autem) hic §. valde obſtat *l. 7. §. reſtitutus, ff. de minoribus.*

D *§. ult. Momentarius*) vide cap. 1. tit. de præſcript.

AD LIBRUM VII.

De Teſtamentaria manumiſſione. TIT. II.

L. 10. *Directis*) In teſtamento directo manumiſſi pileum ſtatim ſumere, ac funus præcedere ſolebant: vide ſcripta ad libr. Obſer. 3. cap. 23.

L. 14. Directas) Conjun. *l. ult. ſup. de teſt. tut. & l. 21. in fin. ſup. de teſtamentis.*

L. 15. §. Sin vero quidam: eſſe reſpuendam) in Comœdia adoptitia Plauti, quæ dicitur Querulus: *Nobis,* ait *quotidie ſunt nuptiæ, natales, debacchationes ancillarum, feriæ, propter hoc quidam manumitti nolunt:* vide ſcripta E ad *l. 62. de verbor. oblig.*

De Fideicommiſſariis libertatibus. TIT. IV.

L. 6. Deberi) vide Ulp. in *Frag. tit.* 1.

L. 11. Pervides) hoc verbo utimur in re clariſſima. Sic in *l. 7. in fin. ſup. quod cum eo, & l. procuratorem, ſupra de procurat.* Horatius, *Cum tua pervideas.* Ubi male Nanſius, & Victorius: vide ſcripta ad *d. l. 7.*

L. 12. Non videri) Niſi, ut Thalelæus notat, forſitan probetur fideicommittere eo verbo teſtatorem voluiſſe. Nam ex noviſſimis conſtitut. eſſe verbum ad fideicommittendum utile atque validum eſt: vide not. ad *l. generali, de uſufr. leg.* & ſcripta ad *l. 115. de leg.* 1.

Auctoritate juris) Paulus *lib. 4. Sent. tit.* 1.

L. 14. §. ult. Sive unius) De hoc dubitatur, quia libertas

tas nominatim relinquenda erat ex l. Fuſia, *§. libertas*, A *Inſtit. de legat.* Paulus 4. *Sent. tit. ult.* Idemque ſervatur in ſpecie *§. 1. l. 17. de leg. 1.*

L. ult. §. ult. Duorum menſium) vide cap. 3. de præſcript. Sic & in *l. ult. ff. qui ſine manumiſſ. ad lib. perven.*

De Latina libertate tollenda, & per certos modos in civitatem Romanam transfuſa. T I T. VI.

L. 1. §. Sed ſcimus) *L. 2. ff. qui ſine man. ad liber. perv.* Idem Juſt. io *Nov.* 22.

§. Sed, & qui) vide hac de re ſcripta libr. 3. Obſerv. cap. 23.

§. Ille autem: ſalvo jure patronatus) Jus hoc libertorum intelligit, quod conſiſtit in ſucceſſione libertorum. Datur civitas Romana, ſalvo obſequio, & reverentia, quæ debetur patronis. Quinimo ſi libertini exſtiterint ingrati erga patronum, patiuntur *ἀναδούλωσιν*, quo nomine non parata eſt actio, ſeu querela ingrati, quæ datur tam patronis, quam eorum liberis. Quod olim filiis non dabatur. Ambroſ. in lib. de Jacob. & beata vita: vide *Nov.* 78. & ſcripta ad eam. B

De Servo pignori dato manumiſſo. T I T. VIII.

L. 1. Licet dotale) huic l. conjungenda eſt *l. 1. infra, de remiſſ. pignor.* ex qua ad hanc l. ſupplenda eſt ſubſcriptio, P. P. V. Kal. Aug. Romæ Antonino A. IV. & Balbino Conſſ. Utraque eſt ad Proculum, is eſt ſervus manumiſſus: vide not. ad *d. l. 1.* in qua ſubſcriptio hæc eſt. P. P. Kalend. Maii, Antonino A. II. & Geta II. Conſſ.

L. 6. Sicut cæteræ) *L. 7. in princ. ff. qui pot. in pign. l. 3. ff. de rebus eor. qui ſub tut.*

De Iis, qui à non dominis manumiſſi ſunt. T I T. X.

L. 1. At ſi ſuos) Quaſi ſuus. C

Vel quanti) Dele, *vel*

L. 3. Qui tibi hereditatem) vide ſcripta ad *l. 6. ſup. de hered. vendit.* quam conjunge cum hac lege.

Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur. T I T. XI.

L. 3. Divo Marco) Primus enim hujus rei definiendæ auctor fuit, licet idem D. Hadriano placuiſſe ſcribat.

Auctorem ſuum) id eſt, hiſtrionem, ſive ille ſervus ſuus, ſive alienus fuerit, ut puta, ſi magiſtratus, qui populo nummos aliquot dedit, ex acclamatione populi manumittat.

L. 4. Senatuſconſulto, quod geſtum) Sic *l. 1. ff. de offic. conſ.* vide ſcripta ad *l. 66. ff. de verb. oblig.*

L. 5. §. ult. Emptori) Ex ſpecie hujus l. ſatis conſtat legeodum, *venditori*. Græci ſic vertunt *τῷ πράτῃ*. Hæc nomina ſæpe commutantur: vide ſcripta lib. 1. Obſerv. c. 10. D vide notata ad *l. ſi in emptionem, ff. de action. empti*, & ſcripta ad *l. ubi, ff. de rebus dub.*

Qui non poſſunt ad libertatem pervenire. T I T. XII.

Impp. Severus, & Antoninus) Leg. Impp. Verus, & Antoninus. Nam ii ſuot ejuſdem conſtitut. auctores, qui alias divi fratres ſæpe in jure dicuntur; ot conſtat ex *l. fratres Impp. ff. de pœnis.*

L. 1. Cum divus Claudius pater) Deleodum *Claudius*.

Pro quibus cauſſis ſervi pro præmio libertatem accipiunt. T I T. XIII.

L. 1. Quoniam) Conjun. *l. 1. ſup. de prec. Imp. offer.* & ex illa adde ad hanc ſubſcript.

L. 2. Servi) huic l. conjungenda eſt *l. 1. inf. de falſa moneta*, ex qua ad hanc ſupplenda eſt ſubſcriptio. D. XV. Kal. Decemb. C. P. Criſpo. III. & Conſtantino III. CC. E Conſſ. Subindicant, & id quidam codices, in quibus talis legitur ſubſcriptio, D. XV. Kalend. Decemb. Conſtant. Criſp. Hinc etiam conſtat, male in quibuſdam codicibus pro XV. legi 13. In d. l. traditur, accuſatoribus pro præmio concedi immunitatem: ſic dicitur ſervis dari libertatem.

De Ingenuis manumiſſis. T I T. XIV.

L. 4. Cum cognatum) vide ſcripta lib. 3. Obſ. cap. 19. ubi notavi, hunc locum accipiendum eſſe de tyrannide Odenati, & Zenobiæ ejus uxoris, quam devicit Aurelianus Imp. Odenatus autem ſub Galieno, & Valeriano fuit Palmyrenorum rex, vel decurio. Ut ſit hæc legis ſententia, ingenuum, qui ex Odenati, & Zenobiæ tyrannide redemptus fuerit, retineri quidem velut jure pignoris, non tamen recte diſtrahi velut captivum, eamque diſtractionem ingenuitati nihil præjudicare.

Communia de manumiſſionibus. T I T. XV.

L. 1. Si proprietarius) Ulp. in *Fragm. tit.* 1.

§. ult. Exploſa antiqua) De qua Paulus *lib. 1. Sentent. tit.* 13.

De Liberali cauſſa. T I T. XVI.

L. 5. Vendente fiſco) Sic qui emit à fiſco, non ſemper eſt ſecurus. Thalelæus hic: vide ſcripta ad *tit. Cod. de hered. vend.*

L. 7. Si ab eo) Secus eſt ex diverſo in ſpecie *l. 20. ff. qui, & à quibus manum.*

L. 9. Conceptio) vide not. ad *l. eam, quæ, inf. eod.*

Nomini cognomen) Thalelæus Græcus interpres ad hanc l. notat, ſervum non habere cognomen. Idem Artemidorus in lib. de ſomniis: vide ſcripta ad *l. filiusfam. §. Divi, de leg. 1.*

L. 17. Multis) Vide ſcripta ad *l. 10. ſup. de probation.*

L. 21. Eam, quæ) hic locus explicabitur ex *§. ult. l. 7. ff. eod.* & ex *l. 20. ff. de probat.* vide ſcripta ad *l. 10.*

Habere præjudicium) Recte Thalelæus hic notat, omnem ſtatus quæſtionem eſſe præjudicialem. Eſt autem triplex, an ſit ſervus, an libertinus, an filiusfam.

Sui conceptione) Eſt autem conceptio petitionis formula, ut ſit ſenſus: petitio ipſa ſui conceptione indicat, utrum petatur ex ſervitute in libertatem, an ex contrario. Sic etiam accipitur in *l. cum pretium, ſupra eodem, & l. cum tibi, infra, de eviction.* vide ſcripta ad *l. 1. ff. de verbor. ſignificat.*

C *De Aſſertione tollenda.* T I T. XVII.

L. 1. In utroque caſu ceſſare) hic abrogatur *l. 1. C. Th. de liber. cauſſa.*

Procuratorem dare) Sic derogatur primæ Pauli Sotenti, ex *lib. 5. tit. 35.*

§. Scientes, unum annum) vide cap. 20. tract. de præſcriptionibus.

De Ordine cognitionum. T I T. XIX.

L. 2. Ordinanda prius) vide ſcripta ad *l. 4. ſup. de reb. cred. & jurejur.*

L. ult. Sequeſtrari) vide ſcripta ad *tit. de probib. ſeq. peru. ſupra.*

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. T I T. XXI.

L. 5. Quod eſt conſtitutum) A Nerva, *l. ult. ff. eod.*

D *L. 7. Procuratorem reipub.*) *L. rei privatæ.*

De Senatuſconſulto Claudiano tollendo. T I T. XXIV.

Vide Comment. & ſcripta ad *tit. 12. Fragm.* Ulpian.

De Uſucapione pro emptore, vel transactione. T I T. XXVI.

L. 3. Uſucapere) Pro ſuo, *l. 48. §. ſi ancilla, ff. de furtis.*

L. 6. Pignori fuiſſe obligatum) ita tamen, ut non tenente creditore debitur pignus alii vendiderit, & tradiderit. Hoc enim caſu poſteaquam furtum admiſſum eſt, non rediit ea res in domini poteſtatem: ſecus eſt in *§. ſi rem, l. 4. ff. de uſurpat. & uſucap.*

L. 8. Lex cauſſa) *L. 29. ff. de uſurp. & uſucap.*

De Uſucapione pro herede. T I T. XXIX.

L. 2. Nihil pro herede) id eſt, ſuis heredibus exſiſtentibus nemo uſucapere poteſt pro herede. Sui enim heredes non fiunt, ſed exſiſtunt heredes, nec adquirere bona dicuntur, ſed retinere: ea igitur bona quaſi viventis bona pro herede uſucapi non poſſunt, nec verum eſt, ſuum heredem pro herede uſucapere non poſſe. Jus enim id colligi poteſt ex *l. 3. in fin. ff. pro herede.*

De Uſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi. T I T. XXXI.

Rerum mancipi, & nec mancipi) De quibus Ulpian. in *Fragm. tit.* 19.

L. 1. §. Ideo 10. vel 20.) vide cap. vigeſimum ſextum, de præſcript

§. Cum autem: continuum triennium) vide cap. 22. de præſcript.

In rebus mobilibus) in uſucapione enim non conjungebantur tempora inter emptorem, & venditorem, *l. 33.*

§. *libertus*, *ff. de ſervit. urban. præd.* Sed longi temporis poſſeſſione, *l.* 14. *ff. de uſurp. & uſucap.* §. *inter venditorem*, *Inſtit. eod.* A

Rebus, & locis omnibus) Litis tamen conteſtatione, aut libelli obſignatione interrumpitur uſucapio, *l. pen. & ult. inf. de annal. except.* Cæterum incidens mala fides longi, aut longævi temporis poſſeſſionem interpellat, *l.* 11. *inf. de præſcript. longi temp.*

De adquirenda, & retinenda poſſeſſione. TIT. XXXII.

L. 1. *Per liberam perſonam*) id eſt, per procuratorem: vide ſcripta ad *l.* 38. §. *ſi ſtipul. ff. de verb. obl.* & ad *l.*67. *illo tit.* Ait per procuratorem adquiri ignoranti poſſeſſionem, cur non, & per ſervum? *l.*1. §. 3. *peregre*, §. *quæſitum*, *ff. eodem*. Hoc ideo fit, quia procurator habet voluntatem, & mandatum ejus, cui adquirit. Alioquin non niſi volenti, & ſcienti adquiritur poſſeſſio, *l. ea, B quæ, de acquir. rer. domin.* vide etiam ſcripta in *tit. per quas perſon. nob. acquir.*

L. 5. *Cum nemo*) huc pertinet *l.* 2. §. 1. *& ſeq. ff. pro herede*.

Iniquæ venditionis) Quo caſu olim fuit actio furti, Gellius lib. 11. cap. ult.

L. 8. *Utilitatis cauſſa*) vide ſcripta ad *tit. per quas perſon. nob. adquir. ſupra*.

L. 11. *Vitia*) Addenda eſt huic l. ſubſcriptio ex *l.*2.*inf. ſi per vim, aut alio modo abſ. turb.* D. XV. Kal. Jan. Mediolani Cæſario, & Attico Conſſ. Nam eæ leges omnimodo conjungendæ ſunt, & in Cod. Theod. conjunctæ ſunt. Eſtque earum eadem inſcriptio. In ea l. 2. dicitur vitioſam eſſe poſſeſſionem, quæ per ſpeciem reſcripti domino abſente occupata ſit. In hac l. additur hoc vitium C ſequi heredem.

L. 12. *Ex libris*) huc pertinet *l.* 3. §. *autem*, *l. quod ſervus*, *l.* 30. *in fi. ff. de adquir. poſſeſſ. & l.* 3. *qui pignori*, *ff. de uſurpat.*

Rei dereliquerit) Lege; *rei eam dereliquerit*, & huc refer Proculi, & Sabini diſſidium in *l.* 31. *ff. de dolo, & l.* 31. *ff. hoc tit.*

De Præſcriptione longi temporis 10. *vel* 20. *annorum.* TIT. XXXIII.

Decem, vel viginti annorum) vide cap. 20. de præſcriptionibus.

L. 1. *Cum poſt*) hujus reſcripti ſententiam Paulus uſurpavit *l.* 5. *Sent. tit.* 2.

§. *Quod ſi: quod etiam in Repub.*) Domina, quæ eſt Populi Romani: cæteræ autem loco privatorum habentur, D & ideo adverſus eas 20. annorum præſcriptio juſto, & non interpellato poſſeſſore datur. Paulus 5. *Sentent. titul.* 2.

L. 6. *Si fraude*) vide ſcripta ad *l.* 4. *ſup. de oblig. & action.*

L. 9. *Emptor*) vide ſcripta ad *l.* 19. *ſup. de probat.*

L. 10. *Nec bona*) Conjun. *l.* 26. *de rei vindicat.* & ex illa ad hanc adde ſubſcriptionem, D. dec. Idus Decemb. CC. Conſſ.

L. 11. *Bona fide quis*) *L.* 18. *in princ. inf. de præſcript.* 30. *annor.* Ergo incidens mala fides longi, aut longævi temporis poſſeſſionem interpellat. At uſucapio ex poſteriore alienæ rei ſcientia non interrumpitur, *l. un.* §. *pen. ſup. de uſuc. transfor.* quo pertinere putant *l.* 48. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.*

L. ult. §. *ult. Quæ in jure conſiſtunt*) Non in corpore, E ſed jura ſunt.

Cæteræ ſervitutes) Legitur, non exigimus omnimodo, ut is, qui in ſervitutem ſibi adſerit utili in rem actione, ea ſit uſus per longum tempus ſciente domino. Satis eſt enim ſi eo jure, nec vi, nec clam, nec precario uſus ſit, *l.* 1. §. *ult. ff. de aqua, & aqua pluv. arcen. l.* 15. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

In quibus cauſſis ceſſat longi temporis præſcriptio. TIT. XXXIV.

L. 3. *Cum neque familiæ erciſc.*) *L.* 22. *ſup. famil. erciſc.* At ſi rem communem vendidero, aut in dotem dedero bona fide accipienti, ea uſucapi poterit, *l. ult. ff. pro dote*, *l.* 1. *ſupra, de commun. rerum alienation.*

L. 4. *Longi temporis præſcriptio*) vide cap. 30. de præſcript.

Quibus non objicitur longi temporis præſcriptio. TIT. XXXV.

L. 3. *Non eſt*) Ex Juſtiniani deciſione nulla præſcriptio currit minoribus 25. ann. *l. ult. ſupra, in quibus cauſſis in int. reſt. non eſt nec.*

L. ult. Sancimus) Conjun. *l.ult. de reſtit. militum*, & ex illa adde ad hanc ſubſcript. D. VI. Id. April. P. Decio V. Conſſ.

In ſuis ædibus) Legend. *ſedibus*.

Si adverſus creditorem præſcriptio opponatur. TIT. XXXVI.

Præſcriptio) Decem, vel 20. annorum, puta ab eo, qui bona fide emit, ſin minus neceſſaria eſt 30. annorum præſcriptio.

*L.*1. *Præterquam ſi debitores*) Quo caſu requiritur præſcriptio 40. annorum, *l.*7. *infra, de præſcript. triginta annorum*.

L. ult. Si debitori) vide ſcripta ad *l.* 6. *ſupra, de obligat. & action.*

Decem annorum) vide cap. 30. de præſcript.

De Quadriennii præſcriptione. TIT. XXXVII.

L. 1. *Notum eſt*) *L.* 1. §. *Divus*, *ff. de jure fiſci*, *l. intra, de div. temp. præſcript.*

Poſt quadriennium) vide cap.23.tract.de præſcript.

L. Nec poſſe contra) idem in *l. ſeq.* §. *quæ omnia*, *infra, eodem*. Sed utrique abſunt, *l.*1. *ſup. de hered. vend.* vide notata ad d. §. *quæ omnia*.

Aliquas actiones) vide ſcripta ad *tit. ſupra, de condict. ex lege*.

Moveri) *Item in gloſſ. moveri*) imo dicendum cum Fulgoſio, *l. nec ullam*, §. *item ſi quis*, *ff. de petit. heredit.* corrigi per hanc legem: vide not. ad *d.* §. *item ſi quis*, & ſcripta ad *l.* 1. *ſup. de hered. vend.*

Intra quadriennium) vide cap.23. tractat.de præſcript. & ſcripta ad *tit. ſupra, de commun. rer. alien.* & notata ad *l.* 2. *illo tit.*

L. ult. §. *& nemo: omnis motus*) id eſt, omnis actio. Sic in l. 3. in fin. inf. de præſcript. trigint. annorum. Sic Græci dicunt κινεῖν, & κινῆν. Cæterum idem dicitur in *l. præced. in princip. ſup. eod.* Sed utrique obſtat *l.* 1. *ſup. de hered. vend.* quæ fiſco vendente hereditatem actionem decernit in emptorem, non in fiſcum, & ſic, qui emit à fiſco, non eſt omni caſu ſecurus. Nam hæ leges ſecuritatem dant tantum creditoribus, cum quibus agitur de proprietate, vel hypotheca, §. *ult. de uſucap. Inſtit.* ne res ab illis auferatur, de ſtatu cum emptore agetur, *l.* 5. *ſup. de lib. cauſſa*, & ibi Thalelæus: cum emptore agi poterit de legato, fideicommiſſo, debito hereditario, quia agitur de liberanda hereditate, non de auferenda. Verum cum eo, qui emit hereditatem à fiſco, non agetur petitione hereditatis: vide ſcripta ad *l.* 1. *ſup. de her. & act. vend.* Ergo ſi vendiderit fiſcus hereditatem quaſi caducam, is ad quem pertinet hereditas, aget cum fiſco, ſed ſi vere caduca fuerit, aget cum emptore de debito, ibidem.

De Præſcriptione 30. *vel* 40. *annorum.* TIT. XXXIX.

L. 2. *Male agitur*) vide ſcripta ad *l.* 10. *ſupra, de pignorat.*

Precario poſſidentibus) Licet non tam precibus, quam mercede adhibita ad conductionem pervenerint.

Qui ſibi potius) vide cap. 31. de præſcript.

L. 3. *Sicut*) Extat l. in *C. Theod. lib.* 4. *tit.* 12. *l. unica*. Unde reſtituenda ſic hujus l. inſcriptio, & ſubſcriptio: Impp. Teod. & Arcad. Aſclepiodoro P. P. Subſcriptio non eſt mutanda: vide cap. 30. de præſcription. Hujus conſtitut. fit mentio in Novell. *Valentiniani de præſcript.* 30. *ann. & Novel. de Epiſcop. judic.* apud Sidonium lib.8. epiſt. Caſſiodorum lib. 5. variarum. Suidam in verbo [illegible], & Procopium de bello Vandalico: vide ſcripta ad *tit. de perpet. & temp. act. Inſtit.* & ſcripta ad *l.ult. inf. de duobus reis*, & c.30. de præſcript. *Nov. Theo-*

dosii

doſii junioris, de præſcriptionibus.

§.2. Per executorem) Olim ex *Novella Valentiniani de Epiſc. judic.* neceſſaria erat litis conteſtatio, quæ ſi hodie interveniat, ab ea etiam 40. anni computabuntur, qui actioni dabuntur, *l.ult. inf. hoc tit.*

§. Hæ autem) hoc obtinet in actionibus, quæ privatis competunt. Nam actiones, quæ civitatibus, eccleſiis, locis venerabilibus, & eorum nomine, quæ in redemptionem captivorum relicta ſunt, competunt, centum annis tantum ſopiuntur, ex *l.ult. ſup. de SS.Eccleſ.*

§. ult. Movendi) id eſt, agendi. Sic motus, id eſt, actio: vide not. ad *l.3. ſup. de quadrien. præſcript.*

Legis) Juris.

Etiamſi ſe) Verum ea creditori non aufert actionem, ſed non obſtat, quo minus auferatur, id eſt, non prodeſt.

L.4. Omnes cum ſuo robore) Quales ſunt ex præſcriptiones, quæ adverſus fiſcum dantur, *l. 13. ff. de div. temp. præſcript.*

§.1. Vel publicam) Excipe caſum *l.6. hujus tit.*

Quadraginta annorum) vide cap.31. de præſript.

Quolibet jure) Jure actionis, non luitionis: vide ſcripta ad *l.10. ſup. de pign. act.*

L.5. Quadraginta) At ex *Nov. Majoriani de curialibus* obſtabat præſcriptio 30. annorum.

L.6. Functiones) vide *cap.31. de præſcript.* & ſcripta ad *l.2. in fi. ſup. de jure emphyteut.*

L.7. Cum notiſſimi) vide *cap.30. de præſcript. & cap. 31. ibidem*, & ſcripta ad *l.6. ſup. de oblig. & act.*

Suppoſitæ rei) Pignori obligatæ.

§. Et ſancimus utpote apud debitorem) Ergo jus liberandi pignoris præſcriptione non tollitur: vide ſcripta ad *l.10. ſup. de pign. act.*

§. Imo & illud. Per conventionem) Poſſeſſoris hypothecæ.

Ea detentio) Ergo putandum ab hac detentione creditori numerari an.40.

§. Sed etſi: Ad agnoſcendum) Agnoſcitur debitum novo chirographo: item ſoluta parte ſortis, aut uſuris.

L.8. Si quis) vide not. ad *l. eos, ſup. de uſur.* & ſcripta ad *l. debitor 59. ff. ad Trebell.* & ad *l. plures 18. ſupra de fide inſtrum.*

§. pen. Intra annum) vide cap.20. de præſcript.

§. ult. Ex quo debitor) vide not. ad *d. l.eas*.

L.9. Sæpe) hæc l. abrogatur *Novella Valentiniani de Epiſc.* jud. vide cap. 31. de præſcript.

De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diverſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum. T I T. XL.

Exceptionibus, & præſcriptionibus) Etſi dicit, exceptionibus, & præſcriptionibus, una tamen res eſt, ut docet, quod in *l.1. hoc tit.* dicit, *exceptiones, vel præſcriptiones.*

L. 1. §. Deinde illud ſpatium annale) Actiones enim perſonales in Italia præſcriptione anni utilis ſummovebantur.

§. Ad hæc: Triginta annorum) vide c. 30. *de præſcript.*

Neque furti) Etiamſi adhuc vivat fur, & rem contrectet, quod olim non obtinuit, *l. quandiu, ff. de furt.* vide *cap.30. de præſcript.*

§. ult. Ne autem) Ergo filiofam. ea non obſtat præſcriptio, quod non egerit, cum id à patre facile impetrare poſſet: igitur multo minus debitori obſtabit, quod pecuniam non ſolverit: Expedior enim agendi plerunque, quam ſolvendi facultas, *l.9. & ult. ſup. de pign. act.* vide ſcripta ad eas ll.

Filiifam. in omnibus) idem in *Nov.22.*

L.2. Et ſufficere) At uſucapio non interrumpitur ex poſteriore alienæ rei ſcientia. *l. ultima ſupra de uſucap. transform.*

§.1. Defenſorem civitatis) Ex hoc loco emendandus eſt locus Conſtantini Harmenop. lib. 1. tit. 3. in quo pro τοῖς ἐκκρίτοις τῶν πολιτῶν legen. τοῖς ἐκδίκοις τῶν πολιτῶν.

§.ult. & libellum conventionis) Qui in Nov. Juſt. dicitur ἐνδόσεις, βίβλος αἰτιάσεως, ψῆφος, *un adiournement.*

De Alluvionibus, & Paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum translatis. T I T. XLI.

L.2. §.1. Alienam ſaltem) idemque ſtatuitur in *l. 2. ff. de cenſibus*. At ſecus eſt in emphyteuticario: vide not. ad *d.l.2.* & ſcripta ad *l.1.ſup. de jure emphyteut.*

De ſententiis præfectorum prætorio. T I T. XLII.

L. 1. Non provocandi, ſed ſupplicandi) hoc remedium [illegible] inventum eſt appellationis loco, *Nov.82. §.pen.*

Ut intra biennium) vide cap.21. Tit. de præſcript.

Quomodo, & quando judex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, vel una parte abſente.
T I T. XLIII.

L.1. Imp. Marcus Ælius) Legen. Titus Ælius. Hic namque eſt D. Pius.

L.9. Tres denuntiationes) Quæ per officia, & exſecutores fiunt: edicta vero publico loco affiguntur, unde recte legi poſſunt. Literæ autem ad reum mittuntur. Paulus *lib.5. Sent. tit.5.*

De ſententiis recitandis. T I T. XLIV.

Pro breviculo legend. *periculo*. Periculum eſt libellus, inſtrumentum, documentum, in lib. notarum Cicer. de ll. & 5. in Verr. Æmilius probus in Epaminonda: vide ſupra ad *l.5. ſupra de probat.*

De ſententiis, & interlocutionibus omnium judicum.
T I T. XLV.

L.13. Non exempli, ſed legibus) vide ſcripta ad *l.11. ſup. de rebus creditis.*

De ſententiis quæ ſine certa quantitate proferuntur.
T I T. XLVI.

L.1. Cum judicem) Addictum actioni judicati. Diverſa eſt ſpecies *l.1. §.1. ff. de uſuris.*

De pœna judicis, qui male judicavit, vel ejus, qui judicem, vel adverſarium corrumpere curavit. T I T. XLIX.

L.1. Ad Gaudium) Lege, *Caſſium ex l. 1. ff. de calumniatoribus*. Sic in veteribus libris hæc conſtitutio inſcribitur.

Sententia reſcindi non poſſe. T I T. L.

L.2. Peremptorias) vide ſcripta ad *l.19. ſup. de probat.*

De fructibus, & litium expenſis. T I T. LI.

L.2. Litigator) Ex *l.1. C. Theod. eod.* Fructus dupli præſtandi erant. Quod jus manet ex 12. tab. Paulus *lib.5. Sentent. tit.9.*

L. 3. Significaverit victori) Quod ſi perperam id omiſerit, litem ſuam faciet, *l. 11. §. ſin autem ſup. de judic.*

De re judicata. T I T. LII.

L.4. Inſtrumentorum poſtea repertorum) vide not. ad *l. admonendi, ff. de jurejur.* & ſcripta ad init. *tit.ſup. de rebus credit.* & ad *l.1. ſup. de condict. indeb.*

L.5. Quolibet modo) Puta datis pignoribus, vel fidejuſſ.

L.ult. Geſta) Sumpta eſt ex *Cod. Theod. lib. 10. tit. 4.* ubi ſtatuitur, ea, quæ acta ſunt contra Manichæos, publicam fidem facere apud omnes judices, & in omni cauſſa.

De excuſatione rei judicatæ. T I T. LIII.

L.2. Ad emolumentum) id eſt, ad effectum, & exſecutionem, id eſt, exſequi jubebit, exſequetur.

L.3. Res ſoli, quæ pignori) Pignora per apparitores in cauſſam judicati capiebantur, & ab iis vendebantur, *l.2. inf. ſi in cauſſam jud. pign.* Ex apparitoribus autem illis etiam præcones erant, & ideo hic dicitur, bona ſub haſta præconis vendi.

L.4. Stipendia) idem dicemus in ſpecie *l. 40. ff. de re judic.*

L.5. Etiam) vide ſcripta ad *l. 3. ſup. de obligat. & act.*

L. ult. Debitum confeſſi) in jure. Subſcriptio retinenda eſt ex *l.19. ſup. de obligat. & act.* quæ hujus legis prior pars eſt, D. Id. Febr. C. C. Conſſ.

De uſuris rei judicatæ. T I T. LIV.

L.2 Eos qui) vide ſcripta ad *lib.3.* Obſer. cap.39. & Alciat. lib. 1. παρέργ. cap.32.

Quatuor menſes) vide cap. 26. de præſcript. & ſcripta ad *leg. 13. ſup. de uſur.*

L.3. Quadrimeſtres) vide cap.16. de præſcript. A

Centeſimam) Quod antea licebat, *l. 3. C. Theod. eodem*, quæ hic abrogatur: vide ſcripta ad *l.ult. ſup. de uſuris.*

§.ult. Luxamentum) Alios caſus, quibus cum reo mitius agebatur, quam cum mandatore, aut fidejuſſore: vide in ſcriptis ad *l.20. ſup. de uſur.*

Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis judicatum ſit. T I T. LVIII.

Vide ſcripta ad *l.ult. ſup. de fid. inſtrum.*

L.ult. Et ſoluti) hic unus eſt caſus, quo ſoluti ex cauſſa judicati datur repetitio. Alium vide in ſcriptis ad *l.1. ſup. de condict. indeb.*

De appellationibus, & conſultationibus. TIT. LXII.

L.1. prius) Ad hanc l. pertinet *l. 7. inf. ad l.Juliam de vi, & l.68. de plagiariis.* Ex hac lege exemplum peti poteſt ejus, quod dicitur, ſententiæ rationem adſcribendam eſſe. B Hinc Servius Æneid. 10. *antequam dicatur ſententia, ejus præmittitur ratio:* vide ſcripta ad *§. ult. l. qui Romæ, ff. de verb.oblig.*

L.2. Provocandi) Puta ſi relatio judicis edita non ſit litigatoribus, vel falſa dicatur, *l.1. §.1. ff. eod.*

L.5. Perpetui juris) id eſt, edicti perpetui. Sic in *l. pignus, ſup. de pign. act.* ubi vide.

L. 6. §. Sin autem: tertio die) vide cap.4. de præſcrip. Hæc vero abrogatur *Novella* 23.

§.ult. Apoſtolos) vide cap.10. de præſcript.

Sine aliqua dilatione) id eſt, intra 30. dies, *l. judicib. inf.eod.* & ibi Græci.

Cautione) De qua Paulus tractat *libro quinto Sentent. titulo* 33.

L.9. Habe rad. chariſſ. nobis) Legend. *Habe Heraclida chariſſime nobis:* vide ſcripta l.1.Obſer. cap.35. C

L.16. Qui imaginem) Qualis eſt præfectus urbi, ut conſtat ex veteribus ſcript. Item vicarius, *l. 1. ſupra de offi. vicarii.*

L.23. Hemum montem) Legend. Hæmimontem.

L. 24. Triginta dierum) vide cap. 10. de præſcript. Idem in *Nov.*123. Verum hic opponitur *Nov.* 133. in qua vult Juſtinianus acta edi ſine ulla dilatione: dicendum ſine ulla dilatione fruſtratoria, ut in *l.1. ſup.de dilat.*

L.25. Et in multis) Et hic unus caſus eſt, quo ante ſententiam appellatur ab interlocutione.

L.31. Sex menſes) vide cap. 7. de præſcript.

De temporibus, & reparationibus appellationum, ſeu conſultationum. T I T. LXIII.

L.2. Tempora) Vide de his appellationum temporibus D cap.16. de præſcript. vide etiam *Nov.*82. 126.

Fatalium) Fatales dies ideo dicuntur, quod iis diſceptetur cauſſa. Eſt in diſceptatione cauſſarum fatum aliquod, unde dicimur experiri de jure noſtro, *l.41. Cod. Theod. de appell.*

L.5. Armeniis gentibus) id eſt, ex reſcripto principis: vide cap.16. de præſcript.

§.1. Unus fatalis dies) κοινὰ ἡμέρα:

Decem fatales dies) vide cap.7. de præſcript.

§. Illud etiam: ſive cognitionaliter) vide cap.7. de præſcrip. ἄντε μονομερῶς ἄντε διαγνωστικῶς, id eſt, utraque parte præſente. Nam hoc ſpeciale eſt in appellationibus, ut μονομερῶς agi poſſint, *l. ult. ff. ad Trebell.* vide ſcripta ad *l. pen. ſupra de teſtibus.*

Cum adverſarius) hujus rei exempla ſunt in *l. 5. inf. de* E *pig. l.19. ff. de appellat. l.1. §.ſi quis ipſius, ff. quando appel. l.63. in fi.ff. de evict. l.ult. ff. ad Trebel.*

Cauſſam dirimere) Poſt appellationum tempora.

Aliud ei annale tempus) vide cap. 16. de præſcript. *Nov.*49. & 136.

Quando provocare non eſt neceſſe. T I T. LXIV.

L.7. Venales) At dum de arbitriis eorum quæritur, ex compromiſſo adeuntur. Ex hac cauſſa datur ex cautione doli, vel de dolo actio, *l.31. ff. de recep.*

L.9. Poſt viceſima ſtipendia) vide cap.28. de præſcript. Tacitus lib. 1. Tiberius dixit, imparem fore Rempubl. oneri, niſi veterani dimitterentur poſt 20. annos. Suidas in verbo veteranus.

A *Quorum appellationes non recipiuntur.* T I T. LXV.

L. 6. Quiſquis) Ex hac conſtitutione Tribonianus etiam mentionem edicti D. Adrian. removit, qui conſtituerat, nemini appellare licere, ne teſtamentum aperiretur. Idque exemplo l. Juliæ de viceſima, quæ ſtatim poſt mortem teſtatoris teſtamentum aperiri voluit. Paulus *lib.4. Sent.tit.6.*

Si pendente appellatione mors intervenerit. T I T. LXVI.

L.ult. Si unus) hujus l. ſpeciem, atque etiam totam explicationem vide in tract. de præſcript. cap. 16.

Adhuc pendente appellatione) Intra primum puta lapſum, id eſt, intra ſex menſes, cum ei ſupereſſent 2.menſes tantum.

Reſiduum tantum temporis) Puta duo menſes.

§.1. Poſt lapſum) Non ex morte teſtatoris currunt, ſed B à finito tempore heredi liberandi cauſſa dato.

Si unus ex pluribus appellaverit. TIT. LXVIII.

L.ult. Idem A. Sereno. Con.*l.1. ſup.de diverſ. reſcript.* & ex ea hic lege *Supero*, aut illic, *Sereno*, & adde ſubſcriptionem, D. Id. Jul. Alexandro A. XI. & Marcello Conſſ.

Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum. T I T. LXIX.

Momentanea) Legend. *momentaria.*

L.1. Etſi appellatio interpoſita) Ergo recipienda provocatio non eſt. Quoniam tamen Symmachus lib.1. epiſtol. ait, ſe recepiſſe, cum ab eo ad principem provocatum eſſet, *ut in extremo*, inquit, *Imperatorium, & invaſionis indignitas, & modus judicii perveniret.*

Qui bonis cedere poſſunt. T I T. LXXI.

C *L. 1. Judicati detrahantur in carcerem*) Quod licebat ex veteri jure, etiamſi de eo nihil caviſſent contrahentes, hodie cavere oportet: vide ſcripta ad *l. 2. ſup. quod cum eo.*

L.8. Salva eorum videlicet exiſtimatione) idem in *l. 11. ſup. ex quib. cauſſis infam.*

§. ult. Generando) *L.2. §. pen. ff. de judic.*

De bonis auctoritate judicis poſſidendis, ſeu venundandis, & de ſeparationibus bonorum. T I T. LXXII.

L.6. In gloſſ. Creditores ſcil. hypothecam) Adde etiamſi ſint poſteriores chyrographario etiam privilegiario, ut Reipubl.

L.7. Si uxor) Conjun. *l.6. ſup. de hered. act.* & ad hanc ex illa adde ſubſcriptionem. Eadem enim lex eſt: vide etiam ſcripta ad illam.

D *L.9. In gloſſ. Tempore autem*) Poſt citationem, *l. debitoribus*, adde, Recte. Sic *l.1. C. Theod. de diſtract. pign.*

L.10. §.1. Duorum annorum) vide cap. vigeſimum primum de præſcript.

§. Sin autem his poſt definitum) Eſt autem definitum tempus duorum menſium, *l. 1. C. Theod. de diſtract. pign. & l. debitoribus, ff. de judic.*

A nobis) Delendum, ut recte in margine ex Alciato annotatur.

De privilegio fiſci. T I T. LXXIII.

L.1. Res, quas tuus eſſe) Cum non ſint in dotem datæ: alioquin pignori tacite tenerentur, non tantum ob primipilatum, ſed & ob quodvis munus, *l.4. inf. in quibus cauſſis pign. tac.*

L.2. Tamen ſi priuſquam) hic caſus eſt excipiendus, ſi E Titio primum, tum fiſco, deinde doti res obligata ſit. Harmenop. lib.3. tit.5.

AD LIBRUM VIII.

De Interdictis. T I T. I.

L, *Ex 1. Ad exemplum*) vide ſcripta ad *l. 8. ſupra de reb.cred.*

L.2. Præſes) Con. *l.unic. ſup. ubi de hered. agi.* ut docet inſcriptio, & ſubſcript.

L. 3. Competentibus actionibus) id eſt, extraordinariis actionibus, quæ pro interdictis dantur, aut quaſi interdictis,

Digitized by Google

dictis, ut explicatur in fin. hujus l.

Ordine facto) id eſt, ut ordinata & præparata cauſſa proprietatis.

L. ult. Ruptis veteribus ambagibus) id eſt, miſſo veteri ordine. Ergo extra ordinem.

Actionem) Scil. utilem, quæ pro interdicto competit.

Quorum bonorum. TIT. II.

L.1. Et ad hereditatem) Legend. *hereditatis*, ut eſt in *l.3. de bon.poſſ.* Ex ea conſtat hereditatis poſſeſſionem veteres dixiſſe pro bon. poſſeſſione. Idem Tullius in partitionibus.

L. 2. Si ex edicto) In margine, alias, *ſi ex interdicto*. Male.

Negotium integrum) id eſt, ſi bonorum poſſeſſionem agnoviſti, ſi ita ſucceſſionem conſobrinæ quæſiiſti, ac ſi rem obtineas.

L.ult. Conſanguineis) id eſt, fratre, vel ſorore. Sic ſemper in libris noſtris, non ut alibi pro cognatis, *§. vulgo, Inſt. de ſucceſſ. cognat.*

Prudentium omnia reſponſa) Jus civile.

Quorum legatorum. TIT. III.

Legend. *Quod legatorum*, ut recte Flor. & docent verba edicti. *Quod legatorum nomine.*

L.1. Satis idoneæ) id eſt, per quam idoneæ. Hoc autem jus retentionis commodius eſt, quam jus vindicationis.

Retentione competenti) Pro rata Falcidiæ.

Unde vi. TIT. IV.

L.1. Recte poſſidenti) At qui cum vitio poſſidet, non utique ſemper vim jure propulſat, *l.1. ff.eod.*

Inculpatæ tutelæ moderatione) id eſt, cum modo æquo & pari, cum moderatione æquabili, & remota ab omni culpa.

L.2. Interdicti exemplo) id eſt, actione utili.

Utilis annus) Ergo interdictum quotidianum eſt annuum, *l.1. §. annus, ff. eod.*

Quantum ad eos) Sed ſi heredes, non tenebuntur interdicto unde vi, ſed actione in factum, *l.1. §.ult. l.3. §. ult. ff. eodem.*

L.4. Eum) De quo ſcil. conſuluiſti.

Ad inſtar interdicti, unde vi) Quaſi interdicto.

L.5. Pœna teneatur legitima) id eſt, legibus Juliis.

Poſſeſſio reſtitui) In hanc rem competit generale interdictum reſtitutorium, ſive momenti actio, quæ patet latiſſime, non datur autem interdictum unde vi.

In gloſſ. Legitima) Ad fin. adde, imo legibus Juliis; nam interdictum unde vi pœnale non eſt.

L.6. Meminerint) hæc l. proprie pertinet ad eum, qui per ſpeciem reſcripti, vel interlocutionis inſcio domino, & abſente rem alienam occupat.

Sive ſententia) Hic ſententia, eſt interlocutio, admonitio. Sic ſæpe in Nov. Juſtin. ſententia ſignificat ψῆφον, *πρόκλησιν, διάγνωσιν, un adiournement.* In Nov.1. ait, ψῆφον, ubi Julianus vertit *ſententiam*: Vide ſcripta ad *l. 39. §. fructus, ſupra de leg.1.* Sic ſumitur in *l.3. ff. de uſur.* uno loco.

§. 1. Omni negotio) hoc modo omiſſæ litis non datur reparatio, *l.2. C. Theod. eod.*

§. ult.) hæc pars hujus l. exſtat in *C. Theod. l. 2.* in medio. In eo pro P. V. eſt V. Urb. Alia quoque eſt ſubſcriptio.

His rem debitam) hæc potiſſimum verba indicant in hac l. de eo tantum agi, qui rem ſibi debitam, inſcio domino occupat per cauſſam reſcripti principis.

Bonorum quoque publicatio) hæc verba addere neceſſe non fuit, cum ſemper deportationem ſequatur bonorum publicatio, *l.deportatorum, ff. de pœn.*

In gloſſ. Sententia) Ad fin. adde, Recte.

L.7. Rerum privatarum) Adde, S. D. Repetitur in *Cod. Theod. l.3. eodem.*

Si quis) hæc conſtit. revocatur ab Atalarico apud Caſſiodorum lib.9. var.

Adventum judicialis arbitrii) Legend. *Eventum*, id eſt, ſine cognitione, vel auctoritate judicis.

Katend. Junii) Alias Julii.

Dominus quidem conſtitutus) hic abrogatur *§. ult. l.3. C. Theod. ad l. Jul. de vi.*

L.8. Momentariæ) Repetita eſt in *C. Theod. l. 8. lib.2. tit.1.* ut & *l. un. inf. de abig. & l. 16. inf. de crruſ. & inſcript.* quæ ibi conjunctim ſub una lege leguntur, quare conjungendæ ſunt. Et ſic emendanda eſt ſubſcriptio, D. VIII. Id. Januar.

L.9. Judicem condemnare) Quod ſi nulla præcedente taxatione juratum ſit, judex poterit jusjurandum moderare, *l.13. ſup. de jud.*

L.10. Non ab re) Con. *l.conductores 13. ſup.loc.* & ex hac ad illam adde ſubſcript.

L.11. Vacuam poſſeſſionem) Idem eſt vacans poſſeſſio, & vacua. At in *l.5.ſup. eod.* loquitur de poſſeſſ. quam alius tenebat.

§.ult. Veteribus legibus) ut in *l. 43. §. qui alienum, ff. de furt.*

Ex die, ex quo poſſeſſio) Ergo inter abſentes tempora momenti non ſervantur, *l.proxima, infra*. Porro viginti anni ſufficient, in ſpecie *§. quod autem, ff. de uſurpationibus.*

30. *Annorum*) vide cap. 30. de præſcript.

Si per vim, aut alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio. TIT. V.

L.1. Id ſolum diligenter) Salva & integra quæſtione proprietatis.

L.2. Nec) Con. *l.pen. ſup. de acquir. poſſ.* utriuſque eandem eſſe debet inſcriptio, & ſubſcriptio. Nam in *Cod. Theod.* hæ leges conjunctæ ſunt.

Reſponſum) Vel reſcriptum.

Cognitoris) Vel judicis.

Permittis) Legendum, *permittitur*.

Partium aſſertione) Præſente adverſario. Nam aſſertio nulla eſt, niſi partes præſentes ſint.

Uti poſſidetis. TIT. VI.

Reddito interdicto uti poſſidetis, tunc ſi petitorio judicio agatur, ſatiſdare debet petitori is, qui in poſſeſſione eſt potior: aut ſi non ſatiſdet in petitorem ſatiſdantem transfertur poſſeſſio, ita ut alteri incumbat onus probandi: vide ſcripta ad *lib.1. Sent. Pauli, tit.11.* At neutro ſatiſdante potior habebitur is, qui interdicto.

De Tabulis exhibendis. TIT. VII.

L.1. Interdictu uti poſſidetis) Datur enim his omnibus quibus quid in teſtamento adſcriptum eſt, *l. 3. §. ſolent, ff. eodem.*

De Liberis exhibendis, ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo. TIT. VIII.

L.1. Interdicto in eam rem) Vel prætor extra ordinem de eo cognoſcet, *l.3. §. Julianus, ff. eodem.*

L.2. Ac poſtula) Extra ordinem. Horum enim Impp. tempore interdictorum uſus exoleverat, *l.ult. hic, l.3. ſup. de interdictis, l.2. & 4. ſup. unde vi.*

L. ult. Filia Philippi) uxore tua. Hic II. Evodius eſt maritus, quo pertinet *l.2. ff. eodem.*

De Precario, & Salviano interdicto. TIT. IX.

L.1. Id enim tantummodo) Quia datur in perſonam. At utile interdictum Salvianum, id eſt, verbis interdicti in rem ſcriptis, dabitur in extraneos, directum non item, *l.1. ff. de Sal. interdicto*: vide etiam ſcripta ad *l.8. ſup. de rebus credit.*

Ad exemplum) Dari ad exemplum aliorum perpetuo eſt, eſſe utile.

L.2. Habitaculum) Ex perſona defuncti, non ex ſua, quia precarium finitur, morte ejus, qui fuit habitandi cauſſa.

De Ædificiis privatis. TIT. X.

L. 1. Modum uſitatum) Fuit certus modus altitudinis legibus, aut moribus definitus. Sex. Victor in Trajano ſcribit, Trajanum ſtatuiſſe, ne altitudo ædium excederet ſexaginta pedes, idque ob frequentes ruinas. Strabo lib. quinto ſcribit, Auguſtum conſtituiſſe ſeptuaginta pedes.

L.2. Negotiandi) id eſt, promercii, *l.cætera, ff. de leg.1.*

Divi

Digitized by Google

Divi Veſpaſiani) Sic & in *l. Divus*, *ff. de jure patron.* Pro A
Veſpaſianus, videtur legendum, *Hadrianus*.

Ex Senatuſconſulto) Hoc Senatuſconſultum Avinla, & Panſa Conſſ. factum eſt tempore Hadriani, ut confirmat Spartianus in Hadriano. Quare dicendum, aut erratum in nomine Imp. hoc loco: aut Senatuſconſultum hoc non pro eo, de quo jam diximus, accipi, ſed pro Senatuſconſulto edictum Veſpaſiani ſecuto. Nam edicta Imperatorum Senatuſconſulta ſequebantur, ut confirmat edictum D. Marci de Chriſtianis, quod exſtat apud Juſtinum martyrem Apologia 2. & *l. 1. ff. in quibus cauſſis pignus tac. contrah. l. ſi ventre, §. 1. de privil. credit.*

Exceptum eſt) Eodem SC. *l. cætera*, *§. item queri*, *ff. de legatis 1.*

L. 3. Vicinorum) Nam plerunque vicinorum intereſt ædes reſtitui, ut ſi eis deberetur ſervitus onus ferendi, B *l. eam debere*, *ff. de ſervit. urb. præd. l. & ſi forte, §. 1. ff. ſi ſervitus vind.*

L. 4. §. Quatuor menſium) vide cap. decimum ſextum, de præſcript.

Centeſimis uſuris) Quæ in 100. efficiunt duodecim.

Pro ſolido) μονομερῶς.

Vindicare, vel obtinere) Vindicatur jus dominii, dimicatur ab eo, qui non poſſidet, obtinet jus dominii, qui id ſibi defendit per retcotionem poiſeſſioois, *l. pen. inf. de deſertor. lib. 12.*

L. 5. Quaſi ſocius) Socius eſt is, quem ad communionem junxit contractus. Collega is eſt, quem ad communionem junxit res ipſa, non contractus, ut coheredes, collegatarius.

Solo cedant) *L. 3. §. ſed ſi*, *ſup. ff. uti poſſidet.* C

Antiquato) Significat in hac ſpecie, cum ſocius improbe ædificavit, non ſervari edictum D. Hadriani.

D. Hadriani) id eſt, Marci (*) Nam ſæpe ita hæc nomina confunduntur, ut quod in *l. cum ſenatus*, *ff. de reb. dub.* dicitur à Marco conſtitutum, id Ulp. in *Frag. tit. de legatis* tribuit Hadriano.

Edicto) hinc nota, orationem edictum vocari.

L. 6. §. ult. De poſſeſſione) hoc loco poſſeſſio accipienda eſt pro agro. Feſtus: *Poſſeſſiones vocantur agri late patentes privati, publicique.*

Per muros) id eſt, prope muros.

L. 7. Ad Vivianum) Legend. *ad Anicianum*, ut conſtat ex *l. 1. C. Theod. de indulg. debit. l. 2. C. Theod. de itin. muni.* quæ leges conjungendæ ſunt.

L. 8. Curiales) Curiales ſunt, qui allecti conſilii D cauſſa.

Poſſeſſores vero) Poſſeſſores cæteri ſunt, non curiales.

L. 9. A periculo vindicentur) Incendii ſcil.

L. 10. Euphrateuſem) Quæ & Auguſteuphratenſis dicitur in *l. ult. inf. de diverſ. off.* Sex. Aurel. Victor in Veſpaſiano.

Syriam ſecundam) hæc illa eſt, quæ Syria Salutaris dici ſolet.

Ubi magis hoc conſideratur) Propter incurſus prædonum.

L. 11. Mœniana) Mœniana projectiones ſunt ædium, id eſt, tigna projecta ultra ædes, *des ſallies*, in quibus ſol capitur, *l. malum 242. §. 1. ff. de verb. ſignificat.* Recte hoc loco Accurſius vocat ſolaria, ut conſtat ex proxima Zenonis conſtitutione, & *Novella ult. Leonis*: ac ex E Harmenop. lib. 2. qui Mœniana vocant ἡλιακά. Mœniana autem dicta, quia primus ultra columnam auſus eſt ædificia extendere. Hinc columna Mœnia locus ſordidorum cauſidicorum. Scribendum itaque columna Mœniana.

τειχιστάς) vide ſcripta lib. 1. Obſ. ubi primus docui legendum ἐξώστας, idque ex Harmen. lib. 2. dicuntur & ἐξώστρα *Leonis Nov. ult.*

In provinciis) Semper permiſſum fuit in provinciis Mœniana exſtruere: in urbe non ſemper, ut docet Amm. Marcellinus lib. 17. vide ſcripta Obſerv. lib. 1. cap. 30.

Per decem pedes) Idem tradit Leo *Nov. ult.*

L. 12. Quæ de ſervitutibus loquitur) In Græco inſcribitur περὶ καινοτομιῶν, de ſervitutibus: hic vocatur ob ſervitutem lumiois, de qua agit.

In gloſſ. Zenonis: ſed ubi eſt) hac Zenonis conſtitut. caruimus, ea tandem prodiit in C. Lugduni edito anno domini 1557. Exſtat ea quoque in Græco in Scrimgeri novo lib. ejuſque denique mentio fit in *Nov. 63.*

De Novi operis nuntiatione. TIT. XI.

L. 1.) Hæc l. unic. conjungi debet tit. præced. *de ædif. privatis*, nec novus hic faciendus eſt titulus. Quandoquidem nec Græci eam agnoſcunt in lib. Βασιλ.

Officio) Sic *l. ſi fidejuſſor*, *§. ult. qui ſatiſd. cog. l. eum pro quo*, *ff. de in jus voc.*

De Operibus publicis. TIT. XII.

L. 2. vide *l. 27. & 78. C. Theod. eod.*

L. 5. Niſi ex ſuis pecuniis) Quod ſi ex pecunia publica inconſulto principe, id eis accepto non feretur, *l. 27. & 28. C. Theod. eod.* Porro Tribonianus de ſuo hanc clauſulam addidit.

L. 6. Præſcriptio) Conſtit. tit. 1. *Ne operæ à coll. exigantur.* Sed ibi vult ceſſare tantum eas operas, quæ illicite illatæ ſunt.

Contra ornatum) Recte: nam olioquin in publicum vindicantur, *l. 19. inf. eod.* vel eis, quæ extructæ ſunt, pro ſolo vectigali imponitur, *l. ſi legem*, *§. ult. ff. eod.*

In gloſſ. Fratrem. Sed ſalarium) Legend. *Solarium.*

L. 7. Et murorum inſtaurationem) hoc Triboniani eſt; *ſive exſtructionem.* Nihil obſtat *l. un. inf. ne operæ à coll. exig.*

L. 10. Si qui) Cum hac l. pugnare videtur *l. 3. & 4. ff.* niſi advertamus in l. 4. ſcriptum eſſe, *ſuperſcribere*. Verum nomine principis ſuperſcripto poteſt præſidis ſubſcribi.

L. 11. Tertiam partem) Cæteræ partes in fiſcum cadunt, *l. ult. ſup. de vectig. & commiſſ.*

Subſtitutioni) Legend. *Subuſtioni*, ex lib. 15. *C. Theod. tit. 1. l. 72.*

L. 12. Territoria) Territoria hnc loco agros privatos vocat, cum vulgo ſint univerſitatis agrorum.

Non ſterilia juga) hoc Triboniani eſt.

L. 14. Vulgo παραπέτεια) Legend. παραστάσια, ut & in *C. Theod. legitur eod. tit.* Sunt autem opera, quæ aliis operibus adhærent.

L. 20. Reddere civitati) Vel eis, quæ exſtructa ſunt, pro ſolo vectigal imponitur, *l. 3. in fin. ff. eod.*

De Ratiociniis operum publicorum, & de patribus civitatum. TIT. XIII.

L. 1. Utroſque proconſules) Aſiæ, & Achajæ. Hi erant proconſules in Oriente, ut conſtat ex notitia Romani Imperii.

Unam ſiliquam) Quæ eſt vigeſima quarta pars aſſis.

De Pignoribus, & hypothecis. TIT. XIV.

L. 1. Nihilo magis liberabitur) Recte: nam & qui bonis cedit, non liberatur, niſi ſolidum, quod ſibi debetur, creditor conſequatur, *l. 1. ſup. qui bonis cedere poſſ.* Adde etiam, niſi idoneum ſit pignus.

L. 2. Interim) id eſt, donec apparuerit, an ex priore pignore ſpeciali ipſe mihi debitam quantitatem colligere poſſim. Ad ſolutionem Johannis, quæ incipit (*vel in illa*) adde, recte.

L. 3. Creditores) vide ſcripta ad *l. 10. ſup. de pig. act.*

L. 5. Nec tibi) Etiam ſcienti: Nam ignoranti nullo caſu obeſt.

Non cauſſa cognita) Cauſſa cognita eſt utraque parte præſente, cominus partibus conſtitutis, cognitionaliter *l. ult. §. illud, ſup. de temp. appell.*

Sed præſcriptione) Quia tardius judicio appellationis adſuit, *l. Herennius in fin. ff. de evict. l. ſi expreſſim*, *ff. de appellationib. l. 1. §. ſi quis ipſius*, *ff. quando appellandum ſit.*

L. 6. Obſequium) Obſequia vocat munera, & tributiones.

L. 7. Uſucapio pignoris) id eſt, non tollitur uſu anni,

aut

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 14.*

aut biennii ſecundum jus antiquum, nec hodie uſu trien- A
nii, quo res mobilis uſucapitur, & Serviana actio tollitur præſcript. longi temp. *l.6.& 7. ſup. de oblig.& action.* vide ſcripta ad eam l.

L.8. quamvis) hæc l. ſumpta eſt ex *l.unic. inf. etiam ob chirog. pecun.* ut docent inſcript. & ſubſcript. eædem.

Feceris condemnationem) id eſt, obtinueris condemnationem contra reum, in *l.grege, §. etiam, ff. eod.* dicitur *judicatum facere debitorem*, id eſt, condemnatum.

L.9. Ad te translatum eſt) Non creditorem.

Detinere cœperunt) Nacti caſu aliquo rei poſſeſſionem.

In gloſſ. Ratione) Adde ad fin. niſi ſit contracta ἀντί-χρησις.

L.10. Debitores præſentes) Imo neceſſe eſt, ut prius de- B
nuntietur præſenti, ut ſolvat: nulla enim eſt actio juſta, quæ ante denuntiata non ſit: abſenti, aut latitanti non eſt neceſſe fieri denuntiationem.

Quas inſtrumento) at & ſine inſtrumento pignus recte contrahitur, *l.12. inf. eod.*

L.11. Nominatori) Qui & creator dicitur, *l.2. §. ſi ei, ff. de reb. ad civit. pertin.*

Pignori capere) Nam jus (*) pignoris capiendi ſolis populi Romani magiſtratibus competit, *l.aliud 2. §. ult. ff. de verb. ſignif.* Magiſtratus municipales quales fere erant nominatores, non habent, argumento *l. 4. ff. de damno infec.*

L.16. Pignoris obligationem) Tria acquiruntur, dominium, poſſeſſio, obligatio. Actio & obligatio per liberam perſonam nobis non acquiritur, niſi ſit in noſtra C
poteſtate.

L.18. In rem eſt) Perſonam non obligat, *l.2. inf. ſi unus ex pluribus heredib.*

L.19. Non habet neceſſe) Niſi ita convenerit.

Cuſtodiam) In hoc propoſito cuſtodia eſt ſtudium, & accuratio boni, & diligentis patrisfamil. in re cuſtodienda, *l.ea igitur, l.ſi pignori, §.ult. ff. de pign. act.* vide not. ibi. & ſcripta ad *l.5. ſup. de pig. act.*

L.20. Oblato, conſignato atque depoſito) Pecunia offertur teſtibus præſentibus congruo loco, & tempore, *l.obſignatione, inf. de ſolut.* Deinde obſignatur ſacculus pecuniæ ſignantium ſignis, *l.ult. de lege commiſſ.* Demum ſacculus deponitur in æde ſacra, aut in tabulario urbis, aut ubi judex cenſuerit.

Convenire) Creditori tamen dabitur utilis actio depoſi-
ſi in tabularium, vel utilis vindicatio, *l.acceptum, ſup.* D
de uſur.

L.21. In gloſſ. Petere) ad fin. donec ſibi ſolutum ſit, ſcilicet per exceptionem doli.

L.22. Secundus) hæc l. explicanda eſt ex *l. 1. inf. qui pot.in pig. hab.* ut confirmet ſibi pignus, ſi eam pecuniam obtuliſſet, eamque prior creditor accipere noluiſſet, obſignavit, & depoſuit.

L.23. Major) hæc l. explicanda eſt ex *l.2. inf. de remiſſ. pign. l.ſi tibi, §.1. ff. de pact.*

Juriſdictio) id eſt, edictum prætoris. Nam pactum ſolum non ſufficit: edictum prætoris facit, ut id pactum pariat obligationem, quaſi dicas non vi ſua, ſed ex juriſdictione actionem parit: vide ſcripta ad *pr. tit. ff.de pign. actione.*

Perſequi non poteſt) Cum effectu ſcilicet: Nam obſtat E
exceptio.

L.25. Integra petitio) Quia creditor vim majorem, aut factum non præſtat, *l.19. ſup. eod.*

L.27. Argenti diſtractores) Menſarii, argentarii. Sic *l.pen. ſup. de conſtit. pecun.*

Metaxarii) Veteres quæcunque fila in unum collecta appellabant μετάξαν. Lucilius apud Feſtum, & Iſidorum, *linique metaxam*. At poſtea nomen hoc conſtitit in ſerico, & ſerici fila appellabant μετάξαν, fila inquam cruda nondum intexta, ut conficiuntur à vermiculis. Hinc metaxarii, *marchands de ſoye*: vide ſcripta.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.1.cap.43.*

Militias) Hoc ſolo intelligimus non accinctas, ſed palatinas, civiles, inermes. Earum definitio eſt: militiæ ſunt officia, vel adminiſtrationes quædam civiles eorum, qui in ſchola aliqua inter ſtatutos deputati ſunt, ex quibus ferunt de publico annonas, commoda, ſalaria.

Ad heredes) Militia non tranſmittitur ad heredes, cum perſonæ cohæreat, *l.3. §. ſi quid minori, ff. de minor.*

Sub certa definitione) id eſt, ſub certa taxatione pecuniæ, quæ mortuo milite in heredem tranſit.

§.1. Talem militiam) Non omnes militiæ erant venales. Militia adjutorum quæſtoris non vendebatur ex *l.ult. inf. de proxenet.* At ex *Nov.135. venditur.*

Communis militantium placiti) Julianus anteceſſor in Nov.35. vocat, ſcholæ placitum. Recte. Communis militantium ſchola eſt. Caſus etiam militiæ eſt, quod mortuo milite ex ſcholæ totius placito, ab eo, qui in bona ejus ſubrogatur, liberis defuncti, vel uxori, vel creditoribus, datur.

In auth. *Quod: ut militia emeretur*) Militiæ caſus.

In quibus cauſſis pignus, vel hypotheca tacite contrahitur.
TIT. XV.

L.1. Qui cenſentur) Cenſus eſt tributum, quod infertur fiſco, *tit. ſine cenſu, vel reliquis fund. ſup.*

L.3. Fructus pignori) At incerta in prædiis ruſticis tacite non obligantur, ſecus eſt in urbanis: vide ſcripta ad *l.5. inf. de loc.*

Credantur ineſſe) idem eſt in partu, & fœtu. Obſtat quod Paulus docet *lib.2. Sent. tit. de pign.* Ait, partum non teneri pignori, niſi id nominatim convenerit. Soli illi fructus ſunt tacito pignori obligati, quorum debitum ad debitorem pervenit, fructus vero ab alio percepti non ſunt pignori.

L.4. Satis) hæc non tantum ad munus primipilatus, ut vulgo creditur, pertinet, ſed etiam ad quodlibet munus civile, argumento *l.3. ſupra, ne uxor pro marito*. Ait, ob munus à marito geſtum non obligari bona uxoris, non in dotem data, *l.1. inf. ad l.Jul. de vi*: quo à contrario ſignificatur teneri ob civile munus bona in dotem data.

Qui primipili ſarcinam) Primipilares ſunt, qui ſpecies annonarias præbent ad paſcendos milites, vel comitatenſes, *l.6. & 7. C. Theod. de cohort. prim.* Primipilatus eſt in libris noſtris annonæ militaris procuratio. Olim primipilatus fuit præfectura quædam militum. His adde *l.ſpecieb. inf. de cohort. lib.12.* vide ſcripta hic, & ad *l.1. ſup.de condict. ex lege.*

Ac nominatorum) id eſt, eorum, qui eum crearunt ſuo periculo, qui etiam creatores dicuntur.

L.5. Placuerat) hic verbum *Placuerat*, ſignificat conventionem, alioquin pignori non eſſent.

In gloſſ. Inducta. Non igitur ſcientia) id eſt, conventio.

L.6. Si mater) hæc l.conjungenda eſt cum *l.omnium, ſup. ad Tertyll. & l.ſi aut, ſup. de legit. hered.* Eædem ſunt inſcript. & ſubſcript. ſumptæ ex *Nov. Theod. de tutoribus*. D. vi. Idus Julii, &c.

L. 6. Sacramentum) Ergo jurabat ſe iterum non nupturam.

L.ult. Sancimus) vide ſcripta ad *l.5. ſup. de locato.*

A conductore) id eſt, inquilino. Hoc loco namque inquilinus eſt in urbe conductor: in agro colonus. Appianus lib.2. de bell.civil. ait, inquilinos eſſe τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις.

Præſumptione) id eſt, Hypotheca tacita jure contracta. Tacita hypotheca, Græci κατὰ πρόληψιν. De ea vide generaliter ſcripta ad *l.ſi fuerit, ff. de reb.dub.* & not. ad *l.neque, §.pen. ff. de fideicommiſſ. libert.*

Si aliena res pignori data ſit. TIT. XVI.

L.1.) Hæc l. negat creditori dari pignoris retentionem, non tamen ideo negat dari hypothecariam, ut confirmatur argumento tutoris, & curatoris ex *l. 3. inf. eod. l. tutor, ff. de pig. act.* vide ſcripta ad init. *tituli ſupra de pig. act.*

L.2. Si probaveris) Velle videtur, qui ſcit, & patitur.

L.3. Rem mobilem) Recte mobilem. Nam obligationi rei

rei immobilis reſragatur conſtit. D. Antonini, de qua tit. A De rebus eorum, qui ſub tut.

L.5. Ordinariam) id eſt, directam;

Vtilis perſecutio) Locus notandus. Ex eo apparet bonum eſſe argumentum à pigneratitia ad hypothecariam, quod maxime in *ἀντιχρήσει* locum habet.

L.ult. in fine. Et jure) Jus hoc loco juris civilis rationem ſignificat. Auctoritates vocat conſtitutionem, *l.falſa, in pr. de condit. & demonſtrat.* Repetitur hæc lex infra *lib.11. tit. de agricol. & cenſ.* eſtque eadem inſcriptio, & ſubſcriptio.

Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non, & qualiter pignus contrahatur. TIT. XVII.

Et qualiter pignus) Ad hanc ſecundam Rubr. partem pertinet *l.12. & ult.* ad primam reliquæ ll.

L.1. Alumnos tuos) id eſt, ſervos, quos educaſti. B

Credibile eſt) id Juſt. in Novel. 39. ait fieri *κατὰ πρόληψιν*.

L.2. Emptiones) Inſtrumenta emptionis, & auctoritatis. In gloſſ. recte.

L.3. Religioſum) Conjun. *l.2. C. de religioſ.*

L.4. Nomen) id eſt, jus cautionis: vide ſcripta ad *l.3. ſup. de obligat. & act.*

L.5. Spem) Spes futuræ rei recte venditur, donatur, & pigneratur, *l. non emptio, ff. de contrah. empt. l.ſpem, inf. de donat.*

Præmiorum) Ergo nec ipſa præmia, id eſt, commoda: Præmia quæ dantur athletis pro victoria, quia ſacra ſunt præmia.

Tenet) id eſt, non veniunt in generalem hypothecam de omnibus bonis. C

In gloſſ. Coronis) Recte Accurſius coronas, id eſt, pro adepta victoria, id eſt, quia vicerunt. Nam athletæ, victores coronati perpetua vitæ commoda, præmia, vectigalia è Republ. conſequebantur, alebantur de publico, ut ait Vitruvius lib.9. in pr. Hæc præmia non poſſunt pignori obligari.

In gloſſ. Privata, niſi in ſubſidium) Niſi in cauſſa judicati. Nam condemnato, ſi non ſatisfaciat judicato, interdicitur his commodis, *l.commodis, ff. de re judic. l.6.* In gloſſ. obnoxia *l. qui filios 6. hoc titulo. Imo etiam relegatur.* Idem docet Paulus *lib.5. Sent. tit.1.* & in *l.ult. ff. eodem*, cum vide & notat. ibi ex *Nov. 134.*

L.7. Exſecutores) Qui initio dicitur exſecutor; in fine dicitur interceſſor. Exſecutores judicati intelligit. Sic *l.ne quis, ſup. de offic. rect. provinc.*

Boves aratorios) Sic Heſiodo *βοῦς ἀροτῆρας*. D

Tributorum illatio) Eadem ratione Valentinianus vetuit, ne quis vitulorum carnib. veſceretur, utilitati agriculturæ providens, ut ſcribit Hieronymus lib.2. adverſus Jovinianum. Eadem quoque ratione Conſtantinus conſtituit, ne boves aratori abſtrahantur, etiamſi deficiant deſtinati itineri, & curſui publico, *l.1. Cod. Theod. de curſu publ.* Iter fiebat vehiculis, iis jungebantur boves, vetat jungi aratorios.

§.1. Interceſſor) Qui *παγάρχης* dicitur à Juſt. in edicto de Alexandrinis, & *παγαρχία*.

Qui potiores in pignore habeantur. TIT. XVIII.

L.2. Prætoris, qui &c.) Fideicommiſſarii, de quo *§.1. Inſtit. de fideicom. hered.* vide varios de eo locos, notat. & ſcripta à me in *tit. 25. Frag. Vlp.*

In cauſſam judicati) Judicati ſervandi cauſſa. E

Occupaverit) Hoc verbo ſignificatur, creditorem fuiſſe miſſum in poſſeſſionem judicati ſervandi cauſſa, non pignus fuiſſe captum per exſecutorem, ut & *l.3. inf. eod.*

L. 3. Cum) Chirographarii creditores concurrunt exemplo reipubl. quæ illis præfertur, ſive ſit prior, ſive poſterior, *l. pen. ff. de privileg. credit.* id olim privilegium Rempubl. non habuiſſe, niſi id ei nominatim conceſſiſſet princeps, docet exemplo Plin. ad Trajanum, de exact.

Emolumentum ſententiæ) Sic *l.2. inf. de exſecut. rei judic.*

Tamen ſi perſonali) Alias, *ſi tantum*, rectius, ut ſit ſenſus: ſi tantum fuerit chirographarius creditor.

A *L. 4. Sicut es prior tempore*) Nam intra hypothecarios ordo ſervatur, etiamſi adverſus fiſcum, & Rempub.

L.2. Licet iiſdem) Idem in *Nov.79. Juſt.*

L.9. Qui acceperunt pignora) Chirographariis.

Perſonalibus actionibus) Hypothecariis.

L.10. Pro dote) Quod hodie non neceſſe eſt, cum militiæ habeant tacitam hypothecam in bonis mariti, *l. ult. infra hoc tit.*

Nam chirographarios) Nam hoc loco eſt adverſativa, quaſi dicas, non idem eſt in chirographario. Nam ſi is aufert pecuniam mulieri, non tamen aufert pignus, nec ullam habebit actionem, vel in rem, vel in perſonam in hypothecarium, ſed tantum in debitorem, aut ejus heredem.

L.11. Scripturas) Vide *l.comparationis, ſup. de fide inſtrum.* & ibi ſcripta. B

ἰδιόχειρα) Etiam ea dicuntur *χειρόγραφα, αὐτόχειρα, ἰδιόχειρα*, quaſi *ἰδίᾳ χειρὶ γεγραμμένα*, *Nov.17. & 142.*

Vel notarii) Notarii ſunt ſervi, qui ad ſcribendum operas locant.

Sive teſtibus) Excipe caſum in *l. ult. ſup. ſi cert. pet.* Nam tunc teſtes requiruntur.

Vulgo tabularios) Non idem eſt tabellio, & tabularius. Is enim eſt, qui ex mandato partium contractus conſcribit, & partibus edit, de quibus in *Nov. 44.* Suidas in verbo *ταβελλίων*, & in verbo *πρέκνος*. Tabularii ſunt ſervi publici, ſervi civitatis, aut Reip. qui ſunt addicti tabulario civitatis, contractibus adhibentur, & plerunque pro imperitis literarum contractus privatos ſcribebant, *Nov. 73.* Hodie liberi ſunt: olim erant ſervi, *l. generali, inf. de tabular.* Unde conditionales in hac l. dicuntur, ut C & in *l.aeſcenſionis, inf. de jure fiſci*, quia erant ſervi publici huic conditioni addicti, & mancipati, nec ad alias militias pervenire poſſunt.

§. ult. Integræ opinionis) Nam tunc habetur pro publico.

Trium vel amplius) Vide ſcripta ad *l.2. ſupra de teſtamentis.*

L.12.§.1. Omnes pene perſonæ) Pene dixit propter Rempub. quoniam utraque idem privilegium habet, *l.pen. de privileg. cred.* Privilegiarius adverſus privilegiarium privilegio non utitur.

§. Oportebat. Non de dote) id eſt, pertinet ad eam dos, ut inde alatur. *Poſſidet.* Sic Græci *κατέχειν*. Mulier jure naturali inſpecto, domina eſt dotis: at inſpecto jure civili maritus dominus eſt conſtante matrimonio: at ſoluto D matrimonio, aut inopia viri contingente, mulier jure civili act. hypothecaria res dotales perſequitur, *l. in rebus, de jure dot.*

§. Hæc autem) *Sed ne damnum*. Non ſavet lucro.

De iis, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

TIT. XIX.

L.2. Succeſſiſti) Ceſſione, & tranſcriptione juris facta, quia fiſco ſolviſti.

Ab actoribus) Actores ſunt ſervi, quibus domini ſummam rerum ſuarum committunt. Græcis *πραγματευταὶ οἰκέται*. Hi domus rationem adminiſtrant. Vide notata ad hanc l.

Vt indebitum numeratum) Oppon. *l.repetitio, ff. de condict. indeb.* Nam debitores creditum accepiſſe certum eſt, cur ergo tenetur condict. indebiti? Vide ſolut. in E *d. l. repetitio*, cui & opponitur *l.ſi pecuniæ, §.1. eod.* quæ facit cum hac l. vide ſcripta hic, & ad *l.5. ſup. de condict. indeb.*

In gloſſa: Reſtitui) Adde, cum habent privilegium fiſci.

L.3. Qui inferiores) Scripti habent, *infirmiores*. Melius, ut opponatur ei *potiores*.

L.ult. In gloſſ.) Dele totum caſum Viviani, & repone, Reſpubl. non habet tacitam hypothecam: qua in re diſtat à fiſco.

Si antiquior creditor pignus vendiderit.

TIT. XX.

L.ult. Non offerendo) Non interpellat diſtractionem

non

Digitized by Google

non offerendo. Ergo offerendo interpellat, ſi ante diſtractionem offerat, *l. ſi quiſquam, infra, de diſtract. pign. l. 26. ſup. eodem.* A

De prætorio pignore, ut & in actionibus debitorum miſſio prætorii pignoris procedat. T I T. XXII.

Prætorium pignus, quod miſſio in poſſeſſ. conſtituit, *l. miſſo, ff. pro emptore*, vocatur, non quia tribuitur jubente prætore, ſed quod conſtituatur jure prætorio ex edicto prætoris. Nam miſſiones fiunt ex edictis, *l. 3. ſup. ut in poſſeſſ. legat.* Ergo prætorium pignus eſt id, non quod capitur jubente prætore, ſed conſtituitur ex edicto per miſſionem, ut conſtat ex not. ad *princ. tit. ſeq.*

L. 2. §. ult. Recuperationem) Per actionem in factum, non per hypothecariam.

Si in cauſſa judicati pignus captum ſit. TIT. XXIII.

Captum ſit) Juſſu prætoris, aut præſidis in provinciis. B
Hoc pignus prætorium non vocatur, quia id non capitur jure prætorio, id eſt, ex edicto, ſed extra ordinem. De capiendis pignoribus nullum exſtat edictum, *l. ſi pignora, ff. de evict.* Item hoc pignus capitur, & diſtrahitur ex officio, id eſt, per apparitores, nec occupatur ab eo, ſecundum quem ſententia lata eſt, *l. 2. hic*, ut fit in prætorio. In hoc præterea pignore ſervatur ordo: Nam is, cujus nomine prius captum eſt pignus, potior eſt, *l. ſi jure, ff. qui potior. in pig. hab.* In miſſione non etiam viget privilegium temporis; vide ſupra ad *tit. qui pot. in pign.* Addatur, pleſunque eos, qui non admittunt prætorium pignus, id eſt, qui judicati ſervandi cauſſa miſſum in poſſeſſ. non admittunt, coerceri pignoribus, argumento *l. 4. §. 1. ff. de dam. infect.*

L. 1. Juſſu) ut contractu, ſic auctoritate jubentis pignus C
conſtituitur.

L. 2. Per officium) id eſt, apparitores, ut eſt in *l. ſi pignora, ff. de evict.* Græci ad hunc locum vertunt τάξιν. Eadem forma, qua officium pro officialibus dicimus, dixit Ammian. Marcellin. lib. 4. Palatium pro Palatinis. Ex iis apparitoribus erant præcones. Atque iden in *l. 3. ſup. de execut. rei jud.* ea pignora venduntur ſub haſta prætoris.

Judicatum fieri) Condemnatum.

Cujuslibet alterius vice) Græci hoc ſic interpretantur, ὥσπερ ἐξωτικῷ, id eſt, *quaſi extraneo cuilibet.*

L. ult. Auctoritate præſidis) Sic *l. eleganter, de pign. act. & l. debitor, ff. ad Trebel. & l. ſi is, qui in aliena, ff. de acquir. rerum domin.*

Si pignus pignori datum ſit. T I T. XXIV. D

L. ult. Poteris cum ſoluto eo) Si recte vendidit, non potes.

De Partu pignoris, & omni cauſſa. TIT. XXV.

Cauſſam hic vocat fructus, operas, & cæteras acceſſiones.

L. ult. Mancipiorum operis) ut & omni caſu.

In uſuras computatis) Recte in uſuras. Nam & cum creditori aliquid ſolvitur indiſtincte, id primum imputatur in uſuras. Deinde in ſortem, *l. 5. §. pen. & ult. ff. de ſolut.*

De Remiſſione pignoris. T I T. XXVI.

L. 1.) Huic l. conjungenda eſt *l. 1. inf. de ſer. pig. dat.* Et ex hac ad illa ſupplenda ſubſcriptio. Utraque eſt ad Proculum. Is eſt ſervus manumiſſus, *l. 15. inf. de ſer. pig. dat. manumiſſ.* Sententia eſt, maritus qui eſt ſolvendo, poteſt ſervum dotalem manumittere: quid ſi enim ſervum E
mulieri ob creditam pecuniam pignori obligavit maritus, non poterit eum invita uxore manumittere? In hac l. 1. explicat, quid vocet invitam, & invitam vocari, quæ non contradicit. Nam ſi ſciat, & non contradixerit, videtur pignus remiſiſſe.

L. 5. Debitum) Obſtat *l. 1. §. 1. ff. quibus modis pign. ſol.* vide ſolut. ibi.

L. 6. Obligationem pignoris amiſiſſe) Tacite pignus remiſiſſe.

L. 9. Nam ſi recepta) Nam, id eſt, Sed.

Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe. T I T. XXVII.

Chirographaria pecunia eſt, de qua non eſt cautum pignoribus. Eadem forma dicitur chirographarius creditor, cui nullum eſt oppoſitum pignus: huic creditor, hypothecarius, ut & pigneratitius opponitur.

L. 1. Pignus) hujus l. ſunt quatuor partes. In prima loquitur de novatione facta per ſtipulationem. In ſecunda de novatione, quæ fit lite conteſtata cum debitore actione perſonali, & poſtea ſecundum actorem lata ſententia. Tertia pars eſt, ad quam ſolam inſcriptio hæc pertinet. Quarta pars eſt, de creditore poſteriore, qui vult agere hypothecaria adverſus priorem, cui eſt obligatum idem pignus.

Si novatione facta) id eſt, debito in alium tranſlato.

§. 1. Quamvis perſonali) hinc ſumpta *l. 8. ſup. de pign.* ut docent inſcriptiones, & ſubſcriptiones eædem.

§. Offerre) Nam debitum pigneratitium licet poſterius, præfertur chirographario antiquiori.

De Diſtractione pignorum. T I T. XXVIII.

L. 1. Si creditor) vide ſcripta ad princip. *tit. ſup. de pign. act.*

Ipſo jure) Recte: Nam ſolutio ipſo jure ſolvit pignus, illi autem fructus in ſolutionem imputantur.

Litigioſam rem) Nam primum, ſi conſtat de pignore, res litigioſa eſt. Ergo non poteſt diſtrahi. Si conſtat de obligatione pignoris, recte diſtrahetur. Non eſt enim litigioſa.

L. 4. Et ſibi) Sibi hoc loco, id eſt, ſibi creditori. Sic Tullius ſecunda Philipp. *priuſquam tu ſibi vendideris, ipſe poſſedit, l. pen. ff. de pign. act.*

Bona fide) Nam ſi gratia ductus minus vendat dolo malo, furti quidem non tenetur, ſed actione pigneratitia.

Teſtato dicere) Græci addunt εἰς ἐπίγνωσιν ἔχει, id eſt, teſtato denuntiare debet, debitori ſi habeat teſtium copiam.

L. 5. Ad judicem venire) in hac l. arbiter rationibus excutiendis appellatur judex. Nam & is notionem habet. Judicis nomen late patet, arbitri non item.

L. 10. Si negotium gerat) id eſt, ſibi emat. Sic *l. 4. ſupra eodem.*

L. 13. In vacuam poſſeſſionem) id eſt, non occupatam, non impeditam: vide etiam ſcripta ad *tit. de act. empti, ſup.*

L. 16. Unus ex multis) Nam ſinguli heredes debitores tenentur actione perſonali pro portionibus hereditariis ex 12. *tab. l. 1. ſup. ſi cert. pet.* At hypothecarii ſinguli tenentur in ſolidum. Quare ſi unus ex heredibus ſolverit pro ſua parte, non ideo minus creditor pignus vendet in ſolidum, ſi alii ceſſent.

L. 18. De proprietate) tradita poſſeſſione.

Debitorem venditionem pignoris impedire non poſſe. T I T. XXIX.

L. 1. A ſe) Extra ſuum nomen, extra ſuam familiam. Quæ etiam ſpecies eſt *l. pater, §. fundum, ff. de legat. 3.*

Si vendito pignore agatur. T I T. XXX.

L. 2. Nullo jure) Non recte.

Vel tu) Vide ſcripta 7. Obſerv. 26. in fin.

L. 3. Per gratiam) idque dolo malo.

L. ult. Non emptoris) Quia hoc caſu debitori non datur actio in heredem, ſed in perſonam, *l. ult. ſupra de diſtract. pign.*

De Luitione pignoris. T I T. XXXI.

L. 2. Vincula pignoris) Hoc explicandum eſt ex l. 1. hujus tit. & ex *l. ult. inf. tit. prox.* Sublata igitur actione perſonali, qua tenebatur coheres, ſi ſolverit, tenetur tamen adhuc hypothecaria, niſi totum ſolutum ſit: vide ſcripta hic, & ad *d. l. debitor, ff. ad Trebel.* Ex qua caſum unum ſume ad hanc l. vide etiam cap. 31. de præſcript. & ſcripta ad *l. 20. ſup. de uſuris.*

L. ult. Si per eum factum ſit) Hæc ſunt edicti verba. Eadem ſunt in *l. ult. ſup. de pig. act.* vide not. & ſcripta ad *d. l. ult.*

Si unus ex pluribus heredibus creditoris, vel debitoris partem ſuam debiti ſolverit, vel acceperit. TIT. XXXII.

L. 2. Ejus vindicatio) Not. quod hic ait, pignoris vin-

Google

vindicationem ; id eſt, actionem hypothec. perſonam A non obligare, ſed rem ſequi. Unde collige è contrario, quandam eiſe vindicationem, quæ perſonam obligat, ut actio, qund metus cauſſa, quæ ſcripta quidem eſt in rem, petitque ſibi reſtitui, quod ablatum eſt vi, non ipſam perſonam obligat: vide etiam ſcripta ad *Rubr. ſupra de pign. act.*

Modo ſingularum rerum) id eſt, pro modo portionum hereditatis.

Si pignoris conventio numerationem pecuniæ ſecuta non fuerit. TIT. XXXIII.

L.1.) Male. In *l.1. ſup. de non numerata pecunia*, cujus hæc pais eſt, legitur *Hilario*, vide ſcripta ad *tit. ſupra de luit. pign.*

Nam intentio) id eſt, exceptio. Sic Ulp. ait, reum exceptionem probare, quaſi intentionem, *l.19. ff. de probat.* B

De Jure dominii impetrando. TIT. XXXIV.

L.3. §. Sin autem : poſt biennium) vide cap.21. de præſcription.

De Pactis pignorum, & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda. TIT. XXXV.

L. 1. Niſi intra) vide ſcripta ad *l. 4. Cod. de pign. act.* & hic.

L.2. Si negotium integrum eſt) id eſt, ſi nova voluntate nnn fuerit ejuſdem rei conſtituta obligatio, *l.4. ſup. de remiſſ. pign.*

L.ult. Quoniam) Quia per hanc conſtitutionem ſublatæ erant fiduciæ, ideo de illis nihil à Juſtin. relatum eſt in hanc l.

§.ult. Re amiſſa) id eſt, pignore amiſſo, quod eis mancipatum, vel in jure ceſſum fuerit. C

De Exceptionibus, ſeu præſcriptionibus. TIT. XXXVI.

Exceptio eſt defenſio, intentio vel allegatio ejus, cum quo agitur actione contraria, vel eſt allegatio quædam, δικαιολογία quædam competens reo. Sic dicitur in titulo *de replicat. Inſtit. lib. 4.* Exceptio nihil differt à præſcriptiune.

L.1. Debitoris) In illa 12. tab. l. cujus hic meminit, debitorum appellatione proprie ſignificantur, qui pecuniam mutuam acceperunt, ut creditorum, qui crediderunt. Ideoque in *l. creditores, ff. de verb. ſign.* Cajus ait, creditorum nomine non tantum appellari eos, qui pecuniam mutuam crediderunt, quoniam ii proprie creditorer dicuntur, ſic in *l.1. ff. de interrogat. in jur. fac.* Item ait, interrogatoriam actionem tunc eſſe neceſſariam, id eſt, heredes debitoris teneri pro portionibus hereditariis, ſi agi- D tur in perſonam, non in rem, & ita ſi certum petatur: actio autem, ſi certum petatur, eſt actio certæ pecuniæ numeratæ, & traditæ, *l.1. ff. de condict. trit.* vide etiam ſcripta ad *l.11. ſup. ſi cert. pet.*

Antiqua lege) Sic *l.2. ff. de nox. act.* vide ſcripta ad *l.1. ſup. ſi cert. pet.*

§. ult. Doli mali exceptione) Doli exceptio cum aliis concurrit cum except. pacti, *l.7. §. item quæritur, & §. prox. ff. de doli mali except.* Item cum except. non numeratæ pec. *l.3. ſup. de non num. pecun.* In ſpecie autem hujus l. 1. concurrit tantum cum exceptiune in factum, qund fieri duobus caſibus neceſſe eſt, adverſus parentes, & adverſus patronor, *l. apud, §. adverſus, de doli except.* & in caſu hujus *l.1.* ubi ſcil. manifeſta eſt inſcitia dolo carens. E

Potes) Obſtat *l. continuus, §. ult. ff. de verbor. obligat.* ubi vide ſcripta.

L.3. Fratrem ſuum quondam tutorem legitimum) Falluntur, qui putant ſratreo fratri ſemper eſſe fiduciarium tutorem. De eo ſic ſtatuendum. Liberi ſui liberis item ſuis mortuo parente ſunt tutores legitimi agnationis jure, in hac *l.3. & l. tutor in pr. ad Vellejan. & l. tutor. 2. §.1. ſup. de tut. & rat. diſtr.* At liberi ſui, vel emancipati liberis emancipatis, id eſt, fratribus impuberibur emancipatis ſunt fiduciarii, *tit. Inſtit. de fiduc. tut.* At liberi emancipati fratribus ſuis ipſo jure non ſunt tutores, ſed ex conſtit. Anaſtaſii ſunt legitimi, *l. fratres, ſup. de leg. tut. l. ne lucrum, ſup. de cur. fur.*

A *In gloſſ. Ad caſum poſteriorem*) Vel dic, quod commiſerat. Adde, recte. Quinque poſtremas gloſſas ab ea, quæ incipit (*pacti*) dele integras.

Tutelæ judicio) Actio tutelæ eſt bonæ fidei. Actionibus bonæ fidei omnes ſere exceptiones inſunt, etiam non allegatæ.

Probare potes) Nam replicabitur de dolo.

Nam replicatio) Ait, republicationem doli oppoſitam bonæ fidei judicium ſacere. Imo actio tutelæ ex vi ſua, & natura eſt bonæ fidei, ergo non ex replicatione doli. Dicendum vero hoc eſt, ſtrictam actionem, vel arbitrariam conſtitui bonæ fidei per replicationem, vel exceptionem doli, ut docet Dorotheus lib.43. *Baſil.* tit. 3. Hoc ille recte docet ex *l. Seja, ff. de mort. cauſſa donat.* In ea l. Papinianus ait, vindicationem non ioutiliter opponi B exceptioni doli: Subjicit, *bonæ fidei autem judicio conſtituto, &c.* his verbis indicat vindicationem factam bonæ fidei oppoſita exceptione doli: & generaliter omnis actio ſtricta ſit bonæ fidei oppoſita exceptione doli. At non actio, quæ eſt bonæ fidei ex ſua natura. Denique actioni bonæ fidei ineſt exceptio doli. Actio tutelæ eſt bonæ fidei. Quid ergo fuit opus exceptione doli? Dicendum, in actione tutelæ non eſſe opus opponi exceptionem doli, *l.1. §. onerandæ, ff. quarum rerum act. non det.* Sed ſi opponatur hæc actio, non tam videbitur bonæ fidei ex ſua natura, quam ex oppoſita exceptione doli. Eo reſpectu recte dicimus actionem tutelæ oppoſita exceptione doli, eſſe bonæ fidei.

L.4. Finitam ſententiam) Cauſſa finitur, ſententia differtur ampliatione judicum. Judicium, quod differtur am- C pliari dicitur, quod fit, cum judici nondum liquet. Chariſius in verbo *liquet*. Et tunc judices jurato palam ſolent edicere ſibi non liquere, *l. Pomponius, ff. de re judic. l. Pomponius, §. ult. ff. de recept.* Cic. pro Cluentio. Senec. lib.8. Epiſt. Donatus in Eunucho.

Sed dilatam) Dilatoriæ exceptiones ſunt, quæ cauſſam differunt, vel quæ evitari poſſunt: peremptoriæ, quæ non poſſunt evitari.

Integras defenſiones) id eſt, in integro. Peremptoriæ exceptiones ante ſententiam quocunque tempore opponi poſſunt.

L.5.) Huc pertinet *l.5. §. ult. ff. de doli except.*

In exceptionem) id eſt, contra except.

Sine temporis præfinitione) Sic & doli exceptio perpetua eſt.

D *L.7.*) Hinc explicanda eſt *l.21. inf. de ſolut.*

L.8.) Præſcriptio peremptoria eſt, quæ perimit actionem, vel quæ evitari non poteſt.

L.9. §. ult. Petitor probaverit) vide ſcripta ad *l.9. ſup. de probat.*

In gloſſ. Exceptiones, l.11. Rei cohærentes) ut exceptio doli, & rei judicatæ, *l. omnes, ff. eod.*

Perſonali) Ut exceptio inopiæ, quæ datur parenti, patrono, ſocio, marito. Item exceptio ceſſionis bonorum, qua debitor tueri ſe poteſt, fidejuſſor non item. Rationem vide *§. ult. in fin. Inſtit. de replicat. l.7. ff. de except.*

L. 11. Interceſſores) Interceſſorum appellatione continentur fidejuſſores, mandatores, & rei conſtitutæ pecuniæ.

Integro manente ſtatu) id eſt, reo capite non minuto: E Nam ſciendum, reum, qui patitur maximam, vel mediam capitis deminutionem, ſolvi omnibus obligationibus, & teneri fiſcum ad quem res ejus perveniunt, *l. 2. ff. de cap. minut. l.2. inf. ad l. Jul. de vi. l.5. inf. de bon. præſcript.* vide ſcripta ad *l.19. ſup. de probat.*

L.ult. In princ. litis) vide ſcripta ad *d. l. 19.*

De Litigioſis. TIT. XXXVII.

Id eſt, de exceptione rei litigioſæ, quæ eſt, de qua lis eſt conteſtata, nec omiſſa. Denuntiatio non facit rem litigioſam, *l.1. ff. eod.* ſed litis conteſtatio, vide not. *ſup. ad tit. de diſtract. pig.*

L.1. Interdicat ne venditio) Nam denuntiatio non facit litigioſum pignus, ideoque jure diſtrahitur.

L. 3. Quicunque) Hæc l. abrogata eſt in *Novel. 112.*

Fi-

Fideive commiſerit) Id eſt, per fideicommiſſum reliquerit. Sic *l.3. ſup. de legat. & l.28. ff. de adimend. legat.*

Sed æſtimatio) Hodie ex *Novel.112.* videbitur litis tantum eventus legatus. Itaque legatarius cum herede ſimul debet cauſſam agere.

De contrahenda, & committenda ſtipulatione.

TIT. XXXVIII.

Contrahitur verbis) Et eo modo uno verbo obligamur, dabis? Dabo: ſtipulatio, quæ contracta eſt, non item eſt commiſſa ſtatim.

L.1. Licet epiſtolæ) Id eſt, literis, & inſtrumento cautionis.

Credendum eſt) Tanti momenti eſt ea ſcriptura, qua probatur ſtipulatio, ut adverſus eam non admittantur teſtimonia, niſi ea falſi arguatur, Paul. *lib.5.Sent.tit. de teſtibus*:

L.2. Si filiæ) Ejuſdem rei exemplum in *l.4.inf.eod.*

Dari ſtipulatus) Dare eſt verbum juris: nam eo ſignificatur dominii acquiſitio, quia & in ipſo articulo patri acquiritur. Aliud eſt, ſi pater ſtipuletur, ut filio ea agere liceat, id eſt, ſi factum conferatur in perſonam filii: Nam ex hac ſtipulatione pater non poterit ea agere, item nec filius: Nam ita jus eſt, ut filius patri acquirat, & non pater filio, *l. quod dicitur patrem, ff. de verb. oblig.* vide ſcripta ad *l.39. ff. de verb. oblig.*

L. 3. Hadriano) Hujus l. pars ultima repetita eſt in *l. ſi pecuniam, ſup. de neg.geſt.* ex qua hujus l.inſcriptio, & ſubſcriptio eſt emendanda, & pro vi. legendum vii. Kalend. M.

Si cum) De certa pecunia numerata datur triplex condictio. Primum ex numeratione, quæ competit, ſi utilis ſit numeratio, & ea in ſpecie hujus l.3. datur. Secundo condictio ex conſumptione, ſi utilis ſit numeratio, & bona fide pecunia conſumpta ſit: Nam conſumptio conciliat numerationem. Tertio condictio ex ſtipulatione, quoties numerationem conſequitur ſtipulatio, quæ hic non datur: De his Quintil. lib.4.cap.4.

Negotiorum geſtorum) Contendit Accurſ. dandam actionem mandati ex *l. ſemper, qui non, ff.de reg.jur.* Reſponde, has duas actiones mandati, & neg. geſt. ſæpe eadem de re dari, ut ſit in arbitrio actoris, qua velit experiri. Sic ſi ratam habui, agam mandati, aut neg. geſt. *l.5. ff.de except. rei jud.*

L. 4. Secundum) Ejuſdem rei exemplum eſt in *l. 2. ſupra eod.*

Reſponſum) Quod non exſtat in Pandectis.

Ulpiani præfecti annonæ) Ex hoc loco notandum Ulpianum fuiſſe præfectum annonæ ſub Alexandro. Sic fuit ſub eodem præfectus prætorio, ut docet *l.4. ſup. de locato*. Lampridius in Alexandro ſcribit, eum fuiſſe præfectum prætorio ſub Alexandro, alii ſub Heliogabalo.

Amici mei) Ut hic, ita Ulp. quoque amicus dicitur in *l. Divi, ff. de jure patron.* & præfectus prætorio, & parens meus, in *l. 4. C. loc.* vide not. ibi.

Cum moreretur) Ideoque ſi mulier deceſſerit inteſtata, ea parte dotis nulli adſcripta, nihilominus ea ſtipulatio tranſmittitur ad ejus heredes legitimos. Nam ſibi videtur ſtipulata.

L.5. Nuda pollicitatione) Id eſt, pacto.

Sæpe conſtituta) Regula dicitur, ex pacto actionem non dari in *l.7. §.ut puta, ff. de pact.* Hic hoc ſæpe conſtitutum dicitur. Ex crebris ergo conſtitutionibus fiunt regulæ juris.

Non ſemper) Excipiuntur namque certi caſus, de quibus in *l. legitima, ff. de pact.*

§. Si præterea) Id eſt, præter pactum.

Poſt motam litem) Ex pacto ſcil.nec conteſtatam à promiſſore, qui ſi ex pacto noluit ſubire litem, committitur ſtipulatio. Ex pacto nemo invitus ſubit litem. At ex ſtipulatu invitus quis ſubit litem.

Convenit) vide ſcripta ad *l. 9. ff. de verb. oblig.* Item ad *l. 115. & 127. illo tit.*

L. 7. Neque tutoris) Hæc l. repetita eſt in *l. 1. ſup. de auct. præſt.* Unde ſic in hac reſtituenda eſt inſcriptio, AA. A & CC. Antonino, & ſubſcriptio ſine die; AA.Conſſ.

L. 8. Impoſſibilis promiſſio) Id eſt, ideo inutilis.

§.1. Poſt mortem) Servum mortuum recte ſtipulor, ſi ante debitus fuit: Nam quicquid debetur, recte in ſtipulationem transfundi poteſt. At debetur ſervus mortuus, qui furtivus eſt, aut ex omni alia cauſſa, qui poſt moram mortuus eſt. Ergo & illum deducere in ſtipulationem poſſumus. Recte poſtulo ſervum, qui nunc eſt in rebus humanis, ea lege, ut etiam poſt mortem præſtetur. Nam ejus æſtimatio debebitur, argumento *l.20. ff.de verb. oblig.*

L. 9. Mortis, vel cruciatus) Idem in *l. interpoſitas, ſup. de tranſact. & l.4. 7. 8. 9. ſup. quod metus cauſſa*.

Exceptione propoſita) Competit quidem actio ex ſtipulatu, quia eſt ſtricta, ſed excluditur exceptione metus. B Imo qui metu coactus promiſit, habet actionem quod metus cauſſa, qua hoc conſequitur, ut ſtipulator ſtipulationem acceptam faciat, aut in quadruplum condemnetur, *l.9. §. pen. ff. quod metus cauſſa*.

§. 1. Probabilem cauſſam) Id eſt, pacti.

§. ult. De hujuſmodi cauſſis) Id eſt, ne quis accuſetur. Et ideo in illis cauſſis ſtipulatio non valet, cum pactum non valeat, quod eſt perpetuum. Quare ſi quis non ob aliam cauſſam paciſcatur, aut ſtipuletur, niſi ne accuſetur, inutilis eſt ſtipulatio. Excipitur crimen capitale) *l. tranſigere, ſup. de tranſact.* vide ibi not.

L. 10. Solemnibus, vel directis) νομικῶς ait Theoph.

Vel legibus) *Vel* abundat.

L. 11. Scrupuloſam) Ex hac l. colligitur, actiones, quæ non inceperunt à defuncto, vel in defunctum, incipere C à perſona heredis, vel contra heredem: quod eſt contra regulam juris antiqui, quæ traditur in *l. ult. C. Theod. de diverſ. reſcript.* Illa regula ex hoc reſcripto ſublata eſt, non directo, ſed per conſequentiam. Quare Juſt. eam directo ſuſtulit per *l. unic. ſup. ut act. ab hered. & contra hered. incip.* quaſi hoc non ſufficeret, quæ lex hanc ſubſecuta eſt, ut docent ſubſcriptiones: vide etiam ſcripta ad *d. l.unic.*

Pridie quam moreretur) Nam qui ſtipulatur, vel promittit pridie, quam moriatur, videtur ſtipulari, vel promittere poſt mortem ſuam, quia non poteſt ſcire, quando ſit illud pridie, niſi poſt mortem.

L.12. Magnam) Meminit hujus l. Juſt. in *l. 2. ſup. de jur. emphyt.*

Stipuletur, vel quæ ſtipulator) Legend. *Stipulatori, vel* D *alii, quem ſtipulator*, &c.

Nullus enim admonuit) Id eſt, quod illi nulla damnatio facta ſit, quod tamen recte objicitur, quoties de actione agitur.

Citra ullam damnationem) Sunt quædam, quæ non debentur, niſi petantur, ut operæ officiales, quæ patrono debentur à libertis. Itemque ſatiſdationes quædam, ut damni infecti, legatorum. At quod me certo die daturum promiſi, id etiamſi non conveniar, debeo, & ſi non ſolvero, committitur pœna adjecta. Quare eleganter Græci ὁ ἐπὶ ἡμέραν ὀφείλων, ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκειν ὀφείλει id eſt, *qui ſub die debet, ſeipſum interpellare debet*.

Dat.ix. Id.) Eodem ergo anno quo *l. 2. ſup. de jure emphyt.*

In margine. Stipulari quandoquidem ſignificat promittere) Adde, recte in *l. ſi non ſortem, ff. de condict. indeb.* & E in *l. in bonæ fidei, ff. quod certo loco, l. ſi debitor. de contr. empt. & l. in pupillo, ff.de ſolut.* Sueton. Lege Lætoria minor 25. ann. non poteſt ſtipulari, id eſt, à minore 25.non poſſumus ſtipulari. Verum non ſic ſumitur in *§. præterea, Inſtit. Quib. mod. toll. oblig.* Non ſic in hac *l.magnam*, quod male putavit Accurſ. Sed pro ſtipulator recte Haloander ſtipulari legend. putat. Nam ſi hoc ſenſu dixit ſtipulator, cur ſubjicit promiſerit? Quare ſic legend *ſtipulari aliive, quem ſtipulator voluit, promiſerit.* Nam alii licet ſtipulari ſubjecta pœnali ſtipulatione, *§. alteri. Inſtit. de inutilib. ſtipul.*

L. 13. Per quam putabant) Factum putabant rei cohærere. Hujus rei exſtant veſtigia in *l. quod dicitur patrem*,

Poſt *& l.con-*

& l. continuus, ff. de verb. oblig. §. ſed cum pactum, Inſtit. de ſtipul. ſervorum.

Vel plus, vel paulo minus) Legendum, *plus vel minus*, ut in Græca conſt. Zenonis, *πλέον ἢ ἔλαττον*, *de ædificiis privat.*

In gloſſ. Miſta) Ad fin. adde: Continet enim ſtipulatio illa, rationes reddere ſpondes? hunc ſenſum, ut rationes allegentur, & excutiantur. Itemque ut brevia rationum exhibeantur. Itemque ut reliqua reddantur ſi quæ ſunt, *l. ſtatulibera, §. ult. ff. de ſtatulib.*

In gloſſ. Adimplere) Ad fin. adde, vide not. ad *d. l. nemo*.

L. 14. §. 2. Propter perſonas) Sic & in *l. pupillus, ff. de auct. tut. & edicto Iuſt. 7.*

Omnifariam) Vide Paulum *lib. 5. Sent. tit. de teſt.* & not. ad *l. 1. ſup. eod.* & ſcripta ad *l. 30. ff. de verb. oblig.*

§. ult. Si per ſcripturam) Scriptum ſcripto ſubmittur.

Exceptione majores) *Sans reproche*. Sic ſup. in *l. ſi quis, de teſtibus.*

In gloſſ. Excelſas: In fin. l. pupillus, §. pupillus) Lege, *§. ſane ſi quidem.*

L. ult. Si quis) Juſt. his conſtit. *l. ult. & pen.* pares facit ſtipulationes, quæ in dando, & quæ in faciendo conſiſtunt. At l. *nemo, ff. de duobus reis*, quam hic Accurſ. adfert, loquitur de ſtipulatione operarum, quæ eſt in dando: vide ſcripta ad hunc locum, & not. ad *d. l. nemo.*

Cum moriebatur) vide ſcripta ad *l. 45. ſup. de verb. oblig.*

Nemo enim) Si factum poſſit expleri ab herede, valet ſtipulatio.

De inutilibus ſtipulationibus. TIT. XXXIX.

Inutiles ſtipulationes ſunt, ex quibus utilis ſive efficax ſtipulatio non datur.

Non eſt obligatus) Pupillus naturaliter non obligatur, quoniam animi judicio caret. Animi judicium, & conſenſus eſt id, quod gignit naturalem obligationem. Si abſit animus, judicium abeſt, & naturalis obligatio. Itaque pupillus non obligatur, niſi ejus judicium ſuppleatur præſentia & judicio tutoris, *l. pupillus, ff. de oblig. & act. l. quod pupillus, ff. de condict. indeb.* Pupillus hoc uno caſu naturaliter obligatur in id, quo factus eſt locupletior, *l. naturaliter, §. ult. & l. prox. ff. de condict. indeb. l. cum illud, §. heres, ff. quando dies leg. ced. l. in perſona, ff. de pact.* cum ſim. In omnib. ponendum, locupletiorem factum pupillum. Eandem naturalem obligationem caſu hoc agnovit D. Pius, & primus ex ea utilem act. dedit, *l. pupillus, ff. de auct. tut. l. 3. ff. commod. l. 3. §. pupillus, ff. de neg. geſt.*

L. 2. Libera matrimonia) Ideſt, nullo conſtricta pœnæ vinculo.

Divertere) Repudium eſt inter ſponſum, & ſponſam: Divortium inter virum & uxor.

Stipulationes, quibus pœna) Hæc ſtipulatio eſt inutilis, quoniam matrimonia non debent contrahi, aut contracta retineri metu pœnæ.

Pœnæ irrogarentur) Niſi ſtipulentur pœnas legitimas, quæ irrogantur partim ll. Julia & Papia: partim conſtit. de quibus ſub. tit. de repud. ſupra, Eas pœnas poſſumus in ſtipulatum deducere, non alias, *l. 19. de verb. oblig.*

Divortium) Sponſalibus quoque non poteſt ſubiici ſtipulatio pœnalis, ſi tua culpa repudium miſſum fuerit, tot dabis? verum dari ſolent arræ ſponſalitiæ, quas vir amittit, ſi ejus culpa nuptiæ non ſequantur: ſponſa nunquam dat arras. Sed ſi culpa ſponſæ diſſolvantur ſponſalia, tunc ipſa acceptarum arrarum nomine tenetur in quadruplum, hodie in duplum.

In gloſſ. Conſtat) Adde ad fin. Dicendum in ſpecie *l. ea quæ, ff. de don. inter virum & uxor.* non eſſe pœnam: nam reddit tantum marito, quod ab eo accepit, de ſuo nihil erogat.

L. 3. Iſidoræ) Hæc l. ſcripta eſt ad patrem, non ad matrem. Porro non legendum Iſiodoræ, nec Iſiodoro, ſed Iſidoro.

Ut inter) vide ſcripta ad *l. 5. ſup. tit. prox.* Obſtat *l. ea quæ, ff. de don. inter virum & uxor.* Ubi proponitur ſtipulatio facta per epiſt. Reſponde, in ſpecie ejus l. epiſt. fuiſſe emiſſam cautionis loco inter præſentes, quod ſtipulationis loco habetur, *l. Titia, §. pen. ff. de verb. oblig. & l. 1. ſup. de contrah. & committ. ſtipul. §. ſi ſcriptum, Inſtit. de inutilibus ſtipul.* Paulus *lib. 5. Sent. tit. 7.* Verum exiſtimandum non eſt, ſtipulationem contrahi ſcriptura. Stipulatio eſt. quia res geſta eſt inter præſentes, non quia literis mandata eſt: vide ſcripta ad *rubr. de verb. oblig.*

Niſi ſua interſit) vide ſcripta ad *§. alteri, l. 38. ff. de verb. oblig.*

§. 1. Juliano reſtitui) Hæc ſtipulatio duplici ratione eſt inutilis. Primum quia alteri, deinde quia abſenti.

Super ſtipulatu tuo) Id eſt, ſtipulatione, ut & in *l. pecuniæ, ff. de uſur. l. uxori, §. ult. ff. de leg. 3.*

Intereſſe tua) Nam ponendum, aliam te ſubjeciſſe ſtipulationem, qua ſtipulatus es tibi dari id quod intereſt niſi dos reddatur quemadmodum convenit: hæc ſtipulatio utilis eſt.

Ob incertæ actionis effectum) Niſi ſolvatur Juliano, habes actionem incerti, *l. ſtipulatus, ff. de uſuris.*

In gloſſ. Ut inter abſentes) Poſt l. *ea quæ*. Adde, ex qua lege *§. ſi ſtipuler*, exempla ſumenda ſunt.

In gloſſ. Nepoti ſuo) Ibi, *vel ſecundum Azon. dic quod fuit*, adde recte.

L. 4. De ſucceſſione futura) Obſtat *l. ſuum*, alias, *§. pen. l. 7. ff. de pact.* Reſponde, non probe largiri de bonis viventis. At ibi filius non largitur, ſed potius exonerat. Obſtat etiam *l. ſi quis ſervum, ff. de act. empti*: vide ſolut. in not. ad *d. l. ſi quis ſervum*, & in ſcriptis ad hunc locum. Obſtat poſtremo *l. 3. §. ult. ff. pro ſocio*. Reſponde, ibi de incerti hominis hereditate pacti ſunt.

Interpoſita fuit ſtipulatio) Hoc licet ſolis commilitonibus euntibus ad prælium, ex *l. licet, ſupra de pact.* ut & conjugibus ex *Nov. 1. Valentiniani*: vide ſcripta ad hanc leg.

L. ult. Septimio) Addendum ex veteribus, Et Eutolio.

In gloſſ. Potuit) *Ut ff. de contrahen. empt. l. fundus*: Adde: vide ſolut. in not. ad *l. ſi mihi & Titio decem, de verbor. oblig.*

De duobus reis ſtipulandi, & promittendi. TIT. XL.

Rei nomen eſt commune ejus, qui debet, & ejus, qui debetur. Unde reus ſtipulandi dicitur ſtipulator: reus promittendi dicitur, qui debet ex ſtipulatione. Conſtitui autem poſſunt duo pluresve rei ſtipulandi. Rei ſtipulandi ſunt, qui ejuſdem pecuniæ ſinguli in ſolidum exactionem habent: rei promittendi, qui eandem pecuniam ſinguli in ſolidum debent, *l. & heredi, §. pen. ff. de pact.* Notandum, duos res non tantum ſtipulatione contrahi, ſed & cæteris contractibus, ut ſi depoſuero apud duos ea lege, ut ſinguli mihi in ſolidum teneantur, duo ſunt rei, *l. eandem, ff. eod.* Itemque olim nominibus apud menſam duo rei conſtituebantur, *l. idem, §. ſi unus, ff. de pact.* & ex omnibus eis contractibus dicuntur conſtitui duo rei promittendi, *d. l. eandem*. Idque quia verbum promittendi late patet: vel melius, quia ſtipulatio in ſe capit omnes obligationes. Adiatur teſtamento duos reos conſtitui. Exemplum eſt in *d. l. eandem*: vide ſcripta in hunc locum.

L. 1. Si duo) Verborum figura ſatis docet hanc l. eſſe ſpuriam, unde recte antea à Typographis omiſſa fuit, ut annotatur in margine. Nam & à veteribus libris abeſt. In uno tantum eſt tertio loco hæc nota, *vacat*, id eſt, ſpuria eſt.

L. 2. Exigere debitum) Ergo poſſunt debitores ab altero ſolidum petere. Hoc plane ab Juſt. non eſt abrogatum, quod putant interpretes, ſed ex magna tantum parte per *Nov. 99. περὶ ἀλληλεγγύων*, cujus pars hic ſubiicitur. Nec obſtat *l. vir uxori, ff. ad Vellej.* Nam ea non fidejubendi, ſed intercedendi verbo utitur, quod in Senatuſconſulto etiam ea complectitur, quæ quandam ſimilitudinem cum interceſſionibus habent.

A quo

A

A quo velit) Dubium autem non eſt, quin ſi velit poſſit actionem dividere. Nam etiamſi reum habeat, & fidejuſſorem, partem à reo, partem à fidejuſſore poteſt petere, *l.3. §.1. ff.eod.*

Communiter) id eſt, in rem communem.

Non cunctabitur) Si ſocii ſunt, actio pro ſocio dabitur illi, qui ſolvit adverſus alterum: eademque ratione pactum uni ex ſociis factum de non petendo alteri prodeſt, *l.eandem, eod. l.idem eſt, ff.de pact.* Si ſocii non ſint, & unus ſolidum ſolverit, ſuccurreretur ei actione mandati, videlicet ſi vice mutua fidejuſſerint, & unus partem ſolverit ſuo nomine, partem fidejuſſorio, *l. reos, ff. eod.* Si nec ſocii ſint, nec mutuo fidejuſſerint, ei qui ſolvit, non competit actio.

B

In gloſſ. A quo velit) in fi. addatur, *l.3. §.1. ff.eod.* nec poteſt creditori adimi electio pactione ſeorſim pacta, aut reſcripto principis, *l.3. inf. eod.*

In auth. Hoc ita in fi. ſimul cogendi ſunt) id eſt, habent beneficium diviſionis, quod etiam beneficium Hadrianus dederat fidejuſſoribus, mandatoribus, dederat etiam id beneficium Juſt. reis conſtitutæ pecuniæ, *l. ult. ſup. de conſtit.pec. Nov.99.* idem dat duobus reis, qui mutuo fidejuſſerunt.

L.3. Si vero in ſolidum) Nam creditori pactione ſeorſim facta adimi electio non poteſt.

L. 4. Vni datam) Non potuit namque ſingulis numerari in ſolidum: vide ſcripta hic, & ad *l. 5. ſup. ſi cert. petat.*

Jura refragantur) Nam id agebatur, ut numeratione uni facta ſinguli in ſolidum tenerentur, obligarentur.

C

L.ult.) hæc l. eſt de interruptione præſcriptionis.

Debitum agnoverunt) Soluta parte ſortis, aut uſurarum, *l. cum fidem ſup. de non num. pec.* Agnoſcitur, & debitum novo chirographo.

Ampliavimus) in *l.2. & 3. ſup. de annali except.* non in *l.cum notiſſimi*, ut notat Accurſ. male. Nam ea lex Juſtiniani non eſt, ſed Juſtini. Dele itaque totam gloſſ. ad hoc verbum.

Devotionem) Cum debitum quis agnoſcit, Juſtinianus vocat devotionem. Si non agnoſcit, contra vocat, indevotionem. in Nov. Juſtin. vocat *εὐγνωμοσύνην ἀγνωμοσύνην*. Sic in *l. ult. ſup. de fideicommiſſ. liber. heredis indevotione plectenda*. His vocabulis Juriſconſulti non utuntur: nam Triboniani flagitium eſt in *l.1. in fin. ff. de penu leg.*

D

Vel ex libello) Libellus hoc loco eſt *Βίβλος αἰτιάσεως* [illegible], dicitur in Nov. *un adiournement.* Sic in *l.2. §. pen.ff.de jud.* admunitio, *un adiournement*, qui §. Triboniani eſt, non Ulpiani.

Debitoribus præjudicare) Obſtare putatur *l. mora, §.pen. ff. de uſur.* Sed nihil pugnat: Nam nos de more non loquimur, ſed de interruptione. Interruptio generalis, mora in perſonam fit.

§. ult. Generalis devotio) id eſt, interruptio. Idque quia unus eſt contractus, una res, una actio, *l. 3. in fi. ff. eodem.*

Gloſſ. Ex libello) Dele poſtremam partem totam (*vel loquimur, &c.*

De fidejuſſoribus, & mandatoribus. TIT. XLI.

E

Fidejuſſores ſunt, qui pro debitore ſuo nomine promittunt: Nam fidejuſſor acceſſionis loco intercedit: Fidejuſſores dicuntur, quod fide, & periculo ſuo eſſe velint id quod cum alio geritur. Juben, & volo idem ſunt. Dicuntur, & ſponſores, quod ſint promiſſori proximi. Græcis *ἐγγυηταί.* Specialiter ii, qui fidejubent pro venditore, ob evictionem vocantur ſecundi auctores. Primus auctor eſt venditor, ſecundus fidejuſſor, *l. 4. ff. de evict.* hi *βεβαιωταί* dicuntur in *Nov.* 4. Uno tantum loco fidejuſſor accipitur pro repromiſſore, id eſt, pro eo, qui novandi cauſa obligationem ſuſcepit in *l. in perſonam, §. 1. ff. de pact.* Mandatores ſunt, quorum mandato quis pecuniam credit, aut fidejubet. Hi non verbis obligantur, ſed nudo conſenſu, & numeratur etiam inter acceſſiones, nec ob id ſit novatio. De his eſt hic tit.

L.1. Si Lyſias) vide ſcripta ad *l.11. ſupra de except. ſeu præſcipt.*

In gloſſ. Poſſunt) *L. in fraudem, §. principalis*. Adde, dicendum *d.l. in fraudem, §. ſi prius*, agi de debitore fiſci, non de fiſcatu, aut capite minuto, cujus debitoris bona æris ſui cauſſa fiſcus occupavit. Quare his videtur contentus, ut in *l. a D. Pio, §. ſi pignora, ff. de re judic.* Merito ergo fidejuſſores liberantur, niſi fidejuſſor acceptus ſit in id, quod debitor non poſſet. Sicque nihil obſtat huic legi.

L.3. Nam & cum hoc) *L.quæ dubitationis, ff. de regulis juris.*

Obligatio dividitur) idem dedit Juſtinianus duobus reis conſtitutæ pecuniæ, *l. ult. ff. de conſtit. pecun.* Datur etiam mandatoribus.

L.5. In gloſſ. Eſt poteſtas (*L. ſi ita ſtipulatus fuero, §. poſſum*) Adde: Dicendum, eum, qui promiſit, ſe nomine Titii ſoluturum, non eſſe fidejuſſorem: fidejuſſor ſuo nomine promittit, ſuoque nomine ſolvit. At in *l. ſi ita ſtipulatus*, id agi videtur, ut Titio non exſiſtente ſolvendo, ipſe ſolvat nomine Titii.

L.6. Signavit) Veteres libri, *adſignavit*. vide not.ad *§. Chryſogonus, l.126. ff. de verb. oblig.*

L.8. Quamvis in venditione) id eſt, quamvis fidejubeat ob evictionem fundi, quem vendidit pater, quamvis ejus videatur dominus.

Tenetur) Poteritque conveniri, ſive adhuc in poteſtate remanſerit, ſive ſui juris factus fuerit: tunc conveniatur in ſolidum, vel in id quod facere poterit.

L.10. Fidejuſſor) vide ſcripta ad *tit. ſupra de conſtitut. pec.* Obſtat *l. amiſſi, §. fidejuſſores, ff. eod.* Reſp. cauſſam dotis prædiorum junctam eſſe locationi prædiorum: vide not. ad *d. l. amiſſi*. Obſtat demum *l. 2. §. ult. ff. de adminiſt. rerum ad civit. pertinent.* juncta *l.fidejuſſores, §.1. ff. eodem.*

Si in uſuras) Si vero ſimpliciter acceptus ſit, non tenetur in uſuras, *l. quæro, ff. loc.* & ſoluta ſorte liberatur. Nec obſtat *l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, ff. eodem*, ibi dicitur fidejuſſorem teneri, qui eſt in omnem cauſſam acceptus: nam ibi in omnem cauſſam, ſive ab initio ex numeratione, ſive poſtea ex conſumptione condictio oriatur.

Poſtulari ſolet) Oppoſita exceptione epiſtolæ D. Hadriani, quæ peremptoria eſt, & ideo quocunque tempore poteſt opponi ante ſententiam: hanc reus niſi opponet, in ſolidum condemnatur.

L. 11. Cum alter) vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de oblig. & action.*

L.12. Blanditus) Sic in *l. 3. §. blanditus, ff. de adminiſt. tut.*

Pro alio intervenires) Fingendum non eſt, interrogatum Latine, reſpondiſſe Græce: quanquam, & eo modo ſtipulatio valeret, ſed Græce eum ſtipulatum, & reſpondiſſe *τί μή*. Sic enim legendum pro illis Græcis, *ὅτι οὐκ θέλεις ποιῆσαι*. Hoc confirmat *l.1. §.ſi quis interrog. ff. de verb. oblig.*

L.13. Inventurum ſe) id eſt, ſe eum requiſiturum, & inventurum.

Ad præfectum prætorio) Quædam ſunt ſtipulationes prætoriæ, ſeu fidejuſſiones, quæ interponuntur judicio ſiſtendi cauſſa, ut reus judicio ſiſtatur, & permaneat uſque ad fin. litis; hæc fidejuſſio eſt de perſona, & perſonalis dicitur in *Nov.53.*

Vel ad præſidum) hodie ex *Nov. Majoriani de curialibus*, decuriones puniendi ad præfectum prætorio, non ad præſidem provinciæ mittuntur, ut olim.

Exhibere) Si non exhibeat dolo malo reum, quoniam promiſit judicio ſiſti, extra ordinem coercetur, *l.ſi quis reum, ff. de cuſtodia reor.*

L.14. Extra ordinem) Ceditur actio ex pacto, facta quadam redemptione debiti: nam fidejuſſor ea lege ſolvendo videtur illud nomen emere. Erit autem hypothecaria directa actio, non utilis. Nam certum eſt ex ceſſione ſervi directam competere: ea autem hic dicitur extra-

traordinaria, non quod ſit utilis, ſed quia, ut lex indicat, de eo diſceptatur præſide cognoſcente. Ordinariæ actiones ſunt, de quibus diſceptatur apud judicem datum. Extraordinariæ quarum cognitionem ſibi judex reſervat.

In gloſſ. Celebrata eſt. (*Eſt differentia inter cedere, & mandare*) Male. Idem hæc poſſunt mandare, delegare, exhibere, cedere, præſtare, transferre, procuratorem ad inſtituendam actionem dare.

In fin. gloſſ. (*Et quia non ſolvit*) Dele omnia.

L. 15. Condicere) Dabitur illi condictio promiſſi, ſeu liberationis. Nobis propoſita eſt non tantum condictio indebiti ſoluti, ſed & indebiti promiſſi. Verum illa eſt certa, hæc incerta, *l. 3. ſup. de condict. indeb.*

L. 16. Vnum eorum eligere) Uno electo in ſolidum, nec ſatisfaciente, ad alium tranſire licet, *l. ult. inſ. eodem.* Huic dicto hæc l. non obſtat. Nam ejus poſitio hæc eſt: omnibus electis, omnibus conventis diviſa actione non licet deſerere id judicium, & cum uno eorum in ſolidum experiri.

L. 18. Non juſto pretio) Si juſto pretio venierint, ob id quod non ſufficiunt, tranſire licet ad fidejuſſorem.

L. 22. Si ultra hoc) Poſt hæc verba, *ſi ultra hoc*, addenda virgula, ut ſit ſenſus: Si ultra id, quod precibus tuis ſignificaſti, te mandaſſe, ut numeraretur. Nam hæc l. eſt particula quædam amplioris conſtitutionis. Ideoque ea verba: *Si ultra hoc*, ad præcedentia quædam referuntur. Sic autem ponenda eſt ſpecies: ego tibi mandavi, ut Titio numerares decem, tu numeraſti viginti, poſtea ego ſcripſi me redditurum, quod numeraſſes: non tenebor in viginti, ſed in decem tantum. Nam numeratio exceſſit mandatum.

L. 24. §. ult. Velut principalis tantum) Quoniam obligatio rei major eſt, & plenior, major autem obligatio minorem abſumit, *l. ſi creditor, ff. eodem.* Quare ſi fidejuſſor reo ſucceſſerit, extinguitur obligatio fidejuſſoris.

L. 26. Sancimus) Vide not. ad *l. 13. ſupra eodem.* Idem in *l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautionibus.* Sed obſtat *l. trajectitia, ff. de oblig. & act. & l. ſi fundus, §. ult. ff. de lege commiſſ. l. Celſus, ff. de recept. arb.* cum ſimilibus. Quibus proponitur, omnino offerendo debitum poſt diem moram non emendari. Solut. & explicationem *d. l. etſi poſt tres*, vide in ſcriptis ad *l. 84. ff. de verb. oblig.* Reſp. in ea ſpecie nullum fuiſſe diem adſcriptum, nullam pœnam, nullam conditionem. At hic loquimur de debitore ad diem. Poſtremo obſtat *l. ſi ita quis promiſit, §. Seja, ff. de verb. oblig.* vide ibi not.

Quatenus) hac fidejuſſione non promittitur factum alienum, ſed ſe curaturum, ut reus ſtet, *l. quoties quis alium, ff. de verb. oblig.*

Non ſtatim pecunias) Nam hæc ſtipulatio prætoria eſt: prætoriæ ſtipulationes benignius accipiuntur, *d. l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautionib. l. magnam, ff. de contrah. & commit. ſtipul.* vide ſcripta ad *l. 84. ff. de verbor. obligat.*

§. 1. Vſque ad ſex menſium) Notandum nunquam plures dari, quam ſex menſes, ſed interdum pauciores, ut ſi ab initio duo menſes conſtituti ſint, eis elapſis dantur duo tantum menſes, duplicatur tempus, de quo conventum eſt, ita ut non excedat ſex menſes.

L. 27. Præſentibus autem) Depoſitione facta hac de re apud tabularium civitatis, ὡς ἐν καταθέσει.

Secundum generalia edicta) Licebat præfectis prætorio generalia edicta conſcribere, quæ vocabant formas. Dicuntur τύποι τῶν ἐπάρχων, *l. 2. ſup. de offic. præfect. prætor. l. apertiſſimi, ſup. de jud.* Ea vim legis habent, hæc ſunt, quæ dicuntur ἐπαρχικὰ, & differunt ἀπὸ τῶν Βασιλικῶν: Βασιλικῶν appellatione continentur imperiales conſtitutiones: ἐπαρχικῶν præfect. prætorio.

§. Sancimus: & duobus menſibus.) vide cap. 13. de præſcript. Rationem cur liberetur poſt duos menſes, tradit Conſtantinus lib. 3. epit. tit. 6. atque hoc fieri κατὰ πρόληψιν: Nam qui fidejubebat ſine ſcripto judicio ſiſti, non præſumitur in longum tempus fidejubere. Hac autem l. duo conſtituuntur menſes, vide ſcripta in hunc locum.

A Et generaliter de his, quæ κατὰ πρόληψιν inducuntur, vide ſcripta ad *l. ſi fuerit, in fi. ff. de reb. dub.* & not. ad *l. neque, §. pen. ff. de fideicomm. libert.*

§. ult. Generaliter) De duobus reis nihil in hac lege novi Juſtinianus conſtituit, vide ſcripta ad *l. 116. de verb. obligat.*

§. ult. In gloſſ. Non concedentes ibi. (*de duobus reis l. 2.*) Adde. Dicendum, eo in loco petitionem exactionem (*) ſignificare, ut confirmat aperte *l. ſi ut certo, ff. commod.* Si quis ſolidum acceperit ab uno ex reis, alter liberatur. Obſtat etiam *l. ſi creditores, ſup. de pact.* Vide notata ad eam l. ubi eſt ſolutio. Obſtat denique *l. 16. ſup. eod.* vide ibi ſolut. in not.

De novationibus, et delegationibus. TIT. XLII.

Supra tractatum eſt de contrahendis obligationibus. B Tres ſequentes tit. ſunt de diſſolvendis. Obligatio ſolvitur certis modis, *l. obligationum fere, §. 1. ff. de oblig. et act.* Modi ſunt hi: ſolutio, acceptilatio, novatio, delegatio. Solutio re perficitur: cæteri modi verbis. Solutio naturalis eſt, cæteræ tres civiles, ſolutiones ſunt imaginariæ. Seneca lib. 6. de beneficiis. Solutio ergo alias re, alias verbis fit. Novatio aut priorem obligationem ſolvit, & novam inducit. Fit autem mutata cauſſa, vel mutata perſona. Mutata cauſſa, ut ſi quod à te ſtipulatus ſum pure, poſt in diem ſtipulor, aut contra. Mutatur perſona, quod ſtipulatus ſum à Primo, ſtipulor à Secundo, *§. prætor, Inſtitut. quibus modis tol. oblig.* Sed neceſſe eſt, ut id fiat novandi animo, quod ſatis erat jure antiquo. Hodie oportet exprimi verbis, *l. ult. inſ. eod.* Novatio à delegatione hoc differt, quod novatio eſt translatio debiti, C translatio obligationis in aliam, μετάθεσις τοῦ χρέους: delegatio autem ex parte delegantis non eſt novatio, ſed plena, perfectaque liberatio delegantis, ex parte tamen delegati novatio eſt, ſeu translatio, delegatio delegantem omni modo liberat, delegatum alteri creditori applicat, vide ſcripta hic. Ubi etiam oſtenditur, quid diſtet delegatio à ceſſione. Itemque à venditione nominis.

L. 1. Niſi conſentiente) Ratio eſt, quia novatio fit per ſtipulationem, ſtipulatio niſi conſenſum habeat, non valet. Delegatio proprie eſt, quæ fit per ſtipulationem. Ideoque in *l. 2. ſup. de oblig. et act.* ſeparatur delegatio à litis conteſtatione.

§. Nominis) hæc ult. l. pars repetita eſt in *l. 3. ſup. de hered. vel act. vend.* vide ibi ſcripta.

L. 2. Si delegatione) vide ſcripta ad *l. 1. ſupra de oblig. D et act.*

L. 3. Si delegatio) Ceſſio nominis poteſt revocari re integra: res integra quid ſit, docet hæc lex.

§. ult. Quaſi à cliente) hic ponit, eum à delegato pecuniam exegiſſe, quia pepercit quaſi clienti. Summa olim fuit neceſſitudo inter patronum, & clientem. Servii ætate clientes appellabantur ſuſcepti, ut notat 6. Æneid. Ubi adfert hanc l. duodecim tabularum. *Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*, vide ſcripta ad hunc locum.

L. 4. Contra voluntatem tuam) Aliud obtinet in procuratore, qui generale habet mandatum. Is enim novare, & delegare poteſt.

L. 7. Pro chirographario) At aliud eſt in hypothecario, qui etiam nomen illud obligatum cenſetur, vide ſcripta ad *l. 3. C. de oblig. et act.*

E *L. ult. §. ult. ἄνευ καινώσεως*) Legend. ἀνοβατεύτως, id eſt, ſine novatione. Eſt latina vox detorta ad inflexionem Græcam, vide ſcripta ad *tit. quibus mod. tollit. oblig. Inſtit.* & ſcripta ad hunc locum.

Non verbis extrinſecus) id eſt, non etiam verba.

De ſolutionibus, et liberationibus. TIT. XLIII.

Solutio) Ejus quod debetur. Liberationis verbum refertur vel ad obligationem, vel ad nummos, ad id quod debetur; Nam ſolvi obligationem dicimus; itemque ſolvi nummos. Si ſolutionis verbum referas ad obligatio-

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 16.*

Digitized by Google

gationem, æquè late patet atque liberationis verbum, utriuſque verbi eadem vis eſt, *l. ſolutionis, ff. eodem. l. liberationis, ff. de verb. ſignificat.* quæ conjungendæ ſunt. At hoc tit. ſolutionis verbum ſpecialiter refertur ad nummos, ideoque in ea ſæpe dicitur numeratio, *l. 8. l. 2. inf. & 23. eod.* Similiter liberatio in hoc tit. ſpecialiter accipitur, & ſignificat eam liberationem, quæ debitori ex ſolutione contingit, aut quæ non contingit. Nam hoc tit. oſtenditur, quæ ſolutio pariat liberationem, quæ non. Quare ſic explicandus eſt hic tit. de ſolutionibus, ejus ſcilicet, quod debetur, & liberationibus, quæ ex eis ſolutionibus debitori contingunt. Sic *inf.* lib. 12. *de ſolution. & lib. debitor. civitat.* Interea tamen tractatur de aliis quibuſdam liberationibus, quæ ſolutionis jure cenſentur, ut de confuſione in *l. 2.* & compenſatione in *l. 7.*

L. 1. §. ult. Prius in uſuras) Cum non exprimitur, in quam cauſſam ſolutum ſit, tunc in graviorem cauſſam ſolutum videtur, ut in uſuras potius quam in ſortem. Uſuræ voraces ſunt, ſanguinolentæ. Senec. lib. 7. de benef. cap. 10.

L. 2. liberari) Hæc l. loquitur de confuſione. Confuſio fit, ſi creditor debitori, aut debitor creditori ſuccedat: ſi unus ſuccedat debitori, alter creditori, nulla fit confuſio: vide ſcripta ad *l. 1. C. de compenſat.*

Licet diverſis rationibus) Pro rationibus legand. *ſtationibus*. Nam quæſtio in eo eſt, an ſi fiſcus tam debitori quam creditori ſucceſſerit ex diverſis ſtationibus, dicemus unum ſucceſſiſſe, quod ſit unus fiſcus, an duos, quod ex diverſis ſtationibus ſucceſſum ſit. Ergo, &c.

In gloſſ. Liberari) Dele hæc omnia (*quos dederat Titius illi, &c.* & repone, male. Fingit hic Accurſ. fiſcum ſucceſſiſſe ſuo debitori, cui ille viciſſim aliquid debebat, ſed fingendum fiſcum ſucceſſiſſe duobus, debitori, & creditori, ut in *l. gravib. ff. de fidejuſſ.*

L. 3. Quam ademptum) *L. huic enim, ff. de jurejur.*

Liberatus eſt) Ignorans liberatur, idque utilitatis cauſſa receptum eſt, id eſt, æquitatis ratione ex juſta, & probabili ignorantia, *§. rectè. Inſtit. de mand.* ubi Theoph. διὰ τὸ φύσει δίκαιον. Hæc 3. in jure idem ſunt, utilitas, ratio, æquitas.

L. 7. Ejus) Hæc l. eſt de compenſatione. Ea cenſetur jure ſolutionis, *l. 4. & 5. C. de compenſat.* vide ſcripta ad eum tit.

L. nona. Obſignatione) vide ſcripta ad *l. 10. ſup. de pign. act.*

L. 13. Figmento veritatis) Per imaginariam ſcilicet apocham: εἰκαστικὴν ἀποχὴν ait Lucilius libro ſecundo Epigrammat.

L. 16. In auth. hoc: meliorem) Eccleſia non dabit prætioſiorem, ſed mediocrem.

Cautela de evictione) Quoniam fundi in ſolutum datio ſpeciem emptionis habet, *Nov. 120.*

L. 18. Mandaveras) Itaque actione mandati procurator repetet pecuniam.

L. 19. Si actore) Actorum amiſſio ad totius domus everſionem pertinere dicitur in *l. ult. ff. de offic. præfec. præſid.* Can. Apoſt. 2. εἰς τοῦ οἴκου ἀνατροπήν: vide ſcripta ad *l. 2. ſup. de his qui in prior. cred. loc. ſucced.* Soli ſervi actum gerebant, *l. 6. §. irritum, ff. de inj. rupt.* ut in Flor. legitur. Vide not. ad *d. l. 6.*

L. 22. Inductum) Ex ſola inductione chirograhi non inducitur probatio, ſed ſolum præſumptio, *l. ſi chirographum, ff de probat.*

L. ult. Solutionem) vide ſcripta ad *l. 1. ſup. de probation.*

De acceptilationibus. TIT. XLIV.

L. 1. An ſolemnibus verbis) Verborum obligatio, eſt verborum ſolemnium obligatio. Ergo & acceptilatio eſt verborum ſolemnium liberatio. Solemnia verba vertit Theophilus ῥητὰ ῥήματα in tit. *Inſt. quibus modis tol. oblig. §. 1.* Utraque eſt juris civilis.

Veteris deſenſionibus) Id eſt, repellitur omnimodo, qui ſolvit, ſi ſine tutore pupilla ei acceptum tulerit. At

A ſi tutor quidem intervenerit, ſed acceptilatio minus ſolemnibus verbis facta ſit, inutili acceptilationi inerit pactum.

L. 2. Per acceptilationem) Acceptilatio fit etiam non facta ſolutione, ut donationis, aut tranſactionis, aut dotis gratia.

L. ult. Omnis agendi via) Ergo ſublata obligatione per acceptilationem nulla ſupererit actio, niſi de dolo, aut ſi quæ alia ſit reſtitutoria, *l. 4. l. 19. ſup. de tranſact.*

De evictionibus. TIT. XLV.

L. 1. Perſequi debet) At ſi ſingulæ res venierint, venditor eas ſuo ſumptu perſequi debet.

§. 1. Non præſtatur) Idem dicemus in venditione peculii, *l. 5. ff. eod.*

L. 2. Nudo autem) Idem Paulus ſcribit *lib. 5. Sent.*
B *tit. 11.*

L. 4. Utilis tibi) Vel in factum, exemplo *l. in pec. 24 ff. de pig. act.* vel agetur priſtina actione, quaſi non valeat datio in ſolutum, *l. 46. ff. de ſolut.*

L. 5. Quæ mercata es) vide ſcripta ad *l. 10. ſup. de compenſat.*

L. 7. Auctore laudato) Laudatus autem non tenetur: vide ſcripta ad fin. *l. 5. de peric. & com. rei vend.*

L. 17 Si cum) At ſi vindicat emptor, nihil conſequotur ſumptuum nomine, niſi aliud convenerit, *l. 102. de verb. oblig.*

L. 21. Empti actio) At ædilitiæ actiones temporales ſunt: vide not. ad pr. *tit. ſup. de ædilit. act.*

Longi temporis præſcriptione) vide cap. 30. de præſcript.

C *L. 27. Si fundum*) vide ſcripta ad *tit. ſup. de com. rerum alien.*

L. 29. in eorum vicem) Sic ſi donator acceperit ἀντίδωρον, de evictione tenetur, licet de eo non convenerit, *lib. 2. tit. 28. & 33.* in legibus Longobard. quod rationem habet.

Eos conveniri poſſe) Præſcriptis verbis actione: vide ſcripta ad *l. naturalis, ff. de præſcript. verb.* & not. ad *l. 1. ff. de rerum permut. & ſup. de rerum permut.*

De patria poteſtate. TIT. XLVII.

L. 6. Uſurpatur) Ut conſtat ex Luciano in abdicato: vide ſcripta ad *l. quidam, de verb. oblig.*

L. ult. Liberati) Paul. *lib. 5. Sent. tit. 1.*

De adoptionibus. TIT. XLVIII.

L. 2. Jure antiquo) Vide Ulp. in *Frag. tit. 8.*

De emancipationibus liberorum. TIT. XLIX.

D *L. 5. Jubemus*) Conjun. *l. 18. ſup. de collat.*

L. ult. Circumductiones) Inextricabiles: Vide Iſidorum lib. 9. & Claudianum in 4. conſul. Honorii in fi. & ſcripta in *Nov. 81.* ubi de hac re loquitur Imp. Item Ambroſius lib. 2. Epiſt. vide ſcripta ad *Rubr. de verb. oblig.*

De poſtliminio reverſis, & redemptis ab hoſtibus. TIT. LI.

Delendum eſt, *reverſis*, nec eſt in *C. Theod.*

L. 1. Ovinio) Legend. *Tertyllo præſidi provinciæ Miſiæ inferioris.*

L. 9. Lex Cornelia) Quæ hic non ad reverſum filium ſed ad patrem referenda eſt, qui deceſſit apud hoſtes, ut in *l. ult. ſup. quibus ex cauſſis major. in integrum reſtituant.*

De infantibus expoſitis liberis & ſervis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt. TIT. LII.

E *Qui ſanguinolentos*) Id eſt, recens natos.

L. 2. Unuſquiſque) *L. 19. ſup. de Epiſc. aud.*

L. ult. Sancimus) De hac re exſtat Epiſtola quædam Trajani apud Plinium, & vetus quædam formula, de qua vide ſcripta ad *tit. 1. lib. 5. Sent. Pauli.*

De donationibus. TIT. LIV.

L. 1. Inſtrumentis donatis) vide ſcripta ad *l. 21. ſup. de probat.* & ad *tit. ſi quis alteri vel ſibi.*

Et traditis) Traditio tabularum auctoritatis facta à vero domino dominium transfert hic: At traditio tabularum emptionis dominium non transfert.

L. 8. Non donandi voluntate) Pater videtur donare filio prædia, ſi ejus nomine ea in cenſum deferat. Id Iſidorus

rus lib. 47. *Βασιλ.* not. fieri: κατὰ πρόληψιν Vide not. ad A *l. neque, in fi. ff. de fideicom. libert.* & ſcripta ad *l.ſi fuerit, ff. de rebus dubiis*.

L.15. Æris alieni) vide ſcripta ad *tit. ſup. de hered.act.*

L.17. Sive emancipatis) Hunc pertinet *l.32. §.2. ff.eod. tit.* Sic ratihabitione heredum, aut coheredum hujuſmodi donatio confirmabitur, *l.4. ff.de donat.*

L. 20. Vice donatricis) vide ſcripta ad *l. 2. in fi. ff. de teſt.*

L. 27. Inter neceſſarias conjunctaſque perſonas) Inter quas tamen, non exigitur verborum ſubtilitas, mancipatio, aut traditio, ex conſtit. D. Pii, *l. 4. C.Theod.* Sufficit enim inter eas quibuſcunque verbis voluntas expreſſa. Paul. *lib.4. Sent. tit.1.*

L. 28. Vel in dotem dando, vel vendendo) De modis transferendi dominii: vide ſcripta ad *tit.C. de act. empti*. B

L. 29. In extraneos) Ut *l. ult. C. Theod. de legit. hereditat.*

Kal. Maii, Felice) Legend. Martii C. P. Felice.

L. 33. Ceſſiones Actionum) vide ſcripta ad *l.1. ſup. de oblig. & act.* & ad *l. 8. illo tit.* quæ huic obſtat: ſed hic agitur de ceſſione actionum, quam conſtat nec mandatoris nec mandatarii morte finiri, ſi modo heredem reliquerint. At in *d.l.8.* nulla fuit ceſſio actionum.

L.34. §. Exceptis: Tam imperialibus) *Nov. 52.*

Majeſtatem) Sed nec privatorum in Imp. donationes inſinuandæ ſunt, *Nov.52.*

§. ult. Vel adjiciatur tempus) Legendum. *nec adjiciatur &c.* ut & legit Iſidorus lib. 47. *Βασιλ.* tit. 1. alioquin hic §. ſubvertet ſuperiorem: vide ſcripta ad *l. 16. §. 1. ff. de verbor. oblig.* C

L. 35. §. Sin autem: ex l.noſtra) Olim autem neceſſaria fuit mancipatio, vel traditio, vel ſtipulatio.

De donationibus, quæ ſub modo, vel conditione, vel certo tempore conficiuntur. TIT. LV.

L.1. In hoc caſu.) Ideo ſæpius ait, *in hoc caſu*, quia alias, ubi eſt condictio, ibi ceſſat vindicatio: vide ſcripta ad *l. 3. ſup. de condict. ob cauſſam dat.*

L. 3. §. ult. Utilem actionem. Hoc loco utilem actionem Græci vertunt in factum, lib.41. *Βασιλ.* vide not. ad *l.in factum, ff. de oblig. & act.* & ſcripta ad *l. ſi longius, §. 1. ff. de judic.* Vel utilis actio, id eſt, præſcriptis verbis. Sic dicta, quia non eſt civilis, ſed exemplo civilis inducta: vide ſcripta ad *Rubr. de præſcript. verbis*.

De revocandis donationibus. TIT. LVI.

L.7. §. ult. Ut vindicationis tantum) Id eſt, vindictæ D ſive ultionis, atque ita ſimilis eſt actio injuriarum, & de moribus actio huic actioni: vide ſcripta lib. 4. Obſ.c.19. & ad *l.3. ſup. de condict.ob cauſſam dat.* & ad tit. *ex delict. defunct. in quant. her. conven.*

De donationibus cauſſa mortis. TIT. LVII.

L. 2. §.ult. Cum divi Severi) Poſt hanc Severi conſtitutionem Juriſconſulti plerique cenſuerunt eundem eſſe effectum legatorum, & donat. cauſſa mortis per omnia, *l. 1. §.1. de mort. cauſſa donat. l. Marcellus, l. etſi debitor illud, eod. tit.* Idem poſt cenſuit Juſt. in *l. ult. inf. hoc tit.* vide ſcripta ad *Rub. de leg. 1.*

L. 4. Cenſuerunt) In *d. l. 1. §. 1. d. l. Marcellus, d. l. illud*.

Ultimæ habent liberalitates) Id eſt, legata: vide *l. 2. ſup.* heic, & ibi not. Ergo donationes cauſſa mortis, inſtar ſunt legatorum, ſcilicet teſtamento facto, *l. 20. ff. de leg. præſtand.* E

De infirmandis pœnis cœlibatus, & orbitatis, & de decimariis ſublatis. TIT. LVIII.

L. 1. Jure veteri cœlibat.) De horum pœna eſt tit. 14. *in Frag. Ulp.*

L.2. Conjun. *l.2.inf. tit. ſeq.*

Ex l.Papia decimarum) De quibus eſt titulus 13. *Frag. Ulpiani*.

De jure liberorum. TIT. LIX.

L.1. Nemo) Impp. non dicunt ſe jus 3. aut 4. liberorum dare, alioquin ſupervacua eſſet ſequens Juſtin. conſtit. *l.2. inf.* itaque hic conjugibus jus liberorum datur, A etiamſi liberos non habeant; ſcil. ut inter eos ſit teſtamenti factio: vide ſcripta ad *tit. 16. Frag. Ulpiani*.

AD LIBRUM IX.

De iis, qui accuſare non poſſunt. TIT. I.

LEX 1. *Prius eſt*) Ex ordine judiciorum. Oppon. *l.5. ff. de pub. jud.* ubi vide ſolut.

L.2. Ingenuo) Legend. *Eugenio*. Is eſt, cujus cautio initio refertur: vide ſcripta ad *l.5.§.ætati, ff. de his, quæ ut indig.*

Proprio nomine Legendum, *pupilli nomine*, hoc ſenſu: Tutores ideo non prohibentur, quod alieno nomine non B liceat accuſare, pupilli nomine liceat accuſare, quia non videtur calumniari, cum id faciat neceſſitate coactus.

L.4.Præſidem provinciæ) Qui ſolus in provincia de criminibus cognoſcit.

L. 5. In gloſſ. Senatuſconſulto Liboniano) Dele, Non eſt Libonianum: Nam hoc de iis, qui ſibi aliquid aſſcribunt in teſtamento non regnoſcente teſtatore. Sed fuit quoddam innominatum, *l. 2. ff. de accuſat. l.2. infra de calumniat.*

L. 9. Severia) Legendum, *Severiano*.

L. 11. Data opera) Id eſt, dolo malo.

L. 13. Exſilii pœna) Id eſt, relegationis, ut conſtat ex *l. exſilium, ff. de interdict. & relegat.*

L. 15. Cum periculo calumniæ) Excipe ſi quis Orthodo- C xus calumnioſe accuſavit Neſtorianum: Non enim ſubjicitur periculo calumniæ, *l. 3. ſup. de ſumma Trinit. & fide cathol.*

L.16. Callutico) Veteres libri habent: *Africo*.

Accuſationem tertiam) vide *l. 5. §. ult. ff. de jurejur.* & Ciceron. pro Cælio.

L. 19.) vide *l. neganda, Cod. Theod. eod. & l.5. ff. de publ. jud.*

L. 20. Ex familiaribus) Id eſt, famulis.

L. ult. Si liberti) Conjun. *l. 1. de lib. & ſucceſ. in C. Theod. & l. ult. C. de calumn.* quæ ex illa ſumpta eſt, & *l. ult. C. Theod. & l.ultim. inf. tit. prox. & l. liberorum, C. de teſtibus.* Cujus inſcriptio, & ſubſcriptio ex hac ſubſtituenda eſt.

De accuſationibus, & inſcriptionibus. TIT. II.

D *L.1. Extraordinaria*) Vel pecuniaria, vel corporali.

L.2. Dominus eum defendere poteſt) Quin & procurator domini.

L.3. Stephanidi) Legend. *Stephallo*.

Abſentes etiam) De alia videlicet cauſſa, quam de objecto crimine, ut de juſta abſentia.

L. 6. Requirendum) Id eſt, ut requiratur. Annotare rerum requirendum dicitur judex, cum decrevit in acta referendum, ut is requiratur. Plinius 10. Epiſtol.

In gloſſ. A præſide) Dele hæc omnia (*Quia præſes non poteſt damnare in metallum, ut ff. &c.*) & repone, hoc falſum eſt. Nam poteſt præſes in metallum damnare, ut conſtat ex *l.6. ff. de offic. præſid.* & ex *l.8. §.1. ff.de pœnis.*

L.7. Per officium) Id eſt, ſtationarios.

Citra ſolemnia accuſationum) Græci χωρὶς ἐγγράφων, *citra inſcriptiones*.

E *L. 8. Non ad ſtationarios*) Qui non habent jus imperii.

L.9. §. Plurima crimina) Judicis accuſationes.

L.10. *Negotii*) Id eſt, litis, ut in *l. deſtitiſſe, ff.de judic. & l. 4. §. non omnis, ff. de re milit.* Et ideo executores modo dicuntur litium, modo negotiorum.

L.11. Liberis Criſpinæ) Hæc inſcriptio vitata eſt: alii libri habent, *Aviæ Criſpinæ cariſſimæ nobis*. Legendum; *Habe Criſpine cariſſime nobis*. Fuit autem is Criſpinus præſes provinciæ: vide ſcripta lib. primo Obſerv. c.15.

Juris publici formam) Id eſt, l. Juliam publicorum judiciorum.

Paſtorum) Id eſt, latronum, qui frequenter latrocinia exer-

Digitized by Google

exercebant, *l.* 1. *C. Theod. Ne paſtoribus dentur filii, &c.*

L. 12. *Sponte ſe præcipitant*) Græci ſic recte hunc locum interpretantur: urgebat debitorem creditor ad ſolutionem, is ſe præcipitavit. Accuſatur creditor quaſi debitori mortis cauſſa fuerit. Reſpon. Impp. Non deberi eum accuſari, nec illi periculum ullum ideo imminere, quod innocens creditor fuit.

L. 14. *Singuli*) Leg. *conceſſum*, *C. Theod. de accuſat.*

Relationibus) Id eſt, notoriis vel elogiis apparitorum ſeu Irenarcharum. Hoc autem Tribonianus adjecit ex alia conſtitut.

Rei veritatem inquirere) ἀναζήτειν αὐτὸ.

L. 16. *In cauſſis*) Vide explicationem hujus in notatis & ſcriptis lib. 1. Obſ. cap. 2. Conjunge eam l. ut & in *C. Theod.* cum *l. unic. inf. de abigeis*, & *l.* 8. *momentariæ*, *ſup. unde vi.*

Alterutram partem) Accuſatorem vel reum, *l.* 7. *inf. de calumniatoribus.*

Terrere poſſit auctoritas) Leg. *tenere poſſit auſteritas.*

L. ult. Accuſationis) vide not. ad *l. ult. ſup. tit. prox.* quæ huic conjungenda videtur.

§. 1. *Vinculum*) Vide Symmachum lib. 1. Epiſt. epiſtola ult.

§. Nemo tamen) Repetit. eſt in *l. ult. inf. de calumniatoribus.*

Sorte ſatiandus) Legend. *Sociandus.*

De exhibendis, & tranſmittendis reis. TIT. III.

L. 1. *Vel cauſſa meritum*) Id eſt, elogium.

L. 2. *vinciatur*) Vide num legend. ſit, *injiciatur*, quod confirmant Græci, qui legunt ἐμβάλλεται, alioquin multa pugnabunt.

§. Accommodetur aſſenſus) Symmachus lib. 1. epiſt. epiſtola 1.

Copia nundinandi) Id eſt, ut Græci, ne quid accipiat, ut longius illi tempus indulgeat, aut ut eum liberet.

De cuſtodia reorum. TIT. IV.

Cuſtodia plerunque ſignificat publicum carcerem, ut hic, & *l.* 9. *ex quibus cauſſis major.* Interdum reum, qui detinetur in cuſtodia.

L. 1. *§. ult. Stratorum*) Ii ſunt, qui neceſſaria cuſtodiis adminiſtrant, ut victum & ſtratum, *l.* 34. *ff. de re judic.* Sic ſtratores dicuntur in *l. obſervare*, *ff. de offic. proconſ. l. in eadem, ff. ex quibus cauſſis major. l. ult. de jure immun. l.* 1. *ſup. de offi. præfect. prætor.* ut de ſtratoribus *inf.* lib. 12. Male ergo Budæus legit *ſtatores*.

L. 4. *Ad commentarienſem*) Commentarienſis eſt, qui redigit in commentarium eos, qui in carcerem conjiciuntur: vide c. 10. tract. de præſcript.

L. 5. *Carcer incluſus*) *Incluſus* abeſt in C. Theod. & lib. *Βασιλ.*

§. 1. *Intra triceſimum*) Hoc Græci ſic interpretantur, ut eum ſingulis diebus præſidi ingerat, uſque ad dies 30. vide cap. 10. de præſcript.

Impetrata fortuna) Græci vertunt ἐκπεσὼν τῆς ἀξίας *privatus dignitate.*

Ad calcem tit.) Deeſt hic Græca conſtit. cujus ſententiam ex lib. 60. *Βασιλ.* vide in not. ad *l.* 10. *ſup. de epiſcop. aud.* & c. 3. de præſcript.

De privatis carceribus inhibendis. TIT. V.

L. 1. *Imp. Zeno.*) Idem ante Zenonem ſanxerunt alii Impp. eadem pœna propoſita, *l. un. C. Theod. de privat. car. cuſt.* Ac ne cohortalibus quidem ſtationariis hoc permiſſum eſt, *l.* 1. *de cur. & ſtat.*

Præfecto Auguſtali) Is qui mittitur in Ægyptum, vocatur præfectus Auguſtalis. Sic dictus, quia primum ab Auguſto conſtitutus eſt, *l.* 1. *ff. de offic. præfect. Auguſt.* Strabo lib. primo. Tacitus lib. 17. qui ait, eum regis loco fuiſſe.

In gloſſ. ult.) Dele hæc (*ſed fallit quandoque hæc lex inf. de falſa mon. l.* 1. & repone, male, nec quicquam de ea in *d. l.* 1.

Accuſatos) Adde ante eos, in quos nihil juris habent: ſive rei ſunt, ſive non.

Ad calcem tit.) Deeſt hoc loco Græca conſtitut. quæ

A ſtatuit, ut in carcere publico tot diebus maneat, quot manſerint ii, quos incluſerant carcere apud ſe facto, cujuſcunque fortunæ vel dignitatis fuerint, & excidere actione competente adverſus concluſos, idque prudentia epiſcopi & judicis. Quod ſi negligens fuerit judex, & fortunam, & ſalutis periculum incurret.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit. TIT. VI.

Græca conſtitutio) Deſideratur *l.* 1 *hujus tit.* Cujus ſententia hæc eſt ex 60. *Βασιλ.* Si miles deſertor mortuus fuerit, crimen exſtinguitur.

L. 3. *Cum morte*) Sic & in *l.* 3. *ſup. ubi cauſſæ fiſcales*; Idem Imp.

Si quis Imperatori maledixerit. TIT. VII.

L. 1.) Ante hanc conſtitut. crimen majeſtatis non ſolum facto, ſed & verbis impiis & maledictis exacerbari,

B Paulus ſcribit *lib.* 5. *Sent. tit.* 29. Fit enim crimen majeſt. verbo & dicto. Cic. pro Cælio, Dio, qui vocat hoc crimen τῆς ἀσεβείας: Sozomen. & Nicephorus de Gratiano: Tacitus 1. Annal. unde hæc l. in *Βασιλ.* eſt ſub tit. ad *l. Jul. Majeſt.* Idem vero, quod in hac l. Theod. ſanxerat Tiberius Dione teſte, & Hadrianus auctore Spartiano. Hujus autem l. meminit Zonaras can. 84. Apoſt. At qui Pontifici maledixit, eum pontifex graviter puniri vult, cap. 1. *de maledicis*, in Decretal.

Obtrectator temporum noſtrorum) Græci hic notant, accuſatos fuiſſe quoſdam, quod deploraſſent ſua tempora, & dixiſſent ſe infelici ſeculo natos.

Si ab injuria) Id eſt, dolo & malitia.

Remittendum) Id eſt, condonandum. Græci συγχωρητέον. Dele gloſſ. ibi.

C *Ad legem Juliam majeſtatis.* TIT. VIII.

L. 2. *Alienam*) Repetita eſt in *C. Theod. lib.* 9. *tit.* 14. ad *l. Cornel. de ſicariis*. Ubi hæc eſt ſubſcriptio. D. pridie Non. Septemb. Amiræ Cæſario & Attico Conſſ.

Inconſulto juraverat) Dion. lib. 57. Tacitus lib. 1. vide ſcripta ad *l.* 2. *ſup. de rebus cred.*

L. 3. *In gloſſ. Convictus*) Id in Gallia non probatur ex conſtitut. Ludovici.

L. 4. *Fidicularum tormenta*) Fidiculæ ſunt virgulæ, quibus rei in equuleo dilacerantur, & torquentur, ut fides reperiatur.

Excepta tantum majeſtatis) Legend. *tamen*, non *tantum*, alioquin multa pugnabunt. Sic enim ſcripti habent in C. & C. Theod.

L. 5. *Quiſquis*) Lata eſt in reos perduellionis, non ma-

D jeſtatis.

§. 1. *Filii vero*) Exempla adfert Cic. in Epiſt. 12. & 15. ad Brutum, & Dion. lib. 58. Halicarnaſſeus lib. 7.

A materna, vel avita) Cicero in dicta Epiſt. 15. hanc adfert rationem, ut periculum liberorum reddat parentes amiciores patriæ.

§. Denique) Rationem hanc reddit Cicero pro Sylla, quia in hoc crimine non ſolum culpa levitatis eſt, ſed etiam contagio ſceleris, ſi defendas reum. Idem ait Cicero pro Rabirio.

§. Uxores: ſi in ea conditione fuerint) Id eſt, ſi non nupſerint ſecundo.

Titulo donationis) Propter nuptias, vel ſponſaliorum jure.

Falcidia ex his etiam) Ergo Falcidia ſervatur non tan-

E tum ex bonis maternis, ſed ex iis etiam, quæ à patre matri donata ſunt.

§. Id quod de ſatellitibus conſciis) Exemplum eſt in *l.* 19. & 20. *C. Theod. de bonor. proſcript.*

Ad calcem tit.) Multæ hic deſunt conſtitutiones. In iis una Pauli eſt, & Martiani. Has attulerat Imp. quæ quoniam latinæ fuerunt, remanſerunt. Conſtitutio Græca periit, cujus tamen Epitome habetur lib. 60. *Βασιλ.* eodem fere ſenſu, quo quæ traduntur in his legibus

L. 7. *Drunciani*) Leg. Depiciani.

Caſſiani furoris) Quis eſt hic caſſianus furor? Sciendum ſub Marco Imp. Aufidium Caſſium ſe imperatorem judicaſſe, ejuſque generum appellatum eſſe Depicianum, Maritus enim fuit Alexandriæ Caſſiæ filiæ, huic

Digitized by Google

Marcus Imp. pepercit, deditque ei cum uxore liberum A exſilium. Vulcatius tamen Gallicanus in Aufidio non ſcribit ejus damnatam non fuiſſe memoriam, attamen poſt mortem ejus proſcripta fuiſſe hujus ſenatoris Depiſiani bona, quod Caſſiano faviſſet.

L. ult. Memoria ejus damnetur) Exemplum eſt in *l. 3. C. Theod. de infirm. his qu. ſub trib. tyrgeſta ſunt*, *l. 21. C. Theod. & l. 16. Cod. Theod. eodem tit.*

Ad legem Juliam de adulteriis, & ſtupro. TIT. IX.

Juliam) Sic dicta ab Auguſto, quem adoptaverat Julius.

L. 1. De matrimonio ſuo violato) Id eſt, ſi mulier dicat in ſe commiſſum eſſe adulterium, ut ait Græcus interpres, ſed ſatius eſt, ut dicamus eam l. eſſe de muliere, quæ maritum violati connubii accuſare non poteſt.

L. 3. Non ſolum) Hæc duo verba abſunt à ſcriptis, nec B ea agnovit Accurſ.

Sed etiam) Id eſt, quin etiam, ut & in *l.3. §. ult. de can. ſacrarum largit.* Cic. lib. 4. ad Attic. *Amiſimus ſanguinem*, ſed & ſpiritum civitatis, *l. 3. ff. de diverſ. temp. præſcript.*

Earum tantum perſonarum) Hoc tantum procedit in adulterio, non etiam in ſtupro.

L. 4. Quod legitimis) Licuit ex l. 12. tabul. adulterum deprehenſum in actu occidere, *l. quod ait*, *ff. eod.* Demoſth. contra Neæram, & Lyſias contra Eratoſthenem, Val. lib. 6. cap. 1. Horatius 2. ſerm. Satyr. 1. Martialis 3. Epigram. Caſſiodorus lib. 1. variarum, cap. 11. tit. 1. in legib. Bajuvariorum, & Longobard. tit. 85. Denique legibus Neapolitanis lib. 3. tit. 1.

L. 5. Valentini) Legend. *Valenti*. C

L. 6. Jure mariti) Id eſt, ut præferatur cæteris in divinatione, & ut accuſet ſine inſcriptione, *l. quamvis 2. inf. eod.* vide ibi not.

Sexaginta dies utiles) Vide cap. 13. de præſcript. Sic Corn. Tacitus lib. 2. ſexaginta dies ad conſultandum datos, dum loquitur de Viſtilia uxore Titidii Labeonis.

§. Et qui conſidit accuſationi) Id eſt, qui bona fide accuſat.

Calumniæ notam) Opponenda *l. is cujus*, *in fi. ff. eod.*

L. 8. Reus adulterii) At inceſtus duo rei ſimul fieri poſſunt.

L. 9. §. 1. Si quocumque) Hæc parentheſis eſt Triboniani ex *l. 30. hoc tit.* Nam ex l. Julia adulterii pœna non fuit corporalis, legis enim pœna relegatio fuit.

L. 10. Refugientis) Legend. *rei fugientis*, id confirmat, D *l. Imperatores*, *ff. de jure fiſci*.

Prævaricatoris) Id eſt, qui verum occultat.

Stupro) Id eſt, adulterio.

L. 11. Narvano) Leg. *Norbano*.

Non poſſe) At ex *Nov. 117. licet*.

L. 12. Damnatus reſtituitur) An non damnari debuit capite? Dicendum, ita eum damnatum eſſe, ut aliquo modo capitis pœnam evitarit juxta *l. 9. ſup. hoc tit.*

Et accuſatorem) Qui adulterum peregit, qui & adulteram forte peregiſſet, ſi vixiſſet, quamvis hoc non ſit neceſſarium, efficit tamen, ut dicamus infamem non eſſe adulteram.

L. 14. Poſteaquam crimen contra eum) Id eſt, poſt litem conteſtatam.

Provinciam exceſſerit) In qua delata eſt, & rea poſtulata. E

L. 14. More ſolito) Id eſt; ordine ſolito, ut ſcil. prius accuſetur adulter.

L. 15. Si quondam) Conjun. *l. 21. inf. eod.*

L. 16. In cujus officio) Id eſt, apud cujus officiales.

§. 1. Senatuſconſulto) Sc. Turpilliano, quo irrogatur pœna quinque librarum auri in deſiſtentem. Vide not. ad *l. 3. ff. de pravaricat.* & cap. 13. de præſcript.

Lege petronia) Nomen habet à Petronio Turpilliano Conſ. Tacitus lib. 14. quæ dicta Junia Petonia, *l. lege Junia*, *ff. de manumiſſ.*

L. 17. Revocare uxorem) Domitianus tamen in ſimili ſpecie ejecit è numero judicum equitem Romanum, quod reduxiſſet uxorem eam, cui crimen adulterii intenderat. Suetonius in Domitiano cap. 8.

L. 18. Eum, qui) Hujus legis pars eſt repetita in *l. 5. ſupra, de donat. propter nupt.* cui ex hac addenda eſt ſubſcriptio.

Duas ſimul habuit uxores) Valentinianus tamen legem tulerat, ut duas ſimul liceret habere uxores, Socrates libr. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 26.

L. 19. Ad Pompejanum) hic Pompejanus magiſtratus fuit, qui Imperatorem conſuluerat.

Materiam) Græci interpretes legunt *Mariam*.

Habitis quæſtionibus) Servorum, non uxoris.

Excubiis limitis) Dele principium gloſſæ, limitis, eo uſque (*& facit, &c.*) & cepone, limites ſunt, quibus Romanæ provinciæ ſeparantur ab agris hoſtium, ut limes Rheticus, *l. maximarum, inf. de excuſat. mun.* Illyricanus, *l. 1. inf. de quibus mun. ſe excuſ.* Hic autem non præerat limiti, cum miles tantum ſit. Limitibus præſunt rectores provinciarum, vel duces limitum, *l. 2. de off. præt. Africæ*, *l. un. inf. venat. ferar.*

L. 20. Irreprehenſa voluntate) id eſt, quorum corpus violatum eſt, minus remanſit caſtus, & integer.

In gloſſ. Fœdiſſimam) Dele (*alii dicunt*) uſque ad finem gloſſæ.

L. 21. Ob commiſſa) Conjun. *l. 15. ſup. eodem*.

Præſcripta ſunt) Præſcripta tempora hic ſunt 60. dies utiles.

Poſt depoſitam ſollicitudinem) id eſt, munus.

L. 22. Adulterii crimen) id eſt, ſtupri.

L. 23. Sin vero conſtiterit corrupti matrimonii) id eſt, adulterii.

L. 24. Dionyſio) Potius *Dionyſiæ*,

L. 26. Etiam præſcriptionem) Lenocinii.

L. 28. Pudor) Caſtitas.

L. 29. §. ult. Et ſtrupti adulterii) Delenda ſunt. Deſunt enim in *C. Theod. lib. 19. tit. 7. l. 1.* unde ſumpta eſt, & in quibuſdam manuſcriptis.

Quas) Harmenop. addit avum, ut *C. Theod. Conſobrinum, & patruelem*.

L. 30. Imprimis, §. genitalis, &c.) Leg. *Genialis*.

Nec inſcriptionis vinculo teneri) id eſt, non teneri jure calumniæ. At hodie ex *Nov. 117.* etiam à marito exigitur inſcriptio, & ex ea maritus non probans, incidit in talionem. Nec obſtat *l. 15. cujus, §. pen. ff. eodem*: vide not. ibi, & cap. 13. de præſcript.

§. Gladio) Hæc non eſt pœna l. Juliæ, ſed relegatio; ſed poſteriorum Impp. Conſtantii nempe, & Conſtantis, ut conſtat ex *l. 4. C. Theod. quor. appell. non recip.*

L. 31. In fæmina viris porrectura) In veteribus legitur, fœminam viris porrecturam, ut notavit Alciatus: ut arrigere virorum: ſic porrigere fœminarum, ait Donat. in And. Terentii.

Ubi ſcelus) Ad hoc ſcelus vindicandum lata eſt primum lex Scantinia, Cicer. 3. Philip. Cœlius lib. epiſt. ad famil. 8. in epiſt. 14. Suet. in Domit. c. 8. Quintil. lib. 4. c. 2. Val. Max. lib. 6. cap. 1. Novella 77. & Zonaras in Juſtin. vita refert exſecta eis virilia.

L. 31. In adulterii quæſtione) Non etiam ſtrupri, aut inceſtus.

L. 33. Præſcriptiones) Exceptiones.

Civiles) Quæ non pertinent ad cauſſam criminalem.

Earum objiee) id eſt, oppoſitione, & accuſatione fundata, id eſt, cum conſtituitur, quo jure quis accuſaverit, & quo tempore; quo jure, utrum extranei, an mariti: quo tempore, utrum intra quinquennium, vel ſex menſes.

Huic examini) id eſt; crimini adulterii, id eſt, quamvis civilis quæſtio poſtponitur, non tamen ob id extinguitur. Nam ſi eam jure competere apparuerit, de ea agere poterit.

L. 34. Si qui) Idem *Nov. 134. §. pen.*

L. 35.) Ex *l. 2. C. Theod. de repud.*

L. 36. Seu ultimam) vide ſcripta ad *l. 3. ſup. eodem*:

Duo-

Duorum menſium) vide cap. 13. C. de præſcript.

Suſpendi definiunt) ut ſint ſtatuliberi.

Si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit. TIT. X.

L. 1. Deportationi ſubjugetur) Conſtantini tempore adulterium capite non puniebatur, unde fit, ut deportetur tantum tutor, cum compoſitores aucta adulteri pœna tutoris quoque pœnam augere debuerint.

Fiſci juribus vindicentur) At ex *Nov. Leonis* 34. bona tutoris pupillæ adjudicantur.

De mulieribus, quæ ſe propriis ſervis junxerunt.
TIT. XI.

L. 1. Verberone) Malo ſervo, ſic dicto quaſi verberibus ſit ſubjectus.

Officia) id eſt, officialibus, & ſtationariis, quæ denuntiant crimina, *l. 7. ſup. de accuſ. & inſcrip.*

Ad legem Juliam de vi publica, et privata. TIT. XII.

Publica) id eſt, Vi armata, vel inermi. Quæſtio de vi publica primum conſtituta eſt l. Plautia, de qua in *l. non ſolum, §. ſi dominus, et §. furtivæ, ff. de uſucap. §. furtivæ, Inſtit. de uſucap.* deinde conſtituta fuit l. Julia, ex qua hodie agitur, non ex Plautia, quæ lata eſt ab Auguſto Cæſare, Cic. 1. Philip. Ab eodem etiam lata eſt l. Julia de ambitu, & de adulteriis. Reliquæ vero leges Juliæ latæ ſunt à Julio Cæſare, ut docet Cic. in eadem Philip. & in orat. in Piſonem.

L. 1. Rer uxoris) Non in dotem datas, *l. 3. ſup. ne uxor pro mar. l. 1. ſup. de privileg. fiſci l. 11. inf. de decurion.*

In gloſſ. Munus) Ad fin. adde. Idem obtinet in cæteris muneribus, ſi bona uxoris ſunt in dotem data: in aliis extra dotem non tenetur, argumento *l. 3. ſupra ne uxor pro mar.*

L. 5. Licet creditor) Chirographarius, *l. ult. ff. ad l. Jul. de vi privata*. vel hypothecarius ſine conventione, *l. 3. inf. vi bon. rapt.*

L. 6. Proconſulem Africæ) in Cod. Theodoſ. hæc ſunt in princ.

L. 7. Aut civiliter) id eſt, interdicto unde vi, §. ult.

Agitato negotio principali) id eſt, actione, ſeu quæſtione proprietatis: vide ſcripta ad *l. 6. ſup. unde vi.*

L. ult. Buccellarios) Hos Suidas vocat Gallogræcos, Ammian. Marcellinus lib. 17. Spartianus in Peſcennio, D. Auguſtinus in Epiſt. 36.

Iſauros) De his Duarenus lib. 2. diſput. cap. 12. cui adde Dionem libro 55. Am. Mar. lib. 19. Zonaram, qui vocat *ἔθνος κάκιστον*. Hos Harmenop. libro 2. Epitom. vocat pyratas.

De raptu virginum, ſeu viduarum, nec non ſanctimonialium. TIT. XIII.

L. 1. Raptores) Hinc eſt ſumpta *l. raptores, ſupra de Epiſcop. & cler.* Quare ex hac ad illam ſupplenda eſt inſcriptio.

§. Quibus: qui ſaltem) Dele, *ſaltem.*

§. ſeq. Viri eminentiſſimi) Legendum, excelſi.

Quibus etſi) Legendum ſic, *quibus indubie convictis, etſi appellare, &c.* Id enim addendum eſt ex l. Conſtantini, cujus hoc loco meminit. Ea eſt in *l. 1. C. Theod. eodem tit.* & extat ejus particula in *l. pen. ſupra, in quibus cauſſis ſervi pro præmio lib. accept.*

§. Sin autem: ad dominium) id eadem ratione fit, qua Leo in *Nov.* 34. bona tutorum, qui pupillas corruperunt, eis addicit.

§. Nec ſit: Sibi maritum expoſcere) in *Novel.* 134. *§. illo quoque, & 36. qu. 2. cap. pen. et ult.* Secus eſt ſecundum *c. accedens, extra de rapt.*

De emendatione propinquorum. TIT. XV.

L. 1. Jure patrio) id eſt, moderate, non ultra modum: Jus enim patrium eſt temperatiſſimum, ut docet Ariſtot. in Polit. ubi ait, jus patrium minus eſſe dominico. Unde Seneca lib. 1. de Clement. ait, nos vocare Auguſtum patrem patriæ, ut ſciat ſibi datam patriam poteſtatem, quæ temperatiſſima eſt.

Ad legem Corneliam de ſicariis. TIT. XVI.

Hæc l. lata eſt à Cornelio Sylla dictatore *l. 2. §. deinde Cornelius, de orig. juris*. Seneca libro primo de provi-

Tom. VI. Poſt.

A dentia. *Lucius Sylla capita civium Roman. vidit amputata: ipſe tamen eſt, qui l. Corneliam tulit:* Sicarii autem ſunt homicidæ, ſic dicti à ſica, quod eſt culter: Juſtinian. *§. ſicarii, Inſtit. de publ. judic.* Suidas ait, ſicarios eſſe latronum genus, & Romanos ſicas vocare gladios incurvos. Hujus l. pœna non fuit initio capitalis, quod ex eo conſtat, quia l. Portia vetabatur, ne civis Rom. verberaretur, aut occideretur, & Milo cædis Clodii reus Maſſiliam deportatus eſt, ſed tempore Plinii cœpit eſſe capitalis, vide lib. 10. nat. hiſt.

L. 3. Si quis percuſſorem) Hæc l. delenda eſt.

L. 6. Non adulta ætate) id eſt, non recte quis probat, ideo non fuiſſe ſibi animum occidendi, quod non ſit adultæ ætatis, aut quod ſit adultæ ætatis tantum.

L. ult.) Conjun. cum *l. 32. ſup. ad l. Jul. de adult.* in
B qua alius proponitur caſus, quo ſervos in dominum torqueri poteſt, cum de adulterio quæſtio eſt. Eæ ll. conjunctæ ſunt cum *l. 4. C. Theod. ad l. Jul. de adult.* & utriuſque debet eadem eſſe inſcriptio, & ſubſcriptio.

De iis, qui parentes, vel liberos occiderunt. TIT XVII.

Hic tit. eſt de parricidis) Parricida autem, non tantum is eſt, qui parentem occidit, ſed is etiam, qui hominem liberum. Hinc dicti quæſtores parricidii, *l. 2. §. et quia, ff. de orig. jur.* Hodie autem nomen parricidii in certis perſonis conſiſtit, neque omnis homicida parricida eſt, eæque numerantur in *l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.*

Neque gladio, neque ignibus) Solebant enim, ut ait Paulus *lib. 5. Sent. tit. 24.* parricidas, aut beſtiis objicere, aut vivos comburere: itaque Conſtantinus pœnam more majorum introductam, quæ in uſu eſſe deſierat,
C reducit.

De maleficis, & mathematicis, & cæteris ſimilibus.
TIT. XVIII.

L. 2. Ars autem mathematica) id eſt, genethliaca.

L. 3. Sacerdos) Magnus in eadem l. 3. Dele tot. gloſ. *nullus aruſpex.*

L. 4. §. 1. Nullis) hæc emendavit Leo in *Nov.* 65. in qua ultimo ſupplicio hos afficiendos cenſet.

L. 6. Feralis peſtis abſumat) id eſt, beſtiis objeiantur. Dele totam gloſſ. ibi.

L. 7. §. ult. Si vero convictus) Legend. ſic. *At ſi convictus pro fac.* & cætera dele.

De Sepulchro violato. TIT. XIX.

L. 1. Qui contigerit) Ut tollant, aut violent.

L. 4. Decem pondo auri fiſco) Præter pœnam cor-
D poris.

Vel ad officium) Delenda particula, *ad*, auctore Cod. Theod. & lib. ſcriptis.

L. 5.) vide Livium lib. 15. & 25.

Ad legem Fabiam de plagiariis. TIT. XX.

Plagium eſt crimen ſuppreſſi hominis *l. 1. §. 1. ff. eod.* Ideo plagiarius dicitur ſuppreſſor *ἀπὸ τοῦ πλαγίου*, ut ait Iſidorus, vel à *πλαγίως*, id eſt, doloſe. Suidas. Lata fuit hæc l. ante Ciceronem, ut conſtat ex his verbis pro Roſcio Amer. *De ſervis alienis contra l. Fabiam retentis plura dicenda ſunt.* Sed à quo Fabio, neſcitur.

L. 4. Non valet) vide not. & ſcripta ad *l. pen. ſup. ſi mancip. ita fuerit alienat.*

L. 6. Vendere neque donare) Quod cautum Senatuſconſulto facto ad l. Fabiam tempore Alexandri, Modeſto, &
E Probo Conſſ. ut conſtat ex *l. 1. ff. de verb. ſig.*

Ad legem Viſelliam. TIT. XXI.

Sic legend. non Viſcelliam, aut Viſilliam. Vide Ulp. in *Fragm. tit. 3.* lata eſt D. Claudii temporibus rogante L. Viſellio Varrone, & Cornelio Anno V.C. 776.

Ad legem Corneliam de falſis. TIT. XXII.

Hæc à Cornelio Sylla dictatore lata eſt, *l. 2. §. deinde Cornelius, ff. de orig. juris.* Eſt autem duplex: una nummaria, altera teſtamentaria, ut ait Tullius 3. in Verr. *l. 9. ff. eod.* Ea tenetur, qui numos radit, fingit, vitiat, corrumpit, ut qui menſuram circuli exterioris abrodunt: item qui adulterinos numos flant, & cudunt, unde vocantur in *C. Theod. tit. de fal. mon.* *παραχαράκται*. Item qui vendunt numos plumbeos, vel ſtanneos. Nummi

 pere-

peregrini mercis loco habentur, & hi venduntur. Seneca lib. de benef. cap. 14. Plinius 33. lib. 3. cap. Voluſianus de aſſe. Item tenentur, qui vultu principis ſignatam pecuniam reprobant, non adulterinam, Paulus *lib.5. Sent. tit. ad l. Cornel. teſt.* A

L. 11. Civiliter) Non criminaliter.

Reſponſum) Quod non extat in Pandectis.

L. 12. Viginti annorum) Vide c. 28. de præſcript.

Fere crimina) Fere addit, eo quod adulterii accuſatio finiatur quinquennio, ut & accuſatio peculatus, *l. 7. ff. ad l. Jul. pecul.* Item caſus *l. 13. ff. ad Syllan. & l.29.§.hoc quinquennium, ff. de adult.* Itemque crimen injuriarum, *l.5. C. de injuriis.*

L. 16. Per procuratorem) Quoniam publicum eſt.

Solemniter accuſari) Id eſt, adhibita inſcriptione.

L. 17. §. 1. De fide delicti) Forte, *fide teſti*, ut habet unus liber ſcript. B

L. 20. Per errorem) Exemplum, & ſpeciem ſume ex *l.2. ſup. de precib. Imper. offer.*

L. 21. Si quis Con. *l. univerſos, inf. de decurionibus.* Utriuſque eadem eſt inſcriptio.

Loquitur autem hæc l. de decurione, qui falſum ſcripſit, non de eo, qui tabellio erat: Nam eſſe non poteſt, *d. l. univerſ.* Decuriones ſunt, qui in ſingulis civitatibus publici conſilii cauſſa electi ſunt: unde etiam ſenatores vocantur, *l. omnes jud. inf. de decur.*

L. 22. Scripturarum collatione) Id eſt, comparatione, *l. pen. ſup. de fide inſtrum.* vide ad eam ſcripta.

§. ult. Compendioſo ſpatio) In *l. 2. C. Theod. eod. eſt, anni ſpatio*, quod correxerunt hic compoſitores, ut hæc convenirent cum *l. ult. inf. ut intra cert.temp.crim. act.*ter. ubi ſtatuitur biennium. C

L. 23. Virum de falſo) Hoc ideo, quia conferunt privata inſtrumenta ad probationem.

Inſtituere conabitur) Legendum, *inſimulare*, ut in *C. Theod.*

De iis, qui ſibi adſcribunt in teſtamento. TIT. XXIII.

Adde, vel in codicillis ad teſtamentum pertinentibus, *l.2. §.1. ff. de jure codicil.* Hoc in tit. tantum tractatur de edicto D. Claudii, quo aliquid adjectum eſt legi Corneliæ, *l. D. Claudius, ff. eod.* Falſi enim pœna tenetur ſcriptor alieni teſtamenti, qui in eo ſibi, aut iis, quos habet in poteſtate, aliquid adſcribit, etiamſi, id fecerit dictante teſtatore. Hujus autem edicti auctor eſt Claudius Nero. Sueton. in Ner. cap.17.

L. 1. Emancipatus filius) Emancipatus in hoc loco extraneus eſt, quia non eſt in poteſtate, *l.14. ff. de falſ.* D

L. 2. Si teſtator) Hæc l. prima eſt hujus tit. Ea vero, quæ priori loco poſita eſt ſecunda. Inverſus eſt ordo.

§. Quod ſi teſtamentum) Conjun. *l. D. Claudius, §.plane, ff. de falſis*: qui §. eſt hujus l. interpretatio.

L. 3. Claudii) Neronis.

Aliquod emolumentum) Legendum, *aliquid ex emolumento.*

L. 6. Et ſuis) Legend. *nec ſuis*, ut ſit ſenſus: dominum nec generaliter ſubſcripſiſſe, nec ſpecialiter.

De falſa moneta. TIT. XXIV.

Vide notata ad princip. tit. *ſup. ad leg. Cornel. de falſ.*

L. 1. Quoniam) Conjun. *l. 2. ſupra, quibus ex cauſſis ſer. pro præmio lib. accip.* & ad illam ex hac ſupplenda ſubſcriptio, quod etiam oſtendunt quidam codices, in quibus ſemiperfecta ſubſcriptio ſic habet, D. XV. Kal. Decembr. Criſpo. Hic traditur, pro præmio ingenuis accuſatoribus concedi immunitatem. Illic traditur, ſervis dari libertatem. E

Monetarii) Monetariorum certum corpus fuit, *l. 1. inf. de murileg.* Hi tanto in numero fuerunt, ut aliquando arma moverint adverſus Aurelianum, Eutrop. lib.8. Vopiſcus in Aureliano.

Monetam) Notandum hic monetam non tantum ſignificare pecuniam ſignatam, ſed etiam ſignum, aut notam, ſive ἀρχέτυπον, aut σφραγῖδα.

§. Domus: et ſi ignoret) Hoc vero eſt errare in facto, non in jure.

§. Sin vero vel incolis) Incolæ hic accipiuntur pro inquilinis, pro conductoribus ædium, ut in *l. rem pignori, ff. de acquir. poſſ.* & apud Appianum 2. de bello civili.

Ad l. Juliam de ambitu. TIT. XXVI.

Ambitus crimen eſt, quo tenentur illi, qui, ut honores, aut publica officia adipiſcantur, populum corrumpunt. Penes eum enim erat jus creandi magiſtratus. Multæ autem latæ ſunt ll. de ambitu. Primum fuit Tullia, fuit & Pompeja, Cæſar. lib. 3. de bello civili. Fuit & iſta l. Julia ab Auguſto lata. Hæ ll. hodie ceſſant creandi jure à populo translato ad principem, qui pecunia corrumpi non poteſt, *l.1. ff. eodem.*

L. 1. Nullus) Con. *l.12.inf. de ſuſcept. lib.*10. Et ex hac ad illam l. adde ſubſcript. & inſcript. In ea traditur ſuſceptorem, vel tabellarium, qui aliquid fraudis admiſit, denuo ad illud officium revocari non poſſe, etiamſi princeps reſcripto ei conceſſerit. Conſtat autem ex C. Th. lib. 12. tit. 6. l. 27. hic in inſcript. legendum, D. pridie Kal. Jan. Mediol. Stilicone, & Aureliano Conſſ. Nam inde ſumpta eſt, *l. 12. de ſuſcept.* Hæc vero ſumpta eſt ex tribus ll. *C. Theod. l.2.3. & 4.*

Repetere) id eſt, continuare. Sciendum omnes magiſtratus annuos fuiſſe, excepto Cenſorio, qui quinquennalis erat. Interpretes autem male hanc l. accipiunt, ut videlicet non liceat his eundem honorem gerere, ſed repetere, & continuare, Id eſt, qui hoc anno functus eſt, fungi ſequenti anno non poteſt, *l. honor, §. gerendorum, ff. de mun. & honor.* Hodie quinquennii intervallum requiritur, *l.5.ff. d. tit.* Olim decennii. Livius lib. 10. Tullius de ll.

Ad ſolutionem) Hinc conſtat eum recenter receſſiſſe à prima adminiſtratione.

Ad legem Juliam repetundarum. TIT. XXVII.

Hac l. tenentur ii, qui pecuniam accipiunt, aut aliquid pro pecunia, quo magis, aut minus, quid ex officio ſuo faciant, quales ſunt judices. Hoc judicio damnati, præterquam, quod infames fiunt, in quadruplum damnantur, atque ideo dicitur judicium de pecuniis repetundis.

L. 1. Manipularius) Duces habent cohortes, & manipulos. Cohors autem dividitur in centurias, & centuriæ in manipulos.

L. 2. Pœnam) Pecuniam, *l.2. ff. eadem.*

L. 3. Mercator) Id eſt, venditor.

L. 4. Honoratorum) Honorati ſunt ii, qui in municipio honores gerunt, vel geſſere. Decuriones ſunt ii, qui ſunt adſcripti curiæ, & non tantum ipſi, ſed & ipſorum progenies, ut curialia munera ſubeant. Poſſeſſores ſunt reliqui plebei, qui non ſunt addicti curiæ. Caſſiodorus lib.9. Var.

Vel adminiſtrante) Hoc ſingulare eſt in hoc crimine, *l.32. ff. de injuriis.*

L. 5. vide cap.20. de præſcript.

L. 5. Comes rerum privatarum) Is eſt, qui adminiſtrat res privatas principis. Multum vero diſtant res principis à fiſcalibus. Fiſcales enim ſunt, ut caduca. Item vacantia: Item proſcriptorum bona, *l.3.inf.de col.fund.fiſcal.* Privatæ ſunt, quæ ſunt propriæ principis, quæ non ſunt redactæ in ærarium, quas gubernat comes rerum privatarum: non tamen per ſe, ſed per alios, puta procuratores, præpoſitos, rationales, curatores, tabularios, ſuſceptores. Is comes etiam dicitur privati ærarii, *l.ult.inf. de loc. præd. civil.*

Procurator) Rei privatæ.

Præpoſitus Gynæcio) In quo texitur veſtis ſacra, id eſt, principis. Inde Gynæciarii ſunt textores, *tit. de murileg. inf. & l. ult. de teſt. milit.*

Tabularius) Qui conficit rationes tributorum ad rem privatam pertinentium.

Suſceptor) Id eſt, qui ſuſcepit ea, quæ pertinent ad rem privatam principis, *tit. de ſuſceptoribus.*

A comite domorum) Comes domorum erat ſub comite rerum privatarum. Erat comes domorum Auguſti, & Auguſtæ. Is gubernabat res pertinentes ad ſacram domum,

mum, *l. ult. ſup. de quadr. præſcript. & l. cum aliquid, ſup. ubi cauſſæ fiſc.* Item ſub eo erat comes largitionum privatarum: is erat in Cappadocia. A

§. ult. Ad ſolutionem) ut tamen repetitio perſeveret contra comitem:

L. ult. Sancimus) hæc l. non tantum pertinet ad l. Jul. repetund. ſed & ad l. Jul. de ambitu: vide ſcripta ad *tit. ſup. de ſuffrag.*

Neque dediſſe) Theodoretus lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. ſcribit Impp. Martianum, & Theodoſium ſanxiſſe *ἄρχοντα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι*: vide *d. tit. de ſuffrag.*

De Crimine peculatus. TIT. XXVIII.

Crimen peculatus eſt furtum pecuniæ publicæ, quod judicatur l. Julia peculatus.

De Crimine ſacrilegii. TIT. XXIX.

Hoc tit. tractatur non de his, qui proprie ſunt ſacrilegi, ſed de his, qui ſunt proximi ſacrilegis. B

L. 3. In gloſſ. Elegerit) Ab his verbis (*& hoc in iis, &c.*) uſque ad finem, dele omnia.

L. 4. Sive ſacrilegii) Quia vetitum eſt conſtitut. Impp. quas violare ſacrilegium eſt.

De Seditioſis, & de iis, qui plebem contra Rempubl. colligere audent. TIT. XXX.

Qui plebem contra Rempubl.) Legendum, *qui plebem contra publicam quietem.*

Quando civilis actio criminali præjudicet, & an utraque ab eodem exerceri poſſit. TIT. XXXI.

L. 1.) Conſtitutio ſub hoc tit. poſita proprie pertinet ad falſi crimen, ut apparet ex *C. Theod.* in quo ponitur inter tit. ad l. Cornel. de falſis, & tit. de falſa moneta. Id etiam conſtat ex *l. pen. ſup. de probat.* quæ cum hac eſt conjungenda, ut docent inſcript. & ſubſcript. eædem: vide ibi not. C

Quoties de re) Hæc regula duas habet exceptiones: primo excipitur actio injuriarum, quæ conſumit criminalem actionem, *l. 6. & 7. §. 1. ff. de injuriis.* Tullius pro Cæcinna. Secundo actio de moribus, id eſt, accuſatio, morum, quæ olim inter conjuges locum habebat: hodie ſublata eſt, *l. ult. ſup. de repud.* quæ actio continebat vindictæ perſecutionem, & ideo extinguebat criminalem, *l. 1. C. Theod. Victum civiliter agere poſſe criminaliter.*

§. Et cum lege Viſellia) vide notata *ſupra ad leg. Viſell.*

§. ult. Etiam falſi) Fini hujus legis conjung. *l. pen. ſup. de probat.* vide ſcripta ibi.

Dat. II. Kal. Januar.) in Cod. Theod. eſt D. Pridie Idus Januar. Trev. Valente VI. & Valentiniano II. AA. Conſſ. Alias D. Pridie Kalend. Januar. Trev. alias, Tiberiade, Valente VI. & Valentiniano III. AA. Conſſ. D

De Crimine expilatæ hereditatis. TIT. XXXII.

Claves traditas) Ac ideo traditionem rei quaſi factam. Idem in *l. clavib. ff. de contr. empt.* vide ſcripta inf. ad tit. *de comm. & peric. rei vend.*

Directa quæſtio) id eſt, principalis: vide not. ad *l. in commodato, §. 1. ff. commod.*

L. 4. Exſtantes) vide ſcripta ad *l. 3. ſup. de condict. ex lege.*

L. ult. Actionis) id eſt, accuſationis.

Vi bonorum raptorum. TIT. XXXIII.

L. 1. Potius ad) Potius hic accipitur *θετικῶς*, *l. 1. §. illud utique, ff. unde vi*, *ἀφαίρεσις* eſt immobilium *ἁρπαγὴ* mobilium. E

L. 3. Res obligatas) Secus eſt, ſi convenerit, ut creditori liceret propria auctoritate pignus auferre, hypothecam occupare, *l. 3. ſup. de pign.*

De Crimine ſtellionatus. TIT. XXXIV.

Stellionatus eſt dolus omnis, & impoſtura, quæ proprio nomine caret. Sic dicitur à ſtellione animali vafro, & verſuto lacertæ ſimili. Plinius lib. 3. cap. 10. Apulejus Apolog. 1. Columella lib. 9. cap. 7. Ælianus lib. 3. de animalibus, cap. 17. lib. 6. cap. 22. & lib. 9. cap. 19.

L. 2. In gloſſ. Injuria) Dele totam, & repone, nomen eſt, non adverbium, ut male hic Accurſius.

L. ult. Ad extraordinariam) Publicum non eſt hoc crimen, nec privatum, ſed extraordinarium. Hoc explica ex *l. ſi quis, §. ult. ad Senatuſconſ. Turpill.* id eſt, officio judicis.

De Injuriis. TIT. XXXV.

L. 2. In gloſſ. Tibi, ò mulier) Dele, & dic, male, ut docet inſcriptio. Repone, ò pater.

In gloſſ. Duplici: imo triplici) Dele hæc omnia cum iis, quæ ſunt in margine.

L. 3. Nuntiator) vide ſcripta ad *l. 3. ſupra, de maleſ. & mathemat.*

Experiri poteſt) Turpe enim eſt delatoris nomen, *l. 4. inf. de delator.* Dele tot. gloſſ. cum caſu, & in ſumma Salyceti, dele, falſum.

L. 4. In Sacerdotio) vide ad *l. 11. ſup. de ambitu.*

L. 5. Annuo tempore) Eoque utili, *l. 14. §. 1. ff. quod metus cauſſa.* Vide not. ad *l. querela, ſup. de falſ.*

L. 8. Edicti perpetui actione) id eſt, ex eadem cauſſa datur actio l. Aquiliæ ad damnum proſequendum: & injuriarum ad injuriam. Sic non obſtat *l. item apud §. ſi quis ſervos, & §. injuria. ad l. Aquil.*

L. ult. Per procuratorem criminaliter) idem conceſſerat Valentinianus presbyteris: vide ſcripta ad *l. 3. ſup. qui accuſare poſſunt.*

De Abigeis. TIT. XXXVII.

L. 1.) Vide ſcripta lib. 1. Obſer. cap. 20. Confer hanc legem cum *l. 8. ſup. unde vi, & l. 16. ſup. de accuſat.* Unde ſic emendanda ſubſcriptio, D. VIII. Idus Jan. Mediol. Olybrio, & Probino Conſſ.

De Nili aggeribus non rumpendis. TIT. XXXVIII.

Aggeres ſunt moles oppoſitæ fluctibus. Dicuntur *χώματα* in *l. pen. §. pen. ff. de extraord. crim.* Hi autem aggeres aquam Nili coercent, & continent: hos qui rumpunt, extra ordinem coercentur, *d. l. pen.*

L. 1. Duodecimum cubitum) Hæc eſt juſta altitudo aggeris.

Fluminis Nili) Nilus totam Ægyptum ſemel in anno inundat, & oblimat, *l. 1. §. ripa, ff. de flumin. l. 2. ff. de alluvion.* Ob id Ægyptii eum Deum eſſe fingunt, & æmulum cœli, ut ait Heliod. libr. 8. Hiſt. Æthiopicæ. Item libr. 2. Plinius libr. 5. cap. 9. Marcell. libr. 22. Seneca libr. 4. Nat. quæſt.

Valla fluentis) Legend. *alla fluenta*, ut in *Cod. Theod.* Fluenta ſunt decurſus aquæ: vide not. ad *l. pen. §. pen. ff. de extraord. crim.*

De iis, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint. TIT. XXXIX.

Hi dicuntur receptores, ſuſceptores, vel recuperatores in *l. ult. ff. de abigeis, & tit. de recept. & l. congruit, ff. de offic. præſid.*

L. 1.) Sumpta eſt hæc l. ex duabus conſtit. 1. & 2. *Cod. Theod. lib. 9. tit. 29.*

L. 2. Impp. Honor. & Theod.) Martianus Auguſtus Palladio PP. Subſcriptionem vero ſic reſtitue. D. XVII. Kal. Jan. Martiano A. & Adolpho Conſſ.

Seu primates) id eſt, actores.

De Requirendis reis. TIT. XL.

L. 1. Impp. Valerianus, & Gal.) Legend. Imp. Antoninus A. Ruſtico, id indicat hujus l. ſubſcriptio, quæ depravata eſt.

Gravia crimina) id eſt, capitalia.

§. 1. Signatas) id eſt, obſignatas.

§. ult. Poſt intimationem ſuam) id eſt, poſteaquam adiit judicem.

L. 2. D. Idib. Junu.) Legend. accepta V. Kalend. Auguſt. Corinth. Conſtant. A. II. & Lic. A. II. Conſſ.

L. ult. Programmatis) id eſt, edicti.

De Quæſtionibus. TIT. XLI.

Quæſtio eſt interrogatio ſive cognitionis, & veritatis appetitio. Hic autem quæſtio non eſt nuda interrogatio, ſed ea, quæ fit per vim, tormenta, & cruciatus corporis, *l. 15. §. quæſtionem, ff. de injur.*

L. 1. Antianæ) Antigono, ut docet *l. 1. §. item Severus, ff. eod.* ubi hæc l. citatur. Scripti libri habent, Antigonæ.

Contra dominos) id veteri Senatuſconſulto fuiſſe cautum ſcribit Tacitus l. 2. Annal. & Cic. pro Deiot. id

ait

ait receptum fuiſſe more majorum.

Adulterii) M. Antonius Philoſophus à Senatuſconſulto adulterii crimen exceperat, *l. 17. ff. eod.* At in ſtupri vel inceſtus cauſſa ſervi in dominorum caput non torquentur: Amm. Marcel. *Mancipia diuturno ſqualore mœrentia in caput domini uſque ad ultimum lacerabat exitium, quod in ſtupro fieri vetuerunt clementiſſimæ leges.*

Fraudati cenſus) Cum quis non profitetur omnes facultates ſuas apud cenſitores, *l. vix certis, ff. de jud.* Quare in gloſſ. dele (*id eſt, annonæ.*)

Pertinet) His caſibus totidem adde: Si cædes uxoris à viro perpetrata ſit, ſi dominus ſit occiſus, vel ſi ſocius ſit occiſus à ſocio.

§. ult. Nec inopia) Legend. *ex inopia*. Vulgo inepte: *nec inopia*. Nec enim in domini caput interrogantur, qui civilibus in cauſſis interrogantur: vide ſcripta lib. 2. Obſer. c. 33. in margine, adde, Recte.

L. 2. Grave exemplo) Tutor enim eſt loco domini, id eſt, pupilli.

L. 3. Cognitionaliter) Id eſt, utraque parte præſente; ut in *l. ult. inf. de legat.*

L. 5. Indiſcrete) Id eſt, non adiecta cauſſa. Sic in *l. cum de indebito, ff. de probat. & l. ſi quis 49. §. ubi, de epiſcop. & cleric.*

L. 6. Pridem) vide ſcripta ad tit. *de teſtam. ſup.*

L. 8. Non emeritis ſtipendiis) Id eſt, ſi ſint cauſſarii:

L. 9. Cariſſimum) Leg. *Chariſmum*.

L. 11. Eminentiſſimorum) Id eſt, illuſtrium, ſpectabilium, clariſſimorum.

Liberos) Incluſive.

L. 17. Nihil) Conj. *l. ult. ſup. de delator. & l. pen. ſup. de reſcind. vendit.* Ex quibus hujus l. emendanda eſt ſubſcriptio. D. XII. Kalend. Septemb. Eutropio, & Theodoro Conſſ. Exſtat in C. Theod.

Aut principali ſunt) Legendum, *principalis*. Hi autem erant, qui primum locum in curia obtinebant, *l. jubemus, ſup. de liberali cauſſa.*

L. ult. De tormentis) Hujus conſtitut. idem Juſtinian. meminit in *l. ult. §. licentia, ſup. de jure deliber.* & in *Nov.* 1. Eſt autem conjun. cum *l. 1. ſup. de jur. propter calumn.* quæ ex hac eſt emendanda, ut ſit conſtitutio ſparſa in duas partes, & in ea l. exſtat illud jusjurandum, quod ſe præſcripſiſſe refert in fine hujus l.

A nobis ſtatuto) vide ſcripta ad *l. 9. ſup. de rebus credit.*

De abolitionibus. TIT. XLII.

Publica abolitio eſt omnium delictorum venia, & indulgentia, quæ tribuitur nullo poſtulante à principe vel ſenatu, ob aliquam publicam lætitiam, ob res proſpere geſtas, ob publicam gratulationem vel diem feſtum, *l. abolitio, & l. ſi interveniente, ff. ad Turpill. l. 3. ſup. de epiſc. aud.* Unde Conſtantinus Imp. ob partum Criſpi, & Helenæ filiæ abolitionem dedit, *l. 1. C. Theod. de indul. princ.* Privata abolitio etiam tempore Auguſti conceſſa, ut docet Suetonius in Auguſto cap. 34. Quint. lib. 9. cap. 2. Plinius epiſt. lib. 7. Epiſtola ad Macrinum. Privata eſt duplex: una data à l. altera à magiſtratibus.

L. 1. Revocari poteſt) Adde alteram exceptionem ex *l. ſi quis repetere, ff. ad Turpill.* Niſi publica abolitio impetrata ſit.

L. 2. Abolitio) Hæc l. ante præced. collocari debet, ut ſit prima hujus tituli.

§. 1. Per deceptionem) Per turpem tranſlationem, alii legunt, *depectionem*. Depectio autem nihil aliud eſt quam pactum.

L. ul. §. ult. Omniaque quæ jure) Legendum, *omnibuſque*.

Non minus accuſatorem) vide ſcripta ad *l. pen. ſup. de probat.* & ad *l. 5. ſup. de pign. act.*

De generali abolitione. TIT. XLIII.

Id eſt, publica: vide ad *l. 6. ſup. qui accuſ. non poſſ.*

Potentatus) Id eſt, impreſſionis, quæ fit ab his, qui ſunt in poteſtate, *l. ſi pars, ſup. quod metus cauſſa.*

Diem ſtatutum) Id eſt, triceſimum.

L. 2. In gloſſ. Præſcriptio) Dele totam; & repone, publicæ abolitionis.

A *L. ult. Indulgentia*) Id eſt, abolitio generalis. Sic lege præced.

Ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. TIT. XLIV.

Hunc tit. atque adeo, l. 1. & 2. Tribonianus immutatione verborum ad ſententiam Juſtin. traduxit. Nam jure antiquo criminalis cauſſæ finis annus fuit, *l. 7. ff. de muneribus, l. 7. C. Theod. ad l. Corn. de falſ.*

L. 1. Statutum tempus) Bienni ſic *inf. l. 2.*

L. 2. Noverint) Conjunge *l. quoniam, ſup. de teſtibus*. Utriuſque eadem eſt ſubſcriptio. Ex ea ergo, & ex C. Theod. pro Cæcilio legendum Cæciliano PP.

L. ult. Intra duos annos) vide c. 21. tract. de præſcript.

Ad Senatuſconſultum Turpillianum. TIT. XLV.

B Factum eſt hoc Senatuſconſultum Neronis temporibus, Cæſonio Pæto, & Petronio Conſſ.

L. 3. Scriptura) Id eſt, conventio.

L. 5. Contra vetitum) Pecunia corrupta Addenda hæc ſubſcriptio. PP. VI. Id. April. Piſis CC. Coſſ.

De calumniatoribus. TIT. XLVI.

L. 3. Probaſſe crimen) Id eſt, criminationem, ut infra ad crimen, κατηγορίαν.

L. 6. Dominis) *L. ult. ff. eod.* Vide Paulum *lib. 5. Sent. tit.* 15. Subſcriptionem hanc adde. S. XVI. Kal. Septemb. Ipſis A. A. Coſſ.

L. 7. Arguere) Vide ſcripta ad *tit. 14. lib. 5. Sententiarum Pauli*.

L. 8. Vide ſcripta lib. Obſe. 4. cap. 29.

L. 9. Fallaciter) Con. *l. ult. ſup. de probat.* & ex hac

C adde ad illam ſubſcript. vide quoque ad l. ſeq. ſcripta.

L. ult. Addenda ſubſcriptio. D. viij. Id Aug. Ravennæ Aſclepiodoro, & Mariano Conſſ. ex *l. ult. ſup. de his qui accuſ. non poſſ. & ex l. ult. ſup. de accuſat. & inſcript.* unde hæc l. ſumpta eſt, *& l. ult. C. Theod. de juriſdict. & l. libert. C. de teſtibus*, cui ex his addenda eſt ſubſcriptio & inſcriptio.

De pœnis. TIT. XLVII.

Pœna eſt delictorum coercitio in *l. aliud eſt fraus. D. de verbor. ſignificat.* ubi pœnæ, & mulctæ differentia traditur.

L. 1. In opus perpetuum damnati) Alias, in opus publicum perpetuo damnati. Nam qui ad tempus, ſimiliores ſunt relegatis.

Non diſſimilis) Id eſt, non minuuntur capite.

D *L. 2.*) Vide not. & ſcripta ad *l. pen. ſup. ſi mancip. ita alien. ſu. ut man.*

L. 4. Conceptus eſt puer) Quintilian. declamat. 277. Plutarch. de ſera num. vind.

L. 6. Vinculis perpetuis) Vincula differunt à carcere, *l. verbum, ff. de verb. ſign.* Sic nihil eſt contrarium in c. *quamvis, de pœnis lib. 6.*

Sola ſervili conditione) Vincti ſervi apud dominos opus faciebant. Terent. in Andr. Plaut. Aſinar. Plin. lib. 8. c. 3. Columel. lib. 1. c. ult. Propertius. Ovid. de Ponto.

L. 7. Propter ætatem) Gellius lib. 12. c. ult.

L. 13. Ex ſententia damnato) Etſi ſervus pœnæ factus non ſit.

L. 20. Si vindicari) De hac l. 20. Nicephorus loqui-

E tur lib. 2. Theodoretus lib. 5. & Sozom. lib. 7. Eccleſ. hiſt. c. 24. traduntque hanc l. latam eſſe à Theodoſio Imperatore auctore Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi, quin ipſius Ambroſii hanc l. eſſe ajunt, qui ipſius meminit lib. 5. Epiſt. in epiſtola 28. Sidonius vero lib. 1. Epiſt. eam conſtitutionem tribuit Senatuſconſulto Tiberiano. Sed contra tradit Tacitus lib. 3. tantum dierum decem inducias damnatis conceſſiſſe, ſed veriſimile eſt; quod addiderat Theodoſius ad Senatuſconſultum, tribuere totum Senatuſconſulto: vide cap. 10. de præſcript. & ad *tit. C. ſi quis Imper. maledix*. Hujus conſtit. meminit etiam Rufinus lib. 2. c. 18. Zonaras in Theod. majore.

Illyrici) Inſcriptioni addendum: Et Italiæ, ut in *l. pen. ſup.*

ſup. de jur. & fact. ignor. Loquitur autem de Illyrico occidentali. At in *l.ult. inf. de annon. trib.* de orientali. A

Ne ſine juſſu principis certis judicibus liceat confiſcare.
TIT. XLVIII.

Hic judices ſunt præſides provinciarum, ut docet *Cod. Theod. eod. tit.* Confiſcare eſt publicare, proſcribere. Et confiſcatus ia dicitur, cujus bona confiſcata ſunt, & publicata, *l.ult. inf. de conven. fiſci debitor.*

L. 11. Qui in ſumma adminiſtrationis) Cujuſmodi ſunt præfecti prætorio: nam eis pleniſſimum imperium datum eſt, & ſummum jus, quia vere cognoſcunt vice principis. Cognitio enim prætoria dicitur, imaginem divinæ cognitionis habere, *l. à proconſ. Cod. Theod. de apparitor.* his adde vicarios præfectorum, *l.1. ſup. de offic. vicar.*

De Bonis proſcriptorum, ſeu damnatorum.
TIT. XLIX.

L. 1. §. ult. Diſponantur) Legendum, *diſpungantur*. Græci vertunt *καθαροποιεῖν* Gallice, *eſclaircir les comptes.*

L. 2. Publicabuntur) Alia eſt cauſſa ejus, qui exſilio temporario punitur, *l.13. ff. quib. ex cauſſis in poſſ.*

L.4. Noſtra indulgentia liberatum) Hic locus intelligendus eſt de generali reſtitutione, quæ eſt ſtricte accipienda, ut *l.4. 5. & 7. inf. de ſententiam paſſis.*

L. 7. Cenſuarii, vel coloni) Legend. Caſarii ex veteribus *Cod. Theod.* In ll. Caroli magni dicuntur Caſati. Hi ſunt clientes, ſeu ſuſcepti: vide ſcripta ad fin. *l.1. de jure Emphyteut.*

L.9. §. ult. Caſarianis, vel Catholicianis) Græci procuratores Cæſaris vocant Catholicos. Cæſariani ſunt apparitores procuratoris Cæſaris. Iidem ſunt Catholiciani. Itaque, *vel*, hic eſt, *ἑρμηνευτικὸν*. In ſcriptis legitur, id eſt, vide ſcripta ad *l.1. C. de compenſat.*

L.10. In fin. Tranſmittet) Imp. tamen Marcus hoc non ſecutus, ut ait Capitolinus in ejus vita.

Ad calcem tit.) Deeſt hic Græca conſtit. qua cavetur, ut qui detinent bona damnatorum perduellionis in urbe regia inter duos menſes, in provinciis intra octo menſes, deferant, alioquin præter reſtitutionem damnabuntur in quadruplum: vide cap.13. Tr. de præſcript.

De Bonis eorum, qui mortem ſibi conſciverunt.
TIT. L.

In ſcriptis legitur, *de bonis mortem ſibi conſciſcentium*: vide ſcripta ad *l.12. ſup. de accuſ.*

L.1.) Hæc l. citatur à Juriſconſulto in *l. ult. ff. de bon. eorum*, qui ante ſent. & addenda ſubſcriptio. PP.XII.Kal. Jun. duob. Aſpris Conſſ.

De Sententiam paſſis, & reſtitutis. TIT. LI.

Sententiam paſſi dicuntur, qui pœnam paſſi ſunt: Illi autem reſtituti dicuntur, quibus princeps gratiam pœnæ fecit.

L.1.) Hæc l. nec reſcriptum eſt, nec conſtitutio, ſed ſumpta eſt ex actis Imperatoris, aut Senatuſconſultis.

A Gentiano) Legend. *Ab Ecdiciano*. Hic conſul fuit cum Heliogabalo.

Opilio Macrino) hic poſt Antoninum Baſſianum Caracallam invaſit imperium, ut ait Capitol. in ejus vita.

Amicis, & principalibus officiorum) Legendum, *magiſtris, & principibus officiorum*, ut apud Lampridium in Alexand. legitur. Hi ſunt principes agentium in rebus, de quibus exſtat tit.

Opilio Vlpiano) Legend. *Ælio Vlpiano*: legatus autem Cæſaris eſt præſes provinciæ, *l.hoc accuſare, ff. de accuſat. l.legat. ff. de offic. præſid.*

Te reſtituo) Hic locus eſt de ſpeciali reſtitutione in infinitum concepta, ut & *l. ult. §. ult. hujus tit. & l. 1. ff. eodem, & l.2. & 6. hoc titulo.*

L.ult. §. Quibus: neque tutor eſſe deſinat) Hoc caſu filio, qui eſt in poteſtate, datur tutor contra juris regulam, & tutelæ definitionem.

§.ult. in fin. & filii) vide ſcripta ad *l.107. ff. de verbor. oblig.*

AD LIBRUM X.

De Jure fiſci. TIT. I.

L*Ex 3. Si minori*) idem in *l.pen. ff. de reſcind. vend. & l.16. C. illo tit.* vide ibi ſcripta.

L.5. Objicere manus) idem dicitor in *l.pen. inf. de exſecut.* & de mercator. in *l. devotum, inf. de mercator.* vide ſcripta ad *l.2. de jure Emphyteut.*

L.6. Suis temporibus) vide c.31. de præſcript.

L.7. in fin. Exceptio eorumdem meruit) id notant Græci lib.57. Βασιλ. fieri ἐκ περιλήψεως: vide not. ad *l.neque, ff. de fideicomm. libert.* & ſcripta ad *l.ſi fuerit, ff.de rebus dub.*

Ad calcem tit.) Deeſt hic l. ult. quod fuerit Græca.
B Ea continebatur, ut omnis cauſſa fiſcalis finiatur intra ſex menſes poſt litem motam: vide cap.18. de præſcript.

De Fide inſtrumentorum, & jure haſtæ fiſcalis, & de adjectionibus. TIT. III.

Legendum, de fide & jure haſtæ fiſcalis, &c. & delendum, *inſtrumentorum*. Fides haſtæ fiſcalis eſt, ut iis, qui quid emerunt à fiſco, præſtetur perpetua ſecuritas.

L.1. Habitis) vide ſcripta ad titul. *l. 5. ſi propter publ. penſ.*

L.2. Pretii vilitate) *L.16. de reſcind. vendit.*

L.4. Si tempora) At poſt addictionem factam à Republ. niſi ex privilegio, adjectio non admittitur, *l.1. de vendit. rer. civil.*

L.3. Quæcunque) vide ſcripta ad *tit. ſup. ſi propter public.penſit.* & ad *tit. ſine cenſu, vel rel. fundum compar.* Sed
C opponitur *l.prædiis, ff. de jure fiſc.* vide not. ad eam.

Ad calcem tit.) Deſideratur hic l. ult. quæ Græca eſt; & hoc continet, comitem rerum privatarum, & palatinos, ac patronum fiſci poſſe rem fiſci emere ex auctione fiſcali, non aliter: vide ſcripta ad *l.5. C. de contr. empt.* ubi idem dicitur de tutore.

De Venditione rerum fiſcalium cum privatis communium.
TIT. IV.

L. 1. Vt univerſa) vide ſcripta ad *tit. ſup. de com. rer. alien.*

Pœnis fiſcalibus creditores præferri. TIT. VII.

L.1. Ab eadem ſtatione) unus eſt fiſcus, ſed variæ ſunt ſtationes fiſci. Idem *Nov.1.*

De Fiſcalibus uſuris. TIT. VIII.

L.1. Pœnæ nomine) Quia pœna eſt uſurarum vice. At
D multæ uſuræ inferuntur, vide ad *leg.ult. ſup. de uſuris.*

L.ult. Fiſcum) vide ſcripta ad *l.26. ſup. de uſuris.*

Dimidiam centeſimæ) Semiſſes.

De Sententiis adverſus fiſcum latis retractandis.
TIT. IX.

L.1. Intra triennium) vide c.22. tract. de præſcript.

De Delatoribus. TIT. XI.

Ad calc. tit. Deſunt in hoc titulo duæ conſtit. Græcæ: Prioris ſententiam referunt Græci lib. 56. Βασιλ. & Harmenop. lib.1. tit.5. ubi ait, delatori dari partem octavam *τῶν προσαγγελθέντων*. Poſteriore continetur, ut bona fiſcalia, quæ quis dicitur poſſidere, ſi incertus ſit poſſeſſor, non occupentur ſtatim à fiſco, triginta dies dari, inter quos poſſeſſor contendit de jure ſuo apud comitem, rer. priv. Qua de re etiam debet comes edictum proponere.
E Poſt dies 30. bona fiſco vindicantur, ita tamen ut cuilibet ſit integra actio contra fiſcum: vide c.10. de præſcr.

De iis, qui ſe deferunt. TIT. XIII.

L. 1. Quod ſi) Hic veſtigium eſt decimarum, de quibus Ulpian. *Fragm. tit. 15.* Eſt & veſtigium in *l. ult. in prin. ff. de his, quæ ut indign.* vide ſcripta ad *l. in tacitis, ff. de leg.1.*

De Annonis, & tributis. TIT. XVI.

L.ult. Illyrici) Hic de orientali Illyrico: de occidentali in *l.pen. ſup. de jur. & fact. ign. & l.pen. ſup. de contrah. empt. & l.20. ſup. de pœn.*

De Exactoribus tributorum. TIT. XIX.

L.7. Id eſt, exactores) Hæc verba Triboniani ſunt.

Ad calcem tit. Deeſt hic Græca conſtitutio, quæ erat *l.ult.*

Digitized by Google

l. ult. Ea cavetur; poſt canonicarium miſſum exigendo- A
rum canonum, id eſt, tributorum cauſſa, non mitti compulſorem, ἐνοχλεῖν, niſi poſt menſem à die, quo ſolvi debuerant tributa. Sed huic l. derogat *Nov.* 128. vide cap.8. de præſcript.

De capiendis, & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſſa. T I T. XXI.

Vide ſcripta ad tit. *ſi propter publ. penſ.*

L.1. In gloſſ. Diſtrahantur) Adde, hanc Accurſii gloſſ. veram eſſe, confirmat *l.1. Cod. Theodoſ. de diſt. pig. contra trib.*

De apothis publicis, & de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus civilibus. T I T. XXII.

L. Trium cohærentium) Vide cap.22. de præſcript.

L. ult. Imp. Juſtin. A.) Adde, Mennæ PP.

Securitatibus) Hæc l. repetita eſt in *l.* 14. *§.* 1. *ſup. de* B
non num. pec. Unde hic addenda inſcriptio, & ſubſcriptio: vide ſcripta ad prin. ejus tit.

De conditis in publicis horreis. T I T. XXVI.

L.1. In fin. Quanta habeantur in condito) Ut ſunt operæ perſequendorum equorum, *eodem tit. C. Theod.* Ergo illicitæ tantum operæ prohibentur.

De Diſcuſſoribus. T I T. XXX.

Emptione) Legendum, *coemptione*: vide ſcripta lib. 1. Obſ. cap.35.

Sitocomiæ) Legendum, *Sitonici*, *aut Sitoniæ*. Munus hoc curam gerit emendarum fiſco ſpecierum.

De decurionibus, & filiis eorum, & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur. TI T. XXXI.

L.11. Vxorem) Dos tamen ejus obligata eſt: *παράφερνα* C
non item, *l.3. ſup. ne uxor pro mar.*

L.13. anni 50. Malim quinquagiota quinque, ut & in *l.3. C. qui profeſſ. ſe excuſ.* Ubi pro quinquaginta quinque, lege, *ſeptuaginta*: vide ſcripta cap. 32. de præſcript.

L.15. Vniverſos) Conj. *l. ſi quis decurio, ſupra de falſis.* Ex qua ad hanc adde inſcript. & ſubſcript.

L.27. Quem adſuetus) Veteres libri habent, *Habitus*, id eſt, avitus.

L.34. Si quis) vide not. ad *l. non dubium, ſup. de ll.* & ſcripta ad *l.30. ſup. loc.*

L.51. Et Theod. A.) Dele hæc. Conj. *l. pen. ſup. de reſcind. vend.* vide ſcripta, & not. ibi.

L.54. Iidem AAA.) Reſtituenda inſcriptio, & addenda ſubſcriptio ex C. Theod.

L.54. Intra 3. *menſes*) vide cap.14. de præſcript. D

L.56. Nihilominus) id eſt nullo modo.

De prædiis decurionum ſine decreto non alienandis, T I T. XXXIII.

L.3. Sine interpoſitione decreti) Hoc eſt, quod dicitur furtim in *l. pen. ſup. de reſcind. vend.* vide ibi.

Donationes vero) vide ſcripta ad tit. *ſup. de reb. alien. non alien.*

Quando, & quibus quarta pars non debetur ex bonis decurionum, & modo diſtributionis eorum. TIT. XXXIV.

Quæ pertinent ad hunc titulum reperies ſub tit. 38.

De municipibus, & originariis. TIT. XXXVIII.

L. 2. §. 1. Optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis, vel dodrantis) Hæc omnia perperam addita ſunt ex *Nov. Theod.2. de bonis decurionum*, à veteribus lib. abſunt: & hujus optionis in hac l. mentio nulla ante facta E
eſt.

De incolis, & ubi quis domicilium habere videtur, & de his, qui ſtudiorum cauſſa in aliena civitate degunt. T I T. XXXIX.

L.2. Decem annis tranſactis) vide cap.26. de præſcript. & not. ad *l. miles, §. quidam, ff. de adulteriis.*

Nec pater, qui propter filium) vide ſcripta ad tit. *C. ne filius pro patre.*

In eodem loco) Leg. *& in eo demum loco.*

De muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filium, & de intervallis. T I T. XL.

L.2. Quinquennii, & mox triennii) vide cap.22. de præſcript.

L.3. XV. annorum) Legend. *Septuaginta*, vide not. ad *l.13. ſup. de decur.*

De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda. T I T. XLVI.

L.2. Ambitioſa) Gratioſa.

De Profeſſoribus, & medicis. T I T. LII.

L.11. Teſtimonialem) Literæ, quæ dantur dimiſſis, vocantur teſtimoniales, hic & in C. Theod. Sæpe Vegetius lib.2. vide ſcripta ad prin. *tit. ſup. de fide inſtrum.*

De filiisfam. & quemadmodum pro his pater teneatur. T I T. LX.

L.2. Cauſſam ad te pertinere) Opp. *l. ſpurii, §. pater, ff. de de decur.* vide ibi ſolut. in not.

L. ult. Filium tuum curatorem) vide ſcripta ad *l. 1. ſup. quod cum eo, &c.*

De Periculo ſucceſſorum parentis. T I T. LXI.

L.1. Si de proprio) *L.1. §. ne caſtrenſe, ff. de collat. bon.* Verum ut nihil obſtet *l. pen. Cod. de coll.* ſeparandæ erunt dignitates à militiis, quæ conferuntur, ut in *l. ult. inf. qui milit.*

De Excuſationibus artificum. T I T. LXIV.

L. 1. Atque liberatores) Legendum, *aquæ libratores*: Manus Triboniani hic multa addidit.

De Tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus. T I T. LXIX.

De tabulariis: vide not. ad *l. ſcripturas, ſup. qui pot. in pign. hab.*

De Suſceptoribus, præpoſitis, & arcariis. TIT. LXX.

L.3. Novæ ſunt, ac ardeſcentes) Rectius in *Cod. Theod. ac recentes.*

L. 5. Iidem A.A. Repetita eſt in fin. *l.* 13. *Cod. Theod. lib.* 12. *eodem tit.* Ex qua hujus l. eſt emendanda inſcriptio, & addenda ſubſcriptio. In hunc modum. Imppp. Valentinianus, & Valens ad Germaniarum Comitem S. L. Subſcriptio vero, D. VI. Id. Januar. Rom. Lupicino, & Jovino Conſſ.

L.12. Iidem A.A.) Conjun. *l. un. ſupra ad l. Jul. de ambitu*, ex qua ad hanc ſupplenda eſt inſcriptio: iidem AA. Pompejano, & ſubſcriptio D. Prid. Kal. Jan. Mediol. Stilicone, & Aureliano Conſſ. ut docet *l.* 27. *Cod. Theod. eod.*

L. 13. Seu numerarios) Hæc duo verba Tribonianus adjecit.

L.14. Quorum ad conſtituendam) Legendum, ad conſuendum. Hoc ſenſu, ut cohortalium officiorum, & militum maxime interſit, rationem veſtium explorare, & quærere qualitatem eorum, qui conſuendis veſtibus operam commodius daturi ſint.

De Auri publici perſecutoribus. T I T. LXXII.

Perſecutoribus) Leg. *proſecut.* Sic & in *l.1. hic.*

L.1. Auri) idem in *l. un. C. Theod. eodem lib.*13. unde hujus l. inſcriptio ſic reſtituenda eſt. Impp. Arcad. & Honor. Eutychiano PP. & ſubſcriptio D. XI. Kal. Martii Conſtantinop. Cæſario, & Attico. Conſſ.

AD LIBRUM XI.

PRIMUS hujus Libri XI. tit. eſt de luſtralis auri collatione, in quo erant duæ Græcæ ll. Anaſtaſii, quæ deſiderantur: vide not. & ſcripta ad *l.1. ſup. de commer. & mercat.*

De Naviculariis, ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione. TIT. I.

L. 5. Capitali pœna) At ex *Nov. Leon.* 62. hæc actio eſt in quadruplum, vide notata, & ſcripta ad *l. in navem, ff. locati.*

Ne quid oneri publico imponatur. T I T. IV.

L.5. Capitali pœna) At ex Nov. Leonis 62. hæc actio eſt in quadruplum: vide notata, & ſcripta ad *l. in navem, ff. locati.*

De Naufragiis. T I T. V.

L.2.

Google

L. 2. Præfinitum anni ſpatium) Oppon. *l. pen. inf. eod.* A In qua præſcribitur biennium. Solutio petenda eſt ex *l. 2. C. Theod. eodem*. Quæ declarat pro locorum intervallo, annum, aut biennium conſtitui: vide cap. 20. de præſcriptionibus.

De Metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. TIT. VI.

L. 2. Quæ Græce χρυσάργυρον appellatur) hæc verba à Triboniano addita ſunt.

De Murilegulis, & Gynæciariis, & procurotoribus Gynæcii, & de monetariis, & baſtagariis. TIT. VII.

L. 7. Edicimus) Ex *l. 10. C. Theod.* tit. 20. lib. 10. Quæ hic à Triboniano truncata eſt, quia Juſtinianus ſuſtulerat Senatuſconſultum Claudianum.

L. 10. Metaxæ) Metaxæ ſunt ſerica fila cruda, necdum intexta, ut conficiuntur à vermiculis: vide not. ad *l. ult.* B *ſup. de pign.*

L. 13. Lymphariorum) Leg. Liniſariorum.

De Veſtibus Holoberis, & Auratis, & de intinctione ſacri muricis. TIT. VIII.

Id eſt, Holoſericis. Zonaras in 12. Can. Concilii Gangrenſis βήρους exponit σηρικὰ ὑφάσματα βῆρα Gallice *velours*. Germanice *ſammet*. Holoſericæ veſtes ſunt, quæ omnino ſunt ex ſerico. Earum commercium tantum prohibetur: Nam ex *Nov. Leonis* 80. permittitur uſus purpuræ, ſic & ſerici: vide ſcripta ad *Rub. ff. de his, quæ ut indig.* & ad tit. *ſup. quæ res vend. non poſſunt*. Sic in Conſtantini donatione dicitur princeps uti veris veſtimentis, & vero ſelochalino.

L. 4.) L. 1. ſupra quæ res vendi non poſſunt, *l. ult. C. Theod. de murileg.* vide not. & ſcripta ad *d. l. 1.* C

Veſtimenta virilia) Fœminis ſerici uſus non eſt interdictus. Vopiſcus in Tacito ſericam veſtem in viris omnibus interdixit.

L. ult. Purpura) Sumpta eſt ex *l. ult. Cod. Theod. de murileg.*

De Veteris numiſmatis poteſtate. TIT. X.

L. 1. Solidos veterum principum) Paulus *lib. 1. Sentent. titul.* 25. ait, l. Cornelia de falſ. nummaria eos teneri, qui probos nummos vultu principum ſignatos reprobant, &c.

De Collegiatis, & chartopratis, & nummulariis. TIT. XVII.

Male Græci chalcopratis. Itaque delenda eſt gloſſa Accurſ. maxime poſterior.

L. 5. Qui ſub prætextu) vide notata, & ſcripta ad *l. pen.* D & ad tit. *ſup. de commer. & mercat.*

De Jure reipublicæ. TIT. XXIX.

L. 2. Neque boneſirio) *L. 37. ff. de rebus auctorit. judic. poſſ.* At fiſcus ſemper jus habet pignoris, & hypothecæ, *l. 46. ff. de jure fiſci*, *l. 2. ſup. in quib. cauſſis pign.*

L. 4. Ruina collapſis ædificiis) Veſpaſianus auctore Sexto Victore, & Suetonio permiſit cuicumque dirutarum ædium areas occupare.

De Vendendis rebus civitatis. TIT. XXXI.

L. 1. Imp. Antoninus Legend. Impp. Severus, & Antoninus AA. Herculiano.

Si ſine ulla) hujus reſcripti auctoritate utitur Paulus in *§. ult. l. 21. ff. ad munic.*

De Debitoribus civitatum. TIT. XXXIII.

L. ult. in fin. Quod ſi quiſpiam debitor.) vide ſcripta ad E *tit. Cod. de hered. vel action. vend.* Aliud eſt, ſi quis fiſco locum fecerit, *l. 5. de jure fiſci*, *l. 3. Cod. Theod. de bonis proſcrip.*

Ne quis liber invitus actum reipublicæ gerere cogatur. TIT. XXXVI.

L. 1. Cum ſervi hujuſmodi) Sic in *l. 6. §. irritum, ff. injuſto, rupto teſtam.* Si major 25. venum ſe dari paſſus ſit, pretiumve participandum, ut Flor.

De Solutionibus, & liberationibus debitorum civitatis. TIT. XXXIX.

Vide notat. ad princ. *tit. ſup. de ſolut. & liberat.*

De Spectaculis, & ſcenicis, & Lenonibus. TIT. XL.

Ad calcem tit.) Deeſt heic conſtitutio Græca, qua Imp. facit liberationem proſtitutarum publicam: vide ſcripta ad tit. *ſup. de patribus, qui filios diſtrax.*

De Aqueductu. TIT. XLII.

L. 1. Aquarum poſſeſſores) Idem exſtat in lib. Magonis, & Vegojæ.

L. 4. Uſum aquæ) *L. 7. ſup. de ſervit. & aqua.* Conſuetudo longi temporis, & vetuſtas vicem jure conſtitutæ ſervitutis obtinet, ſed vetuſtas etiam vim legis obtinet, *l. 2. ff. de aqua, & aq. plu. arc.*

L. 7. Ex univerſis catenlis) Legend. *ex univerſis ſcalis*. Erant maritimi trajectus, ex quibus fiſcus reditus percipiebat. Erant autem tres ſcalæ; Timaſi, quæ fuit in quarta regione, Chalcedonenſis in quinta, Siziceena in ſexta.

De Gladiatoribus penitus tollendis. TIT. XLIII.

L. 1. Non placent) idem tamen Conſtantinus ante hanc conſtit. probaverat, ad gladiatorum ludum domnatos intra annum conſumendos eſſe, *l. 2. Cod. Theod. de gladiator.*

Ut Armorum uſus, inſcio principe interdictus ſit. TIT. XLVI.

L. 1. Armorum movendorum copia) Hoc antea vetitum fuerat l. Julia de vi publica, & poſt à Juſtin. in *Novell. de armis*: vide ſcripta ad tit. 5. *quæ res exportari non debent*.

De Agricolis, & cenſitis, & colonis. TIT. XLVIII.

Expunge, & legito ſic: *De Agricolis, cenſitis, & colonis*: duo enim agricolarum facit genera, 1. cenſiti, qui ſunt ſervi, 2. Coloni, qui ſunt liberi: vide ſcripta ad *l. ſi quis inquilinos, ff. de leg.* 1.

L. 5. Optare) Εὔχεσθαι: vide ſcipta ad *l. 21. Cod. loc.* Hi vero ſunt partiarii coloni.

L. 6. Adſcriptitios) vide ſcripta & not. ad *l. ſi quis inquilinos, de legat.* 1.

L. 14. Celeri reformatione) unde vi interdicto, id eſt, reſtitutione poſſeſſionis, vel utrubi, *l. 5. C. Theod. de denunt. vel ed. libel.* momenti beneficio. Celeri redhibitione, *l. 4. C. Theod.* Unde vi, ſic dictum à temporis brevitate, ita ut nihil ſit quod poſſit eam remorari ne appellatio quidem, *l. 1. ſup. de moment. poſſ.*

L. 15. Nec puncto quidem temporis) id eſt, momento: vide cap. 3. de præſcript.

L. 17.) Repetita eſt hæc *l. ſup. in l. ult. Si res pign. dat.* iiſdem verbis. Quare ex ea inſcriptio, & ſubſcript. hoc loco reſtitui debet, Impp. Honorius, & Theod. AA. Iohanni P. P. ſubſcriptio vero, D. Id. Jul. Ravennæ Honorio XIII.) & Theodoſio X. AA. Conſſ. vide *l. ultim. ſupra*.

L. 20. Litibus) Conjun. *l. 18. ſup. de fid. inſtrum.* vide ſcript. & not. ibi & ad *l. 28. ſup. loc.*

Vel in κειμηλιαρχείῳ) Legend. vel in cimeliarchio, id eſt, in quo repoſita ſunt cimelia, id eſt, vaſa ſacra. Reſtitue ſic ſubſcript. D. XII. Kal. Octob. Chalcedone Decio & ex *l. 18. ſupra, de fide inſtrum.*

L. 22. Solam confeſſionem) Legendum *conductionem*: vide ſcripta ad *l. 21. C. de loc.*

Si conditionale inſtrumentum) Legend. *Si conductionale inſtrumentum*.

L. 23. Ex temporali curſu) vide cap. 30. de præſcript.

§. Cum autem Anaſtaſiana lex) Quæ non exſtat Fuit lex 19. hujus tit. cujus ſententia eſt in libr. Βασιλ. vide cap. 30. de præſcript.

§. ult. Sive annales) Legend. *Animales*, id eſt, capitationes. De hoc verbo vide not. & ſcripta ad *l. 9. ſupra, de act. empt.*

L. ult. In ſua libertate) idem Juſtinianus in *Nov.* 24. expoſuit ſe hoc intelligere de iis, qui poſt hanc conſtit. naſcuntur: in his autem, qui jam nati eſſent jus antiquum voluit ſervari: vide ſcripta Obſerv. 4. cap. 20.

Ut nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum. TIT. LIII.

L. 1. Si quis) Eſt de ſuſceptis, de quibus vide ſcripta ad fin. *l. 1. C. de jure Emphyt.*

Ad calcem tit.) Deſideratur hic l. 3. quæ Græca eſt conſtituit ne quis vicanos, & agricolas in clientelam ſuſci-

ſcipiat, redituum promiſſione facta; vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jure emphyt.* A

Vt ruſticani ad nullum obſequium devocentur. TIT. LIV.

Obſequium) id eſt, munus, & tributionem. Sic *l.* 6. *ſup. de pignor.*

Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. TIT. LV.

L. 1. *Vt nulli extraneo*) idem conceditur dominis erga ſuos homines, ut colonos, emphyteutas. At propinqui non habent jus προτιμήσεως, niſi ex pacto, *l. pen. ſup. de contr. empt.* vide ibi ſcripta.

Ex iiſdem vicariis) Legend. *vicanis*.

Vt nullus ex vicaneis pro alienis vitaneorum debitis teneatur. TIT. LVI.

Legendum vicanis, & vicanorum, & vicanos: vide ſcripta, idem in Novell. Juſtin. 52. & 134. Caſſiodorus lib. 4. var. l. 3. de debit. & vad. in ll. Longobard. & in legib. Neapol. tit. *de cultu pacis*, *& cap. de injuriis lib.* 6. vide notata, & ſcripta ad tit. *Cod. ne filius pro patre*, & ad *d. Novell.* 52. B

De Cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectatoribus. TIT. LVII.

L. 2. *Vetaverit*) C. Theod. *habuerit*, ſorte, *amputaverit*.

Competenti indignationi) hæc verba Tribon. ſunt. Nam capitale ſupplicium irrogarunt.

L. 5. *Intra annum*) vide cap. 30. de præſcript.

L. 7. *Reliqua vero temporis*) hoc cum fiſcus vendit: Aliud enim eſt, cum privatus vendit ſine cenſ. vel reliq. vide ibi ſcripta.

Sex menſium ſpatium) Tribonianus 4. menſes ad duos ab Honorio, & Theodoſio tributos addidit: vide cap. 28. de præſcript. C

De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus imponuntur. TIT. LVIII.

L. 1. *Et territoriis*) hoc loco ut in *l. ult. inf. eod.* territorii agros privatos vocant Impp. alias tamen eſt univerſitas agrorum.

L. 7. *§. Illos poſt biennium*) vide cap. 21. de præſcript.

Ad diacatochiæ vicem) *Ad diacathociæ vicem*, legendum, *l.* 12. *inf. de fund. patrim. l.* 1. *C. Theod. cap. de indulg. debit*: hic eſt Libellarius contractus, de quo vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jure emphyt.*

Intra biennium) Opponitur *l. ult. inf. eodem*, *& l. ult. ſupra, de cenſib.* Sed hæc lex loquitur de eo, qui occupavit agrum deſertum. Græci ὁ ἔρημος ἀγρῦ ἐπιβάς. D Illa de eo, cui addicta ſunt prædia à peræquatore: vide cap. 2. de præſcript.

L. 9. *Fundos patrimoniales*) De his vide ſcripta ſupra, ad princ. *tit. de jure emphyt.*

L. 11. *Intra ſex menſes*) vide cap. 19. de præſcript.

L. 12. *Hac definitione*) ἐπιβολὴν enim ſuſcipiunt συγκληρονόμοι, & συντελεσταὶ, ſive ὁμοτελεῖς, quæ ſub eodem tit. vectigal. pendunt, ut ὁμοχῶροι, quia communia prædia habent, ut ὁμόκηνσοι: extranei vero ἐπιβολὴν ſuſcipere non coguntur, niſi cum except. Nov. 77. vide ſcripta Obſerv. lib. 4. cap. 30.

De Paſcuis publicis, & privatis. TIT. LX.

L. 1. *Impp. Arcadius, & Hon. AA.*) Adde, Simplicio magiſtro militum.

Pratis, ac amœnis paſcuis) Leg. *Pratis Apamænis*, E &c. ita ut intelligantur prata Apamæa Syriæ, non Bithyniæ: vide ſcripta Obſerv. 1. cap. 19.

De Fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. TIT. LXI.

L. 1. *Donationes firmæ ſunt*) idem recte ait Accurſ. eſſe in privato, in *l.* 3. *C. de jure emphyt.* vide ibi ſcripta.

In gloſſ. Firmæ ſunt) videtur idem ut in *d. l. ff. de exc.* Dele hanc reſponſionem, & aliam repone, non poteſt vendere ſine permiſſu domini.

L. 2. *Patrimonialis*) hæc l. accipienda eſt de tributis, non de canone, ne pugnet cum *l.* 4. *infra*. Senſus eſt; ob tributa non ſoluta, fundus minoris fiſco non committitur. Id datur ætati. Id ergo non datur majoribus. At ob canonem non ſolutum idem datur omnibus; ne fundus committatur, *l.* 4. *infra*: vide ſcripta ad *l.* 2. *Cod. de jure emphyt.*

L. 12. *Emphyteuticarii patrimoniales*) Patrimoniale ab emphyteutico differt, ut ſpecies à genere: vide notata ad *pr. tit. ſup. de jur. emphyt.*

L. 14. *Vel templorum*) At in privatorum fundis ſufficiunt 20. ann. ſi bona fide poſſederit, aut 30. ſi mala fide: vide ſcripta ad *l.* 2. *in fin. C. de jure emphyt.* & cap. 31. de præſcript.

De Fundis rei privatæ, & ſaltibus divinæ domus. TIT. LXV.

L. 2. *in fin. Nec tamen decoctor*) hoc ideo, quia fiſcus vendit. Nam ſi privatus vendat, emptor agnoſcere cogitur reliqua, *l.* 3. *ſine cenſu, vel reliq.* Sed opp. *lex. prædiis, ff. de jur. fiſc.* vide notata ibi, & ſcripta ad *d. tit. ſine cenſu, vel reliq.*

L. 6. *Collegio, vel curiæ, vel*) id eſt, corpori alicui.

Per 30. *annos*) vide cap. 31. de præſcriptionibus.

De diverſis prædiis urbanis, & ruſticis templorum, & civitatum, & omni reditu civili. TIT. LXIX.

L. 3. *Tertiam portionem ejus canonis*) Cæteræ partes fiſco vindicantur, *l. ult. ſup. de vectig. & commiſſ.*

L. 5. *Agnotheticas poſſeſſiones*) id eſt, ex quarum reditu certamina quædam celebrantur. Dicitur recte ἀγωνοθετικὰ ἀγωνοφόρα in *l. Titia cum reſt. §.* 1. *ff. de leg.* 1. vide not. ad eam, & ſcripta ad *l.* 1. *ff. de reb. dub.*

L. ult. Apamenæ civitatis) Apamæa Bithyniæ Colonia fuit, de qua in *l.* 1. *ff. de cenſib.* Fuit, & Apamæa Syriæ, de qua in *l.* 2. *ſup. de paſcuis publicis.*

De Conductoribus, & procuratoribus ſive actoribus prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ. TIT. LXXI.

L. 1. Vide ſcripta ad *l.* 1. *ſup. de jure emphyt.* & notata ad princ. *l.* 1. *Feudorum.*

Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet. TIT. LXXII.

L. 1. *Neque curiali*) hoc idem Hadrianum conſtituiſſe ſcribit Xiphilinus: vide ſcripta ad *l.* 30. *ff. de loc.*

De Cupreſſis, & luco Daphneuſi, vel Perſeis, per Ægyptum non excindendis, vel vendendis. TIT. LXXVII.

L. ult. Nec à luco, vel à littore) Legend. *nec Alytarcha unam cupreſſum.* Fuit autem olim Alytharchæ permiſſum ex luco Daphnenſi, qui eſt in ſuburbiis Antiochenæ urbis cupreſſus denſiſſimus, unam cupreſſum exſcindere. plures plantare, *l. & more, Cod. Theod. de jure fiſci.*

AD LIBRUM XII.

De Dignitatibus. TIT. I.

L*Ex* 2. *Et notatis*) Veteres libri habent, *adnotatis*.

L. 4. *Et homines eorum*) vide ſcripta ad *l.* 1. *de jur. emphyteut.*

L. 6. *Deformibus miniſteriis*) Quidam Cod. habent *deformis miniſterii*.

Stationariis) Qui mercium viliſſimarum apothecas ſecum deferentes certis in locis aliquandiu conſiſtunt, emptorem operientes, qui ob eam rem Apothecarii dicuntur in *l.* 12. *inf. de cohortalibus*. De hoc verbo, vide not. ad *l.* 5. *ſup. de vectigal. & comm.*

L. ult. Sacra revocatoria) Seu evocatoriæ, *l. un. ut omnes judices, &c. ſup.* Juſtin. *Nov.* 8. Hujus formulam ponit Caſſiodorus lib. 7. formularum.

De Conſulibus, & non ſpargendis ab his pecuniis, & de præfectis, & magiſtris militum, & patriciis. TIT. III.

L. 2. *Imperator Leo A.*) Legendum, *Impp. Valentinianus, & Martianus, &c.* Nam quod hic tractatur, nominatim à Martiano conſtitutum fuiſſe ſcribit Marcellinus comes in Chron. vide ſcripta in *Nov.* 62. *in fin.*

L. 3.) Vide not. ad *Nov.* 81. Huic legi derogat Juſtinianus in *Nov.* 62. dum conſtituit, ut vir illuſtris codicillos patriciatus accipere poſſit, etiamſi conſulatum, aut præfecturam non geſſerit.

L. ult.

Google

L. ult. Patrisfamil. effici) idem conſtituit Juſtinianus in A *Nov.* 81.

De ſilentiariis, & decurionibus eorum. TIT. XVI.

L. ult. Vel ſuffragium quodcunque) Suffragium hic ſignificat id, quod ſuffragii nomine datum eſt, ſicut pactum id, quod datur ex pacto; vide ſcripta ad *Rubr. ſup. de ſuffrag.*

De proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant. TIT. XIX.

L. 1. *Quid præfecti*) Leg. *qui præfectis*: vide notata ad *l.* 1. *§.* 1. *ff. de leg.* 3. & ſcripta ad *l.* 2. *ff. de leg.* 2.

L. 2. *Ordinarii*) Ordinarii judices ſunt clariſſimi, ſpectabiles vice ſacra cognoſcunt. Vide not. ad *l. omnes, ſup. de epiſc. & cler.* & ſcripta tit. *ff. de jud. in prin.*

L. 41. *Non hereditatis, ſed privilegii*) Sic in *Nov. Juſtin.* 53. οὐχ ὡς αἰτίων, ἀλλὰ Βασιλικὴν φιλοτιμίαν. B

L. ult. Et inſuper venditionis) Poteſt tamen vendi ex *Novella* 35.

De curioſis, & ſtationariis. TIT. XXIII.

L. 1. *Carceri aliquos immittebant*) Nam nuntiationem tantum habent, non & prehenſionem: vide cap. 9. de præſcript.

De privilegiis ſcholarum. TIT. XXX.

Legendum, *ſcholarium.* Hi milites erant in *l. ult. C. de locato*, & ſupernumerarii, teſte Suida in verbo ὑπεράριθμοι.

L. 1. *Degradandi*) Legend. regradandive:

Qui militare poſſunt, vel non poſſunt, & de ſervis ad militiam, vel dignitatem adſpirantibus: & ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia ſimul utatur. TIT. XXXIII. C

L. 5. *Licet diſtrahere*) Ergo non omnes militiæ venales erant, vide *l. ult. ſup. lib.* 8. *de pignor.*

L. 6. *Et ſuam ignorantiam*) id fit eo argumento, quod Ariſtoteles vocat πρὸς ἄνθρωπον.

Intra 30. *dierum*) Hoc tempus præſcribitur pro ſervis, qui jam militarunt, non pro his, qui poſt militabunt.

Ab eo tempore) Vide cap. 10. de præſcript.

L. 7. *Dignitatem*) Separatur militia à dignitate, ſic & in aliis.

Intra 30. *dies*) vide cap. de præſcript.

Negotiatores ne militent. TIT. XXXIV.

Sic Sidonius Apollinaris *lib.* 1. Epiſt. *negotiatores militant, milites negotiantur*, dum rerum omnium perverti legem ſignificat. D

L. 1. *In hac alma urbe*) vide ſcripta ad *l.* 3. *ſup. de commerc. & mercat.*

Argenti diſtractoribus) Id eſt, menſariis, argentariis, Sic *l. ult. ſup. de pign.*

Omni militia prohibuimus) Utrumque tamen retinent permiſſu principis.

De re militari. TIT. XXXV.

L. 15. *Imp. Leo A.*) Adde: Aſpari magiſtro militum.

Milites) Conjun. *l.* 31. *ſup. de locat.*

De caſtrenſi peculio militum, & præfectianorum. TIT. XXXVI.

Et præfecti annonæ) Legendum, *& præfectianorum.*

L. ult. At ſi in legione) id eſt quaſi in legione.

De erogatione militaris annonæ. TIT. XXXVII.

L. 1. *Buccellatum*) Panem Buccellatum, Gallice; *du biſcuit.* E

In duobus diebus) Vide cap. 4. de præſcript.

L. 5. *Pictacia*) Legend. *Pittacia*, πιττάκια ſunt brevia, ſic etiam vocant epiſtolas, & album prætoris, & Notoria. Dicuntur vero ſimpliciter πιττάκια τῶν ἀννωνῶν, id eſt, brevia annonarum.

L. 7.) Vide ſcripta ad *l.* 59. *ff. de verb. oblig.*

L. 11. *Id eſt. Exactoribus militaris annonæ*) hæc interpretatio eſt Triboniani, ut & in *l.* 7. *ſup. de exactorib. trib.*

L. 15. *Adhærere præcipimus*) Leg. *Adærari.*

De metatis, & epidemeticis. TIT. XL.

L. 1. *Si quis metatorum*) Legendum, *menſorum.*

L. 5. *Eum qui præparandi*) idem eſt in executore, *l.* 5. *ſup. de jure empyteut.*

De commeatu. TIT. XLII.

L. 2. *Sex menſium*) vide cap. 18. de præſcript.

De littorum, & itinerum cuſtodia. TIT. XLIV.

L. 1. *Ne merces illicitæ*) vide ſcripta, & not. ad *l.* 1. *ff. de his, quæ ut indig.*

De deſertoribus, & occultatoribus eorum, &c. TIT. XLV.

L. 2. Reſiſtendum) Alias, *obſiſtendum.* Legend. *obtinendum*: obtinet jus dominii, qui id ſibi defendit per retentionem poſſeſſionis.

De veteranis. TIT. XLVI.

L. 1. *In quibuſcunque nundinis*) idem omnibus concedit *l.* 1. *ſup. de nundinis.*

De numerariis, actuariis, & chartulariis, & adjutoribus, ſcriniariis, & exceptoribus ſedis excelſæ, cæterorumque judicum tam militarium, quam civilium. TIT. XLIX.

L. 8. *Scriniarios*) hac l. ſcriniariis non interdicitur uſus creditæ pecuniæ. Nam ſi præſidibus mutuam peniam ſumere licebit, & præfectis prætorio, multo magis ſcriniariis, & numerariis ejus: vide ſcripta ad *l.* 3. *ſupra ſi cert. pet.*

De tractoriis, & ſtativis. TIT. LI.

Sunt autem tractoriæ diplomata, quæ dantur curſus publici cauſſa. Stativas Græci ἀλλαγάς. Stativas habere eſt confidere uno loco.

L. 1. *Tractatores*) Legend. *tractoriæ.*

Biduum) vide cap. 4. & 6. de præſcript.

De cohortalibus, & principibus, cornicułariis, ac primipilariis. TIT. LVII.

Legend. *Cohortalibus principum, &c.*

Ac primipilariis) Primipilaribus. De his vide not. ad *§. Julius l. pater, ff. de leg.* 3. & ſcripta ad *§. Divi l. filiusfam. de leg.* 1.

L. 3. *&* 7. *Paſtus primipili*) id eſt, militaris annonæ, ut recte notat Alciatus. Sic *l.* 8. *et* 16. *C. Theod. eod. tit.* Annona, quam præbet primipilus.

L. 8. *Speciebus primipilaribus*) hinc collige, qui fuerint primipilares: ii ſunt, qui ſpecies annonarias præbent ad paſcendos milites limitaneos, vel comitatenſes, *l.* 6. *et* 17. *C. Theod. eod.* ut ait, hæc l. ſpecies primipilares adærari, id eſt, ad æs redigi, cum pro annona æs præſtetur à primipilaribus: vide de hoc not. ad *d. §. Julius.*

L. 12. *Ex* 30. *annis*) Legend. *quadraginta*, ut veteres libri, & Βασιλ. vide cap. 31. de præſcript.

Apothecarios) hi deformis miniſterii ſtationarii appellantur in *l.* 6. *ſup. de dignitat.*

De diverſis officiis, et apparitoribus judicum, et probatoriis eorum. TIT. LIX.

L. ult. Et Auguſtæ Euphratenſis. Legend. Auguſteuphratenſis, id eſt, Euphratenſis ſimpliciter. Sic dicitur in *l.* 10. *ſup. de ædif. privat.* Sex. Victor. in Veſpaſ. *Commagene, quam hodie Auguſteuphratenſem, etc.*

De exſecutoribus, et exactoribus. TIT. LX.

L. 5. *Licebit provinciali*) vide not. ad *l.* 5. *de jure fiſci.*

De primipilo. TIT. LXII.

L. 4. *Ex ſola primipili cauſſa*) hos jus παράδοξον Conſtant. Harmenop. vocat lib. 3. tit. 5. περὶ παίδων ἢ γονέων.

IN NOVELLAS
DOMINI JUSTINIANI NOTÆ.

Collatio 1. TIT. I. *de Heredibus, & Falcidia.*

§. Si vero expreſſim deſignaverit) Expreſſim prohiberi oportet Falcidiam. Et ita ſenatum Pariſienſem decreviſſe tradit Papon. Excipitur unus caſus, quo ſufficit quodlibet voluntatis indicium *Nov.* 119. *§. ult.*

Collatio 3. TIT. I. *de Lenonibus.*

§. Præconizamus: prætoribus populi) de quibus Nov. 13. ſupra

ſupra in C. integro Novellarum. Hi & νομεπάρχοι vocantur.

Collatio 4. TIT. I. *De Naptiis.*

Titulus eſt περὶ τῶν δευτερογαμούντων, *de ſecundis nupt.*

§. Si incertum ſit) Hoc §. corrigitur *l. uxores*, *ff. de divortiis, & repud.* ubi quinquennium computatur à die quo captus fuit.

§. Si vero decretum. In gloſſ. ſi filios) vide *l. ult. C. de libert. & lib. eorum*, cujus hic non meminit Accurſius.

§. Novimus: decennii tempus tranſ.) hoc rurſus correxit in *Nov.* 117. *§. quod autem.*

Collatio 5. TIT. XIII. *Ut in privatis domibus ſacra myſteria non fiant.*

In ſubſcript. Mennæ Archiepiſcopo regiæ civitatis Conſtantinop. Lege, *Johanni præfecto prætorio Orientali*, ut conſtat ex fin. hujus Nov. ubi ei cohortem tribuit, quam Epiſcopus habere non poteſt.

Collatio 6. TIT. VIII. *Apud quos oporteat cauſſas dicere monachos, & aſcetrias.*

§. Sciant igitur: decaneta nuncupantur) Male Alciatus δεκανῖτα. Legendum decanica δεκανικὰ, quæ ſunt loca, in quæ detruduntur rei, ut interpres Julianus vertit. Albericus vertit carceres.

Collatio 7. TIT. I. *Quibus modis naturales efficiantur ſui, & de eorum teſtamento, ſive ab inteſtato ſucceſſione.*

§. Quia igitur aliqua in lib. Inſtit. male ſic vetus int. ut & Haloander: vertendum, in *tractatu de tutorib.* Intelligit autem *l. ult. C. de confir. tut.* & *l. ult. quando mulier tut. offic. fungi poſſ.* Error ex Græco manavit, ubi legendum, ἐν τῷ τῶν ἐπιτρόπων λόγῳ.

Collatio 8. TIT. XVIII. *Ut liceat matri, vel aviæ, & aliis parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint, reſiduam facultatem ſuam diſponere, & alia capitula plura.*

Græce inſcribitur περὶ διαφόρων κεφαλαίων καὶ λύσεως γάμων, *§. quod autem à nobis ſancitum, de iis qui in expeditione, in Nov.* 22.

Suſtinere eorum uxores) Idem in iis, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſervari voluit *Leo Nov.* 33.

IN CONSUETUDINES FEUDORUM NOTÆ:

AD LIBRUM I.

De his, qui feudum dare poſſunt, & qui non, & qualiter acquiratur, & retineatur. TIT. I.

NATURA feudi eſt, ut is, qui tenet feudum dicatur homo noſter, & homo fidei, & vaſſus, ſeu vaſallus. Hominis appellatione in libris noſtris continentur procuratores, actores, conductores, emphyteuticarii, libellarii, idemque vaſatici pro dantis arbitrio, ut & precarii, & ob id utrumque dicitur beneficium. Vaſalli ergo olim erant homines noſtri, id eſt, actores, procuratores, cuſtodes, & quaſi precarii poſſeſſores. Inde feudum guardiæ, id eſt, cuſtodiæ, gaſtaldiæ, id eſt, actus. Amerbachius in ll. Caroli Magni actores poſſeſſionum cœperunt perpetuo poſſidere ſub fidei obligatione, quod ante precario tenebant. Actores noſtri ſunt domini noſtri. Nomen tranſit, conditio mutata eſt. Quod ergo de hominibus noſtris ſcriptum eſt, poteſt referri ad vaſallos: non etiam quod de clientibus, aut militibus. Nam milites limitanei agros tenebant optimo jure, non jure feudi. Præterea tam miles, quam paganus feuda tenere poteſt: vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jure emphyt.* A vaſallis etiam ſeparantur ſuſcepti. Hi ſunt, qui ſe ſuaque bona ultro dedunt potentioribus. De his Salvianus lib. 5. de providentia Dei, Servius lib. 6. Æneid. Palæmon Grammat. & in C. ſæpe, & Nov. 17. vide infra not. ad tit. prox.

De Feudo guardiæ, & gaſtaldiæ, quibus modis feud. amittitur. TIT. II.

§. Aut ſi libellario nomine) De hoc contractu, vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jur. emphyt.* De hoc agitur in *l.* 22. *de homicid. lib. hom. in LL. Longobard.* Caſſiodorus lib. 5. var. *prædia libellario titulo commiſiſſe*, Gregorius lib. 2. Epiſt. c. 9. & l. 8. c. 61. Videtur etiam appellari jus ἐμφυτευτικὸν, Nov. 7. & Nov. Anaſtaſ. dare fundum εἰς ἐμφύτευσιν, & Nov. Conſtantini. Dictus eſt etiam διακατοχεύς à veterib. *l.* 7. *C. de omni agr. deſerto. Nov. Leo.* 3. Libellarium contractum, recte quidam vocant Emphyteuticum ſed novum. Adde libellarios etiam dici chartularios, *Nov. Tiberii, de divinis domibus.*

AD LIBRUM II.

Quid ſit inveſtitura. TIT. II.

V*EL alind corporeum quidlibet*) ut baculi, aut fuſtes, aut ſcipiones. Helmod. in Chron. Sclavorum cap. 70. ait. *Dominus accepit virgulam, & eam in manum dedit in ſignum inveſtituræ:* vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jure emphyteut.*

Si de feudis defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos vaſalli. TIT. XXVI.

§. Filii nati in feudo ſuccedunt) Addenda negatio, & legend. *in feudo non ſuccedunt, ex tit. de filiis nat. ex mat. ad morganat. contr.* quam habent libri ſcripti: vide ſcripta ad *l.* 26. *ff. de verb. oblig.*

De Filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. TIT. XXIX.

Legend. *Morgengabe, le dovaire.* Sic ſæpius in legib. Longobardorum, & Ripuariorum, tit. 39. & Alemannorum tit. 56. Erat autem id, quod die nuptiarum vir uxori donabat ex ſuis bonis, & liberis natis ex eo matrimonio: hoc tamen verbum Morganatica legitur etiam in Chronico Alberti Argentinenſis: vide ſcripta ad *l.* 26. *ff. de verb. oblig.*

De Conſuetudine recti feudi. TIT. XXXIII.

§. In quibus etiam in Romandiola) Lege, *apud Roncalias*, Eſt civitas juxta Padum.

De Feudo non habente propriam feudi naturam. TIT. XLVIII.

Ad proprium) id eſt, allodium.

Sive ad libellum) id eſt, contractum libellarium. Nam allodium ſignificat proprium cujuſque patrimonium: ſic ſup. tit. 26. & in veteribus formulis Francorum collectis à Marculpho: vide ſcripta ad *l.* 1. *C. de jure emphyteut.*

De prohibita feudi alienatione per Lotharium. TIT. LII.

Hoc jus non obtinet, neque eo utimur.

De Allodiis. TIT. LIV.

Vide not. ad *tit.* 48. *ſup. eod.* & ſcripta ad fin. *l.* 1. *C. de jure emphyt.*

De prohibita feudi alienatione per Fridericum. TIT. LV.

Vide ſcripta ad libelli nomine, *ſup. quibus modis feudum amittitur lib.* 1. *Feud.*

LAUS DEO OPTIMO MAXIMO.

AD

AD LEGEM NONAM
D. DE JURISDICTIONE.
REPETITA PRÆLECTIO.

CERTUM hanc l. pertinere ad edictum de albo corrupto. Illo edicto non tantum liber homo continetur, qui corrupit album prætoris, ſed etiam ſervus, & familia, qui quæve id fecit: familie, id eſt, grex ſervorum, qui ſub unius domini poteſtate ſunt. Verum eo nomine pro ſervis noxalis actio albi corrupti in dominum non competit, ſed ſi à domino non defendantur, in ipſos ſervos datur actio extra ordinem inflicta pœna corporali: nam pecuniaria non cadit in ſervos, *l. 7. hoc tit.* Cur vero ex hac cauſa non eſt in dominum noxalis actio? an quod Accurſ. (qui profecto hujus rei rationem non prævidit) tentat in *l. 3. §. pen. de ſepulch. viol.* quia de albo corrupto popularis actio eſt, quod eſt verum, non actio privata: & in privatis tantum actionibus, quæ oriuntur tantum ex privatis delictis, videtur adjici clauſula noxalis, ut ſcilicet dominus, quo cum agitur, vel ſubeat litis æſtimationem pro ſervis, aut eos in noxam dedat. An quia hæc eſt ratio propter quam ex cauſa albi corrupti non eſt in dominum ejus, qui corrupit, noxalis actio? minime: nam actio ex edicto de dejectis, & effuſis, quæ proculdubio eſt popularis, *ſi ſervus inſciente domino feciſſe dicatur, noxæ dedi jubebo*, noxalis eſt, ergo popularis actio, noxalis eſt, nedum privata, *l. 1. §. 1. l. 5. prætor, de his, qui dejec. vel eff.* ſi, inquam (ut hoc explicem ſollicitus) ſervus ex cœnaculo in quo dominus habitabat dejecerit, vel effuderit aliquid, quod tranſeunti nocuerit, vel etiamſi, quid ſervus ibi poſuerit, vel ſuſpenſum habuerit, cujus caſus pernicioſus ſit, in dominum eſt actio ooxalis: non ſi ſeorſum à domino ſervus habitaverit, & ex cœnaculo in quo ſervus habitebat ſeorſim quadam alia parte urbis alius dejecerit, vel effuderit aliquid, non ipſe ſervus, eo ſcilicet nomine, non eſt io dominum noxalis actio, quie cum ſervi nulla ſit noxia in ea re, id eſt, nullum factum, non poteſt de eo in dominum actio dari, ſed quia temen in ea re vertitur culpa ſervi, quod eos ſcilicet in habitationem ſuam receperit, qui id fecerint, ſervus culpæ nomine, quod parum ſibi caverit extra ordinem officio judicis coercetor, *l. 1. §. ſervus, de his, qui dejec. vel effud.* Et hæc quidem ita ſe habent in actione pupulari ex edicto de effuſis. At alia eſt actio popularis de ſepulchro violato, quæ tamen, ſi ſervus in ſepulchro alieno habitaverit, vel ædificaverir habitandi cauſa juxra, vel ſupra ſepulchrum, in dominum non eſt noxalis, ſed in ipſum ſervum datur ectio, quaſi ex majore delicto, actio violati ſepulchri, *l. 3. §. ult. de ſepulc. viol.* ut ſcilicet in corpus torqueatur ob eam rem: detur, inquam, in ſervum eo nomine actio extraordinaria, ut ſcilicet in corpore luat pœnam: ordinaria actio cum ſervo nulla eſt, *l. quoties, ſi quis caut. l. 41. de judic. l. cum ſervo nulla, de reg. jur.* Extraordinaria poteſt eſſe non tam in ſervum, quam in corpus ſervile, quo ſenſu etiam actiones quædam, quæ ſunt ex privatis delictis, & privatæ, non populares, dicuntur in ſervum dari, in ſervi corpus extra ordinem, veluti de damno in turba dato, *l. 4. §. pen. de vi bonor. rapt.* & de damno dato ex incendio, ruina, naufragio rate nave expugnata, *l. 1. §. 1. de incend.* Ex iis cauſis dicuntur dari actiones extraordinariæ in ſervum ſcilicet, & in familiam. Quo tamen caſu actio ſepulchri violati eſt noxalis, quaſi ex minore noxia, non in ipſum ſervum, qui caſus proponitur

A in *d. l. 3. §. ult. de ſepulc. viol.* puta ſi in ſepulchro ſervus neque habitat, neque ædificevit, ſed domunculam ibi habeat, neque inhabitet tamen. Aliud eſt ædificium, aliud domuncula: ædificium eſt ἀποτέλεσμα, domuncula ἔργον: edificium effectus, domuncula actus fere, non effectus. Etſi domunculam, inquit, ibi habeat (*ſi modo habere poſſe videtur*) placet valde exceptio illa, *ſi modo habere, &c.* quia jure ipſo nihil proprium ſervus habere poteſt, ſed habere tamen videtur, veluti ſomno conniventibus oculis domini, ut ait *l. 4. de manumiſſ.* cum & permittente domino quaſi teſtamentum faciat apud Plinium 6. epiſt. Porro ex ea *l. 3. §. penult.* intelligimus actionem ſepulchri violati, quæ eſt popularis regulariter, non eſſe noxalem, & uno illo caſu eſſe noxalem. Videndum illud nobis reſtat cur actiones populares, aliæ B ſunt noxales, ut de dejectis, & effuſis, & illo caſu de ſepulchro violato: eliæ ſunt noxales in dominum ſcilicet, ſed in ipſa corpora ſervorum rantum in terga exercentur, ut de albo corrupto, & regulariter de ſepulc. violato. Cur item ex privatis actionibus, quæ ex delictis privatis naſcuntur, & plerumque ſolent eſſe noxales, quædam non ſunt noxales: ſed æque in corpora ſervorum exerceantur, veluti de turba, & incendio, ruina, naufragio. Ratio varietatis pendet ex edictis, quibus actiones proditæ ſunt, pro qualitate admiſſi, ſive noxæ prætoribus viſum eſt alias facere noxales, elias non item: nec alia varietatis ratio, quærenda eſt, nec alia eſt actio noxelis, niſi quam edicto nominatim prætor noxalem fore edixerit: non arbitratu fiunt actiones, ſed tota hæc res pendet ex edicto. Igitur ſi ſervus album corruperit, nec C dominus eum defendat, corpus ſervi torquendum eſt: ſin autem dominus eum defendat, pro eo inferre debet pœnam edicto comprehenſam 500. eureorum, *l. 7. hoc tit.* At quid ſi plures ejuſdem domini, id eſt, familia album corruperir, & dominus familiam defendere velir, videamus quatenus teneatur? an ſatis eſt dominum ſemel 500. aureos inferre, perinde atque ſi unus ſervus tantum deliquiſſet, non plures: quod poſſet tentari hac ratione, quia familia cum ſub unius poteſtate ſit, unius perſonæ vice fungitur tanquam eodem vinculo poteſtaris vinciente omnes, & faciente unum corpus, & quaſi unum hominem è multis: qua ratione, & pater una cum filiis pluribus, qui in ejus poteſtate ſunt, unus homo eſſe cenſetur, unum corpus, una perſona. At vero ſi familia elbum corruperit, & dominus eam defendere paratus D ſit, an dominus pro ſingulis ſervis debet inferre aureos 500. veluti pro tribus mille, & quingentos? & Paulus oſtendit in hac l. 9. quot ſunt ſervi, qui proterve album prætoris corruperunt, tot dominum, qui eos defendit pro numero eorum ex edicto debere pendere pœnas, quia ſeveritate opus eſt in vindicanda majeſtate prætoris, & quia revera plurium plura facta ſunt, plures pœnas exigunt, id eſt, pœnæ ſunt remedia delictorum: nam & ita ſi familia injuriam privato homini fecerit, quot ſunt perſonæ injuriam facientium, tot ſunt injuriæ, & tot ſufferre dominus debet litis æſtimationem, *l. ſi plures 34. de injur.* ſi eos noxæ dedere nolit: nam actio injuriarum eſt noxalis. Verum obſtat, quod habetur in edicto ſi familia furtum feciſſe dicatur: ſi familia furtum fecerit, ſatis eſt à domino præſtari pœnam ſemel dupli, vel quadrupli, quæ præſtanda foret ſi unus tantum furtum feciſſet: cur non idem ſervatur cum familia corrupit album prætoris, vel cum privato homini injuriam fecerit?

dico

dico (quod verum eſt) illo edicto ſi familia furtum fe- A ciſſe dicatur, prætorem ſpecialiter (ideo datur ſpecialis titulus) dominis proſpexiſſe, ne ſervi quibus hoc ingenitum eſt ut furaces ſint, unde & ſervile probrum pro furto apud Cornel. Tacit. 1. Hiſt. *ſervili*, inquit, *probro reſperſus eſt, tanquam ſcyphum aureum in convivio Claudii furatus*. Ne, inquam, ſervi dominos evertant omnibus fortunis ſuis, vel unum tantum furtum faciendo, unius rei ſcilicet, ob id dominus, vel omnes dedere noxæ cogatur, qui forte tantum ſervos in patrimonio habet, vel pro ſingulis eandem litis æſtimationem offerre. Plura quidem ſunt facta ſi familia furtum fecerit, quamvis una tantum ſit res, quæ ſubripitur, quia plures ſunt perſonæ, quæ furtum fecere, ſed beneficio edicti Prætoris habita ratione dominorum, unum furtum eſſe intelligitur, ut unam tantum pœnam domini pro ſervis B exſolvant. At rurſus turbat, quod eſt receptum, ſi familia damnum injuria dederit, aliis ſatis eſſe id à domino præſtari, quod præſtandum foret ſi unus tantum damnum dediſſet, *l. 1. §. penult. ſi famil. furt. l. illud, ad leg. Aquil.* Sed ut reſpondeam, quæ ratio eſt edicti, ſi familia furtum feciſſe dicatur, in actione furti, eadem vertitur in actione damni injuria ex lege Aquilia, ne ob damnum, quod uni rei illatum eſt, dominus ſua familia, totove ſuo patrimonio careat. Quid ergo eſt, quod hic ait Paulus, ſi familia damnum dederit plura eſſe facta, ſicut ſi familia injuriam fecerit, vel ſi album Prætoris corruperit, non unum factum, ſicut ſi furtum fecerit, admittit Paulus quidem in illo edicto unum factum eſſe intelligi, ſi familia furtum fecerit: at non idem admittit ſi familia damnum dederit, ſed hoc caſu plura vult eſſe fa- C cta. Plura ſunt facta ſi familia album Prætoris corruperit, vel ſi convitium privato homini fecerit: quod ita explicandum cenſeo. Reſpicit Paulus hoc loco ad id quod in re eſt, in veritate, quia revera ſi familia damnum dederit plura ſunt facta, nec ulla eſt lex, ullumve edictum, quod ſpecialiter caveat ſicut in furto, ut pro uno facto habeatur: ſi familia furtum fecerit, id pro uno facto habetur, quia edicto cavit: ſi familia damnum dederit, id non habetur pro uno facto, quia id nulla lege nullove edicto cautum eſt: benigna tamen interpretatione receptum eſt ut in hac cauſa unum familia damnum dederit, & domino ſubveniatur, quia, ut dixi, eadem ratio intervenit in damno dato, & in furto facto: & quia ut ait d. *l. illud, ad leg. Aquil.* Plerumque hoc delictum quod ex lege Aquilia venit levi in re vertitur, at- D que conſiſtit, non ex dolo, ſed ex culpa facientis proficiſcitur: Et ideo æquum eſt ut damnum à familia datum ſicut furtum pro uno facto habeatur, licet nullo edicto id ſpecialiter expreſſum ſit. Eandemque benignitatem Octavenus extendebat ad cauſam albi corrupti, ſed refellitur Octaveni ſententia, & prævalet durior ſententia vindicandæ, & ulciſcendæ Prætoris majeſtatis cauſa, ut ſcilicet quia ſunt plura facta, & plura eſſe intelligantur, & plectantur ut plura: nam & vindicandæ injuriæ privato factæ cauſa, ſi familia injuriam fecerit, plura facta non tantum ſunt, ſed & eſſe intelliguntur, *d. l. Si plures, de injur.* Unde ſic ſtatuamus: familia injuriam faciente privato, vel Prætori albo corrupto, & plura facta eſſe, & intelligi; familia autem furtum faciente, vel damnum injuria dante plura quidem facta eſſe in veritate, E ſed ex æquo, & bono propter utilitatem domini non intelligi plura, ſed unum domini allevandi gratia. Et differentiæ rationem hanc eſſe, quia gravior eſt cauſa, & atrocior imminutæ, & contemptæ majeſtatis Prætoriæ, minuti honoris alieni, quod fit illata injuria, imminutæ libertatis alienæ: & certe tanto gravior eſt injuria, quanto à pluribus admittitur, ut ait *d. l. ſi plures.* Gravior eſt injuria, quæ tibi fit à pluribus, ſi plures te pulſaverint, quam ſi unus te pulſaverit. Non adeo gravis cauſa imminuti patrimonii furto facto, vel damno dato à pluribus: neque enim numerus delinquentium, ut ratio damni creſcat non re mea niſi mihi ſubrepta, vel deteriore facta à pluribus, plus damni fero, quam ſi id feciſſet unus: At longe A gravius leditur honor meus ſi plures, quam ſi unus tantum mihi convitium dicat, vel quid aliud faciat, quod pertineat ad injuriam meam. Idemque eſt in contumelia Prætori facta multo magis, & ideo facile patimur furtum vel damnum, quod familia fecit, vel dedit pro uno facto haberi, non item contumeliam Prætoris, aut privati & uno tantum caſu in cauſa albi corrupti Paul. hic adjicit ſententiam Octaveni eſſe probandam ſi familia non corruperit album Præt. ſed curaverit ab alio corrumpi, quia tunc verum eſt familiæ unum eſſe conſilium, eundemque motum animi, non plures: cum autem ipſa familia album corrupit, plura ſunt facta, & quidem audaciora, plures manus, plures offenſæ, & ideo hoc caſu non eſt probanda Octaveni ſententia, qui & putabat plura facta benigne eſſe habenda pro uno. Conſule obſervat. 8. B cap. 20.

AD TITULUM

DE ACTIONIBUS EMPTI, ET VENDITI.

Digeſt. Lib. 19.

Ad L. I. Repetita Prælectio.

UNA eſt quæſtio de eo, quod intereſt: ad quam quæſtionem multæ leges hujus tituli pertinent. Et primum ſi res vendita non tra- C datur emptori, aget actione ex empto in id quod intereſt. Hic ſtatim quæritur, an ſi venditor rei tradendæ facultatem habeat, nec tradat, omnimodo cogatur tradere, nec liberetur præſtando id quod intereſt. Hæc quæſtio certa lege definita non eſt: argumentis definienda eſt. Joannes, & Bulgarus dicunt, venditorem liberari præſtando id quod intereſt, neque poſſe cogi ut rem tradat, quam habet. Martinus autem putat, venditorem non liberari. Denique putat, venditorem ſi rem habeat omnimodo cogi poſſe, ut rem tradat, nec liberari, ſi paratus ſit præſtare id quod intereſt. Sententiam Martini omnes Doctores fere probant. Ego ſic ſtatuo: Si venditor rem habeat nec tradat, emptor poteſt agere in id quod intereſt, & hinc ſequetur etiam condemna- D tio in id quod intereſt, quoniam id ei placet, *l. ſi traditio, C. de action. empti*. Species hujus legis hæc eſt. Si rei venditæ traditio non fiat procatia, & pertinacia venditoris, quid fiet? Lex ait, damnandum eſſe venditorem in id quanti emptoris intereſt venditionem compleri. Hoc ita verum eſt, quia egit emptor in id quod intereſt, vel quia hoc emptori placet. Nihil enim vetat quo minus agat emptor in hoc ut omnimodo res tradatur, & ſi ita egerit emptor, venditor non liberatur offerendo pecuniam. Quid enim ſi minoris, aut non pluris interſit, quam res ſit? Emptor de re tradenda deſtricte agere poterit.

In ſumma: emptor prout elegerit, vel in hoc agit ut res omnimodo tradatur, vel agit in hoc ut præſtetur id quod intereſt, & actioni ſimilis condemnatio ſequitur. Hujus rei argumentum præbet *l. ſtipulatio, §. ſive, ff. de* E *novi operis nunciat*. Eodem pertinet, *l. ult. C. de fideicommiſſ. libert.* Legavi tibi ſervum, ut manumitteres. Heres non vult præſtare ſervum, ſed quantitatem, an audiendus eſt heres? minime, ſi hoc malit legatarius. Nec dicendum eſt hoc fieri favore libertatis: nam hoc fit in quolibet legato, *l. ſi domus, §. qui confitetur, de leg. 1.* Præterea adducitur *l. ſed & hæ perſonæ, §. pen. ſup. de procurat.* Quidam procurator promiſit judicatum ſolvi, atque ita promiſit rem à ſe defenſum iri: an cogitur defendere dominum, an omnimodo cogitur ſubire judicium? L. ait, cogi, nec ſufficit committi pœnam comprehenſam in ſtipulatione. Huic §. *pen.* opponitur lex *non cogendum, eod. tit.* Reſpondendum eſt in l. *non cogen-*

Digitized by Google

cogendum; procuratorem promiſiſſe judicatum ſolvi, alias non cogebatur defendere: l.2. ait, ob rem non defenſam ſufficere committi ſtipulationem. Cæterum *§.penult.* loquitur de eo, qui cogitur defendere, aut qui debet, ut præcedentia indicant: venditor poteſt cogi ut rem tradat, ſi emptor id malit; an eodem modo emptor teneatur videndum eſt, pretium ſcilicet ſolvere? Hac de re merito Accurſius reprehenditur à Bartolo: nam hoc in emptore magis dicendum eſt; quoniam emptor cogitur dare. Venditor non cogitur dare, ſed tradere poſſeſſionem vacuam, *l. 1. de rer. permut.* in obligationibus autem dandi hoc facilius eſt admiſſum, ut qui dare debet omnimodo cogatur dare, *l. ubi autem §. ult. de verb. obligat.*

Nunc hic locus exigit ut definiamus id, quod intereſt: an id quod intereſt eſt res vendita? conſtet non eſſe: qui petit id quod intereſt, rem non petit: poteſt tamen id quod intereſt appellari res: nam in rerum natura eſt, quod intereſt noſtrum. Hæc verba *quanti ea rei eſt*, interdum referuntur ad id quod intereſt, l.4. *§. in eam, de damno infecto, l. ult. de prætor. ſtipulat. l. quoties in alium §. ult. tit. de verb. obligat.* hæc verba *quanti ea rei eſt*: varia ſignificant: interdum ſignificant verum rei pretium: interdum ſignificant æſtimationem litis definitam ab actore jurejurando in litem, *l. pen. §. 1. ſup. ne quis eum, qui jus in voc. vi exim.* poſtremo interdum ſignificant id, quod intereſt: ponuntur hæc verba in edictis, & in ſtipulationibus: at id quod intereſt non eſt res: an id quod intereſt ſit rei pretium videamus: atque ita quidam definierunt, eſſe pretium rei. Dico ego, id quod intereſt non eſſe rei pretium: nam id quod intereſt interdum excedit rei pretium, ſi pluris interſit, quam valeat res: ideoque ſi venditor rem non tradat vacuam, emptor aget non tantum ut pretium reſtituatur, ſed etiam ſi quid ſua interſit, *l. ſi fundus, Locati*, & hoc eſt, quod dicitur in *l. 1. hujus tit.* Videamus quomodo hæc verba accipienda ſint: *Quam res valet, vel empta eſt*: tanti res valet, quanti vendi poteſt communiter, *l.ſi ſervus, re condict.furt. ſup. l.precia, Ad l.Falcidiam, ff.* Quam res valet, id eſt, quam communiter æſtimatur venditionis tempore: ſequitur, *vel empta eſt*, illud adjecit, quoniam poteſt empta eſſe, aut pluris, aut minoris, quam communiter æſtimata eſſet.

Interdum, id quod intereſt non excedit pretium rei venditæ. *l. ſi quis ab alio, in princ. ff. de re judic.* Exemplum eſt in *l. ſi vendidero, §. 1. de furtis*. An igitur, id quod intereſt, eſt damnum datum, vel lucrum interceptum? minime, nam id quod intereſt, ſive τὸ διαφέρον ſignificat utilitatem; mea intereſt, id eſt, mihi eſt utile *toto tit. de eo, quod certo loco, ff.* & in hoc tit. ſæpe *l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, hoc tit.* id quod intereſt appellatur utilitas, *l. eum qui §. ult. ff. de furtis*, utilitati autem contrarium eſt damnum: illa igitur definitio conjungit ea, quæ non conveniunt inter ſe. Illud ſemper fateor, in eo quod intereſt, haberi rationem damni dati, & lucri intercepti, *l. unica, C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, &c.* quoties noſtra intereſt ratione damni dati, addimus negationem, ut cum dicimus mea intereſt non ſubripi: mea intereſt non manumitti, *l.ſi ſterilis, §. quamvis, inf. hoc tit.* In lucris autem interceptis loquimur affirmate, ut cum dicimus, mea intereſt Epheſi ſolvi, *l. centum, ff. de eo, quod certo loco. l. ſi in emptionem, ſup. de minoribus*: noſtra intereſt lucrum non facere juſta ex cauſa. Hic opponitur *l.ſi commiſſa, ff. rem ratam hab.* ex ea efficiunt, id quod intereſt eſſe damnum, quod datum eſt. Ego reſpondeo, in illa l. non definiri, id quod intereſt, ſed in ea declarari quomodo, & quamobrem intereſt in ea ſpecie. Species l. hæc eſt: procurator promiſit rem ratam haberi. Commiſſa eſt ſtipulatio, id eſt, dominus ratum non habuit: agetur ex ſtipulatione in procuratorem in tantum quantum intereſt. Sed quomodo intereſt, ſtipulationem commiſſam eſſe, aut non eſſe? ſane non intereſt ſtipulationem commiſſam eſſe: nam id utile

A erat domino, & ſtipulatori damnoſum: verum intereſt ſtipulationem commiſſam non eſſe, id eſt, dominum ratum habuiſſe: ſic loquitur, *l. 2. hujus tit.* aget ſtipulator in id quanti intereſt ſua, ſtipulationem commiſſam non eſſe: nam ſi commiſſa non eſſet ſtipulatio, ipſe non damnum, ſed lucrum feciſſet. Igitur ſtipulatione commiſſa agitur ex ſtipulatu, quod damnum fecerit ſtipulator, id eſt, quod cogatur rurſus litigare, & advocare, & conſumere, *l. procurator, §. ult. & l. ſi procurator, tit. ſequ.* In quantum interſit, id eſt, in quantum mea interſit me damnum id non feciſſe, & lucrum potius feciſſe. Poſtremo an ad id quod intereſt, ſit æſtimatio damni dati, vel lucri intercepti videamus: minime: nam id quod æſtimationem recipit, non poteſt eſſe æſtimatio, *l. ſi ita fidejuſſorem, ff. de fidejuſſor.* id
B quod intereſt recipit æſtimationem: ergo id quod intereſt, non eſt æſtimatio. Id quod intereſt eſt utilitas, cujus perſecutio nobis competit ex juſta, & legitima cauſa. Addo, ex juſta, & legitima cauſa, quoniam jura non noverunt id quod intereſt ex alia cauſa, *l. pen. ff. ad exibend. l. ſi cujus, inf. de furt.* hæc utilitas petitur nominatim, & tacite: nominatim, ut in hac l. 1. & in quæſtione, *l. unicæ, C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. profer.* eo quod tacite petitur: & hoc modo omnes actiones ſunt in id, quod inteſt, *l. ſtipulatio iſta §. alteri, ſup. de verb.obligat.* Actiones inventæ ſunt utilitatis cauſa. Ille, qui petit decem, petit id quod intereſt, non nominatim: quinimo non datur actio niſi ei cujus intereſt: *l. qui fundum, ff. loc.* de diviſione ejus, quod intereſt dicam in *l. 3. hujus tit.*

C

Ad §. Venditor.

Sciendum eſt venditorem ſemper præſtare, dolum malum à ſe abeſſe, etiamſi id dictum non ſit, *l. ſi cum fructum, §. 1. ff. de contrah. empt.* Hoc ineſt bonæ fidei judicio. Dolus autem non tantum eſt in eo, qui loquitur obſcure, ambigue fallendi cauſa, ſed etiam in eo qui ſimulat aliquid, *l. ea quæ, §. ult. ſup. de contrah.empt.* & *l. quæro* hujus tit. ideo eſt quædam pœna diſſimulationis. Unicum exemplum eruitur ex l. *quæro, inf. hoc tit.* ſpecies hujus l. hæc eſt. Quidam vendidit fundum, & generaliter ita dixit doloſe, *vendo tibi quidquid intra illos fines poſſideo, & quantumcumque intra illos terminos poſ-*
D *ſideo*: ſciebat autem aliquam partem certam ſe non poſſidere, neque de ea parte certiorem fecit emptorem, l. ait, eum teneri actione ex empto in id quod intereſt: nam illa generalis adjectio non pertinet ad ea, quæ ipſe ignorabat: nam ſi id ſciſſet emptor, forte minoris emiſſet: ſubjicit l. idem eſſe ſi ita dixerit: *vendo illum fundum: ſi quæ debebuntur ſervitutes, debebuntur*: ſciebat tamen deberi: an eum excuſat hæc generalis clauſula? minime: quoniam pertinet ad ea, quæ novit ſpecialiter: ad bonam fidem pertinet ut cognoſcat ea emptor, quæ novit venditor. Aliud exemplum eſt in *l. tenetur 6. §. ult. hujus tit.* Quidam vendidit fundum ſciens fundum eſſe obligatum: deinde adjecit, ne teneatur eo nomine, quod adjecit dolo malo. Hæc adjectio, eum non excuſat, quin imo tenebitur. Hæ generales adje-
E ctiones captioſæ ſunt. Exemptum eſt aliud, quod colligitur ex *l. Julianus, §. idem Julianus, hoc tit.* Quidam vendidit fundum, qui debeat vectigalia pluribus municipiis, pluribus civitatibus: olim fundi municipiorum erant fere omnes vectigales, *l. 1. ſup. ſi ager vectigalis*: quod etiam conſtat ex *l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, de damno infecto*: finge: Quidam in tabula ſcripſit: fundum debere vectigal uni municipio: non etiam pluribus: qui res venales debebant, earum commoda, & incommoda denunciabant, & id erat proſcribere. Gellius lib. 4. cap. 2. Qui venales ſervos habebat, iis titulos imponebat: id nonnunquam fiebat per præconem. Deinde in lege venditionis generaliter adjecit, ſi quid fundus debeat vectigalis nomine, aut indictionis

extra-

extraordinariæ, vel nomine tributi, ut id emptor præſtet A non venditor: quid eſt, quod ait, ad viæ collationem? viæ ſunt reficiendæ collatione poſſeſſorum: item onus muniendæ viæ, & ſternendæ: & hoc eſt munus patrimoniale, *l.2. §. viarum, ff. ne quid in loco publico, l. honor, §. viarum, ff. de muneribus, & honoribus*: nunc ait Juriſconſultus, venditorem teneri ex empto ob dolum malum: & tenetur in id, quod intereſt ſciens: ignorans tenetur quantum id minoris emiſſet emptor: an non legendum eſt fundum pluribus municipiis legata debere? fundus non debet legata: poſſunt quidem legata relinqui ex illo fundo, *l.7. §. quoniam ſup. de uſufructu, l. Gajus, de ann. legatis*: at fundus non debet legata, quia lex loquitur de municipiis: nomen municipiorum innuit legendum eſſe *legata*: poſtremo ſi legamus *legata*, non videtur ſcite conficta eſſe hujuſmodi ſpecies, cum in generali adje- B ctione nihil dixerit de onere legatorum venditotor. Deinde quæritur, quid juris ſit ſi tutor ita vendiderit rem pupilli dolo malo, circumſcripto emptore? l. ita diſtinguit: aut tutor vendidit ſuo nomine, aut pupillus vendidit tutore auctore: ſi tutor ipſe vendiderit ſuo nomine, eo nomine ipſe tutor convenietur ob dolum: quid ſi pupillus vendiderit tutore auctore, an tutoris dolus noceat pupillo? l. ait pupillum teneri ex dolo tutoris in quantum eſt factus pupillus locupletior. In reliquum autem convenietur tutor: ſed qua actione convenietur? non tenetur actione ex empto, quia non vendidit: imo tenebitur actione tutelæ, quam pupillus cedit emptori contra tutorem, *l. ult. ff. de adminiſtrat. tutorum*: perpetuo condemnatur, id eſt, etiam poſt pubertatem: poſtremum exemplum eſt in *§. venditor*: venditor fundi ſciebat fun- C dum ſervitutem debere: id reliquit, vel etiam negavit ſervitutem deberi, vel uſus eſt captioſa oratione in hunc modum: *nulla ſervitus debetur: ſi tamen aliqua ſervitus emergat non tenebit*. & ideo tenetur emptori actione ex empto, ſi id emptor ignorabat: nam ſi emptor id ſciebat, non videtur receptus, quoniam improbato more in re vendenda verſatus eſt, *l.1. §. ſi cui cautum, ff. de extraord. cognitionibus, l. atquin natura, ſup. de negotiis geſtis*.

Ad L. II. Si in emptione.

IN emptione fundi venditor dixit modum fundi, ut dixit fundum eſſe decem jugerum: ſi is modus non præ- D ſtetur, qui dictus eſt, convenietur actione ex empto: hac actione etiam ſi ignoraverit tenetur: tenebitur ignorans quanto minoris: & nihil intereſt quomodo capiatur, an ſi capiatur ignorantia, & fallacia venditoris, *l. 6. in principio, inf. hoc tit.* Addamus venditorem etiam teneri ſi in qualitate agri mentitus ſit, non in modo: finge: quidam vendidit agrum in quo erat vinea, & pratum, & dixit agri eſſe centum jugera: idque ſic expoſuit: nam dixit vineæ eſſe quinquaginta, & prati ſimul etiam quinquaginta jugera: poſtea minus invenitur in vinea, plus invenitur in prato: in vinea inveniuntur quadraginta jugera, in prato ſexaginta: atque ita mentitus eſt non in modo dicto, ſed in qualitate agri, an eo nomine tenebitur? placet etiam teneri: videnda eſt *l.22. Si in qualitate, inf. hoc tit.* Videnda eſt etiam *l. 34. Si fundo vendito, inf. hoc tit.* notandum tamen eſt alia in re multum inte- E reſſe, utrum venditor mentitus ſit in qualitate, an in modo: nam ſi mentitus ſit in modo, tenetur pro numero jugerum, quæ deſunt: ſi mentitus ſit in qualitate, tenebitur pro bonitate loci: hæc differentia ponitur in *l.4. §. ſi modus, hoc tit.* verum interdum ſciendum eſt lucrum compenſari cum damno, ut ſi plus ſit in vinea, minus in prato: videnda hic eſt *l. ſi duorum 45. hoc tit.* in qua eleganter Paulus de hac re diſputat: primum ſic fingatur ſpecies: quidam vendidit duos fundos uno pretio, id eſt, ſylvam, & vineam, ſeparatim autem dixit eorum modum: nam dixit prati eſſe centum jugera, vineæ autem dixit eſſe ducenta jugera: poſtea minus invenitur in prato: nam deſunt decem jugera: attamen in vinea inveniuntur duoenta, & decem jugera: an hoc caſu tenebitur venditor? & tenetur ipſo jure, quoniam verum eſt eum dixiſſe minorem modum prati. Ergo venditor hoc caſu tenetur ipſo jure: ſed quæritur an poſſit ſe deffendere per exceptionem doli mali, quod ſcilicet plus ſit in vinea? hoc quærit deinde lex: utilior eſt poſſeſſio vinearum, quam pratorum, cum vulgus id contra exiſtimet. Columella in lib. 3. cap. 3. Quid hæc verba ſignificant: *an non facit dolo, qui jure perpetuo utitur*, id eſt, qui jure directo utitur: jus directum appellatur perpetuum jus in *l.5. de jure fiſci in C. Theodoſiano*: æquitas autem eſt flexibilis: rigor dicitur à rectitudine. Videtur non eſſe repellendum exceptione: nam venditor dixit minorem modum prati, & hoc verum eſt: cur ergo non teneatur? nec obſtat ſi dicas plus eſſe in vinea: hæc eſt ratio, quæ facit pro emptore his verbis: *nec enim &c.* ſequitur alia ratio pro venditore: ſane non videtur eſſe juſta querela emptoris: nam univerſus modus invenitur, unus tantum fundus venditus videtur: nam cum venduntur duo fundi uno pretio, univerſaliter vendi videtur: huc uſque diſputavit tantum: antequam reſpondeat proponit eandem ſpeciem. Finge: ego vendidi duos ſtatuliberos, quibus erat relicta libertas ſub conditione hac, *ſi darent certam pecuniam domini heredi*: dixi duos eſſe ſtatuliberos, & unum juſſum dare decem, alterum totidem: unus tamen juſſus eſt dare quindecim, alter quinque, hac in re venditor mentitus eſt: univerſus quidem numerus conſtat, an tenebitur ideo, quod unus det minus. Ipſo jure tenetur ex empto, quia mentitus eſt: Reſpondet nunc, æquius eſſe, ut lucrum compenſetur cum damno: & ſi exuperet damnum, ut id reſarciatur.

Ad §. Vacua.

SCiendum eſt, venditorem non cogi dare, id eſt rem facere accipientis, ſed cogi tradere vacuam poſſeſſionem, quod eſt facti: dare eſt juris: & in hoc tenetur ex empto, *l. ex empto, §. idem Neratius, inf. hoc tit.* vacua poſſeſſio eſt, quæ occupata non eſt, quæ libera eſt, cujus adipiſcendæ liber patet aditus: vacua non eſt res, ſi creditor ſit in ejus rei poſſeſſione. Idem eſt ſi legatarii ſint in poſſeſſione legatorum ſervandorum cauſa. Idem eſt ſi venter ſit in poſſeſſione, id eſt, qui nondum eſt natus, vice bonorum poſſeſſionis *in tit. de ventre in poſſeſſionem mittendo*: de hac re agitur: notandum etiam eſt vacuam poſſeſſionem non eſſe, niſi obtineatur ſine interpellatione, & ideo tenetur emptor in id, quod intereſt.

Ad L. III. §. 1.

IN *l.3. in principio hujus tit.* legendum eſt in initio hujus legis, *traditio poſſeſſionis*, non *ratio poſſeſſionis*. hic ponatur alia ſpecies. Finge: emptor ſtipulatus eſt ſibi vacuam poſſeſſionem tradi, fortaſſe novandi animo, ut tranſfunderet actionem ex empto in actionem ex ſtipulatu: quæritur an actione ex ſtipulatu poſſit petere fructus perceptos poſt venditionem? actione quidem ex empto poteſt: nam poſt venditionem fructus pertinent ad emptorem, *l. Julianus, §. ſi fructibus inf. hoc tit.* idem quæritur ſi ſtipulatus ſit ſibi rem dari, vel tradi (hoc idem ſignificat) & neutro caſu petet fructus actione ex ſtipulatu: nam actio ex ſtipulatu eſt ſtricta: non veniunt in ſtipulationem niſi ea, quæ comprehenſa ſunt *l. ſi filiusfamilias, §. ultimo inf. de verb. obligationibus*: cui l. opponitur *l. ſi fundum, eodem tit. l. ſi fundum* ait, poſt moram in actione ex ſtipulatu venire id, quod intereſt ſi quis ſtipulatus ſit rem ſibi præſtari, intereſt habere fructus. Sic eſt reſpondendum: venit id quod intereſt, ratione rei: nam in obligationibus faciendi ſuccedit obligatio in id, quod intereſt: quod quidem plerum-

plerumque non excedit pretium rerum, *l. ſi quis ab alio, §. ultimo, ff. de re judicata :* veniont tamen fructus in actione ex ſtipulatu poſt litem conteſtatam, *l. videamus, §. ſi actionem, inf. de uſuris :* huic §. 1. 2. 3. opponitur *l. ſi ſtipulatus, inf. de uſuris*, l. ait, ſi emptor ſtipulatus ſit rem dari vacuamque poſſeſſionem tradi : fructus veniunt inquit lex : prima ſolutio Accurſii veriſſima eſt. Sic diſtinguamus : aut ſtipulatus eſt emptor rem dari, tunc non veniunt fructus, aut ſtipulatus eſt vacuam poſſeſſionem tradi, & tunc etiam non veniunt fructus: utraque formula idem ſignificator, utrumque ponitur in hoc §. Tertio dicamus : aut igitur hæc duo conjunxit rem dari vacuamque poſſeſſionem tradi : tunc veniunt fructus : tunc ſtipulatio eſt plenior, & uberior, ut idem bis dixiſſe fruſtra videatur : & ſunt ſpecies ſimiles complures, ut hic annotat Accurſius : Quid fiet in ſervitutibus, quid fiet ſi vendiderit ſervitutem ? quia ſervitus non poteſt tradi : tunc cautio erit loco traditionis : nam venditor debet cavere emptori per ſe non fieri, quo minus emptor recte utatur ſervitute: atque ita ſi teneat ſatis eſt, *l. quoties, ſup. de ſervitutibus :* hoc oſtendit etiam *§. ſi iter hujus l. 3.*

Ad §. Si per venditorem.

SPecies hujus §. hæc eſt : quidam vendidit vinum, in mora eſt tradendi vini : quid fiet ? agetur ex empto in id, quod intereſt : qui petit in l. 1. hoc tit. id quod intereſt, petit otilitatem ſuam. Porio utilitas æſtimanda eſt. Hinc quæritur an omnis utilitas emptoris æſtimetur, vel quæ utilitas in æſtimationem veniat ? Eadem eſt quæſtio *§. cum per venditorem leg. ſi ſterilis, inf. hoc tit.* non omne, quod utile eſt venit in æſtimationem: nam ea utilitas tantum venit, quæ circa rem conſiſtit, id eſt, quæ proxima eſt, aut conjuncta, aut propinqua rei. Utilitas autem, quæ longe abeſt à re in æſtimationem non venit: id æſtimatur, quanti res plurimi fuerit. Sed hac io re duo conſideranda ſunt, locus & tempus, id eſt, quo loco pluris fuerit res, & quo tempore : nam hæc duo ſunt, quæ pretii varietatem afferunt, *l. pretia, §. ult. ff. ad l. Falcidiam :* primum de tempore dicamus. Venditor, qui moram facit in re tradenda, condemnari debet utro tempore res pluris fuerit, vel quo venit, vel quo res judicatur, & in condemnationem deducitur. Ratiu eſt : nam æquum eſt, ut emptor habeat id quod haberet, ſi venditor moram non feciſſet. Igitur, quo tempore res pluris fuerit, tanti damnabitur. Et generaliter, in actionibus bonæ fidei tempus rei judicandæ ſpectatur, *l. 3. §. In hac, ſup. commodati.* Tempus rei judicandæ eſt tempus, quo res judicatur. Et hac in re notandum eſt differentiam eſſe inter actiones bonæ fidei, & actiones ſtrictas : nam in actionibus ſtrictis obſervatur litis conteſtatæ tempus, *l. vinum, ſup. de rebus creditis.* Loquitur *l. vinum* de actione ſtricti juris : is proprie petit, qui judicium dictat : actor judicium dictat, reus ſuſcipit, *l. amplius, inf. rem ratam haberi, l. ult. ſup. de condictione triticaria,* ſic dicta eſt à tritico : hac condictione omnes res petuntur, præter pecuniam numeratam : ſi ab auctore nomen haberet, appellaretur Triticiana : Idque ctiam ita definitur *l. 3. §. in hac, ff. commodati.* Hæc de tempore. Nunc de loco : ſi venditor rem non tradat, tanti damnatur quanti res plurimi fuerit, id eſt, venditor damnatur utro loco res pluris fuerit, vel quo venit, vel quo lis conteſtatur, quia in loco multa eſt differentia inter judicia ſtricta, & judicia bonæ fidei. Non eſt ſpectandus locus, quo res judicatur : alio loco noo judicatur res, quam quo eſt conteſtata, *l. ubi judicium, ſup. de judiciis :* hoc oſtenditur in principio hujus §. hæc autem omnia locum habent, ſi venditor in mora fuerit. Diverſum enim eſt ſi emptor in mora fuerit accipiendi, id eſt, ſi parato venditore tradere, accipere noluerit : hoc caſu cujus temporis, vel cujus loci habenda eſt æſtimatio, videlicet ſi rei tradendæ non ſit facultas ? ſi velit

A emptor agere ex empto, fiet æſtimatio ejus temporis, quo lis conteſtatur, ut in actionibus ſtrictis, neque locus extendetur : fiet autem æſtimatio ejus loci, quo minoris fuerit, vel quo venit, vel quo lis conteſtatur : atque ita mora commiſſa per emptorem minui æſtimationem tam in tempore, quam io loco (*Mora videtur eſſe*) per emptorem ſcilicet : non autem per venditorem, ut aliqui intelligunt. Deinde in extremo lex ait, ſemper ſpectari locum, quo res tradi debuit : ſi de loco oihil convenerit, ſpectatur locus litis conteſtatæ, aut locus contractus. Si de loco convenerit, is locus tantum ſpectandus eſt : quod etiam obſervatur in judiciis ſtrictis, & hoc eſt, quod traditur in fine hujus §. Sciendum eſt eo loco agi, quo contractus habitus eſt : nam ratione contractus quis ſortitur forum, *l. heres, §. proinde, ſup. de judiciis :*
B nunc ait l. vinum veniit à Brunduſio, id eſt, vinum, quod eſt Brunduſii, ut Brunduſio tradatur. Venditio autem aliter facta eſt. Igitur eo io loco agi poteſt. Lex ait vinum tamen tradendum eſſe Brunduſii : atque ita ſignificat Brunduſii rationem habendam. Nunc optime intelligetur *§. cum per venditorem, l. ſi ſterilis eod.* Amovenda eſt imprimis diviſio interpretum : duplex eſt id, quod intereſt, extrinſecum, & intrinſecum : extrinſecum eſt, quod eſt extra rem : idque eliciunt ex hoc *§. cum per venditorem*, nec ab alio loco poſſunt colligere. Affirmo omne id, quod intereſt extra rem eſſe, quia neque res eſt, neque rei pretium, ſed aliud quiddam, quod extra rem ſpectatur. Verum, aut eſt propinquum rei, aut eſt ſejunctum longe à re : nunc ita dicamus :
C in actione ex empto venit æſtimatio utilitatis, quæ conſiſtit circa rem, quæ proximior eſt rei ; nun omne lucrum venit in actione ex empto : Pone, potuit emptor negotiari ſi res ei tradita fuiſſet, & lucrum facere ; an ejus lucri ratio habetur ? minime : quia longius abeſt. Idem obſervatur in emptore in *l. ult. ſup. de periculo, & commodo rei venditæ.* Species hujus l. hæc eſt : emptor non ſolvit pretium, moram facit ni ſolvat uſuras, de quibus convenerit, vel quæ frequentantur in illa regione : an aliquid præterea veniet ? finge : venditor ſi pretium habuiſſet, negotiatus fuiſſet, & plus lucri ſibi acquiſiſſet ex pecunia, quam ex mercibus : an ejus lucri ratio habebitur ? minime : id eſt, non omne lucrum venit in æſtimationem. Rurſus etiam dicamus : non omne damnum venire io æſtimationem, quod da-
D tum eſt. Finge : venditor vendidit triticum : quia moram fecit in tradendo tritico, familia ſervorum emptoris fame periit : an ſervi perempti æſtimabuntur ? minime, & hujus damni ratio non habebitur, quoniam longe disjunctum eſt à re, neque aliquid commune eſt cum re. Denique non omnis lucri ratio habetur. Quid igitur æſtimatur ? id æſtimatur quanti res plurimi fuerit : nam hæc utilitas circa rem conſiſtit : pretium tritici ſcilicet quanto major fuerit : tutor debet uſuras pupillo in actione tutelæ, & uſuræ pupillares ſunt ſemiſſes : finge : pupillus agit tardius actione tutelæ : an tutor præſtabit longiores uſuras ? minime, *§. ult. C. de uſuris pupillaribus :* ſic etiam non creſcit actio ex empto, ſi citius non egit emptor. Igitur & utilitas tantum exigitur, quæ circa rem eſt. Doctores etiam dividunt id, quod intereſt in commune, in ſingulare, & in conventum. Gloſſa tra-
E dit l. 1. ſup. merito autem reprehenditur à multis: quod vocant commune id, quod intereſt, eſt pretium : quod vocant conventum, eſt pœna : non autem id, quod intereſt, *§. ult. de verb. obligat. in Inſtitut. in l. ult. t. de prætoriis ſtipulat.* Hæc poſtrema diviſio à noviſſimis Juriſconſultis confutata eſt.

Ad L. IV. Si ſervum mihi.

SPecies l. hæc eſt. Quidam ſciens vendidit ſervum furem, vel noxium, cujus nomine agi poteſt noxali actio-

actione advetſus dominum : idem venditor ſtipulanti emptori promiſit duplum propter evictionem : hinc quæritur quando agatur ex hac ſtipulatione ? & ait tunc agi ex hac ſtipulatione, cum emptori aliquid abeſt, vel corpus, vel pecunia : ut puta ſi emptot litis æſtimationem ſubjerit, vel ſetvum noxæ dederit, aget ex ſtipulatu ad duplam. Duobus modis committitur ſtipulatio duplæ : primo, ſi emptor petitori rem reſtituat. Altero ſi damnetut io æſtimationem litis, id eſt, ſi vel res ei abſit, vel pecunia, *l. evicta*, *§. 1. inf. de evictionibus*. Quid fiet ſi nihil emptori abſit ? hoc caſu non agetur ex ſtipulatu ad duplam, ſed agetur actione in id, quod intereſt ſe ſervum noxium ſciſſe, tenetui hac ſtipulatione actiooe ex empto, quia vendidit ſciens : Si vendidiſſet ignorans non teneretut ante evictionem, *l. 1. De rerum permut. l. ſervus*, *§. ult. inf. hoc. tit.* hoc eſt, quod proponitur in *l.* hac *antequam mihi aliquid abeſſet per judicium*. In committenda ſtipulatione ob evictionem neceſſaria eſt ſententia, *l. utique*, *ſup. de rei vindicat.* nam & eviocere nihil aliud eſt, oiſi per ſententiam auferre, *l. non tamen*, *inf. de evictionibus*. Huic ſententiæ opponitur *l. ſi emptori*, *inf. de evictionibus*: Species l. hæc eſt : venditor promiſit emptori ſervum eſſe eatra culpam, & ei oon eſſe obligatum furti. Deinde emptori heres exſtitit is, cui ille ſervus furtum fecerat : hoc caſu noxalis actio iotereidit, quia is, cui noxa commiſſa eſt, ſervi cœpit eſſe dominus, *§. ſi ſervis*, *de noxalibus actionibus*. Ait tamen l. competere actionem ex ſtipulatu adverſus venditorem, perinde atque ſi heres alii præſtitiſſet ex cauſa noxali. Hæc ut iotelligantur, ſciendum eſt, duplicem ſtipulationem intervenire in emptione ſervi: quod Varro expoſuit in lib. 2. de re ruſtica, io cap. de ſervis paſtoribus vendendis : una eſt, ex qua promittit venditor ſervum non eſſe noxium, furem : altera eſt, ex qua promittit duplam. Ex priori ſtipulatione agitut ſi appareat ſervum eſſe noxium, etiamſi nondum mihi abſit ſervus : non autem agam ad duplam, *l. non tamen*, *inf. de evictionibus*, *l.* illa eſt accipienda de ſtipulatione duplæ. Ex poſteriori ſtipulatione non agetur, nempe ad duplam, niſi ſecuta ſit ſententia : ſic etiam explicanda eſt *l. ex empto*, *§. idem lib. 2. inf. eod.* alias eſt *l. emptorem* : venditor præſtare debet ſervum noxis ſolutom eſſe, etiamſi ignoraverit ſervum noxium eſſe : idque ante illum *§.* propoſitum fuit in *§. ſi venditorem*, *hujus l.* Finge : emptor ſervi præſtitit æſtimationem litis, & condemnatus eſt actione noxali : aget ex empto in venditorem ignorantem : at quanti aget ? & aget ex empto in id quanta minima æſtimatione litis fungi potuit : ait deinde l. idem venire in actione ex ſtipulatu, ſi agat ex illa ſtipulatione priori, qua præſtiterat ſervum furti, ooxiſque ſolutum eſſe. Deinde ait, eaſdem actiones competere emptori, ſi emptor ſervum noxali judicio non defendat, id eſt, ſi eum deſerat, & committat fortunæ, neque ejus cauſam ſuſcipiat defendendam: ſervus, qui non defenditur, ducitur, *l. quod ait prætor*, *§. ult. ſup. de noxalibus actionibus* : at aget emptot eiſdem actionibus, quamquam non ſit evictus ſervus, competet actio ex ſtipulatu, non ad duplam.

Ad L. v.

SPecies l. hæc eſt : heres damnatus eſt in teſtamento aliquid vendere Titio : vendidit heres ex voluntate teſtatoris : poſteaquam vendidit, in eum duæ competunt actiones, ex empto, & ex teſtamento : eliget emptor qua malit uti : aget his actionibus in ea omnia, quæ conſequuotur emptionem, ut res ſibi tradatur, ut redhibeatur. Nunc finge : heres falſo exiſtimabat ſe damnatum vendere, atque ideo per errorem vendidit ex neceſſitate, non ſua ſponte, & tradidit : vel etiam vendidit & non tradidit : convenietur actione ex empto, verum poterit ſe defendere exceptione doli mali. Idemque eſt ſi aliquis per errorem promiſerit aliquid : hoc amA plius, dabitur ei condictio incerti ut liberetur : nam tenetur ex empto ipſo jure, & ex ſtipulatu : ſed condicet liberationem, omnis liberatio condicitur condictione incerti, *l. 5. §. 1. ſup. de uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur*, *& l. 2. §. aliud, inf. de donationibus*. Adducitur etiam, & competere condictionem certi, ſi jam tradiderit promiſſum, nam tradita, vel data certi condicuntur : condictio certi iodebiti ſemper datur ei, qui erat tutus exceptioni doli mali, *l. qui exceptionem*, *ſup. de condictione indebiti* : condictio certi eſt condictio ſolutionis : condictio incerti eſt condictio obligationis.

Ad L. VII. §. 4.

B SPecies hujus §. hæc eſt : ego vendidi tibi inſulam certa pecunia, & ea lege ut tu aliam mihi reficias tuis ſumptibus : & ſane vilius vendidi ; ut tu mihi aliam inſulam reficeres. Quæritor, qua actione agam ut mihi aliam ioſulam reficias ? ait l. eſſe actionem ex vendito : nam actione ex vendito agimus ad pretium : hoc eſt loco pretii, quod ea lege vendidi ut tu mihi aliam inſulam reficeres, *l. fundi*, *ſup. de contrab. empt.* præterea ex legibus, id eſt, ex pactis agitur actinne ex ipſo contractu: finge aliam ſpeciem : ego vendidi tibi inſulam ut aliam mihi reficeres, neque pretium dixi : hoc caſu uſus ſum vendendi verbo, cæterum non eſt venditio, quia venditio non eſt ſine pretio, *l. 2. ſup. de contrab. emptio*. Et eadem ratione non eſt locatio, ergo contractus vacat nomine, quoties ego tibi do, vel vendo, ut mihi aliam C domum reficias. Igitut quaſi ex do ut facias agetur actione præſcriptis verbis : hujus ſententiæ fuiſſe Neratium hic §. oſtendit, ſen tentia Neratii eſt in *l. inſulam*, *ff. de præſcriptis verbis*. Deinde tractat de area vendita. Finge : ego vendidi aream, & tradidi ea lege, ut tu in ea area ædifices inſulam, & ut tu poſtea mihi partem inſulæ traderes : hoc caſu venditot aget ex vendito, ut tu ædifices, & ut tu mihi tradas partem inſulæ ædificatæ, & ideo quamdiu erit portiuncula areæ, competet actio ex empto. Notandum eſt eandem actionem competere, ſi convenerit ut tota res vendita retradatur oblato pretio : nam agetur etiam ex vendito, ut retradatur, *in l. 2. C. de pactis inter venditorem, & emptorem*.

D *Ad §. Si Locum.*

NOtandum eſt imprimis, juxta monumentum non licere ædificare, vel juxta ſepulchrum, *l. monumentum*, *ſup. de Religioſis*. Sepulchrum eſt ubi jam corpus illatum eſt, quod etiam vocant buſtum. Græci *τύμβον*, non licet etiam juxta ædificium alienum monumentum ædificare, vel ſepulchrum, *l. ſi bona*, *§. ſi quis juxta*, *inf. de damno infecto*. *Rem illicitam*, id eſt, rem contra legem 12. tabularum, *l. ſi propius*, *ff. de mortuo inferendo*. Quod ita verum eſt, oiſi intermittatur legitimum ſpacium, ut qui ædificare vult monumentum juxta ædificium alienum, non poteſt facere niſi intermiſſo legitimo ſpacio. At quæſtionis eſt, quantum ſpacii intermitti oporteat, & debent intermitti 60. pedes E ex l. 12. tabularum, ut explicat Marcus Tull. in lib. de leg. Dubitari poteſt quomodo accipiantur *invito domino* in illa lege verba, id explicat *d. l. ſi propius* : is dicitur invitus, qui tacet, vel qui prohibet. Solebant uri corpora, & illud merito fuit prohibitum. Illa *l. ſi propius* omnino conjungenda eſt huic §. nam utraque l. eſt Pomponii ex *lib. 9. ad Sabinum*: ponamus ſpeciem §. noſtri. Quidam vendidit locum ſepulchri, id eſt, ædificando ſepulchro : deinde priuſquam religio eum locum occuparet, vendidit locum ſepulchri purum : deinde propius eum locum ædificavit, lex ait, in eum agi ex empto, quod non intermittat legitimum ſpacium, emitut ille locus ſepulturæ cauſa : itaque dolo malo facit emptor, qui ædificat propius eum locum. Nunc dicamus de ſepulchro ædificato

ficato in confinio, hinc quantum ſpacii intereſſe oportet. Hoc etiam explicarum fuit in 12. tabulis: tantum oportet intereſſe ſpacii, quantum profunda erit fovea, *§. ult. ſup. Fin. regund.* Plutarchus in Solone.

Ad §. Si vas.

LOquitur de vaſe vendito: quidam vendidit vas; dixit vas eſſe capax tot metretorum; vel dixit vas eſſe certi ponderis: ſi minus præſtet, tenetur ex empto. Quid dicemus ſi vendiderit vas fractum, caſſum, vas contaminatum? lex ſic diſtinguit: aut dixit vas eſſe integrum, aut non: ſi dixerit, proculdubio tenetur ex empto: tenebitur tunc etiam ex empto ejus rei nomine, quam emptor ideo perdidit. Finge: infuſum eſt oleum in vaſe ab emptore, & quia vas eſt caſſum, effuſum eſt B oleum ſtatim: tunc habetur ratio olei amiſſi: igitur habetur ratio ejus, quod intereſt, quamvis ſit disjunctum à re, & ſane re tradita agitur in id, quod intereſt, etiamſi non ſit proximum rei, ut dicemus in *l. Julian. inf. eod. tit.* At ante traditionem ea tantum utilitas venit, quæ circa rem conſiſtit, *§. cum per venditorem*, *l. ſi ſterilis*, *hoc tit.* aut non dixit vas eſſe integrum. Hoc caſu an tenebitur ex empto, an de dolo malo. Alii dicunt omnimodo agi ex empto, quoniam id ſemper habetur pro cauto, ut tradatur integrum, hoc eſt ut vas neceſſarium. Hæc ſententia probatur in hoc §. citatur in hac re Minicius Natalis, ut conſtat ex indice Juriſconſultorum, fuit autem Minicius Natalis Trajani temporibus ex *l. pen. ſup. de feriis*.

Ad §. Si tibi inter.

QUid dicemus in hoc caſu? Finge: ego vendidi tibi iter ad fundum tuum: tu habebas fundum, alioqui non poteſt acquiri iter, quoniam iter debetur fundo, *l. 1. ſup. comm. præd.* Evincitur iter, agetur, inquit, ex empto, quod habere iter non liceat: l. ait, auctor laudabitur, & emptor poterit laudare auctorem, ut auctor cogatur rem defendere. Laudare auctorem eſt queri de evictione, regredi ad auctorem, *l. Herennius, §. 1. tit. de evictionib.* Macrobius lib. 6. Saturnaliorum, c. 7. quod etiam Dominus Budæus annotavit. Allodium prædium eſt, prædium cujus nemo laudatur auctor, prædium quod in nullius eſt fide. In feudis D *tit. de allodiis*, allodio opponitur feudum: nam feudum recognoſcit dominum. Allodium vox eſt Longobardica, in *lib. 2. legum Germanicarum*. Sequitur in l. noſtra eum non laudare auctorem, qui iter emit, cum fundum non haberet, ſed hac in re lapſus eſt, & erravit ipſe emptor: filiusfamilias ex omnibus contractibus tenetur.

Ad L. VII. Fundum mihi.

QUæſtio hujus l. eſt talis: Quidam vendidit fundum detracto uſufructu: quod ſi non feciſſet, videretur tradidiſſe plenam proprietatem: nam fundi appellatione continetur plena proprietas: denique dixit uſumfructum Titii eſſe, nempe dixit in hunc modum: E *detraho uſumfructum, quia eſt Titii*: uſusfructus erat Sempronii, non Titii. Deinde Sempronius vindicat uſumfructum ab emptore: quæſtio eſt, an emptor poterit agere de evictione? l. ait, non eſſe actionem ex empto, quandiu conſiſtit uſusfructus in perſona Titii, quia nihil intereſt emptoris: at finito uſufructu, id eſt, mortuo Titio, vel Titio capite minuto, erit actio ex empto, ſi Sempronius petat uſumfructum, l. ait idem eſſe, ſi venditor dixit uſumfructum eſſe Titii, cum ipſe eſſet retenturus: in ſumma emptori debet præſtari ea cauſa, quam haberet ſi Titii uſusfructus fuiſſet. Itaque mortuo Titio æquum eſt ei competere actionem ex empto. Huic l. opponitur *l. minor, §. ult. inf. de evictioni-*

A *bus*. Quidam vendidit fundum, vel ſervum, dixit tamen uſumfructum ejus eſſe Titii: eſt vero Sempronii, & vindicat Sempronius ab emptore, l. ait emptorem ſtatim agere ex empto vindicante Sempronio. Ita diſtinguendum eſt.

Aut detraxit nominatim uſumfructum, aut non: ſi detraxit uſumfructum, emptor non aget, niſi poſt mortem Titii, vel poſt capitis deminutionem Titii. At in *l. minor*, non deduxit uſumfructum, ſed tantum dixit uſumfructum eſſe Titii: quod perinde eſt, atque ſi dixiſſet adverſus Titium non defendam uſumfructum ad eum non pertinere. Ergo debet eum deffendere adverſus alium, quia non eſt generaliter deductus uſusfructus.

Ad L. VIII. Si tibi liberum.

QUidam vendidit fundum ea lege ut ſerviret ſibi, deinde fundum tradidit liberum, id eſt, non impoſita ſervitute, idque fecit per errorem. Hoc caſu eſt actio ex vendito in emptorem, ut patiatur ſervitutem imponi, præterea l. ait, eſſe condictionem incerti: eſt etiam condictio indebiti: nam agit in id quod plus debito præſtitit. Eſt autem hæc condictio incerti, quia condicitur jus. Hæc tria incerti condicuntur: Jus, id eſt, ſervitus, poſſeſſio, obligatio ſive liberatio. Certum dicitur à cernendo: certi condicitur pecunia, aut res certa. Ex hoc loco apparet, actionem bonæ fidei concurrere cum condictione indebiti: nam hoc caſu utraque actio competit. Id etiam indicat *l. ſi binarum,* C *ſup. de ſerv. urbanorum prædiorum*. Quid dicemus ſi ego tibi tradidi prædium impoſita ſervitute, in tradendo impoſui ſervitutem, in vendendo dixeram fundum liberum fore? hoc caſu emptor aget ex empto, ut ſervitus remittatur.

Ad L. X. Non eſt novum,

PRoponitur in hac *l.* hæc generalis ſententia, non eſſe novum, ut unus ſuſtineat duas obligationes ejuſdem rei, id eſt, ut unus habeat duas actiones ejuſdem rei nomine. Actiones, inquam, vel ejuſdem generis, vel diverſi: Ejuſdem generis, id eſt, duas ex vendito: diverſi .i. unam ex ſtipulatu, alteram ex teſtamento. Quidam vendidit duobus ſeparatim eandem rem. D Finge: vendidit Primo & Secundo ſepatatim, ſejunctimque ementibus eandem rem. Deinde cum nondum cuiquam rem tradidiſſet, Primus ſucceſſit Secundo: hoc caſu ſucceſſor ſuperſtes habet duas actiones ex empto, unam propriam, alteram hereditariam: nec altera alteram perimit, poteſt igitur ambas movere. Quod ita fiet commodiſſime: ante aditam hereditatem aget propria actione ex empto, poſt aditam hereditatem aget hereditaria: ita utraque aget. Quæritur nunc poſt aditam hereditatem an poſſit ambabus experiri? Debet, inquit, agere una tantum actione, ne ſcilicet venditor fatigetur tot judiciis, ne toties cogatur ire in jus: ſed in ea actione veniet utriuſque contractus commodum, & ita fit ſimiliter ne cogatur conjungere plures actiones injuriarum, & uno judicio experiri, *l. prætor, §. ſi mihi, inſ. De injuriis*. E Notandum eſt autem hanc l. eſſe omnino conjungendam cum l. *generaliter inſ. de fidejuſſorib.* quæ eſt etiam Ulpiani ex *lib. 40. ad Sabinum*: *poteſt* in hac l. accipitur pro *debet*. Deinde ponit aliam ſpeciem: Finge: quidam emit eandem rem à duobus ſeparatim, ut ſibi tutius conſuleret: uterque ei tenetur de evictione, quoniam ab utroque emit: nunc finge: venditor venditori ſucceſſit, venditor ſuperſtes præſtat duas evictiones, actione ex empto, ex uno judicio duas evictiones, id eſt, propriam & hereditatiam, atque ita fit ut duæ obligationes, vel actiones ejuſdem generis de eadem re in eandem perſonam concurrant. Videnda hic eſt *l. ſi is, qui Stichum inſ. de obligat. & action.* Sciendum eſt cauſam rei acquirendæ, vel eſſe lucrati-

vam, vel non lucrativam. Lucrativa eſt, cum nihil abeſt, cauſa non eſt lucrativa, cum aliquid nobis abeſt, ut puta ſi res empta ſit, vel ſi data ſit res in dotem.

Nunc finge: Quidam rem mihi legavit in ſuo teſtamento: eandem rem legavit Titio: ceſſit dies legati: ego ſucceſſi Titio priuſquam legatum acciperet. Quæro, an petam eandem rem duplici actione, ex teſtamento, nempe propria, & teſtamentaria? minime: nam altera actio alteram conſumet: igitur ſi propria actione rem legatam in ſolidum conſecutus fuero, non competet actio hereditaria, in *l. ſi mihi, & tibi, de legatis* 1. Ratio eſt, quia duæ lucrativæ cauſæ in eandem perſonam, & in eandem rem non poſſunt concurrere, *§. ſi res aliena, de legatis, In Inſtitution.* non ſavent leges lucrum captantibus, ſed damnum vitantibus. In ſpecie *l. non eſt novum*, cauſæ non ſunt lucrativæ: nam cauſa eſt venditio: nunc alia ſpecies, Finge: ego ſum ſtipulatus Stichum, deinde heres extiti ei, cui fuerat legatus Stichus: quæritur an competat mihi duplex actio, ex ſtipulatu, & ex teſtamento ejuſdem rei? minime l. ait competere: itaque dicendum eſt in illa l. me ſtipulatum eſſe ex cauſa non lucrativa: ſtipulamur nonnumquam ex cauſa non lucrativa, ut in *l. ſi ſervus legatus, §. Stichum, ff. de legatis* 1. *l. omnes, ff. de obligat. & actionibus*. Diverſum eſt ſi reus ſucceſſerit fidejuſſori, quæ diximus vera ſunt, cum reus reo ejuſdem rei ſucceſſit: diverſum eſt ſi reus fidejuſſori, vel fidejuſſor reo ſucceſſit: tunc utraque obligatio non conſiſtit, *l. generaliter, l. cum reus inf. de fidejuſſoribus, l. ſi reus, de duobus reis*. Finge: reus ſucceſſit fidejuſſori, cur non ſuſtinet reus duas obligationes? Ratio eſt: nam hoc caſu differentia eſt harum obligationum: imo eſt plenior, & major, & principalior, nempe obligatio rei, *l. ſi debitor, de ſeparationibus, l. ſi debitor creditori, Inf. de fidejuſſoribus*: fidejuſſoria vero eſt minor, & ideo minor obligatio excellit: itaque illo caſu fidejuſſor convenietur ut reus, quaſi fidejuſſor liberatur, *d. l. generaliter*: nunc ait, diverſum eſſe ſi reus reo ſucceſſerit: nam tunc, qui ſucceſſit, ſuſtinet duas obligationes, quia utraque obligatio eſt ejuſdem poteſtatis: ſed, inquit, altera alteram conſumet: ratio eſt, quia ſunt duo rei ejuſdem obligationis: hoc exigit natura obligationis. Diverſum eſt, ſi non erant correi, ut in ſpecie l. noſtræ.

Ad L. Ex empto XI.

IN hac *l. ex empto*, & in *l. Julianus* ex Ulpiano pleniſſime demonſtratur, quid veniat in actione ex empto, & in actione ex vendito: prior inſpectio eſt de actione ex empto: quid in ea actione ex empto veniat quæritur: primum quidem id venit de quo conventum eſt: nam hæc actio eſt bonæ fidei: nihil eſt tam congruum bonæ fidei, quam ſervare id, de quo conventum eſt, quid ſi nuda ſit emptio nullis fulta pactionibus? hoc caſu veniet in ea actione id, quod ei ineſt ſecundum naturam contractus: id igitur veniet, ut res tradatur, non ut res nobis detur, & liberatur venditor tradendo: ſi tamen venditor ſit dominus, traditione dominium transfertur in emptorem: ſi non ſit dominus, tenetur de evictione: hæc vera ſunt ſi pretium adnumeratum ſit, vel ſi de pretio ſatisfactum ſit, ut puta fidejuſſore dato, vel expromiſſore, vel pignore. Item ſi venditor ſequatur fidem emptoris, in *§. venditæ, de rerum diviſione*: ergo traditio non transfert dominium, niſi æs numeratum ſit: emptor non aget de evictione actione ex empto, niſi pretium adnumeraverit: atque emptor non utiliter agit ad rem tradendam, niſi pretium ſolutum ſit, *l. Julianus, §. offerri, inf. hoc tit. l. ſi id, quod, §. ult. ſup. de reſcindenda venditione*. Hoc eſt verum etiamſi jus venditum ſit, *l. hereditatis, ſup. de hereditate, vel actione vendita*. Summa igitur hæc eſt: ſi emptor non obtulerit pretium, non agit de evictione actione ex empto: *præſtare* ſignificat etiam dare: multum hac in re diſtat

A emptor à venditore: venditor non cogitur rem facere emptoris: emptor autem tenetur facere pretium venditoris. Igitur venditor tradere, emptor dare debet: ratio differentiæ eſt: diſſimilis eſt detentio pecuniæ, & rei, atque adeo diſſimilis eſt diſſolutio: qui rem debet, certum corpus debet, ut puta illum fundum: qui pretium, vel nummos debet, non debet certum corpus, *l. qui heredis, ſup. de condictione indebiti*: res corporales ſeparantur a nummis: cum pecuniam dicimus, dicimus ſummam, vel quantitatem: ſumma autem eſt res incorporalis. Venditor certum corpus debet, certum eſt corpus, quod emitur, & ideo venditor dando id corpus bona fide, & ſe obligando ob evictionem, æquum eſt, ut liberetur: at emptor certum corpus non debet, & ideo facere debet, ut ſuos nummos numeret, non alienos: merito igitur ab
B emptore exigimus ne det: ſatis autem eſt ſi venditor tradat.

Ad §. Redhibitionem.

IN hoc §. oſtenditur in actione ex empto etiam redhibitionem venire. Labeo, & Sabinus ſunt diverſæ ſectæ doctores. Sabinus eſt princeps ſectæ Sabinianæ, hic Caſſianæ: hac in re tamen conſentiunt: ſumatur exemplum unum ex *l. ſi convenit, ſup. de reſcind. vendit.* placuit, ut ſi res empta diſpliceret emptori, redderetur: tunc ſi diſpliceat, qua actione aget, ut cogat venditorem eam rem recipere? l. ait competere actionem ex empto: igitur actione ex empto agitur ad redhibitionem: agitur ex empto ad diſſolvendam venditionem, *§. ſi quis*
C *virginem, & §. is, qui vinum, hac l.* venditor nonnunquam agit actione ex empto, ut res reſtituatur: actione ex empto agitur, ut res redhibeatur ob morbum, vel vitium latens: ait Accurſius, agi tantum in factum, id quod varie proponitur in *tit. de ædilitio edicto*: qua actione agitur etiam ſundi nomine, ut puta ſi fundus ſit peſtilens, veluti ſi habeat herbam letiferam, *in l. penult. eod. l. etiam, inf. de ædilitio edicto*. Doctores hoc trahunt etiam ad domos infames. Verum an competit etiam actio ex empto ob morbum? ſic videtur: id confirmat *l. cum mancipium inf. de ædilitio edicto*: ergo liberum eſt experiri actione in factum, vel actione ex empto, *l. ſciendum, §. ſecundum quod, inf. De ædilitio edicto*. In hac cauſa etiam venditori utraque actio datur, videlicet ſi emptor ob morbum redhibita deſideret ſibi pretium red-
D di: hoc accidit cum emptor redhibuit ſine judice, *l. cum autem inf. De ædilitio edicto*: ait competere actionem ex empto. *l. quod ſi nolis, §. in factum, eod. tit.* ait competere actionem in factum: ubi competunt ædilitiæ actiones, competunt & civiles: ædilitiæ ſunt ſtrictæ: civiles ſunt bonæ fidei.

Deinde oſtenditur in actione ex empto id venire, ut emptor caveat cautione ædilitia. Eſt vetus ſtipulatio, cujus formula fuit propoſita à Marco Manilio. Hic ſcripſit formulas animalium venditorum, is, qui vendit animalia debet cavere ea ſana eſſe. Jumenta ſunt ea, quæ dorſo domantur: igitur oves, capræ non ſunt jumenta, boves, ſues, hæc collo domantur, non dorſo: verum quod hic traditur trahendum eſt etiam ad pecora, nempe ad capras. Varro lib. 2. De re ruſtica, cap. 3. *illas capras hodie recte eſſe, & bibere poſſe, habereque recte licere, hæc*
E *ſpondeſne?* quid eſt præſtare recte eſſe, id eſt, boni viri arbitratu, id eſt, & eas eſſe, & bibere ex arbitrio boni viri, *l. hæc verba in ſtipulatione poſita, de verb. ſignificat. l. 5. §. nunc videamus, l. ex clauſula, Inf. judicatum ſolvi*. Notandum eſt etiam eum promittere recte ſana eſſe: hinc explicanda eſt *l. qui tertiana, inf. De ædilitio edict.* Deinde in *§. venditorem* hujus l. oſtenditur venditorem hominis cavere debere hominem furtis, noxiſque ſolutum eſſe: hoc cavetur ſpecialiter in homine. De qua cautione ſatis multa dixi in *l. 4. hujus tit.* in aliis libris incipitur hic §. etiam ſi ignorans: debet etiam præſtare fugitivum non eſſe, nec erronem: poſtremo cavere id etiam debet, habere recte licere: idque in omnium

re-

rerum venditione adjicitur, quæ clauſula explicatur in A *l.ſtipulatio iſta habere licere, ff. De verb. obligat.*

Ad §. Idem ait.

QUæ proponuntur in hoc §. ab Ulpiano ſumpta ſunt ex libris Neratii: igitur repetendum eſt paucis quid dicendum ſit de Neratio, idque dictum eſt imprimis venditorem ſervum præſtare, id eſt, vacuam poſſeſſionem ſervi: item præſtare debet, aut cavere ſervum bonum eſſe, item ſervum fugitivum non eſſe, tum ſervum furtis, noxiſque ſolutum eſſe. Hinc ſtatim quæritur quid fiat, ſi non tradat ſervum? condemnabitur in id quod intereſt, in *l. 1. hujus tit.* cum tamen omne id quod intereſt æſtimabitur: ea tantum utilitas æſtimatur, quæ proxima eſt, & conjuncta rei: non au- B tem ea, quæ longe abeſt à re, *l.ſi ſterilis, §.cum per venditorem, inf.* ſic eſt accipiendum, quod dicitur in initio hujus §. quid tamen fiet ſi rem tradat, non tamen præſtet cætera? ut ſi non caveat ſervum ſanum eſſe, fugitivum non eſſe, furtis, noxiſque ſolutum eſſe: item ſi non caveat habere licere, hoc eſt generale in omnibus venditionibus: ita hæc ſpecies eſt proponenda, hoc caſu condemnatio fiet quanti plurimum venditorem periclitari oportet, id eſt, quanto plurimo venditorem periculum, aut damnum ſubire oportet, ut ſcilicet habeatur ratio ejus utilitatis, quæ longius abeſt à re, ut ſi nolit venditor cavere de evictione, id quod plurimum eſt præſtabit: nam hoc generale eſt, poſt traditionem venit etiam ea utilitas, quæ ſejuncta eſt à re: ante traditionem petitur ea utilitas, quæ conjuncta eſt rei, C ut eſt in *l.venditor hominis, inf. De evictionibus, l. Julianus in principio, inf. hoc tit.* Igitur hoc caſu emptor aget in duplum, *l.2.inf. De evictionibus*. Ratio eſt: nam utilitas non egreditur duplum, *l. unica, C. De ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur*, & ideo emptor nunquam ſtipulatur ſupra duplum: nam vel ſtipulatur duplam, vel ſimplam, nunquam triplam: ſupra duplum non ſtipulamur uſuras, *l. ſi non ſortem, §. ſupra duplum ſup. De condictione indebiti*. Igitur nec uſura, nec id quod intereſt duplum egreditur: igitur propter hæc omnia, quæ exiguntur à venditore, id quod plurimum eſt præſtatur: plurimum autem eſt duplum: ergo propter hæc omnia ſatis eſt duplum præſtari: *ſatiſdantem* hic ſumitur pro *ſatisfacientem, l. 2. in principio ſup. De hereditate vendita*. Illud quæritur nunc. Finge in hunc D modum: Quidam vendidit ſervum, vel fundum, & tradidit: hoc non eſt ſatis: nam debet multa alia præſtare: poſtea emptor à venditore aliquid conſecutus eſt propter fugam ſervi, vel propter morbum ſervi. Deinde totus ſervus evincitur, atque ita habere rem non licet. quæro an venditor damnabitur in id, quod plurimum eſt, id eſt, in duplum ob evictionem? minime: nam deducetur prius id, quod præſtitum eſt propter morbum, antequam tota res evinceretur, & in reliquum fiet condemnatio: alioquin emptor amplius duplo conſequeretur, quam emit, quod permittendum non eſt: ex eodem Neratio id dicitur in *l. cum fundus, inf. De evictionibus, ſequentibus actionibus*, id eſt, poſtremo loco propoſitis: ſic in *l. ſervitutes, §. ſi ſublatum, De ſervit. urbanorum prædiorum*: lis æſtimetur, id eſt, fiat condemnatio: finge: E Quidam vendidit ſervum, & tradidit: item cavit ſervum habere licere, nec evincitur ſervus: at non cavit ſanum eſſe, aut non præſtat ſanum eſſe, nec vult id præſtare, non præſtat innoxium eſſe: quæritur quatenus condemnabitur venditor? omnino condemnabitur in duplum, nullo deducto, perinde atque ſi nihil omnino præſtitiſſet: nam perinde eſt atque ſi nihil præſtitiſſet, cum omnia non præſtat.

Ad §. Idem Neratius ait.

SEntentia hujus §. hæc eſt: venditor debet preſtare, ut emptor obtineat in lite proprietatis, id eſt, debet eum defendere in actionibus: non debet præſtare proprietatem: an etiam debet eum defendere in interdictis, id eſt, in lite poſſeſſionis? ſic videtur Neratio: idque proponitur in initio hujus §. Reprehenditur Neratius à Juliano, nec mirum: nam fuere diverſæ ſcholæ, ait Julianus, imo venditor tenetur ex empto, ſi emptor non ſit futurus potior in poſſeſſione, & antequam evincatur poſſeſſio: ratio eſt: nam debet tradere vacuam poſſeſſionem, id eſt, non quæſtione ulla implicitam, *l.2.§. vacua, ſup.* non videtur talem tradidiſſe, ſi avocari poteſt: itaque etiam ante litem poſſeſſionis tenebitur ex empto, quaſi non tradita poſſeſſione. Venditor non debet præſtare proprietatem, & ideo ante litem, & evictionem proprietatis non tenetur: debet tamen præſtare poſſeſſionem vacuam, & ideo ante evictionem poſſeſſionis tenetur, hæc eſt ſententia *l.3. in principio, ſup.* hæc eſt inſignia differentia inter poſſeſſionem, & proprietatem: hinc poteſt quæri, quid fiat ſi præſtiterit venditor duplum, finge: venditor præſtitit duplam, quoniam tota res evicta fuit, debuit & multa alia præſtare: an eorum nomine convenietur rurſus venditor? minime: quoniam exacta eſt dupla. *In §. Caſſius* proximo, loquitur de ſtipulatione duplæ: quid ſi non intervenerit hæc ſtipulatio? additur ex Juliano competere actionem ex empto deficiente dupla, *l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, inf. de ædilitio edicto*: ſic eſt accipiendus hic *§. Caſſius*: hoc eſt confirmandum ex *§. ſequenti*: id confirmatur hoc exemplo: finge: venditor ea lege ſervum vendidit, ut promitteret duplam intra menſem, poſt menſem ne promitteret: id eſt, cavit, *ſi intra menſem non ſtipulatus fuerit duplam, non tenebor*: finge: emptor intra menſem non eſt ſtipulatus duplam, tum evincitur ſervus: quæro an præſtabit duplam actione ex empto? I. ita diſtinguit, aut vendidit ſervum ignorans eſſe alienum, aut ſciens: ſi vendidit ignorans, non præſtat duplam, quoniam ita ſibi proſpexit: debet tantum hoc præſtare per ſe, & per heredem ſuum habere licere, non tamen præſtare debet per omnes habere licere: quid ſi ſciens? hoc caſu tenebitur in duplum actione ex empto, neque ea pactio ei proderit, *l.1.inf. De rerum permutatione*: id confirmatur exemplo *§. Denique hujus l.* ſciendum eſt creditorem pigneratitium pignus vendere dupliciter: nam, aut vendit jure communi, aut jure creditoris: ſi jure communi, tenetur de evictione: ſi jure creditoris, id eſt, lege pignoris, non tenetur ob evictionem: nam id agitur, ut ne præſtet, *l. 1. & 2. Cod. creditorem evictionem pignoris non debere, l. & ſi is, inf. de diſtractione pignorum*. Excipitur unus caſus, videlicet ſi jure creditoris vendat dolo malo, ut puta ſciens rem ſibi non eſſe obligatam, vel etiam ſciens rem non eſſe debitoris: hoc caſu præſtabit evictionem, & tenebitur ex empto in duplum. Legendum eſt in hoc §. lib.5. non decimo.

Ad §. Si quis rem vendiderit.

DIctum eſt ſupra, eum, qui vendidit, & tradidit, dupli damnari, niſi cætera præſtet, ut puta ſi emptori rem habere non liceat, id eſt, ſi res vindicetur: nam venditor præter traditionem, in hoc eſt obligatus, ut rem præſtet rem emptori habere licere. At finge nunc: rei venditæ dixit venditor aliquid acceſſurum, ut puta fundo dolia, acceſſio evincitur, non res ipſa, quæro an venditor teneatur in duplum? I. ait duplam non præſtari, ſed ſimplam: igitur acceſſionis nomine non præſtatur niſi ſimpla, *l. evicta re, inf. De evictionibus*: quoniam venditor id præſtare etiam debet emptori habere licere, quod venditor acceſſurum dixit. Rei principalis nomine præſtat duplum: hæc eſt una differentia inter acceſſionem, & rem principalem: cæterum nihil intereſt inter rem principalem, & acceſſionem: itaque venditor præſtare debet ſervum, quem acceſſurum dixit, *l. quod ſi nolit, in fine cum duobus proximis, de ædilitio edicto, inf.*

Ad §. Qui autem.

VIdendum eſt quid ſignificetur his verbis, *habere licere*, dicebant etiam *habere recte licere*: hoc venditor promittit, hic diſtinguamus: aut promittit generalitet, ſive ſimpliciter habere licere, aut promittit per ſe, heredemque ſuum habere licere: hoc poſteriore caſu, ſi alius evincit rem venditam, non tenetur: & quidem non tenetur ex empto, neque ex ſtipulatu, ſi alius evincat. Quid fiet ſi generaliter promiſerit per omnes habere licere, vel quid ſi ſimpliciter promiſerit? tunc videtur id promiſiſſe per omnes fore, *l. ſtipulatio iſta habere licere, de verborum obligat.* in principio. At videtur hæc ſtipulatio eſſe inutilis, quatenus promittit per alium fore, ut habere liceat, quoniam alieni B facti promiſſio nulla eſt, de ſe quiſque promittere debet, non de alio. Igitur ſi quis promittat alium daturum, vel facturum, inutilis eſt ſtipulatio: notandum tamen eſt, diverſum eſſe, ſi promittat ſe curaturum ut alius faciat, ut alius det, quoniam tunc de ſe promittit, non de alio, *§. ſi quis alium daturum, de inutilibus ſtipul.* Ideoque valet hujuſmodi ſtipulatio, *decem dari curabis*, & promiſſor non cogitur dare decem ex hac ſtipulatione, quoniam liberatur offerendo reum locupletem, *l.ult.§.ult.ſup.de rebus creditis*, qui §.citatur in *l.illa ſtipulatio, §.1. inf. de verb. obligat.* Sic concludamus: inutilem eſſe illam ſtipulationem habere licere, ſi ita accipiatur per alium fore ut habere liceat, quia alieni facti promiſſio nulla eſt: factum autem heredis recte promittitur, *d. l.ſtipulatio iſta habere licere*. Excipitur unus C caſus, ſi ſubdatur ſtipulatio pœnæ, vel quanti ea res eſt, *d.l.ſtipulatio iſta, §. ſi quis dolum*. Illa ſtipulatio habere licere, ut ſit utilis ſic accipienda eſt per ſe, aut heredem ſuum fieri, opponitur *l. inter ſtipula. §. 1. inf. de verb. obligat. in principio*, l. hoc oſtendit, alium pro alio inutiliter promittere cum facturum, vel daturum. Deinde l. explicat, quam vim habeant hæc verba, *dolum malum abeſſe abſuturumque eſſe*, id eſt, qui ita promittit, hoc promittit nihil ſe, vel heredem ſuum dolo malo facturum: an etiam promittit nihil alium quenquam dolo malo facturum: hoc non promittit, ſed promittit, ſe curaturum ne quis dolo malo faciat, quæ ſtipulatio utilis eſt. Item heredem ſuum curaturum: nam his verbis ſtipulationis ſemper heredes continentur. Deinde l. ait eandem eſſe vim ejus ſtipulationis D habere licere, Item neque per te, neque per heredem tuum fieri, quo minus habere liceat: hæc eſt tertia ſtipulatio, quæ ſimilis eſt huic, habere licere. Ex his apparet his ſtipulationibus non hoc ſignificari per alium fieri, ut habere liceat, ſed id ſignificatur, promiſſorem curaturum, ut per omnes habere liceat, At rurſus contra ſententiam à me propoſitam opponitur noſter §. nam ait multum intereſſe utrum dixerit per ſe, vel per heredem habere licere, vel generaliter: hæc differentia ita eſt ponenda, qui promiſit per ſe, vel per heredem, &c. non debet curare ne alius evincat, at qui promiſit generalitet habere licere, curare debet ne alius evincat. Ac de priori promiſſione dicamus, finge: promiſit per ſe habere licere, vel per heredem, poſtea alius evicit rem, & abſtulit: an tenetur ex ſtipulatu, vel ex empto E evictionis nomine? minime, an teneatur ſaltem ad pretium reſtituendum? fateor eum non teneri ad duplum: creditor, qui vendidit pignus jure creditoris non tenetur ad pretium re evicta; nam ea lege videtur vendidiſſe, §. proximo ſup. ſed tamen emptor habet regreſſum adverſus debitorem: non eſt æquum, ut emptor & rem, & pretium amittat; igitur habet regreſſum adverſus venditorem. Deinde tentat an hoc quoque dici poſſit non agi ad pretium, puta ſi dixerit tantum, per ſe, vel per heredem ſuum nihil fieri, quo minus rem venditam habere liceat, finge: quidam emit jactum retis, vel etiam quidam emit indaginem ferarum, & capturam, quæ futura erat, vel etiam qui-

A dam emit pantheram, id eſt, capturam omnium avium ab aucupe: hoc caſu ſi nihil captum ſit, an agetur ad pretium recipiendum, quod jam numeravit? minime, quoniam videtur ſpem emiſſe, emit incertum rei, *l. nec emptio ſup. De contrahenda empt.* an etiam dicemus in ſuperioribus caſibus emptorem non agere ad pretium? concludit l. in ſuperioribus caſibus id non eſſe permittendum, quia non ſunt ſimiles caſus: poſtremo ponit unum caſum, in quo agitur etiam in id, quod intereſt, videlicet ſi promittat tantum per ſe non fieri, vel ſi caveat à ſe nihil præſtitum iri evictionis nomine: tunc regulariter re evicta ab alio, non tenetur in id, quod intereſt, niſi ſciens dolo malo vendat.

B

Ad L. Julianus XIII.

IN hac l. Ulpianus pergit tractare de his, quæ veniunt in actione ex empto, qua in re ſtatim ait, multum intereſſe utrum quis ſciens vendat, an ignorans: primum ſi quis vendat rem alienam, & quæratur quid veniat in hac actione: ſi ſciens rem eſſe alienam vendiderit, quamvis nominatim dixerit ſe evictionem non præſtaturum re ab alio evicta, venditor tenebitur ex ſtipulatu, vel ex empto in id, quod intereſt: nam in ſciente hæc ſtipulatio, neque per ſe, neque per heredem fieri, eandem vim habet, quam illa. habere licere, quæ generalis eſt: itaque ſciens in hoc tenetur ſemper ut det operam per omnes habere licere, *l. tenetur, §. ult. ſup. hoc tit.* Ignorans autem ſi eo modo vendiderit, re ab alio evicta non tenetur, niſi ad pretium reſtituendum, *§. qui* C *autem l.ex empto ſup.* Notandum etiam eſt, eandem diſtinctionem adhiberi in creditore, qui vendit pignus jure ſuo: nam creditor ſciens ſi vendiderit pignus non ſibi obligatum, re evicta tenetur in id, quod intereſt: ignorans non tenetur ſi jure ſuo vendat, ſed ea res non erit damno emptori, *l. ſi plus, §.1.inf. de evictionibus*, habet utilem actionem ex empto. Eadem diſtinctio adhibetur ſi quis vendiderit rem vitioſam, & morboſam, finge: aliquis vendidit ligna vitioſa, quibus fulcirentur ædes, vel vendidit pecus morboſum, equum pulmonicum: vel etiam aliquis vendidit veſtimenta interpolata pro novis: in veſtimentis tradita eſt eadem diſtinctio in *l. Labeo ſup. de contr. emptione*, idem l. oſtendit eſſe ſi quis vendat lignum vitioſum: ignorans tenetur quanto minoris emptor emiſſet, ſi id ita eſſe ſciiſſet: D ita emptor aget ut minuatur pretium rei venditæ: hæc actio erit actio ex empto æſtimatoria: hoc eſt, quod proponitur in initio hujus *l. Julianus*, hoc notandum eſt etiam in hac actione quanto minoris nonnunquam contineri redhibitionem, id eſt, hæc actio æſtimatoria aliquando habet exitum redhibitorium, ut puta ſi res, de qua agitur nullius ſit pretii: nam minoris videtur empturus fuiſſe, qui nullo pretio empturus erat, *l. bovem, §. aliquando, inf. de ædilitio edicto, l. ſi is, qui heres, §.1. inf. de except. rei judicatæ*, his verbis idem ſignificatur: agit quanto minoris emiſſet ſi id ſciiſſet, vel ſi dicas agit quanto pluris emiſſet, quod ita id eſſe ignoraſſet. Hinc exiſtit quæſtio, quid diſtet hæc actio ex empto quanto minoris ab actione quanto minoris, ædilitia eſt honoraria, *l. ædiles 2. de ædilitio edicto*, inf. non E prætoria: honorariæ actiones ſunt prætoriæ, at non omnes honorariæ ſunt prætoriæ: Hæ differentiæ vulgares ſunt: una eſt civilis, altera eſt honoraria; præterea actio ex empto eſt perpetua, actio ædilitia æſtimatoria eſt annalis. Actio ex empto æſtimatoria datur quanto minoris emiſſet, actio æſtimatoria ædilitia datur quanto minoris res valuiſſet, quæ differentia videtur probabilis: nam res plerumque pluris eſt, quam empta ſit: itaque duplex ſtatuunt pretium, nempe pretium, quo empta eſt res, & pretium quanti res eſt, ſed hæc differentia rejicienda eſt: nam ſine lege eam finxerunt: præterea invenio actionem ex empto quanto minoris uno in loco dici quanto minoris emiſſet, alio quanto minoris valuiſſet, *ex §. ſi venditor, inf. in hac l.* Sic dicendum eſt,

actio

Digitized by Google

actio ex empto nonnunquam eſt redbibitoria, & con- A currit nonoυnquam cum actione ædilitia redhibitoria, *l. ex empto*, *§. redbibitionem*, *ſup. hoc tit.* nunc dico ſic: actio ex empto nonnunquam eſt æſtimatoria, & tantum in ea venit, quantum in ædilitia.

Ad §. Si venditor.

SPecies hujur §. eſt: venditor ſervi mentitus eſt de artificio, vel de peculio ſervi: L. ait, eum teneri actione ex empto quanto pluris emiſſet emptor ſervum ob id, id eſt, quanto minorir emiſſet ſi id ſciſſet. Paulus in lib. 2. ſententiarum tit. 8. tractans de eadem penitus ſpecie ait, *quanto minoris valuiſſet*: non eſt igitur inter hæc aliqua conſtituenda differentia. Deinde ait, idem eſſe ſi venditor deceptus fuerit ab emptore, ut minimo B venderet: finge: quidam deceſſit herede relicto: aliur ſubtraxit res quaſdam hereditarias, atque ita perſuaſit heredi minimam eſſe hereditatem: atque ita effecit, ut heres venderet minoris, L. ait, emptorem venditori teneri ex vendito quanto pluris hereditas valeret: pro *villicum* legendum eſt *Vellicum*, & eſt nomen proprium, *l. cum duob. §. item ex facto ſupra*, *pro ſocio*: itaque ſi quis ignorans vendat rem vitioſam tenetur quanto minoris res valuit, vel empta eſſet: huic ſententiæ nunc opponitur *l. tenetur*, *§. ſed ſi vas ſupra*, *hoc tit.* cui ſimilis *l. ſed addes*, *§.* 1. *inf. locati*: illæ ll. ajunt, eum, qui vendidit ignoraus vaſa caſſa, non integra, vel dolia caſſa, teneri in id, quod intereſt; ignorantiam non excuſari, ideoque tenebitur ejus damni nomine, quod evenit: interpretes noſtri ajunt hoc eſſe ſpeciale in vaſis, & doliis: C quod neceſſario admittendum eſt: *l. ſed addes*, ait, non idem eſſe in aliis rebus, quia venditor vaſorum ſemper videtur dicere ea eſſe integra: Dicta autem præſtanda ſunt, aut quæ pro dictis habentur: quid in ſciente dicemus? qui vendit ſciens rem vitioſam, & tradit, vitio comperto quanti agetur: ex empto agetur in id, quod intereſt, & veniet omnis utilitas in æſtimationem, ut puta ſi vendiderit lignum vitioſum, & ædes corruerint ejus ligni vitio, tunc tenetur in id, quod intereſt. Opponitur *l. ſi ſterilis*, *§. cum per venditorem*, *inf. hoc tit.* ait §. hic, eam tantum utilitatem æſtimari, quæ proxime eſt adſcita rei: ego alias dixi ita diſtinguendum: aut non tradidit venditor, aut ſciens, & mala fide tradidit: ſi non tradidit, habetur tantum ratio ejus utilitatis, quæ circa rem eſt: diverſum eſt ſi ſciens, & mala fide D tradat: nam etiam ea utilitas venit, quæ longe abeſt à re: itaque major eſt culpa ejus, qui mala fide tradit, quam ejus, qui non tradit: nam moræ poſſunt eſſe juſtæ cauſæ: at doli mali nulla eſt excuſatio. Quæro, an eadem diſtinctio adhibeatur, ſi quis vendat ſervum fugitivum, erronem, furem: primum de fugitivo: ſi quis vendat fugitivum, eadem diſtinctio adhibetur, id eſt, qui habet ſervum fugitivum, ſi ignorans, tenetur quanto minoris: ſi ſciens, in id quanti intereſt: quod ſecum fugitivur ſervur abſtulit, id quoque æſtimabitur: non idem eſt prorſur in fure: nam ſi vendat ſciens, proculdubio tenetur in id, quod intereſt: ſi ignorans, nullo modo tenetur: nam fugitivum habere non licet: at furem licet habere, quid ſi dixerit ſervum furem, eſſe bonæ frugi? dubium non eſt eum teneri, quia quæ dicuntur, E præſtantur, niſi dicantur commendandi gratia, *l. ea, quæ, ſup. de contrahenda empt.* Reliquos §§. explicavimus uſque ad *§. ſi fructibus*.

Ad §. Offerri.

LEx ait, non eſſe actionem ex empto, niſi emptor pretium offerat, obſignet, ſolvat: *offerre* accipiendum eſt cum effectu: neceſſe autem eſt omne pretium offerri: non eſt ſatis partem pretii offerre, alioquin venditor utitur retentione rei oppoſita exceptione doli mali, quaſi pignoris jure, quoniam res non eſt pignus, *l. hereditates*, *ſup. de hereditate vendita*, *l. quod ſi nolit*, *§. idem Marcellus*, *inf. de ædilitio edicto*, ait §. hic ſit ipſo jure, quare in venditionibus tale pactum adiicitur, ut ſoluto pretio res tradatur, fruſtra videtur id adiici, *l. fiſtulas*, *§. qui fundum*, *ſup. De contrah. empt.* ſciendum eſt pacta plerumque eſſe ſupervacua, *l. ſi cum fundum*, *§. ſtre*, *ſup. De contrah. emptione*, *l. quæſitum*, *§. ultimo*, *inf. De diſtractione pignorum*. In dandis pignoribus tale pactum adiici ſolet, idem oſtendit *l. ultima ſup. De reſcind. venditione*, conjuncta *l.* 2. *§. ult. De lege commiſſoria*, in *l. ultima*, *De reſcind. venditione* datur ſpecies: igitur ſic dicamus: venditor non tenetur ex empto, niſi emptor omne pretium offerat, quid ſi ultro rem tradat? tunc nulla ſupereſt retentio, ſupereſt tamen actio ex vendito ad pretium conſequendum, nunc finge: Venditor accepta parte pretii rem tradidit, de reliqua parte pretii fidem habuit emptori, poſtea tota res evicta eſt, emptori ob evictionem competit actio ex empto, quid conſequetur ex hac actione? utrum integrum pretium, quo res empta eſt? æquum eſt ut non conſequatur, niſi pretium quod numeravit, vel ejus duplum in id quod intereſt, ut oſtenditur in hoc *§. offerre*. Notandum eſt, eamdem rationem eſſe *actionis ex vendito*: nam venditor non aget utiliter actione ex vendito, niſi offerat rem, *l. qui pendentem*, *inf. hoc tit.* Quid ſi emptor pretium repræſentaverit ultro re non accepta, quam actionem habiturus eſt? an vindicationem? minime, quia nondum eſt dominus; idque certiſſimum eſt, neceſſaria eſt adhuc traditio, igitur ſupereſt tantum actio ex empto, hæc eſt ſententia *l. Quintus Mutius* 40. *hoc tit.* Vocat arbores exſtantes, prædio hærentes, ut fructus exſtantes, *l. ſi apes*, *de furtis*, *inf. l. fructus*, *§. interdum*, *inf. ſoluto matrimonio*. Hinc quæritur quid dicendum ſit, ſi venditor poſt traditionem non patiatur emptorem rem tollere, finge: res vendita ſignata eſt, quod pro traditione habetur, *l. quod ſi neque*, *de periculo & commodo rei venditæ*, vel aliud ſignum conditionis evenit, at non dabitur vindicatio, ſed dabitur ad exhibendum actio, erit etiam actio injuriarum, quoniam res eſt emptoris, *l. injuriarum*, *§. ſi quis me prohibeat*, *inf. de injuriis*, *l. qui pendentem* 25. *hoc tit.*

Ad §. ſi fructibus.

SEmper tractatur de actione ex empto, ait l. in hoc §. actione ex empto emptorem conſequi fructus: nam fructus pertinent ad emptorem, etiam pendentes fructus: itaque poſt perfectam venditionem etiam ante traditionem fructus omnes pertinent ad emptorem, *l. pen. ff. de actionibus empti*: quia fructus fiunt ex re ipſa: proinde æquum eſt ut emptori cedant: diverſum eſt in penſionibus fundi locati, aut prædii: nam penſioner cedunt venditori; emptor enim non cogitur ſtare conductioni, niſi aliud actum ſit, *l. emptorem*, *C. de locato.* nam non ſunt ex re penſioner, ſed ſunt ex negotiatione venditoris, *l. venditor ex hereditate*, *ſup. de hereditate vendita*: niſi aliud convenerit, hoc eſt intelligendum: cui exceptioni conjungendus eſt *§. in his*, *inf.* Exigit venditor, & eas penſiones reddit emptori: at debet etiam venditor emptori præſtare actiones, ſi poſt venditionem rei venditæ, damnum illatum vel nocitum ſit. Itaque non tantum fructus, ſed etiam actioner: igitur debet præſtare actionem l. Aquiliæ, ſi damnum datum ſit rei: præterea debet præſtare interdictum quod vi aut clam, ſi in fundo vendito opus factum ſit vi aut clam: debet etiam cedere actionem pluviæ arcendæ: hæc actio eſt ex 12. tabulis, *l. ſi uſusfructus*, *in fi. inf. de aqua & aqua pluvia arcenda*, *l. Labeo*, *de ſtatuliberir*, *inf.* Quid agitur hac actione? ut avertatur aqua, quæ nocere poteſt ex vicino fundo, *l.* 1. *in prin. de aqua & aqua pluvia arcenda inf.* Si igitur poſt venditionem aqua pluvia noceat, competit actio aquæ pluviæ arcendæ: cedit etiam actionem damni infecti, commiſſa videlicet ſtipulatione damni infecti. Denique omnes actiones cedam emptori, quæ rei venditæ no-

Digitized by Google

nomine poſt venditionem mihi acquiſitæ ſunt. Deinde
præſtabo emptori ſi quid ex operis ſervi venditi acquiſie-
ro, item quod ex vecturis jumentorum, aut navium: hoc
oſtenditur in hoc *§. ſequitur*, & ſi quid peculio eorum
acceſſit: hoc ideo, quoniam in venditione ſervi ſolet ac-
cedere peculium, & videtur accedere, niſi excipiatur,
§. peculium, de legatis, non tamen, inquit, ſi quid ex re
venditoris acquiſierit. Huic ſententiæ valde opponitur
§. ſi quid ſervo, inf. ait reſtitui hered. & legata interim
.i. ante traditionem, etiamſi relicta ſint reſpectu vendito-
ris: at quod relinquitur contemplatione venditoris, vide-
tur ortum ex re venditoris, *l. ſed ſi plures, §. in adroga-
to, inf. de vulgari ſubſtitutione*: at reſtituuntur tamen hæ
res. Vera ſolutio hæc eſt, ut dicamus ſeparanda eſſe ea,
quæ directe proficiſcuntur ex re venditoris ab aliis: ea
non reſtituuntur emptori: at quæ adventitio quaſi jure
obveniunt, reſpectu tamen venditoris, ea reſtituenda ſunt:
nam hæc, quæ contemplatione alterius fiunt, non nume-
rantur inter profectitia, ſed inter adventitia.

Ad §. Si fundum.

EX empto actio competit ad pretium recipiendum:
Paulus in libro 2. Sententiarum tit. 18. ponit ſimi-
lem ſpeciem.

Ad §. Si Titius.

CErti juris eſt, fructus rei venditæ ad emptorem per-
tinere poſt venditionem perfectam, ut operæ ſervo-
rum, fœtus pecorum, partus ancillarum. Item actiones
præſtabuntur emptori ſi quid nocitum ſit. Emptori etiam
debetur id quod poſt venditionem perfectam alluvione
fundo accedit, *l. id quod, ff. de periculo, & commodo rei
venditæ*. Huic ſententiæ opponitur hic *§. Si Titius* ex ſen-
tentia quorundam dicendum eſt, in hoc §. venditum
fuiſſe fundum ad menſuram, ut in *l. ſi in venditione, §. 1.
de periculo, & comm. rei venditæ*: acceſſit autem fundo per
alluvionem antequam menſuraretur: itaque merito dici-
tur in hoc §. id quod acceſſit cedit lucro venditoris: nam
acceſſit ante venditionem.

Ad §. Idem Celſus.

IN hoc §. tractatur de eo, qui vendidit partem fundi,
quem communem habet cum alio, & demonſtratur
quid præſtare oporteat actione ex empto, videlicet ſi
egerit communi dividundo, vel non.

Ad §. Ex vendito.

NUnc incipit tractare auctor noſter de actione ex
vendito. Actione ex vendito primum l. ait agi
ad pretium conſequendum: addit l. actione ex vendito
peti etiam uſuras pretii poſt traditionem rei; nam poſt
traditionem rei, niſi pretium ſtatim ſolvat emptor, de-
bet ex eo tempore uſuras pretii, quia percipit fructus:
hæc ratio fructuum exigit, *l. curabit, l. fructus, C. de
actionibus empti*. An debet ſtatim etiamſi non inter-
pelletur? placet deberi uſuras ſtatim, quoniam mora
fit ſtatim ſine interpellatione, quia fructus capit, *l. ult.
ſup. de periculo, & commod. rei venditæ*, id oſtendit
l. curabit, ſi conjungatur cum *l. 3. C. in quibus cauſ.
reſtit. in integ. non eſt neceſſ.* Hic illud addendum eſt,
uſuras pretii deberi non tantum poſt traditionem fa-
ctam emptionis jure, ſed poſt qualemcumque traditio-
nem, ut puta ſi tradita ſit res conductionis nomine,
aut precarii, *l. 3. C. de pactis inter emptorem, & vendi-
torem*, cui ſententiæ opponitur *l. ſervi, ſup. de pericu-
lo, & comm. rei vend.* Quoniam hic §. ait poſt eam
traditionem emptorem fructus capere, & ideo præ-
ſtare uſuras: opponitur illa *l. ſervi*. Sed ego eam expoſui:

A Poſt traditionem ergo currunt uſuræ pretii ſtatim,
quæro quid juris ſit, ſi emptor pretium obtulerit,
& obſignaverit? & placet hoc caſu inhiberi curſum
uſurarum, etiamſi id venditor nondum acceperit, *l. ac-
ceptum, C. de uſuris*. Quid fiet ſi obſignaverit apud
Ædituum, vel apud Magiſtratum: non autem obtule-
rit? ita diſtinguendum eſt: aut copiam ſui faciebat
venditor, aut non ſi venditor ſit præſens, non ſatis
eſt pretium obſignari, ut inhibeatur uſurarum cur-
ſus. Diverſum eſt ſi abſens ſit venditor, & non habeat
procuratorem domi, vel ſi deceſſerit herede incerto:
tunc ſatis eſt deponi pretium, ut impediatur curſus
uſurarum, *l. evictus, §. ult. inf. de uſuris, l. ſi creditrici in
fine, C. eod.* Neceſſaria eſt depoſitio hoc caſu, quia
uſuræ cœperunt currere, alioqui depoſitio non eſſet
neceſſaria, an uſuræ pretii debentur ante traditionem?
B nam eadem ratione videntur deberi, quia debentur poſt
traditionem rei, quia emptor fructus capit poſt tra-
ditionem, ante traditionem etiam fructus ſunt empto-
ris: ergo æquum eſt, ut ſolvat uſuras, fructus ante tra-
ditionem ſunt emptoris: hoc non eſt admittendum, *ni-
ſi* emptor pretium ſolverit, aut partem pretii. *Paulus
in lib. 2. Sententiarum tit. 17.* pro parte pretii non ſoluta
non debentur uſuræ ante traditionem, quia & pro ea
parte fructus non ſunt ejus, *l. ult. ff. de fundo dotali*. Er-
go in actione ex vendito venit pretium, & uſura pre-
tii; veniunt etiam ſumptus facti in rem venditam. Item
veniunt ſumptus facti in curationem ſervi, vel in diſci-
plinam ſervi. Item veniunt ſumptus facti in funus ſer-
vi, ſi deceſſerit poſt venditionem, hoc oſtenditur in
§. præterea, hujus l. Venit etiam hoc in actione ex
C empto, ne emptor det ex promiſſo reum locupletem
pretii nomine. Denique ex legibus, quæ adduntur ven-
ditioni agitur ex vendito, ut in ſpecie pacti, de qua
agitur in *§. ſi inter*. Nunc ponatur quæſtio hujuſmodi,
quæ eſt ex *§. ſi procurator*. Finge: mandavi procurato-
ri ut rem venderet, is rem vendidit, & cavit emptori:
quæritur, an ego, qui mandavi habeam actionem ex ven-
dito, & an tenear actione ex empto? & illud vulgo
traditur per procuratorem nobis non acquiri actionem:
non videtur igitur mihi competere actio ex vendito,
tamen l. ait mihi competere utilem actionem inſtitoriam.
Item ait l. in me dari utilem actionem inſtitoriam ex
empto, cur dicitur utilis inſtitoria? actio inſtitoria
eſt formula prætoria, quæ accommodatur omnibus ne-
gotiis, *l. quicumque, §. non tamen, ff. de inſtit. actione*.
Cur dicitur utilis inſtitoria? nam is, qui vendit non
D eſt proprie inſtitor: nam inſtitor eſt is, qui præponi-
tur tabernæ, vel negotiationi, ſive ſit ſervus noſter, ſive
homo liber. Is autem, cui mandator ſpecialiter ut cer-
tam rem vendat, non eſt inſtitor. Itaque ex ejus
contractu non tenetur mandator directa inſtitoria;
ſed tenetur utili, quod quodammodo inſtitor ſit, in
hanc rem citatur Papinianus in hoc §. cujus ſentent. ex-
tat in *l. in eum, ſup. de inſtit. actio. l. liber, ſup. de negotiis
geſt. l. idemque, §. idem Papin. ſup. mandati. l. ſi mutuum,
C. de inſtit. actione*: in fine hujus *§. ſi procurat.* actio ex
empto accipitur pro actione ex vendito, atque ita ſumi-
tur in *l. 1. C. ſi ſervus extero mandaverit*. E contrario
plerumque actio ex vendito ſumitur pro actione ex em-
pto, *l. ſed hoc nomine, l. ſi cum venditor, §. ſi ſecundus,
C. de evictionibus, l. ex conventione, C. de pactis, l. vete-
res, inf. hoc tit.* Sic etiam actio ex locato pro ex conducto,
E & è contra. Huc pertinet *l. veteres*. Reſtat hæc
quæſtio, quæ pertinet ad *§. ibidem Papinianus*, finge:
ego vendidi tibi rem centum, adjeci legem, ut niſi
ad diem ſolveres, mihi duplum præſtares: hæc cautio
eſt fœneratitia. Quæritur, an valeat conventio? l. oſten-
dit, fœneratitiam eſſe, & eſſe in fraudem legum. Itaque,
quod in hac conventione excedit legitimam uſuram
non valet, legitima uſura eſt centeſima, aut fuit ante
Juſtinianum, *l. ſi pro mutuo, C. ſi certum petitur*. Hodie
eſt bes uſura. Finge nunc: res empta eſt centum, pla-
cuit, ut niſi ſoluta eſſet pecunia intra menſem, ut ſol-
vere-

Digitized by Google

veretur duplum : non debebitur : ſi pecunia non ſolvatur poſt menſem, unus nummus, quoniam uſura centeſima ſingulis menſibus reddit unum aureum, non centenos. At finge nunc : placuit ut niſi centeſimo menſe ſolveret pretium, duplum præſtaret : tunc legitima eſt conventio : nam centeſimo menſe uſura ad duplum perducitur. Itaque duplum tunc recte exigetur, *l. ſi non ſortem, §. ſi non duplum, ſup. de condict. indeb.* Alia eſt ratio legis commiſſoriæ, ut puta ſi convenerit, ſi ad diem pecuniam ſolverit res inempta eſto. Itaque hæc conventio licita eſt.

Ad l. Prædia XXVIII.

Recte Paulus Caſtrenſis ſenſum hujus legis aſſecutus eſt. Species l. hæc eſt. Quidam mihi vendidit prædia, vendidit autem eo pacto ut ipſe aliquid facerem, puta ut domum ejus reficerem : extat exemplum hujus pacti in l. *tenetur, ſup. hoc tit.* convenit pacto convento citra ſtipulationem : Accurſius putat, conveniſſe interpoſita ſtipulatione, & ex eo pendet omnis diſputatio doctorum, qui circa hanc legem ſcripſerunt : ſed reiicienda eſt Accurſii ſententia : nam in ſuperiore lib. ſic ſemper fere verbum *conventis* accipitur, ut convenerit pacto, non ſtipulatione. Deinde adiecta eſt ſtipulatio pœnalis, niſi facerem : nam ego promiſi decem ſi non facerem, promittere eſt per ſtipulationem : accidit ut non facerem. Quæritur, an ſint duæ actiones in emptorem, ex vendito, & ex ſtipulatu : nam videntur eſſe duæ actiones : ex vendito rei nomine competit in id quod intereſt, & eſt ex pacto convento, ex quo datur actio ex vendito : nam pacta ex continenti contractibus adjecta formant conventionem. Ex ſtipulatu eſt actio pœnæ nomine : una petitur id quod intereſt, altera petitur pœna, & hoc l. ſentit, venditori competere duas actiones. Ex eo colligitur : ſtipulatio pœnalis non novat priorem obligationem : nam utraque actio competit. De hac ſententia veteres Juriſconſulti dubitarunt, ut indicat l. *duo ſocietatem, ſup. pro ſocio.* Novi interpretes nihil hac in re certi conſtituunt: Nam nihil præter digladiationes afferunt. Sed nihil clarius eſt, ſtipulatione pœnali non novari priorem, niſi aliud actum ſit. Idque oſtendit apertiſſime l. *duo ſocietatem, ff. pro ſocio.* Item l. *qui Romæ, §. Flavius, ff. de verb. obligat.* Donavi ut manumitteres, ſtipulatus ſum pœnam ni manumitteres, non manumittis : agam vel ut manumittas, vel ut pœnam ſufferas. Ergo utraque actio manet, neque ſtipulatio pœnalis priorem obligationem ſuſtulit. Hic §. ſuſtulit quamdam differentiam Bartoli, qui ait, in cauſa lucrativa fieri novationem : in non lucrativa non fieri : hoc ſubvertit *§. Flavius* : hic eſt cauſa lucrativa, & non fit novatio. Ineptum eſt etiam quod dixit donationem non eſſe lucrativam, quoniam, inquit, donatio eſt oneri donanti, non lucro. Sed cauſæ lucrativæ dicuntur reſpectu accipientis non dantis, alioqui nulla eſt cauſa lucrativa. Idque etiam confirmat l. *ſi quis à ſocio, & l. proxima, ſup. pro ſocio.* Item l. *apud, §. Labeo ait, ff. de doli exceptione.* Ego vindicavi fundum & obtinui. Item juſſu judicis poſſeſſor mihi cavit ſe traditurum rem, aut fundum intra certum tempus; poſtea etiam ſtipulatus ſum pœnam, niſi traderet : non tradidit, tunc agam vel ad pœnam, vel actione ex cauſa judicati. Itaque pœnæ adiectione prior obligatio non expungitur. Huic ſententiæ opponitur l. *obligat. fere, §. ult. de obl. & action.* ejus opinionis arx eſt is §. Reſpondendum eſt ante omnia non eſſe diſtinguendum inter obligationes dandi, & obligationes faciendi in hac re in l. *duo ſocietatem, ff. pro ſocio.* Generaliter tamen ait non novari actionem. Species §. ult. eſt : ſtipulatio aut incipit à conditione aut à diſpoſitione. A conditione in hunc modum, *ſi non dederis Stichum, dabis decem* : Vel, *ſi non feceris inſulam, dabis decem.* Hoc caſu decem ſunt in obligatione, Stichus non eſt in obligatione, ſed in ſolutione. Aut ſtipulatio incipit ab obligatione in hunc modum : *dabis Stichum, ſi non dederis, dabis decem.* Hoc caſu utrumque videtur eſſe in obligatione. Sciendum eſt, utroque caſu agi poſſe ad pœnam : ſed quo tempore? Ad pœnam ſtatim agetur atque potuit dare promiſſor Stichum nec dedit : non expectamus ut deſinat Stichum dare poſſe : & hæc eſt ſententia l. *ita ſtipulatus, inf. de verb. oblig.* ut puto. Sed an ad rem præciſe agetur? Priore caſu non agetur ad rem, quoniam res non eſt in obligatione. Quæſtio eſt in poſteriore caſu poſſit præciſe agi ad rem? ideſt, an duæ ſint ſtipulationes pura, & conditionalis. An facta ſit novatio, an ſit tranſlata prior ſtipulatio in poſteriorem; ſi tranſlata eſt in poſteriorem, non poteſt præciſe agi ut res detur : & l. ait eſſe tranſlatam. Hac in re intereſt quid actum ſit, idque ſemper ſpectandum : ſolum enim facit voluntas contrahentium. Stipulatio facta eſt uno contextu, hoc modo : *dabis Stichum, & ſi non dederis, dabis decem.* Hoc caſu magis eſt, inquit ut videatur ex ſententia contrahentium prior transfuſa in poſteriorem ſtipulationem, ut non poſſit præciſe agi ad rem, nempe ut detur Stichus, ſed ex poſteriori parte tenebitur promiſſor utriuſque rei nomine, hoc modo : Stichum det, & ſi non dederit, det decem, hoc eſt transferre in poſteriorem, cum utraque venit in ea : hoc indicat d. l. *duo ſocietatem.* Nunc ajo, diverſum eſſe, ſi ſeparata fuerint negotia, & ſeparatæ actiones. Finge, contractus bonæ fidei eſt, eſt & ſtipulatio conditionalis, quæ in una parte conventionum fieri ſolet. Hoc caſu obligationem bonæ fidei obligatio ſtricta non novat. Itaque agetur omiſſa pœna, actione bonæ fidei. Ergo merito dictum eſt in ſpecie l. *prædia*, utramque actionem eſſe ex vendito & ex ſtipulatu. Sed quæritur, an utraque actione agatur? minime, ex ordine licet mihi hac vel illa agere. Non agam una, deinde alia, quoniam iniquum eſt me & rem & pœnam ferre. Item quia pœna ſuccedit loco ejus, quod intereſt, *§. ult. de verb. oblig. in Inſt.* Nunc finge : egit ex vendito, & conſecutus eſt id quod intereſt, an aget deinde ex ſtipulatione pœnæ? minime : aget quidem, ſed repelletur exceptione doli. Quid dicemus è contrario? Finge : egit primum ex ſtipulatu, & conſecutus eſt pœnam, deinde vult agere ex vendito, an eſt actio ex vendito? minime, ipſo jure ceſſat actio ex vendito, quoniam in actionibus bonæ fidei ineſt exceptio doli. Quare hic non eſt opus exceptione doli, l. *ſed & ſi ideo, inf. ſol. matrim. l. hujuſmodi, §. qui fundum, inf. de legat.* 1. *l. ſi is, cui, inf. de furt.* ſequitur, *niſi in id &c.* duplex eſt actio, ſi una actum ſit, ceſſat altera, niſi in ea, qua actum eſt, aliquid ſit amplius, ut ſi pluris interſit, quam egerit nomine. Idem eſt ſi pluris ſit pœna, quam id quod intereſt. Hic notanda *l. qui ſervum, in fine, de obl. & actio.* Species hujus l. eſt : commodatarius rem deteriorem fecit, tenetur duabus actionibus, commodati : Item tenetur ex l. Aquilia. Si una actum ſit, an extinguitur altera? ſane ſi actum ſit Aquilia, quæ actio eſt plenior, ceſſat commodati : ne bis idem videatur conſequi, ſi actum ſit commod. non agetur ex l. Aquil. niſi ex eo quod in ea amplius eſt, l. *in duob. §. 1. D. de duob. re. l. inde quæritur, comm.* & hoc eſt quod ait l. *qui ſervum* actionem Aqu. remanere : delenda eſt altera negatio in l. *qui ſervum* : *ibi & ſimplo ſubducto locum non habet.* Sed hæc neg. eſt tollenda. Eodem pertinet *l. 41. de obl. & act.* ubi legitur, *id conſequatur*, ſed leg. eſt, *nihil conſequatur.*

AD TITULUM VI.

SI TABULÆ TESTAMENTI NULLÆ EXTABUNT, UNDE LIBERI.

LIBRO XXXVIII. TIT. VI.

Repetita prælectio.

HIC tit. eſt generalis: nam hæc verba: *ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt*, ſunt prima verba edicti: olim prima verba hæc erant, ſi tabulæ teſtamenti proferentur. Sequitur unde liberi, hic tit. eſt ſpecialis. Ab inteſtato prima bon. poſſeſſio eſt unde liberi, *§. recte in l. 1. hujus tit.* Item in *l.* 1. *§. ſed videndum, de ſucceſſorio edi. inf.* Secundus gradus ex edicto eſt legitimorum, id eſt, agnatorum. Tertius grsdus eſt cognatorum. Quartus gradus eſt viri, & uxoris. Si quæratur de ſucceſſione ingenuorum ab inteſtato, hi ſunt duo gradus, *§. ſunt autem, de bon. poſſ.* Hic autem ordo graduum aliqua ex parte ſublatus eſt à Juſtiniano in Novella 118. *de heredibus ab inteſtato vruientibus*. Hic obſervandum eſt, Prætorem prius deferre bonor. poſſeſſ. ex teſlsmento: quæ duæ ſunt, contra tab. & ſecundum tab. Deinde defert bonor. poſſ. ab inteſtsto. Hic ordn eſt ex duodecim tabulis, & hoc eſt ordinarium, id eſt, legitimum. Ex eo ordine elicitur regula ea. *Quamdiu competit bonor. poſſeſſ. rx teſtamento, ceſſare ab inteſtato, l. quamdiu, iuſra, de diverſis regul. juris, l. antr, C. communia, de manumiſſionibus*. Interdum autem etiam ſi ſit teſtamentum, præfertur legitima ſucceſſio, & legitimus heres ſcripto præfertur. Finge: teſtator ita dixit: *ſi legitimus nolit vindicare hereditatem meam, Titius heres eſto*. Hoc caſu teſtamentario heredi præfertur legitimus: & ſic legitimus heres non venit ex teſtamento, ſed venit ab inteſtsto. Proponitur hæc ſpecies in *l. ſi quis ita heres, de hered. inſtituend. ſup.* Alias concludendum eſt, tunc competere bonor. poſſeſſ. ab inteſtato, cum non extent tabulæ. Item ſi extent, ſi modo nec competat contra tab. nec ſecundum tab. in *l.* 1. *§. ita autem, hoc tit.* Sumatur exemplum ex *l. 2. hujus tit.* Emancipatus præteritus eſt, extraneus ſcriptus eſt: emancipato præterito defertur contra tab. hanc amittit, vel repudiatione, vel amittit tempore: tunc admittitur ſcriptus, ſed poteritne emancipatus petere unde liberi? minime, quia jam vocatus eſt ſcriptus, & ideo ceſſat bon. poſſ. ab inteſtato. Idem eſt ſi patronus præteritus omiſerit contr. tab. ex teſtamento bon. poſſ. non competit, ſi tempora prætierieriot. Item ex teſtamento non competit bon. poſſ. etiam ſi tempora non prætierierint, videlicet ſi repudiaverit. Item non competit bon. poſſ. ſecundum tab. ſi teſtamentum ſignatum non ſit ſeptem teſtium ſignis: tunc competit bonor. poſſeſſ. ab inteſtato, *l. 3. hujus tit.* Præterea non competit bonor. poſſeſſ. ex teſtamento, ſi tabulæ inciſæ ſint, vel deletæ à teſtatore, vel ſi alias mutatæ ſint tabulæ, *l. ult. de his, quæ in teſtamento delentur, in l. 1. §. ſi heres, hujus tit.* Illud in primis ſtatuendum eſt, nuda voluntate teſtamentum juſtum, & ſolemne non infirmari, *l. militis, §. veteranus, ſup. & l. ſi certarum, §. ſi eodem, de militari teſt.* Aut teſtator dixit heredem ſcriptum eſſe indignum, & immerentem, an ideo infirmatur teſtamentum? minime. Verum hereditas aufertur ſcripto, & vindicatur fiſco, veluti caduca, *l. hereditas, de his, quibus ut indiguis, ſup.* Aut teſtator delevit omnem ſcripturam teſtamenti: hoc caſu infirmatur teſtamentum, & hereditas defertur legitimis ab inteſtato. Quid dicemus, ſi teſtator non deleat totum teſtamentum? Finge: teſtator delevit nomen unius heredis, vel delevit nomina omnium heredum: cætera non delevit: Hoc

A caſu io dubio non dicemus omne teſtamentum infirmari, ſed aufertur hereditas ab heredibus quaſi indignis, & fiſco vindicabitur, in *l. proxime, ſup. de his, quæ in teſtam. delentur, l. cum quidam, & l. cum tabulis, §. ult. ff. de his, quibus ut indignis*, fiſcus præſtabit cætera, quæ delata non ſunt. Illud dicendum eſt, ſi probetur à legitimis heredibus, ideo teſtatorem feciſſe ut inteſtatus decederet. Hoc probato corruit teſtamentum. Quid dicemus ſi teſtator cœperit facere ſecundum teſtamentum, nec perfecerit, an dicemus prius teſtamentum infirmatum eſſe? minime. Sed an dicemus fiſcum admitti? hoc caſu non admittetur fiſcus ex teſtamento, quid juris ſit, ſi teſtator ſecundum teſtamentum fecerit, ſed in eo ſcripſit incapacem: hoc caſu quis eſt heres futurus? priores heredes non admittuntur, an B legitimi admittuntur? minime, quia extat teſtamentum: Senatuſconſulto ſtatutum eſt fiſcum venire, *l. cum quidam, de his, quibus ut indiguis, ſup.* bonor. poſſ. ab inteſtato defertur, ſi neque contra tab. neque ſecundum tab. bon. poſſeſſ. competat: huic ſententiæ opponitur *l. filium, ſup. de bon. poſſ. contra tab.* Species eſt; duo ſunt fratres, unus emancipatus, alter ſuus: emancipatus eſt præteritus, ſuus eſt exheredatus, repudiat ſcriptus: hoc caſu emancipatus petet contra tab. exheredatus veniet ab inteſtato: ergo cum uous petiit contra tab. alter veniet ab inteſtato. Sed dicendum eſt, in ea ſpecie id ſpectandum imprimis eſſe, fuiſſe repudiatam ſecundum tabulas: nunc admittuntur fratres, propterea quod pari ſunt gradu. Is, qui petiit contra tab. repellit ſequentem, qui venit ab inteſtato. Et qui petiit C contra tab. non repellit eum, qui eſt pari gradu, qui venit ab inteſtato ſi petiit contra tab. ſed hoc caſu l. ait admitti ſuum ab inteſtato: eum autem, qui petiit contra tab. tuendum eſſe in partem dimidiam. Quæritur de Carboniana an impediat bonorum poſſeſſionem ab inteſtato? traditur in hac l. 1. Carbonianam non impedire bonor. poſſeſſ. ab inteſtato edictalem, *l. 1. §. 1. hujus tit.* Si quis petierit Carbonianam vice unde liberi, vel unde legitimi, recte petet edictalem ab inteſtato. Sic etiam ſi impubes petierit tantum Carbonianam, licebit legitimo petere ab inteſtato edictalem, *l. ſi impubes, §. ult. & l. ſcriptus, ſup. de Carbon. edicto.* Deinde explicatur in hac l. 1. quibus liberis detur bon. poſſeſſ. unde libeſi in *l. 1. §. libero hujus tit.* Hæc bon. poſſeſſ. unde liberi, datur liberis naturalibus, & adoptivis, D mortua matre ab inteſtato filiis non datur bonor. poſſeſſ. unde liberi, ſed unde legitimi habent bon. poſſ. Ergo eis liberis tantum dstur bon. poſſeſſ. unde liberi, qui ſui erant, vel ſui futuri erant. Datur naturalibus ſive ſuis, ſive emancipatis: & in hoc diſtat à bonor. poſſeſſ. unde legitimi, & bon. poſſeſſ. unde liberi, datur adoptivis, qui ſunt in poteſtate, non autem emancipatis: at naturales liberi non deſinunt eſſe liberi in *l. 4. hujus tit.* bon. poſſ. unde liberi non datur liberis naturalibus, qui ſunt in adoptiva familia, *§. at hi, qui emancipati, Inſtit. de heredit. quæ ab inteſtato deferuntur.*

Ad §. ultimum L. 1.

E FIngamus: duo ſunt liberi emancipati, unus eſt præteritus, alter exheredatus: præterito datur contra tab. exheredato neceſſaria eſt querela, *l. ſi poſt mortem, §. exheredati, de bon. poſſ. contra tab.* Quid ſi unus ſit emancipatus, alter ſuus, & emancipatus præteritus ſit, ſuus exheredatus? adeunte ſcripto neceſſaria eſt querela exheredato, *l. filium. §. ſed quemadmodum, ſup. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Quid dicemus è contrario? hoc caſu teſtamentum ipſo jure nullum eſt, quis venit ab ioteſtato? ſuus, qui eſt præteritus; hoc caſu emancipatus tuendus eſt in partem dimidiam, *l. ult. inf. de injuſto rupto, &c.*

Ad L. v. Si quis ex his.

CErtum eſt in bon. poſſeſſ. contra tab. locum eſſe edicto novo, hoc edicto emancipato junguntur liberi ejus retenti in familia parentis, *l. 1. ſup. de conjung. cum emancip. liberis*. Huic edicto etiam locus eſt in bon. poſſ. unde liberi: hæc verba, quæ hic proponuntur in initio, comprehendunt etiam bon. poſſ. contra tab. nam in hoc edicto oſtenditur nepotes exheredatos non conjungi cum emancipatis, exheredati liberi non conjunguntur in bonor. poſſ. petenda, *l. ſi nepos, ſup. de conjung. cum emancip. liber.* At ſic dicamus, quo jure, quoque ordine liberi vocantur ad bon. poſſ. contra tab. eodem ordine defertur eis bon. poſſ. unde liberi. Quando non ſit locus edicto novo videamus. Sciendum eſt huic edicto novo non eſſe locum in bon. poſſ. liberti paterni: nam in bon. poſſ. liberti paterni filius emancipatus præfertur nepoti ex ſe nato, retento etiam in familia avi, *l. 1. §. ult. l. libertini, §. ult. de bonis libertorum, ſup.* Si ſit filius unius patroni, & nepos alterius patroni, filius præfertur, quod non ſervatur in ſucceſſione ingenuorum. Præterea ſi ſint filii ex duobus patronis, hi filii ſuccedunt liberto paterno in capita, id eſt, viriles partes habent, in ſucceſſione ingenuorum filii ſuccedunt in ſtirpes, in *l. ſi libertus præterito, in fine, de bonis libert. ſup.* Ad ſucceſſionem liberti paterni vocantur filii patroni ſui, vel emancipati, *l. patroni filia, de bonis libertorum*. Et ideo ſi poſt mortem patris liberi dent ſe adrogandos ante petitam bon. poſſeſſ. patris, eam amittunt, *l. ult. hujus tit. l. 3. §. ſi emancipatus, ſup. de bon. poſſ. contra tab.* Nunc ut cætera edicti novi perſequamur; Sciendum eſt emancipatum, cui liberi conjunguntur, eis ſolis conferre bona propria, non reliquis, ut puta fratribus, *l. 1. §. emancipatus, ſup. de conjung. cum emancip. liberis.* Ita etiam eis ſolis adcreſcit ſi omittat bon. poſſ. emancipatus filius, quemadmodum hi ſoli liberi ei juncti ſunt. Porro notandum nunc eſt ex *§. 1. hujus l. 5.* Emancipato filio conjungi tantum nepotem ex edicto novo retentum in poteſtate parentis; nam diverſum eſt, ſi nepos etiam ſit emancipatus, *l. 1. §. ſi pater, ſup. de conjung. cum emancip. liberis*. Ergo hoc caſu emancipatio obeſt nepoti occurrente patre: at non obeſſet emancipatio non occurrente patre, quoniam prætor reſcindit capitis deminutionem, *l. ſed cum patron. ſup. de bon. poſseſs.* Præterea notandum eſt, bonor. poſſeſſ. contra tab. dari etiam eis liberis, qui nunquam fuerunt in poteſtate noſtra. Hoc oſtenditur in *l. 3. in principio, l. ſi emancipatus, §. 1. l. ſi retentus, l. ult. de bon. poſs. cont. tab. ſup.* Idem oſtenditur in bon. poſſ. unde liberi. Hoc oſtenditur in *verſiculo quin etiam*, & in *l. 6. hujus tituli*. Mortuo avo ei ſuccedunt nepotes concepti poſt emancipationem filii. Aliud exemplum eſt; mortuo patre emancipato, liberi ejus, qui ſunt retenti in poteſtate avi, ei ſuccedere per bon. poſſeſſ. unde liberi. Hoc in poſteriori exemplo id exigimus, ut ſi hic pater habeat quoſdam liberos in ſua poteſtate, eis conferre debet is, qui nunquam fuit in poteſtate patris, vel avus potius debet conferre, quia acquirit bon. poſſeſſ. unde liberi. Hoc ita niſi paratus ſit nepotem emancipare, & hoc caſu ceſſabit collatio in *l. proxima, & l. ſi quis filium, de bon. poſs. contra tab. ſup.*

Ad L. Scripto VII.

HÆc l. non pertinet ad bon. poſſeſſ. proprie, ſed ad hereditatem, & ad jus civile. Ex hac l. intelligemus qui ſunt ſui heredes. Vulgo ſui heredes dicuntur eſſe liberi, qui ſunt in poteſtate, & qui proximum gradum obtinent; hoc non eſt ſatis, ut ſint ſui: nam neceſſe eſt etiam ut ſint proximiores in hereditate, quæ defertur; & hoc maxime neceſſarium eſt, quod declarabitur ex *§. cum autem, de heredit. quæ ab inteſtato deferuntur, & ex l. 1. §. ſciendum, inſ. de ſuis, & legit. heredibus, l. ult. de conditionibus inſtit. ſupra.* Hoc modo fit, ut pater mortis avi tempore me præcedat gradu, non tamen me præcedat in hereditate avi, & tunc ego ſum ſuus heres avo. Species hæc eſt, finge: eſt filius in poteſtate, eſt etiam nepos ex eo in poteſtate, filius eſt exheredatus, nepos præteritus, extraneus eſt ſcriptus. Deliberante extraneo deceſſit filius, deinde ſcriptus repudiavit poſt longam deliberationem, hoc caſu nepos erit heres ſuus avo, quoniam eo tempore, quo deſtituitur teſtamentum pater eum non præcedit, licet eum pater præceſſerit gradu mortis tempore, dicet aliquis, hic nepos erit quidem heres avo, non autem ſuus, nam dicet pater eum præceſſiſſe mortis tempore, ergo non eſt ſuus, quia mortis tempore non fuit ſuus, ait Juriſconſultus hanc collectionem eſſe vitioſam. Si non eſt ſuus, quo jure erit heres avo, inquit lex, certe non poteſt ei eſſe heres agnatus; nam qui ſuus eſſe heres non poteſt, non poteſt eſſe agnatus, *l. de bonis, §. 1. de Carboniano edicto, ſup.* Deinde l. ait aliud dicendum eſſe in ſpecie propoſita, ſi heres ſcriptus adierit: nunc finge, heres ſcriptus adiit poſt mortem filii, hic nepos repellitur, & hic nepos non rumpit teſtamentum, atque ita hic nepos non admittetur ex perſona filii, cum fuerit exheredatus filius, *l. 1. §. poſt ſuos, inſ. de ſuis, & leg. heredibus*. Non admittetur etiam hic nepos ex ſua perſona, quia pater eum præceſſit, atque ita pater ei obſtat jure teſtati, id eſt, valente teſtamento, & adeunte herede, at pater ei non obſtat jure inteſtati. Deinde in extremo legis oſtenditur hereditatem deberi liberis, quam parentibus, hereditas debetur parentibus ratione miſerationis, ne ſcilicet parentes amittant & liberos, & bona eorum, in *l. jure ſuccurſum, inſ. de jure dotium* eſt ſimilis ratio: liberis autem debetur hereditas majori ratione, nempe ex voto parentum, *l. nam etſi parentibus, de inoff. teſtamento*, hereditas etiam filiis defertur natura, in *l. Julianus, ſi quis omiſſa cauſa teſtam. ſup.* ex eo efficitur, ut ſi quis habeat liberos, & parentes; liberi excludant parentes, ſi decedat inteſtatus.

A L. pen. Filiusfam.

HÆc l. penult. non pertinet ad bon. poſſeſſ. unde liberi, proprie pertinet ad tit. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. Sententia hujus edicti, Si quis omiſſa, eſt. Si quis ſit inſtitutus heres, qui ſit proximior ab inteſtato, & omiſerit teſtamentum, & ſucceſſerit ab inteſtato, præſtabit etiam legata. Species eſt hujuſmodi; quidam cognatum ſuum heredem inſtituit, (cognatus, qui erat in poteſtate patris) ſub hac conditione, ſi emanciparetur à patre, pater non cogitur emancipare filium, *l. non poteſt, ſup. de adoptionibus, l. 4. C. de emancipat. liberorum*; excipiuntur duo caſus, vel tres. Sic etiam filius invitus non emancipatur in *Novella Quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. & generaliter*. Hæc etiam conditio non eſt in arbitrio filii; hic filius omittit teſtamentum, quia non impletur conditio; conſentiente autem patre agnoſcit bon. poſſeſſ. ab inteſtato. Quæritur an incidat in edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti? l. ait non incidere, quia per eum non ſtat, quo minus ſit heres ex teſtamento; ergo ceſſat potius cauſa teſtamenti, quam omittatur; ergo erit heres ab inteſtato, & non præſtabit legata: itaque hoc caſu dandus erat ſubſtitutus filio, ut pater repelleretur.

AD TITULUM VII.

UNDE LEGITIMI.

DICTUM eſt de primo gradu bon. poſſ. ab inteſtato : is eſt liberorum : tunc tractatur de ſecundo gradu, qui eſt legitimorum . Eis datur boo. poſſ. Unde legitim. Ideo quamdiu poteſt competere bon. poſſ. unde liberi, tandiu ceſſat unde legitimi, in *l. penult. §. 1. hoc tit.* ut ſi mulier ſit prægoans, *l. cum quidam, §. 1. de acquir. hereditate, ſup. l. 3. ſup. ſi pars heredit. petatur*. Legitimi ſunt qui ex lege duodecim tab. ad hereditatem vocantur. Primum vocantur liberi ſui : ſi liberi ſui ſunt, legitimi, & agnati : filius patri eſt agnatus, *l. filius, ff. de ſuis & legiti. heredibus, l. juriſconſul. §. 1. inf. de gradib. & affinibus*. Proximiores agnati dicuntur ſui. Contra qui ſui non ſunt, nec agnati ſunt. Emancipatio ſolvit & jus ſui, & jus legitimum, *l. de bonis, §. huic autem, de Carbon. ſup.* Ex eo colligamus, liberis ſuis non tantum dari bon. poſſ. unde liberi, ſed etiam unde legitimi. Sciendum eſt prius deferri bono. poſſ. unde liberi, ſed hanc ſi repudiaverint, adhuc obſtant ſequentibus legitimis, quoniam tunc poſſunt venire ex ea parte unde legitimi : atque ita ipſi ſibi ſuccedunt : quod indicat *l. 2. in principio hujus tit.* Item *l. 1. §. ſed videndum inf. de ſucceſſorio edicto*. Non eſt novum ut quis ſibi ipſi ſuccedat ut in ea ſpecie : ſi ſuus inſtitutus ſit, & omittat bon. poſſ. contra tab. *l. in plurium, ſup. de acquirenda hereditate*. Sic accipienda eſt *l. quoties duplici, ff. de regulis juris*. Sed huic ſententiæ Accurſius opponit *l. illud, ſup. de acquirenda hereditate*. Ex ea lege hoc colligit, eum, qui repudiat teſtamentum, utramque videri repudiaſſe, ſed male id colligitur. Sententia legis hæc eſt : repudiato teſtamento non repudiari legitimam. Diverſum eſt ſi repudiata ſit legitima. Ratio eſt, quia non defertur legitima hereditas, quam diu competit teſtamentaria : cum legitimam repudiet quaſi ſibi delatam, conſequens eſt, eum videri repudiaſſe teſtamentariam, *l. nec is, §. heres, de acquir. heredit. ſup. in l. illud, per eam* id eſt, legitimam. Quæritur an emancipatis datur unde legitimi ? minime. Unde liberi datur omnibus liberis, etiam iis, qui deſtituti ſunt jure legitimo : at unde legitimi non datur, niſi iis, qui habent jus legitimum, *l. legitimis, inf. unde cognati*. Ergo onde liberi datur propter leges, unde legitimi datur legum tuendarum cauſa, *l. ſed cum patrono, de bon. poſſ.* Emancipati ex ſucceſſorio edicto habent unde cognati, & hoc ſi nulli ſint legitimi, vel ſi omiſerint legitimi. Legitimi ſunt etiam conſanguinei, ideſt, fratres, ſororeſque ex eodem patre. Uterini fratres non ſunt conſanguinei : hi conſanguinei legitimi ſunt. Datur autem conſanguineis unde legitimi, etiam fœminis, ſed ultra gradum conſanguineorum fœminæ non ſuccedunt per bon. poſſ. unde legitimi, ſed hoc ſublatum eſt à Juſtiniano in *§. cæterum, de legitima agnat. ſucc.* omnes agnati cujuſcumque ſexus legitimi ſunt, hic notanda eſt *l. 2. §. 1: ff. de ſuis & legitimis heredibus* : hic dicitur poſt conſanguineos vocari agnatos. Hodie legitimi ſunt omnes agnati cujuſcunque ſexus. Legitimi ſunt quidam, qui agnati non ſunt, nec cognati. Agnati ſunt legitimi, ſed non omnes, legitimi ſunt agnati, ut patroni ſunt legitimi, & ideo eis dabitur, unde legitimi, *l. 2. §. 1. hoc tit.* Præterea legitimi ſunt parentes manumiſſores exemplo patronorum. Et nunc ſciendum eſt dari hanc bon. poſſeſſio. unde legitimi his, qui non ſunt legitimi, ideſt, qui non vocantur ex lege 12. tab. hujuſmodi ſunt qui ad hereditatem ex novis legibus, vel conſtitutionibus novis, vel ſenatuſconſultis inter legitimos vocantur : ut filio datur mortua matre unde legitimi ex ſenatuſconſulto Orphitiano, *l. 2. §. ult. hoc tit.* Sic etiam ex conſtitutionibus fratres emancipati vocantur ad hereditatem fratris ex cooſtitutione Anaſtaſii, non tamen ſunt legitimi: Ergo ei etiam dabitur unde legitimi, *§. 1. de ſucceſſio. cognator. in Inſtit.* Sic definiamus ex *l. 3. hujus tit.* hanc bon. poſſ. dari his omnibus, quibus ex lege, vel conſtitutione defertur hereditas unde legitimi. Eſt quædam bon. poſſ. unde ex legibus, hæc bon. poſſ. eſt extraordinaria, *§. 7. de bon. poſſ. in Inſtit.* Quoties lex defert hereditatem, vel ſenatuſconſultum, competit unde legitimi. Aliud eſt ſi lex etiam deferat bonorum poſſ. Hoc caſu competit etiam unde legitimi, ſed competit etiam unde ex legibus, *l. 1. inf. ut ex legib. ſenatuſve conſultis*. Nunc notandum eſt, iis, quibus competit unde legitimi non eſſe neceſſariam hanc bon. poſſ. utilis quidem eſt, quoniam omiſſo auxilio bon. poſſ. poterunt ab inteſtato adire, vel pro herede gerere, *l. 3. C. ad ſenatuſconſultum Orphitianum*. Aliud eſt in his, qoi jure tantum prætorio vocantur, ut io cognatis : nam hi oon poſſunt ſuccedere ſine bon. poſſ. l. 2. *C. unde legitimi*. Natus ex conſobrina mea eſt mihi cognatus, non agoatus. Sed hic adhuc notandum eſt legitimis proximioribus deferri hanc bon. poſſ. unde legitimi. Hic quæritur, quo tempore quærendum ſit quis ſit proximus legitimus, eodem tempore quærendum eſt quis ſit ſuus. Eo tempore quæritur quis ſit ſuus, quo defertur hereditas. Aut deceſſit quis inteſtatus, aut teſtatus : ſi inteſtatus, mortis tempore quærendum eſt quis ſit ſous, nam ſtatim defertur hereditas : quod ſi teſtatus deceſſerit, tunc eo tempore quærendum eſt quis ſit ſuus, quo certum eſt eum eſſe ioteſtatum, quod certum eſt repudiato teſtamento, *§. cum autem, de heredit. quæ ab inteſtato deferunt. in Inſt.* Idem ſervatur in legitimis. Huc pertinet *l. 1. & l. 4. hujus tit.* Item *l. 5. inf. de legit. heredibus & l. 1. inf. prox. tit.* Hoc non eſt ſatis ſpectari tempus quo defertur hereditas : ſpectari etiam debet tempus quo petitur bon. poſſ. *l. ult. ſup. prox. tit. & in l. 1. hujus tit.* Ex his reſtat, eum, qui non eſt proximus mortis tempore, fieri proximum. Rurſus ita ſit, ut qui eſt proximus mortis tempore, vel tempore delatæ hereditatis, deſinat eſſe proximus : videtur his propoſitionibus obſtare edictum : nos diximus non ſemper ſpectari mortis tempus. Verba edicti ponuntur io *l. 1. hujus tit. tunc quem heredem & cæt.* hæc verba habentur etiam io *l. 4. inf.* & in *l. 1. inf. ut ex legib. ſenatuſve conſult.* In tertia actione in Verrem apud Ciceronem huio objectioni reſpondet Juriſconſultus in *l. 1. hujus tit.* Nam Juriſconſultus inquit hæc verba eſſe accipienda *παρατατικῶς*, ideſt, extenſive, ut in *l. filii, inf. ad Tertyllianum*, ideſt, hæc verba habent tractum, & accipiuntur cum aliquo ſpatio temporis, & referuntur ad tempus delatæ hereditatis & petendæ bon. poſſeſſ. in l. 2. *quibus ex cauſis in poſſ. eatur*.

Ad §. Si quis deceſſerit L. 11.

EX hoc §. id colligitur, non dari bon. poſſeſſ. niſi patrisfamilias : quod de omni poſſeſſione dicitur, qua filiusfamilias neque teſtamentarium, neque legitimum ſucceſſorem habere poteſt. Quid dicemus ſi incertum ſit utrum is, de cujus bonis quæritur ſit filiusfamilias, an paterfamilias ? quod accidit ſi pater adhuc vivat apud hoſtes, nam tunc in pendenti eſt ſtatus filii. Quid ſi interim moriatur filius, an dabitur ejus bon. poſſeſſ. vivente adhuc patre ? minime. Quoniam ejus ſtatus non eſt certus, & ſi pater redeat, certe nullo modo dabitur. At ſi pater poſtea ibi moriatur, ſtatim poſt mortem patris bon. poſſ. filii datur, tunc enim videtur deceſſiſſe paterfamilias. Ex eo colligitur ſolos patresfamilias inteſtatos eſſe poſſe, & hoc verum eſt, ſive poſſint teſtari, ſive non, *l. 1. §. 1. inf. de ſuis & legitimis heredibus*. Impubes teſtatus eſſe non poteſt, inteſtatus eſſe poteſt : ſic etiam furioſus teſtatus eſſe non.

non poteſt, niſi ſit teſtatus ante furorem: at poteſt eſ- A ſe inteſtatus. In filiofamilias hoc ſingulare eſt, ut nec teſtatus, nec inteſtatus eſſe poſſit.

Ad L. ultimam.

LOquitur hæc lex de jure conſanguinitatis, id eſt, fraternitatis. Sciendum eſt imprimis, eos, qui mihi non ſunt ſui, non eſſe mihi agnatos, *l. ſcripto, ſup. unde liberi*. At quæritur, qui patri non ſunt ſui, an ſint aliis conſanguinei, vel agnati? qui patri non ſunt ſui, ut emancipati, non ſunt alii conſanguinei, quia capite deminuti ſunt. Sed ex conſtitutione Anaſtaſii vocantur inter agnatos. Sunt quidam, qui patri heredes ſui non exiſtunt: jura tamen conſanguinitatis habent. Hujuſmodi ſunt filii exheredati: hujuſmodi B etiam ſunt filii deportati patris, qui nati erant eo tempore, quo pater deportabatur. Deportatus heredem habere non poteſt, ejuſdem generis ſunt nati poſt deportationem patris, hoc oſtenditur in *l. 1. §. pen. l. 4. de ſuis, & legit. hered. inf.* Sunt quidam alii, qui patri heredes ſui ſunt, etſi in ejus poteſtate nunquam fuerint, hujuſmodi ſunt poſthumi: hujuſmodi etiam ſunt nati poſt patris captivitatem, & hi proculdubio habent jura conſanguinitatis, & agnationis, *§. 1. de legitima agnatorum tutela*. Poſtremo ſunt quidam alii, qui patri ſunt ſui, & qui in ejus poteſtate fuerint: mortis tamen tempore in ejus poteſtate non ſunt, hujus generis ſunt, qui nati erant eo tempore, quo pater capiebatur ab hoſtibus, & ibi deceſſit, & hi etiam multo magis habent jura conſanguinitatis, & agnationis. Hæc C omnia, quæ diximus, complexa eſt *l. ult. hujus tit.*

AD TITULUM VIII.

UNDE COGNATI.

HIC eſt tertius gradus bon. poſſ. unde cognati. Cognatorum nomen accipiendum eſt ſtricte hoc in loco, alioquin cognatorum nomen eſt generale. Ex cognatis, quidam ſunt cognati, quidam agnati. Agnati ſunt, qui cognati ſunt per mares, ut patruus. Item amita eſt agnata. Agnatorum nomen eſt civile, id eſt, ex duodecim tabulis, *l. pronuntiatio, §. 1. inf. de verb. ſignificat*. His D agnatis datur unde legitimi, agnati habent idem nomen. Cognati autem ſunt, qui ſunt conjuncti per fœminas, ut avunculus: item matertera. Cognatorum nomen eſt naturale, *l. Juriſconſultus, §. 1. de gradibus, & affinibus, inf.* Item *§. 1. de legit. agnatorum tutela in Inſtit.* Et ideo emancipatione non tollitur cognatio. Agnatio tollitur emancipatione. Qui tamen ſunt agnati, ſunt etiam cognati. Ergo cognati reſtricte non ſunt legitimi, id eſt, lege non vocantur ad hereditatem, & ideo non habent nomen civile. Ex ſola prætoris indulgentia vocantur ad ſucceſſionem cognati ſtricte in *l. 1. hujus tit.* Ergo cognatorum ſucceſſio eſt prætoria, *l. 2. C. unde legit.* Cognati dicuntur, quaſi una, vel communiter nati in *l. 1. hujus tit.* id eſt, quod habeant communem ſtirpem in *l. non facile, §. 1. de grad. & af-* E *finib.* Deinde oſtenditur in hac lege 1. hoc edictum non pertinere ad ſerviles cognationes, *l. juriſconſult. §. non proximus, de gradibus, & affinib.* ait, *non facile*, Ideo ait, non facile, quia in matrimoniis ſpectamus ſervilem cognationem, & ideo ſervus manumiſſus ſimul manumiſſam non poteſt uxorem ducere, *l. adoptivus, §. ſerviles, ff. de ritu nuptiarum*, Notandum eſt ex conſtitutione Juſtiniani etiam in ſucceſſionibus ſpectari ſervilem cognationem in quibuſdam perſonis. Ex conſtitutione Juſtiniani vocantur inter legitimos libertinorum filii ſimul manumiſſi: item parentes ſimul manumiſſi, & hi habent bon. poſſ. unde legitimi, *§. illud, de ſervili cognatione*. Poſtremo notandum eſt ex hac *l. 1. §. hac* A *autem*, latiorem eſſe ſucceſſionem agnatorum, quam cognatorum. Cognati à ſolo prætore vocantur: agnati vocantur in infinitum, *l. 2. §. agnati, inf. de ſuis, & legitimis heredibus.* Cognati autem vocantur tantum uſque ad ſextum gradum, & ex ſeptimo gradu vocantur duæ perſonæ tantum, ſobrino nati, & ſobrina natæ, *§. ult. de ſucceſſione cognatorum in Inſtitut.* Quodam in loco traditur ſeptem eſſe gradus in *l. non facile in principio, inf. de grad. & affinib.* Hoc ideo dixit, quod ex ſeptimo vocantur duæ perſonæ: huc pertinet *lex octavi, hoc tit.* loquitur de agnato octavi gradus: quæritur quomodo admittatur hic agnatus? hic agnatus habet bon. poſſeſſ. unde legitimi, etiamſi lege heres non extiterit, id eſt, etiamſi pro herede ſe non geſſerit, vel ſi velit venire ut cognatus, non habet bon. poſſeſſ. unde cognati, B etiamſi heres extiterit lege, quia ultra ſextum gradum non datur bon. poſſeſſ. unde legitimi, etiam agnatis ipſis quaſi cognatis, quia dixit ex ſeptimo gradu vocari natos ſobrino ſobrinave, conſobrini ſunt fratrum filii, vel ſororum filii; hi ſunt quarto gradu, ſunt alii, qui dicuntur propiores ſobrino, hi ſunt quinto gradu, ſobrini dicuntur conſobrinorum filii, & hi ſunt ſexto gradu, à Theophilo dicuntur *μείζονες κονσοβρῖνοι*, in ſeptimo gradu eſt mihi ſobrino natus, vel ſobrina. Ergo ego illi ſum patris ſobrinus: nam ultra ſextum gradum non ſunt propria nomina cognationis. Alii ſunt ſobrinorum filii, qui ſunt inter ſe octavo gradu: hi dicuntur *τρισεξάδελφοι in novella de heredib. ab inteſtato venientibus*.

Ad §. Cognationem facit. C

SCiendum eſt, agnatis non ſolum dari bon. poſſ. unde legitimi, ſed etiam unde cognati, ſi illam repudiaverint, hanc habent, ſi proximiores ſint, quia agnati & cognati ſunt, ſic etiam liberis ſuis non tantum datur unde liberi, ſed etiam unde legitimi, ſi excludantur, ſi rurſus excludantur, unde cognati, *l. 1. §. ſed videndum, proximo tit. inf.* Per adoptionem contrahitur agnatio, & conſanguinitas. Cognatio non acquiritur per adoptionem, naturalis ſcilicet, *l. qui in adoptionem, ſup. de adoptionibus*. Item *l. ſi qua, in fine, de ritu nuptiarum*, Ideoque per adoptionem acquiritur patruus, acquiritur amita, item frater, at per adoptionem non fit avunculus, aut matertera, item non fit D avia, ut ſi ego filium adoptavero, ipſe & filius meus naturalis ſunt inter ſe fratres: filia & is, quem adoptavi ſunt inter ſe conſanguinei etiam. Quibus ego ſum agnatus, eiſdem etiam, qui à me eſt adoptatus eſt cognatus. Ita fit ut is, qui adoptatus eſt, adquirat in familia adoptiva agnationem, non cognationem. Retinet in naturali familia omnium cognationem, huc pertinet *l. 4. §. penult. & l. 5. de grad. & aff.*

Ad §. Proximus.

DUplex eſt jus cognationis, jus agnationis eſt, & jus cognationis, quod eſt naturale. Utriuſque E juris variæ ſunt appellationes: jus agnationis appellatur jus ſtirpis, jus familiæ. Idem eſt jus gentis fere, niſi quod latius eſt jus gentis: nam agnati nos attingunt propius, quam cæteri gentiles: ſic recte ait Sextus Pompejus: gens eſt, quæ ex multis familiis conſtat, una eſt gens Valeſiorum, plures autem ſunt familiæ, ſic gentilis nomen eſt accipiendum in *l. 1. ſup. de probationib.* Jus autem cognationis appellatur etiam jus ſanguinis in *l. qui in adoptionem ſup. de adopt.* Sic in *l. 2. hujus tit.* Traditur cognatos vocari ratione ſanguinis: hæc ratio eſt naturalis, agnati non hac tantum ratione vocantur, ſed quia ſunt ejuſdem nominis, & quod habeant eaſdem imagines, dicitur etiam jus proximitatis, eſt jus cognationis naturale; quoniam

Digitized by Google

niam in hac ſucceſſione cognatorum ſola proximitas ſpectatur: in aliorum ſucceſſione non ſpectatur proximitas, ſed quis ſit ex liberis, quis ſit agnatus: nam ſæpe fit, ut qui ſunt ex liberis, qui ſunt ex agnatis proximiores excludant: in gradu liberorum proximior non excludit ulteriorem: nam filius nepotem ex alio filio non excludit, ſed ſimul ſuccedunt. In agnatorum aotem gradu ſpectamus quidem, qui ſunt proximi agnati, ſed ulterior agnatus proximiorem cognatum repellit. Ergo agnatus non omnimodo admittitur jure proximitatis: ſoli cognati naturales jure proximitatis vocantur, Prætor ait proximo dari, ſed ſi ſint duo, vel plures ejuſdem gradus, ſimul eis dabitur: proximus etiam eſt, qui ſolus eſt, in *l.2.§. legitima, de ſuis, & legit. heredib. l. in vulgari, de verb. ſignific. l. qui duos, ſup. de reb. dubiis*. At quo tempore quærendum eſt, quis ſit proximior ex cognatis, eodem qooque tempore quæritur, quis ſit ſuus. Ergo ſpectatur tempus delatæ bon. poſſeſ. non tantum illud tempus ſpectatur, ſed etiam tempus petitæ bon. poſſ. finge: habeo fratrem adoptivum, me mortuo ei defertur bon. poſſeſ. quia proximior tempore delatæ ſucceſſionis, antequam peteret bon. poſſeſ. capite minutus eſt: hoc caſu non habet bon. poſſeſ. unde cognati, *l.3. hoc tit.* Quoniam per adoptionem eſt quæſita ea cognatio, quæ proprio vocabulo dicitur agnatio: hæc autem tollitur capitis deminutione. Ergo jam defuncto non eſt cognatus adoptivus, & deſinit eſſe legitimus.

Ad §. Si quis proximior.

Hic traditur hæc regula, quæ obtinet etiam locum in ſuperiorum gradibus. Quamdiu ſperatur proximior cognatus, non admittuntur ſequentes: hoc accidit ſi proximior cognatus ſit captus ab hoſtibus, ſi ibi moriatur, tunc ſequentes vocantur, *§.ult.hujus* l.2. Alter eſt caſus. Si proximior cognatus ſit in utero, ait hic §. hoc eſſe verum, ſi is, qui in utero eſt, ſit conceptus vivo eo, de cujus bonis quæritur: Diverſum eſt ſi ſit conceptus poſt mortem ejus, de cujus bonis quæritur, quia tunc proprie non eſt cognatus, ſed dicitor tamen cognatus per abuſionem, *l.item prætor, inf.de ſuis, & legit. heredibus*. Non eſt cognatus, quia nondum fuit animal vivente eo, de cujus bonis quærebatur: hinc poteſt colligi id, quod in utero eſt non eſſe animal: quæ fuit ſententia Stoicorum, *l. 9. ad l. Falcid. ſup.* ex hoc loco autem id non colligitur, ouoniam hic agitur de eo, qui nondum erat conceptus. Hæc autem ſententia, quæ hic ponitur vedetur attribui Juliano in *l. Titius, inf. de ſuis, & legiti. herrdibus*. Nam in eam rem citatur ea lex in *l. Paulus, §. Paulus, ff. de bonis libertar.* Concepti poſt mortem noſtram jura liberorum, jora agnatorum non habent: tamen habent jura libertornm avitorum. His eſt addendum, eum, qui extractus eſt cæſo utero matris etiam eſſe cognatum: quod oſtendit *§. ſi qua prægnans*. Hic ſuccedet matri ex hac parte: habet etiam is bon. poſſ. unde legitimi, habet etiam unde cognati: hoc caſu tantum mater habet poſtumum, *l.t. §. ſed & ſi mortis, inſ. ad Tertullianum*. Huic præterito à matre datur querela, quoniam pro exheredato habetur, in *l. poſtumus, de inofficioſo teſtamento*. Si ſit præteritus à patre rumpit teſtamentum. Ergo hic omnia jura habet, *l. quod dicit, de libr. & poſtumis*. Nunc de vulgo quæſitis, qui ſunt ſpurii. Hi ſunt ex ſcorto, & adulterio. Item dicuntur ex contubernio. Item ex injuſtis nuptiis. Item ex patre, & matre captis ab hoſtibus. Volgo quæſiti dicuntur generaliter, qui legitime non ſunt quæſiti, vulgo quæſiti habent cognatos: conſanguineos, vel agnatos non habent, *l. 4. hoc tit. & in. l.2.* Mater & liberi ejus ſpurii ſunt inter ſe cognati tantum, ſed habent inter ſe bon. poſſ. unde legitimi, nam ex ſenatuſconſulto Orphitiano vocantur vulgo quæſiti, *§. noviſſime, de ſenatuſc. Orphitiano*. Sic etiam fratres vulgo quæſiti inter ſe ſunt cognati, & ſuccedunt tantum ex hac parte. Sic etiam liberi vulgo quæſiti aviæ maternæ ſuccedunt ex hac parte. Sic apparet ſpurios cognationis jus habere, cætera non habere. Excipitur mater illuſtris: nam ſpurii matri illuſtri non ſuccedunt, ſi extent juſti liberi: mater tamen eis ſuccedit, *l. ſi qua, C. de ſenatuſc. Orphit.* Spurii hæc etiam jura babent. Primum ſpurii alendi ſunt, & extra ordinem cogunt matrem: ita etiam alunt matrem, *l.ſi quis à liberis, §.idem in liberis, ſup.de agnoſc. vel alend. liberis*. Præterea adverſus teſtament. matris habent querelam, *l. ſi ſuſpecta, §.1. ſup.de inoff. teſta.* Item habent jura libertorum maternorum, *l.patr.quidem, ſupra de bonis libertorum.* Item non poſſunt in jus vocare matrem ſine venia, *l.4. in fine ſup. de in ju. vocando*. Obſtat *l.4. §. ſciendum, inſ.de gradibus, & affinibus*, ubi dicitur ſpurios nec cognationem habere, nec ſucceſſionem, ſed cognatio hic accipitur pro agnatione. Poſtremo cognatis dari hanc bon. poſſeſſ. etiamſi cognatos accuſaverint capitis per calumniam, *l. 6. hujus tit.* Et in hoc diſtant à patronorum filiis, nam filii patronorum hoc caſu amittunt jura paternorum libertorum.

Ad L. Is, qui aliqua vet.

Triplex eſt capitis deminutio. Maxima affert ſervitutem, media affert peregrinitatem, minima affert novam familiam. Igitur minima capitis deminutio ſolvit agnationem, ſive jus agnationis. Ergo in priori familia agnationem amittit: veluti emancipatione. Cognatio vero non ſolvitur minima capitis deminutione: nam jus cognationis naturale eſt, in *§. ult. de legit agnat. tutela, l. jura, de diver. reg. juris*: Aliud dicendum eſt in media, & maxima capitis deminutione: nam his modis omnis cognatio ſolvitur, ut puta peregrinitate, deportatione, *§. ult. de capitis deminutione*. Ergo jus ſanguinis aliquo jure dirimitur, quoniam hæ capitis deminutiones ſimiles ſunt morti: mors omnia ſolvit: omnia dirimit. Et ideo me effecto ſervo, mater mea mihi deſinit eſſe mater. Item pater, & frater. Item me deportato mater mihi eſſe deſinit, *l.2. §. 1. ad Tertillianm, inf.* Eadem ratione fit, ut filio deportato non detur contra tab. *l. t. §. ult. de bon. poſſ. cont. tab. ſup.* Eadem quoque ratione filio deportatn non conſervantur legata, *l.t. §. t. de leg. præſt. ſup.* Regula juris hæc eſt: *jura ſanguinis nullo jure dirimi poſſunt*, quæ non refertur ad has duas cauſas, quæ morti aſſimilantur. Nunc quæritur manumiſſus an recipiat cognationem, quam ſervitutis caſu amiſit? minime: hoc eſt, quod ait hæc lex 7. Ergo mater filii libertini, & manumiſſi ex ſervitute non poteſt ei ſuccedere ex ſenatuſconſulto Tertulliano, *l.2.§.t.inſ. ad Tertull.* Sed aliod dicendom eſt in reſtitutione principis: nam reſtitutus recipit cognationem, *l.t. §. filio, ad Tertyllia. inf.* Sic etiam deportatus ſi reſtituatur, cognationem recipit, *l.t.§. ult. de bon.poſſ.contra tab.* Nam verbum *reſtituendi* latius patet, quam manumittendi. Ergo reſtitutio eſt planior, quam manumiſſio. Manumiſſio non facit ingenuum, at reſtitutio facit ingenuum: his, quæ diximus, opponunt interpretes *l. ſi cognatis, de rebus dubiis, ſup.* Loquitur lex de legato relicto cognatis: cognati fiunt duobus modis, natura & adoptione, *l.t.§.adoptionem, hoc tit.* Qui legat cognatis, his omnibus legat. Sed quærit lex, quid dicendum ſit ſi cognati ſint tempore facti teſtamenti: tempore autem mortis teſtatoris non ſint cognati? finge: deſierunt eſſe medio tempore cognati, & manſerunt in civitate: quomodo fieri poſſit hoc quæritur? hoc fit in cognatis per adoptionem: hi deſinunt eſſe cognati emancipatione, quia per adoptionem eam tantum cognationem acquiſierunt. Hi igitur venient ad legatum cum fuerint cognati tempore teſtamenti facti. Quid ſi fuerint cognati tempore mortis, non autem tempore teſtamenti, an hi ad legatum venient? & dicitur eos venire facilius ad legatum. Ergo hoc conclu-

da-

damus : ſufficere cognatum fuiſſe alterutro tempore. A Rurſus creditor obſtare his, quæ dicuntur in ea l.regula Catoniana, quæ eſt. quod inutile foret legatum, ſi teſtator ſtatim deceſſerit : nunc ſic ajunt : ſi teſtator ſtatim deceſſiſſet, ii qui tum non erant cognati, non fuiſſent admiſſi ad legatum : ergo non facilius admittendi ſunt ad legatum : Sed dicendum eſt, regulam Catonis non habere locum hic : nam regula Catoniana loquitur de legato inutili, ut ſi quis legaverit rem tuam: hoc autem legatum relictum cognatis, ſi teſtator ſtatim deceſſiſſet, non diceretur inutile, ſed diceremus non datum intelligi, *l. 1. ſup. de reg. Catoni*. His, quæ diximus in principio opponitur *§. illud, de gradibus cognationis, in Inſtitution.* ex eo §. colligunt manumiſſum recipere cognationem. Sed Juſtinianus hoc non dicit, ſed tantum dat ſucceſſionem patris libertini ejus filiis quaſi legitimis, B quamvis non ſint cognati : non dat tamen id reliquis, quia non ſunt cognati.

Ad §. Fratris l. penult.

Sciendum eſt, hoc jure ſurdum non facere poſſe teſtamentum, niſi à principe impetraverit, *l. qui in poteſt. §. 1. & l.* quæ ſequitur *ff. de teſtamentis*. Excipiendus eſt miles, *l. jure militari, de militari teſtam.* Cur non poteſt facere? quia verba ejus, qui emit familiam per æs, & libram, exaudire non poteſt : ſed hæc ratio hodie ceſſat. Alia ratio eſt, quia non poteſt exaudire teſtes in teſtamento ſuo teſtimonium perhibentes ſibi : nam & teſtatores eos ita invocabant : vos, Quirites, mihi C teſtimonium perhibetote : Ex conſtitutinne Juſt. ſurdus poteſt teſtari, in *l. diſcretis, C. qui teſtam. facere poſſunt*. Species eſt : patruus ſcripſit fratris filium heredem ex parte aliqua : fratris filius contendit eum eſſe ſurdum, & ideo non habere teſtamenti factionem. Quæritur ex quo die computentur centum dies, qui ſunt præſtituti petendæ bon. poſſ. an ex quo die profitetur ſe intellexiſſe ſurdum fuiſſe patruum? minime : ſed computantur tempora ex die mortis, & ei tunc cedunt tempora, *l. ſi filium, C. de liber. cau.*

Ad L. ultimam.

Sciendum eſt, matrem ſuccedere ex ſenatuſconſulto Tertylliano. D Sed frater conſanguineus excludit matrem : at ſoror conſanguinea ſimul admittitur : conſanguinei ſunt ex eodem patre : frater uterinus non excludit matrem. Item ſoror uterina. Nunc fingamus: filia deceſſit ab inteſtato relicta ſorore uterina, relicta etiam matre prægnante ex alio viro. Mater ſuccedet filiæ: nam qui objiciuntur ſunt uterini. Sed finge, matrem repudiare. Hoc caſu vocatur non tantum ſoror, quæ nata erat, ſed etiam ea, quæ erat in utero matris, quia erat concepta viva filia, *l. 1. §. ſi quis proximior, ſup.*

AD TITULUM
UNDE VIR ET UXOR.

E QUARTUS gradus eſt unde vir, & uxor in ſucceſſione ingenuorum. Hic explicabitur *l. unica, inf. unde vir & uxor*. Si quis moriatur, ſine liberis, ſine agnatis, & cognatis, tunc ſuccedet uxor, *l. 1. C. eod. tit. l. ult. C. quorum bonorum*. Deficiente autem viro, & uxore, tunc fiſcus admittitur ex l. Julia caducaria, *l. quidam, §. quoties, de leg. 1. ſup.* ut detur bon. poſſ. unde vir & uxor, tria exigimus, ut ſit juſtum matrimonium, *l. 2. §. 1. ſup. de his, quibus ut indignis*. Item exigimus, ut uxor ſit mortis tempore. Tertio exigitur, ut legitimo modo factum

A ſit divortium, quoniam ſi divortium non ſit factum jure, non ſuccedunt invicem. Divortium non fit jure ſi liberta, quæ nupta eſt patrono, eo invito divertat. Hoc eſt ex l. Julia de maritandis ordinibus, *l. in eo jure, ſup. de ritu nuptiarum*. Item divortium non fit jure, ſi non fiat ſolemniter l. Julia de adulteriis, *l. nullum, ſup. de divortiis*. Ideoque ſi ita factum ſit divortium, matrimonium adhuc durat. Quamobrem ſi poſt divortium tale fiat donatio, non valet, *l. ſi non ſecundum, & l. vir uxori, ſup. de donat. inter virum, & uxorem*. Sciendum eſt tamen hoc caſu non committi adulterium cum ea, quæ diverterit, *l. pen. inf. ad l. Juliam de adulter.* loquitur l. de divortio facto ex lege. Hæc l. intelligenda eſt de l. duodecim tabularum: nam fiebant divortia ex l. 12. tab. M. Cicero in 3. Philippica. Quæ non retinet animum B uxoris, jura uxoris retinere non poteſt. Uxores indotatæ ſuccedunt aliqua ex parte etiam extantibus liberis ex conſtitutione Juſtiniani, in *Novella de exhibendis reis*, in *l. 1. C. unde vir & uxor*. Dubitatur, quid ſit ex jure antiquo. Eo in loco Thalelæus interpretatur, jus antiquum dici reſpectu legis Papiæ decimariæ; Sed hoc aperte falſum eſt : nam hæc l. Papia decimaria pertinet tantum ad cauſam teſtamenti. At illa l. pertinet ad cauſam inteſtati : itaque eo in loco jus antiquum dicitur reſpectu cujuſdam conſtitutionis novæ eorumdem Imperatorum : cujus ſententia extat in *l. ult. de legitimis heredibus in C. Theodoſiano*. Sententia hæc erat. Liberis extantibus omnimodo excludi uxores, vel conjuges. Parentibus autem extantibus, & aliis propinquis, admittentur ad certam partem, deinde addebatur, nullis extantibus ſervari jus antiquum. C

AD TITULUM
DE SUCCESSORIO EDICTO.

NECESSARIO repetenda eſt regula juris antiqui, qua cavetur, in ſuis heredibus non eſſe ſucceſſionem, neque in legitimis, *l. 1. §. ſciendum, de ſuis, & legit. heredibus, inf.* finge: mortuus eſt avus relicto filio, & nepote ex eo : filio abſtinente ſe, cui defertur primum hereditas jure ſui heredis? nepos non eſt avo ſuus heres: nam pater eum D præceſſit, & tempore mortis avi, & tempore delatæ hereditatis : hoc eſt, quod dicitur, in ſuis non eſſe ſucceſſionem. Et hoc etiam caſu filius licet ſe abſtinuerit, tamen heres manet, *l. 6. §. ſi filius, ſup. de bonis libertorum*. Quomodo igitur ſuccedet nepos? nepoti hoc caſu dabitur bon. poſſeſſio unde legitimi : at poteſt defendi, nepoti etiam dari bon. poſſ. unde liberi : nam in ea bon. poſſ. prætor non ſpectat jus civile, ſed naturam tantum ſpectat, *§. emancipatus, & §. minus, de heredit. quæ ab inteſtato deferuntur in Inſtit.* nepos igitur non erit heres jure civili quaſi ſuus: ſed ut nepos, non civili jure, ſed jure honorario. Aliud exemplum ſumitur ex *l. qui ſ. patris, §. ult. C. unde lib.* Species hæc eſt, non adeo difficilis : mortuus eſt avus relicto filio, & nepote ex eo filio : hoc caſu filio defertur hereditas patris ſui avi. E Sed finge : mortuus eſt filius antequam ſe immiſceret, & acquireret hereditatem : quæritur an nepos ſit heres ſuus avo? hoc caſu ſi filius ſe immiſcuiſſet, hoc non quæreretur : hic diſtinguendum eſt ita. Quæritur autem de jure civili : aut hic nepos ſuſcipit hereditatem patris ſui .i. filii, aut non. Si ſuſcipit hereditatem filii, ſuſcipit etiam hereditatem avi, ſed hoc fit jure transmiſſionis, quoniam tranſmittunt parentum hereditates ad heredes, *l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legiti. liberis, l. 2. §. ſi quis ex liberis, ad Tertilli. ſup.* Quid dicemus ſi nepos hic nolit eſſe heres patris ſui? hoc caſu ceſſat tranſmiſſio, aut ſi avo ſit heres; Licuit non eſſe heredem, nec ullo modo heres eſt avo jure civili, etiamſi fuerit in poteſtate avi. Multo minus

nus heres eſt ſi fuerit emancipatus ? ſed tamen Prætor hoc caſu nepoti dabit bon. poſſ. unde liberi, & hæc bonor. poſſ. omnimodo eſt neceſſaria, quia jure civili non vocatur, ſicut neceſſaria eſt emancipatis bon. poſſ. ab inteſtato, ſic neceſſaria eſt cognatis, *l. 2. l. ult. C. unde legit.* His addendum eſt etiam in legitimis non eſſe ſucceſſionem, ut ſcribit Ulpianus *in fragmentis* tit. *de legit. heredibus*. Mortuus eſt frater, fratri ſuperſtiti defertur bon. poſſ. ab inteſtato: at hic frater moritur dum deliberat de adeunda hereditate fraterna. Quæritur, an filius fratris admittatur quaſi legitimus? minime, quoniam in legitimis non eſt ſucceſſio. Nam ſucceſſio legitima defertur proximiori: tempore delatæ hereditatis frater fuit proximus, non filius fratris. Ergo filio fratris non defertur jure legitimo. Atque hic filius fratris non utitur jure tranſmiſſionis, *l. unica, §. in noviſſimo, C. de caducis tollendis*; *Paulus lib. 4. Sententiarum, tit.* 8. quia hereditas legitima proximioribus defertur. Prætor tamen dabit ei bon. poſſeſ. unde cognati, *§. placebat, de legit. agnat. ſucceſſione*. Prætor non dabit ei unde legitimi, quia non eſt legitimus, idem obtinet in hac ſpecie. finge: idem frater ſuperſtes delata hereditate, necdum agnita, eſt capite deminutus, adrogatus eſt forte, frater non admittitur hoc caſu, quoniam fuit proximior agnatus tempore delatæ hereditatis, ſed neceſſe eſt etiam, ut ſit proximior agnatus tempore aditæ hereditatis, *l. 3. unde cognati*. Non admittitur etiam fratris filius, quaſi agnatus, quoniam in legitimis non eſt ſucceſſio, ſed admittitur unde cognati à prætore. Videamus de cognatis: an eſt in cognatis ſucceſſio? cognatorum ſucceſſio manat ex ſolo beneficio prætoris, in his cognatis eſt etiam ſucceſſio, finge: non petente bon. poſſ. avi magni admittitur propior ſobrinus, qui eſt defuncto quinto gradu. Hi ſunt cognati, *l. 2. C. de ſucceſſ. edict.* Sciendum eſt, hodie ex conſtitutione Juſtiniani etiam in legitimis eſſe ſucceſſionem. Ergo hodie moriente fratre dum deliberat fratris filius, ſuccedet ex illa parte unde legitimi vocantur. Duas habet rationes conſtitutio Juſtiniani. Prima eſt, quia abſurdum eſt dare ſucceſſionem inter cognatos, & non dare inter agnatos, ſed hæc ratio levis eſt, ſequens ratio melior eſſe videtur, ait Juſtinianus in tutelis legitimis eſt locus ſucceſſioni, id eſt, proximiori agnato non admiſſo ad tutelam, is qui ſequitur ſuccedit in tutelæ adminiſtratione, *l. 3. §. penult. ſup. de legitimis tutoribus*. Quod obtinet in onere, obtinet etiam in lucro, bonum argumentum eſt, quod ſumitur à tutelis legitimis ad hereditates legitimas, nunc videndum eſt de qua ſucceſſione agatur in hoc edicto. Hic agitur de ſucceſſione duplici, una eſt, ut deficientibus liberis ſuccedant legitimi, deficientibus legitimis, ſuccedant cognati, deficientibus primis agnatis, quibus delata eſt bon. poſſeſ. unde legitimi, ait l. deficientibus illis agnatis ſequentibus agnatis detur unde cognati. Hac ſucceſſione ordini ſuccedit ordo. Altera ſucceſſio eſt, ut deficientibus, vel excluſis primis liberis, quibus primum delata eſt bon. poſſ. unde liberi, ſequentibus liberis detur hæc eadem, ſic etiam ut deficientibus primis cognatis, ſequentibus hæc eadem bon. poſſ. unde cognati detur: hac ſucceſſione gradus gradui ſuccedit, huic edicto etiam eſt locus in bon. poſſeſ. contra tab. *l. 2. ſup. de bonis libertorum*. Species eſt: libertus teſtamentum fecit, hoc caſu lex non vocat patronum, prætor tamen vocat ad dimidiam partem per contra tab. Finge: filius omittit, tunc ſuccedit filius alius patroni. Ex eo apparet cur dicatur edictum ſucceſſorium, & dicitur, quod det ſucceſſionem inter bon. poſſeſſores, ut ait *l. 1. hujus tit.* Dicitur etiam hoc edictum ſucceſſoria pars. Dicitur etiam caput ſucceſſorium, *l. 1. §. penult. ſup. de juris, & facti ignorantia*. Item in *§. ſed videndum, & l. ult. hoc tit.* Item *in l. ult. C. hoc tit.* Prætor propoſuit partem unde liberi, partem unde legitimi; partem unde cognati: deinde propoſuit hanc partem ſucceſſoriam. Hoc edictum ſucceſſorium nihil pertinet ad virum, & uxorem: Ideoque hic titulus præcedit titul. *unde vir & uxor*. Poſtremo ſciendum eſt, edicto ſucceſſorio aliud etiam comprehendi: nempe, præſtituta ſunt tempora petendæ bonor. poſſeſſ. ſucceſſorio edicto, *l. ſi quis inſtituatur, §. 1. de heredibus inſtituen.* Cur præſtituta ſunt hæc tempora? hoc oſtenditur in initio hujus legis .i. præſtituta ſunt ne fiat mora longior creditoribus, ne diutius bona jaceant, ut cito aliquis ſuccedat, quod etiam oſtenditur in *§. cum igitur, de bon. poſſ. in inſtit.* Additur etiam, ut ſciant creditores cum quo agere debeant, & ut ſciant, an bona fiſco delata ſint. Denique ut ſciant an ſibi bona ſint concedenda: nam ſubmotis his omnibus, deficiente etiam fiſco, bona tunc ceduntur creditoribus, *l. ejus, §. 1. ſup. de teſtamentis*. Ita fit, ut quis plerunque ſine ſucceſſore moriatur, *l. habere, ſup. de evictionibus*. Liberis, & parentibus datur annus ad petendam bon. poſſ. cæteris omnibus dantur centum dies, cur liberis detur largius tempus, oſtenditur in *§. largius, hujus l. 1.* Datur eis annus quoquo jure veniant ad bon. poſſ. id eſt, etiamſi non veniant quaſi liberi, vel parentes. Hoc oſtenditur in *§. ult. hujus l. 1.* & hoc eſt ex Juliano, ſententia Juliani eſt in *l. penult. §. ult. inf. quis ordo in bon. poſſ. ſervetur*. Datur etiam annus ſi per ſervum inſtitutum adquiſierint bonor. poſſ. ſecundum tab. in *§. penul. hujus l. 1.* non ſpectamus quis ſit inſtitutus, ſed quis petat bon. poſſeſ. Nunc notandum eſt, interdum intra annum urgentibus creditoribus liberos, vel parentes interrogari poſſe, an velint eſſe heredes, & bon. poſſ. admittere in *§. nonnunquam hujus l. 1.* Idem fit in ſpecie *l. 1. inf. de curatore bonis dando*. Sic etiam in ea ſpecie fit, & hoc caſu ſi repudiaverit dum tempora ſuffecerunt, vocabuntur ſequentes, vel fiſcus vocabitur, vel bona cedentur creditoribus, *l. 1. §. plane ſi temp. ſi tabul. teſtamen. nullæ extabunt, inf.* idem dicitur in *§. qui ſemel. hujus l. 1.* At quid ſi dicant ſe adhuc deliberare? lex ait, non eſſe præcipitandos. Intereſt viventium ne præcipitentur dum juſte deliberant? intereſt morientium habere ſucceſſores, *l. & quia, ſup. de interrogat. in jure faciendis*. Quorſum diſputatur de deliberatione: nam ſoli extranei heredes deliberant? liberi ſui non deliberant, ſed exiſtunt heredes ſtatim etiam inviti, & ignorantes, *§. extraneis, de heredum qualitate, & differ.* In ſpecie propoſita parentes filiis ſunt heredes extranei: fateor tamen in liberis ſuis huic ſententiæ locum non eſſe, quoniam ſtatim heredes ſunt neceſſarii. Iis tantum præfiniuntur tempora, qui deliberare poſſunt.

Ad §. ſi quis autem.

DUæ traduntur interpretationes ad hunc §. prima eſt: quidam habebat duos filios, unum puberem, & alterum impuberem, impuberi filio ſubſtituit fratrem in ſecundo caſu. Hoc caſu fratri ſubſtituto utrum dabitur annus, an centum dies? ait fratris ſubſtituto dari centum dies, quia ſuccedit ut frater, non ut pupillus. Altera interpretatio eſt hæc, avus inſtituit nepotem impuberem, & ei ſubſtituit filium, id eſt, fratrem ejus nepotis, ex hoc §. colligunt, in hac ſpecie patri ſubſtituto annum non dari, quod falſum eſt: nam ſubſtitutus, qui petit ſecundum tab. eſt pater, igitur neceſſe ei datur annus. Hæc igitur verba non poſſunt adaptari ad hanc ſpeciem. Verum duo obſtant priori interpretationi. Primum obſtat *l. 1. de ſuis, & legit. liberis*, l. ait fratrem fratri legitimum heredem eſſe, & non repelli lapſu centum dierum. Hoc ſic explicandum eſt, in ea l. agi de jure civili, & de aditione hereditatis: item agitur de hereditate ab inteſtato, ab hac hereditate frater lapſu centum dierum non repellitur: at hic agitur de jure prætorio, & de hereditate ex teſtamento. In qua ſucceſſione capienda præfiniti

ſunt

ſunt dies centum; etiamſi quis velit adire eam hereditatem, quoniam in formula cretionis erat, ut quis adiret in diebus centum proximis, quibus ſciret, poſſetque, *l. Pannonius, ſup. de acquirenda heredit. l. ſi quis inſtituat, §. 1. ff. de hered. inſtit.* Fortius obſtat huic §. regula juris, qua cavetur eum, qui eſt patri heres neceſſarius, cum eſſe etiam heredem neceſſarium pupillo, ſi ſit ei ſubſtitutus neceſſarius, ut puta ſervus eſt neceſſarius heres teſtatoris, ſed neceſſe eſt, ut ſit heres patris neceſſarius, hoc oſtenditur in *l. 2. §. prius, l. ſi plures, §. 1. de vulgari ſubſtit. l. ſi pupil. de acquirenda hereditate*. Hoc caſu frater fratri impuberi eſt neceſſarius heres, ſi eſt neceſſarius, ergo non dantur ei tempora. Dicendum eſt, fingendum eſſe neceſſario ſic ſubſtitutum fratri impuberi non fuiſſe heredem patris, vel etiam fingamus, fuiſſe heredem patris, ſed non neceſſario, & ideo merito ei dantur centum dies, quoniam non eſt invitus heres dubitari poterat hoc caſu an ei dandus eſſet annus, quoniam pater ei hanc hereditatem defert: nam revera unum eſt teſtamentum, ſed tamen duæ ſunt hereditates, paterna, & fraterna, *§. igitur, de pupill. ſubſtit.*

Ad §. Unuſquiſque.

AB hoc §. incipit tractare de repudianda bonorum poſſeſſ. quæ quæſtio maxime pertinet ad hoc edictum; ut ſciatur quando ſequentes admittantur ex ſucceſſoria parte: unuſquiſque poteſt repudiare ſuam bon. poſſeſſ. alienam vero non poteſt: hoc generaliter verum eſt, ſed hic ſtatim quæritur de procuratore? quia vice domini eſt? minime, niſi ſpecialiter hoc ei mandatum ſit, quod oſtendit *§. proinde*: hic quæritur an poſſit procurator admittere bonorum poſſeſſ. item hic quæritur de hereditate: hoc expoſui in *l. 3. §. adquirere, ſup. de bon. poſſeſſ.* Sed deinde quæritur, an dominus poſſit repudiare bonorum poſſeſſ. delatam ſervo inſtituto? l. ait poſſe, quod ſequitur in *§. per ſervum*, quod obtinet etiam in legato, *l. 7. ſupra, de leg. 1.* ſed opponitur *l. Titia. §. Lucia, de legat. 2.* ubi oſtenditur dominum non repudiare fideicommiſſum ſervo delatum, in eo §. loquitur de legato adquiſito: delatum poteſt repudiare: at acquiſitum legatum per ſervum ſero repudiat, ſed amittit ſi velit. De patre nunc quæri poteſt? pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſſ. filio delatam, *l. 2. C. de repudianda bon. poſſeſſ. l. ſervus, ſup. de bon. poſſeſſ.* Rurſus quæritur quid juris ſit in tutore, an etiam tutor poteſt repudiare bon. poſſeſſ. delatam pupillo? minime, ſed pupillus repudiat tutore auctore. Idem dicendum in curatore adoleſcentis, ſed ipſe adoleſcens repudiabit curatore auctore. Quod dicemus in curatore furioſi? hic etiam repudiare non poteſt, nec furioſus ipſe, quia non eſt delata bonor. poſſeſſ. Ea tantum repudiantur, quæ delata ſunt in *§. decretalis, inf. & in l. is, qui heres, in principio, l. nec is, in fine, ſup. de adquir. hereditate*. Idem eſt in adquiſitione, *l. delata, de verb. ſignific.* Item *l. ſi poſt mortem, §. 1. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Hoc caſu datur furioſo decretalis, *l. ult. C. de curatore furioſi, in §. furioſi hujus l. 1.*

Ad §. Decretalis.

IN hoc §. oſtenditur, decretalem bonor. poſſeſſ. non repudiari. Sola edictalis repudiatur, quoniam non ante defertur, quam decernatur: cum jam eſt decreta, etiam non repudiatur, quia adquiſita eſt, quod adquiſitum eſt non repudiatur: ait tamen hoc in §. decretalem amitti tempore, id eſt, finitur tempore: ut Carboniana finitur pubertate, *l. 3. §. puberi, ſup. de Carb. edicto.* Item decretalis, quæ furioſo interim datur, ſanitate recepta finitur, *l. 2. §. igitur & ſi furioſo, inf. ad Tertyllian.*

Ad §. Si intra.

VIdentur hæc verba eſſe edicti: nam deinde hæc verba interpretatur Juriſconſultus: petenda eſt bonor. poſſ. intra diem centeſimum exceptis liberis, & parentibus, his verbis etiam comprehenditur dies centeſimus, quod obſervatur etiam in ſtipulationibus. Huc pertinet *l. eum, qui, §. qui ita ſtipulatur, de verbor obligat. inf.* ait hic §. idem ſignificari, his verbis in diebus centum, *quibus ex edicto*. Hæc etiam verba ſunt edicti ſucceſſorii.

Ad §. Sed videndum.

EX hoc §. oſtendi, quomodo ſit accipienda illa regula juris, quæ extat in *l. quoties duplici, ff. de regulis juris*, ut dixi in *tit. unde legitimi*. Finge: hereditatem deferri jure novo, & veteri. Finge: matri defertur hereditas filii per unde cognati, hoc eſt jus vetus: ſuccedit etiam mater filio jure novo quaſi legitima: hoc eſt ex ſenatuſconſulto Tertylliano, *l. 2. §. ult. ſup. unde legitimi*: hoc autem Tertyllian. ſenatuſconſult. dicitur novum, *l. tutelas, §. licet. de capite minutis*. Nunc hoc jus novum defertur matri, priuſquam unde cognati. Sed repudiata bonor. poſſ. unde legitimi, ſupereſt jus vetus.

Ad L. 1. Inferioris.

ILlud certum eſt, ſequentem admitti ex hoc edicto ſi prior omiſerit, vel etiam ſi prior excluſus ſit tempore, vel morte, vel capitis deminutione: at ſi prior agnoverit, hoc edictum ceſſat. Nunc quæritur quid juris ſit ſi prior agnoverit bonor. poſſeſſ. & abſtinuerit ſe per reſtitutionem in integrum: an ſequenti ſit locus, & an admittatur ex ſucceſſorio edicto? l. ait ſequentem non admitti, quia jus cognationis ſemel finitum eſt unius agnitione, ſed admittitur fiſcus, quia bona vacant, vel etiam bona conceduntur creditoribus, ſi non ſint lucroſa, *l. ejus, § 1. ſup. qui teſtamenta facere poſſunt*. Notandum hic eſt, verbum abſtinendi non tantum uſurpare ſuos, ſed etiam extraneos, qui adierunt, vel qui agnoverunt bonor. poſſeſſ. Eodemque modo exheredationis verbum cadit in extraneos, ſi ſint heredes ſcripti, *l. paterfamilias, ſup. de heredibus inſtituendis*: huic legi multa opponuntur, primum *l. 1. §. ſi quis adita, ad Tertyllianum, inf.* Sententia l. eſt, filius ſuccedit matri ex ſenatuſconſulto Orphiciano, & excludit agnatos matris, & conſanguineos. Quid tamen ſi filius repudiaverit hereditatem matris? Hoc caſu conſanguinei admittuntur. Quid dicemus ſi filius adiit, deinde eſt reſtitutus? l. ait hoc caſu conſanguineos admitti. Item obſtat *l. 2. §. ſi bon. ad Tertyllianum.* Mater ſuccedit filio ex Senatuſconſulto Tertylliano, ſed matri præfertur filius defuncti. Sed ſi hic repudiaverit, mater admittetur. Idem eſt ſi filius defuncti petierit bon. poſſeſſ. ac deinde reſtitutus ſit abſtinendi cauſa: hereditas devolvetur ad matrem. Præterea obſtat *l. 6. §. ſi filius, ſup. de bonis libertorum*, filius liberti teſtati deceſſit facto teſtamento, excludit patronum etiam præteritus: quid dicemus ſi filius repudiaverit? tunc admittetur patronus: idem eſt ſi filius liberti immiſcuerit ſe, deinde reſtitutus ſit. Poſtremo obſtat *l. ſi minor, ſup. de adquirenda hereditate*. Duo heredes erant, qui adierunt, unus abſtinet ſe beneficio reſtitutionis, ejus portio ad quem pertinebit? l. ait, ejus portionem pertinere ad coheredem, ſi velit onera hereditaria ſubire, & tamen non adcreſcet invito. Pars coheredis non adquiſita invito adcreſcit coheredi. Illud conſiderandum eſt, hanc l. loqui de cognatis tantum tertii ordinis: poſt cognatos vocatur fiſcus deficiente uxore: omnes autem cognati vocantur eodem jure, id eſt, jure cognationis: proximiore

autem cognato accipiente bonorum poſſeſſ. cæteri A non poſſunt venire eodem jure, quoniam ſemel eis recluſum eſt jus cognationis. Alii tamen, qui veniunt alio jure admittuntur, ut puta fiſcus ex l. Julia. Sic etiam in ſpecie *l. 1. §. ſi quis adita*, filio ſe abſtinente, qui acquiſierat hereditatem ex jure novo, admittuntur agnati mulieris ex jure antiquo: ſic etiam in *l. 2. §. ſi bono. ad Tertyllianum*, abſtinente ſe filio defuncti, qui adquiſierat hereditatem ex jure antiquo, deinde admittitur mater ex jure novo. Eadem eſt ratio *§. ſi filius l. 6. de bonis libertorum, ſup.* Eadem eſt ratio *d. l. ſi minor*, l. coherede ſe abſtinente, qui heres extiterat jure inſtitutionis, coheres admittitur jure adcreſcendi. Nunc ad hæc, quæ diximus valde pertinet explicatio *§. ſed quod Papinianus l. & ſi ſine ſup. de minorib.* Vulgaris ſubſtitutio finitur aditione, *l. poſt aditam. C. de impuber.* B Et hoc verum eſt, ſi vulgaris ſubſtitutio nnn ſit facta impuberibus. Nunc finge: heres inſtitutus, cui datus eſt ſubſtitutus vulgaris, hereditatem adivit, deinde beneficio ætatis reſtitutus eſt, ut ſe abſtineret: priori aditione extincta eſt ſecunda aditio: an convaleſcit reſtitutio vulgaris? minime, quoniam ſubſtitutus vocatur eodem jure, nempe ex teſtamento. Igitur eo caſu locus erit agnatis, qui alio jure veniunt. Rurſus ſententiæ hujus *§. ſed quod Papinianus* opponitur *l. ex contractu, ff. de re judicata*. Species eſt: actum eſt cum pupilla ex contractu patris, & condemnata eſt, poſtea ſe abſtinuit hereditate patris, & bona, inquit, pervenerunt ad ſubſtitutum, & quæritur, an ſubſtitutus tenebitur actione judicati? ait teneri. Ergo in ea ſpecie, & ſi pupilla abſtinuerit, videtur convaleſcere C ſubſtitutio: dicendum eſt ibi pupillam ſe non immiſcuiſſe: & hoc etiam lex non ait, ſi ſe miſcuiſſet, finita eſſet vulgaris ſubſtitutio. Item nihil de reſtitutione. Cur ergo actum eſt cum ea pupilla, cum non ſe immiſcuerit? ſubſtitutio vulgaris, quæ ſit pupillo non finitur, quod heres ſit, ſed quod ſe immiſcuerit: at deinde in *dicta §. ſed quod Papinianus* excipitur unus caſus, in quo locus eſt ſubſtituto vulgari, idque fit ex reſcripto divi Pii. Hic eſt caſus, ſi ſervus neceſſarius heres inſtitutus ſit, & hereditas non ſit ſolvenda. Sic etiam in Novella Juſtiniani de heredibus, & Falcidia ſubſtitutus vulgaris admittitur poſt aditam hereditatem. At quæri poteſt in ea exceptione divi Pii, ſi præſens non detuliſſet hereditatem ſervo ſubſtituto, an ſaltem obtineret libertatem ex teſtamento? & ſane non D ſemper obtinuiſſet, niſi inſtitutus eſſet hoc modo: *Si Titius heres non erit, Stichus ſervus meus heres eſto. Deinde adjecit, Stichus liber eſto ſeparatim*. Tunc ſine hereditate poterit capere libertatem, *l. 2. de manumiſſis teſtamento*. Aliud eſt ſi dixerit, *ſi filius heres non erit, Stichus liber hereſque eſto*. Poſtremo tractatur in eo §. contraria ſpecies. Finge: aliquis eſt heres inſtitutus, ei eſt ſubſtitutus ſervus teſtatoris vulgariter: heres repudiavit: ergo ſervus heres, & liber extitit ex ſubſtitutione. Quid fiet ſi inſtitutus reſtituatur adeundi cauſa? Papinianus dicebat, ſervum manere liberum, imo manet etiam heres, quoniam qui heres extitit, non deſinit eſſe heres: effectu tamen non eſt heres, & ideo utiles actiones dantur ei, & in eum, qui eſt reſtitutus in integrum. E

Ad l. Fratres 33. de pœnis, quæ Pap. eſt ex lib. 2. Quæſt. Repetita prælectio.

F*Ratres Imperatores reſcripſerunt, ſervos in temporaria vincula damnatos, libertatem, & hereditatem, ſive legatum, poſtquam tempus expleverint, conſequi: quia temporaria coercitio, quæ deſcendit ex ſententia, pœnæ eſt abolitio. Si autem beneficia libertatis in vinculis veniat, ratio juris, & verba conſtitutionis libertati refragantur. Plane ſi teſtamenta libertas data ſit, & eo tempore, quo aditur hereditas, tempus vinculorum ſolutum ſit, recte manumiſſus intelligitur: non ſecus ac ſi pignori datum ſervum debitor manumiſiſſet, ejuſque poſt liberatum pignus adita fuiſſet hered.*

Certum eſt ſervos ſententia judicis ex crimine aliquo damnatos in vincula perpetua, non fieri ſervos pœnæ, ut damnatos in metallum, *l. aut damnum, §. ult. hoc tit.* & ideo non diſcedunt à dominio prioris domini: nam & à judicibus plerumque dominis reddi jubentur, ſub pœna perpetuorum vinculorum, *l. ſervos, C. eod.* Verum ejus conditionis ſunt, qui damnati ſunt in perpetua vincula, ut nunquam à dominis ad libertatem perduci poſſint ex teſtamento, vel inter vivos: atque adeo ut ex dominorum teſtamento nihil capere poſſint, vel jure legati, vel fideicommiſſi, quia hæc non obtingunt ſervis propriis ſine libertate, *l. ſervus, C. de legat.* Et alia eſt conditio ſervorum, quos non judex publicus, ſed ipſe dominus vinxit pœnæ cauſa, qui dedititiam libertatem conſequi poterant, illi nullam. Loquor ergo de damnatis à judice, & in vincula perpetua: nam damnati in vincula temporaria, expleto tempore pœnæ, à domino manumitti, & hereditatem ex teſtamento domini cum libertate, aut legatum capere poſſunt. Quod h. loco Papin. ait, divos fratres reſcripſiſſe .i. Antoninum, & Verum, exſtatque illud reſponſum, ſi emendetur inſcriptio, & ſubſcriptio, ut Paratitla docent in *l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. perv.* & reſcripti rationem hanc reddit Papin. hoc loco, quia temporaria coercitio vinculorum, id eſt, pœna tempore determinata, ut ait *l. imperator, §. ultim. de poſtulat.* quæ deſcendit ex ſententia judicis, pœnæ abolitio eſt poſt finem temporis, ante finem temporis cum adhuc ſervi ſunt in vinculis, & pœna ſua funguntur, fruſtra manumittuntur: ſed ut ſubjicit eleganter, ſi cum adhuc eſſent in vinculis teſtamento manumiſſi ſunt, & tempore aditæ hereditatis, à quo libertatum diem cedere conſtat, expletum ſit tempus pœnæ: hoc caſu ex teſtamento liberi erunt, quia utiliter ceſſit dies libertatis, *l. ſi privatus, §. ult. qui, & à quib. man. lib. non fiant*: quod confirmat à ſimili: nam & quamvis ſervum ſpecialiter pignori datum debitor manumittere non poſſit invito creditore, *l. 3. ſup. de manumiſſ. l. 1. C. de ſerv. pig. dat. man.* tamen ſi eum manumiſerit teſtamento, & eo tempore, quo aditur hereditas pignus ſolutum ſit, creditori ſatisfactum ſit, libertas ex teſtamento competit, quia dies ejus cedit utiliter, *l. pignori, ſup. de here. inſt.* Male Græci hoc loco deſiderant, ut etiam teſtamenti, & mortis tempore vinculorum tempus, aut vinculum pignoris ſolutum ſit, ex *l. ſi alienam, & l. ſeq. de hered. inſt.* Quibus locis in herede inſtituto, tribus temporibus capacitas exigitur, teſtamenti, & mortis, & aditæ hereditatis: nam ut reſpondeam etiam ſervum in vincula temporaria conjectum, vel in pignus datum retro capacem fuiſſe iis omnibus temporibus dicimus, ſi modo aditæ hereditatis tempore ſoluta ſit pœna, vel obligatio, quia non fuit addictus ſervus ſervituti perpetuæ, aut nexui perpetuo.

AD TITULUM
DE APPELLATIONIBUS, ET RELATIONIBUS.

Lib. 49. Digeſtorum commentarius editus à Dion. Gothofredo, operariorum culpa non ſuo loco editus.

APPELLARE nihil aliud eſt, quam in conſilium advocare magiſtratum, aut principem, quod & provocare dicimus. Dicimus appellationem facere ad principem, *l. Imperatores, h. t.* Hic titul. eſt neceſſarius, non eſt .n. via alia, qua poſſis judicis ſent. iniquas extinguere, quam hæc. Neque objici debet, quod eo modo juſtæ damnentur ſent. nam .i. vitiorum.

Vi-

Digitized by Google

Videamus à quibus rebus appelletur: & quidem appellatur à ſententiis, non ab exſecutionibus ſentent. à ſent. definitivis appellatur, non à præjudiciis i. ſent. interlocutoriis. Quod ſi quis appellaverit à præjudiciis, infligitur ei mulcta 50. librarum, *l. addicto 6. C. de Epiſcop. aud.* Et hæc multa vocatur præjudicialis, quia irrogatur ei, qui de præjudicio queſtus eſt. Appellatio igitur eſt definitionis appellatio. Sententias cum dicimus, controverſiarum ſententias, ſive definitiones dicimus.

Cæterum illud notandum eſt, non tantum à ſententiis appellari, ſed etiam ſi ſent. non proferatur, ut in ſpecie *l. ſi §. alia cauſa, & §. ſolent 3. §. quod in ſent. 6. inf. quando appell. ſit & l. Imperatores 25. h. tit. l. ſi adſcribatum 4. l. hi, qui ad rivi. 7. l. cives 11. C. hoc tit.* Duumviratus magiſtratus eſt municipalis. Scribatus eſt munus ſcribarum, qui magiſtratibus dant operam, aut qui cenſus accipiunt. Perſonalia munera ſunt defenſio civitatis, legatio, ut ſi quis ad ſacrarium principis mittatur, ut in *l. fin. §. legati, ff. de muneribus & bon.* Scribatus oumeratur inter perſonalia munera, de quo *l. fin. §. maſtigophori, ff. de mun. & bon.* Ex his apparet appellari non tantum à ſententiis, ſed etiam à nominationibus, quibus nulla profertur ſententia, ut ait Conſtant. *in l. ſi nominatus in C. Theod.* Omnis appellatio eſt querela, *l. præfecti, ſup. de min.* non tamen omnes querelæ appellationis voce legibus continentur.

Duplicia ſunt tempora appellationum, unum, intra quod interponenda eſt appellatio. Alterum, intra quod interpoſita appellatio excercenda eſt. Ut prius intelligatur, ſciendum eſt, voce fieri, & libello fieri appellationem, ſi eodem ipſo die, quo lata eſt ſententia inter acta, dixerit quis, appello, *l. litigatoribus 14. C. hoc tit.* Ergo fit per libellum, in propria cauſa fieri debet intra biduum, ſi io aliena cauſa, debet fieri intra triduum, *l. 1. §. biduum, ff. quando appell. ſit.* Sed Juſtin. mutavit hæc tempora, & vult, ſive per ſe quis cauſam agat, ſive alienam, decem ei dies dari.

Nunc dicamus de temporibus, intra quæ eſt exercenda appellatio. Hæc tempora appellantur fatalia, quod mortem, & interitum cauſæ afferant: Duo ſunt, quæ mortem cauſæ afferunt: Eremodicium, id eſt, cauſæ jam inceptæ, deſertio, *l. properandum 13. §. hujuſmodi, C. de Judic. & l. 2. ſup. judicatum ſolvi, l. cum quærebatur 13. D. judic. ſol.*

Quæ ſit definitio horum temporum videamus, idque exponit Theod. in *l. 2. de tempor. & repar.* Et conſtituit quatuor tempora fatalia 16. menſium, alterum triginta, & unius diei. Tertium & quartum totidem dierum. Exemplum hujuſmodi, ſi intra ſex menſes appellator non appellaverit, poſt quartum lapſum, quid ſit? poſtulanda eſt à principe reparatio appellationis, & eſt petenda intra tres menſes, & impetrata reparatio non eſt denuntianda adverſario. Deinde id addit Theodoſius, ut ſi quis intra quatuor temporum lapſus reparationem impetraverit, nihilominus à quarto lapſu tres menſes habeat ad excercendam appellationem. Et ita ſe habent, ſi quis à clariſſimis, & ſpectabilib. judicib. appellaverit ad illuſtres, quales præfectus prætorio, magiſter militum, magiſter officiorum: clariſſimi ſunt præſides, correctores, conſulares; ſpectabiles ſunt proconſules, præfectus auguſtalis, Comes orientalis, Comes ſacrarum domorum, *l. 1. C. ut omnes jud. tam civiles, quam militares*, & horum, quam aliorum minor eſt dignitas. Quid ſi appellatum ſit ab eo judice, quem princeps delegavit? poſt quartum lapſum reparationi locus non eſt.

Quid ſi quis appellaverit ab eo judice, qui datus eſt ab illuſtriſſimo, vel clariſſimo, vel ſpectabili; lapſua non erit ſex, ſed duorum menſium: reliqui erunt triginta, & unius diei, & reparationi locus non eſt. Quid ſi tempora fatalia incidant in dies præteritos? placet,

A ut illi dies, qui feriatos præcedunt, pro temporalibus habeantur. Juſtinianus emendat, & probat conſtitutionem Theodoſii, ſi appellationes fiant ex Ægypto ad præfectum prætorio, vel principem. Item ſi ex Libia, & orientali tractu, quem definit uſque ad utraſque Syrias. Idem ex Armeniis .i. ex Armenia 1. & 2. & inferiori, *l. ult. de offic. magiſt. milit.* Et ita de 4. provincia Armeniæ. Item ſi appellatio fiat ex gentibus. Quæ ſint gentes, oſtendit Imperator in *l. ult. C. de offic. magiſt. milit.* Sic in illa l. ultima legendum, *gentes*. Anzitenam videlicet, Ingilenam, Aſtianenam, Sophonam, Sophanenam, in qua eſt Martyropolis, Balabitenam, quæ erant Barbaræ gentes, ſed hanc regionem gentium voluit eſſe quartam Armeniam Juſtinianus.

B Quibus in caſibus conſtitutionem Theodoſii non probat Juſtinianus, videamus: quid juris ſit, ſi cauſa provocatiooe ſuſpeudatur ex aliis orbis Romani partibus: Juſtinianus conſtituit, ut primus lapſus ſit trium menſium, reliqui autem lapſus ſint nonaginta trium dierum.

Deinde addit Juſtinianus, ne uniuscujuſque lapſus dies extremus fatalis ſit, & vult, ut decennium Fatale ſit, & ut eo die cogatur appellator ad cauſam inſtituendam, & ideo, ſive ante diem quartum fatalis diei, ſive poſt quintum diem appellator veniat, & cauſam agat, legi ſatisfeciſſe videtur.

Et hoc obſervandum eſt, ſive præfectus prætorio appellatus ſit à clariſſimis, ſive magiſtratus appellentur à pedaneis judicibus.

C Hæc eſt fatalis diei definitio prodita à Theodoſio, & partim à Juſtiniano. Dices, ſi ego, qui appellavi extremo fatali die exordiar litem appellationis, cur deinde non licebit mihi deſiſtere à lite, & ita longam moram facere? Et huic malo proſpexit Juſtinianus in *l. ult. §. illud autem merito, C. de tempor. & repar. app.* & Nov. 26. & Nov. *de his, qui ingrediuntur ad appellandum*.

Datur itaque biennium inchoata cauſa appellationis ejus cauſæ inſtituendæ cauſa. Verum ne quid amplius temporis detur, ſuadet Juſtinianus in *Nov. de his, qui ingred. ad appellat. &* c. ut prope finem diei adeat judicem appellationis victor.

Illud notandum eſt, unum caſum proditum à Juſtiniano in *Nov.* 93. in quo hæc præſcriptio beneficii ceſ-
D ſat, videl. ſi mota lite appellationis litigatores compromittant in arbitrum, & interea biennium decurrat. Si denuo cauſa agatur apud judicem appellationis omiſſo arbitro, non currit præſcriptio. Nam ſi anno ceſſaverit, ait priorem ſententiam abire in rem judicatam ſi juſta ſit excuſatio. Hæc de eo, qui inchoavit litem appellationis. Illa, quæ ſuperius dicte ſunt ex Juſtin. & Theod. habent locum in eo, qui litem appellationis non inchoavit. Hæc de temporibus, quibus interponuntur appellationes, & interpoſitæ excercentur.

Quod ad primum genus temporum attinet, nil diſtat appellatio ſententiæ à querela nominationis. Nam utriuſque querela proponenda eſt intra biduum, vel triduum, aut ex conſtitutione Juſtiniani intra decem dies.
E Quod ad poſtremum genus temporum, magna eſt differentia inter appellationem, & querelam nominationis. Nam in querela nominationis non indulgetur reparatio, ſed dantur tres menſes, & id dicit *l. 1. C. de tempor. & reparat. appell.* Apparet igitur non tantum à ſententiis, ſed à nominationibus appellari. Cæterum nominationes proprie dicuntur querelæ. Et ita expoſitum eſt à quibus appelletur.

Nunc de conſultatione, & relatione videamus. Conſultatio, & relatio idem eſt: magiſtratus, qui refert ad principem, eum conſulit. Sed conſultationis duo ſunt genera. Quædam fiunt nondum lata ſententia: quædam, quæ poſtea. Fiunt conſultationes à magiſtratibus, & mittuntur ad principem, qua de re con-

ſoluot principem : & quidem de jure non de facto, ut non poiſum conſulere principem, an res mihi ſit donata, legata. Sed eum bene conſulo, an donatio facta mihi ab uxore, valeat. Quædam fiunt non lata ſentcotia, & cum de jure dubitatur, & de his tractatur in Codice de relationibus, & hoc titulo. Quædam fiunt poſt ſententiam, ſive appellatum ſit, ſive non, & tunc hæc conſultatio vicem appellationis habet. Et de his tractatur ſub tit. de appellationibus, & conſultationibus Codice.

Videamus quid inter hæc duo ſit commune. Hoc eſt commune, ut magiſtratus, qui conſulit principem, debeat ad principem mittere ſuam opinionem, & ut magiſt. ſuæ opinionis exemplum edat litigatoribus, & litigatores annectant refutationem opinionis magiſtratus, ſive refutatorias precſs, & debet magiſtratus acta mittere ad principem, & ut hæc omnia confirmentur, vide *l. 1. 2. & 3. C. de relat. l. 3. l. eus, §. ſuper iis, l. quoniam, l. à proconſul. C. de appell. l. inter, D. de interdict. & releg.* Videamus io quo hæc diſtent. Et in eo differunt, quod ſi magiſtratus ſententiam non dicat, ſed coonſulturum ſe principem interloquatur, provocare ab eo litigator non poteſt, ſed tantum poſt reſcriptum provocare poterit. Et ita videtur à ſcripto principis appellari, *l. 2. C. de appellation.* & hoc in *§. 1. l. 1. hoc tit.* oſtenditur.

Huic ſententiæ obſtat *l. ult. quandò appellandum infra*. Sed ibi litigatori oſtenſa fuerunt acta. Hic eſt unus caſus, in quo appellatur à præjudicio. Secundus caſus in *l. 2. de appella. recip.* Tertius caſus ſi judex non admiſerit præſcriptiones peremptorias, *l. cum de præſcript. de appell. in C. Theodoſ.* Quartus caſus, ſi magiſtratus denegaverit locum ad agendum, dilationem inſtrumentorum, *l. nullum, quor. appell. non recip. C. Theod.* Duæ ſunt notæ, quibus diſcernuntur interlocutiones à ſententiis. Una ex re ipſa, ut ſi rem definiat pronunciatio judicis, eſt ſententia; ſi non, præjudicium. Altera, ex formula ferendæ ſententiæ: ſententia recitatur ex libello *tit. de ſent. ex periculo recitan.* Lex prima dicit, ex libello, in l. 2. eſt ex ſcripto. Interlocutiones vero fiunt inter agendam cauſam. Quidquid Judex loquitur, hoc eſt præjudicium. Hodie, ex conſtitutione omnino edenda eſt litigatori opinio ſeu conſultatio, & acta, & refutatoriæ preces ſunt cum opinione ejus, qui conſulit: ad principem mittendæ, *l. quoniam, & l. à proconſulib. C. h. t.* Addenda ſunt, & ſopplementa partium, *l. in offerend. l. ult. §. in refutatoriis, C. eod.* Sed quid fiet, ſi magiſtratus nolit edere? Et quidem hoc caſu litigator ſupplicare principi poteſt, *l. 2. C. ut lite pendente nulli liceat Imper. ſupplic.*

Videamus intra quæ tempora edi debeat opinio, & offerri refutatoriæ preces? in *l. 1. C. de relationibus* ſtatuit Imperator, ut illico edatur opinio, & offerantur refutatoriæ preces. Sed intra quæ tempora ad principem mitti debeant? Imperator Conſtantinus ſtatuit, ut intra triginta dies mittantur, & publicis monumentis edantur, ne fraus ulla fiat. Quod tempus Juſtinianus ratum eſſe voluit, *l. judicib. & l. quoniam 18. C. h. t.* Idque exemplo Apoſtolorum.

Apoſtoli enim ſunt literæ dimiſſoriæ, *l. dimiſſoriæ, ff. de verbo. ſignific.* quibus dimittitur cauſa ad eum, qui appellatus eſt. Reddendis Apoſtolia præſcriptum eſt certum tempus, *l. præſer, C. h. t.* Eſt autem quinque dierum *ex Paulo tit. de dimiſſ. lit.* Sed conſt. Juſtiniani & Nov. 126. ſtatuti ſunt 30. dies, *l. judicibus, C. h. t. in l. 1. inf. de libell. dimiſ.* fit mentio de Apoſtolis. Olim exigi ſolebant ab appellatoribus, *ut Paul. ait lib. 5. ſentent. tit. 34.* ſed hoc à Juſtiniano ſublatum eſt, *l. eos, qui 6. C. h. tit.*

De differentiis conſultationum, & relationum videamus. Dupliciter accipi poteſt conſultationis nomen. ut ſit ejus, qui alium conſulit, aut qui alii conſulit. Et de hac exſtimo agi *in 1. C. h. t.* ut conſtat ex *l. in offerend.* *l. ampliorem, C. eod.* Quoties princeps appellatur, ſolet vocatis proceribus conſultationem habere. In ea certa quædam ratio obſervatur, ſolemnique more cauſa vocata ad principem diſſeritur, *l. 2. C. ut lite pen.* Reſcriptum fit ad relationem: conſultatio ad appellationem, *Novel. de conſult.* A reſcripto appellari poteſt, à conſultatione non item, *toto tit. de appellationibus, & conſultationibus, & tit. de temp. & reparat. appellat. ſeu conſultat.* & non niſi neceſſario relationes fiant ad principem. Præſtita poſt longa litium certamina male facit judex ſi intelligit ſe conſulturum, ſed litem terminare debet, *Novel. 123. l. quotiet C. ubi ſenator. vel clariſſi. l. ult. ff. Quando appella. ſit.* Conſultatio eſt, & non deliberatio, quæ fit à principe.

Dicamus de relationibus. Et tria dicenda ſunt. Unum, ut utrumque de omni re ad principem magiſtratus referat. Illud notandum eſt ſemel interpoſita appellatione nihil eſſe cauſæ cur poſſit magiſtratus permittere relationem, *l. 1. C. de relation.* Intereſt .n. litigatoris potius appellationem admitti, quam relationem permitti, *l. ſi quiſquam hoc 1. C. Theodoſ.* Poſtremo relationibus locum eſſe, cum appellationes non recipiuntur, *l. ſciendum, inf. de appel. recip.* Quæ ut intelligantur, ſciendum eſt: Interpoſita appellatione, ſive recepta ſit, nihil novari poſſe, *l. 3. C. hoc tit. & l. 1. inf. Appellat. interpoſi. nihil innovar. §. illas vero, Novel. ut nulli judic.* Interdum tamen res mobiles ſequeſtro deponuntur interpoſita appellatione, præſertim ſi poſſeſſor condemnatus appellaverit, *l. 21. inf. hoc tit. l. 5. C. quor. appellat. non recip.* Quod ſi petitor appellaverit, non eſt neceſſe fructus medii temporis apud ſequeſtrum deponi, *dict. l. ab exſecutione*, quæ lex citatur à Symmacho in epiſtolis ad Imperatorem Theodoſium. Illud addendum, interpoſita appellatione, quæ non recipitur, magiſtratum omnino cogi opinionis ſuæ litigatoribus exemplum edere. Hoc autem caſu, ſi appellator vicerit, judex punitur, qui non receperit appellationem: & punitur in triginta quinque libras, *d. l. à proconſulibus*. Quod ſi appellatio non fuerit recipienda, tunc non punitur judex, *l. quoniam, C. hoc tit.* Et hic videatur *l. ſciendum, inf. de appellat. recip. & l. 5. eod. tit.* Illud etiam notandum eſt, quod in illa lege dicitur, ſupplicari poſſe principi lite pendente cum ſit contra legem ſupplicare, *C. ut lite pendente*. Qui appellat à minori ad minorem, hic error ei nocet: Sed ſi minorem adeat, quem non debebat, ei error non nocet.

Ad L. 1. de Appell. & relat.

Appellandi uſus, quam ſit frequens, quamque neceſſarius nemo eſt, qui neſciat: quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam re corrigat: licet nonnunquam bene latas ſententias in pejus reformet. Neque enim utique melius pronunciat, qui noviſſimus ſententiam laturus eſt.

1. *Quæſitum eſt, an adverſus reſcriptum principis provocari poſſit? forte ſi præſes provinciæ, vel quis alius conſuluerit, & ad conſultationem ejus fuerit reſcriptum. Eſt enim quæſitum: an appellandi jus ſuperſit? quid enim ſi conſulendo mentitus eſt, de qua re extat reſcriptum Divi Pii* Πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν, *id eſt, ad commune Tracum, quo oſtenditur provocari oportere: Verba reſcripti ita ſe habent:* ἐὰν ἐπιστείλῃ τις ἡμῖν καὶ διὰ καὶ ἀντιγράψωμεν ἡμεῖς δεήσει ὡς ἔξεστι τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν· εἰ γὰρ διδάξειεν ψευδῶς ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν εἶναι δόξει προδιεγνωσμένον τῶν εἰς ὅ,τι ἐὰν ἔχειν τοῖς γεγράφθαι ἀντεπιστάλθαι, *id eſt, ſi ſcripſerit quiſquam ad nos, & illi aliquid reſcripſerimus volenti ad ſententiam noſtram provocare, permiſſum erit: Si enim docuerint, vel falſo, vel non ita ſe habere, quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur judicatum: priuſquam contra ſcriptum fuerit, quemadmodum aliter ſe res habeat, quam nobis inſinuatum ſit.*

Huic

Huic conſequenter videtur reſcriptum, à conſultatione judicis non eſſe appellandum, ſi quis forte interlocutus fuit principem ſe conſultaturum, cum poſſit poſt reſcriptum provocare.

NUnc ut explicentur omnia, quæ ad relationes pertinent, hic videnda eſt lex *1. ff. quando appel.* in qua duo ſunt notanda. Primum reos condemnatos in cauſis criminalib. poſt appellationem in carcerem recipi, idque ex *l. eos, l. minime, C. hoc tit.*

Alterum, Præſides provinciarum jus relegandi (in eas inſulas ſcilicet, quas ſub ſe habent: quod ſi non habeant renunciare debent principi, ut dicitur in *l. relegatorum, ſup. de interdictis, & relegat.*) & non deportandi habere. Qui deportatur, capite minuitur: Leges jus gladii & damnandi præſidibus dederunt, non autem deportandi. Sed ſi quem conſtat deportandum eſſe, id renunciare judex debet principi, *l. 1. §. hi, quibus, ff. de legat.* 3. Præſides provinciarum, de Decurionibus, ideſt, curiarum municipalium ſenatoribus, & eorum liberis ſupplicium ſumere non poſſunt, ſed tantum ſi reus criminis decurio ſit delatus ad præſidem, ipſe debet id ad principem mittere, *l. Divi, §. de decur. ff. de pœnis.* Præfectus urbi inſulam aſſignare poteſt, etſi non habeat: At præſes provinciæ aſſignare poteſt eam tantum inſulam, quam ſub ſe habet. Omnis gladii animadverſio eſt meri imperii.

Ad §. Si quis 3. Legis 1.

Si quis in appellatione erraverit: ut puta cum alium appellare deberet, alium appellaverit, videndum, an error ei nihil officit: & ſi quidem, cum majorem judicem appellare deberet, ita erravit, ut minorem appellet: error ei nocebit. Si vero majorem judicem provocavit, error ei nihil oberit. Et ita multis conſtitutionibus continetur. Denique cum quidam judicem ex reſcripto principis à conſulibus accepiſſet, & præfectum urbi appellaſſet, errori ejus ſubventum eſt reſcripto Divorum fratrum, cujus verba hæc ſunt. Cum per errorem factum dicis, uti à judice, quem ex reſcripto noſtro ab ampliſſimis conſulibus acceperas, ad Junium Ruſticum amicum noſtrum præfectum urbi appellares: conſules ampliſſimi perinde cognoſcant, atque ſi ad ipſos facta eſſet provocatio. Si quis ergo vel parem, vel majorem judicem appellaverit, alium tamen pro alio: in ea cauſa eſt, ut error ei non noceat: ſed ſi minorem, nocebit.

HÆc eſt hujus §. ſententia. A minori appellatur ad majorem judicem, non autem à pari ad parem. Quod ſi quis minorem pro majore appellaverit lex dicit nocere ei errorem. Sed non nocet, ſi majorem pro minore appellaverit. Similis eſt ſententia *l. 5. hoc tit.* Sed ſi quis non recepta ſententia à pari ad parem, aut à majore pro minore appellaverit, & ille error nocet, *l. 3. de appellat.* recip. Huic ſententiæ conjungenda eſt *l. Imperatores*, in qua aliud Divorum fratrum reſcriptum ad hanc rem pertinens eſt.

Reſtat duo colligenda ex *d. §. ſi quis.* Unum eſt: Conſules habere jus dandi judices ſine reſcripto: præſides provinciarum jus dandi judices habent: idque à lege habent, *l. cum prætor, ſup. de judic.* Sed an legati proconſulum judices dandi jus habeant? Et ita conſtat ex *d. l. cum præt.* Hæc autem, ut melius intelligantur, hic videatur *l. Imper. ſup. de juriſd.* Merum imperium dicitur, quia legis eſt, & non juriſdictionis & ideo dicitur, quia ſolum eſt.

At mixtum dicitur juriſdictio. Mixtum verſatur in bonorum poſſeſſionibus, & judicibus dandis. Videamus de procuratore Cæſaris, & videatur lex *ex conſenſu, hoc tit.* Procurator Cæſaris dictus eſt procurator fiſci, & rationalis, actor dominicus, & procurator rei privatæ. Ille autem juriſdictionem habet inter fiſcum & privatos, non inter privatos. Duo ſunt caſus, in quibus procurator Cæſaris de omnibus cauſis inter privatos cognoſcit. Unus eſt ex reſcripto principis, *l. 18. C. Theod. h. t.* Alter, ſi procurator Cæſaris vice præſidis fungatur, & quod procurator Cæſaris vice fungatur, oſtendit *l. 1. C. de pedan. judic. l. non valet 4. C. ad l. Fab. de plag. l. 2. C. de pæn.* Videamus, an judex datus alium judicem dare poſſit? & quidem non poteſt. Dantur judices à magiſtratibus, judices dati non poſſunt alium judicem dare, niſi ſint dati ex reſcripto principis, *l. à judice, C. qui pro ſua juriſdict.* Alterum, quod colligitur ex *dicto §. ſi quis*, hoc eſt, à judice dato appellatur is, qui dedit: Ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, mandator appellari non poteſt, ſed major eo appellatur, quia is, cui mandata eſt juriſdictio fungitur vice mandatoris. Et ideo à mandatore non appellatur, ne à ſe appellari videatur. Sequitur ergo à legatis proconſulis appellari. Ei tamen obſtat *l. 2. inf. quis & à quo appellatur.* Sed ſciendum eſt à dictione mulctæ appellari, *l. certa, C. quando provoc. non eſt neceſſe, l. & in mulctis, C. hoc tit.* Et hæc pœna à mulcta diſtat: nam à pœna, quia certa eſt, appellari non poteſt, at à mulcta, quia eſt arbitraria, appellatur. Pœna eſt omnium delictorum correctio: mulcta eſt ſpecialis delicti. Pœnæ nomine mulcta comprehenditur. Pœna non eſt tantum pecuniæ, ſed etiam exiſtimationis; at mulcta eſt pecuniaria, *l. aliud, §. inter mulctam, ff. de verbor. ſignific.* Pœnam imponere poteſt is, cui delicti punitio data eſt. At ordinarius judex mulctam tantum dicere poteſt, ut magiſtratus, Ædiles, Præſides provinciarum, Proconſules, Comes orientis, *l. ult. C. de modo mulctar.* Curator Reipublicæ mulctam dicere non poteſt, *l. 3. de modo mulctar.* Nec Procurator Cæſaris. At defenſores civitatum mulctam dicere non poſſunt. Legatus proconſulis mulctam dicere poteſt. Is appellandus à litigatore, qui & conſulendus eſt à judice. Judex datus de jure dubitans, debet eum, qui ſe dedit conſulere, *l. eum, quem 79. §. 1. ſup. de judic.* Atqui legatus de jure dubitans, proconſulem conſulere debet. Ergo proconſul eſt appellandus. Itaque dicemus à legato proconſulis appellari. Sed obſtat *l. 2.* Sed legatos proconſul non eligit, ſed eum, quem ſors dedit. Cæteri magiſtratus ſuam juriſdictionem, quibuſcumque volunt, mandant. Ab eo, cui mandata eſt, is, qui mandavit ſuam juriſdictionem non appellatur. Qua in re magna eſt differentia inter eum, cui mandata eſt juriſdictio, & judicem.

Ad §. Libelli ult.

Libelli, qui dicuntur appellatorii, ita ſunt concipiendi ut habeant ſcriptum, & à quo dati ſint, hoc eſt, qui appellat, & adverſus quem, & à qua ſententia.

LIbelli appellatorii dantur judici, à quo appellatur, intra biduum vel triduum, vel ex Novella de Appellation. intra decem dies. In libello appellatorio debet inſeri ejus, qui appellat nomen, ejus etiam adverſus quem appellatur. Sed tamen etſi nomen adverſarii non ſit ſcriptum, appellatori id nam nocebit, & ei præſcriptio obiici poterit: videatur *l. Appellanti, inf. hoc tit. & l. 3. §. quid ergo, eod.* Qui unam cauſam appellationis dixit, ea dicta alteram dicere poteſt.

Hic etiam videatur *l. 2. eod.* Acta dicuntur, quæ geruntur apud magiſtratum, & quæ ab actuario in ſcriptis rediguntur. In libris autem Florentinis deſunt hæc verba *viva voce.* Et videntur deſcripta à *l. à ſent. §. finali, hoc tit.* Hæc eſt igitur ſumma: appellatio fit voce, aut libello. Voce fit ſtatim; libello, intra biduum aut triduum, vel ex conſtitutione Juſtiniani intra decem dies.

Ad L. Scio quæſitum 3. princip.

Scio quæſitum, ſi quis non addiderit in libellis, contra quem adverſarium appellet, an præſcriptioni ſubjiciatur: & puto nihil oportere præſcribi.

Ad §. 1. Sed illud cecidit in quæſtionem, ſi plures habeat adverſarios, & quorumdam nomina libelli ſint plexa: quorumdam non: an æque præſcribi ei poſſit ab his, quorum nomina comprehenſa non ſunt, quaſi adverſus ipſos acquieverit ſententiæ: & cum una cauſa ſit, arbitror non eſſe præſcribendum. Certe ſi plures ſunt, adverſus quos pronunciatur: & quorumdam nomina in libellis ſint comprehenſa: quorumdam non, hi ſoli appellaſſe videbuntur, quorum nomina libellis ſunt comprehenſa.

Ad §. 3. Quid ergo ſi cauſam appellandi certam dixerit, an liceat ei diſcedere ab hac, & aliam cauſam allegare, an vero quaſi forma quadam obſtrictus ſit? puto tamen, cum ſemel provocaverit eſſe ei facilitatem in agendo etiam aliam cauſam provocationis reddere, perſequique provocationem ſuam.

QUoties unus adverſus plures appellat, quia omnium una cauſa, & cum plures una ſententia condemnantur, etiam adverſus eos omnes appellare videtur, & ſi eorum nomina non ſint conſcripta in libello.

Ad L. Si qui x.

L. 10. Si qui ſeparatim fuerint condemnati, quamvis ex eadem cauſa, pluribus appellationibus opus eſt.

QUoties plures condemnantur una ſententia, una appellatio ſufficit. Quod ſi ſeparatim .i. diviſim, his opus eſt duplici appellatione: hoc traditur in *l. cum una cauſa, hoc t.* Sic in *l. ſi qui ſeparatim:* ſeparatim .i. diviſis ſententiis. Initio illius legis non eſt conjungendus ille verſiculus *Si quis cum una,* ſed verſiculus *ſtatim adverſus*. Nam verſiculus *Si quis cum una actione*, ad hanc rem nihil pertinet, Ut tamen intelligatur, ſic explicandum eſt jus de coacervatione ſummarum. Eſt autem ſic ſtatuendum. Si una ſit actio, ſummarum coacervatio fit: Si plures, non fit, quoties quæritur de quantitate pertinente ad juriſdictionem, *l. ſi idem, in princip. ff. de juriſdict. omn. jud.*

Sunt quidam magiſtratus, qui non poterant ultra certam ſummam jus dicere. Veluti magiſtratus municipalis? at inter conſentientes poterant ultra certam ſummam jus dioere, *l. inter conven. 28. ff. ad munic.* Defenſores civitatum non poterant ultra 300. aureos jus dicere.

Finge: mutuæ erant actiones inter Primum, & Secundum. Primus minorem quantitatem conveniendo petiit. Secundus majorem reconveniendo. Primus, qui cœpit agere, non dicit maiorem quantitatem, ad eum judicem non pertinere, diſceptationem propterea vult apud alium agi, ad cujus juriſdictionem pertinet tanta ſumma: quæritur an poſſit? Dicit lex, quod tenetur is, qui minorem quantitatem petiit conveniendo apud eundem judicem litigare.

Quædam ſunt actiones duplices. Hujuſmodi ſunt finium regundorum, communi dividundo, familiæ erciſcundæ, & in his quiſque pro ſua parte agit, & totam rem reſpicit judex, non partem.

Ad §. Si quis L. Si qui x.

Si quis cum una actione ageretur, quæ plures ſpecies in ſe habeat, pluribus ſummis ſit condemnatus: quarum ſingulæ notionem principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt: poterit ad principem appellare.

Sed cum adverſus plures probatæ eſſent rationes, quæ eis nocerent; ſufficit eis una appellatio, quia uno titulo comprobatarum rationum omnes conveniebantur.

JUſtinianus conſtituit in *l. in offerendis, C. hoc tit.* principem non appellari, niſi ſumma excedat viginti libras auri, ſed uni privato cauſa delegatur. Si igitur ſumma viginti libras auri excedat, cauſa apud proceres, & principem diſceptatur, *l. ult. §. ult. C. hoc tit.* Si una ſit actio, cujus ſingulæ ſummæ non faciant cognitionem principis, ſed conjunctæ faciant, ad principem appellatur. His, quæ dicta ſunt de libellis dimiſſoriis, addenda eſt *l. cum quidem, hoc tit. l. 2. C. de his, qui per met. judi. l. illud ſciendum eſt, hoc tit.* quæ oſtendit, appellantem debere à conviciis abſtinere, alioquin enim plecti oportebit ex arbitrio principis. Paulus *lib. 5. Sentent. de redd. cauſis appellat.* & infamia notabitur, *l. judicii, ſupra, de injuriis*. Sic è contrario cavere debet judex, ne cuſtodiæ militari tradat, quod appellaverit ab eo, *l. minime, & l. ſi quis provocatione, C. de appell.* quod ſi faciat judex, ad judicem defertur, *l. αὐτοκράτωρ 25. ff. hoc tit. l. fin. §. illud 4. C. de temp. & repar.* ſed redeamus ad *l. ſi qui ſeparatim, §. quotiens*.

Ad §. Quotiens III.

Quotiens autem plures in unam ſummam condemnantur; utrum una ſententia eſt: & quaſi plures in unam ſummam rei ſint promittendi, ut unuſquiſque eorum in ſolidum teneatur, an vero ſcinditur in perſonas ſententia, quæritur. Et Papinianus reſpondit, ſcindi ſententiam in perſonas: atque idea eos, qui condemnati ſint, viriles partes debere.

4 *Quod eſt reſcriptum in communi cauſa, quoties alter appellat, alter non, alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit. Hoc ita demum probandum eſt, ſi una eademque cauſa fuit defenſionis. Cæterum ſi diverſæ, alia cauſa eſt, ut in duobus tutoribus procedit, ſi alter tutelam geſſerat, alter non attigerat, & is, qui non geſſerat, provocavit: iniquum eſt enim, qui idcirco agnoverat ſententiam, quam geſſiſſe ſe ſcit, propter appellationem ejus, qui non geſſerat, obtinere.*

DIxi unam appellationem, unum libellum ſufficere: Si plures ex eadem unaque cauſa conventi, & condemnati fuerint: nam ſi diverſis ſententiis condemnati fuerint, duplex appellatio requiritur, & priore caſu unuſquiſque eorum in ſolidum tenetur.

Ad L. Ab exſecutore. IV.

Ab exſecutore ſententiæ appellare non licet.

DUo ſunt caſus, in quibus appellare non poſſumus: Unus à præjudicio, id eſt, interlocutione, id indicat titulus Codic. *de ſententiis, & interlocutionibus judicum*. Alter ab exſecutione ſententiæ, & ab exſecutione rei judicatæ. Exſecutores ſententiæ, ſunt magiſtratus, qui judicem dederunt, *l. à Divo Pio, ſup. de re judicata.* Quod ſi ipſi magiſtratus ſuam ſententiam pronuntiaverint, ipſi ſuam exſequi poſſunt. Judex datus, cognitionem cauſæ habet, non juriſdictionem.

Exſecutio ipſa nil aliud eſt, quam exactio judicati: Diximus ab exſecutorib. ſententiarum non appellari, *l. quoniam, C. hoc tit.* Fuit autem conſtituta mulcta olim, ut ſupra dictum eſt. Hodie eſt ſexaginta librarum auri, *l. quoniam judices 21. C. hoc tit.* Sed tunc ab exſecutore ſententiæ appellatur, ſi male ſententiam interpretetur, aut ignoret, *l. ab exſecutione, C. quorum appell. non recip.*

Ad §. Sed ab eo 1. L. ab exſecutore. IV.

Sed ab eo, qui ſententiam male interpretari dicitur, appellare licet: ſi tamen is interpretandi poteſtatem habuit, velut præſes provinciæ, aut procurator Cæſaris, ita tamen, ut in cauſis appellationis reddendis hoc ſolum quæratur, an jure interpretatum ſit: idque etiam D. Antoninus reſcripſit.

UT hic paragr. intelligatur, eſt explicanda illa quæſtio, an res inter alios judicata noceat, quæ fuſe & aper-

A & aperte explicatur in *l.ſæpe conſtitutum 63.ſup.de re judicata*.

Eſt conſtitutum ab Imperatore, cujus proprie ſunt conſtitutiones, *l.1. C.res inter alias acta*. Fuit conſtitutum, non tantum de judicatis, ſed de actis: Et de judicatis agitur titulo, *Quibus res judicata non nocet*.

De actis agitur in titulo *inter alios acta*. Sub quo titulo tres ſunt leges. Et prima de ſolutionibus factis ab aliis. Secunda lex de tranſactionibus factis inter alios, Tertia de pactionibus. Hic dicemus de judicatis. Præjudicare, eſt parare exceptionem, vel actionem contrariam. Res igitur inter alios judicata mihi non præjudicat. Verum illud conſtat, rem judicatam non tantum non obeſſe, ſed non prodeſſe. Ait lex, *Quod tamen aliquam diſtinctionem habet*. Ergo illa regula non eſt uſquequaque vera: Ait lex, *etiam ſcientibus*, hæc verba B interpretantur omnes, etiam litigantes: Sed hoc verum mihi non videtur. Quos itaque verbis illis complexus fuerit dubitatur. Legendum itaque videtur (*aliis quibuſdam etiam ſcientibus non obeſt*). Idque ex ſententia Haloandri.

Ad §. Si procurator L. ab executore.

Si procurator, qui judicio interfuit, victus ſit, an ipſe quoque per procuratorem appellare poſſit, videamus: quia conſtat procuratorem alium procuratorem facere non poſſe, ſed meminiſſe oportet, quod procurator lite conteſtata, dominus litis efficitur. Et ideo & per procuratorem appellare poteſt.

AN procurator alium procuratorem conſtituere poſſit, aut ad agendum, aut ad adminiſtrandum qui eſt procurator datus. Poſteriore caſu, quemcunque procuratorem quocunque tempore conſtituere poteſt, *l.ſi procuratorem, §.ſi quis mandaverit*. Priore vero caſu, vel in rem ſuam eſt, ut emptor hereditatis, cui ceduntur omnes actiones, & ille quocunque tempore quemcunque procuratorem facere poteſt, *l.illam, C. de donat.* Aut in rem mandantis eſt procurator, & tunc non ante litis conteſtationem alium procuratorem facere poteſt, *l.neque ulla, l. quod quis 8. C. de procurat. & d. §. ſi quis mandaverit*. Colligitur ex hoc §. cauſam appellationis per procuratorem agitari poſſe: Sed hoc eſt verum in cauſis pecuniariis, non autem in cauſis criminalibus, *l. penult. ff. de publ. judic.* D Procurator igitur ad agendum, & adminiſtrandum, non autem ad accuſandum. Idem ſervatur in cauſis ſtatus, ſi de libertate quæratur, dicta lex penultima loquitur de publicis judiciis. Quid de privatis? Et quædam ſunt, quæ per procuratorem agitari non poſſunt, *l.quoties, C.ubi Senator*. Publica ſunt legitima, privata non ſunt legitima. Quod diximus crimen non poſſe agitari per procuratorem, hoc verum eſt reo præſente. Quid ſi ſit abſens, id eſt, qui eo tempore, quo reus ſit criminis abeſt? Et quidem per procuratorem defendi poteſt, *l.3. C.de accuſat.* Quinimo ejuſmodi cauſa non eſt criminalis, quia nemo abſens accuſatur, ſed eſt civilis, quia in abſentem quaſi civiliter agitur, ut docet *l. abſentem, ff.de pœnis*. Hicque videnda eſt lex 1. & 2. *inf. an per alium cauſæ*. Et videnda eſt *l. ſervi, noſtro titulo de appellat. & l.Lucius, &* E *l. non tantum eo*, d.legis 2. *an per alium*, verba hæc ſunt.

Si procurator abſentis appellaverit, deinde rationes reddiderit, nihilominus ipſe reſpondere debet. Sed an eo ceſſante dominus litis reſpondere poſſit, exemplo adoleſcentis, videamus. Magis tamen obſervatur, ut audiri debeat in cauſis appellationis reddendis is, cujus abſentis procurator appellavit.

SPecies hæc eſt: Procurator omnium negotinrum appellavit: poſt appellationem reddidit rationes adminiſtrationis, & ita finitum eſt mandatum: quæritur, an ipſe cauſas appellationis cogatur perſequi, & A an vero judicium transferatur in dominum verum? Et lex ait transferri judicium, idemque in tutnribus, & curatoribus ſervatur. Ait lex, debet, verumtamen non cogitur, *l. penult. hoc titulo de Appell.* quæ hic videnda eſt cum *l. ultima, §. ult. eod.* Addendumque eſt id effectum eſſe ex reſcripto Divorum Severi, & Antonini, *l.ult. infra, ſi pendente appellat.* hic etiam videatur *l. negotiorum, hoc noſtro titulo de appell.*

Ad L. illud ſciendum eſt IX.

Illud ſciendum eſt, neque pupillum, neque rempublicam, cum pro libertate judicatur, in integrum reſtitui poſſe, ſed appellationem eſſe neceſſariam. Idque ita reſciptum eſt.

B REſpublica, ut pupilla in integrum reſtituitur, *l.rempublicam 3. C.de jure Reipubl.* Hoc libertatibus datum eſt, ut ſemel eis dictæ ſententiæ non revocentur, ſed appellatio neceſſaria eſt, & ita reſtitutio in integrum. Datur etiam actio reſtitutoria.

Ad L. cum ex cauſa XI.

Cum ex cauſa judicati ſoluta eſſet pecunia, ex neceſſitate judicis, ab eo, qui appellatione interpoſita, meruerit meliorem ſententiam, recipere eum pecuniam, quam ſolvit, oportet.

SI quis condemnatus ex cauſa judicati ſua ſponte ſolvat, non appellat: at ſi quis condemnatus immi- C nente judicio ſolverit, poterit appellare, & ſi meliorem ſententiam habuerit, quod ſolverit, repetet.

Ad L. ſi conſtet XII.

Si conſtet nullo actu ex lege habito duumvirum creatum, ſed tantum vocibus popularium poſtulatum, eiſque tunc proconſulem, quod facere non debuit, conſenſiſſe: appellatio in re aperta ſupervacua fuit.

DIctum eſt appellationem fieri, non ſolum à ſententiis, ſed etiam à nominationibus. Id autem verum eſt, ſi nominatio rite facta ſit: ſed ſi non rite nominatio ſit facta, appellatio ſupervacua eſt.

D *Ad L. 1. §. ſolent 3. ff. quando appellandum.*

Solent plerunque præſides remittere ad ordinem nominatum, ut Gajum Sejum creent magiſtratum: vel alius quis honor, vel munus in eum conferatur. Utrum igitur tunc appellandum eſt, cum ordo decretum interpoſuerit, an vero à remiſſione, quam præſes fecerit appellatio ſit interponenda: Et magis eſt, ut tunc ſit appellandum, cum ordo decreverit: magis enim conſilium dediſſe præſes videtur, quis ſit creandus, quam ipſe conſtituiſſe. Denique ipſe erit appellandus, non ab ea provocandum.

DEcuriones quendam nominaverunt, & ad præſidem miſerunt: præſes provinciæ remiſit ad decuriones, ut decretum interponant, quæritur, à quo ap- E pellandum ſit? Et ait lex, à decreto ad præſidem. Sed redeamus ad *l.ſi conſtet*.

Colligitur ex hac lege, appellationem eſſe ſupervacuam. Videamus alios ſimiles caſus, & quidem unus eſt in *l.ſi expreſſim 19. noſtro titulo de appell.* Si abſens ex edicto peremptorio condemnatus fuerit: ſed videamus de edicto peremptorio, de quo traditur in *l.properandum, C.de judiciis*.

Juſtinianus illa lege conſtituit, ut cauſæ civiles triennio finiantur: poſtea tractat de actore contumace, in quo hæc diſtinctio eſt adhibenda: Aut poſt litem conteſtatam contumaciam incidere, aut ante, aut reum incidere in contumaciam, aut actorem.

De primo videamus: ſi poſt litem conteſtatam actor abeſ-

Digitized by Google

abeſſe cœperit ; & jam triennium accedat, Juſtinianus conſtituit, ut ille actor per tres vices ab apparitore vocetur in jus. Addenda denique eſt illa diſtinctio, aut illa contumacia, poſt litem conteſtatam incidit prope finem triennii, aut citeriori die. Debet actor contumax reo præſtare viatica, & ſumptus litis, *l. eum, quem 79. ff. de judic.* Et in *l. 3. C. qui accuſare non poſſ.* Actor igitur debet vocari. Secundo evenire poteſt, ut abſens actor vincat. Verum enim vero omnes litis ſumptus ab actore reo ſunt præſtandi. Unde ſi vincat abſens, duplicem contumaciæ ſuæ pœnam patitur. Nam ſolvit litis impenſas reo : deinde ſi à ſe judicatum, & inde ea ſententia ſibi ſatisfaciat, de ea conveniri non poteſt. Quid fiet ſi reus præſens liberatur? & hoc caſu placet actorem cauſa cadere, neque appellare à ſententia poſſe. Hæc de actore.

In reo idem Juſtinianus conſtituit, quod ſupra dictum eſt, & hæc omnia obſervantur prope finem triennii. In contumaciam incidit hodie is, qui ter vocatus non venit. Eremodicium eſt litis conteſtatæ deſertio, nec contrahitur eremodicium, ſi ante litem conteſtatam contumax eſſe cœperit. In eremodicium incidunt non ſolum actores, ſed etiam rei, ſi litem conteſtatam deſerant, & id confirmatur *l. cum quærebatur* 13. *ff. judicatum ſolvi*, ob rem non defenſam, ob rem judicatam, ob dolum malum. Addamus *Novellam, ut omnes obediant judicibus provinciarum*, in qua Juſtinianus ait, abſentem, qui quaſi litem conteſtatus eſt *κατὰ τὸ καλούμενον τῶν ἐρημοδικίων σχῆμα* damnari, & *l. etſi fine, de minorib.* in *§. ultimo* illius obſervandum eſt, quod dicitur. Et quod dicitur in lege ſequente eodem titulo. C Nam ſi diverſa ſunt, ex eremodicio damnantur, qui prope finem triennii.

Si indefenſus ſit minor, & damnatur ex eremodicio, ſententia nulla eſt ; ſi defenſus ſit, & damnatur, reſtitutione opus eſt. Illud ſumme notandum eſt : aliud eſſe damnari ex eremodicio, & ex contumacia. Nam & ex eremodicio à lapſo triennio damnamur, aut prope finem triennii : ex contumacia etiam non lapſo triennio. Nunc explicemus *Novellam de litigioſis*. Tractat Juſtinianus de iis, qui poſt annum, aut duos à lite conteſtata vocantur, non inſtante triennio. Actor igitur trib. edictis vocatur, quod ſi non veniat, datur ei annus, ut veniat, & cauſam ſuam proſequatur, modo reo litis impenſas præſtiterit, & hæc de actore.

Non idem in reo à Juſtiniano probatur, ut conſtat ex *Novella de exhibendis reis*. Nam ſi reus vocetur in jus, nec veniat, ſi non obtemperaverit, judex mittit in poſſeſſionem abſentis rei bonorum actorem : qui ſi veniat, actor ei bona reddit, dummodo litis impenſas reddat, & caveat actori datis fidejuſſoribus, & hæc de reo, qui eſt contumax ante litem conteſtatam. Quid de reo poſt litem conteſtatam? Et placet idem hoc caſu in reo ſervari, quod in actore.

Nunc expoſitis conſtitutionibus Juſtiniani, ad ea, quæ à Jureconſultis dicuntur veniamus. Et hic videnda eſt *l. ad peremptorium, l. in peremptorio, l. nonnunquam, de judiciis* cum multis aliis. Quæ autem dicuntur in illis legibus ſunt intelligenda de contumacia poſt litem conteſtatam propoſitis edictis tribus. Peremptorium ultimo datur edictum. In illo edicto ſolet comminari magiſtratus ſe cogniturum, etiamſi non adfuerit ille, qui vocatus eſt : Interdum ſtatum peremptorium datur. Edicta proponuntur, & vocantur auctoritates, *l. finali, C. de fabricenſ. lib.* XI. Propoſitorum edictorum cauſari ignorantiam nemo poteſt cum publico loco affigantur, aut denuntientur edicta per apparitorem : Denuntiantur etiam voce præconis, *Novel. ut omnes obed. Judici.* Sed quid fit poſt edictum peremptorium cum dies cognitionis venerit? abſens à præcone citari debet ; ut ſi ſcit, appareat, ſive autem ſciens non reſpondeat, pronuntianda eſt ſententia non ſecundum eum, qui eſt præſens, ſi abſens vincere poſſit. Citari eſt acciri præconis voce. Videamus *l. divi fratres, §. 1. ff. de liberali*

A *cauſa*. Contumax igitur eſt, qui tribus edictis vocatus non venit, & qui poſt litem conteſtatam ceſſavit. Sic ſtatuamus : ſi in abſentem contumacem ſententia dicta fuerit, ab ea non appellatur, *l. & poſt edictum 73. §. ult. ff. de judiciis, l. 1. C. quorum appellat. non recip. l. ex conſenſu, §. ult. hoc noſtro tit.* Et hoc eſt, quod dicitur in *l. contumacia 53. ſup. de re judicata*. Quædam ſunt edicta, quæ proponuntur perpetuæ juriſdictionis cauſa, & temporariæ cauſa.

Cæterum contumax lite omnino cadit. Hæc vera ſunt in contumace. Diverſum eſt, ſi quis juſſus exhibere inſtrumenta, & quia non exhibeat, condemnetur : nam de ea ſententia appellatur, *l. ult. §. 1. ff. hoc tit.* Apparet unum caſum eſſe, in quo ſententia in abſentem dicta valet, & appellatione reſcindi non poteſt, B *l. contra pupillum, §. qui ad majus, D. de re judicata* : Et alium, in quo in abſentem dicta ſententia non valet, & ſine appellatione reſcinditur, & videnda eſt *l. 1. §. item cum ex ed. inf. quæ ſent. ſine appell.* Et alium, in quo in abſentem dicta ſententia valet, & nec ſine appellatione reſcinditur. Sententia in abſentem dicitur duab. de cauſis, una ſi ex edicto peremptorio damnatus ſit : altera, ſi ter admonitus adeſſe noluerit, *l. 2. C. quomodo & quando jud.*

Hactenus expoſita ſunt omnia, quæ ad peremptoria edicta pertinent. Nunc ſunt explicandæ reliquæ leges tit. *Quæ ſententiæ ſine appellat.* Peremptorium edictum per mortem finitur, *l. 59. §. ult. ff. de re judicat.*

Ad L. Conſtitutiones XVI.

Conſtitutiones, quæ de recipiendis, nec non appellationibus loquuntur, ut nihil novi fiat, locum non habent in eorum perſona, quos damnatos ſtatim puniri publice intereſt, ut ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum.

HÆc lex, ut intelligatur explicandus eſt titulus *Nihil innovari interpoſit. appellat.*

Talis igitur regula conſtituenda eſt à nobis, jure & conſtitutionibus caveri, ut interpoſita appellatione nihil novari poſſit : Hocque verum eſt, ſive recepta ſit appellatio, ſive non. Et hæc eſt ſententia *l. 1. C. nil novari poſſ. appell. interp.* Ait lex *Annotatus*, videlicet D ab eo, qui jus deportandi non habet, ut præſes provinciæ, *l. inter pœnas, §. 1. C. de interd. & releg.* Ait lex, *Nec vincula patietur*. Quis ſit idoneus horum verborum ſenſus, non video. Itaque melius in quibuſdam Codicibus deſunt verba. *Quam patitur*. Cæterum acquieſcere ſententiæ, & à ſententia appellare, diverſa ſunt.

Explicandus eſt titulus *de appellatio. recip. vel non.* Igitur ſic ſtatuamus. Si quis ob crimen condemnatus, ſententiæ acquieverit, poteſt appellare alius ; nemo poteſt appellare, niſi cujus intereſt, *l. nulli, C. quorum appellat. non recip.* officialis appellare non poteſt à ſententia judicis, qua condemnatus eſt, quod in ſuo officio deliquerit, abſens damnari poteſt, *l. ne diu, C. de pœnis*. Tertio, qui appellare non poteſt, ſi quis bis provocaverit, tertio provocare non poteſt. E A præfecto prætorio non appellari conſtat. Hic videatur *l. 1. C. ſi de moment. poſſ. appell. & l. 1. C. unde vi*. Nunc videamus à quibus appellare non licet, & hic videndus eſt titulus *à quibus appellare non licet*. Ab Epiſcopo appellari non poteſt, *l. epiſcopale, C. de epiſcop. audient.* Hic videnda eſt *l. ex conſenſu, hoc noſt. tit. de appellat,* & lex *quinquaginta, C. de excuſat. tut.* & Juſtinianus *eod. tit. Inſtit. & l. 1. §. ſi quis tutor, inf. quando appelland.*

Ad §. Tutor l. cum in una XIX.

Tutor pupillo datus, ſi provocet, interim pupillo curator dabi-

dabitur. Sed ſi tutoris auctoritas fuerit neceſſaria, veluti ad adeundam hereditatem, tutor ei neceſſario dabitur, quoniam curatoris auctoritas ad hoc ei inutilis eſt. A

AIt *§. Datus*: adde & retentus: ſi provocet ob excuſationem, quæ non recipitur. Sunt autem caſus, in quibus tutorem habenti, tutor ſpecialis dari poteſt, *l. curatorem 19. ff. de auctor. tut. l. ult. C. de in litem dand. l. impuberi 9. ff. de curat. & tut.dat. ab his.* Sic ad nuptias contrahendas tutorem habenti tutor dari poteſt, & in *l. qui ſemel, D. de tut. & l. 1. l. 3. & l. 5. C. de in litem dand. tut.* Et hi caſus, aut legibus, aut moribus, aut Senatuſconſultis introducti ſunt. Nunc videamus de illis, qui à delatis muneribus civilibus, & honoribus appellant, an alius eorum loco creetur? Et placet creari, *l. Imperatores, §. ſi magiſtratus, hoc noſtro tit. in l. 2. ſi tutor, vel curator magiſtr. appel. inſ.* B retentus tutor dicitur, cujus excuſatio repulſa eſt, ut in *l. quamquam, C. de excuſat. tutor.* Videatur hic lex *qui ſuſpectum, hoc tit.* Quæ ut intelligatur ſciendum eſt, lata ſententia libellos appellatorios dandos, nunc ex conſtitutione Juſtiniani intra decem dies. Et hic videnda eſt *l. 1. §. biduum, D. quando appel.* hic videatur *l. ad principem 21. D. de appell.*

Ad L. Negotiorum XXIV.

Negotiorum geſtor, vel tutor, vel curator bona fide condemnati appellaverunt: & diu negotium tractatum eſt. Quæſitum eſt, appellatione eorum injuſta pronuntiata, an quia tardius judicatum ſit, uſuræ principalis pecuniæ medii temporis debeantur? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, dandam utilem actionem, &c. C

ILlud notandum eſt, in actionibus bonæ fidei uſuras non ipſo jure, ſed ex officio judicis ex mora deberi. Idemque ſervatur in judiciis arbitrariis, *l. in bonæ fidei, C. de uſur. & l. ſi depoſita, C. depoſiti.* Deinde illud etiam ſciendum eſt, eum, qui condemnatus eſt judicio bonæ fidei, ſententiam protraxit, in uſuras teneri, ſiquidem judex animadvertit fruſtratoriam eſſe appellationem, *l. tutor 41. ſup. de uſuris.* Ait lex: utilem, id eſt, reſtitutoriam, & nota *l. tutelæ, D. de tut. & rat.*

D

AD TITULUM XI.

EUM QUI APPELLAVERIT IN PROVINCIA DEFENDI.

RECITATIONES SOLEMNES.

IN provinciis appellationes interpoſitæ plerunque deferuntur in urbem Romam, *l. cum appell. C. de appell.* Qui Reipublicæ cauſa abſunt, in ſua provincia defendere ſe non coguntur. Attamen iis, qui cauſa Reipublicæ non abſunt, ſubveniendum eſt aliquando, ut docet *l. ſed etſi prætorem, §. ult. D. quibus ex cauſ. major.*

E

AD TITULUM XII.

APUD EUM A QUO APPELLATUR;

Aliam cauſam agere compellendum.

RECITATIONES SOLEMNES.

QUIDAM à ſuo judice appellavit: quæritur, an aliam cauſam apud eundem judicem agere cogatur. Et lex ait cogi, nec quicquam cauſari poteſt, nam denuo provocare poteſt.

Tom. VI. Poſt.

AD TITULUM XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

RECITATIONES SOLEMNES.

QUÆSTIONIS eſt, An mortuo appellatore heredes cogantur peragere cauſas appellationis, & ejus merita præſtare? Et quidem ſi alterius interſit, coguntur, *l. 2 ſup. ſi tutor, vel curat. magiſt. creat. appell.* Si reo criminis pars bonorum adempta ſit, & is appellaverit, & pendente appellatione mortuus fuerit, quid juris eſt? Et quidem heredes coguntur cauſas appellationis perſequi, in qua re ejuſmodi diſtinctio adhibenda eſt. Aut pœna capitalis irrogata eſt, & nihil de bonis ademptum eſt, aut etiam ſpecialiter reo bona adempta ſunt. Priore caſu mortuo reo, & criminis, & bonorum quæſtio ſolvitur, in hoc caſu heredes non cogentur reddere cauſas appellationis. Excepto caſu uno, ſi reus ſcelere bona acquiſiverit, ut in ſpecie *l. Lucius Titius, ff. de jure fiſci.* Nam tunc etſi crimen ſolvitur, attamen quæſtio bonorum ſcelere acquiſitorum non ſolvitur.

Secundo caſu, Fiſci intereſt, ut ademptionis bonorum quæſtio ſolvatur, & hoc caſu coguntur heredes merito & cauſas appellationis præſtare, *l. 3. C. ſi pend. appell. mors interv.* Hic nunc quæri poteſt, an noventur tempora heredibus mortuo appellatore, id eſt, an intra reliquos merita appellationis perſequi cogantur? Et placet ita novari, ut quatuor tantum menſes ei adiiciantur, *l. ult. C. ſi pend. appellat.* Rurſus quæri poteſt; ſi pendente appellatione moriatur ſervus, de quo agitur, quid juris ſit? Aut jam mora facta eſt, aut non. Primo caſu, cauſa appellationis eſt peragenda. Secundo caſu, morte rei finitur lis, præterquam ſi quædam acceſſiones ſint, ut ſi ſervus peculium habuerit, *l. pen. C. ſi penden. appell. mors interven.*

AD TITULUM XLIX.

SEXTI LIBRI CODICIS.

Ad Legem Falcidiam.

POST Senatuſconſultum Trebellianum datur lex Falcidia, quæ tamen in Digeſtis præponitur Senatuſconſulto Trebelliano: ſane rectius, quia vetuſtior eſt lex Falcidia Senatuſconſulto Trebelliano, & Pegaſiano. Fuit enim lata lex Falcidia rogante Cajo Falcidio Tribuno plebis (nam eſt plebiſcitum) ut lex Attilia, Auguſti temporibus, ut Dio, Euſebius, & Suidas ſcribunt. Senatuſconſultum autem Trebellianum factum fuit Neronis temporibus, & deinde Pegaſianum Veſpaſiani temporibus, ut eſt in Inſtitutionibus.

Legis autem Falcidiæ duo capita proponuntur, *l. 1. eod. tit.* Primum caput dat liberam facultatem legandi: & quod additur in *d. l. 1.* uſque ad dodrantem παρέλκον, ſive abundat: Nam finis dodrantis finitur ſecundo capite legis Falcidiæ, non primo, ſed primo abſciſſe datur libera facultas legandi. Et ita reſtitui debet primum caput. *Qui cives Romani ſunt, qui eorum poſt hanc legem rogatam, teſtamentum facere volunt, his ſam pecuniam, ſaſque res quibuſque dare legare volent, jus poteſque eſto.* Et ait, *ſam pecuniam, ſaſque, res,* non eam, vel eas: non *quam,* vel *quas,* ἀρχαϊκῶς, priſco more loquendi, priſco ſermone legum, ut Ennius, *poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.* Et neceſſe eſt, omnino ut illo capite dixerit lex Falcidia ſuam pecuniam, ſuas res more cæterarum legum, quæ de teſtamentis ſcriptæ

ſunt,

ſunt, ut in *l. teſtandi, ſup. de teſtamentis*. Legibus dari facultatem teſtandi de pecunia ſua, *l. cum pater, §. mando, de legat.* 2. & in *l.* 12. *tab. Super pecunia tutelave ſua* (aut *ſ.a*) Et hæc libera poteſtas legandi datur primo capite legis Falcidiæ, ſane propter legem Furiam, quæ de pecunia ſua erogare teſtatorem in ſingulos non permittebat ultra mille æris, ut docet Ulpian. *lib. Regul. tit.* 1. & addit etiam *quibuſque*, propter legem Voconiam, quæ fœminis hereditates, legataque relicta mirum in modum coercebat: ne diteſcerent nimis, & ex opulentia ſuperbirent nimis. Sed lex Falcidia non diſtinguit mares à fœminis, quæ dat liberam poteſtatem quibuſque, id eſt, maribus, vel fœminis legandi ſuam pecuniam, ſuaſque res. Et ait eodem capite: *his ſam pecuniam, ſaſque res, quibus dare legare volet*: Ait *dare legare*, ut in ſecundo capite *detur, legetur*: non *datur legatur*: & infra, *datam legatum erit*, non *legatumve*. Et ait eodem capite. *Jus poteſtaſque eſto*; quod in aliis antiquis legibus. *Jus* (duplicata vocali) *lexque eſto*. Et quod additur in eo primo capite, ut hac lege ſequenti, etiam *licebit κωλύειν*: Secundo autem capite legis Falcidiæ conſtituitur modus legatorum, quem civilem modum vocat Cornelius Tacitus *lib.* 1. *Annal.* ſcribens, Auguſti teſtamento data legata non ultra civilem modum conſtitutum ſcilicet lege Falcidia vivo Auguſto. Et hic modus eſt, ut quantam quiſque pecuniam cuique jure publico dare legare volet, jus ei poteſtaſque ſit: dum tamen apud heredem totius patrimonii quadrans remaneat integer, intactus, illibatus. Et quod ait, *jure publico*, quod male interpretantur, id eſt, quod eis per leges licebit: quia non cuilibet quantam pecuniam volo ei dare legare poſſum, non omnes habent ſolidi capacitatem. Et ad intelligentiam illorum verborum, *Jure publico*, proprie pertinet *l. quoties, ff. eod.* Si cui legatum ſit amplius, quam capere poſſit, non dico per legem Falcidiam, ſed per legem Juliam, & Papiam: ad quam inſcriptio legis docet illam legem pertinere: Si, inquam, cui legatum ſit amplius, quam capere poſſit per legem Juliam, & Papiam, quod ſit tantum capax trientis, exempli gratia, & ſemis ei legatus ſit, ſi locum habeat, Falcidia primum ex eo quod illi legatum eſt, ſubducitur id, quod lex Falcidia expedit, primum deducitur Falcidia: Deinde ex reſiduo deducitur quod lex Julia, & Papia eum capere non permittit. Itaque non eſt jus poteſtaſque dandi legandi, niſi ſalvo jure publico, veluti legibus Julia, & Papia, quas lex Falcidia non tollit: Et ob id ait, *ut quantam quiſque pecuniam, cuique jure publico dare legare volet jus ei, poteſtaſque ſit*: dum tamen quadrans hereditatis remaneat apud heredem. Nam ex lege Falcidia legata non poſſunt exhaurire hereditatem, non abſumere, non onerare ſupra dodrantem: dodrantem tamen delibare poſſunt ex hereditate: Et ideo illa definitio legati, quæ proponitur in *l. legatum, de legat.* 1. Legatum eſſe delibationem hereditatis, eſt ſecundum legem Falcidiam: quia delibari tantum poſſunt legata ex hereditate, uſque ad dodrantem nimirum, non etiam exhaurire hereditatem, exantlare hereditatem, ut eſt in Novellis: quod tamen poſſunt ex duodecim tabulis, id eſt, legata ex duodecim tabulis poſſunt abſumere totam hereditatem: imo & ex lege Furia: & Voconia: Nam hæ leges tantum præfiniebant, quantum ſinguli capere poſſent, non quantum univerſi: Ideoque in plures poterant erogare totum patrimonium, dummodo ſingulis non plus daretur, legaretur, quam ſtatuiſſent leges. At lex Falcidia pertinet ad univerſos legatarios: ut quotquot ſint legatarii non ferant ultra dodrantem, non attingant quadrantem, qui ſupereſt, quem conſervari heredi inſtituto oportet, uſque ad dodrantem, ut legata capiant ſine fraude ſua, ut ait lex Falcidia in ſecundo capite, id eſt, impune, quod forte dicitur propter legem Furiam, quæ pœnam quadrupli ſtatuebat in eum, qui ex teſtamento legati nomine plus quam mille aſſes cepiſſet,

A ut oſtendit Ulpianus ſupradicto loco: Namque hodie, & ſupra mille aſſes capere licet, dummodo non excedat dodrantem hereditatis, ſine fraude ſua .i. impune, quæ ſunt verba translatitia, & vulgaria legum fere omnium, ut in *l. capite, ff. ad leg. Jul. de adult.* Et ad legem Furiam omnino reſpexiſſe arbitror Varronem 8. *de lingua Latina*, dum ſcribit, antiquos *Æs* dixiſſe pro *aſſibus*, utitur hoc exemplo; *Mille æris legaſſe*, quod proculdubio prompſit ex lege Falcidia. De hoc ſecundo cap. legis Falcidiæ Euſebius in Chronicis, interprete Hieronymo (nam Euſebii Græca perierunt) ita ſcribit: *Cajus Falcidius Trib. Pleb. legem tulit, ne quis plus teſtamento legaret, quam ut quarta pars heredi ſupereſſet*: Quæ vulgo poſt illa verba leguntur (*Si quatuor, aut minus eſſet, &c.*) ſat multa, quæ ſequuntur omnino non ſunt in manu exaratis libris, quæ *ταῦτα νοθεύονται*, quæ manifeſto ſunt ſpuria, & falſa, & imperite detorta ex *Novel.* 18. Sunt falſi in eo ſcripto ſpurio, ut dixi certiſſima argumenta tria. Primum, quod ponat, ſi quatuor heredes ſint, aut minus, eis quartam reſervari, cum conſtet ex Novella, ſervandam eſſe tertiam, id eſt, trientem. Deinde etiam, quod ponat patrem poſſe liberis interdicere deductionem Falcidiæ, hoc etiam falſum, & vitioſum eſt: neque enim pater, niſi ex certis cauſis fraudare poteſt liberos legitima: extraneis heredibus poteſt interdicere Falcidiam ex *Nov.* 1. non liberis, quibus Falcidia legitima eſt, maxime jure noſtro: quo non unius tantum Falcidiæ deductione liberi uti poſſunt: qua de re ſuo loco tractabimus: puta quemadmodum hodie, & quamobrem liberi utuntur duplici deductione Falcidiæ ex jure Canonico. Ac præterea in illo ſcripto etiam manifeſtiſſimum illud vitium ineſt, quod ait, Falcidiam dividi æqualiter, vel ut ait inepte, æquanimiter inter eos, qui fruuntur legatis, & eos, qui carent legatis: quod quis audivit unquam? De eodem capite legis Falcidiæ Dio ſic ſcribit libro 48. ut manifeſto exprimat ſententiam ſecundi capitis, quod & præcipuum caput eſt legis Falcidiæ. Et neſcio an quod non perciperet, an quod nollet percipere Dominus Alciatus finxerit hoc ſcribere Dionem: Heredem poſſe partem hereditatis repudiare, partem agnoſcere: quod nunquam obtinuit: Neque enim hereditas ſcindi poteſt; neque vero Dio hoc ſcripſit, ſed ad verbum hanc ait eſſe ſententiam legis Falcidiæ, *ut heres quartam partem bonorum ſibi relictorum, vel* (ut ait) *ſubſtantiæ ſibi relictæ, id eſt hereditatis, ſi gravetur* (legatis ſcilicet) *accipiat, & cætera relinquat, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι*, legatariis ſcilicet. Etiam non aberravit Suidas in relatione hujus capitis, qui ſcripſit in hanc ſententiam: *Falcidia lex lata eſt à Cæſare, & Cajo, & Octavio: quæ nunc plurimum virium habet in hereditatibus: adinventa eſt autem à Falcidio tribuno plebis*. Et hæc de duobus capitibus legis Falcidiæ. Sed fuere etiam alia capita, quæ miror non adnotari, & confingi potius unum à Ranconeto, & Sigonio de retentione Falcidiæ; cum in hanc rem ſufficiat ſecundum caput. Eſt aliud, quod proponitur in *l. ſed uſusfructus, ff. eod. tit.* ut dos prælegata uxori; quia rem ſuam recipit, ſit extra rationem legis Falcidiæ .i. ut ex eo legato non deducatur Falcidia; quod nominatim ait fuiſſe cautum lege Falcidia, idemque fuiſſe cautum, quæ uxoris cauſa empta parata eſſent, ut ea quoque eſſent extra rationem legis Falcidiæ. Eſt aliud caput ex *l. ſucceſſores hujus tit.* ut in ponenda ratione legis Falcidiæ imprimis deducatur æs alienum hereditatis: Et conſtat, etiam deducenda eſſe pretia ſervorum, qui in teſtamento libertatem meruere. Nam ait *lex* 1. *§. hæc verba, & §. ſeq. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* Et hoc obtinet etiam in teſtamento militis, ut deductio fiat æris alieni, eaque minuat, aut exhauriat legata, *l.* 1. *§. denique, D. ad Senatuſconſ. Trebell.* ut ſi cui velis ſerio exhibere argutias, poſſis affirmare, in teſtamentis militum locum habere legem Falcidiam, quia ſcilicet ex uno capite legis Falcidiæ æs alienum abſumit, vel minuit legata relicta teſta-

ſtamento militis; *l. 7. h. tit. l. 12. ſup. de teſtam. milit.* Quadrans tamen ea non abſumit, ſed cogitur heres ſolida legata præſtare, quæ relicta ſunt à milite, non detracto quadrante. Quia igitur primum caput legis Falcidiæ pertinet etiam ad teſtamentum militis, ſecundum non item (quod eſt præcipuum) non male poteſt dici, nec falſo. in teſtamentis militum, legem Falcidiam locum habere. Et in hoc diſtant legata relicta teſtamento militis à legatis relictis teſtamento pagani: quod relicta teſtamento pagani exhauriat æs alienum, non quadrans, qui apud heredem remanere debet; exempli gratia, ſi is, qui tantum habet centum in bonis, debuerit centum, nihil eſt in legatis: Æs alienum conſumit legata, abſorbet legata; vel ſi is, qui habet centum in bonis, debuerit 60. ita ut reſtent tantum 40. in legatis ſunt triginta tantum, in quadrante 10. Ad hæc notandum eſt, legem Falcidiam fuiſſe tantum de legatis teſtamento relictis: quia nondum fideicommiſſa in uſu erant; nondum fuerat exauditum fideicommiſſi nomen, ut docent noſtræ Inſtitutiones: ſed paulo poſt legem Falcidiam, ejuſdem tamen Auguſti temporibus. Sed poſtea admiſſis fideicommiſſis, & jure Codicillorum lex Falcidia, inquam, Senatuſconſulto Pegaſiano porrecta eſt etiam ad fideicommiſſa tam univerſitatis, quam ſpecialia, in *§. ſed quia heredes, Inſt. de fideicomm. hered.* Deinde eadem lex porrecta etiam eſt ad donationes cauſa mortis, ut ex eis etiam detrahatur quadrans ex conſtitutione Severi, *l. 5. h. t. l. 2. inf. de donat. cauſa mort.* Et conſequenter lex Falcidia pertinet etiam ad donationes factas inter maritos: quia inſtar habent fideicommiſſi, vel donationis cauſa mortis, & morte ſola confirmantur, *l. 12. h. t.* Non pertinet lex Falcidia ad donationes inter vivos, *l. Seja, §. ult. D. de donat. cauſa mort.* Non pertinet etiam ad mortis cauſa capiones, id eſt, ſi heres ſit inſtitutus ſub conditione, ſi dederit Cajo 100, non poteſt adire hereditatem niſi dederit Cajo 100. quæ Cajus non capit legati jure, aut fideicommiſſi, ſed mortis cauſa capionis: nec enim hæc capio habet aliud nomen, quam generale, & commune legatis, & fideicommiſſis, & omnibus, quæ relinquuntur in teſtamento, vel codicillis. Ex mortis cauſa capionibus non ſubducitur Falcidia, *l. 1. item ſi legatum, l. exceptis 93. D. eod.* excepto tantum caſu *l. pen. h. t.* quoties is, qui quadringenta habet in bonis, heredem inſtituit ſub conditione, ſi dederit Cajo 350. id eſt, pene hereditatem totam, quod manifeſtum eſt, eum adſcripſiſſe ſtudio fraudandæ legis Falcidiæ, ne heres haberet quadrantem integrum, quod ſtudium improbatur, id eſt removentur omnia, quæ ſcribuntur in fraudem legis Falcidiæ, *l. Sejus, D. eod.* maxime hoc jure, id eſt ante Novellam Juſtiniani: Nam ante eam non poterat teſtator efficere, ne lex Falcidia in ſuo teſtamento locum haberet, *l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.* Et ad extremum addamus etiam hoc ex conſtitutione D. Pii Falcidiam locum habere non tantum in teſtamento, ſed ab inteſtato etiam, ut ſi ſpecialia fideicommiſſa ſunt relicta à legitimis heredibus, *l. filiusfam. eod. tit.* Atque ita Senatuſconſultis, vel conſtitutionibus variis lex Falcidia porrecta eſt ad varias cauſas, & ſpecies capiendi ex judicio defunctorum.

Ad Legem 1.

Quæſtio legis primæ hujus tit. eſt: An heres qui ſolvit integra, plena legata, omiſſa ratione legis Falcidiæ, habeat quaſi indebiti condictionem, velut quod plus debito ſolverit, id eſt, an habeat ſoluti condictionem. Et ita diſtinguendum eſt: Aut ſciens ſolvit, aut errans: ſi ſciens ſolvit, cum mavult præſtandæ fidei pleniore officio fungi, non habet condictionem indebiti. Et hæc eſt ſententia *l. 1. hoc tit.* Et ratio, quia, ut ait Paulus *quarto Sent. tit. 3.* non videtur indebitum ſolviſſe, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit. Verum ſi heres quædam legata ſolverit integra, ſine detractione Falcidiæ; non ideo cogitur & cætera omnia legata præ-

A ſtare integra, id eſt, qui erga quoſdam fuit liberalis, non cogitur & liberalis eſſe erga cæteros, *l. 15. non idcirco, & l. 16. ff. eod. tit.* Et hoc eſt quod ait lex *6. in fin. h. tit. Nec ſi quid ultro* (ſic legendum, non *ultra*) *ſolidum legatum heres præſtiterit, aut fecerit, legitimæ computationi præjudicatur.* Ergo quod ſolidum uni præſtiterit heres ultro, id eſt, ſciens, explendæ fidei gratia, ea in parte id non præjudicat computationi legis Falcidiæ, ſiquidem eam inducere velit in cæteris legatis, quæ nondum ſolvit: nam ex illis poterit retinere Falcidiam. Hoc tamen mutavit Juſtinianus in *Novella 1.* conſtituens, ſi heres incipiat ſolvere legata ſolida quædam, cogatur & cætera ſolvere in ſolidum, quaſi prima illa ſolutione videatur approbaſſe judicium defuncti, & obligaſſe fidem ſuam exequendo pleniore officio pietatis. Itaque

B in ea Novella à Juſtiniano valde reſciſſa eſt poteſtas legis Falcidiæ: & quatuor fere modis. Uno, ut qui quædam cœpit ſolvere in ſolidum, non poſſit ex cæteris detrahere Falcidiam. Item ut heres, qui intra annum poſt admonitionem judicis non exequitur legitimam voluntatem defuncti, etiam amittat Falcidiam legatorum aut fideicommiſſorum. Item ut ea non utatur, ſi inventarium bonorum non fecerit. Item, ut ea etiam non utatur, ſi prohibitus fuerit à teſtatore: Ergo recte dices, quod eſt in extremo *l. 6. h. t.* abrogari *Novella 1. de hered. & Falcidia.* Quod autem propoſuit de herede, qui ſolvit ſolida legata: ut ea non poſſit repetere, cum ſciens ſolvit fidei explendæ gratia, idem dicendum eſt, ſi heres caverit, ſe ſolida legata ſoluturum. Neque enim condictionem habet cautionis, ſive obligationis, *l. ult.*

C *h. t.* quia par ratio eſt in ſolutione, & in cautione: ut ſicut non repetit quod ſolvit, non repetat etiam quod ſpopondit. Denique ut non habeat condictionem certi, nec condictionem incerti. Solutum, condictione certi repetitur: cautum ſive promiſſum, condictione incerti, quia, ut ait in *l. ult.* æquitatis ratio ſimilia jura ſuadet. Marcus Tullius: *Æquitatem paribus in cauſis paria jura deſiderare.* Verum ante legem ultimam, de ea re dubitabatur inter juris auctores: & ad *leg. ult.* facit *l. 46. ff. eod. & l. fideicomm. ff. de cond. indebiti.* Sed tamen dubitatum ea de re fuiſſe inter prudentes aperte ait *l. ſi patronus 20. ff. de donat.* maxime ducto argumento ex patrono, qui ſi ſit heres inſtitutus ex parte debita, *de ſa legitime*, & oneratus fideicommiſſo, quo non potuit onerari in ea parte debita, & ſolverit tamen fideicom-

D miſſum, non habet ſoluti repetitionem, *l. patronus, ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* Et tamen ſi caverit, ſe fideicommiſſum illud ſoluturum, non cogitur ſolvere, & cautio eſt inefficax, ne minuatur portio debita verecundiæ patroni. Et hoc exemplo moti, quod fatebantur heredem ſolventem integra legata non habere repetitionem, quod omnes fatebantur uno conſenſu, & ſuffragiis concordibus; tantum dubitabant, an heres, qui poterat retinere Falcidiam, ſi ſpopondiſſet ſe integra legata ſoluturum, ſtipulantibus legatariis, ſecuturus voluntatem defuncti, & plenum obſequium ei ſe velle exhibere declarans, dubitabant, an haberet cautionis repetitionem, & an exemplo patroni irrita eſſet ea cautio, addubitabant. Quod Juſtinianus definit in *l. ult.* conſtituens, ut neque ſoluti, neque cauti repetitio ſit, ſi heres ſciens

E ſolverit, vel caverit. Et ad *d. l. ſi patronus*, ſententiam legis ultimæ appinxiſſe Tribonianum manifeſtiſſimum eſt ex verbis, dum ubi propoſuit dubitationem, an valeat cautio heredis caventis ſe non uſurum beneficio legis Falcidiæ, ſubiicit definitionem, non poſſe eum obviare confeſſioni ſuæ, nam confeſſionem dicit, ut ſolet Juſtinianus Græco modo ὁμολογίαν, pro cautione, non poſſe eum ſuæ confeſſioni .i. cautioni obviare, & cætera omnia, ut vel inſpectione prima ſint appicta à Triboniano ex lege *ult. h. t.* Et hæc quidem de herede, qui ſciens ſolvit ſolida legata, vel cavit, ſe ſolida ſoluturum. De errante loquamur. Quid ſi heres ſolverit legata ſolida errans? aut eſt error juris .i. ignorantia legis Falcidiæ; & non repetit legata; aut eſt error facti, id eſt,

ignorantia virium totius patrimonii; aut ponderis æris A alieni: & hoc caſu ſoluti repetitio eſt pro modo quadrantis, quem omiſerat per inſcientiam facti, & hæc diſtinctio proponitur in *l. 9.* Et hæc ſufficiant dixiſſe de lege prima.

Ad Legem 11.

EX *l.2. hoc t.* notandum eſt, ex lege Falcidia heredem detrahere quartam partem ex legatis, aut fideicommiſſis, quæ abſumunt aſſem, vel quæ onerant aſſem, id eſt, quæ excedunt dodrantem, & quidem ex omnibus pro rata, aut ſi ex quibuſdam nolit detrahere Falcidiam: hoc non onerat cæteros, à quibus vult detrahere, ut plus rata portione ſolvatur. Ergo, ait lex 2. Falcidiæ rationem locum habere adverſus omnes pro modo lega- B torum, & fideicommiſſorum *πρὸς ἀναλογίαν*, id eſt, pro rata, aut pro ratione, ſervata proportione æquabili, & juſta: Quod etiam proponitur in *l.6. h.t.* Omnia ergo legata, omnia fideicommiſſa patiuntur Falcidiam pro rata, exceptis quibuſdam: Et Falcidiam etiam patiuntur, quæ patri relinquuntur, in *l. 25. ff. eod. tit.* Et quæ filio relinquuntur, in eo, quod excedit legitimam portionem debitam filio, non in legitima portione, ex qua decerpere nihil heres poteſt, neque abradere, *l. ſcimus, ſup. de inoffic. teſtam.* Et Falcidiam etiam patiuntur, quæ principi relinquuntur, *l.4. h. t.* Item quæ Reipublicæ, aut municipiis, ut ſi heres jubeatur opus publicum facere municipibus, vel civitati: vel ſi jubeatur ſtatuas in foro ponere, quod quidem legatum diviſionem non recipit, facta ſunt individua, quia non videtur feciſſe, C qui non perfecit, & conſumavit opus, non videtur ſtatuas poſuiſſe, niſi poſuerit ex integro. Ergo facta illa non poſſunt præſtari pro parte, non poſſunt pati Falcidiam: quia ea tantum Falcidiam patiuntur, quæ diviſionem recipiunt: Falcidia enim diviſionem inducit, pro quadrante, & dodrante, ſed pretium operis, vel ſtatuarum patitur Falcidiam, *l. lineam 26. in fin. & l. ſi is, qui quadringenta 80. §. pen. & ult. ff. ad leg. Falcid.* Item ſi pecunia legetur ad opus publicum faciendum, vel ad ſtatuam in foro ponendam, qua ornetur forum, ex illa etiam pecunia detrahitur, *l. pen. §. ſi quis, ff. de juris, & facti ignorantia.* Et *lex 6. h. tit.* ait, hæc quoque legata, quæ dantur in publicis operibus conficiendis, vel ſtatuis ponendis pro rata ſuæ cujuſque quantitatis revocari ad contributionem dodrantis: videretur legen- D dum, ad contributionem quadrantis, hoc ſenſu: ut omnes legatarii in quadrantem heredi conferant, & contribuant pro rata, quod utique etiam faciunt: ſed & reſiduum dodrantem inter ſe diſtribuunt pro rata, *l. quærebatur 82. ff. eod. tit.* Atque ita ad contributionem dodrantis, id eſt, communem diſtributionem dodrantis revocandum pro rata ſuæ cujuſque quantitatis, ut cui minus legatum eſt, minus etiam ex dodrante totius patrimonii ferat, & tantum, quantum ratio ejus, quod ei relictum eſt, patitur, aut poſtulat. Et ita eſt accipiendum illud verbum. Etiam invenio ea legata pati Falcidiam, quæ quis reliquit ad monumentum faciendum .i. ut ſibi monumentum haberet, vel alii, licet in ea re prætor aliud poſtulare videatur: tamen & hoc legatum ſubjicitur legi Falcidiæ, *l. 1. in fin. ff. ad leg. Falcid.* Et quod mirum eſt, etiam legata relicta in alimenta puerorum E patiuntur Falcidiam, *l. Divi Severus 89. ff. eod. tit.* imo non mirum, cum & *l. 1. ad municip. ff. eod. tit.* dicat ea, quæ Deo relinquuntur, pati Falcidiam; qui tamen locus mihi ſemper ſuſpectus fuit, propterea quod idem auctor, qui eſt Paulus *lib. 3. Sentent. tit. 3.* ait nominatim, legem Falcidiam velle, quod etiam heri dixi, eſſe unum caput legis Falcidiæ; ut deducatur omne æs alienum: Et addit præterea, ut deducantur dona Deorum, quæ ſcilicet eis offeruntur, ſive ſint *ἀναθήματα*. Et ita quaſi quodammodo dona Deorum comparat æri alieno, quod videantur ea Diis deberi; ut Juſtinianus æque *l. ſi quis ad declinandum, ſup. de Epiſc. & cler.* quæ pietatis ergo relinquuntur; vel pauperibus, vel captivis comparat æri alieno, eaque vult eſſe extra rationem legis Falcidiæ: priuſquam legis Falcidiæ ratio habeatur, tanquam æs alienum deduci, quaſi ſimus omnes obſtricti pietatis officiis, quo jure etiam utimur. Non omittam, quod eſt in *l. à coheredibus, h. t.* ea quoque legata pati Falcidiam, quæ heredi relinquuntur, inſtituto ex parte (alioquin nihil poſſet relinqui inſtituto ex aſſe jure legati .i. prælegata pro ea ſcilicet parte, quam à coheredibus, cui prælegatum eſt, capit jure legati) Nam ex ea parte, quam heres capit jure legati, coheres ſi ſit oneratus ſupra dodrantem, deducit Falcidiam, niſi ſcilicet, ut prudenter adjicit Accurſius, idem coheres viciſſim aliquid ab eo accipiat jure legati: non imputat quidem in Falcidiam, quam detrahere deſiderat ex eo, quod ipſe præſtat illi etiam jure legati: quoniam ea tantum, quæ jure hereditario capiuntur, imputantur in Falcidiam, non quæ jure legati, *l. in quartam 91. ff. eod. tit.* Sed tamen, quod viciſſim ab eo capit jure legati non imputat, ut dixi, ſed compenſat cum Falcidia, quam deducere deſiderat ex eo, quod à ſe illi viciſſim jure legati relictum eſt, quæ eſt ſententia *l. filium, ſup. familiæ ercifc.* Et hoc qui tenet, facile tenere poterit totam legem *filium*, quæ omnium judicio eſt difficillima. Eſt etiam ſententia *l. qui non militabat 78. D. de heredib. inſtit. & l. Neſennius 22. & l. filio 94. ad leg. Falcid.* Et poſtremo notandum, etiam heredem uti deductione Falcidiæ ex legatis, vel fideicommiſſis teſtamento relictis .i. palam; licet ab eo tacitum relictum ſit fideicommiſſum, id eſt, non in teſtamento, non palam, quo genere relinquuntur fideicommiſſa incapacibus in fraudem legum, quæ eos incapaces faciunt. Hujus taciti fideicommiſſi quartam non retinet heres: quia totum fideicommiſſum vindicatur fiſco, ulciſcendæ fraudis gratia, tacitæque fidei, quam interpoſuit heres in legum fraudem, *l. beneficio 59. ff. eo. l. pen. ff. de jure fiſci.* Denique ex tacito quidem fideicommiſſo nihil detrahit; imo ſolidum fideicommiſſum fiſco vindicatur. Verum ex cæteris legatis, aut fideicommiſſis teſtamento relictis non ideo minus idem heres detrahet Falcidiam pro rata eorum legatorum, id eſt, perinde ac ſi detraxiſſet eam tacito jure. Et hæc eſt ſententia legis 3. *h. t.* Verum, ne quid omittam, de eo diſpiciamus, quod quærit Accurſius in *l.2. hoc t.* quæ vexat omnes: Heres quibus ex rebus detrahat Falcidiam, an ex univerſo, an ex ſingulis corporibus, vel rebus? An una res cedat loco Falcidiæ? Quod facile explicabitur, ſi diſtinguamus, qua in re conſiſtant legata. Nam ſi conſiſtant in quantitate, res explicatu facilis eſt; ut ſi is, qui quadraginta habet in bonis, leget quadringenta uni, vel pluribus: Heres præſtabit 300. retinebit 100. Sin autem legata conſiſtant in jure individuo, puta in ſervitute prædii, ut ſi legata ſit via, ſi iter, ſi actus, quæ jura diviſionem non patiuntur, tum pretium ſervitutis patitur Falcidiam, id eſt, æſtimatur quanti ſit ſervitus: ejus æſtimationis quarta pars deſideratur à legatario, ut in *l. in quartam, ff. eod.* Eandemque rationem ſervabimus, ſi legata conſiſtant in faciendo, ut (quemadmodum antea dicebam) ſi heres rogatus, vel juſſus ſit, vel damnatus opus aliquod Reip. facere, vel ſtatuas ponere in foro, quod non poteſt pro parte adimplere. Nam hoc quoque caſu pretium operis, vel ſtatuarum patietur Falcidiam, *d. l. ſi is, qui quadringenta.* Sin autem legata conſiſtant in jure aliquo, quod diviſionem patiatur, ut ſi legetur uſusfructus, quam conſtat eſſe dividuum: heres eſt habiturus quartam partem fructuum omnium: Atque ita facile Falcidia decidi poterit inter eum, & legatarium. Unus enim erit fructuarius dodrantis, alius quadrantis: quia fructus poſſunt dividi: Ideo uſusfructus cenſetur eſſe jus dividuum, quod per fructus perceptionem facile dividuitatem percipiat, ut ait *d. l. ſi is, qui quadringenta.* Quid ſi legata conſiſtant in corporibus, ut fundo, ædibus, vel aliis rebus? & regulariter verum eſt, Falcidiam minuere ſingula corpora pro rata, non poni æſtimationem quanti ſint

Digitized by Google

ti ſint corpora; ut æſtimatio patiatur Falcidiam, ſed ex ipſis ſingulis corporibus detrahi Falcidiam, exemplo peculii legati. Peculium ſervi minuit quod ſervus domino debet, vel liberis domini, vel conſervis, quod ita accipiendum eſt, ut minuat ſingula corpora peculii, non univerſitatem peculii, *l. 6. D. de pecul. legat.* Et utimur recte in hac cauſa comparatione peculii, cum & ea utatur Juriſconſ. in *l. 5. §. 1. D. communi dividundo*, dum ait: ſi quæratur de Falcidia, nec liquido adhuc conſtet, ſit ea locum habitura, necne, ut liqueat, & res dirimatur à judice reddi judicium communi dividundo inter heredem & legatarium: Nam Falcidiæ ratio inducit communionem in ſingulis corporibus legatis inter heredem, & legatarios, *l. Plautius, D. eod. tit.* ut plane poſſit inter eos reddi judicium communi dividundo, ſicut inter heredem, & fideicommiſſarium Trebellianum redditur utile judicium familiæ erciſcundæ, *l. ſed & ejus rei, §. 1. l. ſi ex aſſe, D. famil. erciſc.* & ſtatim *d. l.* 8. poſt legem Falcidiam ponit exemplum peculii, ut ſcilicet inter dominum, cui debuit aliquid ſervus, & cum cui legatum eſt peculium ſervi, reddatur judicium familiæ erciſcundæ, ſi non liqueat quatenus minuatur peculium, ob id quod domioo debetur: Ergo deminutionem peculii quæ fit ipſo jure ob ea quæ domino debentur, recte comparant deminutionem legis Falcidiæ quæ etiam fit ipſo jure: Et ut illam dicimus fieri in ſingulis corporibus peculiaribus: ita & deminutionem Falcidiæ fieri in ſingulis rebus legatis. Quod oſtendit aperte *d. l. Plaut.* dum ait: ſervo legato, & eidem ſervo legato fundo, ſeparatim detrahi Falcidiam ex ſervo, & poſtea ex legato. Regulariter ergo lex Falcidia, ſi legata in corporibus conſiſtant, deminuit ſingula corpora pro rata. Sed notandum aliquando pro neceſſitate, non ex ſingulis corporibus, aut rebus legatis detrahi Falcidiam, ſed unam rem cedere in ſolidum vice Falcidiæ, ut in ſpecie *l. plane 35. & l. ſeq., §. ſi ſolus, D. eod. tit. & l. 5. D. de leg. 2.* Finge: ſervus legatus eſt, & ſervo relicta eſt fideicommiſſarie libertas: eidem legatario, vel ſervo eſt legatus fundus: ex fundo deducitur tam fundi, quam ſervi Falcidia, non ex ſervo, ne impediatur libertas. Idem evenit in ſpecie *l. Plautius 49. §. ult. & l. ſi fundus mihi legetur 23. D. eod. tit.* Quidam mihi legavit fundum, & viam in eum fundum per alium fundum ſuum: neceſſe eſt extingui legatum viæ, ſi vis detrahere Falcidiam ex fundo. Nam ſi detrahas Falcidiam ex fundo, pars fundi remanet in hereditate, nec totus fundus erogatur legatario: quo fit, ut eidem legatario non poſſit cedi via, quia viæ jus eſt individuum, quod non poteſt acquiri pro parte: fundo enim debetur integro, non parti. Ergo in hac ſpecie fundus ſolidus præſtabitur: & via cedet Falcidiæ vice, heredi. Sed hoc non ita ſimpliciter tradidit lex, *ſi fundus mihi legetur*, quæ obſcuriſſima eſt, niſi conſtituas tria membra hoc modo. Si ſit fundus legatus, & via ad eum fundum, aut plus eſt in Falcidia utriuſque legati, quam in pretio viæ, & hoc caſu viæ legatum intercidit, & reſiduum quod deeſt Falcidiæ detrahitur ex fundo. Aut tantum eſt in Falcidia, quantum in viæ pretio, ita ut ſit æqualis utriuſque quantitas, & tunc etiam neceſſario via intercidit, quam retinebit heres loco Falcidiæ, & ſolidum fundum præſtabit. Aut minus eſt in Falcidia, quam in viæ pretio, & tunc neque intercidit legatum viæ, neque legatum fundi: ſed utrumque ſolidum præſtatur. Et legatarius cogitur hoc caſu, per heredem propoſita exceptione doli mali, heredi de ſuo ſarcire Falcidiam utriuſque legati, id eſt, Falcidiam viæ, & Falcidiam fundi. Et ita ſi animadvertatis diligenter, nullo verbo mutato nptime explicabitur *d. l. ſi fundus mihi legetur*.

Ad Legem VI. *In ponenda*.

NOtandum eſt ad legem *6. h. t.* vel potius ad ejus primam partem (cæteræ enim nobis heri explicatæ ſunt) in ponenda ratione legis Falcidiæ, quod

A & lege Falcidia nominatim fuit comprehenſum, deduci bonis pretia ſervorum teſtamento manumiſſorum vel directe, vel per fideicommiſſum. Ergo & ſervorum propriorum teſtatoris, & ſervorum heredis, & ſervorum alienorum, quos heres à teſtatore rogatus ſit redimere, & manumittere, *l. 11. §. ſi ſervus, D. eod. l. 1. §. in quibuſdam, D. ſi cui plus quam per legem Falcid. & l. 13. h. t.* Cujus ſententia, quæ vulgo perperam explicatur, perſpicue & breviter hæc eſt: Ut legatarius, ut heres, cujus ſervo teſtator reliquit libertatem fideicommiſſariam, atque etiam fideicommiſſum pecuniarium, agnito legato, vel hereditate, cogatur eum manumittere, & deducto pretio ejus ſervi, ſi quid ſuperſit in legato, vel in hereditate, ut cogatur ex eo quod ſupereſt, ſalva Falcidia, eidem ſervo fideicom- B miſſum peculiare præſtare. Hæc eſt brevis, & perſpicua ſententia *l. 13.* cui omnino verba congruunt. Et id in *l. 13.* obſervandum eſt, Imperatores reſcribere ad patrem naturalem ejus ſervi. Et nunc addamus ex initio legis *6.* in ponenda ratione legis Falcidiæ etiam deduci bonis omne æs alienum teſtatotis. Omne, id eſt, non tantum quod aliis, ſed etiam quod ipſi heredi inſtituto mortis tempore à teſtatore debitum fuerit. Et bene, mortis tempore; quoniam, ut recte notae Thalelæus; ſatis eſt deberi mortis tempore, licet poſtea dies actionis exierit, puta, quod fuerit actio temporalis, & hoc ita, ſi heres bonorum inventarium fecerit. Nam hic ſolus ſui crediti deductionem habet *l. ult. §. in computatione, ſup. de jure deliberandi.* Item ſi nominatim non caverit teſtator, ut heres pecuniam C quam & teſtator debet, compenſet cum Falcidia, *l. 12. D. eod.* Si igitur heres inventarium fecit, etſi non ſit juſſus creditum ſuum penſare cum Falcidia, in ponenda ratione legatorum, crediti ſui deductionem habet. Nam etſi aditione hereditatis confuſum ſit id quod debetur heredi, nimirum jure creditoris, & debitoris concurrente in perſonam heredis: Confuſio tamen hæc ſolam actionem perimit, ne ſit petitio debiti, non etiam perimit deductionem, & retentionem. Eo igitur deducto, quod dixi ante omnia deducendum bonis, tum demum ex reliquis bonis detrahitur Falcidia, *l. ſi univerſæ, ſup. de legat. l. unic. §. igitur, ſup. de rei uxor. action.* Et hoc, ut poſui, ſi creditor debitori heres exiſtat. Contra ſi debitor creditori heres exiſtat, licet, & debitum confundatur aditione hereditatis, tamen quod heres debet D defuncto, non dico, bonis deducitur, ſed bonis contribuitur, numeratur in bonis teſtatoris, *l. 1. §. ſi deb. D. eod.* Denique ſi creditor debitori heres exiſtat, minor hereditas ad eum pervenire intelligitur: quia ex ea deduci oportet in primis quod heredi debetur. Contra, ſi creditori debitor heres exitat, major hereditas ad eum pervenire intelligitur, *l. ſi ei cui vendendi 41. §. ult. D. de eviction.* cui eſt conjungenda lex *cum emptor 48. D. ad leg. Falcid.* Ad hanc quæſtionem etiam de deducendo eo ære quod heredi debetur, pertinet *l. 14. h. t.* cujus ſpecies hæc eſt: Pater, idemque tutor filiæ emancipatæ, cum debitor eſſet filiæ ex adminiſtratione tutelæ, eam heredem ſcripſit ex triente, & adjecit coheredes ex aliis partibus: actio tutelæ pro triente confunditur, pro beſſe competit adverſus coheredes: quia non E confunditur ultra portionem ex qua heres ſcripta fuit, ut *l. pen. ſup. de hered. action. l. ſi ab eo, D. de negot. geſtis, l. ult. ſup. de contr. jud. tut. l. 2. inf. de evict.* Verum in ponenda ratione legis Falcidiæ, ſi filia ſit onerata legatis, id eſt, triens adſcriptus filiæ ſit gravatus, oneratus legatis, ipſa etiam pro triente debitum deducit, & ex reſiduo ſalva Falcidia legata à ſe relicta præſtat. Hæc eſt ſpecies legis 14. Ei ſimilis eſt ſpecies *l. 8. h. t.* quæ talis eſt: Pater duos filios Primum, & Secundum heredes ſcripſit ex partibus: Et Primum rogavit, ſi ſine liberis diem ſuum obiret, partem ſuam reſtituere Secundo: Primus moriens ſine liberis heredem inſtituit Secundum fratrem ſuum, & oneravit legatis ſupra dodrantem: Secundus dicit, inutile eſſe teſtamentum fratris: quia,

Digitized by Google

A quia, inquit, in eis me bonis frater heredem inſtituit, quæ mihi debuit ex cauſa fideicommiſſi. At ſane non debuit ea omnia bona ex cauſa fideicommiſſi, ſed dodrantem tantum: Igitur rata eſt inſtitutio, ratum teſtamentum: Nam id, quod teſtator beneficio legis Falcidiæ retinere potuit ex inſtitutione, pertinebit ad fratrem. Et lege Falcidia interveniente primum deducet dodrantem bonorum, quem ſibi debuit ex cauſa fideicommiſſi, tum ex reſiduo quadrante deducet Falcidiam, *d. l.* 8. & ita in *l.*10. ſi pater filium rogavit, ſi ſine liberis moreretur, partem ſuam reſtituere alteri filio, illo mortuu inteſtato ſine liberis, fratri ſuperſtiti ab inteſtato obveniet quadrans, quem defunctus frater beneficio legis Falcidiæ retinere potuit. Et illud notandum B ex utraque ſpecie *l.*8. *&* 10. ſcilicet, filium heredem inſtitutum, & rogatum reſtituere hereditatem, aut heredem ejus teſtamentarium, vel legitimum, detrahere tantum unam quartam, non duas. Hoc certiſſimum eſt, Jus Civile non pati, ut duas quartas, ſive duas portiones detrahat filius heres inſtitutus, & rogatus reſtituere hereditatem, quod perſpicue oſtendi obſervatio. 8. c.3. & ſatis copioſe, & bis tædet repetere, quod ibi ſit expoſitum perſpicue admodum, non poſſe quemquam ex Jure Civili probare, vel admittere deductionem duarum quartarum: ſed tamen receptum eſt uſu ex *cap. Rainaldus, extra, de teſtament.* in ea ſpecie filium deducere unam portionem, ut filium, alteram, ut extraneum, quam ſcilicet extraneus quilibet heres inſtitutus detraheret. C Et ut exemplis res fiat manifeſta, ſimul & appareat quemadmodum hæ portiones faciendæ ſint, ſi unicus filius ſit heres inſtitutus ex aſſe, & rogatus ſit reſtituere hereditatem, hodie deducit tertiam partem totius patrimonii, ut filius, & reſidui patrimonii quartam partem, ut extraneus quilibet heres inſtitutus: quia ſcilicet Juſtinianus in *Nov.* 18. vult, ut ſi ſit unus filius, vel ſi ſint duo, tres, aut quatuor, ut eis ſatisfiat, relinqui eis tertiam partem legitimæ portionis, id eſt, tertiam partem ejus, quod ferrent ab inteſtato, non partem quam ferrent ab inteſtato, ſed tertiam tantum partem ejus partis, id eſt, ejus quod ferrent ab inteſtato. Sin vero ſint quinque filii, vel plures, ut eis non aliter ſatisfiat, quam relicta, non tertia, ſed dimidia parte legitimæ portionis, id eſt, dimidia parte ejus, quod haberent ab inteſtato. D Unicus filius ab inteſtato haberet aſſem: ut filio igitur ei debetur tertia pars aſſis, & ut extraneo heredi ſcripto reſidui quarta pars. Quod ſi duo ſint filii, & inſtituantur ex æquis partibus, & unus rogetur partem ſuam reſtituere, is deducet tertiam legitimæ portionis. Fac 600. eſſe in bonis, deducet tertiam legitimæ portionis, ut filius, id eſt, centum (*car il euſt eu trois cens* ab inteſtato) & reſidui, ut extraneus deducet quartam ducentorum, id eſt 50. atque ita habebit jure duarum deductionum 150. ſecundum jus quo utimur, dixi. Nam jure civili populi Romani longe aliter ſe res habet: Jure civili unicus filius inſtitutus heres ex aſſe, & rogatus reſtituere hereditatem, deducit tantum E ex lege Falcidia unam quartam, quam & quilibet alius heres deduceret: nec plus habet, quam alius heres: niſi quod in filio unico hodie ea quarta mutata eſt ex *Nov.* 18. in tertiam totius patrimonii. Sin vero duo ſint filii inſtituti ex æquis partibus, is, qui rogatus eſt partem ſuam reſtituere, ex lege Falcidia tantummodo retinebit quartam, id eſt 75. ſi fuerint 600. in bonis, & ut poſui, hodie tertiam, id eſt 100. Quia ab inteſtato tuliſſet 300. & trecentorum igitur tertia pars ab eo deducenda eſt, id eſt, centum, quia Juſtinianus in *d. Nov.* 18. non tantum exheredatorum, vel præteritorum filio-

A rum, ſed etiam inſtitutorum portionem adauxiſſe intelligitur. Alia vero quarta non deducitur jure civili: quia (& hæc eſt ratio) quarta, quæ legibus datur heredi inſtituto, vel filio, vel extraneo, in hoc datur ne omittat hereditatem, & teſtatorem inteſtatum faciat, ut oſtenditur in *Inſtit. in princ. tit. de leg. Falcid.* Et una quarta, vel tertia multo magis ſatis invitat ad amplectendam hereditatem. Ac præterea cum ægre detur detractio quartæ Falcidiæ, quoniam datur contra voluntatem teſtatoris, qui proculdubio ſenſit, ut reſtitueretur totum ſine deminutione, *l. Titia, D. eod.* Et multo magis facit contra voluntatem, qui duplici deductione utitur, quam qui admittunt: ergo magis faciunt contra voluntatem teſtatoris. Sed adnotandum eſt, & ſumme B notandum, quod neſcio an vulgo animadvertatur: Juſtinianum in *d. Nov.* 18. videri etiam auxiſſe portionem filiorum inſtitutorum ad tertiam partem, ſi eſſent unus, duo, tres, vel quatuor, vel ad dimidiam, ſi eſſent quinque, vel plures. Videri, inquam, auxiſſe, non minuiſſe, & ſi filiis dando illam tertiam, vel illam dimidiam, tu auges quartam, quam dat Falcidius, recte quidem, ſed ſi minuas quartam Falcidii perperam, ut in hoc exemplo quod velim vos maxime notare. Finge: ſex ſunt filii, & 1200. in bonis, unus inſtitutus eſt ex ſemiſſe, unde habiturus eſt 600. & rogatus reſtituere ſemiſſem, ex lege Falcidia detrahet 125. quia hæc eſt quarta 600. qui, ſi ſequeremur Novellam 18. detraheret tantum 100. id eſt, dimidiam ejus, quod haberet ab inteſtato. Nam cum C ſint ſex filii, ab inteſtato tantum ferret 200. Atque ita in hac ſpecie nos ſequeremur potius legem Falcidiam, ne minuatur portio filii, quam Novellam Juſtinian. Sed cum augetur portio filii, facile recedimus à lege Falcid. Denique jure civili, unam tantum quartam ei filio damus, ſive tertiam, ſive dimidiam, modo amplior fuerit altera, duas portiones non damus. Et vero ut etiam Fulgoſius ſcribit, *cap. Rainaldus*, ortum eſt ex errore commentariorum.

Ad Legem XV,

D PAucis adnotabo, quod prætermiſi nudiuſtertius ad legem 15. quod vulgo male accipiatur, in ea agi de dote adventitia, quæ jure remanet apud virum, mortua ſcilicet muliere in matrimonio: Nam hoc eſt jure ratum, & firmum, adventitiam dotem mortua in matrimonio muliere ſemper manere penes virum, *l. mulier, D. de cond. inſtit. l.*23. *D. de evict. l.*5. *D. de bonis damnat.* Et ita in ſpecie *d. l.* 15. prædia dotis adventitiæ mortua uxore jure remanſerunt penes virum: & proponitur, uxorem ei legaſſe inſtrumenta eorum prædiorum, id eſt, *ſes tiltres*, inſtrumenta originis, ut in *l. inſtrumenta, ſup. de fideicomm.* inſtrumenta auctoritatis, ſive adquiſitiones prædiorum dotalium: quod legatum lex ait E non pati Falcidiam: & ratio hæc eſt: quia cum prædia apud eum jure remaneant, legatis inſtrumentis eorum prædiorum quodammodo rem ſuam recipere videtur: quamquam ſane non pertinent ad eum ea inſtrumenta, niſi legata fuiſſent, *d. l. inſtrumenta*. Sed ex uſu ei exhiberentur: Et ubi quis jure legati quodammodo rem ſuam recipit, aut recipere videtur, id legatum eſt extra modum legis Falcidiæ, ut cum dos legatur uxori, *l. uſusfructus, ff. eod.* vel cum debitor legat creditori, quod ei debet: Quæ nobis debentur, non patiuntur Falcidiam. *Il les faut payer tout entierement, l. creditor, in fin. de legat.*2. Et ita fuit explicanda lex 15.

F I N I S.

JACOBI CUJACIJ J.C.

RECITATIONES IN LIBROS IV. PRIORES CODICIS JUSTINIANI.

AD TITULUM PRIMUM:

De Summa Trinitate , & Fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat.

PRIMUS titulus Libri 1. Cod. Juſtin. eſt de ſumma Trinitate, & fide Cathol. &c. quem ſolum hodie vobis explicabo, quod non licuerit mihi dare operam ſeq. tit. & ero brevis nihilominus. Jus ſacrum, ſive de religione Chriſtiana, quod Theodoſius contulerat in ultimum ſui Codicis librum, Juſtinianus in hoc ſuo Codice honoris cauſa maluit ponere lib. 1. & ordiri ſtatim à præcipua ejus parte de ſumma Trinitate, & fide Cathol. deque ea definire convenienter Synodis .i. Judiciis auctoritate principis, & undique Gentium ad eas evocatis Chriſtianis, & diſceptationis futuræ cognitoribus, & arbitris: unum ſcilicet eſſe Deum omnipotentem, in tribus perſonis, Patre, Filio & Spiritu Sancto per omnia æqualibus divinitate, æternitate, majeſtate, virtute, claritate, gloria, ſubſtantia: Chriſtum eſſe ſingularem, & unigenitum filium Dei omnipotentis, ſummæ Trinitatis perſonam unam, Deum de Deo, lumen de lumine, ut ait l. 2. hujus tituli; & aſſumpta carne humana in utero Virginis Mariæ Deum, & hominem, Deum Patri *ὁμοούσιον* .i. ſubſtantia parem, & ſimiliter hominem *ὁμοούσιον* per omnia nobis: certiſſimam ſalutem redemptionemque humani generis; ac inde Sacroſanctam Virginem Mariam non Chriſti, quaſi hominis tantum, ſed etiam Dei matrem nominari veriſſime, & hanc eſſe fidem Catholicam, quam & ipſe Juſtin. latiſſime profitetur & laudat, l. 1. 5. 6. 7. & 8. cod. tit. populo in teſtimonium advocato, & utriuſque Romæ Archiepiſcopis Johanne Archiepiſcopo antiquæ Romæ, & Epiphanio Archiepiſcopo novæ Romæ .i. Conſtantinopoleos, quorum uterque vehementer approbat Juſtiniani profeſſionem pietatemque ſuam. Sunt & alia Catholicæ fidei capita. Sed cum in aliis congruerent eo tempore Chriſtiani ſatis, in his mirum in modum inter ſe diſcrepabant: & qui à Catholicis, ſive Orthodoxis ſeorſim ſentiebant, Arriani, ſive Porphyriani primum negabant, æternum eſſe ipſum Chriſtum, & Patri ſubſtantia parem, neſcio an ex illo Zoroaſtri magico verſu: Seipſum Deus eripuit ab aliis omnibus, & dixit ſupra omnes: nec in ſua poteſtate intellectiva altero à ſe Deo incluſit ignem ſuum, id eſt, ſuam dignitatem divinam. Verum hoc longe abhorret ab Apoſtolica, & Evangelica doctrina. Et breviter ut dicam, mera hæc eſt impietas, mera *κακότης*. Neſtoriani, ſive Simoniani dividebant Chriſtum, ita ut non eſſet idem verbum Dei, & Chriſtum ex Virgine Maria, & Spiritu Sancto natum vellent, neque eam matrem Dei nuncupari paterentur, & Chriſtum Deum poſt reſurrectionem acceſſiſſe dicerent Trinitati ſummæ, quaſi divinam perſonam quartam. Ante reſurrectionem Chriſtum non fuiſſe divinum. Hos Juſtinianus vocat in l. 6. & vocabat univerſa Eccleſia *ἀνθρωπολάτρας*, quod humanitatem tantum in Chriſto agnoſcerent non divinitatem, quæ extra humanitatem eſſe non poteſt, Eutychiani, & Apollinariani ſunt dicendi ex *l. 8. inf. de hæret.* ut Arriani potius dicendi ſunt Porphyriani, & Neſtoriani Simoniani ex l. 6. eodem tit. Eutychiani negabant ipſum Chriſtum Dominum noſtrum hominem eſſe natura parem, eſſe *ὁμοούσιον*, quibus ſunt proximi, qui dicebant Carnem Chriſti eſſe afflictionis, & corruptionis expertem. Macedoniani autem negabant Spiritus Sancti cum Patre æqualem eſſe divinitatem, quæ etiam ſecta condemnatur nominatim in conſtit. hujus tituli. De proceſſione, & egreſſione Spiritus Sancti, quæ Græce dicitur *ἐκπόρευσις* ex illo Johannis loco c. 15. *ὃ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται*, quod dicitur in l. 2. hoc tit. eum ſe ex ſummo rerum parente, & ſperare, & accipere, contra quam ſentiat Eccleſia univerſalis, eorum opinioni accedere videtur, qui dicunt Spiritum Sanctum ex ſolo Patre procedere. Et Accurſius ipſe notavit hanc conſtitutionem his, qui in ea hæreſi erant, favere admodum: neque vero ullum in hoc ſubeſt mendum, quod quidem confirmant Baſilica, ex quibus etiam initio h. 2. velim vos reponere myſteriorum, pro miniſteriorum, ut *l. 6. Cod. Theod. de hæret.* Cæterum cum in trium perſona-

rum

rum Trinitatis, & unitatis ratione conſtituenda inter ſe A Chriſtiani diſſentiret illo tempore, hos Imperator in eodem tit. cenſet conſentientes cum univerſa Eccleſia, & Synodis Oecumenicis eſſe Chriſtianos Catholicos, ſive Orthodoxos, qui ita credunt, ot ſtatim ab initio expoſui, eſſe credendum. Cæteros qui ab aliis ſeorſum aberrant, non eſſe Chriſtianos hæreticos, ac ne Chriſtianos quidem, maxime Arrianos, & Neſtorianos, *l. 6.* damnatos de hæreticis, &c. Imperatores *l. 3. 5. 6. & 7.* cod. tit. execrantur, & extra cummunionem fiunt quaſi hoſtes Eccleſiæ Chriſti: quæ quidem execratio in Laicis appellatur *ἀναθεματισμὸς*, in clericis appellatur *καθαίρεσιν*. Neſcio vero, an jure liceat Imperatoribus uti fulmine execrationum: videtur hoc Pontificum potius eſſe, quam Regum. Fabius in Declam. exheredationem ait eſſe fulmen paternum, & nos dica- B mus excommunicationem eſſe fulmen pontificium. Hoc, inquam, videtur eſſe Pontificum non Imperatorum, aut Regum. Et Marcellinus, cujus memoriam tota Gallia colit apud Severum hiſtoriæ ſacræ ſcriptorem, non jus eſſe ait, cauſas Eccleſiæ judicari à ſæculari Judice. Et hac ratione auctor eſt Imperatori, ut ſanguine hæreticorum abſtineat, ſatis eſſe hæreticos judicatos Epiſcopali ſententia extra communionem fieri, & tamen l. 1. hoc tit. & l. 8. quicumque, inf. de hæret. cenſet ſumenda eſſe ſupplicia: & hoc jure utimur. Verum quod attinet ad anathematiſmum, quem Juſtin. hæreticis infligit, ſi eum probaſſet Johannes Archiepiſc. veteris Romæ, cujus in hoc tit. extat reſcriptum notiſſimum ad Juſtinianum Imperatorem, ſi, inquam, eum anathematiſmum, quem Juſtinian. irrogat hæreticis, probaſſet, C cum non retractaſſet in Epiſt. Juſtin. quam quodammodo inſertam ſuo reſcripto ad Juſtin. remiſit, vel potius ipſe Juſtin. non retraxiſſet conſulto data opera erubeſcens auctoritatem Romani Pontificis: nam Romanum Pontificem, ut ipſe indicat in conſtit. 7. Juſtinianus reverebatur magis, quam Epiphanium Pontificem Conſtantinopoleos. Scribit ad Epiphanium idem, quod ad Johannem: ſed in Epiſtola ad Johannem non legitur *ἀναθεματισμὸς* In Epiſt. ad Epiphanium legitur: non erubuit eam inſerere ad Epiphanium. Sequitur tertia pars hujus tit. ut nemo de ea publice audeat contendere, eſt io l.4. ſanctio ſcilicet pœnalis, ut ne quis de fide ſuperius expoſita publice diſputare audeat, ne, inquit, tumultus inde, & perfidia Eccleſiæ naſcatur. Perfidiæ nomine in Conſtitutionibus ſæpe intelligimus hæreſim. In D illo etiam loco Baſilica interpretantur cacodoxian, cui opponitur Orthodoxia: & extat conſtitutio l. 4. integrior in Chalcedon. Synodo ſect.4. & fuit edita utraque lingua Græca, & Latina. Pertinet autem proprie ad Chalced. Synodum, quæ fuit facta adverſus Eutychianos, ſed porrigitur etiam ad cyclicam factam adverſus Arrianos, & ad Epheſinam factam adverſus Neſtorianos, & ad Conſtantinopolitanam factam adverſus Macedonianos. Et placet, quod rem concludit omnem hæc ſententia, quæ in integriori conſtitutione Græca l. 4. exſtat: extremæ eſſe dementiæ in medio, & perſpicuo die commentitium lumen accerſere, ſoli lumen fœnerari. Inanes igitur, & inutiles eſſe diſputationes publicas de fidei articulis jam ſatis Synodis ſacroſanctis Eccleſiæ definitis. Et hæc eſt ſumma brevis hujus tit. qua maxime E velim vos hodie eſſe contentos.

AD TIT. II. *De Sacroſanctis Eccleſiis, & de rebus, & privilegiis earum.*

SEcundus titulus eſt de ſacroſanctis Eccleſiis, &c. Eccleſias vocat ædes Deo conſecratas, ſive Dominica, in quæ conventus agunt Chriſtiani myſteriorum, vel, ut loquitur lex 5. cœleſtium ſecretorum gratia. Quibus verbis nihil aliud poteſt ſignificari quam Liturgia, ut legimus nominatim in Actis Apoſtolorum, Apoſtolos fuiſſe deprehenſos obeuntes omnia illa, & ſacra myſteria. Numquam Eccleſia veris myſteriis caruit, & ſi qua caret, ea non eſt Eccleſia, nimirum detractis myſteriis, vel ut lex ait, ſecretis cœleſtibus atque divinis: & rurſus in quas conventus etiam agunt Chriſtiani publicarum orationum, horarum, ſermonum, & concionum gratia. Pythag. *ὁμακοῖον* ſimul, & eodem nomine ſignificantur Collegia clericorum, vel ut Hieronymus, & Johannes Rom. Epiſcopus loquuntur, ſacerdotum Senatus, qui in eis ſunt, & ab Eccleſiis martyria ſeparat l. 13. 16. & 17. quaſi ſcilicet Eccleſiæ ſint dicatæ cultui Dei omnipotentis, martyria honori, memoriæ, & ſedi martyrum, & confeſſorum, *l. ult. C. Theod. de ſepulchr. viol.* quæ & memoriæ D. Aug. Qui Græce *μάρτυρες*, Latine dicuntur Confeſſores, quorum erat veneratio ſumma io Eccleſia priſca. Et de Eccleſiarum, & Martyriorum bonis in hoc tit. potiſſi- B mum agitur: ſic enim eſt inſcriptus, de ſacroſ. Eccleſiis, & de rebus, & privilegiis earum. Igitur tres ſunt ſummæ partes: nam ſunt multo plures de Eccleſiis, & rebus earum, & privilegiis, de rebus, & bonis, de ſalariis ſive annonis, quæ & Eccleſiis dabantur etiam annua, quæ eis relicta ſunt, ut integra, & perpetua eis conſerventur, quod ſingulare eſt: nam annuum ſi relinquas certæ perſonæ, cum perſona extinguitur, ſi relinquatur Eccleſiæ, numquam extinguitur, *l. ult. hujus t.* Eſt etiam hic tit. de officiis quibuſdam Eccleſiarum, veluti de Decanis, ſive Collegiatis (ſic appellantur in hoc tit.) deſtinatis ad diverſa obſequia Eccleſiæ Conſtantinopoleos maxime, ut eorum officium paucis exponatur, ad juſta funebria, ad deferenda funera. Cedrenus decanos interpretatur *ῥαβδοῦχους baſtonniers, Bedeaux*, qui C non huic rei tantum dant operam, ſed ad omnia obſequia, & munera Eccleſiæ præſto ſunt, quorum erat in Eccleſia Conſtantinopolitana juſtus numerus. Et agitur de Oeconomis. Cum agatur de rebus Eccleſiarum conſequens eſt, ut etiam agatur de Oeconomis: nam ii ſunt adminiſtratores Eccleſiæ, & ut ait *l. jubemus, eodem titul.* diſpenſatores pauperum: nec enim Epiſcopi adminiſtrabant, vel attingebant ullo modo res Eccleſiæ, qui toti erant in ſacris literis, & myſteriis exercendis, & nunciando verbo Dei. Oeconomi res adminiſtrabant Eccleſiæ, atque pro viribus earum reditus pauperibus erogabant, & conſequenter igitur de arcariis, quibus œconomi rationes reddunt, atque etiam reliqua perſolvunt: nam rationes non redduntur niſi reliqua perſolvantur, quæ quidem reliqua arcarii re- D ferebant in arcam Eccleſiæ communem, cui ipſi erant præfecti præpoſitique. His etiam adjunguntur Chartularii, qui rationes, & actus Eccleſiæ conficiebant, adduntur etiam in hoc tit. eccleſiarum, & martyriorum privilegia quædam generalia, quæ eſt tertia pars hujus tit. puta ut eccleſiæ, & perſonæ, & res Eccleſiaſticæ ſint immunes à ſordidis, extraordinariis, vel ſuperinductis muneribus; & nominatim Decani, ſive Collegiati, de quibus ante dixi, ut immunes ſint à muneribus argentariorum, vel nummulariorum, *l. 9. h. t.* quæ ſunt munera in civitatibus, & plerumque etiam invitis injunguntur, ſunt enim Reip. maxime neceſſaria: & hæc immunitas tantum in ea *l. 9.* datur decanis *ἐμπράκτοις*, id eſt, qui reipſa munus Decanorum exercent, ut in *l. generaliter, & tit. ſeq. de Epiſc. & Cleric.* & generaliter ita E definitur, quod maxime velim vos adnotare, ne quis ſub ſpecie muneris quod minus exequatur, alteris muneribus, & oneribus relevetur. Hoc poteſt eſſe uſui in multis cauſis: exemplo uno utar. Doctoribus, Anteceſſoribus conceſſæ ſunt merito immunitates quædam, quo fit, ut plerique ambiant Anteceſſorum nomen, & vel ſi nomen adepti fuerint, etiamſi nihil quidquam doceant, aut quod pejus eſt docere poſſint, tamen immunitate gaudent, quo fit ut opprimatur plebs, quæ ſublevaretur ſi onus adnumerati illius Doctoris non transfunderetur in eam: quæſo obſervemus hanc ſententiam. Sunt etiam alia privilegia Eccleſiarum, ut immunes ſint à lucrativorum deſcriptione, id eſt, certæ portionis prorogatione, quod declaro.

Digitized by Google

ro. Curialis, vel decurio, vel Senatus municipales Reipublicæ muneribus bonaque ejus omnia maxime obnoxia erant, imo & progenies ſive proſapia, ut veteri verbo utar. Cicer. verbum vetus appellat de univerſitate, quod Aſconius interpretatur. Iis curialibus, ſi qui non curiales conditione, & origine ſucceſſerint ex cauſa lucrativa, ex titulo lucrativo, puta jure legati, vel jure inſtitutionis non ferunt aſſem, non ferunt ſolidum quod eis relictum eſt, ſed relinquunt Reip. portionem aliquam, quæ dicitur lucri deſcriptio, lucri onus, quod à curiali obvenit, non curiali. Cæterum Eccleſiæ à lucrativorum onere immunes ſunt ſi forte curialibus ex cauſa locrativa ſucceſſerint: & additur aliud privilegium, ut donationes in eas collatæ valeant etiam factæ *μονομερῶς*, id eſt, ex promiſſione ſola offerentis, etiamſi Eccleſiarum nomine nemo eas donationes agnoverit, acceperit: nam jure communi donatio ſine acceptione non valet: & interim dum non accipitur & agnoſcitur, revocari poteſt. At in Eccleſiam collatæ donationes ex ſola pollicitatione valent, imo & ſine inſinuatione ſeu confectione actorum, ſi modo, ut eſt in hoc tit. non excedant quingentos aureos: & addit aliud privilegium, ut eccleſiaſticæ actiones non perimantur niſi præſcriptione 100. annorum, quæ duo poſtrema privilegia, etiam civitatibus dantur, & illud de quingentis aureis hodio abiit in jus commune, ideſt, ſecundum novas Coostitutiones Rom. Impp. nam ſi jus, quo utimur, ſpectemus, omnes donationes inſinuatione indigent. Sed ex conſtitutionibos Rom. Impp. hodie jus commune eſt, ſi non excedant quingentos aureos valere, etſi non ſint repoſitæ in acta vel monumenta. Id vero quod eſt de centum annorum præſcriptione, ut Eccleſia, vel civitates, ſi agant, ea tantum repelli poſſint, mutatum eſt Novellis in annos 40. pro 100. & hæc quidem ſunt generalia privilegia Eccleſiarum, quæ proponuntur in hoc tit. Sunt etiam quædam ſpecialia, veluti Eccleſiæ Theſſalonicæ in l. 8. ut ea Eccleſia relevetur onere propriæ capitationis, id eſt, tributi capitalis: oam unaquæque Eccleſia pro capite cenſebatur uno aut pluribus, ut princeps ſtatuerat, nec onus capitis qoiſquam olim poterat effugere, ordinarii & extraordinarii muneris immunitate gaudebant multi; ſed oon ordinarii, non propriæ capitationis, non Eccleſiæ, non præfecti prætorio & comites, ut eſt in *Nazarii* oratione quadam, etiam præfecti prætorio & comites tributa pendunt principi, ſed hoc tantum privilegium datur Eccleſiæ Theſſalonicæ, quæ ſanctitate præcellebat eo tempore, ut relevetur onere propriæ capitationis, non tributo agrorum, & aliud ſpeciale privilegium Eccleſiæ Conſtantinopoleos eſt in l. 14. 17. ut ejus Eccleſiæ prædia coloni ſive ruſtici panes civiles, quos ferebat Eccleſia de publico vaſa ſacra ſive anathemata & donaria ſacra, ut nullo modo alienentor vel pignerentur, ac ne dentur quidem jure *παροικικῷ*, quod vulgo hodie dicitur libellaria, ut expoſui in Feudis tit. quibus modis feudum committatur, ſed & locari, vel in emphyteuſim aut precarium dari, ut non poſſint niſi certa lege modoque, qua lege exprimitur in conſtit. h. t. & in Novellis, hoc privilegium, ut dixi, primum datum fuit Eccleſiæ ſoli Conſtantinopolitanæ, ſed eſt porrectum poſtea ad omnes Eccleſias, ſpeciale quod erat, factum eſt generale, & abrogata eſt conſtitutio Anaſtaſii Græca, qoæ erat ſub hoc tit. & permittebat aliarum Eccleſiarum bona alienari vel pignerari adhibito decreto, & confectis actorum monumentis apud magiſtrum cenſus, ut ait conſtitutio Anaſtaſii apud magiſtrum cenſus, videlicet in urbe, id eſt, utraque Roma, in provinciis apud præſides & defenſores civitatum: nam hi ſoli jus habebant conficiendorum actorum, non omnibus erat jus, ſed magiſtro tantum cenſus in urbe, quem *γενικὸν* appellabant in *l. ſancimus, de donationibus*, & in Nov. & in ſequ. tit. l. 6. duobus locis, ſed de illa Eccleſia Conſtantinopolitana etiam ſpeciale hoc invenies in hoc tit. ejus Eccleſiæ Archiepiſcopi eandem, quam & Romani habebant prærogativam in creatione Epiſcoporum, & in aſſidendo, aut procedendo, ut Conſtantinopolitanus uni cedat Romano: ut dicam breviter, primæ deferuntur Romano, in l. 6. hujus tit. l. ult. 8. tit. 1. etiam ab ipſo Juſtiniano primæ deferuntur in Novel. 131. & hoc privilegium creandi Epiſcopos, procedendi præſidendique appellatur privilegium Patriarchicum in *l. 15. hujus tit.* & ſeparatur à privilegio Metropolitano, recte: nam ut pauciſſimis expediam, iidem ſunt Patriarchæ, & Archiepiſcopi. Patriarchæ ſunt Archiepiſcopi, ſunt Pontifices, his inferiores ſunt Metropolitani, qui non ſunt Archiepiſcopi & ſuperiores Epiſcopis. Jam explicatus eſt tit. unum tantum obſervandum eſt ex *l. ult.* quod eſt ſingulare. Finge: Teſtator legavit Titio, & duo ſunt Titii amici teſtatoris, æqua charitate conjuncti, nec apparet de quo ſcripſerit teſtator; cui debetur legatum? neutri, invicem ſe impediunt, ſive non debetur ei, cui dare noluit teſtator, non debetur etiam ei, cui dare voluit, quoniam quiſnam ſit incertum eſt & obſcurum, in *l. 3. §. ſi duobus, de adim. legatis, l. 11. ſi fuerit legatum, de rebus dubiis.* Quibus perperam obiicitur *l. ſi quis ſervum 8. §. ſi inter duos, de leg.* 2. Si quis obiiciat, non prorſus inutile eſſe legatum, ita poteris explicare eum locum, ut iſte locus demonſtrat, veluti ſi duo Titii inter ſe conteodant de ſententia teſtatoris, unus dicat de ſe ſenſiſſe teſtatorem, alter aſſerat idem, & pro ſe quiſque afferat conjecturas, heres autem paratus ſit ſolvere ei, à quo defendatur & ſervetur indemnis, eliget ipſe heres cui ſolvat, & gratificabitur cui volet, accepta cautione ab illo ſervabitur iodemnis obtinente altero, verum eligere non cogetur, quia fieri poteſt ut nullus obtineat, ut nullius conjectura idonea videatur judici; atque ita, ſi nihil liqueat, neutri dabitur legatum. Sed lex illa ultima aliud ſtatuit in pia cauſa, quod ego lubenter traxerim, ſuadente Juriſconſulto, ad omnem cauſam, vel me ſuadente & auctore juriſperito: nam ex l. ult. ſi quis legaverit Eccleſiæ Divi Stephani, & liqueat plures in ea civitate eſſe Eccleſias ejuſdem nominis, neque liqueat perſpicue de qua ſenſerit teſtator, lex ait deberi legatum ei Eccleſiæ, io qua fuit frequentior teſtator & aſſidujor, in qua fuerit propenſior: hæc jus etiam obtineat io omnibus cauſis: nam in exemplo ſi duo foerint Titii, & unus fuerit arctiori neceſſitate cum teſtatore conjunctus, ei debetur legatum, nec fuerit dubitatio aliqua, quam quod fuerint ambo æqua neceſſitate conjuncti, ut ait *d. l. ſi fuerit legatum*, nam ſi non fuerit par humanitas, & erga utrumque benevolentia, ſane obtinebit legatum, qui ſe amiciorem probabit defuncto fuiſſe: at quid ſi non fuerit teſtator magis in unam Eccleſiam propenſus quam in alteram, nec poſſit ex defuncti propenſione elici certa conjectura: lex ait legatum deberi pauperiori Eccleſiæ. Cur non etiam liceret ſtatuere legatum deberi pauperiori Titio?

AD TIT. III. *De Epiſcopis & Clericis & Orphanotrophis, & Xenodochis, & brephotrophis, ptochotrophis & aſcetriis & monachis, & privilegiis eorum, & Caſtrenſi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis ſeu permiſſis.*

Tit. 3. ita vulgo legitur, de Epiſcopis & Clericis, & orphanotrophiis &c. ſed magis probarem de Epiſcopis & clericis & orphanotrophis &c. nam de orphanotrophiis & aliis omnibus venerabilibus locis, ſimul ac de Eccleſiis & de Martyriis dictum eſt tit. ſup. & l. 15. 17. 19. 21. 22. & 23. Hic titulus eſt de perſonis Eccleſiaſticis, ille de locis religioſis & pietati dicatis. Sed tamen duæ tractationes ita ſunt conjunctæ & affines, ut vix poſſit quis tractare de perſonis, quin tractet etiam de locis, & contra: de perſonis igitur hic tit. potiſſimum eſt, videlicet de Epiſcopis & cleric. & orphanatrophis, et cæteris, quorum ſingulorum munus, ut et aliquantulum deſcribatur, et differentia, quæ inter

A ter eos intervenerit ; Epiſcopi ſunt Antiſtites, qui clero & populo Chriſtiano præſunt, veluti paſtores, patres, & vicarii Domini noſtri Ieſu Chriſti , vel ut in *l.6. tit.ſeq.* qui populum Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur. Optato Milevit: apices, & principes omnium , vetuſtioribus Primicerii Presbyterorum , ſive habeant nomen Epiſcopi,ſive Archiepiſcopi,ſeu Metropolitani : nam quod ſcribunt de Epiſcopis,& de iis, qui ſunt ſupra Epiſcopos intelliguntur , ut quæ in conſtitutionibus ſcribuntur de illuſtribus , ſcripta etiam examinare debemus de iis , qui ſunt ſupra illuſtres, qui ſupra Epiſcopos , & ipſi Epiſcopi ſunt . Clerici, ut invenio in h.tit. ſunt miniſtri divini muneris , Catholicæ Eccleſiæ, Chriſtianæ legis, Orthodoxæ fidei , quandoquidem hæretici ſunt potius abdicati, & exheredati, vel facti extra hereditatem cæleſtem , & communionem Eccleſiæ , ut B definit *l.2.Cod. Theod. eodem tit.* clerici ſcilicet, ſive generaliter potiores heredes Dei , coheredes Chriſti , qui divino cultui miniſteria religionis impendunt, *l.* a. *Cod. Theod.* presbyteri ſcilicet , qui inter clericos ſuperiorem locum obtinent , ut ait *l.8.* in illo loco, ſi forte presbyteri , qui ſub nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam ſunt præcepti,hoc ipſo,quod nihil metuant, vera ſuppreſſerint &c.Gerunt igitur presbyteri ſub nomine ſuperioris inter clericos . nam & Apoſtolorum vice ſunt , ut legimus ἐν διαταγαῖς eorumdem , in conſtitutionibus eorum , eiſque non minus , quam & Chriſtianis incumbit cura nuntiandi verbi Dei , nunciandæ , & formandæ ſalutis generis humani , nuntiandæ redemptionis , qua functus Chriſtus pro humano genere,ut eſt in eis Apoſtolorum conſtitutioni- C bus,σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἐκκλησίας στέφανος 1.Conciliatores ſunt , & aſſeſſores Epiſcopi , & Eccleſiæ corona,& D.Paulo ſcribente de iiſdem presbyteris κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ , qui navant operam docendo , inſtruendo, commonendo , corrigendo populo Chriſtiano : clerici & ſunt , qui hos ſequuntur, veluti Diaconi utriuſque ſexus , & hypodiaconi , id eſt , ut eleganter ſcriptum eſt in hoc tit. miniſtri ſacræ menſæ , & totius ornatus Eccleſiaſtici , ut eſt in l. ult. tit. ſeq. levitæ, lectores, cantores, ſive pſaltæ, exorciſtæ,& oſtiarii: ſacerdotum nomen ſolet proprie tribui Epiſcopis , ſed communicatur etiam clericis , Græce ἱερεῦσι *l.16.19. 44. hoc tit. l. 8. inf. de hæret.* Imo communicatur Chriſtianis omnibus : nam ſi communicatur clericis : clericorum nomen comprehendit univerſam Eccleſiam Chriſti . D Eucherius: Sacerdos, inquit, ab eo nomen accepit,quod ſacrum præbere ducatum minoribus debeat. Et adjicit: quo nomine utique cenſentur omnes, qui altitudine rectæ converſationis ac doctrinæ ſalutaris eminent , nec ſibi ipſis tantummodo , ſed pluribus proſunt : Et alio loco : Omnes ſumus membra ſummi Sacerdotis Domini Jeſu Chriſti : Et Tertullianus : Chriſtus ſacerdos nos Deo , & Patri fecit . Quod idem de Clericorum nomine ſcribunt . Orphanotrophi in hoc tit. ita definiuntur l. 31. qui parentibus atque ſubſtantiis deſtitutos minores, & orphanos , quod Gallica vox nomen retinet , ſuſtentant , atque affectione proxima educant ſumptibus Eccleſiæ , & ut ait lex 31.ſunt quaſi tutores pupillorum,& curatores adoleſcentium : ac ſimiliter brephotrophi dicuntur alumni , & educatores infantium projectorum, E vel expoſitorum , & ptochotrophi alumni pauperum , & mendicorum : Xenodochi autem ſunt , qui exteros, aut advenas ægrotos , debiles , invalidos , vel ut dixit Epiphanius depotentes , qui ſibi neceſſarium victum quærunt , hoſpitio excipiunt, *l.45.* & 48. hoc tit. Xenodochi hoſpitales, quod nomen etiam vox Gallica obtinet : & quidem hoſpitale ſtudium excipiendorum externorum nihil aliud eſt , quam xenon , aut xenodochium , qui locus proprie educandis puellis,pueris, ſive infantibus deſtinatus eſt : improprie appellatur hoſpitalis,aut xenon.Verum ut perſequar ſingulas partes hujus tit: aſcetæ , vel aſcetriæ ſunt devotæ virgines, qui , quæve ita vitam inſtituerunt , ut toti ſint ſacris dediti

A meditationibus , precibus , aſſiduiſque votis erga Deum pro humano genere : quod inſtitutum philoſophiam vocat Nov. Majoriani de ſanctimonialibus , & viduis . Et notum eſt , atque adeo ſane notandum , quod de aſceta quoque ſcribit Macarius , qui & ipſe fuit aſceta homil.27. ſuo familiari , & collegæ , quem ſæpe viderat meditatione multa , & profunda , veluti ſumptum , & ereptum ex rebus humanis,quem ſæpe viderat gravi infirmate laborantes liberaſſe indulgentia medicinarum ſuarum cæleſtium , vel ſola impoſitione manuum, quem ſæpe viderat etiam dæmonas ejeciſſe , hunc tandem mente divina ejeciſſe elatum ſuperbia, & prolapſum in omne malitiæ genus , cui tamen Deus iojecerat gratiam, & utitur hac preclariſſima ſententia: pura nitidaque mens, ſive nitida natura non caret qualitate ſuper- B biæ : nulla eſt adeo nitida mens , quin depravari poſſit, Eam ob rem colendus eſt nobis ſemper Deus , ut ſemper admonemus , adhibito timore metuque .

Verum ut ad rem redeam,obſervandum in hoc tit.ab aſcetis ſeparari monachos, & aſceterium ſeparari à monaſterio ſimiliter l. 53. Aſcetas igitur ſeparari à monachis , id eſt, qui quæve latebras captant, & vaſtas ſolitudines : ii ſunt proprie monachi , l. quædam , inſ. de decurionibus lib. 10. quorum præfecti dicuntur Archimandritæ , quaſi Latebrarum præſules . Et hæ quidem ſunt perſonæ , quæ in hoc tit. numerantur . Sed præterea in conſtitutionibus h. tit. fit etiam mentio νοσοκόμων & γηροκόμων,quibus ſcilicet curæ erant valetudinarii, & ſenes: namque ætas ſenilis altera valetudo eſt . Denique certus erat locus , quo pietatem Eccleſiæ C exercebant in ſenes , & certus , quo in valetudinarios cujuſcunque ætatis, populares ſcilicet, & concives: nam, ut antea dixi , peregrinis erant conſtituta xenodochia . Fit etiam mentio parabolanorum medicorum, qui erant in Alexandria , quod ſe conjiciant in periculum , *un Medicin de la peſte , qui ſe hazarde bien fort.* parabolani medici ſunt audaces medici , qui adeunt omnia pericula curandorum ægrotorum gratia , qui nihil extimeſcunt contagionem morborum:fit etiam mentio in conſtitut. h. t. ejus , qui dicitur ὁ ἐπὶ τῆς πτωχείας, qui erat quaſi generalis quidam curator, & obſervator medicorum,diverſus à ptochotropho. Et fit itidem mentio œconomorum , de quibus etiam multa tit. ſuperiore , & defenſorum Eccleſiæ: fit mentio ἀρχόντων,vel ἐξάρχων, qui ſane, ut opinor, ſunt chorepiſcopi , ut Zonaras ait , χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι ruris,aut ſuburbii Epiſco- D pi , aut Metropolitani, iidem , qui & Archidiaconi, vel Archipresbyteri fere , ut Leo ait , & ut eſt in Synodo Neocæſariana ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν ο'.Sigibertus: *Archidiaconi , qui dicuntur Chorepiſcopi* , qualem in antiquis monumentis legi nuper Lugduni , fuiſſe appellatum præfectum ſupercilio Lugdunenſi,vel ut loquuntur , monti ſacro duorum Irenæi, & Juſti, qui & veluti ſupercilium eſt hodie ei civitati , & is hodie appellatur Abbas , olim Chorepiſcopus proprius, quam Abbas, Fit etiam mentio eorum , qui περιοδευταὶ dicuntur , ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ κατωρθοῦν τοὺς πιστούς,ut Zonaras ait in Sardicenſi Synodo , qui fideles commonefaciant , exponant alienatos à fide, vel errantes revocent in priſtinum ſtatum , quod obeant ſingulas Eccleſias, atque illuſtrent E mandata Epiſcopi , aut Metropolitani , viſitatores dicuntur in capite non debere 80. Fit etiam mentio aliorum , qui Paramonarii dicuntur , de genere eorum , qui res Eccleſiaſticas adminiſtrantes , id eſt , villici , ſive actores poſſeſſionum Eccleſiaſticarum , & poſſunt appellari ſatellites , adſeculæ , buccelarii , certe Nicetæ παραμονὴ eſt πελεχυφόρος βάρβαρος : additur in hoc tit. enumeratis ſuperioribus perſonis , & de privilegiis eorum , Epiſcoporum ſcilicet , & Clericorum , & cæterarum perſonarum, quorum præcipua quidem recenſeamus : unum eſt , ut invitis Epiſcopis non denuncietur teſtimonium , & Presbyteri , qui ſecundum locum obtinent, citra injuriam capitalem, citra injuriam quæſtionis teſtimonium dicant , ut & eis fides habeatur,

etiam

etiam citra quæſtionem; Item ut Clerici, Monachi, & Xenodochi, & Prochotrophi & ſimiles perſonæ excuſantur à ſordidis, & extraordinariis muneribus & parangariis, onere tranſvectionis aut evecutionis indebitæ & injuſtæ ſive extraordinariæ, ut excuſentur à metatis, id eſt, ab onere recipiendi hoſpitio, tranſeunte forte comitatu principis vel exercitu, ut excuſentur à luſtralis auri collatione, ſive quod idem eſt, ab auraria functione, ſi qui clericorum & orphanotrophorum, vel ſimilium perſonarum negotiationes exerceant: nam onus illud aurariæ functionis, onus erat negotiatorum, ut conſtat ex *l. 2. h. tit.* ac præterea ut excuſentur à tutelis & curationibus, & à perſonalibus muneribus ſive corporalibus, ſed ut eſt ſcriptum in *l.generaliter h. t.* ut hac immunitate tantum fruantur ii, qui muneri ſuo & functioni ſanctæ non deſunt: nam ut habuimus heri ex *l. 4. tit. ſup.* nemo dicitur ſub ſpecie muneris quod minus exequitur, alterius muneris ſarcina relevari. Igitur l. 9. l. generaliter adjungi convenit, &c. præterea ut injuriarum crimen ſit publicum, ſi facta ſit injuria Epiſcopo vel Clerico, nam injuriarum crimen ſane privatum eſt, aut extraordinarium, non publicum, & in l. 2. de origine juris male legebatur olim Cornelium inſtituiſſe quatuor prætores, id eſt, ſingulos prætores ſingulis quatuor quæſtionibus publicis, quas inſtituerat, de falſo & parricidio, & ſicariis, & de injuriis, nec ea verba habent Pandectæ Florent. nec loco eorum ulla alia, *mais il y en faut mettre un autre*: & veneficiis. Cæterum de injuriis non fuit publicum crimen, niſi, ut dixi, ex iis conſtitutionibus, ſi facta ſit injuria Epiſcopis, etiam additur aliud privilegium ut ſit actio popularis ex teſtam. ſi quid relictum ſit Eccleſiis, *tout chacun pe ut demander cela pour l'Egliſe*, vel Epiſcopis, vel Clericis, vel pauperibus condictione ex lege ſcilicet, quæ inficiatione creſcat in duplum, & ex cujus cauſa ſi forte indebitum ſolutum ſit, non competat condictio indebiti, *l. 45. hoc tit. §. ult. Inſt. de obligat. quæ quaſi ex delicto naſc.* addam & aliud, ut irrita ſit ſubſtitutio precaria per fideicommiſſum facta ſub conditione ſi ſine liberis heres inſtitutus deceſſerit, herede poſtea tranſeunte in clerum aut monaſterium, propterea quod uxorem ducere non poteſt; tamen non ideo ſubſtituto locus eſt, & pari ratione ut tranſeunte in clerum vel monaſterium remittatur conditio liberorum ſuſcipiendorum, id eſt, ut non amittat legatum, fideicummiſſum, vel hereditatem, etiamſi ſeipſum fecerit extra ſpem ſuſcipiendorum liberorum; & quod etiam inter privilegia numerari debet, additur in *h. t.* de caſtrenſi peculio clericorum vel Epiſcoporum, ut ſi ſint filiifamilias quod adquiſierint dum divino cultui darent operam, non adquirant patri, ſed id habeant præcipuum quaſi caſtrenſi in peculio, & de eo poſſint libere teſtari, nec poſſit teſtamentum reſcindi per querelam inofficioſi teſtamenti, *l. 33. & d. l. 49.* & de redimendis captivis, deque relictis in redemptionem captivorum, *l. 28. 45. 49.* ult. pars tit. eſt de nuptiis clericorum vetitis aut etiam permiſſis, permiſſis ſcilicet lectoribus & cantoribus, lectoribus qui legebant ſacras literas in Eccleſia præſente populo, vetitis cæteris clericis indiſtincte, ſi coitæ fuerit ante clericatum, vetitis poſt clericatum, *l. 14. & 44.* nam neque leges, neque canones ulterius interdixere nuptias niſi poſt clericatum. Quinimo licebat pridie ejus diei quo quis tranſiret in clerum ducere uxorem, nec enim minus aſſumebatur in clerum, ut jure poſſet obiici his qui poſt clericatum cupiunt ducere, cur non duxiſti ante clericatum? & merito igitur eſt legitima interdictio, & liberi ſuſcepti poſt clericatum iiſdem conſtitutionibus cenſentur eſſe ſpurii, inceſti, nefarii, non naturales liberi: nam naturalium liberorum nomen eſt honeſtum, ſpuriorum turpe: & in ea conſtitutione neſcio quis, ut Dom. Anton. Contius interpres vertit, ita ut nec naturales, nec ſpurii, ſic interpretatur nothos & phyſicos,

A id eſt, naturales & ſpurios; ſed fallitur; & nothi ſunt naturales ſuſcepti ex concubinatu, qui erat permiſſus legibus, ſpurii non poſſunt naturales dici, quorum nomen eſt turpe.

ADTIT. IV. *De Epiſcopali audientia, & diverſis capitulis, quæ ad jus curamque & reverentiam pertinent Pontificalem.*

Quartus Tit. eſt de Epiſcopali audientia &c. Epiſcopi juriſdictionem non habent, nam neque forum legibus habent, ut ait Nov. Valentiniani de Epiſcopali judicio, neque apparitionem, id eſt, nullos apparitores, viatores, executores, neque executionem habent, quod eſt ſumma ſive extrema pars juriſdictionis, *l. 1. D. ſi quis jus dicenti non obtemp.* ſed eorum ſententias exequuntur magiſtratus, *l. 8. h. t.* ſicut judicum delegatorum ſententias exequuntur magiſtratus, qui delegant, *l. a d. Pio, D. de re jud.* qui etiam judices delegati notionem tantum habent, non juriſdictionem: hanc ſi haberent, & executionem haberent. Sozomenus Lib. 8. merito igitur hic titulus inſcriptus eſt de Epiſcopali aud. non de Epiſcopali juriſdictione, & male Accurſius interpretatur audientiam, juriſdictionem: nuſquam invenies juriſdictionem tribui Epiſcopis, notionem, cognitionem, judicium invenies paſſim, ut in hoc tit. de Epiſcop. audientia, ita in *l. 25. ſup. tit. 8.* cum clericis, inquit, in judicium vocatis pateat Epiſcopalis audientia, quia auditorium quidem Epiſcopus habet, ſed non juriſdictionem, aut tribunal, aut forum. Et ſimiliter in dicta Nov. Valentiniani, clericus, inquit, ſi agat, ſequatur forum rei, ſi adverſarius ad Epiſcopi vel Presbyteri audientiam non præſtat aſſenſum. Quibus verbis apparet etiam Presbyteros habuiſſe audientiam, id eſt, notionem, atque judicium, qui quidem ſecundum locum obtinebant ab Epiſcopis, ut heri diximus, non eumdem locum, ut Arriani dicebant, qui connumerantur inter hæreticos: & hanc quidem audientiam ſive notionem citra honorem juriſdictionis habuere tantum Epiſcopi vel Presbyteri in clericos & monachos in cauſa religionis, vel negotio Eccleſiaſtico, non in alios, nec in aliis cauſis, niſi inter conſentientes; qui conſenſus juriſdictionem non tribuit, & hoc potiſſimum oſtenditur in hoc tit. & eſt maxime notandum: nam ex mille vix reperies unum qui non tribuat Epiſcopis juriſdictionem, cum & Accurſius audientiam, protinus ac temere accipiat pro juriſdictione: ſed is tit. continet etiam diverſa capitula ad jus curamque & reverentiam Epiſcopalem pertinentia; ad jus, veluti ut nonniſi adhibitis & conſultis Epiſcopis defenſores civitatum creentur, qui quidem in ſingulis civitatibus habebantur inſtar tribunorum plebis, & erant præditi juriſdictione, ut explicabimus in tit. de defenſoribus civitatum, ut etiam adhibitis Epiſcopis non aliter creentur ſitonæ, id eſt, rei frumentariæ curatores, quibus Reſp. mandat curam coemendi frumenti, ut populo non deſit annona. Itemque ut adhibitis Epiſcopis tutores vel curatores minorum aut furioſorum inſtituantur, ac præterea querelæ non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, quæ exceptio dicitur, ſed querela proprius quam exceptio: quandoquidem in judicium deducitur, etiam antequam agatur ex chirographo, ut, inquam, ea querela abſente magiſtratu, & generaliter quælibet præſcriptionis interruptio ac conteſtatio deficiente magiſtratu inſtitui poſſit apud Epiſcopos, *l. 21. 31. 32. eod. tit.* Nunc exponamus quid ſit ad curam. Ad curam Epiſcopalem pertinent pauperes, &, ut ait *l. 1.* verus cultus eſt Chriſtiani Epiſcopi adjuvare pauperes & poſitos in neceſſitate. Et valde notandum quod eſt in *l. 2.* ut ſi clericus ante definitivam ſententiam appellaverit fruſtrandi tantum cauſa morandique judicii, quæ intempeſtiva appellatio eſt,

ei multa irrogetur quinquaginta librarum aur. eaque A multa non accedat commodo fiſci, ſed pauperibus erogetur etiam, & populo. Ecce genus multæ, quod accedit pauperibus: vix invenies ſimilem locum in jure: ſed tamen eſt hodie frequens, ut non tantum fiſco, ſed pauperibus accedant, vel addicantur multæ. Pertinent etiam ad curam Epiſcopalem captivorum redemptio, itemque infantes expoſiti, & cuſtodiæ, id eſt, qui carcere coercentur, & qui quæve à lenonibus detinentur, & inſpectio operum publicorum rationumque civilium, ne quid de publico depereat, ut ſcilicet urgeat, & inſtet Epiſcopus, ſi negligi videat opera publica reditusve civiles. Sunt & alia pleraque officia pia, & ſancta, quæ hic tit. oſtendit pertinere ad curam Epiſcopalem, ne, ut hoc quoque adjiciam, alii advocati recipiantur in foro, quam Chriſtiani, l. 15. ne alii legantur milites, quam B Chriſtiani, *l.* 19. 20. & cum in Alexandria eſſent Primates quidam Clerici quaſi plebis defenſores, qui in ea civitate proprio vocabulo, ut habuit ea urbs ampliſſima propria pleraque vocabula officiorum, tum munerum, vocabantur archigerontes, diœcetæ, id eſt, ſeniores, & adminiſtratores, vel curatores plebis: hi etiam ut non, niſi ſint Chriſtiani recipiantur, *l. 6. eod. tit.* in qua lege laborant quamplurimi propter hæc verba Archigerontes, & diœcetæ: ſatis intelligimus ex C. Th. Archigerontas, & diœcetas fuiſſe privatos, & defenſores plebis Alexandrinæ, ut qui in aliis civitatibus dicebantur *ἔκδικοι*, vel defenſores plebis, in urbe Alexandrina dicerentur archigerontes, & diœcetæ, quos etiam in ea urbe vult eſſe ex corpore Chriſtianorum. Sed quid hoc ſit ergaſiotanorum nemo adhuc potuit C explicare, & videtur fuiſſe vetus mendum, quod etiam inſidet in C.Th. in quo longe aliter legitur, quam hoc loco, quo ſic legitur, archigerontes, quod magnam movet conjecturam, ut ſit reponendum, archigerontes diœcetæque, id eſt, defenſores plebis Alexandrinæ ex Chriſtianorum numero deligantur: alioquin manca eſſet oratio: ad curam quoque Epiſcopi nemo neſcit pertinere diſciplinam Eccleſiæ, diſciplinam monachorum, & clericorum, quod multæ conſtitutiones docent in hoc tit. & illud inter cætera, ne clerici, vel monachi aleæ; vel ſpectaculis ſint dediti: & in l. 7. ne per vim, aut uſurpationem aliquam, quod bellum dicas eſſe potius, quam judicium aliquod non ineleganter, eripiant judicatos addictoſque ſupplicio, quod certe uſurpabant exemplo pontificum paganorum, ut Veſtalium, quo- D rum occurſus ſervabat ſæpe ductos ad ſupplicium. Ad reverentiam autem Epiſcopalem hoc maxime pertinet, quod eſt tertium in hoc tit. ut ab eorum ſententia non poſſit appellari, *l.8. & 14. eod. tit.* niſi qui forte extra Epiſcopum judicem aſſumpſerint, & optaverint, cum Epiſcopus compellere non poteſt, ut ſe ſubjiciat audientiæ ſuæ: ſed ſi qui ultro ſe audientiæ ſuæ ſubjecerint, non poſſint ab ejus ſententia appellare à judice dato ex conſenſu partium citra compromiſſi vinculum, *l. ex conſenſu, D. de appellationibus*: nam à ſententia judicis compromiſſarii non licet appellare, *l. 1. inf. de receptis*. A ſententia edititii (qui ſit judex edititius explicat Servius in Eglogam Virg. 3.) vel quem utriuſque partis conſenſus optavit, non permanente vinculo compromiſſi, licet appellare, ut dixi, niſi fuerit Epiſcopus, E in quem utraque pars conſenſerit: hoc plane deferri reverentiæ Epiſcopi: Sed ex his, quæ velim in hoc tit. maxime vos adnotare, quod ſint quotidiana: unum in *l. 3.* dum ait, remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habere. Finge: Princeps perduellibus dedit veniam perduellionis: ex his poſtea quidam recidit in idem vitium, ei rurſus non eſt remittenda venia, vel iis non poteſt ex quadam poſteriore venia, quam princeps dederit ſimilibus perſonis, ſibi item vindicare veniam, & aſſerere? cur? quia *remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habent*: & adjicit eleganter: *nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius,*

A *quam conſuetudini deputaverint*. Etiam illud notandum eſt quod habetur in *l.* 27. officium curatoris eſſe, non prætermittere utilia, nec admittere inutilia: paucis deſcriptum eſt officium curatoris: duplex eſt culpa, culpa in faciendo, & culpa in non faciendo, *l. ſi ſervum, de verb. obligat.* utramque tutor, aut curator præſtare debet, & quod eſt notandum, in *l.* 28. ſi curator datus ſit furioſo habenti liberos, ut adhibito curatore, & iis, qui genere nobiliores erunt liberi nuptias contrahant ſi velint: dote, vel donatione propter nuptias conſtituta arbitrio curatorum, vel propinquorum, & in urbe præfecti urbi, in provinciis præſidum, vel Epiſcoporum, & ut ea conſtitutio dotis, vel donationis propter nuptias, & arbitrium in ea conſtituenda, quod requiritur, ut peragatur ſine ullo damno, id eſt, ſine B ullo ſumptu, gratis: & placet ratio valde, quæ poteſt accommodari ad alia pleraque, *ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimento prægravetur*: ceſſabunt igitur ſumptus judiciales propter infortunium hominum. Multæ ſunt conſtitutiones Græcæ in hoc tit. ut in ſuperioribus, & etiam in conſequentibus, quas qui vertunt in latinum ſermonem, ut poſſem oſtendere multis argumentis, niſi res eſſet exigua, aberrarunt mirum in modum: unus eſt locus magni momenti, quem neſciunt latine vertere in l.26. dum ait, ut curent Epiſcopi, ea ſervare, quæ jam à ſe conſtituta ſunt *κατ' ἀπαργυρισμοῦ μετάτων*: quod ſic interpretantur, *de Metatorum exactione*: nunquam prohibuit metatorum exactionem Imperator, id eſt, exactionem oneris recipiendi milites, ſed perſonæ quædam privilegiariæ ab hoc onere C excuſantur; non ergo vult conſtitutio homines relevare onere metatorum, ſed *ἀπαργυρισμοῦ*, id eſt, adærationes, id eſt, ne pro metatis cogantur æra refundere, aut præſtare militibus, ut non ſubeant onus metati: eo enim prætextu extorquebant ingentem ſæpe pecuniam. Denique metatum eſt onus, quod non poteſt adærari: & ita etiam *l. 18. eod. tit.* prohibetur *ἀπαργυρισμὸς*, id eſt, adæratio annonarum militarium, ut ſcilicet, quod dicitur, provinciales pro annonis militaribus id conferant in ſpeciebus ipſis, non in ære: & ſtultius etiam dum lex eadem ait, ut Epiſcopi curent obſervari in Republ. prohibitionem rapinarum, ut interpretantur, uno verbo non dicere poſſis niſi *exarmationem*: mittebant nonnonquam principes in provincias aphopliſtas, qui exuerent armis provinciales. Et genus qui- D dem rapinæ erat ne auferrent arma provincialibus, ſi quid ab eis expromerent pecuniarum, quod genus concuſſionis ait d. l. in fine eſſe cohibendum curante Epiſcopo ſecundum conſtitutionum ſacrarum tenorem, quorum una eſt, quæ noſtram conſtitutionem confirmat *l. ult. de metatis lib. XI. Cod.*

AD TIT. V. *De Hæreticis, & Manichæis, & Samaritis.*

Tit. 5. eſt de hæreticis &c. Et ne quis ſcilicet exiſtimaret privilegia ſuperioribus titulis conceſſa Eccleſiis, Epiſcopis: Monachis, ad alios, quam Chriſtianos Catholicos pertinere: ſtatim initio hujus tit. conſtituitur, ut ab iis privilegiis alieni ſint hæretici, nam E ut eorum Epiſcopos, vel Clericos hæc nomina ſibi falſo vindicare, & conventus eorum, & conciliabula non eſſe Eccleſias, ſed quaſi Eccleſias, ut ait l. 5. non *συνάξεις*, ſed *παρασυνάξεις*, non baptiſmata, ſed parabaptiſmata *l. 8. & 14. eod. tit.* Nov. 32. exiſtimari eſſe, ſed non eſſe: privilegia igitur Eccleſiaſtica ad eos non pertinere. Et *l. 1. Cod. Theod. de hæreticis*, addidit, ſchiſmaticos recte: nam & ſchiſmatici continuo hæretici non ſunt, qui divertunt à communionis unitate, & eorum diſſidium, & ſchiſma, quod dicitur etiam *ἀφηνιασμὸς*, id eſt, fræni diſſolutio, aut effrænata licentia, licet hæreſis non ſit: nec enim ſchiſmatici opinionibus diſſentiunt ab Eccleſia à qua divertunt, plerumque tamen ſchiſma deſinit in hæreſim, ut de ſchiſmate Donatiſtarum ait

l. 4.

A *l.4. Cod. Theod. ne ſanctum baptiſma iteretur*, *quæ*, inquit, *ne hæreſis vocaretur*, *appellationem ſchiſmatis præferebat*; ita eſt legendum, & paulo poſt: *ex geminatione baptiſmatis contigiſſe, ut hæreſis ex ſchiſmate naſceretur*. Et de iiſdem Donatiſtis D. Auguſt. *In hæreſim*, inquit, *ſchiſma vertunt*. Definiuntur & hæretici in l. 2. h. tit. qui, vel levi argumento deviant à judicio, & tramite Catholicæ religionis, & quibus generaliter interdicuntur conventus omnes, ſcholæ. In l. 3. Litaniæ, id eſt, preces publicæ, & pœna etiam infligitur judicibus, qui eorum audaciam non compeſcuerint: pœna plectitur, ut ait l.2. cohibentia judicum: nam in conſtitutionibus ſic eſt ſemper accipienda cohibentia, non conniventia, & integra manſit in Codice Theodoſiano: cohibentia nomen ſemper depravatum eſt in conniventiæ nomen, B quo ſignificatur diſſimulatio, ut cohibentia, negligentia, & temperatio, aut vindicta, aut perſecutiones. Et ita gloſſæ veteres rectiſſime interpretantur cohibentiæ nomen: hinc dicti hæretici, ut ſcimus omnes, à pertinaci ſpiritu, & opinione ſingulari duræ frontis obſtinato piaculo, ut eleganter ait Theodoſius in *Nov. de Jud. Samaritanis*, *& hæret.* qua forma D. Auguſt. dixit eleganter, *frontem hæreticorum non eſſe frontem*, & mirari ſe dum videt hæreticos habentes originem in corpore, non erubeſcere, & prope eſſe, ut exclamet illud Perſii, *frontem periiſſe*. Additur ſpecialitee in hoc tit. de Manichæis quaſi inſignioribus hæreticis, quos l. 1. ait ad ſummam uſque nequitiam peeveniſſe, & Nov. Valentiniani de Manichæis, inceſta perverſitate religionis ſpecie lupanaribus, quoque ignota, vel pudenda committere: C quæ narrare hujus loci non eſt: ſed licet addiſcere ex libro Auguſt. de hæreſibus, & moribus Manichæorum, & Agathiæ hiſt. lib. a. & Cyrilli Catech. 6. additur etiam hoc tit. de Samaritis proptee conſtitutiones quaſdam Græcas, quæ de iis ſunt in hoc tit. ſicut inter Novellas ſunt duæ de Samaritanis, quorum ſecta mixta fuit ex Paganiſmo, & Judaiſmo. Manichæi ſunt ex Chriſtianiſmo ſecundum diviſionem Epiphanii: verum licet conſtitutiones h.t. multis afficiant pœnis, tamen ſolemnia ſepulturæ eis non denegant: quod notatur ex *l. 9. h. t.* aliorum criminum reis poſt condemnationem negatur ſepultura, ut conſtat ex *tit. D. de cadaveribus* ac præterea iis pœnis ſubjiciuntur ii tantum, qui ſunt ſane ſubjecti Imper. Romano, non fœderati, veluti Gothi nominatim excepti l. ra. quorum D plerique fuerunt Arriani. Sed leges Civiles pop. Rom. exteros non cogunt, etiamſi ſint Romanis fœdere conjuncti, & cum Romanis militent.

AD TIT. VI. *Ne ſanctum Baptiſma iteretur*.

HIc tit. pars eſt tit. ſuperioris: Nam iteratio baptiſmi per ſe hæreſis eſt, & hæreticorum quorundam hi mores erant, ut Donatiſtarum, Novatianorum, Eunomianorum, ut à Catholicis baptizatos, rebaptizarent, id auferentes, ſive polluentes, quod geminarent. Geminatio ſcilicet aufert, & polluit tinctionem, *l. 9. C. Theod. de hæretic.* Catholici tamen hæreticos ad ſe converſos, qui modo ab hæreticis eſſent baptizati in Trinitate, non rebaptizabant: & quod conſtitutionibus, & canonibus Apoſtolorum longe aliter cautum videtur E de rebaptizandis hæreticis, id de iis acceperunt, qui eſſent baptizati, ſed non in Trinitate, qui utique non ſunt habendi pro baptizatis, ſi abſit Trinitatis invocatio, imploratio, innominatio, vel adnominatio, nec probarunt Tertulliani, Cypriani, & Africanorum quorumdam opinionem de iis baptizandis, quos hæretici baptizaſſent: nihil enim refert, quo interrogante, quis baptizetur, modo baptizetur in Trinitate, & credat, D. Auguſt. de hæreſibus: *Eccleſiæ Cathol. placuit*, *nec in ipſis hæreticis baptiſma commune reſcindere*. Et Optatus Afer de Donatiſtis: *A Donatiſtis baptizatos, ſi ad nos veniant, ſimpliciter excipimus: Abſit enim, ut jam lotum revocemus ad fontem*, *abſit ut iteremus*, *quod ſimplum eſt*, *aut duplicemus*, *quod unum eſt*: nec ineleganter Impp. Honorius, & Theod. in *l. 58. Cod. Theod. de hæret.* *In modum ſemel nati hominis baptiſma ſemel à Deo concedi*, *& ſemel renaſci ablutione* aquæ lavacri lacus, id eſt, baptiſterii, & columbi ſacri atque divini: nam quam vocant κολυμβήθραν ἱερὰν, θείαν: recte dixeris latine colymbum, vel columbum divinum, & ſacrum baptiſterium, ſacrum lacum, lavacrum, fontem, quam tinctionem, initiationem vocant hoc modo, initiationem myſterii religionis Chriſtianæ, *l. 3. eod. tit. l. 6. Cod. Theod.* ac proinde hic tit. ſextus eſt de Anabaptiſtis genere hæreticorum, vel ob hoc ſolum, quod iterent baptiſmum. Catabaptiſtæ alii ſunt, qui cenſent infantes non eſſe initiandos, vel baptizandos.

AD TIT. VII. *De Apoſtatis*.

HIs adjungamus etiam interpretationem tit. de Apoſtatis: dixi jam ex tit. ſup. ex ſchiſmate naſci plerumque hæreſim. Ita vero poſſum dicere ex hæreſi naſci plerumque apoſtaſim, ut Tertull. lib. de præſcriptionibus, hæreſes apoſtatas feciſſe: hi ſunt, qui penitus deviarunt à religione Chriſtiana, puta qui ex Chriſtianis facti ſunt Judæi, aut Pagani, aut Samaritani, quos conſtitutiones h. t. capite minuont, & redigunt ad peregrinitatem adempta civitate Romana, cujus ademptio adimit jura innumera, veluti commerciorum, & teſtamenti factionem, & nuptias, & pleraque alia, & jubet exemplo reorum majeſtatis, exemplo Manichæorum & Donatiſtarum, ut eſt in l. 4. *tit. 7.* jubent, inquam, apoſtatas damnari etiam poſt mortem intra quinquennium à morte numerandum, inſtituta accuſatione, ut in l.a. hujus tit. in vivos apoſtatas eſt perpetua publica accuſatio l. 1. h. tit. in mortuos eſt quinquennalis, ut querela inofficioſi teſtamenti eſt quinquennalis. Cujus exemplo utitur *l. 2. hujus tit. l. ſi quis filium*, *§. ult. inf. de inoff. teſt.* videtur d. l. 2. pugnare cum l. pen. Sed hæc mea diſtinctio tollit omnem ambiguitatem, *l. pen.* quæ eſt de vivis: In hoc eſt accuſatio nullis circumſcripta temporibus, l.a. eſt de mortuis apoſtatis, in hoc accuſatio circumſcribitur quinquennio. Eſt etiam hoc in apoſtatis proprium, ut eorum crimen non aboleat pœnitentia, *l. 3. eod. tit.* quod regulariter etiam obtinet in omnibus criminibus, crimina purgat pœna, non pœnitentia, *l. palam*, *D. de ritu nupt.* non aboletur turpitudo, quæ intermittitur, *l. quod ſi fugitivus, D. de ædil. edic. l. qui ea mente, D. de furt.* nemo pœnitentia nocens eſſe deſinit, *l. pen. D. de vi bon. rapt.* Excipiuntur minora quædam crimina, ut ſi libertus patronum, aut filius patrem ſine venia in jus vocaverit, & mox pœnituerit, remittitur pœna, *l. quamvis, D. de in jus voc.* & qui plus petit in judicio, ſi pœnitentia ductus petitionem emendaverit, evitat pœnam plus petitionis, *l. 1. & 2. inf. de plus petition. & l. qui falſam, D. ad leg. Corn. de falſ.* qui falſam monetam percuſſerit, & formare noluit, *ſuffragio*, inquit, *juſtæ penitentiæ abſolvitur*. Regulariter pœnitentia non emendat crimen, quod eſt pœna, emendatio criminis: pœnitentia, quod ad jus civile attinet, non eſt emendatio criminis, quia regula etiam obtinet ſi quis rem alienam clam poſſidere cœperit, etiamſi poſtea dominum certiorem fecerit, *l. ſi de fundo, §. pen. de adq. poſſeſſ.* & ſecundum hanc regulam juris Apoſtatarum crimen non obliteratur pœnitentia, & tamen omnium hæreticorum crimen pœnitentia aboletur, quæ eſt altera exceptio regulæ ſuperioris: hæreticis facile veniam damus ſi reſipiſcant, *l. 4. & 5. eod. tit. l. 45. Cod. Theod. de hæret.* Apoſtatis veniam non damus, & obſervandum eſt vobis diligenter in l. 3. vulgo eſſe ita ſcriptum. *Si qui ſanctam fidem prodiderunt*, *qui l' ont du tout remiſe*, *& ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione prodiderunt*: hæc verba, *hæretica ſuperſtitione*: videntur hæreticos etiam cum apoſtatis confundere, cum tamen hæreticorum nomen tribuatur ſolis Chriſtianis. Imperitus aliquis illa verba inſeruit, quæ non ſunt in Cod. Theod. unde

dicta

dicta lex ſumptā eſt, nec ut ſint res ipſa ſett, ut quis ſit apoſtata, & hæreticus, hoc enim perinde eſt, ac ſi diceret, aliquem eſſe Chriſtianum, & non eſſe: idem etiam confirmant inferiora verba l.3. & maxime illo loco, *in profana migraverunt*, prodentes myſterium, & baptiſmum. Is denique profanat ſacrum baptiſma, qui pollutus deficit à fide Chriſtiana: & quod ait in fine, *perditis vero hoc eſt, ſanctum baptiſma profanaptibus*, non hæretica ſuperſtitione: hoc adderet inſcite, ſed eleganter in illo, *lapſis & errantibus* eſſe ſubveniendum ſi reſipiſcant: hi ſunt hæretici, perditis vero etiamſi reſipiſcant, hi ſunt apoſtatæ, etiam illud eſt ootandum, *l.ult. eod. tit.* eſſe fugitivariam, & non eſſe apte poſitam ſub hoc tit. eſt enim de hæreticis non de apoſtatis: & ut hoc evidentius appareat, conſtat ex actis Synodi Chalcedonenſis dictam *l.ult.* eſſe partem l. 8. *ſup. de hæreticis*, ſunt in tit. Cod. & D. ut quodam loco oſtendi, multæ leges fugitivæ ioconſulto non ſuo loco poſitæ: ex iis eſt *d. l. ult.* cum non ſit de Apoſtatis, ſed de hæreticis.

AD TIT. VIII. *Nemini licere ſignum Salvatoris humi, vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere, aut pingere.*

UT hæretici, & apoſtatæ, de quibos dixit proximo tit. ita qui humi ſculpunt, aut pingunt ſignum Salvatoris Chriſti, erga religionem Chriſtianam contumelioſi eſſe videntur: indignum eſt enim ſignum ſalutis noſtræ pedibus fœdare, aut conculcare trophæum victoriæ Chriſti: idcirco inhibetur hæc res cum hoc tit. tum etiam Synodi habitæ, & perfectæ in palatio Imp. cap. 73. ſignum autem Salvatoris Chriſti, ſignum vocat Crucis, quod veris Chriſtianis ſemper fuit ſanctum, & venerabile, *l.decernimus* 25. *ſup. de Epiſc. & Cleric. l.* 1. *tit. ſeq.* de Judæis Nov. 5. Juſtiniani dixit, *προσκυνητὸν ϗ τίμιον*, non quidem propter ſe, ſed propter Chriſtum, & Chriſti memoriam, qoi pro nobis Cruci ſuffixus eſt: adeo vero ſanctum fuit, ut in inſtrumentis, ſi quis teſtis, vel auctor teſtimonii neſciret litteras, pro fide, & ſubſcriptione cederet, *l.ult. §. ſubſcriptionem, inf. de jure delib.* & Leonis Novel. 72. ait, collocatione ejus ſigni profana loca expiari, & Deo conſecrari ſolere: nec enim ullum locum fas erat Deo conſecrare, aut certe nullus recte cenſebatur Deo conſecratus, niſi ligno iſto venerabili in eo collocato, *l. ult. Cod. Theod. de paganorum ſacrificiis*, & Nov. Juſtin. 5. & Nov. 67. & ſolebat etiam præferri in Litaniis publicis Novel. 123. & ut ſcribunt Tertul. Hieronym. Auguſt. ſolebant quoque Chriſtiani omnes ad omnem actum, ad omnem inceſſum, & motum, & cubilia, ad menſam, & ad lavacra eo ſigno frontem terere, & ſe quodammodo præmunire. Crucis quoque veneratione Conſtantinus Imper. quod erat frequens Crucis ſupplicium, exemit numero legitimarum pœnarum generali edicto, ne quis reus Cruci aſſigeretur. Denique cenſuit Crucem eſſe illegitimam pœnam, quæ foit olim legitima, & frequens. Sozomenus lib. 1. *Supplicium*, inquit, *Crucis, quod Romanis ſolemne erat & legitimum, Conſtantinus ſuſtulit à judiciis, & foro.* Et Auguſt. in quæſtionibus veteris teſtam. *Antea*, inquit, *Cruci homines figebantur, quod poſtea edicto prohibitum manet*. Edictaqoe Conſtantini permanere etiam videmus: hodie in Pandectis, & Cod. ſemper Tribon. mutavit crucem in furcam, eam ſcilicet, qua hodie fures ſuſpendi videmus: ubi prudentes Imperat. ſcripſerant crucem pro ſupplicio, Trib. ſemper ſcripſit furcam: ubi erat ſcriptum crucifigatur, repoſuit, furcæ figatur: fuit infame ſopplicium, nec minus infame, & ignominioſum eſt ſupplicium forcæ, quam crucis, vel ouod cruci ſucceſſerit, ſicut deportationis, quæ ſucceſſit in locum igois, & aquæ interdictionis, non minor eſt pœna, quam ipſius interdictionis: nobilior eſt pœna gladii, ſi caput gladio auferatur: hæc eſt Gallorum opinio, quæ etiam fuit Græcorum. Porro ne quis labatur hac in re, non fuit eadem

A furca cum illa, qua fures ſuſpendebantur, vel aliorum criminum rei, in qua injecto collo damnati traducebantur ad ſupplicium, ſed fuit ligneæ materiæ vinculum, quæ boja appellatur, *la bard*, quo nomine etiam ſignificatur vinculum quo faſces virgultorum ligaotur, quod fit ex virgultis ipſis Aurel. Victor: *Senatus ſententia conſtitutum eſt, ut more majorum collo in furcam conjecto virgis ad cædem necaretur.* Et veteres gloſſæ de furciferis, qui deliquerant pro pœna in furcellam injecto collo traducebantur per urbem, & ii proprie dicebantur furciferi, quæ traductio dicebatur etiam pompa, & triumphus apud Harmenopulom lib. 6. ſed ut eſt apud Zonaram, & hac de re etiam Joſephus, quo more nos utimur etiam hodie, & moris tantum noſtri confirmandi. Ego hoc vobis refero de reo quidem condemnato, & ducto B ad ſupplicium.

AD TIT. IX. *De Judæis, & Cœlicolis.*

POſteaquam dixit de Apoſtatis, qui ſcilicet prodita religione Chriſtiana male conſiliati defecerunt ad Judæos, vel Paganos: inde dicere ioſtituit de Judæis, poſtea de Paganis, & Judæis jungit Cœlicolas. Judæorum ſecta non prohibetur conſtitutionibus Imperatorum, nec damnaotur ex illo Judæi, quod tamen plerumque contigit Chriſtianis principibus, ut eos exulare juberent, ut ſcilicet exulare juberent certiſſimum argumentum, & fontem religionis noſtræ, quare pleriſque etiam imperabatur exilium illud, condemnatio illa: C conſtitutiones Roman. Imperatorum nulla pœna eos afficiunt, nec eorum ſententiam probat *l.9. Cod. Theod. eodem*: nam & circumciſionem filiorum ſuorum, imo etiam & aliorum eis committunt, *l.circumcidere, D. ad leg. Cornel. de ſicariis, & l.16. eod. tit.* & ex conſtitutionibus in ordine decurionum allegi poſſunt, qui honor eſt municipalis: decurio eſt ſenator municipalis, curia ſenatus municipalis, *l.3. §.ult. D. de decur.* eos, qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, id eſt, Judæos poſſe honorem ſuſcipere, id eſt, decuriones fieri, de quibus eſt tit. non etiam poſſunt judicandi munere fungi, *l.ult. eod. tit.* quam neſcit Accurſius conciliare cum *d. l. ult.* quinimo tentat *d. l. 2. §. ult.* corrigi per *l. ult. eod. tit.* ac rurſus tentat, quod demiror auſum eſſe Alciatum, Judaicam ſuperſtitionem in *d. §. ult.* accipiendam eſſe D non pro Judaiſmo, ſed pro Chriſtiaoiſmo: ſed facilis eſt concordiæ ratio: *l.ult.* interdicit Judæis tantum judicandi, ſtatuendi, pronunciandi poteſtatem, ne quid poſſint in Chriſtianos. Imo etiam interdicit decurionatus poteſtatem, & dignitatem, qoa qui funguntur judices non ſunt, ſed adminiſtratores Reip. & obſervandum, quod ait *l. 3. §. ult.* Judæos etiam compelli obire neceſſitates, id eſt, munera civilia municipalia, quæ noſtris injunguntur, quæ effugere non licet curialibus non habere excuſationem à tutelis, ſi quas poſſunt adminiſtrare illæſa ſua ſuperſtitione, non à munere ſitomiæ, id eſt, cura frumenti coemendi publici, non à cæteris muneribus, quibus curiales obnoxii ſunt, non à muneribus corporalibus, ſive perſonalibus, & multo minus à provincialibus, quod firmat etiam *l.5. D.de excuſ. tut. & lex 2.* quæ eſt Græca, & *lex juſſio, hoc tit.* ergo E Judæorum ſecta non prohibetur, quod notatur in *l.12.* Qui fuerint cœlicolæ nemo docet, aut ſi quis tentat, fruſtra. Obſervandum eſt in *d. l.* 12. Imperat. Honorium, & Theod. dicere cœlicolarum nomen inauditum fuiſſe. Igitur ea ætate novum ſectæ genus, quod prodierat demum ætate Honorii, & Theod. quod etiam ſubjungit dicens, & novum crimen ſuperſtitionis ſubjicit ex *leg. 43. Cod. Theod. de hæretic. cela eſt pris de la, Cælicolas novi neſcio cujus dogmatis*, inquit, *habuiſſe conventus*: nova igitur dogmata ſeruiſſe, imo congruentia fidei Catholicæ, quo fit, ot eo ſcilicet diligenter expenſo putem cœlicolas manaſſe ex Judæis, vel ſumpſiſſe nomen ex Judæis, qui, ut Juvenalis ait quadam ſatyra,

Digitized by Google

tyra, *nihil præter nubes,& cœli numen adorant*:& Sophonias Propheta: inter eos quoſdam adorare militiam cœli: horum namque non eſt nova ſuperſtitio, ſed vetuſtiſſima, & quidem putem manaſſe eos ex Chriſtianis, aut ſane mixtos eſſe ex Chriſtianiſmo, & Judaiſmo. Samaritæ ſunt mixti ex Judaiſmo, & Paganiſmo, & videtur fuiſſe Donatiſtarum genus: nam fuit Donatiſtarum ſecta diſpertita in ſectas plures. Donatiſtarum ſchiſma diſciſſum in ſchiſmata quædam, hoc quotiens in una ſecta contingit, certiſſimum eſt argumentum dogmatis pravi, & ex Donatiſtis arroganter legi ſic quoſdam alios appellaſſe Macarios, id eſt, beatos, contra, quam dici ſoleat, & vere dici neminem ante obitum eſſe beatum, ſicut legi pleroſque hæreticos arrogantiæ nomina ſumpſiſſe: alios mundos, ſive catharos, alios continentes, qui forte potius incontinentiæ auctores erant, opinionibus ſuis omnes fere ſpecioſa indebant nomina, & profitebantur omnes ſe docere veritatem: & hoc nomen frequenter diſcipulis ſuis indebant Manichæi, ut lib. 9. Confeſſionum ait Auguſt. *hæc vox veſtra, vanitas veſtra me decipit*. Macarii igitur ex Donatiſtis fuerunt, & hi quoque arroganter ſe vocabant cœlicolas, quaſi inquilinos, & habitatores cœli, ſi profecti ſunt à Donatiſtis, ex Chriſtianiſmo igitur profecti ſunt, ſaltem ex parte ejus rei argumentum quoque præbet *l.* 12. dum eos hæreticis adnumerat, qui novum dogma inſtituerunt ſuo arbitrio, contra ſententiam univerſæ Eccleſiæ, hæretici ſunt Chriſtiani, qui non ſunt Chriſtiani, nuſquam appellantur hæretici: & quo magis hoc veriſſimum videatur, dicta l. 12. eos cohortatur ut revertantur ad Chriſti religionem, contra quam ſcilicet illud novum dogma inſtituerunt: Cœlicolarum enim ait fuiſſe novum dogma, & dogmatici etiam aliter non dicuntur, quam Chriſtiani, qui ſecus dicant quidquam, quam doceat Eccleſia Cath. Et invenio in Epiſt. Aug. 163. Majorem Cœlicolarum, id eſt, primatem, ſive præſulem apud Donatiſtas novi baptiſmi inſtitutorem inſtituiſſe, & multos illo ſacrilegio ſeduxiſſe, ſi quale quale baptiſmum retinebant, non poſſis dicere, non eſſe profectos Cœlicolas à Chriſtianis, ſed non negaverim etiam ex Judaiſmo eos ſumpſiſſe quædam, quia video eos Judæis jungi. Ille locus Auguſtini valde confirmat vulgarem ſcripturam, *l.* 3. *de Judæis, & cœlicolis, & majoribus eorum. & Patriarchis*, ut exemplo Judæorum tribuantur proceres, qui majores dicuntur, etiam cœlicolis, ut in illa epiſtola Auguſt. fit mentio majoris cœlicolarum. Igitur à *l.* 3. non cenſeo detrahendam eſſe vocem cœlicolis, quamvis abſit à Cod. Theod. & à quibuſdam libris manu exaratis.

AD TIT. X. *Ne Chriſtianum manc. &c.*

PArs origine ſua titulus hic fuit tit. ſup. id eſt, de Judæis tantum: nam Judæis tantum initio fuit interdicta poſſeſſio mancipii Chriſtiani, ſed ex conſtitutione Græca Juſtiniani, id eſt, ex *l.* 2. *eod. tit.* & ex *l. Deo nobis*; *de Epiſc. & Cler.* idem interdicitur hæreticis, & Paganis, ne Chriſtiana mancipia habeant, aut poſſideant jure dominii, habere ſcilicet eſt jure dominii habere, ut in illa ſtipulatione habere licet, *l. ſtipulatio iſta, D. de verbor. obligat.* Poſſidere eſt omni alio jure poſſidere, quam dominii, veluti jure fideicommiſſi, aut jure bonorum poſſeſſionis, quibus modis poſſeſſio quæritur, non dominium: poſſeſſio, inquam, tantum, quam prætor tuetur vice dominii, *l.* 3. *D. ſi uſusfruct. pet. l.* 1. *&* 2. *D. de bonor. poſſeſſ.* & ita diſtinguendum eſt, quod ait hic tit. ne Judæis, ne Hæreticis, ne Paganis Chriſtianum mancipium habere, vel poſſidere liceat, & Conſtitut. hujus ratio redditur elegans in *l. ult. Cod. Theod. eod. tit.* quod nefas ſit mancipia religioſiſſima impiiſſimorum dominio inquinari. Et ſimiliter Euſeb. 4. de vita Conſtantini, quod nefas ſit, eos, quos Salvator liberavit, ſervire iis, qui & eum, & prophetas dederunt neci, id eſt, Judæis. Nam interdictum initio fuit ſolis Judæis, *ἀθέμιτον εἶναι προφητοκτόνοις καὶ κυριοκτόνοις τοὺς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λελυτρωμένους ζυγῷ δουλείας ὑπάγεσθαι*. Sed additur generaliter in conſtit. hujus tit. ne etiam Judæi, vel hæretici, vel Pagani, alterius quam ſuæ ſectæ, & nationis hominum poſſideant, & capitale eſſe ſi eum hominem circumciderint: capitale, & non plectitur tantum ultimo ſupplicio, ſed etiam omnium bonorum publicatione. Igitur ſi eum hominem non circumciderint, multæ ſubjiciuntur 30. librarum auri, quod vel auſi ſint eum comparare, qui alterius eſſet religionis, *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* ſervum autem circumciſum ſi rem detulerit, pro pretio perduci ad libertatem ipſo jure, & hic caſus addendus vobis eſt ad *tit. pro quibus cauſis ſervi pro præm. accipi. libert.* Alioquin ſi rem non detulerit, fiſco vindicari, ut in *l.* 12. *Cod. Theod.* & Sozomenus, & Cedrenus ſcribunt eum ſervum fieri publicum, vel redigi in publicas rationes: ex quo intelligitur ſervum publicum dici fiſcalem, & nihil referre dixeris ſervum publicum, an ſervum fiſcalem fieri; neque vero tantum ad Chriſtianos homines ex lege pertinent, qui ſcilicet baptizati ſunt in Trinitate, & proprie fideles nuncupantur, ſed pertinent etiam ad Catechumenos, ut ait *l.* 2. *& Nov.* 13. ne impune poſſideantur, vel circumcidantur ab his, qui longe abhorrent à profeſſione Chriſtianitatis. Cathecumeni ſunt auditores baptiſmo deſignati. Solent veteres Theologi facere 4. ordines in Eccleſia, ut alii ſint Catechumeni auditores ſacrarum litterarum, alii fideles, alii pœnitentes, qui poſt baptiſmum lapſi ſunt, & agunt pœnitentiam publicam, & alii competentes, qui implorant gratiam Dei, qui perſtant in Eccleſia ſupplices, donec intellexerint facinoribus ſuis gratiam indulxiſſe Deum omnipotentem.

AD TIT. XI. *De Paganis ſacrificiis, & templis.*

SEquitur tit de paganis &c. Ita legendus eſt, ſine copula hic tit. de tollendis ſacrificiis, quæ à Paganis inſtituuntur, & celebrantur, & de claudendis fanis, delubris, templis Paganorum: Nam etſi Imperatores velint tolli altaria mortali opera formata, & ſenſu carentia, nolunt tamen tolli ædificia templorum, & deſtrui ornamenta publicorum operum, ut ait *l.* 3. *eodem tit.* Et ſic etiam lata eſt *l. ult. de* tollendis annonis templorum, de tollendo reditu templorum: erat enim conſequens ut templis ſublatis, & rebus ſacrificiis deſtinatis, tollerentur annonæ, & ſalaria templorum, quæ l. 19. Cod. Theod. transfert ad milites, annonas facit militares, & ita vulgo legitur depravate in dicta l. 19. templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam jubente expenſis devotiſſimorum militum: ſic eſt emendandum. *& rem annonariam juvent expenſis:* transferuntur ergo à Paganis ad nobiles. Longe igitur eſt deterior conditio Paganorum, quam Judæorum: nam Judæorum ſecta legibus non eſt prohibita: longe deterior, quam hæreticorum, quibus omnibus non eſt propoſitum capitale ſupplicium. Paganis eſt propoſitum, non Pagano ſimpliciter: licet enim Pagano cuique, & perditiſſimo eſſe, ſed Paganis vetita ſacrificia facientibus, & colentibus, & ſimulacra, & dæmones, ut in *l.* 17. *&* 5. *eod. tit.* & in Epiſtola Auguſt. 48. ubi etiam addit, quod ad hunc tit. valde pertinet, tam Catholicos, quam hæreticos laudare leges ab Imp. latas contra ſacrificia Paganorum, & Pagani, ut dixi, ſunt cultores dæmonum, qui & gentiles dicuntur in *l.* 21. *C. Theod. eod. & l.* 46. *Cod. Theod. de hæret. & in Nov. Theod. de Judæis*. Gentilium nomen ductum eſt ex ſacra ſcriptura, quod & ſolerent Judæi non Judæos appellare gentes. Paganorum nomen ductum eſt ex vulgo, quod ſint. ut Oroſius ſcribit initio hiſtoriæ ſuæ, velut ex agreſtium locorum compitis, & pagis alieni à civitate Dei. In Digeſtis ſunt, qui non ſunt milites *comme vous ſcavez*. unde peculium aliud Paganum, aliud Caſtrenſe.

Digitized by Google

AD TIT. XII. *De his, qui ad Eccl. conf. &c.*

POſteaqnam dixit ſatis de iis, qui aliens ſunt à privilegüs Eccleſiarum Catholicarum, puta de Hæreticis, Apoſtatis, Judæis, & Paganis, quanquam Judæis maneant adhuc privilegia quædam, veluti ut retineant Synagogas ſuas, ut die Saturni, quo cultus ſui reverentiam ſervant, non vocentur in jus, ut à Chriſtianis injuria non afficiantur, ut alia pleraque. Poſteaquam, inquam, dixit de iis, redit in hoc tit. ad Eccleſiarum Catholicarum privilegia, & exponit unum hoc tit. de confugis, ſic appellantur *eod. tit.* & in *l. ſi qua per calumniam, ſup. de Epiſc. & cler.* ut ſcilicet confugis præſidium, & ſecuritatem Eccleſiæ præſtent confugientibus ad eas quaſi in aſylum, ita ut abduci inde neqneant, quam conſtitutionem cum ut abrogaret Imper. Arcadio aliquando ſuaſiſſet Eutropius, is in ſeipſo confugiens ad Eccleſiam, expertus eſt, quam id feciſſet inconſulte: namque inventus eductus fuit ex Eccleſia ex lege ſua, & poſtea id narrans, non male ait, ſua ſententia fuiſſe propinatum, non male, ut Comicus dixit, hunc vobis comedendum propino; quod male qnidam emendare cupiunt: nam & Capitolinus in Marco ita loquitur: *venenatam partem fratri edendam propinans*: & qnod adjicit in *tit. vel ibi exclamans*, pertinet etiam ad Eccleſiarum venerationem ex *l. 5. & ult.* ut nullus in Eccleſia tumultus videatur, nulla ſeditio, nulli clamores concitentur, ſuæ vel alienæ rei cauſa: hic eſt ſenſus illorum verborum.

AD TIT. XIII. *De his, qui in Eccleſ. manumitt.*

TIt. 13. pertinet ad prærogativam, & venerationem Eccleſiar. qui eſt de iis, qui in Eccleſia manumittuntur, cum olim triplex erat libertas, alia Romana, ſeu juſta, alia Latina, alia Dedititia: ad Romanam pervenire erat difficillimum, his tribus modis cives Romani fiebant, teſtamento, vindicta & cenſu. Alio genere manumiſſionis dabant deteriorem libertatem: nunc meliorem, id eſt, civitatem Rom. & Sozomenus l. 1. c. 9. exponens ſententiam conſtitutionum Conſtantini, quæ ſunt in eod. tit. ait, eas fuiſſe à Conſtantino aditas, cum ſcilicet civitatem Rom. adſequi, id eſt, manumiſſione civem Romanum fieri, eſſet rarum, & difficile, Conſtantinum conſtituiſſe, ut manumiſſi in Eccleſiis teſte populo, & ſignatore Epiſcopo quibuſcumque verbis, directam, plenam, & juſtam libertatem obtinerent, & ut eandem libertatem manumiſſio clericorum tribueret, quibuſcumque verbis, & quocumque loco facta eſſet, etiam abſente Epiſcopo. Igitur etiam manumiſſio, quæ non fit directis verbis, non teſtamento, ſed codicillis factis ab inteſtato, ut ſi à clericis in clericos proficiſcantur, tribuat civitatem Romanam.

AD TIT. XIV. *De Legibus, &c.*

SEquitur tit. de legibus, & conſtitutionibus populi Rom. & edictis Principum: ſatis dictum eſt in ſupp. tit. de jure ſacro parte juris publici, conſequens eſt dicere de reliquo jure publico, quod ſcilicet conſiſtit in populi, ſenatus, principis, magiſtratuum imperio, & poteſtate, ex qua proficiſcuntur leges, & conſtitutiones, & aliæ partes juris civilis. Ac primum quidem in hoc tit. agitur de legibus publicis, & generalibus, quæ ſint antiqua juſſa populi, vel plebis, ut lex Hortenſia, Aquilia, Licinia, quales nullæ feruntur hodie populi poteſtate in principe translata lege regia, & conſequenter nullæ ſunt poſitæ leges de ambitu, quoniam nulli candidati circumveniunt populum: nam creatio magiſtratuum pertinet ad curam principis, *l. 1. ff. ad l. Jul. de ambitu, l. quidam, ff. de re judic. l. 2. ff. de albo ſcrib.* quare conſtitutiones principum hodie leges eſſe conſtat, *l. 1. ff. de conſtit. principum*, quod principi placuit legem eſſe conſtat, ſcilicet poſt legem regiam, quæ omnem populi poteſtatem transfudit in principem, cujus placita proprie leges dicebantur. Denique conſtitutiones principum leges eſſe conſtat, reſcripta dico, ſubſcriptiones, adnotationes, pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, orationes, edicta, & decreta quidem reſcriptaque, & interlocutiones ſunt leges, ſi quid in aliquo negotio, liteve interlocuti ſint ſunt leges, videlicet, ſi, ut ait Leo, animus fuerit principi *τὸ καθόλου ποιῆν νομοθέτημα*, ſi quod princeps decreverit, voluerit generaliter obtinere: alioqui quod princeps judicavit inter perſonas certas non valet inter alias, non magis quam aliorum judicium, ſecundum illam rationem, ut res inter alios judicata aliis neque noceat, neque proſit: ſed ſi animus fuerit principi in cognitione cauſarum facere legem generalem, quod in cauſa una judicarit, utique erit lex generalis, vel ſi, ut ait *l. 3. eod. tit.* princeps cenſuerit ea, quæ in certis negotiis ſtatuta ſunt, civilium quoque cauſarum fata componere: vel etiam ſi de iis orationem miſerit ad ſenatum, ut quod ſibi placeret firmaret ſenatus, & firmaverit: ejus generis multæ orationes referuntur in libris noſtris, in *l. 1. C. Theod. de oratione, quæ ſcribitur ad ſenatum*: legendum eſt, *hac oratione*, non, *ordinatione*: ac vero ea in *l. 8.* conſtitnunt Impp. ut princeps nullam generalem legem proferat inconſulto ſenatu: ſecundum eam ſi obſervaretur, leges omnes generales principum, orationes appellari poſſent: nam prius ex ſententia ejus legis principes habere dicunt orationem in ſenatu per ſe, aut per alium, ut quod ſibi fieri placet, exquirat, nec aliter id promulget, quam ſi ſuam conſenſionem ſenatus adhibuerit. Denique nulla eſt generalis lex principis ſine Senatuſconſulto. Sed non fuit obſervata ſemper ea lex 8. leges etiam principum generales ſunt, ut ait *d. l. 3.* ſi eas principes edicti nomine nuncupaverint: nam hujus nominis vis hæc eſt, ut edicta, ſive lex edicti nomine nuncupata per omnes populos divulgetur, promulgetur in celeberrimis locis: in foro, vel etiam in Eccleſia, vel ut in ſacris ſcriptoribus, legimus theopropia: in ſuggeſtu ſcilicet illo, vel pulpito, unde Chriſtianis recitatur verbum Dei, quod eſt anteferri in *l. reſcriptum, C. Theod. de hæret.* Et ſæpe invenies in conſtitut. principum antelatas fuiſſe leges illo, vel illo die: ſubſcribitur ſcilicet non tantum quo die fuerit lata, ſed & quo die accepta à judicibus, & populis, & quo die antelata, programmate ſcilicet propoſito in celebrioribus locis: hæ leges ſunt generales, hæ ſunt de quibus hoc tit. agitur, quæ omnes populos tenent, *l. 3. §. divus, de ſepulc. viol.* generalia reſcripta in eo loco vim obtinent. Igitur etiamſi in aliqna civitate mos hic ſit, ut in civitate id ſervetur, quod vetant reſcripta, valent in omnibus civitatibus, etiam in eis, in quibus mos invaluit contra reſcripta generalia, antequam ea emitteret princeps, leges noviſſimæ emendant leges vetuſtiores, & ſi generales ſint, ad omnes populos pertinent, non ad Paganos tantum, ſed & ad milites, *l. ult. ff. de accuſat.* & reſcriptum, ut ubi crimen contraxit, ibi peragatur reus, etiamſi ſit alterius provinciæ; obtinet etiam in militibus, quoniam generaliter ita reſcriptum eſt, pertinent quoque ad homines domus Auguſtæ *l. 10. hoc tit.* quæ eſt Græca, imo & ad Auguſtum ipſum, & ad Auguſtam *l. 4. eod. tit.* princeps vicem gerit populi; populus ſuis legibus tenetur, & princeps igitur legibus teneatur oportet exemplo populi: omnes autem leges, quæ in corpus juris referuntur, fere generales ſunt, paucæ ſpeciales, ſive perſonales, quæ ad perſonas, & corpora, & Collegia certa, vel officia, vel ſcrinia, vel civitates, curias, provincias, ſcholas certas pertinent, quæ etſi non relatæ ſint in corpus juris, nihilominus vim ſuam, & robur obtinent, ut eſt in conſtitutione Juſtiniani *de C. Juſt. confir.* tamen omnes non tenent, *l. 2. h. tit.* & hæc differentia legum, ut obſervetur ſæpe monent juris auctores leges generales eſſe, leges edictales eſſe, quod idem eſt, generalia

neralia eſſe reſcripta , *l. Pap. §. ult. D. de leg. adgn. tut.* Si heres rogatus ſit ſervum manumittere , & latitet ne manumittat, & evertendæ fiduciariæ libertatis gratia, jus patronatus amittit, quod ait generali reſcripto eſſe conſtitutum, *d.l.Pap.& l. quotiens, §. ſed ſi non in corpore , D. de herd. inſtit.* ſi quis non erraverit in corpore heredis, ſed in parte heredis ſcripti , ut ſi is , quem dictavit heredem ſcribi ex ſemiſſe, ſcriptus inveniatur ex quadrante , nihilominus erit ex ſemiſſe , quaſi plus dictum ſit , minus ſcriptum , quod ait generalibus reſcriptis adjuvari : idem in *l. Divi , §. ult. ad leg. Falcid.* Si heres, à quo legata relicta ſunt fruſtrationis cauſa , ut ait , id eſt , moræ contrahendæ cauſa , implorans auxilium legis , allegans locum eſſe legi Falcid. exhauſtam ſcilicet eſſe , vel oneratam hereditatem legatis , velit quadrantem Falcidianum præcipere , debentur uſuræ ab eo tempore , quo abuſus eſt nomine legis Falcidiæ,ut fruſtraretur, & differretur legatarius: nam eſt generaliter conſtitutum in actione legatorum, quamvis non ſit bonæ fidei , uſuras venire ex mora heredis , *l. 2. C. de uſuris legat.* Recte monent juris auctores quæ ſunt generalia reſcripta : nam pleraque ſunt perſonalia , ſed & hic tit.ut dixi, & hi libri juris continent fere edictalia reſcripta , & obſervandum eſt , in hoc tit. dari legibus ipſis præcepta quædam , & illud maxime notandum , quod antea retulit Theod. & Val. ut nullam edat leg. princeps inconſulto ſenatu , ut leges principis omnes generales ſint . Jam dixi , leges poſſe nuncupari orationes ad ſenatum : item ut verba omnia ſint perſpicua & clara , non ambigua , quæ eſt ſententia l.9. qua de re Demoſthenes contra Timocratem . Item ut quæ contra leges , vel in fraudem legum fiunt, ipſo jure nulla ſint , etiam ſacramenta , quæ eſt ſententia *l. 5. eod. tit. l. jubemus, §. ſane , inf. de ſacroſ. Eccleſ.* Item ut futuris negotiis leges formam ſtatuant,non præteritis, ut ferantur in futurum, non in præteritum , *l. 7. eod. tit. l.7. C. Theod. de hæret.* quare judex dicitur à lege diſtare : nam judex ſtatuit de præteritis, lex de futuris. Plato in Theæt. *ὅταν νομοθετώμεθα*, &c. eas ferimus in ſequens tempus . Idem Demoſthenes contra Timocratem , & poſtremo *l.6.hoc tit.* conſtituitur ut leges pro quibuſdam ſcriptæ contra eos non valeant , cujus rei exemplum habes *l. general. §. ult. inf. de ſecund. nupt.* & conſtitutum pro liberis prioris matrimonii , ut mater , quæ morte viri ſoluto matrimonio venit ad nuptias ſecundas , bona paterna, quæ ad eam pervenerant tit. lucrorum nuptialium , ea ſerventur liberis prioris matrimonii , quaſi eorum liberorum propria, hæc conſtitutio non poteſt conferri in perniciem eorum liberorum ; ita ſcilicet ut ſi repudiaverint hereditatem paternam , ea bona, id eſt, bona nuptialia non poſſint obtinere , quia ſunt paterna , & ipſi paterna repudiaverint , non utemur ita lege pro liberis lata contra liberos , imo repudiantibus liberis bona nuptialia, quæ à patre ad matrem eorum pervenerant, obtinebunt jam non quaſi paterna , ſed materna. Si hereditatem matris non repudiaverint , obtinebunt quaſi paterna , ſi hereditatem patris adierint , obtinebunt quaſi materna , ſi hereditatem patris repudiaverint , & matris adierint , aut certe ſi parentibus utriuſque hereditatem repudiaverint , non obtinebunt . Ea fuit pia illa conſtitutio , ut pater, qui venit ad ſecundas nuptias, conjugis bona , quæ jure nuptialium inſtrumentorum conſecuta , vel conſecutus eſt , ſervet liberis prioris matrimonii : nam ſæpe , quæ veniunt ad ſecundas nuptias , novis maritis addicunt vitam , omnemque affectum transferunt in liberos ſecundi matrimonii : quare eorum improbitas fuit legibus coercenda . Verum quod ita eſt pro liberis conſtitutum , non debet verti in eorum perniciem, ſpectanda eſt miſericordia , & providentia legis , & ita ut ſcribit Æmilius Probus , cum Epaminondas legem Reip. cauſa latam videret ad perniciem civitatis noluit convertere , & Quintil. 271. Declam . *Lex quæ pro me ſcripta erat , non poteſt contra me valere.* Quod ad multa negotia poteſt accommodari . Hæc ſunt , quæ ex cod. tit potiſſimum vos adnotare volui . Sequentur in aliis tit. aliæ partes juris civilis, vel ſpecies conſtitutionum principis , ut in tit. 15. de mandatis principum , & deinde de Senatuſconſultis alia parte juris civilis in tit. 16. et de reſponſis prudentum in tit. 17. de veteri jure enucl. quos explicabimus die craſtina .

Diximus principem quemque ſuis legibus obligari ex *l.digna vox , eod. tit.* quod ne videatur pugnare cum *l.princeps , D.de legibus*, ubi ait , principem eſſe ſolutum legibus , quando id heri prætermiſimus , nunc paucis oſtendam , ut ea lex accipienda ſit . Certe omnes fere hujus legis ſententia abutuntur ; nec error eſt obſcurus , nimirum ſi animadvertamus eandem deſumptam eſſe ex lib. 13. Ulpiani ad l. Jul. et Pap. quæ dicuntur caducariæ, factæ in rem fiſci, per ſe odioſæ, quarum caput hoc unum eſt, ut ſi poſt mortem teſtatoris legatarius moriatur antequam dies legati cedat , vel etiam ſi vivo teſtatore moriatur legatarius, ut nec ad heredem tranſmittat legatum , nec remaneat apud heredem , ſed fiſco cedat quaſi caducum , fateor iis legibus ſolutum eſſe principem , non tamen ſolutum eſſe omnibus, ut in *l.quod principi , D. de leg.2.* ſi legatum relictum ſit principi , et vita exeat antequam dies legati cedat , non fit legatum caducum , ſed ad ſucceſſorem pertinet , hoc eſt princeps ſolutus eſt legibus caducariis , non eſt etiam ſolutus lege Falcidia : nam ſi ei ſit legatum relictum , patitur Falcidiam , *l.4. C. ad leg. Falcid. l. Pap. §.ſi Imp. de inoff. teſt.* non lege Voconia , qua de cauſa Auguſtus petit à Senatu veniam legis Voconiæ, apud Dionem, & ita etiam lex *princeps* non dicit, principem ſolutum eſſe omnibus legibus , ſed legibus iis ſcilicet , de quibus legem accipiendam eſſe docet inſcriptio , id eſt , Julia et Papia . Ne igitur deinceps , quod de certis legibus ſcriptum eſt , trahamus temere ad omnes . Similis fere error occupavit omnes , neſcio an vere dixerim interpretes juris ob verba *l.1.ff.de leg.1.* per omnia,accepta generaliter, exæquata ſunt legata fideicomm. .i. nullam eſſe differentiam inter hæc duo , quod eſt ex Ulp. et tamen conſtat innumeras fuiſſe differentias tempore Ulpiani ac ſequent. etiam uſque ad Juſtinianum ſemper , et ſane etiam non dicit per omnia , et in omnibus ut *l.a. §. pen. D. de jure cod. furioſus per omnia , & in omnibus abſentis loco habetur*, ergo legata ſunt exæquata fideicommiſſis per omnia , ſed in quibuſdam , non in omnibus , ſed in Falcidia , de qua tractabat Ulpianus lib. 67. ad edict. unde ducta eſt *d. l.1.* Igitur hæc eſt mens legis: in lege Falcid. ut per omnia exæquata ſint legata fideicommiſſis : nam ea lex in utriſque locum habet . Et ut ego pateſeci quodam loco , quæcumque imputantur in Falcidiam, quæ detrahitur ex fideicommiſſis , eadem imputantur in Falcid. quæ detrahitur ex legatis, et male tracta eſt cauſa imputationum differentia ex *l. 3. 4. ad leg. Falcid.* ac ſi non eadem ſit habenda ratio imputationum in Falcidia fideicommiſſorum , maxime fiduciariæ hereditatis, atque in Falcidia legatorum, quod eſt falſiſſimum: nam per omnia ſunt exæquata fideicommiſſis , vide Obſ. VIII. 4.

AD TIT. XV. *De mand. principum .*

EX conſtitutionibus ſpecialibus principum ſunt privilegia et decreta interpoſita in negotio aliquo, ita ut in exemplum non trahantur , *l.2. ſup. de legib.* è conſtitutionibus ſpecialibus ſunt etiam mandata principum , id eſt , præcepta ſive monita , quæ certis perſonis dantur à principe, veluti legatis, et præſidibus, qui mittuntur in provincias , *on leur baille leur lecon* , ut hoc agant, illud prætermittant, nec proficiſcitur legatus, vel præſes ſine mandatis, quæ ſequi debent , nec is migrare ſolet temere , vel etiam ſunt juſſiones , quæ à principe dantur Conſiſtorianis militibus , *l. 1. hoc tit.* quæ eſt de iis accipienda , vel de Tribunis , et Notariis executoribus imperialium juſſionum , ut juſſiones , quæ dantur

A Referendariis ſacri Palatii perferendæ ad præſides provinciarum, quæ niſi conſtent ex ſcripto, nullius momenti ſunt *d. l.* 1. mandata ſecreta principis non valent, *les ſecrets ne valent rien.* Excipitur unus caſus in *l.* 2. *eod. t.* quæ eſt Græca, ſi princeps det judicem certum in lite aliqua ſpeciali, vel ſi judici adjungat collegam [illegible], vel ſi velit acta quidem edi judicialia, ſi nuntiet, ut lis aliqua celeriter finiatur: hæc enim mandata præſides accipiunt ex ore principis, vel ex relatione Quæſtoris, *le Chancelier*, aut Referendariorum ſacri palatii, *des Maiſtres des Requeſtes*, & valere etiam nulla ſcriptura interveniente, ut in Nov. 124. quæ eſt ſententia *l.* 2. quam expoſui Obſerv. 12. 31. & eſt ſtultus, qui pro ea repoſuit Juſtin. Novellam 17. de mandatis principum, quæ fuit emiſſa poſt editionem Codicis.

B

AD TIT. XVI. *De Senatuſconſultis.*

SEquitur alia pars juris civilis in titul. 16. Senatuſconſulta, id eſt, jura, quæ facit Senatus, ſunt decreta ampliſſimi ordinis, quæ utique omnes tenent, perinde atque Conſtitutiones principum: recte igitur in *l.* 2. *ff. ad Senatuſconſ. Vellej. quid de ea re fieri placeret, & de ea re univerſi ita conſuluerunt*, recte, cum & conſulta Senatus dicantur. Tertullianus in Apolog. *Ita Senatus conſulit*, ſtulti ſunt qui malunt, *cenſuerunt*. Denique conſulere commune eſt verbum: nam conſulit qui interrogat Senatum, unde illud *conſul conſule*, apud Trebellium Pollionem: & Senatus quoque conſulit, id eſt, judicat, ſtatuit, decernit, & idem eſt cenſere, quod C Feſtus interpretatur, *decernere*, ut plane nihil interſit dicas, *cenſuerunt*, vel *conſuluerunt*, Novella Leonis 78. vetat ne in poſterum Senatuſconſulta fiant, ut Senatus jus non faciat, ſcilicet, quia etiam poteſtas Senatus erat tranſlata in principem: antiqua Senatuſconſulta manent, ut leges antiquæ, & ut hic oſtenditur, contra ea elicita reſcripta, velut contra Senatuſconſultum Vellejanum, aut Tertull. non valent, imo ſi uteremur *l.* 8. *ſup. tit.* 14. nulla lex generalis principis valeret ſine Senatuſconſulto.

AD TIT. XVII. *De Vet. ju. enucl. &c.*

SEquitur alia pars juris civilis, reſponſa, & interpretationes Juriſconſultorum veterum, qui ab imperaD toribus ſcilicet poteſtatem acceperant condendi juris, reſpondendi, ſcribendi, cavendi, interpretandi. Hinc varia nomina Juriſconſultorum: nam conditores, & auctores juris, & interpretes legum, & conſulti legum, aut juris dicuntur. Aliorum enim, qui eandem poteſtatem ab Imperatoribus non acceperunt, nulla eſt auctoritas, nec eorum ſcriptis judices alligantur, cum tamen à ſupra dictorum ſcriptis non poſſint recedere, *§. reſponſa Inſt. de jure nat.* quia ſunt pars juris civilis, & eleganter Juſtin. *l. ult. ſup. de leg.* dum ſibi vindicat Juriſconſultis parem auctoritatem, nihil tamen ſe derogare eis ait, qui hanc facultatem conſulendi juris olim ab imperiali majeſtate impetraverunt. Jubet autem Juſtin. priori conſtitutione hujus tit. in Digeſtorum libros L. Tribonianum, & eos, quos ſibi in opere conficiendo adjutores E delegerit, anteceſſores ſcilicet, id eſt, Doctores, profeſſores juris, & togatos amplisſimæ præfecturæ, & qui in foro præfectorum prætorio cauſas agitant: Tribonianum, inquam, horum ope fretum, quos ipſe delegerit in conficiendis Pandectis neceſſaria quæque, & uſu recepta illos libros conferre ex veterum illorum ſcriptis, atque ita, ut ipſe loquitur, jus vetus purgare, & emendare, jus enim vetus vocat antiquam prudentiam Juriſconſultorum. De Inſtitutionibus etiam conficiendis in priore conſtitutione aliquid aſpergit, poſterior conſtitutio utraque lingua conſcripta confecto jam opere Digeſtorum, enarrat quidque quaque parte Dig. contineatur, ob id omnis ejus prælectio eſt ſummopere ſtudioſis neceſſaria, & utrique operi Digeſtorum, & Juſtin. parem; atque Codicis conſtitutionibus vim tribuit, fidem, robur, & pondus: neque enim jam dicimus reſponſa prudentum vim legis obtinere, perlatæ ſcilicet ad populum, quod olim dicebatur, ſed tranſlata populi poteſtate in principem, & principe ſibi ſoli vindicante auctoritatem condendi, & interpretandi juris, *l.* 1. *l.* 9. *l. pen. & ult. ſup. de legib.* Dicimus jam reſponſa veterum Juriſconſultorum, & Senatuſconſulta vetera vigorem conſtitutionum obtinere, & quod ait in *hoc t. de auct. juriſprudentum*, qui in Digeſtis referuntur, eo pertinet, quod præcipue in priori conſtitutione continetur, ut omnium Juriſconſultorum veterum, ex quorum libris confectæ ſunt Pandectæ eadem ſit auctoritas, nec ſit alter potior altero, nec Papiniano, puta cedat Ulpianus abrogata *l.* 1. *C. Th. de reſponſis prudent.* quæ Papinianum præferebat cæteris, & abrogabat notas factas in corpus Papiniani ab Ulpiano, & Paulo, & ſi quando inveniebantur pares ſententiæ Juriſconſult. puta ex una parte tres, & ex altera totidem, ut ea pars vinceret, in qua eſſet Papinianus. qui ut ſubtiliter ait, ſicut ſingulos vincit, ita cedit duobus, id eſt, non vincitur niſi à duobus; hanc præeminentiam Papiniani, hoc privilegium ademit conſtitutione priori, ut omnium auctorum juris eadem eſſet auctoritas, & decrevit, ut ex notis ad Papinianum decerperentur etiam neceſſaria, & uſui futura.

AD TIT. XVIII. *De jur. & facti ignorantia.*

ENarratis vero partibus juris civilis, ſubjicit generalem tit. de juris, & facti ignorantia: juris enim nomen complectitur leges, conſtitutiones, & Senatuſconſulta, & reſponſa prudentum, adeo ut in *C.Th. l.* 1. quæ hic eſt pen. ſit poſita ſub tit. de conſtitutionibus principum, & edictis, & forte non male heic Jus accipiemus ſpecialiter pro conſtitutionibus principum, vel ſi quid conſtitutionum vigorem habet. Et ſumma tituli hæc eſt: juris ignorantiam neminem excuſare, ut ſi neſciveris liberis petendam eſſe bonorum poſſeſſionem intra annum, hæc ignorantia te non excuſat: nam ſi cum eſſes ex liberis defuncti, non petieris bonorum poſſeſſionem, jus tuum amittis; & ſi pergas petere, obſtabit præſcriptio temporis: vel etiam ſi neſcieris legata ex teſtamento non deberi, quod poſtea quam teſtator capite minutus eſt, irritum factum eſt: nam ſi ea legata ignarus ſolveris, non poteris repetere: ignorantia juris non præbet repetitionem indebiti, excuſat tamen militem: & militem, qui ſequitur ſigna, non d'm [illegible] militia, ſed eum, qui in ſtrepitu belli jus civile audire non poteſt, vel reminiſci: qui conſulere de jure prudentes non poteſt. Item excuſat minorem 25. annis, & mulierem in damnis amittendæ rei ſuæ, non in lucris, *l.* 2. *eod. tit.* Error facti, id eſt, ignorantia rei excuſat honeſte omnes, facile eſt jus noſſe, leges, conſtitutiones principum, & licet conſulere, facta incerta ſunt, nec licet capeſſere cuivis rerum geſtarum veritatem. Sed ut inſigniter vobis legem aliquam ex hoc t. explicatam relinquam. ſumam *l.* 5. *cum falſa*, velim vos eandem legem indiſtincte accipere de errore juris, & de errore facti, ut ſive errans in jure, ſive errans in facto dixeris paternum eſſe id quod erat in bonis maternis, & contra, ut is error qualis qualis tibi non noceat: nam & error juris nocet in damnis, ignorantia juris neminem lucro afficit, aut præmio, ſed non afficit etiam damno. Igitur ſi, vel juris, vel facti errore ductus, atque traductus dixeris: paterna eſſe bona, quæ ſunt materna, non oberit tibi, nec mirum: cum ſi ſciens prudenſque dixeris paterna eſſe, quæ ſunt materna, nihil tibi præjudicas, nec mutas dominium bonorum maternorum, quod habes: non nudis pactis, ſed traditionibus mutantur dominia, *l. traditionibus, C. de pact.* & proprie *lex cum de bonis, de acquir. hered.* huc pertinet: ibi erat conſilium abſtinere à bonis paternis, & ſuſcipere materna: dixiſti quidem bona, quæ erant materna eſſe paterna, vel errans,

rans, vel ſciens: hæc tibi oratio tua prudens inconſultave non præjudicat.

AD TIT. XIX. *De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non.*

HIc tit. 19. perſequitur eam partem juris civilis, qua præcipue hic liber conſtat, quæ conficitur ex principum conſtitutionibus, quarum ſpecies ſunt edicta, mandata, reſcripta, *l. 3. ſup. de legibus*: nam de edictis quidem, & mandatis habuimus proprios tit. ſup. de reſcriptis non item. De iis igitur tractare incipit ab hoc tit. nam preces ſunt deſiderio ſupplicantium comprehenſa libello principi dato, & reſcripta ſunt reſponſa principis ad preces. Preces igitur præcedunt reſcripta, ſequuntur ſubſcriptiones, adnotationes, vel ſubnotationes principum. Et ideo de precibus prius agit, ſed quidquid conſtituitur de precibus, idem obtinet in reſcriptis: nam quod precibus oblatis poſtulari non debet, nec impetrari reſcripto, aut etiam impetratum non valet: idemque è contrario, ſi quid poſtulari poſſit, & id impetrari reſcripto poſſit, & hujus propoſitionis varia exempla hic proponuntur, ut exempli cauſa, creditor non poteſt poſtulare ne debitor adverſus eum utatur exceptione peremptoria, quæ ſcilicet debitorem prorſus liberat, vel ne utatur doli mali exceptione, quæ extinguit & civilem, & naturalem obligationem, vel ne utatur rei judicatæ exceptione, qua ſit abſolutus debitor. neve utatur exceptione pacti conventi perpetui, id eſt, ne omnioo petatur, *l. 2. h. t.* quoniam hæc ſine gravi debitoris diſpendio impetrari non poſſuot, ut v. g. exceptio peremptoria reſcripto principis convelli non poteſt ſine gravi diſpendio debitoris, qui ea fretus ſe jure liberatum contendit: & hoc perinde eſt, ac ſi creditor poſtularet, ut ſibi liceat petere, quod amplius non debetur. Igitur & hoc reſcriptum ſi impetraverit, ſane oullum eſt. Item reus condemnatus ſeotentia præfecti prætorio, non poteſt iterum ſupplicare: nam præfecti prætorio gerunt, ut ajunt, apicem omnium honorum, ſed licet ſupplicare principi oblato libello contra ſententiam præfecti prætorio, & ſupplicare ſemel tantum, non iterum: nam ſi ſupplicarit quis ſemel contra ſententiam præfecti prætorio, qua eum damnavit, & iterum condemnatus ſit retractata cauſa per libellum principis, non admittitur iterum ſupplicans: ſemel igitur tantum ſupplicatio permittitur, ſemel ex reſcripto principis iterari, retractari judicium poteſt, *l. 1. inf. de ſententiis præf. præt. l. 1. C. Theod. de offic. præfect.* non eſt grave, vel ſemel judicium retractare, *c. grave 35. q. 9.* unde, ut ait in eo canone, bis iterum agitata magis ſplendeſcit in jure, & qui reus deprehenditur, magis oſtenditur eſſe dignus condemoatione, & quodam odio, fructus divinus eſt, inquiunt, iterare judicium. Item non poſſunt poſtulari per libellum à principe, quæ ſunt fiſco damnoſa, vel quæ ſunt juri publico contraria, quibus læditur alius, *l. 3.* nam quod prodeſt ſupplicando, & nocet nemini, hoc facile impetratur, *l. pen. eod. tit. l. 2. §. quanquam, D. de aqua plu. arc.* quod lædit alterum poſtulare, aut impetrare non licet, non conſentiente altero, ut libertus non poſtulat reſtitutionem natalium ſine conſenſu patroni, *l. ult. D. de natal. reſt.* adoptio non jure facta non confirmatur à principe, niſi accerſitis iis, qui læderentur confirmatione adoptionis, *l. nam ita, D. de adopt.* & hoc jure conſequenter ſuperioribus omnibus, hodie ut naturalis filius non fiat legitimus niſi vocatis agnatis, quorum intereſt: ad ea igitur, quæ ſupplicare non licet, nec impetrata reſcripta valebunt ſi quis temere ſupplicaverit: At è contrario poſtulare licet ne debitor utatur præſcriptione dilatoria, ſive temporali: hoc non male poſtulabit creditor, videlicet ne ſibi ſuum perſequenti moram adferat, quia competit debitori exceptio dilatoria modici temporis forte. Finge: debitor habet exceptionem pacti temporarii, id eſt, ne intra annum, verbi gratia, ab eo petatur, quam pactionem ſequi creditorem oportet, ſive pactus ſit ipſe, ſive is, cui heres extitit, ſed remitti poteſt reſcripto principis, qui quandoque concedit creditoris favore, ut citius perveniat ad jus ſuum, *l. 2. eod. tit.* ſecundum quam eſt accipienda *l. 3. §. ſi is, pro quo, D. quod quiſque juris*, fingit Juriſconſultus illo loco, creditorem impetraſſe, ne debitor uteretur adverſus ſe exceptione; locus ille eſt accipiendus de exceptione dilatoria, quia ne debitor utatur exceptione perpetua, hoc vero neque poſtulare, neque impetrare poteſt: & ſi impetratum ſit, non valet. Igitur eo loco ita fingenda eſt ſpecies, ut impetraverit creditor, ne ſuo debitori uti liceat adverſus ſe exceptione dilatoria, nec ipſe, nec fidejuſſor ejus, & oblata ſatiſdatione debitor poteſt poſtulare, ut ſibi prorogetur tempus ſolvendæ pecuniæ, ut ſi verbi gratia intra biduum ſolvere debeat, prorogetur illi tempus, quo conquirat pecuniam, & diſſolvat, *un repit, ou quinquennel*: nam in quinquennium plerumque prorogatur exactio crediti, quod eſt ita proditum in *l. 4. h. tit.* & harum induciarum eſt exemplum 2. variarum Caſſiodori. Sæpe egeſtas debitorum, vel ruina fortuita, in quam debitor incidit, cogit principem ad concedendum veluti juſtitium quoddam, intra quod non poſſit exigi à creditore, & hæc reſcripta ſane valent: etiam additur in hoc tit. preces offerri poſſe per quemlibet hominem principi, etiam patere aditum ſervis ad principem per libellum, quod notandum. Et nomine alieno, vel ſuo nomine ex juſta cauſa, veluti necis domini vindicandæ, *l. 1. & l. 6. h. tit.* Item conſtituitur, exempla inſtrumentorum, de quibus agitur, non eſſe admodum neceſſe libello inſeri, & vero ipſa exempla inſtrumentorum, quæ in diſceptationem veniunt plerumque præſtat inſeri, ut in *l. ut reſponſum, inf. de tranſact. ut reſponſum congruum accipere poſſis, inſere pacti exemplum*, quæ vox eſt frequeos in ore Juriſconſultorum cum de jure conſuluntur, *qu'on montre leurs patentes*, ſed *l. ult. eod. tit.* rectiſſime ait, non tam eſſe neceſſarium precibus inſeri exempla, quam vim & mentem eorum ob ea verba, de quibus ſæpe ambigitur, non integrum tenorem, ſive contextum inſtrumenti quæ omnia ſane ootanda ſunt.

AD TIT. XX. *Quando libellus principi datus litis conteſtationem facit.*

TIt. 20. eſt etiam de precibus, ſive libello precum, ad quem reſcripſit princeps. Ergo et de reſcriptis: et hoc vult, libellum precum, *requeſte*, principi datum pro litis conteſtatione haberi, ſi modo ad eum reſcripſerit princeps: nam inanis eſt libellus ſine reſcripto: quis eſt effectus hujus reſcripti? hic nempe, ut datione libelli, et reſcriptione perinde atque litis conteſtatione actiones morte, aut tempore perituræ: ſunt enim actiones quædam temporales, quæ non tranſeunt in heredes, in tutum redigantur, ut ait *l. ordinata, de liber. cau.* ut ſcilicet perpetuentur, atque adeo heredi, et in heredem dentur: litis conteſtatio perpetuat actionem temporariam, aut quæ morte rei erat peritura. Idem efficit libellus principi datus. Itaque libellus principi datus habet vim litis conteſtationis, quod non ita obtinet in libello dato præfecto prætorio, *l. 1. inf. de off. prætor. Orientis*, & multo minus libellis datis aliis magiſtratibus, vel judicibus inferioribus: & rurſus de libello principi dato, quod diximus, ut pro litis conteſtatione habeatur, Juſt. in. *l. 2. h. tit.* vult tantum obtinere in actionibus prætoriis annalibus, quales ſunt prætoriæ fere omnes: nam & ipſius prætoris imperium erat annale. Quando igitur libellus principi oblatus pro litis conteſtatione habeatur ſi quæras, dicam quando eſt actio prætoria annalis, quam actor velit impetrare, non quando eſt civilis: nec offendor *l. 2. inf. de annali except.* quæ non loquitur de libello precum, ſed de libello querelæ, proteſtationis præſidi dato, qui tunc datur cum nemo eſt, qui conveniri, et interpellari

poſſit ; hunc libellum querelæ ; & proteſtationis , conſtat haberi pro litis conteſtatione , *l. 12. D. de naut. fœn.* & ad ſummam , præſcriptio temporis interrumpitur litis conteſtatione , libello principi dato , ſi actio fuerit prætoria annalis . Interrumpitur libello querelæ, & proteſtationis , ſi non extat qui conveniatur : Imo interrumpitur etiam libello conventionis , quo quis vocatur in jus , conventione executoris , vel viatoris , *l. ſicut, l. cum notiſſimi , de præſcript. trig. annorum , l. ult. inſ. de annali except. l. 2. ubi in rem actio exerc. deb.* Interrumpitur etiam præſcriptio temporis interveniente pupillari ætate , ut ſi creditori ſuccedat pupillus , *d.l.ſicut, & d. l. cum notiſſimi* . Interrumpitur autem præſcriptio adverſus actionem hypothecariam , ſi creditor pignus teneat medio tempore . Interrumpitur detentione creditoris , *d. l. cum notiſſimi, §. imo* , interrumpitur etiam agnitione debiti , nova cautione , novo chirographo , novatione , *§. ſed & ſi quis , d.l.cum notiſſimi:* interrumpitur & ſolutione partis debiti , *l. ult. inſ. de duob.reis,* & datione fidejuſſoris , ut non male videtur ſenſiſſe Accurſ. in *l. cum quis, §. pen. D. de ſolut.*

AD TIT. XXI. *Ut lite pendente , vel poſt provocationem , aut definitivam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare .*

EST etiam hic tit. de precibus , & de reſcriptis : & ſatis fuiſſet meo judicio eum ita concipere : ut lite pendente , vel poſt definitivam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare : nam ſatis prohibetur ſupplicare poſt provocationem interpoſitam , qui prohibetur ſupplicare lite pendente , & poſt provocationem omiſſam à condemnato acquieſcente ſententiæ , is ſatis prohibetur ſupplicare , dum prohibetur ſupplicare poſt definitivam ſententiam: ut brevior ſumma hujus tit. hæc ſit, ne lite pendente de re , qua de agitur , cuiquam liceat ſupplicare , ut in Nov. 52. & 113. ſed ut expectetur ſententia judicis , apud quem litigatur: & , quod eſt altera pars huius tit. ut definitiva ſententia , quæ non eſt appellatione reſciſſa , reſcripto non retractetur , etiamſi preces oblatæ fuerint principi ante definitivam ſententiam : nam etſi quando appellare non poſſis , ſupplicare poſſis , veluti contra ſententiam præfecti prætorio, non tamen ubi poſſis appellare , nec appellas intra tempora conſtituta , licet poſtea ſupplicare , aut quod ſupplicavi ante , de eo reſcriptum impetrare : docuit tit. 19. quæ non liceat ſupplicare , hic tit. docet , quo tempore non liceat .

AD TIT. XXII. *Si contra jus , vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum, vel impetratum .*

SEquitur alius titulus de reſcriptis : ſi contra jus &c. in h.tit. repetitur *l.ult.* quod ſatis fuerat expoſitum tit.19.l.3. non valere ſcilicet preces , aut reſcripta contraria juri , vel utilitati publicæ, quod & in multis aliis locis oſtenditur , *l. 10. ſup. de ſacroſ. Eccleſ. l. ult. ſup.de Senatuſc. & Nov. Valent. in publicum damnum non valere reſcripta , quæ ſunt contraria juri, vel auctoritati publicæ* . Et conſtat obreptitia reſcripta inutilia eſſe , ſed additur h. tit. ne etiam preces mendaces , aut per eas elicita reſcripta recipiantur, quod eſt proximum crimen falſo , *l. ſi quis obrepſerit , ad l. Cornel. de falſis* . Et recte Auguſtinus in Evang. Joannis (*juris eſſe forenſis , ut ſi quis in precibus mentitus ſit , non illi proſit quod impetravit.* Judex tamen ex reſcripto datus, quem quis elicuit oblatis precibus mendacibus, & falſis aliqua ex parte judex manet , ut oſtenditur in *l.1. & 2. h. t.* etiamſi veritatem diſſimulaverit , id eſt , non eſt quidem hoc reſcriptum per omnia inutile : nam & judicis datio valet , impetratio non valet .

AD TIT. XXIII. *De diverſis reſcriptis , & pragmaticis ſanctionibus .*

DE precibus ſupplicantium egit ſuperioribus tit. 4. conſequens erat agere de reſcriptis ipſis principum , de quibus ſuperiuribus titulis pleraque definiuntur : ut ſi duo in communi cauſa preces obtulerunt principi , & in perſona unius ſuum reſcriptum concesperit princeps , non in perſonam amborum , & tamen beneficium reſcripti proſit utrique, quia cauſa eſt communis , quod obtinet, etiamſi ex duobus unius appellatio recepta fuerit, unuſque egerit cauſam appellationis, *l.1. ſi unus ex plurib. appellav.* Conſtituitur etiam , ut reſcripta , quæ ad jus pertinent, id eſt, quæ redduntur iis, qui de jure conſuluerunt principem , reſcripta, quæ jus faciunt , ut ſint perpetua , nec anno finiantur, *l. 2. h. tit.* quod latius explicat *l. 2. Cod. Theod. eod. t.* ut ſcilicet morte impetratoris reſcriptum non extinguatur , ut poſſit allegari ab heredibus , & pro heredibus , nec extendatur temporibus , nec aboleatur caſibus , veluti morte impetrantis , jure veteri reſcripta videntur fuiſſe annalia in ſingulorum reſcriptis , & hoc jure utimur: nam reſcriptum poſt annum non prodeſt , nec poteſt allegari , *il eſt ſuranne, & l.3.* conſtituitur, ut ipſa reſcrita authentica , id eſt , originalia, judicibus inſinuentur, non exempla , oon judices reſcriptorum ; & *l.4.* ut non valeant reſcripta ſine die , & conſule , ſi ſint beneficia perſonalia , quod etiam de ordinationibus Epiſcoporum cautum eſt Concilio Milevitano , ut non valeant ſine die , & conſule: ut ſcilicet intelligatur, qui priores, qui poſteriores ordinati ſint , ut ex ordine, vel ſerie ordinationis inter Epiſcopos ſervetur dignitatis ordo ac prærogativa : ordinationes igitur Epiſcoporum , codicillos dignitatum , & beneficia quæcumque perſonalia non valere ſine die, & conſule: generalia reſcripta, maxime quæ in corpus juris relata ſint , valent etiam ſine die , & conſule , ut conſtat ex conſtitutione Juſtin. *de novo Cod. fat. & de Juſtin. Cod. confirmando* : de quibus Auguſt. in coll. 3. diei cum Donatiſtis : *Evidentiſſimis conſtitutionibus definitum eſt , Imperialia conſtituta , etſi conſules non adſcriberentur, in dubium non vocari* , quod de generalibus eſt intelligendum, non de perſonalibus in conſtitutionibus juris : privilegiis perſonalibus exactior cura obſervatur, quæ ſunt extra ordinem juris publici, etiam de iiſdem beneficiis precibus extortis agitur in *l. 2. h. tit.* de beneficiis ſcilicet, quibus conceduntur adminiſtrationes, vel dignitates : erant quædam beneficia principum , quæ ſic proprie dicebantur ; alia quæ ultro ipſe ſua indulgentia impertiebatur , de quibus dicitur ea eſſe pleniſſime accipienda , quæ ex ſpontanea benignitate principis accipiuntur , *l. pen. D. de conſtit. princ.* nos hic agimus de beneficiis , quæ ſupplicantibus conceduntur , veluti tribunatu militari , centurionatu , ut Sueton. ait in Claudio , *ſui beneficii centuriones* , præpoſitura , aut præfectura aliqua militari , aut civili , quæ proprie dicebantur beneficia , etiam apud Ciceronem in 5. & 7. Epiſt. de tribunatu nominatim , & centurionatu , & apud Lampridium in Alexandro Severo , & idem Cic. pro Archia poeta , ea beneficia deferri in ærarium principis , id eſt , inſeri tabulario , & Hyginus de limitibus conſtit. ait , adſcribi beneficiorum libro : nam in ærario erat liber beneficiorum , de beneficiis d. lex 5. ait , ne à judicibus reiiciantur, ac ne contemnantur , ſacrilegii eſſe inſtar ea non admittere , nec promulgare velle . Et ſequitur in l. 6. de reſcriptis , quæ non ſunt ſubſcripta encauſto ſacro , ut ait, & manu principis, ut etiam l. 3. ut hæc non valeant , & encauſtum vocat picturam , vel colorem potius , quo ſolebat princeps ſua manu ſuum pingere nomen , & conficiebatur purpura incocta, *de teinture rouge , ou cinabre:* incocto murice, ut ait , tinctoque conchilio , & ardore , ſive lumine purpuræ : *& aucanto* malo dicere , quam encauſto , quod ita ſemper legi in omnibus libris ſcriptis , & in gloſſis encau-

Digitized by Google

tautum, ἐνάλουργον, coctus murex, & ait hic tit. de diverſis reſcriptis : nam ex his, quæ recenſui alia jus faciunt, alia non faciunt, alia reſcribuntur ad jus, alia ad factum, alia ſunt perſonalia, alia generalia, alia ſunt temporalia, alia perſonalia : ut ſi comprehenſum ſit certum tempus intra quod debeant allegari, hoc finiuntur tempore, *l. 2.* alioqui ſunt perpetua, alia valent, alia non valent, alia ſunt adnotationes, vel ſubſcriptiones ad libellum breves, *l. 1. ſup. de prec. imper.* alia ſunt Epiſtolæ, *l. 12. C. Theod. de Epiſc. & cleric.* dum ita Imperator reſcribit Imper. ille L. Titio ſalutem, & ſubſcribit data Epiſtola, aliæ ſunt pragmaticæ ſanctiones, ſive juſſiones. Dicuntur etiam pragmatica, hoc pragmatico conſtituimus. Pragmatica eſt tractatus, ut tractatus de ſubſcriptionibus, *c'eſt un long. diſcours*, & inde nomen accepere pragmaticæ ſanctiones, quibus ſcilicet tractatu, & conſilio adhibito princeps diligentius effuſiuſque reſpondet ad preces, vel relationes, vel ſuggeſtiones judicis, vel aliorum, quod licet cognoſcere ex multis pragmaticis, quæ ſunt in eodem Cod. atque in Novellis aliorum Impp. & in reſcriptis quidem aliis preces inſeruntur, & ſubiicitur ſubſcriptio brevis. In pragmaticis non ſolebant inſeri preces, ſolebat tantum earum precum vel relationum mentio fieri : nam plerumque pragmaticæ juſſiones fiebant ad ſuggeſtionem & ſuaſionem magiſtratuum, vel etiam corporis alicujus, veluti corporis advocatorum. D. Auguſt. in ſuprad. collatione, *in pragmatico reſcripto preces inſeri non ſolere*. De omnibus reſcriptis etiam illud generaliter conſtituitur *l. ult. eod. tit.* ut non valeant, niſi hæc eis injecta ſit clauſula, ſi qui reſcriptum impetrarunt docuerint omnia vera eſſe, quæ contulerunt in preces, & ut judici, cui inſinuatur reſcriptum, hæc ſit prima cura de veritate & fide precum : nam ſi quid Imperatori ſuppreſſerit aut celaverit callide, vel ſi quid mentitus ſit, inutile eſt ei reſcriptum : diſcutiendæ igitur imprimis ſunt preces, an ſint veræ, & eligenda etiam probatio ab eo, qui reſcriptum impetravit eorum, quæ deduxerit in preces. Imo ut vult lex ult. ea eſt clauſula inſerenda reſcripto, ſi probaverit quod deduxerit in libellum. Non ſolet hodie inſeri ea clauſula, quia ſcilicet habetur pro inſerta : quod generaliter legibus definitur, ut inſeratur, paulatim pro inſerto habetur, etiamſi non fuerit inſertum, quod ſolet fieri frequenter, tempore præcedente, paulatim pro facto habetur, ut ſolebant coloni pro mercede pignori obligare ibi nata, fructuſque, qui ibi naſcerentur, hæc hodie etiamſi non obligarint expreſſe, tacito intellectu videntur obligata pro mercede, quia quod ſolet fieri, tandem & pro facto, ſi ſit omiſſum, habetur & ſpecialiter in *d. l. ult.* additur, ne fiant pragmaticæ juſſiones ad preces ſingulorum in cauſis privatis, ſed in publicis negotiis ad precea civitatum, vel provinciarum, vel officiorum, vel ſcriniorum, vel cujuſcumque corporis aut univerſitatis ſive collegii. Dixi ad preces; nam ad relationem & ſuggeſtionem judicum fiunt etiam pragmaticæ ſæpiſſime.

AD TIT. XXIV. *De ſtatuis & imaginibus*.

INter beneficia principum, quæ dantur reſcriptis certis perſonis de Repub. vel de ſuo corpore aut collegio bene meritis ad poſtulationem civitatum vel corporum, ſunt ſtatuæ & imagines : nec enim licet unquam in Rep. ſtatuam ſtatuere ſine reſcripto, ſine permiſſu principis. Et prudenter conſtituitur in *l. ult.* ut ſtatua ſumptibus ejus, cujus ad honorem erigitur, collocetur, non ſumptibus publicis : ne, inquam, ſumptus *ex deſcriptione* colligantur, & ex deſcriptione populi, *d'une petite taille*, ut in *l. 1. & ult.* ſed additur etiam in eod. tit. de ſtatuis & imaginibus principum : nam & de iis ponendis in ornamentum Reip. neceſſe erat à principe concedi beneficium, *l. 26. ſup. de Epiſcop. audient.* & Nazianz. prima invectiva contra Julianum hoc ait eſſe proprium Rom. ut ſuis principibus affectent ponere ſtatuas, putentque hoc ad decus ſuæ civitatis pertinere, ſi hoc eis princeps permiſerit, ſed ab his ſtatuis principum cum ab hominibus olim adorarentur, ut 6. exam. ait Ambroſius, cum ducti vultus et ora ex marmore adorarentur, rectiſſime l. 2. aufert ab iis omne adorationis faſtigium, *où il faut lire*, faſtigio, *non par*, faſtidio.

AD TIT. XXV. *De his, qui ad ſtatuas confugiunt*.

PErtinet etiam ad ſtatuas principum tit. 25. nam ſtatuæ principum, perinde ac Eccleſiæ confugis ſuam ſecuritatem præbent, nec inde extrahi poſſunt, quæ eſt ſententia hujus legis, ut confugere Galli antiqui dicunt *fuir à garent*. et eleganter Theod. et Valentin. in quadam Græca ſua conſtitutione *Βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ὁ ἀρχαῖος νόμος ἀνέθηκε*, quod etiam de Eccleſiis *l. ult.* et hic, de iis, qui ad Eccleſias confugiunt, ut in eis ſit, *ἐλέους Βωμὸς*, et latine ait *ara ſalutis*, quoniam nihil intereſt dixeris aram ſalutis, an aram miſericordiæ : habuerunt, ut ſcitis, Athenienſes, ſuam aram miſericordiæ, de qua mentionem facit Theophilus de jure naturali, nobis quoque eſt ara miſericordiæ Eccleſia, et ſtatua principis.

AD TIT. XXVI. *De officio præfect. prætorio Orientis & Illyrici*.

DE reſcriptis principum ſatis hactenus dictum eſt, vel de principibus ipſis, novus inſtituitur et paratur ſermo nunc de magiſtratibus : nam cum ex partibus juris civilis reſtarent adhuc magiſtratuum edicta formæ, diſpoſitiones, quæ non minorem obtinent legis auctoritatem, quam leges, edicta, reſponſa: ideo et hujus quoque partis juris civilis explicandæ gratia dicere inſtituit de magiſtratibus omnibus urbanis, provincialibus & municipalibus : & erit utiliſſima hæc magiſtratuum omnium recenſio, quæ traditur ſigillatim : ex magiſtratibus ſunt præfecti prætorio, qui ſummam obtinent & omnem judiciorum poteſtatem; omnium honorum apicem, ut ait Ammianus Marcell. inter mundanos apices ſublimiſſimam poteſtatem, ut ait Leo in Epiſt. 64. ad Epiſcopum Theſſalon. plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem, *l. 5. D. de off. præf. præt.* præfecti prætorio ſummam eſſe poteſtatem, ſecundam à principibus, & imperium pleniſſimum : nullum enim eſt pœnæ genus, quo non poſſit præfectus prætorio emendare diſciplinam, vel continere publicam : cæteri magiſtratus ex mero imperio partes aliquas habent, non plenum imperium, ut jus gladii habent, non deportandi, ut præſides provinciarum : præfectus prætorio habet pleniſſimum etiam in Senatores, licet ante Conſtitutionem Alexandri ipſi præfecti prætorio non eſſent ſenatores, non ſenator de ſenatore judicabat, videlicet præfectus prætorio. Sed poſtea ex conſtitutione Alexandri ſunt aſſumpti præfecti prætorio, non ex plebe, ſed ſenatu, quanquam animus ſemper magis fuit principibus evehere plebejos, quam ſenatores. Primæ igitur & ſummæ poteſtati primus datur titulus. Fuit ſub ætate aut ſub imperio Juſtiniani alius præfectus prætorio Orientis, in cujus cura & diſpoſitione erant diœceſes 5. Oriens, qui proprie & ſpecialiter dicebatur, Ægyptus, Aſiana, Pontica, & Thracia; & cujuſque diœceſeos provinciæ variæ : nam diœceſis eſt quæ conſtat provinciis variis. Diœceſes in provincias, provinciæ in civitates dividuntur, ſub diſpoſitione præfecti prætorio ſunt diœceſes. Et hoc eſt quod in Epiſtola 104. ait Caſſiodorus præfectum prætorio cunctarum provinciarum poteſtatem maximam obtinere : nomen, ut ſcitis, duxerunt ex eo quod initio inſtituti eſſent, & præeſſent prætorianis militibus, id eſt, aulicis militibus; qua de cauſa à Græcis paſſim dicuntur *πρῶτοι τῶν δορυφόρων*, & alii auctores, præfectos prætorio ſtipatos armatis militibus : Ergo præfectum prætorio cum dicimus,

præ-

Digitized by Google

prætorium accipimus pro militibus prætorianis : ſed A major eſt eorum poteſtas , quam præ ſe ferat nomen. Fuit etiam ætate Juſtiniani, præfectus prætorio Illyrici , & ſub ejus diſpoſitione erant diœceſes duæ Macedonia, & Dacia; & ad hos quidem duos præfectos prætorio referuntur omnes conſtitutiones hujus tit. quibus, ut decerpam ex eis aliquid, conſtituitur , ut formæ præfecti prætorio generales , quas vulgo dicimus *ἐπαρχικὰ* , vim legis obtineant, *l.2. h.t. l.apertiſſimi , ſup. de Judæis, l.1. inſ. de fidejuſſor.* Jam igitur incipit eam partem juris civilis , quæ reliqua erat à *l.2. h. t.* demonſtrare ſcilicet, formas, typos præfecti prætorio, *leurs ordonances ou proviſions* , pro legibus eſſe , ſi modo non ſint legibus antiquis , aut conſtitutionibus principum contrariæ : poteſt igitur præfectus jus commune facere, quod cum veteri non pugnet, & additur in *l.3.* ut ſub eorum cura & B juriſdictione ſint præſides provinciarum , ut in *l.nec iis, inſ. de decurion.* quod adeo verum eſt , ut & præſides provinciarum permanere poſſint , *l.9. inſ. de advoc. diverſ.judic.* & removere ex cauſa, atque in locum eorum alios inſtituere, & de criminibus eorum cognoſcere, *d.l.5.* nam ſi diœceſes ſunt ſub diſpoſitione præfecti prætorio, & diœceſum provinciæ ſingulæ igitur : ſicut ſub cura præſidis provinciæ ſunt ſingulæ civitates ejus provinciæ, in *l.pen. ad municipal. l.cum unus, §. pen. de rebus auctor. judicum poſſ.* l.7. *ff. de int. & releg.*

AD TIT. XXVII. *De officio præfecti prætorio Africæ , & de omni ejuſdem diœceſeos ſtatu.*

C

FUit etiam ætate Juſtiniani præfectus prætorio Africæ, quem ipſe conſtituit poſt multos annos Africa à Vandalis reciperata, quæ gloria proprie debetur Juſtiniano, qua re peracta feliciter ipſe conſtituit præfectum prætorio Africæ , & ſub ejus diſpoſitione provinciæ ſeptem , ut licet cognoſcere ex hoc tit. veluti provincia Zeugitana , Tripolis , Numidia, Mauritania , quæ proprie dicitur Africa , ſive proconſularis, Carthago, Sardinia inſula, & Bizacium, quæ corrupte dicitur à Sexto Rufo Hieratium . Putant plerique , & corrupte appellari Bizantium , quos tamen refutat Euſtathius in Dionyſium: ut duplex faciant Byzantium , unum in Thracia, quæ eſt Conſtantinopolis , alterum in Africa . Igitur non temere ſemper mutari debet Bizacium in Bizantium. Septem has provincias temere quidam cogunt D in ſex , dum ex Zeugitana , & Carthaginienſi unam faciunt , neſcio quo loco Iſidori moti . Conſtitutiones duas palam faciunt , & ſingulis his ſeptem ſuos rectores conſtituit Juſtinianus, id eſt conſulares Tripoli , Zeugitanæ , Carthagini , & Bizacio , & eſt etiam ſcripta *l. 1. inſ. de offic. comitis rer. privat. conſulati Bizacii* , præſides in aliis provinciis, conſtituit etiam Juſtin. in his conſtitutionibus duces militares provinciis Tripoli , Bizacio , Numidiæ , Mauritaniæ , Sardiniæ, ſimul ac definit quid hi omnes magiſtratus pro codicillis ſuæ dignitatis inferre debeant ſcriniis ſacri laterculi, ſive palatii : & rurſus quid pro inſinuatione codicillorum , qui erant inſinuandi præfectis prætorio, *pour les verifier:* ſcriniis & officiis præfecti prætorio præſides provinciarum, & duces militares quid inferre debeant pro inſinuatione codicillo- E rum ſcriniis magiſtri militum:nam apud hunc inſinuandæ erant adminiſtrationes militares . Definit etiam, quæ ſtipendia , & commoda ferant de publico ii omnes , vel præfecti prætorio, vel homines eorum, ſcriniarii, et cohortales : et conſtituit ſuam præfecto prætorio ſedem, et cui duci militum æque ſuam ſedem , et pleraque alia de conſtituendis limitaneis militibus, et de diſciplina militari . Denique de omni ſtatu ejuſdem Diœceſeos diviſæ ſicut dixi . Invenio etiam ætate Juſtiniani fuiſſe conſtitutum quemdam præfectum præturio Italiæ, in Nov.69. conſtituebantur nonnunquam à principibus varii , ut præfecti prætorio Galliarum , et multarum aliarum diœceſeon arbitrio principum .

AD TIT. XXVIII. *De Officio præfecti urbi.*

SEquitur tit. de officio præfecti urbi, et poſtremo tit. de officio magiſtri militum convenienter , quia hæ poteſtates præfecti urbi, & magiſtri militum ſunt quodammodo præfectoriæ poteſtati pares , ut ait *l.1. inſ. de præfect. præt.* ſive urbis ſunt germanæ poteſtates, ut ait *l.advocatos , inſ. de advoc. div. jud.* licet in conſeſſu ſenatus præfectus urbi cæteris omnibus antecellat, *l.3. h.t.* quæ ſumma poteſtas eſt præf. præt. ut cum in ſenatu non conſidet ſuperiore loco, ſed præfectus urbi antecellat , aut in conſidendo , aut præcedendo : modo imperium præfecti urbi non ita late patet : ideoque in Nov. 62. oſtenditur , imperium præfecti prætorio porrigi per univerſam diœceſim , imperium præfecti urbi circumſcribitur urbe regia : nam præfecti urbi ſunt tantum in Roma vetere , & nova . Igitur imperium præfecti urbi circumſcribitur urbe, & termino urbis , id eſt, centeſimo miliari , *l.1. ff. de offic. præfecti urbi* , & Caſſiodorus in formula præfecturæ urbanæ : *ditioni tuæ non tantum Roma commiſſa eſt , ſed & quidquid intra centeſimum miliare* , qui terminus urbis eſt, *l.3. Cod. Th. de Epiſc. & cler.* & confirmatur *l.6. Cod.Theodoſ. de hæret.* ultra centum miliaria juriſdictio erat præfecti prætorio, quod & Ulp. Fragm. probant apud Licinium Rufinum tit. de plagiariis . Sed ut diligentius , quæ poteſtas fuerit præfecti urbis exponamus , fuit ſub eis cura , & cuſtodia urbis regiæ , proinde cuſtos urbis dicitur à Papinio in Soteriis pro Rut. Gallico : *quem penes intrepidæ mitis cuſtodia Romæ* . Item ſpectabat ad præfectum urbi cura annonæ: nam etſi huic negotio deſtinatus eſſet ſpecialis præfectus annonæ , & cum eo tamen præfecto urbi eam curam communem habuit, *l.1.hoc tit.* ſpectabat ad eum cura excubiarum , cura corporatorum , *l.4.* velut piſtorum , pecuariorum , ſuariorum , boariorum , pecuariorum , qui in certum corpus erant coacti , & ei corpori, quaſi ſervitute quadam obnoxii in perpetuum , eorumque poſteri . Pertinet quoque ad eum cura balneorum, cura ſpectaculorum , & popularium, *l.4. eod. tit. l.1. §. quies , ff. eodem , & l.2. h. tit.* populares interpretamur homines ſeditionibus obnoxios, id eſt, factioni , qua ex re etiam factionarii dicebantur *l. 1. Cod. Theod. de equ. curul.* ut in antiquis inſcriptionibus , & in illo Gregorii Turonenſis loco : *Factionarii operientes ad circum , &c.* erant Albati, Veneti, Ruſſati , Praſini, qui multas ſæpe in urbe commovebant ſeditiones.

AD TIT. XXIX. *De Officio magiſtri militum.*

ADdemus etiam tit. de officio magiſtri militum, quæ poteſtas eſt præfecti prætorio in privatos , & in præſides provinciarum , eadem eſt etiam poteſtas magiſtri militum , ſive peditum , ſive equitum in milites , & in duces , vel comites ſingularum provinciarum militares , & juriſdictionem exercent in privatos actorem & reum militarem, non tantum inter duos milites, quoniam actor ſequitur forum rei , *Nov. Martiani, & l.pen. inſ. de jud. l. 1. inſ. de juriſd. omnium jud.* & eadem ratione præfecti prætorio , vel alterius magiſtratus civilis eſt juriſdictio inter militem actorem , & privatum reum, ut prætoris urbani erat juriſdictio inter peregrinum actorem , & civem reum, & ſimiliter prætoris peregrini juriſdictio inter civem actorem , & reum peregrinum, hoc eſt , actor ſequitur forum rei .

AD TIT. XXX.

POſt tit. de officio magiſtri militum datur tit. de officio Quæſtoris non inconſequenter : nam magiſteriæ poteſtatis quæſtura partem ſibi vendicat , beneficia enim olim permittebantur arbitrio magiſtri militum , veluti tribunatus, & cætera modo ſunt ſub diſpo-

ſitio-

ſitione Quæſtoris, & ſub ſcrinio memoriæ, ut ait *l.* 1. ii A qui militant militiam litteratam ſub memorialibus, ex quorum ſcrinio ſunt & alii. Quæſtor ſumebat adjutores, quorum obſequio res peragebantur, *l.* 5. *tit.* 20. Male hic quidam adnotant, ſibi videri legendum, *& ex ſcrinio*, quod eſt perquam vanum: nam *ἀπὸ κοινοῦ* eſt repetendum, & ſunt etiam generaliter ſub cura Quæſtoris curæ minoris laterculi militares, & civiles adjecta ſubſcriptione principis, *l.* 3. in qua conditiones, & officia, unde dicuntur officiales, & conditionales. Laterculum autem minus eſt liber, ſive abacus, & notitia dignitatum adminiſtrationumque minorum, vel quadratæ tabellæ quaſi *πλινθὶς*, aut *πλινθίον*, unde ſane ducitur nomen laterculi, quod in quadrata tabella digeſtæ eſſent adminiſtrationes. Laterculum minus eſt notitia majorum dignitatum, quod fuit ſub cura viri ſpectabi- B lis primicerii Notariorum, qualis eſt notitia, quam Andreas Alciatus, & pleniorem Rhenanus in lucem edidit, in qua ſub primicerio Notariorum videre licet laterculum depictum, nempe codicem, ſive librum adminiſtrationum, qui erat in Oriente, vel in Occidente ſub Imp. Rom. & in eo tit. valde mihi placet, quod Galli noſtri veteres, qui hunc Codicem verterunt, laterculum minus interpretantur *le petit roule*, & majus *le grand*. Ex quo ſit, ut laterculi nomen numerum, album, matriculam, quam etiam dixere patriculam, trahantur ad alia, ut Tertull. adverſus Valentinianos: *ex illo laterculo, & conſules, & cæteros allegere conſueverunt*, id eſt, ex illo numero, & à Victorino atque Theophilo Alexandrino inſcriptus etiam laterculus Paſchalis, id eſt, Index, quo adnotabatur ſingulis annis, quo die fu- C tura eſſet celebratio Paſchæ: & apud Cedrinum invenies laterculum eſſe album decurionum atque legionum: quod non fuit præcipuum munus Quæſtoris, id eſt, habere curam minoris laterculi, ſed præcipuum fuit leges dictare, & precibus reſpondere: qua ex re Symmacho dicitur precum arbiter: quod cum ſit precibus reſpondendum, ipſe arbiter ſit doceatque principem, legumque conditor. Et à Caſſiodoro quæſtura dignitatis literarum lib. 1. Variarum, quod ſolis Jureconſultis deferatur. Et alio loco quæſtur vocatur principis, & in Nov. Valentin. de homic. ca. facto, juſtitiæ legumque cuſtos, theſaurus famæ publicæ, armarium legum. Is poſtea *μέγαν λογοθέτην*, & noviſſime Cancellarius dictus eſt, ut Nicetas ſcribit 7. Annal. magnus etiam ille Michael Hoſpitalis in ſuis ſcriptis ſe Quæſtorem nun- D cupavit: neque ullum eſt officium in en ſib. deſcriptum, cui poſſit aliud, quo modo utamur, comparare melius, quam Quæſtoris officium Cancellarii ufficio. Ejus enim officium eſt leges dictare, precibus reſpondere: & ut perſequar, beneficia olim quidem Quæſtoris permittebantur curæ: ita non eſt dubium beneficia quidem Cancellario permitti, qui, ſubſcribente principe, concedit cui voluerit. Sed cur huic dignitati, aut quomodo inditum ſit nomen, videamus; nam hoc ſane ad eos pertinet, qui curant negotia publica. Res eſt ſcitu digna, nec in promptu omnibus. Dicebamus in tit. de off. præf. prætorio, amicum, & familiare eſſe principibus, ut malint plebejos, quam nobiliores afficere dignitatibus, & præfectos prætorio ſumpſiſſe ex plebe, donec Alexander Imp. decrevit, ut aſſumeretur ex or- E dine ſenatus. Sic etiam ex plebe principes aſſumebant homines litteratos, per quos recitarent in ſenatu orationes, Epiſtolas, libellos, placita ſua, ut confirmarentur ſcilicet, quod videmus frequenter in Dig. oratione principis in ſenatu recitata, vel per ſe, vel per hominem alium litteratum. Princeps, inquam, hominem aſſumebat ex plebe, qui initio vocabatur candidatus Cæſaris, *l.* 9. *D. de off. quæſt.* ſed cum non eſſet eis ingreſſus in ſenatum, utpote plebeii, donati ſunt honore, & tit. quæſtoris, licet pecuniam publicam non curarent, id eſt, facti ſint honorarii quæſtores, ut ingrederentur in ſenatum. Eſt enim quæſtura, ut ait Aſcon. & d. l. 1. primus gradus in ſenatu: poſt vero creſcente eorum auctoritate, jamque eis non recitantibus tantum, ſed & componentibus leges, & reſcripta vice principis, atque uſurpantibus ſummam auctoritatem in palatio principis, idem nomen quæſtoris retinuerunt. Et hæc eſt certiſſima hujus nominis origo. Solet Imperator Juſtin. quæſtorem ſacri palatii dicere: & Plinius ſignificat ſe fuiſſe candidatum Cæſaris lib. 7. *Quæſtores*, inquit, *Cæſaris fuimus*: candidati nomen retinuit Paterculus lib. ult. et hoc idem Quæſtoris munus poteſt confirmari multis aliis locis. Suet. in Tiberio: *Orationem recitavit Quæſtoris vice*. Spartianus in Adriano: *Quæſturam geſſit, in qua rum orationem Imperatoris paulo agreſtius recitaret, deriſus eſt*: et idem Sueton. in Auguſto: *Libello per Quæſtorem recitato, notum ſenatui fecit*: nam orationes principis dixit etiam libellos, et libros *d. l.* 1. *de offic. quæſtoris*, *l. item veniunt*, *§. prætor*, *D. de petit. heredit.* quæ oratio de petitione hereditatis alibi dicitur, et Plinius 5. Epiſt. *Pauci dies*, inquit, *& liber principis ſeverus, & tamen moderatus*.

AD TIT. XXXI. *De offirio Magiſtri Officiorum.*

SEquitur tit. de officio Magiſtri Officiorum: hic videtur delibaſſe aliquid ex militari juriſdictione magiſtri militum, ut docebitur: ſed prius oſtendamus proxime jungi eum quæſtori rectiſſime; nec enim fuit magiſter officiorum quæſtore minor: uterque eſt vir illuſtris, & ex quæſtore fuit plerumque magiſter officiorum, ut formulæ Caſſiodori docent: nam officium quæſtoris erat temporarium, & præſtaret hodie ſicut C cætera officia, ita & Cancellarii temporarium eſſe. Poſt annum unum, quo deponebat dignitatem unam, ſtatim aliam aſſumebat, nec unquam tota vita dignitatis erat expers, & ubi omnibus dignitatibus functus erat, omnes iterabat, ut continuam præfecturam, aut quæſturam: plerumque, ut dixi, ex quæſtore fiebat officiorum magiſter, aut etiam unus idemque utroque fungebatur honore. Erat igitur proxima magiſtri officiorum dignitas propria Jureconſultorum: magiſtri officiorum Jureconſulti, & Philoſophi. In magiſtro officiorum peritia deſiderabatur juris, & philoſophiæ: nam & quæſtori aderat conditor legum, & diſciplina morum ad eum pertinebat in palatio, quaſi judici morum in palatio, quales ſunt cubicularii, *l.* 3. *inf. de præf. præt. ſacri pal.* & caſtrenſiani, & miniſteriani, & ſilentiarii, & D qui excubias noctu agebant in palatio principis, *l.* 4. *inf. de ſilentiariis*, & Decani, *l.* 2. *inf. de Decanis*: qui omnes obſequio, & miniſterio principis erant dicati, & omnes ſub magiſtri officiorum juriſdictione. Denique magiſter officiorum eſt magiſter *τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων*, ſic eſt legendum in Theod. Sudæ, vel ut Theodoritus ait, *ἡγούμενος τῶν βασιλείων*, & præfectus regiæ familiæ. Sed addenda ſunt etiam alia quædam, magiſtrum officiorum in conſiſtorio principis induxiſſe ſenatores: nam ſine magiſtro officiorum non fiunt in id ingreſſus, & eleganter eum vocat Caſſiodorus, glorioſum donatorem aulici conſiſtorii, quaſi alterum Luciferum, ut ait: nam ſicut ille venturum diem promittit, ſic iſte deſiderantibus vultum regiæ ſerenitatis attribuit, quem ſcilicet principes homini exhibeant: ſed & curam habuit E curſus publici, ut indicat *l.* 9. *inf. de cur. publ.* qua de cauſa, & ipſe curioſos conſtituebat, qui habebant curam curſus publici, nec à curioſitate, ſed à cura dicebantur: & in *l.* 1. *C. Theodoſ. de curioſis*, dicuntur etiam vulgo fuiſſe appellati curagendarii: magiſter officiorum, ut dixi, curioſos conſtituit ex ſchula agentium in rebus, quorum fuit exiguus numerus: nam ita partiebantur officia, ut alii militarent in præſidiis littorum, velut ſcriniarii, memoriales, pragmaticarii, qui ſcribunt pragmaticas juſſiones: alii autem militarent in rebus ipſis, in actu, & Rep. qui dicti ſunt generali nomine agentes in rebus, & ex iiſdem ſumit ſibi curioſos, & officiales, adeo ut ubi legis magiſterianos, tibi liceat ſemper interpretari, officiales, officiales magiſtri officiorum, vel

agen-

agentes in rebus. Quod autem initio dixi, magiſtrum A officiorum aliquid ex magiſtri militis officio decerpſiſſe, ex hoc tit. oſtenditur, quod ſint ſub magiſtro officiorum fabricæ armorum, & fabricenſes, & limites & limitanei milites, & ſcholares omnes & ſuperonerarii milites, qui erant in XI. ſcholis, ſi adnumeres fabricenſes & agentes in rebus, *l. 2. inf. de loc.*

AD TIT. XXXII. *De officio Comitis ſacrarum largitionum.*

UT eorum magiſtratuum, de quibus actum eſt ſup. tit. veluti præfecti prætorio, præfecti urbi, magiſtri militum, quæſtoris; magiſtri officiorum, illuſtres ſunt dignitates, ita illuſtres ſunt qui ſequuntur, Comes B ſacrarum largitionum hoc tit. 32. Comes rerum privatarum tit. 33. & Comes ſacri patrimonii tit. 34. ii ſoli ſunt illuſtres judices ſive magiſtratus, qui hos ſequuntur ſunt ſpectabiles vel clariſſimi. Primus locus illuſtribus datur, medius ſpectabilibus, tertius clariſſimis. Sed de primis hactenus. Comes ſacrarum largitionum eſt is, cui gubernandi committuntur theſauri majeſtatis Imperatoriæ, quas largitiones & remunerationes dicimus, plauſibili vocabulo & dignitatem ipſam Comitis Caſſiodor. munerariam dignitatem, quaſi largitionibus theſauri ſint potiſſimum deſtinati, quamvis & in alios uſus inſinuantur, & omnino etiam diſpenſantur, qui à Papinio etiam his verbis demonſtrantur: *Jam creditur uni ſanctarum digeſtur opum partæque per omner divitiæ populos magnique impendia regni:* & à Rutilio Numatia- C no, illo loco: *opum curam, quamvis ſit magna ſacrarum, in l. ſenatus, D. de jure fiſci,* ubi fit mentio præfecti ærarii, pro præfectis ærario Græci reponunt, Comes theſaurorum, id eſt Comes ſacrarum largitionum. Præfecti nomen mutatum eſt in Comitis nomen, quod etiam Comitis nomen eſt datum omnibus magiſtratibus, qui ſequerentur ſacrum comitatum, vel qui ex ſacro comitatu prodirent, & inde nomen, quod in ſacro vel ex ſacro eſſent comitatu. Poſtea porrectum eſt ad omnes, qui cui negotio præeſſent, etiam ad Navarchum apud Euſtathium in Homerum, & Suda quoque auctore Comes generaliter definitur populi judex quilibet. Quo ſenſu in poſtremis auctoribus Comites, id eſt, judices ordinarii in libris feudorum & in legibus Germanorum. Porro in theſauris ſive opibus imperii D adnumeramus etiam veſtiarium & ornamenta imperialia: qua de cauſa non tantum ſpeciales quidam Comites largitionum diffuſi per diœceſes, & Comites metallorum & rationales ſummarum & præpoſiti theſaurorum, & procuratores monetarum, quandoquidem & Comiti ſacrarum largitionum curæ eſt, ut idem Papinius ait, *quæ divum in vultur igni formanda liqueſcat Maſſa, quid Auſoniæ ſcriptum crepet igne monetæ,* non, inquam, tantum ii ſunt ſub diſpoſitione viri illuſtris comitis ſacrarum largitionum, ſed & procuratores gynæcæorum, id eſt, textrinorum ſacrorum, & procuratores baphiorum, id eſt tincturarum pretioſi velleris, & procuratores lanificiorum, & præpoſiti barbaricariorum, id eſt, Phrygionum, ut licet agnoſcere ex veteri illa notitia dignitatum omnium, ut apud Catullum, *Barbara, quæ horribili ſtridebat tibia cantu:* Barbara, id eſt, Phry- E gia, apud Horat. *Græcia barbariæ lento commiſſa duello,* id eſt Phrygiæ, ex qua gente ars pingendi & texendarum veſtium pretioſarum manavit. Et apud Sophoclem in Ajace. Erat igitur veſtiarium, erant ornamenta principis in parte theſaurorum, & qui ea conficiebant, qui eorum confectioni erant præpoſiti, omnes ſub diſpoſitinne Comitis ſacrarum largitionum erant, atque etiam præpoſiti baſtagarum, id eſt, qui curabant ſacris largitionibus perferri canones illationum debitarum: baſtaga eſt onus tranſvectionis, ſive traoſvectio & perlatio rerum ærario debitarum, quod fuit onus provinciarum *ils en devojent des courvees pour cela.*

AD TIT. XXXIII. *De officio Comitis rerum privatarum.*

UTerque Comes ſacrarum largitionum & rerum privatarum ſignificantur ab imp. *l. 3. inf. ubi ſenator. vel clariſſ.* his verbis: *cui noſtra ſerenitar ſacros* noſtri numinis theſauros, aut res privatas noſtræ pietatis gubernandas injunxit. Ille ſcilicet, qui gubernat theſauros, opeſque fiſcales. Comes eſt ſacrarum largitionum, qui à Græcis dicitur Comes δαψιλειῶν, ἤτοι παροχῶν. Ille autem, qui gubernat propriam ſubſtantiam, ſive patrimonium principis, comes eſt rerum privatarum, quæ honeſtantur etiam nomine largitionum, ut in *l. properandum, §. ſin autem utraque, inf. de judiciis, l. ult. inf. de adſeſſoribus.* Bona igitur principis aut ſunt fiſcalia, aut patrimonialia: utraque propria, vel quaſi propria & privata principis: nam ita eſt ſcriptum in *l. 2. D. ne quid in loco publ.* res fiſcales quaſi proprias, & privatas principis eſſe; & quod vulgo dicitur, omnia eſſe principis, id interpretatur recte *l. 3. de quadr. præſc.* ut omnia, id eſt, tam fiſcalia, quam patrimonialia principis eſſe intelligantur: nam quæ tua ſunt, principis non ſunt propria, neque hoc unquam quiſquam ſcripſit aut ſenſit, aut certe tua non ſunt: quoniam dominium duorum in ſolidum eſſe non poteſt, *l. ſi ut certo, commod.* & communia quoque ea quæ tua ſunt eſſe inter te, & principem nemo dixerit: & recte Seneca, quod uno loco ait, jure civili omnia principis eſſe, id eſt, etiam, quæ ſibi privatus quiſque habet, & poſſidet, id alio loco interpretatur hoc modo, ut omnia princeps poſſideat Imperio, regali dominio: unde ſic ſtatuas, univerſa, quæ alii poſſident eſſe in imperio principis: propria bona, quæ princeps ſibi poſſidet eſſe in patrimonio principis: fiſcalia quaſi propria, revera non eſſe propria principis; quod ſic demonſtro: fiſcalia non tranſeunt in heredem principis, patrimonialia tranſeunt in heredem, aut bonorum poſſeſſorem, etiamſi non ſucceſſerit in imperio, *l. quod. principi, D. de leg.* 2. & fiſcalium rerum eſt commercium, *l. 39. §. ult. de legat.* 1. Denique ex hac diverſitate bonorum facti ſunt duo Comites, unus, qui præeſſet fiſcali ſubſtantiæ, alter, qui præeſſet propriæ ſubſtantiæ principis. Hic Comes rerum privatarum dicitur frequenter, ille Comes ſacrarum largitionum: inde etiam facti ſunt alii Palatini largitionales, alii privatiani, qui ſcilicet huic, vel illi Comiti obſequuntur. Et hæc differentia, ut puto, ſatis vobis jam videtur eſſe clara. Sunt quoque in eod. tit. tres conſtitutiones, *l. ſi quid, l. ad palatinorum, & l. ſi quis judicum,* quemadmodum in eo loco perturbatus eſt ordo tit. id vos animadvertere convenit, & nullam Græcam deſiderari: nam veluti obtorto collo traduxerunt in hunc tit. eam conſtitutionem Græcam, quæ à me prodita eſt in *l. 7. inf. de delator.* quam tamen ex Baſilic. didicimus, & ſumus eo loco demonſtraturi, referendam eſſe in ſecundum locum *tit. de offic. diverſ. jud.* nam eſt etiam de præſidibus provinciarum: dices, etiam eſſe de urbanis magiſtratibus, & de adquiſitione rei privatæ: verum non hoc loco fuit referenda; eam collocant Baſilica quaſi *l. ult. de offic. rectoris.*

AD TIT. XXXIV. *De officio Comitis ſacri patrimonii.*

POſt tit. de officio Comitis rerum privatarum ſequi debet titul. de officio Comitis ſacri patrimonii, qui titulus exigit ut ſtatuamus duplex eſſe patrimonium principis, unum privatum, de quo actum eſt tit. ſup. alterum, de quo hic tit. Et ſane unum ab altero ſeparatur in edicto Juſtin. 4. & 8. in formulis Caſſiodori, quod attente obſervandum eſt: nam juxta ea, quæ diximus t. ſup. prima ſpecie idem videretur eſſe Comes rerum privatarum, & Comes ſacri patrimonii: Res enim quæ dicuntur privatæ, in patrimonio ſunt principis: ſed duo ſunt comites plane diverſi. Comes rerum

pri-

Digitized by Google

privatarum gubernat privatam ſubſtantiam principis per rationales, per procuratores præpoſitos, & ſpeciales quoſdam civiles. Comes autem ſacri patrimonii eſt veluti procurator penus, qui regias, ut ait Caſſiodorus, epulas ſolicita ordinatione diſponit, cuique in hoc princeps ſuum patrimonium commiſit, & hoc uno ſeparatur comes ſacri patrimonii à comite rerum privatarum. Deſideratur autem ſub hoc tit. de officio comitis ſacri patrimonii, quod conſtitutio Græca, quæ noo extat nulla fuit Latina ſub hoc tit. Et hactenus explicatæ ſunt dignitates omnes illuſtres: nam à tit. 35. de offic. proconſ. incipit tractare de ſpectabilibus.

AD TIT. XXXV. *De Officio Proconſulis, & Legati.*

EX iis, qui honores gerunt alii ſunt illuſtres, alii ſpectabiles, alii clariſſimi: hæc eſt ſumma diviſio, etiam ſi iis quidam inferiores, veluti equeſtres, perfectiſſimi, egregii, & qui ſuperilluſtres dicuntur in *§. in ſumma, Inſtit. de injuriis*: & ipſi non alio tit. quam illuſtrium afficiuntur: ſed ſunt priores illuſtres, & in unoquoque trium horum ordinum ſint gradus quidam, ii nimirum, quos ſeries noſtrorum titulorum iodicat atque diſponit. Licet autem iis ſunt inferiores quidam, & ſupra hos dicuntur quidam, tamen qui ſupra hos ſunt non alii, quam illuſtres dicuntur: hæc diviſio eſt ſummarum dignitatum, & breviter ſummæ dignitates ſunt, aut illuſtres, aut ſpectabiles, aut clariſſimi. Et recte Juſtin. in *Novel.* 7. in fin. mediam ait eſſe dignitatem ſpectabilium, nimirum inter illuſtres, & clariſſimos. Et hactenus, quidem ſup. tit. dictum eſt de illuſtribus. Omnes, de quibus ante dictum eſt, ſunt illuſtres, poſt quos dantur ſpectabiles, ex quibus primi ſunt proconſules, qui mittuntur io certas provincias gubernandi, & juris dicundi gratia, veluti in Aſiam, Achajam, Africam, illam ſcilicet, cujus caput eſt Carthago, quæ per eminentiam dicitur Proconſularis provincia: & ubi nihil aliud additur, hæc intelligitur: fuit enim magna, & ampla atque dives provincia, & mittuntur cum imperio conſulari, & inde nomen. Adjungitur autem iis unus, ſi qui mittitur, ſit vir prætorius, vel adjunguntur ei legati tres, ſi ſit conſularis, electi à Senatu, ut Dio 53. & Capitol. in Gordianis, vel probati à principe. His legatis proconſules mandabant juriſdictionem ſuam, atque etiam criminum cognitionem extraordinariam: nam jure ordinario non poteſt mandari, *l. ſola D. eod. t.* de proconſulibus eleganter Salvianus de providentia Dei 7. *Quotidianus judex, & rector, quantum ad nomen quidem proconſul, ſed quantum ad potentiam Conſul.* male autem inter primam, & ſecundam l. poſueruot de officio Comitis ſacri palatii, qui tit. dicitur eſſe 36.

AD TIT. XXXVI. *De Officio Comitis Orientis.*

SEquitur tit. de officio comitis Orientis. Eſt etiam vir ſpectabilis, & latiſſimam juriſdictionem ſubit: namque ei totus Oriens regendus committebatur, qui conficiebatur ex provinciis 15. Syriis duabus (Optatus Milevitanus facit Syrias tres) Phœniciis duabus, Ciliciis duabus, Palæſtinis tribus, Cypro, Euphratenſi, Oſroena, Meſopotamia, Iſauria, Arabia, hæ omnes provinciæ erant ſub juriſdictione Comitis Orientis, ut patet ex notitia Orieotis, & eadem juriſdictio, quæ proconſulum, diverſum oomen, quod eſſet amplior juriſdictio proconſuli una provincia mandabatur, huic plures.

AD TIT. XXXVII. *De Officio præfecti Auguſtalis.*

SEquitur tit. de officio præfecti Auguſtalis, qui etiam eſt ſpectabilis, & ſic dictus eſt, quod Ægypto in provinciam redacta, ei regendæ ab Auguſto ſit conſtitutus ex equeſtribus, non ex Seoatoribus, ut Tacitus ſcripſit 12. & Dio, & Arrianus 3. de expeditione Alexandri: noluit Auguſtus, nolueruntque poſtea principes mittere Senatores Præfectos, ſed equeſtres, ne ſcilicet ſub potentiore præfecto Ægyptii, ut ſuot leves, & mobiles, ſemperque fuerunt, ad res novas impellerentur, quos eadem ratione etiam Romani Imperatores noluerunt in aliam civitatem cives allegi: erant enim illis ingenia Ægyptiaca ſuſpecta, inviſa, ut & contra Appionem ſcribit Joſephus. Auguſtalis ergo, quod fuerit ab Auguſto conſtitutus, *l. 1. D. eod.* & apertius alibi dicitur præfectus Ægypti, *l. 35. ff. ex quibus cauſis maj. l. apud præfectum, ff. de manumiſſ. vind. l. 1. ff. de tutor. & cur. datis, l. 1. inf. de poſtul.* & cur præfectus dicitur, non proconſul, aut conſularis? an quia non erat ei conceſſum conſulare imperium? an quia proconſul non ſoleret mitti in provinciam niſi conſularis, vel prætorius, qui ſemper emineret faſcibus, aut geſtis ſuis gloriaretur? & hoc eſſe vetuſtius conſtitutione Auguſti, qui Ægyptum redegit in provinciam, & ei regendæ præpoſuit præfectum, intelligere licet ex eo, quod Trebellius Pollio refert ex Oratione Ciceronis in Gabinium, faſces conſulares Alexandriam ingredi non licere, quæ fuit ſedes præfecti Auguſtalis. Fuere autem ſub ejus cura, & diſpoſitione ſex provinciæ, Lybiæ duæ, Ægyptus, Thebais, Arcadia, Auguſtamnica, & præſides earum provinciarum, *l. 2. h. tit.* quæ vobis eſt corrigenda; nam vulgo legitur, præfectus prætorio Auguſtali, *ce* prætorio *ne vaut rien, il faut*, præfectus Auguſtalis: verba hæc *d. l. 2. examinandi flagitia &c.* hanc habent ſententiam: *il à povvoir d' informer, non pas de deſtituer on punir*. Præſidem Daciæ legimus apud Spartianum in Adriano, ut major eſſet ejus dignitas, vocatum eſſe præfectum Auguſtalem.

AD TIT. XXXVIII. *De Officio Vicarii.*

VIcarius etiam dicitur vir ſpectabilis. Is eſt, qui pro præfectis, vel pro præfecto prætorio mittitur in tractum, vel diœceſim aliquam, aliquot in ſe provincias continentem: veluti Thraciarum diœceſim, quæ continet provincias ſex, vel Ponticam, quæ continet 11. vel Aſianam, quæ etiam continet 11. ut & Theodoritus ſcribit lib. 5. Eccleſ. Hiſtor. & conſtat ex notitia veteri dignitatum. Aſiana diœceſis contioebat, ut dixi, 11. provincias: ſed ex illa notitia ſub diſpoſitione Vicarii fuerant tantum 8. fuit etiam in Illyrico Vicarius Macedoniæ: ex eo nomine Vicarii factum eſt nomen Gallicum *Vicaire*, *l. 1. inf. de diverſo. judic. offic.* & ſane aliquando etiam in Occidente fuit Vicarius Africæ, & ſub eo quinque provinciæ, ſicut ſub Vicario Britaooiarum erant provinciæ 5. adeo ut in inſcriptione *l. 15. C. Theod. de Paganir*, ubi legitur Vicario quinque provinciarum, intelligere oportet Vicarium Africæ, vel Vicarium Britanniarum: & Vicarius 7. provinciarum io Gallia, & Vicarius Hiſpaniarum. Sulpitius Severus in hiſtoria ſacra recte ſubjicit: nam jam proconſules habere deſierant. Hi ſunt præfecti præfecturæ prætorianæ pari poteſtate præditi atque præfecti prætorio, & in legibus ſæpe dicuntur gerere vicem præfectorum prætorio, aut agere vicariam præfecturam, & in *l. 1. ff. de leg. 3.* vice præfecti ex mandatis principis cognoſcent & in *l. 6. inf. de modo mul.* ſcripta ad præfectum prætorio, *quæ vire veſtra*, ſic eſt corrigenda, *adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint*: verum qui funguntur vice prætorum, aut præſidum non habent propriam juriſdictionem, non proprio jure, ſed alieno beneficio, ex mandatu prætorum, aut præſidum, & morte eorum, qui mandaverunt finitur eorum Vicariorum poteſtas, *l. 5. & 7. & l. ſolent, ff. de juriſd.* qui autem vices agunt præfectorum prætorio propriam habent juriſdictionem, datam ſcilicet à principe, & vice ſacra judicant ſicut præfecti prætorio, & militari habitu, ut Caſſiodorus oſtendit in formula Vicarii urbis Romæ, nimirum ne videantur eſſe privati, & pagani.

Digitized by Google

AD TIT. XXXIX. *De Officio Prætoris.*

ERo admodum brevis: nam non licuit navare operam niſi officio prætoris, ſed brevia utilia erunt tamen: quidam Codices habent *de officio prætorum*, ut in *D. eod.* nihil refert, hoc an illo modo legatur: nam ut proconſulis, & vicarii, ita prætoris nomin nihil vetat ſignificari plures. Fuere vicarii præfecti prætorio, & tamen non de officio vicariorum, ſed de officio vicarii titulus eſt inſcriptus, quaſi quod de uno dicitur, intelligatur dictum de omnibus. Adjungitur autem prætor interdum ſpectabilibus viris, ſad clariſſimis ſæpius. Itaque lubentius ab hoc tit. facerem initium tertii ordinis, id eſt, clariſſimorum: nam ſuperioribus titulis habuimus illuſtres, deinde ſpectabiles: ab hoc tit. incipiunt clariſſimi: nam hi tres tantum ſummarum dignitatum ſunt ordines: perfectiſſimi, egregii, equeſtres minoribus dignitatibus funguntur, vel apertius: illæ tres dignitates, ſunt ſenatoriæ, cæteræ non ſunt ſenatoriæ. Equeſtris ſane dignitas non eſt ſenatoria, nec perfectiſſimatus etiam, aut egregia dignitas, & ut credo me jam admonuiſſe ſenatores, quod dicuntur in legibus eſſe ſupra illuſtres, *§. in ſumma, inſt. de injuriis, & l. eos, §. ſup. inſ. de uſuris, l. quoniam, inf. de appell. l. 14. inf. de teſtib.* quæ eſt Græca, ii non conſtituunt quartum gradum: nam & ii ſunt illuſtres. qui dicuntur ſupra illuſtres nimirum & patritii: nam ſuperilluſtres ſunt patricii, quos ſolos princeps patres ſuos appellare ſolet: hæc adjectio patriciorum facit, ut dicantur eſſe ſuperilluſtres, quoniam illuſtri appellationi additur patricii appellatio: præfecti prætorio dicebantur patres imperii, & patres provinciarum apud Caſſiodor. Præſides autem provinciarum, ut idem Caſſiodorus in formula rectoris provinciæ ſolebat princeps patres ſuos appellare, patritios autem patres ſuos, nunc de præfectura, fuit, ut ſcitis, prætoria olim vis magna; poſtea cœpit eſſe onus ſenatorum. ut eleganter dixit Boetius in libro illo elegantiſſimo de conſolatione, ubi male legitur præfecturæ: præturæ olim magna poteſtas, nunc inane nomen, & nomen poteſtatis ſine re, & ſenatorum gravis ſarcina, & ita in hoc tit. accipere oportet prætorem non pro faſcibus illis ſummi imperii, ſed pro munere, ſive onere Reipubl. Erat magna vis prætorum olim: ſolebant ludos ſcenicos, vel circenſes ſuis ſumptibus populo exhibere, quod indicat *l. ſi ut certo, §. interdum, ff. commod.* dum agit de prætore., cui commodatæ ſunt ſcenicæ veſtes ad munus edendum populo: hoc onere exhibendi muneris poſtillo tandem ſolum conſtitit prætura: in edendis ſcilicet populo voluptatibus, adeo ut recte poſſes dicere, in hoc tit. prætorem parum differre ab editore muneris. Conſtitit denique prætura in his ſumptibus, atque etiam, ut oſtendit *lex 13. C. Theod. de prætorib. & quæſtoribus* conſtitit onus præturæ in fabricis, & operibus publicis: nam quod prætor non expendebat in voluptates populi, expendebat in opera publica ſuo ævo ſenator quiſque per vices. Denique præturæ onus erat ſenatorum, atque etiam quæſturæ: nam in illo tit. *de prætoribus, & quæſtoribus*, etiam quæſtores non oportet accipere pro iis, qui dictant leges, qui reſpondent precibus vice principis, qui dicuntur vox legum, ſed pro candidatis cujuſque ætatis, cum tamen ampliſſimæ quæſturæ non ſufficeret minor ætas: adeo ut ad hanc quæſturam inanem vocarentur etiam adoleſcentes, aut qui nondum adoleverant ante annum 16. in *l. 1. C. Th.* & hos etiam intellexit Lampridius in Alexandro dum ait, quæſtores candidatos de ſua pecunia munera populo edere juſſit. Ex his licet intelligere poſtremis temporibus præturam fuiſſe delatam plerumque invito, quod eſſet ſumptuoſa nimis, & onerosa, atque etiam abſentibus ſenatoribus, & minoribus 25. annis in *l. 1. & 2. C. Theod. eod.* cum tamen non poſſint aſpirare ad honores minores 25. annis ex *l. ad Remp. D. de muner. & honorib.* ſed hic honor quæſturæ eſt inane onus patrimonii magis, quam honor verus, quoniam deferebatur etiam quandoque fœminis in *l. 17. C. Theod. eod. tit.* nam ſi deſignatus diem obiiſſet antequam iniret præturam, & ſucceſſiſſet filia maſculorum, ſobole nulla extante, filia quidem non ſuſcipiebat latum clavum, ut ait *d. l. 17.* non ſumebat inſignia ſenatoria, non legebatur in ſenatum, fœminis non eſt ingreſſus in ſenatum, non aditus ad honores officiave publica, *l. 2. D. de reg. jur.* ſed pro modo ſubſtantiæ patris, in quam ſucceſſerat, ſubibat ipſa onerariam præturam, atque ita fœmina quodam modo prætura fungebatur: Denique prætura tantum retinuit pauciſſima ex juriſdictione, illa ſcilicet tantum, quæ referuntur in *l. 1. h. tit.* ut cognoſcat prætor de cauſa liberali, de cauſa ſtatus, ſi quis liber, aut ſervus, de ſtatu ſervorum, & apud eum manumittuntur ſervi vindicta, & emancipantur filii, ut ſcilicet præſit judicio alieno, adhibeatque ſuum judicium, ſuam auctoritatem: ut poſſit etiam tutorem dare ex decreto, id eſt, cauſa cognita, & habita inquiſitione morum dandi tutoris, et ut poſſit minores 25. annis reſtituere in integrum, quod etiam eſt magis imperii, quam juriſdictionis: adeo ut idem non habeant municipales magiſtratus, qui tamen habent juriſdictionem, *l. ea quæ, D. ad municipalem*, quæ certiſſimum eſt non fuiſſe poſteriori ætate conceſſa prætoribus. Igitur pauciſſima retinuerunt ex juriſdictione priſca: onus integrum, aut certe gravius ſuſtinuerunt. Dixi ſecundum illum tit. *C. The. de prætoribus, & quæſtoribus*, ad quæſturam etiam vocari abſentes ſenatores, qui degunt in provinciis: nam in urbe Roma hoc tantum mutatum fuit Nov. Valentin. et Marciani. Ita ſcilicet ne abſentes ad præturam ante cives vacarentur, et qui non haberent in urbe domicilium: et ideo in *l. 2. h. tit.* quæ pars eſt ejus Novel. conſtitutionis cavetur, ut tres prætores in urbe Conſtantinopolitana eligantur, qui in ea domicilium habeant, & ne accerſantur ex provinciis, et domicilis, quæ alibi conſtituta habuerunt: et evidentius ita definitur in *l. 1. de prætoribus:* eademque Novel. ut apparet ex l. 2. cod. tit. conſtituit, ne deinceps prætores ullos ſumptus faciant inviti, ut non conjiciantur in ſumptus, atque ita ex l. 2. prætores retinent paucula quædam ex juriſdictione: onus nullum ſuſtinent inviti, qui certe ſunt viliores: nam erat ſplendor aliquis, et gratia dare populo voluptates de ſua pecunia. Et ad d. Nov. ut tres tantum deſignentur Senatuſconſulto legitime celebrato, vel ut loquitur judicio ſenatus: primis temporibus in antiqua Roma fuerunt prætores XVIII. quorum fuit ampliſſima juriſdictio, amplum imperium, quod plane oſtenditur in *l. 2. de origine juris. lex 2. h. t.* pertinet ad urbem Conſtantinopolim, non ad antiquam Romam, ſed ad novam, in qua de edendis præcipuis muneribus, & voluptatibus, fuerunt modo 5. prætores, modo 8. ut conſtat ex illo tit. *C. Theod. de prætoribus.* Ex hac *l. 2.* tres tantum deſignati. Secundum quod etiam ita definitur in *l. 12. 13. in Cod. Th.* ubi additur Senatuſconſulto legitimo, altero loco, Senatuſconſulto legitime celebrato, & vocat Senatuſconſultum legitimum, quod ſcilicet legitime celebratum, loco, & numero competenti ſenatorum confectum. Deſiderabantur autem in urbe 50. Senatores ad Senatuſconſultum faciendum, *l. 9. C. Theod. eod. t.* Eſt elegans illa lex 9. quæ explicat hunc locum Lampridii in Alexandro, cujus ſententia erat ambigua. Et verba Lampridii ſunt hæc fere: *nullam conſtitutionem ſacravit ſine 20. juriſperitis, & doctiſſimis, ac ſapientibus viris, iiſdemque diſertiſſimis non minus quam* 50. hoc vult Lamprid. Severum in facienda aliqua conſtitutione adhibuiſſe 20. Juriſconſultos, & alios doctiſſimos viros, qui ſcilicet omnes ad ſummam non eſſent minus 50. computatis etiam 20. Juriſconſultis. Denique ut eſſent Juriſconſulti 20. & alii 30. ut quemadmodum Senatuſconſultum exigit numerum 50. ita & conſtitutio principis tot habeat rectores, ſive ſuffragantes. Eſt locus valde notandus conjuncta illa lege 9. & recte in *l. 2. h. tit.*

tit. prætores deſignantur judicio Senatus, & Senatuſconſulto, ſublata ſcilic. conſulibus poteſtate deſignandi prætores, ut in *l. 12. C. Theod. eod. tit.* nam pertinebat omnis nominatio prætoris ad conſules, ad officium conſulum, atque ita conſtituitur in *l. 26. & 27. C. Th.* ut à conſulibus prætores deligantur, qui pro modo facultatum ſuarum voluptates populo exhibeant ex Senatorio ordine: nec erat hæc res aliena valde ab officio Conſulum: nam eorum erat deſcriptio cenſus, & facultatum cujuſque, & venientem ad quæſturam neceſſe erat profiteri ſuas facultates, ut pro modo earum metiri liceret expenſas ludorum. Cum igitur *l. 2.* conſtituit, ut prætorum deſignatio fiat Senatuſconſulto hoc jus adjungitur conſulibus.

AD TIT. XL. *De Officio Rectoris provinciæ.*

PRoconſul, Comes Orientis, præfectus Auguſtalis ſane ſunt Rectores provinciarum, ſed ſpectabiles. Hi de quibus agitur hoc tit. ſunt clariſſimi, & unius tantum provinciæ rectores. Illi fere plurium, & ſunt quoque ſub illorum cura atque diſpoſitione: & hi rurſus, de quibus agitur hoc tit. ſunt ii, qui in libris noſtris frequenter dicuntur ordinarii judices, Græce *ἐνδαθμια* Nov. 20. & Nov. 112. interpretantur, qui non tantum exactionibus tributorum, & civilibus negotiis, ſed etiam militaribus occupantur. Judicabant, *l. 2. §. in bonorum, D. quis ordo in bon. poſſeſſ.* appellantur etiam publici judices, *l. pen. ſup. de pag. ſacrificiis:* atque etiam in *l. a. §. ult. ff. de judiciis.* Iis eſt jus multæ dicendæ quibus publicum judicium eſt, id eſt, qui publici, & ordinarii judices ſunt, in Nov. quadam *ἄρχοντε ἐγχώριοι:* hi rectores provinciarum à principe fratres appellantur, ut præfecti prætorio, præfecti urbi, & maxime patritia dignitate præditi, qui erant quaſi parentes principis, ut in multis conſtitutionibus ad eos ſcribens princeps, parens chariſſime Auguſtorum. Rectores autem provinciarum fratres appellabantur, ut Caſſiodorus ait in formula Rectoris provinciæ, ut *nobilitate pretioſi nominis affecti, vilitate criminum abſtinerent, & erubeſcerent, quos fratres ſuos princeps appellaret, in errata ulla incidere:* & ſimili modo magiſter officiorum frater chariſſimus Auguſtorum in Nov. Theodoſ. de *princ. agentium in reb.* & in Nov. de metatis: & comes rerum privatarum in eiſdem Nov. Theod. *l. 3. de tyron.* Sic etiam Caſſiodorum ſup. eod. loco, Rectorem provinciæ judicare etiam militem, lictorem, apparitorem, præfecti prætorio cum ipſius tamen conſcientia, quod eſt omnino ſumptum ex *l. 4. hoc tit.* Eſt autem in hoc tit. valde obſcura ſententia l. 6. cæteræ ſunt planiſſimæ, & facillimæ. Sed quæſo, quid ſignificat l. 6. dum ait, *Civitas Rhodiorum injuriam ſuam non tam decenter, quam ſero conqueſta eſt,* &c. *Il faut oſter c'eſt, &, apres periculoſa.* Equidem puto neminem potuiſſe unquam explicare hanc leg. primum quænam eſt civitas illa Rhodiorum, in qua provincia, quam ſi quæſieris etiam diligentiſſime, fruſtra fueris diligens: & fuerit tamen neceſſe eſt quædam celebris civitas, cujus allevandæ gratia hæc lex condita fuerit, ne ſcilicet hiemis tempore cives navigationem litium ſuarum cauſa, ut interpretor, inſtituere cogerentur, quoniam tempore hiemis, inquit, navigatio ſæpe periculoſa eſt, propter fluctus maximos, atque etiam alio tempore, ſemper incerta, ut ait, quam ipſam rationem cum, in cauſa Rhodiorum inveniam moviſſe Juſtinian. in Nov. 41. ne Rhodii tempeſtate non idonea, puta hiemis tempore litium ſuarum cauſa navigarent: cum, inquam, hanc rationem, quæ refertur in hac lege inveniam moviſſe Juſtinia. in hac ipſa cauſa Rhodiorum, facile adducor cum ſit inauditum nomen Rhodiorum, ut credam eſſe legendum, Rhodiorum, quos, ut obiter moneam, communis error exiſtimat appellari Coloſſenſes in Epiſt. D. Pauli. In quo verſantur etiam magni viri, Euſtathius, Cedrinus, & Cyrus Prodronus: ſed eſt graviſſimus error, cum ipſe Paulus ſcribat ſe ſcribere iis, qui ſunt Coloſſis. Et refert Oecumenius Coloſſas eſſe civitatem Phrygiæ. Verum ad rem; ut ex Nov. Juſtin. 41. atque etiam 50. & ex aliis Nov. Juſtin. Quæſtori exercitus, cui præcipua cura incumbit erogandi ſtipendia militibus, ſubjectæ ſunt 5. provinciæ, Scythia ſcilicet, Myſia, *qui eſt vers la Pologne,* in Ponto Euxino: & quamvis ab iis longe diſſitæ ſint Caria, Cyprus, & Rhodus. Ut, inquam, ex eis Novel. ei ſubjectæ ſunt hæ 5. provinciæ: ita putem eaſdem provincias ei quæſtori exercitus ſubjectas fuiſſe ante Juſt. nam more antiquo, ut ſcribit Anteceſſor Julianus in Nov. 50. duplex fuit quæſtorum magiſtratus, unus, qui agebat circa latus principis, de quo eſt tit. 31. & alter, qui exercitui annonas diſtribueret, & ſtipendia perſolveret antiquo more. Igitur fuit uterque quæſtor. Igitur ſi fuit olim quæſtor exercitus, videntur etiam honoris augendi gratia poſitæ fuiſſe 5. provinciæ ſub cura ejus quaſi præfecti prætorio, & ut definit Nov. 50. interpoſita appellatione ipſum quæſtorem exercitus cognoviſſe: at ille quæſtor exercitus potiſſimum agebat in Scythia, & Myſia, hoc eſt in limitibus Imperii, annonæ militaris procurandæ gratia, quod Juſtin. teſtatur in d. Nov. 41. illo igitur conſtituto, & agente potiſſimum in Scythia, & Myſia inferiore, perquam erat moleſtum Rhodiis interpoſita appellatione à ſententiis ſui præſidis, qui dicebatur præſes inſularum, quod ſub eo eſſent Cyclades, & Sporades omnes, & Carpatiæ, *l. 4. inf. de Navicular.* lib. 2. Rhodiis, inquam, moleſtum erat interpoſita appellatione à ſententia præſidis ſui, maxime hiemis tempore in Scythiam, & Myſiam navigare: *maxime hiemis tempore:* nam, ut ait *d. l. 6.* ſæpe hiemis tempore navigatio eſt periculoſa: alio autem tempore ſemper incerta; quamobrem de Menſe Januario, recte Aratus, & M. Tullius, *hoc cave te Ponto ſtudeas committere menſe.* Et Feſtus Avienus, *Non tum mihi longe phaſellis æquora tententur, non tum freta turbida pinu quis petat.* In gratiam igitur Rhodiorum, qui etiam permanat ad Cares, & Cyprios, ſed reſcribitur tantum Rhodiis, aut in rem Rhodiorum, quod ipſi ſoli de hac re querelam inſtituiſſent, conſtituitur, ut judices, ſub quorum cura ſunt illæ 5. provinciæ: id eſt quæſtores exercitus per vicos hybernent in illis urbibus 5. ut ait, qui potiores cæteris eſſe aſſeruntur, id eſt, in metropolibus earum provinciarum: urbs pro metropoli, *l. 45. D. de dam. infect. ſi mancipium ſit vicinum urbi.* Baſilica, *μητροπόλεις*, & Cicero 2. in Catil. urbes colonorum, & municipiorum, id eſt, metropoles, & quot ſunt metropoles, tot ſunt provinciæ. Denique conſtituitur, ut qui curam gerit harum provinciarum hybernet uno anno in Rhodo, ibique audiat appellationes earum, altero anno in Cypro, & ſic deinceps in aliis provinciis: hæc mihi videtur eſſe ſententia l. 6. ſed de hac re aliter definit Nov. 41. vide Obſ. XVI. 6.

AD TIT. XLI. *Ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur.*

HIc tit. pars eſt ſuperioris, nimirum de rectore provinciæ, ut ſcilicet nemo fiat rector, aut præſes in patria ſua, ex qua originem ducit, vel in qua domicilium habet, Græca conſtitutione Anaſtaſii Imp. cui ſimilis eſt *lex ult. inf. de crimine ſacrilegii,* & vetuſtior Antonini Imperator. apud Xiphilinum: *μηδένα* &c. *nullum præſidatus honore fungi in ea provincia unde initium ſeu originem ſumpſit.* Additur una exceptio, niſi is honor ſibi à principe delatus ſit ultro, non ambiente, ut legimus, Caſſiodorum patriæ ſuæ Lucaniæ, & Brutiorum rectorem fuiſſe lib. 1. variarum, ſpeciali beneficio principis: ac ſimiliter nemo poteſt in patria ſua officium fiſcale adminiſtrare, non poteſt eſſe procurator fiſci, non poteſt eſſe adſeſſor, ſive conſiliarius præſidis ſuæ provinciæ, niſi id ei permittatur ſpontaneo principis beneficio, *l. 3. D. de offic. adſeſſorum, l. 38.*

D. ex quibus cauſis majores: rationem reddit Paulus *l. 5.* A *Sent. tit. de jure fiſci*, ne aut gratioſus, aut calumnioſus in ſuos eſſe videatur: quam rationem etiam attingit Caſſiodorus in ſuprad. loco, glorioſum eſſe admodum in ſua patria fungi officio præſidatus, ubi, inquit, neceſſe eſt, ut, aut gratiam parentela provocet, aut odium longæ contentiones exaſperent. Dices, cur prætores in urbe non fiunt, niſi qui in ea domicilium habent, niſi qui ejus ſunt cives, aut incolæ, *l. 2. ſup. de offic. præt.* facile eſt reſpondere, quia ſcilicet prætorum tum erat parva juriſdictio, & pene nulla, & prætura onus potius, quam honor, adeo ut plerique eam detrectarent, ut ibi expoſui: eadem eſt ratio magiſtratuum municipalium, qui ex patria ſua ſumebantur, ſed honor etiam erat multa onera in ſe complectens, & juriſdictio ſubmiſſa. Sequitur tit. 42. qui debet eſſe de of- B ficio præfecti annonæ.

AD TIT. XLII. *De Officio Præfecti Annonæ.*

TIt. 42. eſt de officio præfecti annonæ, & ſub eo conſtitutio Græca: præfectus ergo annonæ clariſſimis adnumeratur, & ſequenti tit. præfectus vigilum. Senatoriæ igitur dignitates ſunt, & ſub Alexandro legimus Ulpianum, & præfectum prætorio, & præfectum annonæ fuiſſe, *l. 4. inf. loc. l. 4. inf. de contrah. ſtipul.* non fuit igitur vilis dignitas, aut plebeja. Porro magiſtratus, de quibus actum eſt ſuperiori tit. omnes ſunt legitimi, & ordinarii. Hi duo præfecti annonæ, & præfecti vigilum ſunt extraordinarii, id eſt, pro tempore tantum, & neceſſitate exigente conſtituti, veluti C præfectus annonæ tempore famis, aut caritatis, præfectus vigilum multis in urbe graſſantibus furibus, effractoribus, incendiariis. Denique non ſunt magiſtratus proprie, qui ordinarii non ſunt, ſed extraordinarii, magiſtratus nominari non poſſunt, *l. 2. §. capita, D. de orig. juris*, & ii ſunt, qui extra ordinem jus dicere dicuntur in *l. ſi in aliquam, D. de offic. proconſul.* præſes, inquit, in provincia fungitur vice omnium magiſtratuum, qui ſunt in urbe: atque etiam eorum vice, qui extra ordinem jus dicunt, veluti præfecti annonæ, præfecti vigilum. Denique ſunt extraordinariæ poteſtates, & tamen excuſantur à tutelis, & curationibus quando ea poteſtate funguntur, *l. adminiſtrantes, §. 1. D. de excuſ. tut.* Excuſantur ergo perinde atque ii, qui ordinariam poteſtatem gerunt, *§. ei, qui poteſtatem, Inſtit. eod. tit.* D Cæterum præfectus annonæ, ut de eo primum ſpecialiter tractemus, cognoſcit non tantum civiliter, ſed & criminaliter de iis, qui ad utilitatem annonæ publicæ pertinent, & ad accuſandum admittit etiam mulieres, ſi qui dicantur flagellaſſe annonam publicam, aut ſuppreſſiſſe, ſi qui allegentur dardanarii: ſic enim appellantur, qui cogunt frumenta omnia caritatis excitandæ gratia, ut ea deinde ſummo pretio vendant populo: in cauſa annonæ publicæ admittuntur ad accuſationem mulieres, *l. ult. §. ult. D. ad leg. Juliam de annon. l. mulierem, D. de accuſation.* Regulariter mulier non poteſt accuſare, *l. qui accuſare, D. de accuſat.* ac præterea præfectus annonæ: ut quantum poſſum officium ejus deſcribam, per officia ſua, per apparitorem ſuum exigit frumentariam penſionem debitam urbi Romæ, *l. 2.* E *de apparit. præf. annonæ, inf.* præfecti annonæ etiam apparitores habent, *l. 1. inf. de can. frum. urbis Romæ: lib. XI.* & generaliter curat rem annonariam etiam per milites ſuos, per centuriones: & elegans eſt in hanc rem ſpecies *l. ult. §. ult. D. de pignerat. act.* quæ poteſt eſſe hodie uſui, quoniam videmus frequentes angariari naves, angariari vehicula militaris annonæ comportandæ gratia, proponitur in dicto §. ult. hæc ſpecies: Debitor quidam culleos, qui ſunt vaſa frumentaria, creditori pignori obligavit: iſtos culleos in horreo ſuo creditor poſitos habebat: quidam centurio ex officio annonæ, ex officialibus præfecti annonæ eos culleos ſuſtulit ad annonam comportandam, & ex ea re cullei A aliquid detrimentum acceperunt: poſtea redditi ſunt inſtantia creditoris: quæritur utrum intertrimenti damnum debeat agnoſcere creditor an debitor? & ait damnum pertinere ad debitorem, & ad dominum culleorum, nec intertrimenti nomine creditorem debitori teneri pigneratitia, quod æquum eſt, quia intertritura non accidit culpa creditoris: & quod notandum eſt, ſub cura præfecti annonæ erant menſores frumentarii, *des meſureurs*, quod indicat *l. menſores, D. de excuſat.* quæ dum ait, Imp. reſcripſiſſe præfecto annonæ, menſores frumentarios excuſari à tutela, indicio eſt menſores pertinuiſſe ad curam præfecti annonæ, de quibus intelligendus Lucillius apud Nonium: *frumentarius eſt*, inquit, *modium hic ſecum, ac rutellum unum habet*: vide Obſerv. XI. 8. ſub cura præfecti annonæ B ſunt navicularii, qui annonæ publicæ ſerviunt, quique ob eam rem excuſantur etiam ab aliis muneribus civilibus, adeo ut navicularii, ſi qui ſint, minores 25. annis, qui à principe poſtulent veniam ætatis, id eſt, qui ante juſtam ætatem velint ſibi concedi rerum ſuarum adminiſtrationem, & ſe liberare curatoribus, debeant docere de ſuis moribus, & honeſtate apud præfectum annonæ, ſub cujus cura ſunt atque diſpoſitione, quemque judicem tantum ſolent agnoſcere. Navicularius, qui petit veniam ætatis debet probare mores ſuos, & hoc ita oſtenditur in *l. 1. C. Theod. de iis, qui veniam ætat. imp.* & hæc naviculariorum cura efficit, ut opinor, ut exercitori, id eſt, nauclero exercenti navem, *c'eſt le maiſtre du navire*, detur extra ordinem actio in eos, qui contraxerunt cum magiſtro navis, C qui eſt quaſi inſtitor exercitoris, ex contractu ſcilicet magiſtri, quod eſt mirum, ut ex contractu liberi hominis mihi, qui non contraxi competat actio, & tamen dabitur extra ordinem: maxime ſi contractus ille nauticus pertineat ad convectionem annonæ publicæ; *l. 1. §. eſt autem, D. de exerc. act.* unde paulatim moveor in id atque impellor, ut putem etiam ſub cura præfecti annonæ fuiſſe negotiatores frumentarios, vel horrearios, qui annonam urbis adjuvant: nam invenio in privilegiis, & in immunitatibus negotiatores jungi naviculariis, qui annonæ urbis ſerviunt, ut ſcilicet omnes pariter ſint immunes à muneribus civilibus, *l. ſemper, §. negotiatores, D. de jure immunit.* Et rurſus invenio etiam de pecunia debita ex negotiatione annonæ cognoviſſe, & pronuntiaſſe præfectum annonæ, *l. ult.* D *D. quod cum eo &c.* non eſt dubium ſub ejus cura etiam fuiſſe piſtores, & fundos dotales, ſic appellabant piſtorum emolumentis adſcriptos, qui etiam nec poterant alienari, ut nec à marito fundi dotales accepti ab uxore ii dicebantur dotales fundi: piſtorum, qui ſimul cum piſtoribus pertinebant ad curam præfecti annonæ, *l. 12. & l. 15. & toto tit. C. Theod.* de *piſtoribus*: & ita præfectus annonæ, ut Caſſiodorus ait in formula præfecti annonæ diſcurrebat per officinas piſtorum, & munditiam panis exigebat: eleganter: *ſollicitius auro penſari panem, quo Quirites aluntur*: & quamvis juriſdictio præfecti annonæ videatur eſſe pars juriſdictionis præfecti urbi, & proculdubio ſit præfectus annonæ ſub diſpoſitione præfecti urbi; tamen præfectus urbi nihil diſponere poteſt de annona, ac vix etiam præfectus an- E nonæ ſine præfecto urbi, *l. 1. inf. de off. præfecti urbi, l. 1. C. Th. de conditis in publico horreis*, & à præfecto annonæ appellatur princeps, non præfectus urbi, *l. ult. D. quod cum eo*: licet, quemadmodum dixi, juriſdictio præfecti annonæ videatur eſſe pars juriſdictionis præfecti urbis: atque ita puto vobis ſatis abundeque explicatum eſſe munus præfecti annonæ: loco autem hujus tit. quidam ponunt tit. de quadrimeſtribus brevibus, vel, ut in aliis legi, de quadrimeſtribus tam militaribus, quam civilibus. Eſt enim de iis lex *ult. ſup. de offic. magiſtri officiorum, & l. 1. ſup. de officio comitis ſacrarum largitionum*: eſt etiam inf. *l. 1. de Apochis*: & ſufficiunt illæ leges de quadrimeſtribus brevibus, nec erat neceſſarius tit. ſpecialis, qualis non invenitur in C.

Theod.

Theod. qui fuerint ſi quæras, expediam breviter. Annonæ quoque collationes ſolebant ſolvere tribus penſionibus, *de quatre en quatre mois*, quantum ſingulis 4. menſibus è publico eis oporteret inferre, id erat ſcriptum in illis brevibus, in illa notitia tributorum quadrimeſtrium, ita dicta, quod annonæ tributa ſolverentur trina illatione;

AD TIT. XLIII. *De Officio Præfecti Vigilum.*

PRæfectus vigilum ſpectabilis appellatur in *l. 3. D. eod. t.* & tamen ordo, qui inſtituitur in hoc tit. eum ponit inter clariſſimos, & quidem noviſſimum omnium: nam, ut obſervavimus antea, priore loco vobis ſunt expoſiti magiſtratus illuſtres, deinde ſpectabiles, tum clariſſimi, quæ eſt ſumma diviſio dignitatum ſenatoriarum: nam equeſtris, aut perfectiſſimatus, aut egregiatus dignitas, plebejæ dignitates ſunt, non ſenatoriæ: & qui ſupra illuſtres eſſe dicuntur, ii non conſtituunt quartum gradum ſenatoriæ dignitatis: nam cum adjectione hi enim ſunt patricii, & conſules, & conſulares, vel illuſtriſſimi dicuntur: neque novum eſt ut idem cenſeatur modo ſpectabilis, modo clariſſimus: exemplo ſunt prætores, & ſilentiarii, qui nocturnas excubias agunt in palatio principis, & tribuni Notarii, *les Secretaires du Prince*, & plerique alii, quos modo clariſſimos, modo ſpectabiles dici invenias. Porro præfectus vigilum eſt cuſtos urbis nocturnus, judex obſcurus, arbiter ſilentioſus, ut ait Caſſiodorus, indagator incendiariorum & furum, & elegantiſſime idem Caſſiodorus, præfectus vigilum in furibus: furta, inquit, facis dum illos noctu circumvenis, & comprehendis arte quadam. Conſtantinopoli fuit appellatus prætor plebis, qui Romæ præfectus vigilum, ut conſtat ex Nov. 13. quæ & omne ejus officium latiſſimum exequitur, ex qua poſſis facile cognoſcere quæ fuerit juriſdictio præfecti vigilum, & eundem eſſe præfectum vigilum, & prætorem plebis. Vigiles autem milites ſunt, qui obſequuntur præfecto vigilum, *l. un. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. mil.* & jure militari teſtari poſſunt, *l. ſi maritus, §. legis, D. ad leg. Jul. de adulter.* vigiles etiamſi ſint præſentes in urbe, in vico, abſentes Reip. cauſſa eſſe dicuntur, adeo ut ſi dum navant operam cuſtodiæ urbis, aliquod damnum pertulerint, reſtitui poſſint in integrum perinde ac alii, qui longius abſunt Reip. cauſa, & hoc habuerunt conſequenter, ut Caſſiodorus refert, ut momenti tempora eis dilatarentur, quod eſt maxime notandum: non poſſis enim alio loco probare quam *d. §. legis*, quod ſcilicet habeantur pro abſentibus Reipub. cauſa, quibus ſcilicet momenti tempora non currunt, vel momentaneæ poſſeſſionis, id eſt, tempora interdicti cujuſcunque, & poſſeſſionis, maxime interdicti unde vi, ſi quis eorum poſſeſſionem invaſerit: ex edicto autem huic rei debent occurrere intra annum, & hoc eſt momenti tempus, ſed hæc præſcriptio nihil officit Reip. cauſa abſentibus, & conſequenter nihil officit vigilibus. Cæterum de criminibus omnibus, quæ noctu admittuntur, non temere, aut promiſcue pronunciabit præfectus vigilum: non de criminibus capitalibus, quæ deſiderant graviorem animadverſionem. Jus habuit virgarum & fuſtium, & flagellorum, *l. 3. §. ult. D. eod. tit.* jus gladii etiam habuit in ſervos fures, non in homines liberos, *l. pen. ff. de condict. cauſa data*, cognitionem habuit in fures, *de leur faire leur procez*, condemnationem non habuit, ſi graviorem animadverſionem furtum exigebat, & eadem ratione habuit animadverſionem, & præhenſionem, & coercitionem, & cognitionem in ſervos fugitivos, in *l. 12. de ſervis fugitivis*, *l. ult. D. eod. tit.* qui ſcilicet dicuntur ſui ipſius fures, fugam quaſi furtum eſſe, *l. 1. C. de ſervis fugitivis*: ſubtrahunt enim ſe ſuis dominis fuga: de criminibus ergo capitalibus præfectus vigilum cognitionem habet, ſed non coercitionem. Verum eorum criminum reos remittebat ad præfectum urbi puniendos, *l. 3. §. ult. l. ult. ff. eod. t.* & hoc eſt, quod ait l. hæc unica, quæ ſcripta eſt ad præfectum urbi: notandum de capitalibus cauſis majorem poteſtatem debere cognoſcere, & celſiorem ſententiam de iis debere ſtatuere, & ſimiliter Caſſiod. in formula præfecti vigilum: *Si tibi*, inquit, *leges fures punire minime permittunt, tamen eos licentiam indagandi contulerunt*. Inquiſitionem ſcilicet habent, ac cognitionem, non coercitionem furum atrociorem. Ita legatus proconſulis reos majorum criminum remittit ad proconſulem, *l. 2. ſup. de offic. proconſ.* & ſimiliter adfirmo, quanquam hoc nuſquam inveniatur ſcriptum, præfectum annonæ cognoſcere quidem de crimine fraudatæ annonæ publicæ, ſed non etiam pronunciare, verum remittere reos ad præfectum urbi, ut ipſe eos vel condemnet, vel abſolvat. Eſt enim uterque præfectus, id eſt, præfectus annonæ, & præfectus vigilum, ut ex notitia dignitatum conſtat, ſub diſpoſitione præfecti urbi. Ergo uterque majorum criminum coercitionem tranſmittere debet ad præfectum urbi, nec ſibi eam vindicare, vel reſervare. Invenio etiam ut omne officium præfecti vigilum abſolvam, Equites Romanos petentes à principe veniam ætatis, ſicut legibus eſt definitum, mores ſuos probare prius debuiſſe apud præfectum vigilum. Senatores probant apud præfectum urbi, qui nondum pervenerant ad ætatem, & ſe à curatoribus abſolvi exoptabant principis beneficio: navicularii, ut ſupra dixi, apud præfectum annonæ, equites Romani apud præfectum vigilum, *l. 1. C. Theod. de his, qui veniam ætatis impetr.* Cur equites Romani remiſſi ſunt ad præfectum vigilum? credo quia olim ipſe præfectus vigilum creabatur ex equeſtri ordine auctore Dione lib. 55. ex Senatorio ordine ex Novel. 13. de prætore plebis, ut non male Tribonianus in hoc tit. C. poſuerit præfectum vigilum inter ſenatorias dignitates, inter clariſſimos.

AD TIT. XLIV. *De Officio Civilium Judicum.*

TIt. qui ſequitur eſt de officio civilium judicum generaliter. Itaque hactenus eſt abſoluta dignitas Senatoria. Sequentes tit. ſunt generales, & pertinent ad diſciplinam omnium judicum: tit. 44. eſt de offic. civilium judicum minorum: poſt ſpeciales igitur tit. ſingulorum magiſtratuum, dantur generales tit. & quia magiſtratuum, ſive judicum una diviſio hæc eſt; alios eſſe civiles, alios militares. Quid ſit proprium civilium oſtenditur aliqua ex parte in hoc tit. 44. quid proprium militarium in tit. ſeq. & tit. 46. & 47. facta diviſione alia militarium judicum, ut alii ſint ſuperiores, alii inferiores, id eſt, alii illuſtres, vel ſpectabiles, alii clariſſimi. Quid autem ſit commune omnium judicum oſtenditur tit. 48. Civiles autem judices ſunt quibus eſt juriſdictio inter privatos, quive ſtatuunt, & pronuntiant de negotiis privatorum, apud quos cauſarum privatarum, ut eſt in *l. 1. hoc tit. merita, & facta panduntur*, quæ verba faciunt ut putem in *tit. de legib. l. 3.* ubi eſt, civilium cauſarum fata componere, & adnotavi, alias ſcribi, *facta*: facta potius ſcribendum, cum in eadem lege 1. ita inveniam ſcriptum, *merita vel facta*, & panduntur quidem facta conteſtatione litis: nam conteſtatio litis nihil aliud eſt, quam factorum narratio: ex utraque parte merita panduntur ex diſceptationibus judicis, vel in ipſo articulo litis conteſtationis, vel poſt litis conteſtationem, & ita in *l. 2. inf. ſi per vim, vel alio modo, &c. merita cauſarum partium aſſertione panduntur*, id eſt, præſente utraque parte, vide Obſervat. lib. XVI. 9. Civiles igitur judices ſunt, qui de cauſis privatorum cognoſcunt diſceptantque, nec ſe miſcent unquam militaribus negotiis, cujuſmodi ſunt præfecti urbi & prætorio, & cæteri, de quibus inter cætera hoc conſtituitur in eodem tit. ut judices, quibus cura potiſſimum incumbit procurandarum, vel exigendarum per ſua officia functionum publicarum,

ut

ut audiant allegationes eorum, qui aſſerunt ſe eſſe immunes à tributis, ne contemnant ſtatim, nec cogant viribus imperii in *l. 2. hoc tit.* allegatio igitur immunitatis inhibet exactionem : nec enim eſt contemnenda : ſed debet judex expendere & examinare. Et in *l. 1.* conſtituitur ut honorati, qui aliquam litem habent, non ſedeant cum judice iis horis vel temporibus, quibus eorum lites diſceptantur, ut deſcendant de ſubſellio judicis & partium conditionem ordinemque ſervent coram judice interim dum eorum lis agitur vel conteſtatur : ſed qui ſunt honorati, ſatia eſt obſcurum. Interpreti C. Theod. Aniano ſcilicet; honorati ſunt curiales vel decuriones, qui ſunt ex corpore curiæ : hoc eſt manifeſte falſum, quia curiales non habent jus ſedendi in ſecretarin præſidis provinciæ : & ſæpe curiales ſeparantur ab honoratis, & in ſumma, in ſingulis civitatibus ſunt 4. ordines, alii ſunt Epiſcopi & Clerici, alii honorati, alii poſſeſſores, alii curiales, de quibus omnibus in Epiſtolis Caſſiodori : poſſeſſores ſunt exactores tributorum, & non tantum in Epiſtolis Caſſiodori, ſed & in *l. jubemus. inf. ad l. Jul. repetun.* & in *l. 8. inf. de defenſorib. civit. & l. ult. inf. de vendend. reb. civit. lib.* XI. non ſunt igitur honorati confundendi, imo ſecernendi à curialibus, nec ii curiales : honorati ſunt abſoluti muneribus curiæ : falſum etiam quod hoc loco ait Accurſ. honoratos eſſe advocatos : ut autem advocatis quoque non eſt conſidendi poteſtas cum judice, ſed aſſidendi quaſi conſiliarii, *l. ult. inf. de adſeſſoribus.* non poſſet eſſe quis adſeſſor judicis ordinarii & advocatus : vel deponat advocati officium, & ſufficiat adſeſſoris, vel permaneat in officio advocati : non poteſt igitur advocatus conſidere in ſecretario judicis, & hoc l. 1. oſtendit, honoratos habere conſeſſum in ſecretario judicis, præterquam ſi de eorum rebus agatur. Et præterea quamvis laudis forte captandæ gratia aliquando poſſint honorati gratuito cauſam aliquam agere, tamen non ſunt ex corpore advocatorum, & gratuitam debent operam navare, quam tamen advocati non præbent gratuitam, quia non ſunt honorati, quæ eſt ſententia *l. quiſquis, inf. de poſtul.* ubi tamen recte Accurſ. honoratos habere dignitatem ſive adminiſtrationem, id eſt, donatos eſſe honoraria dignitate vel Comitis, vel Quæſtoris, vel qua alia, cujuſmodi ſunt principales civitatum iidem, qui honorati, id eſt, perfuncti ſunt omnibus muneribus Reipub. per ordinem, ut ait, *l. 75. C. Theod. de decurionibus, l. 7. C. Theod. de piſtoribus*, & qui erant donati, ii ſunt principales civitatum, & honorati, ſcilicet titulo comitis ac privilegio ſive adminiſtratione, & eſt valde elegans in eam rem *d. l. 75.* & generaliter honoratos dicimus, qui honorariam adepti ſunt dignitatem civilem vel militarem, ut ait *l. 5. de honor. vehic.* quæ etiam eis permittit in urbe Roma antiqua & nova uti carrucis, licet nulla adminiſtratione fungantur : honoratis igitur jus eſt datum currus ſive quadrigæ, non in provinciis tantum, ſed & in urbe regia jus eſt ingrediendi conſiſtorium principis, & ſedendi cum judice ordinario, cum præſide provinciæ, in *l. ult. infra, de officio diverſorum judicum, & honoratis*, inquit, *ſedendi cum judice ſocietas non denegetur*, ſed l. 5. excipitur tempus, quo de eorum litibus diſceptatur.

AD TIT. XLV. *De Officio Militarium Judicum.*

Militares judices ſunt, quibus inter milites, aut inter privatum actorem, & militem reum juriſdictio eſt, veluti comites & magiſtri equitum, & peditum, ſic appellantur in inſcriptione l. 1. Comites & magiſtri utriuſque militiæ, id eſt, equitum & peditum, de quibus habuimus tit. de officio magiſtri militum : horum, inquam, juriſdictio eſt inter milites, *l. pen. inf. de juriſd. omnium judicum*, vel inter privatum & militem : nam actor ſequitur forum rei : hujuſmodi etiam ſunt Duces & Comites rei militaris : hi habent juriſdictionem inter privatum actorem, & militem reum, non inter privatos ſive paganos, non inter privatum reum, & militem actorem, eadem ratione, quia actor ſequitur forum rei, *l. 2. eod. tit.* Civiles judices habent etiam ſuos judices, id eſt, lictores & apparitores, quorum tamen officio ſe immiſcere non debent milites in numerum relati in cauſis privatorum tuendis & exequendis, *l. 1. eod. tit.* eorum ſcilicet militum, qui ſunt ſub cura, & diſpoſitione magiſtri militum, vel ducis rei militaris. Itaque *l. 1.* nihil obſtat *l. qui reſtituere, D. de rei vindic.* & pleræque aliæ ſimiles, quibus oſtenditur, prætorem ad extremum exequi ſuam ſententiam manu militari adverſus non obſequentem : nam de manu prætoria intelligendum eſt, non de militibus, qui caſtra ſequuntur, qui ſunt in expeditione, ſed de officialibus, de cohorte prætoria : magiſtri militum exequuntur ſuas ſententias, non prætor, quia habent ſuos apparitores.

AD TIT. XLVI. *De Officio Tribuni & Comitis Militaris.*

Ex militaribus judicibus alii ſunt inferiores, alii ſunt ſuperiores. Superiores, veluti magiſtri militum, qui ſunt illuſtres, & duces militum, qui ſunt ſpectabiles, de quibus actum eſt tit. 45. & ſunt ex majore laterculo. Laterculum jam docui eſſe librum, in quo digeſtæ ſunt dignitates omnes, majores in majori laterculo, cujus cura pertinebat ad primicerium Notariorum, hi ſunt à ſecretis principis : minores in minori laterculo, cujus cura erat quæſtoris ſacri palatii, *l. 1. ſup. de officio quæſtoris*, *hoc tit.* eſt de inferioribus militaribus judicibus, qui emittuntur de minore laterculo, id eſt, de clariſſimis : hi ſunt tribuni & comites rei militaris, *c' eſt tout un*, tribuni & comites, *mais ils s'appellent ainſi enſemble* : & præterea tribuni numerorum, & cohortium, & præfecti caſtrorum honorati comitiva dignitate, de quorum officio erat ſub hoc tit. conſtitutio Græca, quæ deſideratur, ſed pertinebat ad inferiores militares judices.

AD TIT. XLVII. *Ne comitibus rei militaris vel tribunis lavacræ præſtentur.*

Est etiam conſtitutio Latina poſita ſub hoc tit. de militaribus judicibus inferioribus, ideſt, de tribunis & comitibus rei militaris viris clariſſimis. In contextu ejuſdem legis eſt legendum, aliorumve minorum comitum : in C. Theod. ſcriptum eſt, inferiorum, *l. 2. eod.* & in ſumma, conſtituitur in hoc tit. ne inferiores judices militares à provincialibus, qui eos hoſpitio excipiunt exigant privata balnea, quæ licet exigere ſolis comitibus, & magiſtris utriuſque militiæ : Et dicit privata balnea in hoc tit. lavacra, *l. 2. Cod. Th. de metatis*. Invenio ſimpliciter appellari privata, ne præbeantur privata, quod cum poſſet videri obſcurum Tribonianus immutavit in *l. 6. inf. de metatis, lib.* XI. in Theodoſiano, ne privata præbeant. Juſtin. ne privata balnea præbeant ſive ſuccendant, & ita invenio apud Conſtantinum l. 2. privata ſimpliciter accipi pro balneo, quam vocem noſtra lingua retinet, & conſequenter in Baſilicis ad *l. 8. de metatis*, additur, ne etiam provinciales cogantur militibus aut comitibus inferioribus præbere σάβανα, quæ nihil aliud ſunt quam lintea, quibus loti exſiccantur. Eſt frequens vox apud Theod. Priſcianum, Apicium, *Sabano mundo exterger* : & in colloquiis illis quotidianis antiquis, ἐκεῖ λοῦσα ἀρθῆναι σάβανα, & ſæpe apud Abſyrtum ὑδρῶνα σάβανα, & apud Marcellum Empiricum, quam vocem mulieres hujus provinciæ integram retinent, nam linteum, quo caput obnubunt vocant *un chabana*.

AD

AD TIT. XLVIII. *De Officio diverſorum Judicum.*

SEquitur tit. 48. de Offic. diverſorum judicum, ſive magiſtratuum, qui ſunt ex ordine Senatorio. Memini me dixiſſe alios eſſe illuſtres, alios ſpectabiles, alios clariſſimos, de quibus diligenter hiſce gradibus obſervatis actum eſt titul. ſuperioribus: nunc quæ ſunt communia omnium judicum, tam civilium, quam militarium hic tit. expediet. Item de iis, quæ ſunt communia omnibus, vel diverſis judicibus cujuſcumque ordinis, vel illuſtribus ſcilicet, vel ſpectabilibus, vel clariſſimis, hic tit. dat omnibus præcepta, etiam in Cod. Theod. ſcriptum eſt de officio omnium judicum: nam de diverſis cum dicis, omnes dicis, & alius eſt tit. lib. 3. de juriſdictione omnium judicum. Denique ſunt duo tituli ſeparati, de officio omnium judicum, & de eorum juriſdictione. Unde quæri poteſt quid ſit inter juriſdictionem, & officium diſcriminis: & ſane officium judicis latius patet quam juriſdictio: officii ſignificatio latior eſt, quam juriſdictionis: nam juriſdictio ea tantum complectitur, quæ proprio jure quaſi innata magiſtratui ingenitaque pertinent ad notionem magiſtratus: officium judicis complectitur ea, in quibus nulla juriſdictio eſt, & quæ non jure magiſtratus competunt, ſed lege ſpeciali dantur. Igitur modo magiſtratui, modo privato dantur. Igitur non ut magiſtratui tantum, ſed etiam privato, cujuſmodi eſt tutoris datio, *l.1. de juriſdict. omnium jud.* jus dicentis officium latiſſimum eſt, latius eſt, quam ſit juriſdictionis: quod ita declarat exemplis: nec enim recenſet omnia, quæ pertinent ad officium judicis: nam, inquit, & bonorum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere, hæc non ſunt juriſdictionis, & pupillis non habentibus tutores conſtituere, & judices dare: hæc non ſunt juriſdictionis: judicem dare poſſunt more majorum propter vim ipſam imperii, ſeu magiſtratus quo funguntur in urbe, *l.cum prætor*, *§. 2. ff. de judiciis*, & ita in *l.imperium*, *ff. de juriſdict. omnium judicum*, quæ pertinet ad urbanos magiſtratus, quantum indicat inſcriptio de officio Quæſtoris. Juriſdictio, inquit, eſt judicis dandi licentia: non eſt juriſdictionis definitio, ſed hic eſt ſenſus, quem ſatis aperuit, vel articulus, vel etiam juriſdictio mixta imperio proprio magiſtratus, vel retro, imperium mixtum juriſdictioni eſt proprium, magiſtratus non tantum conſiſtit in danda bonorum poſſeſſione, & aliis quibuſdam, ſed etiam in dando judice ſpeciali in ſingulis quibuſque cauſis ſecundum mores, quibus ordinaria judicia Romæ exercebantur: nam extra ordinem ipſemet magiſtratus judicabat, nec judicis datio erat. Ergo in urbe judicem dare eſt juriſdictionis: namque omnes magiſtratus urbani cujuſcunque ordinis, ut ait *l.ult. ff. à quibus appell. non lic.* judicem dare poſſunt ſuo jure, etiamſi nulla lex hoc eis nominatim permiſerit: hæc enim facultas dandi judices non eſt legis, ſed juriſdictionis. Cæterum in provinciis, poteſtatibus provincialibus hoc jus datur lege, non competit proprie, *d. l. cum prætor*, *§. ait*: atque ita in provinciis verum eſt, judicis dationem pertinere quidem ad officium judicis, ſed non ad juriſdictionem, juris eam eſſe, non juriſdictionis, ſed recte tamen pertinere ad officium ejus, qui imperium habet, non juriſdictionem, ſi nominatim hoc ei lex, vel princeps, vel ſenatus dederit licentiam dandi tutoris: quod lege ſpecialiter datur, ſemper ſeparandum eſt ab eo, quod competit magiſtratui ſuo jure, tacito jure, non dato nominatim lege aliqua. Denique tutoris datio non eſt juriſdictionis: tutorem namque dat, & qui juriſdictionem nullam habet, puta privatus quis dare poteſt, veluti impuberibus filiis, quos habet in poteſtate, quia lex 12. tabularum hoc ei dedit, *l. 1. de teſtam. tut.* eodem modo legatus proconſulis, qui non eſt magiſtratus, tutorem dare poteſt ex oratione D. Marci, *l.3. ff. de poſt.* & *l.3. §. nam edicto, ff. judicatum ſolvi*: ubi dicitur, jus eſſe agendi, jus exercendi actiones pupillares, vel excipiendi actiones, quæ intenduntur contra pupillum tutori, cui data eſt, & alio loco, cui tutela permiſſa eſt ab eo, cujus de ea re juriſdictio eſt. Ergo tutelæ datio juriſdictionis eſt, ſi non datur tutela ab omnibus, ſed ab iis, quorum ea de re juriſdictio eſt: ſed tutelæ nomen eſt amphibolon: tutela illo loco, eſt tutelæ adminiſtratio, ut recte Accurſius interpretatur, non vis illa, & poteſtas data in pupillum, & res omnes. Ita jus habet: quando plures tutores ſunt dati pupillo teſtamento patris, ne tutela per multos ſpargatur, & ut facilius unus tutor exerceat actiones, eligatur unus ex pluribus, qui ſolus adminiſtret tutelam, aliis ſuccedentibus in periculum tamen adminiſtrationis, niſi obſervarint adminiſtrationem, & ubi res exigit ſui officii commonefecerint: eligatur, inquam, unus ex pluribus, vel à majore parte tutorum, vel etiam à prætore, ad quem hujus rei cura, & juriſdictio pertinet, *l. 5. §. pen. & ult. ff. de adminiſtr. tutor.* Electio unius tutoris jam electi conſtitutique à prætore, qui adminiſtret, eſt juriſdictionis, quia modum facit adminiſtrationis cujuſque, *l. inter*, *de admin. tutor.* Tutelæ datio non eſt juriſdictionis, & continetur tamen ſub officio juriſdictionis, ſive judicis, *d. l. 1. de juriſdict. omnium jud.* & ut addam aliud exemplum, & hoc quidem ſolum, judicii publici cognitio, quæſtio, executio, & quod majus eſt, judicii executio publica, & animadverſio criminum, non eſt juriſdictionis: & ob id imperium, quod in ea re conſiſtit, dicitur non mixtum juriſdictioni, ſed merum, ſejunctum à juriſdictione. Eſt aliud imperium, quod juriſdictionem comitatur adhæretque, ac viciſſim eidem imperio juriſdictio, ſed eſt viciſſim aliud quod non adhæret, & quod non jure magiſtratus, ſive juriſdictionis competit, vel ut ait Hieronymus, quod non eſt ἀνεύθυνον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ſed lege datur, etiam privato, *l.1. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. l. aliud*, *§. ult. de verb. ſignific.* pœnam irrogat is etiam, qui magiſtratus non eſt, diſciplinam publicam emendat non magiſtratus tantum, ſi modo ei lege data ſit criminum executio, ut legimus Pompejum, cum antea privatus eſſet, miſſum fuiſſe cum imperio contra Sertorium, Philippica 2. & æque privatum eundem cum conſulari imperio, in oratione pro lege Manilia. Lege autem datur & cognitio publici criminis, & animadverſio, quod eſt merum imperium, & cui ea obtigerit, *d. l. 1. de officio ejus, cui mand. eſt juriſd.* id autem eſt, cui ſorte obvenerit quæſtio, ſicut in *l.2. de bonis eorum*, *qui mort. ſibi conſciver.* ſcriptum eſt, judicium de reis Romæ ſorte reddi, ubi vulgo perperam *forte*, pro *ſorte*, atque ita ſorte publica quæſtio obveniebat etiam privato, qui judex quæſtionis, *l.2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* *Qui magiſtratus*, inquit, *judexve quæſtionis* ſeparatur à magiſtratu: ergo privatus, & magiſtratum intelligit, id eſt, prætorem, qui legibus quærit de ſicariis, & proconſules, apud quos etiam legimus reos publicorum judiciorum poſtulari, *l. 3. ff. de accuſation.* Et integrior lex Cornelia de ſicariis hæc eſt, ut is prætor judexve quæſtionis, cui ſorte obvenerit quæſtio de ſicariis, ejus quod in urbe Roma propius mille paſſus factum erit, ut quærat cum judicibus, qui & ſorte obvenerint. Judici quæſtionis adjungebantur judices, ſive adſeſſores, & omnes quidem ſortito ſumpti etiam judex ipſe primarius. Judex quæſtionis igitur judex eſt primarius, cui ſorte quæſtio publica ex lege, & ſecundum quod lege publici judicii præſcriptum eſt obtigit, quoniam publicæ quæſtioni præeſt, ut ait *l. 1. de ſicariis*. Judex qui præeſt quæſtioni in *l. pen. ad l. Corn. de falſ.* Criminum ergo punitio atque cognitio legis eſt, quæ eam dat, etiam privato, cui ſors dederit, juriſdictionis non eſt: etſi obtigerit ſurt magiſtratui, dederitque cognitionem publici judicii, non eam dicemus ei competere propter juriſdictionem ſuam, ut juriſdictionis ſuæ, ſed legis beneficio, ſimul ac ſortis ductæ ex lege: non negabis tamen & quod legis eſt, non juriſdictionis, eſſe ſub

offi-

officio magiſtratus, unde intelligitur quam merito *l.* 1. *de juriſd.* dicat, jus dicentis officium eſſe, quia ſcilicet comprehendit etiam ea, quæ non ſunt juriſdictionis, & hinc etiam conſequenter apparet, quam officium ſit à juriſdictione diverſum. Sed & quædam communia in hoc tit. proponuntur eſſe omnium judicum: proponuntur non omnia, ſed quædam hæc ſunt, ut ob publica tributa, functiones ullius judicis auctoritate, matres familias è domo extrahantur in forum, ſed ſi nolint ſatisfacere publicis functionibus, cogantur captis & diſtractis pignoribus, non etiam vi ipſa domo extrahantur, *quæ intra domum conſiderato ſexu ſemel contineant*, ut eſt in *d. l.* 1. juxta ſymbolum illud Veneris calcantis teſtudinem, non loquitur lex de muliere vulgata, ſed de matreſfamilias, quæ non temere prodit in publicum, & inde ἐξ ἀντιδιαστολῆς intelligitur mares ex hac cauſa tranſire in publicum. Et eſt excipiendus à *l.* 21. *§. ſed etſi*, *D. de in jus voc.* ob publici debiti cauſam extrahi poteſt mas. Et mirum eſt, quod ſanctio ſubiiciatur, id eſt, pœna, παρρησία, ut judices, qui temere eduxerunt mulieres è domo, habeantur inter maximos reos criminum capitalium, hos vocat maximos reos τοὺς ἐπὶ τῆς μεγίστης αἰτίας δεδεμένους, ut ait Joſephus in libris περὶ ἁλώσεως, in *C. Theod. ſub eodem tit. l.* 2. agebatur etiam ſollicite de viduis ſimul ac de pupillis, & de perſonis morbo, vel infirmitate fatigatis, ut non ſuam provinciam excedere cogerentur ſuarum litium gratia, & ne evocarentur in comitatum principis ullius judicis juſſione: quam conſtitutionem tamen Juſtin. maluit referre in *lib.* 3. *quan. imper. inter pupill. & vid.* ſed in *l.* 3. *ejuſdem C. Theod.* quod maxime notandum eſt, nec relatum in eundem titulum, additur, quod etiam commune eſt omnium judicum, ut judices provinciarum cujuſcumque ordinis ſint, ipſi ſibi componant in provinciis prætorium, nec cogantur provinciales id eis præſtare, ſed ut ipſi ſuis ſumptibus habitationem inſtruant ſibi, ac præterea ſint contenti annonis & cellariis, ſic *d. l.* 3. id eſt, penu omni, quem ferunt ex publicis horreis, nec quicquam exigant à provincialibus annonarum nomine, nec exigant panes civiles, ut vocantur alibi: ac præterea nihil quidquam exigant cellarienſium ſpecierum nomine, ut ſalem, vinum, oleum, ligna: quod etiam invenitur conſtitutum in *l.* 32. *C. Th. de erogat. milit. ann.* & eodem modo locutus eſt Sulpitius Severus in ſacra Hiſtoria: *quibus omnibus annonas & cellaria dari Imperator præceperat*. Igitur omnibus judicibus provincialibus rectiſſime præſcriptum eſt, ut eſſent contenti annonis, & cellariis, nec iis onerent provinciales: ut etiam ſibi habitationem componant, non eis provinciales: ubi eſt habitatio judicis, ibi prætorium eſt. Etiam in eod. tit. id præcipitur omnibus judicibus ne confundant gradus dignitatum, puta *l.* 3. dico l. 3. quia adnotandum eſt, ſecundo loco deeſſe conſtitutionem Græcam, quam plerique exiſtimant deperiiſſe: ſed ego diligentius obſervato ordine legum & officio judicum provincialium, quo ſunt ordine digeſtæ in Baſilicis, quam legem exiſtimabam eſſe locandam ultimo loco de officio Rectoris provinciæ, eam eſſe potius reponendam cenſeo ſub h. t. & ſit *l.* 2. ut ea eſt à me relata inf. in *l. ult. de delatorib.* cujus tenor plane demonſtrat, eam propius convenire eidem tit. quia generaliter interdicit comiti rerum privatarum, & judici cuilibet urbano, aut provinciali, quod argumentum eſt certiſſimum communem eſſe omnium judicum, atque adeo deberi proprie huic tit. & interdicit igitur omnibus judicibus, ne quemquam audiant delatorem deferentem ſive denuntiantem aliquem theſaurum inveniſſe, qua ex cauſa olim erat permiſſa denuntiatio, *l.* 1. *D. de jure fiſci*, principibus ſibi vindicantibus theſaurum, quem alius inveniſſet: auctor l. 1. videtur conceſſiſſe dominium inventori. Et ſane de hac re cujus ſit inventus theſaurus principis, an inventoris, an domini poſſeſſionis, aut quota ex parte, jus certum nunquam fuit, ſed pro arbitrio hac de re unuſquiſque conſtituit. Breviter videtur auctor l. 2. qui ex hac cauſa non admiſit delatores, ſed adiicit ut admitterentur delatores, qui nunciarent rem aliquam fiſcalem ab alio poſſideri, quos tamen rurſus non antea voluit audiri, quam dediſſent fidejuſſorem uſque ad ſummam librarum auri 5. quam ſummam ſe fiſco delaturos promittunt ſi non probent. Et ad finem l. 2. definit, ut ne ante definitivam ſententiam de ea re, quæ fiſco denuntiata eſt quaſi ſua ullus judex rei ab alio poſſeſſæ imprimat ſigilla ulla, inſigatve titulos, qui argumentum præbeant rem eſſe fiſcalem, quia nondum videri poteſt rem eſſe fiſcalem, antequam de eo pronuntiatum ſit: ſed ut cœperam docere, lex, quæ præcipit omnibus judicibus, ut inter ſe ſervent gradus dignitatum, puta, ne minor judex majorem in ſubſcriptionibus appellet fratrem quaſi parem: quod notandum maxime. Judex minor ſolet referre quoties aliqua litis emergit dubitatio ad majorem judicem, puta præfectus annonæ ad præfectum urbi, legatus proconſulis ad proconſulem: ſed illis relationibus eſt quædam ſubſcriptio qualis in reſcriptis principum, ut cum ſcribunt principes illuſtri viro atque patricio, ſolent in extremo epiſtolæ ponere, parens cariſſime Auguſti: & quoties ſcribunt præſidi provinciæ, ſolent in fine F. C. id eſt, frater cariſſime, ut ex Caſſiodoro retuli: & ita etiam judex cum judici ſcribit, ſolet, in fine ſuo honore ſuoque titulo ſignificare, & major minorem quidem appellat fratrem, minor majorem nequaquam. Ergo in ſubſcriptionibus ſic eſt in extremo legendum, quod ita interpretantur Baſilica καὶ μνήμονι &c. ſed quiſque vocet eum ſuo titulo, ut illuſtrem clariſſimum. Et ultimo loco hoc omnibus judicibus præcipitur, ut ſe in conſeſſu mutuo honore proſequantur, ut non negetur facultas honorato ſedendi in ſecretario judicis: honorati non ſunt advocati, non curiales, ut oſtendi alias, ſed ſunt principales civitatis, qui perfuncti omnibus Reipublicæ muneribus, tandem quiete & otio ſunt donati, addita honoraria dignitate comitum, & generaliter, qui adepti ſunt honorariam dignitatem etiam ſine adminiſtratione: & ut ingredi poſſint conſiſtorium principis: poſſunt igitur & in ſecretariis judicis conſidere, præterquam ſi de rebus eorum agatur, *l.* 1. *de officio civium judicum*, *l.* 2. *inf. de proximis ſacror. ſcrin.* irrogata multa non tantum judicibus, qui eis denegaverint ſedendi ſocietatem, ſed etiam apparitoribus eorum, quales ſunt, qui nominantur *d. l.* 1. *& l. ult. eod. tit.* principes, primates officiorum. Et ex apparitoribus multis, ex officialium gradibus multis recte hi nominantur primates officialium, conſiliarii & principes, quia per hos patebat ingreſſus, & conſeſſus in ſecretarium. Caſſiodorus 7. de principe officiorum: *Sine his*, inquit, *non præſtatur in ſecretariis conſeſſus, nec oſculandi pompa peragitur*. Per principem igitur officii patet acceſſus ad judices, & oſculatio, qui mos erat veterum, ut honorati ſeſe invicem oſcularentur. Et ex eo intelligitur alios eſſe principes, alios primates officiorum: nam princeps officii unus erat, qui eo perveniebat in apparitione perfunctus omnibus gradibus militiæ, *l.* 5. *de offic. mag. officiorum*, & Zozimus Pontif. Romanus in Epiſt. ad Rodolphum, officia ſingularia principum locum non veſtibulum, actionum ingreſſus, ſed per plures gradus examinatus, officii jus definivit, & hic præfectus primi ordinis exibat. Primates autem officii erant plures, ſicut in ſcriniis erat unus magiſter & proximus, & comes diſpoſitionum: erant plures primates officiorum, *l.* 2. *inf. de proximis ſacr. ſcrinior.* ſed abſente principe: per hos etiam admittebantur, qui ingredi optabant ſecretarium principis, vel his abſentibus per ſatellites & cornicularios, qui adſunt ex utroque latere principis, vel etiam judicis ſecretarium, ut indicat Caſſiod. ſicut in Eccleſia, qui in utroque cornu alteris ſtant clerici, ſunt cornicularii, cum ſacerdos fungitur munere ſacro: ſic per cornicularios patebat aditus ad principis & judicis ſecretarium.

AD

A **AD TIT. XLIX.** *Ut omnes Judices tam Civiles, quam militares poſt adminiſtrationem depoſitam quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.*

Quod eſt in tit. 49. eſt etiam commune omnium judicum provincialium tam civilium, quam militarium, ut verba ipſa tituli aperte demonſtrant. Eſt igitur hic tit. pars ſuperioris, & aliquot etiam ſequentes ſunt communia omnium judicum. Porro in hoc tit. eſt conſtitutio una Zenonis, in qua cavetur, ut judices perfuncti adminiſtratione, dies 50. in certis locis permaneant. Judices cum dico, magiſtratus vos intelligere volo, & placet eorum definitio, quæ obiter proponuntur in *l. 13. D. de adſeſſor.* magiſtratus, eſt is, cui B Reſp. gerenda committitur: & judices cum dicimus in hoc tit. magiſtratus dicimus, non eos judices, qui cognitionem tantum habent, non juriſdictionem, vel imperium, qui tantum de rebus certis cognoſcunt, & ſententias ſuas non exequuntur. De magiſtratibus igitur hæc eſt conſtitutio Zenonis, & perfuncti adminiſtratione poſtquam ſucceſſurem acceperint: nam omnes magiſtratus Romæ erant temporales, permanebant diebus 50. clariſſimi in Metropoli provinciæ, ſpeciales in majoribus, & potioribus civitatibus adminiſtratæ diœceſeos: nam ſpectabilibus committebantur diœceſes, clariſſimis ſingulæ provinciæ. In hac conſtitutione de illuſtribus judicibus nihil exprimitur, quia ſunt aulicæ, non provinciales poteſtates. Conſtituitur etiam, ut in publico faciant ſui copiam, ut cum eis ſit C civiliter experiendi facultas cuilibet de furtis, inquit, aut criminibus: de furtis, de pecuniis reputendis lege Julia repetundarum: de aliis criminibus, veluti ut eſt in *l. ult. inf. de modo mulct.* de peculatibus aut manubiis, id eſt, deprædationibus, concuſſionibus, aliiſque flagitiis, ſive cum eis agatur jure ordinario ex legibus aut Senatuſconſultis, ſive extraordinario, & eam rem ſive litem Zeno vult definiri intra dies 20. quo cœpta fuerit, & interim reum committi juratoriæ cautioni ſive repromiſſioni, qui affirmet ſe permanſurum in judicio uſque ad exitum litis, *pour eſter en jugement*, ſic dicitur *en francois*. Confirmatur autem hæc præſcriptio Nov. 128. 161. & 95. & ex Novel. quidem 8. conſtat, in hac conſtitutione Zenonis, illo loco, *nec ullam ante præfinitum tempus*, certo eſſe legendum, *vel divina revocatoria*, non ſe excuſat, quo minus permaneat per 50. dies D propter divinam revocatoriam, qua ſe oſtendat evocari à principe. Et in libris noſtris evocatoria dicitur promiſcue, & revocatoria. Quod autem quidam ſcribunt & adnutant in ora hujus conſtitutionis, idem omnino fuiſſe cautum *l. Julia repetund.* prolata auctoritate Cicer. falſum ſane, aut vanum, aut fictum eſt. Nam quod ait Cic. 2. & 5. Epiſt. lege Julia cautum, ne rectores provinciarum decederent, ante quam rationes pecuniæ publicæ confeciſſent, & depoſuiſſent conſolidatas, hoc non eſt de excipiendis actionibus eorum, qui eos de furto, vel de aliis criminibus accuſare voluerunt, ut conſtat ex *l. ſacrilegi, §. ult. D. ad leg. Jul. repet.* potius ad *l. Jul. de reſiduis*, quam ad *l. Jul. repetund.* cui obnoxius redditur, qui non conſolidatas rationes reddiderit, quas alias dicimus conſummatas, *l. ſi plura, D.* E *de ædil. edicto, l. 3. inf. de execut. rei judic.* porro hæc conſtitutio Zenonis locum habet non tantum in judicibus, ſed etiam in aſſeſſoribus eorum, cancellariis, & domeſticis, *l. 3. & 8. inf. de adſeſſor.* nam & ii 50. dies debent permanere in provincia, & duplum læſo, & duplum fiſco reddunt, ſi quid rapuerint: & ad judicum militarium etiam manipularios, & miniſtros pertinet hæc lex, *l. 1. D. ad l. Jul. repet.* qui gradus eſt infimus militarium judicum: & putem ex hac conſtitutione Zenonis in *l. 3. inf. de aſſeſſorib.* quæ prior fuit conſtitutione noſtra, Tribonianum adſcripſiſſe 50. dies: nam ante Zenonem longius videtur fuiſſe præſcriptum tempus

ad manendum. Certe ex Nov. Theod. & Valent. de tributis fiſcalibus ſunt præſcripti 90. dies ſive tres menſes, ut ſane putem in *l. ult. C. Theod. de aſſeſſorib.* eſſe legendum, *per continuos tres menſes*, ut ſcilicet cancellarii judicum *les Secretaires*, & domeſtici per continuos tres menſes permaneant poſt depoſitum officium, non ut vulgo legitur, *per continuum triennium*: nam quid hoc eſt? Et eadem Nov. hanc quoque harum conſtitutionum eleganter reddit cauſam, *ut coram poſiti judices bene actæ rei laudibus fruantur*: aut certe, *Si direptionis alicujus conſcii fuerint, diſceſſus celeritate non ſe ſubtrahant*: alias enim in provinciam retrahentur, & ibi tunc ſi è fuga in provinciam retracti fuerint, remanere ſex menſes in provincia coguntur.

AD TIT. L. *De Officio ejus, qui vicem alicujus judicis, vel præſidis obtinet.*

Eſt etiam hic tit. communis omnibus judicibus de officio ejus, qui vicem alicujus judicis, vel præſidis, *il faut oſter cela, vel præſidis*. Et hic etiam tit. eſt de quocumque judice, vel de eo, qui cujuſcunque judicis locum tuetur. Et quiſnam vero ille eſt? an vicarius præfecti urbi, præfective prætorio? minime: nam hic magiſtratus eſt, qui propriam juriſdictionem habet, & ab eo nihil accipit juris: dicitur vicarius, ſed lege ei data eſt juriſdictio omnis, qui juriſdictioni præeſt magiſtratus eſt, hic de, quo in hoc tit. agitur, non eſt magiſtratus. Denique non eſt vicarius, non legatus, non is, cui præſes mandavit ſuam juriſdictionem, ſed ut eſt ſcriptum in *l. 1. D. de tutor. & curat. dat.* is eſt, qui moderamen provinciæ temporis cauſa obtinet, *par proviſion*, præſide, puta, defuncto, aut in itinere lapſo cum in provinciam iret: vel etiam cui alia ex cauſa provincia regenda commiſſa eſt ad tempus: atque ita nonnunquam procurator Cæſaris ſive Catholicus, *le general*, fungebatur vice præſidis. *l. 1. inf. de pedan. judicib. l. 2. inf. de pœn. l. 3. ubi cauſa fiſc.* ut Pontius Pilatus erat Procurator Cæſaris in Syria vice Cæſaris, ut etiam Quæſtor ille, qui pecuniæ publicæ cauſa mittebatur in provinciam. Proconſul numquam fungebatur vice Præſidis. Porro is, qui fungitur vice præſidis ea omnia poteſt, quæ præſes ipſe, & quæcumque pertinent ad juriſdictionem vel officium judicis ſeu præſidis. Judicis nomen eſt generale, *l. 1. de offic. præſidis*. Ergo ei, qui vicem obtinebat alterius judicis, permiſſa erat ejus poteſtas, cujus vicem tuebatur, & erat apud eum legis actio, ut apud judicem ipſum, *l. 2. eod. tit.* Nam curatorem & tutorem dare poterat, quod legis eſt, non juriſdictionis. Item poterat decreta interponere de alienandis vel rebus minorum vel decurionum, & decreti interpoſitionem conſtat eſſe legis, non juriſdictionis: nec enim alii licet decreta interponere, quam ei cui lex dedit nominatim: erat etiam apud eum legis actio. Nam ut ait *d. l. 2.* apud eum, & emancipationes & manumiſſiones fieri poterant, quæ tamen omnia non temere competebant, vel legato proconſulis, vel ei cui mandata erat juriſdictio, quæ ei quidem competebat, ſed non officium ejus omne, verum huic generaliter omnia permittuntur, quæ ipſi judici, cujus locum tuetur.

AD TIT. LI. *De Adſeſſoribus, Domeſticis, & Cancellariis Judicum.*

Principi ſolus erat adſeſſor quæſtor: adſeſſores ſunt Juriſprudentes, qui conſilio juvant judicem, *l. 1. C. Theod. de Comitibus, qui illuſtrib. agentib. adſident*, vel ut eodem modo pene eſt ſcriptum *l. 7. eod. t.* qui conſiliis propriis juvant adminiſtratores civitatum. Et ita Macarius Homil. 15. ὁ'ταν &c. Adſeſſores non ſunt judices, nam nec libellis ſupplicibus poſſunt ſubſcribe-

re, *l.2. eod.tit.* nec cauſas dirimere, ſive judicare abſente magiſtratu, quæ eſt conſtitutio Græca, quæ deſideratur in hoc tit. *l.13.* cujus fit mentio Nov.60. cap. 2. ut ſine magiſtratib. adſeſſores non præbeant audientiam litigatoribus, qua de re etiam Juſtin. idem profitetur conſtituiſſe. Igitur *in* h.t. deſiderantur duæ conſtitutiones, Græca una Zenonis, altera Juſtiniani ejuſdem ſubſtantiæ, ne quid agat adſeſſor ſine judice, cui adſidet, & ob id utramq; conſtitutionem auctores Baſilicorum uno verſu ſunt complexi *μηδέποτε χωρὶς τῶν ἀρχόντων*, &c. ne ullo modo ſine magiſtratibus adſeſſores judicent, magiſtratuum uſurpantes nomina, & apponentes in ſententiis, ac ſi à magiſtratibus manaſſent: non ſunt igitur judices, ſed habentur quodammodo in partem judicum, ut ait Caſſiodorus lib. 11. Variarum ſcribens ad Ambroſium quemdam adſeſſorem ſuum in præfectura prætoriana, & eodem modo Imperatores in *l.Divus, C. Theod.de iis,qui adminiſt. trad. ſunt*, quædam uniuſcujuſque judicis portio videtur adſeſſor, & ut conſtat ex *l. ult. eod. tit.* etiam chartis judicis quibuſcumque, puta ſententiis, adſeſſores ſua ſigna imponunt. Juriſprudentes eſſe conſtat *l.1. h. tit. & l.1. eod. tit. D.* nam ab adſeſſoribus exigitur prudentia juris, quæ non exigitur in magiſtratu cui adſident: nam plerumque magiſtratus viri militares juris imperiti, quibus gratia principis habita virtutis ratione non peritiæ dabat magiſtratum. M. Tull. pro Plancio: Pop. Rom. magiſtratuum virtute, & innocentia contentus eſt: quotus enim quiſque diſertus, quotus juriſperitus eſt? Denique magiſtratui dolus quidem, ſed non imperitia imputatur, *l.2. quod quiſque juris*. Iidem etiam ſæpe in jure dicuntur comites, & participes, comites ſcilicet ſedendi, ut Cic. loquitur, & participes conſiliorum vel conſiliarii, vel conſiliatores, quod idem eſt. Dominum Jeſum Chriſtum, quem Sybilla appellat *σύμβουλον*, Lactantius interpretatur conſiliatorem, & quem Homerus vocat *βουληφόρον ἄνδρα*, Fulgentius interpretatur *conſiliatorem Deorum*. Sed quæri inſpicique dignum eſt, quinam ſint ii, qui adſeſſoribus junguntur, domeſtici ſcilicet, & cancellarii judicum, quod facile expediam. Cancellarii ſunt, qui ſunt judicibus à ſecretis, qui ſecreta ſecretarii judicum cuſtodiunt, ut ait Caſſiodorus, & Cancellarii appellantur, dantque operam ſcribendis, & expediendis Epiſtolis, juſſionibus, edictis, reſponſis, ſententiis, & aliis monimentis judicum loco quodam proximo conſiſtorio judicis clauſo reticulis, ſive cancellis, unde eis nomen, ut fit hodie in curiis quibuſdam, ut præ foribus curiæ ſint cancelli, & in eis diſpoſiti cancellarii, qui expediunt judicum juſſiones, & eleganter Caſſiodorus eos tenere clam jura patentia & cancellos, & lucidas fores, & feneſtras januas. Qui igitur ſunt à ſecretis principis, Tribuni, & Notarii dicuntur, qui à ſecretis judicum, Cancellarii dicuntur. Cum idem Caſſiodorus primiceriatum ſcribat multis locis in nobiliſſimo illo libro Variarum, ſine quo innumeræ ſunt conſtitutiones in Codice, quæ nunquam fuiſſent explicatæ: fuit enim juris periti ſſimus, & præfectus prætorio regi Gothorum, dum Galliam tenerent ſervato maxime ordine juris Rom. neque enim ulla natio barbara fuit civilior Gothis. Cum is, inquam, primiceriatum ſæpe dicat domeſticatum appellari, facile adducor ut credam, domeſticos eſſe primicerios, & primicerios, ut à veteribus D. Petrus appellatus eſt primicerius Apoſtolorum, illud enim eſt tantum productio verbi, & dictio quædam, quæ nihil ſignificat. Habemus primicerios Cancellariorum, & notariorum, & exceptorum, actuariorum, ſingulariorum, & cæterorum officialium judicum: facio differentiam inter Notarios, qui notis ſcribunt, *par chiffres*, non litteris, & ſingularios, qui ſcribunt litteris ſingulariis, ut ſcribimus quatuor litteris S.P.Q.R. horum omnium, qui judicibus obſequuntur primarii ſunt domeſtici, non miniſtri, aut familiares: nam judex familiares ſibi optat ſuo arbitratu, & periculo primatum officii, ex *ipſo* officio, *l.8. eod. tit.* ac præterea domeſticis judicum præbentur annonæ, & ſalaria de publico, ut lib. 9. oſtendit Caſſiodorus, & communiter referuntur in laterculum, et inventarium principis. Servi autem, liberti, et mercenarii judicum ſane non ferunt annonas de publico. Igitur nova eſt hæc domeſticorum ſignificatio. Quod diximus de domeſticis judicum, neceſſe eſt retractare: invenio enim *in l. 4. de adſeſſ.* arceri domeſticos à publicis actibus, et ſe publicis neceſſitatibus immiſcere non poſſe. Itaque verius eſſe opinor, domeſticus judicum eandem militiam ſuſtinere quam ſuſtinent, qui dicuntur in aula principis domeſtici protectores, de quibus extat tit. lib. 12. qui ut eſt in *l.8. C. Theod. de domeſt. & protect.* & quantum indicio nominis apparet: principi familiarius militant, & ſunt, ut veteres loquuntur, corporis cuſtodes, atque ita etiam judicum domeſticos interpretor corporis cuſtodes, *la garde du Magiſtrat*, quam nos noſtra lingua ſignificavimus familiæ nomine, quod eſt domeſticatus nomine, quod non diſcedant à latere judicis, quod judicem perpetuo protegant, ſupremus eſt militiæ gradus, in *l.1. inf.ad l.Juliam repetund.* confertur domeſticus cum manipulario, quorum uterque eſt in officio ducis militaris, confertur ſcilicet primus militiæ gradus cum infimo, & illos quidem domeſticos magiſtratus provinciales, ſicut Cancellarios non ſecum ducebant in provinciam, ut eſt conſtitutum *l. 8. eod. tit.* ſed Cancellarios, & milites electos ad ſecreta judicis, & domeſticos protectores accipiebant ex corpore officialium electos periculo primatum officii. Denique ex officio, vel officiorum numero eligebantur domeſtici, & cancellarii, ut in Baſilicis eſt ſcriptum, *οἱ πάντες τὸ ἔξωθεν ὀφείλουσιν εἶναι*, quod ideo refero ne quis in *l.8.* exiſtimet tollenda eſſe hæc verba, *ex eodem officio*, etiamſi non habeantur in C. Theod. nam ſane ex ſuis officialibus dabantur judici, quos haberet pro domeſticis protectoribus, vel ſecretorum cuſtodibus: & ſicut cancellarii, & adſeſſores, ut mox dicetur tit. ſeq. Ita etiam domeſtici ferebant de publico annonam, ut 9. Variarum indicat Caſſiodorus.

AD TIT. LII. *De annonis, & Capitatione adminiſtrantium, & eorum adſeſſorum, aliorumve publicas ſollicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquam conſecuti ſunt dignitatem.*

QUam ſit etiam hic tit. communis omnium judicum verba ipſa hujus conſtitutionis, & *capitu dignitati ſua debitis, non pas, dignitatis.* Ergo hic tit. eſt de annonis: & capitu ergo ex eod. tit. omnibus judicibus de quibus ſup. actum eſt, nec non adſeſſoribus domeſticis, & cancellariis eorum, aliiſve omnibus, quibus curatio officii, miniſteriumve aliquod publicum jungitur, veluti comiti commerciorum, cui cura eſt ne commercia illicita exerceantur, cuique ſoli à barbaris comparandi ſerici in uſum principis jus poteſtaſque eſt, *l. ult. inf. de commerc. & mercat. l. 2. quæ res venire non poſſunt*, & magiſtro lineæ veſtis, & magiſtro æris, & comiti auri, qui omnes erant ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum, & rationali utriuſque ærarii, ſive procuratori Cæſaris, & ſimilibus, omnibus de publico præbentur ſalaria, id eſt, annonæ et capita, et adſeſſoribus judicum ea inſtituiſſe Alexandrum Lampridius ſcribit, et confirmat *l. 4. de officio adſeſſor.* annonæ ſunt veluti panis, vinum, oleum, liquamen, id eſt, garum, laridum, etc. quibus vitam toleramus: capita autem, pabula equorum, camelorum, quibus vehimus nos, vel ſarcinas noſtras. Amm. Marcell. *l. 22. Pabula*, inquit, *jumentorum, quæ vulgo dictitant capita*. Igitur in *l.12. inf. de cur. pub.* judicibus ſubminiſtrari annonas, et alimenta pecorum, id eſt, capita: et ſimiliter in *l. 9. infra, de jure fiſci, in pabulis, vel ſumptu familiæ miniſtrando:* hæc ſunt capita, et ſumptus familiæ, hæc ſunt annonæ, dicitur et ſingulariter capitum, ut in *l. 2. inf. de offic.*

præ-

A *præfecti præt. Afr. Nov. Theod. de tribut. fiſcal. annonas & capitum*, & Caſſiod. l. 7. *ad equos definitum capitum du foin, & de la paille, & de l'avoine*, & patrio caſu capitu in eod. tit. inflexione Græca, præberi autem hæc ſolebant olim in ſpeciebus ipſis: verum conſtitutione hujus tit. rediguntur ad pretia definita io delegationibus, quæ eo nomine ſingulis officiis dantur. Delegationes, quæ & delegatoriæ dicuntur, ſunt notitiæ, quæ adminiſtrationibus ſingulis & officiis delegantur, quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita aut pretia earum, quæ ſumant ex tributis illius, vel illius provinciæ, vel ex publicis horreis. Et hæc eſt ſententia hujus tituli.

B **AD TIT. LIII.** *De Contractibus Judicum vel eorum &c.*

Conſtitutio Juſtiniani unica, quæ eſt in hoc tit. pertinet etiam ad omnes judices vel adſeſſores ae domeſticos eorum, & in ea urbani magiſtratus ſeparantur à provincialibus, ita ſcilicet ut urbani magiſtratus ex pragmatico principis emere poſſint res mobiles aut immobiles, & proprias ædes ædificare, non etiam donationem ſuſcipere tempore adminiſtrationis: nam ubi facti ſunt privati, idem privatis licet, quod cæteris, emere poſſunt prædia ex permiſſu principis, ſi hoc impetrarunt à principe, ſpecialiter poſſunt ædes ſibi novas extruere, donationes ſuſcipere non poſſunt, & quæ tamen factæ fuerint interim, confirmari poſſunt poſt depoſitam adminiſtrationem vel ratihabitione donatoris, vel C ſilentio quinquennii, provinciales autem, ne ex reſcripto quidem principis per ſe, vel per aliam perſonam quidquam poſſunt, præter ea quæ victus ſui quotidiani ſunt, nec proprias ædes ædificare, nec navim, ut eſt in *l. aufertur, §. quod à præſide, D. de jure fiſci*, aut multo minus donatum ſuſcipere poſſunt, & quæ forte facta fuerit eis donatio pendente ac manente adminiſtratione, ex hac conſtitutione nec ratihabitinne confirmatur donatoris, nec ſilentio quinquennii, atque ita per hanc conſtitutinnem abrogatur *l. quicumque, C. Theod. de iis, qui adminiſtr. vel off. public. ger.* quæ lex inducit hac in re præſcriptionem quinquennii etiam in provinciis: abrogatur etiam per conſtitutionem Juſtiniani Nov. Valentiniani, *de confirm. iis quæ adminiſtrat. vel public. offic.* de confirmandis venditionibus factis judicibus maD nente adminiſtratione, atque etiam donationibus ſi factæ ſint palam in conſpectu omnium, bonaque fide, quod longe diſtat à ſententia conſtitutionis. Itaque abrogatur etiam ea Nov. Valentiniani. Ratio autem differentiæ, quæ movet Juſtin. hæc eſt, quia in provinciis major eſt præſidibus graſſandi copia, ſi ſua poteſtate abuti velint: Ideo durioribus legum vinculis coercentur, ac ſimiliter, ut dictum eſt 14. tit. in provincias mittuntur exteri & incogniti provincialibus, in urbe fere cives vel incolæ capeſſunt magiſtratum. Ait autem in tit. *vel eorum qui circa eos ſunt*, ut in *l. 3. D. de reb. cred.* pro adſeſſoribus vel domeſticis aliiſque officiis. Et rurſus ſecundum hanc conſtitutionem Juſtin. quod excipitur in *l. non licet, D. de contrab. empt.* eum, qui durante officio quid emerit, inutiliter emiſſe, niſi ſpeE cialiter hoc quibuſdam conceſſum ſit. Hæc, inquam, exceptio locum tantum habet in urbe, non in provinciis ſecundum conſtitutionem Juſtin. & addenda eſt etiam huic conſtitutioni alia exceptio ex *l. qui officium, D. de contrab. empt.* niſi bona paterna à fiſco detrahantur, nam durante adminiſtratione & qui officium publicum gerit, jure eſt hæc empturus, ut in *l. militer, D. de re milit. & l. princeps, C. Theod. de hir qui adminiſtr. vel off. publ. Solas*, inquit, *res privatas memoratos mercari permittimus*.

AD TIT. LIV. *De modo multarum, quæ à judicibus infliguntur.*

Hic tit. etiam pertinet ad omnes judices de modo multarum, quæ à judicibus infliguntur: nam omnes judices, de quibus actum eſt ſup. multæ dictionem habent: omnes ſcilicet fere qui judicationem habent, & qui publice judicium exercent, qui publici & ordinarii ſunt judices, omnes habent multæ dictionem, & pignoris capionem, qua tueantur ſuam juriſdictionem, & coerceant contumaces & inobedientes, *l. 2. §. ult. D. de jud. l. aliud, §. ult. D. de verb. ſignific.* & excepti tantum inveniuntur procuratores Cæſaris, & curator Reip. *l. 2. & 3. hoc tit.* & defenſor plebis, *l. 5. tit. ſeq.* ſed nec ad infinitum multam cuilibet judici dicere licet: modus quem quiſque judex ſequi debet in multa dicenda non finitur h. t. præfectus prætorio ſolus habet jus dicendæ ſupremæ multæ, *l. 4. eod. tit.* nimirum uſque ad 50. libras auri: & ita Caſſiod. in formula præfecti prætorio: *magna quantitate multas errantes*, & plerumque omnis multa accedit fiſco, niſi ſententia judicis ſpecialiter deputetur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis, *l. 5. h. t.* vel etiam pauperibus, ut in *l. 2. ſup. de Epiſcop. aud.* quod fit in omnibus cauſis Eccleſiaſticis, ut ſcilicet multa irrogetur pauperibus, *l. 21. C. Th. quorum appellat. non recip.* & ita Caſſiod. 1. Variar. docet, multam 10. librarum, quæ irrogatur iis, qui clericos urbis Romæ vocarint ad peculiare judicium, deque ea re reſcriptum impetrarint, cenſet quidem eſſe exigendam à palatinis ſacrarum largitionum, verum erogandam pauperibus per manus antiſtitis Romæ: neque vero hoc eſt de multa omittendum, quod eſt in *l. 1. h. tit.* multæ irrogationem non infamare; nam prima facie poſſet aliud videri: & alias vidi quoſdam hæſitantes, & idem etiam dicendum de ceſſione bonorum, *l. debitores, de cauſis, ex quibus infamia alicui non irrog.* Quid vero vocas multam? eſt coercitio pecuniaria, ut pœna furti: pecuniaria igitur coercitio, quæ non lege definita, ſed arbitrio judicis infligitur, *d. l. aliud, de verb. ſignific.* nam etſi certum modum judex non poſſit excedere, iotra eum modum tamen ſui arbitrii res eſt: & poſtquam multam irrogavit, eam remittere ex cauſa, & moderari poteſt, verbi gratia propter inopiam, *l. ult. in fine, h. t. l. illicitas, §. pen. & ult. de offic. præſid.* & nec luit pœnam in corpore, cujus inopia eludit multam: vitiaturque illa generalis regula hac in re, is qui non poteſt luere pecuniariam multam, luat pœnant corporalem, videtur quodammodo ſi non immutari, ſaltem inflecti, quod dicitur, judicem non poſſe immutare quod ſemel dixerit, vel judicaverit, multam igitur ſi judicarit: nam & judicare dicitur, etiam non poſſe remittere, & moderari judicium, non quidem ipſam multam omnino, ſed ut recte ait *§. ult. d. l. illicitas*, ſolutionis neceſſitate non contraria ſententia: hoc fieri non poteſt. Denique dictam multam non abrogat, ſed remittit tantum, & moderatur neceſſitate ſolutionis, reprehenſa, ut ait, exactorum illicita avaritia: prudenter ait, *reprehenſa*, non punita: minus eſt reprehendere, *l. 7. §. ad tempus, D. de interd. & relegat.* quandoque reprehenſas eſſe ſententias eorum, qui ad tempus relegatis ademiſſent partem bonorum. M. Tull. pro Flacco: *non tantum reprehendendum, ſed & condemnandum putas*. Porro multa, quæ ſemel irrogata eſt, contrario judicio remitti, moderari, abrogari poteſt à ſuperiori judice, non ab eodem judice. Plinius 4. Epiſtolarum: *Prætor*, inquit, *Senatori multam dixit, egit ipſe cauſam ſuam in Senatu, ſicut deprecabatur, remiſſa eſt*, multa omnino remittitur, quam dixit prætor ſenatus auctoritate, majoris judicis, non ejuſdem: nam quod judex ſemel decrevit, contrario judicio immutare non poteſt, *l. quod juſſu, de re jud.* multa ſine decreto non irrogatur, non interlocutione, quam judex mutare poteſt, ſed ſententia, quam mutare

Digitized by Google

non poteſt, *irrogatur multa*; & ab interlocutione appellari non poteſt, à multa dicta appellari poteſt. Ergo multæ dictionem idem judex abrogare non poteſt omnes ſciunt, quæ de multa ex veteribus ſcripſerit Gellius lib. 11. cap. 1. quo oſtendit non pecuniæ multam olim fuiſſe, ſed pecoris, & armenti. Sed quæſo quid eſt, quod illo loco inter cætera, *ſupremam multam fuiſſe in ſingulos dies duarum ovium, & 30. boves pro copia boum, & penuriæ ovium*, nam Italia abundat etiam armento magis quam pecore, ſed quid illud eſt in ſingulos dies? ce dies, *ne vaut rien, il faut lire, in ſingulos viros*.

AD TIT. LV. *De Defenſoribus civitatum.*

EX lib. t. reſident tantum tituli 3. magiſtratus, de quibus ſup. actum eſt, vel in urbe Roma veteri, aut nova Remp. adminiſtrant, vel in aula principis, vel in provinciis: & rurſus ex iis aliis provinciæ regendæ committuntur, aliis diœceſes, id eſt, univerſitas, ſive tractus quidam provinciarum, aliis provinciæ ſingulæ: hi, de quibus ſunt tres poſtremi tituli, non urbis, non aulæ, non diœceſeos, non provinciæ, ſed ſingularum civitatum judices, & poteſtas ſunt, de quibus eſt hic tit. Defenſores ſunt ſimiles tribunis plebis, qui & defenſores dicuntur, & defenſores locorum, & patroni, & parentes ruſticorum ſuburbanorum tenuiorum, *l. 3. & 4. h. t. l. 1. tit. ult.* hoc lib. *l. ult. inf. ut principes agent. in reb. lib. 12.* & præhenſionem reorum habent, ſicut in urbe tribuni plebis præhenſionem habuerunt: quod oſtendit *l. 22.* quæ eſt Græca, *ſup. de Epiſcop. aud.* præhenſionem, inquam, vel animadverſionem habent: ſed animadvertendos remittunt ad majorem poteſtatem, puta ad præſides provinciæ, *l. 7. h. tit.* præhenſionem etiam eos habere oſtendit Juſtin. Novel. 15. in qua plenius ſcriptum de offic. & juriſdictione eorum, videte illum locum.

AD TIT. LVI. *De Magiſtratibus municipalibus.*

IN quibuſdam civitatibus erant defenſores plebis tantum, *l. in hac, inf. de donat.* In aliis, puta majoribus, erant non tantum defenſores plebis, ſed & magiſtratus municipales, plerumque Duumviri ſimiles duobus Conſulibus pop. Romani. Defenſores ſimiles veluti tribunis plebis, magiſtratus ſimiles conſulibus, & ſumebantur quidem magiſtratus municipales ex ordine Decurionum, defenſores ex plebe, *l. 2. ſup. de defenſ. civitatum*, atque adeo ubi non erat ordo curiæ, ibi erant defenſores tantum: nam magiſtratus ſumebantur ex ordine curiæ ejuſdem municipii. Curia autem erat inſtar Senatus: qua de cauſa in Novel. Majoriani Curiales dicuntur minores Senatores: utrique autem, id eſt, defenſores, & magiſtratus creabantur decreto populi, decreto Epiſcoporum, & clericorum, qui primus eſt in populo gradus, & honoratorum, qui ſunt in municipio, & poſſeſſorum, & curialium. Denique favore populi, *l. 8. ſup. tit. prox. l. 1. ad legem Jul. de ambitu*, hodie ceſſant in urbe, quoniam non eſt locus captandæ popularis auræ, quando magiſtratus creantur auctoritate principis non populi, ſed habet tantum locum in municipiis, ſi quis petierit magiſtratum, municipalem ſcilicet, qui pertinet ad populi favorem, non ad curam principis, ſicut etiam ſacerdotium civitatis, ead. l. oſtendit pertinuiſſe ad populi favorem, ſicut conſtat in primaria Eccleſia id obtinuiſſe. Et hoc etiam demonſtrat Nov. Leonis 46. & 47. quæ noviſſime conſtituit, ut defenſores, & magiſtratus, quos vocat *στρατηγοὺς*, quos non præfectos, ut interpres fere fecit, oportet interpretari, ſed Duumviros, ut ſemper in libris noſtris *στρατηγοὶ* ſunt magiſtratus municipales. Cæterum in eis conſtituitur, ut eorum creatio pertineat ad curam principis, non ad favorem populi, quo jure utimur etiam hodie. Præterea utrique, id eſt, defenſores, & *στρατηγοὶ τῶν πόλεων* habent jus conficiendorum actorum, *l. 1. inf. tit. prox. & l. 7. h. tit.* nam apud omnes poſſunt confici acta, quæ ſolent plerumque confici, ut de donatio. vel de teſtam. cum inſinuantur apud acta, *au Greffe*, conteſtationes etiam, ſive proteſtationes fiunt apud acta. Et fiunt igitur recte apud defenſorem plebis, vel magiſtratum municipalem: & ubi eſt curia, neceſſe erat præter magiſtratum in actis conficiendis, etiam adhibere præſentiam trium curialium, & exceptorem publicum, *le Greffier*, ut major veritati accederet authoritas, *l. 15. C. Th. de decurionibus, & Nov. Theod. de trib. fiſc.* Præterea utriſque datum eſt conſtitutionibus jus dandi tutoris defenſore adhibito, & magiſtratu ex *l. 3. de tutor. & curator. datis*, *§. nos autem, Inſt. de Attil. tut.* Cæterum quam legis actionem invenio aliquando eſſe apud magiſtratum municipalem, videlicet ut apud eum mancipationes, & manumiſſiones fieri poſſint, adoptioneſque, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ: alia enim eſt contentioſa, *l. 2. de officio proconſ.* & quam, ſcilicet voluntariam, non exercent, niſi ii, qui habent legis actionem, & apud quos actus legitimi, & ſolemnes expediri poſſunt: non habebant legis actionem omnes omnium municipiorum magiſtratus, ſed qui habebant, hæc apud eos expediri poterant, *l. ult. inf. de manumiſſ. vind. l. 4. D. de adopt.* quæ dicit, magiſtratum, apud quem legis actio eſt, poſſe apud ſe emancipare. Nam magiſtratum municipalem intelligere oportet, quia urbanus habuit ſane legis actionem, non municipalis. Et ideo ſub conditione ait, *ſi*, & ut hoc uno verbo admoneam, in his libris ſæpe (ſunt enim plures) eſt magiſtratus municipalis, ut *tit. de magiſtratib. conveniendis*. Idem oſtendit Paulus 2. *Sentent. tit. 25.* Cæterum, ut cœpi dicere, quam invenio aliquam legis actionem eſſe apud magiſtratum municipalem, eam nunquam invenio eſſe apud defenſorem plebis. Aliter videtur ſentire gloſſa in *d. l. 4. de adoptionib.* Et rurſus quam invenio multæ dictionem non eſſe apud defenſorem plebis in *l. 5. ſup. tit. proxim.* ſuſpicor fuiſſe apud magiſtratum municipalem, quoniam omnis, qui publice judicium exercet, jus habet multæ infligendæ, niſi ſit ſpecialiter exceptus. Ergo multæ dictionem habet: nam & pignoris capionem habet, *l. quemadmodum, §. magiſtratus, D. ad leg. Aquil. l. 4. §. 1. D. de damno infecto*, non poteſt quidem ſuam juriſdictionem tueri magiſtratus municipalis pœnali judicio. eo ſcil. quod proponitur in *l. 1. D. ſi quis jus dicenti non obtemperar.* ubi excipiuntur nominatim Duumviri: ſed aliud eſt pœnale judicium, aliud dictio multæ. Et invenio etiam magiſtratus municipales habuiſſe modicam coercitionem, non in liberos homines, quos ad præſidem provinciæ remittebat, ſed in ſervos, quos tamen capitales remittebat *l. 12. D. de juriſdict. l. 15. §. adjicitur, D. de injuriis, l. ſi privatus, D. qui, & à quib. manum.* ubi agit de ſervo quodam, qui ſe liberum eſſe dicebat falſo, ne coerceretur à magiſtratibus municipalibus ſcilicet: nam urbanus, aut provincialis etiam in liberum hominem habuit auctoritatem, & coercitionem: & ita in illo loco in Baſilicis *τῶν στρατηγῶν*, quæ omnia retuli, ut intelligeretis majorem fuiſſe poteſtatem magiſtratus, quam defenſoris.

AD TIT. LVII. *De Officio Juridici Alexandriæ.*

COnſtitutio hujus tit. Juridici Alexandriæ dat jus conficiendorum actorum, & nihil præterea ei datum eſt etiam conſtitutionibus jus dandi tutoris, data legis actio, *l. 1. & 2. D. eod. & §. nos autem, Inſtit. de Attil. tutore.* Is in Alexandria jura reddit, & inde juridici nomen, quod ei tantum, & proprie attributum erat, quanquam & alii plerique ſunt, & appellari poſſunt juridici: ſed tamen non appellantur à noſtris auctoribus, qui non confundunt temere nomina: hunc *δικαιοδότην* Strabo, æquidicum antiquæ inſcriptiones vocant: fuit ſub præfecto Auguſtali & ipſe Auguſtalis, & Juridicus Alexandriæ, pertinebat ad curam principis, uter-

A uterque ab ipſo Auguſto conſtitutus. Ordo autem, ſive curia in Alexandrina civitate initio nulla fuit, voluitque Auguſtus, ut uno juridico Alexandria contenta eſſet. Ægyptiorum ingenia Auguſto ſemper fuere inviſa atque ſuſpecta: ut noluerit concedi curiam Alexandriæ, quæ eſt Ægypti, & ea ratione nullum Alexandrinum ex lege Auguſti licebat cooptare in Senatum urbis. Sed poſtea Severus Imper. Alexandrinis etiam jus curiæ dedit, jus voluntarium, ut ait Spartianus: nam decuriones appellantur. Et eleganter interpres novi Teſtamenti βουλευτὴς interpretatur, decuriones: & ita ſemper eſt vertendum. Deinde Antoninus, ut Dio ſcribit lib. 51. eis dedit jus coeundi in Senatum, ut Senatores populi Romani fieri poſſent.

B

AD LIB. II. COD.

RECITATIONES DOMINI CUJACIJ.

AD TIT. I. *De Edendo*.

EXPOSITIS lib. 1. Officiis diverſorum Judicum, ordine ſuſcipit tractandum, quo quiſque de jure ſuo apud judices experitur, & initium facit à tit. de edendo. Prætore jubente actorem C edere ſpeciem actionis, qua acturus eſt, ut reo ſit integrum diſpicere utrum contendere debeat an cedere, vel tranſigere, & paciſci cum actore litis evitandæ gratia, fuit & idem tit. de edendo, & editione inſtrumentorum litis: nam ea quoque profecto æquiſſimum eſt edi ei unde petitur, & ſimiliter de editione, ſive de edendis rationibus argentariorum, qui ſcilicet ſolebant conficere fere rationes contrahentium. Olim non ſolvebatur niſi ad menſam argentarii, ipſo argentario nummos explorante, & expendente, & excipiente rationibus ſuis, quæ fidem publicam faciebant quid eſſet numeratum, quid ſolutum. Denique in tit. de edendo propoſita ſunt edicta de edendis rationibus, & edendis inſtrumentis litis, & edendis rationibus argentariorum, actione etiam propoſita in argentarios, ſi nollent reddere poſtulantibus, quorum res erat, quod plenius de- D monſtratur in tit. *Pandect. de edendo*: nam in hoc tit. C. eſt una tantum lex, quæ proprie pertinet ad titulum: nimirum *l.* 3. reliquæ leges ſunt quodammodo extra carceres hujus tit. affines tamen huic, & proximæ: veluti an reus cogatur edere rationes ſuas, quibus ſcilicet actor fundet, muniat, inſtituat actionem ſuam, quod facere non cogitur: nam ut ait *l. ult. h. tit. non oportet originem actionis fundari ex inſtrumentis ejus, qui convenitur*: ex cauſa tamen quandoque judex jubet etiam reum edere rationes ſuas, ut in *l.* 1. *h. t.* Definitur etiam alia quæſtio, an acta publica ſint edenda cuilibet poſtulanti, quod eſt affine capiti de edendis rationibus argentariorum: nam & hæ erant publicæ, ſed *l.* 2. *h. tit.* quæ loquitur de actis publicis, loquitur de actis, quæ conficiuntur apud eos, quibus jus eſt conficiendorum E momimentorum, actorum, geſtorum, veluti apud præſides in provinciis, vel apud duumviros, vel apud defenſores, & in urbe apud magiſtrum cenſus: & ſane cum ſint publica, videntur eſſe edenda cuilibet poſtulanti. Etiam alia definitur quæſtio, an poſt litem conteſtatam reo actor cogatur edere rationes ſuas, vel alia inſtrumenta, quibus reus poſſit inſtruere defenſionem ſuam, quod ſane reo concedi æquiſſimum eſt: & magna eſt hac in re differentia inter actorem, & reum, petentem ſcilicet edi ſibi rationes actoris, quod facile impetrat, *l. ult. h. t.* in cauſis criminalibus illud eſt abſolutum, ut ſi accuſatori deficiant probationes, protinus reus abſolvatur, ne temere judex ex propriis documentis, quæ reum edere coget, damnet reum, ſed ex probationibus tantum, quas accuſator protulerit, alioquin quam accuſationem accuſator intentabat reo reflectitur in accuſatorem. Et ait *l. 4. actore non probante*: eſt enim de accuſationibus tantum, qui convenitur obtinebit. In *C. nos Chriſtiani* 32. *q.* 6. *probatione ceſſante vindictæ ratio conquieſcit*. Caſſiodor. 7. *Reus, qui dicit, & probatur*. Cæterum in cauſis civilibus actore non probante, non protinus reus abſolvitur: nam ex cauſa jubet nonnunquam judex poſtulante actore reum edere rationes ſuas, ex quibus damnat reum, etiamſi nullas probationes attulerit actor: & rurſus altero non probante defertur plerumque jusjurandum reo, vel etiam actori: non igitur protinus abſolvitur reus, & in *d. l.* 4. actor ſignificat accuſatorem: nam lex ita incipit, *qui accuſare voluit*. His de rebus non erant proprie edicta propoſita ſub *tit. de edendo*, ſed de quibus dixi antea. Porro, ut initio diximus, initium facit Juſtinianus, ut videtis, ab editione actionis, ut etiam in libris ad edictum Ulp. & Paul. initium fecerunt à tit. de edendo, initium ſcilicet ordinis juris ſui perſequendi, ordinis moriſque judiciorum, ut inde fiat veriſimile, etiam ab editione actionis cœpiſſe edictum perpetuum, cujus utique ordo obſervatur in C. magis, quam in Pandect. & vero Pand. initium faciunt *à tit. de in jus voc. non à tit. de edendo*: & defendi poſſunt hac ratione, quod eodem fere tempore, & ederetur actio reo, & vocaretur reus in jus, quæ res efficit, ut omnium actionum initium proficiſci dicatur à tit. de in jus vocando, in *§. ult. Inſt. de pœna temere litig.* & ſimiliter contra poſſum non falſo dicere, omnium actionum inſtituendarum initium proficiſci à tit. de edendo: nam facile conſtitui non poteſt vocatio editione, an editio vocatione prior fuerit: conjunctæ certe, aut affines fuiſſe videntur, atque contiguæ. Porro edere, eſt demonſtrare ſpeciem futuræ litis, *l. 3. h. t.* exprimere ſpeciem, & nomen actionis, in *l. ult. inf. de interdictis*, quam editionem ait *d. l.* 3. poſſe mutari, aut emendari, prout edicti perpetui monet auctoritas, id eſt, ſecundum quod edicto eſt definitum: eo ſcilicet edicto, quo jubetur edi actio, id eſt, eo definitum, ut ante litem conteſtatam, poſt editionem ſit liberum actori eam emendare, vel immutare ſimul, ac eam, vel emandationem, vel mutationem pateſacere reo. Sed adjicit *d. l.* 3. poſſe etiam eam mutari, vel emendari prout jus reddentis decernit æquitas: malim decernet, quam decernit, id eſt, etiam poſt litem conteſtatam ex cauſa, ſi ita judex decreverit mutare, vel emendare actionem licet ex edicto ante litem conteſtatam, licet etiam poſt litem ex decreto judicis in *§. ſi quis agens, Inſt. de action.* mutatur actio, cujus nomen mutatur, ut ſi pro actione ex ſtipalatu reponatur actio ex teſtamento: emendatur ea actio cujus nomine retento pars aliqua corrigitur; ut ſi pro Sticho, qui dicebatur deberi ex ſtipulatu, repoſitus ſit Pamphilus. Et notandum etiam hic magnam eſſe differentiam inter editionem, & litem conteſtatam, quod ex *d. l.* 3. conjuncta *l. 1. inf. de litis conteſt.* eſt apertiſſimum: & vero eſt conjungenda utraque: utriuſque enim eſt eadem inſcriptio. Fuit una conſtitutio, quæ ſciſſa eſt in partes: hæc pars *l. 3.* eſt de editione, illa, de litis conteſtatione, & definit non eſſe litem conteſtatam, qua de re hodie etiam diſceptatur frequenter, ſi ſimplex poſtulatio celebrata ſit, quod ego interpretor ſecundum jus vetus, ſi petita ſit, & impetrata actio ab eo, qui juriſdictioni præeſt: conteſtatio eſt initium litis, nondum lis, ſed controverſia: non eſt etiam lis conteſtata, inquit, ſi actionis ſpecies ante judicium reo cognita ſit, id eſt, ſi edita ſi actio nondum lis eſt conteſtata; ſed tum demum lis dicitur conteſtata, cum judex per narrationem negotii ex utraque parte cauſam audire cœpit: multæ præcedunt ſæpe volutationes, tergiverſationes, & moræ, antequam pars velit inire conteſtationem litis, quia tum initur ſolemniter, cum narratur negotium utriuſque exacte, & diligenter. Editio igitur eſt præparatio, ſive indi-

indicium litis, conteſtatio eſt initium litis proprie. Notandum autem maxime, hodie ſtatim eſſe edendam actionem ipſo limine judicii ruptis veteribus ambagibus, ut ait *d. l. ult. inf. de interdictis*: quænam ſint illæ ambages, hoc declarat *l. 6. & toto tit. de denunciatione, ſive editione reſcr. C. Th.* nam ante editionem, & litis conteſtationem præcedebat ſolemnis denunciatio, inſinuatio, intimatio litis, non demonſtratiu, ſed comminatio litis, quæ fiebat apud acta abſente reo, aot non faciente ſui copiam, vel ſi quis erat acturus ex reſcripto, edendum erat reſcriptum ipſum adverſario antequam ederetur formula, libellus petitionis, & à denunciatione eraut conſtituta tempora certa utrique parti ad actionem proponendam. Itaque non protinus actio edebatur, aut diſceptabatur: ab illa ſolemni denunciatione data eraot certa tempora ad inſtruendum ſe, quod ille tit. C. Th. indicat etiam ab ea temporis præſcriptione exceptas fuiſſe cauſas Eccleſiaſticas, quas protinus agi oportebat remota denunciatione temporis, & obſervatione, ſcilicet cauſaa modicas; id eſt, quæ non excedebant ſummam centum aureorum, & cauſas, quæ celeritatem deſiderabant, veluti cauſam interdicti, & adipiſcendæ, vel reciperandæ poſſeſſionis, quæ nobis eſt momenti cauſa, quod celeriter poſſeſſionem reformari oporteat: excepta etiam erat perſecutio fideicommiſſi, & actio de inoff. teſtam. & actio tutelæ, & actio negotiorum geſtorum, & actio ex chirographo, & alia ſi certum petatur de chirographis: cæterum hodie nullæ cauſæ excipiuntur: nam definitum eſt non eſſe amplius in ulla cauſa his ambagibus locum, ſed ſtatim, ut dictitant antiqui eſſe ſtimulandum equum ad carceres, apud Nazianzenum κινεῖν ἵππον, hoc eſt quod in Inſtitutionibus legitur in *§. appellamus, de act.* nullam eſſe hodie denuntiationem, ſed rem incipere ab editione, & vocatione.

AD TIT. II. *De in jus vocando.*

IN jus vocare, quid eſt? an libellum contrarium dare principi, vel judici? minime, *l. 15. D. eod.* an judicem interpellare defenſionis ſuæ audiendæ cauſa, ut ſe audiat defendere volentem: an vero interpellare actorem, ut veniat auditurus defenſiones rei? minime, *l. 14. D. eod.* ſed in jus vocare, eſt juris ſui experiundi cauſa adverſarium vocare ad judicem, non per viatorem, quod tantum noviſſime factum eſt, ſed olim fiebat per ſeipſum: & is, quem actor vocaverat ſequi compellebatur, & dicto audiens eſſe, aut ſane trahebatur, rapiebatur manu injecta, niſi ſatiſdaret judicio ſiſti ad diem certum, vel niſi tranſigeret, *l. 5. §. item, ff. qui ſatiſdare rogant. l. neque, ff. de in jus voc.* erat igitur in eo velut quædam ignominia rapi ab adverſario invitum: qua de cauſa non licebat vocare patrem in cujus erat poteſtate, ut oſtenditur in eod. tit. nec etiam patrem, qui emancipaſſet, nec matrem, cujus conſtat nullam eſſe poteſtatem in filios, nec patronum, aut patronam, nec alias perſonas, quibus debebatur reverentia: non licet rapere invitum, niſi ſcilicet venia impetrata à prætore, & ita venia eſt ſalva reverentia, veniæ petitio erat conſervatio reverentiæ.

AD TIT. III. *De pactis.*

FRuſtra adverſarium in jus vocaſti, & ab eodem fruſtra ſtipulatus es judicio ſiſti, ſi poſtea tecum de re tranſegerit ante, vel poſt diem, in quem ſiſti promiſit, nihil refert: nam etiamſi contemnat promiſſionem judicio ſiſtendi cauſa factam: ſi fallat ad condictum diem, vel ſtipulatio oon committitur, vel ſane eliditur exceptione pacti, vel tranſactionis, vel doli mali, quoniam concurrit cum exceptione pacti ſemper. Et hæc eſt ſententia *l. 2. ſi quis caution.* Ideo in hoc judiciorum inſtituendorum exordio recte dedit tit. de pactis, & de tranſactionibus, quibus ſcilic. ſæpe dirimuntur lites, at-

A que definiuntur, & extinguuntur ſtipulationes judicio ſiſti extortæ ab adverſariis in jus vocatis. Hi igitur duo tit. ſunt veluti exceptiones ſuperiorum, ut edatur actio: ut in jua vocetur adverſarius, & ſequatur vocantem, vel ut caveat judicio ſiſti promiſſa pœna niſi ſteterit, & ut conveoiatur niſi venerit ad diem condictum, ſi deſeruerit vadimonium, niſi ſcilicet de re pepigerint litigantea, & tranſegeriot. Nihil autem refert pactum dicamus, an pactionem: nam juris auctores promiſcue his duobus nominibua utuotur, *l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, D. de pact.* oudam pactionem ooo parere actionem, & in ſequentibus ex oudo pacto non naſci actionem: Fateor conſtitui poſſe ſubtilem quandam differentiam ex eo quod *l. 1. D. de pact.* dicat, pactum dici à pactione, ſignificans ſcilicet more Stoicorum denominatum nomen dici à denominaote, ſicut cum dicunt liberum dici à libertate, teſtimonium à teſtatione, donum à donatione, ut Stoici hominem ab humanitate, claudum à clauditate, ut ſcilicet ita res omnes nomen accipiant à forma, vel idea. Et ita licet nobis dicere, pactionem nudam eſſe formam, quæ per ſe intelligitur ſine ſubjecto, pactum non eſſe ſine ſubjecto, id eſt, ſine re, de qua conveniatur, pactionem eſſe vocem denominantem, & pactum denominatam, pactionem abſtractum eſſe, pactum concretum. Sed juris auctores hanc differentiam ounquam obſervant: ideo dicimus inter pactum, & pactionem nihil intereſſe, & ſtulti ſunt illi, qui pactionis, vel pacti nomine comprehenduut etiam contractus: eſt graviſſimus error: conventionis nomine fateor contineri pactum, & contractum. Con-

C ventionis nomen generale eſt, non pacti, nec contractus pactum dicitur uſquam, nec retro pactum contractus: imo magna eſt differentia. Ex pacto non eſt actio, ſed exceptio tantum, vel replicatio, niſi lege confirmatum ſit, vel niſi contractui bonæ fidei pactum adjectum ſit ex continenti: nam pactum, quod apponitur contractui format actionem contractus, & dicitur lex, quia dat legem, & formam actioni ex contractu. Regulariter ergo ex pacto non eſt actio, non obligatio. Ex contractu eſt obligatio, & actio: ex pacto non eſt civilis obligatio, ex contractu eſt: & ut definitionibus res oſtendatur: contractus eſt conventio, quæ habet nomen proprium, vel cauſam, cauſa eſt datio, vel factum: vel cootractus eſt conventio, quæ nomen habet proprium, aut ſi non habet, ex datione, vel facto jam ef-

D fectum ſumpſit, ut emptio, & venditio, quæ perficitur nudo conſcuſu eſt contractus, quia nomen proprium habet ex jure gentium, cui conſenſus omnium gentium uſuſque nomen indidit proprium, non inane, ſed cum effectu. Cum rem do, ut des, eſt contractus, qui vacat nomine, non tamen vacat cauſa, cum jam datione ſumpſerit effectum, vel facio, ut facias: heic etiam ſubeſt cauſa, ſcilicet factum, etiamſi nomen proprium non ſubſit: pactum autem eſt conventio, cujus neque nomen ſubeſt ullum, neque cauſa, ut dabo, ot des, dabo tibi togam, tu mihi dabis tunicam: hæc conventio caret nomine, caret etiam cauſa, quia nemo quiſquam implevit conventionem pro ſua parte: eſt nudum placitum, ex quo non eſt actio, eſt imperfecta conventio, quæ deſtituta eſt cauſa, & nomine, vel etiam pactum eſt

E res, de qua convenit inter duos pluresve, quæ nomen non habet aliud, quam generale nomen pacti, non ullum proprium, quæque nondum ulla ex parte paciſcentium ſumpſit effectum. Denique nudum pactum, nudum ſcilicet, & nomine, & cauſa, nudum, & ſimplex & ſolum, aut per ſe ſolum, ut Plautus loquitur, & dicitur nudum κατ' ἐξαίρετον, id eſt, præcipuo quodam nomine, non πρὸς διαστολὴν, quaſi ſit aliud oon nudum: omne pactum nudum eſt, & nunquam oportet dimoveri ab hac ſententia, nec nos debet perturbare *l. legem 10. h. t.* dum ponit, quendam cum dotem daret pro alumna, adjeciſſe legem aliquam in danda dote, puta ea lege, conditione, & pactione dediſſe, ut viciſſim faceret aliquid, qui dotem accipiebat, & illam legem ad-

jectam

jectam in danda dote non ſolum ſervari oportere, ſed A etiam datis actionibus compelli eum, qui dotem accepit pactionem ex eo contractu ſervare, cui formam ea lex dedit. Verum objicies, ut ait *d.l.*ex pacto non naſci actionem, lex illa pactum eſt, ergo non naſcitur actio ex eo. Reſpondeo id verum eſſe cum pactum nudum eſt, cum conventio pacti tantum nudi nomine cenſetur, ut eſt in *l.ult. inf. de rerum permut.* atqui hæc conventio contractus nomine potius cenſetur: ergo non mirum ſi ex ea detur actio; & hoc eſt quod ait *d. lex* 10. *alioquin cum pecunia datur*: & omne igitur pactum eſt nudum, eſt perpetuum epitheton pacti. Græci pactum ita definiunt, vel deſcribunt potius. Pactum eſt, inquiunt, ſi nulla præceſſerit datio, nullum factum, ſed convenerit ſimpliciter de dando, vel faciendo: vel ut ait *l. ſi tibi, inf. de locato*: conventio, quæ placiti fine B ſteterit: nam promiſſum accipitur generaliter, nec ſignificatur ſtipulatio tantum, ſed comprehendit, & conventionem, & pactum, & dationem omnem: hoc genere nullum negotium contrahitur. Cæterum definitio illa non eſt plane perfecta, eſt gravida, ſed nondum fœta: nam emptio, & venditio, & conventio nuda, quæ neque datione rei, neque pretii numeratione ſumpſit effectum, perficitur etiam ſolo conſenſu, *l.1. ſ. ult. & l. 2. de contrah. empt.* & tamen contractus eſt, non pactum: quia ſcilicet nomen proprium habet. Igitur in pacti definitione non eſt ſatis notare abeſſe ab ea conventionis cauſam, ſed oportet adjicere abeſſe nomen proprium, & omnino rectiſſima eſt definitio poſita in *l.1. ff. de pactis*. Pactum eſt duorum, vel plurium in idem placitum conſenſus. Conſenſus, id eſt, nihil niſi C conſenſus: vulgo legitur, *placitum, & conſenſus*. Sed Pandectæ Florentinæ ſine conjunctione, ut ita intelligatur, in idem placitum *ἀρεστὸν*, in idem placitum conſenſus: & ita in *l. ex placito, ff. de rerum permut.* id eſt, ex pacto: & eſt quædam alluſio, *l.diviſionis placitum, ff. de pactis.*:

AD TIT. IV. *De Tranſactionibus*.

TRanſactio eſt ſpecies pacti. Tranſactio eſt pactum, quo lis, vel præſens vel etiam futura dirimitur inter partes, ut in *l.2. h. tit.* vel eſt deciſio litis, vel controverſiæ facta conſenſu partium. Differentia eſt inter litem, & controverſiam, *l.5.& 25.ſ.plane, de pet.hered.* Controverſia eſt cauſa litis futuræ, lis autem eſt con- D troverſia, quæ jam conteſtata eſt tabellis obſignatis, vel res in judicium deducta. Tranſigimus non tantum de lite, ſed ante litem de controverſia, de lite ſcilicet, quam veremur, ut in *d. l. 2.* pacti nomen latius patet, quam tranſactionis: nam pactum fit etiam de re certa, & indubitata, puta donationis cauſa, ut pactum de non petendo debito, quod dicitur *συγχωρητικὸν σύμφωνον*. Tranſactio fit tantum de lite incerta, & nondum finita: nam finita lite, id eſt, poſt rem judicatam, non valet tranſactio, neque poteſt appellari tranſactio, ſed pactum, quod intervenerit inter partes: neque tranſactio eſt tantum de lite, ſed etiam de re quacumque dubia, *l.1. ff. eod.* veluti de incerto conditionis fideicommiſſi: ſi mihi relictum ſit fideicommiſſum ſub conditione, de eo potero tranſigere pendente conditione, ita ut remittam E jus omne meum paucula accepta pecunia præſente, ut fit ſæpe, & exempla ſunt in *l.1. & l. cum proponas. ſup. de pactis*: nam & tit. de pactis habet de tranſactione pleraque, quandoquidem perficitur tranſactio pacto: & in *l.fideicomm.eod. tit.* & ſecundum hæc videmus tranſactionem nuſquam fieri gratuito, nuſquam donationis cauſa, quandoquidem fit ſemper de re dubia, & incerta, ut eſt in *l.38. eod. tit.* aliquo dato, vel retento, vel promiſſo: pactum poteſt eſſe liberalitas, nulla eſt tranſactio liberalis, & ita ſeparatur ſemper tranſactio à donatione diligenter, *l. condictio* 15. *ſ. Papin. ff. loc.* eſt elegans ſpecies, locator remiſit colono *au Fermier*, penſionem unius anni propter ſterilitatem, quam remiſſionem dicimus *un rabais*: ſequentibus annis contigit ubertas: definitur in ea *l.dominum* poſſe repetere integram penſionem, etiam ejus anni, quam remiſit propter ſterilitatem, remiſſionem nihil ei obeſſe, quia ſequentibus annis contigit ubertas: quod ſi in remittendo uſus ſit donationis verbo, & dixerit ſe colono donare, non tam, inquit, eſt donatio, quam tranſactio, & non aliter ſtatuitur, quam ſi, & ſequentibus annis non ita reſponderint fruges, ut poſſint ſarcire damnum anni ſterilis, & ita in *l. quidam, ff. de donationib.* donatio non valebat olim rei corporeæ niſi interveniſſet emancipatio ſolemnis, & rei incorporeæ niſi interveniſſet ſolemnis ceſſio in jure, veluti nominis, ſive obligationis: donatio non valebat niſi ſolemniter cederetur nomen apud prætorem. Finge: In jure quidam eſt interrogatus, an deberet aliquid Titio, qui ſane ei debebat aliquid. Cæterum in jure reſpondit, Titium nihil ſibi debere: videtur amiſiſſe actionem contra Titium. Imo non amiſit, quia ea verba ſunt donationis verba, & non fecit ceſſionem nominis ſolemnem. Verum ait, quod etſi non tranſactionem, ſed donationem ea verba referre, quis velit, tamen qui in jure interrogatus ita reſpondit, ſuam confeſſionem non poteſt infirmare. Secus igitur ſi hoc dixiſſet extra jus: nam frequenter confeſſio extra jus nihil obeſt, & comparatur pacto nudo, ex quo nulla naſcitur obligatio civilis: etiam ſeparatur donatio à tranſactione in *l.tutores, ſ.ab eo, qui, de adminiſtrat.tut.* Tranſactio igitur ad litem refertur, vel ad negotium aliquod ambiguum, nec fit unquam donationis cauſa, aut jam non eſt tranſactio.

AD TIT. V. *De errore calculi*.

QUod eſt in tit. 5. eſt pars tit. de Tranſactionibus, ut intelligamus tranſactionem reſcindi ſi erratum ſit in computatione, niſi etiam de errore calculi nominatim tranſactum ſit: ſicut proditum eſt ſuper.tit. propter doli, aut falſi cauſam reſcindi tranſactionem, niſi & de iis ſpecialiter tranſactum ſit: res eſt apertiſſima.

AD TIT. VI. *De Poſtulando*.

REcte pacta, & tranſactiones ſequitur tit. de poſtul. nam ſi rem partes inter ſe pacto non decidant, quid aliud ſupereſt, quam, ut partes ſua deſideria exponant apud judicem per ſe, vel per advocatum, quod eſt poſtulare. Igitur poſtulare eſt in jure poſtulare, & vero eodem ordine ita ſunt præſcripta in 12. Tab. *Rem ita ni pagunt in comitio, aut in foro ante meridiem cauſam conicito*, id eſt, poſtulato, & agito. Poſtulat, qui cauſam agit, & tuetur: nam vel alienum, quod fit, non tantum litis conteſtatione partibus præſentibus, ſed & qualitercumque in jure apud judicem, etiam abſente adverſario, vel etiam nullo exiſtente adverſario: poſtulationis enim nomen latiſſime patet: fuit autem ſub hoc tit. propoſitum edictum prætoris de his, qui apud judices poſtulare non poſſunt, edictum ſcilicet prohibitorium, ut edictum de procuratoribus in *l. mutus, ff. de procurat.* dicitur eſſe prohibitorium, quia qui edicto non ſunt prohibiti poſtulare, iis licet poſtulare: & poſſumus quoties edictum eſt prohibitorium, ita ſemper argumentari: non comprehendor edicto prohibitorio, ergo licet mihi, quod non licet edicto comprehenſis, & edictum huc non proponitur quidem in h. t. ſed latiſſime in Dig. explicatur: ergo ſub hoc tit. erat propoſitum illud edictum prohibitorium, licet in h. tit. de eo edicto nulla fiat mentio, & conſtitutiones tantum alios addunt, quam qui comprehenſi erant in edicto, qui prohibentur poſtulare, ut in *l. ult.* prohibentur poſtulare, qui non ſunt Chriſtiani: iis interdicitur advocatione, & poſtulatione. Item qui pacti ſunt partem aliquam litis, veluti pro honorario, quam tuendam ſuſceperant, quæ eſt pactio turpiſſima, redemptio litis, fœda, & vetita multis legibus, *l.ſumptus, ff.de pact.l.1. ſ.ſi-*

Digitized by Google

§. ſicut cautum, D. de extraordinar. cognit. l. item, inf. de procurat. l.20. inf. mand. Ita in *l. 5. eod. tit.* pro alio poſtulare prohibetur, quem probatum eſt ſuſcepiſſe tuendam cauſam clientis, vel ſuſcepti ſub pactione dimidiæ, 3. aut 4. partis litis: hi etiam l.6. prohibentur poſtulare, qui ſunt ex numero judicum, quod neceſſe fuit conſtitui: nam invenio olim ex pluribus judicibus ſæpe datum unum, qui ſuſciperet patrocinium hujus, vel illius partis in Epiſt. Plinii lib. 3. & ut qui ſedent modo ſtarent: nam judicis eſt ſedere, advocati ſtare, ut intelligitur ex fine *d. l. 6.* nam ſtando ad tribunal cauſas agunt, & peragunt. Additur in *d. l. 6.* de modeſtia advocatorum, ne in adverſarium contumelias ſpargant, ut agant quod cauſa deſiderat, temperent ſe ab injuria, nec ſint adeo procaces,ut non ratione, ſed probris putent eſſe certandum: hanc procacitatem notari infamia hæc lex ait, et eleganter in eodem propoſito Caſſiodorus, *Certaminibus ejus modeſtia ſemper adſuit, &c.* ex quo intelligitur, modeſtius eſſe contendere, quam litigare. Et adjecit, *cognitus eſt; ut probaretur vincere, nec contrarium lædere*, id eſt, adverſarium, et pactiones, de quibus in l.5. ſtrictim, vetantur in l.6. dum ait, ut advocatus nullum cum litigatore, quem in propriam recipit fidem, contractum ineat, nullam conferat pactionem, et addunt Græci illo loco *περὶ τῆς δίκης, ἢ περὶ τῶν μισθῶν, de parte litis, vel de honorario*, et notatur ſpecialiter in *l.1. C.Theod. de poſtul.* ne priuſquam cauſam alienam agant habita pactione curent in ſe transferri præcipua bona, præcipuum fundum, *la meilleure piece qu'ils ayent*, leges perſequuntur atrociter, et allegantur extra cœtum honeſtorum virorum, id eſt, notantur infamia. Invenioque eos non poſſe poſtulare ex *l. pen. hoc tit.* qui dati advocati à judice non inveniente advocatum, pro eo poſtulare detractarunt. Judex ſæpe dat advocatum non habenti ex edicto prætoris, ſi advocatum non habent ego dabo, *l.1. D.de poſtul. l.9. §.obſervare, D.de offic. proconſ.* et dat etiam aliis omnino non poſtulantibus, veluti plerumque fœminis, et pupillis, vel aliis debilibus, vel iis, qui ſuæ mentis non ſunt, *l. magis, §. requirat, D. de rebus eorum, qui ſub tut. l.3. §. tutor, de ſuſp. tut.* & ita dati à judice ſi hoc pio officio fungi detrectant, jam nec ulli deinceps alii adeſſe poterunt, quaſi indigni advocatorum nomine, & honore, qui in eo contumaces adverſus judices fuerunt.

AD TIT. VII. *De Advocat. diverſ. judiciorum.*

SEquitur tit. 7. in quo tractatur, remotis iis, qui poſtulare non poſſunt, de iis, quibus poſtulare licet pro ſe, vel pro aliis, ingenuis ſcilicet, & libertinis: nam & libertinis licebat cauſas agere, *l.2. ſup. de poſtul.* de his igitur, qui poſtulant in foro diverſorum judiciorum, puta in foro præfecti prætorio, præfecti urbi: horum ſunt variæ appellationes, patroni, advocati, cauſidici, oratores, rhetores, togati dicuntur, & ſcholaſtici, ſicut in *l.2. inf. de advoc.* Scholaſticus eſt, qui ſe exercet in ſchola rhetorum declamando: quod cœperint, & obtinuerint nomen in ſchola rhetorices, idem retinent in foro, & relati in advocatorum numerum, etiam ſcholaſtici dicuntur, ut in Concilio Africano ſcholaſticus, qui in actu ſunt, vel numero defenſorum cauſarum: ſunt enim alii, qui nondum exierunt ſcholas: & ita Macarius hom.15 *ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὅταν τῶν δικολόγων ἀναγέγραπται καὶ ἔσχατος ἐστι, id eſt, cũ fuit ſcholaſticus quand il eſt receu Advocat, omnium advocatorum eſt poſtremus, & arcarius:* fuit olim differentia inter advocatos, & patronos. Patroni agebant cauſas, alii advocabantur in concilium. M. Tull. pro Cluentio: *Quis enim non modo in patroni, ſed in laudatoris, vel advocati loco viderat.* Et Aſconius Pedianus: *Qui alium defendit in judicio, aut patronus eſt, ſi orator eſt, aut advocatus, ſi jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico*: nam litigatores in forum ſecum ducebant amicos ſuos omnes conſiliarios ſuos; iſque comitatus dicebatur advocatio, & plerumque patronus non erat juriſperitus, advocatus juriſperitus. Sed hodie his nominibus abutimur, & advocamus patronum, qui litem noſtram agat: invocamus judicem, qui jus reddat nobis: vocamus adverſarium, evocamus teſtem, & ita hæc verba in jure ſunt diſtinguenda. Porro in unoquoque foro certus fuit advocatorum numerus, certa matricula, in *l. ult. inf. de adſeſſorib.* certum corpus, collegium, conſortium ſub primiceriis, qui hoc tit. priores dicuntur, & primates, & qui intra eum numerum erant dicebantur ſtatuti, qui ſupra numerum, ſupernumerarii, & quantum apparet ex conſtitutione hujus legis magna differentia inter ipſos. Statuti privilegiati ſunt habentes certa quædam privilegia, & fori privilegium & immunitatem, & ſi filiifamilias ſint, quod ex ea profeſſione adquirunt, id omne ſibi habent, & poſſident tanquam caſtrenſe peculium, nec acquirunt patri, in cujus ſunt poteſtate, *l.4. h.tit.* nam & militare dicuntur advocati in *l. 14. h.t.* Manilius Porta 3. Aſtronomic. *hoc quoque militiæ genus eſt civilibus actis compoſitum:* & Eumenius in orat. pro ſcholis reſtaur. *Magna diverſitas eſt inter hanc aciem fori, & noſtra illa ſecreta judiciorum exercitia: ibi armantur ingenia, hic præliantur, ibi præluſio, heic pugna committitur, hic plerumque velut, ſudib. & ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur*. Et Caſſiodorus: *Oratorum pugna civilis juris claſſicum canit*. Et ut percenſeamus cætera ſtatutorum privilegia, horum filii, ſi foro ſunt idonei quoties in ſtatutorum demortuorum locum ſufficiendi ſunt, ſupernumerarii præferuntur cæteris ſupernumerariis etiam antiquioribus in advocationis officio, & nihil impendunt pro introitu, ſed gratuito ſubrogantur in demortui patris locum: nam in omnibus corporibus, et collegiis erant ſub primiceriis, ſub legibus, et ordine certo: novi ſemper ſportulas aliquas erogabant collegiis pro introitu, novi decuriones, novi advocati, ſed filii ſtatutorum advocatorum ſubrogantur ſine ullo ſumptu: habent et ſtatuti pleraque alia privilegia conceſſa conſtitutionibus reverentia ſtudiorum, ut ait l.15. reverentia litterarum, et contemplatione litteratæ militiæ, ut ait Valentin. in *Nov. de poſtulando.* Et hæc de ſtatutis: ſupernumerarii non ſunt privilegiati, ac præterea ſtatuti ſui foro numquam excedunt, *c'eſt un office ferme*. Supernumerarii ſequuntur forum quodcumque volunt, et ut libet ex uno in aliud migrant. Et præterea ſtatuti habebant publica ſalaria, ſive annonas, non ſupernumerarii: et cum canonibus eſſet interdictum clericis advocatione apud Photium, ſive Balſamonem, Diaconus quidem ſubtiliter contendit, clericis quidem non licere advocatis eſſe ſtatutis, ſed licere ſupernumerariis eſſe, aut certe talibus quales ſunt hodie omnes nulli certo addicti foro, nulli ſalario. Hæc eſt ſumma brevis h. tit. quem notandum eſt male diſtributum fuiſſe in duos tit. quod ſeries conſtitutionum, et nomina Imperatorum diſpoſita ſeriatim ſatis comprobant: nam ſatis in conſtitutionibus accurate ſervatur ordo Imperatorum, et quidam etiam in eo tit. adnotant perquam ſtulte, deeſſe hic duas conſtitutiones Græcas, et his quidem fuiſſe cautum ne quis in ſua patria fungeretur advocatione, quod in jure nuſquam proditum eſt, nec ulla ratio id prohibendi: non poteſt quis eſſe præſes in ſua patria, non adſeſſor ultra quatuor menſes: quia adſeſſor eſt pars præſidis: non fiſci patronus: nam horum eſt poteſtas magna. Cæterum privatorum advocatus eſſe poteſt: ut enim vetatur eſſe fiſci advocatus ſatis intelligitur, poſſe eſſe advocatum cæterorum: ſed duæ illæ conſtitutiones ſententiam illam continebant, quam expoſui 14. Obſerv. cap. 2.

AD TIT. VIII. *De Advocatis Fiſci.*

SUperiori tit. de advocatis diverſorum judiciorum; mox recte conjungitur hic tit. de advoc. fiſci, non

quaſi

Digitized by Google

quaſi ille ſit de his, qui privatorum, hic de his, qui fiſci cauſas agunt, ſed etiam, quia ex corpore advocatorum quin diverſis foris cauſas defendunt, ex collegio, & conſortio eorum de quibus actum eſt tit. ſup. ſumuntur advocati fiſci, qui agunt cauſas fiſcales, qui delatorum intentionem exequuntur, ut ait *l.5. §. advocatum, ff. de his, qui ut ind.* & quos deficiente alio accuſatore reis princeps opponat accuſatores, ut hodie fit: & legimus feciſſe Maximum, ſive Maximinum Imp. apud Sulpitium Severum l. 2. hiſt. ſacræ. Nulli hodie ſunt accuſatores, aut rari admodum, qui ſe inſcribant in crimen, qui ſe ſubjiciant periculo calumniæ, niſi reum peregerint. Sed advocatus fiſci omnibus reis opponitur accuſator: hi vero fiſci advocati multa habent privilegia, atque etiam liberi eorum, & ii potiſſimum, qui in ampliſſimo foro præfecti prætorio cauſas fiſci agunt: B quare privilegia habent communia in eodem foro cum advocatis 64. prioribus, & in foro præfecti urbi cum advocatis xv. prioribus, *l.15. l. 16. inf. tit. prox. & inde Nov. Theod. de poſtul. Curiales*, inquit, *qui poſt 64. priores advocatos in ampliſſimo foro poſtulant, per ſubſtitutum munia ſuæ civitatis agnoſcere:* & hæc quidem privilegia omnia exponuntur tit. ſup. h. tit. eſt de offic. advocat. fiſci, puta, ne procurator Cæſaris, ſive fiſci, qui juriſdictionem etiam inter fiſcum, & privatos habet, non diſceptet cauſas fiſcales, cauſas rei privatæ, vel ſacri ærarii abſentibus advocatis fiſci, *l. ult. hoc tit.* rationales ſunt procuratores Cæſaris: & additur in *l. 1. eod. tit.* ne advocati fiſci, etiamſi nondum de publico ſalarium acceperint, alii cuiquam adſint, *l. 1.* imo & depoſito officio, depoſito patronatu fiſci in eadem cauſa C adeſſe non poſſent contra fiſcum, quam cum erant advocati fiſci egerint pro fiſco, *l. 2.* niſi ſcilicet ſuo, vel filiorum ſuorum, vel parentum nomine neceſſitudo eos excuſet, vel etiam pupillorum ſuorum nomine, tutorio nomine, *l. pen. & ult. ff. de poſtul.* Tutorem neceſſitas officii, & pietas excuſat, in *l. tutorem, ff. de iis, quibus, ut indign.* nam & eadem ratione adverſus quem quis fuit advocatus, poſtea filio ejus tutor relictus non prohibetur in eadem cauſa adeſſe pupillo. Denique non prohibetur defendere cauſam, quam oppugnavit initio, quod etiam oſtenditur in *l. ult. D. de poſtul.* & confirmatur etiam auctoritate Maſſurii Sabini Juriſconſulti *l. 3.* juris civilis, apud Gellium l. 5. c. 13. & addit, ne advocati fiſci ſupprimant jura fiſcalia, occultent commoda fiſcalia, ſub nomine fiſci falſas accuſatinnes inſti- D tuant, *l. 3. h. tit.* & eleganter advocationem ſeu patronatum fiſci, *l. pen. ſup. tit. prox.* vocat patronatum ærarii, *c'eſt tout un:* & Philoſtratus in Cyrino linguam ærarii, & Baſilius in Epiſt. ad Sophronium magiſtrum officiorum, quæ eſt de bonis Cæſarii fratris Gregorii Nazianzeni, [illegible], *advocatum ærarii*, qui ſcilicet interveniat pro fiſco apud Comitem theſaurorum, & Comitem theſaurorum vocat comitem ſacrarum largitionum, ut in *l. 2. ut dignitat. ordo ſerv. l. 2. inſ. de pal. ſacr. larg.* Igitur advocatus fiſci in urbe intervenit pro fiſco apud præfectum ærarii, & in aula apud comitem ſacrarum largitionum, vel comitem rerum privatarum: in provinciis apud procuratorem Cæſaris, *l. inter, D. ex quib. cauſis major.* Quidam ſcribit, Marcum Antoninum primum inſtituiſſe advocatum fi- E ſci, & ſic Capitolinum ſcribere: hæc vero non Capitolinus ſcripſit, neque à Marco Antonino inſtitutus eſt: debuit ſcribere, Spartianum eſſe auctorem, & Adrianum primum advocatum fiſci inſtituiſſe: & idem ille de patrono fiſci ſcribit eſſe *l. ult. de jure fiſci, D.* cum tamen illic non ſit legendum, *patronus*, ſed Patroninus: quoddam nomen proprium ejuſdem Cæſaris procuratoris, ut ea lex apertiſſime indicat.

AD TIT. IX. *De Err. advocat. &c.*

DE advocatis omnium, vel fiſci, vel privatorum, hoc quoque proprio tit. adnotandum eſſe cenſuit A Imp. advocatorum errorem non nocere litigatoribus abſentibus, præſentibus nocere niſi contradixerint intra triduum, *l. ult. h. tit.* & addit libellionum errorem etiam non nocere litigatoribus, *l. 2.* ſeparat libelliones ab advocatis: hi agunt, illi ſcribunt, & ita in *l. moris, D. de pœnis*: alias advocatione interdicitur, alias libellorum conceptione: libelli, qui ſunt epigrammata, Ariſtoteli in Rhetoricis ſunt preces ſupplicantium, inſcriptiones in crimen, acta, teſtationes, conteſtationes, appellationes, apoſtoli, id eſt, dimiſſoriæ litteræ: libellorum igitur nomen latius patet, quam precum.

AD TIT. X. *Ut quæ deſ. advoc. part. jud. ſuppl.*

HOc etiam conditor Codicis exiſtimavit dignum B eſſe, ut proximo tit. jungeretur, judicem poſſe ſupplere ea, quæ deſunt advocatis, vel partibus, *il faut lire ainſi:* nam ita loquitur *lex un. h. t.* Hi qui negotiis aſſiſtunt ſunt advocati: puta dicere, aut quærere ea, quæ dicto, quæſitoque opus ſunt ad impendam cauſam, etiamſi is cujus intereſt ea neque dicat, neque poſtulet, qua de re dubitabatur: & ſumenda eſt ratio dubitandi ex Gellio l. 14. c. 2. cum tractat de offic. judicis, & inter cætera quærit, an poſſit ea judex ſupplere, quæ omittunt partes, vel advocati: & ſubjicit, ſi judex ea ſuppleret, jam patrocinari videbitur, ſed nihilominus definitur, judicem poſſe ſupplere, quæ deſunt reis, & quæ non lædunt partem adverſam, quo poſſit ipſe cauſa recte ordinata congruam imponere ſententiam, & in *l. ult. inſ. de appellat.* Judicem ait, abſentis litiga- C toris partes adimplere, & ſane ob eam rem puto hunc tit. ita eſſe emendandum, ut quæ deſint advocatis, vel partibus judex ſuppleat, quod etiam hæc conſtitutio manifeſte demonſtrat.

AD TIT. XI. *De Cauſ. ex quib. infam. al. non irrog.*

UT ordinis ratio conſtet, quam nos ſolemus, ſi animadvertiſtis initio, ſemper exponere, quia infames advocati eſſe non poſſunt niſi pro exceptis quibuſdam perſonis, *l. 1. §. ait prætor, D. de poſtul.* nec volentibus adverſariis, *l. quos, D. eod.* et Paulus 1. Sentent. tit. 2. quia ſcilicet hoc pertinet ad judicis dignitatem, ne apud illum poſtulent infames: ideo poſt titulos de advocatis, de iis ſcilicet, qui pro aliis poſſunt poſtulare, D exponit cauſas, de quibus tantum ambigi poterat, ex quibus infamia non irrogatur. Titulus Digeſtorum exponit edicta, & conſequenter cauſas, ex quibus infamia irrogatur: hic tit. exponit cauſas, ex quibus videbatur irrogari infamia, nec tamen irrogatur: ſcilicet ne quis temere infamiam objiciat advocato, quæ etiam objici poterat procuratori, & cognitori. Procurator eſt actor abſentis nomine: cognitor eſt actor præſentis nomine: quam differentiam exponunt Feſtus, & Aſconius, & hodie, ut ſcitis, eſt certum corpus procuratorum ad lites: certus numerus debuiſſet eſſe etiam advocatorum, ſicut olim, aut non eſſe debuit procuratorum, ſed nec hodie advocatorum certus numerus. Cæterum hodie, qui procuratores ſunt in foro certo numero, ſunt procuratores, & cognitores: nam interveniunt, & pro ab- E ſentibus, & præſentibus. Cæterum procuratori potuit objici infamia, vel cognitori, non tantum ex ſua perſona, quaſi non liceat infami eſſe procuratori, vel cognitori alienæ litis, ſed etiam ex perſona mandatoris, quaſi infamem non liceat in foro habere procuratorem: nam certe honor eſt aliquem poſſe litigare per procuratorem, quo indignus eſt infamis. Igitur objiciebatur infamiæ exceptio procuratori, et ex perſona litigatoris, et ex perſona procuratoris, et eſt in Fortunatiani Rhetorica hæc exceptio: ſi negemus infamem agere poſſe, alieno ſcilicet nomine, vel per procuratorem: ſed ut eſt in *§. ult. Inſt. de except.* hæc exceptio hodie non frequentatur, non tollitur quidem penitus in dicto §. ſed definitur, ut ne in eo hæreamus diutius relicta princi-

pali quæſtione, ne de infamia mandatoris, vel manda- A
tarii diſputemus ſcrupuloſius, ne inquit dum de apici-
bus juris diſputatur, ut hac *l. ſi fidejuſſor*, *§. quædam*, *ff.*
de mand. quas ibi Græci μικρολογίας vocant, negotii
principalis quæſtio protrahatur: & ideo in dicto *§. ult.*
ait, exceptiones has hodie in judiciis non frequentari:
exceptio propter reatum procuratoris recte opponitur:
nam qui eſt in reatu non poteſt litem alienam ſuſcipe-
re, *l. reum tit. ſeq.* Igitur propter reatum proculdubio
repellatur procurator, propter infamiam non temere,
& aliud jus eſt in advocatis: nam in advocatis ſane ex-
ceptio infamiæ hodie frequentatur. Advocatorum eſt
major dignitas, quam procuratorum vel quod advo-
catorum corpus dicitur eſſe ſeminarium dignitatum, in
Nov. Theod. de poſtul. ex eorum enim numero patroni
fiſci ſumuntur, & plerumque inde ſumebantur quæ- B
ſtores, ut conſtat ex formulis Caſſiodori, & ſane eſſet
indecorum ſi infamis, qui famam ſuam neſcierit tueri,
alterius vellet in judicio defendere, & hoc ad majeſta-
tem judicis pertinet, ut qui apud eum cauſas orant ſint
illæſæ famæ: procuratores cauſas non agunt, ſed adſi-
ſtunt negotiis, & litem alieno nomine perſequuntur,
nihil in foro obloquuntur: placet autem ita emendare
tit. hunc, *de cauſis, ex quibus infamia alicui non irroga-*
tur: nam, ut dixi, in hoc tit. recenſentur potius cauſæ,
ex quibus infamia non irrogatur, quam cauſæ, ex qui-
bus ipſo jure irrogatur: & præter veteres libros, etiam
in Baſilicis ita concipitur, περὶ αἰτιῶν δι' ὧν ἀτιμία τινὶ οὐ
προσγίνεται: nam non recenſentur illæ cauſæ, ex quibus
infamia irrogatur, ſed ex contrario intelliguntur: ut
cum dicitur in *l. nemo*, & *l. debitores*, eum qui ſe abſti- C
nuit bonis paternis, vel qui bonis ſuis ceſſit, non eſſe in-
famem, hoc dicitur ad differentiam ejus, cujus bona ex
edicto diſtracta ſunt, quem conſtat infamia notari, ut in
§. ſi autem, *Inſt. de heredum qualitate*, *& differ.* & *§. 1.*
qui, *& quib. ex cauſis*, *Inſt. l. paterfam. D. de bonis auctor.*
jud. poſſid. & Cic. 7. Quintiana: & præterea cum dicitur,
eum, qui nomine ſuo Reip. cauſam egit nec obtinuit,
non eſſe infamem, in *l. neminem h. tit.* quod confirmat
etiam *lex 4. inf. de delator.* & *l. 2. in princ. D. de jure*
fiſci: hoc dicitur πρὸς ἀντιδιαστολὴν, ob differentiam
delatorum, qui utique ſunt infames, & execrabiles,
ut ait dicta *l. 4.* magnaque eſt differentia inter delato-
rem, & accuſatorem: accuſatores laudis ſtudio duce-
bantur ad præſtanda publicorum judiciorum munia pa-
lam, & publice, nec prodibant niſi comperta eſſent cri- D
mina, & veriſſima: ex epiſtolis Plinii intelligimus, in
foro judices ſolitos debitam etiam laudem reddere ad-
vocatis, vel civiliter, vel criminaliter agentibus cau-
ſam alienam, & inde in *l. 3. in fine de malefic.* eum, qui
crimen illud prodiderit, accuſatorem potius eſſe, quam
delatorem, & præmio potius dignum: delator clam
calumniandi animo, et lucri captandi cauſa defert, in
l. 28. in fine ſup. de Epiſc. & cleric. eum, qui in publicum
detulit legatum, aut fideicommiſſum, quod quis re-
liquit in redemptionem captivorum non debere for-
midare delatoris nomen, quod fuit infame, et ut ele-
ganter ait Hieronymus in lib. de optimo genere inter-
pretandi, plerumque, qui fiſco clam detulerunt legi-
bus puniri, & ſuſcipere quidem leges delationem, dam-
nare delatorem, ut Auguſtus dicebat, ἐγὼ τὴν προδοσίαν E
φιλῶ, καὶ προδότας οὐκ ἐπαινῶ. Igitur in hoc tit. prin-
cipaliter proponuntur cauſæ, ex quibus infamia non
irrogatur, & per conſequentiam ex quibus irrogatur:
nam altero intellecto, et alterum ſponte ſubſequitur.
Quid autem eſt infamia? definias eam à contrario: eſt
illæſæ dignitatis ſtatus probatus legibus, vel moribus,
l. pen. D. de extr. cogn. ergo eſt infamia læſæ dignitatis
ſtatus legibus, vel edictis comprobatus: nam nemo fit
infamis ſine lege, edicto, vel conſtitutione, vel infa-
mia eſt macula exiſtimationis, vel infamia, eſt damnum
famæ, quæ et diffamia dicitur. Auguſtinus in quæſtio-
nibus vet. teſtamenti, *Senatoribus fœnus diffamia eſt*:
quia ſcilicet non licebat Senatoribus fœnerari, id eſt,
fœnori ſuas pecunias occupare, *l. 3. C. Theod. de uſuris*.
Theoph. autem noſter in *tit. de except.* has refert eſſe
pœnas infamiæ. Primum, ut infamis non poſſit eſſe Se-
nator, aut Decurio: generaliter, ut ad nullum honorem
poſſit admitti, *l. 1. ad l. Juliam de vi priv. l. 2. de dignit.*
lib. 12. l. quiſquis, *§. filii*, *inf. ad l. Jul. maj. & l. 8. inf. de*
decurion. Præterea, ut infamis non poſſit miles legi,
l. 4. §. ad tempus, *inf. de re milit.* & ut non poſſit in judi-
cio poſtulare, ut non poſſit eſſe procurator in judicio,
quanquam hoc non admodum obſervetur hodie, non
poſſit etiam habere procuratorem in judicio, ut per ſe
cauſas ſuas agat, quia honor eſt habere procuratorem,
& has quidem recenſet pœnas dicto loco Theophil. ſed
adde alias: infamis non poteſt eſſe judex, *l. cum prætor*,
ff. de judiciis, *l. 1. ff. ad l. Jul. de vi priv.* non poteſt ac-
cuſare, *l. qui accuſare*, *ff. de accuſat.* non poteſt adſeſſo-
ris officio fungi, *l. 2. ff. de offic. adſeſſ.* nam adſeſſor eſt
portio quædam judicis, non poteſt agere populari actio-
ne, *l. 4. ff. de popul. act.* & ſi quis deliquerit infamis ſe-
verius punitur, quam homo integræ exiſtimationis,
l. Capitalium, *§. ult. ff. de pœnis*: & vix etiam poteſt eſſe
teſtis in aliena cauſa exceptis quibuſdam caſibus, ut
l. ob carmen, *§. 1. ff. de teſtibus*. Hæ ſunt pœnæ infamis.

AD TIT. XII. *De Procuratoribus*.

NOn tantum advocati, ſed etiam procuratores de-
fendunt alium in judicio, adſunt alii, & adſiſtunt:
nam adeſſe, & adſiſtere ſunt propria verba advocato-
rum officii, vel procuratorum, & ſupereſſe etiam in *l. qui*
ſtipendia hoc tit. quod tamen verbum videtur improba-
ri lib. 1. c. 22. apud Gell. & eſt elegans, quod illo loco
quemdam advocatum non incelebrem apud prætorem
poſtulaſſe, cumque extra cauſam diceret, & rem quæ
agebatur non attingeret, tum prætor ei cuja res erat,
dixit: Tu igitur non habes advocatum, & cum is, qui
verba faciebat reclamaſſet: ego illi adſum vir clariſſime:
Prætor erat vir clariſſimus: feſtive reſpondiſſe præto-
rem, tu plane ſuperes, non ades, quia ſcilicet poſtulas,
ne rem, de qua agitur, attingas. Cæterum, ut cœpi di-
cere, & advocati, & procuratores defendunt alium in
judicio, poſtulant pro alio in judicio. Imo advocatis
rectiſſime juncti ſunt procuratores: advocati ſunt ora-
tores, vel juriſperiti, qui alienis cauſis agendis adſunt:
procuratores ſunt, qui vice, & mandatu ejus cujus res
eſt, litem alienam perſequendam, & agendam ſuſci-
piunt perinde ac ſuam: & vel ſunt procuratores in rem
ſuam, id eſt, proprium lucrum, vel in rem omnino
alienam: in rem ſuam, ſi donandi animo mandata eis
ſit actio. Ita ut rectius dicantur eſſe procuratores, qui
mandatu, & nomine alieno cauſam perſequuntur, non
qui alienam cauſam: nam in ſuam cauſam quandoque
procurator conſtituitur, puta ei mandata, & ceſſa actio-
ne donandi animo. In rem autem alienam conſtituitur,
ſi non donandi animo mandata ſit ei actio, ſed ea mente,
ut ex cauſa judicati emolumentum ad mandantem re-
diret: olim non videntur permiſſi fuiſſe procuratores,
qui alieno nomine rem alienam agerent niſi ex certis
cauſis, ut oſtenditur in *tit. de his*, *per quos ag. poſſ. Inſt.*
qui titulus eſt valde in pleriſque ſingularis: & regula
illa, eſt regula juris antiqui: nemo alieno nomine lege
agere poteſt, & nemo poteſt eſſe procurator alterius
niſi pro populo, pro libertate, pro tutela, ut oſtenditur
illo tit. Sed hodie litem alienam quamcumque licet per-
ſequi proprio nomine. Non eſt illud omittendum, pro-
curatoris nomen etiam accommodari iis, qui alia, quam
litium negotia gerenda ſuſcipiunt, qui dicuntur à Græ-
cis noviſſimis, quod pauci intelligunt, προνοηταὶ, id
eſt, mandatarii: nam ἐπιτροπὴ, & προτροπὴ eſt man-
datum: ἐπιτροπικὸν eſt etiam mandatum in *l. creditor*,
§. Lucius, *D. mand.* etiam addo aliud, ut verba ſuper-
eſſe, adeſſe, aſſiſtere dixi communia eſſe advocatorum,
& procuratorum: Ita idem poſſe conſtitui, de verbo ſu-
ſcipo-

ſcipere utrique ſuſcipiunt, ſed advocati perſonam ſuſcipiunt, procuratores negotium: & inde advocato meo ego ſum ſuſceptus, vel cliens in *l. 1. inſ. de procur. ag. in rebus*, ſuſceptus, id eſt, cliens, & Auguſtinus in quæſt: mixtis: *hoc eſt advocati officium, ut ſecundum ordinem juris ſuſcepti cauſam peroret*, at qui dedit, is dicitur mandator, vel dominus, procurator, mandatarius, & licet ſuſcipat prorurator negotium adminiſtrandum, tamen mandatorem, & dominum non recte appellaverit ſuſceptum, ſicut advocatus clientem: nam cum advocato non contraho mandatum, ſed do me in fidem, & clientelam ejus quaſi patroni.

AD TIT. XIII. *Ne lic. potent. patroc. &c.*

HIc titulus eſt veluti pars quædam tit. de procuratoribus *contre les transporteurs*, mandatum actionis, *un tranſport*, non eſt omne legitimum, non omnis procuratio eſt legitima. Procurator eſt is, cui mandatur actio modo in rem ſuam, modo in alienam, nam hic tit. vetat potentiores, id eſt, eos, qui gratia, & operibus pollent, ad agendum procuratores fieri nomine alieno: puto potentiores cauſas orare poſſe pro quolibet, & adverſus quemlibet, ex *l. quisquis, ſup. de poſtul.* ſed non poſſunt etiam agere procuratorio nomine adverſus mediocres, & tenuiores, qui ut eſt in *l. 3. D. de alien. jud. mut. cauſ.* potentioribus pares eſſe non poſſunt, quod quidem dictum formam proverbii habet, & Pindarus: χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποισιν ὁμιλῆν κρεσσόνων, & patrocinii nomine ſignificatur procuratio non advocatio: nec enim minus, imo majus patrocinium litiganti præſtat procurator, qui rem ſuam agit, inſtat, imminet rei magis, quam advocatus. Denique patrocinari mihi magis videtur procurator quam advocatus, additur eodem tit. *vel actiones in ſe transferre*, quod eo pertinet ut intelligatur, neque potentiori recte mandari actionem, ut eam intendat procuratorio nomine, ſicut diximus, neque ut eam intendat ſuo nomine, nimirum omni jure, & emolumento in ſe translato, quod à potentioribus acerbi creditores eliciunt ſæpe non prece tantum, ſed pretio, aut pactione. Certe longe alia conſtitutio eſt Anaſtaſii *in l. pen. inſ. mand.* ea enim eſt de redemptoribus actionum, quæ redemptiones non valent ſupra modum ſoluti pretii ex ea conſtitutione, & quaſi odioſæ ſtrictius accipiuntur. Conſtitutio autem D. Claudii, de qua agitur in hoc tit. eſt de his, qui actionum ſuarum alios redimunt exactores, ut ait l. 2. & de redemptis actoribus: & rurſus ut ejus tit. differentia intelligatur hoc diſtat idem tit. à tit. *de alien. jud. mut. cauſ.* quod hic tit. eſt de lite, ſive actione translata in potentiorem, edictum illud eſt de re mobili, & immobili translata in potentiorem ab eo, qui videbatur ipſe eo nomine judicium arripere. Punitur autem hoc tit. tam potentior, qui ſuſcipit, quam creditor, qui ei ceſſit actionem. Creditor jus crediti amittit ex hac cauſa, potentior autem extra ordinem coercetur, qui huic rei ſuam operam accommodavit, prout præſidi provinciæ viſum fuerit: nam ex conſtitutione Claudii, quod notandum ſpecialiter, hujus rei coercitio delegatur præſidibus provinciarum, in quibus hæc admittuntur. Caſus eſt ſpecialis, etſi ſenator fuerit, aut clariſſimus is, qui alienam actionem ſuſcepit exequendam ſuo, vel procuratorio nomine: caſus, inquit, eſt ſpecialis: nam de Senatorum, & clariſſimorum delictis cognitio eſt principis jure veteri, vel præfecti prætorio, vel præfecti urbi, quod demonſtratur lib. 3. tit. ult. hujus rei diſceptatorem, & ultorem D. Claudius fecit, ut in *l. 1. h. t.*

AD TIT. XIV. *De his, qui potent. no. tit. præd. &c.*

ADditur conſequenter de potentioribus, ne rei, qui conveniuntur ſuo nomine contradictoriis libellis,

A *des reponſes, & deſenſes*, defenſionibus, inquam, ſuis inſerant falſa nomina ſenatorum, vel aliorum potentum, ne prædiis, quorum nomine conveniuntur, ædibus, officiis, tabernis affigant falſos titulos potentiorum, qui prædia ſcilicet adſcribant potentioribus, quod plerunque faciebant poſſeſſores diffidentiæ ſuæ cauſa, vel adverſarii perterrefaciendi gratia, dum ſcilicet negant ſuum eſſe prædium, & aſſerunt ejus eſſe, quem titulus commendat, qua de re Divus Auguſt. in Pſal. 21. *Ne domum ipſius petat aliquis, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de alieno tit. muniri, ut cum lectus fuerit titulus, conterritus quis potentia nominis abſtineat à petitione.* Et ſimiliter idem Auguſt. in ſermonibus, quod facile à nobis hoc tempore uſurpari poteſt: *Hæretici in ipſis* B *prædationibus ſuis Chriſti titulum ponunt, ut prædæ eorum quaſi defendantur per titulum potentioris*, & adjicit, *quod hic agit Chriſtus, ejicit prædones, titulum non depouit, & poſſidet domum, qui invenit ibi titulum ſuum.* Solebant titulos prædiis affigere, quibus cujuſque prædium eſſet ſignificaretur, ut etiam in proſtibulo puellarum, in controverſiis Senecæ, *Meretrix*, inquit, *vocata es, in communi loco ſtetiſti ſemper, poſitus eſt cellæ tuæ titulus, venientes recepiſti*, & etiam in ſepulchris: unde in antiquis inſcriptionibus illæ ſingulares litteræ T. F. id eſt, titulum fieri juſſit, ſtatuis, & imaginibus ſimiliter, qui & indices dicebantur. Tiberius in Panegyr. Meſſalæ. *Nec quæris, quod quemque index ſub imagine dicat*, ſic eſt legendum: nam vulgo legitur quidquam. Eſt etiam in cod. lib. alius locus valde de- C pravatus: *ergo ubi præclaros poſſent tua facta triumphos.* veteres habent membranæ: *ergo ubi per claros ierunt tua facta*: & alio loco: *horrea fecundis deficientia menſis*, il faut, *horrea fecundas ad deficientia meſſes*, ſed hæc nihil ad propoſitum. Porro non licet etiam ſine titulo in litibus potentioris nomen ementiri, & prætendere, quod Græce eſt ἐπιφημίζειν: ergo non tantum tituli inhibentur, ſed & nominum uſurpationes in litibus nihil ad potentiores, quorum nomina prætenduntur pertinentibus, & potentior quidem ex hac conſtitutione, qui hoc fieri ſcit, & patitur ipſo jure infamia notatur quaſi redemptor calumniæ, & vexationis. Ipſo jure fit infamis, & αὐτόματος, ut Græci hoc loco dicunt ex his verbis legis, adficiendi ſunt publicæ ſententiæ nota: ex quo colligunt non eſſe condemnationem ipſo jure neceſſa- D riam: nam ſtatim quaſi ex publica ſententia ipſos infames fieri, quos etiam in fine ait, ob id admiſſum famæ damnum faciunt ipſo jure. Is autem, qui potentioris nomine abutitur cauſa cadit, ſicut in tit. ſup. is quidem actionis ſuæ potentiorem facit actorem, & executorem, cauſa, inquam, cadit: & additur in hoc tit. ſi cauſam juſtam habuerit, & probabilem: quod ſi injuſtam cauſam habuerit plumbatis cæſos damnatur in metallum id eſt, affectus plumbo, ut lex loquitur, *c' eſt où il y avoit du plomb au bout.*

AD TIT. XV. Ut *nemo privatus tit. præd. ſu. vel al. &c.*

DE titulis hic etiam agitur, non jam potentiorum, ut tit. ſup. ſed principis nomine, vel ſacrarum ne- E ceſſitudinum principis, ut additur in *Nov. Theodoſ. & Val. de tribut. fiſc.* puta nomine Auguſtæ domus, nominе principis, nobiliſſimorum, vel Cæſaris: modo liberos ſuos nobiliſſimorum, modo Cæſaris appellatione principes honeſtabant. Ne quis igitur titulos nomine Principis, aut neceſſitudinum ſacrarum imponat prædiis ſuis, vel alienis ſine judicis auctoritate, etſi ſit injuſtus poſſeſſor, & prædo, qui ea detinet, vel etiamſi in ea cauſa ſint prædia, ut fiſco vindicari debeant, eum, qui proprio prædio impoſuit tit. principis, prædium amittere, & titulo non depoſito prædium fiſco vindicari. Eum vero, qui titulum principis prædio alieno impoſuerit, ſi plebejus ſit, quaſi ex cauſa extremi ſceleris extremo ſupplicio, id eſt, morte affici. Recte Gregorius

Pacbimerius extrema ſupplicia in eos eſſe tonſumenda, qui extrema ſcelera commiſerint. Sin autem honeſtus ſit: qui prædio alieno titulum regium impoſuit(rex hoc loco ponitur pro Imperatore Rom.& tamen poteſt trahi ad quemlibet principem) honeſtiorem ſpoliari bonis ſuis omnibus, & libertate, & civitate. Denique plecti maxima capitis deminutione, plecti morte civili: tabulas autem titulo ſuo impoſitas rei alienæ deiici à quolibet libero, vel ſervo, quantumvis licet, inſcriptas nomine principis, id fieri illæſa majeſtate. Prædia autem non publicari cum inſcio domino alius titulos regios impoſuit, quod æquum non ſit, ut innocens lædatur alieno facto. Denique judicum eſſe titulos affigere prædiis in fiſcum redactis, ut fit etiam hodie, ut in *l.3.ſup.de bonis vac.* & in *l.1. de aquæductu lib.* x1. hoc non eſſe privatorum: non licet etiam hoc procuratoribus, vel conductoribus prædiorum Imperatorum, ut eſt in *Nov.Tiberii de divinis domibus*. Porro idem conſtituitur de velis regiis, ſive de imaginibus, & characteribus principis, ut eſt in *d. Novel. Tiberii*, ne ſcilicet, quis vela principis, vela, in quibus ſit depictus princeps, vel depicta ſint inſignia principis, ne quis ea ſuſpendat ædibus ſuis, vel alienis. Solebant enim foribus ſuſpendi vela, ut recte Æſchylus in *χοηφόροις* dixerit, *θυλὸν ἐρυμνὸν πυλῶν*, id eſt, *ſeptum ſeu munimentum portarum*: eſt enim vox veli de Græco tracta. Et Stephanus de urbibus, *θυλὸν, τὸν οὐδὸν τῆς θύρας*, *limen portæ*; & Homerus utitur in eadem ſignificatione, & inde audire cauſas velo levato in *l.pen. inf. de naufrag.* eſt aperta fere, *à buys ovvert*.

AD TIT. XVI. *Ut nemini lic. ſine judic. auctor. ſign. imp. &c.*

Aliud quidem oſtenditur hoc tit. quam ſit comprehenſum: ſed quod tamen eſt conjunctum ſuperioribus, ut autem 14. fuit de titulis potentiorum 15. de titulis principis, vel regis, hic vero eſt de titulis proprii: nec ſcilicet, quis rei mobili immobilive, quam alius detinet ipſe ſuam forte, vel ſibi debitam, vel obligatam ſuam eſſe contendit, ne per hanc cauſam, ſive ſpeciem ſigillum ſuum ei rei imprimat ante ſententiam, vel quod licet addere, ne ei rei titulos, vel tabulas ſui nominis adfigant, niſi velint ſuis rebus omnibus quaſi publicatis titulos fiſcales imponi, *Nov.* 17. eſt etiam ultimum ſupplicium in *Nov.* 164. neminem ſibi jus dicere poſſe ulla ratione, & iſta ratione, multo minus poſt ſententiam ſi vicerit licet unicuique generaliter ſuæ rei ſuum titulum imponere, vel ſignum ſuum titulus præfert nomen domini: ſignum præfert, characterem, quo dominus uti ſolet obſignandis rebus ſuis. Si quis ante definitivam ſententiam tabellas, titulos ſuos fixerit rei, quam alius poſſidet, licet poſſeſſori refigere, deponere, detrahere impune, ut in *l.1. h.t.* licet frangere in caput ejus etiam, ut eſt in Nov. qui eas tabulas affixerit, & in eam rem plurimum facit *l. ult.§.ſi ad januam, ff. quod vi, aut clam*, cujus ſententiam exponamus. Tu vi, aut clam ad januas meas tabulas fixiſti: ego mox eas refixi, & depoſui clam, id eſt, priuſquam tibi denunciarem: ſi tu mecum agas interdicto, quod vi, aut clam, quod ego clam refixerim tabulas, ego te repellam exceptione hujuſmodi, ſi non & tu vi, aut clam eas tabulas fixeris ad januam meam, ſicut in ſpecie legis *ſi alius, §. belliſſime, eodem*. Si in meo fundo ædificaveris vi, aut clam, & ego poſtea ædificium demolitus fuero vi, aut clam, & tu interdicto, quod vi, aut clam utaris adverſum me, quod depoſuerim vi, aut clam ædificium à te conſtructum, ego te repellam eadem exceptione, quod tu vi, aut clam ædificaveris, atque ita mihi licere impune demoliri ædificium vi, aut clam, quod alius vi vel clam poſuit in meo ſolo: licet mihi refigere tabulas vi, vel clam, quas alter fixit vi, vel clam ad januam meam, & ita in *l. quemadmodum, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* ſi quis aquæductum ſubterraneum trajecerit in domum meam: poſſum meo jure aquæductum interdicere, & ſi mecum agas actione legis Aquiliæ, ejuſdem exceptionis æquitate te repellam, quod in meo non jure traduxeris aquæductum: fateor, quod etiam additur in *d. §. belliſſime*, melius eſſe, & totius hoc facere per magiſtratum, ut etiam dicitur in aliis cauſis, in *l.ſi ſtipulatus ſum mihi, aut Titio, in fine, D. de ſolut.l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus, de rebus eorum, qui ſub tut.l.3.inf.de pign.* quod jure meo poſſum facere, facio honeſtius per judicem: ſed tamen jure meo licet mihi, ut in ſpecie *dicti §. ſi ad januam*, refigere, reponere, deponere, & refigere tabulas, quas alter alteri vi, aut clam fixit ad valvam meam, & ſi agat mecum interdicto, quod vi, aut clam quod refixerim, quod dixit ipſe, prior eum repellam ſupradicta exceptione, vel utar etiam ipſe interdicto, quod vi, aut clam etiam adverſus eum, & ſi ultro citroque agamus, quod vi, aut clam. Sed ego, qui refixi, ero ſuperior, eum, qui refixit condemnabo in id, quod intereſt, niſi probet, quod refixi vi, aut clam, id eſt, niſi remittat mihi ac abſolvat interdicto, quo utitur in me, quæ eſt ſententia *d.§. ſi ad januam*: ergo ex ea intelligitur, jure meo me adfigere tabulas etiam, quod vi, aut clam, quas alter ad meam januam adfixerat vi, aut clam, quaſi forte ædibus meis ſibi pigneratis, quod poſſunt facere temerarii creditores, ut in *l. 2. eod. tit.* ponitur creditorem ſignum ſuum rei alienæ impoſuiſſe, quaſi ſibi pigneratæ: nam ſolebat ſua tabella, quam ad januam adfixit indicare pignoris obligationem, ædes eſſe pignori obligatas illi creditori, eamque tabellam Demoſthenes, & Menander vocant *ὅρον*, quæ demonſtrat hypothecam, ut eſt in Ethymologico veteri, ubi definit *ὅρον* eſſe *σανίδιον ἐπιτιθέμενον ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς χωρίοις ἐνεχύροις γεγραμμένον τοῖς ἐνεχυριαζομένοις πρὸς ἃ ὀφείλουσιν οἱ δεσπόται*: & ita etiam Harpocration in Lexico Rhetorico: qui locus eſt emendandus ex Suida: *ὅρον* &c. Sed tamen ſi creditor hoc prætextu ſine auctoritate judicis vi, aut clam ædibus alienis tabulas infixerat, domino licet removere impune. Et ita explicatus eſt hic titulus.

AD TIT. XVII.

Sententia tit.17. eſt apertiſſima: nam quod dictum eſt de potentioribus in hoc tit. 17. cavetur de fiſco, & Rep. ne procurationem litis alienæ in perniciem privatorum ſuſcipiat, quod non ſit jure; nec potentiores igitur, nec fiſcus, nec reſp. hujuſmodi patrocinia poſſunt præſtare litigatoribus, nec hoc prætextu, quod is, cujus lis eſt debitor, fiſci, vel Reip. ſit, vel etiam quod litigator litis partem fiſco donarit, vel Reip. nam & hæc donatio prohibita eſt, *l.2.hoc tit.l. res, §. lites, ff. de jure fiſci*: & Paulus in *Sent. tit. de jure fiſci*: & mandatum quoque illud eſt prohibitum ſi debitor fiſci mandet fiſco, & cedat actionem ſuam adverſus debitorem ſuum, *l. 3. h. t.*

AD TIT. XVIII. *De negotiis geſtis*.

Hic tit. eſt de procuratoribus voluntariis, qui ſine mandato dominorum, ſive eorum, ad quos res pertinet, ſua ſponte litibus ſe, vel alienis negotiis offerunt: Ii ſunt, qui geſtores dicuntur, & procuratores voluntarii à Paulo in Sent. & M. Tullio in Bruto, & *l.prætor, §. præſtat, ff. de rebus auct. jud. poſſidend.* Voluntarium judicium agere, id eſt, eſſe voluntarium procuratorem. Procuratores, qui ex mandato dominorum conſtituuntur, de quibus actum eſt ſuperius neceſſarii ſunt, non voluntarii: nam etſi beneficii ſit, et nudæ voluntatis mandatum ſuſcipere, tamen neceſſitatis eſt conſumere, *l. in commodato, §. ſicut, ff. commod. §. mandatum, Inſt. de mandato*: neceſſitatis, inquam, eſt conſummare, & implere quod ſuſceperit ſemel, etiamſi id nondum gerere cœperis, *l.ſi remunerandi, §.1.ff. mand.* qui ſine mandato ad alienum negotium accedit, non ante aſtringitur ullo vinculo, ulla neceſſitate, quam gerere

rere cœperit ? Verum ubi cœperit, deferre quod inchoavit, quod cœpit, non poteſt, *d. §. ficut*. Cæterum aliis quoque ejuſdem amici negotiis gerendis non obſtringitur, id eſt, quod unum negotium amicus gerere cœpit, non cogitur & alia ejuſdem negotia adminiſtrare, ſed ſatis eſt ſi id, quod cœpit adimpleat: nam propria voluntas ei finem adminiſtrationis facit, *l. tutori*, *h. tit.* ut Græci interpretantur, *τὸ βούλεσθαι ἀρκεῖται*, quia ſatis eſt & abunde, ut ait *l. tutori*, ut vel in una ſpecie unove negotio amici labore conſulatur, quæ verba ſumpta ſunt ex Papin. in *l. tutores, §. qui ſe, de adminiſtr. tutor.* Ex iis ſequitur, actionem negotiorum geſtorum dari tantum voluntario procuratori, puta ad recipiendos ſumptus, ſi quos fecit in negotium alienum, actionem contrariam ſcilicet negotiorum geſtorum: nam directa negotiorum geſtorum datur ex adminiſtratione negotii doli vel culpæ nomine, ſi quam admiſerit geſtor: actionem, inquam, contrariam ad ſumptus reciperandos ut dixi dari geſtori, additis iis exceptionibus, niſi negotiis alienis intervenerit, atque ita in ſumptus ſe conjecerit donandi animo, pietatis cauſa, paterno vel materno affectu, affectione maritali vel domeſtica, *l. 1. §. 11. & 12.* & in fin. *d. l. 12.* in Baſilicis videtur legi cum negatione, *non poteſt*, *οὐ δύναται*, non poteſt ſcilicet agere ad ſumptus reciperandos actione negotiorum geſtorum contraria, quos fecit donandi animo. Idemque oſtendit *l. 13. & l. 15. eod. tit. l. neſcimus*, *D. eod.* & eadem quoque pietatis cauſa excludit condictionem indebiti, *l. cum is*, *§. pen. D. de condict. indeb.* ubi pro *mulier*, malim *mater*, ut in ſuprad. legibus, ut ſit hæc ſpecies: mater cum falſo opinaretur ſe eſſe obligatam pro dote filiæ, atque ita per errorem eam ſolvit: quæro an poſſit condicere quaſi indebitum? minime: quia etiam remota falſa opinione intervenit pietatis cauſa, condictionem indebiti excludit pietatis cauſa, erga filiam ſcilicet: pietas enim eſt erga liberos, & addenda etiam eſt alia exceptio, niſi geſtor ſumptus fecerit quaſi libertus, officio ſcilicet & liberti obſequio fungens, puta petens tutorem filiis impuberibus, & alia ex *l. ult. hoc t.* ubi dominus denunciavit geſtori ne gereret: nam poſt eam denuntiationem ceſſat actio negotiorum geſtorum contraria, nec ſi quid poſt eam prohibitionem impenderit, poterit recipere per actionem contrariam, quæ fuit ſententia Juliani à Juſtiniano comprobata in *d. l. ult.* porro diximus contrariam actionem negotiorum geſtorum directo tantum dari voluntario procuratori: nam utiliter datur etiam ei, quem neceſſitas muneris vel neceſſitatis ſuſpicio compulit ad gerendum negotium, veluti curatori adoleſcentis, cui nulla alia actio datur, vel curatori furioſi, quam actio utilis negotiorum geſtorum: & viciſſim adoleſcenti vel furioſo actio utilis negotiorum geſtorum, *l. 6. §. negatium*, *l. 3. §. pen. D. eod.* datur etiam ei & in eum, qui quaſi ſervus meus cum putaret ſervum meum eſſe ex neceſſitate ſervili negotium male geſſit cum eſſet liber, *l. 6. §. ſi quis quaſi ſervus*, *D. eod. tit.* ergo actio contraria negotiorum geſtorum vel eſt directa, vel utilis, directa datur ei, quem propria voluntas compulit ad adminiſtrationem negotiorum abſentis amici: nam hanc plerumque amici amicis operam præbent: utilis autem ei etiam datur, quem neceſſitas officii vel opinio neceſſitatis impulit, ut curatori furioſo, vel contra in curatorem furioſi, *l. ſi autem*, *D. ſi certum pet.* nam ut actio mandati eſt mutua ſive reciproca, directa, quæ mandatori datur, contraria, quæ mandatario ſive procuratori: ita actio negot. geſt. alia eſt directa, alia eſt contraria: directa datur in geſtorem, contraria in dominum etiam invitum, & ignorantem, *l. a. §. ſi ſolvendo*, *D. eod.* licet actio mandati non detur in invitum & ignorantem, *l. qui fide*, *D. mand.* Sic ergò duplex eſt actio negot. geſt. dir. & contraria, & rurſus directa aut contraria modo eſt directa modo utilis. Verum non tantum hæ duæ actiones, ſcilicet mandati, & negotiorum geſtorum dantur ex alieno geſto, ſed etiam aliæ 5. actiones, videlicet tutelæ, quæ eſt etiam directa vel contraria & protutelæ, & de in rem verſo, & actio funeraria, de qua in tit. de religioſis: & actio in factum, quæ datur ex edicto de rebus auctoritate jud. poſſid. Sunt etiam actiones, quæ dantur ex alieno negotio geſto, ſed hæc ſola de qua agitur in h. t. ſibi vindicat nomen negotiorum geſtorum, & ſimpliciter in *l. 6. C. Theodoſ. de denunciat. reſcr.* vocatur actio negotiorum, & ut ea, quæ dixi conferam in pauca: Tenetur is qui nullo præcedente mandato, nulla cogente neceſſitate, vel etiam ex neceſſitate officii, quod invitus ſuſcepit, veluti ex curatione, nam & hæc invito defertur, vel ex tutela, quæ eſt civile munus, vel quaſi ſervili neceſſitate immiſcuit ſe negotiis alienis etiam ei ad quem ea negotia pertinet: datur enim & hæc actio ultro citroque. Dicuntur quidem, & omnes actiones aliæ, quæ ſunt ex contractu, vel quaſi ex contractu, eſſe ex negotio geſto: nam contractus omnis negotii contractus eſt, & contractus dicitur per defectionem: nam plena oratio eſt, negotii contractus, & negotium contrahere: ſed non ſunt illæ actiones ex alieno negotio geſto, ſunt ex negotio geſto, ſed non ex alieno. Illæ tantum ſeptem, quas enumeravimus, ſunt ex negotio geſto.

AD TIT. XIX. *De his, quæ vi met. cau. geſta ſunt.*

NEgotia geſta videntur traxiſſe juris conditores ad negotia vi metuſve cauſa geſta: Illa prætor tuetur, ut oſtenditur datis ultro citroque actionibus negotiorum geſtorum, hæc vero ea, quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt reſcindit. Ex negotiis geſtis in rem actio non eſt, ſed in perſonam, *l. pen. ſup. tit. prox.* atque ideo perpetua eſt actio, nec tollitur præſcriptione longi temporis, *l. 8. eod.* qua tantum tollitur actio in rem. Per vim metumve re aliqua geſta, non tantum eſt actio quod metus cauſa in rem ſcripta vi ipſa in perſonam, quoniam qui ea agit non dicit, quod hic vi metuſve cauſa geſſit: nullam ſcilicet perſonam notat, qui hac agit, ſed dicit, quod vi metuſve cauſa geſtum eſt, hoc eſt loquitur in rem, & generaliter, nec perſonam, quæ vim aut metum intulit, exprimit *l. 9. §. animadvertendum*, *& §. ult. D. eod.* Verum, ut cœpi dicere, non hujus rei emendandæ cauſa comparata tantum eſt ex edicto actio, quod metus cauſa in rem ſcripta, ſed etiam in rem actio, id eſt, rei vindicatio: ut ſi quis vi aut metu coactus rem ſuam vendiderit, & tradiderit, atque ita alienarit, non tantum poteſt ex hoc edicto reſtitui in integrum, ſed etiam poteſt rem ipſam vindicare quaſi non alienatam, licet re vera ſit alienata: Ergo vim aut metum paſſo competit electio, ut agat actione, quod metus cauſa, quæ eſt reſtitutoria, vel rei vindicatione, ita tamen ut altera electa, altera conſumatur, *d. l. 19. §. volenti*, *& §. licet*, *D. eod.* Et actio quidem, quod metus cauſa intra annum utilem datur in quadruplum adverſus eum, qui vim aut metum intulit, ſcripta tamen in rem: nam ſcriptura eſt in rem, vi ipſa eſt in perſonam. Intra annum igitur utilem datur in quadruplum, ſi arbitrio judicis res non reſtituatur: nam prius arbitratur judex ex bono & æquo ut rem reſtituat in integrum, qui vim aut metum intulit: & ob id numeratur hæc actio inter arbitrarias, & hic ſi pareat arbitrio, nihil damni ſentit, ſin minus plectitur quadruplo intra annum utilem: poſt annum datur in ſimplum cauſa cognita, id eſt, ſi alia actio non ſit, *l. 4. hoc tit.* quoniam hæc actio eſt extraordinaria, nec datur habenti ordinariam, ſicut nec actio de dolo, quæ etiam datur ſub hoc modo, ſi alia non ſit actio. Ac præterea ſuperior tit: eſt de negot. geſtis, de iis, qui alienam rem gerunt, bona, honeſta, & utili ratione: hic autem tit. eſt de his, qui ſibi rem gerunt malo more, illata vi, terrore aliquo illato majore extorquendo invitis forte alienationem, vel obligationem, vel tranſactionem, *l. 7. & ult. h. tit.* quod plerique potentiores faciunt per impreſſionem veluti quandam, & inde in *l. ult. h. tit.* quæ

per

Digitized by Google

per potentiam extorta ſunt : & Eſajæ prophetæ cap. 58. ſecundum interpretationem 70. hujuſmodi contractus per potentiam extortos vocant στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, *ſtrangulationes*, ſed non eſt omittendum quod definitur in *l. metum h. t. metum non jactationibus, ſed atrocitate facti probari convenit:* quæ lex eſt conjungenda cum *l. dolum tit. ſeq.* utriuſque eſt eadem inſcriptio, & ſubſcriptio. In una oſtenditur quomodo probare metum oporteat, in altera quomodo dolum: metum autem probare oportet non jactationibus, non conteſtationibus, *il à tant crié apres moy que i'ay eſte contraint de luiy bailler*, ſed ex atrocitate facti, πραγμάτων γενομένων. Dolum autem ex *inſidiis*, *comme il faut lire, perſpicuis, par aperts aguets, comme le François à tourne*, & Baſil. ἀπὸ ἐνέδρων φανερωτάτων, ſimiliter in B *l.8. de reſcind. vend.* dolum probari ex calliditate, & inſidiis emptoris : nam indicia non ſufficiunt, quod ita verum eſt, ut doli etiam nomine ſignificentur inſidiæ, ut illo loco, *dolus an virtus, quis in hoſte requirat?* Dolus ſunt inſidiæ, & valde notandum eſt, quod cavetur in *l.pen. hoc tit.* de qua forte nondum bene conſtat, & in una repene ſingulari : quod in actione, quod metus cauſa omnino reſtitutio in integrum fit ex utraque parte ; alioqui non eſſet reſtitutio in integrum : ut qui coactus vendidit, & tradidit, recipit rem, & reſtituit pretium, *l.3. & 4.hoc tit.* ſed caſus *l. pen.* eſt ſingularis ut quis recipiat rem, & retineat pretium, & caſus hic eſt, ut nos docuimus in *l. 5. de contract. jud.* præſides provinciarum, proconſules, & officiales eorum, & apparitores, & generaliter omnes, qui in provincia mediocri C aliquo officio funguntur, & milites, qui in provincia morantur prohiberi emere prædia à provincialibus, quod ea plerumque à provincialibus extorqueant per vim, aut metum, terrorem, concuſſionem, impreſſionem, et prohiberi, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, veluti ut in hac *l.penult.* per conjugem, vel per amicum : provincialis igitur, qui impreſſionem paſſus eſt ab officiali, aget quod metus cauſa, in qua hoc erit ſingulare propter atrocitatem rei, ſive delicti, ut venditor per eam actionem recipiat prædium, nec reſtituat pretium emptori, quod etiam eſt conſtitutum ad eundem modum C. Th. *l. 2. de iis, qui adminiſtrant officium publicum*. Sed videtur pugnare *l.1. eod.tit.* imo et *l.militiæ, D. de re militari*, quæ venditum prædium dicunt vindicari fiſco, quod officialis comparavit contra prohibitionem legis, et *l.pen.atque etiam d.l.2.* dicunt præ- D dium confiſcari, nec reſtitui venditori. Animadvertendum eſt, ita demum confiſcari ſi venditor non conqueratur, vel quod nullam fiſcandi juſtam cauſam habeat, puta re geſta, ſive vi metuve, vel qua alia de cauſa: hoc caſu ne prædium cedat emptori, qui id emit illicite, et mala ratione, confiſcatur prædium : et hoc caſu emptor, qui amittit prædium remittit pretium à venditore, ita ut venditio ſit irrita ex parte venditoris, et puniatur uterque venditor, et emptor, venditor amiſſione pretii, emptor amiſſione rei, argumento *l. ſenatus, D.de contrah. empt. l. 1. C. Th. de iis, qui adminiſtrant officium publ.* Quod dixi de ſententia *l.pen.hoc tit.* mihi hodie emendatius enarrandum eſt, quoniam res eſt ſane cognitu digniſſima. Certiſſimum eſt, et hoc ediſcimus E ex *l. 1. tit. de contract. jud.* principalibus conſtitutionibus caveri, ne qui, vel minimum, vel mediocre, ut ait *l.pen.* ut minimus, vel mediocris homo dicitur tenuis, anguſtus, et pauper, qui inquam, vel minimum officium gerit publicum in provincia, vel civitate aliqua, vel pago, vel loco ullam rem mobilem, vel immobilem, præter ea, quæ pertinent ad victum, et veſtitum privatim, vel publice, per ſe vel per interpoſitam perſonam emat ab hominibus ejus provinciæ, vel civitatis, vel pagi, vel loci, in quo officium publicum gerunt, quod plerumque extorqueant venditionem per vim, concuſſionem, officii ſui poteſtate freti, et pœna conſtituitur ei, qui adverſus conſtitutionem fecerit, id eſt, qui emerit cum eſſet in publico officio ab hominibus ejus loci,

A in quo officio publico fungebatur : ut ſcilicet, qui ita emerit illicite per actionem, quod metus cauſa cogatur venditori rem reddere, nec poſſit ab eo pretium repetere, quod ei dedit venditor : ergo per actionem quod metus cauſa recipit rem male venditam per impreſſionem ſcilicet officialis, & nihilominus retinet pretium, quod in hac ſpecie eſt valde ſingulare in *d. l. pen.* extra quam alias in actione, quod metus cauſa reſtitutio ita fit ut unuſquiſque jus ſuum recipiat. venditor rem cum fructibus, emptor pretium cum uſuris, aut compenſatis uſuris cum fructibus, ut ſolet hodie ſemper fieri, ut *l.3.& 4.eod.* ita apparet valde ſingularem eſſe conſtitutionem *l. pen.* & in ejus ſpecie actionem quod metus cauſa degenerare à ſua natura, à ſuo marte, ſuove B ingenio. Sed ut dicebam nudius tertius poteſt opponi *d. l. pen. l. & militer, D. de re militari*, quæ fundum ita venditum, aut rem venditam contra conſtitutiones ſuperiores addicit fiſco: non redditur ergo venditori. Ita etiam accipiendum eſt, quod ait *l.aufertur, §.quod à præſide, D. de jure fiſci*. Id quod ita comparatum eſt inſinuato contractu vindicari, fiſco ſcilicet, non ergo reſtituit venditori : & ita etiam evidenter exprimitur in *l.1.C. Th. de iis, qui adminiſtrant offic. publ. fiſcale officium adminiſtrantes, quidquid comparaverunt*, & eadem proculdubio eſt ſententia *l. non licet, D. de contrah.empt.* dum ait, eum qui emit rem in provincia cui præeſt, eam rem amittere, his verbis ſignificatur, eam rem cadere in fiſcum ſecundum inſcriptionem l. quæ eſt ex lib. ſingulari Marciani de delatoribus, qui totus liber erat de jure fiſci, & de iis, qui deferunt jura fiſcalia. Plus adjicit C *d.§.quod à præſide*, non tantum rem male emptam fiſco vindicari, ſed etiam pretium ejus fiſco inferri: non ergo pretium retinet venditor : & adjicit etiam *d. l. non licet*, pœnam tripli hoc amplius fiſco inferri : at conſtitutio Severi, & Antonini dicit emptorem damnari in quadruplum : in illo ſcilicet quadruplo continetur ſimplum, id eſt, æſtimatio rei, nam pœna eſt tripli, ſed hæc mirum in modum pugnant cum noſtra *l. pen.* & ut reſpondeamus, ſane hæc non procedunt generaliter, ſed duobus tantum caſibus, qui ſunt excipiendi à *l.pen.* verum eſt, rem eam fiſco vindicari uno caſu, ſi poſt depoſitum ab emptore officium venditor integro quinquennio in repetitione rei ceſſaverit: nam et hoc caſu res vindicatur fiſco, quaſi venditor jus amiſerit repetendæ ejus rei præſcriptione quinquennii : et ita definitur D aperte in *l.5.in fine, C.Th. de iis, qui adminiſtrant:* eſt et aliud valde ſingulare jus in hac ſpecie, ut actio quod metus cauſa, quæ eſt perpetua, vel rei vindicatio, quæ non tollitur niſi præſcriptione 10. vel 20. annorum : rei vindicatio ſemper concurrit cum actione quod metus cauſa, ut, inquam, hæ duæ actiones in hac ſpecie jure ſingulari finiantur præſcriptione quinquennii, & ratihabitione venditoris, licet non confirmetur venditio, ut eſt in *l. un. ſup. de contract. jud.* quia ſcilicet fiſcus vindicat rem male venditam ſtatim atque venditor ratam habuit, vel exclusus eſt præſcriptione quinquennii. Rurſus quod dixi ex hac cauſa quadruplum inferri fiſco, in quo pretium inſit, pretium rei, hoc velim accipi indiſtincte, ſive emptor ille nondum ſolverit pretium venditori, ſive etiam ſolverit venditori : E hoc caſu poſteriori ſi ſolverit venditori præſtito quadruplo perlatoque in fiſcum à venditore, pretium repetetur, quod ei pernumeravit ipſe, vel heres ejus. Et ita accipienda *l. 1. C. Th.* dum ait, pretium a venditore repetere Claudiam, & Agrippinnam, heredes ſcilicet ejus, qui impreſſione officii ſimilem venditionem extorſit, & confirmatur hoc idem argumento *l. ſenatus, D.de contrah. empt.*

AD TIT. XX. *De dolo malo*.

SEquuntur geſta dolo malo ; quo verbo doli ſcilicet comprehenduntur, & geſta vi metuſve cauſa, & liberum eſt ei, qui vim metumve paſſus eſt agere, quod

metus

metus cauſa, vel de dolo malo, *l. item ſi cum, §. eum, D. de eo quod metus cauſa*, ſed doli verbum complectitor & alia innumera, innumeras calliditates, fallacias, inſidias, machinationes, technas, quæ omnia prætor reſcindit data actione famoſa, id eſt, quæ condemnato irrogat infamiam, ut actio de dolo malo, eaque datur cauſa cognita, neo enim paſſim indulgetur, non ſi alia actio ſit ordinaria, *l. 2. h. tit.* non adverſus parentes vel patronos propter eorum verecundiam, ſed in eos eſt actio in factum, quæ actio non infamat, neque doli mentionem habet, ſed facti narratio ſimplex eſt & modeſta. Verum detracta infamia, actio in factum eamdem vim habet, quam actio de dolo, *l. ſi ſuperſtite, hoc tit.* & hæc actio de dolo malo, quæ olim dabatur intra annum utilem, hodie ex eo tempore, quo dolus admiſſus eſt, intra annum continuum, & ex die quo actio impetrata eſt, vel conteſtata, finiri debet intra biennium continuum, cum aliæ lites finiantur triennio, *l. ult. eod. tit.* actio famoſa brevi tempore conſtringitur: diuturnior eſt actio quod metus cauſa, quæ modo eſt famoſa, modo in quadruplum datur, & durat quadriennio continuo ſecundum generalem definitionem, *l. ult. inf. de temp. in integrum reſtit.* quæ generaliter annum utilem vertit in quadriennium continuum, & eadem actio quod metus cauſa etiam poſt quadriennium perpetuo durat in ſimplum. Verum ſicut actio hæc dicebatur olim de eo, quod vi metuſve cauſa, hodie autem de eo quod metus cauſa, propterea quod metui ineſt ſatis vis, & vi metus: Ita etiam actio de dolo malo, quæ dicebatur de dolo malo & fraude, hodie dicitur ſimpliciter de dolo malo, quoniam dolo ineſt fraus, *l. juriſgentium, §. fraudandi, D. de pact.* & vim in his actionibus dolumque dicimus, quæ fit contra bonos mores: eſt vis, quæ fit moribus, vel fraus, quæ fit bona fide, & dolus bonus: hæc vis, hæc fraus nihil pertinet ad has actiones.

AD TIT. XXI. *De in integr. reſtit. minor.*

SEquuntur, quæ geſta ſunt cum minore, quam 25. annorum natu, quæ perinde ac geſta metus cauſa, aut dolo malo prætor reſcindit cauſa cognita, accerſitis, & præſentibus his, qui læderentur reſciſſione rei geſtæ, & in integrum reſtitutione minorum, vel abſentibus, vel contumacibus, *l. in cauſæ, D. de minor.*. Ita vero reſcindit prætor jure veteri intra annum utilem, ex quo minor implevit 25. annum, jure novo intra quadriennium continuum, ex *d. l. ult. inf. de in integ. reſtit.* Ita ut minor poſſit hodie petere reſtitutionem in integrum intra 29. annum, id eſt, intra 25. vel poſt 25. intra quadriennium, & ex conſtitutionibus regum noſtrorum intra 30. annum ætatis: ſed ut detur reſtitutio minori, neceſſe eſt ut ſit læſus, aut ſit captus, circumſcriptus ſit ſua facilitate & levitate, lubrico ætatis, ut ait *l. verum, §. Marcellus, D. de minor.* & Joſephus 1. antiq. c. 17. *διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀσθενές*, & probanda eſt læſio petenti reſtitutionem in integrum, probanda fraus, quæ reipſa contingit, nec exigitur ut contigerit dolo adverſarii, *l. minorib. h. tit.* probanda eſt etiam ætas, id eſt, rem geſtam fuiſſe cum eo, qui nondum pervenerat ad juſtam ætatem, id eſt, 25. annum: ea enim eſt juſta & legitima ætas: ita ſcilicet definita à legumlatoribus: neceſſe eſt etiam ut minor petat ſe reſtitui in integrum, id eſt, in locum, & in eam cauſam reponat unde exciderit: quid eſt reſtitutio in integrum? redintegratio amiſſæ cauſæ, *l. 2. inf. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* & dicitur proprie reſtitutio in integrum de minoribus 25. annis & adoleſcentibus circumſcriptis, quia auxilium hujus ætatis alio nomine non cenſetur: nec enim tribuitur beneficio actionis, ſed cognitione prætoria, quæ ex cauſa metus, vel doli mali, vel abſentiæ, vel capitis deminutionis, vel ex aliis cauſis dantur reſtitutiones in integrum, actionis reſciſſoriæ vel reſtitutoriæ nomen habent, & duxit quidem ordinem tit. à negot. geſtis pro alio ad geſta metus cauſa, geſta dolo malo, geſta cum adoleſcente: non male, ſed confirmatur etiam hic ordo ex eo, quod in edicto ſup. de poſtul. hæc inerant verba: quibus ex omnibus his in integrum reſtitutus non erit, *l. 1. §. deinde, D. de poſtul.* quæ verba quodammodo tractatum de reſtitutionibus in integrum poſtulabant. Item, quod in tit. de procurat. incidebat hæc quæſtio, an per procuratores agi poſſit cauſa reſtitutionis in integrum, ut inf. tit. 48. Item quod cum eſſet actum de potentioribus ſup. tit. 13.. 14. ad quos lite translata conſtabat dari reſtitutionem in integrum, ex edicto de alienat. jud. mut. cauſa facta, quod inde inquam probabilis ſumeretur occaſio tractandi de cauſis reſtitutionis in integrum, & ad extremum, quod etiam fit mentio tit. 54. de reſtitutione in integrum, quæ etiam minori læſo datur ob alienationem mutandi jud. cauſa factam: his tantum addenda eſt explicatio *l. ult.* quod ſcilicet opiner eam nondum bene explicatam fuiſſe. Regula hæc eſt, *non videtur circumſcriptus*, & lex eſt Zenonis ſcripta ad Ælianum P. P. Sciendum autem eſt unam eſſe conſtitutionem Zenonis, quæ ſciſſa eſt in tres partes in hac *l. ult. & l. mulier, inf. de jure dot. & l. ult. inf. de magiſtrat. conven.* harum trium legum eadem inſcriptio & ſubſcriptio, eadem quæſt. agitatur in omnibus. Denique fuit conſtitutio una, quæ diſſiluit in tres partes: & ſubſcriptio quidem, quoniam à pleriſque depravata eſt, hæc eſt 1 *data Cal. Jan. Conſ. Baſilio C. P. Conſtan*, quidem in hac *l. ult.* male Baſilio additur: nam is Baſilius ſolus fuit Conſul: male etiam addunt Armatium in *d. l. mulier*: nam Armatius cum hoc Baſilio non fuit Conſul, ſed cum alio, qui dicitur Baſilius, cujus memoria damnata fuit ob affectatam tyrannidem, adeo ut nomen ejus non ponatur in ſubſcriptione, ſed Armatii tantum. Species autem ejus conſtitutionis, & integra ſententia hæc eſt: minor 25. annis conſentiente curatore jure dato ex decreto prætoris, vel præſidis, & curatore generali vel ſpeciali datæ dotis conſtituendæ cauſa, nihil intereſt, ut in *l. ſi in conſtituendæ, D. de jure dotium*. Conſentiente igitur curatore jure dato dotem dedit, marito vero promiſit pro modo facultatum ſuarum & pro dignitate mariti, & pro dignitate ſuorum natalium: alioqui ſi dotem dediſſet non ſervato hoc modo, puella in integrum reſtitueretur, & adverſus dotem, *l. ſi ex cauſa, §. in dotis, D. de minoribus.* Dos igitur rite data eſt vel promiſſa. Cæterum in conficiendo inventario bonorum puellæ quod initio adminiſtrator facere dicitur curante curatore, ac perinde ineunda bonorum puellæ æſtimatione vitio ſcribæ publici, non vitio curatoris minoris æſtimata ſunt bona puellæ, puta quingentis, num digna eſſet 600. atque ita ſecundum hanc æſtimationem curator curavit puellæ in 500. aureos, dato fidejuſſore eos ſecundum 500. aureos ſalvos fore, cum tamen in bonis eſſent amplius quingentis. Verum in collocanda puella diligentius excuſſis facultatibus ejus curator dedit in dotem 600. totum patrimonium puellæ: majorem igitur quantitatem quam quæ cautione continetur, quo fit ut minor verſetur in damno, cum non eſt cautum in integram quantitatem patrimonii ſui: quæritur an ideo poſſit in integrum reſtitui adverſus dotem vel promiſſionem dotis? & dicimus non eſſe reſtitutioni locum, quia reſtitutio in integrum datur tantum minori capto aut circumſcripto, & captus aut circumſcriptus non videtur qui jure communi uſus eſt, ut ait *d. l. ult.* quæ regula ſumpta eſt ex Papiniano in *l. cum inter, §. ult. D. de admin. tutor. vel curator.* & uſurpatur etiam ab Ulpiano in *l. nihil, §. 1. de reg. juris*: his verbis non capitur, id eſt, non decipitur qui jus publicum ſequitur. Jus commune & jus publicum idem eſt. Jure communi uſa eſt mulier, quæ adhibito curatore recte conſtituto dotem dedit vel promiſit ſecundum modum patrimonii ſui: ergo non videtur capta, & conſequenter non poteſt reſtitui adverſus dotem vel promiſſionem dotis. Denique, ut ait *d. l. mulier*, recte dotem dedit vel promiſit, & ſi promiſit, exi-

gi

gi poteſt : nam in *d.l.mulier*, legendum eſt, exigi, non A exigere : exigi habent veteres libri etiam, atque etiam Baſilica: *καὶ ἐὰν ἐπαγγείληται δίδοσθαι, ἀπαιτεῖται & ſi promiſit dare, exigitur* : quia recte promiſit, & recte datura eſt. Cæterum in ſcribam, cujus vitio perperam æſtimata ſunt bona puellæ, puella habet actionem ordinariam in eo, quod intereſt, actione, id eſt, in factum ex Senatuſconſulto appoſito in tit. de magiſtr. conveni. Scriba tenetur in ſubſidium : nam actio illa Senatuſconſulto prodita ſubſidiaria eſt, & tenetur ſcriba, quod non ſatis exegerit, quod non exegerit fidejuſſorem à curatore, rem, ſcilicet ſalvam fore in omnem quantitatem bonorum, quod ea bona perperam æſtimaverit, vel dolo malo, vel negligentia quadam : & ſcribam intelligimus ſcribam prætoris, vel præſidis, cujus non qualecumque fuit officium, non qualis qualis apparitio apud B prætorem, vel præſidem, ſed fuit in honore aliquo, cum clariſſimus appelletur in Nov. Juſtiniani, ubi nominatim etiam ſcribit, ad curam, & ſollicitudinem clariſſimi ſcribæ pertinere res minorum, quam 25. annis natu : quod demonſtrat etiam Nov. Conſtantini Porphyrogennetæ *περὶ τῶν συνηθειῶν τοῦ Σχεδίβα*, de ſportulis ſcribæ, quas etiam Latini conſuetudines vocant, qui, ut ait, non eſt *τέλειος δικαστής*, proprie judex, ſed ſubjicitur provincialibus judicibus, & paret, atque etiam tabulariis præſidum majoribus, & omnis ejus cura verſatur in rebus minorum, quarum periculum etiam reſpicit ad cum ex magna negligentia, ſi quid ſcilicet in eo officio prætermiſerit, atque ita coactis in unum tribus illis legibus, altera alteri dedit præclariſſimam lucem.

C

AD TIT. XXII. *De filiofam. minore.*

POſt tit. generalem de in integrum reſtitutione minorum, ſequuntur ſpeciales quæſtiones quæ pertinent ad hunc tractatum : ac prima quæſtio hæc eſt, an filiofam. minor 25. annis detur reſtitutio in integrum ſi pater ejus ſit major: nam ſi filiusfam. minor eſt reſtitutus in integrum, per conſequentiam videris etiam reſtituere patrem, qui eſt major, ad quem jure poteſtatis redeunt commoda, & jura omnia filiifam. quod tamen eſt alienum à propoſito prætoris, qui minoribus non majoribus auxilium pollicetur : & hæc eſt dubitandi ratio: ſed removetur, quia reſtitutio in integrum ſoli filiofam. prodeſt, non etiam patri ex eadem cauſa ſuo nomine obligato, *l.3. §. ſed iterum, D. de minor.* Suo, inquam nomine, non patre obligato nomine filii, nomine peculiari : ſane prodeſt etiam reſtitutio filii, *l.patri, in principio, D.de minor*, atqui filiusfam. minor reſtitui poteſt in integrum, ut in caſu *l.1.hoc tit.* quæ, ut obiter moneam in Baſilicis eſt lex 2. ſi minor filiusfam. fidejuſſerit pro extraneo, vel etiam pro patre ipſo etiam ignorante, ut in *l.ſi dubitet, §.ult.de fidejuſſor.* nam ſi non ſit obligatus ſuo nomine ut ſi ei pro quo fidejuſſit heres extiterit, quo genere fidejuſſoria obligatio perimitur quoties in unam perſonam concurrit principalis obligatio, & fidejuſſoria principalis perimit fidejuſſoriam, major tollit minorem, *l.Stichum, §.quod vulgo, D. de ſolut.* quod etiam indicat *l.1. h.t.* vel etiam ſi filiusfam. minor mutuam pecuniam acceperit contra Senatuſconſult. Macedonianum, qua ex cauſa etiam obligatus non E eſt: certe iis caſibus, & ſimilibus non eſt ei neceſſaria reſtitutio in integrum, *l.2.h.tit.* quæ ex ſimilitudine inſcriptionis, & ſubſcriptionis conjungenda eſt cum l.8.inf.ad Vellejan. utraque ſcripta eſt ad Triphonem militem : ſi obligatus ſit filiusfam. reſtitui poterit in integrum ſi ſe captum probet. Imo uno caſu etiamſi obligatus ſit filiusfam. denegatur reſtitutio in integrum, *d.l.2. h.tit. & l.§. ſed utrum, D.de minor.* videlicet ſi juſſu patris mutuam pecuniam acceperit, qui juſſus efficit quo minus æſtimetur mutuam pecuniam accepiſſe contra Senatuſconſul. Macedonianum : & ut filiusfamil. conventus actione ſi certum petatur, non poſſit reſtitui in integrum. Et hæc eſt brevis definitio hujus quæſtionis.

AD TIT. XXIII. *De fidejuſſor. minorum.*

DIdicimus ex ſupradicto tit. patri ſuo nomine obligato ex contractu reſtitutionem non prodeſſe. Idem hic tit. oſtendit obtinere in fidejuſſore minoris 25. annis, lapſi lubrico ætatis. Itaque fidejuſſori non prodeſt, *l. Stichum, §. quod vulgo, ff. de ſolution.* niſi adverſarius habet alium in quem obligationem transferre poſſit, vel niſi ei ſalva ſit actio in alium, ſine translatione judicii : nam hoc caſu reſtitutio minoris fidejuſſori prodeſt in *l.minor, ff. de procurat. l.ſi pupillus ſe hereditate, ff. de acquir. hered.* vel niſi fidejuſſor ignoraverit minorem eum eſſe pro quo interceſſit: nam ſæpe fallimur in æſtimanda ætate hominum : hoc etiam caſu reſtitutio minoris fidejuſſori prodeſt, qui non putavit eum eſſe minorem pro quo interveniebat, *l. ſi Titius, & Seja, D.de fidejuſſor.* & hoc didicimus de minore lapſo lubrico juventæ, ut ejus reſtitutio non proſit fidejuſſori exceptis illis duobus caſibus, ſi deceptus ſit in re, non dolo adverſarii : nam circumſcripto dolo adverſarii, quæ datur reſtitutio, ſane fidejuſſori prodeſt, & ita eleganter hæc diſtinctio comprobata eſt in *l. 7. in fine, ff. de except.* & tractatur ea de re in *l. in cauſæ 1. ff. de minor.* & obſervandum in dicta exceptione *l. 7.* verbum circumſcribere accipi in malam partem, ita ut proprie circumſcriptus ſit, qui deceptus eſt dolo adverſarii, & ita etiam Harmenopulus in 1.Epitom. *περιφερομένου* interpretatur in legibus eſſe *τὴν ἐξαπάτησιν τὴν ἐν συναλλάγματι γενομένην*.

AD TIT. XXIV. *Si tutor, vel curator intervenerit.*

REſtitutio in integrum non datur, aut non prodeſt patri ejus, qui beneficio ætatis in integrum reſtitutus ex tit.22. non prodeſt etiam fidejuſſori ejus, quod etiam heri didicimus ex tit. 23. adhibitis utrobique exceptionibus quibuſdam: nunc docet h.t.24. non prodeſſe etiam reſtitutionem minoris tutori, vel curatori ejus, nec ideo minus reſcindi geſta cum minore 25. annis quæ geſta ſunt auctore tutore, vel curatore: poſſet quis dicere, non eſſe reſcindenda, quæ cum minore geſta ſunt auctoritate tutoris, vel curatoris, vel ſorte per ipſum tutorem nomine adoleſcentis, qui ſcilicet tutor, vel curator utique eſt ſemper major 25. annis, & poſſet D tentare aliquis hac ratione, quod ſemper poſſit adoleſcens jus ſuum ſervare à tutore, vel curatore, vel fidejuſſoribus eorum per actionem tutelæ, aut negotiorum geſtorum, ſed tamen non ideo minus reſtituitur adoleſcens : nam non ut ex 1. et 2. cauſa edicti de reſtitutione in integrum, ex edicto quod metus cauſa, ex edicto quod dolo malo, ceſſat reſtitutio ſi alia ſit actio, ita etiam ex cauſa ætatis, quæ eſt tertia edicti cauſa: nam etſi alia actio ſit minor, poſtulat auxilium reſtitutionis in integrum, *l. in cauſæ, §. Papin. ff.de minor.* Dices, auxilium reſtitutionis, quod conceditur beneficio ætatis eſſe extraordinarium fateor : ergo non debet dari ſi ſuppetat actio ordinaria: diffiteor, quia favori ætatis & ordinarium, & extraordinarium ſuppetit: & regula illa ut ceſſet ordinarium ſi ſuppetat extraordinarium, vitiatur favore ætatis, ut huic ætati non deſint extraordinaria auxilia: imo vero uno electo non conſumitur aliud, veluti electa actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum, non conſumitur jus petendæ reſtitutionis in integrum, & de hac reſtitutione valde ſingularis eſt *l. ult. hoc tit.* in illo loco : *nullo eis præjudicio per electionem generando*, ergo non ceſſat reſtitutio in integrum, ſi alia ſit actio ordinaria, qua poſſit adoleſcens ad jus ſuum pervenire. Cæterum ſi adoleſcens ipſo jure munitus ſit, ſi contractus ipſo jure non valeat, ut puta ſi ſine tutoris auctoritate celebratus ſit, ubi ea exigitur : ſi minor 25. annis ſervum manumiſerit contra legem Æliam Sentiam, & cauſa non probata apud concilium, quæ manumiſſio etiam ipſo jure nulla eſt. Evidentiſſimum

mum eſt in his cauſis non eſſe neceſſariam reſtitutio- A nem in integrum: & ita eſt accipienda *d. l.in cauſæ 2.in princ. D. de minor.* & confirmatur *l. ſive gener.D. de jure dot.* & *l.4.inf.ſi adverſus rem jud.* & *l.pen.inf.ſi adverſus.*

AD TIT. XXV. *Si in communi eademque cauſa in integrum reſtitutio poſtuletur.*

SEquitur in tit.25. in communi eademque cauſa non prodeſſe etiam reſtitutionem in integrum fratri conſorti: Nam quamvis res ſit communis, patrimonium commune inter fratres, tamen commune non eſt reſtitutionis auxilium, & reſtitutio fratris minoris non prodeſt fratri majori, quod beneficium eſt ætatis; quam in rem eſt ſingularis *l. un. h. tit.* atque ita intelligimus quibus videbatur prodeſſe poſſe reſtitutio adoleſcentis, B non tamen prodeſſe patri, non fidejuſſori, non tutori vel curatori, non fratri, & conſorti, & coheredi.

AD TIT. XXVI. *Si adverſus rem judicatam reſtitutio poſtuletur.*

AB hoc tit. incipit explicare cauſas ex quibus minori 25. annis ſolet dari reſtitutio in integrum. Prima eſt, quæ ſic proponitur: ſi contra minorem 25. annis litigante tutore, vel curatore auctote, vel etiam contra tutorem, vel curatorem ejus, vel procuratorem ejus nomine litigantem judicatum ſit: nam ſi minor probaverit ſe eſſe læſum, litem reſtaurari placet, & agi ex integro: quod eſt reſtitui minorem adverſus ſententiam: & exceptum tantum invenio unum caſum, ſi res judi- C cata ſit pro libertate liberali judicio: hæc ſententia appellatione reſcindi poteſt, non reſtitutione in integrum: favor libertatis ſuperat favorem ætatis, *l.ult.ſi adverſus.*

AD TIT. XXVII. *Si Adverſus venditionem.*

SEcunda cauſa proponitur in tit. 27. Si quid minores 25. annis rei ſuæ vendiderint, vel ſi quid tutores, vel curatores eorum vendiderint commento, figmento tituloque venditionis potius, quam vera venditione, ita ut ex ea re contingerit lædi minorem: nam ut ait *l. ult. h. tit.* in integrum reſtitutio datur minoribus adverſus commentitias venditiones, & tutorum ſeu curatorum inſidias, id eſt, dolum malum. Et hæc dicimus de minoribus, qui rerum ſuarum aliquid vendiderunt D injurati: nam ſi jurati corporaliter, puta tactis Sanctis Evangeliis, vel manu ſublata venditionem fecerint, & juraverint ſe emptori nullam unquam controverſiam facturos, vix poſſunt hanc venditionem reſcindere, quamvis læſi, & reipſa decepti ſint. Et elegans in eam rem eſt *l.1. h. tit.* quod etiam confirmat conſtitutio Friderici, quæ ſolet in quibuſdam Codicibus ſubjici huic conſtitutioni, & ſolet adduci in forum ſæpiſſime, & quacumque ex cauſa. Cæterum conſtitutio Friderici nihil novi conſtituit, quod tamen voluit Accurſius, ſed id ſolum reſtituit, quod cavetur *l. 1.* jusjurandum exigimus corporale: nam duo ſunt genera dandi jurisjurandi: vel enim jurat quis corporaliter: puta manu ſublata, aut tactis Sanctis Evangeliis, vel jurat ex ſcripto, dum refertur in litteras eum juraſſe. Et inter hæc E duo genera multum intereſt: nam ut apparet ex *d. l. 1.* ſi venditio ſit confirmata corporali jurejurando, non poteſt reſcindi per reſtitutionem in integrum: ſi autem jurejurando ſcripto, poteſt reſcindi per reſtitutionem: & ita etiam in *l. 3. inf. ſi min. ſe maj. dix.* Si minor in inſtrum. juraverit ſe eſſe majorem, in integrum reſtitui poteſt: ſi inſtrumentis poſtea docuerit ſe minorem fuiſſe, fides inſtrumentorum exigitur, nec ſufficit fides teſtium: ſed ſi corporaliter juraverit ſe majorem eſſe, nullo modo poteſt reſtitui, etiamſi inſtrumentis probarit ſe minorem fuiſſe. Et ita etiam Epiſcopi, & clerici vetantur jurare corporaliter, ſed non vetantur jurare ex ſcripto. Ea diſtinctio eſt Balſamonis Nomoca- A nonis tit. 19. c.17. Eaque adhibita in concordiam adducit *l.25. cum clericis, ſup.de Epiſc.& cler.*cum *l.3.& l.6. ſup. de iis, qui ad Eccleſias confug.*quæ exigunt jusjurandum à clerico, ſed ut ille vult, ſcriptum, non corporale: atque ita videmus juris auctores magnam facere differentiam inter ea genera præſtandi jurisjurandi.

AD TIT. XXVIII. *Si Adverſus venditionem pignorum.*

SEquitur in tit. 28, tertia cauſa, ſi adverſus venditionem pignorum: ſuperior tit. eſt de venditione rerum minoris liberarum, id eſt, pignori non obnoxiarum: hic tit. eſt de venditione rerum pignori obligatarum. Et oſtenditur in integrum reſtitui minorem ſi pignora ſibi B obligata ex contractu minoris, vel etiam capta ex re judicata, vendiderint, *l.1.eod.tit.l.ſi ex ea re, in princ.ff.de minorib.l.ſi creditor, §.pen.ff. de diſtract. pign. l.1. inſ. de minor.* Ex contractu, inquam, minoris, vel ex condemnatione minoris 25. annis: aliud eſt enim dicendum ſi creditor jure ſuo diſtraxerit pignora ſibi obligata ex contractu heredis, puta ex contractu patris, vel extranei, cui adoleſcens heres extitit: nam etſi ex ea diſtractione pignorum minor damno afficiatur, non poteſt reſcindi reſtitutione, quia is contractus non eſt habitus cum minore, ſed cum defuncto, cui minor ſucceſſit, & cujus modo vicem ſuſtinet, & commoda ferre omnia defuncti, & incommoda, nec poſſe ex contractu ejus reſtitui, ſicut nec potuit ipſe reſtitui, *l.2.ſup.tit. proximo.*

C AD TIT. XXIX. *Si Adverſus donationem.*

SEquitur 4. cauſa in tit. 29. Cauſa hæc eſt improbabilis donationis enormitate, ut ait *l.4. de inoff.don.* ſi minor 25. annis rerum mobilium immodicam donationem fecerit, tutore, vel curatore auctore, alioquin nihil ageret, non etiam ſi quid donaverit propter nuptias ſervato modo patrimonii ſui: hæc enim datio reſcindi non poteſt, *l. 1. h. tit.* cum honeſtiſſima cauſa eam provocaverit, affinitatis, & complendi communis voti ratio, ut ait *l.1.ejuſd. tit. C. Greg. ſi adverſus donationem ſponſalitiam factam:* dixi rerum mobilium: nam donatio prædiorum ipſo jure non valet ulla ex cauſa, nec ſi fiat propter nuptias, in *l.prædia, inf.de prædiis minor.* quæ eſt conjungenda cum *l.1.h.tit.* utriuſque eſt eadem D inſcriptio, & ſubſcriptio. Item datur reſtitutio minori adverſus donationem à patre factam: ut puta ſi pater alicui donanti res mobiles jampridem filio emancipato donatas, & filius inconſulta facilitate ei donationi conſenſum accommodaverit, atque & ipſe quodammodo donaverit: nam in eadem ſpecie reſtituitur adverſus donationem, vel quam ipſe fecit, vel quam factam à patre, ipſe ratam habuerit.

AD TIT. XXX. *Si Adverſus libertatem.*

SEquitur 5. cauſa: ſi minor 25. annis ſervum ſuum manumiſerit: nam etſi adverſus libertatem non poſſit reſtitui in integrum à prætore, aut præſide, quod etiam libertatis favor extorſit: princeps tamen magna E ex cauſa adverſus libertatem reſtituere minorem poteſt, *l. ſi ex ea, §.ult. & l.ſæpe, de minorib.* ut puta ſi manumiſerit actorem bonorum ſuorum, cujus damnum pertineat ad everſionem domus, ut in *l. inter eum, D. de pœn. l. ult. ff. de off. præſid.* hujus ſervi ſummum eſt pretium, cum ejus manumiſſio pertineat *πρὸς τὴν οἴκων ἀνατροπὴν*, ut eſt in 81. Canone Apoſtolorum.

AD TIT. XXXI. *Si Adverſus tranſactionem, vel diviſionem in integrum minor reſtitui velit.*

ADdamus etiam 6. cauſam ex tit. 31. cauſa hæc eſt: ſi minor 25. annis cum adverſario ſuo inconſulto tranſegit, tutore, vel curatore auctore, vel ſi cum colle-

ga, cum coherede, & ſocio ſuo diviſionem fecerit, ut in *l.pen. inf. communi dividundo*, & læſus fuerit: hoc enim ſemper exigitur. Denique in hoc tit. ſunt duæ cauſæ, tranſactio, & diviſio, ſi hæc, vel illa ſit facta in fraudem pupilli, vel adoleſcentis. Et ait, *ſi adverſus tranſactionem, vel diviſionem:* tranſactioni ſubjicitur diviſio, quaſi generi ſpecies: Eſt enim diviſio ſpecies tranſactionis, quia plerumque fit diviſio tranſigendi cauſa: nec fit ſemper exacte, ut in *l. qui Romæ, §.ult. D.de verborum obligat. l. cum putarem in fine, D. famil. erciſc.* & Græci ſane hoc loco verbo novo vocant *ἀπαρτισμόν*, id eſt, finem & conſumationem negotii.

AD TIT. XXXII. *Si adverſus ſolutionem à debitore, vel à ſe factam.*

HEri diximus minori 25. annis dari reſtitutionem in integrum adverſus donationem, & diſtractionem pignorum, imo & adverſus rem judicatam, & quod amplius eſt, etiam adverſus libertatem temere datam, ea tamen in ſpecie opus eſſe reſtitutione principis: nec enim prætorem, aut præſidem id poſſe: magiſtratus olim ſolebant reſtituere in integrum minores, & principes ſolum ex certis cauſis, qui hodie reſtituant, ex omnibus: & magiſtratus quidem urbani, & provinciales prætores, & præſides, qui non tantum juriſdictionem, ſed & imperium habent: nam magiſtratus municipales, qui ſunt ſine imperio, non reſtituunt, *l.ea, quæ, §.1. ad municipal.* Et ut perſequamur alias cauſas in hoc tit. 32. oſtenditur, etiam minorem reſtitui adverſus ſolutionem à ſe factam, vel ſibi à debitore, & ut loquar de ſolutione ab ipſo minure facta, ſi per errorem juris indebitum legatum ſolverit, reſtituitur in integrum, *l.2. h.tit.* puta exiſtimans jure factum eſſe teſtamentum, in quo relictum eſt legatum, quod ipſe jure nullum erat, ut in *l. 11. inf. de teſt. manumiſſ.* quæ eſt conjungenda omnino cum *d. l.2.* utriuſque eadem eſt, & ſubſcriptio, & inſcriptio. Et adjicit *d. l.11.* nec libertates valere, ubi injuſtum eſt teſtamentum, ſi non ſit teſtamento ſubjecta clauſula codicillaris. Recte autem ſup. in *l. pen. de in integr. reſtit.* ſcriptum eſt, minoribus ſubveniri in his, quæ ignoraverunt, id eſt, minoribus ignorantibus jus: nam & ignorantibus factum majoribus ſuccurritur, ſed in minoribus hoc proprium eſſe, ut eis etiam jus ignorantibus ſuccurratur, non etiam majoribus: & in *d. l. pen. in C.Th.* additur, *& mulieribus*, quia ſcilicet et mulieres ignorantia juris excuſat, præbetque cauſam earum in integrum reſtituendarum, ſi ignorantia juris eis damnum attulerit. Minor autem reſtitutus adverſus ſolutionem à ſe factam, condicet quod ſolvit. Item reſtituetur minor ſi ei à debitore recte pecunia ſoluta ſit, et hanc perdiderit, ut *l.1. hoc tit.* et reſtitutus ex hac cauſa agit cum debitore priſca actione, perinde ac ſi debitor non ſolviſſet, nec ex propria eſt eis reſtitutio in integrum, quia debitor, qui ſolvit adoleſcenti: nam in pupillo aliud eſt, ut in *Inſt. quibus alien. licet, vel non*, liberatur, etiamſi curator non intervenerit, & ſi intervenerit curator, vix poteſt minor reſtitui in integrum adverſus ſolutionem, *l. ait prætor, D. de minorib.* Igitur de ſolutione à minore facta minori, vel ejus curatori eſt lex 2. de ſolutione à debitore facta minori, vel curatori ejus *l.1. h. t.* et vulgo male conceptus eſt hic tit. *ſi adverſus ſolutionem à tutore, vel à ſe factam:* nam de ſolutione facta, vel à ſe, vel à curatore nihil cavetur, et rectius veteres libri, et Baſilica, *ſi adverſus ſolutionem à debitore, vel à ſe factam*, et ex Baſilicis in *l.1.* legendum, *promiſſum*, non *permiſſum*, id eſt, beneficium reſtitutionis, quod prætor promittit, non dat: petitur enim, id eſt, poſtulanda eſt, et prætor promittit eam edicto, et incertus plerumque eſt ejus eventus, *l.ſi Titius, & Seja, D.de fidejuſſorib.* quia cauſa cognita datur, et in cauſa cognitionis innumera vertuntur. Obſervandum autem eſt in *l.1.* minorem reſtitui adverſus ſolutionem curatori factam, ut ſi tutor reliqua adminiſtrationis ſolverit curatori, qui tutori ſucceſſerit; quod mirum videtur, præcipue cum *d. l.ait prætor*, dicat non reſcindi ſolutionem factam curatori adoleſcentis, nec quid reſpondeamus, habemus, niſi dicamus in d. *l.* 1. imperatorem non diſtincte affirmare, minorem reſtitui adverſus ſolutionem factam curatori, non abſolute, et præciſe id affirmare, ſed an eo caſu ſit reſtitutio in integrum tribuenda ex cauſæ cognitione æſtimari poſſe, quod fiet quandoque ex magna cauſa ſi hoc prætori æquitas ſuggeſſerit.

AD TIT. XXXIII. *Si adverſus dotem.*

SEd de ſolutione hactenus. Sequitur de dote in tit. 33. ex quo minor annis viginti quinque reſtituitur etiam adverſus dotem, et conſequenter etiam adverſus donationem propter nuptias ut adverſus dotem, *l. ſi ex cauſa, §. cum dotis, D.de minor.* ſi ultra vires bonorum ſuorum dederit, aut promiſerit in dotem, vel etiam ſi omnia bona, ut in *l. un. hoc t.* cum qua eſt conjungenda *l. 4. inf. de jure dot.* quæ lex oſtendit, mulierem omnia bona recte dare in dotem, nulla lege mulierem prohiberi id facere, & tamen *lex un. hoc t.* non videtur convenire cum *d. l. 4.* cum tamen illæ duæ legum partes in unam conſtitutionem cogi, & redigi debeant ſecundum quod monent inſcriptiones, & ſubſcriptiones pares. Sed hoc excutiamus, an mulier poſſit omnia ſua bona in dotem dare. Poteſt id quidem, ſed ita ſi legitimum modum non excedat: nam lege Papia erat conſtitutus dotibus modus, ut indicat *l. 2. C. Th. de inoff. dotib.* ut conſtitutionibus quoque ſacratiſſimorum regum noſtrorum dotibus eſt definitus modus, & qui circumſcribitur in *l.quaro, D. de jure dot.* & in *d. l.4. inf. eod. tit.* legitimum modum dotis eſſe centum librarum auri, qui ut ait Nov. Juſtin. de nuptiis olim maximæ dotis modus fuit, & fortaſſe convenit ratio decies centum millium ſeſtertiorum, quod indicat *l. cum de in rem verſo, D.de uſuris.* Martialis: *Centena decies, quæ tibi dedit dotis.* Juven. *Et ritu decies centena dabuntur antiquo*, & alio loco: *Ceſennia teſte marito bis quingenta dedit.* Ergo etiamſi velit mulier dare omnia bona ſua, debet ſervare legitimum modum, & quandoque videtur tacito jure bona ſua omnia dediſſe, puta ſi convenerit in manum viri. M. Tull. in Top. *Cum mulier viri convenit in manum, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine*, & ita in gloſſa *l. mulier bona, D.de jure dot.* legendum eſt non, *ſi in matrimonium*, ſed, *ſi in manum:* quod & Accurſius ait Ariſtotelem ſcribere in Top. credo quod M. Tullius dicat ſe ſcribere Topica Ariſtotelica. Invenio etiam in *l.Collegarum, de verbor. ſignif.* citare Topica Ariſt. pro Topicis M. Tull. eadem ratione. Igitur certum eſt, mulierem recte dare bona ſua omnia in dotem. Cur ergo reſtituitur ſi omnia bona ſua in dotem dederit in *l.un.hoc tit.* quia ſcilic. quandoque lædi poteſt ipſa, & heres ejus dolo fallaciiſque mariti effundens bona ſua omnia in dotem, vel minoris æſtimans res dotales dote æſtimata data, qua etiam ex re majori ſubvenitur, *l. jure, §.ult.l.ſi res, §.1. ff. de jure dot.* Sed hæc eſt differentia, quod majori ſubvenitur judicio dotis, quod concipitur in bonum, & æquum, *l. eas 8. ff. de cap. min. l. 5. ff. de dote præleg.* nam in formula hujus judicii inſeruntur hæc verba, quod melius æquius, & bono, & æquo convenit, ut ait *l.jure* reſpiciens ad formulam actionis de dote, & ita majori deceptæ dolo mariti ſubvenitur, minori autem ſubvenitur non tantum judicio dotis, ſed etiam reſtitutione in integrum: nam ut heri oſtendi, etiamſi reſtitutio ſit beneficium extraordinarium, nihilominus competit minori ſi ſuppetat ordinarium: favore ætatis, non ſi ipſo jure minor ſit munitus: Tum enim opus eſt reſtitutione: & ita eſt accipienda *l. in cauſæ 2. ff. de minor.* Sed iis aliud addamus, minor reſtituitur etiam adverſus dotem ſi pactione aliqua duriorem dotem fecerit, quam non faceret major, et cautior, ut in *l.minor, §.nulla*,

la, D.de minor. Item reſtituitur adverſus dotem ſi pater dotem dederit pro ea, qui potuit quidem ex continenti ſtipulari ſibi eam reddi ſoluto matrimonio, non ex intervallo, cum dos jam tranſiit in patrimonium filiæ, ſed ſi forte ex intervallo ſtipulanti patri ſibi dotem reddi filia lubrico ætatis lapſa temere conſenſerit, reſtituitur in integrum adverſus eam conditionem dotis, *l.3. ſed utrum, in fine, D. de minor.*

AD TIT. XXXIV. *Si adverſus delictum ſuum.*

SEquitur alia cauſa in tit. 34. delicta contrahuntur dedita opera, & ſua ſponte, aut per ignorantiam. In iis, quæ per ignorantiam, ſane minori ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, *l.2.h.t.* ut mater minor 25. annorum per errorem juris liberis impuberibus non petierit tutorem, quamobrem ex Senatusc. Tertyll. incidit in pœnam amittendæ liberorum ſucceſſionis. Sed ut pœna liberetur, in qnam incidit, reſtituitur in integrum adverſus delictum, adverſus culpam *contre toute faute*, quam admiſit per ignorantiam juris, idemque erit ex *l.ſi adulterium, §. ſtuprum, ff.ad leg.* Jul.*de adult.* ſi minor matrimonio contracto inceſtum jure civili commiſerit per errorem juris eam ducens uxorem, quam fas non erat ducere, non ſi commiſerit inceſtum jure gentium, ut cum ſorore, minor nullo modo excuſatur ab inceſto jure gentium, jure civili excuſatur, in illis autem delictis, quæ contra legem dolo malo committuntur, veluti furto, aut adulterio, minoribus non ſuccurritur, quia ut ait *l.* 1. malorum mores infirmitas non excuſat: Imo vero ex iis criminibus etiam impuberes coercentur, quandoquidem & ob furtum nominatim ex 12. tabul. impuberes verberantur doli capaces: is igitur dolus minoris coercetur, nec qui contra leges fecit dolo malo, leges poteſt invocare, vel edictum de reſtitutione in integrum, *l.auxilium, de minor.* Ratio differentiæ inter illa delicta eſt, quia illa, quæ dolo fiunt, veniunt ex animo: illa, quæ ignorantibus accidunt, veniunt ex contractu, nt ait *l.*1. id eſt, ex re ipſa: nam in ea *l.* 1. ſic eſt legendum, quod & adnotant quidam, *ſed ex contractu venit*, & ita eſt in Baſilicis: *ἀλλὰ ὅτι ἁμάρτημα*, &c. contractum igitur hoc loco accipimus pro reipſa, pro facto, & delicto, ut in *l. ſi rem, ff. rerum amot.* ex malo contractu: etiam delictum contractus eſt, ſive *συνάλλαγμα*, quamvis ſit involuntarius contractus, quædam ſunt delicta involuntaria quidem contractus involuntarii.

AD TIT. XXXV. *Si adverſus uſucapionem.*

QUod eſt tit.35. apertiſſimum eſt, minorem reſtitui adverſus uſucapionem, puta ſi quis rem adoleſcentis uſucepit, vel etiam rem pupilli ab eo bona fide poſſeſſam: nam res pupilli propria non poteſt nſucapi, *l. bona, ff. de adq. rer. dom.* Res aliena, quam bona fide pupillus poſſidet, poteſt uſocapi, quæ tamen & res pupilli dicitur: bona fides dominio comparatur, & dominus ſæpe pro bonæ fidei poſſeſſore accipitur. Reſcinditur igitur uſucapio per reſtitutionem in integrum, & minor dominium, vel poſſeſſionem recipit. Uſucapio eſt adquiſitio dominii per juſtam poſſeſſionem ſine controverſia poſſeſſam tempore legibus definito.

AD TIT. XXXVI. *Si adverſus fiſcum.*

TIt. 36. dicit, minorem non tantum adverſus privatos, ſed etiam adverſus fiſcum reſtitui poſſe, puta rei ſive venditionis à ſe factæ fiſco, vel à fiſco ſibi, vel alterius contractus reſcindendi gratia, ſi ſe captum eſſe dicat, & adverſus privatum quidem, ſi poſtulet auxilium minor cognitione prætoris, aut præſidis, *l.* 2. *Cod. Theod.* adverſus fiſcum cognitio eſt procuratoris Cæſaris, qui & Catholicus dicitur, adhibito præſide, *l.nec quidquam, ff. de offic. procur.* & advocato fiſci, ut in *l. ult. infra, de jure fiſci:* nam iis abſentibus procuratori Cæſaris nulla eſt juriſdictio. Et ex *l. 3. D. eod.t.* notandum eſt, quod ibi notatur de edicto D. Marci, & Commodi, ut addunt Baſilica in *d. l.3.* & noſter Theoph. in *§. ult. Inſtit. de uſucap.* Eo edicto indicta eſt præſcriptio quinquennis in hoc caſu: ſi fiſcns vendidit rem alienam, quaſi ſuam cum putaret eſſe ſuam, & emptor eam rem poſſederit quinquennio ſine controverſia, & interruptione, ſecurus eſt emptor præſcriptione quinquennii adverſus dominum vindicantem rem poſt quinquennium *d. §.ult.* Excipitur ab edicto Marci minor 25. annis: nam hic etiam poſt quinquennium vindicat rem ſuam, quam fiſcus vendidit ut ſuam. Et notat Accurſ. quia ſi fiſcus venderet, ut ſibi obligatam, vel ut debitum majoris, aut minoris, emptor ſtatim eſt ſecurus, nec neceſſaria eſt præſcriptio quinquennii, ſed miror in eadem *l.* 3. relictam eſſe mentionem quinquennii, quando in *tit. inf.de præſcript. quadrien.* apparet edictum D. Marci eſſe ſublatum, & inductam novam præſcriptionem quadriennii, ut ſi quis emeret à fiſco qualemcumque rem, ſecurus ſtatim ſit, ut dominus intra quadriennium poſſit cum fiſco, qui rem ſuam vendidit, qua de cauſa Tribonianus in *l.neque, inf. de reſtit. militum, &c.* cum eſſet ſcriptum quinquennii, ipſe repoſuit quadriennii, ſecundum jus novum, nt ſolet ſcripta veterum ſemper inflectere ad jus novum, ut mirer cur in eadem lege non repoſuerit quadriennii vocem: alia erat præſcriptio quinquennii, quæ dabatur pene in ſimili ſpecie poſſeſſori, ſi quis poſſediſſet rem fiſcalem quinquennio: nam ſecurus erat adverſus ipſum fiſcum, & adverſus competitorem, id eſt, cum, qui rem quaſi fiſco delatam, aut pertinentem ad fiſcum à principe ſibi donari petiit, & impetravit: nam ſi poſſeſſor quinquennii præſcriptione excludit fiſcum, & competitorem igitur, *l.2. de vectig.& comm. inf. l.unica, C. Th. de quinquennii præſcriptione.*

AD TIT. XXXVII. *Si adverſus creditorem.*

IN hoc tit. creditor accipitur proprie pro eo, qui pecuniam credidit, id eſt, mutuam dedit, quem eſſe proprie creditorem Cajus ait in *l. creditorem* 11. *de verbor. ſignificat.* & oſtendit creditoris nomen aliquando largius accipi, & creditorum appellatione contineri non eos tantum, qui pecuniam crediderunt, ſed & cæteros omnes, quibus ex aliqua cauſa debetur. Et ſimiliter proprie debitor eſt, qui mutuam pecuniam accepit, ut in *l.incendium, inf. ſi cert.pet.incendium ære alieno non liberat debitorem:* hæc ſententia vera eſt in debitore mutuæ pecuniæ, falſa in alio debitore. Debitor autem mutuæ pecuniæ ſi minor ſit 25. annis, & paterfamilias, reſtituitur in integrum adverſus creditorem bonæ fidei, reſciſſa cautione creditæ pecuniæ, reſciſſo chirographo, videlicet ſi ea pecunia in rem ejus verſa non ſit, ſi eam perdiderit, ſi male conſumpſit. Dico paterfamilias: nam filiusfamilias, qui mutuam pecuniam accepit, ipſo jure non obligatur ex Senatuſconſulto Macedoniano. Et ita eleganter in *l. 3. §. 1. D. ad SC. Macedon.* credere filiofamilias perdere eſt, & quaſi donare, ut in *l. 6. D. ſi quid in fraud. patr.* Rurſus dixi, adverſus creditorem bonæ fidei ex *l. Stichum, §. quod vulgo, D. de ſolut.* Quia qui ſciens perdituro adoleſcenti, & protinus ſcorto daturo, verbi gratia, pecuniam crediderit, ei ipſo jure nihil debetur, nec igitur adverſus eum adoleſcenti eſt neceſſaria reſtitutio in *l. quod ſi minor, §.pen. ff. de minor. l. ſi vero non remunerandi. §. adoleſcens, ff. mand.* quæ conſtitutio eſt ſanctiſſima: merito enim plectitur creditor crediti jure, qui ſciens perdituro credidit, & male conſumpturo, quia non debuit venire in ſocietatem turpis conſilii. Seneca lib. 5. de Beneficiis. *Pecuniam non dabo, quam numeraturam adulteræ ſciam, ne in ſocietate turpis facti, aut conſilii inveniar.* Denique tum demum neceſſaria eſt reſtitutio minori, qui pecuniam mutuam accepit, nec vertit in rem ſuam, cum ipſe

Digitized by Google

paterfamilias fuit, & creditor bona fide credidit;

A D T I T. XXXVIII. *Si ut ſe hereditate abſtineat.*

IN hoc tit. oſtenditur reſtitui minorem abſtinendi cauſa, id eſt, ut poſſit abſtinere bonis vel hereditate forte detrimentoſa, cui ſe temere immiſcuit, vel quam temere adivit. Item ſi temere ſe pro herede geſſerit, vel bonorum poſſeſſionem agnoverit, qua in re ſervanda eſt forma prodita à Juſtiniano in Nov. 119. *§. περὶ τούτου*, cujus ſententia eſt ſub hoc tit. inſerta, atque etiam, quod laudo, à conditoribus Baſilicon, ut ſcilicet dum poſtulet minor reſtitutionem abſtinendi cauſa, qui jam ſe obligaverat hereditati, ſolemnibus edictis vocet, & adhibeat creditores hereditarios, qui læderentur abſtentione & ſervatis aliis, quæ in hac cauſa proponit d. B Nov. 119. quæ confirmatur aliquatenus *l. etſi, §. ult. D. de minor.* nam commune illud eſt omnium cauſarum, in quibus agitur de reſtitutione in integrum, ut detur reſtitutio cauſa cognita in conſilio prætoris aut præſidis, & vocatis iis quorum intereſt non reſtitui adoleſcentem, qua de cauſa dicitur lis reſtitutionis in integrum in *l. ſi intra, ſup. de in integrum reſtit. min.* & aliis pleriſque in locis: non eſt autem lis ſine adverſario: abſtinendi autem verbum hoc tit. comprehendit repudiationem hereditatis, ut *l. 35. pen. D. de minor. & l. 2. h. tit.* quæ eſt communis, quod notandum eſt, hujus & tit. ſequent. quandoquidem tractat tam de reſtitutione abſtinendi cauſa, quam de reſtitutione acquirendi cauſa, de qua eſt tit. ſequens.

C

A D T I T. XXXIX. *Si ut omiſſam hereditatem vel bonorum poſſeſſionem, vel quid aliud acquirat.*

HOc tit. 39. oſtenditur, minorem etiam reſtitui in integrum acquirendæ hereditatis cauſa, ſi forte intra conſtituta tempora non adierit hereditatem, vel non agnoverit bonorum poſſeſſionem. Omittere eſt tempore excludi, vel intra tempus conſtitutum non adire, ut in *l. un. inſ. quando petent. part. l. quod ſi minor, §. Scævola, D. de minor. l. 5. §. ult. D. ut in poſſeſſ. legat.* Sed trahimus hoc etiam ad hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem amiſſam quocumque modo, ut ad eam, ſcilicet quam omiſit vel amiſit, capeſſendam & adquirendam adoleſcens poſſit pervenire beneficio reſtitutionis in integrum. Et adjicit in hac rubr. vel quid D aliud, quamquam de eo nihil ſit expreſſum in conſtitutionibus ſub ea poſitis: ſed quod in eis eſt expreſſum de hereditate & bonorum poſſeſſione facile trahitur ad legatum, & fideicommiſſum, vel quid aliud, ut poſſit reſtitui legati amplectendi cauſa, quod inconſulto repudiavit, vel repudiandi legati cauſa, quod agnovit inconſulto: nam & legati repudiandi nonnunquam ſubeſt cauſa, cum id ſcilicet onus, lucrum vero nullum legatario affert.

A D T I T. XL. *In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.*

VAriæ jam antea cauſæ variis locis demonſtratæ ſunt, in quibus minori non eſt neceſſaria reſtitutio in integrum, quaſi ipſo jure munito ſatis: ſine curatoris auctoritate facta venditio ipſo jure nulla eſt, & non eſt redintegranda res adoleſcenti, quæ ei ſalva permanſit & integra ipſo jure reſtitutio eſt redintegratio rei amiſſæ vel cauſæ; ubi autem nulla eſt rei amiſſio vel cauſæ, in eo non opus eſt redintegratione. Si igitur rem mobilem adoleſcens vendiderit ſine curatore, non eſt neceſſaria reſtitutio adverſus venditorem, quia ipſo jure nulla eſt, *l. 3. ſup. de in integrum reſtit. minor.* Idem erit, ſi rem immobilem vendiderit tutore vel curatore auctore ſine decreto prætoris: nam hæc quoque ipſo jure nulla eſt, *l. 2. ſup. ſi adverſ. donat.* Item ſi creditor curatoris fidem ſequutus principaliter cum eo contra- A xerit ignorans eum curatorem eſſe, & rem alterius adminiſtrare, *l. pen. ſup. ſi tut. vel curat. interv.* nam hæc nihil nocet minori, non lædit eum aut jus minoris. Igitur non pertinet ad cauſam reſtitutionis in integrum. Idem erit ſi contra minorem indefenſum res judicata ſit, quia ipſo jure ſententia nulla eſt, *l. pen. ſup. ſi adverſ. rem jud.* Item ſi minor 25. annis ſervum manumiſerit contra legem Æliam Sentiam aut cauſa non probata apud concilium prætoris vel præſidis: nam & hæc manumiſſio ipſo jure nulla eſt, *l. ult. ſup. ſi adverſus libert.* hæ cauſæ demonſtratæ ſunt ſup. ſed quia reſtant multæ aliæ, ideo de iis viſum eſt proponere titulum ſpecialem, in quo præter cauſas, quas jam ante habuimus, enumerantur etiam quatuor aut quinque. Prima eſt, ſi minor 25. annis, cum non defenderetur, puta cum non haberet cu- B ratorem, ultus non ſit necem defuncti, cui heres extitit: nam ob inultam necem defuncti majori eripitur hereditas quaſi indigno, minori ſuccurritur ipſo jure, ne indefenſus ob inultam cædem defuncti damnum faciat hereditatis, quaſi indignus, *l. 5. hoc tit. l. minoribus, inſ. de iis, quibus ut indig.* Secunda hæc eſt, ſi minor 25. annis non interpellarit debitorem ex bonæ fidei contractu, vel ex legati aut fideicommiſſi cauſa, ut ſcilicet ex mora cederent ei & debeantur uſuræ & fructus. Nam, ut dicam explicatius, mora proprie fit in perſonam, id eſt, interpellata perſona debitoris: qui ſi non pareat interpellationi admonitus incidit in moram, & ex eo tempore debet uſuras vel fructus ſi fuerit debitor ex bonæ fidei contractu, non ſi ex ſtricto: vel etiam ſi fuerit debitor ex teſtamento legati aut fideicommiſſi no- C mine: nam hæc actio legatorum aut fideicommiſſorum imitatur actionem bonæ fidei in hoc, ut ex mora uſuræ veniant & debeantur, aut fructus, ut oſtenditur in notiſſimo illo tit. *de uſuris ac fructibus legat.* hæc mora quæ facta eſt ſemel, durat perpetuo, neque finitur, ubi quis cœpit debere uſuras vel fructus ex mora, id eſt, ex interpellatione, cujus proprie contemptus eſt mora in perſonam. Alia eſt mora, quæ fit in rem, id eſt, ipſo jure etiam ſine interpellatione ex procraſtinatione ſola, ex die ſolvendæ pecuniæ, vel ex tarditate ſolutionis. Minoribus 25. annis datum hoc eſt conſtitutione Severi, ut eis fiat mora ipſo jure, id eſt, ex ſola tarditate ſolutionis, videlicet uſque ad legitimam ætatem, adeo ut ipſo jure ſine beneficio reſtitutionis eis debeantur uſuræ & fructus uſque ad ætatem legitimam: nam hæc eſt D improprie mora; quæ non interveniente interpellatione, finitur tempore. Igitur poſt legitimam ætatem non currunt uſuræ, non cedunt fructus, niſi interpellatio intervenerit: quæ omnia demonſtrantur in *l. 26. cum vero, §. apparet, D. de fideicomm. libert. l. Titia 87. §. 1. de leg. 2. l. 3. hoc tit.* conjuncta *l. 5. curabit, inſ. de act. empt.* ſunt conjungendæ: quod verbum *pretii* in *d. l. 3. h. tit.* probat manifeſto, ſic minori, qui vendidit rem ipſo jure emptorem non ſolventem pretium re ipſa moram facere, etiam ſine interpellatione, & ex ſolo tempore tardæ pretii ſolutionis uſuras minori deberi, quia emptio venditio contractus eſt bonæ fidei. Tertia cauſa eſt, ſi tutore dativo, nam teſtamentarius non ſatiſdat, litigante vel curatore pupilli nomine, qui ſcilicet non ſatiſdedit rem pupilli ſalvam fore, res contra eum judi- E cata ſit: nam hoc nihil officit pupillo, vel adoleſcenti, quia tutor dativus, qui non ſatiſdat rem pupilli ſalvam fore, non eſt legitimus adminiſtrator rerum pupilli, *l. 4. h. tit.* conjuncta *l. 3. inſ. de tut. vel cur. qui non ſatiſded.* Quarta cauſa eſt, ſi minor 25. annis in proponenda querela inofficioſi teſtamenti, quæ ei competebat ob exheredationem injuſtam quinquennio ceſſavit, quo tempore ſolet extingui hæc querela: ſed hæc præſcriptio quinquennii ipſo jure non currit adverſus minorem, *l. 2. h. tit.* nec dicas currere, ſed eis ſubveniri per reſtitutionem: quin potius dicas ipſo jure non currere, & generaliter in *l. ult. h. tit.* Juſtinianus conſtituit ne ulla præſcriptio currat minori 25. annis, ne ulla temporis præſcriptione de jure ſuo cadat minor, ipſo jure

ſecu-

ſecurum eſſe minorem, nec lædi poſſe temporum præſcriptionibus, præterquam præſcriptione 30. vel 40. annorum: hæc currit adverſus minores, nec reſtitui poſſunt: aliæ ipſo jure non currunt, nec reſtitutione opus eſt, & hoc nove conſtituit Juſtin. nihil enim jampridem conſtitutum fuerat generaliter de omnibus præſcriptionibus, ſed tantum de præſcriptione quinquennii in cauſa inofficioſi teſtamenti, *d. l. 2. h. t.* non de præſcriptione 10. aut 20. annorum, *l. 2. & 3. inf. quib. non objicitur longi temp. præſcr.* non in omnibus præſcriptionibus, ut patet ex *l. 5. inf. ſi ſæpius in integ. reſtit. poſtul.* nam ea lex oſtendit, minori currere præſcriptionem temporis præſcripti ad appellandum, vel ad perſequendam appellationem ſi id temporis non obſervaverit, ſed reſtitui poſſe: igitur in hac cauſa præſcriptio temporis nocebat minori, quæ hodie non nocet: nova igitur eſt B conſtitutio Juſtiniani quatenus generalis eſt, & nullam præſcriptionem excipit, niſi temporis longiſſimi, puta 30. aut 40. annorum. Itaque non eſt dicendum, quod dicebat Placentinus, bibiſſe Juſtinianum, ſive peccaſſe per oblivionem, quod ſe id primum putaret conſtituiſſe, quod alii jam conſtituerant, & Accurſius cum forte niteretur probare idem olim fuiſſe conſtitutum, quod vult Juſtinianus, forte, inquit, ſecundum Placentinum biberat hic Juſtinianus, nec recordabatur idem olim fuiſſe conſtitutum. Inde ſtatim unum obſervatur, vinum generare oblivionem, cum Placentinus dicat, biberat ex fonte lethæo.

AD TIT. XLI. *Qui, & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt.*

C

HActenus demonſtratum eſt in quibus cauſis reſtitutio in integrum minori neceſſaria eſt, vel non: nunc incipit tractare, qui minores non poſſint reſtitui in integrum, vel adverſus quos: & primum oſtendit *l. 1.* non temere reſtitui in integrum minores, quos conſtat eſſe attentos diligenteſque patresfamilias, & quos veriſimile non eſt lapſos eſſe ætate, atque prætorem prudentiſſimum eſſe oportet, cujus eſt notio, ne quemlibet minorem pro majore habeat. Sunt enim prudentes quidam ſupra ætatem, & cauti, & additur in *l. ult.* quæ eſt etiam Juſtiniani, & nova, ut non detur minori reſtitutio in integrum adverſus parentes, vel patronos utriuſque ſexus, nec ſi lapſus ſit lubrico ætatis citra fraudem parentum, aut patronorum. Denique non rem geſtam D cum parentibus, vel patronis reſcindit, quod valde novum eſt: nam veteres, ut recenſet Juſtinianus, variabant hac in re: alii dicebant non eſſe dandam reſtitutionem adverſus eas perſonas ſi dolo earum minor circumſcriptus eſſet, ne arguerentur de dolo propter verecundiam debitam his perſonis, niſi ſcilicet ex magna cauſa, vel ex gravi detrimento, vel etiam ſi forte turpis eſſet perſona patris, vel patroni, hiſtrio, mimus, ſcenica: facile etiam turpis parentis, aut patroni arguitur dolus, neque his exhibetur reverentia: qui locus obiter eſt notandus: nam vulgo accipitur male, *l. pen. ff. de obſeq. parentib. & patron. præſt.* liberto ſemper ſancta, & honeſta videri debet patroni perſona: ergo non turpis, quæ etſi ſit (*il faut s' arreſter ſur ce*) ſemper, id eſt, tam vivo, quam mortuo patrono: quod declarat E *lex apud, §. adverſus, ff. de doli except.* Sed ſi manifeſta ſit turpitudo patroni, ſane tum liberto non erit honeſta perſona patroni, ut indicat eadem *lex ult.* in qua Accurſ. errat. Alii dicebant, dandam adverſus eos reſtitutionem ſi lapſus eſſet minor facilitate ætatis. Juſtinianus vult nullo modo eis dari reſtitutionem ſi ſine fraude, ſine lubrico ætatis lapſi ſunt, quia ex quacumque cauſa detur reſtitutio, videtur quodammodo pudor ejus, adverſus quem reſtitutio datur ſuggillari. Certe vetus illa actio de circumſcriptione adoleſcentis ex lege Lætoria videtur fuiſſe famoſa, *uti ne propter te fraudemve tuam captus fraudatuſve ſiem.* Cæterum Juſtinian. ſignificat in fine, quod ego attingo propter Accurſium, A qui hic hæſitat, in has perſonas non facile cadere fraudis ſuſpicionem fabrefactæ adverſus pignora ſua, liberos libertoſque ſuos: quinimo eas perſonas cavere plerumque ne quid ſuæ opinioni contrarium faciant adverſus liberos libertoſque ſuos: opinioni, id eſt, pudori ſuo. Igitur generaliter definit ne minores adverſus eas perſonas reſtituantur. Et in Novel. cxv. excipitur unus caſus tantum, ſi matres ſecundas nuptias contraxerint: nam quaſi abalienaverint animum à liberis, liberi facile reſtituuntur adverſus matres, alioqui debent minores damnum, quod fecerint, boni conſulere potius, quam retractare rem geſtam cum parentibus, vel patronis.

AD TIT. XLII. *Si minor ſe majorem dixerit, vel probatus fuerit.*

DIdicimus ex tit. 41. minorem 25. annis nullo modo reſtitui adverſus patronos, vel parentes: eos quoque minores non facile reſtitui, qui diligentes ſunt patresfamilias, & qui etiam in Repub. adminiſtranda ſe induſtrios præbuerunt, ut non ſit veriſimile eos errare & labi per infirmitatem ætatis, ſive conſilii: hoc, inquam, habuimus in tit. 41. nunc in tit. 42. oſtenditur, etiam eos minores non reſtitui in integrum: nam quinque titulis ordine exequitur eos minores, qui non poſſunt reſtitui in integrum 41. 42. 43. 44. 45. & in hoc oſtendit eos minores non reſtitui in integrum, qui jurarunt, vel forte, ut pecunia eis crederetur, dolo malo ſe majores eſſe dixerunt, & perſuaſerunt, vel etiam, qui dolo malo ſcientes ſe eſſe minores præſidi, ſive prætori impoſuerunt, & falſo probarunt ſe eſſe majores: quia in iis malitia ſupplet ætatem, ut eleganter ait *l. 3. h. tit.* ideo non reſtituuntur, ſcilicet adverſus illos, quos deceperunt: idemque dicitur de minoribus, quod de mulieribus in *l. 2. §. pen. D. ad Senatuſconſ. Velle).* deceptis non decipientibus ſubveniri, *l. 2. C. Greg. ſi major fuerit probatus, & l. 2. h. t.* nam ſi dolus minorum abſit à malitia mala, ut ſi per errorem, vel per fraudem adverſarii majores probati fuerint, non immerito poſtulant reſtitutionem in integrum, *l. 3. & 4. eod. tit.* & probare quidem convenit majorem ætatem perfectam. Eleganter Græci hoc loco vocant, *πρόσοδον τῆς λεγομένης ἡλικίας*, quam probationem ſequi ſolet decretum prætoris, aut præſidis, etiamſi revera non ſint majores permittentes eis rerum ſuarum adminiſtrationem: probatur autem ætas, vel teſtibus, vel inſtrumentis, *l. 2. inf. tit. 44.* veluti tabulis profeſſionum, *l. 4. D. de excuſ. tut. l. 1. h. tit.* ubi non male Græci tabulas profeſſionum interpretantur *ἀπογραφὰς τοῦ πατρὸς*, quod plerumque ſcilicet conficiantur à patre natis filiis. Apul. 2. Apol. *Pater natam ſibi filiam more cæterorum profeſſus eſt: tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domi aſſervantur.* Sed confectæ etiam à matre, vel à patre fidem faciunt, *l. etiam, ff. de probat.* Probatur etiam ætas ex aſpectu, ut ait *l. 3. h. tit. l. minor 25. ff. de minor. & l. 1. C. Greg.* & quantum opinor, maxime ſi de pubertate marium quæratur ex aſpectu neceſſariæ partis, ut loquar cum Paulo in *l. 7. ff. de ædilit. edict.* Illo in loco ubi ait, *neceſſaria pars corporis ei abſit.* Ibi videtur abundare particula tam. Nam Artemidorus eſt teſtis locuples *τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς* vocari *ἀναγκαῖον μόριον*. Et ex aſpectu ejus partis in mare, non etiam in fœminis pubertatem exiſtimant. Ariſtophanes in Veſpis: *παῖδας ὄντας* &c. & Plato 11. de leg. cum etiam ex aſpectu oſtenditur æſtimari debere nubilem ætatem, *τὸν τῶν γάμων χρόνον* &c. & Quintil. Declam. 279. *Poſtea filium nudari, & in conſpectu judicum conſtitui cogit.* Idem in inſtitut. centumviralem eſſe quæſtionem ait, ut pubertatis annus in corporis habitudine æſtimetur: controverſam igitur fuiſſe quæſtionem inter Caſſianos, & Proculejanos, *l. in legib. §. ult. inf. quando tutor, vel cur. eſſe deſ.* eam Juſtin. definit, & ſedavit omnem controverſiam, conſtituens, ut & in mare, & in fœmina ætas æſtimetur

ex

Digitized by Google

ex annis tantum, in maribus ex annis 14. in fœminis ex A 12. quæ conſtitutio Juſtin. confirmatur etiam lege vetuſtiori, puta *l.4. C. qui teſt. fac. poſſunt*, ubi aperte ait, eum, qui pervenit ad annum 14. poſſe teſtamentum facere quaſi puberem, licet vigoris in eo nulla extent veſtigia, id eſt, habitus, licet non videatur eſſe pubes: pubertatem igitur æſtimari non ex habitudine, ſed ex annis, ſecundum quod impubes eſt, qui nondum pervenit ad annum 14. etiamſi facies, vel quæ alia pars corporis pubertatem, aut majorem computet ætatem, & facies, ſicut ait Juvenal. *computat annos*.

AD TIT. XLIII. *Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur*.

IN tit. 43. oſtenditur, alius caſus, quo etiam minores B non reſtituuntur in integrum, puta in ea cauſa in qua jam ante petita reſtitutione in integrum repulſam paſſi ſunt, niſi novas proferant defenſiones: hoc, ne res ſemel judicata temere retractetur, ne cauſa, quæ ſemel tranſiit ad condemnationem, temere inſtauretur, & hoc eſt, quod ait Paulus lib. 1. Sentent. integri reſtitutionem plus quam ſemel non eſſe decernendam, aut diſceptandam ex eadem cauſa, ne bis eadem de re diſceptetur.

AD TIT. XLIV. *De his, qui veniam ætatis impetraverunt*.

IN hoc tit. etiam alius caſus ponitur, quo minores non reſtituuntur etiamſi læſi ſint, puta ſi à principe C extra ordinem, ut ait *l.3. D. de minor.* vel etiam hodie à magiſtratu ex Nov. Leon. Philoſ. veniam ætatis impetraverint. Hi non poſſuot reſtitui in his, quæ geſſerunt poſt impetratam veniam ætatis, etiamſi nondum perveniſſent ad ætatem perfectam, *l.5. inf. de temp. in integ. reſtit.* & ratio in *l.1. h. t.* hæc additur, ne qui cum eo contraxerunt poſt impetratam à principe veniam ætatis circumſcripti videantur principali auctoritate: neque enim impetrant veniam ætatis, id eſt, jus legitimæ ætatis, & adminiſtrationis rerum ſuarum, niſi implerint mares 20. annum, & fœminæ 18. celerior eſt curſus prudentiæ muliebris. Et hæc quidem ætas in mare 20. in fœmina 18. annorum à Conſtantino dicitur firmata ætas, & hoc proprio nomine donata eſt *l. 1. C. Th. eod. tit.* nec enim ætas 20. aut 25. annorum poteſt dici ætas D perfecta nec legitima, & qui ætatem perfectam, & legitimam dicit, non hanc dicit, ſed juſtam ætatem 25. annorum ita definitam lege Lætoria, ut ait *l.2. C. Th. de donat.* & inde nomen legitimæ ætatis. Igitur hæc ætas, qua licet impetrare veniam, ne dicatur perfecta, ne legitiina, ſed ſuo proprio nomine firmata. Exigitur autem, ut ii, qui impetraverunt à principe veoiam ætatis, eam veniam inſinuent apud competentem judicem, puta ex *l.2. h. tit.* ſi Senatores ſint apud præfectum urbi, nam l.2. eſt ſcripta ad Verinum præfectum urbi, non præfectum prætorio, quod Baſilica confirmant. Et obiter ex eo iotelligitur in Senatoribus numerari etiam minores 25. annis, quod Livius oſtendit multis locis cum Senatores ſint quicumque ſunt ex ſtirpe Senatorum: & ſufficit argumentum illius adoleſcentis Papirii: neceſſe eſt E igitur, ut ſi ſenatores ſint, inſinuent veniam ætatis apud præfectum urbi, ſi plebeii apud prætorem, & in provinciis omnes apud præſidem: neque hoc ſatis eſt: nam & apud eos judices probare debent per ſe, non per procuratorem ſe eſſe ætatis ann. 20. & probant etiam teſtibus advocatis ſe eis eſſe moribus præditos, ut poſſint ſufficere ſuis negotiis, atque demereri veniam ætatis: & loquor de moribus, ut hæc per ſe probent: nam fœminæ propter pudorem, & verecundiam ſexus non coguntur prodire in publicum, ut in *l.1. ſup. de offic. diverſ. jud. l. 2. §. ſin autem, inf. de jurejur. propt. cal.* & ſatis eſt mulieres probare firmatam ætatem per procuratorem legitime conſtitutum, *l. 2. hoc tit.* vis autem A omnis hujus veniæ, quæ à ſolo principe concedi potuit, ut ait Nov. Leonis Philoſ. vis, inquam, hujus beneficii principalis hæc eſt, ut minores 25. annis curatione liberentur, & rerum ſuarum adminiſtrationem recipiant, & in omnibus pro majoribus habeantur, præterquam ſi prædia ſua velint alienare, vel obligare ſine decreto, in *l. pen. h. t. l. 10. inf. de appell. l. 10. inf. ſi major factus alien.* In hac re non habentur pro majoribus, namque indigent decreto prætoris, quaſi minores, quo non indigerent, ſi io hac re haberentur pro majoribus, & ita hanc exceptionem in formula veniæ ætatis lib. 7. Variarum Caſſiodor. adjecit, *Ita ut alienandis ruſticis prædiis, & urbanis conſtitutionum ſervetur auctoritas, ne dum opinioni parere volumus, auctoritatem publicam lædere videamur*.

AD TIT. XLV. *Si major factus ratum habuerit*.

ULtimus caſus quo minores non reſtituuntur in integrum proponitur in hoc tit. 45. videlicet ſi quæ minor geſſit, poſtea major factus rata habuerit, & fecerit: nam per ratihabitionem videtur renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, cui recte renuntiat poſt legitimam ætatem, intra quam ſi inconſulto renuntiaret, reſtitueretur, ut adverſus conſenſum quemlibet inconſultum: & nihil intereſt facto an ſilentio ratum habuerit, quod minor geſſit. Ita Paulus lib. 1. Sentent. ubi malim facto, quam pacto, & ſilentio, cujus temporis? jure veteri ſilentio unius anni utilis, intra quem peti debet reſtitutio: jure autem novo ſilentii quadriennii C continui, quod ſucceſſit loco anni utilis ex conſtitutione Juſtiniani, *l. ult. inf. tit. 52.* Excipienda eſt alienatio prædiorum ſicut à tit. ſup. facta ſine decreto, quia poſt legitimam ætatem ratihabitio non temere confirmatur etiam ſilentio quadriennii, ſed longioris temporis, ut oſtendit *l. 1. tit. ſi major factus alien.* & hoc diſtat hic t. ab illo lib. 5. quod ille titul. lib. 5. eſt de alienatione ipſo jure nulla: hic autem titul. noſter eſt de alienatione ipſo jure perfecta, vel de qua alia re non inutiliter geſta à minore, & hi ſunt caſus, quibus minores oon reſtituuntur in integrum.

AD TIT. XLVI. *Ubi, & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit*.

D SEquitur alia quæſtio de reſtitutione in integrum tit. 46. ubi, & apud quem &c. Ubi, id eſt, in quo foro, & placet etiam cognitionem reſtitutionis in integrum, ſive eam petat minor, ſive major ex juſta, & legitima cauſa, agitari debere in foro rei, adverſus quem petitur reſtitutio ſecundum regulam juris, *l. juris, de juriſdict. omn. judic.* & non tantum agitari eam pro tribunali apud magiſtratum urbanum, vel provincialem, ſed etiam apud judicem datum à principe, vel à magiſtratu ordinario ſpecialiter in hanc ipſam rem, vel in aliam, in quam tamen incidat quæſtio reſtitutionis, vel apud eum, cui mandata ſit juriſdictio omnis, vel hæc ſpecies. Eſt enim hæc cognitio juriſdictionis, & miſti imperii: ideoque mandari cuilibet poteſt, quod oſtendit optime *l. ult. hoc tit.* ſed quibuſdam caſibus hæc cauſa reſtitutio- E nis in integrum non agitatur in foro rei, ſed in conſiſtorio principis: ut ſi petatur reſtitutio adverſus libertatem, *l. 10. D. de minor.* ſolius enim principis eſt reſtituere adverſus libertatem: vel ſi petatur adverſus rem judicatam à procuratore Cæſaris, vel ab eo, qui vice ſacra judicat, veluti vicario, aut præfecto urbi, vel adverſus rem judicatam à judice dato à principe ipſo, *l. 1. h. t. l. 3. inf. ſi adverſus rem judicatam, l. minor autem, §. pen. D. de minorib.* his caſibus ſolus princeps reſtituit, ſoluſque cognoſcit de cauſa reſtitut. alias cognitio eſt magiſtratus urbani, vel provincialis, vel judicis dati à principe in haoc cauſam, vel dati à magiſtratu in hanc cauſam, vel in aliam rem, in quam tamen incidat hæc quæſtio: cognitio etiam dicitur ejus, cui mandavit juriſdi-

riſdictionem omnem, vel hanc partem magiſtratus orbanus aut provincialis. Cæterum cognitio non eſt magiſtratus municipalis ſuo jure, qui ſimplicem juriſdictionem habet, non mixtum imperium: nam hæc imperii magis ſunt quam juriſdictionis. Suo ergo jure magiſtratus municipalis neque reſtituit in integrum, neque cognoſcit hac de re ſine mandato principis, *l. ea, quæ, D. ad municip.* non enim competit judici compromiſſario, non arbitro electo ſine compromiſſo communi nudoque conſenſu partium, non arbitro dato à judice pedaneo, habente ſcilicet cognitionem tantum non juriſdictionem, quod indicat optime *d. l. ult. hoc. tit.* Judex datus ſive delegatus dat quandoque arbitrum, veluti fidejuſſoribus probandis, vel excutiendis rationibus, vel bonis æſtimandis, nunquam judicem, & hi ſunt, ad quos non pertinet cognitio reſtitutionis, & in *l. ult. h. tit.* illo loco, *audiat eſſe trahendum*, notavi eſſe legendum, *audeat*, & ſane rectiſſime.

AD TIT. XLVII. *De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum reſtitutionis.*

DE reputationibus, περὶ ἀναλογιῶν, ut eſt in Baſilicis, id eſt, de iis, quæ minori petenti reſtitutionem in integrum imputantur, ut ſcilicet vel ea reddat, vel compenſet: ut ſi reſtitui adverſus venditionem à ſe factam deſideret, non tantum fundum venditum, & traditum reddi ſibi, ſed fructus etiam, quos emptor percepit, aut percipere potuit, cum fructibus compenſare debet uſuras pretii, quod accepit, vel pretium reſtituere emptori cum uſuris: imo etiam ἀναλώματα, meliorationes, id eſt, ſumptus meliorati fundi, debet reſtituere: nam reſtitutio in integrum fit ultro citroque, eſt reciproca. Denique ita fit ut unuſquiſque ſuum recipiat & minor, & qui cum minore contraxit, *l. quod ſi minor, §. pen. D. de minor.* Et ſimiliter minor reſtitutus adverſus emptionem à ſe factam, recipit pretium, quod numeravit cum uſuris medii temporis, & rem emptam reſtituit cum fructibus, vel ut fit plurimum, cum fructibus compenſat uſuras. Item reſtitutus adverſus tranſactionem reddit quod accepit ex cauſa tranſactionis, & viciſſim ei redditur quod dedit cum acceſſionibus, & omni cauſa. Item quod etiam dicitur *l. un. h. t.* reſtitutus repudiandæ hereditatis cauſa, quam temere adiit & aliquandiu poſſedit, reddit id omne, quod ex hereditate percepit, & ad quem hereditas tranſit, puta ſequenti agnato. Et etiam, quod dolo malo fecit, quo minus percipere poſſet: nam ipſe videtur percepiſſe, quod ipſe data opera fecit ne perciperet: dolus enim pro perceptione eſt, dolus pro poſſeſſione. Et eadem ratione minori reſtituto adverſus expromiſſionem, puta cum novandæ obligationis gratia interceſſit pro alio, atque ita eum liberavit, quod eſt proprie expromittere, hoc caſu reſtituitur creditori vetus actio, quam novatio peremerat, in veterem debitorem reſtituto novo debitore. Et per reſtitutionem reciſſa obligatione nova, reſtituitur obligatio vetus, ut utraque ex parte reſpondeant omnia, in priſtinum ſtatum: eſſet enim iniquiſſimum ex una tantum parte valere reſtitutionem in integrum: & idem etiam in intereeſſione mulierum, ſi novandi animo interceſſerint ex Senatuſconſ. nam reſciſſa interceſſione mulieris, creditori actio vetus reſtituitur, ut patet ex tit. ad Senatuſconſ. Vellejanum.

AD TIT. XLVIII. *Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe.*

ETiam illud quæri inſpicique dignum erat, an per procuratorem poſſet poſtulari, & agi cauſa reſtitutionis in integrum. Dubitationis ratio hæc eſt, quod in judicio reſtitutionis in integrum probari ætatem conveniat, *l. 4. inf. de in integr. reſt. minor. l. cum in majorem, inf. de probat. l. intra, D. de minor.* & ætas plerumque probatur ex aſpectu, & habitudine corporis: præſentem igitur oportet rogare reſtitutionem in integrum, & litem agere eandem, non mittere procuratorem: moveor igitur, quod mores per ſe inſinuent veniam ætatis, ut heri diximus, ætatemque firmatam, & morum probitatem probant, non per procuratorem. Sed hæc nihil nos movere debent: nam & aliis modis quam ex aſpectu ætas probatur, & inſinuatio veniæ majorem diligentiam requirit, quam cauſa reſtitutionis in integrum. Per procuratorem igitur recte cauſa reſtitutionis agitur, cui ſcilicet idipſum nominatim mandatum ſit: nec enim ſufficit generale mandatum. Putem & per cognatum & affinem peti, & agi poſſe, etiamſi ei id nominatim mandatum non ſit, ſi modo nec à minore petere prohibitus ſit, quod confirmat *l. Papinianus, §. illud, & l. patri, D. de minor.*

AD TIT. XLIX. *In integrum reſtitutione poſtulata, ne quid novi fiat.*

QUod majoribus præſtat appellatio, hoc minores conſequuntur beneficio reſtitutionis in integrum, ſi nolint appellare, *l. præſes, D. de minor.* At ſive appellarint majores aut minores, ſive petierint minores reſtitutionem in integrum, medio tempore nihil novatur, ut in *tit. D. nihil novari pendente appellat.* ſed omnia manent integra, quoad de appellationis, vel reſtitutionis cauſa pronuntiatum ſit.

AD TIT. L. *De reſtitutionibus militum, & eorum qui Reip. cauſa abſunt.*

SEquuntur tit. quibus oſtenditur, nonnunquam quibuſdam ex cauſis etiam reſtitui majores 25. annis. Et primus hic eſt de reſtitutione militum majorum 25. annis, heredumque eorum: nam omnis reſtitutio militum tranſmittitur in heredem, & ſi nondum petita ſit, ſicut omnis actio etiamſi nondum ſit conteſtata, exceptis quibuſdam, *l. non ſolum, D. de reſtit. in integr.* actionis nomine comprehenditur etiam cognitio prætoria reſtitutionis in integrum, quæ ſcilicet origine fuit prætoria: nam & hujus rei cognitio pertinet ad alios pleroſque, ut ſup. dixi: majores igitur 25. annis, hereideſque ex eorum perſona reſtituuntur in integrum, ſi cum eſſent in militia occupati, in caſtris, vel quod addendum eſſe cenſeo, in præſidiis, in hybernis, vel cum alio modo abeſſent Reip. cauſa ſine dolo malo, ſi interim res eorum abſentium uſucapta ſit, vel vendita à creditoribus ex cauſa debiti, vel ſi tempore amiſſæ ſint actiones, quæ eis competebant, nec erant perpetuæ, vel ſi tempore amiſſa ſit bonorum poſſeſſio hereditaſque eorum, qui peregre Reipub. dant operam: juſta eſt abſentia: nemini juſta abſentia officere debet, quæ ſcilicet ſuſcipitur Reip. cauſa: nec enim aliam abſentiam habuero pro juſta ratione. Et reſtituuntur quidem intra annum ex jure veteri poſtquam abeſſe deſierunt Reip. cauſa, vel ſecundum jus novum intra quadriennium, & per reſtitutionem reſcinditur uſucapio, quæ eis abſentibus completa eſt, reſcinditur venditio bonorum facta à creditoribus, reſcinditur diſtractio pignorum, & aboletur præſcriptio temporis, & reſtituitur abſenti dominium rerum ſuarum, reſtituitur bonorum poſſeſſio, qua exciderat, reſtituuntur amiſſæ actiones omnes, quod conſtitui h. tit. demonſtrare. Sed obſervandum eſt potiſſimum ex *l. 4.* bona abſentis Reip. cauſa, & indefenſi à creditoribus ex edicto poſſideri quidem, non etiam venire poſſe: ita ut ei reverſo non ſuppetat auxilium reſtitutionis in integrum adverſus venditionem. Et ita accipienda *l. 4. h. t. & l. in poſſeſſ. §. 1. D. quibus ex cauſis in poſſeſſ.* Quod autem apud Livium lib. 20. P. Sextius Conſ. edicit, ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret aut venderet, id edicit ſingulariter in ſumma Reip. trepidatione, cum hoſtes propere ad portes adeſſent: & notant omnes ex *l. pen. h. tit.* filium militem quaſi privilegio militiæ ſuæ non poſſe

reſcin-

reſcindere ea, quæ pater geſſit, dum is filius erat in militia, cui poſtea filius heres extitit, non poſſe adverſus ea reſtitui, optima ratione, quia hoc privilegio utitur miles tantum in his, quæ ipſe geſſit militiæ tempore, vel prætermiſit, vel ignoravit: nam in his, quæ pater vel alius, cui ſucceſſit, geſſit, ei eo nomine non competit reſtitutio. Ex *l. ult. h. tit.* obſervandum eſt, privilegium quod militibus datur ut teſtentur jure militari quoquomodo voluerint, non habere militem, qui agit in ſedibus ſuis, *l. pen. inf. de teſtam. milit.* Et rectiſſime Baſilica in eadem *l. ult.* ſedes interpretantur ædes, id eſt, cum ſedent domi, *ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις*, & ita etiam in *l. 2. C. Th. de domeſticis*, in ſedibus idem ſignificat, *en ſa maiſon*. Et quod Theop. in *§. 1. Inſtit. de milit. teſt.* ſedes interpretatur ſedeta, falſum eſt: nam ſedeta ſive foſſata, ut Suidas interpretatur, ſunt caſtra ſive ſtativa, ut in *l. 18. ſup. de Epiſcop. audient.* quæ eſt Græca: falſum eſt militem non uti ſuo privilegio cum eſt in ſtativis, ut falſum eſt non uti in caſtris, in expeditionibus: In ſtativis, vel in præſidiis poterit jure militari teſtari mea ſententia: & tempora quæ fecerit in ſtativis aut præſidiis, ei proderunt ad reſtitutionem in integrum, & plane velim in *d. l. ult.* expeditionis nomine etiam intelligere ſtativa & præſidia.

AD TIT. LI. *De uxoribus militum, & eorum qui Reip. Cauſa abſunt.*

IN integrum reſtituuntur non tantum milites, & ii qui Reip. cauſa abſunt, ſed etiam uxores eorum ſi ſequutæ viros interim per abſentiam aliquid damni ſenſerint: Sequebantur pleræque viros in militiam ut cui officium publicum damno eſſe non debet propter abſentiam, non ſit etiam uxori ejus ſequutæ virum.

AD TIT. LII. *De temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum & aliarum perſonarum, qui reſtitui poſſunt, quam heredum eorum.*

COmmunis eſt hic tit. 52. minoribus & majoribus: & erat olim quidem ut hic de temporibus primum dicamus omnibus jure prætorio conſtitutus annus utilis ad petendam reſtitutionem in integrum. Deinde lege Conſtantini fuit reſtitutionibus minorum conteſtandis finiendiſque in urbe & intra centeſimum miliarium urbis, & ut conſtat ex *l. 2. C. Th. de reſtit. in integr.* fere ſemper urbs quaſi concluditur centeſimo miliario, *l. 1. D. de offic. præfecti urb. l. 35. C. Theodoſ. de Epiſc. & cleric. & l. 62. C. Th. de hæreticis.* Fuit, inquam, ea lege minoribus præſtitutum quinquennium poſt completam legitimam ætatem in urbe, vel intra centeſimum miliarium. In Italia autem quadriennium, in provinciis triennium, ut non male in *C. Th. l. 5. eod. tit.* habeat juge tempus, quod eſt Conſtantini: nam voluit Conſtantinus quinquennium illud vel quadriennium, vel hoc tricennium juge eſſe, id eſt, continuum, & tamen vulgo heic legitur jure, & Baſ. *νομίμως*. quia ſcil. Juſtin. ſibi vindicat definitionem continui temporis abrogata lege Conſtantini, conſtituens ut non obſervata locorum differentia nec ætatum, idem jus ſit, eadem inſpectio temporis in reſtitutis minorum & majorum, ut inquam, intra quadriennium continuum agatur & peragatur cauſa reſtitutionis in integrum, *l. ult. h. tit. l. ult. inf. de repud. heredit.* & quadriennium quidem iſtud continuum minoribus numeretur à die primo anni 26. in diem extremum anni 29. vel à die, qui veniam ætatis inſinuaverunt in judicio competenti, *l. 5. h. tit.* militibus ex die miſſionis, *l. 1. h. t.* & ſimiliter aliis abſentibus Reip. cauſa ex die reverſionis. Et hoc de temporibus in integrum reſtitutionis. Altera quæſtio in hoc tit. eſt longe difficilior de heredibus earum perſonarum quatenus io integrum reſtitui poſſunt. Et in ea quæſtione adhibetur diſtinctio hæc. Aut minor minori heres extitit, aut minor majori, aut major minori aut major majori. Primum ſi minor minori heres extiterit, heredi ex edicto, ut ait *l. interdum, de min.* poſt completam ætatem quaſi ex ſua perſona, quod & ipſe ſit minor datur tutum quadriennium ad in integrum reſtitutionem, *l. interdum, D. de minor.* & Paulus apertiſſime, *1. Sent. tit. de minorib. l. 5. §. 1. h. tit.* Secundo autem caſu ſi minor majori, qui nondum expleverat quadriennium petendæ reſtitutionis heres extiterit, heredi poſt legitimam ætatem completam non datur totum quadriennium, ſed ex perſona defuncti id duntaxat tempus datur, quod defuncto ſupererat, *d. l. interdum, §. 1. d. l. 5. §. quod ſi majores, h. tit.* Tertio, ſi major minori heres extiterit, heredi ſtatim ab adita hereditate ex perſona defuncti datur quadriennium ad petendam reſtitutionem nomine heredis, *l. 4. l. 5. §. ult. h. t. l. minor autem, §. ult. D. de minor. l. non ſolum, D. de reſtit. in integr.* Quarto autem & ultimo caſu ſi major majori heres extiterit forte conſtituto intra quadriennium, vel ipſe conſtitutus intra quadriennium, poſt completam legitimam ætatem recte Accurſius in *d. l. 5. & d. l. interdum*, rem eſſe exploratiſſimam, nimirum ſtatim ab adita hereditate id tempus dari, quod defunctus habuit. Valde notanda eſt hæc diſtinctio, quæ ſatis obſcure proponitur in *l. 5. h. tit.* & ſecundum hanc diſtinctionem in *l. 2. eod.* tit. quæ eſt ſatis difficilis, ſi minor minori heres extitiſti, & militiæ nomen dediſti, majorque rediiſti, ex die reverſionis ad reſtitutionem in integrum habes quadriennium: poſt tamen completum 25. annum. Quod ſi majori nondum exacto quadriennio ipſe minor vel intra quadriennium conſtitutus heres extitiſti, & militiæ nomen dediſti, reverſo tibi cedet tempus, quod defuncto ſupererat ſtatim ſi major rediiſti: vel poſt completam legitimam ætatem ſi minor rediiſti. Et ita vobis explicanda eſt ſpecies *l. 2.* quæ prima ſpecie male afficit lectorem quemlibet. Etiam illud notandum eſt ex *l. 1. h. tit.* minori circumſcripto qui in militia exegit annum 29. vel 30. atque ita tranſegit reſtitutionis tempus, non computari tempus reſtitutionis niſi ex die miſſionis, ut in *l. ſemper, §. ſi quis Reip. verſic. nam etſi, D. quod. vi aut clam*: quia ſcilicet ipſo jure propter militiam continuatur beneficium reſtitutionis in integrum, nec perimitur tempore quandiu obitur militia, *l. 3. h.* tit. & tamen, quod poſſet obſtare huic ſententiæ, ſi major, qui temporalem aliquam actionem habuit, militiæ nomen dedit, actionis tempus ei cedit in militia, ſed reverſo cauſa cognita remittitur præſcriptio temporis per reſtitutionem in integrum. Et ita eſt accipienda prima pars *d. §. ſi quis Reip. l. ſemper*, ſumpto ſcilicet exemplo & augumento ex *§. qui præcedit*, & hoc confirmatur *l. 1. ſup. de reſtit. milit.* ita eſt componenda cum *l. 1. h. t.* nam videtur contraria, ut dicamus plus tribui in *l. 1. h. tit.* minori militiæ nomen danti, quam majori in *d. l. 1. de reſt. milit.*

AD TIT. LIII. *Quibus ex cauſis majores in integrum reſtituuntur.*

HOc tit. oſtenditur, non tantum majoribus, qui ſine dolo malo abſuerunt Reip. cauſa, de quibus actum eſt ſup. tit. ſubveniri per reſtitutionem in integrum, ſed & aliis majoribus, veluti legatis civitatum miſſis ad principem, *l. 1. h. t. l. legatis, D. ex quib. cauſis major.* ſi quid per abſentiam interim ceperint damni vel lucri amiſerint, etiam illis, qui ſub cuſtodia militari vel in vinculis, vel in hoſtium poteſtate fuerint, *l. 2. & ult. h. tit.* & generaliter majoribus ſubveniri beneficio reſtitutionis ubicumque juſta cauſa videtur ſubveniendi judici maxime addicto actioni bonæ fidei: notandum eſt, quod ait *l. 5. h. t.* nec abs re dicit, in contractibus bonæ fidei. In his igitur etiam judex delegatus, judex pedaneus, cognoſcit de cauſa reſtitutionis in integrum, quæ incidit in judicium, & introducitur in modum exceptionis vel contradictionis, non etiam introducitur principaliter, quod etiam oſtenditur in *l. ult. ſup. ubi, &*

apud

apud quem cogn. reſtit. in integr. ſi diligenter expendatur. Ergo ſi actio bonæ fidei ſit de incidenti quæſtione reſtitutionis judex delegatus eam admittet, & officio ſuo fretus ſubveniet ei cui ſubveniri æquum erit: etiam illud additur hoc tit. civitatibus, aut rebuſpublicis lapſis, aut circumſcriptis ſubveniri per reſtitutionem in integr. exemplo minorum, *l. pen. h. t. l. ergo, in fine, D. ex quibus cauſis maj. l. pen. inf. de jure Reip. lib. 10. l. 1. ſup. de offic. ejus, qui vice alter. jud.*

AD TIT. LIV. *De alienatione judicii mutandi cauſa facta.*

POſtremus tit. de reſtit. in integr. eſt tit. 54. in quo oſtenditur, etiam majoribus ſubveniri ex hac cauſa, ſi poſſeſſor, cum quo major 25. annis acturus erat in rem, dolo malo eam rem vendiderit, & tradiderit potentioris objiciendi, durioris & difficilioris adverſarii gratia: nam hoc caſu major, qui acturus erat in rem, poteſt etiam ſi velit agere in rem adverſus eum, cui res eſt vendita, & tradita, ut ait *l. ult. h. tit.* ſed ſi non audeat cum eo congredi, quod ſit difficilis conventu, reſtituetur in integrum ex edicto intra annum utilem, vel hodie intra quadriennium continuum data in venditorem actione in factum quanti intereſt alium adverſarium longe duriorem habere, cum quo par certatio non eſt, mutat judicium, quod futurum eſt de rei vindicatione in poſſeſſorem cui vendita eſt, & tradita ea res: nam in rem actio ſequitur poſſeſſorem, *l. 1. inf. ubi in rem actio.* Sed datur etiam actio in rem in eum, qui dolo deſiit poſſidere: quoniam ſolus pro poſſeſſione eſt. Igitur in hoc caſu, contra venditorem eſt etiam actio in factum reſtitutoria ex hoc edicto, in rem actio, ut dixi, ſequitur poſſeſſorem, hoc in conſtitutione hujus tit. exprimitur his verbis: cum in rem actionem poſſeſſio pariat adverſario: nihil mutandum eſt, poſſeſſio ſcilicet ejus cum quo agitur, adverſario, id eſt, actori, ut in *l. 17. D. de pignor.* pignoris poſſeſſio, ſic videtur legendum, in rem actionem parit creditori, ita rei poſſeſſio in rem actionem parit actori, adverſarii nomen commune eſt actoris, & rei: qua de cauſa recte in *l. non alias, §. 1. de judiciis*, in rem actionem eſſe ex poſſeſſione: mutato igitur poſſeſſore mutatur judicium, id eſt, directa actio in alium transfertur. Alienatio eſt dominii, vel Poſſeſſionis in alium translatio. Fuit autem hoc edictum generale, atque ideo non reus tantum hoc edicto continetur, qui rem alienavit judicii mutandi cauſa, ſed continetur etiam actor, qui alienavit actionem ut ageret alter non ipſe in ſuum adverſarium, & quidem ſi actionem vendiderit, donaverit, ceſſerit alteri, empturi, vel donatario denegatur actio, non priori domino, *l. 1. 19. ff. hoc tit.* niſi ſcilicet ipſe alienaverit etiam judicii forte vitandi duplicis cauſa, ut in ſpecie *l. ult. D. eod. tit. ex tit. de alienan. jud. mut.* Notandum & repetendum eſt in eum, qui dolo malo alienavit rem, quam poſſidebat, ut acturo de ea re opponeret moleſtum adverſarium, ei qui de ea re acturus erat, ex hoc edicto dari actionem in factum quanti intereſt rem amiſiſſe ſi eam petere non poſſit ab eo, cui alienata eſt, ut puta, ſi eam uſuceperit, *l. 4. in princ. ff. eod.* vel ſi petere poſſit, quanti intereſt alium adverſarium non habere, cum quo ſit acturus incommode, & facturus forte majores impenſas. Unus caſus excipitur ab hoc edicto in *l. 3. §. ult. ff. eod.* ſi is, qui dolo malo rem alienaverit, & deſiit poſſidere translata in alium poſſeſſione, ultro paratus ſit pati utilem actionem in rem, quaſi poſſeſſor, hoc caſu ceſſat in factum ex hoc edicto actio, ex quo intelligitur, eum, qui deſiit poſſidere, invitum non teneri actione in rem, niſi ita ignoretur: nam ſi ſit certus rei poſſeſſor, in rem actio ſolum poſſeſſorem tenet, ut heri diximus, non eum, qui dolo deſiit poſſidere: invitum, inquam, non tenet, ſed volens patitur actionem ex pacto nudo: quæ tamen nulla competit, *l. nuda, C. de contrah. ſtip.* & in hoc caſu volens patitur actionem in rem, qui dolo deſiit poſſidere, quæ nulla competit exiſtente ipſo poſſeſſore, in hac lege conſtat legendum eſſe, *edicto perpetuo promittitur*, non, *permittitur*, in Baſilicis, *ἐπηγγελται*, *promittitur*, *& l. 3. §. ult. ff. eod.* proconſul in integrum reſtituturum ſe pollicetur, qui frequens eſt error in libris noſtris.

AD TIT. LV. *De receptis arbitris.*

SI repetamus altius paulo, quod diximus, hucuſque nos perduxit ut ex uno alius nectatur ſermo inſtitutus ille, qui eſt enarratus initio partis juris civilis de Magiſtratibus, & ordinariis judicibus, & de ordine quo apud eos agi ſolet, nunc alius inſtituitur ſermo de judicibus, qui ordinarii non ſunt. Et primum de compromiſſariis, ſive de receptis arbitris, *c'eſt tout un*, quos conſtat non eſſe ordinarios, *l. non diſtinguemus, §. item ſi quis, ff. eod. l. pen. hoc tit.* hi enim ſunt recepti arbitri ſeu judices compromiſſarii, qui ex partium compromiſſo, ſive conſtipulatione pœnali jure perfecta adeuntur, quod nonnunquam ſit pacto nudo, ut *l. litigatores, §. interdum, ff. eod.* compromiſſo etiam addita clauſula doli mali, dolum malum abeſſe abſuturumque eſſe, ut indicat *l. 3. hoc tit.* receptum autem eſt compromiſſum, *l. rem non novam, §. 1. de judiciis, inf.* & hi ſunt arbitri ſumpti ex compromiſſo, arbitri recepti. Sed agitur etiam hoc tit. de aliis arbitris. Alii ſunt arbitri, qui adeuntur ex jurejurando, cum utraque pars jurat ſe ejus ſententiæ obtemperaturam, ſine vinculo pœnæ: ex quorum ſententia datur actio in factum, vel condictio ex lege Juſtiniani, *l. 4. h. tit.* vel utilis in rem actio, prout negotii qualitas exegerit. Sed hoc arbitrorum genus poſtea ſuſtulit Juſtinianus in Nov. 82. Alii ſunt arbitri, qui adeuntur, & eliguntur ex communi nudoque conſenſu partium, ſine jurejurando, ſine compromiſſo pœnæ, ſine ullo vinculo. Et de his eſt *l. pen. hoc tit. & l. ult. ſup. ubi, & apud quem in int.* & ab his, qui eliguntur nudo conſenſu partium licet appellare, *l. ex conſenſu, ff. de appellat.* ab illis, quia devincti compromiſſo, vel jurejurando adierunt partes, non licet appellare: alias committetur pœna compromiſſi, *l. 1. h. tit.* ab his, qui nudo conſenſu adeuntur licet appellare impune, cum nullum interceſſerit vinculum obligationis, ſed ſi ſemel partes acquieverint, ex ſententia eſt, quaſi taciti pacti exceptio, & actio in factum, vel condictio ſeu petitio pœnæ, *l. ult. in fine h. tit.* quæ tractat de fœminis arbitris receptis, quarum arbitrio ait impune non ſtari, id eſt, non ſtantem nec incidere in pœnam, nec ei officere exceptionem pacti, quia mulieres non ſunt idoneæ arbitræ, ſicut nec idoneæ judices: quod tamen caput edicti de arbitris aliquatenus eſt immutatum: nam illuſtrioribus fœminis licet ſuſcipere arbitrium ex compromiſſo. Verum ut ex Nov. Juſtiniani, ut dixi, ſublati ſunt arbitri ſumpti ex jurejurando: ita crediderim ſublatos arbitros ex communi partium, nudoque conſenſu: quandoquidem ob hanc ſolam cauſam à Baſilicis abeſt non tantum *l. 4.* quæ eſt de arbitris ſumptis ex jurejurando ſublatis Nov. Juſtiniani, ſed etiam abeſt *l. pen.* quæ eſt de arbitris ſumptis nudo conſenſu, hi tantum videntur approbati, qui adirentur ex compromiſſo. Sed alii etiam ſunt non improbati arbitri, qui ſcilicet dantur à judicibus ad res certas, puta ad excutiendas rationes, ad æſtimanda bona, ad comprobandos fidejuſſores, qui arbitri dantur jure à pedaneis etiam judicibus, licet non habeant judicis dandi licentiam. Index delegatus non poteſt ſubdelegare: poteſt tantum talem arbitrum dare, *l. ult. ſup. ubi, & apud quem cauſa reſtitut.* & hi ſignificantur *d. l. rem non novam* his verbis: *qui arbitrium peragunt ex auctoritate ſententiarum*, ſic legendum, id eſt, judicum datorum: qui autem ſumuntur nudo conſenſu partium, *d. l. rem non novam*, ſignificantur his verbis: *& partium conſenſu electi, & generaliter.* Ita legendum eſt.

AD TIT. LVI. *De Satiſdando.*

POſt receptos arbitros dicturus de judicibus, quibus auctoritate magiſtratuum cauſarum cognitio delegatur, ea quæ priuſquam apud eos judicia inchoarentur fieri neceſſe erat, nec admodum hodie neceſſe eſt, exequitur trib. tit. ſequentibus. Primum opus erat interponi ſatiſdationes de rato: ſi quis ageret alieno nomine, id eſt, ratam rem dominum habiturum, & de re defendenda, & de judicato ſolvendo, ſine quibus nec actor, nec reus, quive eorum nomine agebat, vel defendebat rem, æſtimabatur idoneus: hodie neque actor, neque reus ſatiſdat, qui agit per ſe: ſed neque interpoſitus procurator ſatiſdat de rato, ſi mandatum, aut voluntas domini inſinuata ſit apud acta, vel per libellum, *l. nec ſatiſdatione, ff. rem ratam haberi*, vel per litteras ſcriptas adverſario, *l. ſi procuratorem, ff. mand.* ex qua verba quædam conſtitutionis h.t. ſumpta ſunt. Ex hac igitur cauſa non ſatiſdat de rato: ſed ſi is, cum quo agit procurator nomine alieno, & invicem ipſe agat, id eſt, ſi ſint mutuo petitiones, actiones, conventiones, reconventiones, hoc caſu in cauſa reconventionum ſatiſdat de re defendenda, & judicato ſolvendo ſi damnatus fuerit, licet apud acta ſit conſtitutus: nam non eſt idoneus procutator actoris, qui dominum non defendit, & non eſt idoneus defenſor, qui non ſatiſdat ſecundum veterem regulam juris, *§. ult. Inſt. de ſatiſd. l. 18. §. 1. D. de caſtr. pec. l. qui proprio, §. qui alium, ff. de procurat. l. 3. §. ult. ff. rerum amot.* Et hoc eſt, quod ait Conſtitut. h. tit. litem procuratori mandatam ſine ſatiſdatione de re defendenda alterius non poſſe procedere, nam in contextu illo loco, *lis, quæ ei data eſt*, legendum eſt, *lis, quæ ei mandata eſt*, ut in Baſilicis ἐνταλθεῖσα: litem mandat actor procuratori, non dat, litem dat judex apud Livium lib. 23. *Secundum eam litem judices dare*, & apud Valerium: *Secundum te litem do*, & M. Tullius pro Cornel. Balbo: *Provocabo, quo minus ſecundum eam lis detur, non recuſamus.* Satiſdare autem eſt fidejuſſores dare, qui participent obligationem, quæ cœpit à nobis, quaque nos adhuc principaliter obligamur: nam fidejuſſoris datio nos non liberat, expromiſſoris datio nos liberat, quia fit novatio obligationis primæ expromiſſione, non per fidejuſſionem, id ſimpliciter dicitur dare, in *l. 6. ut leg. nom. ca. & l. 45. §. is qui procuratorem, ff. de procurat.* & quod etiam eſt infrequens, fidejuſſoribus ſatiſdare, *l. nec non, ff. ex quibus cauſis majores.*

AD TIT. LVII.

NOn tantum neceſſe erat initio inchoandæ litis ſatiſdationem interponere, ſed neceſſe erat etiam impetrare actionem priuſquam judex adiretur: hodie nihil eſt neceſſe, ſicut & ſatiſdationes illæ non paſſim ſunt neceſſariæ: hodie non eſt neceſſe poſtulari à magiſtratu actiones, niſi forte ſint decretales, id eſt, quæ non dantur niſi cauſa cognita, ut actio de dolo, *l. 1. C. Th. de dolo*: nam & bonorum poſſeſſionem decretalem poſtulari neceſſe eſt, *§. ult. inſtitut. de bon. poſſeſſ.* hodie igitur ex legibus, & edictis nobis ipſo jure competunt actiones, etiamſi non poſtulentur, etiamſi edictis tantum prætor polliceatur ſe eas daturum: nam perinde ac ſi eas dediſſet nominatim, eis hodie licet experiri: & actionum, quæ poſtulabantur olim, erat ſolemnis formula, qua qui deerrabat, vel ſyllaba, cauſa cadebat. Quamobrem earum obſervatores Juriſconſulti dicuntur à M. Tullio aucupes ſyllabarum: & ſimili forma in *l. 1. juris formulæ nuncupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur*: religio quidem juris forſitan fuit ſuperſtitioſa, & calumnioſa nimis, ſed eſt certe tolerabilior, quam agendi temeritas, & nullus ordo, qualis eſt hodie, omnibus actionibus conceptis in factum, nec conſtrictis ulla forma. Et fere jam in foro cogimur

A reverti ad formulas, ut abſit confuſio omnis à judiciis. Sed cum non poſtulentur actiones, ſane conſequens eſt eas proponi ſine ullo præſcripto formulæ pro arbitrio procuratoris: cœperant quidem ante conſtitutionem h. t. judicia extraordinaria frequentari, ubi conceptio formularum non obſervatur, ut ait *lex actio, ff. de negot. geſtis*, id eſt, non callide advertitur, non venit in diſquiſitionem nimiam, ſed licebat adhuc ante conſtitutionem h. tit. ſolemniter, & ordine ſolemnibuſque verbis legum edictorumque experiri, ſi quis mallet: hac conſtitutione tollitur hic ordo, tolluntur formulæ juris non tantum in actibus, ſed etiam in omnibus negotiis, tolluntur legis actiones.

B AD TIT. LVIII. *De Jurejurando propter calumniam dando.*

NEceſſarium etiam erat priuſquam lis inchoaretur actorem præſtare cautionem decimæ partis litis, ni viciſſet, *§. hæc autem, Inſtit. de pœna tem. litig.* Juſtinianus hanc cautionem decimæ ſuſtulit in *l. 2. h. tit.* & pro ea introduxit jusjurandum calumniæ, quod ſcilicet juraret utraque pars initio litis fere hoc modo: ſe ſcientem, ſciente animo, ſeu calumniæ cauſa non conteſtari litem, ſed fretum bona conſcientia, & fiducia cauſæ bonæ: eſt ſanctiſſimum jusjurandum, quod veteres Græci dixerunt ἀντωμοσίαν, ut Harpocratio, & Moſchopulus ſcribunt, Plato in Thæteto. Poſtea idem ſeipſum retractans in Nov. 112. reducit cautionem decimæ partis litis, non abolito jurejurando calumniæ. Denique C vult, & jurare partes de calumnia, & cavere actorem niſi vicerit, de decima parte litis: ac præterea, quod eſt in *l. 1. h. tit.* de præſtando jurejurando ab eo, qui fidem litterarum, aut inſtrumentorum in dubium revocat, hoc modo: non ſe id facere differendæ litis cauſa, & vexandi adverſarii, ſed quod ita revera ſentiat, vera non eſſe inſtrumenta. Id quoque Juſtinianus ita mutat Nov. 49. ne id jusjurandum toties præſtetur, quoties quis ab adverſario probationes exigit, vel probatas ab eo probationes refellit, ſed ſatis ſit hac de re jurari ſemel initio litis hoc modo: non ſe tota lite differendæ ejus cauſa, & vexandi adverſarii gratia fruſtra ullas probationes ab adverſario petiturum. Eſtque ſententia ejus Novel. æquiſſima. Itaque fere à Juſtiniano mutata ſunt, quæ hoc tit. conſtituuntur: non eſt etiam hodie in uſu vetus Sena- D tuſconſultum, quod refert Plin. lib. 5. Epiſt. quo qui quid negotii habere jurare coguntur, nihil ſe ob advocationem dediſſe, promiſiſſe, caviſſe, & fere olim interponi jusjurandum neceſſe erat: poſteriores noluerunt interponi, ne via perjuriis aperiatur, quod corrupta jam ætate hominum quilibet facile juraret, juxta illud Laberii, jusjurandum eſſe *emplaſtrum æris alieni*: & Pacuvii, eſſe mantile, quo quotidianæ noxiæ abſterguntur.

JACOBI CUJACIJ. J.C.

AD LIB. III. COD.

E *RECITATIONES SOLEMNES.*

AD TIT. I. *De Judiciis.*

EXPOSITIS iis, quæ antequam judicium inchoetur, vel tunc cum inchoatur, fieri neceſſe erat, aut neceſſe eſt etiam hodie, dat tit. de judiciis, & de officio judicum, quod verſari debet in diſceptatione cauſarum, de quo eſt proprius titulus de off. diverſorum judicum lib. 1. Duo igitur ſub tit. de officio judicis tractantur: de officio judicum, & ſecundum quod verſatur in diſceptatione cauſarum: & ita noſter Theophilus de officio judicum: idem enim ſunt judi-

judicia, & juris diſceptationes, quæ fiunt ex parte acto- A rum, & reorum, apud judices litium finiendarum gratia: etenim, ut recte ait M. Tullius in Topic. Judiciorum finis eſt jus: ex quo etiam nomen, inquit, & ſimiliter judex eſt juris diſceptator, aut vir bonus juri diſceptando deditus, deſtinatuſque. Et ita in *l. rem non novam, hoc tit. Judices*, inquit, *Romani juris diſceptatores*. Judex igitur eſt juris diſceptator: quibus verbis non tantum, comprehenditur judex datus, ſed & receptus arbiter, qui & diſceptator dicitur, *l. 1. §. ult. ff. de recept. arbit.* Comprehenditur etiam magiſtratus, ut in legibus M. Tullii, *Juris deſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, judex eſto*. Et vero licet hic tit. ſit de judiciis, ſive cognitionibus judicum datorum à magiſtratu, vel à principe: tamen pleraque communia continet cum magiſtratu, *l. 12. 13. 15. hoc t.* & communia etiam cum B receptis arbitris, ut *l. 14.* puta de jurejurando, & religione, qua obſtringuntur Judices omnes, nec non Advocati, ut plane dicere liceat tit. ult. lib. 2. agi de jurejurando calumniæ, quod utraque pars in ipſo limine inchoandi judicii, ſive agatur apud judices ordinarios, ſive compromiſſarios, *l. 2. §. ſed qui, eod. tit.* hoc autem tit. agi de jurejurando omnium judicum, & eorum, qui ex compromiſſo cognoſcunt, & de jurejurando Advocatorum. Judices jurant in leges veteri inſtituto: & inde Religionis judicantis frequens mentio in jure. Advocati jurant de cauſa perferenda fide caſta, & integritate.

AD TIT. II. *De Sportulis, & ſumptibus in diverſis judiciis faciendis, & de executoribus litium.* C

SPortularum nominis origo prima ex prandio, & cœna eſt, quam in panariolis, vel ſportellis patroni clientibus dabant, vice cœnæ rectæ: modo enim dabant cœnam rectam, *un parfait diſner*: modo in ſportella, *dedans un petit panier*, dicis cauſa, & ad extremum dabant centum quadrantes: quæ ſumma etiam ſportula dicta eſt, ac deinde latius ſportularum appellatio porrecta eſt ad ſalaria, diaria, congiaria, honoraria omnia, quæ, vel ſacerdotibus dabantur, ut in Epiſtolis Cypriani, vel à conſulibus ſpargebantur in vulgus, ut cuilibet eſſet accipiendi poteſtas, Nov. 105. ut non male. Suidas ſportulas definierit δῶρα ἐπὶ πάντων διδόμενα παῤῥησίᾳ, id eſt, miſſilia. Nec male, & Heſychius ſportulas interpretatur uſuras: nam & ſub nomine ſportula- D rum nonnunquam exigebantur uſuræ, non ſe uſuras quidem exigere dicebant, ſed ſportulas, *l. eos, inf. de uſur.* eadem arte, qua apud Marcellinum, *aleatores ſe non eſſe, ſed teſſerarios*. Conſtat etiam ea, quæ novi decuriones dant ordini pro introitu, in jure vocari ſportulas, conſtat etiam δικαστικὰ, quæ dantur pedaneis judicibus *des Eſpices*, ita appallari, Nov. 82. nam magiſtratibus dabantur de publico ſalaria, ſportulæ pedaneis, ut vilioribus. Hic autem tit. eſt ſpecialiter de iis ſportulis, quas conventus reus dat executoribus litium, id eſt, viatoribos conventionis nomine. Horum proprium munus eſt convenire reos, & reorum quoque onus proprium ſportulas eis exolvere, *pour leurs vacations*: ut Nov. 53. ſed eſt etiam hic titulus de aliis, ſive ſportulis, ſive ſumptibus, quos in diverſis judiciis utraque pars E facit, & erogat in viatores, apparitores, officiales, judicum notarios, exceptores, arbitros, advocatos, ſcriniarios, vel inducendarum, & excipiendarum cognitionum gratia, vel pro exceptione, de editione actorum, vel ſententiæ, vel relationis, pro litis conteſtatione, pro recitatione ſenteotiæ, vel inſtrumentorum, pru libello: unde executoribus datur rei conveniendi poteſtas, pro inſinuatione reſcripti, vel edicti principalis, & multis aliis ex cauſis. Et his quidem ſportulis, ſeu ſumptibus in hoc t. Juſtinianus modum impoſuit certum conſtitutione Græca, cujus etiam fit mentio in Inſtitutionibus, & cum qua videtur convenire, & congruere de ſportulis conſtitutio Athalarici regis apud Caſſiodorum lib. 9.

A Variar. ſed ea conſtitutione excipit fiſcum: lex fiſcum abſolvit ab onere præſtandarum ſportularum, ſi qua de re litigaret. Quod obſervatur, & hodie: & refertur ex ea conſtitutione Juſtiniani ab antiquo interprete Juliani Anteceſſoris in *Nov. 17. & 21.* fiſcum gratis litigare. Idemque datur Epiſcopis, ut *§. ſportularum, Nov. 123.* idemque datur tenuioribus perſonis, ultima ſcilicet exigente neceſſitate, in *Nov. de mand.* Et viciſſim idem etiam datur iis, qui cum fiſco: vel Epiſcopis, vel tenuioribus perſonis contendunt, *l. ult. inf. de fructibus litium*, ubi eleganter Bart. exprimens ſententiam legis: victus, inquit, victori damnatur in expenſas, quas victor fecit, non ergo victori ex privilegio remittuntur, quæ res forte indicat quid hic tit. qui eſt de ſportulis, & ſumptibus in diu. jud. fact. diſtet ab illo titulo de fructibus, & B litium expenſis. Ille titul. de fructibus, & litium expenſis eſt de ſumptibus litis, quos victus victori refundit: hic autem titulus eſt de ſumptibus litis, quos utraque pars facit in perſecutione juris ſui, & prebitione ſportularum.

AD TIT. III. *De Pedaneis judicibus.*

TItulus 3. de pedaneis judicibus recte ſubjicitur titulo de ſportulis, &c. nam in hoc titulo fuit Græca conſtitutio Zenonis de ſportulis pedaneorum judicum: cujus fit mentio in Nov. 8. titulus ſecundus eſt de ſportulis executorum, & officialium, qui in judiciis litigatoribus operam prabent. Hic tit. eſt de ſportulis pedaneorum judicum. Pedanei autem judices ſunt ſpeciales C judices, quibus ſingulæ cauſæ delegantur à magiſtratibus cognuſcendæ: nam cognitionem tantum habent, non juriſdictionem, *l. ult. ſup. ubi, & apud quos, &c.* & conſequenter non habent executionem ſuæ ſententiæ: nam executio eſt juriſdictionis, & eorum ſentententiam exequitur magiſtratus, qui eos dedit, & delegavit, *l. à Divo Tio, ff. de re jud.* Denique judices pedanei non habent juriſdictionem, ſed tantum cognitiunem cauſarum ſibi delegatarum, maxime humiliorum: idque in tit. ult. hoc tit. Pedaneos judices, inquit, hoc eſt, qui negotia humiliora diſceptant. Quare etiam à Joſepho 2. de bello Judaico dicuntur δικασταὶ ἐυτελεστέρων διαφορῶν, *humiliorum litium judices*: & dicti ſunt pedanei, quaſi planipedes, ut actores comœdiarum olim dicti ſunt planipedes, qui non utebantur ſocco, & cothurno, vel D pulpito: & ita pedanei judices, qui non judicant pro tribunali, ſed de plano ſtantes, vel ſedentes imo quodam, fortuitoque ſubſellio, ſcamno, ceſpite, ut *Nov. 82. §. ſedebunt, & 71.* Ac vero nequis objiciat, non fuiſſe cur daretur hic tit. de ped. jud. quaſi ſufficiente tit. 1. hujus lib. qui proprie eſt de judicibus datis, delegatis, pedaneis, primum dicam, primum titulum fuiſſe de judiciis potius, quam de judicibus, fuiſſe de officio judicum omnium, id eſt, de eo, quod in jure diſceptando ſequi, vel obſervare debent: hunc autem titulum eſſe ſpecialiter de pedaneis judicibus, & eorum ſportulis, & de pedan. jud. puta ne dentur à procuratore Cæſaris inter privatos, *l. 1. h. t.* quia procurator Cæſaris habet juriſdictionem inter fiſcum, & privatum, non inter privatos, & judicis pedanei dandi licentia eſt pars juriſdictionis, E *l. imperium, ff. de juriſdict.* Et *l. 2. hujus tit.* quæ hodie eſt apertiſſima, olim explicatu difficilis, quia lex 2. facit judicia extraordinaria, dum conſtituit, ut præſides provinciarum judices pedaneos non dent: nam juris ordinarii erat præſides non judicare, aut prætorem: ſed judicare jubere, dato pedaneo judice: juris extraordinarii erat ipſum judicare magiſtratum, nec cognitionem alteri delegare poſſe, verum ne præſides dent judices pedaneos conſtituit *l. 2.* edjecto hoc modo, ne dent in cauſis, quæ eorum cognitioni legibus nominatim reſervantur, id eſt, quæ proprie dicuntur cauſæ, & cognitiones extraordinariæ, ut in *tit. D. de extraordin. cognit.* nec dent in cauſis ingenuitatis, & ne deot etiam in ullis aliis cauſis, niſi multitudine negotiorum, & co-

gnitionum obruantur, vel niſi ea cauſæ ſit vilitas, & tenuitas, ut non admodum requirat cognitionem præſidis. Et ſane ſecundum hanc l. pedanei judices ſunt hodie cauſarum viliorum judices. Et additur in *l. 4. hoc. t.* ut in locum mortui pedanei judicis, nondum facto judicio, magiſtratus ſubſortiatur alium: nec vero de officio pedanei judicis ulla eſt lex hoc tit. niſi forte *l. 1.* quæ invitum pedaneum judicem ad judicandum operam præbere compellit, & adimit facultatem remittendæ litis ad præſidem, vel prætorem, qui eum dedit. Et ex hoc apparet, in pedaneis judicibus judicandi neceſſitatem eſſe munus civile, ut in *l. ult. §. judicandi, D. de muner. & honor.* omne enim munus & officium civile defertur invito.

AD TIT. IV. *Qui pro ſua juriſdictione judices dare, darive poſſint.*

De pedaneis judicibus illud etiam in hoc tit. additur, ut is tantum pedaneum judicem dare poſſit, cujus ea de re, qua de agitur, & inter eas perſonas ad quas ea res pertinet, juriſdictio eſt: quia ſcilicet judicem dare eſt juriſdictionis urbanæ: id enim verba tit. indicant: *qui pro ſua juriſdictione, &c.* Ergo judex pro modo juriſdictionis, quæ cuique competit. Ex quo ſequitur judicem pedaneum rite datum, alium judicem dare non poſſe: quia in ea re, in qua datus eſt, notionem non juriſdictionem habet, niſi ſit datus à principe: hic enim alium judicem in ea cauſa dare poteſt, id eſt, ſubdelegare, ut dicunt. *l. à judice, ſup. de judic.* & ut eſt in *l. ult. hoc tit.* ab eo quem dederit judex delegatus à principe appellatur ipſe, qui dedit, ſive delegavit, non princeps. Ex quo efficitur, judicem delegatum à principe habere juriſdictionem in ea re, in quam delegatus eſt: judicis enim dandi licentia pars eſt juriſdictionis, *l. imperium, D. de juriſdict. & l. 2. ſup. tit. prox.* Ergo habet etiam judex datus à principe executionem ſuæ ſententiæ, ut recte legitur in gloſ. *l. à Divo Pio, D. de re judic.* quam judex datus à magiſtratu non habet: ac præterea datus à principe, habet adſeſſores, quaſi præſit juriſdictioni, Nov. 60. Habet apparitionem propriam, *l. pen. inf. de fruct. & lit. expenſ.* eſt conſtitutio Græca, quod additur in hoc tit. *darive &c.* In id dicam judicem non recte dari eum, quem dat is, qui juriſdictionem non habet ex conſt. 11. hujus tit. & inſuper dicam ex tit. ſequenti, non jure dari etiam judicem io re propria.

AD TIT. V. *Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus dicat.*

Nam titul. 5. hic eſt: ne quis in ſua cauſa judicet: ergo judex dari nemo in re ſua poteſt jure, nec fieri, ut in *l. 17. D. de judic.* ſi unus ex litigatoribus pendente lite moriatur, & eundem relinquat judicem, apud quem litigabat ex aſſe vel parte, qui jure hereditario ſuccedat in litem illam, alius judex ſumendus eſt, quia iniquum eſt quemquam in ſua re judicem fieri: ac multo minus jus dicere quiſquam poteſt: plus enim eſt jus dicere, quam judicare: major eſt vis juriſdictionis, quam cognitionis nudæ, *l. extra, D. de eo quod metus cauſa, l. pen. D. ut leg. cauſa, l. qui juriſdict. de juriſdictione.* Judicat judex datus, vel arbiter receptus. Jus dicit magiſtratus: omnes igitur in re aliena judices eſſe poſſunt. Teſtimonium quoque dicit quiſque in re aliena, non in propria, ne Cato quidem. Quod huic Conſtitutioni fuiſſe additum conſtabit, ſi adjungatur *l. 9. inf. de teſtibus*. Hodie receptum eſt ut in ſua cauſa quis judicet, cum de ſportulis judicariis agitur: nam in hac cauſa idem eſt & judex, & adverſarius, & hoc jute utimur hodie.

AD TIT. VI. *Qui legitimam perſonam ſtandi in judiciis habeant, vel non.*

Quemadmodum non valet ſententia, quam dixit is qui non jure datus eſt judex, ita non valet ſententia, quæ data eſt in pupillum, abſente tutore, vel in adoleſcentem, abſente curatore, *l. 1. & 2. hoc tit. l. 3. ſup. ſi adverſ. rem jud. l. acta, §. ult. D. de re jud.* Nam ut judicem legitimum, ita & legitimum litigatorem eſſe oportet, & legitimus litigator non eſt minor indefenſus, *l. 1. Cod. Th. de denuntiat. vel edi. reſc.* propter quam ex *l. 4. eod.* additur, *inter juſtas legitimaſque perſonas*, ut ſcilicet excludatur minor, cujus perſona ſine curatoris auctoritate non eſt juſta & legitima ad litigandum. Idemque dicitur de republ. indefenſa, quæ ſolet minori comparari, *l. 1. C. de jure Reip. lib.* 11. Et generaliter, non eſt legitimus litigator, qui rem in judicium deducere non poteſt, & conſequenter ſervi perſona non eſt idonea ad litigandum, quia ſervus eſt *ἀπρόσωπος, l. ſervus & ſeq. ſup. de judic.* & in *Nov. Valentiniani de competitoribus*: ſervi, inquit, nec ab initio, quaſi nec perſonam habentes in judicio admitti poſſunt: & hoc eſt, quod ait regula juris, cum ſervis nullam eſſe actionem, & retro, ſervos nullam habere actionem, ſervos homines non poſſe cauſam orare, ut eſt in comœdia: imo, ut eſt in *l. 1. ſup. de precib. imp. off.* ſervus eſt etiam incapax precis offerendæ principi. Excipitur in *l. ult. hoc tit.* quæ exceptio confirmatur etiam in *l. 1. inf. ſi per vim, vel alio modo, & l. 4. unde vi.* Excipitur, inquam, cauſa momenti, id eſt, cauſa repetendæ, vel redintegrandæ, vel conſtituendæ, & confirmandæ poſſeſſionis: hæc dicitur in jure momentaria cauſa, quia perturbata poſſeſſio celeriter reformari debet, & ſuo loco reponi, nec poteſt moram iniicere compenſatio, *l. ult. inf. de compenſat.* nec appellatio, quia nec poteſt appellari, ſi de momento judicatum ſit. Item ſi judicatum ſit poſſeſſionem ejus eſſe, aut illi redintegrari oportere, *l. 1. inf. ſi de mom. appell. ſit.* Et in hac cauſa momenti admittitur ſervus, ut ſi domini poſſeſſio perturbata ſit, ſervus admittatur, qui alioqui nec domini, nec ſuo, nec procuratorio nomine agere poteſt, *l. ſervum, D. de procur.* ſed perturbata domini poſſeſſione, abſente forte domino, ipſe poteſt agere interdicto conſtabiliendæ poſſeſſionis gratia. Nomine momenti intelligimus omne interdictum de confirmanda poſſeſſione, veluti interdictum unde vi, & uti poſſidetis, & utrubi, & quorum bonorum, Salvianum, & de tabulis exhibend. & alia. Igitur in cauſa momenti admittemus etiam pupillum non habentem tutorem, vel ſaltem adoleſcentem, reſervata tamen, ut ſit, actione ſecunda proprietatis juſtis, legitimiſque perſonis, & legitimis procuratoribus, quæ cauſa proprietatis in *l. ult. hoc tit.* ſignificatur verbo petitionis. Petitio illo jure eſt proprietatis quæſtio ſecunda, quæ dicitur in *l. ult. inf. quorum bonor.* Prima quæſtio eſt de momentaria poſſeſſione, quæ agitur etiam per ſervum, vel per minorem indefenſum, 2. cauſa non agitur, niſi per perſonas juſtas & legitimas.

AD TIT. VII. *Ut nemo invitus agere vel accuſare cogatur.*

Titulus 7. eſt regula juris, ſed quomodo intelligenda? poſſent plerique abuti hac regula. Abutitur ea in Nov. 112. qui poſt litem conteſtatam contendit non debere ſe compelli ad litem perſequendam: nam qui litem cœpit, eam peragere debet, niſi velit incidere in calumniam. Abuteris etiam ea ſi dixeris, non poſſe actorem agere eum cum quo agit, ut is agat cum alio ſua actione: hoc etiam jure fit, & frequenter ago in Titium, ut Titius agat in Sempronium, *l. Julianus, §. pen. D. de act. empt. l. complures, §. meſſem, D. loc. l. 2. D. ad l. Rhod. de jactu, l. ſi ſic legatum, §. ult. D. de leg. 1.* ſententia igitur hujus regulæ hæc eſt: non poſſe me compellere eum, cui in me, vel in alium actio eſt ſuo nomine, ut ea actione experiatur ſi mea non interſit cum alio agi, nec ſit mihi ulla actio eo nomine: cum invito quidem agi: nam, ut vulgo dicitur, judicium redditur

in

Digitized by Google

in invitum; *l. inter ſtipulantem*, *ff. de verb.oblig.* Invitum autem non agere, aut non legitime agere. Nullos autem, addit hic tit. ut olim Athenis, conſtitui accuſatores niſi voluntarios in cauſis capitalibus.

AD TIT. VIII. *De ordine judiciorum.*

QUoties in judiciis plures quæſtiones vertuntur, ut judicium ordinetur, neceſſe eſt conſtitui ordinem quo ſingulæ cauſæ dirimantur, & definiri utra quæſtio prior definiri debeat, utra ſit præjudicialis, *l. ult. hoc t.* ait, majorem quæſtionem minori præferri: ut ſi de eadem re agatur civiliter, & criminaliter, criminalis quæſtio præfertur civili, hic eſt ordo judiciorum. Item diſceptatur prius cauſa momenti, quam proprietatis; item prius cauſa ſtatus perſonæ litigantis, quam hereditatir, *l. 1. & 2. hoc tit. l. 4. ſup. de judic. l. liber*, *inſ. de petit. heredit.* Hic eſt ordo judiciorum, qui exponitur in hoc tit. ſed ei plerumque non obligatur judex: nam in arbitrio ejus eſt, vel hunc ordinem ſequi, vel utramque quæſtionem commiſcere, & una ſententia terminare, ut *l. pen. hoc tit.* quæſtionem civilem, & criminalem ſimul. Et quod hodie eſt certiſſimnm ex Symmachi epiſtolis lib. 1. epiſt. 27. cauſam momenti, & proprietatis ſimul, quamquam vulgo præcedat poſſeſſorium judicium, ſequatur petitorium: tamen utramque ſimul poteſt finire judex. Hoc in conſtitutionibus cautum fuiſſe ſcribit Symmachus in hoc tit. l. 1. facit negotium quibuſdam, quia probat præſidem provinciæ non poſſe cognoſcere de cauſa ſtatus principaliter, ſcilicet ſi in petitionem partis incidat cauſa ſtatus, ut fit, & introducatur in modum contradictionis, vel exceptionis, hoc caſu poſſe præſidem provinciæ de ſtatu cognoſcere incidenter, ſed principaliter non poſſe. Hoc pugnat cum multis legibus, cum *l. 2. hoc t.* cum *l. 2. ſup. de ped. jud. jud.* cum *l. ſi præſides*, *inſ. ne de ſtatu def.* ſed hac in re oportet *l. 1.* apponere ſpeciem convenientem, id eſt, quærere oportet caſum ſpecialem quo noo cognoſcat præſes de cauſa ſtatus. Generaliter verum eſt, cum poſſe de cauſa ſtatur cognoſcere: imo in ea cauſa poſſe delegare ſpecialiter eſt falſum: ſume exemplum ex *l. pen. ubi cauſa ſtatus*, ſi inter privator, & fiſcum ſit quæſtio de ſtatu, cognitio non eſt præſidis povinciæ, ſed procuratoris Cæſaris, & ita convenienter hoc caſu ad *l. 1. hoc tit.* appoſito ex alia ſpeciali cauſa ſimili nihil obſtabit *l. 1.*

AD TIT. IX. *De litis conteſtatione.*

DIctum eſt tit. 1. hujus libri judicia conſtare ex judicibus, & litigatoribus, & ad ea judicia nos vocari per executores, quorum operam etiam nos remunerare, datis ſportulis, tit. 2. poſt hæc conveniens arat dicere de ipſo judiciorum initio, quod eſt litis conteſtatio ſcilicet ante litem conteſtatam conſtitui oportere perſonam actoris, & rei, & judicis idoneam, & legitimam: quamobrem vulgo dici ſolet, ante litem conteſtatam opponi debere exceptionem fori, & procuratoriam, vel quam aliam dilatoriam, quæ modo ad perſonarum qualitatem reſpiciat quibus judicia conſtant, *l. exceptionem*, *inſ. de except.* & recuſari quoque judicem quaſi ſuſpectum non poſſe, niſi ante litem conteſtatam, *l. 12.* quæ eſt Græca, & *l. apertiſſimi*, *ſup. de judic.* propter hæc omnia, antequam daret hunc titul. expoſuit, qui ſint legitimi judicer, qui legitimi litigatores tit. 3. 4. 5. 6. 7. & quoties concurrunt in eandem rem quæſtioner plures, à qua inchoandum eſſet tit. 8. & jam tempus eſt igitur ut tandem dicam de exordio judiciorum, ſive litium, id eſt, litis conteſtatione, quid eſt litis conteſtatio? Ejus rei de qua controverſia eſt apud judicem, ex utraque parte facta narratio in foro publico, vel teſtibus præſentibus: ex quo etiam conteſtationir nomen, vel litis conteſtatio eſt, quæ fit apud judicem narratio actoris, & contradictio ſeu reſponſio rei, *l. rem non novam*, *§. patroni*, *ſup. de judiciis*, *l. 2. §. 1. & §. ſin autem reus*, *ſup. de jurejur.* Dixi ex utraque parte, quod uno verbo dicunt cognitionaliter, *l. 1. ſup. de legib. l. ult. §. illud inſ. de tempor. appell. l. 3. inſ. de quæſtion.* partibur ſcilicet cominus conſtitutis, utraque parte præſente, cum procuratoribus earum, nam ſimplex poſtulatio, quæ fit *μονομερῶς*, ex una tantum parte, non eſt litis conteſtatio, ſimplicem poſtulationem dicit conſtitutio h. tit. & *l. ult. inſ. de caſtr. pec. lib.* t. 2. eique merito conjungit appellationem: nam & appellationis cauſa introduci poteſt ex una tantum parte, abſente altera, *l. ult. ff. de condit. & dem. l. ult. §. illud*, *inſ. de temp. appell.* Deinde ſimplex appellatio, & poſtulatio introducitur. Separatur etiam in conſtitutione, & contextu hujus tit. editio actionis à litis conteſtatione. Editio eſt futuri judicii indicium, præparatioque, litir conteſtatio eſt initium, & ut alias oſtendi, conjugenda eſt hæc conſtitutio cum *l. edita*, *ſup. de edendo*.

AD TIT. X. *De plus petitionibus.*

NArratio quæ fit in litis conteſtatione, petitio eſt, eam vero omni ex parte veram eſſe oportet: alioqui plus petitio, aut minur petitio eſt, de plus petitione, & minus petitione, & ejur periculo ſunt in hoc tit. duæ conſtitutiones Græcæ, & à me alibi proditæ, & explicatæ, & hic earum ſententiam non referam: ſed explicabo ſententiam *l. 3.* quæ eſt Latina, & hoc vult, ut licet ſuperioribus conſtitutionibus Græcis ſit ſublatum jus vetus, durum & acerbum nimis, ut cauſa caderet qui plus peteret, tamen etiam hodie obtineat is rigor juris uno caſu: ſi quis dolo malo debitori cautionem extorſerit majoris quantitatis, quam eſſet in debito, puta ducentorum, aut ducentorum decem aureorum, cum eſſent tantum centum credita, & ex ea cautione egerit, litemque conteſtatus fuerit, & majorem quantitatem petierit, hic jur crediti amittit, nec ſi eum pœniteat facti poſt conteſtatam litem, velitque corrigere petitionem ſuam, audietur. Denique cauſa cadet: ante litem conteſtatam datur venia, ut non amittat, quod ei revera debetur, ut ſæpe alias jure ſubvenitur in tempore pœnitentibus, *l. qui falſam*, *ff. de falſis*, *l. quamvis*, *ff. de in jus voc. l. Manichæos*, *ſup. de hæret.* Item ei parcitur, qui dolo malo eam cautionem extorſit, & ex ea egit, ſi ultra debitor nova, & iterata cautione ſe obſtrinxerit in eandem quantitatem, hæc eſt vis iteratæ cautionir, ut nihil ei poſſit objici, quæ ſcilicet iteratio non ſit extorta dolo malo, ſed ſponte à debitore profecta aliqua ex cauſa: Hæc inquam, eſt vis iteratæ cautionir, ut in Senatuſconſulto Vellejano, ne ſubveniatur mulieri, quæ pro alio interceſſerit, ſi poſt biennium eandem interceſſionem, & cautionem ejuſdem rei nomine iteravit, *l. 22. inſ. ad Vellejan. & Nov. 61.* item in præſcriptionibur temporalibus, ne proſint ei, qui iteravit cautionem, *l. cum notiſſimi*, *§. ſed ſi quis*, *inſ. de præſcriptione trig. vel quadrag. ann.*

AD TIT. XI. *De Dilationibus.*

POſt litem conteſtatam, aut etiam in ipſa lite conteſtanda ſæpe numero dantur à judice dilationer inſtrumentorum, vel teſtium exhibendorum gratia: & dantur dilationes non temere, non paſſim, ſed cauſa cognita pro tribunali, non dantur de plano, vel in proceſſu, in tranſitu judicis, per libellum id expediri non poteſt: *cela ne ſe peut vuider par Requeſte*, *l. ne quicquam §. 1. de officio proconſul. ff.* & rectiſſime, *l. 4. hoc t.* ut cauſæ cognitio in dandis dilationibus fiat, judice legitime conſidente, judex non ſedet legitime, niſi pro tribunali, & ſi ſedes legitima tribunal eſt: igitur cauſæ cognitio hac in re agitur, judice legitime conſidente, non *planaria interpellatione*. Ita legendum eſt in *d. l. 4.* ut etiam Accurſius adnotavit: & ſic etiam legendum eſt in *l. pen. inſ. de naufragio*, dandæ ſunt igitur dilationer pro tribunali, non decernendæ paſſim, & ſecundum modum

dum præſcriptum oratione D. Marci, ſive Senatuſconſulto, de quo in *l. oratione, ff. de feriis*. Et modus hic fere eſt, ut ſi petantur dilationes intra eam provinciam, vel ex ea provincia, ubi lis agitur, teſtium evocandorum, vel inſtrumentorum perquirendorum gratia, breviores ſint, quam ſi petantur ex continentibus provinciis: & rurſus ex continentibus provinciis breviores, quam ex tranſmarinis, *l. 1. & ult. h.tit. Nov. 69. l. 13. C.Th. de jure fiſci, l.27. C.Th.de pet. & ultro dat.l.41. & 63.C. Th. de appellat.* ubi fit ſemper hæc triplex locorum diſtinctio. Et nota maxime ex *l. 5. h. tit.* in conſiſtorio principis dilationes nunquam dari: quoniam nulla cauſa debet perferri ad principem, quæ indigeat inſtructione: non debent litigatores ad eum venire imparati, ne ſint ei moleſti, *l.1. §. ſed me, inf. de relationib.* dilationes dantur impune inſtruendi cauſa: & ita apud Julianum imperatorem, ut Sudas in Juliano ſcribit, dilationes nullæ erant, & ſuſpecta ei erat diei procraſtinatio, & petitio dilationis, ἀναβολὴ δ᾽ οὐκ ἦν ἐς τὰς δίκας. Eſt etiam alius caſus, quo dilationes actori non dantur, reo quidem dantur, ſcilicet ſi actor rem trahat ad incongruum, & incompetentem judicem, *l.2.hoc tit.*ad extraordinarium judicem, ut ait, puta ex reſcripto principis, *l.1.§. denique, ff. de relat.* Hinc multæ ſunt dilationes rei inſtruendæ gratia. Reo dantur dilationes, quia fere ſemper eum actores deprehendunt imparatum.

AD TIT. XII. *De Feriis.*

UT intra tempora datæ dilationis ceſſant partes judicis in ea re quam diſtulit judex, *l.3. ſup. de dilation.* ita & intra tempora feriarum: nam & feriæ nihil aliud ſunt, quam dilationes judiciorum omnium, ut Cic. ait 2. de legibus: dies quieti à judiciis: quod & in feriis imperandis olim nominatim adjiciebatur: ut jurgiis, & litibus abſtinerent, ut ſcribit Cicero 1.de divinat. Porro ex his feriis aliæ ſunt ſolemnes, ut dies, qui ſunt dedicati cultui divino, & meſſes atque vindemiæ, quibus *l. 6. hoc tit.* deputat duos menſes æſtivis fervoribus mitigandis: & autumni fœtibus decerpendis. Ita legendum eſt, ut in illo Aſclepiadis verſu.

—— *Autumnali redolet vindemia fœtu.*

Et ait *d. l.6.*, nam *l.2. hujus tit.* eſt ſpuria penitus: itaque, quæ vulgo erat ſecunda, eſt ſexta, *indulgentior annus*: dixit indulgentiorem annum, quaſi genialem, & pigrum, ut Papinius lib.4. qui locus valde pertinet ad hunc tit.

Certæ jam Latio non miſcent jurgia lites,
Et pacem piger annus habet, meſſeſque reverſæ
Dimiſere forum, nec jam tibi turba reorum
Veſtibulo, pacemque rogant, orate clientes!
Ceſſat centeni moderatrix judicis haſta.

Aliæ autem ſunt feriæ repentinæ, ut ob res proſpere geſtas adverſus hoſtem, vel in honorem Imperatoris. quæ à ſolo Imperatore indicebantur: & ob id imperiales in *l.3. hoc tit.* dicuntur, mutato veteri nomine imperativarum, quæ à Prætoribus, aut Conſulibus imperabantur, *l. ſed etſi, §. ſi feriæ, ſup.ex quibus cauſ.major.* videntur etiam, quæ Senatui dantur feriæ, eſſe imperiales: nam Theodoſius imperator in *Nov. ne decuriones ad Senatoriam dignitatem adſpirent*, ſcribens ad Senatum: *Ocio*, inquit, *frui vos quodam tempore patimur, ne labores videamini fatigati continuo.* Initio dixi, ferias eſſe dilationes judiciorum, & id non male: nam & d. lex 6. ait, jura differri, & veteres dicebant res proferri. Lucanus ad Piſonem:

—— *ſi quando judice feſto*
Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.

Et Porphyrius in Horatium: *Solent principes civitatum, negotiorum dijudicatis juribus, vel prolatis rebus, ocioſa mente urbem relinquere.* Horatius dixit, *omiſſis rebus*. Seneca de vitæ brevitate: *Diripitur toto foro patronus, quando res proferentur?* Et hoc valde facit ad confirmandam vicinitatem horum titulorum de dilationibus, & feriis: nam & feriæ dilationes ſunt: ſcilicet dilationes omnium judiciorum, litium, ſive jurgiorum. Dilationes, de quibus ſuperiori titulo agitur, ſunt unius litis, unius judicii tantum: vicinitas horum titulorum confirmatur magis in Dig. ubi eſt idem titulus de feriis, & dilationibus. Et confirmantur ea, quæ habentur in *l.3. ſupra, tit.prox.* ferias computari temporibus conceſſarum dilationum, quod eſt notandum: *les Feſtes ſont comptez au terme de dilation*: idemque valet in appellationum temporibus, *l.1. hoc tit.* Illud ad extremum admonendi eſtis, deeſſe huic tit. legem penultimam; non antepenultimam, ut quidam volunt, & conſtitutionem eam, quæ deeſt, non eſſe Epitomen, ut Ant. Aug. & alii quidam putant, *l. 3. ſup. de Epiſcop. aud.* licet in ea lege idem prorſus contineatur, quod in hac l. penultima: nam lex pen. non eſt eorumdem imperatorum, quorum eſt *d. lex 3.* cum *l. provinciarum* ſit Honorii, & Theodoſii: & diligenter in Cod. ſervatur ſeries imperatorum, prout regnarunt. Brevis autem eſt ſententia utriuſque legis, ut die Paſchali Reſurrectionis Domini noſtri laxentur carceres, ſolvantur vincula reorum, etiam ſine ſpeciali mandato principis, excepto reo læſæ Majeſtatis, adultero, raptore veneſico, parricida, exceptis maximis reis, & nefandis: qua de re etiam eſt indulgentia elegantiſſima in fine lib. 11. Caſſiodori, qua ipſemet, cum eſſet præfectus prætorio, jubet ſolvi reorum vincula ipſo ſacratiſſimo die.

AD TIT. XIII. *De juriſdictione omnium judicum, & foro competenti.*

QUia ante litem conteſtatam, vel tempore litis conteſtandæ, eſt opponenda præſcriptio fori, *l. 4. hoc tit.l.ult. inf. de exception.* ideo titulo de litis conteſtatione non longe ſubjicitur titulus de juriſdictione, eadem fini, qua de foro competenti, ſcilicet, ut ſciatur cujus ſit ea de re, de qua agitur, juriſdictio, id eſt, quis ſit judex competens. Et longe alia fini, quam in Digeſt. in quibus tit. de juriſdict. non tractat hac de re, quis ſit competens, vel incompetens judex, ſed in eo hæc præcipue tractantur, quæ ſint juriſdictionis, quæque poſſint mandata juriſdictione tranſire ad alterum: & quemadmodum contempta juriſdictio vindicetur edicto prætoris: & quod habuimus jam tit. ſup. ne quis ſibi jus dicat, & de modo ac finibus juriſdictionis, & aliquid etiam de officio judicis, *l. 1.* quod ſane latius patet, quam juriſdictio: nam officium judicis complectitur etiam ea, in quibus nulla juriſdictio conſiſtit: & quæ non ſunt juriſdictionis, id eſt, quæ non competunt jure magiſtratus, ſed lege ſpecialiter dantur. De foro autem competenti in Dig. eſt ſecunda pars tituli de judiciis, ubi quiſque agere, & convenire debeat, non tit. de juriſdictione. Porro juriſdictio, & forum eſt ſolius magiſtratus: judices enim dati nec forum, nec juriſdictionem habent. Juriſdictio igitur eſt notio, quæ jure magiſtratus competit. Notio comprehendit nudam cognitionem, quam ſolam habent judices dati in ſpeciem aliquam litis, *l. ait prætor, ff. de re judic. l. nominationem, ff. de verb. ſignif.* hæc autem eſt juriſdictionis ordinariæ definitio: nam extraordinariam juriſdictionem habent etiam, qui proprie non ſunt magiſtratus, qui ſcilicet extraordinarie jus dicunt, ut præfecti annonæ, & præfecti vigilum, *l. 2. §. ſane præfectus, ff. de orig. juris, l. 7. in fi. ff. de offic. proconſ.* Sed ſi velis comprehendere tam extraordinariam, quam ordinariam juriſdictionem, ita licet definire. Juriſdictio eſt notio quæ jure magiſtratus, vel ex mandato magiſtratus competit, vel extraordinem: forum autem eſt locus publicus in quo magiſtratus jus dicit, vel judicat. Et ex conſtitutione *l. 2. ſupra de pedan. judic.* judicat hodie magiſtratus, & forum agit de omnibus cauſis, nec niſi perraro judices dat: nec etiam improbes, quod Iſidorus dixit forus, definiens eſſe locum exercendarum litium:

Digitized by Google

tium : nam & Marius Victorinus : *forus*, inquit, *ſtatus* A
tam in foro, quam in navi, & torculari : & Lucilius apud
Nonium, *Romanis ludis forus olim ornatus lucernis*, &
Pomponius Atellanarius : *balnea, forus, macellus, fana*
portus, porticus. Competens autem forum, id eſt, con-
gruum, ubi conveniri debet reus, cujus utique ſemper
forum ſequi debet actor, & in civili, & in criminali ju-
dicio, ſive negotio, *l.* 2. *&* 5. *hoc t.* & in actione in rem,
& in perſonam, *l. ult. inf. ubi in rem actio*, puta ubi reus
domicilium habet, vel ubi tempore contractus habuit,
l. 2. *hoc tit.* ubi eſt forum competens rei, quod ſequi
convenit actorem, etſi id actori non ſit forum compe-
tens. Et huic contrarium eſt forum incompetens, vel
incongruum, & alienum : & ſimiliter judex, vel eſt com-
petens, vel incompetens, vel incongruus, *l.* 1. *hoc tit.* &
in Novel. Martiani, *neminem exhiberi de provincia ad* B
comitatum. Et notandum, eum, qui eſt judex incompe-
tens, aliquando fieri competentem litis conteſtatione,
l. 4. *h. t.* vel ex conſenſu partium, ſi partes ſe ſubjiciant
ejus juriſdictioni, & conſentiant, *l.* 1. *h. tit. l. eſt rece-*
ptum, ff. eod. l. 1. *ff. de jud. l. ille à quo, §. pen. ff. ad*
Treb. l. inter, ad municipales. Dico juriſdictioni : nam
non habenti juriſdictionem privato homini, qui ſe ſub-
jiciunt, nihil agunt, & ut ait *lex* 3. *h. t. privatorum con-*
ſenſus, judicem non facit eum, qui nulli præeſt judicio, nec
quod is ſtatuit, rei judicatæ continet auctoritatem : id eſt,
quod tunc ſtatuit is, quem partes ſumpſerunt ex com-
promiſſo, nullam habet auctoritatem rei judicatæ : ne-
que ex ea naſcitur actio, vel exceptio judicati, *l.* 2. *D.*
de recep. arb. ſed metu pœnæ deductæ in comprnmiſ-
ſum, arbitrio plerumque obtemperant, non autem ju- C
dicanti. Fit etiam incompetens, competens ex reſcripto
principis, ſi judicare jubeatur extra ordinem inter ali-
quos, ut ait Paulus V. Sentent. Res judicatæ videntur
etiam ab iis, qui à principe extra ordinem petuntur.
Opus eſt peti à principe, & ejus reſcripto judicatum ſu-
ſcipere : alioqui, quod ſtatuerit, ipſo jure nullum eſt,
quaſi pronunciatum à judice non competente, *l. ult.*
inf. ſi à non compet. judic. imo etiam ſi actor ſine reſcri-
pto principis reum invitum pertraxerit ad forum in-
competens, fretus fortaſſe executione militari, qua im-
minente litem cum reo ſit conteſtatus, poſt quam con-
teſtationem non eſt jus revocandi forum, quia præſcri-
ptio fori ſero opponitur poſt litem conteſtatam : hoc,
inquam, caſu actor cauſa cadit, & reus, ſi ad forum in-
competens ſine reſcripto principis actorem compule- D
rit, & ita accipienda *l.* 5. *hujus tit.* valde ſingularis, alio-
quin impune vocat quis reum in forum incompetens,
ſi abſit dolus malus, ſi vis, ſi metus, ignarus competen-
tis fori, nec vocationem reus contemnere debet : etſi ad
judicem incompetentem vocetur, ſed ſequi vocantem
debet, ut vel opponat præſcriptionem fori, de qua ſta-
tuet is, ad quem vocatus fuerit, *l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc.*
non ierit, quam l. conſulatis rogo.

AD TIT. XIV. *Quando Imperator inter pupillos vel viduas, vel alias miſerabiles perſonas cognoſcat, & ne exhibeantur.*

IN hoc tit. ponitur ſpecialis caſus, quo neque ex re-
ſcripto principis poteſt quis trahi è foro competen- E
ti ad forum incompetens. Hoc conſtituitur in hoc tit.
ut pupilli, viduæ, perpetuoque morbo laborantes ex
reſcripto principis ad comitatum non exhibeantur : &
comitatus eſt in hac conſtitutione, & alibi ſæpe, ubi eſt
princeps, *l.* 2. *§. ignom. de iis, qui not. infa. l. milites,*
§. de ignomi. ff. de re milit. ſicut Herod. dixit Romam
eſſe, ubi eſſet Imperator, & miſerabiles perſonas dicit
non pupillos, non viduas, ſed debiles, & eos, qui morbo
ſontico laborant, & miſerabiles : nam miſeros dicimus
ſemper in malo, ut & Græci dicunt, *μισαρὸν*, & *μιαρὸν* : &
inde Hieronymus in Jovinianum : *miſeræ potius, quam*
miſerabiles. Contra tamen oſtenditur in hoc tit. iis per-
ſonis licere adverſarios ſuos impetrato reſcripto evo-
care in aulam principis, licet ipſæ non poſſint evocari.
De hac re invenies exemplum lib. 4. Var. Caſſiod. & in
Epiſtol. Innocentii. Et hoc quidem ſolo caſu Impera-
tor cognoſcit inter eas perſonas, videlicet ſi hoc ipſæ-
met perſonæ impetraverint, non ſi quis id impetrarit
adverſus eas, reſcripto ſcilicet elicito à principe : nam
ex appellatione princeps indiſtincte cognoſcit inter eas
perſonas. Additur ex Nov. Martiani, neminem exhibe-
re licere ex provincia, non dico pupillum, aut viduam,
aut miſerabilem perſonam : ſed generaliter nemo de
ſuo foro exhiberi poteſt ad comitatum. Quod obſer-
vari ſane æquiſſimum eſt, & non obſervari iniquiſſi-
mum eſt, ſi quæ ætas ferat judices probos, & religioſiſ-
ſimos juris, alioquin ultima neceſſitas, & infelicitas æta-
tis nos cogit à principe extraordinariam cognitionem
poſcere. Et ſane quod hoc tit. excipiantur tantum quæ-
dam perſonæ, ex eo apparet non probari Nov. Martia-
ni : alias enim perſonas ex reſcripto principis poſſe è
ſuo foro perduci ad comitatum.

AD TIT. XV. *Ubi de criminibus agi oporteat.*

SUnt etiam ſequentes tit. uſque ad 26. de foro com-
petenti : nam per ſingulas cauſas ſive ſpecies expli-
catur, quod in quaque cauſa ſit forum, judiciumve
competens. Ac primum hoc tit. ſi cauſa criminalis ſit,
oſtenditur, forum eſſe competens, ubi reus crimen
commiſit : & hoc eſt, quod dicitur ratione contractus
nos ſortiri forum, contractus nomine comprehenſo, &
elicito ex obligationis vi, juxta *l. omnem, ff. de jud.* Er-
go reus criminis ibi poteſt conveniri ubi crimen admi-
ſit, & nominatim conſtituit, ut id obſervetur in militi-
bus, qui arguuntur feciſſe ſuperexactionem, vel concuſ-
ſionem, *l.* 2. *inf. tit.* 23. Item in clariſſimis perſonis ſi rei
criminis poſtulentur, *l.* 1. *tit.* 24. Item, & in hominibus
divinæ domus, puta actoribus, vel colonis, vel procu-
ribus, & in Cæſarianis, *l.* 8. 9. 10. *tit.* 16. in Cæſarianis,
Sergruts. In cauſa igitur criminali forum competens eſt
locus ubi crimen admiſſum eſt. Poteſt eſſe forum com-
petens pluribus locis : nam & in hac cauſa forum com-
petens eſt ubi de crimine jam conteſtata lis eſt : nam
poſt litem conteſtatam non eſt jus revocandi domum.
Et hoc ſignificat *l.* 1. *h. tit.* his verbis, *ubi commiſſæ ſunt,*
vel inchoatæ, non inchoantur, niſi per litis conteſtatio-
nem, ubi igitur ſunt conteſtatæ eo peragendæ ſunt : litis
conſtatio forum, quod erat incompetens facit compe-
tens. In hac etiam cauſa forum eſt competens, ubi reus
domicilium habet, *v. tit.* 23.

AD TIT. XVI. *Ubi de poſſeſſione agi oportet.*

COnſtitutio hujus tituli eſt etiam de cauſa crimina-
li, & de cauſa poſſeſſionis, de cauſa momenti :
nam ſi quis per vim dejectus ſit poſſeſſione prædii, erit
& de vi actio, quæ erit criminalis ex lege Julia, ubi vis
facta eſt, & ubi poſtulatur interdictum unde vi, id eſt,
ubi poſtulatur momentanea rei poſſeſſio, ut loquitur
lex 4. *ſup. eod. tit.* id eſt, momentaria reformatio poſſeſ-
ſionis, quam nec appellatio, nec conteſtatio revocare,
aut inhibere poſſit. Item agitur de vi civiliter, aut cri-
minaliter interdicto momenti ubi vis facta eſt, & con-
ſequenter ubi eſt res, quæ pervaſa eſt.

AD TIT. XVII. *Ubi fideicommiſſum, &c.*

CAuſa fideicommiſſi, videlicet ſi petatur res per fi-
deicommiſſum relicta, vel ſi petatur cautio præ-
ſtandi fideicommiſſi, ea cauſa diſceptatur, ubi eſt here-
ditas, aut ejus pars major, vel ubi heres, vel ubi fiducia-
rius Trebellianus domicilium habet : etſi ibi non ſit res
debita ex fideicommiſſo, cujus reſtitutio, & cautio fiet
ſecundum id quod eſt proditum in *l.* 10. *& l. ſeq. ff. de*
rei vindic. vel etiam diſceptatur cauſa fideicommiſſi,
ubi eſt res ea, quæ relicta eſt per fideicommiſſum, vel
ibi

Digitized by Google

ibi non habeat domicilium heres. Et dici poteſt etiam de legato, quod de fideicommiſſo: nam & hoc loco legatum etiam intelligimus: & de credito hereditario. Idem etiam dici poteſt, ut ibi petatur, ubi major eſt pars hereditatis, vel ubi heres domicilium habet.

AD TIT. XVIII. *Ubi conveniatur qui certo, &c.*

QUod certo loco dari oportet, puta Romæ, non tantum recte petitur Romæ, ſed etiam alio loco, citra periculum plus petitionis: non tamen pure poteſt peti, ſed cum commemoratione, ſive mentione ejus loci, in quo dari oportet, & ideo appellatur hæc actio arbitraria, quia in ea arbitrio judicis æſtimatur quanti interſit actoris ſuo loco pecuniam ſolvi, ſi per reum mora fuerit, quo minus ſuo loco pecuniam ſolveret, *l. centum Capuæ, & l. ult. ff. de eo, quod certo loco*: vel etiam judex æſtimat quanti interſit rei ſuo loco ſolvi pecuniam, non alio, ſi per reum mora non fuerit, vel ſi per actorem mora fuerit, quo minus ſuo loco oblatam pecuniam acciperet, *l. 2. in princ. h. tit. & l. 2. in princ. & §. ult. ff. eod.* Denique, ut ait conſtitutio hujus tit. in ea actione venit æſtimatio ejus, quod alterutrius intereſt, id eſt actoris, aut rei, & vero raro in hoc judicium venire poteſt ut utriuſque interſit. Recte igitur ait conſtitutio, *alterutrius*, non utriuſque.

AD TIT. XIX. *Ubi in rem actio, &c.*

REi vindicatione agitur adverſus poſſeſſorem in *l. 4. ſup. de al. jud. mut.* Poſſeſſio, inquit, in rem actionem parit adverſario, id eſt, actori, hoc eſt certiſſimum: ſed quæritur, quod ſit forum competens intendendæ rei vindicationis, ubi ſcilicet domicilium habet poſſeſſor, vel ubi ſita eſt res, de qua agitur, *l. 10. ff. de rei vindicat.* & quod notandum eſt ex hujus tituli *l. 2.* forum poſſeſſoris ſequitur dominus poſſeſſionis, ut ſi abſit dominus, & inſideat rei actor, vel procurator, vel colonus, hic ſequitur forum domini ſui, ut latius *d. l. 2.* explicatur in Nov. 69. Auctor quoque, id eſt, *le garant*, ſequitur forum emptoris, ſi velit evictionis nomine rem defendere: nam cum ſit emptori controverſia, cum ei movetur lis ejus rei nomine, ſolet laudare auctorem, & ei denuntiare, ut adſit rei defendendæ cauſa. Quid fiet ſi venditor dicat ſe habere fori privilegium, an poterit revocare ad ſuum judicem ab eo judice, apud quem lis incepta eſt inter extraneum, & emptorem? & definitur in *l. venditor, ff. de judic. & l. 1. hujus tit.* venditorem ſequi forum emptoris: ſed noſtri circumforanei excipiunt unum caſum non ſine ratione, *ſi ce n'eſt, diſent-ils, qu'on le tire hors du Royaume, comme ſi le proces eſt intente en Eſpagne.*

AD TIT. XX. *Ubi de hereditate agatur, vel ubi heredes ſcripti in poſſeſſionem mitti poſtulare debeant.*

SImili modo in hoc titulo oſtenditur, petitionem hereditatis, quæ vindicatio eſt, non ſpecialis in rem actio, ſed univerſalis, agi adverſus eum, qui poſſidet rem pro herede, aut pro poſſeſſore ubi is poſſeſſor domicilium habet, *l. ſi ſuſpecta, §. ult. ff. de inoffic. teſtam.* vel ſimili modo ubi ſunt res hereditariæ, de quibus agitur, ſi ibi reperiatur poſſeſſor, ut ſignificat *l. 4. hujus tit.* nam & hac actione agitur in eum, qui unam rem hereditariam poſſidet, licet minimam, *l. licet, ff. de petit. heredit.* & eodem modo heres ſcriptus, ut oſtenditur hoc titulo, cum ſit controverſia hereditatis, ibi ſe deſiderat mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum ex edicto D. Adriani, vel hodie ex edicto Juſtiniani in *l. ult. de edicto Divi Adriani*: heres, inquam, hoc poſtulat ubi ſunt res hereditariæ, interim ſalva petitione hereditatis, ſe mitti in poſſeſſionem ex tabulis, quas profert, dum agitur de petitione hereditatis, & quæritur ad quem potius pertineat cognitio: igitur eſt ejuſdem præſidis, qui regit provinciam, in qua ſitæ ſunt res hereditariæ, aut major pars: nam etſi de poſſeſſione ipſa agatur, ex interdicto uti poſſidetis, ejus notio eſt, qui eam provinciam regit, in qua ſunt res hereditariæ, quoties diſceptatur de poſſeſſione hereditatis, & uterque contendit ſe eſſe poſſeſſorem, *l. 2. inf. de interdict.* quæ omnino conjungenda eſt cum conſtitutione hujus tituli, & ex illa legendum potius in inſcriptione hujus conſtitutionis *Meſſiæ*, quam *Meſſalæ*.

AD TIT. XXI. *Ubi de ratiociniis tam publicis, quam privatis agi oporteat.*

ACtione tutelæ, & negotiorum geſtorum, & mandati, & pro ſocio plerumque agendum, ut reddatur ratio adminiſtrationis: plerumque agendum de calculis: ubi igitur de ratiociniis agi oportet, id eſt, ubi agi oportet de actione mandati, vel negotiorum geſtorum, vel tutelæ, vel pro ſocio, vel etiam actione in factum ex edicto de edendo in argentarium: nam in his omnibus actionibus plerumque agi ſolet de ratiociniis: & recte de actionibus tutelæ Fabius lib. 7. Inſtit. *tutelæ, in quo judicio ſoles quæri, an alia de re, quam de calculis quæri oporteat*: & definitur hoc titulo, ibi reddendas eſſe rationes, ubi negotia geſta ſunt: quod ibi ſcilicet facilius pateat inſtructio rei, pateant notiora teſtimonia, & veriora documenta, ubi adminiſtratio geſta eſt, *l. 2. in fi. h. tit.* idemque eſt ſi rationes militares deſiderentur ab eo, qui, exempli gratia, fuerit Tribunus militum, vel quo alio numero militari in militia, ratiociniis obſtricto functus fuerit: nam hic etiam depoſita militia, ejus quod geſſit in militia rationem reddit apud judicem militarem, veluti apud magiſtrum militum. Et eleganter Theodoſius in Nov. 2. veteres leges ſpecialiter fori præſcriptionibus, & contractus, & negotia geſta, & delicta ſubtrahere, nec pati aliquem, qui quid in qualibet provincia criminale commiſerit, vel qui alicubi contraxerit, vel qui in quodam loco negotia geſſerit aliena, eis ſe poſſe præſcriptionibus defendere. Denique recte convenitur quis ubi contraxit, ubi deliquit, ubi negotia geſſit aliena, nec habet jus revocandi domicilium, nec habet privilegium fori, & pars ejus eſt in *l. 2. inf. tit. 23.*

AD TIT. XXII. *Ubi cauſa ſtatus agi, &c.*

STatus hominis eſt conditio libertatis, vel ſervitutis, & conditio libertatis, quæ & ſtatus capitis dicitur, vel libertinitatis, vel ingenuitatis: eæ autem de ſtatu actiones præjudiciales ſunt quaſi majores, & quæ præjudicium adferant ſequentibus, quas actor intendit in foro rei, id eſt, ubi reus domicilium habet, vel ubi conſiſtit, & degit. Reus autem eſt in cauſis ſtatus is, qui ex libertate in ſervitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem petitur: idemque reus eſt dominus, aut patronus, adverſus quem proclamatio fit ex ſervitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem: & actor, ut dixi, ſequitur forum rei, neque vero alius locus eſt, quo agi poſſit cauſa ſtatus, neque notio eſt aliorum, quam præſidum in provinciis, vel procuratorum Cæſaris ſi agatur de libertate, vel ſervitute inter fiſcum, & privatos, ut *l. pen. hoc tit.* notio eſt prætorum, qui de liberalibus cognoſcunt, vel etiam conſulum in urbe: nam cauſa ſtatus exigit maximos judices, *l. ult. h. tit.* atque ideo non poteſt delegari, nec de ea etiam cum effectu arbiter adiri ex compromiſſo: imo nec olim præſides provinciarum potuerunt cognoſcere de cauſa ſtatus, ut conſtat ex Plinii junioris Epiſtola ad Trajanum, de adſertione ingenuorum: niſi habeant jus prætorium: quod præſidibus nominatim dabatur miſſis in provinciam cum jure prætorio, vel niſi habuiſſent jus proconſulare: nam proconſules, qui ſunt majores, quam præſides, nempe ſpectabiles, potuerunt de cauſa ſtatus cognoſcere. Et ita ſecundum jus vetus in *l. 1. ſup. de ord. judic.*

quæ

quæ eſt Severi & Antonini, de ſtatu cognitio non eſt præſidis,quam tamen conſtat hodie eſſe indiſtincte præſidis ex multis conſtitutionibus.Et ut congruant omnes conſtitutiones invicem, quæ mens fuit Juſtiniani,convenientem caſum *l.pen.hujus tit.*accommodanda eſt ad eam *l.*1.ut ibidem dixi:non eſt omittendum in *l.ult.h.tit.*non ſervari præſcriptionem quinquennii hodie, qua excludebatur cognitio ſtatus ſine reſcripto principis: nec enim poſt quinquennium quam judicatum eſſet de ſtatu & manumiſſione ex Nov.Juſtiniani licet facere controverſiam ſtatus ſine ſpeciali reſcripto principis, ſublata illa præſcriptione quinquenni in *l.ult.hujus tit.*

AD TIT. XXIII. *Ubi quis de Curiali, &c.*

SUnt etiam quaſi præjudiciales, & quaſi de ſtatu actiones quibus quæritur decurio quis ſit nec ne,an ſit curiæ muneribus obligatus, an agricola cenſitus, in cenſibus deſcriptus, an ſit ex cohorte Præſidis, aut ex corpore naviculariorum,aut piſtorum,aut ſuariorum,aut ex alio corpore:& ad ſummam, an ſit conditionarius, id eſt, adſtrictus conditioni certæ, quæ omnes cauſæ pertinent ad nominationem præſidis ejus provinciæ, in qua is qui curiæ vindicatur, aut cohorti, aut alii conditioni deprehenſus fuerit:nam videtur eſſe fugitivus, ſive refuga ſuæ conditionis, ſuique oneris, & ibi vindicatur ubi deprehenditur, *l.1.hoc tit.* Hoc etiam de criminoſis quibuslibet evidenter tentari poteſt ex *l.1.ſup.ubi de criminibus*: ut poſſit in reum criminis lege agi, ubi deprehenditur, etiamſi certum domicilium habeat, quo jure utimur: niſi ſcilicet malit actor eum remitti in eum locum unde quaſi fugitivus receſſit, *l.1. ſup.titulo ubi cauſæ ſtatus*: neque vero ſub ſpecie alterius militiæ, quam armatæ, conditionario vel debitori publico licet revocare ad alium judicem, non ſub ſpecie apparitionis magiſtri militium ſupra numerum, id eſt, ſi ſit ſupernumerarius apparitor, non poterit revocari ad forum magiſtri militum, ut oſtenditur in Novella Theodoſii 4. *de amota milit.fori præſcriptione*:& multo minus ſub ſpecie apparitionis magiſtri officiorum:qua de re tractatur proprie tit.25. Dixi ſupra, ex cohorte præſidis, ſignificans conditionem cohortalem: ſunt enim cohortales in jure officia, ſive apparitiones præſidum. Et erant certi homines cum progenie ſua huic cohortali conditioni obnoxii, ut apparerent præſulibus provinciarum, quicumque mitterentur: nam erant perpetui in provincia,nec ducebantur à præſide, ut Tullius ad Quintum fratrem: *quos ex neceſſariis cohortibus tecum eſſe voluiſti*, qui quaſi ex cohorte prætoris ſunt.

AD TIT. XXIV. *Ubi Senatores vel Clariſſimi, &c.*

CLariſſimorum appellatio eſt latior, quam ſenatorum: nam & uxores, & ſenatorum liberi ſunt clariſſimi: & ſenatores quidem ſunt celſiores clariſſimis veluti illuſtres, aut ſpectabiles. Quæritur, ubi ſunt hæ perſonæ conveniendæ: & hoc oſtenditur, ſenatores & clariſſimos in urbe eſſe conveniendos civiliter apud præfectum prætorio, vel præfectum urbi, vel magiſtrum officiorum, *l.2. hoc tit.* Fuit etiam alia quæſtio Theodoſij, ut Symmachus refert in epiſtolis, quæ ſenatorum controverſias transferri à foro præfecturæ urbanæ ad peregrina vetaret. In provinciis autem civiliter conveniuntur jure communi apud præſides ejus provinciæ in qua domicilium habent, *l.3. & l.ult. ſup. ubi cauſa ſtatus*. Et recte Caſſiodorus in formula Rectoris provinciæ: *Tu etiam ſenatorem ibidem reſidentem juberis audire*: & etiam hodie criminaliter conveniuntur apud præſidem hujus provinciæ in qua deliquerunt; qui tamen olim erant remittendi ad præfectum urbi ex *l.3. C. Th. de accuſat.* Excepto uno caſu conſtitutione Claudij ſi ſenator vir clariſſimus alienas ſuſceperit actiones agendas quaſi ſuas, in *l.1. ſup. ne liceat potent. patrocin.* illuſtres enim ſenatores hac in re ſeparantur à clariſſimis: nam illuſtres ſenatores, qui recenſentur in *l. 1. hoc tit.* non poſſunt criminaliter conveniri, niſi in conſiſtorio principis. Quod etiam omnibus aliis ſenatoribus quoſdam Imperatores detuliſſe Dio ſcribit,atque etiam Spartianus.

AD TIT. XXV. *In quibus cauſis militantes, &c.*

MIlitantes in hoc titulo non dicuntur armati milites, & tribuni numerorum: nam ſemper utuntur privilegio ſui fori, & litem poſſunt revocare ad magiſtrum militum, *l.2. ſup. tit.* 23, dicuntur ſcholares, qui ſunt ſub magiſtro officiorum taxati in 11.ſcholas,ut ait *l. ult. inf. de loc.* ſupernumerarii milites de quibus eſt titulus *de privilegiis ſcholarium lib.* 12. veluti agentes in rebus, qui & dicuntur magiſteriani, quod obſequuntur magiſtro officiorum, & domeſtici protectores: hi habent quidem privilegium fori, & ſuum proprium judicem: ſed eo privilegio non utuntur caſibus in hoc titulo propoſitis: id eſt, ſi conveniantur non apud magiſtrum officiorum, ſed apud præſidem provinciæ, qui eorum alias non eſt judex competens ex cauſa debitorum, aut munerum publicorum: nam ex hac cauſa poſſunt à præſide conveniri, nec litem ad ſuum judicem poſſunt revocare. Idem erit ſi obnoxii dicuntur curiæ, vel alii corpori, aut cohorti, ſi dicantur aliquid abſtuliſſe per ſuperexactionem, vel concuſſionem, *l.1. & 2. ſup. tit.* 23. quæ etiam poni potuiſſent ſub hoc tit. nam caſus exprimunt quoſdam quibus militantes non utuntur ſui fori præſcriptione: nam præſcribunt judicio alieno, & plerumque judicio fori incompetenti: & ſane etiam *l. 2. tit.* 23. *in C. Th.* ponitur ſub tit. *de amota militum fori præſcriptione*. Item ſi ſint conductores prædiorum alienorum, quacumque ex cauſa conveniuntur recte apud publicum judicem, id eſt, præſidem provinciæ, nec poſſunt uti privilegio ſui fori. Dico militantes de quibus agitur hoc tit. id eſt, ſcholares, qui conductores ſunt alienorum prædiorum: nam ſoli armati milites conductores eſſe prohibentur, *l. milites, inf. de re milit.* poſſunt conveniri apud rectorem provinciæ, nec fori præſcriptione poterunt uti. Item amittunt milites ſcholares fori privilegium, ſi negotiationem exerceant in provinciis: nam tunc eo privilegio militiæ ſunt indigni. Et hoc utique verum eſt, etſi obtinuerint à principe negotiandi licentiam: ut in fi.l.ait: *militandi, vel negotiandi*, legendum eſt, *&*, non, *vel*, regulariter non poteſt quis eſſe miles, & mercator, *l.4. inf. lib.*11. *negotiat. ne milit.* ſed ſi quis forte inveniatur negotiationem exercere, & ſe etiam militiæ dignitate efferre, licet ei negotiationem permiſerit princeps, conventus etiam ex privato debito poterit apud præſidem provinciæ conveniri, nec poteſt revocare litem ad ſuum judicem:idemque erit ſi militantes ſuis compendiis, ſuiſque privatis negotiis dent operam in provinciis, ſine commeatus beneficio, non utentur privilegio fori. Et breviter hæ ſunt cauſæ in quibus militantes non utuntur præſcriptione fori. Notandum in contextu hujus Conſtitutionis, ibi, *& qui per provincias ſociantur*, eſſe legendum, *negotiantur*, non, *ſociantur*, aut *otiantur*, nam tres caſus notantur, qui ſtudent rerum ſuarum adminiſtrationi, & qui negotiantur, & qui conducunt aliena prædia: & ita perſpicue in Baſilicis diſtinguntur, & ad hos, qui negotiantur pertinet ultima pars conſtitutionis, dum ait: *etſi meruerint mercandi licentiam*.

AD TIT. XXVI. *Ubi cauſæ fiſcales, vel divinæ domus, &c.*

CAuſæ fiſcales ſunt in quibus agitur de bonis fiſco delatis, id eſt, de caducis, vel de pœna pecuniaria inferenda fiſco, vel de eo, quod debetur fiſco ex contractu: videtur etiam quodam modo eſſe cauſa fiſcalis in ſpecie *l.4.hoc tit.* qua is, qui emit à fiſco mandatu Ti-

tii, cum Titio agit de pretio, & uſuris,quæ fiſco ſolvendæ ſunt. Hæ cauſæ fiſcales diſceptantur apud Cæſaris procuratorem, vel rationalem rei privatæ Cæſaris, rationalem ſummæ rei, ut eſt in inſcriptione *l.7.* & in *l.3. inf.ſi propter public.penſitat.* & apud Euſeb. *ὁ τῶ μεγίστου πράγματος προστατεύων*. Atque etiam in veteri inſcriptione: *piiſſimo atque fortiſſimo fundatori pacis, ac publicæ libertatis auctori d. Np. Fla. Valen. Conſtantio M. Cæſari, Valerius, Honoratus vir perfectiſſimus rationalis, ſummæ rei, devotus miles Marius Meſſala p.* Et quidem cauſæ civiles apud hos diſceptantur, non criminales: nam de criminibus non cognoſcunt, ſed de iis, quæ fiſco competunt, & debentur, ſed præſes, qui habet merum imperium, id eſt, jus irrogandæ mortis, vel pœnæ: igitur non habent merum imperium, niſi fungantur vice præſidum. Et Pontius Pilatus erat procurator Cæſaris in Syria, cum jure præſidiali, *l. 3. hoc tit. l. 1. ſup. de pedan. judicib. l.2. inf. de pœnis, l.3. inf. ad leg. Fab. de plag. & l. ult. ff. de offic. procurat. Cæſ.* procurator Igitur non cognoſcit de cauſa curiali, ſed de criminibus, & pœnis. Igitur apud præſidem provinciæ, cui, ut ait *l. 1.* convictis pœnam irrogare licet, id eſt, quibus eſt merum imperium, quod ſcilicet eſt jus irrogandæ pœnæ criminibus, & jus dandæ pœnæ legitimæ: & comprehendit omne genus pœnæ legitimæ: non jus gladii tantum. Et veriſſimum eſt in *l. imper. ff. de juriſdict.* imperium, & juriſdictionem per exempla tantum definiri merum, & mixtum juriſdictionis imperium: merum, id eſt ſine juriſdictione, quod non competit jure magiſtratus, ſed jure dato nominatim ad certum aliquem modum, finemque: puta, ut jus ſit irrogandæ illius pœnæ, & non illius: vel pleniſſime, ut jus ſit irrogandæ omnis pœnæ. Denique in ea lege per exempla tantum definitur imperium, quod ſecretum: ſeparatumque eſt à juriſdictione, id eſt merum, & id etiam, quod inhæret immixtumque eſt juriſdictioni. Ergo præſes tantum cognoſcit de criminibus, & criminis pœnis: de bonis autem fiſco vindicandis civiliter cognoſcit procurator Cæſaris. Et evidens eſt in *l. 3. hoc tit.* ſic eſſe legendum: procurator Cæſaris *ſicut exigere pœnam deſertæ accuſationis*, ſcilicet irrogatam à præſide, *poteſt ita judicare*, ut ea *inferatur, ſententia ſua non poteſt*. Denique jus habet exigendæ pœnæ, quam præſes irrogavit, non etiam jodicandæ: & ideo in *l. 3.* legendum eſt, affirmative, *ſicut exigere poteſt*. Qua in re laborat Accurſ. Hæc de cauſis fiſcalibus, verum titulus eſt etiam de cauſis divinæ domus: à fiſco ſeparatur divina domus, i. principis, quæ dicitur ratio Cæſaris in *l.6. §. ult. ff. de jure fiſci*: *Quod privilegium habet fiſcus*, inquit, *idem habet ratio Cæſaris, & Auguſtæ*: nam Auguſta iiſdem privilegiis utitur quibus Auguſtus, *l.princeps, de legib.* Ratio Cæſaris, id eſt, ut Græci interpretantur domus Cæſaris: ſicut domus divinæ, quæ pertinent ad rem privatam, vel ſacrum patrimonium principis, & ad prædia Tamiaca, id eſt, quæ erant proprie deputata cubiculo, & cellario, & penui principis, & erant in Cappadocia, ut oſtendit *l.3. inf. de palatin. ſacrar. largit.* & Græci explicant recte infra ad *l.1. ff. ad leg. Juliam repetund.* & interpres Juliani Anteceſſoris in Nov.30. quæ prædia erant ſub cura comitis domorum, & potiſſimum ſub cura præpoſiti ſacri cubiculi. Et inde in notitia Romani imperii, ſub diſpoſitione viri illuſtris præpoſiti ſacri cubiculi ponitur domus divina per Cappadociam. Agitur autem cauſa domus divinæ apud procuratores, ſive rationales proprios, ut indicat ejuſdem tituli conſtitutio. Sequuntur cauſæ hominum divinæ domus: homines ſunt coloni, inquilini, ſervi, conductores, procurstores: & ii quidem homines Tamiaci, deſtinati ſcilicet prædiis Tamiacis, conveniuntur apud præpoſitum ſacri cubiculi, & comitem domorum in omnibus cauſis civilibus, & criminalibus, *l.ult. hujus tit.* quæ eſt de Tamiacis: etiam ſervi ita nominantur, & pertinent ad prædia Tamiaca. Igisur Tamiaca deſtinata penui principis patrimonialis, aut privatæ rei homines in cauſis civilibus apud comitem rerum privatarum: in criminalibus apud vicarium: nam in inſcriptione *l. 9. hujus tit.* ita legendum eſt: *ad Philippum vicarium*, non virum clariſſimum, vel etiam in criminalibus conveniuntur apud præſidem provinciæ, in qua crimen admiſerunt, adhibito procuratore domus Auguſtæ: & ſimiliter apparitores, & officiales rationalis in cauſis civilibus conveniuntur apud ipſum rationalem, in criminalibus, cum non habeat rationalis merum imperium, id eſt, judicii criminalis executionem, conveniuntur apud præſidem provinciæ.

AD TIT. XXVII. *Quando liceat unicuique, &c.*

IN hoc tit. oſtenditur illud, quod ante dictum eſt, neminem ſibi jus dicere, & ſuperioribus titulis omnibus adeundum eſſe judicem competentem, nec unquam ſine eo audendum, vel adminiſtrandum eſſe. Id in hoc tit. oſtenditur aliquando non obſervari, & nonnunquam evenire, ut nos ipſi ulciſcamur, & quodammodo nobis jus dicamus adverſus obſeſſorem visrum, id eſt, latronem nobis inſidiantem impune occidamus in *l. 1. h. tit.* Imo in agris tantum, non in urbe impune occidimus: quemadmodum furem nocturnum, ſive paganus ſit, ſive miles, etiamſi ſe telo non defendat, & ei parcere poſſimus ſine noſtræ vitæ periculo: & in agris, & in urbe, quod eſt ex 12.tab. ſicut, & ut fur nocturnus impune poſſit quodammodo occidi, *l. ſi pignore, §. ſi furem, ff. de furt. l.4. ff. ad l. Aquil.* ſed ut auctor eſt Ulpian. ea lex deſiit eſſe in uſu, obtinuitque poſtea, ut non alias liceret nocturnum furem occidere, aut diurnum, quam ſi ſe telo defenderit, & ſi is cui furtum fiebat, parcere ei non potuit ſine vitæ ſuæ periculo, *l. furem, ff. de falſ.* Quod its obtinet in orbe, ſed non in agris: nam ex hac l.1. & ex l.12. tab. in agris nocturnus fur quoquo modo poteſt occidi: quia in agris major eſt copia graſſandi, & quo major eſt, eo rei gravioribus conſtringuntur vinculis, data ei, cui ſit furtum, licentia ſeipſum vindicandi, & occidendi etiam manus dantem, nec reſiſtentem. Et elegans eſt ratio *l. 1. melius eſſe in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare*. Omnes hæ definitiones ſunt plerumque falſæ: *& u' en fant abuſer*. Et plerumque veræ in una re tantum, falſæ in omnibus aliis, & ideo, qua mente traditæ ſint, & qua ſpecie oportet ſemper animadvertere. Itaque facile eſt reſpondere argumentanti ex his ſententiis allato incommodo, aut exceptione aliqua: quod ait, *melius eſſe, &c.* Et ſimile eſt, quod ponitur in *l.ult. in quibus non eſt noc.reſt.* melius eſſe jura minorum integra ſervari, quam poſt vulnus inflictum remedia quærere, quod ex Ariſt.3. Politicorum videtur ſumptum: & oſtenditur in *l. 2. hujus tit.* unumquemque poſſe deſertorem militiæ obſidere, et prehendere, et ſi ſe telo defenderit, occidere, ut in *l.2. inf.* de deſerta militia, et hoc quidem modo, quod eſt in altera patte hujus tit. vindicabit læſam majeſtatem, et devotionem publicam, quam ſcilicet lædit miles, qui alias ſolet appellari devotiſſimus, dum ab ea devotione deſciſcit deſerta militia: et ita occiſor deſertoris ultor eſt publicæ devotionis.

AD TIT. XXVIII. *De Inofficioſo teſtamento.*

DIximus ſupra de jure ſacro, deinde de jure publico, ſive de partibus juris civilis, et magiſtratibus, et de ordine, quo agit quiſque apud eos, de Advocatis, et procuratoribus alienarum litium, de reſtitutionibus litium, ſive de reſtitutione in integrum, de pedaneis judicibus, et de foro competenti ab hoc tit. De inofficioſo teſtamento incipit tractare de diverſis actionibus, cauſis, & litigiis, qui tractatus jus omne fere complectitur. Et recte majores noſtri monuerunt diligentem nobis operam impendendam eſſe titulo de actionibus: quia ſcilicet is ambitu ſuo complectitur omnes quæſtiones juris. Nec mirum igitur ſi in ea re, & Cod. &

Dig.

Dig. potiſſimum conſumantur, id eſt, in explicandis actionibus variis, eorumque natura explicanda: ſumma autem actionum diviſio hæc eſt, alias eſſe vindicationes, ſive petitiones, alias condictiones in *l. actionum genera, D. de oblig. & action.* actiones in perſonam eſſe de obligatione, de re aut pecunia debita actori, id eſt actiones in rem eſſe de proprietate & poſſeſſione, quam actor ſuam eſſe aſſerit, vel, ut loquitur, ſuam eſſe petit: nam & de poſſeſſione eſt vindicatio per interdictum uti poſſidetis, vel utrubi, *l. 1. §. Pomponius, D. ad exhib.* & rurſus vindicationes ſive petitiones alias eſſe de univerſitate rerum, veluti de hereditate, alias de rebus ſingulis, ſpecialeſque vindicationes appellantur, *l. 1. D. de rei vindic.* Orditur autem à vindicationibus quæ ſunt de univerſitate, & ab ea præcipue, quæ dicitur querela inofficioſi teſtamenti, & de petitione hereditatis de inofficioſo teſtamento, ſive ex cauſa inofficioſi teſtamenti. *l. ſi quis filium, hoc tit. l. 20. D. eod. l. pen. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 3. inf. de pet. hered.* quæ actio datur liberis notatis exheredatione & remotis, lege Glicia, ut indicat inſcriptio, *l. 4. D. eod.* Eſt igitur hæc actio non legitima, non civilis. Nec obſtat *l. non putavit, D. de bon. poſſeſſ. contr. tabul.* exheredatis non dicitur dari bonorum poſſeſſio contra tabulas, ſed præteritis, id eſt, ſilentio omiſſis, nec ſcilicet inſtitutis, nec exheredatis ut oportet, etiamſi legitima ſit eis relicta, præteriti enim ſunt, qui non ſunt lecti in numerum heredum, vel qui heredum numero moti ſunt nominatim per exheredationem, etſi ſit eis aliquid adſcriptum: ſicut apud veteres, ut refert Feſtus, præteriti ſenatores erant, qui non lecti à conſulibus, ſed tacite loco moti: ergo bonorum poſſeſſio contra tabulas datur liberis præteritis, non exheredatis, & adiicit Ulp. in *l. 8. D. de bon. poſſ. cont. tab.* etiam exheredatos jure civili non turbare teſtamentum. Quid hoc enim eſt? nempe ipſo jure nullum non eſt teſtamentum, in quo filius exheredatus eſt: imo valet ipſo jure: ſed ei liberum eſt per querelam inofficioſi teſtamentum reſcindere, quaſi impium & inofficioſum, ſi modo probaverit ſe immerito exheredatum atque remotum. Summa hæc eſt: ipſo jure non reſcindi teſtamentum in quo filius eſt exheredatus: ſed per querelam de inofficioſo teſtamento, ſive petitionem her. Non ſeparo querelam à petitione hereditatis, nec ſunt imitandi doctores, qui aliud faciunt judicium reſcindens, aliud reſciſſorium, & judicium reſcindens vocant querelam inofficioſi teſtamenti, quod primum reſcindatur teſtamentum & reſciſſorium judicium vocant hereditatis petitionem quaſi ſubſequatur reſcindens judicium. Noſtri auctores non faciunt differentiam inter hæc nomina, nec à reſciſſione ſeparant petitionem, uno ſcilicet eodemque judicio, una actione, & reſcinditur teſtamentum quaſi inofficioſum, & petitur hereditas ab inteſtato: vel ut aliter dicam, nova ratione reſciſſo teſtamento vindicatur hereditas ab inteſtato. Dices quo jure vindicat hereditatem, qui ab ea remotus eſt nominatim per exheredationem, nec eſt ut muniat ſe prius jure aliquo, aut ut colorem quemdam juris induat: nam ſi non ſit ex ſuis heredibus, ordinandi & excitandi judicii de inofficioſo teſtamento gratia, neceſſe eſt prius eum, qui quæritur vel acturus eſt de inofficioſo teſtamento, veluti ab inteſtato ſibi delatam hereditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere ab inteſtato unde liberi, vel unde legitimi, vel unde cognati, *l. 6. & 7. l. Papinianus, §. 2. D. eod.* In ſuis heredibus non eſt neceſſaria aditio, aut bonorum poſſeſſio: quoniam ipſo jure heredes ſunt, *d. l. 7. & l. in ſuis, D. de ſuis & leg. l. pen. §. pen. D. de bon. lib.* ſui igitur heredes, qui exheredati ſunt, ipſo jure filii, vel alii liberi, non heredes facti aditione hereditatis, vel bonorum poſſeſſione, perveniunt ad poſſeſſionem hereditatis de inofficioſo teſtamento, allegantes ſe immerito exheredatos eſſe: quæ allegatio competit non tantum liberis, ſed & parentibus exheredatis, & fratribus germanis, ſi turpes perſonæ ſcriptæ ſint, veluti mimi,

aut hiſtriones, aut arenarii: alioqui frater non poteſt queri de inofficioſo teſtamento fratris, *l. fratres, hoc tit.* Alii autem cognati nullo modo poſſunt queri, ſi ſint exheredati, vel quod idem eſt, ſi ſint præteriti: nam præteritio harum perſonarum cenſetur pro exheredatione. Ii igitur quibus competit querela: ad eam perveniunt, eamque perſequuntur, & ſi forte non vicerint querela, aditio illa, aut bonorum poſſeſſio quam petierunt & agnoverunt, ſine re, ſine effectu conſtituitur, & eſt etiam interim dum agitur querela, ſine re & color potius, fictaque narratio, qua & in foro licere uti Fabius ait, lib. 4. & color quidam, ſive prætextus petendæ hereditatis. Ex iis licet modo definire inofficioſum teſtamentum. Inofficioſum teſtamentum eſt, in quo liberi qui ſunt in poteſtate, vel emancipati, aut parentes, aut fratres germani immerito exheredati ſunt, vel præteriti, vel inſtituti, ita ut pro exheredatis habeantur, ut præteritio avi materni, aut matris habetur pro exheredatione, id eſt, harum perſonarum ſilentium, exheredatio eſt: patris ſilentium non eſt exheredatio: & ideo huic non datur querela inofficioſi teſtamenti, ſed bonorum poſſeſſio contra tabulas: contra præterito à matre, aut avo materno, vel præterito à filio ſuo, vel præterito à fratre germano datur querela inofficioſi teſtamenti, non bonorum poſſeſſio contra tabulas, quia pro exheredatis habentur: & inſtitutus etiam quandoque habetur pro exheredato, eique competit querela, ut in ſpecie *l. Papinianus, §. 4. D. eod.* Regula eſt: quartam debitam filio non minuere libertates ſervis relictas teſtamento patris. Finge: pater habuit ſervos, & omnes manumiſit: quarta non poteſt imminuere libertates: aget igitur querela ita inſtitutus: nam inutilis eſt illa inſtitutio, & eſt, ut habet formula hujus judicii, juſta cauſa offenſæ, *l. 20. 22. & 23. hoc tit.* vel, juſtam cauſam iraſcendi, ut eſt in Plinii junioris epiſtolis, patrem habuiſſe videri, qua ſententia abſolvitur ſcriptus heres & penitus repellitur exheredatus: vincit autem exheredatus, ſi judex pronunciaverit juſtas cauſas offenſæ patrem habuiſſe non videri.

AD TIT. XXIX. *De inofficioſis donationibus.*

EXemplo querelæ inofficioſi teſtamenti comparata eſt querela inofficioſæ donationis, facta ſcilicet à parentibus in fraudem liberorum; vel à liberis in fraudem parentum, & comparata eſt conſtitutione Alexandri ad Claudium Julianum præfectum urbi in *l. Titia 87. §. Imper. D. de leg. 2.* Et datur querela inofficioſæ donationis liberis, qui erant tempore donationis, ſive in unum ex eis, ſive in extraneum collata ſit immodica, & inofficioſa donatio: ſed hoc intereſt, quod querela inofficioſi teſtamenti hoc jure reſcindat totum teſtamentum, inſtitutionem, legata, libertates, tutelas, tabulas pupillares, quaſi fuerit furioſus, atque ideo nullam habuerit teſtamenti factionem, qui pietatis nullam rationem habuit: Ex Nov. Juſtin. querela inofficioſi teſtamenti reſcindit tantum caput inſtitutionis, cætera capita firma manent: querela autem inofficioſæ donationis id tantum reſcindit & revocat, quo minuitur portio debita liberis, non etiam totam donationem revocat: ergo quadrantem, vel ex jure *Novellæ de trien. & ſem.* quas ſequimur trientem, vel ſemiſſem legitimæ portionis, id eſt, debitæ ab inteſtato pro numero liberorum, & ita Nov. 92. quæ eſt de inofficioſis donationibus oſtendit, hac actione liberos non revocare dotem donationemque, ſed portionem tantum, quæ eis debetur, vulgo appellatam legitimam: ergo inofficioſa donatio eſt, quæ liberis portionem debitam aufert, aut minuit, ut donatio omnium bonorum, vel donatio ſextantis, aut deuncis bonorum: nam donato ſextante, vel deunce, quod reſidet non ſufficit Falcidiæ, id eſt, debitæ portioni. Falcidia eſt nomen generale: omnis quadrans dicitur Falcidia: ſunt autem quadrantum legitimorum multa genera: ita vero immenſum donan-

Digitized by Google

do pater exludit querelam inofficioſi teſtamenti : & A hoc meditatur : dabo operam ne filius queratur de liberalitate mea : ne inducat materiam officiorum, ut lib. 7. cap. 4. appellat Fabius : nam certe materia querelæ inofficioſi teſtamenti eſt materia officiorum, an ſit bene meritus filius, vel male, *l. filius*, *D. de inoffic. teſtam. l. 3. §. ſi emancipatus*, *D. de bon. poſſeſſ. contra tab.* dabo operam, inquit, ne quaratur : nam queri poteſt tantum de teſtamento : non teſtor, ſed dabo omnia mea : hoc genere igitur eluditur querela inofficioſi teſtamenti, ſed ſuppetit ex conſtitutione Alexandri querela inofficioſæ donationis, quam dari dicendum eſt non tantum liberis, ſed & parentibus, ut in *l. 4. hoc tit.* & dari etiam ab inteſtato, id eſt, ſive donator ille fecerit teſtamentum, ſive inteſtatus deceſſerit, *l. 3. hoc tit.* & rurſus eum fortaſſe dari etiamſi intervertendæ vel eludendæ querelæ B inofficioſi donatori non fuerit animus : nam conſilium quidem abſque eventu atque affectione non ſufficit, *l. pen. hoc tit.* ſi abſumpta ſit vel deminuta portio debita : quod tamen non videtur probaſſe Patricius Græcus interpres, qui dixit dictam *l. 5.* accipiendam eſſe quaſi novam, ut ſcilicet tantum procedat in ſuo caſu, cum liberi nati poſt donationem aliis liberis factam, eam revocant pro modo portionis ſibi debitæ : factam extraneo liberi poſtea nati in ſolidum revocarent, *l. ſi unquam, inf. de revoc. donat.* factam aliis liberis revocant tantum pro modo Falcidiæ. Et ſufficit eventus, ſufficit fraus quæ reipſa Ipſius facta eſt, etſi adfuerit conſilium fraudandi in *d. l. 3.* ſcilicet hoc jure utimur, ut trahatur etiam ad omnes alios caſus, puta ſi liberi, qui tempore erant donationis, querantur de inofficioſa donatione. Etiam C illud notandum, hanc actionem non dari poſt quinquennium, *l. ult. hoc tit.* quod obtinet & in querela inofficioſi teſtamenti, & de inofficioſa dote. Hæ tres querelæ finiuntur quinquennio. Item non dari querelam inofficioſæ donationis iis, qui judicium donationis agnoverunt, & probaverunt, *l. 6. hoc tit.* quod obtinet etiam in querela inofficioſi teſtamenti : nam hæ querelæ ſunt remedia ſubſidiaria, *l. 2. & 3. hoc tit.* & nbſervandum eſt, non dari querelam inofficioſæ venditionis : nam pater vendet omnia bona ſua, ſi vult : *l'argent en demeure*.

AD TIT. XXX. *De inofficioſis dotibus*.

INter donationes, & dotes numerantur. Dos eſt ſpecies donationis, *l. cum multa, inf. de donat. ante nupt.* D Et id quod dictum eſt de inofficioſis donationibus merito trahitur ad inofficioſas dotes à matre datas marito primo vel ſecundo, quia ſcilicet dodrantem maternorum bonorum excedunt, vel omnia bona conſumunt, ita ut liberis non ſit ſalva Falcidia, id eſt, debita portio in bonis maternis. Cæterum quia hæc actio de inofficioſa dote eſt ſubſidiaria, ſicut duæ præcedentes, hodie nolim conſtitutiones hujus tit. accipi de muliere, quæ iterum nubit habens liberos ex priore matrimonio, quia conſtat eam ſecundo marito non plus poſſe erogare dotis, vel alio nomine quam uni ex liberis prioris matrimonii, ipſo jure ſecuros eſſe : ſed accipi poteſt conſtitutio tituli etiam hodie de ea, quæ primum nupſit, cum haberet naturales filios, vel ſpurios, vel de ea, quæ ite- E rum nupſit non habens liberos ex priore matrimonio, ſed ſpurios tantum : nam in bonis maternis Falcidia ſpuriis non minus, quam juſtis liberis debetur, *l. ſi ſuſpecta §. 1. D. de inoff. teſtam.* ſed erat quidem conſtitutio etiam de liberis prioris matrimonii, ſed in eis hodie eſt ſupervacua propter dictam legem *hac edictali*. Et ita accipienda eſt lex hujus tit. vulgo dicitur à noſtris auctoribus, leges legibus concordare promptum eſt, ex hoc loco, *legibus concordare promptum eſt*, id eſt, jus eſt & æquum.

AD TIT. XXXI. *De petitione hereditatis*.

A NOn caret ratione, quod priuſquam proponeret generalem petitionem hereditatis quam proponit hoc tit. propoſuerit ſpecialem de inofficioſo teſtamento : nec enim idem jus eſt utriuſque. Generalis petitio hereditatis datur adverſus poſſeſſorem juris, vel rei hereditariæ, nec heredem juſtum, ſive ſciat ſe non eſſe heredem, ſive falſo exiſtimet ſe eſſe heredem. Et hoc eſt, quod dicitur, eam petitionem hereditatis dari tantum adverſus eum, qui pro herede poſſidet, cum non ſit heres, vel bona fide, ſcilicet exiſtimans ſe eſſe heredem, vel mala fide, & adverſus eum, qui poſſidet pro poſſeſſore, id eſt adverſus furem, vel raptorem, qui interrogatus, quo jure poſſideat, non habet quod reſpondeat, niſi quod poſſideat, non quaſi heredem: de hereditate utique non contendit, videlicet non ſe aſſerit eſ- B ſe heredem : & ideo hic etiam tenetur petitione hereditatis, non alius, qui vero juſtoque titulo poſſidet, *l. regulariter & quatuor ſeqq. D. eod.* petitio autem hereditatis de inofficioſo teſtamento datur adverſus verum heredem & legitimum, qui ex inofficioſo teſtamento juſte hereditatem adiit : neque enim ante aditam hereditatem exheredatus agit, & hoc diſtat querela inofficioſi teſtamenti à bonorum poſſeſſione contra tabulas : nam bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt contra lignum *l. quod vulgo dicitur, de bon. poſſ. contra tab.* idque etiamſi nondum heres adierit : querela contra heredem, qui adiit. Item querela inofficioſi teſtamenti datur adverſus filium tantum, qui accepit cum re bonorum poſſeſſionem contra tabulas, *l. filius, de bon. poſſ. cont. tab.* datur etiam adverſus fideicommiſſarium, cum ex Senatuſ- C conſulto Trebelliano reſtituta eſt hereditas, *l. 1. ſup. de inoff. teſtam.* adverſus quos non datur generalis petitio hereditatis: quia vero & juſto poſſidet titulo, & generalis tantum datur in eum, qui falſo poſſidet pro herede, vel qui impudenter poſſidet pro poſſeſſore, veluti pro eo, qui poſſeſſionis nullam habet juſtam cauſam. Obiicies ex hac ſententia, quod pleriſque locis dicitur, generali petitione hereditatis, id eſt, ex cauſa inteſtati, vel ex cauſa injuſti teſtamenti, aut irriti, aut rupti, aut falſi, vel ex alia quacumque cauſa, per quam inofficioſum teſtamentum dicitur, petitione hereditatis teneri etiam heredem ſcriptum in teſtamento, & fideicommiſſarium & Trebellianum in *l. etiam §. idem dicendum, & §. ſeq. l. item veniunt, §. licet, D. eodem* : ſed videamus ne eo circumſcribamur : nam hoc duntaxat locum habet, D ſcilicet, ut heres ſcriptus, & fideicommiſſarius, & Trebellianus ex quacumque alia cauſa teneantur petitione hereditatis, cum fideicommiſſum aut hereditas eis relicta eſt injuſto aut inutili teſtamento : atque adeo cum fideicommiſſum aut hereditas ad eos jure non pertinet. Et rurſus poteſt etiam obiici, quod dicitur in *d. l. etiam, §. 1.* emptorem hereditatis teneri utili petitione hereditatis, qui eam bona fide emit ab herede, qui poſſidebat eam pro domino : ſed ut reſpondeam, id locum non habere puto ut ſit in emptorem petitio hereditatis, niſi deficiente venditore, puta non extante, vel extante quidem, ſed qui bona fide vendidit, non dico ære, ſed aſſe Cajano, qui non tenetur, niſi in quo locupletior factus eſt : ne videretur factus locupletior, aut ſane immodici pretii non habetur ratio, eo caſu deficiente E venditore, cum ab eo ſcilicet non poſſimus ſervare hereditatem quam vendidit quia vel non extat, vel modicum tulit ex venditione, in emptorem datur utilis petitio hereditatis quaſi in heredem ejus, qui poſſidebat hereditatem pro herede : nam certum eſt hereditatem poſſe peti non tantum ab eo, qui pro herede poſſidet, vel poſſeſſore, ſed ab herede ejus, licet ignoraret defunctum ita poſſediſſe eas res, & ipſe eas nunc poſſideat quaſi ex hereditate ſibi teſtamento vel lege delata, *l. Neratius, l. etiam, in pr. & §. heredem, D. eod.* deficiente igitur venditore demum per utilem petitionem hereditatis itur ad emptorem quaſi ad heredem poſſeſſoris, qui conveniri poterat. Emptor hereditatis vicem heredis obtinet, & in ſubſidium: vera igitur eſt ea differentia,

tia, quam expoſuimus inter generalem petitionem heredisatis, & illam ſpecialem quærelam de inoſſicioſo seſtamento. A Sunt et aliæ : petitio hereditatis de inofficioſo teſtamento non tam rem perſequitur, quam ipſam vindictam injuriarum, ſive notam exheredationis, es agit cauſam doloris, ſicut actio injuriarum, quod nomen querelæ etiam demonſtras : generalis petitio hereditatis, id eſt, quæ ex alia cauſa inſtituitur, eſt patrimonii, ſive rei vindicatio. Quamobrem pater filii nomine non agis querela inofficioſi teſtamenti, veluti filio exheredato, aut præterito à matre, aut avo materno, invito filio, quia filii injuria eſt, & indignatio, *l. Papinianus. ff. de inoffic. teſtam.* qui tamen ageret ex alia cauſa, & peteres etiam hereditatem invito filio, ſicus qualibet actione alia : quandoquidem omnes patri adquiruntur, invito filio, jure poteſtatis paternæ: & præterea querela in- B officioſi teſtamenti tacita diſſimulatione aboletur, ſicut actio iojuriarum, *l. 1. ſup. de in integr. reſtit. min. l. non ſolum, §. 1. de injur.* & ſilentio quoque quinquennii aboletur querela inofficioſi teſtamenti, *l. ſi quis filius, in fi. ſup. de inoff. teſtam. l. 3. C. Theod. de Apoſtatis.* Ex alia autem cauſa petitio hereditatis, nec longi temporis præſcriptione perimitur, ſed tantum præſcriptione 30. annorum, *l. hereditatis, hoc tit. l. pen. inf. ex quibus cauſis ceſ. lon. temp. præſcript.* ubi elegantiſſime Accurſius reddit rasionem, cur petitio hereditatis generalis non detur in eum, qui vero, & juſto titulo poſſidet, petitio hereditatis dicitur etiam actio in hereditatem, *l. pater, §. 5. de capt. & poſtlimin. rev.* ut quæ proponitur in titulo ſequenti, dicitur actio in rem : & de his, quæ veniunt in petisionem hereditatis, ſunt autem quam plurima, eſt C Senatuſconſultum diligenter explicatum à Juriſconſultis noſtris, quod appellatur à Græcis Senatuſconſultum Adrianum in *l. quod ſi poſſeſſor, ff. eod.* quia factum fuit auctoritate Adriani, *l. 1. hoc tit.*

AD TIT. XXXII. *De rei vindicatione.*

RES in hoc situlo non eſt hereditas, ſed certa ſpecies : hic igitur tisulus eſt petitione ſpeciali, qua qui ſpeciem, corpuſque certum ſuum eſſe aſſerit, hoc modo : fundus Tuſculanus, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur meus eſt: nam fundi nomen, & quo loci ſit dicere oportet, *l. ſi in rem, in fi. D. eod.* vel hoc modo : hanc ego rem ex jure Quiritium meam eſſe ajo. Superior autem situlus eſt de ea vindicatione, ſeu aſſertione, qua D quis ſe univerſi juris defuncti ſucceſſorem eſſe affirmat, non rei certæ, non corporis certi. Et in his judiciis in rem hoc eſt ſolemne, us judex vindicias dicat interim, dum de proprietate diſceptatur, ab eo, qui rem poſſidet, præſtita ſatiſdatione de ea re conſervanda, & reſtituenda petitori, ſi ſecundum eum judicatum erit : imo & non præſtita ſatiſdatione interim vindiciæ dantur ſecundum poſſeſſorem, ſi petitor ſatiſdare noluerit : nam in cauſa pari melior eſt cauſa poſſidentis : plus eſt in re, quam in perſona: ſed ſi petitor paratus ſis ſatiſdare, nolense poſſeſſore ſatiſdare, ſtatim poſſeſſio transſertur in petitorem, id eſt, vindiciæ dansur ſecundum petitorem : quod eleganter explicat Paulus 5. Sent. sit. 55. Et confirmas *l. de bonis, §. ult. ff. de Carbon. edic. l. 5. ſup. de petit. hered.* nam hic ordo ſervatur in omnibus E vindicasionibus, & ſpecialibus, & univerſalibus: etiam confirmas *l. 5. inf. uti poſſid.* conſtituitur poſſeſſio, vel apud poſſeſſorem ipſum, ut ſcilices maneat poſſeſſor pendente lise, vel, quod eſt addendum, res ex cauſa ſequeſtro deponitur, *l. 7. §. 1. D. qui ſatiſd. cog.* vindicias appello poſſeſſionem, ut Titius Livius dicit : modo vindicias, modo poſſeſſionem promiſcue, in ansiquis legibus, quæ ſunt in Bibliotheca Regia, *decernito ei poſſeſſionem*, id eſt, vindicias dato : Gallice, *la jouyſſance, la recrance*. Et videtur vindiciarum nomen ductum à vi quadam civili, ut explicat Gellius lib. 20. cap. 9. quæ ut ait, verbo dicebatur. Et quoniam is auctor in eo capite multum depravatus eſt, explicabo paucis quid ſit A in 12. tabulis manum conſerere : & hoc dicam imprimis : manum dicimus inter ſe conferre partes in vindicationibus, dum vindicat unus, & alter contra vindicas : nam erant mutuæ vindicationes, ut eſt in *§. 1. Inſt. de act.* manum conſerere non illata quadam vi bellica, aut cruenta, ſed vi quadam civili, quæ verbis ſiebat, us vi feſtucaria, ut ait : & ita eleganter definis : *manum conſerere eſſe qua de re diſceptatur in re præſenti, ſive ager, ſive quid aliud eſt cum adverſarium manu prenderit in ea re civilibus verbis vindicare:* ac poſtea, quid ſit vindicia explicat hoc modo: *vindicia eſt correptio manus : ubi manus eſt carpus, le poignet: in re atque in loco præſenti apud prætorem ex 12. tab. fiebat*, ac poſtea illam correptionem carpi, ſive manus dicit eſſe vim civilem, quæ tamen dicebatur magis verbis, quam re, verbis di- B rectis, & ſolemnibus facta vindicatione in re præſenti. Ex ex eo intelligitis, quod nondum quiſquam enodavit, ita apud Feſtum eſſe legendum : *vindiciæ appellantur rei eæ de quibus controverſia eſt: quod potius dicitur vis, qua fit inter eos, qui inter ſe contendunt :* vulgo male, *jus, quia fit, &c.* Ergo ut ad rem redeamus, poſſeſſio ſtatim non aufertur poſſeſſori, initio litis, niſi cum non vult ſatiſdare, & petitor offert ſatiſdationem, alioqui ſi neuter velis ſatiſdare, in pari cauſa, melior eſt cauſa poſſeſſoris: ſed ſi reus rem vi poſſederit, ante omnia momentum redintegrari, id eſt reformari poſſeſſionem oportet, *l. ſi quis liberum, ff. de probat.* quæ fuit Zaleuci lex, ut Polybius ſcribit lib. 12. δεῖν κρατεῖν &c. Et ob hanc rationem in cauſis liberalibus vindiciæ dantur ſecundum libertatem ex 12. sabul. ſi probetur tem- C pore litis ordinandæ in libertate fuiſſe is homo, quo de agitur, præſtita ſcilices ſatiſdatione, adeo ut hic ordo ſervetur etiam in præjudicialibus actionibus, *l. ordinata, ff. de liber cauſa, l. lite, hoc tit. l. 2. §. initium, ff. de origine juris*. Quod ſi in poſſeſſione ſervisutis, id eſt, in ſervitute fuerit is homo de quo agisur, vindiciæ dantur ſecundum ſervitutem : niſi quis per vim liberum hominem rapuerit, & in ſervitute habuerit, namque is homo ante omnia reponitur, & reſtituitur in libertasis poſſeſſione, *l. ſi quis liberum, & l. vis, inf. de probat.*

AD TIT. XXXIII. *De uſufructu, & habitatione.*

POſt vindicationem rerum corporalium de qua eſt situlus ſuperior, dat hunc tisulum, & ſequentem, D qui ſuns de vindicatione rerum incorporalium, veluti ſervitutum, ſervitutes non conſtant corpore, cerni, vel tangi non poſſuns : ſed in jure tantum conſiſtuns, vel intelligentia percipiuntur : denique non ſunt, ſed intelliguntur : & ex ſervitutibus aliæ ſunt perſonarum, aliæ prædiorum, *l. 1. ff. de ſervitut.* vel us loquitur *l. Cajus, de annuis leg.* aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam, De ſervitutibus prædiorum eſt titulus, qui ſequitur: nam plerumque ſervitus dicta ſimplicitur, eſt ſervitus prædii : hic autem titulus eſt de ſervitutibus perſonarum : nam per uſumfructum, & per habitationem, prædia, vel mancipia, vel aliæ res ſerviuns perſonis non rebus, *l. dominus, ff. eodem*. Item per miniſterium, quo verbo ſignificantur operæ ſervorum alienorum, quæ nobis ſint locatæ, vel ceſſæ, videtur quidem habitatio, & E miniſterium nihil differre ab uſufructu : nempe habitatio nihil aliud videtur eſſe, quam uſusfructus ædium, *l. 9. hoc tit.* & miniſterium nihil aliud, quam uſusfructus ſervilis, *l. 3. & 4. D. de operis ſerv.* ſed tamen longe diſtant inter ſe ; nam propria quædam vis ineſt in habitationis, & miniſterii verbo, quæ efficit ne facile quis hæc jura ſi quæſierit, amittas. Amitteret ea ſi quæſiiſſet ſub nomine uſusfructus: quod ita declaro, uſusfructus amittitur morte fructuarii, quia jus eſt in perſonam, quod ſublasa perſona tolli eſt neceſſe, *l. 5. D. eod. tit.* Et eadem ratione amittitur capitis minutione fructuarii, quia perſona commutatur per capitis deminusionem, & fit novus homo quidam, ut ex libero ſervus, ex cive peregrinus : amittitur etiam non utendo tanto tempore,

A re, quanto uſucapio completur rei mobilis, vel immobilis. Miniſterium autem ſervi, quandiu is ſervus vivit, iis modis non amittitur: miniſterium, vel operæ ſervi legatæ non amittuntur, ſi legatarius capite minuatur: quia capitis minutio appellatur mors civilis: non amittitur ſi per decennium uſus non ſit operis: habitatio quoque quamdiu ædes ſalvæ permanent, & is cui habitatio conceſſa eſt vivit, non amittitur capitis minutione, vel non utendo, quia etſi videatur aliquatenus is cui habitatio ædium, vel miniſterium ſervi conceſſum eſt, uſumfructum habere ædium, vel miniſterium ſervi: tamen fructuarius non eſt dicendus, *l.2.ff. de uſuf. leg.* & mors quidem ejus cui conceſſa eſt habitatio, habitationem extinguit, habitatio ceſſat, quia jam habitari non poteſt ab illo in cujus facto habitatio conſiſtebat: verum capitis deminutio, vel habitandi incuria B habitationem non extinguit, quia habitationis nomen non tam reſpicit ad perſonam ejus, qui habitat, quam ad rem ipſam, quæ inhabitatur, ut ſæpe habitatio ſumatur pro domo ipſa: & dubitatur an habitatione legata, proprietas legata ſit, id eſt, domus, *l.cum antiquitas, hoc tit.* Atque adeo ſatis eſt, ut conſiſtatius integrum habitandi ei cui datus eſt, ſi habitari domus ab eo poſſit, licet non inhabitetur. Habitari etiam poteſt poſt capitis deminutionem: ergo manet habitatio, etſi legatarius capite minutus ſit. Idemque domus eſt expoſita habitationi, etſi domum legatarius non habitaverit. Miniſterium autem ſervi non extinguitur negligentia, non capitis deminutione, ſicut nec habitatio. Imo nec mors ejus cui miniſterium debetur, miniſterium extinguit, cum tamen mors habitationem extinguat, ut C ſupra diximus. Ratio eſt, quia miniſterium ſervi in facto conſiſtit miniſtratoris ſervi, vel ſic, miniſtri nomen ſignificat fructum ejus, qui hanc operam miniſtrat, & exhibet. & ideo quamdiu is ſervus, qui eam operam exhibet, vivit, tandiu operæ debentur ei cui conceſſæ ſunt heredive ejus: ſed conferamus etiam uſumfructum cum habitatione, & miniſterio: nam miniſterium, & habitationem ſatis contulimus invicem. Uſusfructus eſt quidem jus utendi fruendi re aliena, quæ non ſit in abuſu, id eſt, quæ utendo non pereat: nam earum rerum, quæ utendo pereunt, ut vini, olei, frumenti uſusfructus non eſt, abuſus eſt, non uſus. Quod explicatur in *tit.de uſuf. ear.rer. quæ uſu conſumuntur*: in quo oſtenditur earum quoque rerum, quæ ſunt in abuſu, quaſi uſumfructum conſtitui ex Senatuſconſulto, remedio cautionis: uſus- D fructus igitur eſt quidem jus principale, ſed in facto fructuarii conſiſtit: nam fructus is capit, *l. un. in pr.ff. quando dies uſusfr. ced.* Itaque uſusfructus videtur ad ſignificare factum ejus perſonæ, cui eſt jus utendi fruendi. Itaque ea perſona non utente, tempore legibus præfinito, vel etiam ea perſona mortua, vel mutante ſtatum, id eſt, perſona mortua, vel capite minuta, uſusfructus ceſſat, & interit: quia non ſupereſt jam amplius ille, cui ſoli jus eſt facere, id eſt, uti frui: hujus factum uſusfructus nomen ſignificat. Ergo uſusfructus finitur omni capitis minutione, quod jure veteri obtinuit, ex *l. pen.hoc tit.* non interit minima capitis minutione, veluti emancipatione, vel adrogatione: in qua etiam interveniebat emancipatio per æs, & libram, adhibito libripende, & aſſe Cajano, id eſt, nummo uno dicis cauſa, id eſt, obteſtationis gratia, quæ erat venditio quæ- E dam imaginaria, & redactio in ſervitutem, & commutatio: igitur transformatio perſonæ, aut regeneratio: ſed merito hodie non interit uſusfructus in perſonam conſtitutus, niſi cum ea perſona deſiit eſſe perſona: id eſt, cum fit ſervus, aut peregrinus: peregrini perſonam non habent in civili jure. Cæterum minima capitis minutione ex Conſtitutione Imperatoris non finitur uſusfructus, quia legitimæ illæ emancipationes hodie ſunt ſublatæ: atque adeo, qui emancipatur, vel adrogatur, nec imagine redigitur in ſervitutem, denique fit ſui juris, vel alieni juris ſine permutatione ſtatus: qui emancipatus, vel adrogatus fuit: fit quidem hodie capitis minor, A ſed non ſecundum morem veterum: ita nec fingitur prius tranſiiſſe ex libertate in ſervitutem, fit hodie emancipatio, vel adrogatio ſimpliciter, ſublatis aliis actionibus, fit ex conſtitutione Anaſtaſii hodie, vel ex Conſtitutione Juſtiniani in *§. præterea, Inſt. quibus modis jus parr. poteſtatis ſolvitur*.

AD TIT. XXXIV. *De Servitutibus, & aqua.*

Uſusfructus, habitatio, miniſterium ſervorum jura ſunt hominum, ſive perſonarum, per quæ res liberis hominibus ſerviunt: ſervitutes autem in hoc titulo ſunt jura prædiorum, per quæ prædia prædiis ſerviunt: illa, id eſt, uſusfructus, habitatio, miniſterium cohærent perſonis: hæ vero ſervitutes, de quibus in hoc B titulo agitur, cohærent prædiis urbanis, vel ruſticis. Licet etiam nobis definire ſervitutes ſecundum Celſum in *l. quid aliud, ff. de verb. ſignific. l. qui fundum, ff. quemadmod. ſervit. amitt.* ex attributo, & ſubjecto, hoc modo: ſervitutes ſunt prædia qualiter ſe habentia: quamvis res non ſint corporales, ut cum medici definiunt morbos, eſſe corpora male affecta, & Stoici virtutem eſſe animum quodammodo ſe habentem: virtus eſt habitus, ſcilicet animi, qui ſignificatur illo articulo, quodammodo, vel aliter, ſervitus eſt habitus, vel qualitas prædii, qualitas inhærens prædio. Quod ſubjicit in hoc titulo, *& de aqua*, non eſt de aqua ſimpliciter, ut in *tit. ff. de aqua*, qui eſt de aqua pluvia, & aqua cadente è cœlo, de qua competit ex 12. tabulis actio in perſonam ejus aquæ arcendæ gratia: nam integer ille titulos eſt de C aqua, & de aquæ arcendæ actione, legitima, ſcilicet, puta, ut unus coerceat, & cohibeat aquam pluviam, ne opere manufacto ex ſuo fundo inſiliat in meum, meoque noceat: ſed hic titulus eſt de ſervitute aquæductus, vel aquæ hauſtus, de qua eſt actio in rem confeſſoria, vel negatoria, ſicut de cæteris omnibus ſervitutibus, vel rerum, vel perſonarum, eſt duplex actio in rem, confeſſoria, & negatoria, *l.2.ff.ſi ſervit. vindic.* ajo jus mihi eſſe aquæ hauriendæ, vel aquæ ducendæ è fundo tuo: hæc eſt confeſſoria: nego tibi jus aquæ hauriendæ, vel ducendæ ex fonte meo: hæc eſt negatoria: una aſſerit ſervitutem fundi, altera libertatem: eſt autem in hoc titulo παράδοξον: nam meo judicio ſic intelligi debet de aqua, & aliis ſervitutibus, ut in *l.3. aquæductus, vel aliæ ſervitutes*, ſic etiam exaudias titulum de aqua, & aliis ſer- D vitutibus, ſicut alias oſtendi *tit.2. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* ſic eſſe intelligendum quaſi inverſum, ſi certum petatur de rebus creditis, alias ſi certum petatur de chirographis, alias, ſi certum petatur de ſuffragiis: id autem dicit de aqua per eminentiam: quia nulla eſt alia ſervitus de qua tot ſint conſtitutiones in hoc titulo, ut *lib. 6. tit. de impub. & aliis ſubſt.* quia magna pars tituli eſt de impuberum ſubſtitutione, id eſt, pupillorum.

AD TIT. XXXV. *De Lege Aquilia.*

Quæſo, quis reddet rationem poſiti hoc loco tituli de lege Aquilia proxime poſt ſervitutes, & in medio tractatu vindicationum: nam potuiſſet hic tit. de lege Aquilia, id eſt, de legis Aquiliæ actione, commodius jungi lib. 9. actioni de bonis raptis, & injuriis: E nam quatuor numerantur actiones civiles ex delictis, furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, & legis Aquiliæ. Sed hoc loco poſita eſt, quod olim competeret actio ex ſecundo capite legis Aquiliæ, ſi quis non impoſita ſervitute ædibus vicini, & non ſervata forma antiquorum ædificiorum, ut *l. qui luminibus, ff. de ſervit. urb. prædiorum*, vicini luminibus officeret, de qua re Zonaras in Theoph. refert egiſſe mulierem quandam apud Imperatarem, quod ſcilicet Petronas frater Auguſtæ altius ædes tollendo, officeret luminibus ædium mulieris, & Imperatorem novo, atque extraordinario judicio, verberibus cæſo publice Petrona, qui id feciſſet, ei ædes ademiſſe, eaſque addixiſſe mulieri. Quod judicium

cium nec fuit ſane actio negatoria, nec confeſſoria, ſed quaſi legis Aquiliæ actio. Item quod ex eodem capite competeret actio legis Aquiliæ, ſi contra ſervitutem jure conſtitutam aliquis extructo ædificio damnum injuria daret vicino, vel ſi injuria deduceret aquam alienam: vel ſi ædificio poſito, inutilem redderet aream vicini, emetiendo tritico, aut alii rei: quos omnes caſus propoſuit ſuper tit. *l.* 1. 4. 5. 6. *&* 14. & illud de derivatione aquæ repetit in hoc tit. de lege Aquilia in l. 2. & adducit alium caſum in *l. ult.* ſi non impoſita ſervitute pecoris paſcendi immiſerit pecus in agrum alienum: nec enim deficit his caſibus actio legis Aquiliæ. Atque ita titulus de ſervitutibus, & titulus de lege Aquilia recipiunt communes caſus, quod ſcilicet liceret, cum quid contra ſervitutem firret, aut non impoſita ſervitute, non tantum agere in rem confeſſoria, vel negatoria, ſed etiam lege Aquilia, id eſt, de actione damni iojuria, quæ ex lege Aquilia competit, quam puto in plerîſque congruere cum actione damni injuria ex *l.* 12. tabul. de qua eſt *l. quæcumque, ff. de olig. & act. & l. pen. ff. ad leg. Aquil.* & verbum rupſit, quod Feſtus interpretatur damnum dederit, & verbum ſarcito, quod Feſtus interpretatur, præſtato damnum, ſolvito: quo etiam utitur *l.* 2. *&* 3. *hoc tit.* ſed ut quodam loco Macrobius ait eleganter *iquæritur ſæpe novæ legir auctoritar, exoleſcente metu legis antiquioris, ut de ipſis* XII. *tabulis factum eſt*, inquit, *quorum ubi contemni antiquitas cæpit, eadem illa, quæ illis legibus cavebantur, in aliorum laterum nomina tranſeunt*, lib. Saturnal. cap. 17. Atque ita de damno injuria pleraque, quæ cavebantur legib. 12. tabul. tranſierunt in nomen Gaji Aquilii tribuni plebis: eſt enim lex Aquilia plebiſcitum.

AD TIT. XXXVI. *Familiæ Erciſcundæ.*

VIndicatio rerum ſingularium, corporalium, aut incorporalium eſt in rem, non in perſonam (id eſt mera realis, petitio hereditatis eſt mixta in rem, & io perſonam, *l.* 7. *ſup. de petit. heredit. l. ſed, & ſi lege, §. pen. eodem*, quia de ea actione petens non tantom ſuam vocat hereditatem, quod eſt agere in rem: ſed etiam intendit ſibi dari oportere, quæ eſt formula actionis in perſonam, id ſcilicet, quod poſſeſſor exigit à debitoribus hereditariis, vel id quod redegit ex venditione rei hereditariæ, licet id nunquam fuerit in bonis defuncti, atque adeo non continetur nomine hereditatis: ſunt etiam tria judicia diviſionis ex 12. tabul. quæ ſequuntur mixta in rem, & in perſonam: nempe familiæ erciſcundæ, communi divid. finium regundorum: familiæ erciſcundæ actio redditur inter coheredes, ſumpto à magiſtratibus arbitro de rebus hereditariis dividundis: familia enim ſignificat res hereditarias, *l. pronunciatio, §.* 1. *ff. de verb. ſignif.* non ſignificat nomina, non hereditatem: nam & nomina non veniunt in hanc actionem, quia ipſo jure diviſa ſunt inter coheredes, pro hereditariis portionibus ex 12. tabul. *l.* 6. *hoc tit.* & hereditas dividi non poteſt, quia juris nomen eſt, hereditas non eſt corpus, ſed jus, quod in bonis defuncti habemus, corporeum ſolum diviſionem admittit: hereditas igitur dividi non poteſt, *l.* 8. *de rei vind. l.* 4. *in princ. ff. comm. divid.* niſi ſcilicet hereditatem accipias pro rebus corporalibus, quæ in hereditate continentur, ut in *§. quædam, Inſt. de act.* familiæ erciſcundæ actionem eſſe de hereditate dividenda, ut in *cap. mon quid* 28. *qu.* 1. fratres habere hereditatis erciſcundæ conſortium. In gloſ. veterum rectiſſime fam. erciſc. διαιρετίας δίκας, & in eiſdem, ercitus διαίρεσις ὑπαρχόντων, diviſio bonorum: verum non tantum de rebus hereditariis dividendis eſt actio fam. erciſc. ſed etiam de præſtanda invicem indemnitate, quæ actiones perſonales ſunt, ut ſi unus ex heredibus bona fide fecerit ſumptus in rem hereditariam, hoc judicio intendit eos ſumptus pro rata ſibi reddi oportere, atque ita hoc judicio agit non in rem tantum, ſed etiam in perſonam: vel ſi unus ex coheredibus rem hereditariam deteriorem fecerit, vel ſi ex ea ſolus fructus perceperit, in hoc judicio id ei coheredes præſtaot, *l. Item Labeo, §. familiæ, ff. eod.* Illæ de rebus hereditariis dividendis actiones reales ſunt, quia uterque ſe eſſe heredem aſſerit, uterque hereditatem petit, & uterque eſt actor, & reus: alio tamen genere, quam quo agitur petitione hereditatis: nam qui agit petitione hereditatis, heredem ſe eſſe ait, adverſarium aotem eſſe heredem negat: at in judicio fam. erciſc. adverſarium fatetur eſſe heredem, *l.* 1. *§. & ſi poſſeſſor, ſi pars hered. pet. & l. fundo, qui dotis, §. ſi ego, eod. tit.* ſicut in judicio communi dividundo fatemur adverſarium eſſe ſocium, in finium regundorum adverſarium eſſe affinem, id eſt participem eorumdem finium.

AD TIT. XXXVII. *Communi Dividundo.*

HÆc actio redditur diſſolvendæ communionis gratia inter alios ſocios, quam coheredes: imo & inter coheredes, *l. inter, in princ. ff. fam. erciſc. l. quib. ff. pro ſoc.* ſed plenior, & uberior eſt actio fam. erciſc. quam comm. divid. quia in actione commun. divid. tantum veniunt res communes, in actione famil. erciſc. etiam veniunt res non communes, quæ non erant in bonis defuncti, ſed ex bonis, veluti res depoſitæ, commodatæ, *d. l. inter in princip.* & actio fam. erciſc. non eſt de una re dividenda, ſed de rebus univerſis, nec iterari poteſt, niſi ex magna cauſa: actione communi dividundo agi poteſt de una re dividenda: non de cæteris rebus communibus, & ſubinde agi poteſt communi dividundo, modo de hac re, modo de illa, per intervalla temporum: atque ita iteratur ſæpius, *l. ſi filia, §. familiæ, l. fundus mihi, ff. famil. erciſc. l.* 4. *§. hoc judicium, ff. hoc tit.* Et hæ ſunt differentiæ inter has actiones. Cæterum hoc habent commune, quod utraque habet mixtam cauſam, utraque eſt in rem, & in perſonam: nam & actioni communi dividundo ineſt actio pro ſocio, quæ eſt in perſonam ex contractu ſocietatis, & quælibet alia præſtatio perſonalis, *d. l.* 4. *§. ſicut, ff. hoc tit.* ſed ſunt, & pleraque alia communia, quæ proponuntur in titulo ſequenti.

AD TIT. XXXVIII. *Communia utriuſque judicii tam fam. erciſc. &c.*

ET illud etiam eſt commune utriuſque judicii, ut ſit uterque bonæ fidei, *l.* 3. *hoc tit.* ſicut petitio hereditatis eſt bonæ fidei, *l. ult. in fine ſup. de petit. hered.* Hujus verbi bonæ fidei magna vis eſt. Illud commune eſt utriuſque judicii, ut per arbitrum, vel ex conventione diviſione facta alter alteri teneatur evictionis nomine, actione præſcriptis verbis, quaſi ex empto vendito, vel ex permutatione. Igitur diviſio inſtar obtinet emptionis, aut permutationis, *l.* 1. *h. t.* cum non poſſit fieri, niſi permutatis partibus: ergo factam diviſionem ratam manere oportet, ita ut quodcumque obtigerit, id ei habere recte liccat, & alter alteri eo nomine teneatur: & utique tenetur etſi non intervenerit pactum, vel ſtipulatio de evictione ipſo jure, *l.* 41. *ſup. fam. erciſc.* excepto uno caſu, quo non tenetur alter alteri de evictione, niſi ita convenerit nominatim, videlicet ſi coheres, aut ſocius ſciens rem, quæ ſibi adjudicatur io ea cauſa eſſe, ut evinci poſſit, puta ſciens eam eſſe pignori obligatam: nihilominus eam rem ſibi adjudicatam acceperit, & poſſederit. Cur enioi quando ſciebat in ea re periculum evictionis eſſe, non ſibi proſpexit conventione, aut ſtipulatione ob evictionem: hæc eſt ſententia legis 7. in fine hujus tituli. Item illud commune eſt, ut diviſio facta ab arbitro non jure dato, veluti dato à procuratore Cæſaris inter privatos, ea diviſio confirmetur ratihabitione, aut conſenſu ſociorum, *l.* 2. *hoc tit.* Illud etiam commone eſt, ut res, quam emerit coheres, vel ſocius ſibi negotium gerens ex pecunia communi, non fiat communis, *l.* 4. *hujus tit.* item, ut inſtrumenta

com-

communia apud eum deponantur, quem elegerit præſes provinciæ, *l. 5. hujus tit.* velim addi vel quem elegerit arbiter diviſionis, *l. 5. fam. erciſc.* ſecundum generalem definitionem, *l. 2. ſup. de pedan. judicib.* nam & hodie diviſio bonorum vel per arbitrum fit ſpecialiter datum, vel extra ordinem per præſidem provinciæ. Item illud commune eſt, ut corpora quæ deſierunt eſſe communia forte conventione ſociorum, vel ex deſtinatione defuncti, neutro in judicio veniant, *l. 9. hoc t.* quamquam ea quæ nunquam fuerunt communia, conſtet venire in actionem famil. erciſc. ut res depoſitas aut commodatas: non etiam in actionem communi dividundo. Quia igitur nunquam fuerunt communia, id eſt, quia non fuerunt in bonis defuncti mortis tempore, veniunt in actionem communi divid. ſed quia poſt mortem defuncti deſierunt eſſe communia, non veniunt in actionem communi dividundo. Sunt etiam pleraque alia communia in hoc titulo, utramque actionem eſſe duplicem, utramque legitimam, utramque perpetuam, utramque quaſi ex contractu, & alia quædam.

AD TIT. XXXIX. *Finium regundorum.*

INter judicia diviſionis pono actionem de finibus; ſi forte confuſi, obſcurati, vel occupati ſunt, dirigendis, dirimendis, diſterminandis inter affines, ſive vicinos, quam actionem veteres Galli interpretantur, *plaid de bonnes*, actionem arbitrariam, non bonæ fidei, ſicut familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, & petitio hereditatis: ſed eſt arbitraria, ſicut rei vindicatio: ex quo oriuntur multæ differentiæ inter hæc judicia, & dicere poſſes actionem de finibus erciſcundis, ut Apulejus in Metamorphoſi dixit, viæ erciſcundæ, nec ambigitur quin actio finium regundorum ſit mixta in rem & in perſonam, ut ſuperiora judicia diviſionis: eſt igitur quadriga mixtorum judiciorum, petitio hereditatis, famil. erciſc. communi divid. & finium regundorum, quas tamen exiſtimandum eſt eſſe magis in rem, quam in perſonam, ut ait *l. ſi quis, D. comm. divid. l. furioſus, D. de obligat. & act.* id eſt, principaliter eſſe in rem: nec enim ſunt ex contractu, vel obligatione, & hereditatem potiſſimum vindicant, vel id, quod cuique competit in hereditate, aut re communi; vel etiam fines agrorum, ut *Nov. 69. & l. 3. hoc tit.* recte ait, actionem finium regundorum cohærere proprietatis controverſiæ, id eſt, non tantum eſſe in perſonam, ſed magis in rem, id eſt, pro rei vindicatione eſt, ut ait, *l. 1. ff. eod.* eſt in perſonam: nam admittit etiam rationem ejus, quod adfinem adfini dare facere oportet, in *§. ſi finium, Inſt. de officio judicis, & l. 4. §. 1. ff. hoc tit.* Denique eſt actio perſonalis & realis. Et quia eſt actio perſonalis, ut cæteræ, nec uſucapio ei actinni obſtat, nec præſcriptio longi temporis decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, quæ tamen alio reſpectu, qua realis eſt actio, magis videtur ei ſubiicienda: nam hoc eſt certiſſimum, realem actionem perimi exceptione 10. aut 20. annorum, perſonalem 30. aut 40. annorum, ſecundum diſtinctionem actionum: hæ enim reales, & perſonales nonniſi præſcriptione longiore, id eſt, xxx. annis extinguuntur eo inſpecto potius, quod perſonales ſunt: & actio finium regundorum datur tantum ſi lis conſiſtat intra quinque pedes. Igitur actio finium regundorum non tollitur præſcriptione niſi 30. annorum. Si ſit lis de ampliori terra, de loco, non de fine, ceſſat actio finium regundorum: eſtque actio in rem, quæ perimitur præſcriptione longi temporis: quod ait lex *ult. C. Theodoſ. eod. tit.* quinque pedum præſcriptionem eſſe ſommotam, hoc eſt de controverſia quinque pedum, quæ eſt finis finium cognoſcere arbitros tres ex 12. tab. vel arbitros ſingulos ex l. Mamilia, non obſervata præſcriptione longi temporis: & repelli poteſt hac exceptione tantum: ſi veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum erudita arte præſtiterit. Et ita etiam in Concilio Hiſpalenſi 11. ſi veteribus ſignis limes præfixus monſtraverit ren jus retentionis: & ſignis, ut Poeta ait, ſignare campum, & Arcadius Auguſtus apud auctores Gromaticos cum ſignis & ſigillis terminos conſtituimus. Ergo ex l. 12. tabul. & l. Mamilia non erat uſucapio intra quinque pedea: quoniam, ut Aggenus Urbicus ait, hanc latitudinem iter ad culturas accedentium occupat, vel poteſt cum prædio, *l. ſi aliena, §. hoc jure, de uſucap.* iter limitare uſucapi non poteſt, ſed neque acquiri longi temporis præſcriptione ex *l. pr. & ult. h. tit.* neceſſaria eſt præſcriptio 30. annorum.

AD TIT. XL. *De conſortibus ejuſdem litis.*

UT rei ita & litis eſt ſocietas, ſive communio quædam, quoties plures ejuſdem rei nomine, vel agunt, vel conveniuntur, & breviter, conſortes ejuſdem litis ſunt quorum communis eſt res in judicium deducta, Æſchylo ſunt *σύνδικοι*, cujus interpres ait *σύνδικοι λέγονται* &c. quorum in eadem lite par cauſa eſt. Alias Pindaro *σύνδικοι*, ſunt teſtes, qui teſtimonium perhibent illo loco: *σύνδικος δ' αὐτῷ ἰολάος τύμβος*, quod veteres gloſſarum auctores non adnotant, alioqui ita ego non recitarem: nobis autem ſyndici ſunt actores, ſive defenſores civitatum, aliorumve corporum, *l. placet. ſup. de Epiſcop.* qui procuratorum partibus funguntur, *l. 6. §. pen. ff. quod cujuſque univerſ.* ſed ad rem. Conſortes ut dixi, ejuſdem litis ſunt quorum communis eſt res in judicium deducta, quorum in eadem lite par cauſa eſt, de qua ſimul litem conteſtantur, vel unus eorum tantum: nam ſi unus tantum litem conteſtetur, non deſinunt eſſe conſortes, quod notandum: nam poſſet quis exiſtimare conſortes ejuſdem litis eſſe tantum eos, qui litem conteſtati ſunt ſimul: quod tamen eſt falſum: nam ante Conſtantini conſtitutionem unus ex ſociis abſentibus, & invocatis ſociis litem agere, & conteſtari potuit, nec conſorti uni agenti cæteris abſentibus, potuit opponi exceptio, vel ipſe potuit abſentium conſortium opponere exceptionem aliquam: quaſi oporteat præſentes omnes adeſſe, omnes conſortes litis ejuſdem, ut ea res agatur recte. Verum ſi unus conſortium litem conteſtetur ſuo nomine, & pro ſua parte habeat, ex lege Conſtantini ſi agat, repelli poſt exceptione hujuſmodi, quod agat non adjuncta perſona conſortium, vel ſi conveniatur ſolus, ex eadem lege Conſtantini ſe tueri poteſt hac exceptione, quod habeat conſortes, quos vocare oporteat prius, quam in illum agatur: & ita caviſſe Conſtantinum conſtat ex l. 1. *Cod. Theod. de dominio rei quæ poſſeſſ.* Et inde Sidonius Apollinaris 4. Epiſtol. *Non eſt cur dicere incipias: habeo conſortes, nec dum celebrata diviſio eſt: quod malis creditoribus dicitur bene:* quaſi velit dicere, bono creditori, qui remittit uſuras, non eſſe has obiiciendas exceptiones, ſed benigne, & liberaliſſime eſſe ei addendum, has exceptiones ſervari in acerbos creditores. Et hoc, ut dixi, ex lege Conſtantini nova: nam ante Conſtantinum hoc non obtinuit, nec fuit huic præſcriptioni locus, quia ante Conſtantinum cum quo conſortium ei collibuiſſet, actor præteritis cæteris potuit experiri pro parte ſua, vel ſi actor haberet conſortes, ſine voluntate eorum pro ſua parte experiri potuit. Et poteſt etiam hodie ex Conſtitut. Juliani *l. 1. h. t.* reſtituto jure antiquo, & abrogata l. Conſtantini, poteſt pro ſua parte quiſque, & pro ſua perſona agere, vel reſpondere, non expectatis conſortibus, quod eſt veriſſimum indiſtincte, ſive omnes conſortes ſint unius fori, ſive diverſi, & ſive jam omnes ſimul litem conteſtati ſint, vel defunctus cui heredes extiterunt, ut *l. ſi petitor, & l. non idcirco, ff. de jud.* ſive nunc primum judicium dictet, vel accipiat unus eorum, pro parte, abſentibus aliis conſortibus. Denique ſublata eſt exceptio Conſtantiniana, quæ moram quandam inferebat liti. Et male Accurſius *l. 1. hujus tit.* addit hæc verba: poſt litem conteſtatam ab aliis: nam etſi lis non ſit conteſtata ab aliis conſortibus, & ab uno nunc conteſtetur pro ſua parte, ceſſat exceptio illa quam introduxerat lex Conſtantini, & eſt,

ut

ut dixit *l. 1.* de conſorte eo, qui ſolus agit pro ſua parte, ſuaque perſona, ut huic judicio moram nnn adſerat mora conſortium: qua de re dubitabatur maxime propter illam l. Conſtantini: nunc quæramus, quid ſit dicendum ſi communi nomine unus agat: & hac de re eſt *l. 2. hoc tit.* poteſt communi nomine unus agere ſine mandato conſortium, oblata ſatiſdatione de rato, vel defendere, oblata ſatiſdatione judicatum ſolvi, *l. ult. h. tit.* & hoc etiam indiſtincte, ſive abſentes litem conteſtati ſint, ſive ipſe ſolus conteſtari velit: nam hæc verba *l. 2. poſt litem legitime ordinatam*, non ſignificant, ut exiſtimat Accurſius, litis conteſtationem. Aliud eſt litem conteſtari: aliud ordinare. Conteſtari eſt apud judicem rem omnem narrare, & exponere utraque parte præſente, & reſpondente, præſentibus teſtibus, vel in foro, ut ſupra de litis conteſtatione: ordinare autem litem eſt præparare, & conſtituere, ſive informare perſonam actoris, & rei, & judicis, ac ſe præmunire, ut antequam lis conteſtetur de inofficioſo teſtamento, litis ordinandæ gratia præſumitur, aut cognoſcitur bonorum poſſeſſio unde liberi, vel unde legitimi, vel unde cognati, *l. Papinian. §. 5. & 2. ff. de inoff. teſtam.* & quod ordinabatur in *l. 20. ff. de probat.* id eſt, lis præparabatur in eadem re in *l. liberis, §. ult. ff. de liber. cauſa*: ergo ſententia *l. 2. h. tit.* hæc eſt, conſortem cavere de rato ſi ſolus agat communi nomine, abſentibus & ignorantibus aliis, non etiam palam contradicentibus, & vetantibus: vel etiam eum cavere de judicato ſolvendo, ſi ſolus defendat rem omnem ſtatim poſt ordinatam litem, ac pene in ipſo articulo ordinandæ litis, & ante litis conteſtationem, ut in *l. Pomponius, §. ult. ff. de procurator.* ideoque dicitur ſatiſdatio ratihabitionis exigi ab eo, qui agit alieno nomine ante litis conteſtationem, in præparatione judicii, aut mox à præparatione ipſa: nam ſemel lite conteſtata nnn compellitur ſatiſdare de rato, vel de judicato ſolvendo: nam de ſe queri debet adverſarius, ſibique imputare, qui in tempore cautionem non exegit: non inficior tamen quin uno caſu poſſit etiam poſt litem conteſtatam ab omnibus, vel adverſus omnes exigi cautio ab uno ex conſortibus, ſi alii abeſſe cœperint, & unus communi nomine rem perſequi velit argumento *leg. nihil, ſup. de procur.* quæ oſtendit, procuratorem recte dari poſt litem conteſtatam, qui perſequatur litem quam nos inchoavimus. Et poteſt igitur quilibet quaſi procurator litem conteſtatam ab alio perſequi, & peragere: ſed ſi non conſtet de mandato, vel ſi non ſit ex his, quibus agere licet ſine mandato, cavebit de rato, vel de judicato. Denique hoc ſolo caſu hæ cautiones interponuntur poſt litis conteſtationem, cum ſcilicet poſt litem conteſtatam à domino, vel dominis, intervenit unus, qui domini nomine, aut communi nomine rem exequatur: alioqui hæ cautiones præſtantur ante litem conteſtatam, poſt litem ordinatam: nam lite ordinata, ſolemnibuſque præparatis, nihil reſtat aliud, quam ut cautiones judiciales exigantur: & valde notandum eſt, quod ait *l. 2.* conſortem communi nomine agere, ſine mandato conſortium: ſunt quædam perſonæ quibus licet agere ſine mandato, niſi ii, quorum res eſt, palam contradicant, & vetent: hoc enim caſu non admittuntur, nec ſi offerant cautionem de rato, *l. Pomponius, §. ult. ff. de procurat.* alias agere poſſunt alieno nomine ſine mandato, veluti parentes, liberi, fratres, imo etiam affines, & liberti, alter pro altero, & maritus, *l. ſed & hæ perſonæ, ff. de procur. & l. maritus, ſup. eod. tit.* His adjungamus ex *d. l. 2.* etiam conſortem, ut cujus res eſt pro parte eam ſine mandato ſociorum poſſit totum in judicium deducere, oblata ſatiſdatione de rato, atque præſtita, vel ſatiſdatione judicatum ſolvi,

AD TIT. XLI. *De noxalibus actionibus.*

NOxales actiones ſunt in perſonam, non in rem; quia ſunt ex privatis delictis ſervorum, quæ ſunt

A quatuor, furtum, bona rapta, damnum injuria datum, & in juria ſive contumelia, ſeu convitium, quod ſcilicet ſervi commiſerunt, inſcio domino, vel ſciente domino & vetante, aut nequeunte vetare: & quod his actionibus agatur ut noxa emendetur quam fecit ſervus. Hoc principaliter agitur: nam his actionibus non principaliter agitur, ut dominus noxæ ſervum dedat, *εἰς εὐθύνας*, ut gloſſæ interpretantur, ſed ut condemnetur dominus ſarcire damnum, quod fecit ſervus, ut ait lex 3. *in fine h. tit.* nam actio noxalis pœnalis eſt, & pecuniaria, *l. 10. §. quoties, ff. de compenſat.* ideoque ea lex ait, dominum, qui convenitur noxali judicio, quia pecuniaria convenitur, & pecuniaria locum tantum habet in cauſis pecuniariis, poſſe opponere compenſationem: & elegantiſſime in *l. 6. §. 1. ff. de re jud.* noxæ deditionis

B nullum judicium eſt, ſed pecuniariam condemnationem præcedere, ſequi noxæ deditiuuem, id eſt, dedendi ſervum in noxam facultatem, quod etiam indicat formula ſententiæ, quæ ſolet interponi in noxali judicio, ut apparet ex *tit. de officio jud. Inſtit.* publicum Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxæ dedere, præcedit verbum condemno, quam ſententiam facile ſequitur poteſtas dedendi noxæ: denique in condemnatione eſt æſtimatio litis damni; in ſolutione noxæ deditio ex 12. tab. quia ſcilicet æquum eſt ut nequitia ſervi extra corpus ipſius ſervi domino non noceat. Igitur etſi ſit condemnatus in litis æſtimationem, tamen liberabitur ipſo jure, ſi antequam conveniatur judicati, offerat ſervum noxæ dere, id eſt alienare à ſe, & dare ei cui nocuit, Et nota quod dixi, antequam

C conveniatur judicati, puta in decem aureos, non eſt ei jus dedendi noxæ. Poſt actionem judicati ſera eſt deditio noxæ, *l. item veniunt, §. item recte, ff. de petit. hered.* ergo noxæ deditio, quæ fiat ante acceptum judicium ex cauſa judicati, licet liberet omnino à condemnatione, non tamen liberat ſi quid ad eum ex delicto ſervi pervenerit, niſi & id quod pervenit, reſtituat actori, quæ eſt ſententia legis pen. hujus tit. Et recte ſupra dixi, actinnes noxales dari ex privatis ſervorum delictis: nam legibus publicorum judiciorum, ſervi rei fieri poſſunt fere ex omnibus legibus: ſed ex privatis cum ſervo nulla eſt actio. Cæterum ex cauſa publici criminis ſervus fieri reus poteſt, *l. hos accuſare, §. omnib. ff. de accuſat.* Et ubi ſervus reus fieri non poteſt, ceſſat actio noxalis. Lege Cornelia de veneficiis etiam ſervus reus

D fieri poteſt, quando, ut Cicero ratiocinatur pro Cluentio, generaliter concepta eſt hoc modo: qui venenum malum fecerit, dederitque: omnes inquit, viri, liberi, mulieres, ſervi in judicium vocantur: leges publicæ, quæ comprehendunt ſervos, plerumque ita loquuntur: qui & quicumque, non dicunt, qui cives Romani, ut in l. Falcidia, ſed qui & quicumque non notata rei conditione. Et ita in Ulp. Fragm. tit. de officio proconſulis: lex Cornelia, inquit, eum qui hominem occidit, coercet, nec adiicit cujus conditionis ſit, ut & ad ſervum, & ad peregrinum pertineat. Et ita Vopiſcus in Aureliano; Aurelianum Imperatorem multns ſervos familia propria, qui peccaverant, judiciis publicis, legibus publicis, puniendos dediſſe, quia ſcilicet, ſervi ſunt capaces publicorum judiciorum, Præterea dixi, dari noxales actiones in dominum, ſi ſervus deliquiſſet inſcio

E domino, aut vetante: nam ſi deliquerit, ſciente domino, nec prohibente, cum prohibere potuit, ſi jubente domino, ſi opem aut conſilium dante domino, ceſſat actio noxalis, & tenetur dominus ſuo nomine in ſolidum, *l. ult. h. tit*, quæ eſt etiam in hoc ſingularis ut intelligas actionem furti ope, conſilio tuo furtum factum eſſe, omnino eſſe in duplum: hoc tantum reſtat quod dixi ſupra de domino ſciente, id confirmari, *l. pen. hoc tit.* reſtat etiam illud monendum: noxales actiones recte ſequi rei vindicationes, quia actio ad exibendum, quæ ſequ. tit. proponitur, non datur tantum vindicaturo, ſed etiam acturo noxali judicio: qui eſt acturus vindicatione, vel qui acturus eſt noxali actione, agit prius ad

exhibendum, ut exhibeatur prius res, quam vindicatione agatur, ut exhibeatur is homo, qui nocuit: communis actio utrique judicio, fecit, ut vindicationi jungeretur noxalis actio.

AD TIT. XLII. *Ad Exhibendum.*

POſt titulum de noxalibus actionibus datur titulus ad exhibendum, id eſt, de actione ad exhibendum, quæ & exhibitoria dicitur, quia hæc actio ad exhibendum, ſive formula ad exhibendum, ut loquitur Plinius in epiſtolis, datur maxime propter vindicationes, de quibus actum eſt ſupr. quia vindicaturus maxime deſiderat ſibi exhiberi rem, quam vindicaturus eſt: propterea quod vindicationes fieri oportet in re præſenti, vel ex fundo, ſi fundus vindicatur, glebula allata in jus, id eſt, ad ſellam prætoris, ut formula vindicationis demonſtrat: hanc ergo rem præſentem eſſe: oportet: ſic acturus noxali actione, ut dixi, agit ad exhibendum, *l. 3. §. ſi quis noxali, ff. eod. tit.* Atque ideo, ut actio eſt communis, ac veluti præparatoria vindicationis, & noxalis actionis, ſic interdictum de liberis exhibendis eſt præparatorium interdicti de liberis ducendis, ut ait *l. 3. §. 1. D. de lib. exhib.* exhibitionem enim ſequitur vindicatio, quæ eſt directa, & principalis actio in *l. 3. §. ibidem, & l. ſi quis hominem, D. eod. tit.* niſi ſcilicet reus arbitrio judicis conventus actione ad exhibendum rem, ut fit plerumque, ſi velit effugere æſtimationem litis, reſtituerit actori, nam exhibendi verbum etiam reſtituendi ſignificationem recipit in *l. Julianus, §. quantum, D. eod. l. ult. D. de verb. ſignific.* quæ breviter ſic accipienda eſt, ut exhibere non ſit ſimpliciter copiam rei facere, præſentem rem facere, ſed efficacius accipiatur pro reſtituere, ſive facere poteſtatem vindicandæ rei, & aſſerendæ ſibi: & ita in *l. pacto, ſup. de pactis*, exhibendis chirographis, & reſtituendis, quæ data fuerant ob rem, ut qui ea acciperet, æs alienum etiam omne ſuſciperet: vel etiam exhibitionem ſequitur noxæ deditio: noxæ autem deditio parit vindicationem quaſi domino ei cui ſervus eſt noxæ deditus: nam deditio noxæ, translatio, ſive mutatio dominii eſt: dicitur autem actio ad exhibendum, actio incerti, *l. prn. D. de poſ.* quæ datur magis in id, quod intereſt, cujus æſtimatio non eſt certa, ſed arbitraria, quæ in rem datur. Et ſane judice jubente exhiberi, is qui non paret arbitrio judicis: nam & juſſum illud appellatur arbitrium, juſſum, & præceptum in *l. 7. hoc tit.* ex quo intelligimus hanc actionem eſſe arbitrariam, qui, inquam, ut fit in aliis actionibus arbitrariis, arbitrio non paret, id eſt, qui jubenti rem exhiberi non obtemperat, condemnatur in id, quod intereſt, *l. Julianus, §. ult. D. eod.* Ac proinde dicta eſt actio incerti in id, quod intereſt: vindicatio eſt actio certi: nam, aut fit in rem præſentem, aut quod pro rei præſentis ſigno ſit: & ſic dicitur actio exhibitoria, actio ad exhibendum, ſicut actio redhibitoria, actio ad redhibendum in *l. 28. D. de ædil. edic.*

AD TIT. XLIII. *De Aleæ luſu, & aleatoribus.*

SEquitur titulus 43. de aleæ luſu, & aleatoribus, ſub quo ſunt duæ Conſtitutiones Græcæ: male ponebatur conſtitutio de alea ultimo loco tit. ſeq. & ſequitur hic tit. recte quidem ſecundum ordinem edicti perpetui, cujus rationem reddidimus in Digeſtis: nam ut paucis id repetam, tractatui de lege Aquilia ſubjiciebatur proxima actio de ſervo corrupto, Aquiliæ de ſervo corpore corrupto, actio ſervi corrupti, de moribus ſervi corruptis, qui tum pejores eſſe æſtimantur peſſimi, cum facti ſunt fugitivi, ſive aleatores: ſunt hæc vitia ſumma ſervorum: & ideo in D. poſt titulum de ſervo corrupto, datur titulus de ſervis fugitivis, & deinde tit. de aleatoribus, & extat ſatis ratio ordinis in D. ac proinde is quidem titulorum ordo hic ſervatur, ſeries autem illa rerum, quam expoſui modo, non ſervatur: nec enim res ulla præcedit, qua cum conferri hic titulus poſſit, ſed conſtat tamen ratio hujus ordinis ex integra ordinatione edicti perpetui, quod permanſit in Dig. Aleæ autem nomen complectitur omnem fortunæ luſum, ne dum talorum, aut teſſerarum jactarum è pyxide, ut fit etiamnum hodie in Italia: item ex fritillo, aut phimo, quam pyxidem opinor ſignificari illo Juvenalis verſu,

—— Partor gladio, vel pyxide nummor.

Nec tamen omnis aleæ legibus probibetur. Excipiuntur conſtitutione prima hujus tituli (utraque eſt Juſtiniani) quinque ludi, quia hi ſuſcipiuntur magis virtutis cauſa, quæ eſt etiam ratio *l. 2. D. ad leg. Aquil.* ſunt autem nomina horum ludorum valde inſolita, & nova, ſi conferantur cum veterum luſibus legitimis, ut ſcilicet ferebat ætas Juſtiniani deſinens in barbariem. Ideo explicantur male, cum tamen non ſit difficile ea explicare: imo vero ſubſtituuntur, rejectis veris nominibus, alia peregrina, & extranea. Primus ludus dicitur *μονόβολον*, id eſt, ſaltus ſingularis. Secundus dicitur *κοντομονόβολον*, id eſt ſaltus conto ſuffultus. Tertius eſt *κοντάκιον, κόνταξ χωρὶς τῆς κέρατος*, id eſt, jaculatio haſtæ, vel conti, vel pili ſine cuſpide, *pour ne bleſſer l'un l'autre*. Quæ, ut Balſamon docuit recte, luſio dicta eſt à Quintano quodam inventore, & hodie in Italia vocatur Quintana. Permittitur etiam *πάλαισμα*, colluctatio, permittitur & *ἱππική*, id eſt, Troja, ut dicebant veteres, ſive Pyrricha, vel apertius curriculum equorum cui *ἱππικῇ* adjungi poſſunt quaſi ſimiles *κυνηγέσιον*, & *τόρνος*, ludi explicati à Nicephoro Gregora lib. 10. Hiſtor. Hi igitur luſus, quia virtutis ergo inſtituuntur, legibus vetiti non ſunt. Cæterum eſt aleæ legibus vetita, ſi non veſcendi cauſa ludatur, ut ait *l. ult. in princ. D. eod.* quod in convivio veſcendi cauſa ponitur, ut eam rem familia ludere permittitur, id eſt familiæ permittitur ludere in eam rem: eſt Græcus mos loquendi. Igitur interdicti ſunt tantum luſus, ſi pecunia poſita ludatur: & non tantum ſi ludatur pecunia poſita, ſed etiam, quod maxime notandum eſt ex *l. 1. hujus tit. ſi ludatur poſitis lupinis, θέρμοις, une eſpece de legume*. Lupinis luſitant hodie etiam pueri in Italia. Plautus vocat argentum Comicum, nos *Argent de Bazoche*. Et ita illud intelligitur hodie apud Horatium,

Quid diſtent æra lupinis.

Non licet ludere poſitis lupinis, nec alia re ludicra, *avec des marques*: ſcilicet ſi poſtea ſolvenda ſit victori pecunia: hac fraude aleatores conabantur eludere vim legum, quaſi luderent jocandi gratia, ut pueri, non ſerio: ſed hoc etiam diſtricte inhibetur, ſi poſtea veri nummi ſint perſolvendi victori: & de iis eſt *l. 2. 5. & ult. ſup. de Epiſcop. & cler.* fuit alea coercita multis legibus: olim fuit non leve crimen.

Sunt etiam ſcripta, quibus alea luditur, artes
Hoc erat ad noſtros non leve crimen avos.

Non eſt petitio hujus pecuniæ, quam quis alea vicit, etſi id appareat ex amiſſione lupinorum: quod oſtendit *lex 1. h. tit. l. pen. ff. de naut. fœn.* non eſſe condictionem ejus, quod quis alea vicit: & ſi petatur obſtat exceptio hæc: niſi in alea geſtum fuerit, *l. in except. §. ult. de probat. l. ult. §. ult. D. quarum rer. actio non detur*: & ſi forte victus ſolverit ſciens prudenſque, quod novum eſt, ei competit condictio: regulariter, qui ſciens ſolvit indebitum, non condicit, quia donaſſe videtur: & hoc ſane eſt indebitum legibus, ac nihilominus odio aleatorum conſultum eſt: nam qui ſciens ſolvit, quod in alea amiſit: id condicit poſtea quaſi indebitum, vel ſi nolit condicere, id condicere poteſt civitas, vel defenſor civitatis, vel præſes provinciæ, vel in urbe præfectus urbi, ut id ſcilicet eroget in opera publica: quæ cura olim in urbe ad ædilem curulem pertinebat. Martialis lib. 5.

Et blando male perditus fritillo
Arcana modo raptus in popina;
Ædilem rogat udus Aleator.

Et

Digitized by Google

Et 13.

Nec timet Ædilem moto ſpectare fritillo:

Et Seneca in Declamationibus: *loca Ædilem metuentia*, vocat popinas in quibus luditur, & proſtibula, in municipiis autem prætor civitatis, qui dicebatur, ut auctor eſt Ulpianus interpres Demoſthenis, erat ſimilis ædili plebis. In urbe olim etiam de alea fuit actio pœnalis in quadruplum ejus, quod ex alea tuliſſet victor, ut ſcripſit Aſconius Pedianus. Hodie eſt in ſimplum, & ut opinor, actio famoſa, quia in parentes,& patronos non datur, niſi utilis, id eſt,in factum, ſuppreſſo illo nomine turpi aleæ, ne infamentur illæ perſonæ, *l. ult. in fi.ff. eod.* Aleatorum quoque nomen in jure cenſetur eſſe infame: ideoque, & actio eſt infamis in *l.26.ff.de injur. l. fugitivus, ff. de verb. ſignific.* ea cauſa, ut Ammianus Marcell. ſcribit 28. conterendæ rei cauſa, ſe vocabant teſſerarios, honeſtiori nomine, & honeſtiſſimo invento: nam & latrones ſcribit Ariſtoteles in Rhetoricis conterendæ rei ſuæ cauſa ſe non vocare latrones,ſed *ποριστὰς*, quaſi dicant, ſe non prædari, ſed victum quærere. Ita etiam in hac cauſa valde nove conſtit. eſt ed. prætoris in *l. 1. ff. eod.* ut impune furtum fiat à quocumque domi ubi alea luditur, & ita impune,ut neque poſſit agi actione ſpeciali furti, nec condictione, aut vindicatione rei furto ablatæ: impune, ſuſceptori etiam aleatorum fieri injuriam, & damnum injuria dari, quia dignus eſt odio majore, quam aleatores ipſi ſuſceptores aleatorum: atque ita habetis caſum, quo impune furtum fit, & damnum injuria datur, *l. 1. ff. eod.* & notandum etiam eſt, eum, qui cogit aliquem ad ludum, vel ſtatim ab initio, vel victus eum domi retinet, victorem mulctari acerbiſſimo edicto prætoris, vel multa pecuniaria, quæ arbitraria eſt, vel duci in latomias, *en une grotte*,aut in vincula publica,quod malo more hominem liberum coegerit, *d.l.1.& 2.* & odio hujus rei eſt conſtitutum in *d.l.1.* ut repetitioni hujus,quod quis alea amiſit, vel præſtitit, nulla obſtet præſcriptio temporis, niſi 50. annorum,qui caſus eſt ſingularis, in quo 50. annorum præſcriptio exigitur, nec ſufficit communis: in l. 2. etiam interdicuntur quaſi equi ignobiles, & ſordidi, equi lignei, *ξυλίνοις ἵπποις*, quia & is ludus in aleæ ſpeciem cadit, nec ſuſcipitur virtutis cauſa, ut ſuperiores quinque, quibus permittitur ludere etiam in pecuniam, ſed certam, definitamque, *l.1.hoc tit.*& permittitur etiam ſponſionem facere, ut in *l.3.ff.eod.qui eſt un ieu de prix*, quod Græcis eſt *συνθηματίζειν*, *mettre un prix*, & poſtremo arcana illa popina ubi alea luditur confiſcatur, *d.l.2.*

AD TIT. XLIV. *De Religioſis,& ſumptibus funerum.*

POteſt hic titulus referri ad vindicationes, de quibus agitur in h. lib. ut intelligamus ſcilicet, in eas non cadere res religioſas. Pro certo conſtabat ſacras, & ſanctas res vindirari non poſſe quaſi noſtras, quia nullius in bonis ſunt, & divini juris ſunt potius, quam humani: non poſſunt etiam jure dominii quaſi noſtræ vindicari res, aut loca religioſa, veluti monumenta, & ſepulchra, in quæ mortuus illatus eſt, *l.4.h.tit.l. in rem, §.1. l. qua religioſis, ff. de rei vindic.*non poſſunt etiam vindicari lapidas, qui his adhærent, non poſſunt uſucapi, non vendi, non pignerari ſpecialiter: nam vendito prædio ſequitur etiam monamentum, ſive ſepulchrum, quod eſt in eo prædio, niſi ſit ampliſſimum quoddam ſepulchrum, & religioſiſſimum, puta Mauſoleum: nam modica tantum loca religioſa accedunt venditioni minoris prædii, *l.5. D. de ſepulc. viol. l. in modicis, ff. de contrah. empt.* ſicut ſimulachra accedunt ædibus, licet religionem aliquam in ſe habeant. Corn. Tacit. lib. 1. id accedere domibus. Et ita etiam Ambroſ. lib. 10. de Abraham cap.9. Sæpe, inquit, alienationibus poſſeſſionum vanalium ſerviunt, quæ in eiſdem locis ſepulchra ſunt, modo ſint modica, *d.l.in modicis.* Et ita etiam,quæ non poſſunt ſpecialiter, & per ſe, poſſunt univerſaliter emi, vel vendi: rei noſtræ nulla emptio eſt: poſſum tamen, & cum tota re partem meam emere, ut in *l.quod ſi uno, §. ult. D. de in diem add.* & fundum dotalem, quem accepi ab uxore non poſſum vendere, cum univerſitate agrorum poſſum vendere, *l. 3. & 4. de fundo dotali*. Sequitur in tit. *& de ſumptibus funerum*. Qui fecit ſumptus funeris, qui explevit ſupremum officium defuncti, ſi non fuerit defuncti heres: & ſi alia actio ei non ſit, puta ex contractu habito cum herede defuncti, ſemperque pio offirio functus eſt, ei datur funeraria actio adverſus heredem, vel bonorum poſſeſſorem, vel adverſus patrem ad quem dos præmortuæ filiæ redit. Et hær actio etiam eſt ante privilegia,id eſt, ante creditores privilegiarios, & competit etiam huic actio ſingularis atque extraordinaria, ſi quid, quis conſumpſerit in morbum,& curationem defuncti: nam recuperat extra ordinem à defuncti heredibus.

JACOBI CUJACIJ. J.C.

AD LIB. IV. COD.

RECITATIONES SOLEMNES.

AD TIT. I. *De Rebus creditis, & jurejurando.*

LIBRI quarti titulus primus eſt de rebus creditis, & jurejurando, ut manifeſtius appareat, duas eſſe actiones, duaſque tituli partes. Prior pars eſt de actione ſi certum petatur de rebus creditis: poſterior eſt de jurejuraodo: poſterior, inquam, ſi ordinem ſcripturæ ſpectes: nam certe eſt prior ſi religionis honorem ſpectes, & ſanctitatem, & proximitatem tituli de relig. & ſumpt. fun. Eſt enim jusjurandum affirmatio religioſa, qua firmantur pleraque inter homines. Deo immortali interpoſito, tum judice, tum teſte: nam ei ſoli debetur jusjurandum: & ſic dicitur jusjurandum quaſi jus ſacratum, quod ſit jusjurandum, Deo teſte, & judice. Et vero de jurejurando, & de jure ſacrato prius etiam tractatur, rejecta parte de rebus creditis in tit. ſeq. ut apud Nævium Poetam, *Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine*: & Virg. ſigoificantem jusjurandum.

Sat mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura.

Sciendum autem eſt, ex jurejurando nullam eſſe actionem jure civili, ſicut nec ex pacto, niſi uno caſu introducto lege Julia, & Papia: ſi libertus donum, munus, vel operas ſe daturum patrono juraverit, præſente patrono: nam ſi abſente patrono juret de operis nihil agit: ſic qui in abſentem pronunciat, nihil agit, *l.60.ff. de re judic.* Hæc tria paria ſunt, jusjurandum, res judirata, & confeſſio, quæ nullius ſunt momenti ſi fiant *μονομερῶς*, id eſt, ſi abſenti fiant. Et de hac obligatione jusjurandi etiam agitur in *l. ut jurisjur. ff. de operis libert. & l. ſervum, D. de manum. teſtam. l. & per jusjurandum, D. de acceptilat. l.6. §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. l. ult. ff. de liber. rau.* De operis igitur, dono, vel munere liberti obligantur ex jurejurando. Alioquin nulla ex eo actio eſt. Sed ut perſtemus in ea comparatione jurisjur. cum pacto, ſicut pacto convento formatur actio ex ipſo contractu, ita jurejurando: ut ſi quis pecuniam ſe credidiſſe juraverit, erit actio ſi cert. pet. de jurejur. ſicut ſi juraverit ſa emiſſe,erit actio ex empto de jurejur. ſi ſe ſocietatem feciſſe juraverit, erit actio pro ſocio de jurejur. *l.ſi duo, §.ſi quis, ff. de jurejur.* vel ſi jusjurandum ſequatur ſententia judicis, erit actio utilis judicati, quaſi novatione facta, *l.8.hoc tit.* erit actio in factum, ad exemplum judicati. Omnes in factum actiones ſunt utiles, & omnes actiones utiles ſunt in factum. Frequens eſt comparatio pacti cum jurejurando maxime delato ab adverſario, veluti facta pactione quadam,

A ut res expediretur jureſjurando, *l. 2. l. tutor*, *ff. de jurejur.* utroque modo tollitur ipſo jure actio injuriarum, *l. non ſolum*, *§. 5. ff. de injur.* actio injuriarum tollitur pacto ex 12. tabul. tollitur, & jurejur. ex diſſimulatione tollitur anno, oec ulla eſt actio in jure, quæ abolcatur facilius, utroque modo tollitur naturalis obligatio, quæ tamen parit exceptionem pacti, vel jurisjur. Ex pacto hodie certum aſt naſci obligationem naturalem, æque, certum eſſe dicitur ex jurejurando naſci obligationem naturalem, & convenienter ex ea fidejuſſorem teneri. Nec huic ſententiæ obſtat *l. ſi quir pro eo*, *ff. de fidejuſſor.* quæ ait, eum qui juraverit ſe operas preſtaturum, & ſatiſdederit, nihil egiſſe: fidejuſſorem enim datum ab eo non obligari: quod ſi ita eſt, ſequitur, non obligatum fuiſſe naturaliter eum, qui fidejuſſorem dedit interpoſito jurejurando. Ergo non videtur oriri na- B turalis obligatio ex jurejurando, quæ ſi oriretur, fidejuſſor teneretur: ſed animadvertendum eſt eam legem loqui de ſervo homine, qui de operis juraverit, non de liberto, quem ſolum libertum dicimus naturaliter, & civiliter obligari ex jurejurando, ita ut conveniri poſſit, & duci in jus invitus. Dico ergo in ea ſpecie, non libertum, ſed ſervum per errorem, cum putaret ſe eſſe libertum, qui juravit de operis alteri quaſi patrono præſtandis, hic error impedit omnem obligationem, adeo ut nec naturaliter obligetur, qui juravit de operis præſtandis errans: & merito igitur fidejuſſorem non teneri dicitur: ſed ut alio argumento oſtendatur ſimilitudo inter pactum, & jusjurandum: qua de re pactum, non ſervatur, nec certe ſervatur jurisjurandum, id eſt, non magis obligamur jurejurando ſervandæ rei, quam injurati C cogemur ſervare, *l. juriſd. §. generaliter, ff. de pact. l. non dubium*, *ſup. de legib.* quod tamen, ut puto, Pontifices mutarunt, voluntque quedam valere ex jurejurando, quæ non valent ex pacto, videntur eſſe perjuriorum auctures: eſt illicitum jusjurandum perjurin adſimile. Illud etiam obſervandum eſt relatis ſuperiore libto actionibus in rem: & mixtis, quæ tamen magis in rem ſunt, actione exhibitoria, quæ eſt præparatio actionis in rem, nunc ab hoc lib. 4. ioitium fieri actionum in perſonam, & in h. t. proponitur actio ſi certum petetur ex jurejur.

AD TIT. II. *Si certum petetur.*

IN hoc titulo proponitur actio ſi certum petetur, videlicet de rebus creditis, quæ proprie datur ex mu- D tuo, vel ex ſtipulatione, qoæ præcedit, vel ſequitur mutuum: nihil enim intereſt, *l. 7. §. ult. ff. de tranſact.* Creditum dicimus tripliciter; communiter omnem obligationem, etiam eam, quæ non naſcitur ex crediti cauſa, *l. omnem*, *ff. de judic.* & proprie obligationem ex contractu: & tertio *ἰδιωτάτως* obligationem ex mutuo, adeo ut proprie creditum nihil aliud ſit, quam mutuum, & nihil aliud creditor, quam is, qui mutuam pecuniam dedit: cæteros enim habemus creditorum loco, *l. 18. & 11. ff. de verb. ſignif.* debitor etiam maxime proprie eſt, qui mutuam pecuniam accepit, *l. 4. §. is, quoque, ff. de oblig. & act. & l. 11. hoc tit. Incendium*, inquit, *ære alieno non liberat debitorem.* Quæ ſententia taotum vera eſt in debitore pecuniæ. Adde naufragium, ut in *l. ult. inf. de naut. fœn.* Et ita actio in perſonam, quæ ei, qui E mutuam pecuniam dedit, in debitorem competit, proprie dicitur certi condictio: neque enim veniunt incerta in creditum: mutuum dicitur actio ſi certum petatur de rebus cred. Et tamen ſicut creditoris, & crediti nomen minus proprie accommodatur ad omnes cauſas, quibus certum petitur, *l. certi*, *ff. eodem*, & ei adverſa condictio incerti eſt etiam generalis. Sunt autem verba hæc ſi certum petatur verba edicti: omnes tituli juris ſunt confecti ex verbis legum, vel edictorum, & ita verba illa accipienda ſunt, ſi certum petat. id eſt, ſi certum pet. dari, id eſt, rem fieri petitoris, & dominum petitorem fieri: dare enim eſt dominium trasferre: nec intelligitur recte ſolvere, qui ſolvit alienam pecuniam,

A qua de cauſa in ſolutionibus olim dicebant, *puri, profani, ſui auri*, quia male quis ſolvit de alieno, quia dominum non facit accipientem. Contra in tit. *ff. ſi uſusfr. petet. & ſi ager vectig. petet.* ſic accipienda ſunt illa verba, id eſt, ſi petetur reſtitui quaſi ſuus, vel, ſi ſuus eſſe petetur: nam actiones eorum titulorum ſunt vindicationes: actio ſi certum petetur, eſt condictio: intendit igitur dari oportere, nec quod debetur ſuum eſſe aſſerit. Neque vero noſtri auctores tantum: ſed alieni rem creditam referunt tantum ad mutui cauſam, ut Fabius lib. 4. cum rem certam creditam ſeparat à locato, & conducto: & Seneca 3. de beneficiis: *Tarr optima beneficii periit, ſi actio, velut certæ pecuniæ, aut ex locato, aut ex conducto datur.* Et apud Feſtum, lex de pecunia credita dicebatur pecunia fœnebris. Itaque hic titulus B ſic accipiendus eſt, ſi certa pecunia credita, id eſt, mutua petetur dari. Denique hic titulus eſt de mutuo: mutuum eſt alienatio pecuniæ, quæ fit ſub lege reddendæ quantitatis ejuſdem: conſiſtit enim in quantitatibus, ut numero, pondere, vel menſura, non in his, quæ corpore ſolo indicantur, in quibus conſiſtit commodatem, depoſitum, pignus, precarium, ſed non mutuum.

AD TIT. III. *De ſuffragio.*

JAm habuimus unam actionem, ſi certum petatur, de reb. cred. fuit & alia actin ſi certum petetur de chirographis, cum quis ex chirogragro convenitur, quaſi mutuam pecuniam acceperit, licet non acceperit, quam tamen ſe caverit accepiſſe, de qua in *l. ult. tit. ſuper*, *l. 2. &* C *l. 89. ff. de ſolut.* Eſt etiam alia actio ſi certum petatur de ſuffragio, de qua hic titulus eſt, qui ita inſertus eſt eidem Codici de ſuffragio, ſi certum petatur. Hac actione tenetur, qui honorem, vel privilegium impetravit à principe, ſuffragante aliquo, ut rem pecuniamve certam, quam pro ſuffragio, faventia, vel interceſſione fidepromiſit preſtet. Igitur ſuffragii promiſſi nomine actio eſt, ſive petitio, nec eſt illicita ſtipulatio ex conſtitutione hujus tituli, ſi quis aliquid ſtipuletur, ſibi dari pro ſuffragin erga principem: quin immo ſuffragium unicuique eblandiri licet in aula, & pecunia elicere, & ſuffragium licet vendere, dummodo non ſit fumoſum: ſed ſerio intercedat ſuffragator, & quod fide promiſit is, qui ſuffragatoris opera uſus eſt, peti poteſt. Quod tamen poſtea ſuſtulit Tiberius noviſſimus Nov. 161. Et D ante conſtitutionem hujus tit. ſuffragatori non dabatur honeſte, nec aulicus accipiebat honeſte: nec tamen erat ſoluti repetitio: nam ubi verſatur turpitudo ab utraque parte ceſſat repetitio, & melior eſt conditio accipientis, *l. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.* non erat ergo repetitio ſoluti ſuffragii: non erat etiam petitio promiſſi ſuffragii ex conſtitutione, *l. 1. C. Theod. ſi certum petatur de ſuffrag.* Ammianus Marcellinus lib. 22. ait, hoc Julianum caviſſe apud Ægyptios, qui in ſuffragatores plurimum querebantur: ſed hac conſtitutione etiam ſuffragii promiſſi petitio eſt: atque ideo ſoluti non eſt repetitio.

AD TIT. IV. *De probibita ſequeſtratione pecuniæ.*

E HIc pecuniam accipit pro quantitate, non pro re omni, ut accipitur pro quantitate tantum in *tit. ſi cert. pet. de reb. credit.* petitur certa pecunia, id aſt, quantitas, non corpus certum. Et quamvis alienum rerum, quæ deducuntur in judicium, ſequeſtratio fieri poſſit ex cauſa, *l. 7. ff. qui ſatiſd. cog. l. Imperatores*, *ff. de appellation.* & locis innumeris etiam liberarum perſonarum fit ſequeſtratio, ſive depoſitio, *l. 3. §. ult. de lib. exh. cap. cum locum*, *de ſponſalib. in 6.* licet igitur aliarum rerum, dum lis pendet ex cauſa ſequeſtratio poſſit fieri, pecuniæ tamen ſequeſtratio prohibita eſt hac lege: namque prius conveniri debet is à quo petitur, deinde compelli ad ſolutionem, nec ab initio ſtatim cogi debet ſequeſtro pecuniam daponere apud officium, vel

apud

apud virum bonum, quæ eſt ſententia hujus conſtitutionis. Et differentia hæc eſt, quia aliæ res quæ certum corpus habent, facile interverti poſſunt: idcirco rediguntur in tutum ex cauſa per ſequeſtrationem: quantitatis nullum ſubeſt corpus, quantitas perire non poteſt, pecunia valet quantitate, *l. 1. §. non ſolum, ff. ad legem Falcid.* Et videtur conſtitutione hujus tituli abrogari in partem, *l. 1. Cod. Theod. ſi certum petatur de chirogr.* quæ etſi in aliis cauſis petendæ pecuniæ certæ ex chirographo removet neceſſitatem ſequeſtrationis, tamen permittit uno caſu, ſcilicet ſi de falſo chirographo lis agatur: nam interim dum agitur quæſtio falſi, vult pecuniam deponi. ſed ut puto hac conſtitutione tollitur omni caſu ſequeſtratio pecuniæ: ſequeſtratio, quid eſt? Eſt translatio poſſeſſionis rei litigioſæ in tertiam perſonam facta, vel conſenſu partium, vel auctoritate judicis, ea conditione ut qui in lite ſuperior fuerit & vicerit, ei ea res reddatur, & reſtituatur. Aut brevius: ſequeſtratio eſt depoſitio, quæ plerumque fit, translata poſſeſſione: neque enim transfertur niſi id actum ſit, *l. intereſſe, ff. de acq. poſſ. l. licet, ff. depoſ.* ſub lege ſupradicta, & alio ſignificatu in certamine aliquo in quo licet ſponſionem facere, *l. 3. ff. de aleator.* ſequeſtratio eſt apud judicem ſponſionis facta depoſitio pignoris utraque ex parte, qui etiam ſequeſter dicitur, & veteribus ſculna, ut apud Macrobium lib. 3. cap. 17. *Sponſione contendit digno ſculna Numatio Planco, qui tam honeſti certaminis arbiter electus eſt*, & in hunc quidem ſequeſtrum victori datur actio præſcriptis verbis, ut reddatur pignus depoſitum quaſi ex novo negotio, *l. 18. §. ult. ff. de præſcr. verb.* In illum autem apud quem deponitur res litigioſa, datur actio depoſiti, quia ſequeſtratio nihil aliud eſt quam depoſitum, *l. ei apud quem, §. 1. & l. ſi in Aſia, §. cum ſequeſtre, ff. depoſ.* Et aliquo caſu actio præſcriptis verbis, veluti in caſu *l. ſi quis, §. Labeo, ff. de dolo malo.* Regulariter in hunc datur actio depoſiti, etſi auctore judice ſequeſtratio facta ſit, non ex conventione partium, quia ſicut publica perſona recte ſtipulatur alteri, eique parit actionem utilem, ita judex in deponenda ea re de qua lis eſt, paciſcendo, vel legem dicendo ei ſecundum quem litem dederit, pronunciaverit, cavere poteſt & parare actionem depoſiti ſequeſtratoriam.

AD TIT. V. *De condictione indebiti.*

EAdem actio datur ex mutuo, & ex promutuo, nempe condictio, eadem actio eſt, ut ait *l. 4. §. is quoque, ff. de oblig. & act.* Indebiti ſolutio eſt promutuum: maxime ſi ea ſolvantur, quæ pondere, numero & menſura conſtant, quibus ſolis in creditum abire ſolemus, quia id actum videtur, ut ſi forte appareat indebita pecunia quæ ſoluta eſt, eam habeat ut promutuam, qui eam accepit, qui contractus tacitus dicitur in *l. 13. in fine, ff. commod.* mutuum eſt contractus, promutuum eſt quaſi contractus, id eſt, quaſi mutui datio: & ita condictio indebiti dicitur eſſe quaſi ex contractu, id eſt, ex promutuo. Sciendum tamen eſt, aliarum etiam rerum indebitarum ſolutionem revocari per condictionem indebiti, imo omnium rerum, & corporum, quaſi ex tacita obligatione, vel quaſi ex contractu poſſeſſionis rei datæ, vel ſolutæ ſub lege recipiendi, ſi indebita appareat, & eo nomine eſt vel condictio certi, vel incerti, quia non tantum corporis, vel quantitatis indebitæ condictio eſt, ſed & poſſeſſ. quam quis indeb. ceſſit alteri, vel cautionis vel juris cujuſcumque, quæ eſt condictio incerti, quia res hujuſmodi incertæ ſunt & incorporales, obligatio, poſſeſſio, jus, *l. ſed & ſi, §. 1. l. ſi is qui plus, ff. de cond. indeb. l. 4. l. ſi mulier, ff. de condic. cauſa data.* Condictio igitur indebiti, modo eſt certi, modo incerti, prout res quæ condicitur eſt. Certi, ſi certum corpus vel quantitas repetatur: incerti, ſi poſſeſſio, liberatio, obligatio, acceptilatio, iter, actus repetantur: quæ omnia numerantur inter incerta, vel incorporalia, vel ea, quæ ſolo intellectu percipiuntur, quæ à nobis dicuntur in jure conſiſtere, id eſt ſignificare jus, quod jus ſolo intellectu percipitur. At enim condictio indebiti datur ei, qui ſolvit indebitum, id eſt, quod nec naturaliter debuit: nam ſi vel naturaliter debuit, ceſſat condictio. Ei igitur, qui ſolvit indebitum naturali, & civili jure per errorem facti: nam ignoranti jus non datur condictio indebiti, *l. cum quis, ſup. de juris & fact. ignor. l. pen. §. ſi quis, ff. eod. l. error, inf. ad leg. Falcid.* niſi ex magna cauſa: nam ex cauſa etiam majori in jure erranti & ſolventi indebitum, datur condictio indebiti, *l. illud, ff. de minor. l. 1. §. 1. ff. ut in poſſ. leg.* datur benigne, inquit, quo verbo oſtenditur, id non habendum eſſe in conſequentiam, *l. qui negotia, ff. mand. l. qui meo, ad Macedon.* Qui autem ſciens ſolvit, etiamſi dixerit, ſolvo, non dono, donat verius quam ſolvit, nec habet condictionem, quia condictio donati non eſt, *l. cujus, ff. de reg. jur.* Dubitans autem hac in re, habetur pro ignorante, & idcirco ei condictio datur, *l. ult. hoc tit. l. 2. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.* Dubitans habetur pro ignorante, & idcirco condictio datur ei, qui rem ſolvit, non pœnam: nam pœnæ ſolutæ condictio non datur: etſi reciderit ad cauſam indebiti, *l. pœnæ, ff. eod.* & ſecundum hæc condictio indebiti non datur ei, qui ſolvit ex cauſa quæ creſcit inficiatione: quod valde notandum eſt: quia ejus ratio ignoratur. In inficiante in duplum creſcit actio legis Aquiliæ: ſunt & aliæ quædam ſimiles, ut eſt actio qua petitur legatum damnationis, & relictum piis locis, ut actio judicati. Regula autem vera eſt, ceſſare condictionem indebiti, ſi quis ex eis cauſis ſolverit, quæ creſcunt inficiatione, *l. 4. hoc tit. §. ult. Inſt. de obligat. quæ quaſi ex contr. naſc.* actio judicati creſcit inficiatione: proinde ſi quis ſolverit ex cauſa judicati, ignorans ſe non rite & ordine damnatum, vel falſo crediderit ſe damnatum eſſe, ceſſat condictio indebiti. Cur ſolvendi ex cauſa falſa judicati non datur condictio indebiti? an quod civiliter obligatus fuerit? non: ſed quia ſolvit ex ea cauſa, quæ inficiatione creſcit, ut Paulus 1. Sententiarum ait: creſcit hæc actio in duplum: cum vero, qui ſic ſolvit ex iis cauſis dicimus ſcientem videri ſolviſſe propter metum periculi, quod imminet inficiatori, argumento *l. ſi non ſortem, §. ſi non, ff. eod.* qua de cauſa recte in *l. eleganter, §. ult. ff. eod. ſi qua lex ab initio dupli, vel quadrupli ſtatuit actionem, ſolutum ex falſa ejus cauſa repeti poſſe.* Et ait recte, *ab initio*: nam ſi ea pœna veniat ex poſt facto, ſolutum ex ea falſa cauſa non condicitur, & pari modo ex iis cauſis confitentem per errorem puto habendum pro confeſſo & judicato, *l. 4. ff. de confeſſ.* quod videatur ultro progreſſus ad confeſſionem periculi, quod imminet ſubterfugiendi gratia, quod imminebat inficianti.

AD TIT. VI. *De condictione ob cauſam datorum.*

REctiſſime Stephanus Græcus ait, hic condictionem indebiti eſſe generalem multarum condictionum, multas ſcilicet condictionum ſpecies complecti, & ea poſſe condici data ob cauſam honeſtam, cauſa non ſequuta, & data ob cauſam non honeſtam: nam & hæc indebita eſſe cenſentur: ergo in condictionem indebiti veniunt: ſed ſunt & aliæ ſpeciales eorum nomine propoſitæ condictiones hoc tit. & tit. ſeq. Hujus igitur condictionis, qua repetimus data ob cauſam honeſtam, veluti ob matrimonium, matrimonio non ſequuto, & ob manumiſſionem ſervi, ſervo non manumiſſo, nomen generale eſt condictio indebiti: ſpeciale ob cauſam dati, cauſa non ſequuta, & utimur ſpeciali potius quam generali, quia ſpecialiter dicimus cauſam ex qua dedimus: generali autem utimur, ubi nulla eſt cauſa dati, quæ ſequi debeat, ut ſi indebitum ſolvimus quod eſſe debitum arbitrabamur, hoc caſu proprie inſtituitur condictio indebiti, nulla ſcilicet expreſſa cauſa propter quam dederimus, ut quid fieret, ſed ut nos liberaremus: qua de cauſa idem Stephanus putat in D. anteponi ſpeciales tituli de condictione cauſa data cauſa

cauſa

cauſa non ſecuta ; & de condictione ob turpem cauſam, vel injuſtam cauſam, ut dicitur, non eſſe novum: alias, ut lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubjiciat verbum, quo ſpecialia complectatur, *l. ſi ſervus, ff. ad l. Aquil.* Itaque probat magis ordinem Digeſtorum, quo ſpeciales ponuntur tituli dati ob cauſam honeſtam, vel inhoneſtam, vel injuſtam: deinde ſubjicitur generalis condictio indebiti, contra quam fiat in hoc Cod. præcedit enim generalis condictio: & tamen uterque ordo probabilis eſt. Cæterum ex iis intelligimus, etſi ſpecialiter condicamus data ob cauſam, ſi ea ſequuta non ſit: tamen condictionem indebiti ambitu ſuo etiam hanc ſpeciem condictionis complecti. Cauſam autem hic non accipimus pro principio agente, ſed pro fine, quæ res dicitur proprie, *l. 1. ff. eod. & l. damus, de cond. indeb.* Denique cauſam non accipimus pro præterita, ſed pro futura cauſa. Hæc ſi fefellerit, id eſt, ſi finita, vel ſequuta non fuerit, competit condictio datorum: nam dati ob præteritam cauſam vix condictio eſt, *l. damus, l. in ſumma, §. id quoque, ff. de cond. indeb.* Quod tamen ne decipiamur ita accipiendum eſt, ut ſi dedi ob falſam debiti cauſam, qua pridem jure civili obſtrictum me credebam, tum ſane mihi competat condictio indebiti etſi ob præteritam cauſam dederim, quod falſam mihi adfinxerim, perſuaſerimve: ſed ſi liberaliter dedi remunerandi animo, quod tu rem meam adminiſtraveris probe, me abſente, vel liberos meos inſtitueris probe, licet hæc non feceris, mihi non competit dati condictio, quia dedi liberaliter, non vinculo conſtrictus: idemque erit generaliter, ſi dedi naturalis obligationis ſolvendæ gratia. Hoc enim caſu mihi non datur condictio: licet erraverim, & cauſa præterita, quam arbitror præteritam, falſa ſit, quia ſcilicet donare volui. Donat enim, quis, quod nullo jure cogente, id eſt, nulla ſolvendi neceſſitate obſtrictus ſolvit: idemque & ſolutio eſt ſimul, & donatio, *l. 10. §. domini, ff. de in rem verſo.* Ergo, ſive vera ſit, ſive falſa cauſa naturalis, qua me, ut ſolverim dedi, ceſſat condictio indebiti: & ita accipienda eſt *lex damus, & l. in ſumma, §. id quodque.* Qui ſcrupulus erat ſatis difficilis: ideoque ſecundum hanc interpretationem, ſi refero gratiam, & ſolvo ei à quo beneficium accepi, non competit condictio, quia natura debui referre gratiam, licet civiliter non debuerim. Et quia donavi, idem erit ſi falſo crediderim me beneficium accepiſſe ab eo cui dedi, quia donavi, quod donari volui. Quæ ratio efficit, quod non volui ſolum dare, ſed etiam dedi. Donatio enim olim non perficiebatur nuda voluntate, ſed neceſſaria erat traditio: quo fere jure hodie utimur, non obſervata conſtitutione Juſtiniani: unde illud in idiotiſmo: *donner, & retenir ne vault.*

AD TIT. VII. *De Condictione ob turpem cauſam.*

EX ſuperiori titulo intellexiſtis condici data ob cauſam honeſtam, cauſa non ſecuta: ex hoc intelligitis non condici data ob turpem cauſam, id eſt, bonis moribus adverſam, & non condici primum, ſi ſolius dantis turpis cauſa fuerit, ut ſi ſcorto mercedem dederis, turpiter dederis: illa vero non turpiter acceperit: nam ut ait Ulp. in *l. 4. ff. eod.* illa turpiter facit, quod ſit meretrix: ſed non accipit turpiter mercedem ſtupri: hoc caſu ſolius dantis turpitudo verſatur, nec datur condictio indebiti. Idem erit ſi dantis, & accipientis turpis cauſa fuerit, ut ſi mercedula judicem quis corruperit, judex turpiter accepit, & dans turpiter egit, nec datur dati condictio, quia in pari cauſa melior eſt cauſa poſſidentis. In tertio vero caſu competit condictio etiam cauſa ſequuta, ſive impleta: ut ſi ſolius accipientis cauſa turpis fuerit, ut ſi furi dederim pecuniam rei furtivæ repetendæ gratia, ego non turpiter dedi, quia incenſus cupiditate rei meæ recipiendæ pecuniam dedi. Idemque erit ſi dedi, ut rem depoſitam reciperem: nam dati condictio competit, quia non eſt retentio niſi juſte accepti, *l. 4. & pen. hoc tit.*

AD TIT. VIII. *De Condictione furtiva.*

LEx ult. tit. 7. fuit de condictione furtiva, & condictione ob turpem cauſam: de utraque ſimul: nam hæc illius ſpecies eſt: aliquem abegiſſe mea pecora, me abigeo dediſſe pecuniam, ut redderet pecora: condicam quod dedi non turpiter: ille vero accepit turpiter, & condicam pecora, licet mortua, vel alio caſu perierint: nam, & rei furtivæ peremptæ condictio eſt, quia ſemper poſt moram videntur perempta, quia fur eſt pluſquam morator, pluſquam debitor, & moram facit ipſo jure, adeo ut non liberetur interitu rei furtivæ, *l. ult. ff. de condict. furt. l. merito, ff. de vi, & vi arm.* Igitur dicta lex ult. quæ eſt de condictione ob turpem cauſam, & de condictione furt. recte poſita eſt in confinio utriuſque tituli, & præbuit forſitan cauſam ſubjiciendi tituli de condictione furtiva ſtatim: quæ tamen longiſſime diſtat ab aliis condictionibus: nam illis intendimus rem nobis dari oportere, id eſt, dominium rei transferri in nos oportere. Illa condicimus rem noſtram contra regulas juris: nam regula juris hæc eſt, neminem rem ſuam condicere, *l. ult. ff. uſufr. quemadm. cav.* quia natura non fert, ut intendam mihi dari rem meam, quod eſt condicere: ut ſcilicet fiam dominus ejus rei, cujus jam ſum dominus. Dominium non recipit incrementum: & tamen receptum eſt, ut dominus furi condicat rem ſuam, agendo in hunc modum: Ajo te mihi eam rem dare oportere: Superiores condictiones pertinent ad rei perſecutionem: furtiva condictio pertinet quidem ad rei perſecutionem: ſed videtur quodammodo pertinere ad pœnam, quia odio furum comparata dicitur, *§. ſi itaque diſcretis Inſtit. de act.* ſi odio furum, & pœnæ cauſa igitur, *l. qui exceptionem, D. de cond. indeb.* conjuncta *l. ſed & ſi, §. ult. D. ad Maced.* ubi exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, quæ dicitur inducta in odium creditorum, qui filiisfam. credunt, alio loco inducta dicitur ob pœnam creditorum: quicquid fit ob odium, ob pœnam fit, & ut dicitur de actione in factum, quæ eſt ex edicto *de alien. jud. mut. cauſa facta, l. quia pertinet,* ita condictio furtiva licet pertineat ad rei perſecutionem, tamen ex delicto eſſe videtur, vel quod in ſe hoc genus pœnæ habeat, quod detur ſingulariter contra regulas juris: & eam ex delicto naſci oſtendit, *l. 10. §. quoties, D. de compenſat. & l. ſi cum mulier, §. hæc actio, D. rerum amot.* quæ quod ait, de condictione rerum amotarum, eam naſci ex delicto, idem ait de condictione furtiva: nam hæ duæ affines ſunt, & geminæ: ideoque utrique condictioni videtur ineſſe vindicta, imo, & infamia, ut eſt proditum nominatim de condictione rerum amotarum, *l. 2. inf. rer. amot.* Conjuges inter ſe non agunt actione pœnali, vel famoſa conſtante matrimonio: ergo conſtante matrimonio non agunt rerum amotarum, quia ea actio eſt pœnalis, aut famoſa, aut quaſi pœnalis, & famoſa: nam re vera quidem pendet ex cauſa famoſa: ſed ipſa non eſt jure famoſa, nulla eſt condictio famoſa, *l. ceſſat, ff. de obligation, & action.* quæ hoc nomine condictionis adſignetur: nam omnium condictionum hæc ſunt ſolemnia verba: Ajo te mihi dare oportere, in quibus nulla atrocitas verbi, ideoque famoſæ non ſunt, ſed quodammodo videntur. Et hæc, & illa condictio, quæ pendet ex cauſa furti eſſe pœnalis, & famoſa, atque ob id in heredem non datur, *l. 3. inf. rer. amot. l. 9. §. ult. & l. 10. de tut. & rat. diſtrah. D.* nec obſtat *l. 9. D. de cond. furt.* quæ ait, heredem in ſolidum teneri, etſi pars rei tantum ad eum pervenerit, quæ ſic accipienda eſt, ſi lis fuerit conteſtata cum decreto, conjuncta *l. ſi hominem, ff. depoſ. l. 2. D. de prætor. ſtip.* Demonſtratur etiam alio modo, condictioni furtivæ pœnam ineſſe, cum inſit odium, & ipſo juris effectu demonſtratur: nam pignore ſubrepto à debitore (hoc enim caſu dominus facit furtum rei ſuæ; quo nomine tenetur creditori actione pœnali furti, & condictione furtiva) pignore, inquam, ſubrepto, co-

eoque nomine debitore damnato, pœnam depenſam creditor non imputat, & creditori eſt integra debiti petitio, *l. ſi pignore, ff. de pignor act.* Atque ita, quod conſequimur condictione, furtiva imitatur pœnam quæ pro furto dependitur: ex quo conſtat, quam ſit ſingulare jus condictionis furtivæ: Alia differentia eſt: condictionibus ſuperioribus utitur, qui dedit, vel tradidit, vel promiſit: condictione furtiva: quo neque volente, neque tradente, res ablata eſt: nec condictio furtiva continetur ſub condictione indebiti, ut ſuperiores: domino autem ut jam ſupra dictum eſt, cui furtum factum eſt datur ex hac cauſa condictio certi, *l. 1. ff. eod. l. in dubiis §. idem Pomponius, ff. de jurejur. §. utique, Inſt. de empt. & vendit.* Hæc fere ſunt omnes actiones, quæ ſolis dominis dantur, condictio furtiva, actio ex l. Aquilia, aquæ pluviæ arcendæ, arborum furtim cæſarum, finium regundorum: & loquor de condictione certi: ex cauſa furtiva etiam non domino datur furtiva condictio poſſeſſionis, *d. l. ſi pignore, & l. 2. ff. de condict. furt. l. 35. ff. de furt. l. & ideo, §. ult. de condict. furt.*

AD TIT. IX. *De condictione ex lege, & ſine cauſa vel injuſta cauſa.*

ACtiones in perſonam aut civiles ſunt, aut prætoriæ, aut ex legibus vel conſtitutionibus: utitur hac diviſione, *l. 2. inſ. de quad. præſcript.* Civiles ſunt ex 12. tab. certæ & ſolemnes, ut ait *l. 2. §. deinde, ff. de origine jur.* Certæ referuntur ad numerum, ſolemnes ad verba. Prætoriæ autem ſunt ex edicto prætorum, vel ædilium, vel Tribunorum plebis, vel proconſulum: ex legibus novis ſunt, veluti ex lege Aquilia, quæ nomen uſurpavit civilis actionis proditæ 12. tabul. de eadem re & data eſt damni injuria. Aliæ ſunt actiones ex legibus novis, quæ ex jure antiquo translatitium nullum nomen habent, quæ dicuntur condictiones ex lege, veluti ex lege Julia, *l. dotalem, l. ſi vero, & l. ſeq. ff. ſol. matr.* & condictio ex l. Cincia, de qua *l. 21. de donat.* ſicut etiam ex legibus talariis condictio ejus, quod in alea luſum eſſet de qua ſup. lib. 3. ex conſtitutionibus ſunt innumeræ condictiones. Conſtitutio vim legis habet, ut ex conſtitutione 1. hujus tit. debitori noſtro condicimus pecuniam ante diem, qui caſus ſingularis eſt, ſi non ſuppetat aliud unde fiſco ſatisfaciamus cui ſumus obnoxii ex cauſa primipili, id eſt, ex cauſa adminiſtrationis annonæ militaris, adeo ut hoc caſu non ſit locus exceptioni veteri, cujus pecuniæ dies fuiſſet: licet enim ante diem condicere ex conſtitutione *d. l. 1. in caſu ſupradicto.* Aliæ conſtitutiones de quibus ſuperioribus titulis actum eſt, & quæ ſequuntur hunc titulum, puta condictio ſine cauſa, & ex injuſta cauſa, inductæ ſunt à prudentibus ex bono, & æquo, non legibus, *l. in ſumma, §. quod ob rem, & l. pen. ff. de condict. indeb.* & ſunt inductæ exemplo civilis condictionis, quæ quidem ex mutui datione naſcitur, & cui proprie adhæret condictionis nomen. Hæ condictiones imitantur condictionem ex mutuo, quia veluti ex cauſa mutui dantur, ut poſſimus dicere nos habuiſſe unam tantum actionem civilem ex 12. tabul. nempe condictionem ex mutuo: nam aliæ iſtius inſtar obtinent & imaginem. Semper excipio furtivam condictionem, quæ jure ſingulari recepta & comparata eſt in odium furum, *§. ſic itaque diſcretis, Inſtit. de act.* Sed videamus, quia & de his eſt titulus hic, quando ſit locus condictioni ſine cauſa & injuſta cauſa. Si quid ſit apud te ſine cauſa, condictioni ſine cauſa locus eſt: & exemplis fiet res illuſtrior: ſine cauſa apud te eſt chirographum meum, ſi nihil credidiſti mihi: ſi ſpecie crediti tibi chirographum dedi, & mea ſpes fruſtrata eſt, vel ſi perſolvero, quod credidiſti, ſine cauſa meum chirographum eſt apud te, & quod perſolvi hac condictione poſſum repetere, *l. 3. & 4. h. tit.* & ſine cauſa etiam ad malæ fidei poſſeſſorem perveniunt fructus rei alienæ, *l. 3. h. tit.* & iis caſibus proprie & ſpecialiter competit condictio ſine cauſa, condi-

A ctio chirographi, condictio fructuum: & proprie nulla ſcilicet actione exiſtente in caſu *l. 2. ff. eod.* & in caſu *l. ſervus quem, §. ſecundum, ff. de act.* empti proprie competit condictio ſine cauſa, ſed exiſtimandum eſt condictionem ſine cauſa concurrere cum condictionibus ſuperioribus quaſi generaliorem, *l. 1. ff. eod.* nam ſine cauſa etiam id apud te eſt, quod indebitum, vel ob turpem cauſam accepiſti, vel quod non ob turpem cauſam, cauſa non ſequuta: vel quod te mihi furto abſtuliſti, ex eis cauſis licebit uti condictione ſine cauſa, miſſa ſpeciali condictione vel furtiva, vel ob rem dati, & deinceps. Condictio autem ex injuſta cauſa competit, ſi quis dederit ex pacto non juſte facto, vel ex dolo malo, vel vi, vel contra jura publica, vel ex ſtipulatione vi B extorta, *l. 7. ff. de condict. ob turp. cauſam* Injuſta cauſa quæ & ipſa condictio dicitur juris gentium, *l. 25. ff. rer. amot.* id eſt ex bono & æquo. Et breviter una eſt condictio civilis ex legib. 12. tabul. quæ naſcitur ex mutuo, actio ſi cert. pet. de rebus credit. cæteræ condictiones inſtar illius obtinent, & dantur jure gentium, id eſt ex boni & æqui interpretatione: una pœnæ cauſa, nempe condictio furtiva, ut fures onerentur plurimis, & graviſſimis actionibus, quia gravior eſt condictio furtiva vindicatione, quia in condictione non diſtinguitur utrum fuerit res peritura apud actorem, an non: in actione in rem fur tenetur ut quilibet: condictione vero ut fur proprio & ſingulari nomine. Porro hic nullam invenies conſtitutionem de condictione ex injuſta cauſa. Ex quo intelligimus ſolo hoc tit. indicari promiſcuum eſſe uſum condictionis ſine cauſa, & condictionis C ex injuſta cauſa: nam quod ſine cauſa habes, & ex non juſta cauſa habes, & contra.

AD TIT. X. *De obligationibus, & actionibus.*

POſt condictiones ſuperiores tranſitum facit ad alias actiones in perſonam ex contractibus, vel obligationibus civilibus, ex quarum numero primam jam poſuit condictionem ex mutuo. Actioni enim ex mutuo adhæret proprie condictionis nomen, & ab illa perductus eſt ad alias condictiones, quæ deſcendunt ex obligationibus legibus novis introductis, non expreſſo nomine actionis, vel quæ dominis in fures dantur, quaſi pœnæ cauſa conſtituto jure: nunc alias omnes examinaturus actiones in perſonam, quæ ſuum habent nomen D & proprium longe alio ordine quam in D. ut ſupra præpoſuit generalem condictionem indebiti ſpeciebus condictionum ob rem dati, cauſa non ſecuta, ob turpem cauſam, ſine cauſa, ſive ob injuſtam cauſam. Ita priuſquam veniat ad ſpecies earum condictionum, quæ ex contractibus & obligationibus civilibus naſcuntur, dat generalem titulum de obligationibus, & actionibus, præponit genus ſpeciebus, quod proponitur in Digeſtis. Ex contractus eſt obligatio: ex qua obligatione naſcitur actio in perſonam. Et hoc eſt, quod dicunt Doctores noſtri, obligationem eſſe matrem actionis ex *l. licet, §. ea obligatio, ff. de procur.* quod verbum uſurpavit Theophilus titulo de obligationibus in Inſt. matres actionum ſunt obligationes. Obligatio eſt juris neceſſitas: actio eſt executio obligationis, vel intentio ejus qui E alterum ad judicium provocat. Contractus eſt conventio, quæ proprium nomen habet, vel quæ nomine vacat: ſed datione & traditione, vel facto aliquo ſumpſit effectum: hæc eſt perfecta definitio contractus.

AD TIT. XI. *Ut actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant.*

TItulus decimus eſt generalis, & ſequentes uſque ad decimum octavum ſunt illius partes: & omnibus iis titulis agitur ut generales definitiones ponantur de obligationibus & actionibus: & has quidem habuimus in ſuperiori titulo proximo: ex alieno contractu neminem obligari, *l. 3. & 11. ſup.* non naſci obligationem efſica-

ficacem ex negotio contracto dolo malo, quod ſignificat, *l. 4. illo tit.* dum ait, bonam fidem in contractibus conſiderari æquum eſſe, id eſt dolum malum abeſſe: alioquin inefficax eſſet obligatio *l. 5.* Sequitur tertia definitio, voluntatis eſſe contrahere, neceſſitatis adimplere contractum, *l. 5. illo tit.* procuratori in rem ſuam ad agendum conſtituto mandatis actionibus nomine domini directam actionem dari, etiam mortuo domino relictis heredibus; & hoc genus mandati non finiri morte: cum tamen alias finiatur morte mandatoris, & procuratori ſuo nomine ſemper dari utilem actionem rei perſequendæ gratia, cum actio ei in rem ſuam mandata eſt. Non mandatis actionibus, nec debitore delegato, mortuo domino procuratori in rem ſuam conſtituto ad accipiendam pecuniam à debitore domini, ad agendum adverſus eum debitorem nullam ſupereſſe actionem: Et hoc caſu mandatum finiri morte etiam, quod in rem mandatarii factum eſt, *l. 8. eod. tit.* ſunt autem aliæ definitiones, quæ ſunt principia communia actionum. Cui mandata eſt actio principalis, & Servianam mandatam videri, *l. 6. & 7. illo tit.* Item in arbitrio eſſe creditoris, quod tamen mutavit Novel. Juſt. utra prius actione experiri velit, principali an Serviana, & alia aliam non conſumi, *l. 10. & ult. illo tit.* & poſtremo legibus, & judiciis compellendos debitores ad ſolvendum non armis, non ſervitio corporis, *l. 9. & 12. illo titul.* ob æs alienum ſervire liberos creditoribus jura compelli non patiuntur: nec jam igitur debitores poſſe necti, vel vinciri compedibus, & nervo: contra 12. tab. his omnibus definitionibus tituli decimi additur alia definitio hoc proprio, & ſingulari tit. 11. cur proprio? quia eſt nova regula juris introducta à Juſtiniano, ut ſcilicet obligatio, quæ non cœpit à defuncto, vel contra defunctum, à perſona heredis, vel contra heredem poſſit incipere: quod erat olim abſonum, ut plus juris haberet heres, quàm defunctus habuiſſet. Et eſt ei juri regula juris antiqui penitus contraria, *l. ult. C. Theod. de diverſ. reſcript. & §. poſt mortem, Inſtit. de leg.* apud Theophilum: tollitur antiqua verborum differentia, cum moriar, cum mortuus fuero, poſt mortem dari, vel pridie, quam moriar, dari: nam quoquo modo ſit conceptum negotium, ex eo naſcitur obligatio, & poteſt incipere ab herede, vel in heredem, *l. 11. inf. de contr. ſtipul.*

AD TIT. XII. *Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur.*

INter generales definitiones de obligationibus, & actionibus hanc poſuimus, neminem obligari ex contractu alterius: quod his verbis exponitur in *l. pen. hujus tit.* hoc eſt ex ſuo quemque contractu obligari, non ex alieno: & tantum abeſt, ut unus pro alio obligetur, ut nec dominus pro colono poſſit obligari, *l. 3. & 11. ſup. tit. 50.* Et ut etiam pro debitore pecuniæ creditæ non poſſit is conveniri ad quem ea pervenit, *l. pen. ſup. tit. eod.* quod & memini me legere apud Senecam lib. 5. de beneficiis. Ait enim, *exigi ab eo debere quidque in quem confertur: ſicut pecunia ab eo petitur cui credita eſt, quamvis ad me illa aliquo modo venerit,* non ſpectatur ad quem pervenerit, ſed quis contraxerit. Id etiam adeo verum eſt, ut nec conjux pro conjuge, nec mater pro filio, nec quiſquam omnino pro neceſſariis ſibi perſonis conveniri poſſit, ut hic, & titulo ſequenti oſtenditur; quamobrem vix videtur ullus excipiendus ab ea regula: neminem obligari ex alterius contractu, *l. ult. h. tit.* nam & pater pro filiofamilias, quamvis in pleriſque cauſis, & articulis juris civilis idem videatur eſſe pater, & filiusfamilias, tamen pater pro filiofamilias, vel dominus pro ſervo licet inter dominum, & ſervum eadem dicitur eſſe unio, capitis unius ſcilicet, civiliter non obligatur, nec jure prætorio in ſolidum, ſed in peculium duntaxat, ſi peculiati ſunt filiusfamilia, & ſervus: & quod in peculium tantum obligantur jure prætorio, ideo hic matri non junxit patrem; qui habet in ſua poteſtate filium: ſed dixit, ne mater pro filio, non dixit ne pater pro filio: quoniam pater pro filio obligatur ad modum aliquem jure prætorio actionibus honorariis de peculio, de in rem verſo, quod juſſu, & filium cum dicimus, plerumque filiumfam. non emancipatum intelligimus in hoc titulo, & ſeq. Eadem ratione filio emancipato non junxit filiumfamilias, quia, vel de peculio pater tenetur pro filiofamilias.

AD TIT. XIII. *Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſervus pro domino conveniatur.*

AD ſuperiorem regulam, qua cavetur neminem obligari ex contractu alterius, Additur in hoc tit. nec filium obligari pro patre, nec patrem pro emancipato filio, nec libertum pro patrono, nec ſervum pro domino, quod in ſervo eſt certiſſimum: cum ex contractu ſuo ſervus nullo jure conveniatur, cum nullam perſonam habeat, *l. tutelæ, §. 1. D. de capite min. l. ult. ſup. de noxalib. action. l. 7. & 8. ſup. de judic.* & quamvis hoc de ſervo legitur in *l. ult. hoc tit.* dum ait ex contractu domini ſervum conveniri non poſſe, tamen in ipſo titulo non fuit additum in manuſcriptis, *vel ſervus pro domino,* nec in Baſilicis. Et quidem in *d. l. ult.* id factum videtur obiter, patrono ſcilicet conjuncto domino, & liberto ſervo. Ex noviſſimis conſtitutionibus ſublatus eſt mos, ut vicanus pro convicano conveniretur, quod jus tantum exercetur in hoſtes, ut ſi quid mihi hoſtis eripuerit, id poſſim repetere à quolibet ex hoſtium numero: vulgo repreſſalias vocant, *repreſailles.*

AD TIT. XIV. *An Servus ex ſuo facto poſt manumiſſionem teneatur.*

SEquitur in hoc tit. alia regula generalis de obligationibus, & actionibus, quæ eſt hujuſmodi: de eo quod quis contraxit, vel geſſit in ſervitute, poſt libertatem, ei vel in eum nullam actionem eſſe, utputa ſi ei credita ſit pecunia in ſervitute, condici eam libero facto non poteſt. Cujus regulæ ratio eſt, quia nec ab initio fuerit obligatus, *l. in perſonam, l. cum ſervo, D. de reg. jur.* nam etſi ſervus ex contractu ſuo naturaliter obligetur, *l. ſervi, D. de oblig. & act.* tamen ea naturalis obligatio non parit actionem. Porro quæ ab initio non fuit actio, nec eſſe poſt libertatem poteſt. Excipitur unus caſus, ſi id quod is geſſit in ſervitute, ſit connexum cum eo, quod geſſit poſt libertatem, *l. tutorem, ff. de adminiſtr. tut. l. 7. ff. de neg. geſt.* hæc facit ratio connexi, ut quod geritur poſt libertatem trahat ad ſe geſtum in ſervitute, ac ſi gereretur poſt libertatem potius, quam trahatur ad tempus ſervitutis, ut natura docet, facilius iri prorſum, quam retrorſum. Caſu illo excepto, nulla eſt actio poſt libertatem, vel domino, vel extraneo, vel manumiſſo: quamobrem in tractatu de ſolutionibus, quo docemur, id quod debitor ex pluribus cauſis indiſtincte ſolvit, non dicens in quam cauſam ſolvat, id cedere in antiquiorem contractum, id ſolvere antiquiorem obligationem, *l. 5. & 25. ff. de ſolutionib.* recte dicitur, in manumiſſo non eſſe antiquiorem contractum eo, quem ſtatim poſt libertatem habere ſolet cum patrono de præſtandis operis, & dono, vel munere, dum promittit ſtatim à libertate ſe daturum aliquid, vel id jurat, quia ſcilicet contractus habiti in ſervitute pro nullis computantur, *l. in liberto, ff. de ſolution.* ubi dicitur: *In liberto antiquior contractus operarum eſſe non poteſt, ſine quo ei data libertas non eſſet:* Hoc apertius Græci dicunt: *non poteſt contractus liberti vetuſtior eſſe, quam operarum,* ſcilicet poſt libertatem patrono promiſſarum: & hic factum interpretor contractum, vel quaſi: nam actionum ex delictis venientium obligationes cum capite ambulant: nam & hæ in ſervitute incipiunt, *l. tutelæ, §. injuriarum, ff. de cap. min.* & vulgo

go dicitur; noxam caput ſequi, quod ſcilicet nocuit, *l. 4. h. tit.*

AD TIT. XV. *Quando fiſcus vel privatus debitoris ſui debitores convenire poſſit, vel debeat.*

Sequitur tit. 15. in quo legendum eſt, exigere, non convenire. Pendet hic titulus ex ſuperiore regula, neminem ex alieno contractu, &c. & ait creditorem non poſſe convenire debitorem debitoris ſui pro ea ſumma quam ei debet, ut poſſit conveniri actione in perſonam: Regula eſt de actione in perſonam: aliud dicemus de actione Serviana vel hypothecaria: poteſt enim creditor exigere debitorem ſui debitoris actione Serviana jure taciti pignoris vel manifeſti, ſi debitor nomina, quæ habet pignori poſuerit, ſpecialiter, vel generaliter, vel ſi tacito jure intelligantur pignerata: hoc caſu licebit creditori jure hypothecæ convenire debitorem debitoris, & licet titulus dicat *fiſcus vel privatus*, diſtat tamen fiſcus à privato: nam fiſcus ſemper habet jus taciti pignoris, exceptis quibuſdam privilegiariis creditoribus. Nec videntur nomina pignori eſſe obligata, niſi ita nominatim convenerit, *l. nomen, inf. quæ res pign. oblig. poſſ.* & præterea fiſcus debet prius excutere principalem debitorem, quam debitorem debitoris jure hypothecæ, *l. pen. hoc tit. inf. de conven. fiſci deb. l. Moſchis, ff. de jure fiſci*: privatus autem habet arbitrium conveniendi quem velit ſi nomen ſit ei pigneratum: principalem debitorem, aut principalis debitoris debitorem, *l. ult. ſup. tit. 20.* plus habuit olim privatus, quam fiſcus: fiſcus non habuit electionem: ſed hodie ex Novel. 3. idem jus eſt in utroque. Et præterea hac in re diſtat pignus conventionale ab eo quod capitur judicati exequendi gratia: nam jure conventionis nomen pignori obligatum perſequor etſi debitor ſit ſolvendo, ut dixi, ſi privatus ſim, quia habeo jus electionis, nec tamen capio nomen ex cauſa judicati aliter quam ſi non ſint alia bona, quæ pignori capi poſſint, *l. 2. hoc tit. l. à D. Pio, §. ſic quoque, ff. de re jud.* Quod tamen audio non obſervari hodie: nam quidlibet, vel nomen ſtatim initio capi poſſe in cauſam judicati. Privatus igitur agit primum quando ſunt ei mandatæ, & ceſſæ actiones: item quando capitur ex cauſa judicati deficientibus aliis facultatibus condemnati.

AD TIT. XVI. *De hereditariis actionibus.*

Hic titulus pertinet ad ſuperiorem regulam, neminem obligari ex alterius contractu, ut ſcilicet intelligatur ab ea ſemper excipiendum eſſe heredem, vel bonorum poſſeſſorem: nam hic propius accedit ad perſonam defuncti, quam filius ad perſonam patris, vel quiſquam alius ad conjunctam ſibi perſonam, unde ita definiamus: actiones hereditarias eſſe, quæ cœperunt ex perſona vel in perſonam defuncti, & tranſierunt in ejus heredem: nam quæ cœperunt ab herede, vel in heredem, ut actiones legatorum, quæ proculdubio incipiunt in heredem, heredis ſunt, ſive obligationes quibus eum oneravit defunctus: quia eum honorabat, potuit eum onerare: heredis, inquam ſunt, non hereditariæ, vel hereditariarum loco ſunt, *l. hered. ff. de obl. & act.* & præterea ſolæ actiones in perſonam ſunt hereditariæ: nam, & de his ſolis agitur in hoc titulo: & his convenienter heredes ſunt creditores, & debitores hereditarii diviſis inter eos actionibus pro hereditariis portionibus, *l. 2. hoc tit.* legatarii non ſunt creditores aut debitores hereditarii, nec etiam fideicommiſſarii ſunt creditores hereditarii, quia non ſunt juris ſucceſſores, & ſucceſſio juris generalis eſt: hereditas complectitur commoda, & incommoda, *l. ult. hoc tit.* non ſunt etiam ipſi debitores hereditarii, id eſt, quorum nomina ſunt in hereditate: nam hi non ſuſtinent onus æris alieni. Ex quo intelligitur, creditorem vel debitorem hereditarium dici duobus modis: vel heredem ipſum, vel debitorem ipſum, vel creditorem defuncti, qui poſt aditam hereditatem ſit creditor aut debitor heredis.

AD TIT. XVII. *Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.*

Sequitur tit. 17. qui pertinet etiam ad hereditarias actiones, quæ à defuncto in heredem tranſeunt, & inde nomen habent, quod tranſmittantur in heredem quæ naſcuntur ex contractibus, vel quaſi contractibus defunctorum: hæ enim in heredem tranſeunt in ſolidum, etiam lite non conteſtata cum defuncto: non ſunt proprie hereditariæ actiones ex delicto, vel quaſi delicto: nam quæ naſcuntur ex delicto defunctorum, non tranſmittuntur, niſi lis conteſtata fuerit cum defuncto: cœptam enim litem cum defuncto heres ſuſtinere dicitur, lis à defuncto continuatur, ſeu transfertur in heredem, vel ſi res fuerit judicata adverſus defunctum, quia tunc actio ex delicto non tranſit in heredem defuncti, ſed actio judicati civilis, quæ cœpit à defuncto. Porro poſt litem conteſtatam vel condemnationem defuncti, heres ex aſſe tenetur in ſolidum, heres pro parte, tenetur pro parte tantum pro qua heres eſt, & ſi res de qua agitur, ſolida ſit apud eum, *l. in condictione 9. ff. de cond. furt. l. 2. in fi. ff. de prætor. ſtipulat.* Quod ſi lis non fuerit conteſtata, vel defunctus non fuerit condemnatus ex maleficii cauſa, ſane heres non tenetur ex delicto defuncti, niſi quatenus locupletior hereditas ex ea re ad eum pervenerit, dolove malo ejus factum eſt quo minus perveniret, & in id, quod pervenit heres tenetur potius calculi nomine, quam maleficii, ut ſi reddat rationem ejus, quod continetur in hereditate: nihil enim mali fecit heres: igitur nomine maleficii nunquam tenetur, etſi ad eum, quid pervenerit, ſed calculi tantum ratione, ne ex alieno damno, & ne ex alieno ſcelere locupletior fiat, *l. in heredem. & l. Sabinus, ff. de donat.* & ait hoc tit. *ne alieno ſcelere ditentur*, quæ ratio eſt accipienda generaliter, & adjungendum, moribus turpe eſſe lucrum, quod etiam ad innocentes ex alieno ſcelere pervenit. Nunc explicandum eſt quomodo hic delicta intelligenda ſint: an publica crimina intelliguntur, de quibus ſunt publica judicia? non: nam exceptis quibuſdam, hæc crimina non tranſeunt ad heredes, etiamſi lis conteſtata ſit cum defuncto, modo non fuerit ſequuta condemnatio; nam condemnatio, quæ ex cauſa publici judicii defunctum tenuit, tenet etiam heredem: litis conteſtatio, quæ tenuit defunctum, non tenet heredem, *l. ex judiciorum, ff. de accuſ.* ergo non dicamus delicta hic publica crimina, quandoquidem definitur, poſt litem conteſtatam ex delicto tranſire ad heredes: quod in publicis criminibus falſum eſt: ſed delictorum appellatione comprehendimus privata delicta ex quibus dantur forenſes vel civiles actiones, pœnales aut mixtæ, aut etiam rei perſecutoriæ, nam hæ non dantur in heredem niſi poſt litem conteſtatam, etiam ortæ ex delicto: & ut maximam partem earum recenſeamus, hæ ſunt actiones ex delicto, quæ non tranſeunt niſi poſt damnationem, vel litem conteſtatam cum defuncto, furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, damni injuriæ ex lege Aquilia, condictio furtiva, quæ ut ſuo titulo oſtendi, etſi rem perſequitur, ex delicto videtur naſci, nec datur in heredem in ſolidum. Item actio de dolo malo, quod metus cauſa, ad quam proprie hæc conſtitutio pertinet: nam ut ait Accurſius, vis non eſt rapina, ſed concuſſio, & in hac conſtitutione concuſſio eſt metus, terror. Igitur pertinet hæc quæſtio ad actionem quod metus cauſa, ſed porrigitur ad ſuperiores enumeratas: immo & ad actionem in factum ex edicto de calumniatoribus, vel ex edicto de alien. jud. mut. cauſa facta, & ad actionem in factum ex edicto de edendo: nam hæ actiones veniunt ex delictis: & delictum igitur hic ſatis ample accipitur, cum non contineat tantum ſolemnia delicta privata: ſed & alia, dolum malum, concuſſionem, imo ſervi corruptionem: hujus

enim actionem includimus hoc titulo, actionem arborum furtim cæſarum, & de incendio, ruina, naufragio, & actionem de eo, qui pro libero ſciens veniit. Interim velim definitionem hujus tit. pertinere ad actiones quæ ſunt ex quaſi delictis, quod oſtendit *l. Julianus*, *ff. de jud. l. ult. §. hac judicia*, *ff. nautæ, caup. ſtab. l. 5. §. hic autem*, *de his qui dejec. vel effud.* Pertinet & aliquando ad actiones, quæ dantur ex contractibus, cum in eis quoque delictum verſatur, *§. aliquando*, *Inſtit. de perp. & temp. act.* Dico aliquando, cum in contractu defunctus lucrum captavit ex damno alieno, vel etiam cum lucrum alteri præſtitit ex eo contractu per gratiam, *l. 1. C. de fid. tut.* vel etiam in ea litigatur ob negligentiam, quæ latæ culpæ comparari poſſit, hoc caſu actione ex contractu, ſi in ea delictum verſatur, heres non tenetur niſi lite conteſtata, vel damnato defuncto. Et rurſus dico aliquando, alioquin actiones ex contractibus defunctorum, vel quaſi plane hereditariæ ſunt & in ſolidum contractus nomine habiti cum defuncto.

AD TIT. XVIII. *De conſtituta pecunia.*

A Titulo 10. animus fuit compilatoris Codicis tradere generalia præcepta de obligationibus, & actionibus. Et poſtquam ſpecialiter egit de hereditariis actionibus ſuperioribus titulis, quibus omne genus actionum in perſonam includitur, voluit etiam de conſtituta pecunia ponere ſpecialem titulum: tum etiam quod eo continеatur etiam omne genus debitarum pecuniarum, omne debitum, *l. 1. §. ſi debitum*, *ff. eodem*. Tum etiam, quod dubitabatur an actio conſtitutæ pecuniæ quaſi pœnalis, ſecundum tit. 18. non eſſet danda in heredem, niſi lite conteſtata cum defuncto. Quod definitur, *l. 1. & 2. hoc tit.* ut videtur in heredem. Et aperte, *l. 18. §. e re*, *ff. eod.* videatur perſequi rem non pœnam. Conſtituta pecunia eſt debita pecunia à ſe vel ab alio, quam certo die ſe curaturum quis recipit citra ſtipulationem: & id genus conventionis olim apud menſarios dicebatur receptum, & actio quæ ex ea re competebat actio receptitia, quoties argentarii, qui ſolebant ſe negotiis omnium miſcere: nemine contrahere volente, niſi ad menſam recipiebant ſe ſoluturos quod quis caviſſet: ex quo civili negotio dabatur actio civilis & legitima: hodie appellatur conſtitutum, & eſt juris prætorii: nam actio de conſtituta pecunia eſt prætoria, non legitima: & fit conſtitutum citra ſtipulationem, per epiſtolam, vel per nuntium: quo genere non fit ſtipulatio, *l. qui autem*, *§. ult. l. Titius*, *l. quidam*, *ff. eod. l. quidam*, *hoc tit.* hoc modo: Centum, quæ Titius accepit mutuo ex arca tua, vel non adiecta certa quantitate, ea ſalva ratione uſurarum penes me habes? quod eſt conſtituere, etſi non ſit adiecta dies certa ad ſolvendum in conſtituto, *l. promiſſor*, *§. ult. l. poſſeſſor*, *ff. eod.* Eſt etiam genus conſtituti in epiſtola Pauli ad Philemonem: *Quare læſit te Philemon, aut quod is tibi debet, imputato mihi, ego Paulus manu mea ſcripſi, ego reddam.* Inter conſtitutum, & fidejuſſionem nonnihil intereſt. Non fidejubeo pro meipſo, *l. heres*, *§. ult. ff. de fidejuſſ.* conſtituo etiam pro meipſo. Et fidejuſſio intelligitur eſſe pura, ſine die, niſi ſit adiecta dies, qua caveat, ſe pro alio ſoluturum. Conſtitutum etiam die non adiecta, ad diem fieri intelligitur, vel minimum ad decem dies, *d. l. promiſſor*. Ea vis eſt verbi conſtituere. M. Tullius: *Si quid conſtitutum cum podagra habes, &c.* Ac præterea fidejuſſor futuræ obligationis accipi poteſt, quod in recepto obtinuit apud menſam argentariorum. Conſtitutum non valeret, niſi pecunia debita, vel natura: ſufficit deberi natura ut conſtitutum valeat, ſicut fidejuſſio. Ac præterea ex conſtituto eſt actio Prætoria: ex aliis eſt actio civilis, & fit conſtitutum quibuſcumque verbis, non ſolemnibus, *l. 14. §. ult. ff. eod.* actio conſtitutæ pecuniæ quaſi in factum concipitur, nec habet formulam certam: cujus contractus non eſt ſolemnis formula, nec actionis eſt. Recepti erant ſolemnia verba ante Conſtantinum. Item ante Juſtin. in *l. 2. hic*, non erat ex conſtituto actio, niſi earum rerum nomine, quarum datione iri ſolebat in creditum, in quibus rebus alia pleraque recepta ſunt ſingularia, *l. ſingularia*, *de rebus credit.* In quibus hoc velim numerari ut conſtitutum earum valeat ſine ſtipulatione. Et præterea non erat actio perpetua ante *d. l. 2.* ſed annalis tantum, ut videretur dari ex conſenſu mero, & quaſi ex pacto nudo, ſicut à prætore de pignore ex pacto mero datur actio, *l. ſi tibi*, *§. de pignore*, *ff. de pact.* Cave dixeris actionem conſtitutæ pecuniæ eſſe ex pacto nudo: nam conſtitutum eſt contractus, quia imitatur receptum, quod fuit contractus: precarium autem eſt contractus, quia ſimile eſt commodato, & ea ratione conſtitutum eſt contractus: fit quidem conſtitutum nudo conſenſu, ſed non eſt is nudus conſenſus, & nudum pactum: nunquam invenies emptionem perfici nudo pacto, quod eſt nudus conſenſus: ſed non omnis nudus conſenſus, eſt pactum: & pactum eſt nudus conſenſus, quia non tranſit in proprium nomen contractus. Intelligitis actionem hanc fuiſſe annalem, dari ſingulariter ex nudo conſenſu, & non dari de omnibus rebus ſecundum jus vetus ante *d. l. 2.* eo factum eſt, ut pleriſque videretur dari ex delicto, quod improbe fidem fefelliſſet, qui ad condictum diem dare fefelliſſet, quod ipſe vel alius debeat: nudus conſenſus non eſt ſatis efficax ad perficiendam actionem, tamen ex mero conſenſu dabitur in te actio in odium tui, id eſt, propter perfidiam tuam: ac proinde quaſi pœnalis ex parte rei non videbatur danda in heredem rei: nec tamen obtinuit: nam & actio conſtitutoria datur in heredem ſed verius eſt hunc titulum fuiſſe applicatum ſuperioribus duobus, ut intelligeretur, etiam actionem conſtitutæ pecuniæ eſſe hereditariam.

AD TIT. XIX. *De probationibus.*

UT cohærentiæ titulorum ratio reddatur more majorum, Actionum ſumma diviſio hæc eſt, quod aliæ in rem ſunt, aliæ in perſonam, aliæ mixtæ. Tertius liber dicatus eſt actionibus in rem & mixtis: hic autem liber quartus dicatus eſt actionibus in perſonam, quæ condictiones dicuntur communi nomine, ſicut actiones in rem communi nomine vindicationes dicuntur: & jam initio hujus libri 4. propoſita eſt actio ex mutuo, quæ condictionis commune nomen fecit ſuum: deinde propoſitæ ſunt multæ condictiones, ut ex promutuo ex æquo, & bono, ex novis legibus, ex cauſa furtiva, quæ non aliud quam commune nomen habent: communi autem nomine explicato, alias actiones in perſonam executurus, quæ ſcilicet ex negotiis, & obligationibus civilibus dantur, & quæ nomen ſuum habent proprium, quod nulli alii rei conveniat, & quaſi deponunt commune, ut actio mandati, depoſiti, locati, pigneratitia, pro ſocio &c. A tit. 11. cœpit dare communia, & generalia præcepta de obligationibus, & actionibus, nec dum id peregit: nam hic titulus pertinet etiam ad generalia præcepta, vel ad ea, quæ ſunt communia omnium actionum: nam inanes ſunt actiones, niſi ut dicitur indubitata probationis fide apud competentem judicem liqueat vera eſſe, quæ in judicium deducuntur: hoc vero quis præſtare debeat, actor an reus, in ſingulis actionibus quæri & diſceptari ſolet: & per ſingulas quoque actiones itur hoc titulo hujus rei explorandæ gratia, ſed non per omnes quidem actiones: eſſet enim res immenſi operis, ſed certas quaſdam, veluti in condictione ſi certum petatur, quæ ex mutuo eſt, quis probare debeat, *l. 1. hoc tit.* & in actione in rem, *l. 2. & 4. l. 12. cum res*, *& l. 21. ad probationem*, *hoc tit.* & in actione in factum, qua magiſtratus municipalis convenitur ex facto collegæ, *l. 3.* & in cauſa reſtitutionis in integrum, cum de ætate quæritur; *l. 9.* & in actione præjudiciali, *l. 13. & 14.* & in petitione hereditatis uter probare debeat, *l. 11.* & in cauſis criminali-

nalibus, *l. pen. & ult.* & hoc nomine ſoleo commendare titulum de probationibus, quod eat per multas actiones: lis enim nulla eſt, vel actio, quæ non indigeat probatione, probatio autem eſt intentionis ſuæ legitima fides quam facit judici actor, vel reus, vel uterque: probatio fit judici non adverſario, quis hoc neſcit? *l. quingenta* 12. *ff. eod.* & quandoque exigitur ab utraque parte, prout religioni judicantis viſum fuerit, ut in cauſis criminalibus, *l. ult. in fi. inf. de abolition.* item in quæſtione generis, aut familiæ, *Nov.* 36. atque etiam in quæſtione, *l. pen. hoc tit.* quod ad eam quædam ſuppleri velim, ſi ſcriptura, quæ profertur in judicium, ſuſpecta dicatur ab eo adverſus quem facere dicatur is, qui ea utitur, veram eam eſſe probare debet, alioquin tenetur falſi crimine: & ut eleganter ait *l. pen. tanquam reus nefariæ ſcripturæ:* quicquid enim falſum, id & nefarium eſt, ſed addamus ad *d. l. pen.* ex *l.* 4. *C. Theod. de fide teſtium*, etiam eum, qui dubitat, quique in dubium revocat ſcripturam, debere docere pro ſua parte eam eſſe falſam: ſic fiet ut utraque pars impleat intentionis ſuæ probationes. Et in *leg. pen.* eſt reponenda vetus ſcriptura tam in hoc C. quam in C. Th. ut ita legatur illo loco: *rum quid in judicio promerint*, verbo formato ex præſenti, ut in *l.* 4. *inf. de inceſt. nupt. ſi conjuctionem diremerint*, & *l.* 13. *§. ſi is, qui hominem, de acceptilat. tolliſſe totam obligationem*, in quibuſdam legitur *tuliſſe*: non ſunt hæc errata, ſed archaiſmi minime abolendi. Porro duæ ſunt præcipuæ probationum ſpecies, inſtrumenta, & perſonæ, *l.* 2. *inf. de fide inſtr. l.* 1. *ſup. de dilat.* Heliodorus, qui Æthiopica ſcripſit, lib. 10. *Omnis*, inquit, *lis, omne judicium duas novit maximas probationes, ſcripturas, & teſtes*: ſed adjungi poſſunt pro tertia ſpecie argumenta, indicia, & ſigna, ut in *l. ad probationem, hoc tit. ſi*, inquit, *ad probationem domino non ſufficiat inſtrumentum, non reprobari cætera probationis indicia*: & ita in *l. indicia, ſup. de rei vindic. dominium probari indiciis non minus, quam inſtrumentis*, indiciis puta finium, & terminorum, vel aliis modis, non quibuslibet, ſed ut ait *l. indicia, certis, quæ jure non reſpuuntur*, & *l. ult. hoc tit. indiciis indubitatis omni luce clarioribus* Et Cicero pro Cœlio: *argumentis*, inquit, *agemus & ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus*. Levia & exilia argumenta ſpernit judex, & illegitima. Alia enim ſunt legitima, alia illegitima, ut termini ſigna ſunt legitima. Et recte Imperator Galba apud Suetonium, cum quæreretur de dominio jumenti, & uterque levibus argumentis, & teſtibus uteretur, ideoque difficili conjectura veritatis, ita decrevit ut jumentum ad lacum ubi adaquari ſolebat, duceretur capite obvoluto, ibique capite revelato ejus eſſet ad quem ſua ſponte ſe à potu recepiſſet: hac arte cum deficerent idonea argumenta, invenit certiſſimum argumentum quo deprehenderet verum jumenti dominum. Et alia arte Salomon rectiſſimus Rex veram matrem, indicta nece pueri deprehendit: & Claudius Imperator indicto matrimonio invenit, quem mater pro filio non agnoſcebat: ſtatim atque indictum fuit matrimonium mulieri, abhorrere cœpit ab eo, ſuadente lege naturæ. Et ad hæc pertinet *l.* 1. *§. ad quæſtionem, D. de quæſt.* non eſſe facile credendum eam puellam ſuppoſitam eſſe, quam ambo parentes dicuntur charam filiam habuiſſe. Jam dicamus levia, & mediocria argumenta non plane ſufficere ad probationem, ſed judicem tantum adducere ad ſuſpicionem, *l. in lege Aquilia. D. ad leg. Aquil.* Qui locus eſt de argumentis, & ſignis intelligendus, ut notant Græci interpretes lib. 60. Baſilic. tit. 3. c. 40. Quæſtio eſt de eo, qui teſtibus nunc probare poteſt pecuniam ſibi deberi ſub conditione argumentis, vel teſtibus quos contendit ſupereſſe non poſſe tempore quo exiſtet conditio: poſſunt utique hæc argumenta judicem adducere ad ſuſpicionem, & efficere ut ea in teſtationem reducantur apud acta, ut fit hodie in æternam rei memoriam ex *d. l. in lege*, & *l.* 3. *§. duæ, ff. de Carbon. edic.* Hæc vero fere ſunt probationum ſolemnium, & legitimarum genera, quæ dixi: & fere tria ſunt genera non legitimarum: inſtrumenta: & ſcripturæ domeſticæ: nam & domeſtici teſtes reprobantur: teſtationes privatæ, teſtationes patrisfam. non ſunt legitimæ probationes in re patrisfamilias, nec in fraudem aliorum. Expenſilationes privatæ non ſunt etiam probationes legitimæ, *l.* 5. 6. & 7. *hoc tit.* Et his convenienter Siculus Flaccus lib. de limitibus agrorum ait, privatas formas agrorum non obligare, non facere fidem, & Cic. pro Roſcio Comœdo: *ſuum Codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt*: hiſque probationum conſuetis ac legitimis, veluti chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione, adjungit Gellius lib. 14. cap. 2. expenſilationem, & menſæ rationem. Id non pertinet ad privatam expenſilationem, ſed ad eam, quæ fit ad menſam, tabulis argentarii, quorum eſt publica fides, *l. Argentarius, §.* 1. *ff. de edendo*, etiam lex 14. *hoc tit*, non legitimis probationibus adjungit profeſſionem natalium, ut ſi mihi eo die filium natum profeſſus fuero publice privatimve: ementita hæc profeſſio natalium, vel mea adſeveratio, aut nominatio, ut ſi quis L. Titium filium ſuum nominaverit, vel affirmaverit, non ideo probatur, L. Titium filium ejus eſſe: vel ſi defunctus in teſtamento dixerit, L. Titium ſibi debere pecuniam certam, puta decem, *l.* 6. *h. tit.* nudo defuncti dicto non creditur. Jusjurandum quoque nolim adnumerari inter ſolemnia, & legitima probationum genera per ſe ſolum, *l. eum qui, D. de jurejur.* fateor jusjurandum actorem exonerare probationis neceſſitate, & deferri deficientibus omnibus aliis probationibus, *l. tutor in princ. ff. eod. l.* 1. *ſup. de reb. cred.* Et rurſus fateor eſſe jusjurandum adminiculum infirmarum probationum, veluti rationum privatarum, ut eſt in edicto Juſt. 7. nam hæc poſſunt fidem facere, adhibito jurejurando, quod detulerit judex, vel reus: ſed nego per ſe ſolum jusjurandum eſſe legitimum probationis modum: alioquin reus cum quo agitur ex ea cauſa, quæ inficiatione creſcit in duplum, qua damnaretur tantum in ſimplum ſi non inficiaretur, quaſi reus negaret, creſceret in duplum actore jurante ſibi deberi: hoc eſt, ſi jusjurandum legitima probatio eſſet, haberemus reum pro inficiatore, qui negaverat, ſe debere, ſi jurejurando adverſarii convinceretur: & tamen non habemus pro inficiatore aliter, quam ſi idoneis teſtibus convincatur, vel tabulis, quæ maxime. & legitimæ probationes ſunt, *d. l. eum, qui in princ.* Et recte in *d. leg.* 4. *ad leg. Aquil.* cum dicitur, actionem legis Aquiliæ dari debere in duplum contra negantem, ſi probetur damnum dediſſe, recte Accurſ. notat, probari hoc debere inſtrumentis, vel teſtibus, nec ſufficere jusjurandum actoris, jusjurandum inficiatorem non facere, de ſuſpicione non eſſe probationem legitimam non ambigitur: neque enim quis ex ſuſpicione damnari debet, *l. abſentem, ff. de pœnis.* Plinius in Epiſtolis: *ſicut implicita ſuſpicionibus non ſatis contemnantur*: aliud enim ſunt probationes, aliud ſuſpiciones. Notat Rufinus in Hieronymum: *Nos quidem ex ſuſpicionibus condemnat ipſe, nec ex ſuis chirographis teneri vult, & ſuſpicionibus*: Addo argumenta, ex argumentis naſcuntur ſuſpiciones, *d. l. in lege Aquilia*: nam neque his, neque illis confirmatur fides ejus rei, de qua agitur, id eſt, non probant argumenta, niſi ut dixi, ſint indubitata, & omni luce clariora: ſed judicem tantum movent argumenta, & ſuſpiciones, & adverſarium quandoque adigunt probare, ita ut ſola confeſſio deeſſe videatur, *l.* 1. *§.* 1. *D. de quæſtion.* Quamobrem ſæpe ab argumentis, & probationibus pervenitur ad jusjurandum, vel quæſtionem, quaſi adminicula argumentorum, quibus urgetur reus, non perurgetur, nec convincitur, quo adminiculo corroboratur probatio, & ita completur probatio, *l.* 5. *hoc tit.* confeſſio autem propria comparatur confeſſioni teſtium, *l. ſervos, inf. ad l. Jul. de vi pub. ſeu priv.*

AD TIT. XX. *De teſtibus.*

A Generali titulo de probationibus, quem heri expoſuimus, tranſitum facit ad probationum ſpecies formas. Ac primum de fide teſtium agit, deinde titulo ſequenti de fide inſtrumentorum: plures autem teſtes ad conſtituendam fidem ejus rei de qua agitur, exiguntur: unius teſtis nulla eſt fides, *l. 9. hoc tit.* & unius tamen inſtrumenti plena eſt fides: peſſimi exempli eſt unius teſtimonio credi. Quod dictum tribuitur L. Scævolæ à Valerio Maximo lib. 4. cap. 1. verumtamen Theophilus noſter in teſtamento militari admittit teſtimonium unius teſtis juſti, & fide digniſſimi cui præſcribi non poſſit. Etiam invenio Conſtantinum Imperatorem in conſtitutione quadam de Epiſcopali judicio, quam invenietis poſt C. Theod. unius Epiſcopi teſtimonium admittere, *Teſtimonium*, inquit, *ab uno licet Epiſcopo perhibitum omnes judices incunctanter accipiant*, quaſi faciat fidem plenam, ſed id poſtea adeo fuit mutatum ab aliis Imperatoribus Chriſtianis, ut nec volentes, nec invitos Epiſcopos voluerint ad teſtimonium admitti, *l. nec honore, ſup. de Epiſc. & cler. Nec honore, nec legibus Epiſcopi ad teſtimonium dicendum flagitentur*, id eſt, neque volentes, neque inviti: legibus invitis teſtimonium nuntiatur: honor autem eſt volentem recipi in teſtimonium: ſed exiſtimat Theodoſius in ea l. minui potius honorem Epiſcopi, ſi ad teſtimonium admittatur: ſed ad rem: plures teſtes exiguntur, ut dixi, ad probationem conſtituendam, nec ſufficit unus regulariter: nam legibus ſolet definiri numerus plurium teſtium in unoquoque negotio, ut teſtium decem in confarreatione, quod eſt genus contrahendarum nuptiarum. Ulpianus *tit. 9. de his, qui in manu ſunt: farre*, inquit, *convenitur in manum certis verbis, & teſtibus decem præſentibus*: exiguntur ſeptem teſtes in teſtamentis, quod eſt notiſſimum, & divortiis, *l. nullum, ff. de divort.* in Codicillis exiguntur quinque teſtes, *l. hac conſultiſſima, §. pen. & l. cum antiquitas, §. 1. inf. de teſtam. & l. ult. inf. de Codicillis*: totidem etiam exiguntur, aut ſufficiunt in teſtimonio ruſticanorum, *l. fi. inf. de teſtam.* & in nuda voluntate exiguntur tres, ut declarat lex 27. *inf. de teſtam.* Invenio in cauſa repetundarum ex l. Servilia deſiderari centum, & viginti teſtes apud Valer. Max. lib. 8. cap. 5. quæ tamen effrenata multitudo teſtium poſtea conſtitutionibus coercita eſt, ut ait eleganter *l. 1. §. quanquam, ff. eod.* ſed pendet hodie omnis ea res ex arbitrio judicis, ut quem putaverit dignum, teſtium numerum in quacumque cauſa, eum vel admittat, vel requirat, ubi autem legibus non eſt definitus numerus teſtium, ut in furti conceptione, quæ ex 12. tabulis fit teſtibus præſentibus, non addito numero. Et ſimiliter eadem lex 12. tab. in vindiciis ſumendis, quas jubet ſuperſtitibus, id eſt, teſtibus præſentibus ſumi, non addito numero, his caſibus duo teſtes ſufficiunt, *l. 12. ubi numerus, ff. de teſtib.* Et quod ait eadem lex, pluralem locutionem, cui non adjicitur numerus, nempe hanc, teſtibus præſentibus, duorum numero eſſe contentam, hoc eſt, quod dicimus in dubiis nos ſequi minimum: lex 1. *hoc tit.* eſt Græca, necdum prodita eſt ejus ſententia: ἄγραφος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται, id eſt, adverſus ſcripturam teſtes non admittuntur, Quod ex ipſa conſtitutione, ut opinor retulit Paulus lib. 5. Sentent. tit. de teſtib. *Teſtes*, inquit, *ſi de fide tabularum nihil dicitur*, id eſt, ſi non dicuntur falſæ tabulæ, *adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt.* Et quod Harmenopulus ſcribit lib. 1. tit. de teſtib. *Teſtes adverſus ſcripturam nihil poſſunt valere*, eſt ex hac conſtitutione: atque ita evenit ut plus poſſint inſtrumenta, quam teſtes: quod accidit etiam in pleriſque cauſis, ut eis fidem adhibere oporteat per inſtrumenta, non per teſtes: omnino neceſſaria eſt ſcriptura, ut in ſpecie legis 15. *ſup. ſi minor ſe major dix. & l. generaliter, inf. de non numer. pec. l. pen. inf. de contrah. ſtipul. & Nov. 90.* ſane multum tribuitur in hac l. 1. inſtrumentis, dum eorum fidem dicitur teſtibus convelli non poſſe, ſi ſuſpecta non dicantur: ſcriptum ſcripto contrario evertitur, non teſtibus, ut chirographum apocha abolet: quod tamen in Baſilicis notatur ita eſſe accipiendum, ut non ea ſententia paſſim abutamur: nam contra teſtimonia admitti teſtes ipſos quorum ſunt teſtimonia, juxta verbum Adriani: teſtibus oportet, non teſtimoniis credere: nam teſtimonia in ſcriptum redacta nullius ſunt momenti, niſi ei ſuffragetur vox teſtium ipſorum, quorum ſunt teſtimonia, *l. 3. §. idem etiam divus, ff. de teſtib. & Nov. 73. cap. 3.* Et recte Cornel. Tacitus lib. de orat. Teſtimonia, ait non per abſentes, nec per tabellam dari debere, ſed coram, & præſentes, vel ſane ſi per tabellam dederint, nihil egiſſe, niſi ea ipſimet confiſment coram, & præſentes, hoc eſt, quod dicitur, non teſtimoniis, ſed teſtibus credendum: alias vero contra ſcripturam, cujus fides in dubitationem non vocatur, teſtes non rogantur, alioqui nullus eſſet finis probationum: hæc fuit ſententia *l. 1. hoc tit.* nec fuit ut poſſet quis exiſtimare ex Balſamone Nomocanonis tit. 9. ſententiam legit fuiſſe hanc: Rejiciendum eſſe à teſtimonio eum, qui tumultuoſam petulantiam deſignaſſe judicatus erit. Et eſt Agylæus interpres valde ſuavis in hac re, quod ita proponat ſententiam cap. 21. tit. 1. lib. 12. Baſil. *Rejiciendus eſt à teſtimonio, &c.* nec minus ſuaviter Hervetus: *qui condemnatus eſt, quod ſeditioſas ac turbulentas aliquas ineptias fecerit.* Et neuter eſt aſſecutus Græci ſermonis ſententiam: nam in Græco ita eſt ut ſit inteſtabililis, qui condemnatus eſt ob carmen, quod fecit: & caput illud Baſilicōn omnino eſt ſumptum ex *l. ob carmen, ff. eod.* tantum abeſt, ut ea ſententia ſit collocanda initio hujus tit. ut ſit omnino referenda ad eam *leg. ob carmen*, & exprimenda illis verbis: *ob carmen famoſum*, non ineptiis ſuperioribus, ut retuli.

AD TIT. XXI. *De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum, & Antapochis faciendis, & de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.*

De inſtrumentis altera probationum ſpecie eleganter dicitur in *l. 15. hoc tit.* in exercendis judiciis eandem vim obtinere tam fidem inſtrumentorum, quam depoſitiones, id eſt, interceſſionem teſtium: & fidem inſtrumentorum accipe eam, quæ eis data ſit, vel impoſita per teſtes, vel per comparationem literarum in *l. Judices, & l. cum quidam, hoc tit.* Inſtrumenta omnia fidem non faciunt, non rationes privatæ, non expenſilationes, non ſcripturæ domeſticæ: ſed inſtrumenta, quæ fidem faciunt, vel ſunt privata, ut chirographum, ſyngrapha, ἰδιόχειρα, ut in *l. ſcripturas, inf. qui potior. in pign. hab.* apochæ, antapochæ, & teſtimonia ſuffulta teſtium voce: hæc fidem faciunt, & obligant, & probant: vel ſunt publica, & forenſia, ut ea quæ tabelliones conficiunt, ut in *Nov. de tabellion.* & monumenta cenſus, aut profeſſiones, aut tabulæ profeſſionis: quorum tamen amiſſionem, vel corruptionem multis locis oſtenditur in hoc titulo nihil nocere domino, vel poſſeſſori, vel creditori habentibus alias probationes, *l. 2. 4. 5. 6. 7. 8.* & in pragmatica ſanctione Juſtiniani facta ad petitionem Vigilii Epiſcopi Romani, quam invenies poſt Nov. Juſt. Denique omnia fere valere, ſine ſcriptura, venditiones, permutationes, diviſiones, donationes, quæ inſinuationem non deſiderant, *l. 9. 10. 13. 19. hoc tit.* niſi ſcilicet id nominatim actum ſit inter contrahentes, ut contractus redigeretur in ſcriptis: hoc enim caſu contractus, ſine ſcriptura non valet. Emptio perficitur ſolo conſenſu, ſine inſtrumentis, ſed ſi convenerit ut inſtrumentum fieret, non erit perfecta emptio, niſi inſtrumentum fiat, etſi convenerit de pretio ante inſtrumentum confectum, *l. contractus, hoc tit.* Eſt etiam hoc tit. una conſtitutio de antapochis faciendis, *l. plures*, quo nomine ſignificatur profeſſio debitoris facta creditori, vel domino, qua ſingulis annis fatetur de uſuris quas penſitat creditori, vel de penſionibus, aut reditibus quos ſolvit domino. Et apochæ & antapochæ ſunt profeſſiones ſolutæ pecuniæ, ſed

apo-

Digitized by Google

A apocha debitoria à creditore: antapocha creditori à debitore datur, ut quandoque ea fretus creditor, cum erit commodum, oſtendere poſſit ſolutione uſurarum, vel redituum interruptam fuiſſe præſcriptionem triginta annorum: ſi forte eam opponat debitor creditori eludendæ actionis cauſa: nam ſolutio uſurarum, & redituum quam utique debitor probaturus eſt per antapocham, interrumpit præſcriptionem triginta annorum, *l. pen. §. ult. de præſcript. trig. annor.* ut recte Græci ad *d. l. plures*. Eſt etiam pro antapocha exemplum apochæ ſubſcriptum à debitore, & creditori datum: hoc enim exemplum tantum poteſt, quantum ſi ita debitor creditori caviſſet: antapochæ formula hæc eſt: L. Titius fateor me C. Mævio, anno illo, die illo tot ſolviſſe annui reditus nomine, quem ei debeo ob fundum, vel poſſeſ- B ſionem illam, vel tot uſurarum nomine ob creditam mihi pecuniam: & hæc eſt formula antapochæ, ſcilicet pro antapocha exemplum apochæ, quam accepit debitor à creditore ſolutæ pecuniæ ſubſcriptum ab ipſo debitore & redditum creditori: non male id dicetur antapocha.

AD TIT. XXII. *Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.*

Hic titulus eſt pars ſuperioris: nam in eo hoc tantum oſtenditur, plus valere veritatem rei geſtæ, quam inſtrumenta conficta & ſimulata. Et ex ea regula ſatis intelligitur, non minus valere rem quamcumque geſtam, quod etiam habuimus tit. 2 t. niſi aliud intervenerit, quod inſtrumenta de ea re nulla interceſſerint: C neque enim inſtrumenta fiunt ut res valeat, ſed ut res facilius probari poſſit, ſitque ei fides diuturnior, *l. 4. & 5. ff. de fide inſtrum. l. multum, inf. ſi quis alteri vel ſibi*: ad hanc regulam exemplum apponitur ſatis obſcurum in emptione pignoris cauſa facta, *l. 3. hoc tit.* vulgo ita lex explicatur. Conſtitutione Conſtantini vetita eſt lex commiſſoria in pignoribus, quæ erat permiſſa ante Conſtantinum. Commiſſoria autem lex eſt, ut ſi ad diem pecunia non ſolvatur creditori, pignus committatur creditori, & tranſeat in dominium ejus, etſi plus ſit in pretio pignoris, quam in credito, & merito aboletur lex commiſſoria in pignoribus, *l. ult. inf. de pact. pignor.* Quæ tamen æquiſſima eſt in venditionibus: nunc finge: creditor ut conſtitutioni Conſtantini fraudem faceret, rem quam accepit pignori, ſimulavit ſe emere D ſub conditione ſi ad diem pecunia ei non ſolvatur,: hoc caſu ſpectatur, quod re vera actum eſt, non quod ſimulatum, nec fraudi erit locus. Et hoc eſt quod ait lex 3. *hujus tit. Emptione pignoris cauſa facta non quod ſcriptum, ſed quod geſtum eſt, inſpicitur.* Et ſane conveniret exemplum ſi ante Conſtantinum, id eſt, ætate Diocletiani & Maximiani vetita fuiſſet lex commiſſoria in pignoribus: at ea ætate permiſſa erat, & proprie dicebatur fiducia, Cum igitur permiſſa fuerit, veriſimile eſt ad hanc legem tale exemplum non apponi, ſed ne ſimus deſtituti exemplis, adnotetur tantum *l. 5. §. ult. & l. 6. ff. de diſtr. pign.* Finge ſpeciem: tres ſunt creditores, qui uni ſeorſim diverſis temporibus pecuniam crediderunt: hic decem, ille quinque, alter viginti ſub pignore eodem. In pignoris cauſa, & in actione hypothecaria E prior creditor excludet cæteros, & divendet pignus. Igitur ut dicitur, prior tempore potior eſt in jure pignoris. Cæterum cum ita ſunt creditores, ſecundus creditor jus habet offerendæ pecuniæ primo, id eſt primus creditor cogitur invitus pecuniam ſibi debitam accipere à ſecundo creditore, & dimittere ei pignus oblata pecunia. Primus dimiſit pignus ſecundo, non ut pignus, id eſt, ut id ſcilicet haberet non jure pignoris, ſed ut haberet jure emptionis, & venditionis: denique ſecundus creditor accepit titulo emptionis: quæritur an tertius creditor habeat jus offerendæ pecuniæ ſecundo creditori ut ab eo auferat pignus: videtur non habere: quia emit à primo, & dominium acquiſivit, non eſt ti- A bi jus offerendi pretii rei meæ, ut tibi cogar eam vendere, *l. invitum, inf. de contrah. empt.* ſecundus creditor dominus eſt rei, quia emit, etſi à non domino: nam jure pignoris non dominus dominum facit: ſi dominus eſt, non vendet igitur invitus: imo vero aufertur à ſecundo oblata pecunia à tertio, etſi eam rem teneat emptionis jure, quia ſcilicet eam emit non tam dominii acquirendi, quam pignoris ſervandi cauſa, *l. 2. ff. de diſtrah. pign.*

AD TIT. XXIII. *De Commodato.*

Expoſitis generalibus præceptis de obligationibus & actionibus, quæ cœpit exponere à tit. 1 t. & perſolvit tit. 22. modo incipit de iis actionibus & obliga- B tionibus tractare per ſingulas ſpecies, ac primum de actione commodati quaſi proxima & finitima actioni mutuæ pecuniæ, quam propoſuit initio hujus libri: nam, ut alias dixi, commodatum eſt mutuum ad uſum, mutuum eſt commodatum ad abuſum: re enim mutua abutimur, id eſt, eam conſumimus, & verum mutuum conſiſtit tantum in his rebus, quæ utendo conſumuntur, quæ ſunt in abuſu, non in uſu. Re autem commodata non licet abuti, ſed eam conſervare oportet integram & illæſam, ut reſtituatur domino, qui eam commodavit: ſatis vicina ſunt hæc duo negotia, mutuum & commodatum: & legimus etiam ſub tit. *de rebus credit. ſi cert. pet.* id eſt de condictione quæ datur ex mutuo ſi cert. pet. ſub illo tittulo, qui non proprie eſt de mutuo, etiam prætorem edixiſſe de commodato, & de pignore, C *l. 1. ff. de rebus credit.* Et mox de pignore agitur tit. ſeq. Duplex autem eſt actio commodati, directa & contraria. Directa eſt de re commodata reſtituenda domino, qui eam commodavit. Directa enim competit domino adverſus commodatarium vel heredem ejus: contraria autem actio commodati, id eſt quæ ex adverſo commodatario in dominum eſt de recipiendis impenſis in rem commodatam factis ob morbum hominis commodati, vel rationem aliam neceſſariam, non ob cibaria: nam æquum eſt ut commodatarius utatur re commodatoris ſuis impenſis, id eſt, exhibitis cibariis de ſuo, *l. in commodato, §. 1. & §. ſicut, l. in rebus, §. poſſunt, ff. commod.* Igitur cibariorum ſumptus non repetit contraria actione, ſed ſumptus valetudinis, vel quos alios neceſſarios: ſed in hoc titulo, quatenus ejus conceptio D indicat de commodato, nihil adiicitur de actione contraria, ſicut in tit. ſeq. de pign. actione, vel contra, ut meliores Codices habent in hoc tit. non adiicitur vel contra, quia ſub eo nulla eſt conſtitutio de contraria actione, omnes ſunt de directa & principali. Commodatum eſt contractus, quo quis rem ſuam dat gratuito utendam alteri ad tempus, *l. 2. hoc tit.* temporalis miniſterii cauſa, temporalis uſus cauſa, & gratuito, id eſt ſine mercede: alioquin locatio eſſet: nam commodatum eſt beneficium, quod proficiſcitur ex amicitia utriuſque: contrarium autem beneficio eſt merces, *l. 1. §. 1. ff. mand.* liberalis enim, & benigni hominis eſt beneficia non mercedem ſequi, expleto uſu in quem res commodata eſt. Ex ea conventione competit actio directa commodati. Utar exemplo *l. 3.* ſi rem meam tibi tradi- E dero pignori obligandam creditori tuo, & ſolveris poſtea creditori pecuniam omnem, pignoris obligatio extinguitur, ac proinde finitur uſus in quem eam tibi commodaveram. Et ideo ſtatim mihi competit de ea re recuperanda actio directa, & viciſſim tibi contraria de recuperandis impenſis, ſi quas neceſſarias feceris. Sunt igitur ex hoc contractu mutuæ actiones & obligationes ultro citroque. Eſt autem valde ſingulare, quod ait lex ult. nec enim uſquam alibi reperies ſimilem textum: Et pleriſque videtur eſſe uſque adeo novum, ut id tentent eludere & excuſare quaſi non ſit plane verum, quod ait lex ult. nam ſententia ejus hæc eſt: actioni commodati directæ non poſſe opponi compenſationem, ſed protinus domino rem eſſe reſtituendam, etſi ipſe tantum-

dem

Digitized by Google

dem debeat; aut plus commodatario; unde eam rem repetit, ait enim, prætextu debiti, quod debetur commodatario ab actore, non probabiliter recuſari reſtitutionem rei commodatæ: hoc quid aliud eſt, quam compenſationi locum non eſſe in actinne commodati? Et inde etiam nominatim hoc loco Græci non tantum in actione depoſiti, ut in *l. ult. inſ. de compenſat.* ſed etiam in actione commodati ceſſare compenſationem ajunt, & actori celeriter rem eſſe reddendam, locus eſt ſingularis, & ideo valde notandus: verum obſtat huic definitioni *l. in rebus* 18. *§. ult. ff. eod.* quod nominatim ait commodatarium, cum quo directo agitur jure compenſationis poſſe conſequi, quod conſequeretur contraria actione commodati: ergo in actione commodati compenſationi locus eſt: ſed nihil eſt, quod tam facile expediri poſſit. Recte & hoc ſolum inter cætera Accurſius in hac re retulit, compenſari quidem à reo, cum quo agitur commodati id quod ei debetur actione contraria: quia quaſi pignoris jure res commodata ei tenetur in id, quod venit in contrariam actionem, id eſt, eo nomine quaſi ea res ei pignerata eſſet, quod in ea re impenderit: ideoque competit illi reteotio ejus rei, quoad impenſæ refuſæ, & redditæ ſint, *l. creditoris, §. ult. D. de furtis*. Cæterum non compenſatur in actione commodati id quod reo debetur alio juditio. Et ita reſpondendum eſt ad dictam legem *in rebus, §. ult.* verum magis obſtat *§. in bonæ fidei, Inſt. de actionib.* in quo generaliter definitur, ex conſtitutione Juſtiniani, in omnibus actionibus compenſationi locum eſſe, excepta ſola depoſiti actione, ſi ſola depoſiti, non debet ei adjungi commodati actio. Nec eſt, quod poſſis reſpondere niſi ſimpliciter in eo §. eſſe reſpiciendum ad conſtitutionem Juſtiniani, de qua loquitur, excipi ſolam depoſiti cauſam, quia eam ſolam excepit conſtitutio Juſtiniani, & omiſit actionem commodati, quam tamen non ideo ab eodem jure ſecludimus. At nec propterea dicemus nullam eſſe differentiam in hac re inter actionem depoſiti, & commodati: oſtendam enim ſupereſſe, & longe majorem eſſe favorem actionis depoſiti: nam veriſſimam eſſe arbitror ſententiam Joannis relatam ab Accurſio in *l. pen. inſ. depoſ.* In actione depoſiti ne compenſari quidem id poſſe: quod depoſitario debetur contraria actione: denique depoſitarium jure penſationis, vel pignoris non poſſe retinere rem depoſitam ob ea, quæ in eam impendit, ſed debere eam perſequi contraria actione, & rem ſine mora reddere: grave eſſe procraſtinare, & differre depoſiti reſtitutionem, fidem depoſiti id deſiderare, & præcipue favore hujus contractus celerem reſtitutionem, quod invenio etiam favore dotis eſſe receptum in *l. dote prælegata, ff. de dote præleg.* Dotem, quam mulier petit ex legati cauſa non poſſe retineri, veluti pignoris jure, vel, quod idem eſt, compenſationis jure ob donationes mulieri factas revocatas à marito, vel ob impenſas non neceſſarias, quæ dotem ipſo jure non minuunt, factas à marito in rem dotalem, ed incunctanter dotem illi eſſe reſtituendam, non admiſſo penſationis jure: non idem eſt favor commodati: nam in actione commodati, ſaltem compenſatur, quod venit in actionem contrariam: & ſimiliter non eſt idem favor empti, & venditi: nam venditor etiam poſt perfectam emptionem retinet rem venditam quaſi jure pignoris, quoad ei pretium ſolvatur. Et evenit hoc caſu: ut res ſua ei pignerata ſit, cujus ſcilicet dominium nudum tranſtulit in emptorem, *l. Julianus, §. offerri, D. de act. empti, l. hereditatis, ff. de hered. vend. l. quod ſi nolit, §. idem Marcellus, ff. de ædil. edict. & Nov.* 136. Et ſunt pleraque alia in quibus utique major eſt favor depoſiti, quam commodati. Ac primum teſtatio, vel denunciatio alterius non poteſt moram injicere reſtitutioni dedoſiti, prohibitio alterius de ea re forſitan domino faciente controverſiam, *Nov.* 88. & chirographis rerum depoſitarum non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non traditæ rei, *l. in contractibus, inſ. de non numer. pecun.* Et actio depoſiti eſt famo-
A ſa, commodati non eſt famoſa: Fateor bonam eſſe fidem depoſitum reddere, bonam eſſe fidem commodatum reddere, ſed ſi hoc non feceris, non eris infamis; Turpe eſt depoſitum non reddere, & turpe eſt commodatum non reddere (qua de re eſt problema Ariſtotelis) vel quod ei proximum eſt, mutuum. Hinc videmus, quam diſtet alia actio ab alia: ac præcipue etiam in jure penſationis.

AD TIT. XXIV. *De pigneratitia actione*.

SEquitur alius contractus, quem pignus dicemus, & pignori acceptum, *l.* 23. *contractui, ff. de reg. jur. l.* 1. *§. ult. ff. de pact.* Id ſcilicet eſt pignus, quod traditione conſtituitur, quod datur de manu in manum: nam
B hypotheca, quæ nudo pacto conſiſtit, inſtituitur de jure prætorio, *l.* 17. *ſi tibi, §. de pign. eod.* Hypotheca non eſt contractus, ſed pactum: nam omne pactum eſt nudum: & longe aliud eſt pactum, aliud contractus: nec contractus pactum eſt, nec pactum contractus. Igitur pignus, quod conſtituitur traditione, contractus eſt; hyptheca ea, quæ nudo pacto conſtituitur, non eſt contractus, quia ſcilicet traditione non ſumpſit effectum, & nomen civile non habet, aut legitimum, ſed prætorium: verum actiones, quæ ſunt de pignore ſunt communes pignoribus, & hypothetis tam in rem, quam in perſonam: nam actio hypothecaria competit ex utroque genere pignoris, ſive quod conſtituitur traditione, ſive quod nudo pacto, *§. item Serviana, Inſtit. de actionibus*: hypoth. eſt proſecutio pignoris, quæ actio eſt in rem,
C non in perſonam, *l. pignoris, inſ. de pignorib. l.* 2. *inſ. ſi unus ex pluribus*: mirum eſt quod invaluerit hæc opinio in foro, ut exiſtiment, & affirment omni aſſeveratione hypothecam eſſe perſonalem, cum iis locis nominatim dicatur, non perſonam obligare, ſed rem perſequi: nec ſane aliud eſt, quam viodicatio pignoris. Addamus alios duos errores, qui in forum irrepſerunt, primus eſt donationem cauſa mortis eam eſſe, quæ fit ab ægrotante, at ſi ſanus non dicatur donare cauſa mortis, Et illud ſtultius affirmant, actionem quamcumque de re mobili eſſe actionem realem, ut damni infecti actio, pro ſocio, de pariete communi, quas certo certius eſt, eſſe in perſonam: verum ad rem. Satis dictum eſt de actione hypothecaria. Pigneratitia actio, de qua agitur in hoc titulo, eſt in perſonam, & bonæ fidei, non
D arbitraria. Et rurſus eſt civilis, non prætoria, ut hypothecaria. Et pignoris civile nomen eſt, id eſt, ex l. 12. tab. Et tamen putem etiam de hypothecaria, id eſt, de pignore, quod initio fuerat contractum nudo pacto, dari pigneratitiam, ſi forte poſtea ad creditorem hypotheca pervenerit, & ſolvatur ei omnis pecunia: namque agetur confeſtim de hypotheca recipienda: atque ita actiones hoc titulo poſſunt eſſe communes, etiam hypothecæ, quæ caſu aliquo poſt conventionem nudam pervenerint ad creditorem, & competit directa pigneratitia actio debitori, qui omnem pecuniam ſolvit de pignore recipiendn, ut in *l.* 32. *fidejuſſor, ff. de neg. geſt. l. pen. ff. eod.* pigneratitium judicium, ut loquitur *l.* 78. *Lucius, §. rogatus, ff. ad Trebell.* contraria actio pigneratitia competit creditori ſi quid impendit, vel ſi res aliena ei pignerata ſit, *l.* 16. *tutor, §. tutor, ff. eod.* nam etſi non
E valeat pignus rei alienæ, *l.* 30. *ſervus quem, §. ult. ff. de action. empti*, tamen ultro citroque eſt pigneratitia, ac ſi non ſit omnino inutile pignus rei alienæ, *d. l. tutor, l.* 9. *ſi rem alienam, in princ. & l.* 22. *ſi pignore, §. ſi prædo, ff. eod. l.* 4. *§. ſi rem, ff. de uſur. & uſucap.* nam facile poteſt convaleſcere pignus rei alienæ, ut dicitur in *l.* 9. *qui balneum, §. Titia, ff. qui pot. in pign. hab.* & ad extremum, pignus eſt contractus alterius fides, & acceſſio, & ſolvendæ rei vintulum, *l. legata, §. ult. ff. de ſupel. leg.* vel pignus, eſt obligatio rei certæ in vicem crediti: vel eſt contractus, quo debitor rem ſuam deponit nectitque creditori, quo magis in tuto ſit creditum ſuum *§. ult. Inſtit. quib. modis re contr. oblig.*

AD

AD TIT. XXV. *De inſtitoria, & exercitoria actione.*

POſt actionem commodati, & pigneratitiam, directas, & contrarias, quas ſupra habuimus, & quæ ex contractibus noſtris nobis, & in nos dantur, nunc proponuntur actiones, quæ ex iiſdem, vel aliis contractibus aliorum hominum, veluti inſtitorum, quos mercaturæ faciendæ, vel magiſtrorum, quos navi exercendæ, & occupandæ præpoſuimus, etiamſi ſui juris ſint, non in noſtra poteſtate: ſimiliter nobis, & in nos dantur, duæ ſcilicet actiones, exercitoria, & inſtitoria: exercitoria ex contractu magiſtrorum quos navi præfecimus: inſtitoria ex contractu vel contractibus inſtitorum, quos mercaturæ, vel negotio alicui præpoſuimus: nam non ſunt unius negotii, ſed omnium negotiorum, & omnium B contractuum: eſt actio ex empto inſtitoria, vel exercitoria: eſt ex locato conducto inſtitoria, vel exercitoria: eſt actio mutuæ pecuniæ exercitoria, vel inſtitoria: hæc ſcilicet aptitudu quaſi in omnes actiones cadit, *l. quicumque, §. non tamen, l. noviſſime, ff. eod. l. ſi tamen, §. eadem, D. de exercit.* Et ita quæ proponuntur tit. ſeq. actiones, de peculio, quod juſſu, & de in rem verſo appellationes ſunt omnium actionum, vel agnominationes capaces omnium actionum, vel omnium negotiorum: nec ſunt unius negotii actiones, ſed omnium, non nomina actionum, ſed appellationes ex contractibus eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, non etiam ut exercitoria, aut inſtitoria ex contractibus eorum, qui ſunt ſui juris. Inſtitor eſt, qui alieno nomine inſtat mercatu- C ram, ut Novius loquitur: *Inſtat mercaturam, credo rem faciat, frugi eſt homo*: & dicitur in *l. 3. ff. de Inſtit.* inſtitorem ex eo appellari, quod inſtet negotio gerendu, vel negotiationi alicui, non ſuo ſed alieno nomine. Porro ex contractu Inſtitoris iis, qui cum eu contraxerint, ejus rei cauſa cui præpoſitus eſt inſtitor, non etiam alterius cui præpoſitus non ſit, ut eleganter *l. 2. & 3. h. tit.* iis inquam, in eum, qui præpoſuit inſtitorem, jure Prætorio eſt actio in ſolidum, quæ appellatur inſtitoria, introducta optima ratione, quia ſicut is, qui præpoſuit inſtitorem commoda ſentit ex adminiſtratione inſtitoris, ita æquum eſt etiam ſecundum naturam: ut ait regula juris, ut incommoda ſentiat, puta ut conveniatur ex ejus contractu, quia, & is, qui contraxit cum inſtitore, non inſtitoris, ſed ejus, qui præpoſuit, ſidem D ſequitur, & propemodum cum eo ſe contrahere arbitratur ad quem actus, penſiones, & reditus omnes inſtitoris pertinent: & cujus denique res agitur, non inſtitoris. Et placet quod ait *l. 1. D. eod.* commoda eum ſentire ex actu inſtitoris. Ex quo intelligitur inſtitorem nihil aliud eſſe, quam actorem rei ejus, qui eum præpoſuit rebus ſuis certis, vel omnibus, inſtitorem eum eſſe qui actum gerit alienum, ut non male in idiotiſmo dicatur *factor*: commoda autem ſentit ex actu inſtitoris, quia ad eum redeunt omnes quæſtus negotiationis. Et quia quod admodum ſingulare eſt, ſi aliter rem ſuam ſervare non poſſit (ut ſi inſtitor, qui eſt liber homo non ſit ſolvendo) hoc caſu ei, qui inſtitorem præpoſuit in ſubſidium, defecto facultatibus inſtitore datur actio utilis in eos, qui cum inſtitore libero homine contraxerunt, *l. 1. in fi. & l. 2. D. eod. l. 5. D. de præt. ſtipul.* quod E ſingulariter receptum eſt contra regulam juris, quæ vult, per liberam perſonam nobis non acquiri actionem, *l. 1. inſ. per quas perſonas nob. acquir. & l ſolutum §. per liberam, D. de pignerat. act.* ſed ea regula propter rei utilitatem vitiatur, & inflectitur, & in ſubſidium nobis datur actio ex contractu liberi hominis. Itemque per inſtitorem liberum hominem nobis adquiritur actio utilis, & ſubſidiaria in eos, qui cum eo contraxerunt dum is actum ageret noſtrum, non ſuum: hæc de inſtitoria. Exercitor autem eſt dominus, vel quaſi dominus navis, qui navem exercet, & qui percipit omnes reditus hujus navis. Is autem, qui ab eo præponitur navi, cuique tota cura navis exercendæ mandatur

A vocatur magiſter navis, Græce *ναύκληρος*: quod ei commiſſa ſit navis. Et eſt igitur in ea re velut inſtitor quidam navis exercendæ, qui inſtat nullam aliam rem, quam exercendam navim; & ita nominatim Manilius lib. 5.

Inſtitor æquoreæ varia ſub imagine mercis.

Nam actioni exercitoriæ locus eſt ex contractu magiſtri, non tantum ſi navem locaverit ad merces alienas vehendas, vel onus vehendum, vel ſi vectores conduxerit, vel ſi armamentorum quibus navis inſtruatur, emendorum cauſa navigatum miſerit: ſed & ſi fuerit præpoſitus mercibus emendis, & vendendis, & maritimæ negotiationi: nam ex contractu ejus exercitor obligatur in ſolidum actione exercitoria ex edicto prætoris, *l. 1. §. magiſtri, ff. eod.* Quod ſi magiſter navis inſtitor eſt, aut propriam ſpeciem inſtitoris facit, B atque conſtituit, & exercitoria: igitur actio exercitoria, & inſtitoria eſt, & retro inſtitoria, & exercitoria eſt: nam is, qui inſtitorem præponit, dicitur etiam exercere tabernam, & officinam, vel menſam, vel aliam negotiationem. Et exercitor igitur ipſe eſt non minus, quam qui navem exercet. Sic uterque exercitor eſt, uterque inſtitor eſt, *l. habebat, §. ſi duos, & l. ult. ff. eod.* ſed quamvis hoc ita ſit, tamen non debemus permiſcere hæc vocabula, nec his abuti noſtros auctores uſquam inveni; quinimo accurate ſeparari inſtitorem à magiſtro navis etiam illo Horatii loco.

—— ſeu vocat inſtitor;
Seu navis Hiſpanæ magiſter.

Et eadem accuratione ſeparari utramque actionem videmus in eo, quod prætori præcipua fuit cura tam na- C vigantium, quam mercantium, ſeu negotiantium, ut his dederit proprium titulum, & propriam actionem, exercitoriam nempe: nam & hæc utilitas, & neceſſitas navigantium facit, ut ſint differentiæ inter hanc, & illam actionem, inter hunc, & illum inſtitorem, quod ultimo loco explicabimus. Cæterum ad ſimilitudinem actionis inſtitoriæ, ut dicitur in l. 4. hujus tit. ex contractu magiſtri navis iis, qui cum eo contraxerunt, ex cauſa cui præpoſitus eſt, datur in ſolidum jure prætorio actio in exercitorem, & viciſſim exercitori datur in eos, qui cum magiſtro contraxerunt, *l. 1. §. ſed & contraria, ff. de exercitoria actio.* Atque ita evenit etiam hoc caſu, ſi magiſter ſui juris fuerit, ut per liberam perſonam nobis acquiratur actio contra regulas juris, ſcilicet actio utilis ordinaria, & ſubſidiaria, quæ ſcilicet exercitori D eſt extremum rei ſuæ ſervandæ ſubſidium, quo non utitur niſi deficiente alio remedio, puta magiſtro everſo facultatibus, in quem eſt, & actio ex locato, nomine eorum, quæ geſſit: ſi mercede operas exhibebat, eſt in eum actio mandati quaſi procuratorem, vel negotiorum geſtorem; idemque eſt in inſtitoria actione. Hoc igitur in his duabus actiunibus eſt ſingulare, ut in ſubſidium dominus videatur acquiſiſſe actionem per inſtitorem, aut magiſtrum navi præpoſitum liberum hominem: & ad extremum diligenter ſunt adnotandæ duæ differentiæ inter hanc, & illam actionem, quæ fecere ut diſtincti eſſent tituli earum actionum, diſtincta nomina, diſtinctæ actiones; & ut hoc de nominibus ſciatur, addam inſtitoriam nomen habere ab eo, qui præpoſitus eſt negotiationi, vel mercaturæ: Exercitoriam autem, no- E men habere ab eo, qui præpoſuit, non à præpoſito: quia ſcilicet ex nomine magiſtri navis non potuit adfingi actioni nomen aptum, niſi fuiſſet dicta inelleganter magiſteriana; idcirco nomen accepit ab eo, qui præpoſuit magiſtrum navi: prima inter hæc duo negotia differentia hæc eſt: Dominus qui præpoſuit inſtitorem, non tenetur ex contractu ejus, quem inſtitor præpoſuit, & ſuo loco ſubſtituit: quia non eam legem dedit præpoſitioni ut inſtitor ſubinſtitorem haberet, & ut ipſe ex utriuſque facto obligaretur. Igitur non obligatur, niſi ex facto inſtitoris, quem præpoſuit ipſe, non ex facto ejus, quem inſtitor ſuo loco ſubſtituit. At exercitor tenetur etiam ex contractu ejus, quem magiſter præpoſuit, & in ſuum locum ſubſtituit, vel in ſui mu-

neris

neris partem aliqnam. Et quod mirum eſt, tenetur A exercitor ex contractu ejus, quem magiſter præpoſuit, & ſi enm præponi noluerit: quod extorſit utilitas navigantium, & neceſſitas, ut ſcilicet exercitor præſtet omnia facta magiſtri, ſive ex ejus voluntate, ſive contra ejus voluntatem, alioquin navigationes eſſent incommodiſſimæ, quarum uſus pertinet ad ſummam Reip. ut ait *l.1. §. ſi is, qui man. ff. eod.* Et hæc differentia eſt, quod ſi filiusfam. voluntate patris navem peculiarem exerceat, ſive cum eo contractum ſit, ſive cum magiſtro ejus, quem impoſuit navi ſuæ, pater tenetur in ſolidum, cujus voluntate filius exercuit navem. At ſi filius exerceat merces peculiares voluntate patris, ex contractu filii, vel inſtitoris ejus, pater non tenetur in ſolidum: ſed in mercem peculiarem tantum, & deducit etiam, quod filius ſibi debet naturaliter, & una B cum cæteris creditoribus peculiaribus, pater quaſi creditor venit in tributum, id eſt, in æqualem diſtributionem mercium, quod fit per actionem tributuriam, qui ex cauſa exercitionis navium tenetur in ſolidum, propter eandem utilitatem, & neceſſitatem navigantium; quod oſtenditur in *l.1.§. ſi is, qui navem, & §. quanquam, D. eod. & l. 3. filiusfam. D. naut. caup. ſtabul.* Et hic rurſus obſervandum eſt maxime, prætorem dare actionem in ſolidum in patrem, ſi filius volente patre, navem exercuerit, volente, inquam, non etiam ſi ſciente tantum nec volente; nam in edicto prætoris legitur, *volente*: non ſufficit ergo ſcientia patris nuda, ſed neceſſaria eſt voluntas, ut obligetur pater in ſolidum: alioquin ſi ſcientia intervenerit ſula, pater tenebitur in peculium, vel veniet in tributum, id eſt tenebitur, C vel de peculio, vel de tributoria actione; actione tributoria non in ſolidum, quia ſcilicet in edicto de exercitoria actione ita nominatim ſcriptum eſt, volente patre. Et longe alia eſt ratio edicti de tributoria actione, in quo ſcriptum eſt ſciente patre; adeo ut ſi ſciente patre nec vulente, filius exercuerit merces peculiares, pater veniat in tributum. Idemque multo magis ſi volente patre, ut veniat in tributum, nec obligetur in ſolidum: nam ut eleganter ait dictus *§. ſi is, qui navem*, in rebus dubiis, melius eſt verbis edicti inſerviri; & id de utriuſque actionis ſcilicet exercitoriæ, & inſtitoriæ edicto obſervandum eſt, quia ſcilicet cuſtodire prætor in uno ſcientiæ, in altero voluntatis verbo uſus eſt. Et notanda eſt valde hæc definitio, in dubiis rebus verbis inſerviendum eſſe legum: nam quantum D aberras ab eis, tantum aberras à jure noſtro. Et ad extremum advertendum eſt, hoc tit. agi de actionibus provenientibus tam ex contractu eurum, qui ſunt in noſtra poteſtate, quam ex contractu eorum, qui ſunt ſui juris. At quæ præponuntur tit. ſequenti, dantur tantum ex contractu eorum, qui ſunt in noſtra poteſtate.

AD TIT. XXVI. *Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur, vel de peculio, ſive quod juſſu, aut de in rem verſo.*

EXpoſitis actionibus exercitoria, & inſtitoria titul. ſuperiori, quæ ex contractu eorum, qui ſunt in noſtra poteſtate, vel aliorum, in nos dantur in ſolidum, E ſive in aſſem, inde tranſit ad alias actiones, quæ ex contractibus, eorum, qui noſtræ poteſtati ſubjecti ſunt in nos mitiores ſunt, nec dantur in ſolidum, ſed pro certo conſtitutoque modo edictis prætorum. Et hac continuatione utitur Ulp. *l.1. D. de peculio*, vel hac potius præfatione ad edictum illud, cujus prima verba proponuntur hoc titulo. Et ſub eo edicto prætor propoſuit tres potiſſimum actiones, unam quæ datur in peculium filiifamilias, aut ſervi, qui in noſtra poteſtate eſt; alteram, quæ datur in id quod verſum eſt in rem noſtram, quod redactum eſt in patrimonium noſtrum, ex negotio geſto cum filio, aut cum ſervo meo; & tertiam, quæ eſt de eo, quod juſſu, vel mandatu noſtro contractum eſt cum filio, aut ſervo noſtro: quæ tres actiones non ſunt unius negotii, ſed accommodantur omnibus negotiis, & contractibus, ut recte in *§. actiones, Inſt. de act.* dixerit plurativo numero, prætorem comparaſſe actiones de peculio, & nominatim de actione, quod juſſu in *l. ſi dubitet, §. filiusfam. D. de fidejuſſ.* actionem, quod juſſu referri ad omnes contractus, etiam ad ſtipulationes, & fidejuſſiones; atque adeo ſi fidejuſſerit filius juſſu patris, patrem teneri, quod juſſu; quod hæc actio ſuo ambitu complectatur omnes contractus, ſicut & de peculio, & de in rem verſo. & ſuperiores de exercitoria, & inſtitoria: peculium eſt, quod quis quaſi patrimonium ſervum, vel filium ſuum habere voluit: neque enim hæ perſonæ, quæ ſunt alieni juris, quidquam habent ſuum, niſi permittente patre, vel domino: uno verbo, domini permiſſu habent veluti patrimonium quoddam ſuum, & in patrimonio etiam ſervos, quos vocant vicarios, quorum ſe eſſe dominos dicunt, id eſt, quaſi dominos: ſed ſemper meminiſſe oportet huic peculio deduci debere ſi quid domino debetur, vel patri naturaliter propter vinculum patris: nam jure civili non obligantur invicem propter vinculum poteſtatis. Igitur peculio ſemper deducitur, quod naturaliter ei debetur, qui conceſſit peculium. Et ejus ratio habetur etiam ante omnia privilegia creditorum, id eſt præponitur omnibus privilegiatis, eique primo loco ſatisfit ex reſiduo peculii cæteris creditoribus, *Lex facto, ff. de peculio*. Et hoc eſt, quod dicitur in *l.ult. in fin.* hujus tit. Ita demum eſſe actionem de peculio utilem, & efficacem ex contractu ſervi adverſus dominum, ſi ſervus liber ſit à rationibus domini, quas geſſit, id eſt, ſi nihil debeat domino: nam ſi quod debet domino conſumat peculium, jam nullum eſt peculium, nullaque actio de peculio cæteris creditoribus. Et dixi eſſe quaſi patrimonium, ut in *§. actiones, & l. hinc quæritur, §. Pomponius, l. peculium, l. quoties, §. ult. ff. de pec. leg. l. ſi decem heredi, ff. de ſtatulib.* quaſi patrimonium, inquam: nam quod in homine ſui juris eſt patrimnnium, in homine alieni juris eſt peculium, non patrimonium, *l. ult. in fin. D. de inoff. teſtam.* quia patrimonium eſt nomen civile, & jure civili hæ perſonæ nihil habent: peculium autem eſt nomen naturale, & eorum, quæ ſunt naturalia, hæ perſonæ non ſunt expertes: Et ſic dictum eſt per deminutionem, ſive ut ait *l. cogi, D. ad Trebell.* [illegible], id eſt, quaſi puſilla pecunia, *l. depoſiti, §. ult. D. de pecul.* Porro ex contractu harum perſonarum non eſt actio in ſolidum, niſi ſolido ſufficiat peculium; ſed eſt actio in peculium tantum, ut loquitur *lex in. perſona, §.1. ff. de pactis, l. pen. D. de cond. furt. & l.1. §. ſi is, qui navem, D. de exerc. act.* in peculium, id eſt pro viribus peculii: non ergo in ſolidum, extra cauſam ſcilicet exercitoriæ, aut inſtitoriæ actionis, quæ competunt in ſolidum adverſus dominum, vel patrem, quæ ſemper ſunt excipiendæ. Et ita etiam actio de in rem verſo non eſt in ſolidum, niſi in rem forte patris, vel domini verſum eſt, fuerit ſulidum: ſed eſt quatenus verſum eſt in rem patris, vel domini: Et maxime obſervandum eſt, actioni de peculio ineſſe actionem de in rem verſo: actioni igitur ineſſe actionem; ſicut actionem ex empto, & cuivis actioni bonæ fidei ineſt actio de dolo. At cedo, qui fiat, ut actioni de peculio inſit actio de in rem verſo? nempe, quia ſi quis velit noſſe vim actionis de in rem verſo: Ita demum locus eſt actioni de in rem verſo ſi filius principaliter gerens negotium patris ea mente, ut eum ſibi obligaret ex negotio geſto, aliquid in rem ejus vertit, ut puta agrum paternum colendo, vel domum paternam fulciendo, vel mancipia paterna veſtiendo, vel creditoribus paternis ſolvendo, in quibus omnibus pater obligatur filio naturaliter: nam eam obligationem, ſive nomen imputat filius in peculium, quippe quod augeat ejus peculium, *l. quam Tuberonis, §. in pecul. D. de pecul.* ſi auget peculium filii, quod ſcilicet filius vertit in rem patris: ergo qui agit de

pecu-

peculio agit etiam de in rem verſo; quia qui agit de toto, agit etiam de parte. In toto ineſt pars, & actio de in rem verſo eſt pars actionis de peculio; & ſi nihil præterea ſit in peculio, quam quod filius geſſit patri, quodque auxit rem patris, plane non erit actio de peculio, & actio de in rem verſo; ſed erit de in rem verſo actio tantum, quia nihil eſt in peculio, *l. 2. & l. filiusfam, ff. de in rem verſo*, & paſſim *eo tit. l. 2. §. apud Julianum, ff. de hæred. vend. l. 2. ff. quando de pec. act. an. ſit*: & manifeſtiſſime in *§. licet, inſt. eod.* Quod autem diximus de actione de peculio, & de in rem verſo eas plerumque non tribui in ſolidum: idem dici poteſt de actione, quod juſſu: nam etſi dicatur actio, quod juſſu dari in ſolidum, id tamen non obtinet, niſi id omne, quod contractum eſt juſſerit ita contrahi pater vel dominus, qua exceptione uſi ſumus in actione de peculio, & de in rem verſo, & datur igitur actio quod juſſu pro modo juſſi, id eſt, quatenus juſſit pater vel dominus contrahi cum filio, vel ſervo: nam ſi juſſerit filio vel ſervo numerari centum, & numerata ſint centum & quinquaginta, tenetur hac actione in centum duntaxat, *l. 3. ff. quod juſſu*: ſi juſſerit pater credi pecuniam ſemiſſibus uſuris, & credita ſit centeſimis, catenus tenetur quatenus juſſit: ergo in ſemiſſes, non in centeſimas. Non eſt ergo actio, quod juſſu in id omne, & in ſolidum, quod geſtum eſt. Et inveni in *l. ſervus §. pen. ff. de in rem verſo*, hanc fere eſſe formulam actionis quod juſſu; quod juſſu ejus credidi, in illo loco: *ſi quod juſſu ejus credidiſſem, experirer*. Et ut abſolvam formulam quod juſſu: L. Titii Cajo Sejo filiofam. ejus credidi, in id Luc. Titium damnari mihi. Et ad hæc notandum eſt, huic actioni quod juſſu locum eſſe ſi cum ipſo ſervo, vel filiofam. contractum ſit juſſu patris, vel domini, puta ſi ſit ei credita pecunia eo rogante, non patre: neceſſe eſt ut auctor contractus fuerit ipſe filius, & juſſu patris fuerit acceſſio; nam pro acceſſione accipitur in *l. ſi ſervum, §. an filiusfam, ff. de verb. obligat.* hoc caſu erit actio quod juſſu acceſſoria, ſed quæ concurrit etiam cum principali, & directa condictione creditæ pecuniæ: nam in arbitrio ejus eſt qui juſſu patris credidit filio, agere directa actione, ideſt condictione ſi certum petatur, tamquam ſi credidiſſet ipſi patri, vel agere generali in acceſſionem actione quod juſſu, *§. ult. Inſt. eod.* quod quanti ſit momenti ita intelligemus facile. Si contractum ſit cum extraneo juſſu meo, an in me datur actio quod juſſu? minime: ſed ei competit tantum condictio creditæ pecuniæ. Actio quod juſſu non pertinet ad extraneam perſonam, *l. ult. ff. pro ſocio, l. 2. §. ult. ff. quod juſſu*, ut ſi pecunia ſit credita ſervo alieno juſſu meo, ceſſat actio quod juſſu in me, etſi eum poſtea acquiſiero: neque enim ejus acquiſitione convaleſcit actio quod juſſu, quæ fuit ab initio nulla, ut in *l. generaliter §. ſi ſervus in metallum, ff. de fideic. libert.* Et inde definit actionem, quæ ab initio ceſſat, ex poſt facto locum habere non poſſe, *l. ſervi, §. 1. ff. de furt.* Item ſi cum patre vel domino ipſo contractum ſit, ſi eis ſit credita pecunia, cum ipſe vel ille rogaret mutuam pecuniam, licet ſit uſus miniſterio ſervi vel filii in accipienda ea pecunia, & juſſerit eam pecuniam filio vel ſervo numerari, quam ipſe rogaverat: ultimo eo caſu ceſſat actio quod juſſu, licet juſſus intervenerit, quia res non eſt geſta cum filio aut ſervo, & competit tantum in patrem actio directa, condictio, *l. ult. ff. quod juſſu, & l. ſi filiofam. ff. de mortis cauſa donat.* Et in ſumma, ubi eſt actio quod juſſu, eſt etiam actio directa ex contractu ipſo: ubi autem directa eſt actio, non continuo etiam eſt quod juſſu: licet juſſus intervenerit. Id præterea obſervandum, quod eſt in *l. ult. hujus tit.* commendationem quamlibet ſervi vel filii, non eſſe accipiendam pro juſſu: puta ſi ſervum vel filium per epiſtolam commendaverit pater, vel dominus, ſed exigitur expreſſus eorum juſſus. Aliud eſt commendare, aliud mandare. Commendatio non eſt juſſus commendatoris, epiſtola non obligat, *d. l. ult.* Idem dicitur in *l. ſi vero non remunerandi, §. cum quidam, ff. mand. & l. 5. C. Th. de pactis*: & recte Marc. Tullius 5. epiſt. *neque me humanitate litterarum mearum obligatum eſſe puto.* Sed in eo multo magis eſt ſingulare, quod dicit; ſi credatur pecunia ſervo, vel colono, vel actori, vel procuratori prædii, quæ ſunt hominum genera quaſi nobis ſubjectorium, & ſervos imitantium: ſi iis, inquam, credita ſit pecunia injuſſu domini, ideſt, domino non jubente ſpecialiter, nulla ſit actio ex credito, & ut creditor amittat jus crediti, ſciamus non eſſe crediti actionem, ſi quis filiofam. injuſſu patris credat ex Senatusconſulto Macedoniano. Sed hoc fortaſſe neſciebamus idem eſſe in ſervo vel eo, qui quaſi ſervi perſonam ſuſtineat, ut exigatur ſpeciale juſſum domini, ut conſiſtat creditum. Addo ad eam conſtitutionem quod dicitur in *l. 1. ff. quod juſſu*, non referre quid juſſerit dominus, ſive ſpecialiter in uno negotio, ſive generaliter, verbis quibuſdam additis à Tribon. ex hac conſtitutione: nam ſententia dictæ legis primæ hæc eſt; ut ſit actio quod juſſu, nihil referre, ſive juſſerit dominus ſpecialiter in uno contractu, ſive generaliter: nam generale juſſum obligat in omnibus, & per omnia, ut ſi ita conteſtatus ſit dominus cum alio. Quod voles cum Sticho ſervo meo gerere, id omne geras meo periculo. Hæc conteſtatio non obligat in omnibus negotiis: verum addit Tribonianus, *niſi certa lex aliquid probibet*: Quæ verba non poteſt aſſequi Accurſ. quia non advertit eſſe emplaſtrum Triboniani, ut cum dicit: niſi certa lex aliquid prohibet, intelligat legem aliquam, veluti *l. ult. hujus tit.* quæ ſcilicet prohibet ſervo pecuniam credi ſine ſpeciali juſſu domini, & hoc creditum eſſe à lege inutile. Cæterum tres ſunt ſub hoc edicto actiones, quæ dantur in patrem vel dominum; ſed erit & quarta, quæ datur in filium factum ſui juris de eo, quod geſſit antequam ſui juris eſſet, & dabatur in filium poſt emancipationem, non in ſolidum, ſed in id, quod facere poterat, de qua eſt *l. 2. & 9. hoc tit.* Et id ne obrueretur ſtatim novus paterfamilias: & ut in Baſilicis habetur, ne inops fieri periclitetur novus paterfamilias, qui nondum idoneas facultates acquiſivit.

AD TIT. XXVII. *Per quas perſonas nobis acquiritur.*

Quemadmodum ex contractibus eorum, qui ſunt in poteſtate noſtra tit. 25. & 26. intelleximus prætorem varias in nos actiones dare: ita par erat hic adnotare, quod hic titulus præſtat, ex contractibus eorumdem etiam acquiri nobis obligationem, & actionem: vis hæc eſt patriæ, & dominicæ poteſtatis, ut quidquid acquirit filius vel ſervus, id confeſtim acquirat patri, vel domino, ſive hoc ſit dominium, ſive poſſeſſio, ſive obligatio, & actio, ut in puncto temporis, & momento ab eo recedat, *l. placet, ff. de adq. heredit.* aden ut nec id ad eum perveniſſe videatur, *l. ubi, in princ. ff. ad Trebel.* omne quidquid nobis acquiritur, vel eſt dominium, vel poſſeſſio, vel obligatio & actio: Et id omne nobis adquiritur vel per eos, qui noſtræ poteſtati ſubjecti ſunt, vel non: Et obligatio non tantum civilis, ſed etiam naturalis, ut indicat *l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* in illo loco, *filio, eidemque creditori.* quæro an per eas perſonas, quæ ſui juris ſunt, aut quæ noſtro juri ſubjectæ non ſunt, nobis quidquam adquiratur? quod definitur hoc titulo. Et certum eſt, per liberam perſonam, quæ ſui juris eſt non poſſe nobis adquiri ullam actionem, *l. 1. h. tit.* per liberam igitur perſonam nobis non adquiri vindicationem redintegratæ rei, id eſt, commiſſæ rei, & reverſæ in jus noſtrum, puta venditione lege commiſſoria, ut Joannes propoſuit non male, hanc legem commiſſoriam ſi dixerit libera perſona meo nomine in venditione, non parit mihi vindicationem redintegratæ, ideſt, commiſſæ rei, quia nec dominium

mihi per eam perſonam acquiri poteſt: ergo nec actio, quæ mihi jure domini competit, id eſt, vindicatio, quæ nihil aliud eſt, quam aſſertio dominii, Aliquando tamen in ſubſidium nobis acquiritur actio per liberam perſonam utilis, & extraordinaria, ut per inſtitorem & magiſtrum navis ex æquitate, ne res nobis pereat, quam alia ratione ſalvam habere non poſſumus. Et hac via uti poſſumus facile inflexo jure directo, & data actione utili: & eadem æquitate etiam per procuratorem acquirimus utilem actionem, *l. Julianus*, *§. ſi procuratorem*, *ff. de act. emp.* Idem receptum eſt jure ſingulari in mutua pecunia, in qua & pleraque alia ſingularia præcepta ſunt, ut ait *l. ſingularia*, *D. de reb. cred.* videlicet, ſi eam numeraverit noſtro nomine: neque enim id ſemper per nos poſſumus expedire: uſus igitur rei hoc admittit, *l. certi condictio*, *§. ſi nummos*, *ff. de reb. cred.* ergo jure ſingulari condictio mutuæ pecuniæ nobis adquiritur per liberam perſonam, quæ eam credidit noſtro nomine. Et quod adjicit Juſt. in l.2. Ex ea cauſa, ex cauſa ſcilicet crediti, nobis acquiritur pignoris obligatio, & actio hypothecaria, ſi de ea convenerit cum eo, qui pecuniam credebat noſtro nomine. Denique ex cauſa crediti per liberum hominem nobis adquiritur, & principalis actio, & acceſſoria ex conſtitutione Juſtiniani, ex qua, ut opinor Tribon. in *l. ſolutum*, *§. per liberam*, *D. de pigner. act. & l. per procuratorem*, *D. de procur.* adjecit hæc verba, *non ſemper*: nempe pignoris obligationem non ſemper adquiri per liberam perſonam, quæ ſcilicet, eſt ſui juris, una tantum excepta, mutui ſcilicet, ex qua vult Juſtinianus etiam adquiri nobis pignoris obligationem per liberam perſonam eadem utilitatis ratione, & rerum expediendarum cauſa, quas non poſſumus expedire: tantum receptum eſt ut poſſeſſio poſſit adquiri nobis volentibus, aut ratum habentibus per liberam perſonam: poſſeſſio adquiritur animo, & corpore: animo noſtro tantum, corpore tam alieno, quam noſtro, vel cujuſcumque hominis, etſi ſui juris ſit, ut eſt receptum. Sic igitur dicamus: receptum eſt utilitatis gratia ut per liberam perſonam nobis adquiratur poſſeſſio, & deinde per poſſeſſionem dominium, videlicet ſi dominium à poſſeſſione ſeparari non poſſit, ut ſi à domino res tradatur procuratori meo nomine alienandi animo, non poteſt in me tranſire poſſeſſio, quin tranſeat, & ſimul dominium, quoniam idem eſt dominus, & poſſeſſor, à quo res ad me tranſit. Quod ſi non dominus tradat procuratori meo, nomine meo, per poſſeſſionem mihi adquiritur occaſio uſucapionis: quod oſtenditur in *l. 1. hujus tit.* dum excipit poſſeſſionis cauſam, dum ait, *excepta poſſeſſionis cauſa*, id eſt, poſſeſſione, ut dotis cauſa, id eſt, dos, *l. 11. D. ſolut. matr.* peculii cauſa, id eſt, peculium: ut & alii auctores loquuntur, excepta, inquit, *poſſeſſione nihil adquiri per liberam perſonam*, nec actionem, nec obligationem nec dominium citra poſſeſſionem cui adhæreat dominium: nam ſi dominii poſſeſſio poſſet adquiri per procuratorem, & conſequenter per eum adquireretur vindicatio, quæ eſt effectus, & finis, & executio dominii: quod tamen negat lex prima.

AD TIT. XXVIII. *Ad Senatuſconſultum Macedonianum.*

INtelleximus ex conſtitutione Honorii, & Theodoſii *l. ult. tit. 26.* creditori nullam eſſe creditæ pecuniæ actionem, ſi pecuniam crediderit ſervo alieno, ſine ſpeciali juſſu domini, quæ conſtitutio eſt valde nova: nam hoc obtinuit tantum in filiosfamilias ex Senatusconſulto Macedoniano; ſed fuit æquum etiam porrigi ad ſervum, ne quis etiam ſervis neceſſariis in perniciem eorum crederet pecuniam, qua abuterentur, & forte in caſum ſolvendi eam poſt mortem domini, tacita conventione: Nam Senatuſconſultum Macedonianum pertinet tantum ad filiosfamil. ſic dictum ab eo qui cauſam dedit Senatuſconſulto Macedoniano, non à Conſule, qui conſuluit, ut cæteris, à Macedone improbo fœneratore, qui facile pecuniam credebat filiisfamilias ſub fœnore illicito, ea lege ut non eam redderent, niſi poſt mortem patris. Et ita de pueris impudicis tulit eam legem Aricius Tribunus plebis, ut qui adverſi, vel præpoſteram, vel averſi, venerem exercuiſſet, vel qui alienam pudicitiam ſollicitaſſet, aut ſuam ipſi proſtituiſſent pœna decem millium nummorum coercerentur. Juvenalis Satyr. 2. Sueton. in Domitiano. Si Scantinius cum Marcelli viri illuſtis filium de impudicitia appellaſſet, damnatus eſt, ut Valerius lib. 1. cap. 1. teſtatur. Poſtea tamen huic ſceleri pœna gladii à Chriſtianis Imperatoribus conſtituta eſt. Quam pœnam auxerunt Conſtantinus, & Conſtans, ut habetur in *l. cum vir nubit in fœminam*, *inſ. ad l. Jul. de adult.* Et ita lex Scantinia dicitur ſumpſiſſe nomen ab eo, qui ei nomen dedit, non à conſule, qui rogarit ſenatum. Igitur quia diximus tit. 26. ex contractu filii aliquatenus, vel in ſolidum dari actionem adverſus patrem, hoc locum non habet in cauſa mutuæ pecuniæ ex Senatuſconſulto Macedoniano. Ex ea enim non tenetur pater pro filio, niſi ſpecialiter juſſerit ei pecuniam numerari, quo caſu tenetur quod juſſu, vel niſi ratam habuerit numerationem, ut *l. ult. hujus tituli*: nam ratihabitio juſſui comparatur, & parit etiam actionem quod juſſu adverſus patrem, *l. 1. §. ſi ratum*, *D. quod juſſu.* Et quod etiam diximus in dicto titulo 26. in filium familias ipſum ex contractu eſſe actionem in ſolidum quamdiu eſt in poteſtate patris, & poſtquam exiit è poteſtate patris, in quantum facere poteſt, ab eo jam excipienda eſt cauſa crediti: nam nec creditori ulla in filium actio eſt, nec petitio, id eſt, nec vindicatio: eſt tamen ſi forte extat, nec conſumpta eſt, *l. ſed ſi pater*, *§. hoc Senatuſconſulto*, *D. eod.*

AD TIT. XXIX. *Ad Senatuſconſultum Vellejanum.*

SEnatuſconſulto Macedoniano proximum eſt Senatuſconſultum Vellejanum, quod à Conſule nomen ſumpſit: nam utroque Senatuſconſulto tollitur exactio creditæ pecuniæ, utroque infirmatur creditum. Senatuſconſulto Macedoniano ſi creditum ſit filiofamilias; quod imperatores produxere etiam ad ſervum. Senatuſconſulto Vellejano, ſi creditum ſit mulieri non in rem ſuam conſumpturæ pecuniam, ſed mox alii credituræ: vel ſi quis cum eſſet alii crediturus, intervenerit mulier cui credita fuit pecunia; quo caſu mulier interponit ſe, & intercedit pro alio, & non minus, quam ſi fidejuberet palam pro alio, & hæc fraus indicatur etiam hoc Senatuſconſulto his verbis (*Mutui actiones*) quia fuit in perſonam mulieris, non in rem ejus, ſed in rem alterius pro quo ſe immiſcet huic negotio: nam generaliter hoc Senatuſconſulto infirmantur omnes interceſſiones mulierum, quibus ſcilicet recipiunt in ſe obligationem alienam veterem, vel novam, virorum eſt non mulierum pro aliis intervenire: poſſunt mulieres bona ſua alienare, non poſſunt ſe, vel bona ſua obligare pro aliis, quia faciles ſunt captu, & facilius ſe obligant, quam donant. Conſilium earum eſt lubricum, & facile captu, ideo hoc Senatuſconſulto ſuccurritur illis: quamobrem etiam mulieres removentur ab officio argentariæ menſæ, *l. pen. ff. de edendo*, quia ſcilicet pars hujus officii eſt intercedere pro aliis, *l. ſi quis*, *§. rationem*; *D. de eden. l. pen. ſup. de conſt. pec. & Nov. 136.* & edicto Juſtiniani novo.

AD TIT. XXX. *De numerata pecunia.*

DIximus titulo ſuperiori; jus crediti infirmari Senatuſconſulto Macedoniano in odium creditorum facile credentium pecuniam liberis, qui ſunt in poteſtate parentum, ſenatuſconſulto Vellejano in gratiam mulierum, quod fieri exiſtimandum eſt non ipſo

jure,

Digitized by Google

jure, ſed oppoſita exceptione hujos vel illius Senatuſconſulti: nam exceptione omiſſa, crediti exactio eſt, *l. Papinianns*, *ff. de Public. in rem act. l. tamcu*, *ff. ad Macod.* nunc in hoc titulo proponitur tertium genus exceptionis, qua etiam jus crediti perimitur in hac ſpecie: ſi ſperans mihi pecuniam mutuam datum iri chirographo cavero me eam accepiſſe, nec accepero, vel minus quam ſcripſi, accepero, *l. 2. hujus tit.* quo caſu nihil ultra quam accepi reſtituam cum uſuris in ſtipulatum deductis, & ſi mecum agatur ex chirographo, actionem infirmabo, oppoſita exceptione cautæ, & non numeratæ pecuniæ, vel ſi mecum agatur habita conteſtatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, me liberabo, & abſolvam ea obligatione, *l. 8. 9. & 14. §. pen. hoc tit. & l. ult. ſupra, de cond. ex lege:* conteſtari autem vel opponi debet hæc exceptio intra biennium, olim intra quinquennium: alioquin poſt biennium ex chirographo eſt efficaciſſima petitio crediti: & contra apochas privatorum opponi debet intra dies triginta, *l. in contractib. hoc tit.* Dico privatorum: nam contra apochas publicorum tributorum nunquam opponitur hæc exceptio, *l. ult. inf. de apochis publicis*, quæ eſt conjungenda cum *d. l. in contractibus:* Eſt enim illius pars: & producitur exemplum hujus exceptionis ad omnia negotia, ut etſi non agatur de credita pecunia, ſed ex aliis negotiis, opponi poſſit exceptio nnn datæ, non numeratæ peconiæ, non ſolutæ, vel non debitæ rei cujuſcunque, exceptis certis caſibus, quibus huic exceptioni locus non eſt, ut ſi debitor fidem cautionis agnoverit, *l. 4. hoc tit.* ſi ita caverit tranſactionis cauſa, *l. 21. hoc tit.* ſi argentariis caverit, ex *Nov. 37.* ſi caverit ſe rem accepiſſe in cauſam depoſiti: nec enim poteſt allegare ſe non accepiſſe depoſitum, qui vel ſemel ſcripſit ſe accepiſſe ex *d. l. in contractibus*, & aliis etiam caſibus quos ex hoc titulo excerpere facile eſt.

AD TIT. XXXI. *De Compenſationibus.*

IN hoc tit. proponitur quartum genus exceptionis, qun etiam jus crediti perimitur, hoc nempe ſi pecunia penſata eſſe dicatur, *l. in exception. §. ſed etſi procuratoris*, *ff. de probat.* nam compenſatio olim in ſtrictis judiciis, quale eſt condictio creditæ pecuniæ non fiebat ipſo jure, ſed per exceptionem doli mali, *§. in bonæ fidei Inſt. de actionib.* Compenſatio eſt computatio vicemutua debitæ quantitatis, vel abſumptio, vel delibatio ejus, quod petitur: quam tandem placuit inter omnes juris doctores in omnibus judiciis ipſo jure fieri, id eſt, id quod invicem debetur, ipſo jure minuere, aut abſumere id quod creditur, *l. poſteaquam*, *ff. de compenſat. l. 4. 6. & ult. hoc tit. l. inter*, *ff. de adm. tut.* ſi modo liqueat de eo quod invicem debetur: nam debiti incerti, dubii, & obſcuri non eſt compenſatio, *d. l. ult. hujus tit. & l. ſi debeat. ff. eod. l. 3. ff. de tut. & rat.* Hodie moribus noſtris non opponitur compenſatio, niſi ex reſcripto principis, cujus impetratio eſt facillima: ſed legibus noſtris generaliter hodie ex *l. ult.* & ſine permiſſu principis licet debitori cuilibet compenſare id quod ſibi invicem debetur: imo generaliter, & compenſatio, & retentio, & deductio omnis fit hodie ipſo jure, & nihil differentiæ eſt inter deductionem, & compenſationem. Et admittitur compenſatio non tantum in actionibus in perſonam, ſed & in rem: olim non admittebatur in actionibus in rem, *l. Stichum aut Pamphilum, §. ſi creditor, ff. de ſolut.* ſi poſſeſſori alienæ rei, vel alienæ hereditatis invicem aliquid debeatur ab eo, qui agit in rem, non id ſibi ſolviſſe videtur aut compenſaſſe, atque ita minuiſſe rem quæ petitur, ſed debet ſeorſim agere de eo, quod ſibi debetur. Ergo in actione in rem non eſt jus compenſationis, ſecundum jus vetus. Item erat olim magna differentia inter compenſationem, & deductionem. Compenſatio, ut placuit omnibus, fiebat ipſo jure, deductio per exceptionem, *l. amplius*, *ff. rem ratam haberi*, *l. filium quem*, *ſupr. fam. erciſc.* Compenſatio omnis eſt juris, deductio plerumque facti, quia fit per exceptionem. In compenſatione jus verſatur, in deductione factum, ut in *l. quib. & l. ſi in area*, *ff. de cond. ind.* Et quibuſdam caſibus etiam jus, ut retentio dotis ob impenſas fit ipſo jure, id eſt, neceſſariæ impenſæ minuunt dotem ipſo jure, & minuunt peculium, *l. ſervus quem*, *ff. de act. empt. l. quod dicitur*, *ff. de imp. in res dotal. fact. l. dote prælegata*, *ff. de dote prælег.* Deductio igitur, & retentio alias eſt juris, alias facti, ſed plerumque facti: verum hodie ex conſtitutione Juſtiniani nulla eſt differentia inter compenſationem, & deductionem: nam Falcidia, quæ olim deducebatur ab herede ex legatis per exceptionem tantum, hodie veluti compenſatio ipſo jure minora efficit legata, ut cui legata ſint duodecim, ſi Falcidia efficiat tria, non poſſit petere niſi novem: quia deductio Falcidiæ fit ipſo jure ex conſtitutione Juſtiniani. Et præterea, quod poſſeſſor juſtus ſive bonæ fidei in rem actione conventus ſibi debitum deducebat per exceptionem, tandem id velut compenſationis jure minuit rem, quæ petitur. Atque ita deductio illa verſa eſt in compenſationem: nam deductio, quæ fit ipſo jure, nihil aliud poſſit eſſe quam compenſatio: atque ita conſtat ex *l. ult.* compenſationem etiam hodie obſtare actioni in rem: Et convenienter recte in definitione compenſationis ex *l. 1. ff. eod.* ut ſit debiti, & crediti inter ſe contributio: debitum autem deberi dicitur non tantum quod debetur actione in perſonam, quod ſolum proprie deberi dicitur, ſed etiam, quod exequi licet actione in rem, ut in definitione actionis: placet etiam verbum *deberi* latiſſime accipi: alioquin eſſet definitio actionum in perſonam tantum, non in rem, ut in ſtipulatione emptæ hereditatis, *l. pecuniæ*, *§. ult. ff. de verb. ſignific.* ſed etiam manet hodie, quod eſt maxime notandum, quod obtinuit olim in actione in rem, prædonem, vel malæ fidei poſſeſſorem non habere deductionem, vel compenſationem ſui crediti naturalis aut civilis, *l. ſi quid poſſeſſor*, *§. ſed ſi ipſi*, *& §. ſeq. ff. de petit. hered.* Et hoc eſt, quod ait in fine legis ultimæ, *poſſeſſionem alienam perperam obtinentibus compenſatio non datur:* & ita intelligi debet dicta lex ult. bonæ fidei poſſeſſor olim habuit deductionem ſui crediti per exceptionem: hodie eam habet ipſo jure, reputationem hodie fieri ipſo jure tanquam compenſationem, & in eo ſolo eſſe novam conſtitutionem legis ultimæ hujus tituli, non in ceteris: nam qund ait compenſationem fieri ipſo jure, hoc placuerat ante *d. l. poſteaquam:* quod ait compenſationem fieri debiti certi, hoc etiam obtinuiſſe olim demonſtravimus: quod ait compenſationem non fieri in actione depoſiti, hoc etiam obtinuiſſe olim conſtat ex Sententiis Pauli: quod ait malæ fidei poſſeſſori non dari compenſationem vel deductionem, hoc etiam olim obtinuiſſe probavi. In iis igitur nova non eſt, *l. ult.* ſed in eo tantum qood vult in omnibus actionibus retentionem & deductionem fieri ipſo jure. His adde, etiam in actione commodati non eſſe compenſationi locum ex *l. ult. ſup. commod.* non commemorabo alias cauſas quibus compenſationi locus non eſt, ut ſi fiſcus petat tributa, vel ſtipendia, vel annonas, vel pretium rei quam vendidit, non datur compenſatio adverſus eum, *l. aufertur*, *§. ut debitores*, *ff. de jure fiſci*, *l. 2. & pen. ff. hoc tit.* vel etiam ſi reſpublica petat tributa aut vectigalia, vel pecuniam creditam ex arca deſtinatam calendario civitatis, ideſt, ut fœnori occuparetur, *l. 3. hoc tit.* Et ſimiliter debitor ex ea pecunia, quæ oleo aut frumento publice coemendo deſtinata eſt, ſumptibus ſolemnibus civitatis, ut ad ludos introducendos, non utitur compenſatione, *d. l. 3.* Ac neque is, qui debet civitati ſeſtum quod ſingulariter datum eſt civitati. Sunt & alii caſus quibus non eſt compenſationi locus, quos ex hoc titulo colligere facile erit, & ex *l. ejus 9.* nemo compenſat, quod ſibi non debetur, ſed alii, ut ex *l. 1. hoc tit.* fiſco ex diverſa ſtatione non opponitur compenſatio, & ex *l. 2.* quod ſolutum eſt ex cauſa judicati, ſicut non condicitur, ita nec compenſatur.

AD TIT. XXXII. *De uſuris*, &
AD TIT. XXXIII. *De nautico fœnore*.

HUjus tituli portio quædam eſt titulus de nautico fœnore: nam fœnebris pecunia ſolet dividi in nauticam ſive trajectitiam, & in pedeſtrem: nam nautica pecunia navigat periculo creditoris, pedeſtris pecunia, aut ejus pecuniæ periculum pertinet ad debitorem, ſtatim atque eam accepit: Et rurſus ſuſcepti periculi penſandi gratia, fœnus nauticæ pecuniæ nullum habet modum certum, nullum habuit olim: hodie enim habet quem præſcripſit Juſtinianus in *l. eos*, *h. tit.* pedeſtri pecunia aut fœnori mediterraneo eſt impoſitus certus modus, quique ſemper erit. Non probamus autem continuationem Accurſii, vel alius cujuſvis: Et ita dicimus, Hic liber quartus, qui eſt de contractibus, & de actionibus in perſonam cœpit à contractu mutui, ut omnium maxime neceſſario in hac civili ſocietate, prælata jurisjurandi religine honoris gratia. Ex qua ſæpe quaſi de credita pecunia certa datur actio, ſi quis delato jurejurando juraverit ſe pecuniam crediďiſſe: Eſt igitur actio mutuæ pecuniæ, quod eſt condictionis nomen omnium in perſonam actionum commune, fecit ſuum: nam quæ ex mutuo datur actio, non habet aliud quam condictionis nomen: hic idem liber librive conditor mutuo quaſi capiti negotiorum civilium adjunxit alia capita ex quibus æque datur actio non alius nominis quam communis, id eſt, condictionis, quæ ex mutuo, vel ex promutuo datur, ut condictio indebiti, & condictio ob rem dati, & ſimiles, & propoſitis generalibus præceptis pertinentibus ad actionem pecuniæ creditæ, & exemplu ejus productis ad alias actiones, etiam huic negotio creditæ pecuniæ ſive mutuatitiæ admixto commodato & pignore, ſicut legimus in *l. 1. ff. de rebus cred.* prætorem etiam edixiſſe de commodato, & de pignore: propterea quod commodatum mutuo adeo eſt proximum, ut & inter ſe permutent nomina, *l. item legato*, *§. 1. ff. de leg. 3. l. quæſitum*, *§. ſi quis fundum*, *ff. de inſt. & inſtrum. leg.* & quod pignus ſit acceſſio crediti, vel obligatio in vicem crediti, expoſitiſque actionibus, quæ ex debitis, & creditis, & aliis contractibus filiorum aut ſervorum dantur in patres vel dominos etiam quaſi acceſſiones, ut in *l. ſi ſervum §. an filiusfam. ff. de verb. oblig.* Ac præterea redditis cauſis ex quibus jus creditis perimitur, tandem extrema clauſula eſt de uſuris, quæ nihil etiam aliud ſunt quam actiones creditæ pecuniæ. Poſt has ſuo ordine progredientur omnes contractus, omneſque actiones in perſonam, nec ulla jam amplius ordinis interruptio erit, qualis fuiſſe videtur ſuperioribus titulis, re ea quam præmonſtravi, non animadverſa. Uſura autem eſt reditus pecuniæ, qui debetur à tempore contractus, vel à tempore moræ in diem quo ea pecunia ſolvatur, vel quo is reditus æquaverit eam pecuniam. Dico reditus pecuniæ, ex *l. Titius*, *ff. de præſcript. verbis*, & *l. alumnæ*, *ff. de adim. leg.* Dico à tempore contractus, vel moræ, quia uſura vel infligitur ob lucrum à die crediti, quod proprie fœnus dicitur, vel ob moram debitoris, à tempore moræ, *l. cum quidam*, *§. ſi pupillo*, *ff. de uſuris*, Dico in diem quo ea pecunia ſolvatur, ex *l. lecta*, *ff. de reb. cred.* Et addo, vel quo is reditus ſortem æquaverit: ſortem dicimus ſummam, caput, & *capitarium æs*, apud Feſtum. Ubi autem uſura æquavit ſortem, quod poſtea connumeratur, deducitur de ſorte, id eſt in ſortem imputatur, & hoc eſt, quod dicitur, ſupra duplam uſuram non deberi, id eſt altero tanto amplius ſorte, *l. ſi cum ſortem*, *§. 1. ff. de cond. indeb. l. 4. §. pro operis*, *ff. de nautic. fœn.* nam ut hoc declarem exemplo; ſi ſors fuerit centum, & ex uſuris hodie conſtet te accepiſſe centum, nihil deinceps accipies uſuram nomine, quæ æquavere ſortem: Et ſi quid accipies id imputabis credito; & quantum accipies, tantum decedet credito,

A duplum enim eſt finis uſuræ: ſunt autem uſuræ jure civili probatiſſimæ, & receptiſſimæ, maxime quæ ob moram infliguntur: adeo ut etſi nihil de eis convenerit, veniant officio judicis, aut ipſo jure in actione bonæ fidei, & in actione judicati, & in actione ex teſtamento legatorum nomine aut fideicommiſſorum, *l. 2. §. nonumquam*, *ff. eod. l. 3. ſup. in quibus cauſis reſt. in int. neceſſ. l. ult. §. præterea*, *inf. de jure dot.* & *l. ult. inf. de uſuris rei judic.* veniunt igitur vel ex conventione, vel arbitrio judicis, vel αὐτομάτως, ipſo jure. Et veniunt, etiamſi nihil interſit creditoris, id quod intereſt, quo jus noſtrum dici deterius factum eſt, & poſſit intendi non eſſe factum deterius: Et tamen non ideo minus debebuntur uſuræ: id quod intereſt dicitur id quod per adverſarium amiſſimus, vel
B habere non potuimus, *l. generaliter*, *ff. de regul. jur.* Et poſſumus interdum nihil amiſiſſe, vel prætermiſiſſe, nec tamen ideo minus debebuntur uſuræ, fœnoris quoque inflicti lucri ſolius gratia poſſit eſſe juſta cauſa: nam etſi non probem id fœnus, quod longe ſuperat eam utilitatem, quam ex credito debitor habet, quia natura mutui eſt, ut beneficio afficiat debitorem, qui accepit: Et eo genere evenit, ut quia ſub ſpecie falſa dandi beneficii, creditor ipſe potius accipiat beneficium: ſi tamen, quod ex credito lucrum facit debitor, negotiator forte aliquis, amplius ſit eo, quod creditori adfert uſura, cur uſuram non accipiet? nam beneficium quo afficitur debitor præſtat amplius, & præponderat uſuræ, prægravat uſuram. Hæc eſt definitio certa, qua poſſis dignoſcere fœnus æquum ab iniquo: & quod proverbio
C fertur de donis, & muneribus, ὄτε πάντα, ὄτε πάντοτε, ὄτε παρὰ πάντων, id eſt, *neque omnia, neque omnino, neque ab omnibus*, ut ait lex *ſolent*, *ff. de officio procoſ.* ut xenia non accipiantur paſſim à proconſule: ſed modum adjiciat. Idem placet eadem ratione conſtitui de fœnore. Nec feram amplius ut quiſquam dicat odioſas eſſe uſuras juſta ratione ſuſceptas, quas leges probant: & odio uſurarum pleraque eſſe introducta; & ita ſtatuam, nihil in jure eſſe cautum odio uſurarum, odio, inquam uſurarum, nempe ut pecuniæ creditæ uſuræ non debeantur ex pacto, citra ſtipulationem, *l. 3. hoc tit. l. idemque*, *§. ſi Titio*, *ff. mand. l. 10. §. utrum*, *ff. de in rem verſo*. Dico enim hoc non induxiſſe odium uſurarum. nam etſi de alia quacumque re pactum mutuo adiiciatur ex continenti, non parit actionem: hoc enim rece-
D ptum tantum eſt in contractibus bonæ fidei, & ut pacta eis adjecta firment actionem, non in ſtrictis, quale eſt mutuum, *l. 7. §. quin imo*, *ff. de pact. l. lecta*, *ff. de reb. cred.* Non ſunt etiam uſuræ exiſtimandæ odioſæ, quod modum & finem, leges legibus præſcriptas habeant, certas, alioquin & legata, & donationes, & dotes, & manumiſſiones erunt odioſæ: quæ modo conſtringuntur certo: nec enim licet in immenſum donare vel legare, vel dotem conſtituere: nec lege Caninia totam familiam manumittere: & hæc tamen nemo dixerit eſſe odioſa. Porro uſurarum modus eſt fere triplex, ut non debeantur centeſimæ, niſi perraro: ſed leviores uſuræ ex contractibus, maxime ex mutuo, & quod expoſui ante, non debeantur ſupra duplum, & ut uſuræ uſurarum numquam admittantur, *l. eos*, & *l. pen.* & *ult. hoc tit.* Uſuræ centeſimæ olim erant permiſſæ, atque adeo
E in libris noſtris uſura legitima, ideſt centeſima, quæ ſcilicet in centenos nummos reddit quotannis duodenos, vel ut in idiotiſmo *au denier huit & un tiers*: hodie uſura centeſima non permittitur paſſim ex conſtitutione, *l. eos*, & permittitur tantum in nauticis pecuniis, propter periculum, quod ſuſcepit creditor, quamvis ſit exiguum, quamobrem non puto ſervari hanc taxationem, & hodie etiam admitti in nautica pecunia infinitas uſuras, duas, tertias centeſimas, in quibus etiam licet duplum excedere: quamvis aliter ſententiat Juſtinianus nam qui taxationem impoſuit uſuræ nauticæ, ut ne excederet centeſimam, & dupli finem imponit uſuræ, quæ taxationem habet, & duplo finitur: quæ

non

non habet, ut olim erat nautica uſura, nec duplo finitur. Etiam Juſtinianus permiſit centeſimas in frugibus, veluti in frumento credendo, & oleo, vel vino: qua ratione etiam ſingulariter receptum eſt, ut frugum uſuræ nudo pacto præſtentur, *l. frumenti, hoc tit.* Ex cauſa judicati etiam hodie veniunt centeſimæ,& ex aliis quibuſdam cauſis regulariter nonveniunt:& in perſonis illuſtribus veluti ſenatoribus,ex *l. eos*: ſervantur uſuræ trient: *au denier vint-cinq*; In negotiatoribus, mercatoribus, argentariis, ſervantur beſſes uſuræ, *au denier douze, & demi*, & in cæteris perſonis ex *l. eas*, ſervantur uſuræ ſemiſſes, *au denier ſeize, & demy tiers. Au denier dix*, eſt uſura dextans: *Au denier douze*, eſt uſura paulo amplior beſſe: *Au denier vingt*, eſt uſura quincunx: *Au denier quinze*, eſt uſura paulo major ſemiſſe: *Au denier trente*, eſt uſura aliquanto major quadrante. *Trois, & un tiers pour cent: Au denier trente trois, & un tiers.* eſt uſura quadrans, quæ reddit ternos ſcilicet in centenos nummos. Et quod ad tertium modum attinet, ut uſurarum uſuræ non debeantur, etiam hoc ſemper obtinuit in nauticis uſuris, quæ ſunt attrociſſimæ uſuræ, quæ vel quantumvis magnas facultates abſorbere poſſunt; ut ecce ſi quis ſe conſtituerit mihi numeraturum hodie unum aſſem, cras duos, perindie quatuor: & ſic deinceps duplicato numero: nam trigeſimo die futurum eſt, ut plus debeat, quam ſit nummorum in toto orbe. Et ſimiliter ſi convenerit inter nos, ut hodie inferas in horreum granum unum, cras duo, perendie quatuor, & ſic conſequenter duplicato numero die ſexageſimo tertio, in tantum accreverit acervus, ut nec in hunc uſque in diem verum ſit tuliſſe tantum frumenti. Inde licet intelligere ſi uſuris accedant uſuræ, ac proinde ſuccreſcat uſura uſuræ, nulla eſſet tanta facultas, quæ non his uſuris penitus abſumeretur, & ideo eos merito prohiberi in omnibus negotiis.

AD TIT. XXXIV. *Depoſiti, vel contra.*

POſtquam egit de contractu pecuniæ creditæ, & de acceſſionibus ejus,& de iis, quæ is contractus habet communia cum aliis ſingulis contractibus, nunc incipit dare ritulum, ſeu tractatum ſpecialem, & de depoſito quidem imprimis. Depoſitum eſt conventio, qua ita agitur, ut rem meam, vel alienam cuſtodias, & mihi poſſideas non tibi, eamdemque mihi quandocumque repoſcenti reſtituas, vel: Depoſitum eſt conventio, qua res aliqua noſtri, vel alieni juris penitus fidei ejus ſervanda committitur, qui eam officii cauſa cuſtodiendam recepit. Dico rem noſtram, vel alienam, rem noſtri, vel alieni juris: nam & rei alienæ depoſitum contrahitur, *l. ſi is apud quem, D. eod.* Et ſi is apud quem res depoſita eſt, deinde eam depoſuerit apud alterum, quo caſu primo depoſitario in ſecundum eſt actio depoſiti directa, quam mihi, qui prior depoſui, cogitur cedere primus depoſitarius, ſi quod in ea re ſecundus dolo malo ſecerit, cogitur mihi cedere directam actionem depoſiti, quam non habeo jure civili, cum non ipſe depoſuerim, ſed is apud quem depoſui. Et addendum ei rei eſt ex fragmentis Ulpiani, ſine ceſſione etiam mihi in ſecundum depoſitarium competere utilem actionem depoſiti: quod fere in omnibus articulis juris obtinet, ut ubi eſt cum ceſſione directa actio, ſine ceſſione ſit utilis. Dico præterea depoſitarium officii cauſa rem depoſitam cuſtodiendam recipere: nam depoſitum beneficium eſt, quod datur deponenti: nec admittit mercedem cuſtodiæ: nam ſi interveniat merces, locatio eſt, & conductio, *l. 1. §. ſi quis ſervum, ff. eodem*. Et depoſitum numeratur inter eos contractus, qui ex amicitia originem ducunt, ut mutuum, commodatum, mandatum, precarium: iis igitur adde etiam depoſitum: ſed ut mandatum facile recipit remunerationem, honorarium, ſalarium: ut ei, qui negotium meum geſſerit mandatu meo, non male dabo honorem, non quaſi mercedem operæ, & laboris, ſed quaſi honorem vice ἀντιδώρου. Mutuum quoque recipit modicam uſuram, quæ non exuperet beneficium, quod mutuam pecuniam accipienti datur, ſed exuperetur, quia beneficio adjuvari nos oportet, non opprimi, *l. in commodato, §. ſicut, in fi. ff. commod.* ergo levem uſuram mutuum admittit, quæ ſcilicet non ſuperet beneficium, quod collatum eſt in debitorem. Et ita vice remunerationis in depoſito nonnumquam venit pretium operæ, ſive præmium quaſi merces, *l. ſi ut certo, §. nunc videndum, ff. comm. l. 2. §. generaliter, ff. vi bon. rapt.* Et in eo caſu cum in depoſito intervenit aliquid honoris vice, quia in eo tunc utriuſque contrahentis utilitas vertitur, depoſitarius præſtare debet in ea re ſervanda non tantum dolum, ſed etiam culpam, quod ſupradictæ leges etiam docent: alioquin depoſitarius præſtat tantum dolum, aut quod item eſt, latam culpam, ideſt, magnam negligentiam, niſi aliud convenerit, quia ſcilicet ſola deponentis verſatur utilitas, quia nihil remunerationis vice confertur in depoſitarium, & ideo dolum tantum præſtat, *l. 1. in hoc tit. & l. 1. §. ſi convenit, & l. quod Nerva, ff. eod. l. contractus 23. ff. de reg. jur.* Cuſtodia enim in depoſito non eſt plena cuſtodia diligentiſſimi patris familias, ut in *l. 2. §. de peric. rei vend.* ſed ea eſt cuſtodia, quam depoſitarius adhibet ſuis rebus ſervandis, ideſt non minus eſſe diligens debet in conſervandis rebus depoſitis, quam in ſuis: alioquin dolo non caret. Sed ſi tam fuerit diligens in his, quam in illis, etſi non fuerit diligens ad modum diligentis patris familias, non tenetur de dolo, *d. l. quod Nerva*, etſi res perierit. Dixi præterea, rem depoſitam committi prorſus ſidei depoſitarii, & idcirco in depoſito quandoque repoſcenti reſtituendo confeſtim major quædam fides exigitur, quam in aliis contractibus: Et depoſitum ſacrum dicimus, ut in Satyra.

—Sacrum tibi, quod non reddat amicus,
Depoſitum.

Et depoſiti ſacram fidem: Et Plato definit depoſitum δῶμα μετὰ πίστεως: quod datur in fide, & fides eſt plerumque: etſi nulla teſtium, aut cautionum fides intervenerit, quæ res obligat magis fidem depoſitarii Liv. *fides habita ipſam magis obligat fidem*. Ulp. *l. 1. D. eod.* non ineleganter obſervat in depoſito particulam *de augere depoſitum*: Et ſic dici ait depoſitum quaſi valde commendatum, ut ſane nefas ſit quidquid apud aliquem valde ponitur, eum perfidioſum eſſe, & fallacem erga illum, qui ejus fidem potiſſimum elegit, & approbavit. Et ex eo multa ſequuntur, ut actio depoſiti ſit famoſa, ſi quis depoſiti condemnatus ſit ſuo nomine, *l. 10. hoc tit.* quia ex cauſa depoſiti nemo condemnatur, niſi propter dolum. Et actio de dolo omnis eſt famoſa, & turpis, ſive per ſe agatur de dolo, ſive inſit actio de dolo alii actioni: Ineſt autem actioni depoſiti, & cuicumque alii actioni bonæ ſidei, quia bonæ fidei nihil eſt tam contrarium, quam dolus malus, ut qui de bona fide agat, ſane agat etiam de mala. Item actio depoſiti ex 12. tab. fuit in duplum, in eum, qui non confeſtim reddit depoſitum, hodie in ſimplum tantum ex edicto prætoris: Et ita legi in fragm. Sententiarum Pauli. Ex cauſa depoſiti, leg. 12. tabul. in duplum actio datur, ex edicto prætoris in ſimplum: quo jure utimur: illo priore non utimur: nam actio depoſiti hodie non infamat, ſi quis damnetur depoſiti: ſed datur etiam hodie in ſimplum tantum jure prætorio, ut fortiter poſſit defendi hodie actionem depoſiti eſſe prætoriam, non civilem. Lex 12. tabul. plectebat perfidiæ crimen duplione. Et perfidiam maxime ulciſcimur in hoc contractu. Verum hodie uno tantum caſu eſt in duplum, & quidem ex inficiatione, id eſt ſi abnegaverit depoſitum, ſi dixerit apud ſe rem non fuiſſe depoſitam, *§. ſed furti, Inſt. de act.* ubi dicitur, interdum actionem depoſiti ex inficiatione dari in duplum: Quod ait, *interdum*, id eſt explicandum ex *§. in duplum, & §. plane, eod.* & l. Rhodiæ cap. 14. ut ſi res depoſita ſit apud L. Ti-

Digitized by Google

Titium in ſumma trepidatione naufragii, vel tumultus, vel incendii, vel ruinæ, & is L. Titius ad inficias jerit, conventus actione depoſiti, ſi actor probaverit intentionem ſuam, ſequi condemnatinnem in duplum, quæ creſcit perfidiæ cauſa, eum res deponitur imminente maximo periculo, & pene conſternato animo deponentis: Et ita Modeſtinus in libris differentiarum, dum tradit differentiam inter commodatum, & depoſitum, ait, actionem commodati ſemper dari in ſimplum, depoſiti nonnunquam in duplum, videlicet jure prætorio, ſi naufragii, incendii, ruinæ, tumultus cauſa res deponatur: alioquin eſt in ſimplum, & abolita eſt actio civilis in duplum, ſcilicet ut una coerceatur duplo: altera, ſimplo, adhibitis tamen uſuris atque fructibus ex mora, officio judicis, quia in actione depoſiti, ſicut in aliis omnibus actionibus bonæ fidei tantum valet officium judicis, quantum ſtipulatio uſurarum in ſtrictis judiciis, *l. quia tantum*, *ff. de neg. geſt.* Ac præterea, ut intelligamus quanta fides in reddendo depoſito ſine mora à depoſitario exigatur: etiam adnotare oportet, in actione depoſiti, non eſſe retentioni locum, neque compenſationi, *l. ult. ſup. de compenſat.* Non eſſe locum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non datæ rei, ſi de depoſito ex ſcripto agatur, *l. in contractibus*, *ſup. de non numer. pec.* & reſtitutionem depoſiti nihil morari poſſe denunciationem alterius, qui ſua intereſſe dicat depoſitum confeſtim domino non reddi, *l. pen. hoc tit. & Nov.* 88. Et præterea actio depoſiti eſt privilegiata, ideſt, ſatisfieri prius oportet iis, qui depoſitas pecunias habuerunt, & deinde cæteris creditoribus, *l. ſi hominem*, *§. quotiens*, *ff. eod.* Sed ut redeamus ad veriverbium, quod Ulpianus reddit in *l. 1. ff. eod.* ſic dici depoſitum, quaſi valde poſitum, ut Feſto dedita; valde data, deocultare, valde occultare, & alia pleraque: Julio autem Paulo aliud veriverbium placuit comminiſci, & dixit, dici depoſitum quaſi diu poſitum ſervandum ſit quod ad breve tempus cuſtodiendum datur: hæc ratio nominis continet in ſe elegantiſſimam ſententiam, nempe hanc, dari depoſitum præſentis cuſtodiæ cauſa, non perpetuæ, ut cum deponimus theſaurum: ſed tamen perinde ſervandum eſſe, atque ſi diu poſitum eſſet, ſive mandatum cuſtodiæ perpetuæ. Et facit in hanc rem *l. pen. §. 1. ff. de auro, & arg. leg.* Ita legavi: Aurum quod domi meæ erit, cum moriar illi do, lego, quæritur an legatum, id videatur, quod alii commodavi, nec eſt domi meæ: An debeatur etiam aurum, quod apud alium depoſui? Conſtituit differentiam inter depoſitum, & commodatum: aurum, quod alii commodavi, non videtur eſſe domi meæ, quia non poſſum id ſtatim petere importune: non eſt domi meæ niſi, quod ſit in manu mea, id eſt, in promptu: depoſitum vero repeto quandocumque. Igitur legato continebitur depoſitum, quaſi videatur domi meæ eſſe, quod ſtatim poſſim repetere: commodatum autem non eſt in legato. Nec eſt omittendum, quod tit. demonſtrat depoſiti, vel contra, duplicem eſſe actionem depoſiti, & utrumque eſſe bonæ fidei. Et ſtultum eſt dubitare, an contrariæ actiones dicantur etiam bonæ fidei, cum utriuſque dicatur idem judex: Et eadem in utriſque veniunt officio judicis, *l. actionem*, *ff. eod. l. qui non cogitur*, *ff. de jud.* Directa depoſiti actio datur repoſcenti, quam rem dopoſuit, contraria depoſitario cibariorum nomine, puta ſi ſervus apud eum ſit depoſitus, vel ſi equus, pabuli nomine: nec enim cibaria dicuntur niſi de hominibus, & ideo in d. l. adjectum eſt: ſervo conſtituto. Et obſervandum eſt, cjus legis actionem eſſe ex libris differentiarum Modeſtini. In eis enim hanc eum addidiſſe differentiam inter commodatum, & depoſitum, quod commodatarius contraria actione non repetat cibaria, quæ lege naturali ad eum pertinent, qui hodie utitur. Item commodatum utendum datur, & commodatarius utitur re commodata, *l. in rebus*, *§. poſſunt*, *ff. commod.* Depoſitarius non utitur: ergo non debet ſuſtinere impenſas cibariorum: ſed eas repetit actione contraria; & omnes alias impenſas neceſſarias factas in rem depoſitam. Etiam illud eſt maxime notandum, quod ait lex 3. hujus tituli, non immerito uſuras exigi ab eo, qui convenitur directa ex mora, ſcilicet officio judicis: cum inquit, ſibi debeat gratulari, quia nempe non conveniatur actione furti in duplum, ſed mitiori, nempe depoſiti in ſimplum. Hoc eſt notandum, ut eodem ſermone utamur deinceps in omnibus actionibus bonæ fidei, eum à quo petitur, ſi condemnetur in uſuras ex mora, ſibi debere gratulari, quod non fuerit conventus actione furti in duplum: nam actio furti cum omnibus bonæ fidei actionibus concurrit, *l. in re communi*, *& ſeq. ff. pro ſocio*: videlicet ſi depoſitarius rem depoſitam alienaverit, vel ſi eam reverterit in ſuos uſus: nam ſola inficiatio non facit furem, interverſio poſſeſſionis facit furem: imo inficiando depoſitum nemo facit furtum, *l. inficiando 69. ff. de furtis*: nam inficiatio non eſt furtum, licet ſit prope furtum, quod eleganter tranſlatum eſt ex eo loco, & ita ſcriptum in conſuetudinibus Normaniæ, quæ conſtitutio ſic ſe habet: *Combien, que la negation ne ſoit pas un larcin, toutefois elle à quelque ſaveur avec icelay larcin.* Et poſtremo obſervandum eſt, quod eleganter definitur in *l. ult. hujus tit.* ſi depoſitor reliquerit duos, vel plures heredes, qui depoſuerat auri pondus apud amicum, & unus ex heredibus aliis fuerit diligentior, & perceperit portionem hereditariam contingentem depoſiti: deinde depoſitarius forte fortuna ſine dolo malo amiſerit reliquum pondus auri, an coheredes poſſint venire in partem ejus, quod coheres ſibi præfeſtinavit dari non ultra portionem hereditariam. Definit eleganter *d. l. ult.* nihil coheredes poſſe ſibi vindicare in parte, quam exigit, qui fuit diligens, quia ſibi vigilavit: & licet vigilare ad conſequendum ſuum, *l. in ſumma*, *§. 2. d. de pec. l. 6. §. ſciendum*, *& l. pupillus*, *ff. quæ in fraud. cred.* imo non modo licet vigilare, ſed etiam inſtare vincenti, & præcurrenti, *l. in judicati*, *ff. de re jud.* Et jus civile (id eſt præcepta vivendi) ſcriptum eſt vigilantibus, non dormientibus, *d. l. pupillus*, & Juſt. in *d. l. ult.* ait, induſtriam, ſive vigilantiam non debere perſolvere pœnas deſidiæ.

AD TIT. XXXV. *Mandati, vel contra.*

DEpoſitum de, quo actum eſt titulo ſuperiori, contrahitur re, ideſt datione, vel numeratione, ſicut mutuum, commodatum, pignus, precarium: mandatum autem, de quo hoc titulo agitur, contrahitur nudo conſenſu uno rogante, & altero recipiente ſe id, quod rogatur, daturum, facturumve. Et mandatum igitur eſt conventio, qua is, qui rogatur, procuratoris animo, & gratuito recipit daturum facturumve id, quod rogatur. Et hæc duo verba rogo, & recipio citra ſtipulationem perficiunt mandatum, *l. 1. ff. eodem*, *l. quidam*, *ff. de her. inſtit. l. 1. §. exceptione*, *quarum rerum actio non detur*: Et *l. ſi negotiam*. *ſup. de negot. geſt. & l. ſi ſervi mei*, *ibidem*. Et recte Virgilius 6. Æneid.

Idem orans mandata dabat.

Oro, vel rogo verbum eſt mandati, nec mando aliud ſignificat, quam rogo. Eſt enim verbum precarium, *l. 2. inf. comman. de leg. §. ult. Inſt. de ſing. reb. per fid. rel.* mandamus procuratori libero homini, rogantes: imperamus villicis noſtris, & ſervis. Cicero in 1. de Orat. *Si mandandum aliquid procuratori, aut imperandum villico de agricultura.* Porro nihil intereſt rogaverit, aut præceperit, quis præſens, aut abſens per epiſtolam. Rogamus per epiſtolam, præcipimus per epiſtolam, atque ita mandatum perficimus: epiſtola, quæ rogat, mandatum eſt, ac ſæpe in auctoribus Epiſtola eſt mandatum. Joſephus 7. de captiv. Judæorum, *ἐδόθησαν ἐπιστολαί*. Rectiſſime illud, & ſequentia confirmant: *Quoniam*, inquit, *mandatis obtemperavere, quæ vocant epiſtolas*: ſed non ſatis eſt mandare, ſi non ſuſcipiatur manda-

dstum: Et ut dixi, ſuſcipitur etiam per epiſtolam, ut *l. ult. in princ. ff. eodem*. Cujus ſpecies eſt elegantiſſims: Et ut intelligatur indiget adminiculo aliquo. Erat controverſia de hereditate inter heredem ſcriptum, & legitimos heredes: videlicet patruum, & amitas defuncti, id eſt patrui ſorores: Patruus rogatur per epiſtolam à ſororibus, ut communem cauſam ageret: reſcripſit, & declaravit per epiſtolam, commune futurum eſſe, quod ex eveotu litis hereditsriæ ad eum perveniſſet: non poteſt procurator ex eventu litis alienæ ſibi cavere certsm partem, puta dimidiam, vel aliam: ſed poteſt, & vero debet ex eventu litis, quod redegit præſtare domino. Atque ita patruus, qui ſuam, & ſororum cauſam agebat recte reſcripto cavit, commune fucurum eſſe, &c. porro de ea re ſine lite non eſt judicatum, ſed trsnſactum, pendente judicio inter heredem ſcriptum, & pstruum: Ex ea tranſactione, non ex judicato, ad patruum prædia, & quædam alia pervenerunt: quæritur, an ea debest communicare ſororibus. Et eleganter lex ait: actinne mandati compelli poſſe patruum ad communicanda ea omnia, quæ ex tranſacto ad eum pervenerunt: atque ita eventum litis cum dicimus, non tam judicatum, quam tranſactum dicimua, quia utroque jure fiuem accipit lis. Dixi in definitione mandati (procuratoris animo) non eſt procurator niſi, qui procuratoris animo negotium ſuſcipiat alienum. Hoc probatur ex *l. idemque*, *§. ſi quis ea*, *ff. eod.* ſi dominus procuratori ſuo mandaverit, ut quæ is gereret, ita demum rata eſſent, ſi geſta eſſent interventu Sempronii. Is procurator domini pecunism male credidit interveniente Sempronio, conciliante, quæritur an Sempronius teneatur sctione mandati, qui nihil dolo fecit. Procurator enim præſtst omnem culpam, & leviſſimam, *l. 9. 11. 13. hoc tit.* ſed is Sempronius conſiliarius fuit, non procurator. Conſiliarius præſtat dolum tantum, non culpam: etiam ſecundum regulas juris, conſilii non fraudulenti nulla eſt obligatio, & ut eleganter lex ait, is Sempronius non procurstoris animo intervenit, ſed amicalem affectionem promiſit, & idcirco non tenetur mandati, nec ob dolum, nec ob culpam, ſed ex dolo tenetur sctione de dolo. Igitur in recipiente mandatum procuratoris animum exigimus. Præterea diximus *gratuita*, ut ſignificaremus beneficii genus eſſe: cum enim, quis mandet, alter exequendom recipiat, unus beneficio afficitur, *l. 1. §. ult. l. ita, ut omnes*, *§. 1. §. litem*, *ſupr. de procurat.* Deoique mandatum eſt gratuitum, ſicut depoſitum: honoris tamen, & remunerationis vice aliquando dari procuratori ſalarium, quod ſolet eſſe modicum. Omne honorarium eſt modicum: alioquin merces eſt, non honorarium, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mod.* ſalarium, inquam, & obſonium ei dari facile patimur, ejuſque honorarii extra ordinem ei petitionem damus, *l. 1. bujus tit. l. 7. ff. eodem*: ſed non ideo minus mandatum cenſetur eſſe gratuitum, nec ideo minus ſunt ultro citroque actiones msndati, *l. ſi remunerandi*, *ff. eodem*. Et invenio etiam ex pollicitatione, & pactione peti poſſe extra ordinem judicio mandati: ſed per prætorem, aut Præſidem, non per judicem certum, ſi modo ſalarii fuerit quantitas certa, *l. 1. bujus tit.* Incertæ quaotitatis honorarium peti non poteſt, *l. qui matuam*, *§. ſalarium*, *ff. eod. l. 17. hoc tit.* ut votum, quod eſt pollicitationis genus legimus apud Livium lib. 31. ſi fuerit incertæ pecuniæ, non valere, nec obligare eum, qui vovit. Sed in hanc rem maxime notum eſt, quod monet Pap. *l. 7. ff. eod.* judicii diligenter conſiderandum eſſe quoties agitur de ſalario procuratoris, an dominus ſalarium conſtituerit laboris remunerandi gratia, an ex eventu litis incerto procurator pactus ſit ſibi dari certsm quantitatem, vel certam partem litis, vel victoriæ, quæ plerumque longe majoris pecuniæ eſt, quam ſalarium, quod eſſet modicum honor, non pretium: ſalarii petitio eſt: hæc autem pactio improbatur, ſi procurator paciſcatur ex eventu futuræ litis, & ex emolumento ſibi dari

A certam quantitatem, vel litis partem certam: nam hæc pactio eſt evidens deprædatio ejus, ad quem ea res pertinet, & redemptio rei, ſive litis alienæ, id eſt ſocietas futuræ victoriæ conventa inter dominum, & procuratorem, quæ turpis eſt. Et quod multum ad hanc rem pertioet, quia ceſſionibus actionum id eſt mandatis actionum, vel quia in faciendis procurationibus ad lites, & cedentis eis actionibus noſtris, hæ plerumque tacitæ pactiones inſunt de ſocietate futuræ primæ, & ſi pecunia intevenerit, omnes præſumuntut eſſe tales, & prohibentur per *l. per diverſos*, *hoc tit.* Ex ea conſtitutione redemptor litis magis videtur eſſe, quam verus, & legitimus procurstor, qui pecunia data alienas ſuſceperit actiones: ea ceſſio improbatur, quod non careat ſuſpicione pactionis illicitæ, ſeu ſocietatis improbæ:
B Et nominatim propterea cavetur, ut is, qui pecunia data ſuſcepit alienam actionem, ex actione ceſſa non plus conſequatur, quam dedit ex nomine ceſſo, ut ſi nomen fuerit centum, & dederit decem, non poterit à debitore plus conſequi, quam decem: & reliquum cedet lucro debitoris, nec manebit in interdicto creditoris, qui ceſſit: nam ceſſio illa nominis interdicta fuit hac conſtitutione: ſi quis nomen centum emat, centum, quod vix unquam fit, ſane valeret ceſſio: ſed vix unquam ita fit, & ob id ſtricte accipitur ne procurator ex ceſſione plus ferat, quam dederit ipſe: quæ lex per ſe ſatis prohibet ceſſionem: nam qui hac lege eſt ſuſcepturus actionem alienam, dices ſpem illi eſſe propoſitam vindictæ, & ulciſcendi adverſarii: ſed tantum abeſt, ut opprimatur, ut ſublevetur: quandoquidem reliquum debiti cedit debitori, *l. ult. hoc tit.*
C Igitur etſi pecunia data procurator ſuſceperit alienam litem, inutilis ceſſio eſt: nec ceſſio facile eſt admittenda, exceptis tantum quatuor caſibus quibus ceſſio admittitur. Primus caſus eſt ſi, ut fit, coheredes in familia erciſcunda ſibi invicem cedant actiones hereditarias, alter ſi creditori detur nomen in ſolutum ceſſa actione. Tertius, ſi poſſeſſori rem alienam inferenti domino æſtimationem litis, viciſſim dominus cedat actionibus ſuis, rei perſequendæ gratia, ſi forte ejus poſſeſſionem amiſerit. Quartus, ſi heres legatariis, aut fideicommiſſariis quibus nomen relictum eſt, aut res aliqua æque cedat actionibus: his qustuor caſibus ceſſionibus actionum valent in ſolidum ex *d. l. per diverſos*: quam confirmat lex, quæ ſequitur, quæ eſt vulgo ultima, ſed eſt penultima:
D nam in hoc titulo deſideratur ultima conſtitutio, quæ fuit Juſtiniani græca, ut nominatim in Baſilicis notatur, ubi eſt explicata ſummarie, & *κατὰ πόδα*, & ea lege ult. quæ in hoc titulo deſideratur, idem ſtatuit in illis quatuor caſibus exceptis in *l. per div.* ut ſcilicet ceſſiones non valeant in ſolidum, ne illis quidem quatuor caſibus: ſed ut valeant tantum eatenus, quatenus is in quem factæ ſunt, viciſſim contulit de novo coheredi, qui ceſſit actione: Et rurſus, ut valeat hactenus ceſſio, quatenus creditori, vel legatariis debitor, vel heres, qui ceſſit sctione, debuit: Et præterea hactenus is, qui ceſſit sctione, poſſeſſor rei alienæ perſolvit pro æſtimatione litis: ita ut nec illis quatuor caſibus ceſſio valeat ex aſſe. Et certe uno tantum caſu valet ceſſio nominis omni ex parte, ſi fiat donationis, & meræ liberalitstis gratis, citra ullam fictionem, quod etiam
E caverat lex antepenult. Non eſt omittendum inſcriptionem tituli ſatis demonſtrare duplicem eſſe actionem mandati, directam, & contrariam: directa datur ei, qui mandavit adverſus procuratorem, qui fidem fregit, ſive quid in ea re culpa levi admiſſum eſt: contraria autem procuratori de ſumptibus, quos fecit v. g. in rem domini de vecturis, ut ſi quid impenderit in vecturas dum per prædia excurrit, *l. Idemque*, *§. idem Labeo*, *ff. eod.* addita exceptione de eo, quod eſt de vecturis, niſi procurator ſalariatus fuerit, id eſt, cui conſtitum fuerit ſalarium honoris ergo, & convenerit de ſalario: nam conventio, ut de ſuo impendat in itinere non valet, quaſi inæquabilis. Et quamvis certum ſit mandatum

Digitized by Google

tum extingui morte alterius ; ſi contigerit mors inte- A gra mandato, excepto caſu *l. 1. ſup. de obligat, & act.* tamen aliquando durat actio mandati, ut ſolutum ſit mandatum, non ſoluta autem ſit actio mandati : qua de re dubitabatur olim, an tranſiret in heredem actio mandati, ut ſecundo ad Hern, legimus, M. Druſum reddidiſſe judicium, quod cum herede mandati ageretur, Sextum Julium non reddidiſſe. Potuit uterque quadam niti ratione : nam invenio duos tantum eſſe caſus quibus actio tranſit in heredem, vel competit in mandatarium, finito mandato morte mandatoris : Unus hic eſt, ſi ignorans mortem domini, mandatum explevit, *l. inter, §. s. D. eod. l. ejus, D. de reb. credit.* Alter hic eſt, ſi tibi heredi ex parte mandaverim ut mihi fundum hereditarium emeres, qui tibi eſt communis cum aliis coheredibus, & emeris ſciens, poſt mor- B tem meam durat actio, & mandati tenetur heres meus, *l. qui negotia, §. cum heres, D. eod.*

AD TIT. XXXVI. *Si ſervus extero ſe emi mandaverit.*

SUperiori titulo inter cætera mandati genus expoſuimus, quo malo more, ut ait *l. 1. §. ſi qui cautum, D. de extr. cognit.* quo, inquam, malo more actionem quis ſuſcipit alienam ſub lege participandi emolumenti, quodcumque eventus litis attulerit, omiſi, mendum inſidere id *l. per diverſos*, in verbo *præparare* : in veteribus enim legitur recte, *reparare*, ut Baſilic. *κατασκευάζειν*, & vetus etiam translatio Gallica, *apparreiller*. Hoc vero titulo intelligimus aliud genus mandati, quo C etiam malo more, malaque ratione, ut ait *l. cum ſervus, D. mand.* ſervi ſe dominis ſuis offerunt. Atque ita conjunctim tradita erunt nobis duo genera mandati malo more contracti, malaque ratione : & *d. l. cum ſervus* veluti interpretatio quædam eſt conſtitutionis hujus tituli : finge ſpeciem : ſervus vel ancilla domino ignorante, atque ideo malo more extraneo, puto L. Titio mandavit, ut ſe emeret à domino: non quod vellet mutare dominum; ſed ut manumitteretur ſtatim ab emptore : proinde mandavit ut ſi emeret poſt manumitteretur. Et ita Græci recte ſpeciem ponunt. Id vero L. Titius ſe facturum recepit: quæritur an valeat mandatum, & an ſit ultro citroque actio mandati ex hoc genere conventionis: Et ſi per ſe ſolum mandatum inſpicias, procul dubio nullum eſt mandatum, *d. l. cum ſervus*. Et D ratio redditur in hac lege, quia ſi eſt mandatum, vel conſiſtit ex perſona ſervi, vel domini : neutrius autem perſona conſiſtere poteſt : ergo non eſt mandatum : non poteſt conſiſtere ex perſona ſervi : nam ea demum valent ex perſona ſervi, quæ, ſi liber eſſet, ab eo, vel cum eo geſta valerent, *l. debitor, §. ſuo, De leg. 2. l. etſi maxime, D. de ſervit. leg. l. non ſolum, §. ult. D. de pec.* At liber factus ſe emendum mandaret inutiliter, quia non poteſt idem eſſe emptor, & venditor, & res quæ emitur, & venditur, & eo caſu eſſet emptor, qui & venditor quoque ſui per procuratorem, quod natura non patitur: neque enim quis emit ſe ipſum à ſe ipſo, nemo vendit ſeipſum ſibi ipſi : & conſequenter liber homo ſe emere mandat inutiliter : & ſervus igitur: nam quod inutile eſt in libero, eſt etiam inutile in ſervo: Et E quidquid gerit ſervus, ita demum eſt utile, ſi & geſtum à libero utile foret. Non poteſt etiam mandatum illud conſiſtere ex perſona domini: nam qui mandat, ut quis ſervum ſuum emat, hoc agit ut ſervum ſuum à ſeipſo emat: nam qui emit per procuratorem, ipſe emit: Hoc modo fieri non poteſt, ut rem meam à me emam, *l. s. D. de rer. perm.* alius eſt emptor, alius venditor, aliud merx, quæ venit. Et alia eſt ratio, *l. ſi mandavero, §. ſi hi quorum, D. mand.* quam Accurſ. hoc loco citat incongrue, quia in ſpecie hujus paragraphi rem meam non emo à meipſo, ſed à creditore meo eam diſtrahente jure pignoris. Quod non ita eſt abſurdum : regulariter rei meæ emptio non valet. Igitur cum tale mandatum neque conſiſtere poſſit ex perſona ſervi, neque domini, reſtat nullum eſſe. Et certe nullum eſt, nullaque actio mandati ex ea conventione, ſi impletum non fuerit mandatum, id eſt, ſi L. Titius nondum meum ſervum emerit ; ſed ſi impletum fuerit mandatum, empto jam ſervo, quia ita agebatur inter ſervum, & emptorem, ut non ex ipſo mandato naſceretur actio, ſed ut propter mandatum naſceretur, actio ex alio contractu, id eſt, emptione venditione ; ideo dominus ſervi ex ſuo contractu, perfecta venditione, habebit actionem ex vendito, ut emptor ex empto, impleto mandato, id eſt, perfecta emptione ; quod ſit conſenſu nudo ; imo vero, ut infra demoſtrabitur, actio mandati, quæ non fuit ab initio quæſita ſibi per ſervum, videlicet ſi emptor eum ſervum non manumittat, ut convenit inter eum, & ſervum: *id eſt, emptionis venditionis*, etiam quæ ſequuta eſt, non dabitur. Sed prius agamus de actione ex empto : ait conſtitutio hujus tituli, non id fuiſſe actum inter ſervum, & extraneum ut ex ipſo mandato naſceretur actio : ſed propter mandatum naſceretur actio ex empto vendito. Obſervanda eſt articulorum differentia inter *ex* & *propter*, quæ ſervatur in multis juris articulis *ex* hereditate, & *propter* hereditatem : *ex re*, & *propter rem*, *l. eo tempore, in fi. D. de pec. leg. l. venditor, D. de heredit. ven.* Varro de re ruſtica, lib. 1. ſi quis propter agrum obveniat profectus, domino agriculturæ acceptum ferre non debet : ſed ſi quid ex agro, & ex ſatione terræ natum ſit ad fruendum: aliud eſt *ex* agro, aliud *propter* agrum: Et ita ſubtiliter *lex pen. D. de ſep. viol.* ſic articuli *ex* & *per* differentiam maximam inducunt. Immiſcet ſe hereditati, qui quid *ex* hereditate capit, non qui quid *per* hereditatem capit: ut qui agit ſepulchri violati, ex iis articulis oriuntur ſæpe maximæ controverſiæ, ut nominatim ſcribit Cyrillus, omnem controverſiam, quæ eſt inter Latinos, & Græcos de proceſſione Spiritus ſancti procedere ex his articulis, *ex* & *per*, *ἐκ καὶ διὰ*, Latinos ex filio procedere, Græcos per filium : quod etiam retulit Gregorius Pachymerius. Idem videmus obſervari in *d. l. pen.* & in hac l. noſtra inter *ex* & *propter*. Sed ut in hac ſpecie ſit locus actioni ex empto, & vendito, intelligamus, empto ſervo, atque ita impleto mandato, emptori eſt actio ex empto, ut ſervus ei tradatur, venditori eſt actio ex vendito prætii conſequendi gratia, quæ in hac conſtitutione dicitur quidem actio empti, ſed oportet intelligere empti, & venditi, vel potius venditi empti : id vero pretium ſolvendo nihil agit emptor ſervi, niſi ſolvat de ſuo, veluti ſi ſolvat nummos peculiares, quos ei dominus permiſerat ; ſed ut liberetur actione venditi, debet ſuos nummos ſolvere venditori : Emptor enim cogitur nummos facere venditoris, quos ſolvit pretii loco, nec liberatur ſolvendo alienos. Et hoc diſtat à venditore : nam venditor non tenetur rem facere emptoris, & ſatis eſt ſi ſe obliget ad evictionem, & purget de dolo malo, *l. 1. D. de rer. permut. l. ex empto, §. s. D. de act. empti, & d. l. cum ſervus*. Et ratio differentiæ evidens eſt, quia eſt facile nummos ſuos adnumerare, facile conficere nummos, & redigere, qui ſui ſint : At difficile eſt rem, quæ venditur, ſuam eſſe præſtare, quia ſæpe quam putamus eſſe noſtram, non eſt noſtra ; & plerumque, quæ aliena ſunt, bona fide poſſidemus, atque ideo ſatis eſt ſi præſtemus emptori habere licere, & ſi præſtemus nos ſcientes dolo malo non vendidiſſe rem alienam : alioqui nullus eſſet modus, aut difficilis, & pene impoſſibilis peractæ emptionis, & venditionis. Igitur in ſpecie propoſita, emptor ſervi non liberatur actione ex empto vendito, ſi ſolvat nummos peculiares ſervi, quia emptoris non ſunt, ſed domini potius, & cum res geſta ſit ignorante domino, ſane noluit ſervum redimi nummis peculiaribus : itaque emptor debuit inferre ſuos nummos ut liberaretur actione empti venditi. Nunc de actione mandati, quam initio diximus etiam ſtricte, & vi emptionis vend. poſt impletum mandatum hujuſmodi

juſmodi domino acquiri actionem mandati, ſervo nnn manumiſſo. Sane ita eſt: nam ſi ſervus traditus emptori, quem interpoſuerat ſervus ipſe, eum ſervum non manumittat, domino competit actio mandati: quaſi adquiſita ſibi per ſervum, videlicet ſi ejus interſit ſervum manumitti: nam actio mandati ceſſat, ſi nihil interſit actoris, *l. 8. §. mandati, ff. mand.* Et omnis omnino actio eſt in id quod intereſt, & non eſt ſi nihil intereſt: Omnis enim manat ex utilitate, & damno cujuſcumque. poteſt autem ejus intereſſe ſervum manumitti affectus ratione, ut ait *d. l. cum ſervus*, ut puta ſi ſervus ſit filius ejus naturalis ex contubernio, id eſt ſuſceptus ex ancilla ſua vel aliena, vel ſi ſit frater naturalis, *l. 29. ff. de manumiſſ. l. ſi minor, ff. de man. vid.* Ut puta ſi ambo ſint ſuſcepti in ſervitute ex eadem ancilla, & eodem contubernio. Servilis cognatio nulla eſt, fateor in ſucceſſionibus ab inteſtato. In aliis partibus juris ſervatur, *l. adoptivum, §. ſerviles, ff. de ritu nupt.* & in hac parte quam tractamus, dum habetur ratio affectionis, quod ſit filius naturalis, vel frater quæſitus ex ſervitute, atque ita mea intereſt eum manumitti affectus mei pii, & honeſti ratione: nam in bonæ fidei judiciis ex *d. l. cum ſervus*, non habetur tantum ratio ejus quod intereſt peculiariter, ſed etiam affectus, & agitur actione bonæ fidei, vel in hoc ut meæ affectioni ſatisfiat, etſi nihil decedat rei meæ. Et his agitur caſibus dominus agit mandati, quod ſervum quem vendidit, non manumittat ob fidem quam dedit emptor ſervo, fore ut eum confeſtim manumitteret. Et diligenter animadvertendum eſt, quid intendat dominus ex hac actione mandati: nam duo poteſt intendere, vel ut manumittat ſervum emptor ſecundum fidem mandati, vel ut reddat eum ſervum, quem non manumiſit. Si agat dominus, idemque venditor, ut emptor ſervuum manumittat actione mandati, cum ea poteſt concurrere actio ex vendito de pretio. Itaque ſic aget venditor mandati, & ex vendito; nec enim ſunt contrariæ actiones, una de ſervo manumittendo, altera de pretio ſolvendo. Sed ſi agat mand. ut emptor reddat eum ſervum quem non manumiſit, ceſſat actio ex vendito de pretio: nec enim poteſt concurrere altera cum altera, quia in hac ſpecie ſunt omnino contrariæ, & contrariæ actiones non admittuntur pure, ſed disjunctim, *l. 1. inſ. de furt.* Et in hac ſpecie *l. un.* vidiamus quam ſint contrariæ. Actio mand. rem inemptam fieri, intendit, & reddi: actio ex empto repoſcit pretium rei quaſi quæ empta permaneat. Sunt intentiones contrariæ. Igitur alia aliam excludit, & eligere alterutram dominus debet, ſi nolit perſequi manumiſſionem ſervi. Et pone jam eum elegiſſe actionem mandati, & ſervum ei redditum fuiſſe, an aget emptor contraria mandati, puta ob pretium, quia jam numeravit de ſuo, & ſit jus æquabile ut reddat prætium quod perſolutum eſt. Non ſemper utimur jure æquabili, non certe in hac parte: nam etſi venditori ſit actio mandati ad ſervum repetendum: tamen non erit emptori actio mandati de peculio ad pretium repetendum, quod prænumeravit. quia non datur actio de peculio ex eo contractu ſervi quo ſe ſervus malo more domino ſubduxit: Et prætor cum generaliter dedit actiones de peculio ex contractibus ſervorum, non videtur cogitaſſe de contractu quo ſervi ſe dominis ſubducunt! Et ita eleganter proponitur *l. eum ſervus*: nec erit igitur actio mandati ultro citroque. Et confirmatur hoc *l. eo tempore, §. ult. ff. de pecul.*

AD TIT. XXXVII. *Pro Socio.*

IN hoc titulo tractatur de contractu ſocietatis, & de actione quæ ex ea naſcitur. Societas eſt conventio, qua inter duos pluresve aut verbis, aut nudo conſenſu conſtituitur legitima communio omnium rerum, vel unius rei ad tempus, quoad vixerint, vel voluerint in ea communione permanere contrahentes. Poſtrema verba adiicio, quia nulla in æternum ſocietatis coitio eſt, nulla ſocietas porrigitur ultra mortem: nulla tranſit in heredem ſocii. Eligimus enim nnbis ſocios, nec quoſcunque pro ſociis habemus, nec quoſcumque ſociorum heredes, qui tamen, ſi placeat, nobis cum iis, quia non continuatur ſocietas, quæ fuit cum defuncto, renovanda eſt, quod multæ leges probant. Sed dixi per ſocietatem conſtitui communionem. Societas non communio, ſicut retro communio non eſt ſocietas, cum poſſit eſſe communio citra ſocietatem, ut ſi duobus eadem res ſit legata conjunctim, eorum eſt citra ſocietatis contractum, cum de eo nihil egerint inter ſe, ut in ea re ſocii, & collegæ eſſent, *l. ut ſit*, & *ſeq. ff. eod.* Communio igitur poteſt eſſe citra ſocietatem: ſed ſocietas non poteſt eſſe citra communionem: nec tamen ipſa eſt communio, ſed contractus, qui inducit communionem juſtam damni, & lucri, *l. 1. §. plane, de tut. & rat. diſtr.* dicitur etiam quodammodo inducere jus fraternitatis, *l. verum. D. eod.* quamobrem receptum eſt ut humaniter ſocius ſocio non teneatur niſi in id, quod facere poteſt: nam veluti fratres ſunt, & frater cum fratre non agit in ſolidum ullo judicio, ſed in id tantum, quod facere poteſt ne egeat victu quotidiano. Et ipſum fraternitatis nomen etiam communitatem ſignificat illam, quam ſocietas inducit, ut eſt in panegyr. Flavientium: *Fratrum nomine*, inquit, *& communitas apparet, & æqualitas dignitatis:* Et Fabius in declamat. 320. *Sacra res eſt unitas, & quædam fraternitas animorum.* Unde recte in *l. 2. ſup. de officio diverſ. jud.* non eſſe confundendos gradus dignitatum, qui tres ſunt in jure, ut alii clariſſimi, alii ſpectabiles, alii illuſtres, qui ſunt omnes ex ſenatorio ordine. Sunt tantum hi tres gradus: nam & qui dicuntur eſſe illuſtres, vel ſpectabiles, vel clariſſimi, non alio quam illuſtrium nomine nuncupantur, patricii è ſenatorio ordine. omnes alias dignitates non diffiteor: puta alios appellari egregins, alios perfectiſſimos, alios equites: ſed ne confundantur hi tres gradus lex conſtituit, ut ne clariſſimi judices, illuſtres judices in ſubſcriptionibus relationum ſuarum ſe nuncupent fratres, quia eo nomine æqualitas ſignificatur, quæ nulla eſt inter clariſſimos, & illuſtres. Diximus, hoc genere contractus induci communionem juſtam lucri, ſolius damni non eſt legitima ſocietas: ſolius lucri, inquam, niſi uno conferente pecuniam, alter conferat operam, alter induſtriam, quæ ſit pretioſa, ut æquum non ſit eum venire in partem damni, ut ſi peritior ſit cæteris in ea re, cujus ſocietas coita eſt, ſi ſolus naviget, ſolus peregrinetur, ſolus ſubeat pericula, & omne ſocietatis ſubeat onus, *l. ſi non fuerint, §. 1. D. eod.* namque conſtat ita contrahi poſſe ſocietatem, ut unus conferat pecuniam, alter operam, non pecuniam, quia opera, vel ejus pretium poteſt ſuperare, aut æquare pecuniam, *l. 1. hujus tit. §. nam & ita, Inſtit. eod.* M. Tullius pro Roſcio Comœdo: *non eſſe captioſam, aut iniquam ſocietatem, ubi alter corpus, alter diſciplinam in ſocietatem adfert.* Et recte jam olim legi in *l. cum duob. §. ſi in coeunda, ff. eod.* prætium operæ, vel artificii eſſe levamentum, id eſt, æquamentum, in idiotiſmo, *contrepoids*. Varro 2. Plautinarum quæſtionum, *amicis eſſe æquabile levamentum*. Idem etiam dicitur ſacoma. & examen. Sic recte Feſtus, *examen eſſe æquamentum*, ac heic rurſus diligenter obſervandum eſt ex *§. de illa, Inſtit. eod.* ſi convenerit ut unus ex ſociis, qui ſorte eſt omnibus cæteris induſtrior, veniat in partem lucri, non damni, tunc ei prodeſſe hanc conventionem, cum plus damni factum eſt, quam lucri: Nec enim ipſe ejus damni quod ſuperat, eſt conſors ſeu particeps. Sed ſi lucrum præponderet, pro concurrente quantitate damni, & lucri compenſatio fiet, & reſidui quidquid erit lucri communicabitur: ut ſi in lucro ſint trecenta, in damno centum, ducenta tantum veniunt in communionem. Id quoque certiſſimum eſt, non valere ſocietatem, ſi convenerit ut uni cederet lucrum in ſolidum, & alteri damnum in ſolidum: hanc enim ſocietatem Caſſius ſolebat appellare leoninam. *d. l. ſi non fuerint,*

§. 1. & leoninam non ex eo apologo, quem omnes adſerunt de ſocietate leonis, aſini, lupi, & vulpis: ſed ex eo apologo qui reſidet apud Gabriam in tetraſtichis de vulpe & leone venatum profectis, ac deinde diviſa præda in tres partes, quarum unam ſibi quaſi rex leo adrogavit, alteram quaſi poſſeſſor, & tertiam dixit ejus fore, qui auſus fuerit eam attingere: quo in genere manſit apud alium lucrum, apud alterum labor omnis. Et placet, quod dicitur etiam, & quod Azo notavit, eam ſocietatem eſſe injuſtam, ſi convenerit ut unus lucri nullam partem ferret, & veniret in partem damni: & ut ex tit. Inſt. de ſocietate intelligitur. Quintus Mucius dicebat pactionem factam contra naturam ſocietatis, non valere, quod notandum eſt, & accommodandum cæteris contractibus, ut contra naturam precarii non valere pactionem, *l. cum precario*, *D. de precar.* Quod de precario legimus, idem dictum putemus de omnibus contractibus. In definitione ſocietatis ego non dixi communionem induci pro indiviſo, ſicut Aſconius non male dixit ſocium eſſe eum, qui indiviſe agit: Recte, quod & communionis verbum ſatis demonſtrat: quia non eſt communio, niſi ſit pro indiviſo. Diviſione diſſociamur, & à communione diſcedimus: Et ita recte Aggenus Ubricus de limitib. agrorum: *Compaſcua*, id eſt, loca, in quibus licet cuilibet compaſcere, alios vocare communia, alios communialia, alios pro indiviſo. Etiam adjeci ſocietatem contrahi, aut re, aut verbis, aut nudo conſenſu, *ex l. 4. ff. pro ſocio*, re, id eſt, traditis invicem rebus, & in poſſeſſione collatis, quæ tamen traditio non eſt neceſſaria, nec mancipatio, quæ etſi non intervenerit, tacite creditur interveniſſe, *l. 2. ff. eod.* Et dominium igitur rerum communicatur ipſo jure, ſine traditione, & mancipatione, quæ fingitur interveniſſe, quæ res fecit ut dubitaretur olim an ſocietas poſſit fieri ſub conditione, *l. pen. hoc tit.* quia ſcilicet mancipatio non poteſt fieri ſub conditione, *l. actus*, *ff. de reg. jur.* ſed alia eſt conditio, & ratio expreſſæ, alia non expreſſæ, tacitæ mancipationis, quæ ſit tacitæ mancipatio, recipit diem, vel conditionem addit *d. l. 4.* ſocietatem contrahi verbis nudis ſcilicet, citra ſtipulationem. Mandatum ſuo loco diximus perſici nudis verbis: Rogo, Recipio, vel etiam per ſtipulationem, cur non licebit nobis de ſocietate convenire beneficio ſtipulationis: ſed neque traditio eſt neceſſaria, neque verborum ſolemnitas: ſocietas non deſiderat rerum traditionem, ut ait *l. 2. ff. de oblig. & act.* non deſiderat ſcripturam, aut verborum proprietatem, *d. l. 2.* id eſt, non deſiderat propriam formulam verborum, ſed qualiacumque verba ſufficiunt, quia nudo conſenſu perficitur ſocietas, etiam inter abſentes per epiſtolam. Præterea dixi omnium rerum, vel unius, quod idem dicitur, in *l. 5. ff. eod.* & unius rei dicimus, vel unius artificii, ut in *l. duo ſocietatem*, *ff. eod.* unius vectigalis, unius frumenti, vel unius negotiationis, ut olei coemendi, vel gari conficiendi: nam inde in auctoribus puto appellari *garum ſociorum*, & lemma illud Martialis, quod habet garum ſcotrorum, ita emendandum eſſe, *garum ſociorum*: ſed nec prætermittamus actionem, quæ ex hoc contractu naſcitur, quæ eſt ultro citroque directa, non ex uno latere directa, ex altero contraria, ut in commod. pig. mand. depoſito: quia ſociorum omnium par eſt conditio, nec alius alii antiſtat. Utraque eſt principalis: utrique igitur datur principalis actio, nempe directa. Sed in ſuperioribus negotiis dominus rei antiſtat, & eſt principalis auctor contractus, cum ad eum principaliter res ſpectet: Et ideo ei datur actio directa, adverſario contraria. Et datur actio pro ſocio ex verbis formulæ, quæ fere fuit ejuſmodi, ut indicat lex *actione*, *§. ſi poſt*, *ff. pro ſocio*, *quod pro ſocio communiterve negotium geſſit*, *ejus rationem reddi oportere*: nam in illa oratione pro ſocio, dicitur adigi arbitrum pro ſocio, & condemnare arbitrum pro ſocio, qui ex ea actione arbitrioque condemnatur, qua ex cauſa notatur infamia. Eſt enim hæc actio famoſa, ut in actione depoſiti. Et ita rectiſſime loquitur Cornelius Tacitus, lib. 3. *Ut pontifici maximi arbitrio plus, quam binoctium abeſſet.* Qua de re Alciat. recte ſcribit in tit. Pro ſocio, Arbiter ſoler, inquit, proſpicere cautionibus in furto, damno vel lucro, pendente ſocietate, ſicut fit in omnibus actionibus bonæ fidei, *l. in omnibus*, *ff. de Jud.* nam judices, vel arbitri bonæ fidei proſpiciunt partibus in futurum tempus, & in futuro lucro, vel damno, nec de eo tantum, ſtatuunt, quod in præſenti eſt, quod non poſſunt judices additi, vel addicti ſtrictis actionibus: Et oſtendit *d. lex pro ſocio*, eam eſſe generalem, quæ complectitur ſcilicet præſentia, & futura & quæcumque pertinent ad ſocietatem lucri, vel damni: Et ita judicium tutelæ, ait eſſe generale, & negotiorum geſtorum, commodatis mandati, depoſiti ſunt ſpecialia. Et hoc maxime notandum eſt in *d. l. pro ſocio*.

AD TIT. XXXVIII. *De contrahenda emptione, & venditione.*

CUm poſt mutui contractum, qui ex uno latere actionem parit, id eſt, ex parte creditoris, poſt inquam, qui non parit, id eſt, ex parte creditoris, eum ſed ex una tantum parte, propoſuiſſet alios contractus ex quibus naſcitur actio ultro citroque directa, ut ſocietatem tit. 27. & in hoc tit. 38. emptionem venditionem, cujus diffuſiorem, prolixioremque tractatum diſpertitur in plures titulos, & ult. hujus lib. tit. locationem, & conductionem: nam & hic contractus, quam parit actionem ultro citroque, ea eſt directa, non directa, & contraria, quia non major habetur ratio unius partis, quam alterius. Igitur ex emptione, & venditione utrinque eſt actio directa. Venditori eſt actio, quæ dicitur actio pretii, *l. 8. & 10. hujus tit.* quod ſcilicet per eam petatur pretium rei venditæ, non etiam repetatur res vendita, & tradita ob non ſolutum pretium: nam actione ex vendito non reſolvitur emptio, ſed adimplentur cætera venditionis: Et quod hoc nomine agitur in *l. un. ſupra* tit. 2. *ſi ſervus ext. ſe emi mandav.* Ut res vendita, & tradita reſtituatur, hoc agitur actione mandati, non ex vendito: hac actione petitur ut emptor impleat venditionem, non ut reſolvat, nec ſi in mora ſit emptor, nec ſi venditorem pœniteat. Imo, ut eleganter ait *l. 12.* licet incontinenti facta pœnitentiæ conteſtatio non reſolvit actu hanc venditionem, etſi incontinenti dicat venditor ſe mutare factum. Et in hanc rem eſt elegans d. lex 12. dum ait, ingreſſum in poſſeſſionem rei venditæ conſenſu venditoris pro traditione cedere, non eſſe neceſſarium traditionem ſolemniter fieri, aut in rem venditam emptorem manu duci ipſum, ſi ingreſſus ſit in poſſeſſionem rei venditæ conſenſu venditoris, recte videri apprehendiſſe poſſeſſionem, nec traditione, nec mancipatione ſolemni hodie opus eſſe, & hoc de venditione: emptori autem competit actio ex empto, ut cætera venditionis præſtentur, id eſt, ut res tradatur, & ut caveatur de evictione, & de dolo malo: nam hoc implere debet venditor emptori, *l. magis*, *§. ſi pupillus*, *ff. de rebus eorum*, *qui ſub tut. vel cu. ſunt*, & *l. ſi duo*, *§. ſi quis juraverit*, *ff. de jurejur.* Venditionem perficit conſenſus ſolus, poſt perfectam venditionem implentur cætera venditionis, ſicut litem perficit conteſtatio; poſt ſequuntur cætera litis, ut cautiones, & probationes, & recuſationes, ſecundum jus, quo utimur: nam olim poſt conteſtationem non admittebatur recuſatio judicis: Et ita cætera litis ſunt accipienda in *l. ult. inf. de admin. tut.* Emptio eſt contractus, quo id agitur, ut dato certo pretio ſirmat quis ab alio corpus, vel jus, quod vindicet ſibi: vel eſt conventio habendæ rei alienæ, juriſve alieni certo pretio: vel eſt mutatio pretii cum merce: nam auctores ſæpe motandi, & permutandi verbo utuntur in emptione: pretii, quia ſine pretio venditio nulla eſt. Et recte in *l. pacta*, *ff. eod.* venditionis ſubſtantiam ex pretio conſiſtere, id eſt, venditionis naturam: nam nec eſt differentia inter naturam,

ram, & ſubſtantiam emptionis contra interpretes. Denique emptor eſt qui pretio emit, ut ait *l. ſciendum, §. pen. ff. de ædil. edict.* non qui merce emit, mercem, ſed qui pretio. Et ſimiliter venditor, qui pretio vendit mercem: & inde uterque dicitur pretium facere, *l. arbor, §. de veſtibulo, ff. comm. divid. l. cum in venditione, ff. eod.* Dixi, *ut ſumat quis ab alio corpus*: nam veteres, ut auctor eſt Feſtus, emere dicebant pro ſumere, & contra ſumere pro emere. Marcus Tullius: *Quanti ego non æſtimo, tanti ſumpſiſti*. Et Horat.

Quæ parvo ſumi nequeunt obſonia captas.

Et adjeci, *quod vindicet ſibi*: nam nulla eſt emptio ſi hoc agatur, ne emptor vindicet ſibi quaſi ſuam rem emptam, & traditam, *l. pen. §. ult. ff. eod.* Quæro ad hæc: Cum in hoc libro multi ſint tituli pertinentes ad hoc genus contractus, quid in hoc titulo tractetur? & invenio in eo poni regulas juris, quæ proprie pertinent ad hoc genus contractus: ponit principia, quæ ſunt fuſa per tractatum, & quorum uſus eſt frequens: veluti, emptionem venditionem conſenſu contrahi, *l. 2.* non re, non verbis, non litteris: perfectam eſſe emptionem, ſi convenerit de pretio & de merce: etſi nondum intervenerit numeratio pretii, traditio mercis, vel arræ, *l. quod ſæpe, ff. eod.* Hæc res non deſiderat verba ſolemnia, ac ne verba quidem ulla, quia contrahi poteſt inter abſentes, non ſcripturam, non ſatiſdationem ullam, *l. 12. hoc tit. & l. 2. ff. de oblig. & act. Et l. 35. §. ult. ff. de verb. oblig.* quia quæ ex cauſa ejus contractus interveniunt cautiones, ſunt nudæ repromiſſiones, non ſatiſdationes, niſi aliud convenerit, *d. l. pacta conventa, & l. 2. de hered. vend. l. contractus, ſup. de fide inſtrument.* Etiam illud hoc titulo attenditur, emptionem contrahi quocumque loco, nec neceſſe eſſe contrahentibus in rem præſentem venire, *l. 1.* hujus tit. Ac præterea non recte contrahi ſimulatam emptionem, puta quæ fiat nummo uno, quæ fiat aſſe Cajano, quæ fiat donationis cauſa, l. 3. 6. 8. & 10. hujus tituli. Quod dicitur etiam de omnibus fere contractibus, ut puta, non recte contrahi ſocietatem, conductionem donationis cauſa, *l. 5. §. ult. ff. pro ſocio, l. ſi quis conduxerit, ff. loc.* contractam venditionem valere quidem, ut donationem, ſi inter contrahentes conſiſtere poſſit donatio: ſi ſint mariti, neutrum valebit, ſed ſi inter eos donatio poſſit conſiſtere, tit. venditionis donatio facta valet ut donatio, non venditio. licet prætextum ſit venditionis nomen: non omnis, qui dicit, vendo, vendit, ut non omnis qui dicit, dono, donat, *l. ex conducto, §. ſi uno auro, ff. loc.* Ut ſi remitto penſionem hujus anni propter ſterilitatem: etiamſi uſus ſum verbo, dono, nihilominus ſecuta ubertate repetam quam hoc anno remiſi mercedem: non quo verbo utantur contrahentes ſpectandum eſt, ſed quid agant, *l. cum quid, ff. de reb. cred.* Id quod agitur, haberi pro expreſſo. Igitur res ita geſta valet in quantum poteſt, ut donatio non ut venditio. In Scholiis Græcorum ad *l. 3. & 8. hujus tituli*: quod eſt in ea Synopſis *Βασιλικῶν* quæ nuper edita eſt, ſic habetur: donationem, quæ præſefert titulum venditionis, non parere ex vendito actionem. Etiam hoc in hoc titulo ponitur, rei ſuæ emptionem non valere: at poſſeſſionis rei ſuæ valere, *l. ſi in emptione, §. rei, ff. eod.* ſed rei alienæ, juris alieni, l. 4. & 10. quod eſt fere commune omnium contractuum: nam neque pignus, neque commodatum, depoſitum, precarium, neque conductio rei ſuæ valet, *l. qui rem, ff. depoſ. l. neque pignus, ff. de regul. ju.* Et poſtremo in l. 11. ponitur, quod eſt etiam omnium contractuum commune: eſt hæc regula, invitum neque emere, neque vendere, eſt enim omnium contractuum voluntarium initium, *l. ſicut ſup. de obligat. & action. l. in commodato eſt, §. ſicut, ff. commod.* Et fere, quæ de uno contractu ponuntur principia, habent locum in omnibus, quoniam ſunt ſumma principia, & naturalia. Verum qualia qualia ſunt, vitiantur ſemper: nam ea eſt conditio rerum humanarum, ut de his nihil in perpetuum ſtatui poſſit certo,

A & definiri. Interpretes notant varios caſus in *l. 12.* hujus tituli, quibus inviti vendunt, & emunt. Sed his addam alios caſus *ex l. ita ut, §. ult. ff. mand.* Cum fundus quidam veniret in partes, mandavi tibi ut emeres omnes partes à diverſis ſociis, me nolle teneri niſi totum fundum emeres: non emiſti totum, ſed certas partes: eas in gratiis tibi retinebis jure empti, atque ita videris invitus emiſſe eas partes, nec me potes compellere ut eas recipiam, quia non ſervaſti mandatum: habemus alium ex *l. is qui ex cauſa, ff. de fideic. libert.* Debeo ſervo libertatem ex cauſa fideicommiſſi, in diem vel conditionem certam. Interim cum vendo alii, ut eum manumittat: feci deteriorem conditionem ſtatuliberi, quia ejus intereſt à me potius manumitti quam ab emptore, ut ſi ſenex ſit venditur, emptor

B juvenis: intereſt potius manummitti à ſene quam à juvene. Et ideo ne deterior fiat conditio ſtatuliberi, cogar eum emere, & manumittere. Et mali mores eorum corrupte quandoque in provinciis ſimiles caſus inducunt, quibus cogimur emere aut vendere, neque habemus liberum arbitrium probandi, & eligendi emptorem: Ut memini me legere in vita Joannis Chryſoſtomi Conſtantinopoli hunc morem fuiſſe, ut adnotavit Simeon paraphraſtes, ut ſi Auguſta racemum excerpſiſſet è vite, vitis ex qua excerptus fuiſſet racemus ad fiſcum deferretur. Et ob id Eudoxia Arcadii uxor Auguſta, reprehenſa fuit à Joanne Chryſoſt. Epiſcopo. Alius eſt caſus jure veteri de quo eſt celebratiſſima lex *dudum, hoc tit.* Si quis velit rem ſuam vendere, invitus cogitur ſocios ſuos præferre extraneo: ſed hoc

C jus tollit *l. dudum*, vultque ut ſuo arbitratu quis poſſit probare emptorem: ſed additur exceptio niſi lex ſpecialiter prohibeat quaſdam perſonas hoc facere: quæ verba addita ſunt à Triboniano cum non eſſent in *l. un. inf. non licere habitatoribus lib.* 11. quæ lex pertinet tantum ad viros majores: nam metrocomia eſt major vicus, ſicut metropolis eſt major urbs: vicani ſi poſſeſſionem ſuam velint vendere, debent præferre convicanos ſuos extraneis. Et hoc caſu non eſt liberum vicanis arbitrium quærendi emptorem: alias ex *l. dudum*, cuilibet eſt libera poteſtas probandi emptoris, niſi ex conventione aliud convenerit, complacuerit, ut *l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verbor. obligat.* præterquam in auctione bonorum, quæ fit ſub haſta in *l. cum bona, ff. de reb. auctor. jud. poſſid. & l. imperator, ff. de pact.*

D nam in auctionibus præfertur propinquus extraneo, id eſt, in diſtractionibus: ſunt enim diſtractiones proprie, quæ fiunt ſub haſta, ut in Quintiana, *bona diſtrahcerentur.* Verum nos utimur jure veteri in his provinciis, non in omnibus, & *lex pen. h. t.* cum qui fundum venalem habet noluit præferre propinquum extraneo, quod etiam probavit Nov. Romani ſenioris, & conſtitutio quædam Frederici Imperatoris: ex Nov. Romani idem obtinuit in emphyteuſi, & locatione & conductione, ut etiam in illis contractibus eſſet propinquis jus prælationis: nam ea Novella tantum uſu recepta eſt in venditione; nec enim audio juri prælationis locum eſſe apud nos in emphyteuſi & locatione. Et iis etiam hoc tantum addam, jus *προτιμήσεως* dari etiam domino feudi, vel emphyteuſeos, *l. 2. & ult. inf. de jure emphyt.*

E Sed ſi concurrat dominus feudi cum agnato vel propinquo quis perfertur? quia uterque habet jus prælationis, & eſt definitum, adgnatum præferri domino feudi, lib. 2. Feud. tit. 9. §. ult.

AD TIT. XXXIX. *De hereditate, vel actione vendita.*

Quod dixi in definienda emptione, non tantum corporis emptionem eſſe, ſed etiam juris, quæ res eſt incorporalis, id patefacit hic titulus: hereditatis enim & actionis appellatione jus ſignificatur, non corpus hereditatis, ſcilicet jus ſucceſſionis univerſæ, non corpora hereditaria, *l. 1. ff. de rer. diviſ. & l. hereditas, ff. de petit. heredit. & l. bonorum, ff. de verbor. ſignific.* &

inde illa, *hereditatem non uſucapi*, apud Senecam, & A hereditatem non dividi, vel non poſſideri pro diviſo, *l. 8. ff. de rei vind.* quia jus ſignificat non corpus: non eſt igitur nobis heriditas (quod aliis auctoribus placuit) pecunia, vel res; ſed jus ſucceſſionis, in quo ſunt res tam corporales, quam incorporales. Actionis etiam nomine conſtat ſignificari jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur. Cæterum actio proprie eſt actio in perſonam, quæ & nomen, & cautio dicitur, *l. actio, ff. de obligat. & action.* Actio infertur in perſonam, petitio in rem proprie, *l. pecunia, §. actiones, ff. de verb. ſignific.* In hoc titulo generaliter accipiendum eſt, ut etiam actionem in rem contineat, & vero conſtabat olim utramque actionem vendi poſſe, & comparari: ſed non æque conſtabat, an ſicut emptori nominis ex conſtitutionibus datur actio utilis ſuo nomi- B ne perſequendi nominis gratia, etſi venditor ei non ceſſerit ſuam directam actionem, qua emptor quoque, ſi ceſſa eſſet directo experiretur ex ceſſione, ſicut venditor, *l. ult. hujus tit.* Sed & ſine ceſſione ex ſua perſona emptori nominis conſtitutiones dederant utilem actionem. Verum debitabatur an ante ceſſionem factam à venditore actionis in rem, emptori actionis daretur utilis actio in rem citra ceſſionem: propria actio in rem non niſi domino competit, & dominus actionis emptor non eſt ante ceſſionem, ſicut nec rei ante traditionem. Verum hunc ſcrupulum ſuſtulit Juſtinianus, *l. ult. hujus tituli*, data emptori utili actione tam in rem quam in perſonam ante ceſſionem venditoris. Et ita etiam emptori hereditatis ex conſtitutione *D. Pii* dantur utiles actiones in debitores hereditarios, *l. 5. hu-* C *jus tit.* & in *l. ſi cum emptore, ff. de pact.* conſtitutione opus fuit, ut ſupplerentur utiles actiones emptori hereditatis vacantis, ſine ceſſione venditoris, alioquin ita hærent actiones cujuſque generis maxime in perſonam ei cui competunt, ut ab eo non poſſint diſcedere ſine ceſſione; nec diſcedunt etiam directæ, ſine ceſſione: utiles ultro dantur ex conſtitutionibus, non expectata ceſſione venditoris. Quod tameo non ita invenitur conſtitutum in ſocietate nominum, *l. 3. ff. pro ſocio*: nam ſi coita ſit ſocietas nominum, vel ſocietas bonorum in quibus ſunt, & corpora, & nomina; corporum quidem dominium communicatur ſtatim, etſi traditio non intervenerit, nomina non communicantur, donec invicem cedantur, quia deficit conſtitutio quæ ſociis ſine ceſſione dederit utiles actiones: Et ſimiliter D deficit conſtitutio in conceſſione peculii, quod conſiſtit in nominibus, *l. quis ergo, ff. de pecul.* Denique his, & aliis pleriſque caſibus, quia non idem conſtitutiones admiſerunt, quod in emptione actiunis vel hereditatis, ideo nec nos poſſumus inducere. Et obſervanda hæc eſt differentia inter emptorem corporis & emptorem juris: nam emptori juris datur actio utilia etiam ante ceſſionem, & in rem ſi empta ſit actio in rem ex *l. ult.* Emptori autem rei vel corporis ante traditionem non datur actio illa, quia deficit conſtitutio quæ ſociis ſine ceſſione dederit utiles actiones. Nec Jurecconſulti poſſunt interpretationibus ſuis ſemper producere conſtitua legum, præſertim cum conſtitutiones refragantur ſummo juri: obſervandum etiam eſt, in hoc propoſito emptori actionis vel hereditatis, E non tantum dari utilem actionem ſine ceſſione, vel directam ex ceſſione in reum principalem; ſed etiam in acceſſiones, ut puta dari utilem actionem conſtitutæ pecuniæ ex ſtipulatu in fidejuſſorem, & utilem hypothechariam in *l. Emptori, & l. venditor, ff. eod. & l. pen. hoc tit.* Et emptori quoque hereditatis ſimiliter, ſed animadvertendum eſt, quod ſolum locum habere poteſt in emptore hereditatis, quod quamvis emptor hereditatis habeat utiles in debitores hereditarios: tamen é contrario creditores hereditarii in eum non habent utiles actiones, etſi ea lege emerit ut ſatisfaceret: quæ lex alii datur quam contrahenti, alii non proficit: Et ideo creditores hereditarii ibant ad ven- A ditorem, ad emptorem invitum non ibant, etſi ſe ei legi ſubjecerit. Et hoc oſtenditur in *l. 1. hujus tit. & l. 2. ſup. de pactis*. Videndum eſt cum ab hac ſententia excipiatur fiſcus, qui vendit hereditatem, *l. 1. hujus tit. l. eum qui bona, ff. de jure fiſci*: nam is, qui emit hereditatem à fiſco ea lege ut ſubiret omnia onera hereditaria, ut ſatisfaceret creditoribus, cogitur excipere actiones, quæ contra decretum, vel contra fiſcum competebant. Fiſci eſt publicum jus, aut, quaſi publica perſona: conventio fiſci alii prodeſſe poteſt, conventio privati non poteſt: nemo enim paciſcitur alii, ſed ſibi: Et quam alii actionem paciſcitur, inutilis eſt: ſed fiſco paciſcenti alii fuit cur admitteretur publicæ perſonæ conventio alii facta: nam & certum eſt per ſervuum publicum alii ſæpe fieri ſtipulationem, B *l. 2. ff. rem ratam hab.* Summa ergo ſit, conventionem fiſci prodeſſe alii, non etiam privati. Et convenienter eum, qui emit hereditatem à fiſco, obtinere vicem heredis, quia fert commoda omnia, & incommoda: non etiam, qui emit à privato. Et ad hæc obſervandum eſt, quod in hoc tractatu ſit ſæpe mentio nominis, hoc verbo non tantum ſignificari cautionem, qua id quod debetur ex mutuo, vel ex alia quacumque cauſa novationis genere transfertur in litterarum obligationem ſecundum id quod recte expoſuit Theophilus, *tit. de literarum obligationibus, Inſt.* & confirmat *l. 6. Cod. Theod. de denunciatione, vel editione Reſcripti*; quod tamen genus hodie deſiit eſſe in uſu, quæ proprie dicebatur obligatio nominum, quæ fiebant ad menſam argentarii publica fide, & non hanc C cautionem tantum nomen ſignificat, ſed omnem cautionem, omnem actionem, ſive obligationem perſonalem: Et dicimus nomen active id quod nobis debetur, non paſſive id quod nos debemus aliis, ut nomen Titii recte dixeris, & id quod Titio debetur, & id quod ipſe debet: Dicimus nomina ipſo jure dividi inter coheredes pro portionibus hereditariis, *l. 6. ſup. famil. ercif.* ideſt, nomina activa, & paſſiva. Et ita in *l. ſi filiusfam. ff. eod.* filiifamilias nomina, id quod filiusfam. debet. In hoc autem titulo nomen accipitur active pro eo quod nobis debetur, quia nemo vendit nomen paſſivum, ſicut nemo legat nomen paſſivum, ſed activum. Et ideo, qui legat decem, quæ Titio debet his verbis: *lego illi decem, quæ Titio debeo*, adiecta illa demonſtratione quantitatem legat, non nomen; alio- D quin eſſet ridiculum legatum: & ideo legatario debentur decem: etſi ſit falſa demonſtratio, quia quantitatem legavit, non nomen, & contra qui legat decem quæ ſibi Titius debet, nomen legat, non quantitatem: & ſi nihil ei Titius debeat, nihil eſt in legato. Quæ omnia demonſtrantur in *l. ſi ſic legatum, §. ſi nihil, ff. de leg. 1.* Addamus ſuperiori differentiæ alteram: hereditatis appellatio continet etiam damnoſam, quia nomen eſt juris, quo nomine non ſignificatur lucrum tantum, ſed etiam damnum, *l. hereditatis appellatio, ff. de verb. ſignific.* Et ſimiliter actionis nomen continet etiam inane, forte propter inopiam creditoris: quare is, qui vendit hereditatem aut actionem, ſatis eſt ſi præſtet hereditatem eſſe vel actionem quamlibet, nec neceſſe eſt ut præſtet locupletem, *l. 4. & l. cum hereditatem, ff. eod.* Et conſequenter etiam non cavet de evictio- E ne, nec tenetur de evictione, evicto forte corpore quodam hereditario, quia jus vendit, non corpus, *l. 2. ff. eod.* longe ſecus eſt in venditore corporis: nam venditor corporis omni modo præſtare debet emptori rem habere licere, nec evictum iri, cavere debet de evictione per repromiſſionem, non per ſatiſdationem, niſi aliud convenerit: & in his, quæ dicuntur cætera venditionis, hæc ſunt ut emptor pretium det, venditor rem tradat, & ut caveat de dolo malo, & de evictione. Hæc ſunt quæ poſt impletam venditionem nudo conſenſu, implenda ſunt ultro citroque.

AD TIT. XL. *Quæ res venire non poſſunt, & qui vendere, vel emere vetantur.*

MElius ita habetur conceptio hujus tituli, ut à veteribus Gallis (qui omne jus noſtrum tranſtulerunt in linguam Gallicam, cum gloſis Acc.) eſt animadverſum, quam (qui vendere, vel emere vetantur) ut in archetypo Florentino habetur: quod patebit ſi ſummam titulorum complectamur. Summa igitur hæc eſt, purpuram, ſericum, annonam militarem, frumentum publici canonis, id eſt, quod infertur in publicum, neminem emere poſſe. At qui interdicit omnibus emptione harum rerum, non dicit, qui vetentur emere, & vendere, ideoque rectius Galli, & qui emere, vel vendere vetentur, quod ita vertitur in Gallica verſione juris noſtri, quæ habetur in Bibliotheca Regia, teriturque etiam quorumdam privatorum illuſtrium manibus: *Quelles choſes ne peuvent eſtre vendues, & leſquelles ſont deſendues à vendre, & à acheter*, & expoſitio latior conſtitutionum hoc ita eſſe liquido demonſtrat. l. prima primum vetat purpuram vendi à privatis hominibus, non vetat emi: nam emere licet de ærario publico in quod inferebatur pretioſum illud vellus: & conſtituit ne illum vendant privati, vel in lana, vel in ſerico, quod ibi Græci interpretantur *μετάξαν*. Ne quis igitur privatus, vel in ſerico, vel in lana purpuram vendat, præter comitem ſacrorum commerciorum; Et adjicit, quam blatta, vel oxyblatta, vel hyacintina, ſubintelligendum eſt, quam purpura, non lana, & blatta, id eſt, Indica. Is eſt color, quem vocamus, *le gay violet*, & oxyblatta, *ſur le gay violet*, & hyacintina dicitur ab ea herba, quæ *ὑάκινθος* dicitur, *penſee*. Et dicitur eleganter à Vopiſco in Carino, purpura Hiacintina, quod ex Tyro advecta ſit. Et in ſecunda conſtitutione vetatur ne quis emat ſericum à barbaris, id eſt, Indis, & Perſis, præter comitem commerciorum, qui ſerica comparabat domui Auguſtæ. Quod obtinuit antequam Romani addiſcerent rationem conficiendi ſerici, quam diſcere cœperunt ætate Juſtiniani. Sed antequam ſcirent Romani rationem conficiendi ſerici, hæc lex obtinuit ne quis alius præter comitem, ſericum à barbaris emeret: vendebatur ſericum contra aurum, ut eſt apud Vopiſcum in Aureliano: libra auri libra ſerici erat. Et l. Rhodia non prohibet venditionem: nam fruſtra prohiberet barbaros vendere, ſed prohibet tantum emptionem: nec hoc eſt perpetuum, ſi faciat iniquam rem emptor, & agat etiam venditor, ut regulariter ſe habet *l.1. C. de cupreſſis, l.20. inf. de curſu publico*: ſed plerumque non licet emere, quod licet vendere: & contra, non vendere licet, quod licet emere. Et hoc in *l. pen. & ult.* habetur, frumentum canonis debiti fiſco nec licet emere, nec vendere, ut annonam militarem, frumentum publicum. Cæteras conſtitutiones facile erit cuilibet perſe adſequi.

AD TIT. XLI. *Quæ res exportari non debeant.*

AD tit. ſuperiorem pertinent tres tituli ſequentes 41. 42. 43. Et ſunt ejus veluti portiones quædam. In titulo ſuperiori demonſtratum eſt, à barbaris neminem ſericum emere poſſe, quam Comitem commerciorum: hoc tit. 41. oſtenditur, quæ non poſſunt vendi barbaris. Et ut hoc explicem, barbari ſunt externi, qui ſunt extra fines juriſdictionis Romanæ, & hoſtes populi Romani. Et ſane, qui in his libris dicuntur barbari, Leo Imperator Nov. 63. vocat hoſtes, *πολεμίων*, l.2. hujus titul. oſtendit venientibus forte in alienum ſolum ex legationis cauſa, vel alia: induciarum forte tempore, non poſſe vendi ferrum factum, vel infectum, non poſſe vendi arma, quæ pervehant ad ſuos. Et additur in *l. cotem, ff. de public.* eis etiam non poſſe vendi cotem ferro ſubigendo neceſſariam, nec frumentum, nec ſales, ut eſt Florent. ſcriptum *in l. ſi quis, inf. de vectig. & comm.* quæ Græci dixerunt *ἅλας*. Iſaacius Imperator apud Nicetam dum cœnat, jubet ſibi adferri *ἅλας, ἐνέγκετέ μοι ἅλας*. *Apportez moy du ſel*. Et Germanus Interpres, qui Nicetam fecit Latinum, eſt non minus facetus, dum ſcribit Imperatorem juſſiſſe ſibi adferri allia, quam minus quidam, qui tum cœnanti Imperatori aderat: qui cum audiſſet Imperatorem jubere ſibi afferri *ἅλας*, ſciens quod is Imperator luxuriæ minime deditus eſſet, rogavit an poſceret alias puellas, quaſi non ſufficerent, quibus ille cœnabat, præſentibus. Et certum eſt non poſſe aurum factum, vel infectum impune exportari ad barbaros, *l. 2. inf. de commerc. & mert.* Marcus Tullius pro Flacco: *exportari non oportere aurum ſenatus judicavit*: exportare eſt tranſvehere ad barbaros extra fines Imperii Romani: Etiam additur in *l.1.* hujus tituli, barbaris non recte vendi vinum, oleum, liquamen: & tantum abeſt, ut vendi eis ii liquores poſſint, ut nec poſſint ad eos transferi, vel guſtus cauſa, ne ſcilicet horum liquorum dulcedine illecti promptius invadant fines Romanorum; qua ratione plerique hiſtorici narrant Gotthos fuiſſe allectos in Italiam, tranſmiſſis ad eos pomis, & aliis fructibus, quos fert Italia præſtantiſſimos. Vide Liv.5. de Gallis. Guſtus horum liquorum eſt irritamentum ad bellum: & liquaminis nomine, proculdubio per eminentiam ſignificatur garum, quod facile eſt conficere ex ſcombris. Id vocat Auſonius, *liquorem Sociorum*, & *l. qui penum, ff. de penu leg.* concludit ex Proculi ſententia, pena legata contineri etiam garum, gallicæ, *ſaulce*; quamvis eſſe garum non ſoleamus, ſed eſſe per garum.

AD TIT. XLII. *De Eunuchis.*

IN hoc titulo oſtenditur etiam Romanos Eunuchos factos non eſſe in commercio hominum, non emi, non vendi jure poſſe, *l. 1.* ubi eadem pœna proponitur emptori, & venditori Eunuchi, eadem tabellioni, qui inſtrumentum fecerit, ut in ſpecie *l.1. inf. ut nemo ad ſuum patrocin. & l. Jubemus, §. iis tabellionibus ſup. de ſacroſ. eccleſ.* Eadem eſt quoque pœna publicanorum, qui quaſi mercis Eunuchi venditi octavam exegerunt: nam octava erat promercalium vectigal *l. 7. & 8. inſr. de vectigal. & comm. & l.7. inſ. de loc.* hæc de Romanis Eunuchis; nam barbarorum Eunuchorum conſtat eſſe commercium, qui ſcilicet facti ſunt Eunuchi in barbarico ſolo, ut ſignificat *d. l.2.* quia in orbe Romano capitale Eſt Eunuchum quemquam facere ſeu ſervum, ſeu liberum; qua de re ſunt leges multæ in tit. *ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & Nov. Juſtiniani 142. Nervæ, Adriani, Domitiani conſtitutiones: fit quidem plerumque pretioſior ſervus caſtratione: ſed etiamſi ſi exciſa ſit virilitas, exciſuſve vir producat pretium ſervi, non idem domino, vel alii cuiquam licet virum exſcindere, *l. ſi ſervus, §. & ſi puerum, ff. ad leg. Aquil.* virum dixere eam partem corporis. Catullus: *membra relicta ſine viro*: Et Arnobius: *excindit ei virum*: Et vetus poeta apud D. Hieronymum:

Infelix ferro truncata Juventus,
Atque exciſa virum.

AD TIT. XLIII. *De Patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt.*

HOc titulo additur; parentes liberos ſuos non poſſe in alium transferre quocumque titulo, non vendere, non donare, non pignori obligare: Et addit l.1. nec ſub prætextu ignorantiæ accipientis: Quod notandum, quia regulariter liberi hominis emptio contrahitur ſi ab ignorante ematur, *l. & liberi, & l. liberi, ff. de contrah. empt.* Excipiendus eſt filius, quem vendit pater: non vendente patre, non contrahitur emptio filii, qui liber homo eſt, etſi ignorans emat, *l.1. hoc tit.*

una

Digitized by Google

una tantum proponitur cauſa in *l. 2.* propter nimiam paupertatem, egeſtatemque victus cauſa: plus eſt egeſtas, quam paupertas, aut ſane egeſtas eſt nimia paupertas. Et hæc legis verba ſic ſunt accipienda, ac ſi dixiſſet, propter nimiam paupertatem, id eſt egeſtatem: egeſtas eſt ſi deſit victus, & veſtitus: ſi nihil habeas non eſt paupertas: Eurip. in Helena: quia egeſtas non eſt paupertas *ἔλεως χῆρο*. Egeſtas paupertas eſt, etſi victus veſtituſque ſuppetat. Et in *l. in condemnatione, ff. de regul. juris*, & ſimilibus locis, cum damnantur ii, qui tenentur in id duntaxat, quod facere poſſunt, veluti parentes, aut patroni, & ſocii, ſemper deducuntur ne egeant: deinde in reſiduo quantum ſit æſtimatur unde ſatisfieri poſſit creditoribus, deducto ne egeant, id eſt, ne deſit victus, veſtituſque, ut *l. 6. ff. de ceſſione bonor. & l. 42. ff. de operis liber*. Seneca quodam loco: *non eſt, quod paupertas nos à Philoſophia revocet, ne egeſtas quidem*: Ovidius, B

Nempe, quod alter eges, altera pauper erat;

Aliud igitur eſt egeſtas, aliud paupertas. Et quod ait, filii venditionem permitti patri victus cauſa, ea vel ſic ceperis, victus ſui, vel victus pueri cauſa, quem ipſe educare non poteſt, quemque, qui educare velit, nullus eſt. Et hæc lex eſt ſtricte accipienda de venditione pueri, ſcilicet ſanguinolenti, id eſt recenter nati, & ut eſt apud Ælianum lib. 2. cap. 7. dum hac ipſa de re tradit legem quandam Thebanorum, ſtatim à materno partu, & eſt certiſſimum, non eſſe legendum, *ſanguinolentus*, ſed ſanguinolentos pueros, id eſt, recens eductos ex ventre matris, qui ægre ſunt toleraturi vitam propter egeſtatem propriam, ne proiiciantur, & exponantur, patri eorum venditionem permitti, alimentorum, & veſtitus cauſa, ne ſame pereant: Et exigitur, ut deſit educator, qui eum puerum pietatis cauſa educare velit: nam ſi adſit tam pius vir, non eſt permiſſa venditio patri: nam ut eſt in Baſilic, etiamſi egenus ſit pater: ſi tamen habeat pueri educatorem, qui pietatis cauſa eum alere paratus ſit, non permittetur venditio patri. Et evidens hic eſt ſenſus horum verborum. Quem tamen locum germanus interpres alio modo interpretatur: quamvis enim pater ſit pauper, tamen ſi habeat alium, qui ex cauſa pia alat, non recte eum vendet: & proinde ſi pueri fuerit educator, venditio non eſt permiſſa. Et illud notandum eſt hoc caſu facile poſſe reſcindi hanc venditionem ſanguinolenti pueri permiſſam, patri victus cauſa, veſtituſque, ut huic legi non D ſine ratione junctus ſit titulus de reſcindenda venditione, qua enumerantur plures aliæ probabiles cauſæ, reſcindendæ venditionis: hæc, ut dixi, de filio ſanguinolento facile reſcinditur, vel ipſo filio, vel patre, qui vendidit, vel alio quolibet eum adſerente in ingenuitatem: quilibet enim quaſi in publica cauſa adſertor ingenuitatis pueri admittitur, dummodo reddat pretium emptori quanti nunc eſt puer, non quanti emit: nam pretia non conſtituuntur ex præterita emptione, ſed præſenti æſtimatione, quæ vel major poſſit eſſe, vel minor, *l. 9. §. Divus, & l. ad reſcindendam tit. ſeq.* Igitur cum quis revocat puerum in ingenuitatem ex ſervitute illa coacta, & extorta, oportet invito patre emptori pretium reddere quanti nunc eſt infans, vel pretio mancipium ſimile. His velim addi, quæ adnotantur initio 5. E Sententiarum Pauli.

AD TIT. XLIV. *De Reſcidenda venditione*.

IN hoc titulo oſtenditur, quæ ſint cauſæ probabiles, vel improbabiles reſcindendæ venditionis. Improbabiles ſunt multæ, probabiles admodum paucæ. Difficilis enim eſt reſciſſio contractus habiti bona fide. Et priuſquam de iis dicamus ſciendum eſt reſcindendi verbum eſſe duplex: nam non tantum reſcindi dicitur venditio, quæ jure imperfecta revocatur aliqua ex cauſa per reſtitutionem in integrum, vel per reſtitutoriam actionem, vel reſciſſoriam, ut ex empto vendito. Interdum etiam agitur ad reſcindendam venditionem, *l. ex empto, §. redhibitionem, & §. ſi quis vir, & §. ſeq. ff. de act. emp. l. 10. hoc tit.* ſed & dicitur reſcindi venditio, quæ ipſo jure nulla eſt, ut reſcindi libertas, quæ lege Ælia Sentia non conſiſtit, *l. 5. ff. qui à quibus man. lib. non f.* & reſcindi ſententia, quæ ipſo jure nulla eſt in titulo Digeſtorum, quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur, idest, quæ reſcindantur ipſo jure, *l. ſi liber. ff. de jure patron.* & rumpi teſtamentum ipſo jure, *l. inter cætera, ff. de lib. & poſt.* Non eſt igitur per omnia verum, id quod vulgo dicitur, id quod nullum eſt, rumpi non poſſe, *l. 5. §. 1. ff. de inju. rup.* Sic enim id intelligi debet, ut rumpi reſcindique non poſſit, quod jam ipſo jure ruptum, reſciſſumque eſt. Et ita venditio, nempe ea cui dolus dedit cauſam, & initium, rumpi non poteſt. Ea igitur venditio, cum ſit jure ipſo reſciſſa amplius rumpi non poteſt: Cætera venditionis, ſi jam ſecura ſint, ut traditio rei, numeratio pretii, cautiones de dolo, & de evictione, ea reſcindi poſſunt, & debent, *l. 2. 5. & 8. hujus tituli*. Hoc titulo demonſtratur, quæ ſint improbabiles cauſæ reſcindendæ venditionis. Non reſcinditur venditio, ſi quis impetraverit ea de re reſcriptum à principe, reſcriptis à principe contra jus publicum non eſt obſequendum, ergo ea reſcripto non poteſt reſcindi venditio. Quod nec favor militiæ admittit, nec favor fiſci, ut elicito reſcripto à principe, eoque fretus, quis poſſit reſcindere venditionem, ut *l. 3. & 7. hujus tit.* non eſt etiam idonea cauſa reſcindendæ venditionis, ſi dicatur res olim magno pretio veniſſe, longe majori ſcilicet, quam nunc vendita ſit: quia pretia non conſtituimus ex præteritis, ſed ex preſentibus venditionibus, & æſtimationibus, *l. 4. hujus tit.* Non eſt etiam idonea cauſa reſcindendæ venditionis, ſi venditor emptori duplum pretii offerat, *l. 6. h. t.* Non eſt etiam probabilis, ſive idonea cauſa reſcindendæ venditionis, ſi pretium dicatur non conſiſtere in pecunia numerata, ut dicitur in emptione, pretium debere conſiſtere in nummis, *§. item pretium, Inſtit. de empt. & vend.* Quod ita verum eſt, ut ab initio conveniri oporteat de certa quantitate nummorum pro pretio, ita ut dicatur tot nummis eſſe emptam rem palam inter emptorem, & venditorem. Sed poſtea poſſunt aliæ res dari in ſolutum conſentienti venditori, nec inde poterit idonea captari occaſio reſcindendæ venditionis, quod non intervenerint nummi, quia aliis rebus contentus fuit venditor, *l. pretii, hoc tit. l. 3. ſup. de contrah. empt.* Hæc conditio, ſive pactio, ut aleretur venditor ab emptore, quod Græci notant, eſt loco pretii volenti creditori. Addamus non eſſe cauſam probabilem reſcindendæ venditionis, ſi quis dicat ſe vendidiſſe urgente ære alieno coactum, vel urgente munere aliquo publico, quod ſumptum exegerit, *l. 12. h. tit.* Item non eſt probabilis cauſa, ſi quis dicatur emiſſe contra denunciationem factam ab altero, cujus intererat rem non alienari, *l. 13. h. tit.* Item non eſt idonea cauſa ſi emptor dicatur nondum pretium ſolviſſe, *l. 8. ſup. de contr. empt.* nam eſt agendum de pretio, vel ſi alii conventioni, pactioni emptor dicatur nondum ſatisfeciſſe, ut in *l. 14. hujus tit.* nec enim levi ea cauſa reſcinditur contractus ullus, nec niſi ex magna. Ac poſtremo nec hæc quidem cauſa reſcindendæ venditionis eſt probabilis ſi paulo minore pretio res venierit, *l. 8. 10. 15. hujus tituli*: Nam illud certum eſt, quod vulgo jactatur, in venditione, locatione, conductione, permutatione naturaliter licere contrahentibus ſe circumſcribere, *l. 16. §. pen. ff. de minor. l. item ſi pretium, in fi. & l. ſeq. ff. loc. & Nov. 97.* Poteſt quis, quod pluris eſt, minoris emere, & quod minoris eſt, pluris vendere, nec pretextu majoris, aut minoris pretii reſcindi venditio poteſt, niſi intervenerit dolus adverſarii in faciendo pretio: nam quod dicitur, licere ſe circumſcribere, hoc intelligitur reipſa, non dolo malo, & per inſidias quaſdam decepto emptore, vel venditore. Circumſcriptio admittitur, quia dolo caret. Et hoc naturaliter fit: id eſt, ex

natu-

Digitized by Google

natura, emptionis, & venditionis. Quod eleganter *l. 8. hujus tituli* explicat, dum ait, hujus contractus hanc eſſe ſubſtantiam, id eſt, naturam, ut emptor votum gerat emendi minoris, & venditor pluris vendendi. Et ita, quod dicitur, in actionem ex empto venire ea, quæ naturaliter inſunt judicii poteſtate, id eſt ex natura hujus negotii, *l. ex empto, §. 1. ff. de actio. emp. l. ſi in venditione, ff. de evict. l. ult. inſ. de adſert. toll.* Ergo generalis definitio hæc ſit, non ideo reſcindi venditionem, quod paulo viliori pretio res venierit. Cui addatur tantum hæc exceptio, niſi pretium minus ſit, quam dimidia pars juſti pretii: quia licet ſe circumſcribere uſque ad finem dimidii pretii. Ideo, & circumſcriptioni datus eſt hic modus, ne excederet dimidium juſti pretii: ideo ſi res digna decem, venierit quinque, nullus eſt reſciſſioni locus. Sed ſi eadem res, quæ eſt digna decem, venierit quatuor, eſt reſciſſioni locus, *l. 2. & 8. hujus tit. l. 2. inſ. ſi major factus vendit. rat. hab.* Quæ eſt explicanda ſecundum id, quod Accur. primo loco expoſuit in *d. l. 2. & cap. 3. & cap. pen. ext. de empt. & vendit. Et in Novella Romani ſenioris de reſcindenda venditione.* Verum ſi, ut dixi, res digna decem, venierit quatuor: quomodo aget venditor adverſus emptorem, ut jus ſuum obtineat? quid fiet ſi agatur ad reſciſſionem venditionis. Ex ea cauſa dabitur electio emptori judicio convento eo nomine, utrum malit à re empta diſcedere, pretio recepto, quod eſt reſcindere penitus venditionem, id eſt, reſtituere rem emptam cum fructibus, & recipere pretium cum uſuris, aut compenſare fructus cum uſuris, ut in *l. 2. & l. patri, §. item ex diverſo, ff. de minor. & l. ſi res æſtimata, §. 1. ff. de jur. dot.* Denique hæc optio dabitur emptori, ut rem reddat, & pretium recipiat: Et ita fiet emptio irrita, & infecta, an velit ſupplere juſtum pretium, id eſt, decem, cum ſolverit tantum quatuor, an velit adnumerare ſex, quæ deſunt juſto pretio: atque ita rem retinebit. Hæc optio, quæ datur emptori facit ut non omnino reſcindi videatur venditio ex hac cauſa: quia ſuppleto juſto pretio venditio remanet in ſuo ſtatu. Igitur, non ex hac quidem cauſa omnino reſcinditur venditio, *l. 1. §. ſi quid in fraudem, ff. quæ in fr. patron.* Actio Fabiana, omnino non eſt reſciſſoria, quæ revocat alienata à liberto in fraudem patroni, ut ait ille §. quia eadem optio defertur emptori, ut vel penitus diſcedat ab emptione in integrum reſtitutis omnibus, vel ſuppleat, quod deeſt juſto pretio. Puto autem jus, quod receptum eſt, quoque utimur, fuiſſe vetuſtius, quam ſit lex 2. hujus tit.: Nam in D. nullum invenies exemplum, quo emptor minoris emit dimidio juſti pretii, ſed invenies ad finem dimidii, ut plane videatur hic modus conſtituendi, faciendique pretii, jam olim fuiſſe conſtitutus in *l. ſi duos, ff. de evict.* Homo dignus decem veniit quinque, quæ fraus toleratur, nuſquam invenies hominem dignum decem veniiſſe quatuor: nec enim Juriſconſulti utuntur exemplis illicitæ venditionis. Porro conſiderandum eſt, nos tantum egiſſe hactenus de venditore fraudato ſupra dimidium juſti pretii, ut qui rem dignam decem, vendidit quatuor. Et vero omnes leges loquuntur de venditore fraudato, nulla de emptore fraudato: verum obtinuit, quod tamen miror, ut ſint producendæ omnes illæ leges ad emptorem, quæ de venditore loquuntur. Verum, ut intelligatur quanto errore id fiat, animadvertendum eſt, aliam eſſe condicionem emptoris, aliam venditoris: venditor enim plerumque coactus rei familiaris neceſſitate, rem ſuam vendit viliori pretio, *l. 2. & 16. h. tit.* quia coactus, non ſponte ſua vendidit: itaque æquiſſimum eſt ei ſubveniri, ut fraudato ſupra dimidium juſti pretii. Emptor ultro accedit ad emptionem rei immobilis: nam hæc conſtitutio non pertinet ad res mobiles: non eſt autem æquum ei ſuccurri, qui ultro accedit ad emptionem, qui ultro emit rem, immenſo pretio, & immodico, ut eſt in *l. 2. §. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud. patr.* vel affectione opportunitatis, (*pour la bien-aiſance*) vel affectione vicinitatis, vel cœli, quod fundus ſit ſitus optimo cælo, vel quod ibi parentes ſepulti ſint, vel ut eſt in *l. ſi in empt. ff. de minor.* quod ea res majorum ejus fuerit. Incenſi his affectionibus emptores proiiciunt magna, & ingentia pretia, pretia facientes ex ſuo affectu, & calore. Id calorem emendi vocat, *l. locatio, ff. de publican.* & alii auctores inſaniam: M. Tullius ad Attic. *Othonem vincas volo, nec tamen inſaniturum eum eſſe puto*, id eſt, non facturum immenſum pretium. Et ita Virgil. Ecl. 3.

Inſanire tibi quantumlibet.

Emptori igitur ultro accedendi ad emptionem, inſanienti, incaleſcenti ſæpe numero in faciendo pretio non eſt æquum ſubveniri, cum nulla neceſſitas eum impulerit ad tantum emendum: Et ideo, ut dixi, leges omnes dant reſciſſoriam venditori fraudato ſupra dimidiam juſti pretii, nulla opitulatur emptori majori vigintiquinque annis, qui rem emit immenſo pretio. Fateor quidem minori viginti quinque annis in integrum reſtitutione ſubveniri, *l. patri, §. per Divum, ff. de minor.* Nego ſubveniri majori, qui ſupra verum pretium fundi eum emit altero tanto amplius: ut qui fundum dignum quatuor, emit decem, vel novem: nam ſi fraus eſt ex parte venditoris, quod maxime notandum eſt, cum rem dignam decem vendit quatuor, quia neque dimidiam partem veræ æſtimationis rei conſequitur: Et ſimilis igitur è contrario fraus eſt ex parte emptoris, ſi rem dignam quatuor tantum, emerit decem, vel novem, quia nec dimidiam partem pecuniæ ſuæ fert ex re vendita. Et pari ratione ſi rem dignam decem, emerit viginti, & uno, & retro, fraus eſt venditoris, & intolerabilis, ſi rem dignam viginti uno vendat decem tantum. Et quidem ea Novella Romani ſenioris, quæ hac de re prodita eſt, dum de venditore fraudato loquitur, dimidium juſti pretii vocat duplum, *εἰς τὸ διπλοῦν ὑπερθεματισμὸν*, id eſt, auctionem in duplum, duplum vocat, id quod plus eſt in re vendita, ejuſque rei vero pretio, quam in pretio convento. Ita ſi de emptore fraudato agatur, dimidia pars juſti pretii, erit duplum, ſed in emptore, eſt duplum ubi pretii in venditore eſt duplum pretii conventi; & quod excedit hanc duplam, eſt fraus, quæ corrigitur in venditore per reſciſſionem, non in emptore, ut dixi. Et error communis tamen obtinet, ut idem ſit in emptore, quod eſt iniquiſſimum. Et huic errori eſt agnatus alius, ut emptor intelligatur eſſe fraudatus, quod probat *l. 2. hujus tit.* ſi rem dignam decem, emerit ſexdecim, cum tamen eo non plus, quam dimidiam partem ſuæ pecuniæ habeat, nempe decem. Non igitur, qui rem dignam decem, emit ſexdecim, ſed qui emit viginti, & uno. Quam rationem notavit Acc. nec tamen probavit. Et hunc communem errorem adnotavit Carolus Molineus in libro de uſuris eamque attigerat Panorm. in *cap. 3. tit. de empt. & vend. extra.* Verum nemo judicavit unquam æquiſſimum eſſe, beneficium l. 2. producere ad emptorem majorem viginti quinque annis, deficiente lege, quem non neceſſitas, ſed affectio impulit ad emendum. Et velim notari etiam legem 2. eſſe intelligendam de rebus ſoli, non de mobilibus nec omittendum eſt, quod hodie definitum eſt ſuperiuri Nov. Romani ſenioris de reſcindenda venditione. Ex hac cauſa agendum ex vendito intra quadriennium, quod eſt ſpecies reſtitutionis in integrum: Et reſtitutio in integrum finitur quadriennio, *l. ult. ff. de in integ. reſtit.* Inde egregia moveri heic poteſt quæſtio: quid fiet, ſi fundus emptus, venditore fraudato ſupra dimidium juſti pretii, chaſmate perierit intra quadriennium, emptore convento à venditore, ut ſuppleat juſtum pretium ex beneficio l. 2. cum fundus non ſuperſit, non poterit cogere emptorem, ut ſuppleat juſtum pretium. Hoc idem non eſt legibus deciſum; ſed certiſſimum eſt cogi non poſſe, quia cum fundus emptori perierit, æquum non eſt eum etiam pecuniæ damnum facere, ſi nullus dolus ejus probetur, ut ait *l. ſi res æſtimata, ff. de jure dot.*

in

in qua æſtimatio dotis nihil eſt aliud, quam venditio. Jam expoſita eſt à nobis cauſa, ex qua reſcindi poteſt venditio, ne in grandi damno verſetur venditor, qui forte momentaria neceſſitate coactus rem ſuam diſtraxit viliſſimo pretio, fraudatuſque eſt ſupra dimidiam juſti pretii, niſi ſcilicet emptor malit ſupplere, quod juſto pretio deeſt cum uſuris; hoc enim ſi ſuppleat, ſtabilis erit, & firma emptio venditio, nec reſcindetur. Sequitur alia cauſa reſcindendæ venditionis in *l. pen. h. tit.* ſi curialis, id eſt, decurio alicujus municipii, vitans munera civilia, quæ ſunt valde oneroſa, relicta propria furtim, id eſt, ſine decreto curiæ, & exquiſitis curriculis, divenditis ſuis bonis alio ſe contulit, ne obiret munera publica: nam & ipſo è fuga revocatur, & bona, quæ vendidit, ei reſtituuntur, quorum ope ſuſtineat munera publica, & civilia, nec tamen emptori redditur pretium, qui non ignarus fugæ ab eo emit. Et hæc eſt ſententia *legis penult. h. tit. & legis* 11. *Inf. de prædiis decurion. lib.* 10. Hoc igitur caſu venditor recepit bona, quæ vendidit, nec tamen emptor recipit pretium, qui fuit conſcius fugæ: pretium autem cedit lucro fiſci, non lucro venditoris. Denique decurio recipit bona, quæ vendiderat, ſed fiſcus habet pretium, quod evenit etiam in ſpecie *l. pen. ſup. de iis, quæ vi met. cauſa:* ſi is, qui adminiſtrationem, vel officium publicum gerit in provincia, vel in civitate, aut vico emerit rem mobilem, aut immobilem ab hominibus hujus provinciæ, vel loci, vel civitatis in qua officio publico fungitur, quod leges interdixere, quia officii publici poteſtate freti ſæpe extorquent ab incolis venditiones hujuſmodi: ſi ſecus fecerint, venditori reſtituunt rem; nec tamen venditor eis reſtituit pretium: Atque ita habet ſibi, & rem, & pretium, ut deliquiſſe videatur emptor, non venditor. Atque ita his duobus caſibus fit, ut reſtitutio in integrum, & reſciſſio venditionis procedat, quæ tamen alias ſolet eſſe reciproca, & utrique parti reſtituere jus priſtinum, emptori pretium, venditori rem, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minorib. l. 3. & 4. ſup. de iis, quæ vi met. cau.* Eſt etiam alia cauſa probabilis reſcindendæ venditionis, quæ proponitur in *l. ult. hujus tit.* Si palatini, id eſt, qui præſunt adminiſtrationi rerum principis in palatio privatarum, ſub comite rerum privatarum, & theſaurorum principis, qui eis præeſt, & univerſæ rei privatæ principis: ſi ii, inquam, aliquid emerint ex rebus privatis principis, quarum ſunt adminiſtratores: nam ea quoque venditio reſcinditur: & hoc caſu etiam pretium non datur emptori, nec eſt reciproca reſtitutio in integrum, *d. l. ult.* quod ita excipitur in *l. pen. hujus tit.* ſi emerit furtim: nam palatini etiam res privatas principis recte emunt palam, ex auctione fiſcali, *l. ult.* quæ eſt conſtitutio Græca, ſed edita eſt inf. *de fide, & jure haſtæ fiſc. lib.* 10. Et ita etiam tutor, qui non poteſt emere rem pupilli, vel curator adoleſcentis, vel furioſi, vel prodigi in *l. ſi in venditione, §. ult. ff. de contrah. empt.* Poteſt tamen eam emere palam conſtituta auctione haſtæ, *l. 5. ſup. de contr. empt. & l. 2. §. tutor, ff. pro empt.*

AD TIT. XLV. *Quando liceat ab emptione diſcedere.*

PRoponitur etiam in hoc titulo alia cauſa reſcindendæ venditionis legitima, quæ jure recepta eſt: Et hi tres tituli, qui ſequuntur 45. 46. 47. ſunt partes generalis tituli de reſcindenda vendit. nam in uno quoque titulo proponitur ſpecialis cauſa reſcindendæ venditionis, quæ jure recepta eſt. Et hic eſt hujus tituli caſus: pactum, & mutuus conſenſus contrahentium, ſi res ſit integra. Quod multis locis in jure eſt expreſſum, *l. 7. §. adeo, & l. ab emptione, ff. de pact. l. 6. §. ult. ff. de cont. empt. §. ult. Inſt. quibus mod. obligat. toll.* Et hoc ſecundum regulas juris, quæ dictant, prout quidque contractum eſt, ita & reſolvi, ſive reſcindi, *l. prout, ff. de ſolut.* Nudo conſenſu contrahitur emptio: ergo contrario diſſenſu diſſolvitur; non alterutro invito, *l. 3. & 5. ſup. tit. 1.* At nec ex continenti facta pœnitentiæ proteſtatio à venditore, reſcindit emptionem perfectam, *l. 12. ſup. de cont. empt.* at mutuo conſenſu conſtat diſſolvi emptionem, ſi res integra fuerit: & res integra eſt, ſi neque pretium numeratum, aut pretii pars, aut nondum tradita res ſit, ſi cætera venditionis ſecuta non ſint, licet dederit emptor fidejuſſorem, vel etiamſi venditor acceperit arram, *l. 2. hujus tit. l. 3. D. de reſcind. vend.* Datio arræ, vel fidejuſſoris non facit rem minus integram, ſed traditio rei, vel numeratio pretii in ſolidum, vel in partem: Et ita ſi re integra, id eſt, priuſquam aliquid ex alterutra parte ſolveretur, convenerit, ut diſcedatur ab emptione, ſtatim ipſo jure finitur emptio, & uterque liberatur in totum, ſublata obligatione tam naturali, quam civili. Et convenienter fidejuſſor eo nomine acceptus liberatur, quia tota ſolvitur obligatio, id eſt, tam naturalis, quam civilis, ut in *l. Stichum, aut Pamphilum, §. ult. ff. de ſolut.* & arra ſi forte data ſit, repetitur ſtatim per actionem ex empto, *l. ex empto, §. is, qui, ff. de act. empt.* Atque ita evenit, ut pactum ipſo jure perimat obligationem, & ut formet actionem ex empto, arræ repetendæ gratia, etiamſi factum ſit ex intervallo, quod admiſit interpretatio prudentum, & ut ait *d. l. ab empt.* interpretatio bonæ fidei, ad quam omnia rediguntur, quæ incidunt in cauſam empti, & venditi: interpres doli mali eſt judex, ut Juriſconſulti notant in *l. ſi ſervus communis, §. circa commodatum, ff. de furt.* Et ſimiliter eſt interpres bonæ fidei, id eſt, quod bona fides deſiderat ipſius interpretationem, & bona fides exigit hanc pactionem quaſi legitimam admitti etiam factam ex intervallo, ut perimat ipſo jure obligationem, & formet actionem ex empto ad diſtrahendam penitus emptionem, & argumenta emptionis diſſolvenda, qualia præbet arræ datio. Sed ſi res non ſit integra, pacto nudo non reſcinditur venditio, niſi reſcindantur cætera venditionis, quæ ſequuta ſunt & reſtituantur in integrum. Nec ex eo pacto eſt repetitio pretii, vel rei traditæ; quamvis convenerit, ut reſolveretur emptio. Sed neceſſe eſt reipſa redintegrari rem, quæ non eſt integra, *l. 1. & 2. hujus tit.* Et ita, quod vulgo dicitur, & veriſſimum eſt. ipſo jure nullam eſſe venditionem, vel alium quemlibet contractum bonæ fidei, cui dolus dedit initium, & cauſam, *l. & eleganter ff. de dolo malo, l. 3. ff. pro ſoc. l. in cauſa 2. §. 1. ff. de minor. l. 4. ſup. de hered. vend.* Hoc verum eſt, ſi res integra ſit, ſi intra verba primumque placitum ſteterit: nam ſi res ſecuta ſit, non reſcinditur, niſi reſcindantur cætera, quæ ſecuta ſunt, *l. 1. & 8. ſup. tit. prox.* In hac provincia, & aliis finitimis nulla eſt venditio ipſo jure nulla, nullus actus ipſo jure nullus: ſed quacumque ex cauſa opus eſt reſciſſione officio judicis, vel remedio actionis reſciſſoriæ, vel reſtitutoriæ.

AD TIT. XLVI. *Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.*

PRoponitur etiam alia cauſa probabilis reſcindendæ venditionis in hoc titulo: ſi propter publica tributa venditio fuerit celebrata rerum debitoris publici: Verum ſi ea venditio ſub haſta facta fuerit ab officialibus fiſci per ambitionem, & gratiam minus vero, & juſto pretio in fraudem debitoris publici, nequicquam coit, & reſcindi poterit, ſi modo fiſco debitor ſolvat integrum, quod debuit: qui caſus fuit etiam expreſſus in titulo generali *l. 16.* ſed nihilominus ei datur titulus ſpecialis. Et quia hoc caſu emptori emit bona fide à fiſco diſtrahente jure pignoris hypothecæve ob ceſſationem publicorum tributorum, ideo non perdit pretium emptor, & redditur pretium debitori, qui ſatisfecit de ſuo fiſco in ſolidum. Atque ita reſtitutio in integrum non eſt manca, quod oſtenditur in *l. pen. ff. de reſcind. vend. & l. 2. hujus tit. l. 3. infr. de jure fiſci lib.* 10.

Digitized by Google

AD TIT. XLVII. *Sine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.*

ULtima cauſa reſcindendæ venditionis proponitur in hoc titulo 47. Fundi privatorum omnes debent cenſum fiſco, vel reip. vel ærario publico: nulla ſunt libera prædia, quæ non dicare oporteat in cenſum, & ſubſignare apud cenſorem: nam & hæc ſola prædia ſunt in commercio hominum, emi, vendique jure civili poſſunt, quæ dicata ſunt in cenſum: Et ita Feſtus, *Cenſui cenſendo agri proprie appellantur, &c.* Ex quo loco intelligi poteſt illud Ciceronis pro Flacco: *Illud quæro*, inquit, *ſintne illa prædia cenſui cenſendo*. Id eſt an ſint deferenda in cenſum, & an penſitent cenſum. Quod ſi quis emat, vel vendat ſine cenſu fundum debentem cenſum, aut reliqua cenſus, *arrerages*, fiſco ſcilicet, vel reip. emptio reſcinditur ex hac cauſa, puta emente emptore ea lege ne ipſe agnoſcat cenſum, alius ipſe poſſideat fundum, alius fundi penſitet cenſum. Hæc lex addita emptioni cauſa eſt reſcindendæ venditionis, adeo ut, & venditor amittat rem, & emptor pretium, qui emit ſine cenſu in fraudem fiſci, vel reip. & vindicet fiſcus utrumque, *l. 2. Cod. Theod. de contrah. emp.* Cenſum vocat tributa, vectigalia, publicas penſitationes, *l. ult.* quod eſt onus agrorum, non perſonarum: Et ideo ſequitur quemlibet poſſeſſorem agrorum, tranſit ſcilicet à venditore in emptorem, eumdemque poſſeſſorem, nec mutari hoc jus poteſt conventione contrahentium, quia jus eſt agrorum non perſonarum, *l. Imperator, ff. de publican. & Nov. Theodoſii, neque domum publicam, neque Eccleſiam publico munere eſſe excuſandam*. Et Caſſiod. lib. 4. Variarum: *Inde & varia tributa*, inquit, *quia non eſt agrorum una fœcunditas, ibi poteſt cenſus addi ubi cultura profecerit*: Et ita etiam definitum eſt *l. ult. inf. de fundis rei priv.* lib. 11. quæ ut magis intelligatur pertinere ad hanc rem, ſumpta eſt ex Novella Theodoſii *de reſcindenda venditione*. Et ea lege cavetur, ne quis dempto canone, dempto cenſu, ad emptionem rei dominicæ accedat, id eſt, rei pertinentis ad patrimonium privatum principis, alioqui reſcinditur venditio.

AD TIT. XLVIII. *De periculo, & commodo rei venditæ.*

SEquitur nova inſpectio in hoc titulo, in quo periculi nomine ſignificatur omne incommodum, & omnis caſus, qui rem venditam contingere poteſt: ſi homo venditus moriatur, ſi fugiat, ſi mutiletur aliqua ſui corporis parte, & deterior fiat ac vilior, ſi fundus venditus, vel pars ejus pereat terræ fragore, vel quo alio caſu: ſi vinum venditum effundatur, vaſis contuſis: ſi aceſcat: ſi muceſcat, quibus præcipue duobus modis vinum corrumpitur, & mutatur. Et inde in hoc titulo fit frequens mentio periculi acoris, & mucoris. Etiam re vendita manente integra, periculum evictionis ſæpe contingit: quod eſt aliud genus periculi, quod dicitur evictio, ut ſi alter jure, judicioque evincat rem emptori, vel venditori: ergo periculi nomine etiam continetur evictio, quæ fit re illæſa. Quæritur autem hæc pericula cujus ſint: & ut res facile intelligatur, diſtinguendum eſt hoc modo: Aut hæc pericula contingunt poſt venditionem, & traditionem rei, aut ante. Si poſt traditionem, conſtat periculum eſſe emptoris, rem perire emptori, etiam periculum evictionis, ſi ex nova cauſa res evincatur emptori, ut ſi fundum princeps aſſignaverit veteranis, ut accidit fundo Virgiliano: hoc caſu periculum evictionis reſpicit emptorem: nec enim futuri caſus evictionis pertinent ad venditorem, *l. Lucius Titius, de evict.* Sicut dicitur, ad magiſtratum municipalem, qui curavit tutorem dari pupillo non pertinere futuros caſus, veluti pupilli rem ſalvam fore, eique cavere, *l. 3. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſtrat. conven.* ergo futuri caſus evictionis non ad venditorem, ſed ad emptorem pertinent. Præteriti caſus evictionis pertinent ad venditorem, id eſt, qui originem ducunt ex cauſa vetuſtiore ipſa venditione, ut ait *l. 1.* quia ex præcedente tempore cauſam evictionis perimant: quod etiam, ut eadem l. 1. indicat, & *l. 8. infra, de evict.* non eſt verum ſimpliciter, ut periculum evictionis, quod ex præcedenti tempore originem trahit, reſpiciat venditorem, ſed eſt verum cum iis exceptionibus, puta ſi non laudatus, & denunciatus venditor fuerit, ſi non ei denuntiatum ſit, ut cauſæ agendæ adeſſet, id eſt, ut cauſam defenderet, & aſſiſteret: nam illaudatus venditor non præſtat periculum evictionis. Item ſi non contradicto judicio, id eſt, utraque parte præſente: ſed ob abſentiam, & contumaciam emptoris res evicta ſit, quia judicio adeſſe noluit: hoc igitur caſu etiam venditor non præſtat periculum evictionis, licet oriatur evictio ex cauſa antiquiore ipſa venditione. Quod dixi de periculo evictionis, idem obtinet in periculo mortis: nam, & hoc reſpicit ad emptorem etiam ante traditionem poſt venditionem perfectam, niſi ex præterito vitio ſervus venditus moriatur, quod dolo malo ſciens reticuerit venditor, *l. ult. hujus tit.* vel ſi non dixerit, & ſciverit ſervum non diutius victurum, vel ob præſumptum venenum, vel ob occultam labem aliquam corporis, quam neſcierit emptor. Hoc caſu periculum mortis reſpicit venditorem. Sicut periculum evictionis ducentis cauſam ex noviſſimo tempore, omnino pertinet ad emptorem: adeo ut ſi nondum ſolverit pretium, id ſolvere compellatur, vel ſi ſolverit, id non poſſit repetere. Idem in periculo fugæ, quod celavit venditor, vel quod vendito ſervo non ineſſe affirmavit, *l. 3. inf. de ædilit. action.* Idem in periculo acoris, & mucoris: nam & hoc reſpicit ad emptorem, ſtatim poſt prægustationem vini, & menſuram, niſi venditor ſciens vinum corruptum iri quamprimum, hoc celaverit emptori, vel niſi duraturum affirmaverit, *l. ſi vina, ff. eod.* Idem in quocunque periculo dicemus, ſi ante traditionem, & poſt perfectam venditionem periculum contigerit. Priore caſu jam dixi reſpicere emptorem, adeo ut, & pretium amittat, nec repetat ſi ſolverit, & ſolvere cogatur, ſi non ſolverit. An idem eſt ſi periculum contigerit ante traditionem? ſic videtur: ſicut enim commodum eſt emptoris ſtatim poſt perfectam emptionem venditionem, etſi nondum res tradita ſit, ita, & incommodum omne, *l. id quod, ff. eod. l. 12. tit. ſeq. inf.* nam hoc natura æquum eſt, ut cujus eſt commodum, ejus etiam ſit incommodum, id eſt, periculum. Et ſane ſi ſummo jure agamus, quo utimur etiam hodie, nihil intereſt periculum contigerit poſt traditionem, an ante: nam etſi ante contigerit, emptor, pretii damnum facit, id eſt, pretium cogitur ſolvere, aut ſolutum non poteſt repetere, *§. cum autem, Inſt. de empt. & vend.* Sed tamen æquius eſt, ut emptor, cui res perit, id eſt, quam petere à debitore non poteſt, pecuniæ etiam ſuæ damnum non faciat: Et invaleſceret hæc opinio, ſi introduceretur facillime: nam ſummæ æquitate nititur, ſummaque auctoritate: ut ſcilicet ſi rei venditæ contingat periculum poſt perfectam venditionem, & ante traditionem res quidem pereat emptori, perinde ac ſi ei tradita eſſet, quod ad rem ipſam attinet, ut in *l. ſi cum emptor, §. ult. ff. de reſcind. vend.* ut ſcilicet non poſſit agere in quantum intereſt ſibi rem tradi, aut non poſſit agere de re, quæ ei periit actione ex empto, ſed tamen, ut poſſit pretium repetere, quod ſolvit, vel non inferre, quod non intulit, ne & rei, & pretii damnum faciat, ut ſcriptum eſt manifeſte in *l. ſi fundus, ff. loc. l. quod ſi neque, ff. de peric. & comm. rei vend. l. 39. in fi. ff. de ſolut. l. ult. ff. de cond. ſine cauſ.* Quod ad pretium igitur attinet, periculum eſt venditoris, quia non habebit pretium, ſicut etiam emptor non eſt habiturus rem, aut æſtimationem, vel id quod intereſt. Et hoc ſane verius eſt, cum hac exceptione tamen ſi non per emptorem ſteterit, ſi in mora fuerit, quo minus ei res traderetur: nam ſi oblatam oportune rem

venditam noluerit emptor accipere, & in accipiendo moram adhibuerit, ex eo tempore rei periculum omnimodo pertinet ad emptorem : adeo ut venditori competat actio pretii indiſtincte. Et Acc. recte in *l. ult. h. tit.* ſive res erat peritura apud emptorem, ſive non, Et hoc probatur in *l. lectos, ff. eod. tit. l. 2. h. tit.* & ita accipienda eſt lex ult. hujus tit. & *l. 15. ff. de jure dot. & l. ſi in emptione, §. pen. ff. de contrah. empt.* Illud etiam, quod dixi ante rem peremptam poſt perfectam venditionem, & ante traditionem emptori non eſſe actionem ex empto, in quantum intereſt rem tradi, quia ei periiſſe intelligitur: verum eſt cum hac exceptione, ſi modo venditor moram adhibuerit in re tradenda, *l. 4. & ult. hujus tit.* Nam hoc caſu rei venditæ periculum pertinet ad venditorem, ut teneatur emptori in id, quod intereſt rem tradi. Quod maxime notandum eſt, ſi res non erat peritura apud emptorem, ut ſi eam confeſtim erat diſtracturus, ſin ſecus, id eſt, ſi omnimodo erat peritura etiam apud emptorem, hoc caſu potius emptori perit, quam venditori, id eſt, non poteſt agere in id quod intereſt rem tradi, quæ utique periiſſet etiam apud eum; quæ eſt veriſſima diſtinctio Martini, ut oſtendit *l. 23. ff. de verb. obligat. & l. ſi ſervus legatus, §. ſi ſervus. ff. de leg. 1.* Altera exceptio eſt hæc, ſi non ex præteriti vitio res perierit, quod ſcierit venditor, neſcierit emptor ob reticentiam venditoris: nam & hoc caſu in venditorem emptori eſt ſalva actio ex empto in id quod intereſt ob dolum malum venditoris, id eſt ob reticentiam ſubdolam, *l. ult. h. tit.* Poſtrema exceptio hæc eſt : ſi non culpa, aut dolo venditoris res perierit, ut ſi ſervum venditum occiderit, ſi ægrum non curaverit, hoc etiam caſu æquum eſt, venditori rem perire, & eum teneri in id quod intereſt : nam venditor ante traditionem debet rem venditam cuſtodire emptori diligentiſſime. Et conveniente non tantum dolum, ſed etiam culpam debet præſtare, *l. 2. & 3. & l. ſi vendita, D. eod. tit.* Duobus tantum caſibus venditor præſtat dolum tantum ante traditionem, quod ad cuſtodiam rei attinet; unus eſt ſi poſtea emptor moram adhibuerit in re accipienda: poſterior mora detrimentoſa eſt, & emendat priorem, & ſpectatur ſola. Alius caſus eſt, ſi res vendita, nec dum tradita ex cauſa venditionis fuerit apud emptorem ex alia cauſa, puta precarii, aut locationis, & ibi perierit : nam his duobus caſibus periculum pertinet ad emptorem, niſi dolus venditoris intervenerit : ſolus dolus excipitur venditoris, nnn culpa, *l. ſi per emptorem, & l. ſervi emptor, & ſeq. ff. eod. tit.* Et ad hos duos caſus proprie pertinet regula *l. 3. hoc tit.* dolum auctoris bonæ fidei emptori non nocere : nam hæc regula pertinet ad hos duos caſus, quibus venditor dolum tantum præſtat : alioquin poni poſſet alia regula, in culpa maxime: ſed ut oportet regulam coanguſtemus ad propoſitum hujus tituli, quanquam latius extendi poſſit ad aliam quamcumque cauſam, ut dolus venditoris non noceat emptori evidenti ratione, quia dolus ei tantum nocere debet, qui eum admiſit, *l. qui à venditore, ff. quæ in fraud. cred.* ut delictum auctori tantum noceat, *l. ſancimus, inf. de pœnis*, & dolus eſt delictum. Res abſoluta eſt, niſi quod nondum expoſuimus quando intelligatur venditio eſſe perfecta. Sic igitur ſtatue : venditio perficitur nudo conſenſu, ſtatim atque convenerit de re certa, & pretio certo, pure, & ſine ſcriptis. Dico pure: nam ſi ſit conditionalis venditio, non intelligitur eſſe perfecta, quia nondum certum eſt eam eſſe contractam, antequam extiterit conditio : intelligitur ſi defecerit, non eſſe contracta, ſi extiterit, retrotrahetur venditio: Et in præteritum intelligitur contracta, re extante : quæ ſi interim deterior facta fuerit, aut minor, damnum erit emptoris, retroacta venditione, ac ſi pure veniſſet, ſed ſi interim res interierit, nulla eſt emptio : quia extante conditione, nulla extat res, quæ veniſſe intelligatur, *l. 3. h. t. & l. neceſſaria, hoc tit.* Dixi, & ſine ſcriptis, quia venditio, quam placuit redigi in ſcriptum, non eſt perfecta ante completam ſcripturam, *l. contractus, ſup. ff. de fid. inſtr.* Dixi præterea, ſtatim atque convenerit de re certa: nam ſi vinum ita veniit, ut deguſtaretur, quod vix eſt, ut ita non veneat ſemper, nondum plane videtur conveniſſe de re ipſa : Guſtus enim rem, vel probabit, vel improbabit; & ideo ante deguſtationem periculum pertinet ad venditorem, quia ante deguſtationem minus perfecta venditio eſt, nec periculum emptorem ſpectat niſi poſt perfectam venditionem, *l. ſi in emptione, §. alia, ff. de contr. empt.* Dixi præterea, de re certa: nam ſi vinum veniit ad certam menſuram, puta in ſingulas amphoras, vinum diffunditur ex dolio, ex majore vaſe, in amphoras. Igitur ſi vinum veniit ad menſuram, res nondum eſt certa ante menſuram: nam certa res eſt ſi apparet quæ, quanta, & qualis ſit ejus ſubſtantia, in *l. certum, ff. de rebus credit. d. l. neceſſario* : Nondum autem certum eſt quantum vinum vendatur. Hoc menſura demonſtrabit, ante menſuram eſt incertum : ergo incerta res eſt, quæ veniit. Quapropter ſi interim pereat res, quaſi minus perfecta venditione, periculum pertinebit ad venditorem, non ad emptorem, *l. quod ſæpe, §. in iis, ff. de contrah. empt. &* d. *l. ſi in emptione, §. alias, ff. eod. tit.* & hæc dixi, ſi vinum veneat ad menſuram : nam facienda eſt menſura, antequam periculum ad emptorem pertineat : nec enim ſi vinum veneat uno pretio, omne ſcilicet vinum, quod eſt in horreo vinali, in cella vinaria, ſi veneat, ut dicunt, averſione : ſi veneat in aggere, ut loquitur *Novel. Valent. de relevatis poſſeſſionibus* : quam averſionem, ut exiſtimo, ſignificat Horatius hoc verſu.

Nec ſatis eſt chara piſces avertere menſa ;

Nam & veteres gloſſæ interpretantur avertere, emere, ſcilicet averſione, omnes piſces pretio uno, non in ſingulos piſces dicto pretio. Ita vero ſi veneat, tunc periculum non pertinet ad venditorem, ſed ad emptorem, l. 2. hujus tit. ſed hæc ſatis.

AD TIT. XLIX. *De actionibus empti, & venditi.*

EX contractu emptionis, & venditionis contrahentes invicem obligantur de eo, quod alterum alteri ex æquo, & bono præſtare oportet: emptor tenetur venditori actione venditi, venditor emptori actione empti, nomen unaquæque actio habet ab eo cui competit, & utraque eſt perſonalis atque directa. Et quæ emptori datur perfecta oratione dicitur etiam actio empti venditi, vel ex empto, & vendito, ut *l. Et ſi uno pretio ff. eod.* Et contra, quæ competit venditori, integra oratione dicitur actio venditi empti, vel ex vendito empto : quo fit, ut nonnunquam imperfecta oratione dicatur actio empti, quæ eſt actio venditi empti, non empti venditi, ut in *l. 1. ſup. ſi ſervus extero ſe emi mand.* Et è contrario, ut quæ eſt actio empti venditi, dicatur venditi, omiſſo verbo empti, quod præcedere debet, aut omiſſum ſubaudiri. Quæ autem in hac actione veniat hic titulus demonſtrat : neque enim aliud agit hic titulus, quam, ut oſtendatur, quid veniat in actione empti, & quid in actione venditi, actio venditi dicitur, actio pretii, *l. 7. hujus tit. & l. 8. & 9. ſup. de contr. empt.* quia ſcilicet de pretio recipiendo quanti res veniit potiſſimum inſtituitur. Qua utique emptor non liberatur niſi ſolverit de ſuis nummis: nam nummos dicitur facere venditoris. Non ergo liberatur ſolvendo alienos, & ſi ſervum emerit, non liberatur ſolvendo particulares, ſive peculiares nummos ejus ſervi, *l. 7. hujus tit. l. unica, ſup. ſi ſervus extero*, quia ſi nummi ſunt alieni, nec ſequuntur emptorem. Peculium non ſequitur emptorem ſervi, niſi ita nominatim convenerit, *l. quoties, ff. de cont. empt. l. 3. ff. de evict.* ergo in actione venditi imprimis venit pretium, quod de ſuo ſolvat emptor, non de alieno, veniunt etiam officio judicis uſuræ pretii ex mora, ut in cæteris bonæ fidei judiciis ſolent venire uſuræ ex mora officio judicis. Et hoc ita proditum eſt

eſt de uſuris pretii debitis ex mora, *l. 13. hujus tit.* Et A mora proprie fit ex perſona, ut ait *lex mora*, *ff. de uſur.* id eſt, ex interpellatione emptoris, ſi ei non pareat, id eſt, ſi admonitus, & interpellatus non ſolvat pretium. Et vel una ſufficit interpellatio: nec uſquam invenies exigi plures, ut fruſtra videantur quidam oratores exigere plures. Interdum tamen mora fit ex re ipſa, ſine interpellatione r ex re ipſa, id eſt ex ſolo tempore tardæ pretii ſulutionis, ut ſi venierit res minoris viginti quinque annis, *l. 3. ſup. in quibus cauſis reſt. in integ. non eſt neceſſ.* quæ eſt conjungenda cum *l. 5. hujus tit.* ſicut cum *l. 8. hujus tituli* eſt conjungenda *lex 3. de comm. rer. alienat.* una enim erat conſtitutio, quæ ſciſſa eſt in duas partes, quas licet nobis coadunare, ut altera ex altera lucem capiat: & ut eſt in *l. Gallus*, *ff. de lib. & poſth.* optima eſt interpretatio, quæ fit commixtis legis B capitulis. Hoc autem datum eſt minoribus viginti quinque annis, favore ætatis, ut eis fiat mora re ipſa à debitoribus ex conſtitutione Severi, *l. 26. cum vero*, *§. apparet*, *ff. de fideicom. lib.* Fit etiam mora reipſa in ſolvendo pretio poſt traditionem rei. Et ideo ex die traditionis ſtatim currunt uſuræ pretii; nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt, eum uſuras pretii dependere, *l. 13. Julianus*, *§. ex vendito*, *ff. eod. l. 5. hujus tit. l. 12. ſup. de uſuris*. Sed reliqua videamus: veniunt, & in actione venditi ſumptus, quos poſt perfectam emptionem ante traditionem venditor fecit in re vendita, ut ſi in re vendita, ut ſi in refectionem domus venditæ aliquid erogaverit ante traditionem, hos ſumptus reputabit emptori, ad quem poſt perfectam venditionem redit omne commodum rei venditæ, *d. l. Julianus*, *§.* C *præterea*, *& l. pen. hujus tit.* Item in actione venditi veniunt fructus, quos ante venditionem perfectam emptor mala fide percepit ex re, quæ poſtea ei vendita eſt in *l. 2. hujus tit.* quia licet hi fructus non contineantur venditione, negotioque contracto, tamen in his judiciis veniunt etiam, & accerſuntur quædam extrinſecus: & venit breviter quidquid contra bonam fidem fit, *l. 1. §. 1. ff. eod.* Et præterea licet hi fructus venditione non contineantur: tamen quaſi ineſſent venditioni, emptoris fiunt ab auctore præſumpti mala fide: nam & ita licet peculium non ſequatur ſervum venditum, tamen quod ex peculio ejus ſervi pervenit ad emptorem venit in actione ex vendito, quaſi videatur ab emptore uſurpari, ut venditione comprehenſum, *l. quotiens*, *& l. ſeq. ff. de contr. empt.* Atque ita inſunt actio- D ni venditi nonumquam quædam, quæ non inſunt venditioni. Notandum etiam eſt agi nonnunquam actione venditi ad diſtrahendam, & reſcindendam venditionem: quod eleganter *l. 6. hujus tituli*, ait, non facile admitti dari actionem venditi ad reſcindendam venditionem, ſed ad pretium exigendum: nam hic eſt præcipuus finis actionis venditi: nimirum actio pretii non facile datur ad alium finem, non ad reſcindendam venditionem, *d. l. 6.* notanda ſunt illa verba, non facile, quia comparata eſt actio venditi confirmandæ venditionis gratia, non infirmandæ: nullo igitur caſu danda eſt actio venditi ad reſcindendam venditionem, qui non ſit comprehenſus conſtitutione quadam, aut lege. Conſtitutione opus eſt, ut liceat agere venditi ad reſolvendam venditionem, ut in ſpecie *legis 2. ſup. de* E *reſcind. vend.* ſi venditor ſit deceptus ſupra dimidium juſti pretii, aget ex ea conſtitutione actione venditi, ut reſcindatur venditio omni modo, vel ut ſuppleatur, quod deeſt juſto pretio. Et ſimiliter in ſpecie *legis 10. eod.* agit venditor deceptus dolo emptoris aliqua in re actione venditi, ut venditio reſcindatur. Quod ibi notat ult. glos Acc. quæ eſt veriſſima. Et ſolet corrupte ubique ab Acc. appellari actio ad decipiendum Gloſſa in *l. Et eleganter*, *ff. de dolo*, *& in l. 3. ſup. ff. commun. utriuſq. jud.* actio vend. ad decipiendum. Sic eſt legendum: Actio ad decipiendum: qua ſcilicet tollatur fraus, & deceptio. Quod non poteſt fieri, niſi reſciſſo contractu. Et ita ex conſtitutione Severi, & Antonini agitur actione venditi, reſolvendæ venditionis gratia: In ſpecie *l. 4. ff. de leg. commiſſ.* & in ſpecie, *l. 2. de pact. inter emptor. & vendit.* conſtitutione opus eſt: quia abſurdum videtur ſi quis agat actione venditi, ut res fiat inempta, & invendita. Nunc agendum de actione empti, quæ datur emptori. In actione empti venit res empta, ut ſcilicet eam tradat venditor emptori: & quantum in eo erit, eum faciat dominum rei: quod tamen ab eo non diſtricte exigitur. Et eſt hac in re differentia, inter emptorem, & venditorem. Cujus ratio redditur in *d. l. ſi ſervus extero*. In actione igitur empti venit res vendita, necdum tradita: videlicet ſi pretium ſit ſolutum, vel ſi offeratur: nam emptori, qui neque pretium ſolvit, neque offert, non eſt actio empti, ut in *l. Julianus*, *§. offerri*, *ff. eod. tit.* venit, inquam, res in actione empti, vel id quod intereſt, quod plerumque egreditur pretium rei in *l. 1. ff. eod.* Venit autem id, quod intereſt, ſi ſuo tempore rem non tradiderit venditor, nec jam ſit curæ emptori eam rem habere, ac deſideret tantum ſibi præſtari quantum intereſt ſuo die rem traditam fuiſſe, *l. 10. hujus tit.* veniet etiam id, quod intereſt ſi forte venditor ſervum venditum manumiſerit ante traditionem, quia jam rei traditio non eſt in integro: nec ſemel data libertas ex alia cauſa revocari poteſt. Et hic eſt caſus *l. 11. hoc tit.* Eſt etiam alius caſus in *l. 4. hujus tit.* ſi venditor pergat, & obduret in re non tradenda: ita ut nec arbitrio judicis res vix poſſit ab eo extorqueri, procacia venditoris facit ut nonnunquam arbitretur judex id quod intereſt, præſtari emptori, aut rem tradi ob nimiam pertinaciam venditoris. Quod eſt notandum: nam non eſt dubium quin poſſit judex præciſe eum cogere ad rem tradendam, cujus tradendæ poteſtatem habet. In arbitrio judicis eſt, vel hoc, vel illud ſtatuere, ut rem omnino tradat, vel ut præſtet id quod intereſt pro qualitate rei, & perſonarum: hoc pendet ex arbitrio, & prudentia judicis, qui tamen non improbe faciet inciviliter ſi præciſe venditorem cogat ad tradendum: nam & donator hodie præciſe cogitur tradere rem donatam, donatione perfecta, nudo conſenſu exemplo emptoris: quod primus Juſt. produxit ad donationem, *§. perficiuntur*, *Inſt. de donat. Donatio*, inquit, *neceſſitatem traditionis habeat*: Et ſimiliter heres rem legatam præciſe cogitur tradere, nec liberatur præſtando id quod intereſt, niſi ex juſta cauſa, *l. ſi domus*, *§. qui confitetur*, *& §. ſeq. ff. de leg. 2.* Ergo idem admittere etiam debemus in venditore, ut omnimodo cogatur rem tradere, ſi ita judici viſum fuerit. Nec in civile eſſe juſſum tale judicis, & arbitri. Quæ fuit vetus opinio Martini. Et confirmatur primo Sententiarum Pauli tit. 13. *ſi id quod emptum eſt*, *neque tradatur*, *neque mancipetur*, *cogi poteſt venditor*, *ut tradat*, *vel mancipet.* Et addendum iis, arram etiam venire in actione empti, quod probat aperte *l. ex empto*, *§. ir qui vina*, *ff. eod.* Et hic nobis explicanda eſt lex 3. hujus tituli, ex arrali pacto perſonalis duntaxat actio paciſcentibus paratur: In cujus interpretatione multi laborant. Dico idem eſſe, quod ait *l. 2. ſup quando liceat ab empt. diſc.* ſi quid arræ nomine datum ſit, poſſe id repeti ſecundum placiti arralis fidem. Utriuſque verſus idem eſt ſenſus: ſed indiget latiori explanatione. In d. l. oſtenditur perfectam venditionem, re integra pacto reſcindi poſſe, id eſt, ſi nondum ſit res tradita, aut pretium numeratum, aut pars pretii, pactum re integra, reſcindit venditionem: ſed ſi res non ſit integra, pactum non reſcindit venditionem, nec ex eo pacto eſt repetitio rei jam traditæ, aut pretii jam numerati, ſed ut ait *d. lex 2.* ſi quid datum ſit arræ nomine, hanc arram tantum emptor poteſt repetere, juxta fidem pacti arralis. Igitur ex pacto arrali ſoluto pretio, eſt repetitio arræ, quia convenit ſcilicet, ut ſoluto pretio, arra emptori redderetur, dabatur enim plerumque annulus arræ nomine. Eſt autem repetitio arræ ex eo pacto per actionem ex empto: ergo ex eo pa-

ſto, ut ait *l.3.* eſt duntaxat actio perſonalis, id eſt, ex empto, quia non eſt vindicatio pretii, ſicut venditori eſt actio pretii, non repetitio, aut vindicatio rei traditæ, *l.1. hujus tit. l.8. ſup. de contrab. empt.* Ex ita actio ex empto ex arrali pacto præparatur, id eſt, formatur, quia arrale pactum non parit propriam actionem, qua arra repetatur completa emptione, ſed actionem ex ipſo contractu, id eſt ex empto: non parit igitur novam, ſed præparat, & format actionem ipſam contractus, ut in *l. Juriſgentium 7. §. quin imo, D. de pact.* Et ut breve faciam, arræ datio eſt contractus, *l. contractus, ſup. de fide inſtrum.* quia adjicitur emptioni venditioni, & præbet argumentum imperfectæ necdum completæ venditionis: perficitur nudo conſenſu, completur traditione, & numeratione. Ex quo datur actio ex empto non propria, atque etiam ex pacto arrali, quod ei contractui inſertum eſt, vel injunctum, ut ita, quod maxime notandum eſt, liceat ſtatuere, oon tantum pacta, ſed etiam contractus formare, præparare, dare legem, & formam actioni, quæ naſcitur ex contractu principali: ergo ei, quod vulgo dicitur pactum formare actiooem ipſius contractus: adde contractum etiam firmare alterum, ejuſque actionem, contractum ſcilicet, qui principali contractui accedit quaſi appendix. Et poſtremo addendum, ſicut in actionem venditi, ita in actionem empti quandoque venire, & redhibitionem, & reſciſſionem totius venditionis, *d. l. ex empto, §. petitionem, & §. virginem, & §. ſeq. eod. tit.* vel partis ejus, ut in ſpecie *l. 9. hujus tit.* ſi venditor dixerit minorem eſſe capitationem fundi, id eſt, cenſum fundi, & inveniatur major, aget emptor, ut pars pretii minuatur: atque ita ut pro parte reſcindatur emptio: nimirum aget quanto minoris rem emiſſet, ſi ſciſſet majorem eſſe cenſum. Et veniunt etiam io actionem empti uſuræ quandoque, ut ſi rei venditæ per ſe nullus ſit fructus. Finge venditum eſſe vinum, oleum, & frumentum, & ſimilia, aut veniſſe nummos peregrinos, qui ſolebant eſſe mercis loco, ut Voluſius Mæcianus ſcribit, ſcilicet ex mora venditoris, vel ex pacto debentur uſuræ rei venditæ: nam hæ res uſuram etiam admittunt. Et hæc eſt ſententia legis 15. *hujus tituli*, ut in actionem empti veniant uſuræ ex mora venditoris. Etiam illud ſumme notandum eſt, agi ex empto ut venditor caveat de re tradenda in *l.14.* quando nondum emptori ea re opus eſt ut interim caveat venditor de re tradenda: nam invenio fidejuſſorem de re tradenda à venditore datum fuiſſe, *l. 52. ſup. de contrab. empt. l. 3. ff. de reſcind. vend.* Hi tamen loci ita ſunt intelligendi, ut det fidejuſſorem venditor, non de evictione, ſed de re tradenda: hodie tamen ſufficit nuda cautio, ſi repromittat ſolus ipſe ſe rem traditurum ipſo die in *d. l.54.* quæ etiam addit, actione empti cogi venditorem cavere de iis, quæ continentur edicto ædilium, puta ſanum eſſe ſervum, qui veniit, & noxa furtoque ſolutum, erronem non eſſe, nec fugitivum: res peracta eſt. Adde etiam actione empti agi de evictione in id quod intereſt, re evicta emptori, etiamſi venditor non ſe nominatim obligaverit ob evictionem: nam naturaliter hoc ineſt poteſtati hujus judicii, ut præſtetur evictio emptori, re evicta, ſed jure judicioque: nam evincere eſt judicio vincere, & rem auferre: ſi quis enim emptori rem vi eripiat, ſi emptorem vi expellat de poſſeſſione fundi empti, oon aget de evictione, hoc non præſtat venditor: ſed babebit interdictum unde vi in eum qui vim fecit, quique eum vi expulerit de fundo, *l. ult. hujus tit.* vel vice interdicti eſt actio in factum permiſſa conſtitutione: nam interdicta deſiere eſſe in uſu, & his ſucceſſere actiones in factum. Et corrigendum in d. l. ultima, *actionis promiſſæ*, non, permiſſæ.

AD TIT. L. *Si quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit,*

A Pertinet hic titulus ad actionem empti, ut indicat aperte *l.6. & pen.* & ejus ſunt tres partes. Prima, ſi quis emerit alteri. Secunda, ſi quis emerit ſibi ſub alterius nomine. Tertia, ſi quis ſibi emerit pecunia aliena, quæ in unum colliguntur *in l. 6.* De prima parte dicamus, ſi quis emerit alteri, nihil egit, quia neque ſibi adquiſivit actionem empti, quia noluit, cum non emerit ſibi, ſed alteri, neque eam adquiſivit alteri, quia non potuit per liberam perſonam alteri actio acquiri, *l.1. ſup. per quas perſ. nob. oblig. acquir.* ergo, qui emit alteri, neque adquiſivit ſibi actionem empti, quia noluit, neque alteri, quia non potuit, *l. 6. §. ult. hujus tit.* alteri emimus inutiliter, *l. ex pecunia, inf. de jur. dot. l. fundus, D. de contrab. empt.* qua de cauſa procurator, qui mandatu noſtro emit, non nobis emit, ſed ſibi: B alioquin nihil ageret. Et ita eſt proditum in *l. 7. in fi. D. eod.* quod maxime velim vos notare: nam vix invenietis unum, quem ſi rogetis quo nomine emat procurator mandatu alterius, qui non reſpondeat eum emere nomine mandatoris, quod eſt falſum: alioqui nulla eſſet emptio. Igitur & ſi mandatum alienum exequatur, tamen emit ſibi procurator, non mandatori. Et longe alia ratio eſt procuratoris, alia nuntii, quod procurator mandato meo emit, ſibi emit, non mihi, ſuo nomine, non meo: quod nuntius meus emit, ego emo, non nuntius: fungitur enim nuntius vice epiſtolæ, ut eleganter ait Acc. in *l. Et licet, ff. de conſt. pec.* Et ſimilis gloſ. in *l. cum mancipium, ff. de ædil. edict.* Sunt in gloſſis elegantiſſimæ ſententiæ. Epictetus Philoſophus interrogaoti Adriano quid eſſet epiſtola, reſpon- C dit, epiſtolam eſſe tacitum muntium: Et contra ergo dicamus nuntium eſſe epiſtolam loquentem: Epiſtola autem ſive muta, ſive loquens non emit: ſed is, qui eam emiſit. Et ita recte per nuntium emimus: per procuratorem non item ementem nobis, cum quo nos mandatum contraximus. Atque ita cernitis, quam diſtet procurator à nuntio: procurator ergo, qui mandatu meo ſibi emit, non nobis emit, ſed ſibi: alioquin nihil ageret: ſed ſi uti oportet, emerit ſibi, actione mandati ab eo conſequemur ut nobis cedat actionem empti, quam ſibi adquiſivit, vel ei cui voluerimus, *d. l. 7. hujus tit.* Ac præterea ſi ea mens fuerit procuratoris ementis ſibi, & venditoris ea mens fuerit, ut res vendita, & tradita procuratori, adquireretur mandatori, proculdubio ex mente utriuſque contrahentis dominium ejus rei adquiretur man- D datori: imo vero ſufficit ſola voluntas venditoris, ſi procuratori licet ſibi emeret, ea mente tradat rem, ut ea adquiratur domino. Sola voluntas procuratori tradentis venditoris, domiuum facit mandatorem, etſi non eadem mens fuerit procurati. Et hoc belle probat *l. ult. hujus tit. & l. ſi mihi, ff. de donat.* Sola igitur ſufficit voluntas cui congruit mens mandatoris, cum mandatu ejus res empta ſit. Nunc de ſecunda parte dicamus. Si quis ſibi ſua pecunia emerit ſub alterius nomine, tabulis emptionis, & inſtrumento inſcripto, hoc caſu is, qui emit adquirit ſibi tam actionem empti, quam dominium proprietatis, ſi venditor dominus fuerit, vel poſſeſſionis ſi venditor non dominus fuerit: nam triplex eſt dominium, proprietatis, poſſeſſionis, & uſusfructus. Nec idem eſt dominium, & proprietas. Dominium, inquam, adquirit is, qui ita emit: E ſi poſſeſſio ei tradita ſit, non autem ei cujus nomen inſcriptum eſt tabulis, Traditio dominum facit, non inſcriptio nominis ſola, *l.4. 5. 6. hoc tit. l. ſi filii, inf. de donat. inter vir, & ux. l. 1. et 2. Cod. Gregor. ſi ſub alterius nomine res empta erit:* frequens autem arat inſcribere tabulis emptionis alienum nomen. Sunt enim etiamſi poſſint, qui nolunt inſcribere ſuum nomen negotio, quod gerunt, ſed malunt inſcribere alienum, puta amici, cujus eligunt fidem, dum ſcilicet nolunt negotia ſua innoteſcere aliis. Et hoc plerumque faciunt honeſtiores, *l. pupillus, §. ſane, ff. de auctor. tut. l. pen. inf. de contrab. ſtipul.* & in edicto Juſt. 7. dum, inquit: *Qui nolunt contractus publicari, publiceque innoteſcere,*

reſcere, *alienum nomen ſupponunt*: & re ita geſta nominis A inſcriptio nihil tribuit ei cujus eſt nomen inſcriptum: nam actio empti ante traditionem, & poſt traditionem dominium ei acquiritur, qui ſibi emit ſua pecunia licet abuſus ſit hodie nomine alieno. Sequitur tertia pars: Si quis ſibi emerit aliena pecunia ſuo nomine in ſuum nomen, ut loquitur *l. a. ff. quando ex facto tut. vel curat.* quo modo in idiotiſmo, *acheter en ſon nom*, & aliena pecunia in hoc tit. & l. pen. hoc tit, quid ſignificat? an eliciam ex eo, alienam pecuniam recte ſolvi poſſe pro pretio? non: at poſſet quis elicere diſputandi gratia: ſed tamen non eſt hic ſenſus horum verborum (vel aliena pecunia) ſed ita intelligenda ſunt, ac ſi diceres: altero pecuniam ſuam numerante, quia non liberatur emptor numerando alienam pecuniam, ſed neceſſe eſt vel ut ipſe ſuam numeret, vel alius pro eo æquæ ſuam: B nam utroque modo nummi fiunt venditoris, quod utique præſtare debet emptor venditori, *l. ex empto, §. emptor, ff. de act. empti, l. 1. ff. de rerum permut. l. cum ſervus, ff. mand.* Hoc vero caſu ſi quis aliena pecunia, id eſt adnumerante ſuam pecuniam altero, emerit ſibi in ſuum nomen, ſibi adquirit tam actionem empti, quam dominium, ſi poſſeſſio rei ei tradita fuerit, traditio dominium facit, non numeratio pecuniæ. *l. 21. ſupr. de probat. l. 2. 3. 4. 6. & pen. hoc tit.* Et Paulus 2. Sentent. *fundus, inquit, ejus eſſe videtur, cujus nomine comparatus eſt, non ejus à quo pecunia numeratur, ſi tamen fundus comparatori ſit traditus*. Cæterum is qui pecuniam numeravit pro emptore, niſi eam donandi animo numeraverit, & donatio rata fuerit, eam pecuniam ab eo repetet actione mandati, ſi mandatu ejus numeraverit, C vel actione negotiorum geſtorum, vel actione ſi certum petatur, ſi animo credendi eam pecuniam pro eo numeravit, vel condictione ſine cauſa, ſi donandi animo numeraverit, & donatio irrita fuerit, *l. 1. 6. & ult. hujus tit.* Tradita autem res videtur emptori, dominiumque in eum translatum, etſi non emptoris pecunia, ſed aliena numerata ſit à domino ejus pecuniæ, non tantum ſi emptor eam acceperit è manu venditoris: ſed etiam ſi voluntate venditoris in rei poſſeſſionem ingreſſus ſit, *l. 2. hoc tit. l. 12. ſup. de contrab. empt.* voluntate venditoris, hoc eſt, ſine vitio, *l. 1. §. ult. ff. de except. rei vend.* Vitium eſt & depredatio, ſi ipſe ingrediatur emptor poſſeſſionem rei emptæ ſine voluntate venditoris, *l. ſed ſi ex ſtipul. & l. fundi, in princ. ff. de adquir. poſſeſſ.* Ad hæc reſtat ut adnotemus extremum D uſum *leg. 6. hujus tituli* in quo interpretando laborant. In quæſtione dominii ille potior habetur, cui poſſeſſio à domino tradita eſt, nimirum illum verſum non referri ad omnes illas tres partes, quæ proponuntur in hoc tit. nam extremus verſus *l. 6.* pertinet tantum ad primam, & ſecundam partem hujus tit. quæ in hac lege eſt prima & ſecunda pars: nam ut utramque complectamur, ſive quis emerit ſibi aliena pecunia, *in quæſtione dominii*, ut ait dictus verſus *l. 6.* ille eſt potior qui ſibi emit, ſi à domino ei poſſeſſio tradita ſit, non is à quo pecunia numerata eſt, non is cujus nomen emptioni præſcriptum eſt. Non poteſt autem poſtremus ille verſus pertinere ad primam partem hujus tituli, quæ in ea lege 6. eſt tertia pars, *ſi quis alteri emerit*: nam hoc caſu, id eſt, ſi quis alteri emerit, neque ei, qui emit E per traditionem, dominium adquiritur, quia in ejus perſona nuda traditio eſt, id eſt ſine titulo, cum non emerit ſibi, ſed alii, & nuda traditio, id eſt quæ vacat titulo & cauſa, dominium non transfert, *l. nunquam, ff. de adquir. rer. dom.* Sicut nuda ratio, id eſt, quæ caret cauſa, debitorem non facit, *l. nec ſervus, ff. de pec.* Non acquiritur etiam dominium per traditionem alteri cui emit ille, ſi venditor alteri tradat eadem ratione, quia nuda eſt traditio, cum emptio alteri facta non valeat: falſum eſt enim, quod tentat Acc. ex inutili contractu dominium adquiri per traditionem; nam ſi inutilis eſt contractus, ergo & nuda traditio. Ergo ita definiamus, & rem fingamus; ſi emiſti mihi, & res tibi tradita ſit tuo nomine, vel mihi meo nomine, neutri dominium acquiritur, ſed ſi emiſti tibi negotium meum gerens, & tibi tradita ſit res meo nomine accipienti, etiam tibi meo nomine, vel etſi duntaxat tibi tradita ſit meo nomine, non accipienti etiam meo nomine, dominium mihi adquiritur, *l. ult. hujus tit. & l. qui mihi, ff. de donat.* Sed ſi emiſti tibi, & tibi tradita ſit tuo nomine non meo, dominium mihi non adquiritur, antequam tu eam rem mihi tradideris: quod te facere compellam actione mandati. Et ita accipienda eſt *l. res, ff. de adquir. rer. domin.* quia alioquin pugnare videtur cum *d. l. 5. & ult. hujus tit.* Non eſt omittendum, quod tentat Accurſius l. 6. hoc tit. cujus ultima gloſſa penitus delenda eſt, ex inutili contractu dominium acquiri per traditionem, *l. & eleganter in pr. ff. de dolo*, in qua B non fuit inutilis contract. non fuit inutilis venditio ſervi, cujus conſilio venditor minor viginti quinque annis cirſcumſcriptus convenit eum vendi, cum emptor ſit dominus, & jure ſervum manumittit quaſi dominus: Dolus enim emptoris faceret quidem inutilem contractum, ſed dolus rei venditæ eſt in minore vigintiquinque annis, non in emptore: nego igitur in ea ſpecie contractum eſſe inutilem. Non juvatur etiam Accurſ. eo quod tractat ex Bulgaro in *l. contractus, ſup. de fide inſtrum.* ſi placuerit ut venditio ex ſcripto fieret, & res tradita fuerit ante completum ſcriptum, licet nondum perfecta fuerit emptio, tamen dominium adquiritur emptori, cui res tradita eſt. Quod facile concedo: ſed inde non infero, ex inutili contractu dominium adquiri, ſed ex incerto, minuſque perfecto, voluntate C contrahentium, quorum voluntate etiam re tradita intelligitur remiſſa illa pactio de emptione in ſcriptum redigenda, vel ſi non ſit remiſſa, nihil intereſt compleatur ſcriptum ante traditionem, vel poſt traditionem, nihil intereſt ſequatur traditio aut præcedat cauſam, ut dicamus traditionem non fuiſſe nudam, & inefficacem, quam titulus ſecutus eſt. Nec enim videtur eſſe nuda, ſi ſequuta ſit cauſa, ut ad plenum perfecta ſit venditio, completo ſcripto poſt traditionem: quod optime probat *l. ſane, §. 1. ff. de public. in rem actione*.

AD TIT. LI. *De rebus alienis non alienandis, & de probibita rerum alienatione, vel hypotheca.*

D

AD TIT. LII. *De communium rerum alienatione.*

NOva eſt quæſtio de venditione rei alienæ, an ex ea cauſa ſequi alienatio poſſit. Et ſunt duæ partes hujus tituli, una de rebus alienis non alienandis. Altera prohibita alienatione, vel hypoteca. Poteſt addi tertia ex tit. ſequenti de communium rerum alienatione, quoniam idem eſt tractatus. Hæ tres partes ordine ſunt explicandæ. Et ut ad primam accedamus, ſciendum eſt, aliud eſſe vendere, aliud alienare: vendere eſt conſentire ut commutetur merx cum pecunia, alienare eſt dominium transferre, *l. 1. inf. de fund. dot.* vel, rem tradere alteri nexu, id eſt, per æs & libram ſulemniter, vel eam in jure cedere, id eſt ad ſellam præſidis, vel prætoris, ut Marcus Tullius in Topicis definiens abalienationem. E His enim generibus, ſcilicet nexu & ceſſione in jure dominium transfertur, dominium mutatur: vendere ſimpliciter non eſt alienare, ſed vendere, & tradere, ſi venditor ſit dominus rei: nam ſi non ſit dominus, nec venditio, nec traditio eſt, quia tradendo nemo plus juris in alium transferre poteſt quam ipſe habet, *l. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* Et ita Seneca lib. 5. de Beneficiis cum ait, venditionem eſſe alienationem, & rei ſuæ juriſque ſui in alium translationem: intelligi debet de venditione facta à domino vel poſſeſſore certi juris, veluti emphyteuticario, aut ſuperficiario, quam etiam traditio ſequuta ſit; nam venditio per ſe alienatio nondum eſt, ſed obligatio tantum empti & venditi. Ac rurſus ut melius in-

tel-

telligatur quantum differat alienatio à venditione, vendere licet rem alienam, *l. rem alienam*, *ff. de contrah. empt.* quia ſcilicet emptio, & venditio eſt, & obligatio utrique contrahitur, maxime ſi ignorans emat, vel etſi ſciens emat rem immobilem, quæ non ſit vi poſſeſſa à venditore vel alio: nam rei vi poſſeſſæ aut furtivæ inter ſcientes commercium non eſt, id eſt, jus emendi, vendendique, *l. ſi in emptione, §. item ſi emptor*, *ff. de contrah. empt.* Et ita oportet intelligere, quod dicit *d. l. rem alienam* Rem alienam licere vendere; & contra tamen in *l. 1. tit. ſequ.* dicitur, ſatis illicitam eſſe venditionem rei alienæ, quia ſcilicet ea domino nihil nocere poteſt, dominus enim emptori rem auferre poteſt per vindicationem, & non oblato pretio, *l. 3. ſup. de rei vindic.* Et hoc ſi eam rem emptor nondum uſuceperit poſſeſſione legitimi temporis: nam ſi uſuceperit, dominus, qui fuit antea, dominium amittit per uſucapionem; & ideo in emptorem bonæ fidei nullam actionem habet, quia uſucapio bonæ fidei emptori pleniſſimum jus tribuit, *l. 27. in fi. ff. de rei vind.* & ſecuritatem ei præſtat, ut ait *l. 1. tit. ſeq.* quæ omnia demonſtrant quanta ſit vis uſucapionis, aut longæ poſſeſſionis. Sed dominus cujus rem uſucepit, emptor habet ſemper ſalvam actionem in venditorem, nomine rei ſuæ, vel negotiorum geſtorum, ſi probet factum, vel famil. erciſc. vel communi divid. Ut ſi ſocius rem communem vendiderit totam, id eſt tam ſuam quam alienam partem, vel actionem convenientem negotio, *l. 1. hujus tit. l. 1. infr. tit. 1.* Sic igitur juxta hanc diſtinctionem nominis licet duas quodammodo inter ſe contrarias ſententias ſtatuere, & affirmare utramque eſſe veram hoc modo. Rem alienam licet vendere, rem alienam non licet vendere, videntur eſſe contraria, ſed ambæ non ſunt contrariæ, quia non in eadem ſpecie diſtant invicem: ſed ſuus cuique aptatur caſus, ſuaque ratio propria, non eadem utrique, & ita hoc non poſſis ſtatuere: Rem alienam jure non poſſum vendere, & ita ſcriptum in *l. 3. ſupra*, *de rei vind.* & rem alienam jure poſſum vendere: ſuperior diſtinctio utramque explicat: potes etiam uti hac diſtinctione ex jure veteri: venditio rei alienæ non valet per mancipationem, quia mancipatione id agebatur ut dominium transiret in accipientem: venditio rei alienæ per traditionem valet, quia traditione naturali id tantum agitur, ut vacua poſſeſſio rei tranſeat in accipientem. Quo genere dicitur etiam valere emptio rei ſuæ, videlicet cum id agitur ut poſſeſſionem emat quam habuit venditor, & ut emptor ſit potior in lite poſſeſſionis, ut *l. ſi emptione*, *§. rei ſuæ*, *de cont. empt.* Plerumque enim, qui eſt dominus, & qui in petitorio judicio potior futurus eſt, non eſt potior in poſſeſſorio, *l. ad probationem*, *inf. loc.* Et ut ſit potior in poſſeſſione, eam plerumque redimit à certiore poſſeſſore, non etiam dominium, quod ab eo numquam diſceſſit. Sic igitur venditio rei alienæ per traditionem valet, quia id agitur plerumque ut in emptorem tranſeat poſſeſſio vacua, & non impedita ab alio, & ſi res ſit aliena, id eſt dominium ejus rei, tamen poſſeſſio eſt venditoris, cum eam tradat emptori, & obid traditione interveniente promittitur evictionis nomine dupla pretii, vel ſimpla: quia certum non eſt rem fieri emptoris. Et hoc etiam ſignificat Varro. 2. de re ruſtica: *Si mancipio non datur* .i. ſi res tradatur, non mancipetur, dupla promitti debet, vel ſi ita pacti, ſimpla, Plautus in Curcul. *Egone*, inquit, *à lenone quidquam mancipio accipiam*. Hæc fuit vetus differentia, quæ fuit etiam adhibita in pignore, nam rei alienæ fiducia, quæ eſt ſpecies pignoris, non valebat, quia contrahebatur per mancipationem pignus rei alienæ: Quod per traditionem contrahebatur, valebat: quod vero per mancipationem, non valebat, quaſi id ageretur, ut poſſeſſio rei pignoris tantum eſſet, quam haberet venditor. Sed hodie id abſolutum eſt, non valere pignus rei alienæ, *l. ſervus quem*, *§. ult. ff. de action. empti*, quia in dando pignore id ſolum agitur, & poteſt agi ut res obligetur creditori: non poteſt autem res mea mihi obligari, alienam rem non poteſt debitor obligare. In tradenda re vendita non hoc agitur: ut res fiat emptoris: traditur res, non datur: traditio eſt datio poſſeſſionis: datio eſt alienatio, ſive translatio dominii. Igitur in tradenda re vendita non hoc agitur ut res detur, ut res fiat emptoris, ſed non agitur etiam ut non fiat emptoris, alioquin non eſſet emptio, ſed alius contractus, veluti locatio, commodatum, depoſitum, *l. pen. §. ult. ff. de contrah. empt.* Denique ſic concludamus: rei alienæ venditionem valere, ſed auferri à domino emptori poſſe ante uſucapionem, vel poſt uſucapionem venditori auferri poſſe æſtimationem rei. Et hæc de venditione rei alienæ dicta ſint. De alienatione autem idem non dicam: nam rem alienam nemo alienare poteſt: Et hoc eſt, quod agit prima pars hujus tit. de rebus alienis non alienandis, non dicit, vendendis: vendi poſſunt res alienæ: alienari à non dominis non poſſunt, Quod tamen eſt verum cum iis exceptionibus, ſi non vendantur res alienæ jure pignoris, *l. pen. hujus tit.* Item ſi non volente aut ratum habente domino, *l. 5. hujus tit.* quæ eſt de re aliena data in ſolutum, non vendita, nec extra propoſitum: nam datio in ſolutum obtinet vicem venditionis, *l. 4. inf. de evict.* Et interim notandum eſt, non quemlibet actum domini, cum rem ſuam vendit alius, temere accipiendum eſſe pro conſenſu, voluntate, ratihabitione. Quod ſi per imprudentiam ſignaverit ſuo ſigillo, ut teſtis inſtrumentum venditionis rei ſuæ, ſuum ei ſignum nihil nocet, nec ſignum illud accipiemus pro conſenſu, cum circumſcriptus forſitan ſit à venditore fraude conquiſita, *l. 2. hujus tituli*, & *l. 2. Cod. Theod. de contrah. empt.* exquiſitis cuniculis, dum ſcilicet domino perſuadet inſtrumentum illud eſſe aliena de re, quam cujus ipſe dominus eſt. Denique erranti ſua ſigna non nocent, vel ſubſcriptiones. Alia exceptio hæc eſt, ſi non tutor ex officio ſuo vendiderit rem pupilli: nam valet venditio rei alienæ, imo neceſſe eſt tutori ſæpe vendere res pupillares, niſi velis argui culpæ: ut ſi res ſit ejus conditionis, ut non poſſit ſervari. Item ſi curator adoleſcentis rem vendiderit, neceſſitate officii ſui, *l. pen. hujus tit. l. quod ſi nobis*, *§. plane*, *ſi procuratori*, *ff. de ædil. edict.* Addamus ultimam exceptionem: ſi non venditori rei alienæ dominus ipſe heres extiterit, vel contra domino venditor heres extiterit, vel contra domino venditor heres extiterit: nam his caſibus omnimodo convaleſcit venditio rei alienæ, *l. 3. & 5. hujus tit.* Sicut verum eſt etiam pignus rei alienæ convaleſcere acquiſitione dominii, *l. 1. l. ſi Titio*, *ff. de pign.* & in venditione, ut eo modo convaleſcat, idem oſtenditur in *l. ſi quis aliena*, *ff. de action. empt. l. cum à matre*, *ſup. de rei vindic.* quo caſu datur emptori duarum rerum optio, ut ſive vindicet rem venditor qui domino ſucceſſerit, ſive dominus, qui venditori ſucceſſit, emptor eum repellat exceptione doli mali, quaſi faciat improbe, qui non impleat fidem venditionis à defuncto contractæ, vel à ſe: vel etiam ut rem faciat ſibi evinci emptor, ac deinde agat ſtipulatione duplæ ob evictionem. Secunda pars hujus tituli eſt de prohibitione alienationis, vel hypothecæ, de qua eſt tantum lex *ult. hujus tituli*, quæ breviter hoc definit, *prohibita alienatione*, ut l. Julia, prohibita alienatione fundi dotalis, vel prohibita alienatione à teſtatore, vel à contrahentibus, alienationis nomen eſſe latiſſime accipiendum, ita ut non tantum comprehendat omnem translationem dominii, ſed etiam manumiſſionem, ſi ſit ſervus, vel hypothecam, vel pignus, & donationem uſusfr. vel emphyteuſim, & impoſitionem ſervitutum. Denique ut prohibitus alienare intelligatur prohibitus ne facto ſuo ei rei, vel ejus rei juri quidquam decedat, niſi ſcilicet latitudo hujus verbi conſtringatur verbis legis, ut conſtitutio *de prædiis curialium ſine decr. non alien.* titulo proprio, alienandi verbum non ita latiſ-

ſime

ſime patet ; Nam donari poſſunt, non etiam vendi : & A in *Nov. de rebus Eccleſiaſticis non alienandis*, non continetur Emphyteuſis omni modo : igitur niſi lex, vel teſtamentum, vel contractus coarctet ſignificationem verbi, ſemper accipiemus prohibitam alienationem latiſſime ex conſtitutione *l. ult.* Tertia pars proponitur in tit. ſeq. in qua id animadvertendum eſt, id quod de tota re communi diximus, eſſe etiam intelligendum in parte, ut ſi rei, pars ſit mea, pars aliena, partem ſocii non poſſum alienare. Et in ea parte locum habent ea omnia, quæ ſupra diximus in tota re. Sit excipitur tantummodo fiſcus, ut ſi habeat fiſcus rem communem cum alio, vendere eam in ſolidum poſſit æquo pretio, & ſocio reddita parte pretii. Hoc datum eſt fiſco, ut facilius emptorem inveniret, & ne maneret in communione cum privatis, ut rem communem vendat B in ſolidum, *l. 2. inf. tit.* 1. *& l. 2. inf. de vend. rer. cum fiſco comm. l.* 10. Et hoc ita ſi fiſcus ipſe vendat rem quam habet cum aliquo communem, non ſi alius vendat, licet ejus rei pretium pervenerit ad fiſcum, quod dicitur in *d. l.* 2. Neque vero mirum eſt ſi fiſcus vendat rem communem in ſolidum : nam & rem alienam recte vendit, ſecuritate præſtita ſtatim emptori ac ſi uſu cepiſſet ex conſtitutione Zenonis, & dato tantum regreſſu adverſus fiſcum in quadriennium, qua de re eſt tit. *inf. de quadr. præſcr.* Etiam additur in tit. 52. poſſe ſocium cuilibet partem ſuam alienare, non ſocii, nec cogi præferre ſocium in alienatione partis ſuæ : non eſt ſocio jus prælationis. *Il n'ya droit de retenue*, vel ſi ſocius partem ſuam tantum vendiderit, ſocium non poſſe eam retrahere ab emptore, nec favore quidem mi- C litiæ, *l. 3. & 4. hujus tituli*. Igitur inter ſocios non eſt jus *προτιμήσεως*, vel jus retractus. Et eo jure etiam hodie utimur: & addamus eſſe tantum jus *προτιμήσεως* inter conſanguineos & propinquos, *retrait lignager*.

AD TIT. LIII. *Rem alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum alienatione.*

DOcuerunt nos duo tituli ſuperiores, rei ſuæ alienationem eſſe, non rei alienæ, exceptis certis caſibus, quos ibi expoſuimus : Et nunc hic titulus docet, rei ſuæ alienationem eſſe domino etiam adminiſtranti rem alienam, cujus adminiſtrationis ratione, bona omnia ejus tacite pignori teneantur ei cujus res eſt quæ adminiſtratur : Exempli gratia, tutori, & curato- D ri, in cujus bonis pupillus vel adoleſcens habet tacitam hypothecam, *l. un. §. 1. infr. de rei ux. act.* nihilominus tutor vel curator rem ſuam poterit alienare, etiamſi ex eo titulo, id eſt ex cauſa adminiſtrationis judicati debitor conſtitutus ſit : nam & poſt condemnationem, res ſuas, quantumvis licet pignori nexas pupillo, vel adoleſcenti, liberum ei erit alienare. Hoc ergo titulo oſtenditur, rei ſuæ alienationem eſſe, etiamſi ea res expreſſim vel tacite alii ſit pignori obligata: atque etiam ſi debitor ipſe condemnatus ſit creditori pigneratitio, vel hypothecario : ſed alienatio illa fiet cum ſua cauſa, id eſt, cum onere, nexu pignoris vel hypothecæ, illæſo jure creditoris, ut in *l. alienatio, ff. de contrab. empt.* & hoc expoſito inſert *l. unic. hujus tituli*, quod ſi rem meam alii pigneratam poſſum alienare, & pignerare, E Igitur alii eam poſſum : cujus rei alienatio, & pigneratio eſt, ut oſtendit *l. 4. hujus tit.* Nihil intereſt, tutor vel curator rem ſuam jam pupillo vel adoleſcenti pignori nexam pignori obligaverit, fiſco an privato : nam in hypothecis neuter, id eſt neque fiſcus, nec privatus præfertur antiquiori creditori hypothecario, *l. res, §. 1. ff. de jure fiſci* : ergo etſi ea res ſit obligata fiſco, tamen in proſecutione pignoris ſemper erit potior cauſa pupilli vel minoris, quaſi vetuſtioris creditoris hypothecarii. Et pignerata eſt res fiſco cum cauſa pignoris antiquioris. Id vero conſultius eſſet tutori vel curatori, ſi rem ſuam fiſco nominatim pigneraverit, cum ſuo onere, ne in fraude verſetur, id eſt, ne incidat in crimen, & pœnam legum ; quod maxime timendum eſt : nam ſi dixerit tutor obligans rem ſuam fiſco vel privato, eam eſſe liberam, & nemini obligatam, & hoc dixerit feceritque vivo pupillo : nam defuncto pupillo heres ejus non habet tacitam hypothecam, privilegium tacitæ hypothecæ, quod eſt perſonale : ſi inquam vivo pupillo mentitus ſit, tenetur crimine falſi, *l. 1. §. tutores, ff. ad l. Cornel. de falſ.* Si obrepſerit, inquam, præfectis ærarii, vel privatis creditoribus, vel etſi tutor nihil dixerit, ſed diſſimulaverit obligationem taciti pignoris cujus non erat ignarus, hoc caſu ceſſat crimen falſi, &упереſt crimen ſubſidiarium, Stellionatus nempe crimen, *l. 3. ff. de crimine ſtellion. l. tutor, §. contrario, l. ſi quis, §. ult. ff. de pignerat. act. l. 2. inf. de crim. ſtellion.* Verum ad rem redeamus. Quia jam expoſitum eſt jus omne, quod pertinet ad *l. C. uni. hujus tit.* cenſeo obſervandum eſſe argumentum quo utitur, *d. l. un.* ab alienatione ad pignerationem, ut ſi tutori licet alienare rem ſuam tacito intellectu obligatam pupillo, & poſſit eam alteri pignerare : nam plus eſt alienare, quam pignerare. Si licet, quod minus eſt probabile, licet etiam, quod magis eſt probabile, *l. non debet, ff. de regul. jur.* quod vulgo vocant argumentum à majori ad minus, cum dici debeat à minore ad majus, id eſt, à minus probabili ad majus probabile, hoc modo : ſi tenetur pupillo ex cauſa tutelæ, una cum bonis ſuis omnibus, rem ſuam poteſt alienare, & pignerare igitur, & ita in *l. 9. §. 1. ff. de pignor.* quod emptionem venditionemque recipit, multo magis pignerationem. Eodem argumento utitur *l. 11. §. uſufr. ff. de minor.* Vendere poſſumus uſum fructum quem habemus in re aliena invito proprietario, & pignerare : igitur valet argumentum ad affirmandum: Philoſophi dicunt non valere ad negandum: nam ſi non licet, quod eſt minus probabile, non ideo etiam licet, quod probabilius eſt, hoc modo : non poſſum vendere, nec pignerare igitur, *l. in quorum, ff. de pignor.* In quorum fundi finibus quis emere prohibetur, ut non poſſis ita pignus accipere non prohibetur argumentari : Ille non poteſt emere in illis finibus rem ullam, nec igitur pignori accipere : non eſt igitur idonea conſequentia, & omnino contra quam Acc. exiſtimet in *d. l. in quorum*, adhibita *l. qui officii, de contrab. empt.* Et confirmandæ rei gratia etiam addita *l. ſolet, §. ult. ff. de officio Proconſ.* poni debet ſpecies in præſide, vel alio, qui gerat publicum officium in provincia, vel civitate, vel vico : nam mandatis principum continetur ut is præter ea, quæ victus quotidiani ſunt, nihil poſſit emere, vel mobile, vel immobile in finibus ejus provinciæ, vel civitatis, vel vici, vel pagi : cujus ſignificatio latiſſime patet, ſed non prohibetur pignus accipere. Et ita accipienda eſt lex *in quorum* : contra omnino explicanda eſt *lex unica*. Ex qua liquet, quod poſui à minori ad majus non valere argumentum ad negandum contra à majori ad minus, id eſt, à magis probabili ad majus probabile valet argumentum ad negandum, hoc modo : non poſſum pignerare, nec vendere igitur : non tamen ad adfirmandum hoc modo : poſſum pignerare, & emere igitur, hoc eſt falſum, *d. l. in quorum*. Et hæc ita ſe habent ſecundum artem : nam obſervandum in jure hæc argumenta eſſe infirmiſſima, ut qun hæc lex utitur à minori ad majus : ut ſi tutor poſſit alienare, poſſit etiam pignerare, argumentum hoc deficit in re aliena, quæ vendi poteſt & pignerari non poteſt, *l. ſervus quem, §. ult. ff. de act. empt.* Deficit etiam in ſervitute ruſtici, vel urbani prædii, quæ vendi poteſt, *l. cum manum, §. 1. ff. de contrab. empt. l. 3. §. ſi iter, & l. tenetur, §. ſi tibi, ff. de action. empt.* & pignerari tamen non poteſt, *l. 12. ff. de pig.* Deficit etiam in præſide provinciæ, qui habet quidem jus gladii, *l. illicitas, §. qui univerſas, ff. de officio præſ.* nec tamen habet jus deportandi, *l. 1. ſup. l. deportatus, ff. de leg. 3.* non habet jus confiſcandi bona reorum, *l. un. inf. ne ſine juſſu principis cer. jud. lic. confiſc.* quia hæ pœnæ ſunt meri impe-

Digitized by Google

A
imperii, & merum imperium lege datur, nec niſi quatenus lege datur, cuiquam competit. Et ſæpe lex, quod plus eſt, dat, & competit, ſi cætera non dederit, non competunt cætera per conſequentias: nam argumentis fretus non poteſt quis plus ſibi arrogare, quam dederit lex. Et rurſus argumento à minori ad majus, quæ non dicuntur valere ad negandum in jure, & ad negandum ſæpe valent, ut in ſervitute urbani prædii, quæ pignori dari, & tradi non poteſt, cum ſit res incorporalis: ac ne hypothecæ quidem conventioni ſubiici poteſt. Et ita argumentatur *l.11. §. ult. D. de pignor.* ut quod non poteſt pignori dari per traditionem, de eo non poſſit conveniri, ut hypotheca ſit: Et ita argumentum à minori ad majus valet etiam ad negandum in fundo dotali, quem lege Julia, ut non licet vendere,
B
nec pignerare igitur, *l.3. D. de fundo dot.* Et in prædio minorum, quod ut non poteſt vendi, ita nec obligari ſine decreto, *l.1. D. de reb. eor. qui ſub tut. vel cu. ſunt*, ex oratione Severi. Et in re cujus commercium non eſt, quam ut non poſſum emere, ita nec pignori accipere, *l.1. §. eam rem, D. quæ res pignori, &c.* & in *d. l. in quorum*, rei, de qua agitur, erat commercium inter cæteros omnes, præterquam in præſide, quod ei ſoli interdicitur quandiu officio fungitur in iis finibus, valet etiam in re litigioſa: nam ut eam non poſſum vendere, nec obligare igitur, *l.1. §. ult.* & in filiufam. quem pater nec vendere, nec pignerare poteſt, *l.1. & 2. ſup. de patrib. qui fil. ſuos diſtrax.* Et generaliter prohibita alienatione, vel teſtamento, vel contractu, etiam intelligitur prohibita pigneratio, *l. ult. ſupr. tit. de rebus alienis*
C
non alienan. Et ſimiliter, quod non poſſum donare, id, ſi quis alius donet, non poſſum etiam conſentire donationi, *l. cum quis, D. de regul. juris*: Atque ita his modis valet etiam ad negandum argumentum à minori ad majus. Et rurſus argumentum à majori, quod dicitur valere ad negandum, in jure dicitur non valere ad negationem. Nec enim ſi præſes non habet jus deportandi, ideo non habet jus gladii, id eſt, vitæ & necis, nec ſi rem alienam pignori obligare, ideo non poſſum etiam eam vendere: hujuſmodi igitur argumenta in jure nihil valent. Reſtat tantum, ut quia tractavi ante de ſervitutibus, an poſſint pignerari, & frequenter uſus ſum *l. 11. & 12. D. de pignoribus*, in quibus oſtenditur hac in re eſſe differentiam inter ſervitutes urb. & ruſtici prædii, & oſtendam quanta ſit ea differentia, an ſit, & quæ ſit
D
ejus ratio. Vulgo plerique contra ſententiam *l. 11. & 12. D. de pign.* nihil volunt eſſe differentiæ inter eas; cum tamen evidenter conſtituatur, ut ſervitus ruſtici prædii poſſit obligari à domino prædii, vel ab eo, cui debetur ea ſervitus, *l.12.* Et quod ait, *l. videamus, D. de uſurp.* petita ſervitute ruſtici prædii per actionem confeſſoriam in fructibus numerari omne commodum, quod actor habiturus eſſet, ſi non fuiſſet prohibitus ire agere, puto id poſſe aptari ad pignerationem, ut dicamus etiam rei incorporalis, ut ſervitutis ruſticæ fructum eſſe, vel pignori dare licere ex *l. ult. D. de uſur.* At ſervitus urbani prædii, nec pignori, nec hypothecæ ſubiici poteſt, ut eſt proditum in *d. l. 11. in fin.* nec à domino prædii, qui debet, nec ab eo cui debeatur illa ſervitus, nihil refert. Et hanc differentiam veram eſſe
E
apparebit ſi reddatur ratio diverſitatis inter utramque. Et primum ſic ſtatuo: ut ſit utile pignus ſervitutis, non tantum neceſſe eſt creditorem cui pigneratur ſervitus habere prædium vicinum, *l. 1. ff. commun. præd.* Sed etiam ut hujuſmodi pignus alii vicino vendi poſſit, quia inutile eſt pignus, quod alii diſtrahi non poteſt ſui conſequendi cauſa, ut in *l.4. ff. de pigner. act. l. mulier, infr. de diſtr. pign.* At qui creditori habenti ædes vicinas, cui pignori conceſſum eſt jus tigni immittendi, vel ſtillicidii, vel protegendi, vel projiciendi, non eſt alius vicinus cui ea ſervitus uſui eſſe poteſt: nam quod ex ædibus ſuis vicinus tignum immittit in ædes debitoris, non æque alii vicino immittendi ullus eſt uſus, & utilitas: ac conſequenter jus illud alius vicinus non eſt

A
empturus, & alius emeret fruſtra: ergo ejus ſervitutis nullus eſt uſus, & inutile eſt pignus, cum non poſſit invenire emptorem. At contra ſervitus prædii ruſtici alii vicino vendi poteſt, forſitan magno empturo, cum poſſit uno itinere pluribus patere aditus in ſuos fundos: Quia igitur pignus ſervitutis ruſticæ diſtrahi poteſt, & quandoque magno, non erit inutile ſi vel dominus prædii, vel is cui debetur ſervitus, ita pigneraverit iter creditori ſuo: Ergo explodenda eſt eorum opinio, qui contra leges manifeſtiſſimas calumniantur, & adſerunt nullam eſſe differentiam. Nec moveri debemus eo, quod in precario inter hanc & illam ſervitutem differentia nulla eſt; quia utraque precario dari poteſt, *l.3. & l. & habet, §. precario, ff. de precar. l. ſi quis, 12. D. de Religioſ.* non alia eſt ratio pignoris, aliæ precarii, pre-
B
cariæ poſſeſſionis, vel quaſi poſſeſſionis utilitas conſiſtit in uſu, & ad libitum ejus, qui conceſſit, & ad modicum quandoque tempus, pro libidine ejus, qui conceſſit. Hunc uſum admittit utraque ſervitus. Igitur non videtur precarium eſſe inutile in hac vel illa. In pignore eſt inutile, quia utilitas pignoris conſiſtit in diſtrahendo, & ſervitus urbani prædii non eſt inventura alium emptorem: quod ſatis diximus ante.

AD TIT. LIV. *De pactis inter emptorem, & venditorem compoſitis.*

HIc titulus eſt de pactis, quæ adiiciuntur emptioni venditioni ex continenti, id eſt tempore contra-
C
ctus, ut ait *lex pen.* initio contractus, ut ait *lex 5.* vel traditionis tempore, *l. in traditionib. ff. de pact.* omnis traditio ex cauſa non nuda facta, contractus eſt: emptio venditio contractus principalis, cui & alii accedunt contractus, veluti arræ datio, & traditio rei venditæ; ex quibus non alia actio datur, quam quæ naſcitur ex principali contractu, veluti empti venditi, nec alia ex pactis, quæ ei accedunt, veluti ex pacto arrali. Hæc vero pacta, ut varia ſunt, ita efficiunt, ut ejuſdem contractus varia ſit forma, ut ſi quis roget me, quæ ſit forma emptionis venditionis, vel locationis conductionis, vel mandati, vel depoſiti: recte dicam, nullam eſſe certam formam: ſed eam eſſe, quam fecerint pactiones, quæ ei in initio adiiciuntur, pactiones enim contractum formant, & actionem ex iis, *l.7. §. quinimo, ff. de pact.*
D
legem dant contractus, *d. l. 7. §. idem Marcellus, l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſ. l. contractus, ff. de reg. jur.* atque ideo hæ pactiones dicuntur leges, & conditiones in omnibus fere conſtitutionibus hoc tit. & paſſim in jure leges emptionis, & venditionis, id eſt pactiones. Et eſt ſuaviſſimus, qui libro edito de legibus populi Rom. veluti Falcidia, Ælia Sentia, Aquilia, inter eas numerat legem commiſſoriam, quod eſt pactum emptionis venditionis de re reſtituenda. Nec enim ea lex eſt populi Rom. ſed privatorum contrahentium emptionem venditionem. Imo & hæ pactiones, ſive leges venditionis dicuntur venditiones, ut in *l. 4. hujus titul.* Commiſſoria venditio, id eſt, venditio facta ſub pacto commiſſorio: imo tanta earum pactionum vis eſt, ut ejuſdem contractus appellationes varient pro varietate formæ, quam ei imponunt. Ut exempli gratia pignus
E
ſcindatur in hypothecam, pignus, fiduciam, & antichreſim: & ſimiliter locationem dividam in tabellariam, & precariam: Quæ igitur eſt forma cujuſcumque contractus, eam eſſe dicam, quam fecerunt contrahentes ſecundum leges: nam improbæ pactiones rejiciuntur. At videamus, quæ in hoc titulo ponuntur: Pacta ſive leges venditionis, & traditionis proponuntur in l.5. & omnes juſtæ, & ratæ, ex quibus datur actio ex vendito: quia ſcilicet adiectæ ſunt venditioni in continenti, id eſt in ingreſſu contractus, in ipſo exordio & contextu contractus; nam quæ adiiciuntur pactiones ex intervallo, non valent, non proficiunt ad agendum. Ac primum proponitur lex commiſſoria, qua ſci-
licet

Digitized by Google

licet id agitur in tradenda re vendita, ut ſi intra certum tempus, pretium, vel pretii pars reliqua non ſolvatur, ſi ita venditor velit ut res ſit inempta, & ei commiſſa, id eſt, ut ad venditorem recurrat, etiam arris non redditis emptori, *l. 1. hujus tit. l. 2. l. ult. ff. de lege commiſſ. l. ult. ff. de reſcind. vend.* Et hæc eſt, quæ dicitur pœna commiſſi in *l. trajectitiæ ff. de oblig. & act.* pœna commiſſæ venditionis: committit emptor in venditionem, qui in ejus legem peccat, etiam non interpellatus ſi ſua die pretium non offerat, *d. l. traject. & l. 4. §. ult. ff. de lege commiſſ.* Committit autem venditori, nimirum ei reſtituta re vend. vel per rei vindicationem, vel per actionem ex vendito. Quod adhibita diſtinctione explicandum eſt, ut intelligatur quando exerceat venditor legem commiſſoriam per rei vindicationem, & quando per actionem ex vendito. Per vindicationem exercet legem commiſſoriam ad diem pretio non ſoluto, ſi rem emptori tradiderit precarii, aut locationis nomine, donec pretium ſolverit, non emptionis nomine, quia non videtur dominium ab emptore receſſiſſe, id eſt, quia ea traditio non fecit dominum emptorem, in *l. ſervi emptor, ff. de peric. & comm. rei vend.* Salvum itaque dominium manſit venditori: conſequenter manſit ei integra vindicatio, quæ jure dominii competit. Per actionem ex vendito venditor legem commiſſoriam exercet ſi emptori rem tradiderit emptionis jure fide habita de pretio in diem certum: nam ita ipſe ſi dominus fuit, dominum facit emptorem traditione, ut jam lege commiſſoria non poſſit habere vindicationem, ſed habeat actionem ex vendito: & l. 4. quæ dat vindicationem, ita eſt adducenda in concordiam: nimirum addita ſuperiori diſtinctione, quæ & veriſſima eſt, ſi dixeris venditionem factam lege commiſſoria eſſe puram, id eſt, non contrahi ſub conditione, ſed pure contractum reſolvi ſub conditione, ſi pretium non ſolvatur ad diem. Quæ ſententia locum obtinuit, *l. 2. ff. de leg. commiſſ.* nam ſi dixeris eam eſſe conditionalem, quæ fuit ſententia Sabini in, *l. pro emptore, §. Sabinus, ff. pro empt.* etiam re tradita ex cauſa venditionis, & lege commiſſa venditori competit vindicatio, quia traditio fuit ineſſicax atque venditio: nec fuit igitur tranſlatum dominium in emptorem. Sed verius eſt, non eſſe conditionalem, & locum habere ſuperiorem diſtinctionem inter vindicationem, & actionem ex vendito. Eadem lex commiſſoria olim valuit in pignoribus, puta ut ſi ad diem pecunia debita non ſolveretur, pignus fieret creditoris: ſed merito in pignore diſplicuit Conſtantino, *l. ult. in fi. de pact. pign.* & commiſſoria lex Antonino Imperatori diſplicuit in venditionibus, *l. Æmilius, ff. de minorib.* ſed non antiquata, reſciſſa, improbata, Et eſt ratio differentiæ inter pignora, & venditionem: Nam in pignoribus lex commiſſoria plerumque eſt in fraudem conſtitutionum, quæ uſuris modum impoſuerunt: maxime notandum eſt, etſi, ut ſolent: pretioſiora ſint pignora plus enim ita conſequeretur creditor ex lege pignorum, ſi ea lege committerentur, id eſt, ſi pignora in ejus dominium caderent ob pecuniam non ſolutam, quam ex legitimis uſuris: in venditionibus lex commiſſoria nullam habet ſpeciem fœnoris improbi, & illiciti. Et in hanc rem eſt *l. Julianus, §. Idem Papin. ff. de action. empt.* Sequitur aliud genus pactionis, ſive legis venditionis in *l. 2. & 7. hujus tit.* Si conveniat, ut quandoque pretio oblato à venditore, ea res, quam vendidit, ſit inempta, & revendatur. Lex eſt commiſſoria, lex eſt redemptionis, quam poſſit facere venditor quandocumque, nullo finito tempore, vel intra certum tempus. Ex ea pactione etiam formatur actio ex vendito in emptorem, ſi poſt venditionis interpellationem, denunciationem, oblationem pretii, & non tantum oblationem, ſed etiam obſignationem, & depoſitionem; hæc enim omnia ſunt neceſſaria, *d. l. 7.* emptor legi dictæ non paruit, atque etiam hoc caſu dabitur actio ex vendito, reſcindendæ venditionis cauſa: nec erit neceſſaria actio præ-

A ſcriptis verbis: nam etſi *l. 2. hujus tit.* dicat initio dari actionem præſcriptis verbis ad reſcindendam venditionem ex lege redimendæ rei; tamen in eo non perſtat, & ſe corrigit, dum adjicit, *vel ex vendito dari.* Et ſimilis eſt correctio in *l. Labeo ſcribit, ff. de contrah. empt.* nunquam enim actio præſcriptis verbis concurrit cum actione legitima. Et præſcriptis verbis actio eſt ſubſidiaria in factum actio, cum deficit alia actio civilis. Et illud eſt animadvertendum, interpellandum eſſe emptorem, oblato pretio: alioquin non peccat emptor in hanc emptionem: nam & hic nulla pœna eſt: ſed cum priori genere pactionis eſt pœna commiſſi; & ideo non eſt neceſſaria interpellatio ad diem; quia dies illam appellat ſatis, cum eſt pœnalis cauſa: quod in *d. l. trajectitiæ* oſtendi eſſe verum. Sequitur tertium genus pa-B ctionis in *l. 5.* ſi conveniat, ut emptor uſuras pretii, quod ſtatim non ſolvit, præſtet ex tempore venditionis, quæ alias non ſolent præſtari, niſi ex mora, interpoſita ſtipulatione, & uſurarum exactio fit per actionem ex vendito: nam hæ pactiones non propriam perimunt actionem, ſed ipſam contractus formant. Et conſtat, in bonæ fidei judiciis deberi uſuras, non tantum ex mora, ſed etiam ex pacto, *l. 15 ſupr. de actionib. emp. l. negotia, ff. mand. l. Titius, ff. de præſcript. verb. l. cum quidam, §. ex locato, ff. de uſur. l. Publia, §. 1. l. Lucius in fi. ff. depoſ.* In judiciis ſtrictis non debentur ex pacto ſine ſtipulatione, *l. quamvis, ſupr. de uſur.* Eſt & aliud genus pactionis in *l. 6. hujus tit.* Si venierit res exiguo pretio, habita inter emptorem, & venditorem certæ rei contemplatione, quæ exiguum pretium facere-C ret. Finge conveniſſe, ut rem dignam centum emeret quinquaginta, vel ſexaginta, ea lege, ut venditorem aleret per annum, aut biennium in vicem pretii, ut *l. 3. ſup. de contrah. empt.* Ea contemplatio alimentorum, vel alterius rei certæ, facit, ut venditor ſit contentus exiguiore pretio, qui non eſſet eo pretio rem venditurus citra ejus rei contemplationem: Ergo id agitur, ut niſi ea lex atque conditio emptionis impleatur, res ſit inempta per actionem ex empto, quæ hic etiam dabitur ad reſcindendam venditionem, reddito pretio emptori. Poſtrema pactio proponitur in *l. ultima hujus tituli:* Si vendidero tibi certum locum fundi mei, ea lege, ut ne eum dedices in ſacrum, vel ne eum facias religioſum illato mortuo, hæc lex recta eſt, & ex ea cauſa dabitur actio ex vendito in id, quod intereſt venditori ſervari legem, vel potius erit actio ex vendito, ut reſol-D vatur venditio, quaſi non fuerit venditor alias venditurus, & quaſi ea pactio ceſſerit in partem pretii, effeceritque, ut res minoris veniret, *l. 6. ſupr. & l. 6. in fi. ff. de ſervis export.* Implenda igitur eſt ea lex, quæ cedit in partem pretii: & quia ſine ea non erat venditurus eam rem, eumve locum; & quia intereſt ejus, legem ſervari, ut docet *l. 10.* quia non tantum noluit religionis cauſa alium vicinum ſibi adjungi, ſed etiam ſpecialiter interdixit, ne ſibi vendenti locum fundi, non totum fundum, vel ne ſibi vendenti fundum, & habenti locum in conconfinio loco, vel fundo, venditio injecta religione, fieret inutilis, & ingratiis ſibi vicinus adjungeretur: vicinitatis enim ratio habetur in æſtimando eo, quod intereſt, *l. 1. §. ſi rem, ff. quæ in fr. patron. l. quod ſæpe, §. ult. ff. de contrah. empt.* Unde abiit in proverbium: Mar-E cus Syrius vir juſtus, cujus vicinitas confines fundos chariores efficiebat. Verum huic legi ultimæ vulgo opponitur lex *ultima, ff. de pact.* quæ præſcribit, neminem paciſcendo efficere poſſe, ne quis mortuum inferat in locum ſuum venditum: vel ne eum conſecret: Et tamen *lex ult. hujus tituli*, ratam facit hanc pactionem ne mortuus inferatur in locum venditum. Dico id non poſſe fieri pacto facto ex intervallo, ſine ſtipulatione; quod pactum factum ex intervallo, non prodeſt ad agendum. Et ita explicatur ſpecies, quod probat *lex ult.* ut Acc. placuit. Et hoc confirmatur, vehementer, *l. quod ſi locus, ff. de relig.* Si conveniat, ut locus monumenti, id eſt cœnotaphium, non fiat religioſus, ne mortuus

in eum inferatur, pactum non ſufficere adhibitum, ſed ſtipulationem eſſe neceſſariam. At lex ult. loquitur de pacto addito ex continenti, quod proficit ad actionem ex vend. nec deſiderat ſtipulationem. Dicitur officium judicis tantum poſſe in actionibus bonæ fidei, quantum ſtipulatio in ſtrictis, *l. quia tantumdem, ff. de negot.geſt.* Idem dici poteſt de pacto adjecto ex continenti, ut tantum poſſit quantum ſtipulatio.

AD TIT. LV. *Si ſervus exportandus veneat.*

DIximus heri de pactis inter emptorem, & venditorem, ſequuntur tres tituli, in quibus totidem, aut certe quatuor pactiones exponentur, quæ in venditionibus mancipiorum addi ſolent: prima eſt in tit. Si ſervus exportandus veneat, id eſt, ſi ſervus ea lege, & pacto veneat, ut exportetur. Exportare eſt transferre an barbaros in *tit. 41. ſup. quæ res export. deb.* In hoc titulo exportare eſt ſervum transferre in aliam civitatem, vel provinciam, ne in ea amplius civitate moretur, ubi venumdatur: quam pactionem venditores addere ſolent, vel quod ipſi eadem lege ſervos emerunt, ut exportarent, & ſtipulanti venditori pœnam promiſerunt, niſi exportarent, *l.7.ff.de ſerv. export.* vel etiam addunt eam legem odio ſervorum, quod eorum conſpectum ferre non poſſint: nam & citra venditionem etiam legimus ſæpe à dominis pœnæ cauſa, ſervos ex urbe in villam exportari, ablegari. *l. ex pacto, §. pen. ff. de heredib. inſt.* Quod memini me etiam probaſſe obſervatione decima, cap. 33. ea lege vendere, ut emptor emptum ſervum exportet; & id confirmabo his exemplis. Demoſthenes in Timocrate, & Ælianus in epiſt. ruſt. & Dio.54. Huic legi, ut emptor ſervum venditum exportet, addi ſolet, ut in non exportatum venditori liceat manus injicere quaſi ſuum, ac ſi non vendidiſſet. Quod etiam pactioni tit.ſeq.addi ſolet, ne ancilla proſtituatur, vel ut venditori in proſtitutam ſit manus injectio. Qua de cauſa de manus injectione in hoc titulo, & ſequenti ſatis multa. Manus injectio eſt patri in filios, domino in ſervos, & aliquando creditori in debitores; maxime fugientes ex 12.tabulis: nam & verbum injectionis manus eſt legitimum: *ſi calvitur, pedemve ſtruit, manum endo jacito*: ubi interprete Servio Juriſconſulto, pedem ſtruere, eſt fugere: Et ſententia eſt legis ult. ſi calvitur, id eſt, ſi moretur, ſi fruſtretur, veluti ſi fugiat, ut in eum creditori ſit manus injectio; quod confirmat etiam alia lex 12. tabul. *æris confeſſi, rebuſque jure judicatis, triginta dies juſti ſunto poſt de in manus injectio eſto, in jus ducito*. Itaque, quod eſt in *l. Ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraud. creditor.* creditores debitorem fugientem, & pecuniam ſuam exportantem, veluti manu, injecta abſtuliſſe, & apprehendiſſe ei, quod debebatur: quod, ut quidam volunt, non eſt interpretandum, ut abſtulerit jure judicioque ſine vi, ſed manu injecta, ſine auctoritate judicis ex l. 12. tabul. nam permittunt 12. tabulæ manus injectionem in eum, qui pedem ſtruit. Licet etiam ſine judice manum injicere creditori in debitorem duobus illis caſibus, & venditori in ſervum venditum, ſi legi venditionis non pareat emptor, ex conventione, qua venditor exceperit ſibi injectionem manus, ſi non exportetur ſervus, vel ſi proſtituatur ſerva contra legem venditionis: optimum quidem eſt id facere per magiſtratum, ut ait lex, *ſi ſtipulatus in ſi.ff.de ſolut.* Sed ſine magiſtratu factum non improbatur, quia lex 12. tabul. vel lex conventionis manus injectionem dedit. Et ita *l.1. tit. ſeq.* manus injectio fit auctore præſide: quod eſt tutius, ſed non admodum neceſſarium. Porro hæc lex venditionis, ut ſervus exportetur, non tam emptori datur, quam ipſi ſervo, ut ſcilicet omni modo peregre abeat, quod oculi venditoris eum ferre non poſſint, ut ſequentes pactiones propoſitæ tit. ſeq. omnes dicuntur ſervæ, puta ne proſtituatur ancilla: Et *tit.* 57. ut manumittatur, vel contra, quæ nominatim dicitur cohærere perſonæ ſervi, nec tam emptori, quàm ſervo imponuntur. Igitur ſi venierit ea lege, ut exportetur, nec ibi morari poteſt, nec manumitti, unde exportari jubetur, vel ſi ibi manumittatur ſervus fiet fiſci eum alii poteſt manumitti, nec lex vetat, ut manumittatur, *l.3.h.tit.* Sed rurſus ſi alibi manumittatur, & poſt manumiſſionem redeat unde exportatus eſt, quia tunc nulla eſt manus injectio in manumiſſum, nulla in emptorem actio competit, qui manumiſit eum ſervum: Ideo conſtitutum eſt, quia per eum ſervum fit poſt manumiſſionem, quo minus voluntati venditoris ſatisfiat, ut veniat in perpetuam ſervitutem fiſci, reſciſſa libertate ſub eadem lege ne ibi moretur ubi venit, aut ut priori domino ſit in eum manus injectio ſi fiſcus eum non exportaverit, *l.1.hujus tit. l. pen. ff. de ſervis export.* Aliquando venditor non excipit manus injectionem, ſed pœnam ſtipulatur, ſi ſervum non exportaverit emptor, & hoc caſu ſervo non exportato, id eſt neglecta lege venditionis, venditori committitur pœna tantum: ſervus autem committitur fiſco ablatus emptori, *l.2. hujus tituli*.

AD TIT. LVI. *Si mancipium ita venierit ne proſtituatur.*

SEquitur alia pactio in tit.56. ſi mancipium ita venierit ne proſtituatur: cui conventioni additur aliquando, vel ut proſtituta confeſtim libera fiat, ne habeatur in turpi quæſtu. Quæ pliſſima lex eſt, & favore libertatis, & pudicitiæ valet, proficitque ad libertatem, etſi facta ſit ex intervallo, id eſt, non ſit inſerta venditioni, venditionis tempore: Quod notandum eſt ex *l.2. hujus tit.* Et oſtendit etiam tum *lex 1. tum l.2. hujus tit.* hujus rei cognitionem pertinere ad præfectum urbi: recte: hoc enim eſt, quod ait lex 1. *§. hoc quoque, ff. de officio præfecti urbi* à Severo Imperatore, præfecto urbi dari; ut mancipia tueatur, ne proſtituantur. Et hoc genere ſi ancilla perducta fuerit ad libertatem, patronum habebit venditorem, *l.7. ff. de jure patron.* Aliquando venditor non paciſcitur, ut libera fiat, ſi non obtemperet emptor conventioni; ſed ut in eam proſtitutam ſtatim ſibi competat injectio manus quaſi ſuam, nec venditam, aut traditam: Et tamen ſi venditor remittat manus injectionem, ſinatque proſtitui ancillam, hoc caſu remittente venditore manus injectionem, ſtatim ancilla fit libera ex conſtitutione Adriani, Severi, & Antonini; & eſt ſine patrono: nam venditor ſane nullum habebit honorem, quia remiſit manus injectionem: quæ omnia probantur *l. 1. hujus tit. & l. 7. ff. qui ſine manumiſ. ad libertatem, & l. ſed ſi, §.1. ff. de in jus voc.*

AD TIT. LVII. *Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, vel contra.*

SEquitur tertia pactio in tit. 57. ſi ſervus veneat ea lege, ut manumittatur intra certum tempus, cujus legis ea vis eſt, quam efficit favor libertatis, voluntaſque venditoris, ut ſi ei non pareat emptor, ſi ſervum emptum ſua die non manumittat, ſtatim ex conſtitutione Marci, & Antonini ſcripta in Semeſtribus, id eſt in libris conſtitutionum Marci, *l. 2. hujus tit.* Marcus Philoſophus dabat operam juri dicundo ſex menſibus quotannis exemplo Auguſti, Tiberii, & aliorum: Et ita Semeſtria dicta ſunt libri in quibus ſunt ſcripta ea, quæ conſtituit D. Marcus ſex menſibus, quotannis: ex quibus in jure variæ, referuntur conſtitutiones: ut excuſetur à tutela, qui adminiſtrat res fiſci, *§. Item ejus, Inſt. de excuſ.tut.* & ut voluntate teſtatoris poſſit remitti cautio legatorum, vel fideicommiſſorum, *l. pactum, ff. de pact.* Et ut pupillos non ſit neceſſe reſtitui in integrum ex contractu avito, ſi pater eorum non agnoverit avitam hereditatem, *l. 12. ff. de adquir. hered.* Et præterea hæc conſtitutio: de qua hactenus, ſæpe in

jure

jure refertur; ut ſervus emptus ea lege ut manumittatur, ſtatim poſt diem quo manumitti debuit, ipſo jure fiat liber: Et ideo ſi huic conventioni adjecta ſit ſtipulatio pœnalis, ſi emptor non manumiſerit, ea nunquam committitur, & nullius eſt momenti, cum futurum ſit ut ſervus manumittatur ipſo jure repræſentante factum emptoris: Et ita eſt legendum in fine leg. *ult. hujus tit.* conditionis poteſtate manumittentis factum repræſentari. Et hoc Græci probant: *quia*, inquiunt, *poteſtas facti imponit libertatem, quam debet emptor præſtare*. Hoc eſt, pactionis poteſtate repræſentatur factum emptoris ac ſi manumiſiſſet. Et ita etiam veteres Galli non legunt poſt, ſed ita: *Que la puiſſance de la condition ſoit reputee au fait de celuy qui la doit franchir, & accomplir.* Poteſtas pactionis habetur, pro facto manumiſſionis, ubi dies venerit quo ſervus vel ancilla manumitti debuit. Pertinebat autem proprie ea conſtitutio ad ſervos ea lege venditos, ut manumitterentur, non autem ad ſervos donatos ea lege. Et aliquandiu eo jure uſi ſunt, ut non idem eſſet in donatis, *l. Qui Romæ*, *§. Flavius*, *ff. de verb. oblig.* Sed poſtea aliis conſtitutionibus etiam porrecta eſt ad contractum do ut facias, ut ſi quis det pecuniam domino quaſi pro pretio, ut ſervum ſuum manumittat: nam accepta pecunia ſi non manumittat, ipſo jure fit liber, *l. 4. hujus tituli*, *l. Paulus*, *§. 1. ff. de liber. cauſa*. Et additur in hoc titulo quarto conventio, ut ſervus non manumittatur, cum ita ſcilicet ſervus venditur, ut nunquam poſſit ad libertatem perduci, in *l. ſervus hac lege*, *ff. de manumiſſ. l. 1. §. is quoque*, *ff. ad ſenatuſc. Syllan.* Quod adeo verum eſt, ut ſi huic conventioni ſit ſubjecta ſtipulatio pœnalis, hoc modo: Tot dari, ſi manumiſeris, nullius eſt momenti manumiſſio: nam etſi non manumiſerit, manumiſſio futura eſt, & in ea ſtipulatione videtur intelligendum de effectu manumiſſionis, non de nudo actu manumiſſionis, ſive effectu: Et cum inanis ſit manumiſſio, inanis etiam erit ſtipulatio pœnalis, *l. pen. h. tit. l. 6. ff. de ſerv. export.* quæ ſola eſt de hac conventione, quod etiam in quæſtione 3. pactionis obtinuit, *l. ult. hujus tit.* ut ipſo jure nulla ſit ſtipulatio pœnalis: nam ex ea pactione futurum eſt ut fiat liber ſervus, quem ut manumitteret emptor, creditum eſt ex tempore contractus: Et idem obtinuit in quarta pactione. Et ut minori negotio intelligi poſſint, quæ ſupra de manus injectione diximus, hæc ſubiicientur ex *l. ait prætor*, *§. ſi debitorem*, *ff. quæ in fraud. cred.* ait, creditorem perſequentem debitorem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem auferre ei pecuniam ſibi debitam: utitur his verbis, *ferre & auferre*, *perſequi & fugere*, fugit debitor, perſequitur creditor, fert pecuniam debitor, aufert creditor ſi fiat illico: nemo eſt, qui hoc legens non intelligat illico, id eſt, in ipſo articulo, & momento temporis, ſine jure, ſine judicio, manu injecta fugienti debitori, quia nec juris nec ordinis ſpatium ullum relinquat creditori, pecuniam debitam auferre; ergo cum ea res ſit fraudi creditori, recte ſtatuunt licere fugienti debitori, & pecuniam ſecum ferenti, illico auctoritate ſua pecuniam auferre: ſic ſane: nam, quod plus eſt, etiam in debitorem fugientem, 12. tabulæ dant manus injectionem: *ſi calvitur*, &c. Dant primum in eum qui calvitur, id eſt, in moraturem, ut alio capite, in judicatum, qui moratur & fruſtratur, nec judicatum facit. Deinde dant etiam in fugientem debitorem. Incivilis quidem hodie eſt hæc via, & extraordinaria, fateor, ſed incivile quoque eſt, ſi non probaveris quod creditor fecit, dum ſibi vigilat, ſuum ut ſervet, qui in ejus amittendi ſummo periculo verſatur, *l. ult. §. ult. ff. quod metus cauſa*, ponit creditorem exegiſſe per vim debitam pecuniam ſine cognitione judicis, etiam à non fugiente debitore, interventu apparitoris, qui interventus non excuſat vim, non habita cognitione judicis, & non facit ut creditor, qui vim fecit, eam non videatur feciſſe: Et tamen, quod ita extorſit creditor auctoritate ſua, interventu apparitoris, ut ſuperiori etiam caſu;

A æquum eſt eum excuſari ob præcipitem fugam debitoris. Non omnis vis improbatur: dicimus creditorem vim feciſſe neceſſario magis quam libenter, coacte magis, quam civiliter, ut Titus Livius 38. magis pie quam civiliter vim feciſſe Africanum, quia à corpore fratris, qui in vincula ducebatur, repulit viatorem. Et adde, melius id facere per magiſtratum, ſi quis poſſit, *l. ſi ſtipulatus ſum*, *in fi. ff. de ſolut.* Sed fuga debitoris non dat ſpatium adeundi magiſtratus: igitur tolerabile illud eſt. Addam manus injectionem fieri in ancillam proſtitutam, contra legem venditionis, auctore magiſtratu *l. 1. ſup. tit. 56.* Sed etſi ſine magiſtratu facta fuerit ex lege conventionis, id eſt, prout lex conventionis permittit, eam revocari incivile eſt.

B

AD TIT. LVIII. *De Ædilitiis Actionibus.*

Actiones empti venditi vel ſunt civiles, de quibus actum eſt ſupra, vel honorariæ ſive ædilitiæ, de quibus agitur in hoc titulo: nam & hæ actiones, quæ dantur ex edicto Ædilium curulium, quibus maxime erant curæ venalia, dantur ex contractu emptionis venditionis, *l. cum autem*, *§. ſi quis*, *ff. de Ædil. edicto*. Et proximæ igitur ſunt actioni empti, & ſunt duæ, Redhibitoria, & Æſtimatoria, quæ proprie pertinent ad venditionem mancipiorum, ſi ſpecies verba Ædilitii edicti: eſt enim de venditione mancipiorum, ſed trahitur ad venditionem cæterarum rerum, *l. ſciendum*, *ff. de ædilit. edic.* etiam ad venditionem prædiorum, *l. etiam*, *ff. eod.* ut ſi fundus emptus ſit peſtilens, redhiberi poteſt venditori, omnibus reſtitutis in priſtinum ſtatum:
C Et ideo in *l. pen. hujus tit.* ubi vulgo male ita legitur: *ſi peſtibilis fundus, id eſt peſtibiles herbas vel letiferas habens.* adſerenda nobis eſt vetus ſcriptura: omnes libri manuſcripti ſic habent: *peſtibilis fundus*, *id eſt peſtibulas*, *vel herbam letiferam habens*, definitio eſt peſtibilis, aut peſtilenti fundi recta: nam & incitabilem dicimus in quo ſunt incitabula virtutis, & ingenii, & fundum peſtilentem, in quo ſunt peſtibulæ, vel herba letifera: Et peſtibularum nomine ſignificari opinor natrices, viperas, colubros, ſerpentes, quas etiam auctores vocant peſtes, earumque odorem ajunt eſſe nocentiſſimum, *l. 2. §. Idem ait*, *ff. ne quid in loco publ. odore ſolo locum fieri peſtilentiorem*, ut Florent. habent, non, *odore ſoli*. Nec novum videri debet hoc verbum *peſtibulas*, cum
D & veteres dixerint eodem ſenſu, *peſeſtas in fundo luſtrando* apud Feſtum. Et ita Columella l. 1. cap. 5. *Natricum ſerpentumque peſtes*: & lib. 8. cap. 5. *Cavendum eſt ne pulli gallinei aſſientur à ſerpentibus. Id vitatur incenſo cervino cornu, & capillo mulieris*. Et ita Virgilius: *graveis nidore chelidros*, quod ſumptum eſt ex Nicandro qui eos dixit, *θανόδηκτας*. Ergo reſtituatur vetus lectio: ſic igitur actio redhibitoria, & æſtimatoria, licet in edicto fiat tantum mancipiorum mentio, referuntur etiam ad res cæteras. Trahuntur etiam ad fundos. Redhibitoria actio eſt, qua emptor agit ad reſolvendam venditionem, ob vitium, morbumve latens rei venditæ, quod neſciebat emptor, vel ob dictum promiſſumve venditoris, ut ſcilicet eam rem recipiat venditor, & pretium reddat emptori: qui agit redhibitoria,
E debet rem exhibere venditori, offerre, præſtare, ut ait *l. ult. hujus tit.* quod non eſt probare, ut quidam putant, vitium rei, ut probare ſervum fugitivum eſſe, ex veteri vitio: ſed eſt reſtituere, offerre, præſtare, quoniam ibi agitur, de redhibendo ſervo fugitivo: ſed ibi redhibere, eſt reſtituere, & verbo exhibendi ſemper ineſt ſignificatio reſtituendi, *l. Julianus*, *§. quantum*, *ff. ad exhib.* Et ita in *l. pact. ſupr. de pact. exhibitis*, id eſt reſtitutis. Ergo hæc eſt ſententia legis ultimæ, eum qui agit redhibitoria, debere rem exhibere venditori, id eſt, reſtituere: Et ideo recte in contrarium adſertur *l. redhibere*, *§. ult. & l. ſeq. ff. de ædil. edict.* quo agitur etiam de ſervo fugitivo in cauſa redhibitionis, & qui etiam nunc eſt in fuga, ſine culpa emptoris: Et tamen

men non exigit Juriſconſultus ot omnimodo ſervum A exhibeat : ſed habeat ſatis venditori cavere de eo ſervo perſequendo, & reſtituendo ubi venerit in poteſtatem ſuam, neque per ſe, neque per heredem ſuum fieri quo minus habeat venditor. Non eſt igitur neceſſarium ut exhibeat, cum ſufficiat ea cautio : & græci, ut hoc inter ſe componant, ſequuntur, quod Acc. retulit in *l. ult. hoc tit.* ut ignoranti venditori, qui bona fide vendiderit citra fraudem, & ſimpliciter, id eſt, qui ignoravit vitium ſervi venditi, omni modo is ſervus ſit exhibendus, & redhibendus ab emptore, qoi eum dicit eſſe fugitivum ex veteri vitio : nam ſi ſit ex novo, ceſſat redhibitoria in *l. 3. hoc tit.* futura enim vitia non præſtat venditor, *l. 1. ſup. de peric. & comm. rei vend.* Sic igitur ſtatue : ignoranti venditori omni modo reſtituendum ſervum ab emptore agente redhibitoria ut pre- B tium conſequatur diſtracta omni venditione : ſcienti autem venditori vitium ſervi, ſatis ſit caveri de eo perſequendo, & reſtituendo, ſi ſit in fuga ſine culpa emptoris. Hanc diſtinctionem facile admitterem, quoniam ſumma æquitate nititur, & ſimilis eſt io ſpecie *l. ult.* Si venditor ſciens vitium aut morbum vendiderit, actione redhibitoria, non tantum cogitur reddere, ſed etiam omne damnum emptori præſtare debet, ut ſi quid ſervus ille per fugam abſtulerit emptori, vel ſi alios ſervos emptori ſollicitaverit, & corruperit, *l. quæro, in princ. ff. de ædil. edict.* Ignorans autem venditor pretium tantum reddit emptori, non omne damnum. Et ita ſæpe in tractatu de venditione, & emptione, ſciens emptor, & venditor ſeparatur ab ignorante. Sed ex verbis legum, quæ inter ſe committuntur, id eſt, *l. ult.* C *hujus tit. & d. l. redhibere*, non apparet neſciiſſe venditorem in *l. ult.* Et ſciiſſe in ſpecie *l. redhibere* : Igitur melius ita conciliari poſſunt : emptorem qui agit redhibitoria, debere rem reſtituere venditori : Et hanc eſſe naturam actionis redhibitoriæ, ut omnia reponantur in priſtinum ſtatum ex utraque parte : ſed officio judicis contineri, ut ſi rei reſtituendæ copiam non habeat emptor, & ſi ſervus ſit in fuga ſine culpa ejus, interponatur cautio de eo perſequendo : & reſtituendo venditori, aut ut emptnr actionibus ſuis cedat venditori ad eum ſervum perſequendum : quæ ceſſio erit pro juſta exhibitione, juxta regulam juris in *l. quod debetur. ff. de pecul.* Et hoc obſervatur in alis plurimis actionibus, *l. ſervo legato, §. ult. ff. de leg. 1. l. ſi cum exceptione, §. quatenus, quod metus cauſa, l. ſi filio, §. pen. ff.* D *ſol. matrim.* Et hæc de actinne redhibitoria ædilitia. Alia eſt actio redhibitoria civilis, de qua eſt pars *l. pen. hujus tit.* Si convenerit inter emptorem & venditorem, ut ſi intra certum tempus res diſpliceat emptori, inempta fieret quo nomine Sabinus dicebat, emptori actionem eſſe ex empto redhibitoriam. Paulus exiſtimabat, tutius eſſe ex ea conventione agere in factum præſcriptis verbis, *l. ſi convenit, ff. de reſcind. vend.* Et abſurdum videtur agi ex empto ad reſcindendam venditionem. Et hoc caſu deficit conſtitutio, quæ det actionem empti ad reſcindendam venditionem. Tollendi igitur dubii cauſa, tutius eſſe agere in factum, non exempto. Sed etſi quis hodie egerit ex empto ea de re, non male egerit, cum Sabinus ſenſerit empti judicio, & redhibitoriam contineri, comprehendi poſſe, & ei adſentiatur Labeo, E licet fuerit diverſæ ſectæ, & Ulpianus noſter in *l. ex empto, §. redhibitionem, ff. de act. empt.* Multum autem diſtat actio redhibitoria civilis ab ædilitia : nam civilis eſt perpetua in *l. ſi dictum, ff. de evict.* Ædilitia eſt temporalis, id eſt ſemeſtris, *l. 2. hujus tit.* Et præterea civilis rem nudam continet, & perſequitur : Ædilitia eſt pœnalis, quia ſi venditor non pareat arbitrio judicis, eſt enim arbitraria actio, creſcit in duplum, & ob id dicitur eſſe pœnalis, *l. cum autem, §. ſi ſtans, l. redhibitoria, ff. de ædil. edict.* Ex eo reſpiciens Horat. dixit venditorem eſſe pœnæ ſecurum, quia oon celavit vitium ſervi emptorem, ſed cum vendendo excepit fugam, lib. Epiſtolarum, 2. Epiſt. 2. his verbis

A *Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat :*
Ille feret pretium, pœnæ ſecurus opinor.

Pœnæ ſecurus eſt, qui non timet actionem redhibitoriam ædilitiam, quæ eſt in duplum pœnalis. Actio æſtimatoria, quæ dicitur quanto minoris, quanto minoris emiſſet emptor, ſi id vitium cognoviſſet, ut *l. 9. ſupr. de action. emp.* agit emptor, ut ſcilicet in id damnetur venditor. Item actione æſtimatoria in tantum aget, inquantum ſi ſciiſſet emptor ab initio, minus dediſſet pretii, ut id ſibi reſtituat venditor. Denique Æſtimatoria reſcindit venditionem pro parte pretii redhibendi, & eſt temporalis, nempe annalis, *l. 2. hujus tit.* omnes fere honorariæ ſunt temporales : nam & magiſtratuum erant temporalia edicta, ut in *Inſt. de perpet. & temporalibus action.* ex quibus ſunt hæ actiones. Et excipiuntur B paucæ actiones honorariæ quæ ſunt perpetuæ.

AD TIT. LIX. *De Monopoliis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificum ergolaborumque, nec non balneatorum prohibitis, illicitiſque pactionibus.*

Hic titulus eſt mirum in modum depravatus, & omnino, ſecundum quod babent veteres libri, ita eſt reſtituendus, de monopoliis, & officinatorum, vel artificum, ergolaborumque prohibitis, illicitiſque pactionibus. Sunt enim tres partes tituli. Una eſt de monopoliis. Utitur voce Græca, quod deſit Latina, ut Suetonius refert Tiberium Imperatorem in ſenatu abſtinuiſſe græco ſermone, ita ot Monopolium nominaturus, cum non haberet proprium, veniam rogarit quod C ſibi eſſet græco verbo utendum. Monopolium eſt vendendæ certæ mercis jus, quod onus ſolus ſibi vindicat, vel permiſſu Principis, vel auctoritate ſua. Hoc vero conſtitutio hujus tituli damnat omnino, adeo ut nec ſi permiſſus Principis interveniat, cuiquam cujuſcumque mercis monopolium exercere liceat in eum, qui exercuerit, propoſita pœna deportationis, & inter ſpecies quarum monopolium exerceri ſolebat, conſtitutio numerat veſtes, & piſces & pectines, qoibus ſcilicet comuntur capilli, καλλυντρα capillorum, & Echinos, id eſt, Erinaceos quorum cute veſtes expoliuntur, in quibus fraus, vel monopolium fit, ut ſcribit Plinius lib. 8. cap. 37. Magnum fraus, & ibi lucrum Monopolium invenit, de nulla re celebrioribus Senatuſconſultis, & nullo non principe adito querimoniis provincialium. D Et ita ſi quis velit pectines vendere pectendis capillis quantum hoc eſſet lucrum illi? Generaliter, his enumeratis ſpeciebus conſtitutio cujuſcumque rei monopolio interdicit : vulgus Monopolium etiam accipit pro pactiomb. illicitis, quas ioter ſe habent negotiatores & artifices in perniciem popoli : quid ſit monopolium expoſui vere. Et oatus inde error eſt, quod ſub hoc titulo tractetur etiam de hujuſmodi pactionibus, ſed non certis quaſi Mnnopoliis, & omnino ex tribus partibus hujus tituli una tantum eſt de monopoliis, cæteræ ſunt de pactionibus negotiatorum, & artificum illicitis, olim ante hanc conſtitutionem injuſſu Principis licebat Monopolium certæ mercis exercere ſub onere conferendæ in fiſcum ſiliquaticæ penſionis, id eſt, certarum ſiliquarum in aureos ſingulos, quod ſignificat E Caſſiodorus lib. variar. 2. in epiſt. ad Fauſtum : plerumque in eo auctore, id eſt, onus ſiliquaticæ, & onus monopolii, id eſt onus collationis præſtandæ fiſco pro monopolio permiſſo certæ mercis, quod unus ſolus ſibi vindicat. Atque ita recte dixero, monopolium domino præſtare jus vendendæ certæ mercis, & onus, quod pro eo permiſſo infertur in ærarium : nunquam admittam, monopolium accipi pro conſpiratione aut pactione illicita mercatorum : Sed conſtitutio hujus tituli nec ex permiſſu quidem Principis Monopolium exercere permittit. Et hæc de prima parte. Secunda pars eſt de conventu negotiatorum illicito, id eſt, de conventione, qua inter ſe paciſcuntur, quaſi conſpigatione facta, ne ulli minoris vendant ſpecies certas,

quas

Digitized by Google

quas ipſi inter ſe conſtituerint, & taxaverint, quod fit ſæpiſſime ex pacto negotiatorum, ut ſi adiceris ſingulas tabernas, idem ſis apud omnes pretium inventurus, quæ compactio hoc titulo penitus abrogatur. Tertia pars eſt de artificiis, id eſt, de artificum, fabrorum, officinatorum, ergolaborum, id eſt, qui redimant opus faciendum, habito contractu locationis conductionis redemptorum operum, & balneatorum etiam inter ſe pactionibus prohibitis, quas ineunt in populi fraudem ſuique compendium, puta, ut ne quis opus, quod inchoaverit, alter abſolvat, ut locator omnino compellatur uti opera ejus cum quo egit primum de opere faciendo, quæ iniquitas eſt magna, & ſumma, idcirco improbatur hæc pactio, qua de re eſt *l. pen. §. ult. infr. de ædif. privat.* His omnibus, qui hujuſmodi pactiones inter ſe compoſuerunt in fraudem plebis, conſtitutio hujus tituli imponit multam pecuniariam, *d. lex pen.* ei qui opus redemit, vel ei qui opus inchoatum dereliquit, vel ei, qui derelictum ab alio abſolvere recuſat, ut præſtat omne damnum operis, vel luat in corpore, ſi ſit inops, juxta regulam *l. s. §. ult. ff. de pœnis, & l. ſi quis id quod, ff. de juriſdict.* Quod & Græcorum proverbium confirmat *παθεῖν ἢ ἀποτίνειν*, *aut corpore male affici, aut multam perſolvere*; & in *d. l. pen. §. ult.* quod hactenus defuit. Græcum verbum ſic eſt reſtituendum, *ἀποτελεσθεῖν αν*, ut damnum præſtet operis, quis opus dereliquit: Et apud Harmenopulum 3. epitom. refertur edictum præfecti prætorio: quod ſolet apellari *ἐπαρχικὸν*, id eſt, forma præfecti prætorio, qua quidem cavetur, ut artifex derelicto opere inchoato, non poſſit aliud aggredi, antequam id, quod ante inſtituit, abſolverit, niſi ſi doceat per locatorem ſtare, forte non ſuppeditantem ſumptus, aut materiam. Et obſervandum eſt etiam ex *l. pen. inf. de ædificiis priv.* quod, & hic titulus confirmat, differentiam eſſe inter ergolabos, & artifices, & architectos: nam architectus eſt vir doctus, qui inſtituit opus, & arbitratur, qui ſervat diviſiones, menſuras, & præciſiones partium, ut ait *lex 3. Cod. Theod. de excuſat. artific.* qui ſervat menſuras, id eſt ſymmetrias, ut Vitruvius dicit lib. 6. gloriam eſſe artificum, ſi opus perfectum habuerit auctoritatem ſui artificis. Et ita *lex 1. eodem tit. de excuſat. artific.* exigit in architecto peritiam artium liberalium: Et Vitruvius etiam lib. 1. ut noverit reſponſa Juriſconſultorum: propterea quod in faciendo opere, ſæpe incidunt quæſtiones de ſervitutibus, aqua, & ſtillicidiis. Redemptor autem operis eſt is, qui ſuas operas conducit locatori, & recipit ſe curaturum, ut opus fiat per ſe, vel per alios fabros, ſi ipſe non ſit: poteſt non artifex eſſe ergolabus, ſive redemptor operis. Artifices ſunt, qui extruunt. Igitur hæc nomina non ſunt confundenda. Diſtinguuntur in *l. pen. hoc tit.* Etiam non fero, quod quidam *l. 1. §. ult. ff. de pollic.* referunt ad ergolabos, & redemptores, cum manifeſtum ſit hunc §. non loqui de locatore & conductore, de ergolabo, ſed de eo, qui ductus benevolentia erga patriam ſuam, promiſit patriæ ſe opus publicum facturum, & vero perfecit opus ſua pecunia, & aſſignavit patriæ, quæ aſſignatio pro traditione eſt in *l. quod ſi neque, ff. de perit. & comm. rei vendit.* Ubi agitur de trabibus emptis, & aſſignatis: quæ aſſignatio fuit pro traditione, id eſt, ſigni impreſſio facta ab emptore, ut vere is, qui ita perficit opus reip. non teneatur ſi opus poſtea forte perierit, non vitio operis; quod & in artificio obtinet ex *l. 7. inf. de oper. public.* Sed locus ille non eſt de artifice, vel ergolabo, ſed de donatore, cujus alia eſt conditio, & melior, quam ergolabi, vel artificis: quia illi ſi non perficiant opus, aut perfici non curent, tenentur in ſolidum, et ſi ſolvendo non ſint, torquentur in corpus, Cæterum, qui reip. tenetur ob certum opus, quod promiſerat, ſi id derelinquat, non ſemper damnatur in ſolidum, ſed in quintam patrimonii tantum heres ejus extraneus; heres autem ſuus in decimam ſecundum diſtinctionem *l. ex pollicitatione, ff. de pollicitat.*

AD TIT. LX. *De Nundinis, & Mercatibus.*

HEic etiam ineſt mendum, & eſt certiſſimum, legendum eſſe, *de nundinis, & mercatibus.* Quod oſtendit hæc conſtitutio: Nam in duobus locis tantum nundinæ ſunt panegyres, & celebriores mercatus, qui habentur certis temporibus maximo conventu negotiatorum in his locis, quibus jus eſt eos habendi, vel longa conſuetudine, vel permiſſu principis, *l. 1. D. de nundinis*, quæ etiam addit jus nundinarum exercendarum amitti decennii tempore non utendo. Quod autem Feſtus ſcribit nundinarum diem eſſe feriatum, nec eo tempore licuiſſe agere cum populo, ne nundinatores interpellarentur, id cum eſſet intermiſſum, imo abrogatum lege Hortenſia, Macrob. lib. 1. cap. 16. conſtitutio hujus tituli id renovat, definiens, ut nundinæ ſint feriæ: primum quidem, ut ne qui ibi conveniunt nundinandi gratia, interpellentur privati debiti cauſa. Et non deſunt, qui trahant nundinarum nomen ex hebræo, & ajunt ea lingua ſignificari quietem negotiorum, & nos quoque in idiotiſmo appellamus ferias, id eſt, quietos dies. Et quod magis addit conſtitutio hujus tituli, ut ex mercibus, vel venalibus, vel ex quæſtu temporali locorum, in quibus negotiatores exercent nundinas, ne quidquam exigatur. Ea ita, quod Conſtantinus dedit tantum veteranis, *l. 1. inf. de veter. lib.* 12. Hæc conſtitutio dat omnibus negotiatoribus, qua de cauſa ea Græci vocant nundinas, *ἀτελείας*, id eſt, immunitates, *franchiſes*. Nundinæ enim non ſunt munificæ; nec alio tempore exigitur rerum venalium quinquaſima, vel centeſima, ut à Dione lib. 54. & à Tacito lib. 1. & Demoſthene, in oratione contra præſcriptionem Lacriti: Eorum quidquam non exigitur nundinarum tempore: obſervandum in conſtitutione hujus tituli ſeparari merces à venalibus: nam omnes libri habent *venalibus*, non *venalitiis*, ut apud Plautum, *mercaturam an venales habuit?* Nam venales ſunt homines ſervi, & homo non eſt in merce: hoc tribuitur dignitati hominis, etiamſi ſervus ſit: ut ne ſcilicet homo, quiſquis ſit, habeatur in merce: quod jure naturali omnes ſimus æquales, qua de cauſa mangones ſervorum dicuntur, venalitiarii, non mercatores, *l. mercis, de verb. ſign. l. 1. §. 1. ff. de tribut. act.* etiam notandum, quod tribuitur dignitati etiam hominis ſervi, quam ei natura dedit, *l. Juſtiſſime, ff. de ædilit. edic. ædiles noluiſſe, ut homo accederet, rei quæ minoris eſſet, ne qua fraus, inquit, aut edicto, aut juri civili fieret propter dignitatem hominis.* Et ſubjicit: *alioquin eandem rationem fuiſſe, & in cæteris rebus: ridiculum namque eſſe tunicæ fundum accedere.* Quod ita explico: venditioni hominis poteſt accedere homo cujuſcumque pretii, ut venditioni ordinarii ſervi poteſt accedere peculiaris, licet longe pluris ſit, quam ordinarius, & ita venditioni ſervi recte accedit homo, *d. l. Juſtiſſime, §. 1. l. Itaque, eodem tit. l. ſi in emptione, ff. de contr. empt.* At venditioni rei, quæ minoris ſit, id eſt, rei modicæ homo non accedit: non dico hominem magni pretii non accedere rei parvi pretii: nam id dici poteſt de omnibus rebus: quandoquidem non minus ridiculum eſt, tunicæ, vel pileo accedere fundum, quam hominem cujuſcumque pretii, propter dignitatem ſervi, cum natura ſit cæteris æqualis, quem tam ſacræ, quam prophanæ ſcripturæ vocant imaginem Dei: ne eo modo fraude quæſita, & titulo acceſſionis, homo, qui in cauſa redhibitionis, non redhibeatur: id eſt, ne in vendendo homine titulo acceſſionis minimæ rei in homo, qui forte eſt in cauſa redhibitionis, poſtea non redhibeatur vitio comperto, aut morbo, quia acceſſionis non eſt redhibitio ſine re principali, *l. proinde, §. ult. ff. de ædil. edic.* & ſi acceſſio evincatur, non res principalis, venditor in duplam non tenetur, *l. ex empto, §. ſi quis rem, ff. de action. emp.* Et ita quoque rei modicæ non eſt redhibitio, etſi vitioſa ſit, *l. ſi tamen. §. ult. ff. de ædil. edic.* dum ait: ſimplariarum venditio-

Digitized by Google

ditionum non eſſe redhibitionem, id eſt; rerum modicarum, quæ ſi evincantur, non teneatur earum nomine venditor, niſi in ſimplam, non in duplam: ob tem modicam non fit reſciſſio venditionis, *l. res bona fide*, *D. de contrab. empt.* Vides igitur, & in ea lege *juſtiſſime*, de ſerri dignitati conditionis, & naturæ etiam hominis ſervi, quomodo ei defertur legibus, dum non habetur in merce. Venales etiam dicuntur venalitii: ſed venalitii nomen ambiguum eſt: nam ſignificat non tantum venalem: ſed etiam venalitium, *l. ult. D. de ædil. edic. ubi ex venalitio* Græci interpretantur recte, *παρὰ τῶ μαγγωνε'ς*, id eſt, ex loco in quo venduntur ſervi. Et ita Tullius pro Cornelio: *Multi mercatores venalitii:* quod & Suetonius de claris Rhet. *venalitii cum gregem venalium è navi educerent*. Et quia igitur eſt ambiguum nomen, magis probo in hac conſtitutione venalibus, quam venalitiis. Et notandum ſeparari mercatus à nundinis: mercatus ſunt parvæ nundinæ, & immunes, non munifices, mercatus ſunt unius civitatis, nundinæ totius provinciæ, & univerſi imperii.

AD TIT. LXI. *De vectigalibus, & commiſſis.*

Etiam hic titulus pertinet ad negotium emptionis, & venditionis, de quo orſi ſumus dicere à tit. 38. Nam vectigalia ſunt portoria, quæ debentur fiſco ex mercibus, aut venalitiis, quæ huic oneri ſubjiciuntur, & quæ importantur, vel exportantur, quacumque tranſeunt, præterquam ſi quo loco nundinæ exercentur, & quamdiu exercentur. Et male ea vocat commercia Cedrinus duobus locis, ſunt onera mercium, quæ importantur, vel exportantur, Juſtinianus in edicto de Alexandrinis *ἐξαγώγιον* vocat, quia dantur pro exportatione. Contra quæ dantur pro invectione, dicuntur *εἰσαγωγικά*. Et inde Strabo lib. ultimo, in urbe Alexandrina, alia vectigalia facit, *ἐξαγωγικά*, alia *εἰσαγωγικά*, quæ in urbe octavæ mercium appellantur, *l. 7. & 8. bujus tit. & l. 7. inf. de loc.* Et conſtat etiam ex *l. 5. bujus* tit. ea exigi per ſtationarios, & urbanos milites, qui ſcilicet portitoribus adſunt, feruntque ſuppetias. Dio. 54. quos non male vocat ſuperſtationarios, ut in ſecunda parte *l. miles*, *D. ex quibus cauſis maj.* Ex quibus intelligimus ſtationarium militem, qui domi ſuæ agit: nam ea lex ponit duo genera militum, qui non videntur abeſſe reip. cauſa, id eſt, militem, qui accepto commeatu domi ſuæ agit, non abeſſe reip. cauſa. Secunda, ait eum militem ſcilicet ſtationarium, non abeſſe reip. cauſa, qui operas in publico vectigalium cauſa dat. Dixi initio, vectigalia eſſe portoria, quæ debentur fiſco, aut reipub. ex mercibus, aut venalitiis, quæ huic oneri ſubjiciuntur, quia jure civili non ex omni genere mercium vectigal accipitur, non ex oleo, oleribus, & quæ enumerantur ſpecies in *l. ult. §. ſpecies*, *D. de publican*; non ſolæ ſunt ſpecies, quæ vectigal debent, ſed ſolæ ex iis de quibus dubitabatur, an eſſent ex onere. Eſt enim hoc onus non mercatorum, ſed mercium: nam qui mercatores non ſunt, vectigal pro eis, quæ ſunt in merce, quam vebunt, debent. Et eadem eſt ratio vectigalis mercium, & cenſus prædiorum, quod & vectigal dicitur impropric. Et retro vectigal mercium improprie, cenſus. Utcunque vectigal, utcunque cenſus, rerum non perſonarum eſt, *l. Imperatores*, *D. de public. & Nov. Theod. Neque Eccleſiam divinam*, *&c.* Et idem omnino jus frandati cenſus, & vectigalis fraudati, licet res non ſit eadem, fraudati vectigalis crimen eſt, ſi quis, quæ transfert, non profiteatur ad publicanos, *l. frandati*, *D. de public.* & vocatur à Græcis *κλεψιτελώνημα*, id eſt, furtum vectigalium. Fraudati cenſus crimen eſt, ſi quis non ſubſignet ad ærarium, & profiteatur omnia, quæ habet in bonis, *l. vix*, *D. de judic. l. 1. inf. de quæſtion.* Dixi in definitione vectigalium, præterquam ſi quo loco nundinæ habeantur: nam nundinas jam dixi eſſe immunes, & quietas. Quod confirmat, *l. 3. §. ult. D. de feriis*, dum ait, omni tempore; etiam nundinarum tempore, quod ſcilicet feriatum eſt, jus dici adverſus eum, qui nundinarum nomine aliquid exegerit adverſus communem utilitatem, & adverſus immunitatem nundinis conceſſam; alioquin circumvectiones mercium munifices ſunt, & debent portoria etiam tranſiti pontis, *l. cum in plures*, *§. pen. D. loc.* Seneca lib. 2. de tranquillitate vitæ. *Cogitans*, inquit, *& in pontibus pro tranſitu dari*. Et *§. ult.* idem oſtendit, pro ſola rheda mulionem pendere portorium, ſive vectigal pro mercibus conductoris rhedæ, & mularum etiam cauſa, quod, rhedis jungerentur mulæ: unde mulæ rhedariæ. Recte igitur dixerim, etiam pro navicella deberi portorium ex qua quæſtum facit navigator, vel navicularius, dum alii navim locat: hoc tamen eis fuiſſe conceſſum à Nerone Suetonius ait: ne inquam, pro navibus portorium penderetur, conſtitutum eſt. Et hæc ſatis de vectigalibus, modo memineris injuſtos eſſe cenſus, & hunc titulum pertinere ad merces, vel indice titulo, & feriæ, quæ ſpectat ad commercia, id eſt, emptiones venditioneſque. Nunc definiamus commiſſum, quia hic titulus eſt de vectigalibus, & commiſſis. Commiſſum igitur eſt mercium caſus quæ ad publicanum non ſunt profeſſæ, vel, pœna omiſſæ profeſſionis, publicatio ſcilicet, mercium, aut venalium improfeſſorum: & nomen ex eo habet, quod in legem Cenſoriam, quæ locatione vectigalium portitoribus indicitur, committit is, qui profeſſionem omittit. Varro 2. de re ruſtica. *Ad publicanum profitentur, ne legem Cenſoriam committant*. Legis Cenſoriæ pactiones ſunt habitæ à Cenſore cum portitoribus, ſive redemptoribus vectigalium, qui quidem fiſco addicunt merces improfeſſas. Et merito, qui merces ſupprimit, nec profitetur ad publicanum, illicitas merces habere præſumitur, aut fraudandi vectigalis animum habere. Et ſi non conſtituerentur pœnæ, facile eſſet fraudare vectigalia. Qua de cauſa pœna commiſſi etiam pœna vectigalis dicitur, *l. ult. §. licet, D. de public.* quæ, quod ſumme notandum eſt, tranſit in beredem ſi merces fiſco commiſſas poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere: etiamſi non ſit lis conteſtata cum defuncto, qui commiſit in legem Cenſuriam, quia ſtatim ipſo jure poſt omiſſam profeſſionem mercium commiſſarum dominium fiſco adquiritur. Et hoc probatur *l. fraudatio*, *& l. commiſſa*, *D. de public.* Neque obſtat *l. ult. §. pen. D. boc tit.* quæ ait etiam in vectigalibus, ut in cæteris pœnis, pœnam non tranſire in heredes, niſi lite conteſtata, quoniam loquitur ibi de pœna tripli, qua tenetur publicanus, qui exigit illicite, *l. 1. l. ſi multa*, *l. locatio*, *§. quod illi*, *ff. eod.* non loquitur de pœna commiſſi, non de pœna fraudati vectigalis. Ad hæc ſciendum eſt crimen fraudati vectigalis, quod trabendum etiam eſt ad crimen fraudati cenſus, finiri quinquennio, ſi non ſit lis conteſtata: nam perpetuat crimen, *l. 2. bujus* tit. finiri etiam interitu rei improfeſſæ, ſi interierit, ſine culpa, aut dolo ejus, qui commiſit in legem Cenſoriam: finiri morte ſervi improfeſſi atque manumiſſione, *l. 1. & 2. bujus tit.* manumiſſio ſimilis eſt morti, *l. ſi mibi alienam*, *ff. de ſolut.* quia demum is moritur, & deſinit eſſe homo, qui fuit ante: nec in illum eſt manus injectio, nec ullum caput babet, *§. ſervus*, *Inſt. de cap. minut.* effectu tamen habetur pro capite deminuto, ſi ſit manumiſſus, ſicut in cauſa uſusfructus conſtat manumiſſum baberi pro capite minutu, *l. ult. ff. de uſuf.* Sciendum etiam hoc eſt, eum incidere in criminis pœnam fraudati vectigalis, qui non debet vectigal, & quidquid convehit in uſum ſuum, incidit in commiſſum, ſi non profiteatur, & vectigal tamen is nullum debet, *l. 5. bujus tit. l. ult. §. quotiens*, *l. dominus*, *ff. de public.* Nec etiam ea, quæ quis victus ſui cauſa portat uſuaria, vectigal debent, *l. in leg. ff. de verbor. ſignif.* quibus adjiciantur, quæ advehit ruris exercendi gratia, *l. 5.* Et victus nomine intelligitur cultus corporis, & veſtiarium, & habitatio, quoniam, ſine his non poſſumus vivere, *l. ult. ff. de aliment. leg.*

leg. Et tamen Acc. putat in *l.5.* ea etiam pendere vectigal, quæ convehuntur faciendi ædificii cauſa. Refert Guido Papa conc. 39. ſed vellem adhiberi diſtinctionem ædificiorum, nempe eorum quæ ſunt refectioni eorum neceſſaria, & eorum, quæ ſunt minus neceſſaria, & ſumptuoſa. Cæterum, *d.l.in lege, ff. de verbor. ſignific.* etiam lege Cenſoria oſtendit id nominatim ſolere caveri, ne quidquam penſitent uſuaria: lege cenſoria, id eſt, conventione adjecta locationi vectigaliorum: qualis lex eſt dicta à Cæſare Auguſto, dum cenſuram gereret, & locaret Cretæ inſulam, *l. Cæſar, ff. de public.* quoniam in ea eſt male avehito, pro evehito, ut in fine lex ait: *evectæ cotes*: verba legis ſunt: *ne quis præter redemptorem poſt idus Martias cotem ex inſula Creta*: Creta evehito, fodito, neve eximito. Et quod dicitur apud Trebellium Pollionem, Valeriano Cæſari: *ſibi legum ſcribendarum auctoritas dabit*, de legibus locationum intelligendum eſt, ut Vitruvius in Architecto deſiderat prudentiam, ut poſſit caveri locatori, vel conductori. Ad cenſorem pleræque leges pertinent Pandectarum, ut *l. cenſere, ff. de verb. ſignific. & l. ſubſignatum, D. eod.* Nam portorium, prædia, & bona cujuſque ſubſignabantur apud Cenſorem, ut ait Cic. in orat. pro Flacco. Et convenientar in *d. l. ſubſignatum*, definiuntur etiam bona, & quid ſit deteſtatio: nam abſente publicano, deteſtatio vice poſſeſſionis eſt, ſicut vice interpellationis haberi deteſtatio ſolet, *l. Labeo, ff. de nautico fæn. & l. liber, ff. de verbor. oblig.* Ac poſtremo quis ſit incertus poſſeſſor. Quod ſi incertus mandat commiſſo, ut incertus aget, apud Varronem 4. de lingua lat. verum veniamus ad rem: uſus vel ruris excolendi gratia, quod verbis profiteri debes apud Publicanum, niſi committas. Cæterum vectigal non debes, ut navicularii, ſi non rem ſibi geri probaverint, portorium non penſitant, & ſi quod debent non profiteantur, committunt legem Cenſoriam, *l.6. hoc tit. l.13. & 14. C. Th. de vectigal. & naviculariis.* Idemque ſtatuendum eſt in legatis gentium peregrinarum in iis, quæ exportant: nam eorum tantum, quæ important, portorium debent conſtitutione 8. hujus tituli, contra ſunt alii, qui vectigal debent, nec tamen incidunt in commiſſum, ob omiſſam profeſſionem, ut milites, *l.3. hujus tit. & minores, l.ult. §. dominus, ff. de public. l. ſi ex cauſa, §. pen. ff. de minor.* Excuſatur ignorantia juris, quæ non excuſat alios, ut *l. ult. §. licet.* Rurſus ſunt alii qui neque portorium penſitant, neque vectigal, neque committunt: ut res fiſcales ab omni præſtatione, & periculo immunes ſint. Itemque res exercitui paratæ, *l. locatio, §. rer, & §. ult. ff. de Publicanis.*

AD TIT. LXII. *Vectigalia nova inſtitui non poſſe.*

HIc titulus pars eſt tituli ſuperioris relata in *D. ſub eodem tit. l. vectigalia, D. de public. & vectig. & comm.* ut potuerint poni conſtitutiones hujus tit. ſub titulo primo ſup. quia omnes eo ſpectant, ut neque auctoritate præſidis provinciæ, neque procuratoris Cæſaris, neque decreto curiæ nova vectigalia inſtituantur, ſine præcepto principis. Nova ſunt, quæ abhorrent à priſca conſuetudine, *l. 1. hujus tit. l. locatio, §. cotum, l. 4. §. ult. D. de public.* In vectigalibus diligenter obſervanda eſt conſuetudo, ne quid præter eam fiat, ne quid exigatur pro iis rebus quæ nunquam vectigales fuerant, ſufficere vectigalia conſtituta à majoribus, non eſſe alia introducenda. Et conſtat ex *l.1. D. ad leg. Jul. de amb.* ex Senatusſconſulto teneri lege Julia de ambitu, qui novum vectigal inſtituit, dum ſcilicet captat favorem populi, quæ ambitio eſt, augendo publicos reditus: et dum auctor eſt augendæ rei ſuæ, excogitatis novis vectigalibus. Aliud eſt inſtituere vectigal, aliud exigere, *l.3. hujus tit.* et in eum, qui inſtituit novum vectigal, eſt pœna pecuniaria lege Julia de ambitu, in publicanum autem, qui novum vectigal exercet, et exigit, pœna eſt gravior, nempe legis Juliæ de vi publica, cujus pœna eſt exilium, quaſi reum imminutæ libertatis communis, *l. ult. ff. ad leg. Jul. de vi publica.* Atque ita ut æquum eſt, gravius plectitur exactio, ſive inſtitutio, gravius effectus, ſive executio, quam latio legis novæ, & iniquæ: ut ait *d.l.ult. ff. ad leg. Jul. de vi pub.* Simpliciter ait ea lex, eum teneri, qui novum vectigal exercet, id eſt, publicanum, ſive portitorem. Sed ego putabam id effectum eodem Senatuſconſulto, quod lex 1. *ff. ad leg. Jul. de ambitu*, effectum ait, ut qui inſtituerent novum vectigal, ambitus tenerentur. Denique eodem Senatuſconſulto punirentur, & qui inſtituerent novum vectigal lege Julia, & de ambitu, & qui exercent l. Julia, de vi publica, non ut præ ſe fert inſcriptio, *l. ult.* Senatuſconſolto Turpilliano: nam Turpillianum fuit tantum de pœna tergiverſatorum, id eſt, qui deſiſtunt ab accuſationibus quas inſtituerunt, & tandem coguntur deſerere. Et omnino puto mendoſam eſſe inſcriptionem tam dictæ legis ultimæ, quam legis *quod duobus, D. ad leg. Corn. de falſis, & l.ult. D. de ritu nupt.* quæ tres inſcribuntur Pauli libro ſingulari de Senatuſconſulto Turpilliano: nec enim ut hujus libri ulla ſit mentio in indice Juriſconſultorum poſito à Juſtiniano: ſed libri ſingularis de Senatuſconſultis, ex quo eſt, quod lex *omnibus, ff. ad Treb.* de Senatuſc. Aproniano, ut omnibus civitatibus, quæ ſunt ſub imperio Romano fiduciaria hereditas reſtitui poſſit, & putem ex eo libro eſſe *d. leg. ult. D. ad leg. Jul. de vi pub.* & de alio Senatuſconſulto, quam Turpilliano, coerceantur lege Publicia, qui novum vectigal inſtituunt, vel exercent: Ita etiam argumento *d. l. 1. D. ad leg. Jul. de ambitu*: putem ex eodem libro eſſe quod refertur in *d. l. qui duobus, D. ad l. Corn. de falſis*, nam quod ibi proponitur, ut falſi teneatur, qui duobus in ſolidum eandem rem vendidit diverſis temporibus, dicitur id D. Adrianus conſtituiſſe, qui numquam quidquam egit, ſine adſenſu Senatus. Et aliud etiam ibi Senatuſconſultum proponitur, quod conſequutum fuerat orationem Adriani, ut Senatuſconſultum de pet. hered. Erat aliud Senatuſconſultum in *d. l. ult. ff. de ritu nupt.* jure gentium inceſtum committi inter aſcendentes, & deſcendentes, qui tenent directam lineam: Jure autem civili inceſtum committi inter eos, qui veniunt ex latere, ſi quis duxerit cognatam, quam ducere vetatur, vel affinem, quam impeditur. In qua re videndum eſt, utrum palam deliquerit, an clam: nam qui palam duxit, levius coercetur: qui clam, gravius, quæ eſt ſententia Senatuſconſulti. Et ſubjicitur ratio differentiæ, quia palam delinquentes, & errantes, majore pœna excuſantur. Veri ſimile enim eſt, in jure errare eos, qui palam illicitas nuptias contrahunt. Scientia juris coercet iſtam audaciam. Unde præſumitur erraro in jure, ideo non excuſatur omnino: nam ignorantia juris non excuſat omnino: ſed excuſantur majore pœna clam convenientes, delinquentes, & contumaces gravius plectuntor. Hoc puto, vel potius præſumo Senatusconſulto fuiſſe cautum, tum quod eadem de re, puta de fratris filiæ ſacris nuptialibus Senatus retulit. Corn. Tacit. lib. 12. tum etiam, quod hanc diſtinctionem inter palam, & clam tribuit Seneca Senatui lib. 15. Epiſt. in illis igitur locis tria, aut quatuor opponuntur diverſa Senatuſconſulta ſi adjungas *l. omnibus*, non unum Senatuſconſultum Turpil. imo ne ex Senatuſconſ. Turpil. quicquam: nam ea referre ad Senatuſconſultum Turpil. ſtultitia eſt maxima, quod conſtat tantum fuiſſe de pœnis tergiverſatorum. Ergo ut ad rem redeam, ex Senatuſconſulto, *l. Jul. de vi publica* damnatur publicanus, qui novum vectigal exigit, cujus legis pœna eſt deportatio. Quod confirmat *l. locatio, §. Quod illicite, D. de public.* dum publicanus quidquam exigit illicite, ut novum vectigal contra morem majorum, ait extra ordinem puniri, videlicet lege Jul. de vi publica, ut cæterarum legum dictarum pœna ordinaria hodie verſa eſt in extraordinariam, *l. hodie, ff. de pœn.*

AD

AD TIT. LXIII. *De commerciis & mercatoribus*;

COmmercium eſt jus emendi, vendendique, quod & promercium dicitur, & male, quod dixi tit. ſuperiori Cedrino commarcium eſſe portorium, & ajo commercium eſſe onus, quod tam mercatores ſuſtinent, quam alii, qui merces convehunt. hoc tit. opponitur ei onus, quod ſoli mercatores ſuſtinent, quod commercium appellatur quaſi pendatur pro facultate libere exercendi commercium. Portorium penditur pro importandis, & exportandis mercibus. Et commercium hoc titulo dicimus eſſe emendi, vendendique jus, *ut l. 3. hujus tit.* ſcilicet aurariam functionem ſeu præſtationem, & luſtrale aurum, & argentum, quod ſingulo luſtro penderetur à mercatoribus in fiſcum, etiamſi mercatores pertinerent ad domum principis. Et excipiuntur tantum *l. penult. hujus tituli.* conjuncta *l. 4. ſup. de ſacroſ. Eccleſ.* colleggiati, vel corporati, id eſt certum corpus, certuſque numerus negotiatorum, qui in urbe ſerviunt utilitatibus majoris Eccleſiæ. Hi huic oneri non ſubiiciuntur. Hoc onus eſt mercatorum non mercium. Portorium eſt mercium non mercatorum, *l. Imperatores, ff. de publir. l. 3. inf. de ann. & tribut. & ſup. tit. ſine cenſu & reliq.* Sed mercatores, qui ſint videamus: mercatores non ſunt nobiliores, qui ſunt aut honoribus, aut facultatibus præſtantiores cæteris, quos mercaturam facere non eſt indecorum, ſed illicitum, quod plebi cum iis difficile ſit commercium, difficiliſque exactio, *l. 3. hujus tit.* ſed mercatores ſunt non illaudati homines, neque reip. inutiles: imo per quam utiles, qui tabernam vel negotiationem exercent amplam plerumque per inſtitores, non ementes vel vendentes, per cotulas vel lagenas, quod græci κοτυλίζειν dicunt, ſed quaſi averſione mercium magnam copiam, *qui vendent en gros.* Et ita in *l. 4. §. Item ſi quis, ff. de penu leg.* mercatores ſeparantur ab iis, qui cellam vini, & olei habent, & vendunt minutatim, & mercatores ſunt, qui dicuntur *Greſſiers*: Et lex ultima hujus tituli oſtendit eos fuiſſe ſub juriſdictione comitis commerciorum. Is vero erat comes cui mandata erat cura commerciorum, ne illicita exercerentur commercia, ne quid in commerciis contra leges admitteretur, & cui etiam ſoli *lex 2. ſup. quæ res vendi non poſſunt*, permittit jus comparandi ſerici à barbaris, in uſum ſcilicet Principis. Et ita in *d. l. ult.* cavetur ne ſine comite commerciorum mercatores ulli negotientur cum barbaris ultra fines legibus conſtitutos, id eſt, ultra certa loca definita legibus, ut *l. 4. hujus tit.* ne ultra ea loca negotientur cum Perſis. Et conſtat hunc comitem eſſe ſub diſpoſitione comitis ſacrarum largitionum, *d. l. ult.* unde recte Caſſiodorus in formula comitis ſacrarum largitionum: Negotiatores, inquit, quos conſtat humanæ vitæ neceſſarios huic eſſe ſubjectos: nam ſi ſint ſubjecti comiti commerciorum; ergo & comiti ſacrarum largitionum; ſed quod definitur *d. l. ult.* ne mercatores cum barbaris, veluti cum Perſis negotientur ultra fines legibus conſtitutos. Ab ea lege ſunt excipiendi Legati Barbarorum qui ad Imperatorem proficiſcuntur, qui non ſervant eos fines ex *l. 4. hoc tit. & l. 8. ſup. de vectig.* quæ loquuntur de eo tempore, quo Perſæ colebant Romanum Imperium, mittendo legatos, & tributa, ut Latinus Pacatus in Panegyr. Theodoſii: *Rex Perſarum*, inquit, *te colit legatis, gemmis, ſericoque præbendo, & triumphalibus bellis in tua eſſeda ſuggerendis*. Et ita etiam Paulus Diaconus in Gratiano: *Parthi*, inquit, *ultro miſere Conſtantinopoli legatum, quod cum eis eſt fœdus*: qua de cauſa in *d. l. 8.* hæ peregrinæ gentes ſive Perſæ, dicuntur devotæ Majeſtati, ſive Imperatori, mitiore verbo, ne palam dicantur tributarii, & omnis publica collatio in legibus noſtris dicitur devotio, leviore verbo, *l. 1. hujus tit.* nam eo verbo ſignificatur citra nexum mancipiumque propenſio liberalis, καθοσίωσις ſinceræ mentis

[A] non vis, non coactio: Et ideo paſſim in conſtitutionibus milites vocantur devotiſſimi ab Imperatore. Et quod legitur ſæpe in libris, & inſcriptionibus antiquis, Senatum eſſe devotum numini Imperatoris, vel populos, vel ſingulos eſſe devotos Imperatori, ut Dio ſcribit 57. ſolemne eſſe, quoniam, ut ait, tibi devoti ſumus. Id vero eſt ſpecies libertatis; minus eſt devotum eſſe, quam tributarium, ut ſi quis ſit vectigalis, ea triſtitia minuitur legibus.

AD TIT. LXIV. *De rerum permutatione, & præſcriptis verbis.*

ABſoluto tractatu de emptionis venditionis contractu, dantur contractus, qui emptioni venditioni [B] proximi, & ſimiles ſunt, permutatio, locatio, emphyteuſis, & permutatio in primis, ex qua originem duxit emptio venditio, ut ait Paulus, *l. 1. ff. de contrab. empt.* Atque adeo permutatio dicitur vicem emptionis obtinere, *l. 2. h. tit.* ſi modo bona fide contracta ſit: neque enim ſatis eſt jure vel nomine contractum aliquem eſſe bonæ fidei, niſi & reipſa bona fide contrahatur: nam qui dolo malo contrahitur, nullus eſt contractus, maxime ſi in hoc ipſo alter alterum circumſcripſit dolo malo ut contraheret, *l. & eleganter, ff. de dolo. l. 3. §. ult. ff. pro ſocio, l. 4. ſup. de hered. vend.* Et hoc eſt, quod ait *l. 2. hoc tit.* permutationem, utpote, re ipſa bonæ fidei conſtitutam, id eſt, permutationem, utpote ſicut allegas, reipſa bona fide conſtitutam ſine dolo malo, nec habentem inane, & nudum nomen bonæ fi- [C] dei contractus, ſed reipſa exiſtentem bonæ fidei contractum, hanc vicem emptionis obtinere, dolo malo contractam nullam eſſe penitus. Et ita in *l. 2. ff. eod.* dicitur permutationem vicinam eſſe emptioni, & inſtar illius obtinere, *Nov. Valent. de confirm. iis qui admin.* &c. Et ita etiam actio præſcriptis verbis, de qua fit mentio *hoc tit.* quæ ſcilicet datur ex permutatione eſt ſimilis, & finitima empti venditi actioni. Actio præſcriptis verbis non tantum datur ex permutatione ſimilis actioni empti venditi, ſed etiam ex omnibus aliis negotiis, quæ proxima ſunt contractibus civilibus, quæ nomen ſuum habent, ut locationi, mandato, depoſito, commodato; quod conſtat ſatis ex titulo *ff. de præſcript. verb.* Sed in hoc titulo de actione præſcriptis verbis agitur tantum, quæ datur ex permutatione, & quæ eſt ſimilis actioni [D] empti, *l. 4. & 6. & ult. hoc tit.* Et *l. 6.* vocat eam incertam, & Græci ἀσαφῆ, quia datur in id quod intereſt fidem placiti impleri ſive impleri ex una parte quam jam adimplevit altera: ut ſi ego tantum dedero, agam præſcriptis verbis in quantum intereſt, & te mihi viciſſim dare, quod cum mea re permutari placuit. Incerta igitur dicitur, quod detur in id quod intereſt, cujus incerta eſt atque arbitraria æſtimatio: pendet enim ex facto propoſito, non ex jure ullo certo, modo plus intereſt, modo minus, *l. ult. ff. de præt. ſtip. l. quatenus, ff. de regul. jur. & d. l. 6.* vocat etiam eam civilem quæ datur ex negotio civili proximo atque ſimili, id eſt ex permutatione, quæ imitatur emptionem venditionem, & dicitur præſcriptis verbis actio, quia datur ex conventione ſecundum quod præſcripta eſt, & quæ aliud pro- [E] prium nomen habet. Si negotii non ſit proprium nomen, nec poſſit eſſe actio, quæ ex eo negotio datur, nec aliter ea actio poſſit demonſtrari, quam dicendo agi ſecundum quod conventione præſcriptum eſt, vel ſecundum quod præſcripſere verba contrahentium, & permutationis nomen conſtat non eſſe proprium, ſed commune, ut commercii, id quod Acc. recte notavit in hanc rubricam. Idem enim eſt permutatio, quod συνάλλαγμα ſive commercium, generalia nomina, & communia: nam & emptio, & ſocietas, & locatio, & dos, eſt permutatio. Permutationis igitur nomen commune eſt, non proprium. Denique, ut loquuntur, permutatio eſt contractus innominatus. Recte autem dicitur ſimilis emptioni, quia habet multa communia cum

emptio-

emptione , & venditione : Nec ſi ei non eſſet affinis A
actio , ulla ex permutatione daretur actio : nam ex ne-
gotio , quod nomine vacat, non datur actio civilis, niſi
affinis ſit negotio habenti proprium nomen , quod tota
l. naturalis , *ff. de præſcript. verb.* indicat : ſed & multa
differentia permutatio habet cum emptione , quæ Pa-
ulus explicat in *l. 1. ff.* de rer. *permut.* & nos in hoc lo-
co explicare debemus diligenter . Permutatio fit rebus ,
& ideo dicitur rerum permutatio , emptio non fit re-
bus , ut loquitur lex 1. *hujus tituli* ; ſed re ex una par-
te , & pretio ex altera interveniente . Emptio eſt mu-
tatio rei cum pretio ; permutatio eſt datio rei pro
re , id eſt corporis pro corpore , ſpeciei pro ſpecie ,
imo & aliquando datur pecunia pro re alia , ſi permu-
tationis non emptionis contrahendæ animus fuerit , uno
dante pecuniam , altero dante rem , *ut l. ult. ff. de cond.* B
cav. dat. quam explico : ſi tibi dedi pecuniam ut mihi
Stichum dares , & faceres meum , permutatio eſt , ut
Græci illo loco dicunt , non emptio : Etſi poſteaquam
dedi pecuniam moriatur Stichus apud te ante traditio-
nem ſine culpa tua , mihi repetitio pecuniæ compe-
tit , id eſt , condictio ob rem dati cauſa non ſecuta .
Quod idem etiam in emptione obſervatur in *l. ſi fundus* ,
ff. loc. cui permutatio eſt ſimilis , ut dixi . Ergo com-
petit mihi condictio pecuniæ , ſive repetitio , quam
dedi , non etiam actio præſcriptis verbis , in quantum
mea intereſt Stichum dari , *l. naturalis* , *§. 1. ff. de præ-
ſcript. ver.* quæ ita eſt concilianda cum *d. l. ult. §. 1.*
quia etſi mihi pecunia non pereat , quam poſſum con-
dicere , Stichus tamen periit mihi , ut non poſſim eum
petere , vel ejus vice , quod intereſt , cum perierit ſine C
culpa tua . Et ſic igitur unus eſt caſus , ex his qui pro-
ponuntur *in d. l. ult. de condict. cau. da.* quibus datur una
tantum actio , ſcilicet condictio dati , non præſcriptis
verbis , ut in eadem ſpecie : Si dedi pecuniam ut mihi
Stichum dares , & tradideris Stichum, qui erat alienus,
quem tradidiſti , non dediſti : quia dominum me non
feciſti , nec facere quiviſti ; dabitur mihi condictio pe-
cuniæ , ſed non actio præſcriptis verbis , quia rei alie-
næ permutatio non eſt , & actio præſcriptis verbis datur
ex permutatione. Tertius caſus hic eſt; ſi dedi pecuniam
ut mihi Stichum dares , & dederis tuum Stichum , nec
tamen promittere mihi velis de evictione , non agam
præſcriptis verbis , cum mihi tradideris Stichum , &
dominum me feceris , quia traditione expleveris fidem
contractus : ſed dabitur tantum condictio pecuniæ , D
quia non cavere vis de evictione . Itaque lex illa pro-
ponit caſus tres , quibus habita permutatione cum Sti-
cho , nulla alia actio eſt quam condictio pecuniæ , non
præſcriptis verbis . Evicto tamen Sticho , utramque
actionem competere , id eſt , eſt mihi electio agendi ex
utraque , *l. 1. hujus tit. l. ſi permutationis inſ. de evict.*
Et recte duæ hæ actiones invicem concurrunt , *l. 4. h. tit.*
Interim vero apparet ex d. *l. ult.* permutationem eſſe ſi
pecunia detur ut invicem res detur . Non omnis ergo
pecunia pro pretio accipitur , alioquin eſſet emptio ,
ut cum quis domino ſervi dat pecuniam , ut ſervum
ſuum manumittat : alias ea pecunia datur pro pretio
ſervi , & tunc locus eſt conſtitutioni D. Marci ad Aufi-
dium Vict. ut ſervus ille ipſo jure fiat liber , *l. Paulus* ,
§. 1. ff. de *liber. cauſa.* Alias datur ea pecunia , quaſi fœ- E
noris loco , & ceſſat ea conſtitutio D. Marci , *l. natura-
lis* , *§. at cum* , *ff. eod. & l. 7. ff. de præſcript. verb.* Et è
contrarin etiam emptio poteſt eſſe mutatio rei cum re :
Nec enim omnis res accipitur pro re , quia dari poſſit
& accipi pro pretio , *l. pretii, ſup. de reſcind. vend. l. 1. hujus
tit.* Et ita permutatio rerum erit emptio, ſicut mutatio
pecuniæ & rei poteſt eſſe permutatio , non emptio . Et
ut ad aliam pergemus differentiam inter emptionem
& permutationem : non eſt permutatio , niſi ex utra-
que parte fiat dominii translatio , niſi dederis mihi rem
tuam , & ego tibi dedero rem meam : Et breviter , per-
mutatio nihil aliud eſt quam *do ut des* , d. *l. naturalis*
§. 1. & dare eſt dominium transferre. Et falſum eſt quod

A tentat Accur. in *l. 1. h. t.* eſſe aliquam differentiam inter
permutationem , & *do ut des* . Ergo in permutatione
utrumque dari oportet , in emptione ſecus : nam emptor
quidem debet dare pretium , dare de ſuo , ut liberetur ,
venditori ſatis eſt tradere vacuam poſſeſſionem , nec
debet dare rem , *d. l. 1. de rerum permut.* Et convenien-
ter eſt venditio rei alienæ , permutatio rei alienæ non
eſt . Et ideo , qui dedit rem alienam ex cauſa permuta-
tionis , non poteſt agere præſcriptis verbis , quia com-
petit ex permutatione , ut detur invicem ſibi, quia nul-
la eſt permutatio re aliena interveniente , ſed ex bono
& æquo datur ei condictio ejus , quod dedit ultro : quæ
eſt ſententia d. *leg. 1. §. ult. ff. de rerum permut.* Neque
tamen idem dicemus ſi quis rem ſuam dederit , & acce-
perit alienam : nam evicta re aliena quam accepit , qui
B dederat rem ſuam , aget præſcriptis verbis in quantum
intereſt , rem , quam accepit , ſuam eſſe factam , vel ſi
mavult , condicere poterit rem quam dedit . Et hæc di-
ſtinctio valde notanda . Reſtat differentia alia inter em-
ptionem , & permutationem , quia emptio perficitur
nudo conſenſu, permutatio re, id eſt, rei datione . Aliud
eſt permutatio , aliud placitum permutationis , & ex
placito ſolo tanquam ex nudo pacto , non eſt actio ,
quoniam res nondum intervenit : ex permutatione eſt
actio , quia ſi eſt permutatio , res intervenit ex aliqua
parte , *l. 3. h. t.* Et ita aliud eſt diviſio bonorum , quæ
fit genere permutationis , *l. cum poteſt* , *§. her. ff. de leg.* 2.
Aliud placitum diviſionis. Ex diviſione eſt actio, ex pla-
cito nulla actio eſt, quod ſcilicet datione non ſumpſit ef-
fectum , *l. diviſ. ff. de pact. & l. ſi diviſ. ſup. de pact.* Diviſio
C eſt quæ datione ſumpſit effectum , permutatio , quæ da-
tione ſumpſit effectum ex una parte , vel utraque . *Dabo
ut des*, placitum eſt permutationis, *do ut des*, permutatio
eſt, perficitur ergo re: nam ut nudo conſenſu contractus
perficiatur , ut ait eleganter *l. 1. ff. eod.* hoc tantum re-
ceptum eſt in his contractibus, qui habent proprium no-
men , non omnibus : ſed certis quibuſdam, ut emptione,
locatione, ſocietate , mandato : Permutatio autem non
habet proprium nomen . Igitur in ea non habet locum .
Hæc poſtrema differentia proponitur in *l. 1. hujus tit.*
Species hæc eſt : Cum tu fundum venalem haberes, eum
emi de te : fuit utrique animus contrahendæ emptionis,
non permutationis , quia tu venalem fundum proſcri-
pſeras , & ego proſcriptionem ſequebar . Cæterum ego
non dixi pretium certum , quod tamen requiritur in
D emptione , id eſt , ut taxetur quantitas pretii, *§. pretium
Inſt. de empt. & l. hæc venditio* , *§. hujuſmodi venditio, ff.
eod.* Ego igitur non dixi pretium certum , ſed vice pre-
tii dedi alium fundum , ut in *l. pretii* , *ſup. de reſcind.
vend.* Denique tu mihi dediſti fundum , & ego alium
pretii loco : ea emptio eſt permutatio rei , non
pecuniæ : Et rei nimirum , & corporis : evenit poſtea
ut is quem tu mihi vendidiſti , & tradidiſti mihi ,
evinceretur ratione juris , ut ait *l. 1. hujus tit.* non in-
juria judicis, non culpa mea : nam ſi injuria judicis, ceſ-
ſaret actio de evictione , injuria quæ fit emptori , non
debet contingere venditorem : & æquius eſt , injuriam
quæ tibi facta eſt , apud te remanere , & reſidere, quam
ad alium transferri , & transfundi , *l. exceptione* , *ff. de
fidejuſſ. & l. ſi per imprudentiam* , *ff. de evict.* Alio etiam
E caſu ceſſat actio de evictione , ſi culpa mea fundus evi-
ctus ſit mihi , quem tu mihi vendideras, & tradideras ,
veluti ob meam contumaciam , quia non adfui judicio ,
l. 1. ſup. de peric. & comm. rei vend. l. ſi ideo , *ff. de evict.*
vel ob temporis præſcriptionem , qua ſum excluſus à
judice , quia non appellavi intra tempora conſtituta ,
l. Herennius, §. ult. ff. de evict. l. fere , *§. ult. ff. de præſcript.
verb.* Duæ igitur cauſæ notantur in hac *l. 1.* quæ non
dant actionem de evictione . Si evicta ſit res injuria ju-
dicis , vel culpa emptoris , alterutra ſufficit , *l. 1. & 8.
inſ. de evict.* ut ſemper exiſtimant interpretes in *d. l. ex-
ceptione* , *ff. de fidejuſſ.* dum dicitur , emptor damnatus
injuria judicis : peſſimi interpretis eſt , quod additur
in extremo l. ſcilicet , *ſi culpa ejus iniqua condemnationi*

cauſam præbuerit , nec neceſſe utramque cauſam con- A
currere , cum altera ſufficiat : fundus igitur , quem tu
mihi vendidiſti , mihi evictus eſt , ratione juris , non
mea culpa , non injuria judicis: Ex eo ſequitur, te mihi
teneri evictionis nomine actione ex empto in id , quod
intereſt : nec enim mihi datur condictio fundi , quem
dedi pro pretio : nam hoc verum eſt in contractibus
nominatis , non eſſe locum condictioni , ſed actioni tan-
tum in id quod intereſt, *l.8. ſup.de contrah.empt. l.2. ſup.*
quando liceat ab empt. diſced. l.1.inf.de action. empt. ergo
non erit condictio fundi , evicto mihi eo , quem tu mi-
hi dediſti , ſed tantum actio ex empto in id quod inte-
reſt , & non directa , quia fuit pretium non certum, ſed
ex empto utilis , quia tu rem venalem habuiſti , ac
proinde fuit nobis animus contrahendæ emptionis . At
ſi tu fundum , quem dediſti , venalem non habuiſti , B
cum rogavi ut mihi dares , & aliam acciperes , hoc ca-
ſu erit mihi electio , evicto fundo , quem tu vendidiſti
utrum velim agere præſcriptis verbis in id quod inter-
eſt , an condicere fundum ob rem datum , cauſa non
ſequuta , *l. 4. hujus tit.* In emptione non datur hæc
electio , ſed actio tantum in id quod intereſt .

AD TIT. LXV. *De locato , & conducto .*

LOcationis , & conductionis contractus eſt ſimilis
emptioni,& venditioni, ut permutatio , *l. 2. ff. eod.*
eiſdemque juris regulis conſiſtit , quod demonſtro :
ſine pretio nulla venditio eſt , nec etiam locatio ; ſed
pretium locatione eſt pretium uſus , vel fructus , vel
operæ uſus , in dumo , fructus, in ſundo, operæ, in ho- C
mine, quod pretium dicitur, merces, & penſio . In em-
ptione pretium, eſt pretium rei ſeu corporis, & utrum-
que in utroque contractu certum eſſe oportet, & num-
marium . Emptio perficitur nudo conſenſu , itemque
locatio . Emptio recte contrahitur ſub conditione ,
etiam rei ſuæ , & locatio recte contrahitur ſub condi-
tione , *l. ſicut , ff. eod.* Et invenio ſicut in emptione, ita
in locatione arram intervenire . Quod nomen Juriſ-
conſulti retinuerunt ex Syria , & Arabia , & ſicut ven-
ditori prædii circumſcripto ſupra dimidiam juſti pre-
tii, ſuccurritur, non etiam emptori , *l.2. ſup. de reſcind.*
vend. Ita manifeſto apud Harmenop. libro 3. Epi-
tom. tit. 8. extat forma præfecti prætorio , quæ ex ea
cauſa dat reſciſſionem contractus locatori , non con-
ductori : Et ſicut evenit aliquando ut contractus em- D
ptionis claudicet , ut emptor obligetur , non venditor :
ſi pupillus vendiderit , ſine tutoris auctoritate, *l.Julia-*
nus, §.ſi quis à pupillo, ff.de act.empt. eo caſu ex una tan-
tum parte contractus eſt , non ultrò citroque , quia
venditor non obligatur , ſed emptor . Sic evenit ut
claudicet locatio : ut in ſpecie , quæ proponitur in *l. ſi-*
cut, §. ult. l.cum venderem , & l. item ſi pretio , in pr.ff.
eod. Interdum evenit ut locator non obligetur , con-
ductor obligetur : vendidi tibi fundum ea lege , ut ſi
intra certum diem mihi pretium non ſolveres , fundus
eſſet inemptus , quæ eſt lex commiſſoria : Et interim
tradidi tibi eum fundum ex conductionis cauſa certa
mercede do nec pretium ſolveres : non ſolvis pretium
intra præſtitutum diem , committis in legem vendi-
tionis : ſic fiet ut tantum tenearis mihi ex locato, mer- E
cedis nomine pro rata ejus temporis , quo pretium nu-
meratum non eſt , quod tibi reliqueram ad conquiren-
dam , & conficiendam pecuniam : Ego autem tibi om-
nino non teneor ex conducto , ut frui tibi liceat hoc
fundo , quia finita conductio eſt , & ſimul emptio illa .
Et ita eſt ponenda ſpecies , quam vulgo neſciunt po-
nere quoniam non vident in *d. l.ſicut, §.ultimo* ex Pauli
34. ad edict. propoſita ea ſententia , fieri , ut claudicet
obligatio conductionis locationis , & inchoata ſpecie ,
ac deinde interjecta externa contraria ſententia Jabo-
leni , quæ pertineat ad eandem ſpeciem , ſubjici , *l.item*
ſi pretio , ex eod. lib. Pauli, quæ debeat ſtatim coaptari
fini *legis ſicut* , quare manifeſtum ſit , legi debere in *d.*

A *l.item ſi pretio*,id eſt, *ſi pretio non ſoluto inempta res facta*
ſit : qui error eſt frequens in libris juris, & à me multis
in locis reſtitutus eſt : Et ita eſt manifeſta ſpecies . Sunt
multa alia ſimilia inter hos contractus, quæ exponuntur
Inſt. tit. eod. *de loc. & cond.* ſuntque differentia multa ,
ex quibus explicabo : quædam ſervitus prædialis vendi
poteſt , *l. cum manu. ff. de contrah. empt. l. 3. §. ſi iter ,*
l. tenetur, §. ſi tibi iter , ff. de action. empt. ſervitus præ-
dialis locari non poteſt , *l. locare ſervitutem nemo poteſt,*
ff. loc. quia ut breve faciam , omnis locatio fit ad tem-
pus , ſervitus non poteſt conſtitui ad tempus , *l. 4. ſup.*
de ſervit. eſt enim prorſus individua , etiam tempore .
Item traditio ex cauſa venditionis , ſi fiat à domino, do-
minium mutat , locatio, & traditio dominium non mu-
tat , *l. non ſolet, ff. loc.* quia uſus, vel fructus tranſfertur
B tantum in conductorem , non res . Emptio eſt mutatio
rei cum pretio ; locatio eſt mutatio uſus, vel operæ, vel
fructus cum pretio . Et rurſum obſervanda eſt differen-
tia inter hæc duo genera locationum:nam qui dat uten-
dum aliquid , pretium accipit : qui dat faciendum ali-
quid , locata opera artificis , pretium dat . Et uterque
tamen locator dicitur , qui dat utendum , & qui dat fa-
ciendum : conductor autem eſt , qui accipit utendum ,
vel faciendum , & hæc eſt diſtinctio locatoris , & con-
ductoris . Sed aliæ ſunt differentiæ inter locationem , &
emptionem . Actio redhibitoria ex edicto Ædilium ha-
bet locum in emptionibus , non in locationibus, *l.frien-*
dum , ff. de ædilit. edict. Sed mutatur aliquid per leg.
penult. hujus tituli , quæ eſt græca . Nova eſt conſtitu-
tio valde æquiſſima tamen , ut etiamſi conduxero ædes
C in quinquennium certo pretio , liceat mihi recedere ab
eo contractu intra annum , & quaſi redhibitoria agere ,
ut tu recipias tuas ædes , & ego tibi mercedis nomine
non debeam niſi pro rata temporis , forte , quia eas de-
prehendi eſſe inſalubres . Cur non mihi liceat agere
redhibitoria ? Quot ſunt quibus quotidie imponitur
locatis ædibus male geniatis : Quod ſi conductor ſciſſet
non conduxiſſet . Igitur intra annum eſt redhibitio ;
cum tamen in emptione (quæ eſt alia differentia) ſit
redhibitio intra ſex menſes . Item quidam ſunt, qui fun-
dos alienos conducere prohibentur , nec tamen emere ,
ut milites , & decuriones , *l. curialis , l. milites , hoc tit.*
l. ſi ignorans, ff. eod. quia & hæ perſonæ non poſſunt eſſe
procuratores alienorum negotiorum ex iiſdem legibus ,
& conductio eſt procurationis ſpecies , ut ait Theodoſ.
D in Nov. *ne curialia prædia al. conducat. qui eſt fermier ,*
eſt quaſi un procureur . Addam unam tantum differen-
tiam : pro pretio emptionis , quod nondum intulit em-
ptor nihil eſt pignori niſi res vendita , *l. Julianus , §. of-*
ferri , ff. de act. empt. at pro pretio locationis in prædio
urbano tacite pignori obligata ſunt invecta , & illata in
prædium urbanum à conductore , & ſi locator neſciat
quæ ea ſint . In prædio autem ruſtico pro pretio loca-
tionis tacite pignori tenentur ibi nata , fructus ibi nati ;
atque etiam invecta importata , ſi modo ſciente, & vo-
lente domino ea invecta inducta ſint, *l. 5. h. t.* id eſt , ſi
volente , & ſciente domino inducta ſint quaſi pignora ,
ut *l.5. §.1. ff. in quibus cauſis pign. vel hyp. tac. contr.* Et
ita in *l. 5. hujus tit.* ſcientiam , & voluntatem locatoris
accipere oportet qui ſcit, & vult inferri in prædium ru-
E ſticum quædam quaſi pignora , ut obligentur pro pre-
tio locationis , quo genere plane contrahitur pignus
expreſſum : denique ibi nata tacite pignori ſunt , inve-
cta non niſi conventum ſit expreſſe, ut eſſet pro pigno-
re , id eſt , voluntate domini quaſi pignora inducta . Et
obſervandum eſt hujus , vel illius pignoris executionem
non eſſe niſi poſt ceſſationem biennii,niſi conductor ceſ-
ſaverit biennium in ſolvenda penſione , *l. cum domum ,*
ff. eod. nam & ob non ſolutam penſionem non poteſt
conductor expelli ante tempus, quo convenit, niſi bien-
nio integro ceſſaverit in penſitanda merce , *l. 54. quæ-*
ro , §. inter locatorem , ff. eodem . Et illud quod dixi , pi-
gnoris perſecutionem non eſſe ex hac cauſa , niſi poſt
ceſſationem biennii , indicat Martial. lib. 12. *vidi va-*

cerra

terra ſarcinas tuas, *vidi, quas non retentas penſiones pro bima portabat uxor*. Nam non erat retentio pignorum, niſi poſt biennium: poſt ceſſationem biennii licebat conductori retinere ſarcinas, locatori licebat recludere ædes, *d. l. quæro*, *§. inter*, *& l. cum domini*, *eod.*

AD TIT. LXVI. *De Jure Emphyteutico*.

EMphyteuſis eſt conteactus: licet eum Zeno voluerit eſſe proprium contractum, *l. 1. hujus tit.* id eſt ſeparatum à locatione, tamen ſimilis eſt emptioni, & venditioni, vel locationi, & conductioni, *§. adeo autem*, *Inſt. de loc.* ut non abs re dixerim, poſt tractatum de venditione dari tres tractatus affines, vel ſimiles, nempe permutationem, locationem, & emphyteuſim: Et hac ratione ſocietatis iſtius, ſive affinitatis potes audeoter empbyteuſim adſcribere jurigentium, & dicere eſſe contractum jurisgentium, ſicut emptio, & locatio. Et eſt verum: quidquid eſt ſimile negotio jurisgentium, convenienter, & ipſum eſt jurisgentium quaſi derivatum ex eo, exemplumque ejus. Eſt autem vox græca, quæ ſignificatur inſitio ſurculi in arbore, vel ſtolonis, non plantatio ſurculi in terra: hoc enim Ariſtoteli eſt ἀποφυτεία, vel ἀποφυτεύειν: illud ἐμφυτεύειν. Et recte Michael Epheſius in libro de juventute, & ſenectute expoſuit: & invenio etiam latine inſitionis nomine hunc contractum ſignificari, ut in Nov. Valent. *de prædiis piſt.* dum ait, ut ea prædia deputentur Afris ſub nomine, & modo inſitionis, id eſt, ἐμφυτεῦσαι, à parte nobiliſſima agriculturæ, ioſitione, inoculatione, implantatione ſignificatur univerſa agricultura, cujus præcipue gratia hoc negotium contrahitur inter domioum, & emphyteuticarium. Et eſt hic contractus quaſi medius inter emptionem, & locationem. Emptio dominium mutat, ſi fiat à domino, locatio non mutat: quod oſtendi ante, ἐμφυτεύειν neſcio plane an dicere debeam mutare, an non: nam ἐμφυτεύειν quidem dominium non mutat: remanet enim proprietas fundi emphyteuticarii apud eum, qui dedit in emphyteuſim: ſed tamen quaſi dominium tribuit emphyteuſis: nam & fundi emphyteuticarii, vel ſervitutis debitæ vindicationem habet, *l. 1. ff. ſi ager vectig.* Et mancipia ru-

A ſtica maoumittere poteſt emphyteuticarius, *l. 12. de fundo patrim. inf.* & fundum emphyteuticarium poteſt pignori ubligare, *l. tutor*, *§. ult. ff. de pign. act.* Poteſt etiam vendere alteri cum ſua cauſa commiſſa prælato domino, ſi eum dominus emere voluerit, cui denuntiare debet emphyteuta ſe eum fundum velle vendere, an velit ſibi addici eodem pretio: & expectandus eſt dominus poſt duos menſes à denunciatione, qui ſi poſt noluerit emere eodem pretio, cogitur recipere emptorem novum emphyteuticarium, ſi modo ei præſtetur quinquageſima pars pretii, *pour les recevoir*, *l. ult. hujus tit.* Et obſervandum eſt, fundum emphyteuticarium ad dominum redire poſſe duplici jure commiſſi, ſi non ſolvatur penſio intra tempora conſtituta, fundus redit ad dominum fundi, & finitur emphyteuſis. Item redit B ad eum jure προτιμήσεως, id eſt prælationis ſi vendidit eum fundum emphyteuticarius cuidam extraneo, & ipſe ſe velit præferri in ejus fundi comparatione, quo genere finitur emphyteuſis: nam rei meæ non eſt emphyteuſis, ſicut emptio, & locatio. Et inter hæc duo jura, quorum vi res emphyteuticaria redit ad proprietarium, magna eſt differentia: nam ſi jure commiſſi res redeat ad proprietarium, quam forte empbyteuta pignori dederat: finitur pignus, *l. 3. §. lex*, *ff. de pignorib.* quæ loquitur de jure commiſſi ob non ſolutam penſionem. Et abutuntur ea lege, qui eam trahunt ad jus προτιμήσεως, ut finiatur fundi emphyteuſis, ſi res redeat ad proprietarium jure προτιμήσεως. Hoc vero eſt falſum: nam in jure commiſſi imputatur creditori, cur non ſolverit vectigal pro debitore, ne finiretur hy- C potheca eo jure commiſſi: quod ſignificat *d. l. 3 1.* nihil vero in jure prælationis creditori imputatur ac præterea vi, ſive jure prælationis res redit ad proprietarium, dato eodem pretio, quod offerebat extraneus: igitur videmus quantum interſit inter hæc jura. Emphyteuſis eſt contractus, quo dominus in perpetuum, vel in plures annos fundi ſui deſerti, & ſqualidi uſumfructum concedit alteri, ea lege, ut inſerendo, plantando, & colendo meliorem eum fundum, & fructuoſiorem faciat, conſtituto vectigali, annuo canone, ſive penſione certa, qua etiam ex re fundus emphyteuticarius dicitur; in jure paſſim ager vectigalis.

Finis Recitationum D. Jac. Cujacij in Libros IV. Codicis Juſtinianei.

JACOBI CUJACIJ
JURISCONSULTI.
RECITATIONES SOLEMNES.

AD TIT. DE LEGAT. III.

Ex Bibliotheca Jacobi Aug. Chevanei Juriſconſulti Divionenſis,

LEX I.

SUMPTA eſt hæc lex ex lib. 1. Ulpiani fideicommiſſorum, in quo palam fit, qui fideicommiſſum relinquere poſſit, & quibus. Duas autem præmiſit regulas: per omnia exæquata legata fideicommiſſis. Alterum principium eſt in *l. 2. & l. ſeq.* Eos videlicet fideicommiſſum poſſe relinquere, qui & teſtandi jus haberent. Eadem definitio eſt codicil- D lorum in *l. Divus*, *§. ult. l. conficiuntur*; *§. 1. de jure codicill.* Cujus quidem regulæ planior eſt explicatio in *l. 8.* cum oſtendit ſtatus ſui incertum captivum, dubitantem an in manus hoſtium, latronumve devenerit, teſtari, non poſſe: nam ſciens ſe captum à latronibus, teſtari poteſt, *l. qui à latronibus*, *ſup. qui teſtam. fac. poſ.* ſervus nequaquam, *l. filiusfam. eod.* Factum tamen ante ejus captivitatem, poſtquam reverſus eſt, jure poſtliminii valet: ſi vero captus, & detentus ab hoſtibus deceſſerit, fictione legis Corneliæ, valet, *l. lege*, *eod.* Solebant tamen plerique ſervi teſtamentum condere, ut ſervus publicus pop. R. ex dimidia parte peculii, Ulpian. *l. regular. tit. de Teſtamentis*, & ſervus principis in ſolidum, ex Nov. Leonis 38. Plin. lib. 6. Epiſtol. Legatus quoque miſſus ad hoſtes, qui nihil ſe à captivo differre putat, non teſtatur, *d. l. Qui à latronibus*, *&*

l. apud hoſtes, *l. Poſtlimin. de captiv. & poſtlimin. reverſ.* Ratio cur teſtari non poſſint eſt, quia vix eſt, ut is velit, cujus dubitatione voluntas impeditur, & multo minus vult, qui ſe ſervum putat. Ignoranti non proſunt dies petendæ poſſeſſionis, *l.2. Quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſerv.* quique ſolvit indebitum ſciens, non repetit; ignorans repetere poteſt, dubitans quoque, quia erranti comparatur, *l. ult. C. de cond. indeb.* ſimiliter, qui feudum negat, idem amittit, neſciens, non item, quia proprie non inficiatur. Idem de dubitante, qui ad ignorantem negantem accedit, inſcientique eſt ſimilis, *l. ſi debitor*, *de pet. hered.* Poſtremo videndum eſt, cur qui teſtamentum facere non poſſunt, mortis cauſa donare poſſint: fideicommittere, vel codicillos relinquere non poſſunt: quia codicilli, & fideicommiſſa ob ſolas utilitates introducta ſunt, ut ſi is, qui propter peregrinationem, aut alias res teſtari non poſſit, forte quia deſint ſeptem teſtes Romani cives, poſſit de voluntate ſua diſponere codicillis, vel fideicommiſſis, tit. Inſt. *de fideicom. her. & tit. de codicil. l. 2. ff. de conſtit. princ.* quæ referenda eſt ad illam antiquam originem fideicommiſſorum, & codicillorum, quia ſumpta eſt ex lib. 4. Ulpiani: fideicommiſſorum, eadem ratio eſt in *l. 3. & l. conficiuntur*, *de ju. codic.* At mortis cauſa donationes, aut teſtamento, ſive codicillis relinquuntur, & hæc exæquantur legatis, ſeu fideicommiſſis: Et de his intelligenda eſt conſtitutio Juſtiniani in *l. ult. C. de mort. cauſ. donat.* Aliæ mortis cauſa donationes, quæ extra teſtamentum fiunt, contractibus, non legatis comparantur, *l. ſi filius*, *de legat. præſtandis*.

Ad §. Sed ſi filiusfam.

Filiusfamil. & ſervus teſtari non poſſunt, & per conſequens nec fideicommittere poſſunt, quia lex 12. tab. id patribus fam. tantum conceſſit, *l. verbis, de verb. ſignif.* Paterfamil. eſt homo liber ſui juris, *l. pronuntiatio*, *in fi. ff. de verb. ſign.* quia exigitur in teſtamentis, ut ſit civis Romanus: peregrinus enim ſuæ civitatis tantum legib. teſtatur, *l. 1. ad leg. Falcid.* Idem & ſervatur jure Gallico: bona enim peregrini in ærarium rediguntur. Ad hæc exigitur in teſtamento integritas ſtatus cujuſque, quod tribus conſtat, libertate, civitate, familia. De libertate initio hujus legis agitur. De familia in *§. ſed ſi filiusfamil.* De civitate in *§. hi quibus.* Quod dictum eſt de libertate initio hujus legis, idem de familia dicendum eſt. Neſciens enim, aut dubitans an ſit paterfam. nec ne, veluti patre peregre mortuo, teſtamentum, & codicillos facere nequit, niſi miles ſit, aut veteranus, *l. ex militari*, *de teſtam. milit. l. Ariſto*, *de ju. cod.* & hoc §. ubi facti ſpecies hæc eſt: filiusfamilias, aut ſervus fideicommiſſum reliquit, qui poſtea paterfamilias, & emancipatus factus perſeveravit in ea voluntate, ſive expreſſe, ſive tacite, id eſt eadem non mutata: quæritur an fideicommiſſum valeat? Dubitationem movet regula Catoniana, quæ vult legatum non valere, aut fideicommiſſum, quod non valeret ſi ſtatim deceſſiſſet, qui legatum, aut fideicommiſſum dedit; fideicommiſſum autem, de quo loquimur, eſt ejuſmodi. Dico tamen valere, quod in ea voluntate perſeveravit, quaſi nova voluntate datum. Nec offenditur regula, quia non dicimus fideicommiſſum valere, quaſi valeret cum datum ſit: ſed valere quaſi tunc datum cum mortuus ſit: quippe paterfamil. & emancipatus factus in eadem perſeveravit voluntate. In fideicommiſſis autem ſufficit nova voluntas ſine litteris, & verbis: nam & nutu relinqui poſſunt, *l. nutu*, *hoc tit.* Et hoc ita procedit: ſi fideicommiſſum relictum ſit ab inteſtato: nam ſi relictum ſit in teſtamento filii, non valebit; quamvis poſtea paterfamilias ſit factus, quia teſtamentum in quo datur, non valet, *l. qui ex liberis*, *§. ult. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Et pro parte valere, & non valere non poteſt. Fideicommiſſum teſtamento relictum non conſtituitur nuda voluntate, quia ex illo teſtamento debetur: nec nova voluntas reſuſcitatur: teſtamentum autem illud non valet, *l. ſi filiusfam. qui teſtam. fac. poſſ.* etiam patre ei teſtari permittente, *l. qui in poteſt. eod.* Hac eadem diſtinctione utemur in ſuperiori §. dicemuſque, ſi incertus ſui ſtatus ab inteſtato fideicommiſſum reliquerit, & poſtea de ſuo ſtatu certus factus deceſſerit, non mutata voluntate, fideicommiſſum valere, non item ſi in teſtamento relictus fuerit.

Ad §. Hi quibus:

Nunc de civitate, & media capitis deminutione tractatur. Cui aqua, & igni interdictum eſt, teſtamentum facere non poteſt, quia civis non eſt, ſed peregrinus: interdicebantur quoque teſtamento: nam lege Julia de vi privata tenetur, qui recipit tecto deportatum, ſive interdictum aqua, & igni. Cicero pro Cluentio, Appian lib. 1. de bello civili, Plutarch. in Cicerone. Deportatus tamen, & interdictus differunt, *§. minor*, *de cap. demin. l. 8. qui teſt. fac. poſſ.* verum quidem eſt, deportationem in locum interdictionis ſucceſſiſſe, & nos non uti hodie interdictione, ſicut olim utebantur deportatione, ſed nos uti tantum deportatione: quod manat ex leg. Auguſti. Dionys. lib. 56. deportati circumſcripti dicuntur, quia incluſi ſunt in inſula, cum interdictis libera eſſet vagandi poteſtas: in eaque inſula tantum deportatis licebat degere, & inſulæ ejuſdem incolis cautum erat eos tecto recipere, qui ἀπόλιδες: id eſt, ſine civitate, *l. quidam*, *de pœnis*. Relegatorum melior eſt conditio, & facere poſſunt teſtamentum, quia capite non minuuntur, omniaque jura ſua retinent, & filios in poteſtate nec proprie exules ſunt, *l. 2. de publ. jud.* Ovid. *Quippe relegatus non exul dicor*; quia non ſunt ἀπόλιδες.

Ad §. Sciendum:

Quærit Ulpianus, à quo fideicommiſſum relinqui poſſit, id eſt, cujus fideicommitti poſſit? Et eorum fideicommitti poſſe dicis ad quos perventurum eſt aliquid morte committentis, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur. Dum eis datur, ut heredi inſtituto, legatario, fideicommiſſario datur; datur quoque manumiſſis libertas. Sed ab eis relinqui poſſe fideicommiſſum negaverim, *l. plane*, *in fin. de legat.* 1. Id ergo propoſitioni noſtræ obſtare videtur; at vero ſi, ut ita eſt, is demum rem, vel pecuniam præſtare cogitur per fideicommiſſum, qui aliquid ejuſdem generis, vel ſimile nactus eſt, *d. l. plane*, *§. ult.* nequaquam obſtare videbitur. Triplex autem eſſe fideicommiſſum ſcire convenit, pecuniarium, hereditarium, & libertatis: atque fideicommiſſum hereditatis, & pecuniæ ab eo relictum, qui eiuſdem generis, vel aliud ſimile adeptus eſt, valet: quinimo libertatis: nam ſi is cui data eſt res, aut pecunia, rogatus ſit ſervum manumittere, id quidem faciens, de re ſua quid amittere videtur, ac ſi rogatus eſſet ſervum emere, & manumittere; atqui libertatem capit, nec rem, nec pecuniam accipit, ſed pretium ſui: *vel dum eis non adimitur*: exemplum hujus membri vide in *l. ſi pecunia*, *de leg.* 1. ubi à te decem, quæ mihi debes, fideicommittere poſſum, eaque non videor auferre, Quæ quidem decem ſi heres repetere velit, exceptione doli mali ſummovebitur, vel dum eis non adimitur, vel intercipitur, quod adimi, quodque intercipi potuit. Cujus rei exemplum habes in *l. quidam teſtamento*, *§. ult. de leg.* 1. ubi ſi heredem manumittere ſervum meum juſſero, ſi Titio det decem, ea decem à Titio fideicommit-

mittere poſſum : nec ea videor Titio intercipere. Recte igitur ab eo relinquitur fideicommiſſum, qui cauſa implendæ conditionis capit, id eſt, qui mortis cauſa capit, & eſt mortis cauſa capio. Ex quo apparet, eum qui implendæ conditioois cauſa capit, non eſſe legatarium, nec mortis cauſa donatarium, ſed mortis cauſa captorem, *l. ſi quis ſub condit. ſi quis omis. cau. teſtam. l. Mævius, de condit. & demonſtr.* Et ea ratione is non patitur Falcidiam, *l. 1. §. item ſi ita, l. acceptis, ad leg. Fal.* nam Falcidia detrahitur ex legatis, ex lege Falcidia, ex fideicommiſſis, ex ſenatuſconſulto Pagaſiano, ſi relinquatur teſtamento, ex fideicommiſſo ab inteſtato detrahitur ex conſtitutione divi Pii, *l. filius fam. ad leg. Falcid.* ex mortis cauſa donationibus, ex conſtitutione Severi, ſi quis decedat teſtatus. An autem poſſit Falcidia detrahi ex mortis cauſa donationibus, ſi quis decedat inteſtatus, quæri poteſt : ſed id quidem minus, quia ſenatus id effecit in fideicommiſſis teſtamento relictis, ſed non ab inteſtato relictis, niſi ex conſtitutione divi Pii. At in mortis cauſa donatione relicta in teſtamento habemus conſtitutionem Severi ; non autem habemus ullam aliam, quæ permittat heredi legitimo detrahere Falcidiam ex mortis cauſa donatione relicta ab inteſtato. Ergo mortis cauſa donatio ab inteſtato legatis non comparatur, *l. ſi filius, de leg. præſt.* An Falcidia detrahitur ex mortis cauſa capione ? nequaquam : non enim habemus conſtitutionem quæ id pertrahat ad mortis cauſa capiones. Qua ratione diximus, poſſe fideicommiſſum ab eo relinqui, qui mortis cauſa capit, & in cujus perſonam confertur conditio dandi : ut do lego ſervo libertatem, ſi Titio det centum, ea centum à Titio poſſum fideicommittere. Eadem ratione recte fideicommiſſum relinquitur à proximo cognato, vel cognato in quem teſtamento non facto hereditatem, & bona mea tranſire ſino, ſinere enim dare eſt, ſino enim quod non adimo, teſtamentoque adimere poſſum, *l. 3. l. conficiuntur, §. 1. de ju. codic.* nec tantum poſſum fideicommiſſum à proximo relinquere, ſed ab inferiori, id eſt ſecundo gradu proximo, quia fieri poteſt, ut omittente primo devolvatur hereditas in ſequentis gradus cognatum ex ſucceſſorio edicto. Et hoc dicitur in hoc *§. nec tantum* : non dixit heredi in *d. §.* quia in legitimis heredibus, & in ſuis non eſt ſucceſſio, *§. placebat, de ſucceſſ. cogn. l. 1. §. ſciendum, de ſuis, & legit.* non etiam ſolum ſuperſtiti fideicommittere poſſum, qui nobis ſucceſſurus ſit ab inteſtato, ſed etiam poſtumo alieno agnato, ut poſtumo fratris, qui mihi non eſſe poteſt heres legitimus, ſed bonorum poſſeſſor : poſtumo quoque cognato, ut ſororis poſtumo, qui mihi ab inteſtato poteſt eſſe bonorum poſſeſſor, relinqui poteſt fideicommiſſum.

Ad §. Illud certe.

IN hoc §. quæritur, an ſi fideicommiſſum relictum ſit ab inteſtato ab eo, qui primo gradu ſuccedere potuit, & eo repudiante hereditas devolvatur ad ſecundum gradum, à quo fideicommiſſum non eſt relictum, an is præſtare debeat, qui repudiante patre venit ad ſucceſſionem. Idem eſt ſi patrono relictum ſit fideicommiſſum eo inſtituto, & eodem repudiante, ejus filius per bonorum poſſeſſionem patroni, patronæve veniat : minime præſtari debere dicitur in hoc §. quod ſuo jure ſuccedant, nam oneratur ſolum fideicommiſſo, qui venit ad hereditatem judicio defuncti expreſſo, cum heres inſtituitur tacite, cum codicilli ſcripti ſunt, aut ſuccedunt ab inteſtato. Nec obſtat *l. 3. de ju. Cod.* ut hic notat Accurſius, quia in ea *l.* non tantum à primo gradu, ſed etiam ab omnibus gradibus relictum eſt fideicommiſſum his verbis : Quiſquis mihi heres. Obſtare magis videtur *l. ſi Titio, §. Julianus, de leg. 2.* cui male reſpondet Accurſius : nam ait lex, portionem deficientem coheredis, eo repudiante, accreſcere coheredi cum ſuo onere. Eadem eſt ratio ſubſtituti : nam ſi repudiaverit hereditatem, ea devolvitur cum onere fideicommiſſi ad ſubſtitutum. Reſpondetur, jure quidem ſubſtitutionis hereditatem tranſire in ſubſtitutum cum ſuo onere, ex conſtitutione Severi, & Antonini. Ea conſtitutio porrecta eſt, & ad jus accreſcendi, quia is cui accreſcit quaſi ſubſtitutus videtur, cum uterque heres & coheres inſtitutus veniat judicio defuncti. Præterea extenſa eſt ad jus caduci ab iiſdem Imperatoribus, *l. quidam, §. quoties, de leg. 1. l. in facto, §. ult. de cond. & demonſtr.* ut, heredem ſcripſi, cum nullus extaret, qui mihi ſuccederet ab inteſtato : is repudiat hereditatem, aut mortuus eſt me vivo, bona cadunt in fiſcum ex legibus caducariis, lege Julia, & Papia : Et cum ſuo onere, licet non veniat judicio defuncti, hocque conſtitutum eſt odio caduci ; quod reſtringitur quantum fieri poteſt, *l. ult. de his quib. ut indign. l. intercidit, de cond. & demonſtr. l. 6. de jure codicill.* At hic §. non loquitur de jure ſubſtitutionis aut de jure accreſcendi vel de caducis : ſed de ſucceſſorio edicto. Et merito, quia ex ſecundo gradu cognatus non venit judicio defuncti, ſed ſuo jure.

Ad Leg. II.

QUatuor ab Accurſio hujus legis interpretationes adducuntur, quarum tres priores vanæ ſunt, quod filii matri, emancipati quoque, & nepotes quilibet parentis ſui heredes eſſe non poſſunt, *§. 1. Inſt. de her. qual. & differ.* cum etiam nepos per bonorum poſſeſſionem ſumat hereditatem, ſi modo filius præteritus acquieſcat teſtamento patris, quod eo modo valet, *l. filio preterit. de inj. rupt.* Quarta autem interpretatio veriſſima eſt, hæc ſit facti ſpecies : filiofam. præterito, Titius inſtitutus eſt, quæritur an à filiofam. eod. fideicommiſſum relinqui poſſit ? minime ; licet ab inteſtato poſſit ſuus heres eſſe, quia tunc jure ſuo, ut qui dicat teſtamentum nullum, non autem judicio patris heres erit : nam cum ei adimat exheredatione vel præteritione hereditatem, etiam ſi filiusfam. ipſe ſuccedat ab inteſtato, ab eo fideicommiſſum relinquere non poterit. Quod ſi nullo inſtituto herede, vel inteſtatus adjecit clauſulam codicillarem : quiſquis mihi erit, ſive ex teſtamento is ſit quem inſtituo, ſive alius ab inteſtato, Titio decem dato, an alio herede inſtituto à filio præterito, qui ſuccedit jure ſuo ab inteſtato relictum per patrem valet fideicommiſſum ? id quidem ſane ex l. 9. hujus tit. nam non omnino venit ad hereditatem contra judicium defuncti.

Ad Leg. III. Si mulier.

FIdeicommiſſum ab eo relinqui poteſt, ad quem noſtra morte quid pervenit, *§. ſciendum l. 1. hujus tit.* Ratum eſt autem, maritum lucrari dotem adventitiam, mortua in matrimonio muliere, *l. ſi de bon. dam. l. 23. de evict. l. Celſus, de relig. & ſupt. funer. & l. 15. de fund. dot. l. 7. C. ſi adverſ. dot.* vide Cornutum Grammaticum in Perſium, *l. mulieri, de cond. inſt.* Contra præmortuo marito, reſtituitur dos adventitia mulieri, & profectitia redit eo quo profecta eſt : an ergo uxor à marito fideicommiſſum relinquere poteſt ratione dotis adventitiæ ? minime ; cum dotem eam jure ſuo, & invita uxore lucretur, argumento *l. 1. §. illud certe indubitate, ſup. h. tit.* nam quod alio modo marito adquiritur, auferre nequit uxor, nec fideicommiſſi titulo ; niſi forte ab initio matrimonij eam dotem ſibi reddi ſtipulata ſit ; tres tamen hac in lege conſtituuntur caſus, quibus uxor à marito fideicommiſſum relinquere poteſt : I. mulier ab initio matrimonii ſtipulata eſt dotem adventitiam, quoquomodo diſſoluto matrimonio, ſibi, ſuiſque reddi heredibus : conſtante autem matrimonio, morbo detenta dotem eam acceptam fecit marito mortis cauſa : id eſt hac mente, ut

Digitized by Google

ut ſi è vivis excederet, dos cederet marito, ſecus vero ſi convaleſceret; tuncqne temporis quo morbo gravaretur, à marito fideicommiſſum reliquit: queritur nunc an illud valeat: & id quidem valet, quia morte mulieris dos adventitia ad eum recidit, quam mulier poterat non acceptam ferre.

Quæſtionis inſuper eſt, an ſi mulier inter vivos dotem adventitiam acceptam tulit marito, ab eoque reliquerit fideicommiſſum, valeatne? Et ſane à donatario inter vivos nequit fideicommiſſum relinqui, *l. cum hic ſtatus, §. 1. ſup. de donat. inter vir. & uxor.* Et donatio inter virum, & uxorem jure veteri oulla eſt, uode fit, nullum eſſe fideicommiſſum. Novo tamen jure donatio inter vivos facta morte confirmatur, id eſt, ſi in ea voluntate donans ad extremum vitæ ſpiritum permanſerit: tuncque hujuſmodi donatio æquipollet, & æquiparatur mortis cauſa donationi, & fideicommiſſo, *l. ſequens ſup. lib. 2. l. cum hic ſtatus, §. 1. de donat. int. vir. & uxor. l. 12. C. ad leg. Falc.* Quodque ſubjicitur Falcidiæ, id quoque fideicommiſſo, ſed non contra: mortis enim cauſa capio ſubjicitur fideicommiſſo, ſed non Falcidiæ.

Secundus caſus eſt, dotem ante, poſtque nuptias dari poſſe, poſtque eaſdem augeri, nec videbitur donatio, *l. ſi inter, D. de pact. dot. l. ſi conſtante matrimonio, C. de donat. ante nupt.* Ejuſdemque juris cenſetur augmentum, cujus & ipſa dos: non igitur pro ratione augmenti à marito fideicommiſſum relinquere poteſt, niſi mortis cauſa auxerit, id eſt, hac mente, ut ſi moreretur, augmentum cederet lucro mariti; ſecus ſi convaleſceret: Eo ſane pacto à marito, qui morte mulieris dotis augmentum conſequitur, pro ratione augmenti relinquere poteſt mulier fideicommiſſum, cum eo augmento potiatur beneficio mulieris.

Tertius caſus: divortio facto, rediit mulier cum marito, nondum reddita dote, redintegrato conjugio, & dos redintegratur, *l. Divus, l. poſt divortium, de jure dotium, l. ſi mulier, ſol. matrim. l. ult. de act. rer. amot.* Rediit autem io matrimonium mulier, mortis cauſa, id eſt, eo pacto ut ſi moreretur in matrimonio, maritus eandem dotem adventitiam conſequeretur; ſecus ſi ad proſperam rediret valetudinem. Eo quoque modo cum maritus conſequatur mortua conjuge dotem, ab eo poteſt relinquere fideicommiſſum pro modo dotis, quam ſola mulieris morte, & contemplatione conſequitur: Juris eſt ambigui an mulier poſſit dotem dare mortis cauſa, poſt nuptias; maxime item controverſum eſt, an recte dotem mortis cauſa promittere poſſit.

Atque imprimis mulieri licet contracto jam matrimonio dotem ultro mortis cauſa dare; quia eadem eſt ratio dandæ, quæ & augendæ dotis, eoque modo moriens mulier à marito fideicommiſſum relinquere poteſt.

Quæſtionis alterius eſt deciſio hæc, mulierem non poſſe dotem mortis cauſa promittere, id eſt, hac mente ut debeat dotem marito ſi moriatur, cum obligatio non ſit præſens, & in diem incertum differatur: contra ſtipulatio cauſa mortis valeat, cum obligatio ſit præſens, & exactio tantum differatur.

Præterea dos eſt, quæ ſervit oneribus matrimonii; doſque conſequitur matrimonium, *l. 3. de jure dot.* Dos eſt, quod uxor ad virum ſecum adfert matrimonii cauſa, vel ut Varro lib. 4. de lingua latina, pecunia nuptiarum cauſa data marito pro oneribus matrimonii; vel, dos eſt jus pecuniæ conſtitutæ marito, vel melius, penſitatio onerum matrimonii. Quare promiſſio dotis collata in tempus, quo nullum eſt matrimonium, nulla eſt: Itaque promiſſio dotis mortis cauſa, inanis eſt. Pater tamen mulieris promittere dotem poteſt, vel extraneus mortis ſuæ cauſa, vel cum ipſe morietur, quia contingere poteſt ut ipſe moriatur conſtante matrimonio, *l. ſi pater mulieris, de ju. dot.* quæ idem adjicit non eſſe obſervandum in perſona mulieris; & ſi poſtquam mortis cauſa dotem filiæ promiſit pater, convaluerit, ei ut corporis, vel pecuniæ donatæ mortis cauſa, ita & obligationis competet condictio, ſi convaluerit.

Ad §. Julianus.

NOnnumqoam à legatario fideicommiſſum relinqui non poteſt, ut ſi legatum ſervum maoumittere pure (ut inquit Ulpian.) rogatus ſit quis, *l. plane 2. §. ult. de leg. 2.* quia ex hujuſmodi legato nullum legatario accidit commodum: ſi vero rogatus ſit in diem manumittere, ut poſt quinquennium, ab eo fideicommitti poteſt pro modo fructus eo tempore percepti. Objici tamen poſſe videtur: licet legatum ſervum pure manumitttere rogatus ſit, tamen legatarius fructum percipere ex eo, quod jus patronatus, & liberti nanciſcatur, & ſic ab eo fideicommitti poſſe. Sed reſpondendum eſt, licet verum ſit, libertum manumiſſiooe acquiri: nihil tamen pecuniæ, vel rei meæ accreſcere, & eum rem, & pecuniam ex fideicommiſſo præſtare cogi, qui ejuſdem generis ſimile conſequitur, *d. l. Plane, §. ult. de leg. 2.* Præterea libertum eſſe liberum hominem, & non eſſe in bonis, *l. nemo prædo, §. 1. de regul. juris, l. 2. Quib. ad libert. proclam. lic.* Qua ratione facile eſt, ut donatio manumiſſionis cauſa facta inter virum, & uxorem valeat, veluti ſi maritus donet uxori ſervum manumittendum; quia nec patronatus, nec libertas ſunt in bonis, & ſunt inæſtimabilia, quia pecunia non æſtimantur, ideoque nec in pecunia computantur, *l. naturalis, §. ult. de præſcrip. ver.* ubi ſi convenit, ut tu ſervum tuum manumitteres, & ego meum, & poſtquam manumiſerim, nolis tuum manumittere, agam præſcriptis verbis in quantum intereſt me oon manumiſiſſe, nec quod mea intereſt minuitur, quod habeam libertum, quia eſt inæſtimabile; ergo qui patronatum, vel libertum nanciſcitur, non oneratur fideicommiſſo. Item ab eo, cui aſſignatur libertus, non poſſumus fideicommiſſum relinquere, quia qui aſſignat libertum, non erogat unquam de ſuis bonis: quare ab eo cui aſſignatur, non recte fideicommiſſum relinquitur: unde qui ſibi aſcribit libertum non tenetur pœna falſi, *l. impuberes, §. qui liberti, ad l. Cornel. de falſ.* tamen teneri ſtatutum eſt. Aſſignatio autem liberti valet, ſine teſtibus, ut in *l. adſignare, de adſign. libertis:* ſecus legatum & fideicommiſſum. Et quod dicitur, nutu relinqui fideicommiſſum, hoc intelligendum eſt, adhibitis teſtibus: porro is in cujus poſitum eſt voluntate, ot cui vellet ex liberis ſuis relinqueret bona, electum, cui dedit eadem bona, gravare nullatenus poteſt fideicommiſſo, quod ei de ſuo nihil tribuat: ut ſi te rogavero ut bona mea reſtituas, deſque uni tuorum liberorum: nam eum quem elegeris, eique bona mea largitus fueris, non potes gravare fideicommiſſo, *l. unum ex famil. §. ſed & ſi fundum, de leg. 2. l. ſi ſervus tibi legatus, l. cum quo, §. is qui, ad l. Aquil.*

Ad §. Si rem quis debeat.

DEnique non ſemper verum eſt, affectum commodo poſſe gravari fideicommiſſo: nam à legatario non poſſum interdum fideicommiſſum relinquere, licet aliqua utilitate ſit affectus: nam legatum utile eſt ex quo ſentiat quis commodum, aut inutile ex quo nullum. Et quamvis ſit utile legatum, numquam tamen à legatario fideicommitti, ut à debitore fideicommitti non poteſt, cui legatum eſt. Interdum poteſt: finge debitorem creditori debitum legare, cum exceptione perpetua adverſus eum debitor tutus eſſet. Item ſi ab eodem debitore creditori legato relicto remittatur dies, conditio, locus, modus (qui habetur pro conditione, ut do ut eas Romam, id eſt, ſi iveris) quæ inerant debito, & pure legarit creditori, quod debebatur in diem; nec certum erat debitum iri: certe hoc modo fideicommittere poteſt à creditore ob commoda repræſentationis, & remiſſæ exceptionis: nam

nam ſtatutum erat certo loco, & die, & modo ſolutum A iri debitum, & beneficio legati ad legatarium pervenit emolumentum, arg. *leg. in quantitate*, *§. in diem*, *ad leg. Falc.* cum igitur legatum illud repreſentationis, & remiſſæ exceptionis ſit omnino utile, oneratur fideicommiſſo, & Falcidia, *l.1. §. non ſolum*, *ad l.Falcid.l.7. §. ult. hujus tit.* ubi debitor à creditore non fideicommittit, licet ei legarit debitum, niſi commodum ſentiat aliquod. Atque ita conſiderandum eſt, quale ſit genus commodi: nam non ſemper ſecundum naturam eſt, ut commodum ſequatur onus, ut in *l. ſecundum naturam*, *de regul. jur.* nam finge debitorem creditori legare debitum: ex eo nihil conſequitur, quam civilem actionem loco prætoriæ, ut cum habeat actionem ex ſtipulatu, nunc habeat civilem ex legato, vel rei vindicationem, B cum in perſonam actionem haberet: in eo quidem legato aliquid emolumenti invenire licet, quia ejus potius, & antiquius eſt jus, qui jure civili, quam qui prætorio nititur; vel quod civilis, directa eſt, prætoria, actio utilis, & quem novit jus civile, & prætor novit, non contra, *l.1. de Public. in rem act.* ubi qui habet civilem, fruſtra optat prætoriam. Qua ratione actio receptitia erat utilior conſtitutoria, quæ eſt prætoria: ſed Juſtinianus confudit receptitiam, & conſtitutoriam. Si quis ergo leget mihi fundum, quem debebat ex ſtipulatu, utile eſt legatum, quia dominus fundi ſtatim cenſeor, & legatum eſt civilis acquirendi modus, *d. l. 1. de Public. in rem act. l. quoties*, *§. ult. de pecul.* Atque ex hoc legato ratione commodi fideicommitti nequit, nec detrahi Falcidia, *l. ſi creditori*, *in fi. libro 1.* quia iſtud C commodum ſine deminutione bonorum debitoris accedit, id eſt extrinſecus. Atque legatum idem non omnino utile eſt, in quibus alia pro alia actione ſubſtituitur, *l. verbis*, *ad leg. Falcid.* ubi ſi quod neceſſe eſt civitati te dare, id eidem leges, inutile eſt legatum: & ſi debiti modum in legando exceſſeris, ſupplementum Falcidiam patietur. Falſum autem eſt, quod in hunc locum adducit Accurſius, creditorem cui debitor debitum legat actione ex teſtamento, ſumptum quem feciſſet, repetere ſi actione ex ſtipulatu egiſſet cum eo ſumptu exonerare eum debitor voluerit, quem feciſſet ſi egiſſet actione ex ſtipulatu.

Ad §. Sed ſi habenti.

FRuctuarius ſi legat uſumfructum mortis cauſa, an D ab eo cui ceſſit, & legat eum uſumfructum, fideicommiſſum relinquere poſſit? Et non poſſe certum eſt ex hoc §. niſi ſorte mortis cauſa uſumfructum proprietario ceſſerit, ad quem pervenit fructuarii ejuſdem morte: nam perſonalia quæque hærent perſonæ, & cum ea extinguuntur. Atque eo modo proprietario nihil dediſſe videtur, cum morte ejuſdem fructuarii conſolidetur uſusfructus. Quinimo cum dedit uſumfructum mortis cauſa, ut eo fruatur ſi decedat, ſecus ſi in proſperam redierit valetudinem, fructus medii temporis intelligitur dediſſe, ut ſtatim facto mortis cauſa legato, uſufructu fruatur proprietarius, & non tantum poſt mortem. Si autem convaluerit fructuarius, ei competit fructus medio tempore perceptus mortis cauſa: Hoc quoque modo ab eo cui legatus eſt uſusfructus, fideicom- E miſſum relinquere poteſt, & conſequenter ex eo detrahetur Falcidia.

Ad §. Si autem.

LIberatur pignus nudo conſenſu, iſt eſt, pacto nudo, ex *l. ſi tibi*, *de pact.* redditione inter vivos, & mortis cauſa. Primum ab eo cujus liberatur pignus inter vivos, non poteſt relinqui fideicommiſſum, quia nihil percipit morte liberantis. Dein videndum eſt an ab eo cui liberatur pignus mortis cauſa, fideicommittatur, id eſt, ea lege, ut convaleſcente creditore convaleſcat pignus, & contra? Et conſtat, creditorem à debitore fideicommiſſum relinquere non poſſe, quia qui mortis cauſa pignus legat, nihil de ſuo erogare intelligitur, liberatioque pignoris non eſt datio, niſi concurrat liberatio debitoris, *l. ſi pignus*, *qu. in fraud. credit. l.1. §.1. quibus mod. pig. vel hypot. ſov.* Ergo liberatio pignoris inter virum, & uxorem non eſt donatio. Ab eo igitur cui reddidi pignus, non poſſum fideicommittere; quod nihil de ſuo patrimonio largiatur, & maneat creditor, non ut ante dictum, hypothecarius, ſed chirographarius. Ab eo autem cui reddidi pignus, & cautionem, id eſt ſortem, vel chirographum, poſſum fideicommittere, quia obligatio de meo decedit, *l.2. & 3. de pact.* Qua de cauſa Falcidia detrahetur, *l. quærebatur*, *ad l. Falcid.*

Ad L. IV.

SUpra dictum eſt, fideicommiſſum relinqui poſſe ab inteſtato à lagitimis heredibus, vel bonorum poſſeſſoribus, à marito mortis cauſa, tribus caſibus, à donatario mortis cauſa: nam ceſſiu uſusfructus, mortis cauſa donatio eſt. Sed & à filiofam. & ſervo inſtituto patre, vel domino. In quo notandum eſt, quæ dicuntur de legatis, non dici de fideicommiſſis, ut quæ dicta ſunt de fideicommiſſis nequeant dici de legatis: nam quamvis à patre, & domino fideicommiſſum relinqui poſſit, qui ex perſona filii, vel ſervi heredes fiunt, non tamen legatum relinqui poteſt, quia legatum dari poſſit ab eo, qui heres ſit per ſe, non ſecus: ut cum fideicommiſſum relinqui poſſit ab inteſtato heredibus, & bonorum poſſeſſoribus, legatum tamen ſolum teſtamento relinquitur, *l. legatum*, *lib.2.* codicillis dari nequit, non ſecus. Item, ut cum à marito tribus caſibus mortis cauſa fideicommiſſum relinqui poſſit, non poteſt legari; nam legatum eſt delibatio hereditatis: delibare enim eſt legare uſque ad dodrantem: nam heres quadrantem conſequatur neceſſe eſt, *l. ſi filia*, *§. Papinianus*, *famil. erciſc.* Eadem quoque ratione à donatario mortis cauſa legari non poteſt, cum ab eodem fideicommitti poſſit, cum heres non ſit. A legatario quoque pari ratione fideicommiſſum, non legatum relinqui poteſt, *tit. de ſing. reb. per fideic. relict. in Inſtit.* Cur autem id fiat ratio eſt, quod fideicommiſſa ſunt juris prætorii, quod jus leneatque moderatum eſt: legata juris civilis, & ſolemnis. Qua de cauſa voluntas in fideicommiſſo fideicommittentis; non autem in legatis legatarii ſpectatur tantum, ſed regulas, juris obſervatio: unde fit, ut cum ex jure civili legatum ſit delibatio hereditatis, vel donatio teſtamento ab herede relicta, vel præſtanda: donatio inquam, quædam, id eſt, proprii nominis, quia legatum nec eſt donatio inter vivos, nec mortis cauſa, ut in *l. donatio*, *de præſcrip. verb.* Eoque modo obligatio eſt quædam proprii nominis in *l. 2. de verbor. oblig.* Ab herede, inquam, ſuo nomine, non alieno herede, per ſe, non per alium. Heres autem eſt, & venit ab alieno nomine, qui heres heredis eſt: ut patrem inſtitui, quo mortuo, filius heres eſt. Heres eſt per alium, ut pater, & dominus, qui ſuccedunt per ſervum, & filium, qui inſtituti ſunt: ſuccedunt que defuncto non ſuo nomine, ſed per alium, cum filiusfam. & ſervus ſcripti eſſent heredes. Hæc legati definitio eſt in *l. legatum*, *de leg.2.* ſed hæ interpretationes per ora majorum ad nos manarunt: unde fit cum legatum ſit juris civilis, & definiatur quædam donatio teſtamento ab herede ſuo nomine, & per ſe relicta præſtandave, ut legatum non poſſit ab iis relinqui, à quibus fideicommitti poſſe dictum eſt. Atque ea ratione fit, ut fideicommiſſum relinqui poſſit à filiofam. & ſervo, à patre, & domino, non legatum, cum ab eo, qui per ſe heres ſit, relinquatur, *l. cum filiusfam. lib.1.* fideicommittitur autem, quod pater, & dominus veniat ex judicio defuncti tacito, imo etiam quodam modo expreſſo, cum habeant hereditatem adquiſitam cum onere ſuo.

Vo-

Verum enimvero legati ſupradicta definitio juris eſt veteris, quo ex lege 12.tabul. etiam exhaurire, nedum onerare licebat hereditatem: At definitio, qua dictum eſt, legatum eſſe delibationem hereditatis, eſt juris novi; & poſt legem Falcidiam, ut quæ à Juſtiniano tradita, in Inſtitution. à quo cum legata fideicommiſſis exæquata ſint, à ſuperioribus, id eſt, à filiofamil. ſervo, patre, domino fideicommittere, & legare poſſumus. Sed quid ſi ſervum heredem ſcriptum, vel filium manumiſerit, vel emanciparit pater, & dominus, antequam adirent juſſu eorum, an à patre, & domino relictum fideicommiſſum præſtabitur? minime: quod nihil à defuncto habeant: An à ſervo? minime, quia id facere non eſt rogatus. Ex æquo tamen, & bono fideicommiſſario actione utili ſuccurritur adverſus heredem ſcriptum, quod per eos debeant acquirere hereditatem cum ſuo onere, *l. ſi alienus lib.2.* veruntamen à domino ſervi heredis inſtituti fideicommiſſum interdum non relinquitur, ut puta Stichum ſervum Titii heredem ſcripſi, & à Sejo fideicommiſſum reliqui, ſub hac conditione ſi ſorte fieret ſervus ejus. Ante aditam hereditatem contigit, ut Stichus eſſet Seii: an ab eo debeatur præſtari fideicommiſſum? minime, quia id non reliquit à domino heredis legitimo, ſed incerto, quem ſorte fortuna contigerit eſſe dominum: poteſt igitur onerari fideicommiſſo is, cui datur recte tacite, vel expreſſe hereditas.

Ad L. V.

CUm ambigeretur an civitatibus, & municipiis legatum relinqui poſſet, nec ne, cum corpora ſint incerta, hac lege definitum eſt poſſe: municipia autem ſunt civitates Imperio Romano ſubditæ, & civitate, id eſt jure Romano donatæ, *l. in orbe, de ſtat. hom.* municipes, qui Romanis funguntur muneribus, *l. 1. ad municip.* Ex quo certi juris eſt, peregrinis civitatibus legari non poſſe. Ergo cum legatum relinquatur municipiis, ab iis etiam poterit fideicommiſſum relinqui, ſi ab actore, vel exactore ejuſdem municipii fideicommittatur id eſt, ab eo, qui adminiſtrationi rerum ejuſdem civitatis præeſt. Eoque modo illius habetur ratio, ac ejus, qui rebus Eccleſiæ gerendis præeſt in acquirendo feudo: nam ſi velit Eccleſia res feudales acquirere, eligat oportet rerum ſuarum adminiſtratorem, cujus vitæ neciſque habebitur ratio, ut ſi ſartum tectum jus eorum, qui feuda poſſident: igitur ab actore fideicommiſſum relinqui poteſt, ſicut à tutore legatarii, *l. etiam, C. de fideicom.* qui quidem tutor eſt loco domini, *l. tutor, l.4. de admin. tutor. l. qui fundum, ad leg. Falcid. l. penult. qui ſatiſd. cog.* & contra, quem ſervus non torquetur, *l. 2. C. de Quæſt.* Ergo apparet bonum eſſe argumentum à tutore ad exactorem, & contra, *l. Qui ſolidum, §. etiam, lib.2.* ubi, ut reſpublica poſt moram fideicommiſſi uſuras debet, & propter temeritatem exactoris ad impenſas ejus contra quem ei actio eſt, ita & tutor.

Notandum inſuper, qua ratione poteſt fideicommiſſum à tutore, vel exactore relinqui, etiam eadem ratione relinqui, ut ſupradictum eſt, à patre, dominove heredis, vel legatarii, *l. cum filius, de legat.1.* ita, ut verum ſit, à ſervo filioque deberi fideicommiſſum, ſi legatum manumiſſione, aut emancipatione ad eos devenerit, *l. ſi alienus, lib.2.* A legatario jure veteri legatum relinqui non poteſt. Ergo multo minus ab herede legatarii: quia in eo minus juris teſtator habet, arg. legis, *qui fundum, §. pen. ad leg. Falcid.* Ita ab herede heredis, & legatarii relinquitur, quod cum ab iis fideicommittitur, veniant judicio defuncti ad hereditatem: ſin vero non relinquatur fideicommiſſum, non veniat, & non debeatur fideicommiſſum, *l. qui liberis, §. ult. de vulg. ſubſtit.* hocque dicitur in hoc §. Nec obeſt regula juris, qua actio, quæ non datur contra heredem, nec in ſucceſſorem ejus datur, *l. ult. C. de diverſ. reſcrip.* nam ſublata eſt per l. Cod. *ut action. ab hered. & contra heredes incipiant.* Præterea hæc regula, juris civilis eſt, fideicommiſſa Prætonii: nec eidem locus eſt regulæ in legatis, quod & ſublata ſit, & jure novo legata fideicommiſſis exæquentur. Caſus tamen unus ab Accurſio adducitur, quo ab herede legatarii fideicommiſſum relinqui non poteſt; ut impuberi filio exheredato legat pater, datque ſubſtitutum pupillarem, ab eoque ſubſtituto Titio idem pater fideicommiſſum relinquit: hoc fideicommiſſum inutile eſt, nulliuſque momenti, licet à filio exheredato, & legatario fideicommiſſum relinqui poſſit, *l. coheredi, §. cum fil. in fi. de vulg. ſubſtit.* A ſubſtituto ejus veteri jure non poteſt legari, *l. miles ita, §. ſi miles, de milit. teſtam.* At id jure recentiori in controverſiam venit. Juſtinianus tamen in *l. cum quidam, C. de legat.* nec ab eo legari, & fideicommitti poſſe cenſuit. Quæ autem ſit ratio, ut ab alio herede legatarii fideicommittatur, ab herede impuberis exheredati, & legatarii, nequaquam, hæc meo quidem judicio reliquis verior eſt, quod ab herede heredis, vel ab herede legatarii fideicommittatur, non nominatim, cum incertus ſit heres futurus, *l. ſciendum, de verb. ſignific.* relinquiturque his verbis: Cum mortuus erit legatarius, vel cum mortuus erit heres, pridie quam moriatur legatarius, vel heres, peto Titio centum dari. Idem enim eſt relinquere ab herede heredis, & poſt mortem heredis: vel cum relinquitur ſecundum formam lege ſequenti traditam, qua teſtator declarat velle fideicommiſſum præſtari ab herede heredis ſui: ab herede autem filii impuberis exheredati, & legatarii relinquitur nominatim, cum ſubſtitutus ejus certus ſit. Atque ideo non valere fideicommiſſum cenſuit Imperator, cum multa, quæ tacite prolata ſunt, ferantur, quæ teſtamento expreſſe edita nequaquam locum habent, *l. ſi quis Sempronium, de hered. inſt.* ubi inſtitutio collata in alterius voluntatem expreſſam non valet, ut ſi Titius velit, heres eſto; ſecus ſi collata ſit in tacitam, ut ſi aſcenderit Capitolium.

Ad §. 1. L. VI.

AD extremum ſi quis fideicommiſſum à Titio reliquerit, cui nihil dederit, licet Titius ſit heres heredis, vel legatarii, non tamen valere poteſt, non ea ratione, ut Rogerius putat, ne actio, quæ non competit contra defunctum, incipiat contra heredem: hoc enim axioma ſublatum eſt, ut jam dictum eſt. Præterea hæc regula juris eſt civilis, fideicommiſſa, prætorii. Quare non admittetur in fideicommiſſis, ut ex jure veteri in legatis, nec in eis, quæ ſunt juris prætorii, ut in iis, quæ ſunt civilis; cum in his voluntas teſtatoris, & rigor juris, in illis voluntas tantum ejus ſpectetur. Atque hoc eſt, quod paſſim in ll dicitur fideicommiſſum nuda voluntate relinqui, ut in *l. pen. de legat.1.*

Ad L. VII.

HÆc lex, ut 1. 2. 3. 5. ſumpta eſt ex lib. 1. Ulpiani fideicommiſſorum. Ad cujus interpretationem præfandum eſt, tres circa fideicommiſſa verſari quæſtiones: id eſt, qui fideicommiſſum relinquere poſſint; quod dictum eſt in *l. 1.* à quo relinqui poſſit: Id quoque in *d. l. 1. & ſequentibus dictum eſt*, & dicetur in *§. ult. hujus legis*: tertio, cui fideicommiſſum relinquatur. Quod explicatur in *h. l.* Et primum quæritur, an deportato fideicommiſſum relinqui poſſi: Et Ulp. heic ait, non poſſe, ut nec legatum, quia cum peregrino teſtamenti factio non eſt, deportatus autem loco peregrini habetur, *l. 1. §. his quibus, hoc tit.* ut nec à damnato ad metallum fideicommiſſum relinqui poteſt, qui deterioris eſt conditionis, quam deportatus, quia ſervus pœnæ: uterque igitur incapax eſt fideicommiſſi, & legati, *l.3. de his, quæ pro non ſcript. l. ir cui, de alim. legat.* Dedititius quoq; incapax eſt fideicommiſſi, quia, ut cæteri, eſt peregrinus: Et peregrinus

Digitized by Google

nus, nec legatum, nec hereditatem, nec fideicommiſſum capere poteſt, *l.1. C. de hered. inſtit.* & in Gallia conſuetudo hæc eſt, *un Aubain ne peut prendre heritage en France, s'il n'eſt naturalizé*. Præterea deportatus non habet teſtamenti factionem, *l.1. §. ſi cognatus, de rebus dub.* Humanitatis tamen ergo alimenta poſſe deportato fideicommitti conſtat, in tantum ut dominus recte relinquat proprio ſervo ſine libertate alimenta, *l. ſervos, de alim. leg.* ubi legata ſervo conſtituto ad cuſtodiam Eccleſiæ debentur etiam ante conſtructam Eccleſiam. Dicta autem regula locum habet in paganis: nam miles poteſt fideicommiſſum relinquere deportato, *l. ex teſtamento, C. de teſtam. mil.* quia pro arbitrio militibus teſtari permiſſum eſt: & in militum teſtamentis jus gentium tantummodo obſervatur, non jus civile; at deportati ſunt capaces juris gentium, *l. quidam, de pœnis*.

Objiciet forte quiſpiam, quod ſcriptum eſt in Inſtit. *tit. de fideicomm. hereditat.* videlicet, quibus non poterant hereditatem relinquere, fideicommiſſa relinquebant. Sed hoc tum fiebat, cum fideicommiſſa pendebant ex ſolo pudore heredis, non vinculo juris: ſed poſtquam beneficio Auguſti, fideicommiſſis acceſſit juris vinculum, ei tantum fideicommitti potuit, cui & legari. At ſtatim fraus introducta eſt, ut quibus palam fideicommittere non poſſemus, tacite fideicommitteremus: Hinc tacita fideicommiſſa, *l. in tacitis, ſup. lib.1.* Quæ fraus legibus cohibetur: nam quod tacite relictum eſt, fiſco applicatur, nec ex eo heres detrahit Falcidiam, *l. 3. ad leg. Falcid. l. beneficio, eod. tit. inf.* Cum igitur conſtitutum eſſet ne quid legaretur collegio Clericorum, & eccleſiis, *l.1. C. de Epiſcopis, & Clericis*, eadem fraus adhibita eſt, de qua D. Hieronymus in epiſt. ad Nepotianum: prævaluit tamen Conſtantini conſtitutio in *d. l.1.* ut relinqui poſſit clericis, & collegio. At magis vim contrarii obtinet, quod prima parte hujus legis à ſervo deportati fideicommitti poſſit: nam ſervus non eſt capax hereditatis, & legati, & fideicommiſſi, ſi non ſit dominus capax teſtamenti, factionem capit à domino, *l. non minus*, de *hered. inſtit. l.12. de leg.1.* verum primam hujus legis partem accipi poſſe de fideicommiſſo teſtamento militis ſervo deportati relicto auſim dicere, ut ex ſequentibus legis verbis videre eſt: attamen de teſtamento pagani eam partem intelligendam fatebor; hujuſque hæc erit facti ſpecies: ſervo acquiſito ante deportationem, & ante eam fideicommiſſum relictum eſt: vivo teſtatore dominus deportatus eſt, antequam dies legati cederet; dein poſt deportationem ceſſit, quo tempore bona publicata ſunt, & ſervus in fiſci poteſtatem devenit, valet fideicommiſſum, & novo acquiritur domino, nempe fiſco. Et ſic utroque tempore ſervus fuit capax, ut exigitur, & mortis tempore propter regulam Catonianam, & teſtamenti. Alioquin fruſtra differrentur in tempus capiendi, *l. in tempus*, de *hered. inſtit.* vel poſt deportationem ſervi deportati fideicommiſſum relinquitur, & ſic acquiritur fiſco: vel vivo teſtatore deportatus dominus ſervum alienat, cui poſt deportationem veteris domini legati dies cedit: ſane utile eſt legatum, & acquiritur novo domino: vel ſervo fideicommiſſum relictum eſt ante deportationem domini, & vivo teſtatore deportatus eſt dominus, & poſtmodum reſtitutus, & poſt reſtitutionem dies fideicommiſſi ceſſit: acquiritur fideicommiſſum reſtituto, ſi modo indulgentia principis civitati, & bonis fuerit reſtitutus, id eſt, pleniſſimam conſecutus fuerit reſtitutionem.

Ad L. VIII.

NOn tenetur fideicommiſſario legatarius, niſi pro ratione legati percepti: nam ultra legatam partem non obligatur: ut ſi ex legatis ſibi centum aureis, quinquaginta tantum ſit adeptus, ultra eadem quinquaginta fideicommiſſario non ſit oneratus: ſin vero nihil, fideicommiſſum præſtari non debeat, conſiderandum autem eſt, cur non potuerit percipere legatum: aut enim omiſit, aut amiſit legatum: ſi omiſit, id eſt, ſi abſtinuit à legato, nullum præſtare cogitur fideicommiſſum, ſed cedere debet fideicommiſſario adverſus ſcriptum heredem actionem legatorum, vel ei cui voluerit fideicommiſſarius, *l. Imperator, lib. 2. l. ſi filius, §. ult. de fideic. libert.* hocque delegatio dicitur, quæ eſt *ceſſio actionis, l. quod debetur*, de *pecul.* ſi amiſit legatum, ut puta, quod in eo petendo ſuperatus ſit: ſi modo nec culpa amiſerit, non obligatur, eoque modo cum actione ceciderit, nec actiones fideicommiſſario cedere poteſt: nam ſi dolo periit legatum, ut quia luſorie illud petens, eo cecidit, vel curavit ne ſcriptus heres adiret hereditatem, obligatur, *l. 4. §. pen. ſup. ſi quis omiſ. cau. teſtam.* Si culpa quoque periit legatum, videlicet, quia imprudens plus petiit, in hoc diſtinctione utendum eſt, quæ traditur in *l. ſi ſervus, §. cum quid tibi, lib. 1.* nam aut legatarius nihil ex teſtamento conſequitur, videlicet quod omne ſibi legatum cogatur reſtituere, & hic dolum tantum præſtat; aut quod præterea ex teſtamento adipiſcitur, ut centum ſibi legatis quinquaginta reſtituere rogatus eſt, & tunc tenetur de culpa. Id quod Africanus confirmat exemplo contractuum bonæ fidei, quibus legata, & fideicommiſſa comparantur, in quibus tantum dolus præſtatur, ut in depoſito: Et ut uſuræ in illis contractibus ex mora debentur officio judicis, ſic in legatis, *l. Titia lib. 2.* contra in vendito, locato, pignore, dote, *l. ſi ut certo, §. nunc videndum, commod.* & aliis contractibus ſtricti juris. Servo heredis, & filiofamilias non recte fideicommiſſum pure relinquitur, ſine fideicommiſſaria libertate, quia idem à ſeipſo petere legatum, & fideicommiſſum nequit, reique & actoris jura in unam eandemque perſonam ſimul non concurrunt; nec alieno ſervo directa libertas datur, nec data habetur pro fideicommiſſaria, *l. cogi, §. ſed ſi ſervo, ad Trebell.*

Adducet quis forſan in modum contrarii, libertates & maxime fideicommiſſarias cedere ab adita hereditate; legata vero à morte teſtatoris. Igitur legatum relictum ſervo heredis cedere inutiliter, cum nondum cedat dies libertatis, ſed ex *l. ſervo, lib. 2. & l. 8. Quand. di. legat. ced.* dices, legati diem ſervo cum die libertatis cedere. Quando autem heres ſervum manumittere rogatus eſt, eique hereditatem reſtituere, ſervus ipſum heredem non poterit cogere hereditatem adire; ſed poſteaquam adierit, cum cogere poterit ei reſtituere, detracto ſui pretio, *l. ita tamen, §. ult. ad Trebell. l. cogi, §. ſi ſervo, eod.*

Hic *§. ult.* pertinere potius videtur ad tit. ad Trebell. qui agit, ut hic §. de fideicommiſſaria hereditate, niſi addas, hoc poſſe trahi ad pecuniarium fideicommiſſum, & hæc recte ſubnecti ſuperioribus. Relinquitur ergo ſervo non tantum nominatim hoc modo: cum manumiſſus erit, ut filio, cum ſui juris erit: ſed etiam tacite, ut reſtituas filiæ tuæ, & eo amplius habeat, quod amplius habitura eſſet, *l. ubi pure, l. Epiſtola, §. 1. ad Trebell.* vel ſi dicat: Relinquo uni ex liberis, *l. unum ex familia, §. ſed ſi, lib. 2.* Sed ambigitur, an filius cui legatum ſit, cum morietur ſervus, poſſit fideicommiſſum petere, vel legatum, ſi ante mortem legantis emancipatus ſit, vel aliter ſui juris factus ſit. Et id quidem, cum caſus mortis trahatur ad caſum emancipationis, *l. ſi ita, quand. di. legat. ced. l. mulier in princ. ad Trebell.* Quod videtur contrarium *legi 11. §. ſi cui, hoc tit.* Sed his verbis (non videtur conditio defeciſſe) infer, ſed extitiſſe.

Ad L. IX.

EJus fideicommitti poteſt, qui nondum natus eſt, ſi modo ſucceſſurus ſit ex teſtamento, vel ab inteſtato, *l.1. §. pen. hujus tit.* Qui nondum autem natus eſt, dicitur poſtumus, quia natus eſt poſt mortem pa-

tris, vel teſtamentum : Poſtumorum alii ſunt ſui, & ſuccedunt ab inteſtato jure civili, *l. pen. de leg.* 1. alii alieni, & ſuccedunt jure prætorio. Quatuor autem ſunt gradus poſtumorum ut eorum, qui ſuccedunt ab inteſtato, *l. un. ſi tab. teſtam.* primus, ſuorum; ſecundus, agnatorum; tertius, cognatorum; quartus viri, & uxoris : A quocumque igitur, ſive extet, ſive nondum natus ſit, fideicommittere poſſumus ex quacumque parte edicti ſucceſſorii ſuccedant. Si ergo ab inteſtato pater ejus, quem adoptavit, quique mihi frater eſt, *l. qui in adoptionibus, C. de adopt.* legarit codicillis, codicilli valent, nec rumpuntur agnatione ſui poſtumi; vel ſi legat cognatis iiſdem codicillis, legatum tam ad eos, qui nati ſunt, quam naſcituros pertinebit, & eos, qui deſierunt eſſe cognati, ut deportati, & reſtituti coeperunt eſſe cognati, *l. 1. §. filio, ad Senatuſconſ. Tertyll.* Hi autem cognati non ſunt, qui poſt mortem concepti nati ſunt, & non ſuccedunt. His ergo quibus hoc modo legatum eſt, pro modo legati fideicommitti poteſt. Nec obeſt regula Catoniana, quæ loquitur de fideicommiſſo, vel legato, quod eſſet inutile, ſi ſtatim teſtator deceſſiſſet : quia hoc utile eſt.

Ad L. X.

SUmma hujus legis non bene huic legi accommodata videtur, quæ vult, ſi legatum pluribus ſub conditione relictum ſit, nihilominus uno non adeunte partem legati adeunti deberi, *l. pen. C. de cond. inſert. l. pen. de cond. & demonſtr.* nam legatum in hac lege eſt purum, quod relinquitur ei, qui ex liberis veniret ad funus. Nam certa eſt demonſtratio incerti legatarii, *§. ſub certa, Inſt. de leg. l. ſi fuerit, de rebus dub.* & certa demonſtratio loco eſt perſonæ, ſed finge : nullus ex liberis adiit, an tu conſequeris legatum integrum per jus accreſcendi à Juſtiniano introductum ? Hoc certum eſt, ſecundum jus vetus conſequeris, per vindicationem, quia qui non admittitur ad partem, id eſt, qui ex legatariis deficit, non facit partem : non annumeratur inter perſonas in legato annumeratas, *l. conjunctim, hoc t. l. 12. §. ult. lib. 1. l. ſi ſervo ſub. cond. ff. de ſtatulib.* cum autem olim duobus legatum erat per damnationem, uno non adeunte, alter non admittebatur, *l. 7. lib. 2. l. 16. in princ. l. hujuſmodi, §. ſi Titio, l. plane, §. ſi conjunctim, lib. 1.* ubi, qui non admittitur, facit partem.

Ad L. XI.

FIdeicommiſſum quibuſcumque verbis relinquitur; non legatum, teſtamentum non fit quibuſcumque verbis, nec acceptilatio, fidejuſſio, ſtipulatio, unde dubitatur in *l. qui teſtamento, §. & veteres, qui teſt. fac. poſſ.* an teſtes ignari latini ſermonis poſſint teſtes eſſe in teſtamento. Hincque collige, inſtitutiones, ſubſtitutiones, & quæcumque fiunt directis verbis, id eſt, imperativis, vel, ſi navis, civilibus, ſcribi debere latino ſermone : fideicommiſſa, precariis verbis, *l. quoniam C. de teſtam.* Et verbis civilibus non fit ſubſtitutio impuberi in caſu aditæ hereditatis, *l. verbis civilib. de vulg. ſubſtit.* Ratio cur fideicommiſſum fiat verbis quibuſcumque eſt, quod in his, ut dictum ſæpe eſt, voluntas ſpectetur. Ex his colligere eſt, ſtipulationem eſſe juris civilis, & teſtamenta, cum deportans non habeat teſtamenti factionem, *l. Quoties in fi. de novat.* quod incapax ſit eorum, quæ ſunt juris civilis, *l. ſunt quidam, de pœnis :* capax vero ſit eorum, quæ ſunt juris gentium, *l. 15. de interdict. & relegat.* Theodoſius tamen primus conſtituit græca lingua teſtamentum fieri poſſe, *l. hac conſultiſſima, in fi. C. de teſtam.* & tutelas relinqui, *l. ult. eod. de teſtam.* ut directas libertates, *l. 11. de teſtam. manum.* & legata in Novella Theodoſii *de teſtament.* & cum dixerit hæc fieri poſſe græcis verbis, etiam aliis fieri poſſe colligo ex *l. 1. §. ult. de verb. oblig.* & ſtipulationem, & fidejuſſionem græce verbis, etiam aliis fieri poſſe, *l. blanditus, C. de fidejuſſ. l. græce, eod. ff.* Acceptilationem quoque, quæ eo modo fit ut ſi quid deberetur, beneficio Aquilianæ ſtipulationis tollatur, *l. an inutilis, §. ult. de acceptil.* judices ferre poſſe ſententiam quibuſcunque verbis pro ratione loci conſtitutum eſt, cum ex *l. decreta, de re jud.* ſententia nullis aliis verbis, quam latinis, & edicta prætorum fieri poſſent : quod hodie in Gallia obſervatur : nam ſententia debet Gallicis ferri verbis; alioquin nulla eſt. Et exemplo teſtamenti, neque legati, neque fideicommiſſi petitionem eſſe hac dicam lege : quod etiam videre eſt in *l. 1. §. ſed, & ſi unum, de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* quia ea ſcriptura neque habetur pro teſtamento, neque pro codicillis, *l. ex verbo, de fideic. libertat. l. quoties, fam. erciſc. Paulus lib. 3. ſent.* quod ex verbo, ut commendo, aut alio hujuſmodi, nec ex appellatione liberti colligitur voluntas teſtatoris, *l. 7. C. de teſtam. milit. l. heredit. ſup. de hered. inſtit. l. Thais, §. Lucius Titius, de fideicom. libertat. l. Titia, §. ult. lib. 2.* Et quia ex *l. ſervum filii, §. cum qui, de leg. 1.* ducatur argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus ex exemplo contractuum (quod Gallis, *la minute*) non naſcitur obligatio, *l. 2. de fid. inſtrum.* & ſic commendatio inter vivos nulla, *l. ſi vero non remunerandi, §. cum quidam, mand. l. ult. C. quod cum eo, &c.*

Ad §. Cum eſſet quis rogatus.

LEgatarius partiarius, ſive heres rogatus portionem ſuam hereditatis coheredi reſtituere accepta certa quantitate, poteſt petere eam quantitatem à coherede, offerens dictam partem hereditatis, & hæc verba, accepta certa quantitate, diſpoſitionem inducunt, id eſt, vim fideicommiſſi habent, & jus conditionis poteſtativæ : vel ſi hoc modo dicat : te rogo accipias ab herede centum, & reſtituas meæ hereditatis tuam portionem coheredi. Duo tamen opponuntur : primum *lex in ratione 11. §. tametſi, ad leg. Falcid.* ubi hæc ſpecies facti proponitur : heres rogatus eſt vendere Titio hereditatem, acceptis centum : an à Titio hæc ſumma extorqueri poſſit ? minime, quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe cogere ut Titius emeret : nam id factum eſt cauſa Titii, idque non eſſe loco fideicommiſſi. At in hoc §. legatarius rogatus eſt coheredi reſtituere ſuam portionem, accepta ſimili qua eum oneravit, quod jam eſſet heres, & ſic honoratus commodo, nempe hereditate, oneratur fideicommiſſo. Obſtat ſecundo lex *facta, §. reſcripto, ad Trebellian.* ubi eadem facti ſpecies ponitur : Heres rogatus eſt ſuam partem hereditatis Titio reſtituere, accepta ab eodem certa pecunia, an ea pecunia extorqueri, & peti poſſit à Titio, & ſi Titius dederit eamdem tardius, aut fructum hereditatis perceperit ante datam pecuniam, an uſuras præſtabit ? Etenim cogi non debet, ut eam pecuniam det : & ait lex, nec ob tardius datam pecuniam, & non datam ante ejuſdem portionis perceptum fructum uſuras præſtabit, ſed fructus tantum medii temporis : nec habent hæc verba fideicommiſſi vim, ſed vim adimplendæ conditionis : Ex mortis autem cauſa capione non deducitur Falcidia : ut ſi dicam : heres eſto, ſi Titio decem det; ſi heres decem det, mortis eſt cauſa capio, non legatum, & ex mortis cauſa capione non deducetur Falcidia, *l. ſi quis ſub conditione, ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* uno tamen caſu Falcidia detrahitur ex mortis cauſa capione, *l. pen. C. ad leg. Falcid.* cum mortis cauſa capio Falcidiæ modum excedit, unde falſum eſt, quod plerique dicunt, in Falcidiam ea tantum imputari, quæ jure hereditario capiuntur. In Falcidiam Trebellianicam, Pegaſianam ſive hereditatis imputantur, & quæ jure hereditario, & quæ mortis cauſa capiuntur, cum legata, & fideicommiſſa per omnia exæquata ſint in lege videlicet Falcidia, *l. 1. lib. 1.* ſed non computantur in Falcidiam Trebellianicam, quæ adimplendæ conditionis cauſa capiuntur, *l. filium*

quem,

quem, *C. famil. erciſc.* Atque ideo additum eſt in *l. in quartam*, *ad leg. Falcid. Et quod implendæ conditionis cauſa fideicommiſſum heredi datur in eadem cauſa &c.* Et hoc non legitur in Pandectis Florentin. nullaque eſt differentia inter Falcidiam, quæ ex legatis deduritur, & quæ ex fideirommiſſo hereditatis, quicquid in eo contendant interpretes.

In *§. reſcripto*, ut ad propoſitum revertamur, quæ acripit heres, ut ſuam hereditatis partem reſtituat, adimplendæ conditionis cauſa capit. in hoc §. jure fideicommiſſi, ut in *l. acceptis*, ad *l. Falcid.* Quid ſi rogatus ſit alteri hereditatem reſtituere pecunia certa accepta, non demonſtrata perſona dantis: an iſtam pecuniam jure hereditario capiet, perinde ac ſi rogatus eſſet reſtituere hereditatem, datis centum? Sane id quidem ei imputabitur in Falcidiam. At ſi ab alio extero jubeatur eam pecuniam accipere, ea non imputabitur in Falcidiam; quia mortis cauſa eam capit, niſi teſtator voluerit eam pecuniam hereditatis, vel Falcidiæ loco capi: ut ſi teſtator juſſerit hereditatem vendi, arceptis centum, quæ centum ſunt loco hereditatis, & ſic in Falridiam imputantur: ita in *§. tamenſi*, præſumitur id quoque voluiſſe teſtatorem, ſi ea pecunia, quam juſſit heredem accipere à fideicommiſſario contineat Falcidiam, *l. ſe heres*, *l. acceptis*, *ad leg. Falcid.* Poſtremo, ut legatarius partiarius rogatus reſtituere partem hereditatis poteſt cogere heredem dare pecuniam, oblata parte eadem, ita legatarius idem poteſt cogi, ut reſtituat hereditatem, oblata pecunia, & eſt mutuum fideicommiſſum.

Ad §. Si quis ita ſcripſerit.

FIdeicommiſſi verba ſunt precaria, quæ diriguntur ad eum à quo fideicommiſſum relinquitur: nonnumquam tamen diriguntur ad eum cui fideicommiſſum relinquitur: ut peto contentos ſis hoc fundo, vel tibi ſufficiat hic ſundus: hocque fideicommiſſum utile eſt, quale eſt in *l. peto*, *l. miles*, *in princ. lib. 2. l. rum quis*, *§. nuptura*, *in fine*, *hoc lib.* ubi nuptura duobus filiis, quos ex priore merito habebat, mandat ut 20. quæ doti dabat ſtipularentur à viro: uno ex filiis mortuo, ab alio uxor per epiſtolam petit, ut dimidiam duntaxat dotis partem exigeret, & ea contentus eſſet.

Ad §. Sic fideirommiſſum relictum.

FIdeicommiſſum confertur in voluntatem, aut extranei, aut legatarii, aut heredis: ſi conferatur in voluntatem legatarii, conditionale eſt, & utile; ut Titio, ſi voluerit, decem dato, *l. ſi ita legatum ſit*, *§. 1. lib. 1. l. ſi ita expreſſum*, *de cond. & demonſt.* ſi conferatur in voluntatem extranei omnino, id eſt hac meote, ut totus ponatur in voluntate ejus, non valet, ut ſi voluerit primus, ſecundo volo dari centum, *l. nonnumquam*, *de condit. & demonſt.* Sed ſi ea mens ſit, ut velit dari centum Secundo, ſi Primus velit, præſumitur injicere conditionem voluiſſe legato, & utile erit, *l. 1. lib. 2.* nam conditiones ſermoque conditionalis non efficiunt fideicommiſſum conditionale, ſed voluntas, *l. 2. de his, quæ pœnæ nom.* legatum ergo in aliena voluntate poni poteſt, quia dum confertur in voluntatem extranei, pro conditione accipitur: at ſi conferatur io voluntatem heredis pure, inutile eſt; quia non habetur pro conditionali, ut heres ſi volueris, Titio decem dato, *l. ſenatus*, *§. legatum*, *lib. 1. l. utrum*, *§. rum quidam*, *de verb. dub. l. 7. de rontrah. empt.* Nec verba hæc; ſi volueris, important conditionem; ſed voluntas tantum efficit conditionem, ut dictum eſt *d. l. 2. de his, quæ pœnæ &c. l. in conditionib. de rond. & demonſtr.* In libertate tamen hoc ſingulare eſt, ut ſi appareat teſtatorem voluiſſe libertatis fideicommiſſum omnino in voluntate heredis ponere valeat, ſi voluerit heres, *l. 46. in princ. de fideicommiſſ. libert. l. ſenatus 43. §. ult.* de *leg.* 1. ubi ab hoſtibus redempto legari poteſt, & ei proficiet

A legatum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit, qui redemit.

Tres ponuntur caſus, quibus in heredis voluntatem confertur fideicommiſſum, quorum primus eſt, ſi hoc modo fideicommiſſum teſtator relinquat; Titio decem dari volo, niſi heres meus voluerit, vel niſi noluerit, id eſt, ſi voluerit: nam tunc conditionale legatum eſt, & niſi, conditionem facit, *l. 2. de in diem addict. l. obligationum*, *§. conditio*, *de oblig. & act.* Et tenetur fideicommiſſarius heres, ſi ante deceſſerit, quam velle, aut nolle ſe dixerit, ſufficitque eum ſemel noluiſſe: non poteſt enim mutare voluntatem. Secundus caſus eſt, quo teſtator decem dari voluit, cum voluerit heres meus: nam (cum) conditionem farit, *l. qui promiſit*, *de cond. indeb. l. quodcumque*, *§. ult. de verb. oblig.* Et uſque ad B extremum vitæ ſpiritum poteſt variare: quæcumque enim datio habet tractum temporis, in ea ultima obſervatur voluntas, *l. filii*, *ad ſenatuſc. Tertill.* Atque ideo ſi dum deliberat, moriatur heres, deficit conditio, nec legatum debetur, *l. centeſim. §. ult. de verb. oblig.* Quemadmodum etiam ſi ante heredem fideicommiſſarius moriatur: nam fideicommiſſa, vel conditionalia legata non transferuntur ad heredem, ſi pendente conditione, fideicommiſſarius decedat. Tertius caſus eſt, quo fideicommiſſum in heredis voluntate poſitum eſt, ut ſi voluntatem meam probaveris, ſi dignum putaveris, ſi æſtimaveris, ſi utile tibi viſum fuerit, ſi te meruerir, decem dato, quia in boni viri arbitrio poſitum eſt legatum, *l. 46. de fideicom. libert. l. ſi ſic legatum*, *lib. 1.* Quotieſcumque autem de meritis quæ-C ritur, bene meritis cenſetur, qui non eſt male meritus, *l. ſervos*, *de manum. teſtam. l. cum pater*, *§. rogo*, *lib. 2.* Et legata hoc modo relicta ſunt conditionalia, *l. 7. de contrah. empt.* ubi arbitrium boni viri pro conditione accipitur; hocque apparet ex conſequentia verborum hujus legis. Quod ſi heres pendente conditione deceſſerit, heres heredis fideicommiſſario tenetur; ſecus ſi ante fideicommiſſarius deceſſerit, non enim ad heredem fideicommiſſum tranſmittit. Sed ſi in heredis voluntatem, ut in boni viri arbitrium collatum ſit, eo prius mortuo idem non erit, & fideicommiſſum omnino debebitur. Huic §. duo obſtant; primum *lex 1. lib. 2.* hoc enim modo relictum, pure cenſetur relictum, ſed aut ſubſtantia, aut qualitas legati confertur in arbitrium boni viri. Subſtantia legati hoc modo: ſi arbitratus fueD ris, conditionale eſt, ſi quantitas, purum. Et in *d. lege 1. lib. 2.* legavit pupillo alimenta, vel pupillæ dotem, nec quantitatem dixit, quæ collata in arbitrium boni viri, æſtimabitur ex dignitate, ex facultatibus, & ex numero liberorum teſtatoris, *l. ſi filiæ*, *hoc lib. l. 10. §. ult. de aliment. leg.* Contra in *l. quod ſæpe*, *§. 1. de rontr. empt.* hæc verba: Emptus ſit ſundus Titio, quanti voluerit, videntur inutiliter in ejus arbitrium conferri; quia venditoris eſt facere pretium, non emptoris; Et non definiente Titio pretium, erit imperfecta emptio: ſi in arbitrin ejus tanquam boni viri poſita ſit, etiam eo non definiente, valebit emptio, *l. ult. C. de rontrah. empt.* Quod ſi pretium in extranei voluntatem conferatur, valet emptio.

E *Ad §. Hæc verba.*

IN hoc §. fideicommiſſum ita relinqui poſſe dicit: Rogo, ut prædia, quæ ad te pervenerint, pro tua diligentia diligas, & eorum curam habeas, ut poſſint ad nepotes pervenire: licet conſilium magis videatur, quam neceſſitas relinquendi. Ex quo conſilio non oritur obligatio, *l. generaliter*, *§. ſi petitum*, de *fideicommiſſ. libertat. l. cum Pater*, *§. mando*, *de legat. 2. l. Julianus*, *§. 1. hoc tit.* Quod etiam obtinet in obligationibus, quæ ex contractu naſcuntur: nam ex conſilio non naſcitur obligatio, *l. 2. §. pen. mand. l. conſilii*, *de regul. jur.* Secus in his obligatinnibus, quæ naſcuntur ex maleficio, quæ poſſunt naſci ex conſilio, ut actio ſervi

corrupti, noxalis actio, *l. ult. ff. de noxal. action. l. idemque, §. ſi quis, mand.* ut ergo de ſua pecunia tutelave teſtator legaſſit, ita jus eſto, id eſt obligatio, non quod conſilii cauſa ſcripſit: Tamen in hoc §. licet verba conſilii videantur, inducitur fideicommiſſum ex interpretatione, *l. Pamphilo, in princ. h. tit. l. unum ex familia, §. ult. lib.* 2. nam hoc modo videtur relictum ſub conditione, cum ſui juris erunt, cum filiofam. & ſervo heredis poſſit ſub conditione legari, *§. an ſervo, Inſt. de leg.* dies autem incertus pro conditione eſt, *l. dies, de condit. & demonſtr.* Et dies ille non ante cedit, quam ſit ſui juris, ideoque in *l. in ratione 2. §. pen. ad leg. Falcid.* dicitur in rationem legis Falcidiæ non computari legata heredi, & ſervo heredis pure relicta. Dein ſubjungit: Alia cauſa eſt eorum, quæ relinquuntur in diem certum. Quod manifeſte eſt falſum, & legendum: *in diem incertum*: quia eorum dies cedunt inutiliter, & obſtaret regula Catoniana, ut ſubjecta ratio declarat; valet igitur fideicommiſſum in quo habere, pervenire, relinquere, ſunt verba, quibus poſt mortem quid ad alium devolvi ſignificatur. Quod ſi contingat, nepotes emancipatione fieri ſui juris, legatum debetur, *l. ſi ita eſſet, quan. di. leg. l. mulier, in princ. ad Trebell.* ubi verba pervenire, habere ſpectant ad futurum tempus, de quo *l. nomen, de verb. ſignif.* quæ lex pertinet ad legatum: nam legatum poſtumis, videtur, & filiabus relictum, *l. qui filiabus, de legat.* 1.

Ad §. Si rem ſuam.

AN ſi qui rem legavit, vel fideicommiſit, eundem alienavit, adimatur legatum: legatum enim nuda voluntate adimitur, *l. 3. §. ult. de adim. leg.* vetus diſtinctio, quæ eſt in *l. rem legatam, de adim. leg. l. ſcribit, §. pen. & ult. de auro & arg. leg.* adhibenda eſt: Aut enim teſtator rem ſuam alienavit neceſſitate ductus, aut mera voluntate: ſi neceſſitate, non videtur ademiſſe, & heredis probare eſt contrariam ſententiam teſtatoris, *l. eum qui, 22. de probat. l. Lucius, lib.* 2. ſi mera voluntate, adimitur, *l. cum ſervus, de adim. leg.* & tunc contrarium probare eſt legatarii. Ubi enim ex una parte facit præſumptio, ex alia incumbit probatio, *l. generalis, §. ſi petitum, de fideicomm. libert. l. ult. in princ. quod met. cauſ.* Quid ſi legatum poſtea ſit donatum? non debetur legatum; licet donatio ſit inutilis, *l. legatum ſub conditione, §. ult. de adim. leg.* Quid ſi nomen legarit, idque poſtea exegerit, an diſtinctione ſupradicta utendum ſit videamus: nomen autem, qui legat, legat jus, *l. ſervum, §. eum qui, l. ſi ſic legatum, §. 1. l. leg. ita erat, lib.* 1. Et non videtur admittenda eadem diſtinctio: nam exactio pecuniæ perimit nomen, venditio rei non perimit rem. Si tamen pecunia exacta extet tempore mortis, quia eam habuit in depoſito, cum mortuus eſt, id eſt in ſepoſito (non enim hoc verbum depoſito accipitur pro contracto depoſiti, ut in *l. Lucius, §. 1. ad Trebell.*) veluti ſi quis legato nomine ſibi ſolvi non petiit, ſed ultro debitor obtulit pecuniam, legati petitionem ſupereſſe dicimus. Quid ergo ſi ex pecunia exacta fundum comparavit? Et heic quoque petitionem ſupereſſe admittemus.

Ad §. Si quis illicite.

EX Senatuſconſulto quodam, cujus ſæpe fit mentio in legibus, legari & fideicommitti non poſſunt quæ ædibus, & ædificiis ita juncta ſunt, ut non poſſint ex iis avelli, quin ædes deſtruantur, *l. cætera, l. Senatus, l. filiusfam. §. ædes, lib.* 1. nec ſunt in commercio: at ruta cæſa (Gallice, *tout ce qui tient à fer, & à clou*) legari poſſunt, *l. nutu, §. ult. hujus tit.* Oſtia enim, cancelli poſſunt legari; ſi ergo illicite domus ſit ædificata, id eſt, ſi in ea cauſa ſit, ut dirui debeat, partes ejus legari poſſunt: nam illicite ædificatæ diruuntur, *l. ult. ne quis in loco publ. l. 9. & 10. de ædific. privat. C.* Et traditur conſtitutio Trajani apud Sextum Aurelium Victorem, ne altitudo ædium ſuperet ſexaginta pedum altitudinem.

Ad §. Si heres.

ROgavi heredem ut pecuniam tibi crederet, qua indigebas ſub levioribus uſuris, valet fideicommiſſum: nam pacto, & ſtipulatione poteſt cogi heres ut credat pecuniam, nec ſemper mutuum eſt voluntarium, *l. ſi pœnam, de verb. oblig. l. ſi pecuniam, ſup. de rebus cred.* Et hoc fideicommiſſum utile eſt totum, ut ait *l. ſi ſervus 108. §. ult. lib.* 1. & in Falcidiam totum computatur, *l. 5. ad l. Falcid.* & de interuſurio, id eſt commodo totius ſummæ detrahitur Falcidia. Nec poteſt heres exigere idoneam ab eo cui vult credere, ſed nudam cautionem, id eſt, repromiſſionem, quia in teſtamentis plene interpretanda eſt teſtatoris voluntas, *l. in teſtamentis, de reg. juris, l. pen. §. ult. hujus tit. l. plenum, §. ſed etſi pecoris, de uſu & habit.* Et falluntur quidam, qui dicunt, in teſtamentis plenius nos interpretari defunctorum voluntatem, quam in contractibus, cum contrahentis nonnunquam plena intelligatur voluntas, *l. 111. de verb. oblig.* Servus eſt incapax militiæ, *l. ab omni, de re milit.* militia alia eſt armata, cujus tria genera ſunt, ſacramentum, evocatio, conjuratio: alia Palatina: militia eſt teſſera qua conſtituuntur panes certo numero, & poteſt dici præbenda. Item primipilares, Gallice, *vivandiers pour la guerre*. Item adjutores Quæſturæ, id eſt cancellarii: militia autem poteſt vendi, pignerari, & legari, *l. ult. C. de pignor. l. omnimodo, §. ult. C. de inoff. teſtam. l. 5. C. qui milit. poſſ. vel non, Novella 97. c. 3. l. mortuo, §. 1. lib. 2. l. pen. §. pen. & ult. hujus tit.* Quæritur an legata militia ſervo valeat, dominoque acquiratur? ſi filiofam. non acquiritur patri, quia cohæret perſonæ, *l. 3. §. ſi quid minori, de minor.* Si ſervo, aut legavit ſciens eum ſervum, & debetur ejus æſtimatio, & acquiretur domino, *d. l. mortuo*: ſin ignorans eum ſervum, nullum eſt; quemadmodum ſi quis rem alienam ignorans legaverit. Eadem definitio eſt in *l. filiusfam. §. ſi quid, lib.* 1. nam cum per fideicommiſſum aliquid relinquitur, & præſtari non poteſt, ne dicat, æſtimationem eſſe præſtandam: fallit tamen hæc regula, ſi quid legetur incapaci. *l. mortuo, §. Labeo, lib.* 2. ſed ſi quis dicat, juncta ædibus legata non valere, nec æſtimationem præſtari: dicendum eſt, Senatuſconſultum præſtari noluiſſe ex *l. nutu, de leg. 2. l. cætera, §. ſi duobus l. Senatus, in princ. lib.* 1. Sed in legato, ſi ſciens legat magis videtur legata quantitas, quam corpus, & ſic legatum non fuit incapaci: fallit ſi legentur quæ ſunt extra commercium: nam eorum non debetur æſtimatio, *l. cum ſervis, alias, idem Julianus, §. ult. lib.* 1. ubi ſi res ſacræ, publicæ, aut Imperatoris legentur, legatum non valet, nec debetur æſtimatio, *l. liber homo, de verb. oblig.*

Ad §. Si quis decem.

HUjus §. ſpecies hæc eſt. Quidam Titio decem legavit, & mox adjecit: ſi eadem decem Titius perderet, tantumdem rurſus ei præſtari velle, fideicommiſſum valet, ut tantumdem debeatur: ſed accipiendo prius fideicommiſſum ab herede, fideicommiſſarius an cavere debet, ſe non perditurum? Et definitur, non debere cavere de priori fideicommiſſo non perdendo. Et quæritur poſtea, an ſi ſæpius perdiderit, debeat tandumdem præſtare ſæpius? In quo animadvertendum eſt rurſus eſſe ambiguum, ut & iterum pro πάλιν in *l. 7. §. ult.* ſupra de edendo: nam homonymum eſt & ambiguum, quod pluribus modis capi poteſt, *l. 29. de ſolut.* & iterum, ut hic rurſus aliquando pro ἐναντίον capi, *l. ult. §. ult. de reb. auctor. judic. ſup.* In ambiguo autem ſemper pro herede interpretatio fit: Et ſic teſtator non præſumitur heredem onerare voluiſſe infinitate fideicommiſſorum, *l. plane, §. ſed ſi*

nan u

Digitized by Google

non corpus, *lib.* 1. Ubi ſi idem corpus, eademque quantitas ſæpius legetur, debetur tantum ſemel, niſi evidenter aliam teſtatoris voluntatem probet legatarius. Et ſic in hoc §. ſemel ait fideicommiſſum amiſſum præſtari debere. Quæ conſtitutio eſt Divi Pii in *l.* 1. *§. ſi cui, inf. ut leg. nom. cau.* qui locus cum hoc §. eſt conjungendus.

Opponitur huic §. *lex* 3. *in princ. quib. mod. uſusfr. amitt.* & *l. ſi ita ſtipulatus à Sejo, de fidejuſſ. inf.* Ubi quidam legavit hoc modo: lego Titio uſumfructum; Et quotieſcumque ei auferetur, eundem ei præſtari volo, ſed generalia ſunt iſta vocabula, *quotieſcumque, vel, quotienſque, quoties, quandocumque*; Ideoque ſæpius amiſſus uſusfructus debetur, *l. in ſingulos, de adim. legat.*

Ad hæc quæritur, an ab herede cautio ſit præſtanda in caſum amiſſi prioris fideicommiſſi, quia ſecundum eſt ſub conditione: nam cautio, ut dicitur vulgaris in *l. filiusfam. §. idem, lib.* 1. præſtanda eſt ab heredibus, cum legatum, quid eſt in diem, vel ſub conditione. In diem, cum quid pure legatum eſt, ut ſi de eo litigare velit: videtur ergo de hoc ſecundo fideicommiſſo heredem cavere oportere. Et reſpondetur in dicto *§. ſi cui l.* 1. *ut leg. nom. cau.* non præſtandam eſſe cautionem, & neutrum alteri cavere. Ex quo videre eſt, cautionem legatorum, & fideicommiſſorum ab herede exigi, ſi conditio ſit caſualis; non autem ſi fuerit poteſtativa, id eſt ſi fuerit in poteſtate legatarii, vel fideicommiſſarii; quia fruſtra, quis ad cautionem cogit eum, quem ſtatim cogere poteſt ad legati præſtationem, vel fideicommiſſi, impleta à ſeipſo conditione.

Ad §. Item ſi quis certam.

HUjus, §. ſententia hæc eſt: Titio decem legat quis, deinde adjicit eadem decem compenſari cum eo, quod Titius debet, quia heres eſt Caii, qui decem debebat. Sane priorem ſcripturam correxit, ut corrigere non prohibetur, *l. nihil prohibet, de adim. legat. l.* 21. *de manum. teſtam. inf. l.* 47. *ſup. de hered. inſtit.* Itaque ſi compenſationi non ſit locus, ut puta, quia hereditatem Titius repudiavit: legatum non debetur, cum hoc modo ſolam debiti liberationem legarit. Et petens Titius decem legata, exceptione doli mali repellitur, *l. apud, §. propterea, de doli mali except. inf.* nam teſtator tantum debitum remitti voluit; quod ſi nullum ſit, nihil etiam ſit in fideicommiſſo. Atque ideo legatum non valet, non ſecus ac ſi legem hoc modo: Titio decem, quæ mihi debebat, do lego: nam ſi nihil debeat, nullum eſt legatum, & ſic activa obligatio tibi legata, hoc eſt, qua agere poteram contra te, ſi mihi debuiſſes, nulla eſt, ſi nihil ſit in ea: Secus tamen ſi legetur paſſiva obligatio, hoc eſt, qua quis in me agere poteſt, hoc modo: decem quæ tibi debeo, do lego: licet enim eadem decem non tibi debeam, ſane tibi non videor debitum legaſſe, cum nullum ſit, ſed decem, cum etiam falſa demonſtratio legatum, & fideicommiſſum non vitiet, *§. huic proxima eſt, Inſt. de legat.*

Ad §. Plerunque evenit.

CUI honor defertur legati, ejuſdem eidem petitio competit: ſed fit interdum, ut ejuſdem commodum plures ſpectet, licet uni tantum ſit legatum: ut ſi plures ſint rei debendi, quorum conditio eſt, ut ſinguli in ſolidum debeant, & exactione unius, & acceptilatione ſolvitur obligatio, *l.* 2. *§. ult.* & *l.* 3. *de duobus reis, inf.* ſed ſi plures ſint rei debendi, & uni debitum legatum ſit, cui ſolum honorem teſtator haberi voluit, multum intereſt ſi ſocii ſint rei debendi, vel non: ſi ſocii ſint, per acceptilationem, ſicut & cæteri: ſin minus, pacto liberandus eſt, & cæteri non liberantur, *l.* 3. *§. nunc de effectu, de liber. leg. l. idem, ſup. de pact. l. eandem, §.* 2. *de duob. reis*. Et omnibus correis non competit petitio legati, niſi factum ſit contemplatione ejus, *l.* 3. *§. conſequenter, de lib. leg.* verum legatum multiplex videtur: ſi plures ſint res legatæ, & plura videntur legata, *l. quod dicitur. de verbor. obligat. l.* 2. *lib.* 1.

Hujus §. melior poteſt eſſe hic ſenſus: Plerumque evenit, ut multorum interſit, quod relinquitur uni, & ei tantum petitio competit: & interdum multorum intereſt, quod uni tantum competit, & ei tantum petitio non competit, ſed omnibus, ſi modo iis teſtator proſpectum voluit; & ſic legendum: quamvis uni legatum ſit, ut ei ſolveret uni: ut decem homines ſtipulati ſunt à Titio extraneo certam ſummam dari: Titius ſingulis debet in ſolidum, & ante quam ſolverit, eo modo liberatur, ſi modo teſtator heredem rogavit, ut debitum ſolveret Titii, & ita proſpiceret omnibus; Et ſic omnibus dabitur petitio legati, quia eorum interſit, *l. non ſolum, §. ſed ſi duobus, de lib. legat. l. ſi cui §. ult. l. ſervo legato, §. ſi teſtator, lib.* 1. Et intereſt cujuſque in ſolidum, & in ſolidum petet; ſed non ſolidum ferent, *l. ſi unus ex argentariis, de pact.*

Ad §. Interdum.

LEgati petitio ejus eſt cujus intereſt: nam ſi juſſi legatarium ſolvere debitum creditori, nullum eſt legatum, reſpectu creditoris: ſed mei heredis quidem cujus erit petitio, *l. ſi cui, §. ult. de legat.* 1. *l. ſi fidejuſſor, eod.* Quod ſi fidejuſſor rogat legatarium ſolvere debitum, idem eſt, & competit actio principali debitori, *l. ſervo legato, §. ſi teſtator, de leg.* 1. ſicque publicani contemplatione, qui inviſi ſunt, *l. Quantæ, de public.* legatum factum eſt, & non competit ei legatum, *l.* 4. *de liber. leg.* Et Accurſ. in hoc §. legatarium non eſſe publicanum, ſed nudum miniſtrum, *arg. leg. ſi quis Titio decem, de leg.* 1 1. *contra leg. Titio centum* 1. *§. Titio genero, de cond. & demonſt. l. tale, de jure dot.* cui adverſatur *§. ſi teſtator. l. ſervo, de leg.* 1. ſed diſtinguendum eſt: nam ſi filiæ gratia dotem non debitam promiſit, aut heredem dare juſſit defunctus, aut teſtator, dos utriuſque eſt, & utrique actio competit in *l. Titio.* & *l. ſi tale*: ſin vero, quam debuit, promiſit, filiæ eſt, & eidem actio competit, licet genero promiſſa ſit.

Ad §. Penult.

LEgatorum alia ſunt dividua, alia individua: legata dividua ab omnibus heredibus relicta debentur pro parte, & portione hereditaria, *l.* 1. *§. qui minorem, ut legator. nomi. cau.* nonnumquam pro æquali, & virili parte, *l. ſi heredes nominatim, lib.* 1. hocque ita verum eſt ſi legata diviſionem recipiant, ut ſi centum dare heredes juſſero. Alias legatum magis debetur pro parte hereditaria, vel æquali, ſi ſit individuum, *l. ſi is, qui quadraginta, §. pen. ad leg. Falcid.* nam ſi heredes juſſero civitati balneum, theatrum, aut quid ſimile in honorem ejuſdem facere, unuſquiſque heredum tenetur in ſolidum: idem ſi juſſi ſunt ſtatuam facere, vel viam, aut iter præſtare, *l. ult. de ſervit. leg.* Item ſi legavero partem uſus rei, ut navis, *l. uſus pars, de uſu, & habitat. ſup.* verum heres ille, qui ſolidam præſtiterit, judicio familiæ erciſcundæ ſumptum pro parte coheredis conſequetur. Item ſi pro via legata unus heredum legatario præſtiterit volenti æſtimationem in ſolidum, *l. heredes, §. an ea ſtipulatio, fam. erciſc. ſup.* Item ſi teſtator rem individuam dare ſtipuletur, ſinguli heredes promiſſoris tenentur in ſolidum, *l.* 2. *§. ex his, de verb. oblig.* heres autem ſumptum facturus experiri debet actione familiæ erciſcundæ, ut caveant ei coheredes de ſumptu eorum nomine faciendo. Obſtat *l. mortuo, §. ult. lib.* 1 1. ubi ſi teſtator opus fieri, aut munus, ſive venationem dari juſſerit, quilibet heredum tenetur pro portione hereditaria: ſed hoc ita intelligendum, ut familiæ erciſcundæ judicio, vel actione ex teſtamento, uni legatariorum volenti æſtimationem præſtet in ſolidum, vel ſi opus fecit, repe-

tet

tet à coheredibus expenſas pro eorum parte factas. In A fine hujus legis quæri ſolet, an juſſus opus facere, præciſe cogatur ad faciendum, vel dandum, & an liberetur data æſtimatione? Et Bart. & multi eum liberari data æſtimatione, dicunt, moti *l. 1. de act. empti l. ſtipulationes non dividuntur, de verb. obligat. l. 4. C. de action. empt.* Sed volenti quidem, non autem invito pro ſe datur æſtimatio: moventur & *l. ſi quis ab alio, §. ult. de re judic.* ubi quis promiſit prohibere ſe ne ſtipulator damnum aliquod patiatur, & damnum paſſus eſt: certe ſtipulator aget in id, quod intereſt, ut in omnibus faciendi obligationibus, ſed intellige de his, quæ ſunt exemplo propoſito ſimilibus: nam cum res in facto conſiſtit, & adhuc in integro eſt, ſtricte cogi poteſt, ut res tradatur, alias non, ut *d. l. 4. de act. emp.* veluti ſi venditam ancillam mihi non traditam manumiſit, B quia res non eſt in integro, certe agam in id, quod intereſt, vel cum certo die rem tradere promiſit, nec tradidit, *l. 10. & 11. C. de act. emp. d. l. ſi quis ab alio.* Alia lectio eſt in pandectis Florentin. ſed vulgaris melior, quam confirmant Baſilica. Verum Martini contra exiſtimantis vera opinio eſt, ut cogi ſtricte poſſit ad rem præſtandam: nam eodem jure utar in te, quo tu in me. At civitas ex *l. Imperatores, in princip. de pollicit.* non poteſt cogere heredem ut tradat æſtimationem rei legatæ: Ergo non potes cogere civitatem ut pro re capiat æſtimationem. Quæ ſententia confirmatur hoc §. Cui Barto. reſpondet, electam eſſe perſonam à teſtatore per quam quid fieri voluit. Sed hoc commentitium eſt, & opinio Martini vera eſt in venditionibus, ut venditor rem præciſe dare cogatur, *§. 1. de donat.* C *in Inſtit.* Paulus Sententiarum libro 1. *tit.* 13. *l. ſi domus, §. qui confitetur, cum l. leg. lib. 2.* Idem in inveſtituris: nam ſi dominus fecit inveſtituram, & nondum tradidit feudum, cogitur præciſe eum tradere, *lib. 4. Feudor. tit. 15. lib. 2. ſen. tit. 7.* In ſtipulationibus quoque præciſe cogitur dare, vel facere, ita ut interdum quis rem, & ex mora æſtimationem dare cogatur, *l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, de act. empt.* Et ſtultitia eſt eum damnare in æſtimationem, qui rem dare poteſt, *l. ult. C. de fideic. libertat.*

Ad L. XII.

QUæ per fideicommiſſum relinqui non poſſunt, ea per damnationem legari poſſunt: quod legatum D optimum eſt, quod quæ aliis legati generibus relinqui nequeunt, hoc relinqui poſſunt, hoc modo, damnas heres eſto ut emat fundum Titii: vel, rogo eum ut certo pretio ei vendat, domum reficiat, ære alieno eum liberet, *§. ſed & tale, de leg. Inſtit.* Eoque modo damnari poteſt, vel rogari, ut quem artificium doceat quo ſe tueri poſſit, nec propter incertum rei, ſcilicet artificii, vitiatur, cum incertæ rei legatum vitietur, Paulus 3. Sentent. *tit. de legat. l. cum poſt §. gener. de jure dot.* Nulla quoque eſt incertæ rei ſtipulatio. Quod utique verum eſt, ſi nullum fundum habuerit teſtator. Quod ſi ſint ei fundi, legatum valet, licet nullus ſit demonſtratus, *l. ſi domus lib. 1. l. Seja, de auro, & arg. leg. l. ubi autem non apparet, l. ita ſtipulatus, de verb. oblig.* In homine non eadem diſtinctione utimur: nam E etiamſi nullus ſit homo in teſtatoris bonis, valet legatum, quia hominis certus eſt finis: atqui omne legatum, omniſque ſtipulatio, quæ ad viliſſimum quid reduci poteſt, inutilis eſt. At in hoc legato hæc verba: unde ſe tueri poſſit, certum artificium demonſtrant: & arbiter ſive prætor fideicommiſſarius deſignabit artificium; nam dabantur arbitri ad cognoſcendum de reſtituendis, id eſt dandis fideicommiſſis, *l. pen. de conf. inf. l. ſi quando, §. ult. lib. 1.* multum autem intereſt an operis, aut ſumptibus ſuis ſervus id debeat facere, *l. un. §. ſin autem, C. de cad. toll.* Deſignat autem id artificium prætor ex ætate, conditione, perſona, ſtatu fideicommiſſarii, *ut l. 5. §. 1. de his quæ ut indign.* A Ex ingenio, quod eſt vis; utriuſque naturæ, *l. inter artifices, de ſolut.* Pegaſus tamen putabat propter incertitudinem legatum inutile eſſe, *l. pen. de aliment. leg.* legata alimenta ſimpliciter, & non adiecta quantitate valent, tamen & præſtantur quandoque ex conſuetudine, ut ſi vivus teſtator centum dare ſolitus eſſet; deinde ſpectatur quid cæteris ejuſdem ordinis hominibus reliquerit, & ex eo certus modus conſtituetur, vel ex qualitate, & dignitate fideicommiſſarii, *l. ſi cui, de annuis legat.* & ex facultatibus defuncti, *d. l. penult.* cum *d.* tamen *l. pen.* pugnare videtur *l. cum unus, §. ult. eod. tit. de alim leg.* Finge: Pater filiæ exheredatæ ea ratione forte, quod dotem ſolam nubenti ei dari voluit, ut in *l. qui volebat, de hered. inſtit.* adjecit, ut alimenta præſtarentur non adjecta quantitate, ſed arbitrio boni viri. B Et Papinianus ea pro modo dotis legatæ deberi ait, & pro incremento ætatis, ut in *l. alimenta, §. Baſilicæ, eod. tit.* nec alimenta præſtantur pro modo patrimonii, quæ res eſt conſideranda: nam dotem ſolam legavit, & interim dum virgo eſſet, alimenta. Atque ideo videtur ex uſuris dotis alimenta præſtari voluiſſe; at relinquendo hoc modo alimenta, & artificium, non favore alimentorum, ut ait Accurſ. ſed natura rei valet legatum, quæ rem certam demonſtrat. Eadem ratio eſt in *l. quidam, lib. 2.* ubi legavit quis ut heres tantum præſtaret, quantum opus eſſet ad viam reficiendam, vel ut verbis legis utar, in tutelam viæ reſtaurandæ. Eadem ratio dotis à patre promiſſæ ſimpliciter, *l. cum poſt, §. gener, de jure dot.* nam dotis modus pro facultate patrimonii, & dignitate mariti, à judice conſtituetur. C Adverſari tamen videtur *lex 1. C. de dot. promiſſ.* Inter ſolutiones, quæ adferuntur, ſolutio Accurſii verior eſt, ut in *l. cum poſt.* pater promiſerit dotem filiæ nomine: officium autem patris eſt dotare filiam: ejus officii modus certus eſt ex ipſius facultatibus, & adjunctis reliquis; non autem ita conſtat ſi extraneus aut mulier ita promiſit, ſcilicet ſimpliciter, cum non ſit eorum dotare filiam. Atque ideo ſoluti erunt, ſi minimum terræ dotis promiſſæ nomine dederunt, quod ridiculum eſt. Hanc ſententiam Græci Interpretes ſequuntur, & recentiores, inter quos Joannes Boſqueus, & Duarenus, ni fallor.

Ad L. XIII.

SI Sejo ita legatum ſit: hoc amplius decem dato: D hoc legatum erit per damnationem; & ab initio faciunt partes Titius, & Sejus, ſicut cum duobus conjunctim legatur: Cum quid vero relinquitur per vindicationem, totum conſequitur ab initio, ſed concurſu partes faciunt. Obſtat *l. ſi ſervus legatus, §. ſi ita ſcriptum, lib. 1.* cujus facti ſpecies hæc eſt: *Titio fundum dato, amplius quam Titio legavi, Sejo decem dato*; fundus integer eſt Titii; & Sejo nihil debetur ultra decem: ſed non videtur adverſari, quod videatur in hac lege Titii perſona repetita. At ſubiicit in d. §. idem eſſe ſi ſic legetur: *Lucio Titio tot, & hoc amplius, uxori & liberis ejus tot:* & hoc modo legatarios negat eſſe conjunctos; & ſic poſteriori legato non adglutinatur prius; ut in hac lege, in qua dictio *Amplius* homonymiam in ſe continere videtur; & ita fit ut cum utrumque E legatum ſit per damnationem, & ſcriptura conveniant, convenire oportere propoſitiones dicendum ſit. Hoc diſcrimen ſi adduceretur, quod (*Amplius*) in *ſup. l.* inter nomen legatarii ſecundo, & ſecundum legatum inſeritur in *d. §. in princip.* quod deſignat varia eſſe legata, & diſtincta: facile ſubverteretur per *l. ſi pure hoc tit.* in qua lege, *Lucius Titius quina millia plebi dedit, hoc amplius viſcerationem, & Titius accepit quinque, Sejus* hoc amplius fundum: & idem tribuitur ſecundo, quod primo. Solutio igitur hujus legis hæc eſſe videtur, ſpectandam eſſe legatariorum qualitatem, & conjunctam ſcripturam: nam videtur teſtator ſeparatim adſcripſiſſe partes, & ſeparatim, ut omnes

nes

Digitized by Google

nes in priori legato videntur conjuncti : in extraneo A ſecus.

Ad L. XIV.

CONditionis adſcriptæ in teſtamentis nonnumquam auctoritate judicis remittuntur, ut conditiones turpes, & contra bonos mores, *l. non dubitamus, de condit. & demonſtr. l. 9. de condit. inſtit.* conditio quoque impoſſibilis remittitur, *l. facta, §. ſi ſub conditione, ff. ad Trebell.* conditiones item deriſoriæ, contraque edicta Imperatorum, *l. conditiones 14. de condit. inſtit. l. Sejus, ad leg. Falcid.* in qua Sejus, & Agerius ſi intra diem trigeſimum mortis meæ reip. noſtræ caverint contentos ſe futuros tot aureis legis Falcidiæ beneficio omiſſo, heredes ſcripti ſunt, ſecus exheredes facti. Perinde igitur B eſt ac ſi conditio, quæ in fraudem legis Falcidiæ adſcripta eſt, adſcripta non eſſet : Item conditiones, quæ ſunt utilitati publicæ contrariæ, *l. Imperatorer 13. ff. de pollicitat.* in qua conditiones in donationibus factis reip. ratæ non ſunt niſi utilitatis publicæ interſit. Conditio jurisjurandi remittitur, ut heres eſto, ſi juraveris te facturum, aut daturum aliquid, *l. 8. §. 1. de condit. inſtit.* Opponitur *l. 12. de man. teſtam.* in qua relicta libertas ſub conditione jurisjurandi, non remittitur. Ratin legis hæc eſt, quia ſi remiſeris conditionem hanc, impedies libertatem, quam conſequi non poteſt ſine ea. At hereditatem, & legatum, & fideicommiſſum recte conſequeris ſine juramento, utili prætoria actione, *l. facta, §. ſi dandæ, ad Trebell.* libertatem autem hoc modo non poſſum conſequi : atque ob id in *d. l. non dubitamus, ait, plerumque* : contra, non remittitur jusjurandum, *l. municipib. 97. de condit. & demonſtr. l. Antiſtius, de acquir. hered.* ſed ſimplex, & nuda conditio jurisjurandi non C remittitur, ut ſi ita dixit : ſi juraveris te iturum Romam, heres eſto : nam quia potes ſatisfacere voluntati heredis eundo Romam, teneris jurare, *l. hæc ſcriptura, de cond. & demonſtr. l. 8. §. Quoties, de condit. inſtit.* ut do tibi lego, ſi juraveris : hæc eſt ſimplex conditin, & idem eſt ac ſi dicerem : ſi tibi cordi eſt legatum, do lego, alioquin recederet à voluntate teſtantis ſi remiſſo jurejurando hujuſmodi, heres eſſet : conditio divortii remittitur, *l. 5. C. de inſtit. & ſubſtitut. l. 8. de uſu, & habit.* ubi inſtituta heres à matre ſub conditione, ſi diverterit à viro, nihilominus remiſſa conditione heres erit. Conditio viduitatis remittitur lege Julia, ut lego D uxori, ſi non nupſerit; nam remittitur ſi nupſerit intra annum ex Conſtitutione Juſtiniani, *l. 2. & 3. C. de ind. viduit. toll.* ſi nupſerit poſt annum, ex *Novella de nuptiis*, numquam remittitur. De hac conſtitutione Juſtiniani eſt lex iſta : nam fideicommiſſum, ſi nubat non valet, *l. quoties, de condit. & demonſtr.* At ſub eadem conditione relictum, ſub qua, & legatum, ut in hac lege, valet : nam fruſtra lege Julia remitteretur conditio viduitatis, ſi contractis nuptiis amitteret legatum, & cogeretur præſtare fideicommiſſum. Ergo ſi legavi ſub conditione viduitatis, & rogavi eam pure, ut alteri reſtitueret, vel ſub conditione eadem, vel alia, quæritur, an debeat ſi nupſerit; quoniam ex *l. 6. hujus tit.* is oneratur, qui venit ex judicio defuncti: is autem venire ex judicio defuncti non videtur, ſed ex edicto præ- E toris; tamen lex ait, eam præſtare oportere fideicommiſſa in *d. l. quoties*, ſub contraria conditione legatum eſt, & ſic fideicommiſſum non valet, quia cum contra voluntatem teſtatoris nuptias contrahat, legatum amittit : quæ autem legatum amittit, non poteſt onerari fideicommiſſo. Et licet conſequatur legatum, nihilominus non debetur fideicommiſſum, quod relictum eſt. Eo quoque modo, qui ſub conditione jurisjurandi inſtitutus eſt, non capit hereditatem ex judicio defuncti, ſed prætoris edicto, remiſſo jurejurando. Et ſi videtur eum Falcidiam non debere detrahere, cum qui venit ex judicio defuncti, utatur Falcidia, *l. 1. §. ad eos, ad l. Falcid.* Sed heres magis eſt honorarius, quam teſtamentarius, *l. 24. famil. erciſc. l. 1. §. ſi defunctus, pro empt. l. duo heredes, ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Nihilotamen minus obligatur omnibus legatis, & fideicommiſſis, licet ex judicio defuncti non veniat, ut mulier: Et fallitur Accurſ. qui ait : ſi quis ſub conditione dandorum decem heres inſtitutus ſit, & dederit, eſſe legatum, cum ſit mortis cauſa capio, *l. ſi quis ſub conditione, ſi quis amiſ. cauſ. teſt. l. Mævius, de condit. & demonſtr.* In qua Mævio legatus eſt fundus, ſi Callimacho incapaci ducenda dediſſet; & ait parere debere conditioni : licet nummos non faciat accipientis, cum quo non habeat teſtamenti factionem, nihilque intereſſe hoc an aliquo alio loco ponatur, vel dejiciatur in mare, neque id ad talem perſonam venire teſtamenti nomine, ſed mortis cauſa capione.

Ad §. Sed ſi.

HIc §. eadem continet, quæ & *§. ſi ſervo l. fideicommiſſa 11. hujus tit.* Idem autem in herede intelligendum eſt, ut ſi rem alienam juſſus ſit præſtare, emat, aut præſtet æſtimationem, *l. 30. alias 29. §. ult. infr. hoc tit.* Qui autem rem alienam præſtari jubet, legatque, & tacens emi juſſiſſe videtur, *l. alienus, ad leg. Falcid.* ibi, *quod ex voluntate defuncti pluris emerit fundum.* Contra, qui redimi jubet, non legare videtur, *l. etſi æquo pretio, lib. 1.* Quare ejus rei petitio tibi non competit adverſus heredes, ſed domino rei, qui poteſt cogere heredem, ut rem ſuam legatam emat jure legati, vel fideicommiſſi, ideoque hoc loco *alienam rem redimat, vel præſtet*; alioquin non eſſet legatum.

Notandum præterea heredem, vel legatarium à quo legatum rei alienæ relictum eſt, juſta & vera data æſtimatiune liberari ſi nolit dominus eam vendere, aut ſaltem pluris juſto velit vendere, niſi ſpecialiter damnatus ſit certa pecunia rem emere, quæ veram excedat æſtimationem : quo caſu duo ſunt legatarii, dominus rei, & alter, *l. ſed ſi alienare, inſ. de fideicommiſſ. libert.* Secus ſi heres damnatus ſit rem alienam redimere, non dicto pretio : nam ei ſoli competit legati petitio, cui legatum relictum eſt, non domino rei : ſicut ſi rem heres damnatus ſit alteri vendere, intelligitur juſſus juſto pretio vendere, *l. ſi cui, §. ult. lib. 1.* Quid ſi heres rem alienam redemerit immodico pretio, quod compelli facere non potuit? id imputare ſibi debet, nec habebit indebiti condictionem adverſus legatarium, ut id, quo amplius emit rem alienam conſequatur, nec ipſum imputabit in ratione legis Falcidiæ, ſed tantum verum pretium, *d. l. alienus* : in cujus fine ait, *confitendo*, quia inficiando præſtaret duplum : nam actio legati per damnationem ex inficiatione duplatur, *§. ult. de oblig. quæ quaſi ex contr.* Quæri poſſet, quæ ſit juſta æſtimatio in hac lege, & *l. 2. C. de reſcind. vend.* Sed ea eſt, quam judex, conſultis rerum peritis adhibitis, æſtimabit, *l. 30. §. ult. inſ. hoc tit.* & dicitur juſta, vera & mera, ut *l. Titia, de jur. dot.* Dictæ autem l. 30. verba hæc in fi. notanda ſunt, *idem juris eſſe etſi potuiſſes emere*, non emere, id eſt, ſi in arbitrio tuo fuit emere, & non emere : nam liberaberis pretium dando, dummodo volenti; aliter, non, *l. ſi ſervus, §. qui confitetur, lib. 1. l. Titiæ, §. 1. de auro, & arg. leg.*

Ad L. XV. *& L.* XVII.

HÆ duæ leges ſumptæ ſunt ex libris Marciani fideicommiſſorum, & ſic legatorum per damnationem tantum, quarum prima varie legitur : & hoc modo in Florentinis: *Hæ res teſtatoris legatæ, quæ in pro fundo eſſe dicuntur, quandoque apparuerint, præſtentur*, non autem, *heres &c.* quæ non pingitur per diphthongum : in qua lege notandum, non tantum in mari, ſed puteo, & in imum demerſa, ut non appareant, legari poſſe, & nomen profundum eſſe homo-

ny:

nymum ; Nam fundus vel profundus aliquándo pro imo, A aliquando vero pro funda, & profunda, & neutrum, pro eo quod quandoque in jure ventrale dicitur : gloſſæ vett. *ventrale, κοιλιοδεσμὸς, φῦσα une bourſe*. Præponendum ergo, quod ſæpe dictum eſt : *Quæcumque poſſunt per damnationem legari, poſſe & per fideicommiſſum relinqui*. Res autem quæ ſunt demerſæ, & quæ futuræ ſunt, legari poſſunt per damnationem, non per vindicationem ; ergo per fideicommiſſum relinqui, *l.* 24. *l.* 1.

Ad §. ult. L. XVII.

NOn video quomodo ſubſiſtat hic §. nam ſervus nihil habere poteſt, niſi in peculio ; ſed non habere ſimpliciter dicitur, quod verbum importat dominium. Accurſ. voluit id intelligi de prædio peculiari ; B quod non placet, niſi ſervo in teſtamento manumiſſo legetur peculium, vel manumiſſo inter vivos peculium non auferatur ſive adimatur, *§. peculium, de legat. Inſt.* nam ſi peculium manſerit domini, inutiliter ſervitus legatur, *l.* 5. *de ſervit. leg.* nam libero non poteſt ſervitus legari ad prædium alienum : Ergo nec ſervo, quia ſervitus eſt prædii, non perſonæ ; Et dictio, *quoque*, deſignat ſimilia eſſe ſequentia præteritis, quæ faciunt, ut potius legendum cenſeam ; ſervitus quoque non habenti prædium, recte legatur. Idque confirmatur, *l. ſi ſervitus, §. ult. de ſervit. urb. præd. l. Labeo, de ſervit. ruſtic. præd.* Et ita recte conglutinatur ſuperioribus : nec locus erit regulæ Catonianæ, quia hoc legatum in tempus futurum, quo valere poterit, differtur. Lex 16. facilis eſt. C

Ad L. XVIII.

IN confirmandis ſeu conſtituendis fideicommiſſis nuda voluntas tacita, & illiterata vel nutus ſufficit : quod ita procedit, ſi fideicommiſſa ſola relinquantur epiſtola fideicommiſſaria, & codicillis : nam ſi relinquantur teſtamento, ejuſdem ſunt juris, quo teſtamentum ; in quo opus eſt voluntate juſta & ſolemni, *l. qui ex liberis, §. ult. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* nec nuda voluntate confirmatur, *l.* 1. *§.* 1. *hoc tit.* ergo nec fideicommiſſum in eo relictum. Idem ſi fideicommiſſum relinquatur codicillis teſtamento confirmatis, quia ſunt pars teſtamenti, *l. ſicut, ſup. quemadmod. teſtam. aperiant*. Quæ ſententia pertinet ad legem Juliam D & Papiam : Ex qua lege dies legatorum cedit ex apertis tabulis, non autem, ut antea, à morte teſtatoris. Atque ſumma hujus legis hæc eſſe poteſt : non videntur apertæ tabulæ, niſi etiam aperti ſint codicilli, vel tabulæ pupillares, quæ partes ſunt teſtamenti. Sed hoc ita verum eſt, ſi in teſtamento non ſolemni non adjecta ſit clauſula codicillaris. Atque non eodem jure eſſe apparet legata, & fideicommiſſa in iis conſtituendis, ſed eodem in iis infirmandis : nam voluntate nuda adimi poſſunt, *l.* 3. *§. ult. de adim. leg. l. militis, §. veteranus, de teſtam. milit.* legata do, fideicommiſſa non do proprie, ſed rogo heredem ut det. Notandum præterea quanquam teſtamentum non infirmetur, id eſt heredis inſtitutio, non continuo quicquid in eo relictum eſt valere, *l. heredit. C. de his quib. ut indign.* E Et cum teſtamentum infirmatur, id eſt heredis inſtitutio, cetera corruunt Finge : priore teſtamento tibi adſcripſi fideicommiſſum : poſteriore nihil, vel aliud tibi adſcripſi, quam quod priore relictum ſit : prius perfectum eſt, poſterius imperfectum : atque ita prius non infirmatur ; ſi quid in poſteriore tibi aſcripſi, nullum eſt. Idem ſi heredes iidem ſint inſtituti, qui & priore, quia non fuit appoſita clauſula codicillaris, *l.* 1. *de jure codicill. ſup. l. ex ea ſcriptura, qui teſtam. fac. poſſ. l. ex imperfecto, C. de fideicomm.* Nec teſtamentum illud valebit, ut codicillus, quia noluit teſtator codicillos facere, cum non appoſuit clauſulam codicillarem. Ita quoque inutiles nuptiæ non valent ut ſponſalia ; *l. queſitum, de ſponſ.* Inutilis fidejuſſio non valet, ut juſſio : ut puta dominus fidejuſſit pro ſervo inutiliter, an videtur juſſiſſe ſervo ut contraheret ? minime, *l.* 1. *§. ſed & ſi ſervi, ſup. quod juſſu, l.* 1. *§. eum qui, ſup. de conſtit. pec.* Quæſtionis eſt igitur an fideicommiſſum, quod priore perfecto, & poſteriore imperfecto relictum eſt, valeat, quia fideicommiſſa nuda voluntate infirmantur, nedum ſolemni : Ideo qui poſterius teſtamentum facere voluit, videtur noluiſſe rata eſſe, quæ priore teſtamento relicta ſunt, ut & prius teſtamentum : nec debetur ex poſteriore, quia imperfectum. Sed non probat hanc opinionem Juriſconſultus, & ait, deberi, quod ita demum recedi à priore teſtatorem voluiſſe dicit, ſi poſterius valuiſſet, vide *§. ult. Inſt. Quib. mo. teſtam. infirm.*

Ad L. XIX.

EX lib. 5. fideicommiſſorum Valentis ſumpta eſt hæc lex, in qua, ut opinor, quærebat Valens, an modus collatus in perſonam Titii pareret Titio legati, vel fideicommiſſi ſub eodem modo relicti petitionem. Finge, lego tibi ſundum ita ut des Titio quinque, an Titius jure legati poterit conſequi dicta quinque ? & Valens putabat Titium non habere petitionem legati, & modum legati non facere legatum, vel fideicommiſſum ut *l. cum hi, §. ſed & ſi ſit certa, de tranſact. ſup.* Recte ſeparatur modus à legato, & fideicommiſſo : nam de alimentis tranſigi poteſt, ſub modo relictis videlicet, quia propterea non minuuntur. Idemque eſt ſi à Titio legatario Sejo fideicommiſſum alimentorum relictum ſit. Quod ſi alimenta ſub modo relicta dicerentur legata vel fideicommiſſa, non poſſet ſuper his tranſigi, niſi ſuper præteritis, non autem ſuper futuris, *l. de alimentis, C.* de *tranſact.* Eadem ratio eſt conditionalis legati, ut, tibi do lego, ſi Titio centum dederis : hæc verba nec legatum, nec fideicommiſſum important : Et ſi Titio dentur centum, is mortis cauſa capiet, *l. ſi quis ſub conditione, ſup. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. l. Mævius, D. de condit. & demonſtrat.* ſicque in hac re nulla eſt differentia inter modum & conditionem : nec enim conditio, nec modus facit legatum aut fideicommiſſum. In aliis autem hæc differentia eſt, quod conditio ſuſpendit, modus contrahit. Ad conditionale legatum non perveniam ante adimpletam conditionem, *l. legata* 41. *eod.* ad legatum modale, vel ſub modo relictum perveniam ſtatim ut ceſſit dies, & antequam modum implevero, ſed cavere debeo, me impleturum modum, vel quod injuget teſtator ſub modo ; alioquin ſi nolens cavere, petam, repellar exceptione doli mali, *l. Mevia, de man. teſtam. l. eas cauſas, eod.* ubi nomen cauſa generaliter capitur, ſecus in titulo, cod. ibi, *& cauſis & modis* : ubi cauſæ quæ habent tantum moram cum ſumptu non repellunt agentem ſtatim : veluti lego tibi fundum ut monumentum facias, atque de eo implendo modo dabit cautionem, ſi conſequi velit, quod ſub eo modo relictum ſit. Atque ea ratione in *l.* 1. *C. de his quæ ſub modo leg.* Conditio, & modus confunduntur ratione exitus utriuſque, quoniam omni modo præſtari debent. Inde quæritur in hac lege, ſi legatum tibi relictum ſit, ut aliquid faceres, & heredis non interſit modum impleri, an heredi debes cavere de eo implendo ? nemo enim oneratur ſupervacua cautione, *l.* 14. *ut leg. cau. inſ.* finge ; legavi liberto meo fundum, ut à monumento meo non recedat, ut ibi habitet : nihil intereſt heredis, quod monumentum eum non ſequatur, *l. his conſequenter, §. ſed etſi monumentum, famil. erciſc.* nihilo tamen minus debet cavere, *l. Titio centum, §. Titio centum relicta, de cond. & demonſt.* quia officio boni heredis incumbit, voluntatem heredis tueri. Ei igitur in cujus perſonam collatus eſt modus, non eſt legati petitio, nec fideicommiſſi. Sed ex conſtitutione Gordiani in *l.* 2. *C. de*

his

bis, quæ ſub modo, eſt legati petitio, & fideicommiſſi, A ſed non, ut vulgo dicitur, ex conditionali relicto: nam ſi hoc modo dicam: lego tibi fundum, ſi dederis quinque, conditio eſt poteſtativa: & quia eſt in poteſtate tua, prius impleri à te debet, quam legatum petas: Et hoc eſt, quod ait *d. l.2. in conditionibus poſt exitum earum*; ſin autem boc modo dicam: lego tibi ut quinque des Titio, omnimodo videtur teſtator velle ut Titius quinque conſequatur. Sed duæ ſunt exceptiones, quibus ei ex conditione, quæ in perſonam ejuſdem confertur, legati, vel fideicommiſſi petitio eſt; ut ſi condicio concepta ſit verbis modalibus: nam hoc oſtendit, teſtatorem hoc enixe voluiſſe, ut puta ſi his verbis uſus ſit: *Titio decem millia*, vel inſulam relinquo, ita ut quinque millia ex his, vel eandem inſulam Mævio reſtituet: *Sive enim*, ut inquit lex, verba *ad conditionem, ſive ad modum reſpiciant*, id eſt, ſive conditio- B nem illis verbis facere voluit, vel modum, legati petitio eſt. At cum dicit: *in conditionibus poſt exitum earum*, de aliis conditionibus loquitur, non conceptia verbis modalibus, quæ prius impleri debent, quam quid petatur, Secunda conditio jurisjurandi facit legatum, ut, lego tibi fundum, ſi juraveris te Titio decem daturum, remittitur quidem conditio juriajurandi: ſed omnimodo præſtabitur fundus, quem petet alter jure legati, vel fideicommiſſi, quia enixa videtur fuiſſe teſtatoris voluntas, ut alter fundum conſequeretur.

redis moritur, quia eo mortuo; nec uni homo debetur, nec alteri æſtimatio, veluti ſi alienus ſervus legatus ſit: nam aliena per damnationem tantum, vel per fideicommiſſum relinqui poſſunt, ut & nomen, id eſt, jus obligationis. Atque in pluribus legibus adjecit Tribonianus in ſolidum, ut *l.13. §. ſi ii, qui, lib.2.* adjecit *ſolidum* in *l. duos, de uſufr. leg.* & in hac l. Tritonianus addidit, *in ſolidum*.

Ad L. XX.

MUltum intereſt duobus ſeparatim, an disjunctim legetur per damnationem, vel per vindi- C cationem; nam ſi duobus ſeparatim per damnationem legatum ſit, ut, herea fundum Sejanum Titio dare damnas eſto, eundem dare Mævio damnas eſto: jure antiquo unicuique in ſolidum debebatur, uni corpus, alteri æſtimatio. Paulus in Sententiis, Cajus in Inſtitut. Ulpianus in fragment. *l.1. §. ſin autem disjunctim, C. de cad. tollend.* Et ibi male Accurſius ait, in legato vindicationis, ſi conjunctim per damnationem eadem res legetur, ab initio faciunt partes, & inter eos non eſt jus accreſcendi. Eodem jure eſt fideicommiſſum, quo legatum per damnationem, & pene conveniunt verbis, *l. quidam in teſtamento, lib. 1. & l. cum pater, §. cum pater, lib.2. l. fideicommiſſa 11. §. ſic fideicommiſſum, & §. ergo etſi nomen, hoc tit.* & ut in legatis per damnationem heredis eſt electio, ita & in fidei- D commiſſis: nec eſt in legatis ſive conjunctim, ſive disjunctim per damnationem legetur, aut in fideicommiſſis jus accreſcendi. At in legatis per vindicationem eſt jus accreſcendi, & ſi eadem res duobus conjunctim legata ſit, ab initio babent ſolidum concurrentes, id eſt, ſi uterque legatum amplectatur, partes faciunt: ſi disjunctim partes faciunt ab initio, ſi concurrant, ſin minus, ſolidam alter conſequetur. Si igitur ſeparatim duobus legavi, vel fideicommiſſum reliqui per damnationem, cuique ſolidum debetur: etſi duobus diajunctim, vel conjunctim legavi per damnationem, vel etiam fideicommiſſum relictum ſit, non eſt jus accreſcendi jure antiquo, ſive Digeſtorum jure: quod jua fuit ante legem de caducis tollendis; nam in *§. ſin* E *antem l.1. C. de cad. toll.* ſublata eſt differentia legatorum, & fideicommiſſorum per damnationem, & per vindicationem: hodie jus accreſcendi manet, & legatum duobus disjunctim, vel conjunctim, pro partibus intelligitur legatum, non in ſolidum niſi perſpicue appareat teſtatorem voluiſſe ſolidum cuique præſtari. Et non eſt inter eos jus accreſcendi: alioquin ſi concurrerent in legato, partes facerent, & tunc eſſet locus juri accreſcendi. Atque ideo Tribonianus addidit in *l. ſi pluribus, lib. 1. niſi teſtator manifeſtiſſimus eſt, ut l. cum de indebito, de probat.* non eſt ejus, cui adſcripta eſt. Quid ſi homo duobus ſeparatim legatus ſit, & mortuus ſit ſine culpa heredis, certe citra damnum he-

Ad L. XXI.

FIdeicommiſſum relinquitur nutu, adhibitis teſtibus quinque, *l. & in epiſtola, C. de fideicomm.* ut in codicillis, qui ſine teſtamento fiunt, *l. ult. C. de codicill.* ut ſi quis petat an decem dare velit, & alter annuat, *l. Pamphilo, §. pen. hoc* tit. Atque ob id, *l. obligamur, in fine de oblig. & act.* outu pleraque, ait, conſiſtere, ut poteſt quia nutu aſſignare libertum, *l.1. §. aſſignare, de aſſign. libert.* Debitorem alteri poſſum delegare ſcriptura, & nutu, *l. 17. inf. de novat.* Poteſt fideicommiſſarius, cui heres rogatus eſt bereditatem reſtituere, nutu ſignificare ſe velle bereditatem adire, *l. ſervo, §. ſi pupillo, ad Trebell.* Puto quoque contractus qui ſolo conſenſu conſtant, nutu fieri poſſe, ut pacta, *l.2. de pact.* Quæ vero negotia ſcripturam, ſolemnitatemque deſiderant, non fiunt nutu, ut ſtipulatio, *l. 1. §. ſi quis ita, de verb. obligat.* Cum autem fideicommiſſum nutu relinqui dicitur, id intelligitur extra teſtamentum. Sed & neceſſe eſt, ut qui annuendo relinquit fideicommiſſum, habeat teſtamenti factionem, alioquin non valeret, *l. 2. lib.1. l.1. hujus* tit. unde fit ut cum jure antiquo mutus non poſſet facere teſtamentum, *l.6. §.1. qui teſtam. fac. poſſ.* mutus tantum, & ſurdus ita natus, vel factus, vel mutus, & ſurdus ita natus, vel factus nec poſſet fideicommittere: verum hodie ex conſtitutione Juſtiniani, mutus tantum, vel ſurdus tantum poteſt facere teſtamentum ſive factus, ſive natus: mutus, & ſurdus ſimul, ſi ita factus ſit per adverſam valetudinem, non natus, modo tamen litteras ſciat, i. pingere ſciat, *l. diſcretis, C. Qui teſt. fac.* & propter hanc Conſtitutionem adjectum eſt in hac lege, *niſi ſuperveniens morbus impedimento ſit.*

Ad §.1. d. L. XXI.

LUcrum eſt, quod obvenit ſine onere, & diminutione rei meæ, & ſic dos, non eſt lucrum: ex quo patet, quæ ſit res lucrativa, ut donatio, legatum, ſi modo nullum adjectum ſit onus. Duæ cauſæ lucrativæ in eamdem rem, & eundem hominem concurrere non poſſunt. Idem homo rem unam bis non poteſt acquirere: ut rem quam habet ex donato, non poteſt petere ex fideicommiſſo, quia bis eadem res dari non poteſt, nam res cum mea facta eſt, dari mihi non poteſt, *l. ſi ſervus 108. §. Stichum, lib.1.* nec poteſt ejuſdem rei æſtimationem petere, quia duæ lucrativæ cauſæ, &c. Quod in *d. §. Stichum* declaratur his verbis: *quia nec abſit quidquam*, niſi defunctus ejus quoque æſtimationem præſtari voluit.

Ad L. XXII.

IN legatis, & fideicommiſſis poſteriore ſcriptura potior eſt prior. Prior autem duobus modis dicitur, ſcriptura, & intellectu. Atque ita ſit, ut quæ voluntas ſit prior ſcriptura, intellectu quandoque ſit poſterior, & quæ ſit prior intellectu, ſit poſterior ſcriptura, ut in *l. 12. §. ult. lib. 1.* teſtator ita ſcripſit: *Quod Titio infra legavero, id neque do, neque lego*; poſtea legat Titio, non valet legatum, quia licet ademptio legati ſit prior ſcriptura, tamen intellectu eſt poſterior; atque ideo potior. Item in *l.14. lib. eod. cui bis legavero, ſemel deberi volo*, & præſtari: poſtea eidem bis, & ſæpius legavit, unum tantum legatum valet, & debetur, alia adempta intelliguntur, quia etiamſi inſpecto or-

dine ſcripturæ ademptio ſit prior; tamen poſterior in- A tellectu dicitur.

Ad hæc quæritur, ſi non apparet quale legatum ademptum ſit, quod legatum valeat? heredi parcendum eſt: nam in obſcuris heredi parcimus, *l. Sempronius*, *lib. 2.* Et hoc eſt, quod vulgo dicitur in *d. l. 14.* In obſcuris, quod minimum eſt ſequimur: verum longe aliter definitur in illa *l.14.* quam hic, quia ibi Ulpianus ait: ſi ſæpius eidem legatum ſit, unum eſſe legatum, hic autem dicitur, eſſe plura legata, quia poſſum recedere à priori ſcriptura, *l. quod autem*, *§. pen. de donat. int. vir. & uxor.* Sed non repugnat hæc lex dum ait, hoc ita procedere, ſi pœnituit prioris voluntatis, quæ vulgo appellatur clauſula derogatoria, quæ cum non fuerit in *d. l. 14.* appoſita, prior ſcriptura legati valet. Hanc eandem clauſulam interpretes volunt ſubaudiendam in B *l. Divi*, *§. licet*, *de jure codicill.* In qua quidam teſtator codicillos quos facturus eſſet, confirmavit, ſi modo ſua manu eſſent ſcripti, & obſignati: poſtea vero fecit codicillos non ſua manu ſcriptos, & obſignatos, & tamen valent. Idem quoque volunt ſubaudiendum in *l. ult. in princ. lib.2.* Quidam filium, & uxorem ſuam heredes inſtituit, & cavit, ut ſi quas à ſe literas à ſe obſignatas filius recepiſſet, vice codicillorum eſſent. Poſtea per epiſtolam non obſignatam ab ipſo, filio dedit peculium; adjecitque ſe præcipua hæc eum, ſuique juris, & poſt mortem ſuam habere velle, & ait hæc deberi. Sed hoc verum non eſt, inquiunt interpretes, niſi ſpecialis clauſula derogatoria prioris voluntatis adjecta ſit: verum hæc ſubauditio non placet, & ideo dicendum eſt, ſi modo alias conſtet teſtatorem à priori vo- C luntate receſſiſſe. Hæc autem clauſula addita fuit à Juſtiniano, ſive Triboniano, qui etiam noluit videri factam novationem, niſi adjectum ſit, factam eſſe animo novandi, *l. ult. Cod. de novat.* Duos quoque reos non vult teneri in ſolidum, niſi id expreſſis verbis adjectum ſit, *Novell. 99.* Ita in quæſtione propoſita, non videri teſtatorem à priori voluntate receſſiſſe aliter, quam ſi id expreſſerit. Quæ verba ſunt Triboniani, qui de ſuo multa ſub aliorum nomine in Digeſtis, ut Gratianus in Decreto addidit. Atque ea clauſula ſupervacua videtur cum hæc lex ex lib. 4. Epitomarum Hermogeniani ſumpta ſit; Ex cujus libris nonaginta ſex leges leguntur in Digeſtis. Hi autem libri continebant ſententias, quæ non habent conditionem. Atque hæc ideo ex ejus libris ſumpta non eſt, cum etiam non cohæreat ſuperio- D ribus, cum dixerit ſuperius, ſi legaverit pluribus ſciens, valere legatum. Cum igitur ſcientia contentus fuit, quid opus fuit hac clauſula? In re ſimili idem admiſit *l. 4. §. quæſitum*, *ſup. ſi quis caution.* Quidam promiſit ſe judicio ſiſti certo die, alioquin decem datum iri ab eo, & nulla ſe uſurum exceptione, an valeat pactum, videlicet cum uti poſſit exceptione, Attilicinus dicebat, non valere conditionem, quæ liberum hominem nimis aſtringit. At Ulp. ait: Ego puto valere, *ſi ſpecialiter cauſæ exceptionum expreſſæ ſint*, *quibus ſponte renunciatum eſt*. Quæ verba ſunt Triboniani, cum alias Ulpianus in ſententiam alterius relaberetur. Solutio igitur hæc eſſe poteſt: aut enim quis ita ſcripſit: Cui bis legavero, ſemel legatum volo. Poſtea vero imprudenter, & invitus legavit ſæpius, & tunc ſemel tantum E debetur, & prior ſcriptura valet, quæ fuit præpoſita, forte diffidens memoriæ, & ne ſuaſionibus amicorum plura legata relinqueret: Aut ſciens prudenſque: & ſic ex ſcientia, contra Accurſium, voluntas præſumitur; & ita in *§. licet l. Divi*, *de ju. codicill.* quia imprudenti exciderunt. Hæc verborum congeries id oſtendit (*ſui juris*, *poſt mortem ſuam*) in *d. l. ultima*, *lib.2.* Eadem diſtinctione utendum in reſcriptis principum, *l. ult. C. ſi contra jus*, *&c.* Aut ex certa ſcientia princeps novam fert conſtitutionem animo abrogandi, vel derogandi veteri: & tunc valet: aut non ex certa ſcientia, & tunc prior valet. Et contra interpret. eſt quod ait Valentinianus in *Nov. de 30. ann. præſcript.* non eſſe minu- A tatim, & ſigillatim jura abroganda, nos reprehendens, qui deſiderant ſpecialia ſpecialibus verbis tolli. Et illud eſt, quod antiquitus legibus in fine apponebatur, ne huic legi per ſatyram abrogato, vel derogato, id eſt, ne commixtis multis rebus legi abroga, vel deroga. Quondam hæc lex uſui fuit: in hac facti ſpecie. Quidam teſtamento legavit fundum, quem voluit revocatum, niſi invocato, & prænominato nomine D. Marci; poſtea alio teſtamento, non prænominato eo nomine fundum legavit alteri, adjecto eo, quod nollet donationem factam ſub hac conditione in priori teſtamento valere. Dicebant alii, hoc legatum non valere ex hac lege: Alii ex *d. l. Divus*, *§. licet*, valere legatum, etiamſi non ſit nomen prænominatum: Dixi hæc verba, *ut nomen &c.* magis donandi cauſam denotare, *l. ubi ita*, *de* B *mortis cauſa donat.* Et quia ex certa ſcientia legatum advenit, ſupremam voluntatem valere: & hoc eſt, quod in hac lege ait, ſciens.

Ad §. Miles.

DElicta alia ſunt communia, alia militaria; communia ſunt tam paganorum, quam militum, ut furtum, adulterium, ſtuprum: militaria propria militum, ut ſi miles deſeruerit militiam, ſi transfugiat ad hoſtes, ſi ſtationem relinquat, *l. 2. & 3. de re milit.* Polybius vocat ῥιψασπίαν, ſi in bello arma amiſerit, quæ non amittuntur ſine flagitio. Arma poſtliminio non redduntur, quia turpiter amiſſa, *l. 2. de capt.* C *& poſtlim. rev.* Ejus ſunt arma, qui recuperavit, *d. l. 3. §. miles*, *de re milit.* Alienationis verbo pigneratio, venditio comprehenditur: ſi miles alienaverit arma, id eſt, ſi pigneraverit, quæ arma pignerata, ὅπλα ἐνεχυρασθέντα vocat Suidas, ſi arma pigneravit, ἀδίκημα, ſi transfugerit, ἔγκλημα vocat. Ex communi delicto ſi damnetur miles, habet teſtamenti factionem; contra, ſi damnetur ex militari delicto, ex Adriani conſtitutione ei permittitur teſtamenti factio de bonis caſtrenſibus, *l. cum hic ſtatus*, *§. ſi miles*, *ſupra*, *de donat. inter vir. & uxor. l. 1. de veteran. l. ex militari*, *de milit. teſtam.* De bonis paganis nunquam ei licet teſtari, *l. ejus militis*, *de teſtament. militis*, *C.*

D

Ad §. Mortis damnum.

MOrtuo ſervo legato, damnum reſpicit fideicommiſſarium, ut ſervus alienus legatus mortuus ante moram, ſine culpa heredis, non debetur ab ipſo herede, nec ejus æſtimatio, *l. filiusfam. §. ult. lib. 1.* Idem eſt, ſi homo duobus legatus mortuus ſit ante moram ſine culpa heredis, cujus quidem ſi mortuus non eſſet, deberetur uni æſtimatio, & ipſemet alteri in ſolidum. ſi modo legatus eſſet per damnationem.

Ad L. XXIII.

IMperfectum teſtamentum eſt proprie, quod neque ſignatum eſt à teſtibus, neque ſubſcriptum, *l. 6. ff. ad* E *l. Cornel. de falſis*, *l. hac conſultiſſima*, *§. non ſubſcriptum*, *& §. ex imperfecto*, *de teſtam. C.* ex imperfecto teſtamento facto à parente, liberi capiunt hereditatem: Quod non capiendum eſt latiſſime: finge: proferunt liberi teſtamentum parentis, ſive ſcripturam teſtibus vacuam: an eam ſequi oporteat? Et ſane ex ea liberi non capient hereditatem: quia ea ſcriptura, nec eſt teſtamentum, nec codicillus, argum. *l. 11. in principio*, *hujus tit.* An idem concedatur principi, ut capiat ex teſtamento imperfecto? minime, cum legibus obnoxius ſit, *l. 3. C. de teſtam. §. ult. Quibus modis teſtam. infirm.* ubi dicitur, Principem nihil capere niſi ex ſcriptura lege firmata, *l. 1. C. de legib.* Atqui lex quæ lata eſt de imperio Auguſti, ut ſcribit Dio lib. 56. principem ſolvit legibus, ſed hoc intelligitur de

Digitized by Google

de legibus caducariis, *l.1. §. ult.C. de cad.toll. Novel.95.* A Et aliquando principis major eſt auctoritas, quam populi, *l. Barbarius, ſup. de offic. præt.* nihilo tamen minus princeps non capit hereditatem, ſi per jactantiam inſtitutus ſit, *l. ult. ſup. qui teſt. fac.* Et inſtitutus patitur querelam, *l. Papinianus, §. ſi Imperator, ff. de inoff. teſtam.* patitur Falcidiam, *l.4.ad l.Falcid.* Atque adeo Dion refert, Imperatorem rogaſſe ſenatum, ut ſolveretur lege Voconia, & amplius, quam ea lege contineretur legare ei liceret: nec tantum legibus, ut privati, ſubjici, voluere, quinimo minus ſibi arrogaruot, quam privati: ita ut non capiant ex codicillis factis ab inteſtato, & epiſtola fideicommiſſaria, *l. 2. C. Theod. de teſtament. §. ult. Quibus modis teſtam. infirm.* Poſtea tamen factum eſt, ut id reliqui Imperatores non approbarent, & voluere, ut capere poſſent ex codicillis, *l.7.C. qui teſtam. fac. poſſ.* B Item noluerunt prius teſtamentum jure perfectum in quo inſtituti eſſent ex ſcripto, rumpi poſteriore non ſcripto, *l. nolumus, C. de teſtament.* Item noluerunt parere legibus caducariis: nam lex Julia, & Papia ſtatuebat legatum, legatario moriente vivo adhuc teſtatore, vel ante apertas tabulas, fieri caducum, & in fiſcum tranſire, non autem in heredem legatarii, voluerunt autem Imperatores, ſi principi legatum ſit, idemque mortuus ſit vivo adhuc teſtatore, aut ante apertas tabulas, ut legatum non ttanſiret in fiſcum, ſed in heredem, aut bonorum poſſeſſorem Imperatoris: Et in id lata eſt lex *princeps, ſup. de legibus*, ut mortuo Auguſto, edicto frueretur eodem modo, qun vivus uſus eſſet. Quidam male id accipiunt de omnibus legibus, aut de legibus pœnariis, ut Græci: nam de iiſdem legibus, ſcilicet Julia, & C Papia *d. lex princeps* intelligenda eſt. Idem noo datur Auguſtæ, quod Auguſto: & ideo ſi Auguſta vivo teſtatore decedat, legatum eſt in cauſa caduci: ſi ante apertas tabulas, caducum eſt legatum. Auguſta enim legibus ſoluta non eſt. Privilegia quidem eadem tribuuntur Auguſtæ, quæ Auguſto: nam Auguſtus, & Auguſta tacitam habent hypothecam ex ſuis contractibus. Item Auguſtus, & Auguſta privilegium habet exactionis, *l.6. §. ult. de jure fiſci*: ſi quid donavit filiofam. id ei eſt jure peculii. Inter eos valet donatio, licet inter virum, & uxorem non valeat. Donatio ab iis facta non indiget inſinuatione: ſi quid alienum vendiderit, aut donaverit, emptor, & donator, eorum dominium habet, *l. cum multa, C. de bonis, quæ liber. l. ſancimus, §. 1. C. de donat. l. illud, C.de ſacroſanct. Eccleſ.l.ult. C. de quadr.* D *præſcript.* Princeps manumittit abſque ſolemnitate, cum alias opus ſit vindicta, *l. apud eum, inf. de manumiſſ.* Sic ergo quantum ad privilegia, Auguſta, & Auguſtus idem habent privilegium: circa leges caducarias, non item, *l. ſi Auguſtæ, ſup. de leg. 2. & d. l. princeps.*

Ad L. XXIV.

CReditori hoc modo legatum, ne indebitum repetat, valet, ut ſi ſit quidpiam per errorem facti indebitum ſolutum, non poſſit ab herede repeti; vel ſi debitum, quod per exceptionem tolli poſſit, ſolutum ſit; quod ne ſolveret invitus cogi non potuit: nam condictionem, quæ ex ſoluto indebito competit, remittit hoc E modo: ſicque valet legatum, non ſecus ac ſi quis damnet heredem, ut aliquid ſolvat, cum tutius eſſet exceptione jus, *l. ſi creditor, de lib. leg.* nam hoc genere legati videtur legari liberatio. Et debitum recte legatur debitoribus, *l. 1.in princ. eodem:* licet rem meam, ut quæ tibi commodata ſit, tibi legavero, *l.8. §. ult. eodem.*

Ad L. XXV.

NOn idem nec ejuſdem juris legatum eſt, ſi quis ita leget: illud, aut illud lego; Ille, aut ille centum A dato: nam ſi ita dixerit: illud, aut illud lego, dummodo legatum ſit per damnationem, heredis eſt electio: ſecus ſi per vindicationem: & unum tantum intelligitur legatum, *l. ſi ita relictum, §. ult. ſup. lib. 2. l. 8. §. ult. lib. 1. l. ſi illud, lib. 2.* ſi vero teſtator dixerit: ille autem centum dato, electio eſt legatarii, & fideicommiſſarii: & duo ſunt in ſolidum rei debendi, & legati debitores, *d. l. 8. §. 1.* Et ſolutio unius liberat alium: male autem Accurſius hic conjunctionem disjunctivam pro copulativa interpretatur: nam hoc ſenſu non eſſent duo rei debendi, & ſinguli non tenerentur in ſolidum, ſed pro partib. hereditariis, *l. ſi heredes, lib. 1.* Quod contrarium eſt huic legi, in qua ſi nominatim heredes juſſi ſint aliquid dare, viriles portiones debentur; ſin vero non ſint nominati, hereditariæ tantum B partes.

Obſtat *l. eandem, inf. de duobus reis*, quæ docet duos reos conſtitui in contractu, & teſtamento; in teſtamento, ut ſi teſtator dicat: *Titius, & Mævius heredes Sempronio centum danto*: ſunt hoc modo duo rei debendi: ſed mendum ſubeſt; & omnino legi debet: *Titius, vel Mævius centum dato*. Quod apparet ex diverſa ejuſdem legis lectione, nam alii legunt, *dato*. Item obſtat *lex penult. C. de verb. ſignif.* ubi ſi teſtator dicat: Ille, aut ille tutor, liber, legatarius eſto; uterque erit liber, tutor, aut legatarius, ubi disjunctio, *aut*, παραδιάζευξις eſt, i. falſa disjunctio, cum ſumatur pro copulativa, ſicut interdum falſa conjuctio reperitur, quæ dicitur παρασύναψις: ſed nihil ad propoſitum hæc lex, nec contraria eſt huic legi, cum ibi loquatur de perſonis, qui- C bus relinquitur hereditas, libertas, tutela, legatum, vel fideicommiſſum: quo caſu disjunctio capitur pro copulatione, cum etiam ibi loquatur de rebus, quæ relinquuntur, hic vero de perſonis à quibus relinquitur. *Ad §. 1.* Voluntas teſtatoris non eſt quærenda, ſi manifeſta ſunt verba, nec æquitatis quæſtio, qua quæritur, quid ſit juſtius, *l. ſi ſervum, §. ſequitur, de verb. oblig.* nam in his judex ſuo captu facit æquitatis, & voluntatis conjecturam. Sed quantum à jure ſcripto, & verbis teſtamenti recedimus, tantum ab æquitate, & voluntate, quæ non magis declarari poteſt, quam jure ſcripto, *l. 13. de jure codicill.* licet ex *l. Sempronius, de uſufr. leg.* juris ſubtilitate voluntas ſit prior ſcriptura. Et contra ex *l. ſi alii, eod.* qui legat fundum, proprietatem, & uſumfructum legat: ut finge: voluit teſtator legare D uni proprietatem, alteri uſumfructum, & ita dixit: fundum Sejanum lego Titio, & ejus fundi uſumfructum Mævio. Certe uſusfructus erit communis duobus legatariis: Et ſic interdum valet plus ſcriptura, quam quod actum eſt, id eſt, voluntas. At in *l. 3. de lib. præt. vel exher. C.* ita dixit: *filius meus alienus meæ ſubſtantiæ eſto*: quæritur an videatur exheredatus filius, cum non uſus fuerit propria exheredationis formula (*exheres eſto*) ſed hoc, ait lex, fruſtra ſolemnitatem verborum, & interpretationem requiri, ubi notiſſimus eſt teſtatoris ſenſus. In hanc rem adducitur lex *non aliter, inf. hoc titulo*, quæ videtur à contrario ſumpta, huic legi contraria. Verum, ea lex loquitur de verbis ambiguis, quæ varie accipi poſſunt: Paulus vero in hac lege loquitur de verbis non ambiguis. Itaque cum manifeſta ſunt verba, obſcura voluntas, fruſtra diſceptatur E de voluntate; cumque manifeſta eſt voluntas, verba ambigua, fruſtra de verbis ſit controverſia. Id quod oſtendit exemplum dictæ legis *non aliter, §. 1.* in quo legati ſunt omnes ſervi juvenes Mævio: Ibi enim cum voluntatis ſit quæſtio, ſane in æſtimatione judicis poſita eſt, *l. mora, de uſufr. ff. l. voluntatis 7. C. de fideic. l. pen. ſup. de pecul.* Qui quidem judex diſpiciet, qui dicantur juvenes: nam plerique volunt juvenem eum dici, qui exceſſit vigeſimum quintum annum, & hæc ætas legitima dicitur, idque ex lege Lætoria. Ex lege vero regia, qui decimum ſeptimum annum exceſſit, uſque ad quadrageſimum quintum, vel ut Varro, qui trigeſimum annum attigit, uſque ad quadrageſimum quintum. Seniores poſſunt dici,

dici, ab anno 45.ad ſexageſimum, & hi dicuntur ὠμογέροντες, id eſt, ut ait Poeta, *cruda Deo viridiſque ſenectus:* A ſenes ab anno ſexageſimo,ad extremum uſque vitæ diem, & natu grandis hominis eſt, *l.non tantum*, *ff. de decurion.* & ſic teſtatores interdum non propriis verbis ſed impropriis loquuntur, *l. fidejuſſor*, *§.fidejuſſor*, *inf.de fidejuſſor.*

Ad L. XXVI.

EX mora fideicommiſſi præſtantur uſuræ, fructus, & commoda omnia, quæ fuiſſet habiturus fideicommiſſarius, *l.cum ſervus*, *§. ſervus*, *l. quæſitum*, *§. ult. lib.5. l. ſi quis ſervo*, *lib.*2. mora fit ſi interpellanti fideicommiſſario heres fideicommiſſum non præſtiterit: interpellanti, inquam, congruo loco, & tempore: vel, B mora eſt culpa non reſpondentis ad opportunam conventionem creditoris: atque ita ex mora non præſtiti fideicommiſſi: quod non obtinet in cæteris judiciis ſtricti juris, ut in actione ex ſtipulatu, *l. videamus* 38. *§. ſi actionem*, *de uſur.* Ratio dubitandi hæc eſt, quod cum actiones legatorum, & fideicommiſſorum ſint ſtrictæ, non videantur uſuræ præſtari debere ex eorum præſtandorum mora. Sed in multis bonæ fidei judiciis aſſimilatur, *l. ſi ſervus legatus*, *§. cum quid*, *lib.*1. *l.*3. *C. in quibus cauſis in integr. reſtit. l. in omnibus*, *ſup.de judic.* juncto titulo *ut leg. nom. cau.* Ex mora igitur omne damnum patitur heres, ante moram vero fideicommiſſarius, *l.* 22. *§. ult. hoc tit.* & æſtimationem rei peremptæ præſtat heres, *l. ſi ſervus legatus*, *§. ſi ſervus*, *lib.* 1. Quod non obtinere in ſtricti juris judiciis ſup. dictum eſt, ut C in ſtipulationibus, *l. ſi ex legati cauſa*, *de verb.oblig.* Sed in hoc vera eſt Martini diſtinctio, ſi rem legatam mature acceptam legatarius, vel fideicommiſſarius vendere potuerit, *l. cum res*, *§. ult. lib.*1. nam mortis damnum patitur heres, ſi res non erat peritura apud legatarium: multum autem eſt diſcriminis an loquamur de proprietate, an de uſufructu: nam ſervo legato mortuoque poſt moram, debetur æſtimatio fructus uſque in diem præſtitæ æſtimationis. Stichi uſufructu legato, ejuſdemque morte finito poſt moram debetur tantum æſtimatio in diem mortis ex mora. Idem in ſtipulationibus, *l. qui uſumfructum*, *§. ult. cum ſeq. l. quod ſi heres*, *de uſufr. l.* 6. *de uſufr. leg.* Atque ideo mora præſtandæ rei perpetuat obligationem, mora præſtandi uſusfructus non perpetuat actionem. Pro coronide D hujus legis notandum eſt, quod ait Accurſ. non haberi rationem ejus, quod intereſt extrinſecus, extra rem; ſed ejus, quod rem comitatur: ut ſi tritico tibi legato, nec præſtito, forte ſervi tui fame poſt moram perierint: heres enim non cogetur ſervorum tuorum æſtimationem præſtare: ſed ſi triticum poſt moram pluris vendatur cum ante moram minoris pretii eſſet, & tunc temporis deberetur, nihilominus heres propter moram præſtabit æſtimationem tritici, ut præſens fert tempus.

Ad L. XXVII.

EX lib.2. Decretorum Pauli ſumpta eſt hæc lex: nam Paulus 6. libris decreta Severi, & Antonini collegit: E Decreta autem ſunt ſententiæ prolatæ à principe ſedente pro tribunali in cauſarum cognitionibus, aſſidentibus Papiniano, Paulo, Triphonino, & aliis. Quæ decreta vocantur pronunciata, & generaliter, placita, *l.* 5. *de Conſtit. princ. ſup. l. ult. de jure fiſci*. Primum decretum hujus legis eſt: Paula Callinicum ex parte heredem inſtituit, ejus filiæ Iubentianæ (filiæ, inquam familias: nam eo nomine ſimpliciter poſito, nec addito, emancipati nomine, intelligitur de filio, vel filiafamilias) decem eodem teſtamento legavit, ſub conditione hac: nam ſub conditione ſervo, filiofam. & filiæfam. recte legatur, alias non, *§. an ſervo*, *Inſtit. de leg.* modo cum dies cedit non ſit in patris dominive poteſtate, A *l.* 15. *de condit. inſtitut. l. ſi dies appoſita*, *Quando di. leg. ced.* cum in familia nupſiſſet, id eſt, cum alicui ex agnatis teſtatoris nupſiſſet: nam patricii parvipendebant conjugia plebejorum: deinde codicillis poſtea factis centum legavit; qui codicilli ſi facti fuiſſent ante teſtamentum, non ante valuiſſent, quam ſi ſequenti teſtamento vallati fuiſſent, & confirmati: cum vero poſtea facti ſint, non egent confirmatione, *§. non tantum*, *Inſtit. de codicill. l.* 22. *§. qui codicillos*, *ad l. Corn. de falſ.* ſuſ. legavit, inquam, poſtea codicillis centum Callinico, non adjecto, hoc amplius, ut in *l. Avia*, *de condit. & demonſtr. l. legata inutiliter lib.* 1. nam ex *l.* 12. *inf. de verb. obligat.* videtur teſtator poſteriore ſcriptura in codicillis voluntatem correxiſſe, & ſic una ſumma deberi, cum pater, & filiusfam. pro una habeantur perſona, *l.*18. B *de alim. leg.* videtur quoque utraque ſumma deberi, quod teſtator videatur duas feciſſe perſonas, duoque legata. Quæ ſententia vera eſt. Nec obſtat *d.l.*58. quia eidem perſonæ bis legavit; & aliud teſtamento, deinde aliud codicillis: hic diverſis. Et hoc eſt, quod ait Bart. legatum filiæ in teſtamento factum non revocari per legatum patri factum in codicillis. Sed valde obſtat *l.* 12. *ſup. de probat.* ſed in hunc modum diſſolvenda: Aut enim, quis diverſis legavit, aut eidem perſonæ: ſi diverſis, nihil refert, eadem, aut diverſis ſcripturis, ut teſtamento, & codicillis, eandem, aut diverſam quantitatem legarit: & tunc utraque ſumma debetur: hacque in re diverſa eſt filii, & patris perſona: ſi eidem perſonæ bis legavit, aut eadem ſcriptura eandem quantitatem, aut diverſam legavit: ſi eandem, ſemel debe- C tur, *l. plane*, *§. ſed ſi non corpus*, *lib.*1. ſi eadem ſcriptura eidem perſonæ, ſed diverſam quantitatem, non adjecto, hoc amplius, poſterior ſumma debetur, vel ſi non apparet ordo ſcripturæ, minor ſumma debebitur, *l.Sempronius*, *lib.* 2. ſi eidem perſonæ diverſis ſcripturis legetur eadem quantitas, utraque ſumma debetur, *d. l.* 12. ſi diverſa variis ſcripturis, ut teſtamento, & codicillis, ſequemur, *d. l.* 58.

Ad §. Pompejus.

QUidam filium ex dodrante, filiam ex quadrante heredes inſtituit, & prædia certæ ſingulis prælegavit. Præterea ſi ſine liberis filius moreretur, D aliam poſſeſſionem filiæ dari juſſit: poſt teſtamentum factis codicillis filiæ certa prædia dedit, quibus contentam eſſe voluit pro omni hereditate, & iis, quæ in teſtamento reliquerat: morte patris filius ex delicto aliquo capitali pœna damnatus eſt, bonaque ejus ad fiſcum pervenerunt, & publicata ſunt: conſequitur autem hereditatem fiſcus cum ſuis oneribus, *l.* 3. *§. ult. ad Senatuſc. Trebell. l. in facto*, *§. ult. de cond. & dem. l. deinde*, *infra*, *de jure fiſci*: unde filia, mortuo fratre ſine liberis, petebat à fiſco fratris ſucceſſore poſſeſſionem illam, quam poſt mortem fratris ſine liberis filiæ reliquerat: negabat fiſcus ſe poſſeſſionem reſtituere debere, quod pater codicillis ademiſſet, hereditatem, & omne quod teſtamento reliquerat: Quadrantem igitur, & prelegatum pure relictum, & fideicommiſſum, E ſi ſine liberis decederet, juſſiſſeque pro his omnibus, certis prædiis eſſe contentam. Hereditas autem codicillis neque dari, neque adimi poteſt, verbis directis, ſcilicet, ut *l.* 2. *C. de codicill.* ſed per fideicommiſſum tantum, ut *d. l.* 2. *& l. peto*, *ſup. lib.* 2. *cum l.cum, qui §. Sejam*, *hoc tit.* Contradicebat filia his verbis: adempta tantum, quæ pure relicta erant, quæ vivente fratre acceptura erat; fideicommiſſum vero conditionale non videri ademptum, quia in eo, quod eſt conſecutura poſt mortem fratris ſine liberis mortui, propter naturalem pietatem erga filiam præſumitur patrem voluiſſe filiam præferri fiſco: Et cum filia fratris gratia intelligatur rogata, nulla eſſe poteſt fratris gratia, in eo, quod non eſt acceptura niſi morte ejus. Lis

agita-

Digitized by Google

agitata eſt coram Imperatore, aſſidente Paulo, cum A aliis Jureconſultis, qui quidem Paulus etiam à fideicommiſſo patrem receſſiſſe, nedum ab hereditate, & prælegato ex ipſis verbis videri ſibi exiſtimabat. Verum, ut in aliis quam plurimis locis, maxime in *l. ult. ff. quod cum eo, l. Claudius, de acqu. hered. l.ult.de jure fiſci, Imperator* non ſemper opinioni Pauli aſſentit. Ita miſſa ejus ſententia contra fiſcum pronuntiavit humana interpretatione invitatus M. Imp. qui in cauſis compendii pro fiſco non pronuntiavit, quem tamen ubique fiſco favere apparet ex *d. l. ult.* in qua fiſco ſuo evidenter favit. Præterea præſumptio propter naturalem patris in liberos charitatem facit, ut plenius legati dationem accipiamus, *l. Aurelius, §. Sejam pater, de liber. leg.* Atque ideo in B filiæ favorem Imperator pronuntiavit. Res judicata dicitur, quæ finem controverſiæ pronuntiatione judicis accipit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit: Et ideo factam tranſactionem de re judicata non valere certum eſt: ſi vero de re ſtatuta tantum, & nondum pronuntiata, an ad hunc caſum porrigemus? non in *l.9. C. de pact.* Et ſic de re judicata, non ſolum ſtatuta, ſed etiam pronuntiata. Huic autem quod ſupra dictum eſt, ſcilicet ea tantum, quæ vivente fratre, filia erat acceptura, non etiam, quæ poſt mortem ejus reliquerat, obſtat lex, *qui Romæ, §. ult. de verb. oblig.* Pater duos filios heredes inſtituerat, & rogaverat, ut qui eorum ſine liberis deceſſerit, alteri reſtitueret portionem ſuam: morte patris diviſa eſt hereditas, tranſigendi cauſa, ut diviſio tranſigendi animo pleromque C fit, *l. tres fratres, de pact. l. rum putarem, in fi. famil. erciſc.* & caverunt invicem nihil ſe contra eam diviſionem facturos: Et ſi contra quis feciſſet, alter alteri certam pecuniam promiſit. Deinde murtuo uno, ſine liberis, qui ſupervixit ab heredibus ejus, forte quia condiderat teſtamentum, hereditatem petebat ex cauſa fideicommiſſi, & adverſus eum pronuntiatum eſt, quod de eo tranſegiſſe videretur in hereditate dividenda, & in pœnam incidit, Cur idem in hac ſpecie non dicemus? ut videatur pater ademiſſe, quod ſoror non tantum erat acceptura vivente fratre, ſed etiam poſt exceſſum ejus: verum in *d.l.qui Romæ* ſimpliciter ſcribit JC. ita pronuntiatum eſſe: an autem bene, non notat: ut etiam ſentit Bart. Sed ſi ita, demus, ut bene pronuntiatum ſit, tamen magna eſt differentia: D nam *d.l.qui Romæ*: fratrum unuſquiſque, non ſibi tantum, ſed etiam heredibus ſuis cavit, *l. ſi probatum, ff. de probat.* Pater autem hac in ſpecie teſtando de ſua pecunia, filiæ potius caviſſe intelligitur quam ſucceſſori extraneo filii: ut enim filio caverat, ut plus ferret quam filia, ita & mortuo filio, cujus gratia omnia prælegata filiæ ademerat, filiæ potius proſpicere voluit, quam fiſco. Inter ſtipulationes, & legata hoc intereſt, quod ſtipulatio conditionalis ſtatim vires accipiat, etiamſi pendente conditione moriatur ſtipulator: legatum vero conditionale vires non ſtatim accipit, & ideo moriente legatario ante conditionem, legatum caducum eſt: nec obſtat *l. qui uſumfructum, de uſufr.* nam in ſtipulatione videndum eſt quid actum ſit.

E

Ad §. Julius Severus.

JUlius Severus heredibus quibuſdam inſtitutis, alumno ſuo ita per fideicommiſſum reliquit: Illi alumno meo 50. dari volo, eaque à Julio Mauro colono ſuo ex penſionibus fundi ab eo debitis, præſtari voluit, eidemque colono Mauro quædam legaverat. Poſt mortem ejus fiſcus vindicat hereditatem, forte ut indignis heredibus ſcriptis, quod necem teſtatoris inultam relinquerint, *l.1. C. de iis, quib. ut indign.* Lis agitur coram procuratore Cæſaris judice, inter fiſcum, & privatos, qui nonnunquam rationalis dicebatur, Gall. *Procureur general, l. conſenſus, infra de appellat. l. 1. de Juriſd. omn. judic. l. 5. C. ubi cau. fiſc. agant. & in tit. C. ſi adverſ. fiſc. & de offic. Proc. Cæſar.* Itaque procurator Cæſaris juſſit Maurum colonum debitorem penſionis debitas fiſco ſolvere: quod iniquum eſſe videbatur: nam poſt controverſiam de hereditate motam, & conteſtatam, ſi petitor, vel poſſeſſor adverſus hereditarios debitores agat, poteſt repelli exceptione præjudiciali, cujus hæc eſt formula: *quod præjudicium hereditati non fiat*, quia nondum lis finita eſt, vel quia nondum apparet quis heres extiturus ſit: verum ex cauſſa interdum denegatur hæc præjudicialis exceptio: ut puta ſi periculum ſit, ne inter vivos, id eſt, dum diſceptatur de hereditate, actiones hereditariæ pereant, ut quæ ſunt temporariæ, vel B ſi poſſeſſor negligat agere, quod nihil ſe juris habere ſciat, *l. ſi bonæ fidei, de petit. hered.* Et ita ex cauſa aliqua procurator pecuniam debitam fiſco ſolvi juſſit, qua ſoluta, poſtea heredes ſcripti cauſam obtinuerunt adverſus fiſcum, coactuſque fuit heredibus pecuniam reſtituere. Interea dum hæc aguntur, Maurus colonus, & alumnus fideicommiſſarius deceſſerunt, & heres alumni ab herede Mauri petit fideicommiſſum, dicens, hoc fideicommiſſum relictum fuiſſe à Mauro colono. Et recte, cum quid ei eſſet legatum, vel quia debitor erat teſtatoris, & D. Marci conſtitutione fideicommiſſum à debitore relinqui poteſt, *l. cum quis, §. pater, hoc tit. l. ſi pecunia, lib.* 1. Contra, illis verbis: *à Julio Mauro colono ex penſionibus* fundi debitis ab eo: heres Mauri contendebat, ab heredibus, non à Mauro C eſſe relictum, & teſtatorem demonſtraſſe unde heredes ſummam contrahere poſſent; ut aperte docet *l.quidam ſup. lib.* 1. Hac de re lis conteſtata eſt coram Imperatore, & pronuntiavit ſecundum heredem Mauri: verum hinc lis aliqua oriri poſſet inter heredes teſtatoris, & alumni, cujus heres repulſus ab herede Mauri, nunc regreditur, & tranſit ad heredes Severi, & petit fideicommiſſum: Heredes ſe tuentur, quod jam exacta ſit ea pecunia à Mauro juſſu procuratoris Cæſaris, à quo Mauri herede pecuniam accipiendam eſſe teſtator demonſtrat. Sed demonſtratio illa non facit conditionem: Et ideo Mauri herede pecuniam non ſolvente, heredes eam reficere debent. Poterant etiam alia ratione ſe tueri, quod alumno nomen tantum Mauri legarit, utpote penſiones, quas ex locato D debebat. Quod ſi verum eſt, coguntur tantum heredes ei cedere actiones ſuas, non præſtare ſummas: quia qui legat nomen, obligationem tantum legat, non ſummam. Dicet autem heres alumni: nullam mihi actionem cedere poteſtis, liberato per ſolutionem fiſco factam à Mauro: quin imo ſolvere mihi ſummam debetis, cum eam à fiſco damnato exegeritis. Accurſius contra hanc legem affert *l.Lucius, §. civibus, de legat.2.* verum alia eſt ratio in ejus ſpecie, & huic diſſimilis: hic enim heres exegit pecunias à fiſco, & fiſcus à debitore: unde cum ad heredem pervenerit pecunia, reſtituit eam de ſuo, & facit *l.cum certus, de vin. tritic. & oleo leg. & l. ſervum filii, §. eum qui, de leg.1.*

Ad L. XXVIII.

E SCiendum quoſdam eſſe, qui non habent ſolidi capacitatem, id eſt, qui id omne, quod relinquitur, capere non poſſunt, ſed partem tantum: hujuſmodi erant ex lege Papia mariti orbi, non habentes liberos: nam ſi quid ſupra, quod capere poſſent, eis relinqueretur, mulctabantur ſemiſſe, qui apud heredem remanebat: verum huic legi derogatum eſt titulo *C. de infirm. pœn. cœlib.* Id autem ita locum habebat, ſi maritus exceſſiſſet annum 25. Hæc enim ætas d. lege Papia erat præſcripta ducendæ uxoris, & ſuſcipiendorum liberorum, ut ait Sozomenus: fingamus igitur. Quidam legavit orbo centum, eumque rogavit, ut eam ſummam Titio reſtitueret, qui non eſt orbus, an hoc caſu ſolidum capiet? ſic ſane, qui enim ſuo jure capere non poteſt, niſi partem, propter fidei-

deicommiſſarium ſolidum capere poterit, *l. cogi*, *§. qui ſolidum*, *ad Trebell.* quia nihil honoris retinet, *l. 43. lib. 2.* Poteſt & addi exemplum ex *Novella de ſamarit.* qui non abſimiles fuere Montaniſtis, quibus exprobrantur ſabbata. His teſtamento, vel quovis modo ſi quid relictum ſit, ſextantem tantum capiunt. Hic quoque exceptio eſt: nam ſi ex bonis, quæ eis relinquantur, legata relinquantur Chriſtianis, totum capere poterunt. Omnes autem hi loci adducti loquuntur de eo, qui eſt incapax pro parte tantum. Quæro quid ſit ſtatuendum ſi quis ſit omnimodo incapax, ut peregrinus, & rogetur reſtituere capaci, & videtur eum capere poſſe per *leg. eam. quam. C. de fidric.* qua movetur Accurſ. *l. 1. §. ſed ſi legatum*, *ſi quis aliq. teſt. prohib. l. legatum*, *de excuſ. tutor. ſup.* Nos vero contra arbitramur, & ſtatuimus, nonnullos eſſe ex parte ſolum incapaces, qui propter fideicommiſſarium non repelluntur: alios in totum incapaces, qui nec propter fideicommiſſarium admittuntur. Et ideo hæ leges non loquuntur de incapaci in ſolidum, ſed de indigno, inter quos maximum eſt diſcrimen: Indignus enim is eſt, qui erat quidem capax legati in totum accipiendi; ſed illud aliqua ex cauſa ei eripitur, & in fiſcum cum ſuo onere tranſit, qui detracto quadrante fideicommiſſario hereditatem relictam reſtituere cogi poteſt, & propter fideicommiſſarium capere poteſt: Quod ſecus eſt in incapaci in ſolidum: quicquid enim ei relinquitur, pro non ſcripto eſt, & apud heredem remanet ſine onere fideicommiſſi, quia & fideicommiſſum pro non ſcripto habetur, nec ullum quartæ ſentit commodum: fideicommiſſarius autem legatariuſve quartam non detrahit. Poſtremo cum hæc lex ſumpta ſit ex Pauli libro ſing. ad Senatuſconſult. Tertyll. videamus an Senatuſconſ. Tertylliano convenire poſſit, quo mulier filio ſuccedit ab inteſtato, & præfertur agnatis, etiamſi ſit tantum cognata. Quibus addita eſt exceptio conſtitutione Divi Severi in *l. 2. ff. qui pet. tutor.* ſi filio pupillo tutorem non petierit: ad hæc uxor jure veteri non poterat ex teſtamento viri ſolidum capere, quod tamen correctum eſt novo jure, *tit. C. de infirm. pœn. cælibat.* Finge ergo: Quidam filium impuberem exheredavit, quod timeret ne filii bona committerentur lubrico tutelæ, ut fieri ſolet, ut *l. multi*, *ff. de lib. & poſtum.* & uxorem ſuam heredem ex aſſe inſtituit, ejuſque fidei committit, ut hereditatem filio poſt pubertatem reſtitueret, eique remiſit cautionem præſtari ſolitam in legatis conditionalibus, *l. 1. ut leg. & fid. nom. cau.* Quæ teſtamento Divi Marci conſtitutione remitti poteſt, *l. 2. C. ut in poſſeſſ. leg.* an mater, quæ heres inſtituta eſt, maxime propter fideicommiſſum, ſuccedet filio, cum ei tutorem non petierit ex Senatuſconſulto Tertyll. maxime quia patris ſecuta ſit voluntatem, & nihil habenti filio non fuerit opus tutores petere, *l. 2. §. & ſi forte quis*, *ad Senatuſconſ. Tertyll.* Atque ita hæc lex aptari poteſt ad tractatum Senatuſconſulti Tertylliani.

Ad L. Qui concubinam.

HÆc lex ſumpta eſt ex lib. 2. poſteriorum Labeonis: Qui dicti ſunt poſteriores, quod poſt mortem ejus editi ſint, quos Jabolenus in Epitomem redegit: unde etiam poſtumi liberi poſteriores dicuntur in *l. 3. ff. de inj. rupt.* uxori, aut concubinæ, aut filiæfam. liberto, aut libertæ legari ſolebant, quæ eorum cauſa parata erant, vel quædam ex eis, veluti veſtes, ornamenta; & hæc dicebatur vulgaris clauſula: Quare autem illud iis legaretur, ratio eſt, quia donatio uxori facta inter vivos non valet, ſicut nec filio à patre, & ſervo à domino fieri poteſt: donatio autem inter vivos non revocatur pœnitentia; donatio cauſa mortis revocatur. Itaque ſi quid eis detur, id non eſt donare proprie, ſed adſignare, & utendum dare, & quæ uſibus uxoris adſignabant morientes, ſolebant eis legari. Concubinæ autem facta donatio inter vivos valet, *l. Donationes*, *de Donat.* verum ei nonnumquam non donabatur, ſed adſignabatur quaſi uxori, uſibus ejus, & legabatur, concubina imitatur legitimam uxorem, nec eſt ſcortum, nec meretrix. Julianus in Nov. 18. in antiquis inſcription. viceconjux appellabatur; & licebat unam tantum concubinam habere, quemadmodum uxorem unam, nec à viro temere diſcedebat, ſicut nec uxor. Et quemadmodum matrimonii nomen legitimum eſt; ita & concubinatus, *l. in concubinatu*, *de concub.* neque cum ea ſtuprum committitur; ideoque ex ea nati non ſunt ſpurii; ſicut qui ex ſcorto, ſed naturales dicuntur, ſicut, & legitimi quos adoptamus, & juſti, ex legitimis nuptiis dicuntur: & Vaſcones Pyrenei hodie habent concubinas ſine probro, quæ dimiſſæ alteri etiam ſine probro nubent: cæteri Galli concubinas non habent; ideo ex iis nati ſunt injuſti, & ſpurii. Nunc finge. Quidam uxori poſteriori legavit veſtem, quæ ejus cauſa empta parata eſt: quæritur, an debeatur veſtis prioris uxoris, quam poſteriori dedit utendam, ſic videtur: nam veſtis quidem empta eſt prioris uxoris cauſa: ſed etſi parata fuerit prioris cauſa: hodie tamen parata eſt poſteriori, cum ſit in uſum poſterioris proprie deſignata, *l. ſi quid earum*, *hoc tit.* An idem ſtatuendum, ſi quis ita concubinæ legaverit? Caſcellius, & Trebatius negant ei deberi, & ſtrictius accipiunt legatum concubinæ, nec in ea id admittunt quod in uxore: reprehenduntur tamen à Labeone, & merito: in hac enim cauſa jus uxorium non inſpicitur, ſed verborum interpretatio facienda eſt. Eadem ratione utitur in *l. Item legato*, *§. 1. hoc tit.* Sane enim niſi in dignitate nihil intereſt inter uxorem, & concubinam, quia uxoris dignitas, & honeſtas major eſt: Et hæc nomina, uxor, materfamilias, nomina ſunt plenioris honoris, ut in *l. cum tabulis*, *§. 1. de his*, *quibus ut indign. hanc pleniore honore dilexerat*, quaſi uxorem, *l. probrum*, *de ritu nupt. l. donationes*, *de donation.* Labeo aliam adfert rationem, idem eſſe in concubina, quod in legato uxoris, non enim, ait ſequimur exemplum uxoris, ſed verba. Id ſolum concubinæ damus, quod verba ferunt, non proprio quodam ſuo jure, & privilegio, ſed verbis tantum, Idem enim dabimus filiæ, & cuilibet viliſſimæ perſonæ.

Ad §. Cum ita legatum eſſet, ut T.

SPecies hujus §. hæc eſt. Quidam heredes ſcripſit ex partibus inæqualibus; deinde ita legatum eſt, ut Titius tantamdem partem quantulam unus heres haberet: hic legatarius eſt partiarius, & hereditatis partem feret, ideoque inter eum, & heredes interponenda erit ſtipulatio partis, & pro parte, ut ferat onera hereditatis pro parte hereditaria. Tota hujuſce legis dubietas conſiſtit in hoc verbo, *quantulam*, ſicut Florentiæ ſcriptum eſt: ſi enim verbum hoc deminutionem ſignificat, minima pars erit præſtanda: ſin autem, ut verius eſſe arbitror, verba hæc quantulam, ſive quantulamcumque, ſive quantam, aut quantamcumque, ut nihil interſit, an dixerit quantam, aut quantulam, poſſunt intelligi tam de magna, quam de minima parte: huic ſermoni magis ſatisfacit, qui maximam præſtat, quam qui minimam, quia præſtando maximam, & minimam præſtat: ſed non contra: & in majori minor eſt, ut Quintus Mucius, & Gallus putant. In arbitrio autem eſt heredis eam partem dare, quam voluerit, dabit igitur minimam. Ratio hæc eſt, quia proponitur legatum per fideicommiſſum, aut per damnationem, ut fac, ut habeat, & hoc caſu electio eſt heredis, *l. ſi ita relictum in princ. lib. 2.* quæ eſt Pomponii ad Q. Mutium. Quod ſecus eſſet ſi per vindicationem proponeretur; ut ſi dixero uxori meæ do lego tantam partem quantam habet heres meus, quia electio eſt legatarii hoc caſu; Et quod volet jure licito ſibi vindicabit: verum ſi dixero, damnas eſto dare illud, aut illud, minimum eſt lega-

ga-

gatum : ſed ſi dixero, illud, aut illud do lego, maxi- A mum, quia electio eſt legatarii, *d. l. ſi ita relictum*, *§. ultim.*

Ad §. Cum ita legatum eſſet : quanta.

VEndita hereditate, emptor ſic ſtipulatur à venditore : quanta pecunia ex hereditate ad venditorem pervenerit, tantam præſtari : Et viciſſim venditor reſtipulatur de emptore, quantam de hereditate dedero, ſolvero : tantam mihi ab emptore dari, *l. 5. de verb. oblig. l. 2. l. ſi ex pluribus*, *de hered. vend.* ſic inter heredem, & legatarium partiarium interponuntur ſimiles ſtipulationes, legatarius ita ſtipulatur de herede : quanta pecunia ex hereditate ad heredem pervenerit, ejus partem B illam dari. Et retro ita heres de legatario ; quantam nomine hereditario dedero, ſolvero, ejus pro rata partem inferre à legatario, in *§. ergo ſiquidem*, *Inſtitut. de fideicommiſſ. hered.* Ita ſi teſtator dixerit : quanta pecunia ad me ex hereditate Titii pervenerit, tantam heres meus illi dato : illud tantum præſtare heres debet, quod ex rationibus accepti, & expenſi teſtatoris apparet eum accepiſſe. Nihil præterea : vel etiam ſi cautio ab herede deſideretur, quia forte legatum diem habet, aut conditionem, cavebit de eo præſtando, quod ex rationibus defuncti apparebit. Sed quæritur, an viciſſim legatarius debeat cavere heredi de eo præſtando, quod heres ejus hereditatis nomine dederit ſolverit creditoribus hereditariis ? utique : quia teſtator videtur huic legaſſe hereditatis commoda, & incommoda, & actiones tam paſſivas, C quam activas : non videtur autem id ad heredem, aut defunctum perveniſſe, quod hereditario nomine ſolvere cogatur : verbum enim pervenire accipitur cum effectu, *l. 2. §. illud*, *de hered. vend.*

Ad §. Si heres tibi.

HUjus paragraphi quæſtio eſt, an heres à quo ſervus legatus eſt, ſervo tradito, & poſtea evicto, teneatur de evictione ? Et breviter ita reſpondendum, & diſtinguendum : Aut homo certus eſt legatus, aut incertus : ſi certus, talis dari debet, qualis eſt : nec ejus ſervi nomine legatario tenetur de evictione ; & omnino lucrativæ rei poſſeſſor de evictione actionem non habet, veluti donatarius, legatarius, fideicommiſſarius, *l. Ariſto*, D *§. ult. de donat. l. ult. de donat. l. Julianus*, *inf. de verb. obligat.* ſi autem legatus ſit homo incertus, & generaliter, veluti : Titio hominem do lego, & ſic per vindicationem, eliget legatarius, & ſibi imputabit ſi bene non elegerit, ſed ſi homo non ſit legatus generaliter per vindicationem, ſed per damnationem, aut fideicommiſſum, & is, quem heres legatario tradidit, evictus ſit, heres tenetur actione ex teſtamento, quaſi nec præſtito homine, qui evictus eſt, vel tenetur actione ex ſtipulatu ſi in tradendo homine caverit de evictione. Ergo homine generaliter legato, heres tenetur de evictione. Cur ita ? quia hæc videtur eſſe voluntas legantis per damnationem, aut fideicommiſſum relinquentis, & electionem permittentis heredi, ut eum eligat, & præſtet, quem legatario habere liceat, cuique non evincatur, *l. ſi domus*, E *§. 1. l. ſi à ſubſtituto*, *§. 1. lib. 1. l. hered. ſup. de evict.* Tenetur heres, ut dixi, de evictione, vel actione ex ſtipulatu ſi in tradendo homine caverit de evictione, vel ſi non caverit, tenetur ex teſtamento. Et hac ratione heres compellitur præſtare legatario alium hominem, vel litis æſtimationem, & cavere ſimiliter de evictione : & hic alius homo rurſus ſi evincatur, agetur æque ex ſtipulatu, vel ex teſtamento : iterari poteſt actio evictionis nomine : ut agatur ex empto, ut tradas mihi rem venditam, quæ poſtquam tradita fuerit ſi evincatur, iterum agam ex empto, evictionis nomine : Et regulariter actio in perſonam non iteratur niſi evictionis

A nomine, quia judicato novatur actio, id eſt, pro actione qua actum eſt, rei judicatæ actio competit, non eadem actio : alioquin nullus eſſet litium finis, ſed competit actio judicati, cujus cognitio eſt ſummaria : agenti eadem actione, obſtat exceptio rei judicatæ : ſic igitur actio in perſonam non iteratur, niſi evictionis nomine : actio in rem iterari poteſt, ſi non ſatisfiat judicato, *l. 9. §. pen. de except. rei judic. l. ſi funerum*, *§. creditor*, *de pign.* quia in actionibus in rem res judicata non eſt actio judicati, actio in rem judicato non novatur, actio in perſonam judicato novatur ; quia condemnatur reus : actio in rem non novatur judicato, quia non condemnatur reus, ſed pronuntiatur rem actori pigneratam eſſe, ſi agetur actione hypothecaria, quæ eſt etiam in rem. Ergo ſi homo legetur ge-B neraliter, & is, quem heres præſtitit, evincator, legatarius habet regreſſum adverſus heredem, eadem actione evictionis nomine. Et hoc eſt, quod proponitur in ſuperiori parte hujus §. Huic definitioni opponit primum Accurſius *l. cum pater*, *§. evictis*, *ſupra libr.* 2. Pater uni ex filiis prædia quædam legavit, quæ ſua eſſe exiſtimabat, cum eſſent aliena, verus dominus ea filio evicit jure judicioque : fratres, iidemque coheredes non tenentur filio de evictione. Ergo heres non tenetur evictionis nomine : verum facile diſſolvitur hoc dubium : quia ibi de legato rei certæ agitur : hic de legato rei incertæ. Quod ut intelligatur, omnino ſententia hujus *§. evictis*, explicanda eſt ex eo, quod ſubjicit : Pater inter filios fecit diviſionem bonorum, ſingulis relictis prælegatis : hoc caſu, arbiter familiæ C erciſcundæ ſecutus diviſionem defuncti, cuique prælegata præſtari curabit ; & ita invicem fratres ſibi reſtituere prælegata jubebit, & vice mutua evictionem præſtare parati ſunt alii aliis, ut omnibus prælegata ſua optimo jure habere liceat, ita ut avelli ea non poſſint, & ſingulis evictionem præſtent, & viciſſim præſtent eis, ut in *l. ſi paterfamil. famil. erciſc.* & hoc modo re geſta inter fratres, facient inter ſe quodammodo permutationem rerum paternarum lege certa, *l. ſi filia*, *§. ſi paterfamil. eod. d. l. cum pater*, *§. hereditatem*. Ex permutatione autem naſcetur obligatio de evictione, quia eſt ſimilis emptioni, & venditioni Opponunt præterea *l. Sticho*, *de uſufr. leg.* ad quam eodem modo eſt reſpondendum, ut loquatur de rei certæ legato, ex cujus legati cauſa heres non tenetur de evictio-D ne : verbi cauſa ſi quis ignorans rem eſſe alienam, vel alii debitam, vel obligatam, eam legaverit : exiſtimans eſſe ſuam, nullive obligatam, etiamſi eam legaverit conjunctis perſonis, veluti liberis, aut uxori, aut alumno, & præſtitam eam rem dominus, vel creditor evicerit, legatarius regreſſum adverſus heredem non habebit, quia ab eo ignorans rem eſſe alienam, rem certam legaverat, quam talem præſtat qualem à defuncto accepit : ſed ſi ſciens rem eſſe alienam, quam poſſidebat, legaverit, aut eam obligatam, vel alii debitam eam heres præſtiterit, evictaque à domino fuerit, hoc caſu ex conjectura voluntatis heres tenetur de evictione : ſcientia enim teſtatoris præbet argumentum voluntatis : ut interpretemur eum voluiſſe heredem onerare nomine evictionis. Ergo ſive ſervus generaliter ſit legatus, ſive certus, heres tenetur de evictio-E ne, ſi modo ejuſdem voluntatis aliqua conjectura ſubſit, an aliter. At quæri poteſt, an ceſſante omni conjectura, quo caſu non tenetur de evictione ; teneatur tamen ſi ultro promiſerit nomine evictionis, cum tamen non cogeretur. De donatore hoc eſt proditum in ſententiis Pauli, eum non teneri, licet promiſerit. Paulus *lib. 5. Sentent. tit. de donat.* ait, donatorem invitum non compelli de evictione rei donatæ : ſed ſi promiſerit, an tenetur ? minime : quia poſſeſſio rei lucrativæ ipſa juris ratione repellitur ab actione evictionis. Idem in legatario, *l. ſi legati ſervi*, *lib.* 1. Servus legatus eſt : legatarius ſtipulatus eſt ab herede ſervum fugitivum non eſſe : heres promiſit fugitivum non eſſe, nihil in

ſtipu-

ſtipulationem veniet, inquit; heres enim tenetur ex ſtipulatu; quia qualis eſt ſervus, talis præſtari debet ex teſtamento: nec ullum in legato damnum facere legatarius intelligitur: nec cogitur promittere ſervum fugitivum non eſſe, nec etiam ſi ſervus fugitivus ſit, tenetur ædilitia actione, quia nihil habet, quod reddat: actio ædilitia, aut redhibitoria eſt, ut puta vendidiſti ſervum fugitivum, ago redhibitoria, ut reſtituas. Finge: heres dedit mihi ſervum fugitivum: an ago redhibitoria? minime, quia nihil à me habet. Igitur heres non cogitur promittere fugitivum non eſſe: finge: ultro promiſi fugitivum non eſſe, an aliquid venit in ſtipulationem? minime. Accurſ. quia hoc illi videbatur iniquum, vult heredem promiſiſſe per errorem, quod ferre non poſſum. Promiſit igitur ſciens ſervum fugitivum non eſſe: at textus ait, eum non teneri ex ſtipulatu. Dices: non loquitur ea lex de ſtipulatione evictionis, ſed de ædilitia ſtipulatione: ſed utriuſque ſtipulationis hac in re eadem eſt ratio; quia etſi, qui cogitur de evictione cavere, non continuo cogatur etiam cavere ædilitia ſtipulatione, *l. etſi à ſubſtituto*, *§. 1. lib. 1.* tamen qui non cogitur cavere de evictione, non cogetur etiam cavere de ædilitia actione, id eſt, ea quam ædiles in rebus venalibus repromitti jubent, *l. ad res*, *de ædil. edic.* Donator non cogitur cavere de evictione, vel de his, quæ continentur edicto ædilium curulium: non tenetur, quia actio non datur, niſi ei cujus intereſt, *l. 8. §. mandati*, *ſup. mand. l. qui fundum*, *ſup. loc.* Donatarii autem vel legatarii nihil intereſt, etiamſi res evincatur, vel ſi non ſit ſervus, aut ſervus ſit fugitivus, & erro. Hoc probandum eſt: vel intereſt ratione damni facti, vel ratione lucri non facti: non intereſt ratione damni, quia in re lucrativa damnum facere non intelligitur, & quod ad alteram attinet, in re lucrativa lucrum non facere non venit in ejus æſtimationem, quod intereſt, nu lucro lucrum ita aggeratur, & accumuletur. In re igitur lucrativa lucrum non facere, ejus ratio probe non habetur, ut etiam in pleriſque aliis cauſis habetur ratio damni, non lucri. Concludamus igitur ex illis: donatorem, vel heredem, qui ultro ſtipulanti de evictione cavit, vel de his, quæ edicto ædilium continentur, non obligari. At hoc omne videtur ſublatum in *l. 2. Cod. de evict.* quæ eam ſtipulationem in donationibus admittit, ut donator teneatur de evictione ſi ita ſtipulanti promiſerit. Aliud enim eſt quid jure eſſe, aliud quid ex conſtitutionibus: jure ſtipulatin non admittitur, conſtitutionibus admittitur, ita ut ejus habeatur ratio, qua donator in re lucrativa lucrum non facit, & res aufertur, aut evincitur: vel dum ſe ipſamet res aufert donatario, ut cum ſervus donatus ſe in fugam recipit. Ergo & nos hodie idem in legato admittemus.

Superiori loco oſtendimus, heredem à quo generaliter legatum eſt, teneri de evictione: huicque definitioni ita demum eſſe locum, ſi legatarius, priuſquam judicium acciperetur, id eſt lis moveretur ab eo de ſervo tradito ab herede, denunciaverit heredi, ut liti ſubſiſtat, & defenſionem ſuſcipiat, id eſt, ſi laudaverit auctorem, *s'il à ſomme ſon garant*. Nam illaudatus auctor non tenetur de evictione, vel agentem de evictione, exceptione doli mali repellit, dicendo, dolo facis, qui me appellas de evictione, qui non laudaviſti de ea re, quam intendebat in te alter: videtur autem in hoc §. deſiderari, ut denuntiatio fiat heredi ante litem conteſtatam, cum tamen conſtet in cauſa venditionis denuntiationem fieri poſſe poſt litem conteſtatam ante condemnationem, *l. ſi rem*, *§. ult. de evict.* (*ſommation de garant perpetuelle*) dummodo non fiat poſt condemnationem: in omnibus litibus eſt quædam quæ appellatur ultima cognitio, id eſt, qua litigatores allegationibus, & probationibus finem impoſuerunt, *l. ult. de præſcript. 30. ann. & Julian. in Nov. 60.* ante ultimam cognitionem, debes nuntiare auctori, ut adſit quando res eſt adhuc integra: ſed poſt ultimam cognitionem, ſerâ eſt denuntiatio: attamen conſtat, in cauſa venditionis denuntiationem recte fieri poſt litem conteſtatam, & conſequenter etiam in cauſa permutationis, & cauſa dationis in ſolutum, ex cauſa adjudicationis, & ex articulo do, ut facias, & ex inveſtitura feudi. In omnibus his cauſis ex quibus præſtatur evictio, ſatis eſt, denuntiare, & laudare auctorem poſt litem conteſtatam, quæ à veteribus in auctorem præſentem actio dicebatur, auctore Tullio pro Cæcinna: quia ea denuntiatio præſenti auctori fit, & in jure, vel judici, *l. ſi ideo*, *§. ult. de evict.* Et hoc modo fiebat: *Quando te in jure conſpicio*, *poſtulo ut auctor fias*. In jure: Ergo non tantum ante litem; ſed etiam poſt litem fiebat denuntiatio. Et qui ita fuerat laudatus, non poterat defugere auctoritatem: id eſt, non poterat non ſuſcipere defenſionem, & re evicta, non poterat non teneri de evictione. Victorinus in Ciceronem eleganter docuit quid ſit defugere auctoritatem, affirmans eſſe verba juris, non defugere auctoritatem Senatus, id eſt paratus ſum defendere, quod in conſulatu meo geſſi. Et veriſſime dixit verba eſſe civilia, *l. minor*, *de evict. l. in executione 85. §. in ſolidum*, *& l. cum ex cauſa*, *de verb. oblig.* Cur etiam non eſt ſatis denuntiari heredi poſt litem conteſtatam? Accurſ. modo ait, aliud eſſe in legatis, aliud in contractibus, quod rationem non habet: nam fatetur legatarium poſſe denuntiare heredi poſt litem conteſtatam, idque veriſſimum eſt, id eſt, ante rem judicat, ante condemnationem: nam judicium eſt ſententia, ut inquit, quod eſt falſum: nam judicium pro ſententia non accipitur, ſed poſt litem conteſtatam: judicem autem accipere, & judicium differunt: judicium accipit reus, cum quo litem conteſtatur actor. judicem accipit adverſus reum, *l. 1. §. igitur*, *de tut. rat. diſtrah. l. 2. Cod. de jud. l. 1. Cod. de in lit. jur.* Quamvis autem denuntiatio fiat ante litem conteſtatam, non tamen ideo ſequitur, quin fiat recte poſt litem conteſtatam, ſi modo res ſit in integro, id eſt, ſi integrum adhuc ſit heredi defenſionem ſuſcipere, ut quod res non ſit adhuc perducta ad ultimam cognitionem: fiet quidem denuntiatio opportune ante litem conteſtatam, ſed non fiet etiam importune poſt litem conteſtatam. Denique vitioſa eſt hæc collectio: debet ante litem conteſtatam: Ergo non debet poſt litem conteſtatam. Et ita in *l. Lucius 46. §. quæſitum*, *de adminiſtr. tut. in diem accepti judicii*, id eſt, in diem litis conteſtatæ, quod tantum produci poteſt ad diem ſententiæ, ſi in lite tutor perſeveravit, ut probat *l. 1. §. ult. de uſur.* præſtabit uſuras in diem litis conteſtatæ, quia plerumque tutor bonam fidem agnoſcit; ſed ſi perſeveraverit in lite, præſtabit etiam uſuras in diem ſententiæ. Eodem errore Accurſ. judicium accipit pro ſententia in *l. 3. §. idem ſcribit*, *de pecul.* judicio quaſi contrahitur ſententia, ut inquit, quia naſcitur actio judicati, male: ſed judicio lis conteſtari dicitur, quia hoc facto partes conſentiunt in judicem, *l. non videtur*, *de judic.* Ergo judicio, quaſi contrahitur, id eſt, lite conteſtata, quoniam litis conteſtatio eſt conventio quædam partium, & conſenſus in judicem; quæ conventio fit etiam teſtibus præſentibus: ſed ex hoc quaſi contractu non naſcitur obligatio ante rem judicatam. Judicato autem fit novatio actionis, id eſt actio, qua actum, & peractum eſt, transformatur in actionem judicati: judicio nondum fit novatio, quia gradus eſt ad novationem.

Ad §. Si Stirbus.

QUærendum eſt, cur Labeo putet neutrum liberum futurum. Is qui manumiſſus eſt, liber erit, ſed non ex teſtamento, ſed vindicta, vel alia manumiſſione inter vivos facta: Qui manumiſſus non eſt, liber non eſt, & conſequenter legatum non capiet: ſervo enim proprio inutiliter ſine libertate legatur, *§. 1. qui teſt. tutor. dari poſſ.* Alienatus autem ſervus, ex teſtamento liber non eſt: tamen

tamen utrumque liberum futurum Labeo putat, ſecu- A
tus teſtatoris verba, quia uterque in poteſtate mo-
rientis non fuit, unde quaſi deficiente conditione liber-
tatis,& legati, neuter pervenit ad legatum, aut liberta-
tem: verum, humanius eſt, & congruentius voluntati
teſtatoris, ut ſermo ille, *ſi Stichus, & Dama in mea po-
teſtate erunt cum moriar*, dividatur in ſingulas perſonas,
perinde atque ſi ita dixiſſet: ſi Stichus in mea poteſta-
te erit, cum moriar, liber eſto, & legatum ſibi habeto:
Et ſi dixerit idem de Dama, ut ſcilicet ſi in ejus pote-
ſtate manſerit, liber ſit, & legatum habeat, *l.a. §. 1. de
conditionib.inſtit.* Quo genere ſi deficiat conditio in uno,
non deficit in alio, idque maxime ſuadet enumeratio per-
ſonarum in *l.ſi heres nominatim* 124. *lib.* 1. Labeo verba
tantum, Tubero voluntatem defuncti eſt ſecutus. Idem
erit dicendum ſi ſervi legati ſint ſub eadem conditione: B
ut, Stichum, & Damam lego ſi mei erunt cum moriar;
uno enim alienato, alter qui fuit in mea poteſtate mor-
tis tempore, legatario debebitur, *l. falſa, §. ult. de cond.
& demonſtr.* nam hunc ſermonem, licet pluralis ſit,
perinde oportet accipi, atque ſi ſeparatim dixiſſet: Sti-
chum, ſi meus erit cum moriar. Idem eſt ſi pluribus
heredibus, vel legatariis conjunctim adſcripta ſit: con-
ditio, ſive dandi, ſive faciendi, etiamſi de poſtrema
dubitetur, ut Titius, & Cajus heredes ſunto,ſi monu-
mentum fecerint, vel decem dederint: uno autem
conditionem non implente, an alter, qui eam impleve-
rit, excludetur? minime, *l. ſi quis legata, §. ult. l. cui
fundus, & l. pen. de condit. & demonſtr.* Quod à Juſtin.
ſublatum eſt in *l. pen. C. de cond. inſert. tam in leg.* qua
ſtatuit, eum tantummodo legatum accipere, qui con- C
ditionem implevifſet, & unicuique eam implendi ne-
ceſſitatem imponit; nec factum unius alteri proderit;
cujus etiam meminit Ulpian. in *l. 13. de man. teſtam. & l.
hoc articulo, de hered. inſtit.* verum Labeo hic, ut ple-
riſque in locis formulam verborum nimis ſequitur,
l. quiſquis, de verbor. ſign. neque adeo ita verbis ſtandum,
quin ſit locus voluntati, à qua verba prorſus non ab-
horreant. Finge: Teſtator ita dixit: ſi Stichus,& Da-
ma ſervi mei, id eſt, in mea poteſtate erunt, cum mo-
riar liberi ſunto, & fundum ſibi habento. Is qui re-
manſit in poteſtate, perveniet, & ad libertatem, & ad
legatum: alter qui non remanſit, & alienatus fuit, an
perveniet ad legatum, & acquiret domino ſuo, vel ſi
manumiſſus ſit facto teſtamento? qua in re ſubtilis di-
ſtinctio *l. talem, de hered. inſtit.* obſervanda eſt: Aut D
alienavit unum ex his ſervis, quo caſu legatum non de-
bebitur, aut unum manumiſit, quo caſu legatum etiam
debebitur; nec ut Celſus ait, hunc caſum voluiſſe ex-
cludere teſtatorem palam eſt, quia cum voluerit eum
liberum fieri morte ſua, ſi in ejus eſſet poteſtate, ma-
xime voluiſſe videtur, cum perſeveraverit, ei liber-
tatem dari. Præmatura enim libertatis datio non facit
inutile legatum: neque verba omnino repugnant, quia
dixerat: ſi meus erit cum moriar, vel, ſi in poteſtate
mea erit, nec inter has loquendi formulas aliqua con-
ſtituenda eſt differentia, ut voluit Accurſ. Præterea
adeo etiam verba non repugnant voluntati teſtatoris,
cum etſi manumiſſus ſervus non ſit, tamen ejus eſt li-
bertus. Meum eſt, quod jure aliquo mihi vindico,
etiamſi jure dominii rei vindicatio detur domino, *l. 1.* E
§. per hanc, ff. de rei vind. Datur & patri, qui domi-
nus eſt. Idem in liberto dicere poſſumus, qui quodam-
modo eſt in poteſtate patroni, *l. 2. §. juris ſui, de interd.*
Qui agit de liberto exhibendo, velut proprietatis cau-
ſam agit, id eſt, quaſi dominii, quia proprietas eſt
dominium. Opponit Accurſius *l. quamvis, C. de im-
pub. & aliis ſubſtit.* quod conditio deſcripta non divi-
datur in ſingulas perſonas: ſubſtitutio duplex eſt, vul-
garis, & pupillaris: ſubſtitutio vulgaris fit hoc modo:
ſi heres non erit, ille heres eſto, & cuilibet fit, liberis,
& extraneis; ſubſtitutio pupillaris ita fit; ſi heres erit,&
impubes deceſſerit, quæ filiofam. impuberi tantum fit,
non extraneo impuberi, vel puberi. Denique ſi filio-

fam. impuberi fiet vulgaris, ſi heres non erit, huic ſub-
ſtitutioni ineſt pupillaris, id eſt, intelligitur alter ca-
ſus, ſi heres erit. Et viciſſim ineſt etiam in pupillari
facta filiofam. impuberi vulgaris, ſi heres non erit. In
ſumma, qualis qualis ſubſtitutio facta ſit filiofamil. im-
puberi, ineſt ei duplex, *l. jam hoc jure, de vulg. ſubſtit.
l. 2. C. de imp. & al. ſubſtit.* Excipitur tamen unus ca-
ſus, ſi ſubſtitutio vulgaris facta ſit conjunctim filio-
fam. impuberi, & extraneo, quoniam in hac vulgari
ſubſtitut. non ineſt pupillaris. Finge: heredem ſcripſi
filium meum,& uxorem, ſi filius meus, & uxor heredes
non erunt, tunc ille heres eſto; filius heres extitit, ſed
impubes deceſſit, an veniet ſubſtitutus ex tacita pupil-
lari? minime, quod ſecus eſſet, ſi ſeparatim dixiſſet:
ſi filius meus heres non erit, ille heres eſto; ſi uxor
mea heres non erit, ille heres eſto: nam eo caſu ſubſti-
tutus ex tacita pupillari heres exiſtet: quod contra eſt,
ſi conjunctim, quia conjunctio extranei, cui non po-
teſt fieri pupillaris ſubſtitutio, indicat teſtatorem eam
tantum ſubſtitutionem facere voluiſſe, quæ utrique
congrueret. Quare ſicut in hac l. non dividimus con-
ditionem ſubſtitutionis: ſubſtitutio vulgaris facta inæ-
qualibus perſonis non continet pupillarem, ut filio, &
extraneo; nunc quæro, retento eodem caſu, filius he-
res extitit, uxor hereditatem repudiavit, an repudiatio
hereditatis excludet ſubſtitutum vulgarem? an dices
ſubſtitutum non admitti in partem uxoris, quod con-
ditio ſubſtitutionis non ſit impleta in utroque? an di-
vides? maxime, & admittes ſubſtitutum in partem de-
ficientis, quia ſeparatim videtur ſingulis ſubſtitutus
hoc caſu, qui ſimilis eſt caſui huius §. nec attingit ca-
ſum legis, quamvis in hac oratione, *ſi filius, & uxor he-
redes non erunt*, conjunctio ad conjungendum unum
idemque genus ſubſtitutionis pertinet, nempe vulga-
ris, non ad conjungendam ſimul in utroque ſubſtitu-
tionis conditionem. Diviſio enim fiet in conditione
in ſingulas perſonas, non diviſo genere ſubſtitutionis.
Opponitur etiam *l. penul. C. de impub. & al. ſubſtitut.*
Teſtator duos filios impuberes ſcripſit, & ita ſcripſi:
ſi uterque impubes deceſſerit, ille heres eſto: quia dixit
conjunctim, & confuſim, niſi impuberes ſimul morian-
tur, ſubſtitutus non admittetur: unde ſi uno pubere
facto, alter impubes deceſſerit, an admittetur ſubſtitu-
tus? minime. Ergo non videtur ſeparatim ſubſtitutus
ſingulis. Hoc fit propria quadam ratione, & conjectu-
ra voluntatis, vide *l. Tolla, §. 1. hoc tit.* quia pater præſu-
mitur præferre voluiſſe fratrem ſuperſtitem ſubſtituto
extraneo, ut ſi unus impubes decederet, alter ab inte-
ſtato ſuccederet; & ita repellitur ſubſtitutus, quia &
contra verba, & contra mentem teſtatoris venit, quæ
in fideicommiſſis potiſſimum ſpectanda eſt, *l. cum unum,
C. de fideicom. l. pen. ff. de leg. 1. l. heredes, §. cum ita, ad
Senatuſc. Trebell.* quæ d. *l. pen. de impub. & al. ſubſt.* oppo-
nitur; cujus ſpecies ſimillima eſt his, quæ ſupra diximus,
nec ſubſtitutus fideicommiſſarius repellitur: verum ve-
nit quidem hoc fideicommiſſ. ſubſtitutus contra verba,
ſed non contra mentem.

Ad L. XXX.

Hic §. *Qui quatuor*, eſt principium, ſecundum
Pandect. Florent. l. 30. cujus facti ſpecies facilis
eſt. Quidam legavit pocula oleaginea paria duo, quæ-
ritur quot debeantur? duo, an quatuor? Et reſpondet,
deberi tantum unum, id eſt, unum par poculorum,
quia teſtator dicendo, paria, parilia dicere voluit. Aliud
eſt ſi dixerit: pocula oleaginea bina paria, quia bina
paria, id eſt bis una paria, & tunc quatuor debentur,
& ita paria non ſimilitudine, ſed numero deſignantur:
& ita accubitalium Cypriorum paria duo Trebellius
Pollio in Claudio dixit.

Ad §. Qui hortos.

LOcationes, & conductiones prædiorum urbanorum, & privatorum fieri ſolebant in luſtrum, id eſt quinquennium, *l. 4. §. 1. ff. de reb. cred. l. 3. §. cum quinquennium, ff. de jure fiſci*. Qui autem conduxerat prædia publica, vel privata, poterat ea rurſus alii locare uſque ad luſtrum, *l. 6. C. de loc.* Finge: Quidam à rep. conduxit hortos publicos: hic conductor poteſt heredem ſuum damnare, ut eos locet Titio in id tempus, quo ipſe conduxit, eadem mercede, ſicut & damnari poteſt heres, ut vendat, vel emat quid certo pretio: locatio autem, & conductio ſimilis eſt emptioni, & venditioni, iiſdem fere regulis conſiſtit: ſed heres conductoris damnari poteſt, ut præſtet fructus conductionis in quin- B quennium uſque, idque gratuito, & legatum valet, hereſque, non legatarius tenetur reipub. de mercede agrorum conductorum à teſtatore, neque etiam heres legatarii: & ſive heres rogetur Titio locare, ſive fructus gratuito præſtare, utroque caſu heres tenetur reip. mercedis nomine, actione ex locato: ſed priore caſu legatarius ex ſecunda locatione heredi debet mercedem: poſteriore nihil prorſus debet. Et rurſus, priore caſu invecta, & illata à Titin in hortos publicos, ſi adnumerentur in urbanis prædiis, ſunt reipubl. obligata tacito jure pro mercede. Quod procedit non tantum in invectis à priore, ſed etiam à ſecundo conductore, *l. ſolutum, §. ſolutam, de pigner. act.* Poſteriore autem, invecta à legatario pignori non tenentur. Et ita in hac ſpecie legatarius non eſt conductor, licet capiat fructus C conductionis; ſicut ſi à fructuario extraneo detur uſusfruct. quamvis enim fructus percipiat, non tamen eſt fructuarius: uſusfructus enim eſt jus perſonale; adeo ut in alium transferri non poſſit. Quod autem dicitur in *l. 1. de uſ. & hab.* uſumfructum vendi, hanc habet ſignificationem, ut fructus vendi poſſint, non jus fruendi: uſusfructus enim niſi proprietario cedi non poteſt: ſed perceptio fructuum extraneo facta prodeſt, *l. ſi uſusfructus, de ju. dot.*

Ad §. Cum in teſtamento.

REgula juris eſt: ſervo proprio inutiliter ſine libertate legari, ſicut mihi ipſi à me, *l. 4. C. de leg.* Finge: legavi ſervo meo pure, & libertatem ei dedi ſub D conditione, ſi biennium heredi meo ſerviret: an valet legatum? videtur non valere, quia inutiliter dies cederet, libertatis die non cedente: verum, ne inutile ſit legatum, humana interpretatione conditionem libertatis trahimus ad legatum, ut non prius cedat dies legati, quam libertatis: Et ita fingimus legatum eſſe conditionale; quæ eſt ſententia hujus paragraphi. Quod facilius locum haberet ſi præcederet libertas ſub conditione, & ſequeretur legatum ſine conditione: In eo enim facilius intelligeretur repetita conditio libertatis, *l. cum ſervus, de condit. & demonſtr.* Idem etiam difficilius, ſi legatum conditionale præcedat, & libertas pure relicta ſequatur, *l. 3. §. 1. de hered. inſtit.* Verum huic definitioni obſtat *l. 8. quando dies leg. ced. & l. quæſitum. §. 1. lib. 1.* In his legibus præcedit legatum purum, & ſubſe- E quitur conditionalis libertas, & tamen contra hanc legem definitur, legatum inutile eſſe, maxime, ſi tempore aditæ hereditatis pendere conditio libertatis inveniatur, quia legatorum dies cedit à morte teſtatoris, libertatis ab adita hereditate legatorum quoque ſervis relictorum dies, ſicut & libertatis ad adita hereditate cedit. Tempore autem aditæ hereditatis libertatis conditio non extitit: Ergo relictum pure legatum erit inutile: ſolvendum ſic: Aut conjuncta ſcriptura libertas pure legatur, aut ſub condititione: ſub conditione, ut in hoc loco in verbo, &, ille enim articulus legati ſtatuit conditionem libertatis, & hoc caſu libertatis conditio trahitur ad legatum, *l. ult. de rebus dub. l. non* A *ad ea, de condit. & demonſtr.* ſed ſi ſeparata ſcriptura primum pure legarit ſervo proprio, dein libertatem ſub conditione, inutile erit legatum; maxime ſi adeatur hereditas pendente adhuc conditione libertatis; nec conditio libertatis ad legatum trahitur hoc caſu.

Ad §. Qui fundum.

QUi fundum legat, plenam proprietatem legat, nulla detracta portione, *l. ſi alii, de uſufr. leg.* non ergo detrahetur fructus. Finge: teſtator juſſit fundum Titio vendi certo pretio, an nullam detrahet ſibi portionem? nullam. Atqui minoris damnatus eſt vendere, quam quanti eſt fundus: an non licebit etiam veluti pro B ſuperfluo pretio excipere portionem fructus? minime, niſi interveniat Falcidia, *l. Falcidia, l. in ratione, §. vendere, ad leg. Falcid.* & multo magis, nulla rei portione detracta, id eſt, nudæ proprietatis. Quod verum eſt non tantum ſi rem propriam legarit, ſed etiam ſi ſciens eam alienam eſſe: heres enim rem integram præſtare debet, aut juſtam æſtimationem: non tamen idem erit, ſi rem communem legarit: hoc enim caſu partem tantum videtur legaſſe: partem, inquam, pro indiviſo, vel pro diviſo, ſi fundum teſtator finibus diviſerit, non abnuente ſocio. Et hæc eſt ſpecies hujus §. quia veriſimile non eſt teſtatorem voluiſſe, ut heres ejus, ſocio defuncti teſtatoris teneretur actione mandati pro parte ejus. Denique teſtator bis erravit, cum ſuum fundum appellavit, quem habet communem cum altero. Deinde, C quod volens legare partem ſuam tantum, fundum dixerit, *l. 5. §. ult. lib. 1.* non eſt mihi ſoli illud proprium, quod & alteri commune eſt, *l. illud, de ritu nupt. l. dominus, §. ult. de pecul. leg.* Idem ſi fructus legarit, *l. is qui fund. de uſufr. leg.* valde probo, quod ait Accurſ. in *d. l. 5. §. ult.* non ita eſſe ſtatuendum, ſi teſtator dixerit, illi fundum Cornelianum do lego: nam etſi communis ſit, partem tamen alienam videtur legare.

Ad §. Vxori meæ.

SPecies hujus §. facilis eſt. Quæritur, an cum teſtator uxori ſuæ ducenta legarit, dum cum filio ſuo Capuæ erit, filio à matre migrante, uxori legatum debeatur; & an ſingulis annis legatum debeatur ei ſe- D mel, ut in *l. legatum ita, de ann. leg.* hæc autem verba (*ſi, &, dum*) faciunt legatum conditionale; quorum hic eſt ſenſus: dum cum filio meo habitaverit Capuæ, etiamſi non in eadem domo, ut ſatis aperte vocabulum Capuæ docet, *l. 8. de cond. & demonſtr.* ducenta ei dari volo. Ambo migrarunt Capua Neapolim, neque à filio diſceſſit mater: an conſequetur legatum? minime. Debebitur tantum uxori integrum legatum illius anni, quo Capuæ ambo habitaverunt, & quo Capua migrarunt, quantolibet tempore, etiamſi menſe unico illius anni Capuæ habitarint: & ſequentium annorum legatum non debebitur, quaſi defecta conditione: uterque non migravit Capua; ſed filius tantum: mater autem Capuæ remanſit, an debebitur legatum? maxime, quia per eam non ſtat, *l. 3. de cond.* E *& demonſt. l. 1. C. de inſt. & ſubſtit.* mortuo autem filio, uxori ſuperſtiti, & conditioni parenti in perpetuum legatum debebitur: niſi propter utilitatem filii conditio adjecta appareat, *l. illis libertis de cond. & demonſt. l. Gajo, §. Imperator, & l. Stichus, §. ult. ff. de aliment. legat. l. 1. C. de leg.* Idem ſi mater ad aliquod tempus migret Capua, animo revertendi, *l. 8. de cond. & demonſtr.* notandum ex hoc §. matri deberi integrum legatum ejus anni, quo migravit Capua, vel ſola, vel una cum filio, licet minus anno Capuæ cum filio fuerit, *l. à vobis, & l. filiæ, de ann. leg.* Quod hodie obſervatur in ſtipendiis, ut ejus anni, quo moritur, ſalariarius debeatur heredibus ſuis ſalarium, *l. ult. de*

dome-

domeſtic. & protector. l. 1. C. de princip. l. 13. C. de prox. ſacror. ſcrinior. l. 3. C. de agent. in reb. l. 15. C. de adv. div. jud. Plinius ſcribit, heredem à fiſco ſuperatum qui petebat integri anni ſalarium, quod defuncto ſcribæ debebatur: verum illud eſt ſtatutum, ut heredi unius anni integrum ſalarium debeatur.

Ad L. Si cui ædes. XXXI.

INter ædes & ædificia differentia eſt, quod ædes urbana tantum prædia dicantur, ædificia, Urbana vel ruſtica, *l. fundi, de verb. ſignific.* ædes ex ſolo & ſuperficie conſtant, *l. eum qui, de uſucap.* Ædificium vero eſt ſuperficies. Ædes ſunt totum ædificium: pro legatis ædibus non ſemper debetur omne ædificium, quod eſt ſupra ſolum eorum: regulariter tamen debetur. Paulus notat, uno caſu non deberi, ſi domibus duarum ædium conclave, quod erat ſupra concamerationem ædium legatarum, ex eis ædibus convertit in alterum uſum, nec conclave illud habebit legatarius; quamvis non ſit ſupra alteras ædes: quod confirmatur, *l. pen. de dam. inf.* quæ de conclavi poſito ſupra contignationem loquitur. Hæc de eo, quod eſt ſupra concamerationem.

Ad L. Sextiam filiam.

HUjus legis caſus eſt apertus. Quidam filiam heredem ſcripſit ex quadrante, ex reliquis partibus Sejum & Marcium ſororis filios heredes ſcripſit, quibus erat avunculus, & qui filiæ erant amitini: & filiam Marcio invicem ſubſtituit, ſi heres non eſſet. Et præterea Marcio prælegata dedit: deinde Marcius hereditatem omiſit, & bona ejus, eo mortuo inteſtato, ad fratrem ejus quaſi legitimum heredem pervenerunt: quæritur? an filia jure ſubſtitutionis à legitimo herede ſimul ac fratre Marcii poſſit non tantum portionem hereditatis ſibi vindicare, ſed etiam prælegatum: Et ait, eam tantum vindicare poſſe partem hereditatis jure ſubſtitutionis: Prælegatum enim non omiſerat, pertinetque ad legitimum heredem: fuerat enim tantum in hereditate ſubſtituta. Hinc regulam conſtituemus: ab eo qui omiſit hereditatem, vel herede ejus, totum prælegatum vindicari poſſe, *l. qui filiabus, §. ult. & l. ſeq. l. quæſitum, §. duobus, & l. filio cum ſeq. lib. 1. l. cum reſponſo, C. de leg.* Idem ſi heredi ſcripto ex parte, cui etiam prælegatum relictum eſt, fiſcus quaſi indigno eripiat hereditatem; non enim capiet prælegatum: nam poteſt quidem eſſe indignus hereditate, utpote ſi tacite fidem dederit teſtatori, ſe eam incapaci reſtituturum: Tunc enim eam ab eo ut indigno fiſcus vindicat, ſed non prælegatum, quod ſibi retinet, *l. eum qui, §. ult. D. de his quib. ut indign.* Poteſt quis contra hanc regulam ſic argumentari. Heres ſcriptus ex parte, cui prælegatum relictum eſt, diverſo jure capit: Partem enim à coheredibus ſibi vindicat jure legati; partem alteram à ſemetipſo non jure legati, quia à ſeipſo legatum relictum non valet, *l. legatum, §. 1. de leg. 1.* ſed jure hereditario. In Falcidiam autem ea quæ jure hereditario capiuntur, imputantur, *l. in quartam, ad leg. Falcid.* at hic heres jus hereditarium omne amiſit: Ergo eam partem prælegati omiſit, quam à ſemetipſo jure hereditario capiebat. Ex quo efficitur contra d. regulam, eum non habiturum totum legatum. Hoc autem ita ſolvendum eſt. Retenta quidem hereditate, prælegatum diverſo jure capit, omiſſa vero vel erepta à fiſco, tunc prælegatum totum non capit diverſo jure; ſed uno, eodemque jure, nempe legati, quia ceſſat ratio, quæ varietatem juris inducebat: & ita factum prælegatum non à ſemetipſo, ſed à coheredibus accipit; & voluntati teſtatoris nihil tunc eſt impedimento, qui voluit totum prælegatum capi jure legati. Opponitur *l. miles, §. pro parte, lib. 2.* Quidam plures heredes ex parte ſcripſit: uni prælegavit

A aliquid: idem deceſſit poſt diem legati cedentem ante aditam hereditatem: legatum enim tranſmittitur in heredem, ſi legatarius moriatur ante hereditatem aditam, & non agnoverit legatum; hereditas autem non adita in heredem non tranſmittitur, *l. uni, §. in noviſſimo, C. de cad. toll.* Ergo pars hereditatia ad ſubſtitutum pertinebit; prælegatum vero non ad ſubſtitutum, ſed ad heredem defuncti jure tranſmiſſionis pertinebit: non tamen totum, ſed pro ea parte, qua conſtitit ex perſona coheredum: Partem vero prælegati hereditariam ſubſtitutus ſibi vindicabit: verum breviter dicendum eſt in *d. §. pro parte*: non agi de eo, qui omiſit hereditatem, ſed de eo, qui deliberans de adeunda, vel omittenda hereditate deceſſit: Regula autem loquitur de eo tantum, qui omiſit hereditatem, ſed quare B heres, qui dum deliberat, deceſſit, non traſmittit in heredem ſuum totum prælegatum; quia nondum retinuerat legatum, ſpreta hereditate, ideoque non tranſmittit in heredem niſi eam prælegati partem, quæ conſiſtit ex perſona coheredum. Pars autem quam hereditario nomine erat accepturus, ſi hereditatem adiiſſet, ad ſubſtitutum pertinebit. Notandum igitur ad regulam ſuperiorem, non idem eſſe ſi quis deliberans vita deceſſerit, aut ſpreta hereditate, prælegatum retinuerit, & ſi quis amittat hereditatem, quod ei indigno eam fiſcus eripiat. Primo caſu partem tantum eam prælegati quam capit jure legati, tranſmittit ad heredem: ſecundo, omne prælegatum capit, & ad heredem traſmittit. Cui hæc exceptio addenda eſt: niſi evidenter contraria voluntas teſtatoris probetur, noC luiſſe ſcilicet eum habere prælegatum, niſi etiam hereditatem retinuiſſet. Quod quidem apparet, ſi conditio adſcripta inſtitutioni heredis, eadem repetita ſit in prælegato, *l. ult. §. ult. de dol. except.* vel etiam ſi forte pater inter filios verbis legatorum hereditatem diviſerit, relinquendo eis mutua legata, quæ genere confundant legati, & hereditatis nomen; verbis enim diviſa hereditate, ſi quis omiſerit hereditatem, & legatum omiſiſſe videbitur. neque illud ulla ex parte in heredem tranſmittet, ſed ad ſubſtitutum pertinebit, *l. ſed ſi non alias, l. ſi quid, l. ſi ita, lib. 1.* niſi is qui omiſit hereditatem ex teſtamento, cui etiam erat prælegatum, cœperit poſſidere ab inteſtato: Quo caſu ex edicto Prætoris conſervantur legatariis legata. An & illi ipſi qui hereditatem ab inteſtato poſſidet? D minime, *l. quidam, l. ſi non ſolus, §. 1. ſi quis om. cau. teſtam. l. bonorum, de leg. præſt.* Has duas exceptiones ſi removeas, remanebit noſtra regula, quæ in eo, qui deliberans obiit, locum non habet. Quod ſi hereditatem adierit, an vindicabit totum prælegatum? Interpretes magnam conſtituunt differentiam inter ſubſtitutionem directam, id eſt vulgarem, & fideicommiſſariam: nam in directo herede ex parte inſtituto, cui aliquid prælegatum, & directo ſubſtitutum eſt, hereditatem omittente, totum prælegatum capit, & in heredem tranſmittit, quod idem non eſt, ut ajunt Interpretes in fideicommiſſaria ſubſtitotione: verum hæc differentia non ſatis proprie conſtitui poteſt, nec ſimilis ſpecies in fideicommiſſaria conſtitui poteſt, niſi ponas eum hereditatem adiiſſe; quod eſt huic legi E noſtræ diſſimile. Finge: heres ſcriptus eſt ex parte, eidemque prælegatum relictum eſt: idem rogatus eſt reſtituere illam portionem hereditatis: quod utique facere non poterit, niſi adeat hereditatem, vel ſponte, vel coactus: quo caſu quartam perdit: ſed non ſuo periculo, imo fideicommiſſarii adiit: an reſtituit etiam cum hereditate prælegatum? In caſu legis noſtræ qui omiſit hereditatem, totum prælegatum conſequitur: ſed hoc caſu totum prælegatum ad ſubſtitutum non pertinebit niſi pro parte hereditaria, id eſt, quam à ſeipſo jure hereditario capit, aliam quam à coheredibus capit ſibi vindicat, & in heredem ſuum tranſmittit, *l. in fideicommiſſaria, §. ult. ad Trebell.* Appellatione enim hereditatis neque legatum, neque

fideicommiſſa continentur, *l.ſi Titius, hoc tit.* vel etiam A nihil venit in fideicommiſſi reſtitutionem, vel ſi totum fideicommiſſum à coherede capiat, jure fideicommiſſi videlicet, ſi ſit rogatus reſtituere hereditatem, aut hereditatis partem. Huic definitioni opponitur, quod dicitur partem prælegati, quam heres capit à ſemetipſo, jure hereditario imputari in Falcidiam. Ergo non venit in fideicommiſſariam reſtitutionem: utrumque verum eſt. Ceſſante autem Falcidia, utpote ſi coactus adierit hereditatem, vel ſi ſit teſtamentum militis, quæ jure hereditario capit, veniunt in fideicommiſſi reſtitutionem: ſi vero locum habeat Falcidia, non veniunt in fideicommiſſi reſtitutionem, quæ jure hereditario capit. Rurſus obſtat *l.3. §. quidam, od Trebell.* Quidam liberos ſuos ex diſparibus partibus heredes inſtituit, eiſque multa prælegata reliquit: ita ut maximam partem B patrimonii inter liberos diviſiſſet, rogavit eum, qui ſine liberis decederet, reſtituere portionem ſuam fratribus ſuperſtitibus: an continetur etiam prælegatum? maxime, quia teſtator portionem hereditariam non commemoravit, ſed ſimpliciter portionem: in portione autem, & perceptiones videri cecidiſſe. Poſtremo obſtat *l.cum virum, C. de fideic.* in qua rogatus reſtituere quicquid ad eum ex hereditate pervenerit, non ſolum hereditatis partem, verum etiam & prælegata reſtituere debet, ut Papin. reſpondit. Ratio autem ex verbis teſtatoris ſumenda eſt, quia heres rogatus reſtituere quicquid ex hereditate ad eum pervenerit, non ſolum hereditatis partem, verum etiam & prælegata reſtituere debet, ut Papinianus reſpondit, id eſt, compendium prælegati etiam reſtitui voluiſſe videtur: legatum au- C tem non in hereditate, ſed ex hereditate eſt. Aliud enim eſt in *tit. vi. bon. rap. Inſtit.* eſſe in bonis, aliud ex bonis: verum cum res paulo adhuc obſcurior eſſet, reſponſum eſt ab Imper. non improbata tamen Papiniani ſententia, ita demum huic Conſtitutioni locum fieri, ſi fideicommiſſarius aliquas pro rei veritate afferret probationes ad commendandam hanc teſtatoris voluntatem.

Ad L. Uxori XXXIII.

QUidam legavit uxori partem domus in qua manere conſuevit. Tota autem domo uti conſueverat: nec enim alii utendam certa mercede, vel gratuito dederat. Reſpondet, eam partem intelligi in qua D habitare conſueverat cum familia. Quidam dicunt, partis appellatione totam domum intelligi: quod verum non eſt: morari eſt habitare: habitare vero eſt habere frequenter, & verſari frequenter. Eam partem domus habitamus in qua dormire ſolemus: imo eam partem, in qua morari cum familia ſua conſueverat, legaſſe videtur: cætera membra domus pertinebant ad heredes. Inutilis eſt domus, cui familiæ recipiendæ locus non eſt.

Ad §. Uxori.

VUlgari modo liberis, & uxori legari ſolebant uſibus eorum comparata, id eſt, eorum gratia parata: quoniam inter vivos inutiliter eis donabatur. Eſt E vulgaris modus in his perſonis, *l. ſi quando 109. de legat. 1. l. uxori, de auro, & arg. leg. l.pen. hoc tit. l.ſæpe, de verb. ſign.* ubi donare, & dare idem. Dare tamen latius patet. Datur mutuum, dos non donatur; quod enim donatur, non repetitur, verba legati præteriti temporis ſignificationem continent, non futuri, *l. ſcribit, de auro, & arg. leg.* niſi teſtator aliud ſenſerit, *l. Julianus inf. hoc tit. l. Aurelius, §. Titius Sejo, inf. de lib. leg.* verba legati conferuntur in præteritum tempus. Obſtat *l.cum pater, §. fidei tuæ, lib.2.* ubi uxor rogata eſt reſtituere filiæ, quod quoquo nomine accepit à teſtatore; ſed dic, verbum pervenire, non verbum donare, non tantum præteritum tempus ſignificare, ſed, & futurum: quidquid ad te pervenerit, id eſt, ſive habeas modo, ſive poſtea cœperis. Obſtat *l.Mela, §. ſed ſi alimenta, inf. de alim. legat.* lex ait, præſtanda alimenta, quæ præſtabantur mortis tempore, non tempore teſtamenti. Reſpondeo, hoc ita fieri, quia dixit, vivus: hoc verbum, *vivus*, rem trahit in tempus mortis, id eſt, in tempus futurum. Obſtat *l.talis, §. ult. & l. ſeq. lib. 2.* hæc clauſula legatorum erat in uſu: quas pecunias legavi quibus dies appoſitus non eſt, heres meus annua, bima, trima die dato, id eſt, tribus penſionibus (*en trois payements*) Reſpondeo, eam clauſulam eſſe vulgarem clauſulam teſtamentorum; ergo generalem, quæ pertineat tam ad præcedentia, quam ſequentia, tam ad præteritum, quam ad futurum, *l.generali capite, de uſuf. leg. l.Titia 1. §. pen. lib.2.* Sunt generales clauſulæ, & generalia capita, *dictis legibus, & l.poſt emancipationem, hoc tit. l.4. de dot. prælег.* in legib. generale caput dicitur, id eſt vulgare, & ita Rhetores Galeatum caput, & prologum, Galeata principia, D. Hieronymus; nihil refert in quod tempus conferatur clauſula vulgaris, & generalis: *Qui pourvoit à touts les legs.* Obſtat *l. ſi mancipia, inf. de inſtrum. leg.* Lego fundum cum inſtrumento, & mancipiis, quæ in eo fundo poſt teſtamentum induxit in fundum mancipia, quænam debentur? Sed dic appellatione inſtrumenti contineri mancipia, & ſic inducta debentur. Obſtat *l. ult. de opt. leg.* ubi legatarius eligit lances eas, quæ erant mortis tempore: ſermo hic aperte confertur in futurum tempus, in tempus mortis, electio non fit tempeſtive ante mortem teſtatoris. Alia ratio eſt *l.ſeq. §. filio*, quæ videtur pugnare cum *d. l. ult.* Quidam legavit filio nomina 20. quæ elegerit filius ſibi ex calendario in quo pater jam ſcribit nomina debitorum maxime feneratitiorum: ait autem electurum filium, quæ fuerunt teſtamenti tempore, non quæ mortis tempore; ſed hoc ideo, quoniam ipſe filius fraudulenter, & dolo ſibi adjunxit legata. Hic filius omnem ſubſtantiam redegit in 20. nomina, quæ ſciebat ſibi eſſe prælegata, *l.Mævio, §. filio, hoc tit.* verba legatorum: *damnas ſunto ſine dolo malo.* Frontinus in lib. de aquæductibus. Ergo ſine dolo malo in legato comprehenſum eſt in *d. §. filio*; licet dubitet Accurſ. *l. omnia, §. cum ita, lib.2.* quæ eſt ſimilis huic §. ubi legatarius ampliandi legati cauſa, multa intulit in horrea.

Ad §. Cum Sejus.

MAritus ſolvit debitori uxoris, quod uxor debebat, & ornamentum pignori poſitum luit. Poſtea teſtamento facto uxori ſuæ ita legavit: quidquid ad eum, inve ſtipulatum ejus conceſſi, id eſt quidquid in ſtipulationem ejus qua obligata tenebatur, conceſſit. Quidam legebant ad eam, quidam, ob eam, ſed lege, quidquid ad eam, uxorem ſubaudi, concedere, eſt verbum ambiguum: eſt enim alias utendum dare; alias eſt donare, *l. donare, de donat.* non concedit quicquid donavit, ſed quod in ſtipulatum conceſſit. Aliud eſt concedere, aliud donare, aliud dare: verba ſunt fideicommiſſi: *dari volo, concedi volo.* An legavit, quod donavit, aut quod dedit? ſed dic, quod donavit; quia uxori legari ſolet vulgari modo. Dubitatur an dederit 100 aureos, quos pro ea ſolvit donandi animo, quia ſi ſolvit donandi cauſa creditori; continetur legato, & præſumitur donaſſe, & ſolviſſe donandi animo, niſi aliud probent heredes mariti, qui ſi eos actione negotiorum geſtorum, quia eos ſolvit debitori teſtatoris, repetat, viciſſim repetet eos 100. aureos actione ex legato, aut petentes actione negotiorum geſtorum repellet exceptione doli mali, quia faciunt contra voluntatem defuncti: in *§. pen. & hoc ult.* quia maritus legat uxori, quod donavit, videtur legatum ſuperfluum: donatio inter virum, & uxorem confirmatur ſilentio ex oratione D. Antonini, *l. cum hic ſtatus, de donat. inter vir. & ux.* Ante orationem

An-

Antonini, non confirmabant ſilentio, ſed legato, *l. ſi quando*, quæ eſt Africani, *lib.* 1. lex iſta eſt Scævolæ, qui ante Antoninum fuit. Et petebatur, ut legatum, non ut donatio. Donatio, quæ confirmatur ſilentio retrotrahitur ad tempus factæ donationis, id eſt, ad tempus medii temporis; legatum non retrotrahitur, *l. donationes, C. de donat. inter vir. & ux.* hodie, quia donatio confirmatur ſilentio, & proinde, quia ſuperfluum eſt legatum, non capiet, ut legatum, ſed ut donationem, *l. ex verbis, C. de donat. inter vir. & uxor.* niſi ſit inutilis donatio. Orationes imperatorum ſequebantur Senatuſconſulta, ut colligitur ex *d. l. cum hic ſtatus, de donat. inter vir. & uxor.* Supremum judicium ſpectamus in donationibus, ſicut in legatis, & fideicommiſſis, *d. l. cum hic ſtatus*, ubi ambulatoria eſt voluntas uſque ad ſupremum vitæ exitum.

Ad L. Nomen XXXIV.

QUidam legavit decem aureos: his verbis videtur nomen legaſſe, non quantitatem, quia adjecit, quos mihi heredes Caii, & Seii debent: nomen ſignificat jus crediti, actionem, obligationem: legavit igitur actionem, quam voluit cedi Titio ab heredibus. Quæritur, utrum in ſortem tantum, an vero, & in uſuras cedenda ſit actio? reſpondet Scævola, univerſam ejus nominis obligationem legatam: quia videtur omnis cauſa liberationis legata, *l. ult. §. ult. de lib. leg.* Acceſſio ſequitur principale: uſura eſt acceſſio, & veluti uſusfructus pecuniæ, *l. 3. de uſufr. ear. rer.* Et cedenda actio hypothecaria, ſed pigneratitia: nam & pignus acceſſio eſt ſortis, id eſt, principalis obligationis: cedenda eſt actio adverſus fidejuſſores, *l. emptori, l. venditor actionem, de hered. vend.* Denique univerſa nominis obligatio videtur legata, ut hic, & ſortis, & uſurarum, & pignoris, interceſſionum, id eſt, fidejuſſionum, *d. l. venditor.* Finge: Actor rerum teſtatoris, id eſt, qui præerat calendario, uſuras nominis ejus converterat in ſortem, ignorante teſtatore facto ἀνατοκισμῷ, id eſt ſtipulatione uſurarum transfuſa in aliam ſtipulationem quaſi ſortis, & aliis incrementis in ſortem redactis per ſtipulationem. At uſuræ uſurarum numquam debentur jure civili, ſed tamen licebat uſuras redigere in ſortem, novatione quaſi facta; quod hodie non licet, *l. ult. C. de uſur.* quæ eſt conſtitutio Juſtiniani, ante quam licebat uſuras redigere in ſortem novatione facta, incrementis in ſtipulationem deductis, *l. ult. §. ult. de lib. leg.* finge factam novationem, & ampliatam ſummam, id eſt, factum ἀνατοκισμὸν, & factam renovationem e incrementum videtur remiſſum, *l. Auredio, de lib. leg.* In ſpecie hujus leg. non eſt ampliata ſors poſt teſtamentum, ſed tempore teſtamenti renovatio facta erat per ἀνατοκισμὸν, converſis uſuris in ſortem, facta novatione ſumma eſt hæc. ſortis obligationem, etiamſi ampliata ſit ſors ignorante teſtatore, eſſe legatam.

§. 1. Explicatus eſt in lege ſuperiore.

Ad §. Uni ex heredibus.

UNI prælegavit, quæ ſupererant ex bonis mariti, ut reſtitueret pronepoti, cum eſſet annorum ſedecim: cur confert fideicommiſſum in annum 16. nam teſtatores ſani, & ſobrii nihil faciunt fruſtra, nec eſt ulla ratio conferendi fideicommiſſum in decimum ſextum annum: legendum igitur eſt, *cum erit annorum* 14. ſic ſcribebatur olim: unde error conflatus: Ratio eſt ſumma conferendi fideicommiſſum in XIV. cum fideicommiſſarius erit ſuæ tutelæ, & poteſtatis, *l. Aurelius, in princ. de lib. leg. l. ſi cui legetur, ſup. lib. 1. l. ſi Titio, quando dies leg. ced. l. ult. de fideic. libert. l. non putabam, de cond. & dem.* ubi pro 16. lege 14. Et in *l. Publius, de cond. & dem. l. Sejus, ad Trebell. l. Thais, inf. de fideic. libert.* Rogatur heic, ut reſtitueret, cum eſſet pubes, & liberatus eſſet tutela, & rogatur, ut omne æs alienum, quod ſupererat ex bonis mariti ex reditibus bonorum ſolveret, redderet, ſatiſque faceret: ſolvo in eodem genere, ut vinum pro vino, reddo in eadem ſpecie: ſolvo meum, reddo tuum, ut in commodato, depoſito; ſatiſfacio, cum do fidejuſſorem, vel expromiſſorem, *qui du tout s' oblige pour moy*: ſi do pignora, qua ex cauſa tenetur ſolvere creditoribus: an ex cauſa prælegati? legatarios non ſequitur æs alienum, & vulgo dicitur, legatum non eſſe detrimentoſum, *l. ſi hereditatem, mand.* addenda eſt hæc exceptio, niſi in legando hereditatem nominaverit, ut ſi partem legaverit, quæ dicitur partitio, *l. cum filius, §. 1. lib. 2.* hoc caſu tenetur legatarius ſolvere æs alienum. Eadem eſt ſignificatio patrimonii, & bonorum: bona intelliguntur deducto ære alieno. Itaque ſi cui lego bonorum meorum partem, nolo eum ſuſcipere æs alienum. Patrimonium etiam dicitur deducto ære alieno: Et hæc non ſunt verba juris: ſignificant enim ſubſtantiam puram (*ſans aucune charge*) hereditas autem eſt nomen juris. Jus accipitur tam active, quam paſſive; id eſt, jus, quod habeo in alium, vel alius habet in me. Hereditas ſignificat utrumque, commodum, & incommodum, & æs meum, & æs ſuum. Obligatur ex cauſa hereditaria pro parte ſua, quia heres eſt; ex cauſa autem fideicommiſſaria obligatur pro parte coheredum: certe creditoribus non obligatur ex cauſa fideicommiſſi, ſed obligatur coheredibus, quorum gratia teſtator videtur æs alienum ſolvendum tranſtuliſſe; ſicque agent, ut ſolidum ſolvant creditoribus, *l. ſervo legato, §. ſi teſtator, lib. 1. & in §. ult. hujus leg. l. non ſolum, §. 1. in fi. de lib. leg.* Reditus, quos percepit ad pubertatem uſque non ſufficiunt liberandis, ſive dimittendis omnibus creditoribus: hoc caſu ſolvent, quod dederunt coheredes: nam juſſit eum ſolvere de reditibus, non de proprio; imo hæc verba, *de reditibus*, non ſunt accipienda, ut ſignificent demonſtrationem: ſunt autem accipienda pro conditione tantum, id eſt, quantum ferent, & patientur reditus. Quod igitur dederunt coheredes, ſolvent pro ſuis portionibus; & ea verba, ex reditibus, non videntur accipienda pro demonſtratione, ſed pro conditione.

Ad §. Ult.

CAlendaria, id eſt, nomina certa, certas cautiones, vel pecunias nominibus deſtinatas, *certaines debtes*. Qui igitur calendarium legat, nomen, & pecuniam nominibus deſtinatam, & fœnori contrahendo legat: idemque ita cavit: *à te fili peto, id eſt, fidei tuæ committo, & quæcumque legavi præſtari volo: & ſi quid evenerit æris alieni, ſi quod in tempus promutuo acceperam, & debuero, à te ſolvi volo: ut quod ſorori tuæ reliqui, integrum ad eam pertineat*. Hoc caſu filia καθαρὰν οὐσίαν, puram ſubſtantiam, integram ſubſtantiam retinere debet, filiæque videtur fideicommiſſum relictum, ut eximeretur ære alieno; ſi quid evenerit æris alieni, ſubjicit, ex quacumque cauſa debuit pater à filio præſtandum: promutuo dare non eſt contrahere. Mutuum aliud eſt, aliud promutuum. Promutuum dare, eſt dare in anteceſſum, ut Scævola, & vernaculi loquuntur, *donner en advance*. δίδοναι ἐν προχρείαν, latini prorogare dicunt, *l. ex conducto, §. cum quidam, loc. l. Sticho, §. ſervus, de ſtatulib.* Cæſar: *Publicani imperant ſequentis anni vectigal promutuum: d'avance il à eſtè payè*: quod accipitur mutuo, ſemper debetur: quod accipitur promutuo, non ſemper debetur: ut ſi dem vecturam nautæ promutuo. Pater verbis legatorum diviſionem fecit. Prælegare nihil eſt aliud, quam per diviſionem adſignare filiis, *l. cum pater, §. evictis, lib. 2. l. 3. §. Quidam, ad Trebell.* Ideo in *d. §. evictis* vult pater filium alii filio teneri de evictione, quia prælegatio nihil aliud eſt, quam diviſio.

Ad

Ad L. XXXV.

PAtronus jubet emi liberto tribum ſtatim poſt mortem ſuam, vel poſt aditam hereditatem. Erant Romæ tribus triginta quinque, in quas diſtributi cives Romani cenſebantur, & tribum emebant, vel prece, vel pretio: erant enim venales. Et qui in aliam tribum conſcribi volebat, poterat, ut patet ex orat. pro Cornelio Balbo. Qui erant tribules, ferebant de publico annonas, id eſt, panes civiles, teſſeras frumentarias, in quibus adſcriptum erat quantum ſumerent frumenti ex horreis publicis: ferebant liberalitates principum, quas largiebantur in ſingulas tribus: quod ſi non fuiſſent ex tribu, nihil tuliſſent ex liberalitate principis; Si tribus legabatur, tale legatum videbatur cedere in commodis annuorum, quæ præbentur à principe, vel à republ. Eadem eſt ratio militiæ, & teſſeræ frumentariæ, *l. mortuo*, *§. 1. l. Titia Sejo*, *lib.* 2. Ita legata ſunt ambigua, utrum ſint corporum, an quantitatis. Si ſunt quantitatis, ex mora debentur uſuræ: ſi ſunt corporis, debentur fructus, commoda: ſervi non habent tribum: nam hoc proprium eſt hominis liberi. Quintil. lib. 7. *Propria liberi, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, & tribum*: Et declamat. 311. *Servus hic habet nomen, eſt in cenſu, aut in tribu: quorum nihil in ſervo deprehendi poteſt*. Sed cives Romani habebant tribum. Cornelius Balbus donatus civitate Romana, ſtatim habuit tribum: liberti non ſtatim habebant tribum. Alii enim in manumittendo tribu honorantur, vel etiam tribu fiunt liberi, ut ſi dominus emat eis tribum, ſicut cenſu fiunt liberi: vide Theoph. & Cajum in Inſtit. Tertull. lib. *de reſurrectione carnis*, *Patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratum*. Alii in manumittendo non honorabantur tribu, ut in hac L. Ideo patronus jubet ei emi tribum poſt aditam hereditatem, herede relicto viro clariſſimo, id eſt, Senatore, & ita clariſſimus ſemper accipitur pro ſenatore. Nemo donatus tribu poteſt eſſe tribulis in eadem civitate: itaque, quia ſenator ſuam habet tribum; alia ei dari nequit: at æſtimatio præſtabitur, *l. 9. C. de dign. lib.* 12. Cicero 2. in Verr. *Civem Rom. cujuſcumque ordinis tribum obtinere eſt neceſſe*. Cum igitur non poſſit petere tribum, cum ſuam habeat, quam & retinet, alterius ſenatori æſtimatio dabitur, *l. 11. §. ſi ſervo*, *hoc titul.* Quæritur, an ex mura præſtandæ ſint uſuræ æſtimationis ejus, & videtur quidem ex tempore moræ: ſed an ex mora præſtanda ſunt omnia commoda, quæ libertus conſecuturus fuiſſet, ſi ei tribus empta fuiſſet? Et præſtanda eſſe probat *l. ſervus*, *§. fructus*, *l. quæſitum*, *§. ult. lib.* 1. Commoda vocat annonas, panes civiles, qui debentur de publico ſingulis tribubus. Quæ commoda Trajanus locorum adjectione amplificavit, id eſt, ut ait Dion in Trajano, circum amplificavit in quo populus habebat ſpectaculum, ludos; ita ut ſufficeret circus capiendæ plebi Rom. Herba autem parietaria dictus eſt Trajanus, quod aliorum nomina deleret, & ſuum aſcribi juberet per locorum adjectiones: loca circi, liberalitates Principis interpretor, & locorum adjectiones, vel congiaria, quæ ſunt ἐπίδοσις ἐπὶ τῶν νόμων, διανομά, liberalitas in populum collata, & qui dividebat far teſſeræ frumentariæ, dicitur diviſor. Budeus, & hic Accurſ. fallitur, dum hæc capi ait abuſive.

Ad §. Sempronio.

FAlſa demonſtratio non officit legato: ait, *in confinio prædiorum*, id eſt, in conſepto, & compoſſeſſione, quæ σύγκτησις, μετοχὴ καὶ περιβολὴ: videtur erraſſe teſtator in finibus deſignandis, & in *§. ſeq.* oſtendit, nihil officere ſi erraverit in finibus deſignandis: nam patresf. dividunt ſua prædia; error in deſignanda regione nihil nocet ubi conſtat de mente teſtatoris.

Ad §. Codicillis.

TEſtator juſſit præberi balneum gratis, vel furnum; quid debent præſtare heredes? debent præbere ligna, carbones: an debent reficere, purgare? & certo debent. Ad tutelam ergo debent reficere tuerique ſartum tectum balneum, ſolitas ceſſationum vices, *quand il n'y à moyen pour ſe baigner*: ſervitutum natura hæc eſt, ut qui debet ſervire, patiatur, vel non patiatur, non faciat, *l. 15. de ſervit.* Excipitur ſervitus oneris ferendi: hoc caſu debet reficere parietem, qui debet ſervitutem, *l. eum debere, de ſerv. urb. præd. l. & ſi for. ff. de ſer. vindic. §. etiam* nam in omnibus ſervitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſervitutem aſſerit, non ad eum, cujus res ſervit.

Ad L. XXXVI.

PRoponitur nota quædam Claudii ad Scævolam; & propopitur ſimilis in *l. Titio*, *de inoffic. teſt.* Pater filium exheredavit immerito: valet teſtamentum, quia etiam eum occidere poterat, *l. in ſuis*, *de lib. & poſt.* ſed ſi quæratur filius, reſcindetur teſtamentum, propoſita actione inofficioſi teſtamenti, quæ non tantum reſcindit inſtitutionem, ſed & omnia, quæ in eo ſcripta ſunt: Quæres, an debeantur fideicommiſſa in hoc taſtamento data, forte quia voluit teſtator, & declaravit velle ſe ea præſtari etiam ab inteſtato, ſi teſtamentum inofficioſum pronunciatum ſit; ut cum jure teſtamenti fideicommiſſa non deberentur, jure codicillorum deberentur: & ait, nec fideicommiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi furioſus fuerit is, qui teſtamento filium immerito exheredavit, *l. 2. 4. & 5. l. mater*, *l. qui repudiatis*, *§. ult. de inoff. teſt.* Creditur ergo non habuiſſe factionem teſtamenti. Porro qui eam non habet, nec poteſt fideicommiſſa relinquere ab inteſtato, nec codicillis, *l. 1. hoc tit.* Ex quo efficitur, ſi teſtamentum quaſi inofficioſum pronunciatum ſit, non deberi fideicommiſſa ab inteſtato relicta: nam & codicilli judicantur inofficioſi, & omne quidquid ad ſupremum ejus judicium pertinet. Et hoc ita in *l. Titia*, *de inoff. teſtam.* Querela inofficioſi teſtamenti datur exheredatis, vel nominatim, vel ſilentio: nam quorumdam ſilentium pro exheredatione eſt: Inſtitutis vero non datur querela, nec remedium: Et ideo eſt mendum in *d. l. Titia*, & legendum: Titia filium heredem inſtituit: filiæ legatum dedit: filia igitur exheredata egit centumvirali judicio, & obtinuit: quæro, an filia debeat fideicommiſſa ab inteſtato relicta, quæ facit patrem pro parte tantum inteſtatum? minime, quia videntur à demente data. Summa eſt hujus §. Querela inofficioſi teſtamenti reſcindit omnia ſuprema judicia defuncti, & fideicommiſſa etiam ab intaſtato relicta: verum hoc correctum eſt Novella Juſtiniani, quæ reſcindit talem inſtitutionem, non legata, nec fideicommiſſa: ex cauſa præteritionis, vel exheredationis inſtitutio infirmatur, cætera firma manent, & in locum inſtituti venit exheredatus; Et ita ille color juris ſublatus eſt, quaſi non fuerit ſanæ mentis, vel furioſus, qui filium exheredavit. Quæ diximus de inofficioſo teſtamento pertinent ad jus vetus: nam longe aliud eſt in teſtamento imperfecto, id eſt, non ſignato, aut ſubſcripto à teſtibus, injuſto, in quo filiusfamil. ſit præteritus, rupto, agnatione poſtumi, vel mutatione, deſtituto ſive deſerto, ex quo non ſit adita hereditas: nam etiamſi non valeat teſtamentum, debentur tamen fideicommiſſa ab inteſtato relicta: Et ideo cujus teſtamentum eſt imperfectum, non continuo rupti codicilli, aut rupta codicillaris clauſula, aut ea, quæ appoſuit fideicommiſſa à quocumque præſtari, *l. 3. de milit. teſtam. l. Lucius*, *§. ult. inf. l. ult. lib.* 2. *l. 5. C. de codic. l. coheredi*, *§. cum filiæ*, *de vulg. l. eam*, *quam*, *C. de fideic.* Quoniam etiamſi teſtamentum ſit im-

imperfectum, tamen is, qui fecit, habebat teſtamenti factionem. Ergo & fideicommiſſa relinquere, aut facere codicillos poterat: nec recte quis dixerit, imperfectum eſſe teſtamentum: ergo & codicilli imperfecti: poteſt enim non valere, ut teſtamentum, & valere, ut codicillus: explicemus ſpeciem *d. l. eam quam*. Quidam puellam impuberem adoptavit quaſi filiam: moriens eamdem heredem inſtituit, & ſi impubes decederet ſimpliciter verbis precariis ei ſubſtitutos dedit, non exprimens à quo fideicommiſſum relinqueret, ſed generaliter, & in infinitum: & ideo ab omnibus ſuis ſucceſſoribus, etiam jure inteſtati reliquiſſe fideicommiſſum videtur, ut ſi dixerit, volo hereditatem meam pervenire ad Titium: & hæc verba ſimpliciter prolata habent vim clauſulæ codicillaris: quæritur an filia decedente impubere, fideicommiſſum debeatur, aut à quo? Aut igitur jure adoptata eſt, aut non: ſi jure, fuit in poteſtate teſtatoris: ſin minus, fuit extranea: Finge: non fuit jure adoptata: ergo & fuit extranea illi: ſi fuiſſet ſua heres, ſtatim morte patris heres patri extitiſſet ſine aditione, quia heres extitit ſtatim, nec neceſſe eſt, ut adeatur; & ita tranſmiſiſſet in ſuos heredes: ſed quia fuit extranea, non potuit ſine aditione acquirere hereditatem ex teſtamento, & non adita non tranſmittitur in heredes: ſi adivit hereditatem, tranſmiſit eam in heredes, & obligatur fideicommiſſo: ſed non adivit: is obligatur fideicommiſſo, qui ab inteſtato heres teſtatori extiterit. Ergo non adita hereditate ab inſtituto, debetur fideicommiſſum ab eis, qui ab inteſtato veniunt, quia ſimpliciter relictum eſt, & non deſignata certa perſona qua fideicommiſſum relinqueret. Huic dubitationi lex opponit hanc regulam juris: Ea quæ in teſtamento relinquuntur, ſi ex teſtamento non adeatur hereditas, non valent. Regula hæc ſic eſt accipienda, cum verbis directis relicta adiri potuit hereditas, cum facta eſt ſubſtitutio pupillaris verbis directis, ita ut ab eo potuerit adiri, exiſtente caſu ſubſtitutionis: debet pupillus cui verbis directis ſubſtitutus eſt, adire hereditatem: quo non adeunte, nec adiri potuit à ſubſtituto: non cum illa ipſa ſic data eſt, ut eſſet ab inteſtato ſucceſſoribus poſtulanda. Et hæc ſunt oppoſita, adire hereditatem, & poſtulare ab alio: nam ſi inſtitutus non adeat, perit ſubſtitutio pupillaris: à ſubſtituto autem verbis precariis poſtulatur hereditas à ſucceſſoribus ab inteſtato. Et hæc de filia non jure adoptata. Aut puella fuit jure adoptata. Ergo ſuus heres: ſi ſuus heres, ergo ſtatim heres extitit ipſo jure ſine aditione, *l. in ſervis, de lib. & poſt.* ſtatim, id eſt, ante apertas tabulas, *l. 3. C. de jur. delib.* ſi ſtatim heres extitit, moriens tranſmiſit in ſuos heredes hereditatem: ergo non eſt quærendum in hoc caſu à quo debeatur fideicommiſſum, quia inteſtata mori non potuit: & ut huic caſui aptetur, hoc vult conſtitutio, deſtituto teſtamento non deberi fideicommiſſum ab inteſtato relictum, niſi hoc nominatim ſit expreſſum, ut etiam ab inteſtato debeatur. Eo enim caſu debebitur fideicommiſſum ab inteſtato relictum: quod non ita eſt in teſtamento inofficioſo, quia is furioſus judicatur: Ergo nec poterit fideicommiſſum relinquere cum deſtituitur hereditas.

Ad L. Cum quis decedens XXXVII.

RES mea mihi inutiliter legatur, *§. ſed ſi legatarii, Inſtit. de leg.* Et ſi res mea mihi legata ſit, ea res à me alteri per fideicommiſſum relinqui non poteſt, niſi ſi quid præterea de rebus tuis utiliter legaveris. Finge: filius moriens legavit matri fundum, qui erat proprius matris, & rogavit, ut eum ſuæ uxori reſtitueret: poſt mortem filii apud magiſtratum mater profeſſa eſt, ſe nihil adverſus filii voluntatem facturam, & ſe paratam eſſe ſtatim fundum tradere uxori filii, ſi modo præſtarentur annua bina, redituum nomine, neque tamen cum fundum tradidit, net accepit ab uxore annua bina. Quæritur, an poſſit jure fundum alii vendere, quem jam alteri rogatus erit reſtituere. Reſpondet Scevola, ſi quæratur de jure legati, aut fideicommiſſi, utrumque non valere, & per conſequens jure fundum alteri vendi poſſe, nihil autem de profeſſione matris reſpondet, quæ profitendo videbatur promiſiſſe, *arg. legis ex ſententia, de teſt. tut.* verum ſtipulanti non promiſit. Promittit non tantum, qui ſtipulanti promittit, ſed & qui paciſcitur. Eſt ergo nuda promiſſio, ſicut & ſi per epiſtolam illud promiſiſſet, *l. qui negotia, mand. l. 15. de fun. dot.* nam non accepit annua bina, quæ ſi accepiſſet, obligaretur: Et ideo nuda eſt cautio ex qua obligatio non naſcitur; unde reſpondendo, neque fideicommiſſum valere, ſatis docet, etiam nullam eſſe cautionem: dabo ſi dederis, eſt nudum pactum, ſed ſi dixeris; do equum, & dabis ſcyphum, eſt contractus: heic legendum eſt, *annua bina*, ſecundum Pandect. Flor. ſi ſecundum voluntatem teſtatoris promiſero me præſtaturum legatum, aut fideicommiſſum, inutili extante voluntate teneor, ſi ea promiſſio ſtipulatione, vel traditione ſumpſit effectum: ſimile eſt, quod in *§. proximo* ſequitur, quod ita ſummabitur: nec ſi ſecundum voluntatem teſtatoris promiſero me præſtiturum legata, mutata voluntate teſtatoris, præſtare teneor. Et ita emendandum eſt ſummarium Bart. Promiſſio facta alumnis certi emolumenti contemplatione, mutata voluntate, non tenetur: poſita ſpecie in hnc textu, quæritur an fideicommiſſum debeatur ex cauſa fideicommiſſi, an ex epiſtula, quæ pro nuda cautione eſt. Reſpondet, nec ex cauſa fideicommiſſi cum Mævio agi poſſe; nec reſpondit, an ea epiſtola ſit actio. Reſpondendo autem non eſſe actionem fideicommiſſi ex teſtamento, ſatis inanem eſſe epiſtolam demonſtrat.

Ad §. Sejam, & Mævium.

BArt. male rem perſtringit: verba enim ſunt precaria, & verbum, *volo*, eſt precarium, ut *l. verbum volo, C. de fideicomm.* Non refert ad quem fiant codicilli, ſatis eſt intelligi quid voluerit is, qui fecit: ſciendum eſt verba fideicommiſſorum eſſe preces directas ad aum à quo fideicommiſſum relinquitur: ſed valet, etiamſi non cum eo, à quo relinquit, ſed cui relinquitur, loquatur: valet, etiamſi quis cum eo à quo reliquit, neque cum eo cui vult præſtari, ſed cum extraneo loquatur, in *l. cum pater, §. donationis, lib. a.* Pater ſcripſit epiſtolam filio verbis directis: ut dono tibi prædia illa, quod verbum dono eſt directum; ſed eam filius non accepit, ſed pater eam in æde ſacra commendavit, id eſt, apud æditaum depoſuit ignorante filia: poſtea ad æditaum talem epiſtolam ſcripſit: Inſtrumentum, quod apud te depoſui, præſtari filio volo poſt mortem meam: verba donationis, quæ continentur ſecunda epiſtola, accipiuntur pro fideicommiſſo. Nec quicquam refert, quod verba illa ſunt directa ad æditaum: nam ſatis eſt ſi conſtet de eo in quem teſtator voluntatem ſuam contulit: Et ut ait *d. §. donationis*, non oportet quæri cum quo de ſupremis loquatur quis, ſed in quem voluntatem, dirigat. Et ita in *l. 5. C. de teſtam. mil. & l. 5. C. de his quibus ut indign.* Ergo filius ab heredibus matris petet fideicommiſſum, non ab æditao. Eadem ratio eſt omnino in *§. Sejam*, in quo codicilli quibus teſtator fideicommiſſum reliquit, non ſunt ſcripti, nec ad eum à quo, vel cui fideicommiſſum reliquit. Finge: Quidam Sejam, & Mævium libertos ſuos heredes ſcripſit ex æquis partibus: Mævio ſubſtituit Sempronium pupillum ſuum, quem paulo poſt vocat dominum ſuum, cujus tutelam gerebat, alias pupillum ſuum dicit pater in *l. 4. de neceſſ. ſer. hered.* deinde codicillos confirmavit, tum codicillis prohibuit accipere Mævium eam partem hereditatis ex qua heres erat ex teſtamento ſcriptus, & cavit ſe velle in partem Mævii Sempronium pupil-

pupillum venire : Mævio autem cui ademit heredita- A tem, vini vetuſti lagenas centum, vel, *laginos*, ut eſt in Pand. Flor. & ut ait in hoc §. Eos centum laginos, vini vetuſti cum elogio, ut eſt in textu, id eſt, cum vituperatione: Et in *l. ſi poſtumus, §. ult. de lib. & poſtum.* eodem vocabulo uſus eſt, quia vituperatio eſt indicium mutatæ voluntatis. Cæterum in partem hereditatis Mævii vocavit pupillum ſuum: at codicilli non ſunt ſcripti nec ad Mævium, nec ad pupillum, & tamen utile eſt fideicommiſſum.

Ad §. Pater emancipato.

SCiendum eſt, à donatario fideicommiſſum relinqui poſſe cauſa mortis, à donatario inter vivos non poteſt. Finge: Pater donavit filio emancipato fere B bona ſua inter vivos, ſed ſtipulatus eſt ea ſibi reddi, cum vellet, aut cum moreretur filius. Donationibus autem inter vivos quamvis illæ abſolutæ dicantur, poteſt tamen lex imponi, ut in hoc §. Deinde moriens pater ab hoc eodem filio reliquit fideicommiſſum certæ pecuniæ, & libertatem Lucrioni: hic neque heres extit patri, neque bonorum poſſeſſor: legata, donationes cauſa mortis, fideicommiſſa capiuntur ex hereditate, *l. virum, C. de fideicom.* Donatio inter vivos non eſt ex hereditate: unde quæritur, an filius teneatur reſtituere fideicommiſſa. Et reſpondetur, eum ex ſtipulatu teneri. Ergo debitor extit filius, à quo ex reſcripto Divi Pii fideicommiſſum relinqui poteſt. Et hoc in depoſitario primum locum habuit. Poſtea porrectum eſt ad cæteros caſus. Ante conſtitutionem Divi Pii, ſi fi- C deicommiſſum fuerat à debitore cui nihil præterea relictum erat, actio contra eum fideicommiſſario non competebat, ſed in heredes, ut cederent actionem contra debitorem, *l. ſi ſervus legatus, §. Margaritas, de legat.* 1. & hodie utrumque obtinet. Regula juris eſt: Nos alteri paciſci inutiliter: quæ locum non habet in *l. quoties, C. de donat. quæ ſub mo.* Nam principes benigne conſtituerunt Cajo, cui lex dicta eſt, competere actionem utilem, id eſt, præſcriptis verbis, quæ ex pacto, & ex lege donationis datur. Et hoc ita intelligendum, ſi utrique donator donatum voluit, non aliter, *l. cum rei, C. de donat.* nam pactio adjecta donationi factæ alteri, cui etiam donatum voluit, parit actionem præſcriptis verbis. Eademque ratione ſi eſſet ſtipulatus à priore donatario poſt tempus reddi Ca- D jo, cui etiam donatum voluit, dicerem competere actionem ex ſtipulatu, ſed in hac lege non eſt pactus alii nominatim, neque ſtipulatus.

Ad §. nuptura,

A Debitore fideicommiſſum relinqui poteſt. Finge: mulier quæ ſe dabat ſecundo marito, filiis ſuis mandavit, ut dotem, quam ipſa dabat ſecundo marito ſibi dari ſtipularentur in omnem caſum ſoluti matrimonii, ut etiam alterutri ex his tota dos ſolveretur, id eſt, ut eſſent duo rei ſtipulandi, quorum conditio eſt, ut alterutri ſolidum ſolvi poſſit, & ſolutione uni facta, debitor ab utroque liberetur, filii hoc caſu ex cauſa mandati obligantur matri, vel ejus heredibus, E in hoc ut exigant dotem, & reddant, vel cedant actionem ex ſtipulatu, matri, aut heredibus, quia illis mater mandavit nolens quicquam illis dare, ſed eorum utens miniſterio, Filii igitur debitores conſtituti ſunt matri, vel heredibus ejus ex cauſa mandati: uno ex filiis mortuo conſtante matrimonio, mater ab altero filio, qui ſuperſtes manſerat, per epiſtolam petiit, ut ſoluto matrimonio, partem duntaxat dotis exigeret, & ea contentus eſſet: altera autem apud vitricum remaneret: hæc poſterior epiſtola eſt fideicommiſſaria, id eſt, vicem habet codicillorum, & videtur duobus fideicommiſſum reliquiſſe, filio ex cauſa mandati præſtanda parte dotis, ut eam ſibi haberet, nec reſtitueret, dein marito pro reliqua dimidia parte dotis, à filio debitore ſcilicet, ne eam partem à marito filius exigeret: Et ideo marito eſt actio fideicommiſſi contra filium, ut liberetur accepto pro parte, in *l. non ſolum de liberat. leg.* vel ſi filius agat actione ex ſtipulatu dotis nomine, maritus habet exceptionem doli mali in filium, vel actionem ex teſtamento: Et ſimiliter ſi heredes matris repetant à filio reliquam dotis partem, & auferant, tenentur filio ex cauſa fideicommiſſi, vel repellentur exceptione doli mali, *l. uxor, §. ult. ſup. hoc tit.*

Ad §. Codicillis.

PEcunia fuit depoſita ea lege ut redderetur altera tanta, & ut ex ea uſuræ debeterentur: quæ lex excedit modum depoſiti: verum recepta eſt hæc lex; Et dicitur depoſitum, quod in ſe mutui legem habet in *l. Lucius, & Publia, §. ult. depoſ.* Adjecta eſt etiam hæc lex, ut ea pecunia redderetur filio fratris, cum eſſet annorum 14. alteri inutiliter paciſcimur. Hic caſus eſt excipiendus; ideoque filio fratris ex hac lege depoſiti competet actio in *l. Publia, in princ. depoſ.* niſi qui paciſcitur alteri, habuerit animum donandi ambobus: uni ad tempus, alteri poſt tempus in *l. Quoties, C. de donat. quæ ſub mo.* & niſi parentes liberis paciſcantur; & hoc datur parentum ſummis affectionibus, *l. cujus, ſol. matrim. l. quodcumque, §. ſi ita, de verbor. oblig. l. pater & l. pactum, C. de pact. con.* Hic etiam filius patris pactus eſt utiliter, qui loco patris eſt in *l. creditor, §. Lucius, mand.* Ex qua l. competit actio depoſiti. Cæterum depoſiti ita contracti nulla eſt probatio, niſi ſcilicet ea quæ colligitur ex verbis codicillorum à depoſitario factorum: *Quæ infra ſcripta ſunt omnia rata eſſe volo. Maximo domino meo quindecim millia denariorum, quæ à Julio Maximo patruo ejus recepi, id eſt, ex cauſa depoſiti, ut ea redderem, cum eſſet 14. annorum, quæ cum uſuris ſunt triginta millia.* Secundum hæc verba uſuræ ſortem æquaverant, & ideo uſuræ ſupra duplum non debentur, *l. ſi non ſortem, §. 1. de cond. indeb. l. 4. §. pro operis, de naut. fœn.* Nunc quæritur, an hæc verba ſufficiant ad dandam filio fratris utilem depoſiti actionem, veluti ex lege depoſiti dicta filio fratris. Denique an pecunia debeatur actione depoſiti: ſi non debeatur ex cauſa depoſiti, utile eſt fideicommiſſum: ſic falſa demonſtratio depoſiti non vitiat legatum, *l. ſic §. 1. lib. 1. l. 21. & l. Lucius, §. quoniam ſi quis, lib. 2.* ſi debetur ex cauſa depoſiti, inutile eſt fideicommiſſum, quia debitor inutiliter legat, id quod debet, & actionem depoſiti tantum habet. Quæſtio igitur hujus §. hæc eſt, an ſit credendum ſcripturæ, ut depoſita fuerit pecunia, & ideo actio tantum depoſiti competat: an vero mentionem illam depoſiti falſam dices, & ideo ex fideicommiſſo tantum eſſe actionem. Sane alias in dubio diceremus, teſtatorem quæſiiſſe prætextum fideicommiſſi, & ideo tantum fideicommiſſi actio competeret: verum quia hoc caſu teſtator juravit, videtur narraſſe veritatem: Et ideo competet actio utilis depoſiti. Alia eſt ratio *§. Titia*, qui ſequitur.

Ad §. Titia.

IN hoc §. Titia quæ per fideicommiſſum dedit, quod ſe debere dicebat ex cauſa locati, & conducti, videtur prætextum quæſiiſſe fideicommiſſi: at cum dixit ſe juraſſe, jurisjurandi dati mentio rem ita fuiſſe geſtam denotabit: deinde in *§. codicillis* capaci, in hoc §. incapaci reliquit: Et ideo nulla competere poterat actio incapaci: quod re vera debeo, recte non relinquo, non tam quod ſit incapax, quam quod debitor creditori inutiliter leget: ſed eſt actio debiti, cum re vera debeo. In dubio autem nulla erit actio incapaci quia videtur fraus fieri legibus. Et ideo neque ex fideicommiſſo, neque ex locato, vel conducto quid debebitur,

Et

Et eſt ſimilis ſpecies in *l. Qui teſtamentum, de probat.*

Ad §. ult.

TAbulis cum manumittuntur ſervi, teſtamenti tabulis manumiſſi intelliguntur: quoſdam autem non manumiſerat tabulis teſtamenti, ſed vindicta: quæritur anüs videatur etiam fideicommiſſum reliquiſſe, quos vivus manumiſit: maxime: quia dixit: *omnibus, quos, quaſve manumiſi.* Et ſimilis eſt quæſtio in *l. Patronus, §. ult. ſup.*

Ad L. Pater filium. XXXVIII.

HÆc lex fere eſt de alienatione prohibita à teſtatore, ſpecies hæc eſt. Pater filium heredem inſtituit, & vetuit ne alienaret prædia, aut pignori obligaret, & voluit ut ea conſervarentur liberis ex juſtis, & legitimis nuptiis conceptis, quæ clauſula efficit, ut nudum non ſit præceptum, ex quo nulla paratur actio, *l. filiusfam. §. Divi, lib.* 1. & in *§. Julius*, in hac lege, quia nudum præceptum eſt, & conſilium, ſi non appareat, cujus gratia præcipiat, & alienationem prohibeat. Quod ſi appareat, cujus gratia præcipiat, fideicommiſſum, non nudum præceptum eſt, ut hoc in loco: Ex quo competit perſecutio fideicommiſſi liberis, & cognatis, non tantum in heredem, ſed & in emptorem, *l. ſi quando, §. ult. lib.* 1. *l. qui ſolidum, §. ult. libro* 2. quia perſecutio fideicommiſſi habet effectum vindicationis, datur extra ordinem in quemlibet: ſed etiamſi dixiſſet tantum teſtator prædia conſervari liberis, ſufficeret: qui jubet conſervari, ſatis jubet non alienari, *l.* 2. *pro empt.* Sequitur alia quæſtio. Poſt mortem teſtatoris hæres prædia, quæ teſtator pignori obligaverat, dimiſſo priore creditore, tranſtulit in ſecundum creditorem. Quæritur an recte contrahatur pignus ejuſdem rei, & an liberi poſſint prædia perſequi ex cauſa: Et ait, nihil vederi factum contra voluntatem defuncti, & conſequenter, nullum eſſe locum fideicommiſſo: nam non videtur eſſe pignus novum, quod contractum eſt luendi pignoris cauſa, quod teſtator contraxerat, quoniam idem eſt pignus, quod fecerat teſtator: mutatus tantum creditor ſub eodem pignore: Et id quidam appellant verſuram: ſi quis ut æs alienum ſolvat, novum contrahat: ſed hoc eſt falſum: verſura eſt prohibita lege Gabinia. Dimittere creditorem novo creditore non fuit vetitum: verſura eſt ſi uſuræ uni debitæ ſolvantur, pecunia uſuraria ſumpta ab alio. Quo genere uſuræ additur uſura, & obruuntur uſuris debitores, & ob id vetita eſt uſura lege Gabinia. Primum conſtat jus non dici de uſuris uſurarum promiſſis uni eidemque debitori, *l. ſi non ſortem, §.* 1. *ſupra de condit. indeb.* Etſi ſolvantur uſuræ uſurarum, erit repetitio: ſed etiam lege Gabinia jus non dicitur de pecuniis ſumptis ſub uſuris ab uno, ut eis pecuniis ſolverentur uſuræ alii debitæ: nam hac ratione id agitur ut uſurarum uni ſolutarum uſuræ alteri debeantur. Quod ſi permittatur, nulla non familia evertetur. Quapropter creditor debet eſſe diligens, & quærere quam in rem rogetur pecunia mutua ſub uſuris, ut in *l.* 3. *§. ſed ſi accepit, de in rem ver. l. ult. de exercit. act. l. vir. uxori, ad Vellejan.* Non licet credere per uſuram: qua ratione etiam ſublatus eſt *ἀνατοκισμὸς*, non eſt uſura uſuræ, ſed occulta quædam ratio uſuris adſuendi uſuras, quod fit per novationem uſurarum, id eſt, ſi ſtipulatio uſurarum transferatur in ſtipulationem ſortis, ac porro, ut hujus novæ ſortis debeas uſuras, ut de uſuris inductis in condemnationem, *l.* 3. *de uſur. rei judic.* Quo genere fit etiam novatio, qualiter, & judicato, fit novatio: qua de cauſa videbantur deberi uſuræ non tantum ſortis in condemnationem deductæ, ſed etiam uſurarum. Et id obtinuit ante *l.* 3. *de uſur. rei judic. l. ult. C. de uſur.* Et hodie hic anatociſmus fuit ſublatus, & ex uſuris uſuræ non debentur:

Tom. VI. *Poſt,*

A atque ut intelligas quam provide id caverint leges, id eſt, quam ſint uſuræ uſurarum inhibendæ, id parebit, quod ſi hodie mihi nummus, cras duo numerentur, die triceſimo tantum pecuniarum habiturus ſum, quantum vix ſit in mundo. Ad ſpeciem propoſitam, adjicit aliam quæſtionem: an heres poſſit vendere prædium, ut dimittat creditorem hereditarium. Diſtinguendum eſt ita: ſi heres prohibitus prædia alienare, potuit aliunde ſolvere creditoribus hereditariis, non videtur recte prædium vendidiſſe, ut puta ex rebus mobilibus, & poſſunt perſequi prædia ab emptoribus, id eſt, liberi, & cognati, ſive ſciverunt voluntatem defuncti, ſive ignorarunt: ſi vero aliunde non potuerit ſolvere, non eſt locus fideicommiſſo, cui locus erit deducto ære alieno, *l. ſi univerſa, C. de leg. l.* 1. *§. pen. ad Trebell. l.* 1. *C. de bon. auct. jud. poſſ.* Et B hoc eſt, quod ait in *l. filiusf. §. Div. Severus, lib.* 1. Quod ſi ſcierunt, ait Accurſ. idem eſſe: Idque eſt certiſſimum: nam hæc ſcientia non eſt mala fides: Itaque putat deſiderari negationem, & ſcribendum, *an creditores, qui non ignorant*, quod confirmatur *l. qui ſolidum, §. ult. lib.* 1.

Ad §. Duobus:

DUos ex libertis ſuis heredes inſtituit, & adjecit: fundum Cornelianum de nomine meorum exire vero, ut Florentiæ ſcriptum: non dixit, de nomine meo, quia fideicommiſſo continerentur omnes, qui ſunt de familia defuncti; & mens horum verborum hæc eſt; nolo alienari extra familiam: ſi alienetur, volo perſecu- C tionem eſſe familiæ meæ, verum dixit de nomine meorum: Et quia libertos heredes ſcripſerat, intelligit de nomine libertorum tantum: Et ita proſpexit tantum ſuis libertis in *l. cum pater, §. libertis, lib.* 2. idque ex eo apparet, quod quærit, an parte ejus fundi legata à liberto libertæ ſuæ, poſſint colliberti petere fideicommiſſum à liberta colliberti. Jam definitum fideicommiſſo non contineri, quod eſt obſcurum, id eſt, non contineri fideicommiſſo libertam colliberti, & fideicommiſſi petitionem dari collibertis, quia illis verbis, *de nomine meorum*, libertis tantum proſpexit, & quaſi eos in eo fundo invicem ſubſtituit. Et ita Accurſ. recte accipit reſponſum Scævolæ, non autem Alciat. libertorum appellatione non continentur liberti libertorum, *l. Modeſtinus, de verb. ſignif. l. alimenta, §. ult. de alim. & cib. leg.* filius mei filii eſt meus filius. Et filii appellatione continetur D nepos ſæpiſſime, juſta interpretatione. Heres etiam heredis mei eſt meus heres: at libertus liberti mei, non eſt libertus meus. Affinis mei affinis, non eſt meus affinis: ſocius ſocii mei, non eſt meus ſocius: an amicus mei amici ſit meus amicus: Suidas admittit; Quæ ſunt eadem eidem, ea invicem ſunt eadem: idque in judicibus recuſandis obtineret. Non obſtat *l. cum pater, §. libertis, lib.* 2. qui §. debet intelligi de fideicommiſſo relicto libertis, aut familiæ libertorum: Et ideo collibertos non excludere colliberti liberos, quia patronus præſumitur hac mente fuiſſe, ut portiones ſuas conſervaret liberis ſuis, & poſt eos collibertis, quam voluntatis explicationem induxit Papin. in omnibus fideicommiſſis illis, *l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.*

E

Ad §. Filiam ſuam.

PRoponitur, patrem, filia herede inſtituta, ita caviſſe teſtamento: *veto ædificium de nomine meo exire*, & legavit ædificium illud per fideicommiſſum vernis libertis, ut in *l. ſpecies, de auro, & arg. leg.* ut ſervi alii ſunt vernæ, id eſt domi nati, alii de lapide empti, ære comparati: ita ſunt liberti vernæ, qui ſcilicet fuerunt ſervi vernæ: & poſtea manumiſſi ſunt: his verbis voluit poſt mortem filiæ ſuæ heredis inſtitutæ fundum illum pervenire ad vernas libertos ſuos manumiſſos, qui ſunt etiam de nomine patroni. Filiæ

 ſu-

ſupervixit unus tantum libertus verna : queritur an ad eum pertineat totum ædificium ? Ex rerpondet, virilem tantum pertinere, non totum ædificium. Obſtat *Lunam ex familia*, *§. rogo*, *lib.* 2. cujus hæc eſt ſpecios. Rogavit taſtatnr heredem ſuum, ut daret fundum uni ex libertis, cui vellet : unus heres neminem ex libertis elegit ; & ſuperſunt plures : omnes admittentur pro virilibus partibus:ſi unus vero tantum ſuperſit, habebit totum fideicommiſſum. Quod eſt contra hanc legem. Accurſ. ponit, non unum libertum ſupervixiſſe filiæ, ſed omnes, et hoc querit in hac lege, an omnes capiant fideicommiſſum, an vero pertineat ad libertum unum, qui non erat verna. Et hoc ut efficiat, mire verba interpretatur, et tentat mutare verba, et legere pro, *legatariis vernis*, *ad vernas legatarios*, an ad unum libertum, qui non erat verna ? Primum hæc actio nullum certum habet defenſorem, nec ejus interpretatio locum habitura eſt apud quemquam. Præterea fit bac ratione, ut quæratur in hoc §. an ad legatarios vernas, an ad legatarium, qui non eiſet verna. Quod falſum eſt. Alio modo interpretatur virilem, id eſt, totam, et ſupervixiſſet, filiæ vernam unum tantum, ita ut confundat virilem cum toto. Alciatus in *l. virilis*, *de verb. ſignif.* hunc §. eſt interpretatus hoc modo, et ponit omnes libertos ſupervixiſſe filiæ, idque obſervato ordine horum verborum : *defuncta herede &c.* et in omnium perſona cecidiſſe diem fideicommiſſi : mox defunctos omnes libertos vernas, uno excepto, relictis extraneis heredibus : Et quærit an fideicommiſſum perveniret ad extraneos, vel ad ſuperſtitem collibertum, et reſpondere Scævolam, eos habiturus partem, et collibertum ſuam tantum virilem partem, quæ obtigerat. Ergó in hoc §. reliquit teſtator fundum uni ex libertis, nemine electo ; ita ut ſi unus ſuperſtes ſit, ſolus ſit habiturus, quod relictum eſt : verum et adjecit : *quos hoc teſtamento nominavi*, ſcilicet dando libertatem, quæ non niſi nominatim lege Caninia dari poterat, *l. nominatim*, *de man. teſtam.* retulit ſe ad nomina libertorum teſtamento expreſſa, et ita eos nominaſſe videtur in dando fideicommiſſo : Quod ſi videtur nominaſſe, videtur ab initio feciſſe æquales, & viriles portiones, *l. ſi fundus*, *de cond. & dem.* *l. ſi heredes nominatim*, *de legat.* 1. unde ſequitur, inter eos non eſſe jus accreſcendi. Qui autem ab initio totum habent, et concurſu faciunt partes, inter eos eſt jus accreſcendi : ideoque moriente filia, uno tantum liberto ſuperſtite, is virilem tantum partem habebit : et filia cæterorum partes tranſmittere poterit in heredem extraneum. Deinde teſtator libertorum tantum gratia vetuerat fundum de nomio e ſuo exire.

Ad §. Fundum.

PRimum vetuit ne filius quandiu viveret, fundum alienaret ; Et adjecit : ſi vendiderit, volo fundum ad fiſcum pervenire, et inflixit pœnam, *l. 1. C. deb. vend. pig. imp. non poſſe*. Quod ſi pena eſt, non valet fideicommiſſum, quia legatum pœnæ nomine relictum non valet : ſed datio eſt potius ; et translatio fundi à filio ad fiſcum, non pœna, quia volebat præferri fiſcum omnibus emptoribus, creditoribus, vel donatariis, *l. 1. de his, quæ pen. nom. relinq.* quod videtur eſſe pœna, nunquam eſt translatio ; ſed adjicit: *ita enim fiet, ut fundus de nomine veſtro nunquam exeat* : filius paret voluntati teſtatoris, et eum fundum vivus retinuit : cæterum moriens, ſcripſit heredes extraneos, qui non dicuntur eſſe in familia, nec utuntur eiſdem nominibus, & imaginibus. Quæritur, an filius fundum in heredem extraneum tranſmiſerit, vel an qui ſunt de familia, excludant extraneum. Dubitationem faciunt, quia priore loco dixit : *quo ad vixerit*, & poſteriore dixit, *de nomine veſtro nunquam exeat* : unde videtur dirigere ad familiam univrrſam, & ita conſuluiſſe familiæ univerſæ : ac per hoc hi qui ſunt ex familia heredem extraneum excludent. Hæc poſteriora verba, *nunquam exeat*, trahi oportet ad ſuperiora *quandiu vixerit*, & illa, *de nomine veſtro*, ſunt accipienda de nomine tuo : Teſtatores etiam plerumque abuſive loquuntur, ut in *l. non aliter*, *de leg.* 3. Et inde orta eſt quæſtio, an conſulere voluerit univerſæ familiæ, an ſoli filio? Sed hæc verba diriguntur ad filium, non ad familiam : *numquam*, id eſt, quandiu vixerit, ut in *l. 1. pro ſocio*. Quod hoc ſit nudum præceptum, §. ſequenti declarabitur.

Ad §. Lutius Agrippa.

R*Eliquias*, id eſt, monumentum, oſſuarium, in *l. 2. de ſepulc. viol.* At cum monumentum alienari non poſſit, quare prohibet alienationem ejus ? Poteſt alienari monumentum cum ſolo, ut in *l. in modicis*, *de contrab. empt.* In aotiqua urbis Romæ inſcriptione legitur : *monumentum cum adificio nec mutabitur*, *nec veniet*, *nec donabitur*, *nec pignori dabitur*, *nec ullo modo alienabitur de nomine familiæ meæ*, quæ clauſula efficit ut hoc præceptum oon ſit nudum, quæ heic eſt omiſſa : Et ideo nudum eſt præceptum. Filia moricos heredem ſcripſit filiam ſuam, neptem teſtatoris, quæ non eſt de familia teſtatoris : ſi tamen adjeciſſet cauſam, ne de nomine familiæ, putarem ex præſumptione voluntatis filiam recte tranſmiſſuram prædium in neptem, argumento legis *cum pater*, *§. cum inter*, *lib.* 2. quia intelligitur ſemper, *ne de nomine familiæ*, ſi habeat filios neptis : hæc reliquit extraneos heredes, & ita alienavit. Exurgit mulier quædam, cui teſtator patruus magnus erat, & ſic de nomine teſtatoris : & ideo dicit, ſe eſse potiorem jure agnationis extraneis heredibus à nepte inſtitutis. Reſpondet Scævola, ad extraneum perventura prædia, quia nudum præceptum eſt ſine adjectione fideicommiſſi : Et ideo conſilium exiſtimatur, *l. qualiter*, *§. ſed etſi ita, de fideicom. libert. d. l. cum pater*, *mando*. Qui autem conſilium dat, de re ſua noo teſtatur: neminem igitur obligat, quia lege 12. tabul. permittitur tantum teſtatori de re ſua teſtari. Ita nihil videtur facere contra voluntatem, qui ea prædia tranſmittit in extraneos heredes. Nudum autem præceptum non eſt mera voluntas, ſed conſilium. In ll. quas opponit Accurſius, non fuit nudum præceptum. *Quæ babuit patruum majorem*, id eſt, fratrem avi paterni : proprie patruus major eſt proavi paterni, qui eſt in quinto gradu, & frater avi eſt in 4. gradu. Placet mihi ejus interpretatio. Et ſic eſt accipienda *l. 1. ff. de conjung. emancip. cum liber. ei.*

Ad §. Quindecim libertis,

PAtronus legavit prædium quindecim libertis, quos nominaverat. Nominum nuncupatio partes viriles facit ab initio : deinde adjecit legem, ne quis eorum partem ſuam alii venderet, qui non eſset ex eodem corpore, & numero libertorum, & ſi quid adverſus ea factum eſset, tranſtulit fideicommiſsum in rempublicam Tuſculanorum : quæ verba habemus in ſolemnibus, & denotant poſseſſionem civilem. Quidam ex libertis partes ſuas vendiderunt collibertis, qua in re pervertunt voluntatem defuncti: deinde emptores vita deceſserunt, relictis heredibus extraneis, in quos tranſierunt partes emptæ à collibertis : quæritur an eæ partes perveniant ad heredes extraneos, an ad collibertos, an ad rempublicam ? reſpondeo pertinere ad extraneos heredes:conditio ſemel defecta non reſumitur, *l. pater*, *§. ult. de cond. & dem.* Cæterum reipub. erit fideicommiſſi petitio pro parte defunctorum, non pro ea, quam emerat à collibertis, ut Rogerius recte in hunc locum adnotat.

A

Ad §. Tuſculanus, alias, in Flor. incipit ab his verbis: Fideicommiſſum.

QUidam legavit Petronio certam ſummam, & rogavit, ut eam reſtitueret collegio cujuſdam templi: collegium illud poſtea diſſolutum eſt, quæritur utrum ſumma fideicommiſſo comprehenſa remanere debeat apud heredem, an apud legatarium? Et ait, apud legatarium remanere debere. Hoc magni intererat ſcire, propter interventum fiſci: aut legata ab initio non valent, & hæc apud heredem remanent: aut deficiunt poſt teſtamentum, vivo teſtatore, & hæc dicuntur eſſe in cauſa caduci, & remanent apud fiſcum, aut poſt mortem teſtatoris, & ſunt etiam caduca, & ideo manent apud fiſcum: huic ſimile eſt, quod dici- B tur in hoc §. quia aut poſt teſtamentum, vivu teſtatore, aut poſt ejus mortem fideicommiſſum deficit: & ideo caducum eſſe videbatur. Definit tamen legatum ad Petronium pertinere, quod confirmatur *l. Julianus, lib.*2. Ergo non cedit etiam fiſco, quia ex jure novo ea tantum fiſcus vindicat, quæ apud heredem erant remanſura, & jus caduci, vel quaſi caduci irrogatur ſoli heredi ſcripto, non legatario: Quæ deficiunt poſt teſtamentum, vel poſt mortem teſtatoris fiſco vindicantur, ſi erant remanſura apud heredem, ſi vero apud alium, fiſcus non vindicat. Huic tamen definitioni adhibenda eſt exceptio una, quæ ſumitur ex *l. ſi quis Titio* 17. *ſup. de legat.*2. niſi teſtator tanquam miniſtrum eum elegerit: totum enim remanebit apud heredem, ſi habeat jus antiquum: alioquin remanebit C apud fiſcum: veluti ſi heres, aut legatarius moram fecerit in præſtando fideicommiſſo: tunc enim non eſſet æquum legatum apud eum remanere: fit autem mora, die fideicommiſſi cedente: non enim cedet lucro legatarii fideicommiſſum, quod jam cœpit deberi. Pernitioſa eſt eorum opinio, qui collegio diſſoluto, exiſtimant bona ejus collegii perventura eſſe ad heredes eorum ad quos bona erant perventura, quod verum non eſt, cùm ea collegio dando majores ſe omni jure exuerint: obſervandum eſt hic agi de fideicommiſſis, quæ deficiunt poſt teſtamentum, vel poſt mortem teſtatoris, quæ ab initio valebant. Itaque quæſtio hujus §. non eſt commiſcenda fideicommiſſis, quæ ab initio ſunt inutilia: Poſſis quærere de fideicommiſſis, quæ ab initio inutilia deficiunt, quid ſit ſtatuendum. Finge: D Quidam legavit Titio aliquid & rogavit, ut id reſtitueret ancillæ meæ: hoc caſu nec legatum, nec fideicommiſſum eſt, quia id noluit remanere apud legatarium: deinde quod ſervo proprio ſine libertate legatur inutiliter. Itaque remanebit apud heredem, & petitionem non habebit legatarius; retentionem tamen habebit, ut ſæpe alias accidit in *l. pen. alias l. codicillis, §. Scævola, lib.*2. *l. ſi quis eum de cond. & dem. l. filiusfam. §. heres lib.*1.

Ad §. Mater.

AIt hic nudum eſſe præceptum non fideicommiſſum, etiamſi addiderit, *ut conſervent ſucceſſioni ſuæ*: & adjecit, ut de ea re invicem ſibi caveant: conſultus an E ex his verbis prædia viderentur per fideicommiſſum relicta, reſpondet, non videri, ut ajunt interpretes: hæc verba non eſſe fideicommiſſi verba. Sed ſi ſpectetur ſententia teſtatoris, puto fideicommiſſum omnino eſſe dicendum ex his verbis: prædia videri per fideicommiſſum relicta; quia eos ſibi invicem cavere juſſit: Ex cautione igitur, non ex fideicommiſſo voluit teneri. Moveor *l. Balliſta, ad Trebell.* Qui rogatus eſt reſtituere, quod ad eum perveniet ex hereditate, non tenetur reſtituere fructus, *l. quod his, hoc tit.* contra tamen ſtatuit in *d. l. Balliſta*, quæ ait, fructus eſſe reddendos: verum cautio recipit incrementum fructuum, *l. pecunia, §. ult. de verb. ſignific.* fideicommiſſum non recipit incrementum fructuum.

Ad §. ult.

IN hoc §. eſt etiam labor aliquis. Quæro ſi quis ita rogavit heredem ſuum: Rogo te, ut Titium heredem facias, an ſit fideicommiſſum? videntur eſſe preces inciviles, id eſt: Rogo te ut directo jure Titius ſit tibi heres, quod non eſt ferendum; ſed interpretatione fideicommiſſi ea verba defenduntur; ut ſi dixiſſet: Rogo te reſtituas, *l. ex facto, in princ. ad Trebell. l. filiusfam. §. ut quis, lib.* 1. Finge igitur, quidam heredem ſcripſit ex parte, & ei fundum prælegavit, & adjecit: Rogo te, ut in fundo coheredem recipias Lucium Titium: non eſt heredis mei ſibi adjungere coheredem; dixit tamen coheredem pro ea parte, quam jure hereditario heres capit; & defenduntur hæc verba fideicommiſſi interpretatione, ut ſi dixiſſet: Rogo te reſtituas ei partem fundi: Et hoc repetitur in *l. Lucius* 93. *§. ult. hoc tit.* Multa quæ ſunt in libris ff. repetuntur in libris Reſponſorum: unde quid interſit inter libros ff. & reſponſorum videndum eſt. Et ſane Digeſta ſunt edicta ſuis titulis apte diſtincta. Reſponſa vero, quæ circumferebantur in foro, & ſubſelliis.

Ad L. Pamphilo XXXIX.

QUæritur an hæc verba: *Scio omnia, quæ tibi relinquo ad filios meos perventura*, faciant fideicommiſſum, quia non videntur ſatis exprimere fideicommiſſum, neceſſitatem enim non imponunt dandi filiis ea, quæ relicta ſunt: verum magis eſt, ut accipiantur pro fideicommiſſo, ne decipiatur patronus à liberto, qui melius de liberto præſumpſit: Et fideicommiſſum debetur poſt mortem liberti: ſic plerumque interpretamur hæc verba, pertinere, & pervenire in *l. prox. ſup. §. filiam.* Et probat illud à ſimili Scævola, idque ex conſtit. D. Marci in *l. unum ex familia, §. ult. lib.*2. quæ habet æquitatem, & rationem ſummam, quia æquum eſt ab uxore ſententiam mariti non decipi. In *l. & eo modo* 118. *lib.* 1. dicitur, fideicommiſſum ita recte relinqui: *Scio te reſtituturum hereditatem meam Titio.* Quod verbum fideicommiſſum importat: maxime ſi conferatur fideicommiſſum in propinquos, utpote in libertos.

Ad §. Propoſitum eſt.

QUidam in vitæ diſcrimine conſtitutus accerſivit amicos ſuos, & coram eis dixit, ſe velle Cajo Sejo prædia relinquere, quæ nominaſſet, eaque nominata Cajus Sejus in teſtationem redegit, & interrogavit teſtatorem, an ea dixiſſet: Et reſpondit, μάλιστα. Quæſitum eſt, an debeantur ex cauſa fideicommiſſi, quod potius deſtinata videantur fideicommiſſa, quam relicta: his verbis: *volo tibi, &c.* deſtinatur fideicommiſſum, non relinquitur, & ex jactatione nuda nulla competit actio, vel perſecutio, *l. ult. qui teſt. fac. poſſ.* Imo nec princeps ipſe agere poteſt ex nuda pollicitatione, *Paulus lib.* 5. *Sententia. tit.* 12. *§. ex nuda*: verum in hac ſpecie multa efficiunt, ut ſtatuere debeamus, eſſe fideicommiſſum, non deſtinationem, quia teſtator erat in extremo vitæ diſcrimine conſtitutum, & quaſi ad ſupremam voluntatem accerſiverat amicos quaſi non deſtinatos, ſed de re ſua deſtinaturus, & adhibuit amicos, ut eſſent teſtes. Et quia etiam ea prædia nominavit, & ea omnia fideicommiſſarius teſtatione complexus eſt. Teſtatio eſt memoria rei geſtæ redacta in tabellas, & obſignata teſtium ſignis, & interrogatus etiam id de quo agitur an ea dixiſſet, quæ teſtatione comprehenſa eſſent, aſſeveravit ſe dixiſſe, hisque argumentis probatur eſſe fideicommiſſum relictum.

Ad §. Ult.

DUas filias ſcripſit heredes ex æquis partibus,& uni poſtea prælegavit fundum; ſed mox petiit ab ea, ut ſorori ſuæ daret 20. quod poſt adjecit, ut eas ſemper exæquaret: deinde ab eadem petiit rurſus, ut daret ſorori ejuſdem fundi partem dimidiam: Et ita ei per fideicommiſſum ademit prælegatum, quod jure legati conſiſtit in parte dimidia. Quæſitum eſt, an cum parte fundi debeantur 20. & ait, non deberi, & poſteriore fideicommiſſo videri receſſum à priori pecuniario, nihil prohibet poſteriore ſcriptura priorem corrigi, *l. nihil prohibet, de adim. leg.* niſi fideicommiſſarius probaret, noluiſſe revocare prius fideicommiſſum, cujus onus injecerat prælegato, quod ademit poſtea, *l. ſicut adimi, de adim.leg.*

Ad L. Poſt Emancipationem. XL.

AGitur de filia procreata poſt emancipationem patris. Emancipatione patris ſolvitur adgnatio. Ergo non potuit habere æquales filia.Illa tamen errabat in jure putans ſe habere æquales, & patruum ſibi legitimum heredem jure adgnationis: atque ita præterri avunculo: Et cum in eo errore eſſet, factis codicillis ab inteſtato, patruum rogavit, ut reſtitueret partem hereditatis avunculo, & agros duos: quæritur, an valeat fideicommiſſum relictum avunculo? moritur enim filia relictis codicillis: quo caſu uterque petet ab inteſtato bonorum poſſeſſionem unde cognati: fideicommiſſum hereditatis non conſiſtit, quia partem hereditatis ſuo jure avunculus habiturus eſt: fideicommiſſum enim non conſiſtit in eo, quod jure ſuo habiturus ſit: Conſiſtit tamen pro parte agrorum duorum, quæ pervenit ad patruum per filiam emancipatam, & nullos potuit habere agnatos: nunc ab eodem patruo, eodem errore ducta, alis quibuſdam plura fideicommiſſa reliquerat, cum exiſtimaret ſe ſolum patruum heredem habituram. Quæritur cum etiam avunculum heredem habeat, an avunculus debeat præſtare fideicommiſſum pro parte hereditatis, quam cum patruo accepit: & reſpondet, non debere, ſed patruum in ſolidum præſtare debere. Huic definitioni obſtat *l. cum pater, §. cum exiſtimaret, lib.2.* in qua eodem errore ducta mulier plura fideicommiſſa reliquit à conſobrina: quæritur, an pro parte dimidia ſit relevanda fideicommiſſis? Et ait Papin. æquiſſimum eſſe, ut relevetur parte dimidia fideicommiſſorum. Cur eadem æquitas etiam hic non valet, ut relevetur patruus parte dimidia fideicommiſſorum ab avunculo; Et ita extraneo herede à liberto inſtituto, & patrono præterito, & etiam filio ſuo à patre inſtituto, & filio emancipato, plerumque in his ſpeciebus relevabitur dimidia parte fideicommiſſorum heres ſcriptus, & infirmantur cætera fideicommiſſa pro parte, *l. Plautius, de cond. & demonſtr. l. 20. §. libertas, de bon. libert. l. etſi contra, de ult. & pupil. l. 5. §. 1. de leg. præſt.* Et ita cum querela inofficioſi teſtamenti aufertur hereditas ſcripto heredi pro parte exoneratur, *l. cum duob. de inoff. teſt.* Reſ. quod notat Ulp. ad Marcell. in *l. pen. de jur. cod.* Imo duntaxat partem debet. Idem poſſumus adnotare ad Scævolam qui jus ſpectavit potius, quam æquitatem.

Ad §. Ult.

QUidem ſcripſit Sejam ex dodrante, & Mævium ex quadrante: rogavit autem Sejam reſtituere quicquid ad eam perveniret ex hereditate, exceptis hortis: & adjecit generale caput, ut in *l. Titia 34. §. 1. Lucius, lib. 2.* quisquis ſibi heres eſſet, præſtaret quod cuique legaſſet, præſtari, fierique juſſiſſet. Quæritur, an Seja hortos poſſit retinere in dodrantem tantum, ex A quo heres ſcripta eſt, an etiam in aſſem, id eſt, in ſolidum. Qui retinet, quod retinere juſſus eſt, id imputat in Falcidiam, quia id à ſeipſo retinet non ex parte coheredum: At generale caput innuit etiam pro parte coheredis hortos retineri. Ergo ex aſſe: alias ſi non demonſtretur, aut intelligatur perſona dantis, quod jubetur quis retinere, id retinet à ſeipſo, jure hereditario, id eſt, pro ſua parte tantum, *l. in quartam, ad leg. Falcid.* aut jubetur quis retinere, vel accipere, non demonſtrato eo à quo accipere, & hoc ſenſu retinet à ſeipſo, id eſt, ex parte ſua, & pro parte ſua, niſi adjectum ſit generale caput, quia demonſtratur perſona dantis, quaſi demonſtretur, vel intelligatur: aut quod retinere, vel accipere jubetur, accipit jure fideicommiſſi, vel mortis cauſa capionis, ut ſecundum quæſtionem B in *l. 11. §. cum eſſet, hoc tit.* hæc verba, *retentis hortis*, id eſt, ablativi caſus aliquando faciunt fideicommiſſum; alias faciunt conditionem: ut Rogo te reſtituere heredem, acceptis ab illo 100. id eſt, ſi dederit 100. quo caſu non capientur jure fideicommiſſi, ſed conditionis implendæ cauſa, *l. Falſa, §. reſcripto, ad Trebell. P. à teſtatore 109. de cond. & demonſtr. l. acceptis, ad leg. Falcid.* in *d. l. à teſtatore*. Species ita fingi poteſt. Quidam inſtitutis Cajo, & Titio heredibus, Titium rogavit, an acceptis centum à Cajo, reſtitueret hereditatem, non eſt fideicommiſſum, ſed mortis cauſa capio: Poſtea adita hereditate uterque deceſſit, alius antequam centum dediſſet, quæſitum eſt, an heredes Caji centum offerendo, ex fideicommiſſo partem hereditatis conſequi poſſint? Et reſponſum eſt, heredem conditioni parere non poſſe, cui ſubjicit Claudius: magno C ingenio hominem de jure reſpondiſſe, quod quidem in Scævolæ ludibrium Claudius addere voluit, ut in *l. Domitius, de teſtam.* verum ſubſequentia verba ſane declarant in laudem Scævolæ hoc fuiſſe à Claudio additum, *rum poſſet dubitari, an in propoſito conditio eſſet*, an fideicommiſſum: fideicommiſſum autem conditionale in heredem non transfertur.

Ad L. Uxorem. XLI.

EMi fundum Titianum mea pecunia, ſed communi nomine, meo & uxoris, & eundem fundum communi nomine, & quaſi communi pecunia comparatum D uxori communicavi per donationem, vel contractum, & beneficio pietatis, & affectionis: hunc colorem quæſivi donationi, *l. vir uxori, de don. inter vir. & uxor.* id ed, in fraudem legum, quæ vetant donationem inter virum, & uxorem: ubi quod ait, *beneficio, &c.* ſic accipiendum eſt, ac ſi diceret: quod ſinai me emiſſe fundum communi pecunia, quem mea emeram, id beneficio pietatis feci: Ita in *l. inter, de furt. beneficio furis*, & in *l. ex damni, §. 1. de dam. infec. & l. ſi debitor, ſup. de pact.* Et Plinius 7. Epiſt. *Beneficio faſtidii teipſum laudabo*. Deinde teſtamento uxorem, & filium heredes ex æquis partibus ſcripſi, & rogavi uxorem ne in eo fundo quaſi communi partem ſibi vindicaret: ſolent conjuges invicem ſe appellare dominos, & dominas, ut in *Novell. 74.* Divus Hieronymus adverſus Jovinianum, Ovid. 3. Triſt. *eleg. 3. ad uxorem*. E

Nec Dominæ lacrymis in noſtra cadentibus ora.

QUæritur, an videator teſtator voluiſſe eum fundum filii eſſe in ſolidum? Et hoc negat Scævola; ſed voluiſſe, ut fundus habeatur pro hereditario, non pro communi inter eam, & uxorem: ſi haberetur pro communi, uxor haberet in eo dodrantem, id eſt, ſemiſſem, quaſi ſocia, & quadrantem, ut heres: nunc quoniam pro hereditario habetur, uxor habebit ſolum ſemiſſem, & filius ſemiſſem.

Ad

Ad §. In teſtamento.

TEſtator primum legavit per fideicommiſſum libertis domum cum horto, deinde Fortunio legavit ex eadem domo diætam, id eſt, cœnaculum, & cellarium. Quæritur, an heres debeat præſtare domum univerſam, & Fortunio æſtimationem diætæ & cellarii; vel an Fortunio diætam ipſam, & cellarium, libertis vero æſtimationem ejus, & reliquam domum? Et reſpondet, maxime, quod legatum proponatur per fideicommiſſum, quod comparatur emptioni: heredem non debere onerari duplici præſtatione: quid debet præſtare ſingulis? utrum ſoli Fortunio diætam, & cellarium dabit, quaſi præcipuo jure: deinde eidem Fortunio & cæteris libertis reliquam domum, an vero Fortunio diætam & cellarium & cæteris libertis reliquam domum? Hortum vero omnibus dabit, à quo nihil detractum eſt: verius tamen eſt, ut Azo putat, in ea domo nihil habiturum Fortunium præter diætam, & cellarium, niſi probet quaſi præcipuo titulo teſtatorem ei voluiſſe dari cellarium, & diætam, hortum vero omnibus; ſed male confunditur ab interpretibus. In hac ſpecie res tota pluribus legatur, uni autem ex eis legatur pars ex toto, quo caſu poſſet is cui legata eſt pars, partem illam vindicare, & partem quoque ſuccero cæteris in domo reliqua: niſi teſtator voluerit eam partem eum habere jure præcipuo. In ſpecie legis *cum quæſtio, C. de legat.* res ita legatur uni, & ſoli, alteri pars: quo caſu priori legatario ſemper intelligitur detracta ea pars. Male etiam confunditur *lex. ſi pluribus, §. 1. lib. 2.* in qua eadem quantitas eidem bis legatur, quo caſu ſi eadem quantitas eidem eadem ſcriptura ab eodem herede legetur, ſemel tantum debetur. In *l. 27. ſup.* Si eadem quantitas per eandem ſcripturam eidem aut diverſis heredibus ſæpius debetur, ut in *d. l. ſi pluribus, §. 1. lib. 2.* cum hac lege confunditur, in qua nomen vel res, id eſt, ſpecies certa uni legatur, alii eadem res vel idem nomen ſeparatim per fideicommiſſum, vel per damnationem: quo caſu utrique legati petitio competit. Eſt in una quaque ſpecie proprium jus, quod cum ſpecie hujus legis confundi non debet: cellarius ſervus eſt cuſtos penus. Quanquam in *l. quæſitum, §. cellarium, de inſtrum. leg.* dicitur cuſtos rationum; qualia ſunt Archia vel Archiva, quod latini penum, græci *κελλάριον* dicunt: inde annonas recte junguntur cellaria: non eſt etiam omittendum, quod in hoc §. cum propoſita eſſent duo legata, prius legatum appellat prælegatum; quod poſſis definire eſſe, quod priore capite teſtamenti legatum eſt. Prælegatum alias dicitur quoties res mea quodammodo mihi relegatur, ut cum dos uxori legatur, vel cum dos filiæ legatur, *l. cum pater, §. fidei tuæ, lib. 2. l. 2. de dot. præleg.* vel cum ſervo aut filio familias peculium legatur, *l. 10. de pec. leg. l. 1. de except. rei judic. l. 3. de ſtatu lib.* vel etiam obligatio legatur creditori, ut in *l. non ſolum, §. penus, de lib. leg. l. pen. §. ult. de alim. leg.*

Ad §. Codicillis.

QUidam legavit in codicillis libertis omnibus contubernales ſuas, quas non manumiſerat, & filios filiaſque ſuas quos manumiſſi naturales ſuſcepiſſent in ſervitute, retento adhuc in eodem patre, vel liberto, vel ſervo, ſicut ex concubinaria ſunt patres naturales tantum, & filii naturales tantum: filii vero ex juſtis nuptiis quæſiti, naturales & legitimi: adjecit exceptionem, *niſi ſi quos nominatim legavero uxori meæ.* Deinde per epiſtolam legavit uxori certos fundos cum ſervis, qui ibi eſſent, ruſticis, vel urbanis, vel etiam actoribus, id eſt, diſpenſatoribus, veluti procuratoribus domini, qui dicuntur actum gerere rerum domini, quorum amiſſio plerumque everſio familiæ dicitur in *l. ult. de off. præſid.* ſed nominatim non legavit quendam uxori: in eis fundis erant filii cujuſdam liberti: utrum epiſtola eſt potior codicillis? Epiſtola eſt imitatio codicilli, *l. un. §. ſancimus, C. de lege Fuſ. Can. toll.* vel eſt ſupplementum codicilli, ſicut codicillus eſt ſupplementum teſtamenti. Ideo in *l. Et in epiſtola, C. de fideicomm.* ait, fideicommiſſum poſſe relinqui, & epiſtola, & codicillis, & in brevi libello: ſicut brevitas non vitiat donationem, ita nec fideicommiſſum, etiamſi ſine ſcriptura relictum ſit, id eſt, per nuncupationem, & nutu: reſpondet Scævola, filios illos pertinere ad patrem ex codicillis, non ad uxorem ex verbis epiſtolæ, pietatis intuitu, ut potius conjungantur liberi parentibus, quam disjungantur. Tu dic hanc rationem eſſe coloratam & ſuppoſititiam, & inſertam quaſi neceſſariam à compilatore. Omnia de jure ſolet reſpondere Scævola, non de æquitate: verum alia ratio eſt, quia nominatim filios non legavit uxori, ſicut prius dixerat: Et ſimiliter in *l. ſi extraneo, de uſufr.* hæc verba, pietatis reſpectu inutilia, & ſuppoſita ſunt. Finge: Quidam extraneum ſcripſit heredem, & ab eo matri fundum legavit detracto uſufructu: filium autem emancipatum præteriit, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas petiit, quæ reſcindit teſtamentum, & ea quæ ſunt in eo relicta. Quæritur, an fundus matri ſit præſtandus à filio, detracto uſufructu, an vero plena proprietas, & ait, plenam proprietatem eſſe præſtandam pietatis reſpectu: imo alia ratio quærenda eſt, quia teſtator voluit uſumfructum ab herede ſcripto præſtari: nam ſi fundus legatus ſit à quolibet herede detracto uſufructu, & heres deceſſerit, antequam fundum præſtaret, an heres heredis detraheret uſumfructum? minime, in *l. qui uſumfructum, §. ſtipulatus, de uſufr.* Idem, in *l. Mela, de alim. leg.* legata ſunt alimenta uſque ad pubertatem. Alia eſt pubertas, ſcilicet ad annum 12. in fœminis, & ad 14. in maſculis. Et eſt alia plena pubertas ad annum 18. quæritur ad quam pubertatem debeantur: reſpondet Juriſconſ. pietatis intuitu ad 18. uſque annum: imo non pietatis intuitu: nam idem erit ſi extero uſque ad pubertatem, cui nulla pietas debeatur, alimenta relinquantur, quia favore alimentorum eatenus alimenta porriguntur.

Ad §. Feliciſſimo.

QUæritur, an ſpeciale legatum minuat generale? de quo in *l. ſervis urbanis 99. inf. hoc tit.* multum intereſt an præcedat ſpeciale, an ſequatur: ſpeciale legatum ſequens derogat generali; ſi alteri legentur veſtimenta, alteri veſtis muliebris; ut ſi legetur alteri mundus muliebris, alteri argentum omne, & in mundo muliebri ſit argentum, hoc argentum poſteriori legatario debebitur. Idem ſi uni legetur inſtructum prædium hortis, alteri argentum omne, & in prædio ſit argentum, quod habuerit teſtator, ut eſſet inſtructior. Idem ſi legatum ſit peculium ſervo manumiſſo, & in peculio ſit ſervus, qui dicatur vicarius; deinde ſervus vicarius liber eſſe juſſus ſit, *l. 1. inf. de auro, & arg. leg. l. quæſitum, §. ult. inf. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 19. de man. teſtam. inf.* Idem ſi legentur ſervi vernæ, alii curſores, *l. ſervis urbanis, §. ult. inf. hoc tit.* Idem ſi alteri penus, alii vinum legetur, *l. 2. in princ. de trit. vin. & ol. leg.* Quæro ſi eidem adſcribatur primum genus deinde ſpecies, quid juris ſit? non utique ſemper ſpeciale derogat generi: niſi per imperitiam, vel ex abundanti adſcribatur ſpecies quædam, non tamen nominatim poſt genera: nam ſi nominatim, ſpecies derogat generi, ut in *d. l. quæſitum, §. pen. l. legata, de ſupell. leg.* quidam legavit ſupellectilem, dein enumeravit ſpecies quaſdam quas enumeravit per imperitiam, vel ex abundanti, ut fundum inſtructum do lego cum ſupellectili & alia re. Sed cur in *d. l. quæſitum §. penul.* ſi nominatim non exprimantur? quia ſi nomina-

minatim exprimatur per imperitiam, ſpecies derogat generi, *l. cum de lanionis, §. cui fundum, de inſtr. vel inſtrum. leg.* ut ſi legat fundum inſtructum, dein Titiam, & Pamphilam, an cæteri ſervi debentur? minime: ſicut ſi dixiſſet: lego fundum inſtructum cum ſervis. Atque hoc ait *d. §. cui fundum, & d. l. legata:* cum per imperitiam ex abundanti enumerantur ſpecies, non derogare ſpeciem, veluti ſi non adſcribantur ſpecies, propriis nominibus, ut in *d. §. cui fundum:* verum ſi poſt generale legatum demonſtretur ſpecies certi numeri, data opera videtur in eis ſpeciebus modum dediſſe generi; & hoc ait *lex legata* juncta *d. l. cum lanionis, §. pen.* Ea legato cedunt, quæ nominatim expreſſa ſunt, in *l. Sejæ, de inſtrum. leg.* In teſtamento legavit Sejæ fundos inſtructos: deinde in codicillis ita ſcripſit: *poſtea venit mihi in mentem*, ita ut fundi inſtructi ſunt, ruſtico ſcilicet inſtrumento, ſupellectili, *pecore, villicis, & reliquis colonorum, & apotheca:* hæc non debebuntur legatario, & derogatur generali legato per legatum codicillorum, & ſic ſi legentur genera, deinde ſpecies eidem, non ſemper ſpecies derogat generi; ſed tunc ſpecies non derogat generi, ſi poſt generale legatum enumerentur ſpecies per imperitiam ex abundanti, non adſcriptis propriis nominibus: ſed poſt generale legatum, teſtator demonſtret certi numeri ſpecies, id eſt, eam numerationem affectavit, certe ſpecies generi derogavit, ſpeciale legatum præcedens non transfertur in ſequens generale, vel non transfertur cum generali, ut ſi alii legetur ſervus actor rerum urbanarum, alii omnis familia urbana, an actor videtur ademptus, cum ſit ex familia urbana, vel an ſit ſervus communis? minime, *l. 1. de aur. & arg. leg.* vel ut in ſpecie hujus §. in quo ſi uni fundus generaliter, alii quæcumque maritus reliquit, legavit, & in eo ipſo legato contineatur fundus Gargilianus. Quid ſi eidem legetur primum ſpecies, deinde genus, augetur legatum, nec aliud alio minuitur; vel ſi eidem ſervus, deinde omnes ſervi legentur, interdum minuitur generale legatum per ſpeciale: ut ſi Titio leget ſtatuas duas marmoreas, deinde eidem omne marmor, & ſint plures ſtatuæ marmoreæ, an omnes debebuntur ſtatuæ? & præter duas ſtatuas marmoreas nulla alia debebitur, quia teſtator non videtur in marmore poſuiſſe omnes ſtatuas: nam per marmor intelligimus rudem materiam, & informatam, & ſtatua marmorea non eſt marmor, *l. heres 100. §. 1. hoc tit. l. 1. inf. de auro, & arg. leg. l. 2. in prin. de tr. vi. & ol. leg.* quæ eſt ex *eod. lib. l. 36. ſup. lib. 1.* quæ videtur pugnare cum *d. l. 1. de auro, & arg.* ibi: *Idem de ſervis urbanis, l. Titiæ textores, ſup. lib. 1.* ut, lego tibi textores ſervos, alteri vernas, id eſt, ſervos domi natos, ex quibus ſervi ſunt vernæ, & vernarum legatum videtur generale, & lex ait: textores vernas eſſe communicandos; atque ita lex *Titiæ textores*, videtur pugnare cum *l. ſervis urbanis, §. ult. hoc tit.* cujuſmodi pugna ita dirimenda eſt. Aut certæ ſpecies demonſtrantur nomine, ut Stichus diſpenſator, aut fundus Gargilianus, ut in hoc §. vel numero, ut duæ ſtatuæ marmoreæ; Et tunc his exceptis, generale legatum præſtabitur, aut certæ ſpecies non deſignantur, ut in *d. l. 36.* ut ſi legentur uni textores, alii vernæ: nam nomine, vel numero non deſignantur, quia teſtator unicuique genus reliquiſſe videtur. Idem ſi uni curſores, alii vernas: nam vernæ curſores erunt communes. Idem ſi uni legetur peculium in quo ſunt ſervi, alii familia ſervorum: nam ſervi peculiares connumerabuntur: nec obſtat *lex 10. de pecul. leg.* quoniam in ea lege adjecit ſuos: ſuorum appellatione non continentur peculiares, *l. ſervos, §. ult. hujus leg.* Atque ita non pugnat *d. lex 36. cum d. l. ſervis urbanis*. Multum intereſt, an ſpeciale legatum præcedat: nam tunc videtur genus legaſſe: ut ſi uni textores, alii vernas leget quis: nam ſi vernæ ſint textores, communes erunt, non ſi uni leget vernas, alii textores: nam hoc modo videtur genus prius legaſſe, deinde ſpecies; & tunc priori debebuntur vernæ, textores poſteriori legatario. Et hoc aperte declarat *d. l. ſervis urbanis, §. ult.* qui eſt valde obſcurus ibi, *ſi in ſpecie*, ut ſi alii ſint piſtores, alii lecticarii ſervi, & quidam ſervi piſtores, & lecticarii, communicabuntur, quia utrique connumerantur ſub ſpecie, *aut in genere*, ut ſi primum uni curſores, deinde alii vernæ, quo modo videtur utrique genus legari: ſi ſint vernæ curſores, hi utrique in genere ſuo communicabuntur; nam genus non minuit genus.

Ad §. Teſtamento pueros.

INtra annos 7. pueros, infantes ex ſervis legavit quinque; poſt annos plures, cum jam ætate creviſſent ſervi, obiit: quæritur cujus ætatis ſervi præſtari debeant? & ait, ejus, in qua tempore teſtamenti relicti ſunt, quod verbum, meis, denotat, *l. ſi ita eſſet legatum, de aur. & arg. leg.* ut præſens tempus intelligatur, niſi aliud demonſtratum ſit. Obſtat *l. ult. quæ res pign. obl. poſſ.* ubi obligans omnia bona ſua, tam futura, quam præſentia, intelligitur obligaſſe: verum adverte in pignoribus quibuslibet ſolum adjici, quæ habeo, quæque habiturus ſum, *l. ult. de remiſſ. pign.* Et erat hæc clauſula in jure frequens, quæ omiſſa pro expreſſa eſt, ut & in obligatione omnium bonorum ſuorum, adjici ſolitum erat, tam præſentium, quam futurorum: ut etiam, qui olim conducebat fundum, pro certa mercede, pro penſione, fundum & ibi nata obligabat, *l. ſi ſervus 61. §. locavi, inf. de furt.* ut hodie fundus, & in fundo nata pro penſione cenſentur obligata.

Ad §. Concubinæ.

LEgans fundum cum filiis, & nepotes intelligitur legaſſe. Eadem ſpecies facti eſt in *l. liberorum, de verb. ſignific. & in l. filii, eod. tit.* quæ ſumpta eſt ex lib. 2. ad Vitellium, qui totus fuit de legatis. Obſtat *l. 6. de teſt. tut. & Inſtitut, qui tut. dar. poſſ.* ubi tutor datus filiis, non cenſetur nepotibus datus: ſed non idem in legatis ſtatuendum eſt, cum ex præſumptione voluntatis teſtatoris nepotes filiorum nomine contineantur, ne filiorum à patribus fiat ſeparatio, quæ dura eſt, *l. quæſitum, §. ſed an inſtrumenti, de inſt. vel inſtrum. leg. inf.* Et quod nepotes filiorum nomine appellentur, ait *l. 1. C. de natur. liber. l. 34. C. de inoffic. teſtam. d. l. liberorum*, & Conſtitutione Neapolitana, *lib. 5. tit. 15.* Et non in teſtamento tantum filii appellatione continetur nepos, ſed interpretatione, *l. juſta, de verb. ſign.* ubi juſta interpretatione idem ac juris, & ex ſententia legum, & in *l. pen. ad Macedon.* filii appellatione intelligitur nepos. Idem intellige in *l. Senatuſconſulto 59. de ritu nupt.* ubi prohibetur tutor pupillam filio elocare. Avos ſolemus patres vocare, *l. 2. §. ſi quis ex liberis, ad Senatuſconſultum Tertull.*

Ad §. Legaverat.

LEgatum hoc: Quicquid Valentiæ habeo, lego, etiam de ſuburbanis poſſeſſionibus adjacentibus Valentiæ intelligitur; cum Valentia, ut & Roma, non mœnibus, ſed continentibus finiatur. Ergo quæ ſunt extra illam urbem, cenſentur legata; ſecus ſi in hac urbe quicquid habeo, legem, cum urbs, & civitas mœnibus finiantur, *l. 2. de verb. ſignific.* Quærit item, an hoc eodem legato contineatur Kalendarium, quod exercuit Valentiæ, puta cautiones, nomina, inſtrumenta debitorum, credita, obligationes, quod Gallice dicitur, *mes papiers, & debets*. Et ait, non contineri: ſed de mobilibus, & immobilibus intelligi legatum, non de juribus, quæ legato non continentur, *l. ſi fundus, l. ſi mihi Mævia, l. quæſitum, §. 1. hoc tit.* Tertia quæſtio eſt, an eodem legato contineantur pecuniæ, quas Valentiæ in arca habet exactas ex nominibus? Et ait non contineri,

neri, cum Kalendarii appellatione contineantur pecuniæ exactæ ex diverſis nominibus, imo etiam pecuniæ deſtinatæ nominibus faciendis, veluti ex donatione aliqua, vel legati, licet nondum fœnori applicatæ, *l. nomen 34. §. ult. l. qui filium, inf. hoc tit.* & redactæ in Kalendarium. Igitur legatis his, quæ ſunt certu loco, non videntur legatæ cautiones debitorum, pecuniæ legatæ quas ad tempus ibi habuit teſtator, ut eas crederet, non repoſitas in perpetuum: cautiones autem incorporales ibi non cenſentur, *l. ſi mihi Mævia inf. h. tit.* Obſtat *l. prædia, §. liberto, de inſtruc. & inſtr. leg. inf.* ubi fundum teſtator prælegavit liberto cum inſtrumento, & omnibus, & familia, quæ ibi morabatur. Finge: teſtator ante teſtamentum factum vinum omne vendiderat, & nondum tradiderat emptori. Quæritur, an vinum hoc, quod adhuc in eo fundo eſt cum moritur, debeatur ex cauſa prælegati? Et ait, deberi. At huic loco repugnant loci quamplurimi: nam legans omnia, quæ ibi ſunt, non videor legare venalia, *l. rem legatam, inf. de adim. leg. l. quæſitum, §. Celſus, de inſtr. & inſtr. leg. l. generali, §. uxori, de uſufr. leg.* Interpretes omnes dicunt, ut Rogerius, & Bart. ſi ſpecies rigorem verborum, & tenorem, contineri omnia, ſin voluntatem, non contineri vina vendita: ſed adverte, plura menda in reſponſis Scævolæ exſtare, & deeſſe negationes multas, & lege hic, *non contineri*, niſi forte contrariam voluntatem approbet libertus ex *l. quæſitum 78. §. 1. inf. h. t.* ubi quæritur, an contineantur nomina debitorum, & nummi: & ait, non contineri, niſi manifeſte contraria voluntas approbetur.

A

B

Ad §. Teſtamento, quo filium.

QUærit hic Bart. quam vim habeant hæc verba, & diſtinguit inter extraneum, & parentem: male autem avum maternum numerat inter parentes: ſi extraneus ſtipuletur dotem ſibi reddi, aut mulieri, ei ſoli acquiritur obligatio, & actio ex ſtipulatu: poteſt etiam mulieri, quanquam mulieri non detur actio, nec intelligatur facta ſtipulatio, ſed collata tantum, *l. cum quis, ff. de verb. obl.* Et mulier ſolutionis gratia noo obligationis adjecta cenſetur, *l. eum, qui, eod.* In parente cujuſcumque lineæ, & ſexus aliud ſtatuitur: nam ſi parens dotem datam ſtipuletur ſibi reddi, & filiæ, idem eſt, ac ſi dicat, ſibi, & filiæ ſtipulanti, & ſunt duo rei ſtipulaodi: unde liberis noſtris utiliter ſtipulamur, & competit actio, *l. Cajus, ſol. matr. l. Pater, C. de pact. conven. ſup. do.* Obſtat *l. Pater, ſup. de pact. dotal.* ubi pater videtur ſibi ſeparatim ſtipulari; duo igitur ibi ſunt rei debendi.

Ad §. Ejus heres.

VAlet hereditatis, & legati ademptio, ſi non adoptaverit, quia pro conditione adoptio videtur adſcripta. Et conſtat eodem teſtamento hereditatem, & legatum adimi poſſe, *l. 1. §. pen. de his, quæ in teſt. del. l. Pater filia, de hered. inſtit.* Et formula cretionis, *cernitoque in diebus centum proximis, &c. apud Ulpian. tit. 22. §. heredes, l. ſi ita ſcriptum, §. regula, de lib. & poſt. l. ſi in teſtamento, de condit. inſtit.* Adverte tamen invitum non compelli adoptare, ne invito ſuus heres agnaſcatur: & non eſt rata adoptio, niſi & filiusf. conſentiat, *l. 6. de adopt.* cum libero homini leges dicere ſit durum. In hac ſpecie, rogo te, ut eum heredem inſtituas, ea interpretatio recepta eſt ex Senatuſc. *l. ex facto, ff. ad Senat. Trebel.* Item in emancipationibus, eadem interpretatio recepta ex conſtitutione Severi, *l. ſi cui legatum, ff. de tondition. & demonſtrat.* niſi enim eſſet emancipatus, hereditas reſtitui non poſſet. Hæc ſpecies: rogo te, ut illum adoptes, oulla conſtitutione firmatur, & in quibus nihil conſtituunt JC. adeundus eſt princeps, *l. ad Trebell. l. itaque, de fideicommiſſ. libert.* Et cogitur igitur reſtituere hereditatem, non adoptare.

E

Ad §. Agri.

JUſſit vendi agrum Publio, & Cajo, ita ut caveant huc non perventurum ad heredem, vel poſteros Sejæ, ſub pœna centum. Finge: Cajus petit fundum oblato pretio juſto; Publius repudiat: quæſitum eſt, ao deſinente altero collega, Cajus totum poſſit petere? Et reſpondet, partem duntaxat petiturum. Ratio petenda eſt ex jure veteri, quia ut in legato per damnationem, ita ſi eadem res duobus relicta ſit, ſinguli habent partes ab initio. Non eſt jus accreſcendi inter fideicommiſſarios, quibus conjunctim eadem res relicta eſt, ut nec inter eos, quibus disjunctim, ſicut nec inter legatarios per damnationem. Hodie tamen jus eſt accreſcendi inter fideicommiſſarios ex conſtitutione Juſtiniani. Legendum heic, *relictis heredibus*, non *reliquis heredibus*. Item quæſitum eſt, pro qua parte cautio, quæ ex judicio defuncti interponenda eſt, præſtari debeat? Reſpondet JC. pro ea parte præſtandam eſſe, quæ ex fideicommiſſo præſtatur.

Ad §. Sorori.

FIlios inſtituit heredes, ſorori autem mancipia legavit, eamque rogavit, ut cum moreretur ea reſtitueret filiis ſuis heredibus inſtitutis: conditionale eſt legatum, *l. heres meus, §. 1. de condit. & demonſtr.* Ante mortem ſororis ex iis mancipiis adgnata ſunt alia. Quæritur, an poſtea mortua filia, adgnata mancipia reſtituenda ſint filiis, an ſpectent ad heredes ſororis? Ultimum verum eſt: partus editi, & fructus ante diem fideicommiſſi cedentem, id eſt, ante moram, non contineri fideicommiſſo, & retentionem eorum habere eum, qui rogatus eſt, vel heredes ejus, ſive ſpecialiter per fideicomm. relinquantur ancillæ, ſive per fideicommiſſum hereditatis: Et ſic partus eſt in fructu, *l. pen. de opt. leg.* congruit huic §. ubi fructus, & uſus ſervorum non eſt reſtituendus, & *l. ſi aliena, §. ult. de uſucap. l. pen. de uſur.* Reſtat, Cerhidium Scævolam, mulieris partum poſuiſſe in fructu: qua in re reprehenditur à Marcello. Pugnat cum Scævola *l. mulier, §. ſed enim, & l. deducta, §. hereditatem, ad Trebell.* frequentior ſententia, quæ obtinuit, eſt eorum, qui putant venire in reſtitutionem fideicommiſſi partus, & fructus, *l. cum ſervus, §. item partus, lib. 1.*

C

D

Ad §. Pater naturalis.

PAter naturalis eſt, qui filium, aut filiam ex contubernio habet, ut *§. Codicillis, ſup.* contra pater juſtus, & legitimus. A patre juſto filio in poteſtate relinqui non poteſt, niſi in eum caſum, quo ſui juris erit: à patre naturali herede inſtituto filio relinqui poteſt, quoniam is in poteſtate non eſt. Pater naturalis filiæ debet fideicommiſſum, quod inſtitutus à genero rogatus fuit dare uxori ſub conditione, cum nuberet alii, id eſt, ſecundo marito; & legatum eſt in dotis cauſam: quo caſu locus eſt veteri edicto de alterutro, cujus mentio in *l. unica, §. ſciendum, C. de rei uxor. act.* quo cautum eſt, ut uxor recipiat dotem datam, vel exigat fideicommiſſum, & alterutro contenta ſit: filiæ nubenti alii, pater ultro, & ſine mandato filiæ dotem dedit, ſtipulatus eam ſibi reddi ſi ſine liberis filia deceſſiſſet: deinde filia ex eo conjugio ſuſcepit filiam ſupervenientem matri; atque ita non repetetur dos: quæro cum dederit dotem hoc modo, an etiam pater debeat præſtare fideicommiſſum? & ait, dotis dationam ſpontaneam patrem non liberare fideicommiſſo: ſed exigitur, ut filia dotem ratam non habuerit: alioquin ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, *l. ſi opera, inf. de doli except.* in qua ſi debitor creditori creditoris ſui ſolvat pecuniam, & eam debitam pe-

tet

tet creditor, repelletur doli mali exceptione, ſi non ratam habeat ſolutionem. Sed in hac ſpecie debitor creditori creditoris ſolvit animo gerendi negotii ſui creditoris, & ita animo reputandi: hic non animo negotii gerendi, ſed pietatis officio. Finge: Ex ſecundo marito filia neque filium, neque filiam ſuſcepit, verum accepto tulit ſtipulationem ſecundo marito, atque ita non repetet. Summa hujus paragraphi; dos quam pater ultro dedit, etiamſi non ſit ad eum reditura, non liberat patrem fideicommiſſo, quod filiæ relictum eſt. A

Ad §. Sejum.

HEredi ſcripto ſubſtituit directo, & per fideicommiſſum: directo, ſi heres non eſſet: per fideicommiſſum, ſi heres eſſet: quo caſu ſolo ſubſtitui poteſt, præterquam pupillo; furioſo, filioſam. vel ſi prior deceſſiſſet Appia, ut heres ſcriptus reſtitueret Valeriano: poſtea heres ſcriptus non expectata morte ſua voluit Appiæ reſtituere fideicommiſſum: tum mortua eſt Appia, vivo herede, dein mortuus eſt heres. Quæritur, an Valeriano ſit fideicommiſſi petitio adverſus heredem heredis. In *l.poſt mortem, C.de fideicomm.* qui poſt mortem rogatus eſt reſtituere, id poteſt vivus reſtituere: ſed ea repræſentatio nemini poteſt eſſe fraudi, ut hic fraus eſt in tempore, *l.ait Prætor, §. ſi cum in diem, l.omnes, §. ult. inſ. quæ in fraud. credit.* Et male *l. Patrem, eod.* opponitur, qua pater reſtituit fideicommiſſa omiſſa quartæ deductione non expectata morte; Et tamen lex ait, patrem non fraudaſſe creditores, verum pater non repreſentavit fideicommiſſum, ſed debitum ſolvit: pater rogatus eſt poſt mortem ſuam hereditatem filio reſtituere, & ei emancipato ſas eſt id petere: caſus mortis trahitur ad caſum emancipationis: *l. ſi ita eſſet, quando dies leg. ced. l.11. §. ſi cui, hoc tit.* Et quod pater Falcidiam umiſit, non fraudavit creditores, ſed ut ait, pater plenam fidem teſtatoris ſecutus eſt, l. Falcidia eſt contra voluntatem teſtatoris, l.*Titia* 86. *inſ. ad leg. Falc.* B C

Ad §. Scævola.

SI deceſſerit priuſquam conſtituerit ſe velle, id eſt, deliberans, quæritur an debeatur fideicommiſſum: debetur ex hoc §. ſed hoc obtinet tantum in fideicommiſſis, aut fideicommiſſi cauſa, nam aliud eſt in legatis: ſi enim heres moriatur, antequam dixerit ſe velle, an debetur fideicommiſſum relictum cum volet? non: nam poſt mortem inutiliter relinquebatur legatum ante Juſtinianum, fideicommiſſum poterat, *l.5. ſup.* ſtipulationes poſt mortem promiſſoris, vel ſtipulatoris factæ, nullæ ſunt, *§.poſt mortem, Inſt.de inutil. ſtipulat.* l.*centeſimis, §.ult. de verb. obligat.* ita accipienda *l.11. §. ſic fideicommiſſum, ſup. hoc tit.* Et videtur hoc modo relictum fideicommiſſum, relinqui ab herede heredis, non legatum, niſi ex conſtitutione Juſtiniani: nam poſt mortem recte legatur, ſtipulamur, & fideicommittitur, & ſic abrogatus eſt *§.ult. de leg.* D

Ad §. ult. E

HEredem ſcriptum rogavit, ut reſtitueret hereditatem Sejæ, & Sejam, ut Mæviæ, non adjecta die, nec conditione, & vetuit ne Mævia à Seja exigeret cautionem præſtandi fideicommiſſi, adjecta cauſa ea, cum ſciam, eam non interverſuram fideicommiſſum. Quæritur, an fideicommiſſum Mæviæ relictum purum ſit: ſatiſdatio dubium facit id, ſed relictum Sejæ, & Mæviæ, purum eſt, *l.2. & pen. C.ut in poſſ. leg.* l.*avia, de cond. & demonſtr.* & in puro legato exigitur cautio, & ſatiſdatio, l.*etiam* 15. *D.ut in poſſeſſ. leg.* quæ huic §. convenit.

Ad L. XLII.

QUidam uxorem Sejam heredem inſtituit ex uncia, Mæviam ex deunce, & ſoli uxori injunxit ſepulturam corporis ſui. Curator ſepulturæ recte conſtituitur teſtamento, *l.Lucius* 88. *§.1. lib.2.* l.*ſi ſepulchrum, §.funus, de relig. & ſumptib.* Curator teſtamenti, qui & executor dicitur, & diviſio legatorum mandari poteſt, *l.pecuniæ, & l ſeq. D.de alim. & cibar. legat.* quæritur an cura ædificandi monumenti recte detur uxori ſoli? minime, ſed funeris, quia uncia ei data ad id non ſufficit.

Ad L. XLIII.

PAter juſſit filiæ dotem dari arbitratu tutoris: Duplex eſt arbitratum, vel arbitratus: liber, quod ſcilicet cuique libet, & alter boni viri. Quæritur, an hic arbitratus ſit boni viri? Et eſt quidem: cæterum ſi arbitrium ſit liberum, poterit quis minus dare. Et omne legatum, quod ad minimum quid redigi poteſt, nullum eſt. Quæritur, quantam dotem conſtitui oporteat viri boni arbitratu: id autem æſtimabitur ex utriuſque dignitate, *l.cum poſt, §. gener.de jure dot.* l.*quæro, eod.* Dignitas ſpectatur ex natalibus, *d.l.cum poſt, §.nuptiis,* ita alimenta ſolvenda, *l. ſi cui* 14. *inf. de ann. leg.* Et præceptoribus merces, *l.cum plures,* l.*cum tutor, de adm. tut.* ſic faciendo ſepulchrum, *l.ſi quis ſepulchrum, ſup. de religioſ.* Idem dicendum ſi extraneus legarit, ut pro modo facultatum ſuarum dari dotem voluerit, l.11. *§. ſic fideicommiſſum, ſup. l.1. lib.2. l.3. C.de dot. promiſſ.* ſimiliter in bonæ fidei contractibus collatum in arbitrium alterius, accipi pro viri boni arbitrio, *l.22. §.1. de reg. jur.* In promiſſionibus dotis, & ſtipulationibus dotis, ut *d.l.3.* ita ut dolus vitiet contractum bonæ fidei, l.*ſi mulier, §. ſi dos, ſup. quod met. cau.* Dos autem petitur, *l.ult. §.præterea, C.de jur. dot.* In fideicommiſſis, quæ æquiparantur judiciis bonæ fidei, idem ſtatuendum, *d. l. 1. lib.2.* Donationibus olim datus modus lege Cincia, legatis lege Furia, Voconia, & Falcidia: ita dotibus lex forte Julia: ex Novella Juſtiniani dos non excedit centum libras auri: ex lege forte Julia, decies centena millia ſeſtertium. *l.cum de in rem verſo, ſup. de uſur.* huic legi junge *leg. ſi coita ſit, ſup. pro ſocio,* in qua arbitrium pro viri boni arbitrio non capitur, & Titio non arbitrante diſſolvitur ſocietas: ſolutio: ibi actum eſt, ut Titius arbitraretur non alius, & eo arbitrante, ſed prave, corrigetur per judicium bonæ fidei, l.*unde ſi Nervæ, eod. tit.* quia Titio non eſt permiſſum liberum arbitrium, ſed quaſi viro bono: nam actio pro ſocio bonæ fidei eſt, l.*in propoſita* 78. *eod. tit.*

Ad L. XLV.

QUæ uxoris cauſa empta, parata ſunt uxori, uti adſolet, legantur, ut eſt in *l.2.de auro, & arg. leg.* & in hac l. in uſu, ut ita legetur uxori frequentiſſime verſatur, vel quæ uxoris cauſa comparavi, vel etiam quidquid vivus dedi, donavi uſibuſve ejus conceſſi, l.*uxori* 13. *ff. de au. & arg. leg.* ita legatur nurui, & liberis, & ſervis cum libertate, ut l.29. *in princ. & l.*47. 49. *§.ult. hoc tit.* Inutiliter donatur uxori, & nurui jure civili, liberis noſtris, ſervis noſtris, niſi manumittantur; tamen deſignantur recte uſibus illorum, *d. l.* 49. *§. ult.* Quod inter vivos donatur confirmatur morte, & olim confirmatione opus erat, hodie ſilentio hæ donationes confirmantur: idem de donatione, quæ confertur in nurum, vel filiosfamil. Collata tamen in ſervos ſilentio non confirmantur, licet manumittantur: nam manumiſſum teſtamento peculium non ſequitur, niſi nominatim relictum ſit: manumiſſum tamen inter vivos peculium ſequitur tacite, *§. ſi peculium,*

Digitized by Google

lium, *Inſtit. de legat.* Concubinæ donari poteſt, uxori A legitimæ, non item: cum ergo ita legatur uxori, ut dictum eſt, generale legatum eſt, idemque dicendum eſt de cæteris perſonis: nam eo continentur vaſa, veſtimenta, ornamenta, quæ parata ſunt uxoris gratia, in proprium ejus uſum, *l.legatis* 35. *lib.*2. *l.*51. *de auro, & arg. leg.* Huic definitioni qua dicitur, ea quæ proprii uſus cauſa parata ſunt, legato contineri, Obſtat *l.cum quærerretur* 60. *§. lana, hoc tit.* ex lana, quæ promiſcui uſus eſt, uxor partem capit: nam maritus legat uxori lanam, linum uxoris cauſa paratum, & purpuram: moriens autem multam lanam reliquit, cum ex eo nihil deſtinaſſet in uſum uxoris, ſed commiſcuiſſet omne. Quæritur an omnis lana debeatur commixta? Et ait, omnem non deberi, ſed quod ad annuum uſum ſufficeret; quia ſcilicet id ſola uxoris gratia videtur paratum. B Solutio: his duobus modis videtur quid in promiſcuo uſu eſſe: Primo, ſi utamur promiſcue in ſpecie eadem, veluti communi tunica, *l.veſtis, §.pen. de auro, & arg. leg.* & ea veſtis non continetur legato. Altero, ſi utamur promiſcue in genere, ut ſi utamur eodem congeſtu lanæ, non parte: Et quo quiſque utitur ex eo congeſtu, eo utitur ſolus, & legato continetur, quod ſibi mulier ex eo congeſtu annuatim in ſuum uſum vertit voluntate mariti, ut in *d. §. lana,* de penu. In penu ſunt uſuaria: in penu ſunt uſus ſui cauſa habita, non promercalia, non ea, quæ habuit mercis cauſa, penus ſunt eſculenta, & poculenta; & eſculenta, & promercalia non ſeparavit, & legavit penum: quid continetur legato? tantum quantum ad annuum uſum teſtatori ſufficeret, familiæque ejus, *l.nam quod, §. Item ſi quis, inf.* C *de penu leg.* Eadem diſtinctio, eſt in vino doliari, gall. *vin entonne*: nam hoc continetur legato, legata penu, *arg. l.*3. *§. ult. inf. de pen. leg.* Ergo legato cedunt, quæ in alium uſum ceſſere, & verſa ſunt in uſum uxoris: item quæ uxori proprii uſus cauſa. Initio legis legatum dicitur eſſe generale: imo eſt adjectio, quæ apponitur legato ſpeciali, ut verba oſtendunt: *ut in legatis uxoris adjiciatur*. Poteſt non eſſe adjectio, ut ſi generaliter legentur uxoris cauſa parata: dein poteſt adjectio eſſe generalis: uxori veſtimenta, ornamenta, aut quæ ejus cauſa parata, *l.ſi quis ita legaverit, inf. de auro, & arg. leg.* Et conjunctio, & disjunctio ampliat legatum. In *l.*46. veſtimenta, ornamenta & quæ uxoris cauſa parata, illa adjectio auget legatum: *ornamenta, & veſtimenta, quæ uxoris, &c.* deminuit legatum, ita illam veſtem D uxoris cauſa paratam do, lego, valet, etiamſi falſa ſit demonſtratio: ſuperioribus caſibus adjectio non eſt demonſtratio, *l.*15. *infr. de auro, & arg. leg.*

Ad L. XLVI.

HUic legi 46. conjungendus eſt *§.pen. l.quæſitum* 78. *infr.* uxor dedit pro dote res æſtimatas, emptio eſt. Quæritur, ſi uxoris cauſa parata legata ſint, an veniant res æſtimatæ datæ in dotem? Minime, quia videntur uxoris cauſa empta, quæ ab uxore ipſa empta ſunt, & uxoris cauſa non emit maritus ab uxore. Paulus ait, maritum eas retinuiſſe, ut reſervaret eas uxori: verum idem Paulus poſtea conſultis libris Valentis id non evaluit, niſi evidenter probetur. Species *d. §. pen.* hæc eſt, E Mulier marito dedit res æſtimatas in dotem, quæ æſtimatio, venditio eſt, *l.plerumque, de jure dot.* Ideoque ſoluto matrimonio redditur pretium, non res. Quæritur ergo ſi maritus uxori legarit ejus cauſa parata, an data in dotem legatis cedant, quæ ponendum eſt dediſſe maritum uxori in uſum: quia abſurdum erat, ut intelligeretur mulieri paratum ejus cauſa, quod ab eadem eſſet paratum, & legato igitur contineri Valens dixit: ideo Paulus ait, Prætorem male judicaſſe.

Ad L. XLVII.

A HOc genere legati non tantum, quæ ab initio uxoris gratia parata ſunt, ſed & quæ in alterius uſum, ut quæ prioris uxoris, quæque filiæ neptis, vel nurus fuerunt, ſi modo poſtea ea ſint converſa in uſum poſterioris uxoris, & tradita, quæ ab initio uxori parantur ſola animi deſtinatione. Quæ ab initio alii parantur, uxori videntur parata, ſi ei tradantur, *l.*29. *hujus tit.* adempta non cedunt legato, *l.ſeq.* Huic legi conjungenda eſt *l.*58. *hoc tit.* In qua reſponſum idem eſt, quod in *l.*3. *de auro, & arg.leg.* Igitur quæ prioris uxoris cauſa emit, etiamſi non tradidit, tamen legato ea cedunt. Quæ quis paravit prioris uxoris cauſa, ea non ſunt pa-B rata poſterioris cauſa, etſi ei tradita ſint: ut dominus & pater, quæ vult conferri in peculium, traditione opus eſt, *l.non ſtatim, de peculio*. Paratum uni non aliter paratur alteri, quam traditione; nuda tamen voluntate res deſinit eſſe in parato, *l.*48. *hujus tit.* Et in peculio, *d. l.non ſtatim*. Ex dote à marito uxori prælegata non deducitur Falcidia, quia res ſua eſt. Idem in rebus uxoris cauſa emptis, paratis, quanquam hoc modo recipiat rem mariti, Ratio eſt in *l. ſed uſusfructus* 81. *ad leg. Falcid.* quia nominatim id exceptum.

Ad L. L. *&* LI.

LEgatum filiofam. relictum cum ſui juris erit, valet, & à patre herede filiofam. ſi ita relictum ſit, cum C in ſuam tutelam venerit, valet quidem legatum, ſed videtur circumſcribenda eſſe conditio: nam impoſſibilis conditio vitiat ſtipulationem, non legatum, & fideicommiſſum; ſed circumſcribitur, atque ita relictum, cum in ſuam tutelam, videtur impoſſibilis: nam in ſuam tutelam venire eſt abire aliena tutela, & venire in ſuam: filius quidem fam. eſt in poteſtate patris, non tutela, *l.*8. *§.fin veteranus, de excuſ. tut.* Idque ex definitione tutelæ, & pupilli, *l.pupillus, in princ. de verb. ſign. l.quoties, §.* 1. *de admin. tutor.* Puberes non egent tutore, *l.*3. *§. Divus, de Carbon.Edict. l.*5. *de confirm. tut.* ibi, *tutelæ tempore*, quo tempore ſuæ tutelæ facti ſunt. Ex his conditio videtur impoſſibilis; ſed non eſt, & hæc verba accipiuntur pro his: cum pubes erit. In filiafam. dubitabatur, ſed lex ſequens oſtendit quemadmodum D id accipiendum ſit: nam mulier, etiamſi viri potens fiat, non venit in ſuam tutelam: materf. pubertate non venit in ſuam tutelam, cum jure antiquo perpetua tutela contineretur, ut in *l.*5. *§. ait Prætor, quibus ex cauſ. in poſſ. ea.* non dicitur ſi pupillus pupillave in ſuam tutelam venerit. Ait autem hæc lex *plerumque*: nam definitio hæc Sabini non eſt perpetua: mater. quæ timet ne relicta filio maritus dilapidet, ſive quæ ſuſpectam habet mariti vitam, ut ait, ita legat filio, cum ſui juris erit, *l. quidam, de her. inſt. l.*3. *§. etſi heres, de minor. l. Divi, de jure codicill. l.filiis, Cod. de inoffic. teſtam. l. ult. de cond. & demonſtr.* ſi antequam adminiſtraveris bona, morieris, reddas, & moriatur ante 20. an. fideicommiſſum debetur. In *l.* 3. 4. *de poſtul. l.* 4. 5. 6. *de privileg. creditor.* datur tutor, & curator his, qui ne-E queunt adminiſtrare res ſuas: voluntatis quæſtio eſt, id eſt facti, non juris, *l.ex verbis, C. de donat. inter vir. & uxor.* multa cadunt in factum, vel variant factum, *l.Mævia, §.pen. de ann. leg. l.mora, de uſur.* Quæſtiones facti ſunt judiciales, ut in *l.Lucius mand. l.voluntatis, C. de fideicomm.* In *l.*3. *C. de teſt. tut. Lex duobus, inf. de negot. geſt.* ſuæ ætatis dicitur pubes: ex l. Lætoria 25. annorum ætas dicitur legitima, *l.* 2. *C. ſi mater indemnit. promiſ. l.quod Servius, ff. de condict. cau. da.*

Ad L. LII.

VItruvius ſingulos ſuos libros appellat volumen; cum volumen ſit generabus; philyræ, & tiliæ

ſunt cortices arborum : eodices appellat pugillares πτυκτὰ Græcis , cerati , id eſt lignei pugillares ſunt codices confecti ex membranis, & lignea materia , in quibus poſſit ſcriptum deleri ; & ideo commodatum conſiſtit in pugillaribus , *l.in commodato 17. §. ſicut , d. commod. & lex chartæ , ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* ait chartæ nomine contineri chartam novam, & deletitiam. id eſt, ſive teſtamentum ſcriptum ſit in nova charta, ſive deletitia , Paulus 4. Sentent. tit.6. libris legatis ait contineri chartas, volumina, membranas , & philuras.

Ad §. Si Homeri corpus .

LEgato corpore, quale eſt , debetur, ita in *l.ſi ſervus, §.qui quinque,lib.*1. legavi decem,quæ ſunt in arca, & non ſunt niſi quinque; quod ibi eſt, tantum debetur.

Ad §. Libris autem , & L. LIII.

ITa penu legata non debeotur thecæ, granaria, dolia, ſportæ; debentur tamen vaſa, ſine quibus oleum , & vinum eſſe non poteſt, *l.3. §.ult. l.4. de penu. leg. l.3. de trit. vino, & oleo leg.* Annulis legatis non debentur dactylinthecæ; argento legato non debetur arcula, *l.53.hujus tit.* loculi ſunt Gallice *bougettes* . Interdum libri ſequuntur bibliothecam ex mente teſtantis : ut ſi quis leget bibliothecam, *§.pen. hujus leg. membrum in §.7.* eſt cubiculum , ut in *l.ſi ita 13. §.1. ff. de manum.teſtam.*

Ad L. LIV.

IN *l.cum ſervus , de cond. inſtit. & l. avia 77. de condit. & demonſtr.* mulier filiumfam. inſtituit ſi emanciparetur : & poſtea io codicillis ſcripſit: hoc amplius ei do lego: lex ait , repetitam videri conditionem etiam in legato . In *l.libertis* 108. *de cond. & demonſtr.* legavit ita, ne de nomine exeat, deinde ſubjecit, & eo amplins hæc do lego . In conditione de nomine exeat , in legato repetita cenſentur . In *l. codicillis 34. in prin. ſup. de uſufr. legat.* quidam libertis legat fundum,ut ſi quis prior vita deceſſerit, portio ejus reliquis accreſceret,& poſt noviſſimum ad remp.Arelatenſium pertineret,& hoc amplius habitationes libertis legavit : & in his repetita eſt conditio . Item repetitur conditio legati, *l.63. inf.* conditio poſita in repetitione legati, legatum prius,& purum facit conditionale: non tantum hæ locum habent in legato eidem perſonæ, ſed & diverſis, ut *l.13. ſup.*

Ad L. LV. LVI. LVII. *&* LVIII.

HUic adjungenda *l.56. & l.57.* ideo pali, pedamenta, & perticæ non ſuot ligna, *l.16.villæ, §.1. de inſtr. leg. l.1. de tigno junčto* . Dietæ, hypocauſtæ , vel hypocauſtum, Gallice *poile*, in *l.16.ff.mand.* Arbores gremiales,vel cremiales,ut alii legunt in *l.fructus 7.§.ſi fundum, ff.ſol. matrim.* quod facile crementur gremia , Gallice, *bourrees , Quæ alio nomine non appellantur* . In *l. 31. de mort. cauſ. don.* mortis cauſa capionis nomine non continentur ſpecies, capiendi , quæ proprium nomen habent, ut hereditas , legatum, fideicommiſſum , quamvis mortis cauſa capiantur, ſed quæ nullum nomen habent: *carbones, l.carbonum 167. de verbor. ſignific. Juris portiti.* In *l.2. de origine juris* . Sexti Ælii liber extſtat, qui inſcribitur Tripertita, quod proponeret legem 12. tabul. dein interpretationem , dein formulas, Gallice , *la pratique* . Ita & Ofilius . Ulpianus ligni nomine ait contineri ſarmenta, gremia, vitium ſtirpes, & radices, & ſuperamenta materiarum, Gallice, *coupeaux ſtrobili , c'eſt une pomme de pin.* Arundines ſunt ligna , ut in Ægypto arundine pro ligno utuntur . Item legatis alimentis in Ægypto aqua continetur , quæ venalis eſt , *§.lignorum h. l.1. & l.Mela 14. §.2. inf. de alim. legat. edi in boum,* T.Liv. *lib.*39. c.18. *Fimo bibulo, pro lignis utuntur. Titiones.* Titionem extractum foco torrem appellat Lactantius lib. 4. Inſtit. *Ne fum. fac.* Ligna Sole cocta , & amurca conſperſa fumum non faciunt , Varro lib.7. de re ruſt.

Ad L. LIX.

LEgato chirographo tabnlas, & actiones legatas videri , & ideo heredem cedere debere actionem argumentum venditionis chirographi , quo vendito , venditum videtur nomen , & actio, & legato nomine , legata videtur actio , igitur heres cedere debet actionem legatario , *l.nomen 34. hoc tit. l.ſervum 44. §. eam qui , lib.1. l.Lucius 88. §. civibus lib.2.* Et id verum ſi uni etiam ex heredibus prælegarit , *l.4. in princ. famil. erciſc.* non idem ſi ratinnes prælegatæ ſint uni ex heredibus : nam ex præceptis expenſis nulla eſt actio ; atque videtur teſtator voluiſſe , ut apud eum rationes manerent , cui prælegatæ ſunt, *l.Pomponius, ſup. eod.*

Ad L. LX.

ANniculi rediguntur in numerum ovium : ovibus legatis, non debeotur agni , niſi annuales ſint , Paulus 3.*Sentent.* niſi alia ſit regionis conſuetudo, qua agni ſunt , qui non ſunt adhuc tonſi, *l.legatis 65. §. ult. inf.* multum intereſt an grex ovium, an oves legentur: nam ovibus legatis,arietes non continentur,ut & agni, ovium grege legato continentur, & arietes, & agni, qui ſtatim compelluntur in gregem, *l. ſervis legatis 81.§.ult.hoc tit.*

Ad §. Servis , & ancillis .

SErvi veterani ſunt , quos circum ſe uſus , & cultus ſui cauſa habuit . Obſtat huic *§. l.ſervis 99. §.muliones, inf.* ſed lex noſtra eſt de mulionibus, & agazonibus , qui habebantur propter opus ruſticum , quod ait *§. muliones* , mortis tempore , aut teſtamenti quia ſervi urbani non ſeparantur loco , ſed genere ubicumque habitent , *l.quemadmodum , de ſupell. leg. ubique habitet in l.urbana familia 166. de verb. ſignif.ubique*, pro , ubicunque : ſed videndum eſt quo quemque loco teſtator habuerit, ut ruſticorum habeantur numero,quo & habuerit teſtator, *l.prædiis 91. §. Titio, §.balneas, & §.ult. hoc tit.*ſingulis ſervis dabatur demenſum,diarium cibarium. In *d.l.urbana* ſcriptum eſt , *Vicariis* : itaque legendum, *cibariis* : verum quid opus eſt quærere de ſervis , cum titulus hujus legis ſit de inſtrumento? ſed homines etiam ſunt in inſtrumento, non res inanimæ tantum , *l.quæſitum, §.Alfenus, & §.idem reſpondit, de inſtrum. leg.*

Ad §. Prædiis legatis .

ALfenus nihil animalis inſtrumenti eſſe opinabatur : id eſt inſtrumento ſundi legato, dicebat bruta non contineri, nec homines, *d.l.Quæſitum, §. Alfenus.* Varro ait, inſtrumentum aliud eſſe vocale,ut ſervum: aliud ſemivocale, ut hominem: aliud mutum, ut plauſtrum . Si legata ſint , quæ colendorum prædiorum cauſa parata ſunt, neque topiarius, neque ſaltuarius legatus videtur . Topiarius non habetur niſi ad hortum:is autem eſt,qui arbores aliaque opere topiario exprimit , facitque ſpecies varias . Vitruvius lib.7. *Ambulationis propter ſpatia longitudinis , varietatibus topiorum ornans* . Saltuarius , qui tuendi fundi gratia habetur,& eſt cuſtos agri. Opilio magiſter pecoris.Aſinus machinarius dicitur in *l.cum de lanionis , de inſtrum. leg.* Aſinus machinarius, vel aſina machinaria, non continentur inſtructo: cum hac pugnat

gnat *l. dolia*, *& l. Quæſitum*, *§. cellarium* : & aliæ ſunt A Aſinariæ molæ, ſive jumentariæ, quæ clauſis jumentorum oculis aguntur, aliæ truſatiles, & manuariæ molæ, ſunt in inſtrumento legato, ſi ſerviunt operariis fundi ruſtici, ut ait *l. cum de lanionis, §. cum de vilico*, ſi vero deſerviant prædio, non erunt in inſtrumento legato. Aſinus machinarius cedit prædiis, ſi mola ſerviat operariis.

Ad L. LXI.

IDem ſi ex officio ſit traductus in aliud, *l. ſi cui balinei, quibus mod. uſusfruct. amitt.* Idem ſi ex officio tranſierit ad artificium, ſi ex oſtiario textor fiat. Artificium artificio, officium artificio mutatur; ſed non idem contra: nam artificium officio non mutatur, *l. legatis* 61. *§.* 1. *inf.* ubi lecticarius videtur eſſe in artificio, & cocus in B officio : imo uterque eſt in officio, aut artificio: ſed ponuntur in artificio. In *§.* 1. ponitur cocus in miniſterio; in *§.* 2. in artificio; ſed cocus alias fuit in miniſterio, alias in artificio : itaque varie in jure ponitur. Sic Livius ait, *coci opus quod miniſterium erat, ars haberi: cœpta eſt.* Vide Obſ. lib. 9. cap. 17.

Ad L. LXII.

AIt; plerumque : nam aliud eſt ſi alia ſit voluntas teſtatoris, ut in *l. Lucius* 93. *§. quæſitum inf.* In jure maſculina habent intellectum muliebrium, & ſunt promiſcua, muliebria non idem, *l. ſervis* 81. *h. tit.* hæc lex ſumpta eſt ex Juliani libro de ambiguitatibus. C

Ad L. LXIII.

QUidam filium, & nepotes inſtituit, & nepoti prædia certa prælegavit, quæ ſua eſſent mortis tempore, excepto calendario: quæ exceptio, etiamſi adjecta non fuiſſet, intelligeretur, *l. uxorem*, *§. legaverat*, *hoc tit.* ſed quid exceptum intelligitur? conſtat inſtrumenta, & cautiones debitorum exceptas eſſe: ſed an etiam pecunia numerata, maxime ea, quæ in arca inventa eſt? Et quidam Calendarii nomine pecuniam numeratam excipi volebant, quos refellit Africanus : nam legato calendario inſtrumenta, & cautiones, & pecuniæ redactæ ex nominibus, & rurſus aliis collocatæ, & deſti- D natæ : nam permutatio nominum non mutat conditionem rei, & etiam pecuniæ redactæ non ex nominibus, ſed alia ratione, deſtinatæ tamen nominibus faciendis. Quare excepto calendario, eæ etiam pecuniæ excipientur : nam quod de legato calendario dicitur, idem & excepto calendario, exceptum videbitur.

Ad L. Legatis ſervis. LXV.

QUæritur exceptis negotiatoribus, qui videantur excepti? item in legatis negotiatoribus ſervis, qui legati videantur: negotiatores autem ſunt, qui negotii alicujus exercendi cauſa præpoſiti ſunt : negotium autem, ſive negotiationem eſſe, veluti emptio- E nem venditionem, qui contractus eſt ſimilis emptioni, locationi, conductioni, permutationi : negotiatores denique mercatores ſunt : Et hoc ſenſu in *l.* 5. *pro ſocio*, ſcriptum eſt, ſocietatem contrahi poſſe negotiationis. An autem obſonatores ſint negotiatores? Obſonator eſt, qui emit obſonia domino, minuſque non emit ut vendat. Et ut abſolvatur definitio; negotiatores ſeu mercatores ſunt, qui emunt ut vendant, & inde quæſtum faciant, *l. ſuos*, *§. ult. hoc tit.* Idemque de cubiculario cenſendum per quem ſolitus erat dominus emere, quæ cubiculo inſtruendo erant neceſſaria, & de eo, qui piſcatoribus eſt præpoſitus, qui ſcilicet piſcatur domino, non ut vendat aliis.

Tom. VI. Poſt.

Ad §. Si unus ſervus.

QUidam legavit tantum lecticarios ſervos. Eſt quidam lecticarius, & cocus, an accedit legato? etiam, Et hoc ſi lecticarii tantum legati ſunt : ſed diverſum ſi alii lecticarii, alii coci legati ſint, & quidam lecticarius ſit, & cocus; nam hic legato artificio cedit, in quo plerumque verſabitur : quod ſi non appareat, communicabitur, *l.* 99. *§. ult. inf. de quo ſup. eſt l. uxorem, §. Feliciſſimo*, *hoc tit.*

Ad §. Ult.

PEcorum appellatione non continentur, quæ gregatim eunt, ut grues, ſed quæ gregatim paſcuntur, ut oves : canes non continentur; arietum appellatione oves non continentur, & boves, & jumenta ſunt tantum quæ dorſo domantur, ut equi, muli: canes, capræ, ſues, proprium genus faciunt, *l. boves* 89. *D. de verb. ſignific. l. Ædiles* 38. *§. Jumentorum, de ædil. edic.*

Ad L. Avibus. LXVI:

AVibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ debentur, & aviaria. Paulus Sent. *lib.* 3. *tit.* 6. *§. avibus*, quia commode, ſine aviariis haberi non poſſunt. Et ſicut avibus legatis, non debentur opiliones, ita phaſianis, phaſianarii.

Ad L. Teſtatorem. LXVIII.

QUidam habebat prædium commune cum Titio; ſed ejus pars jure pignoris erat obligata, & legavit teſtamento prædium commune, videtur etiam legaſſe jus pignoris, ſalvo jure debitoris, ut poſſit pignus luere, ſoluta pecunia; ſicut emphyteuticarius, qui legat fundum emphyteuticum, non legat proprietatem, ſed jus emphyteuticum, *l. ſi domus*, *§. ult. lib.* 1. Et legato fundo Sejano, licet non dixerit, meum : legaſſe videtur, quod in eo prædio habet, *l.* 3. *§. qui fundum*, *hoc tit.* Prædium Sejanum commune eſt Titio cum teſtatore, & nullum jus habet in parte Titii, an debebitur omne? ſic hoc : rei enim alienæ legatum valet; Et hoc, niſi adjecerit, meum, *l. Mævius*, *§. fundo*, *lib.* 2. adjectio enim, meum, ſuam partem legaſſe oſtendit, *l.* 5. *§.* 2. *lib.* 1. Et hoc ſi certum prædium legarit. Quid ſi prædia ſua omnia legarit, vel ſervos ſuos omnes, an continebuntur communes? *l.* 74. ait, contineri communes : ſed hoc ita procedit, ſi modo hoc ſenſerit teſtator, ut tantum deberentur, qui ſui eſſent in ſolidum. Poſtremo quidam legavit prædia cum rebus, quæ in his eſſent, an continentur ſervi? ſic ſane, *l. omnia* 32. *§. cum ita lib.* 2. Idem ſi legarim prædia cum enthecis, *l.* 2. *de inſt. leg.* Enthecæ ſuos dotes prædiorum, *l.* 2. *infr. de inſtr. & inſtrum. leg.* id eſt, inſtrumenta agri cauſa repoſita; homines autem inſunt inſtrumento, & legatis prædiis cum enthecis, debentur homines, qui erant teſtamenti tempore, ſed & quæ poſtea acceſſerunt, ſi illud teſtator expreſſerit.

Ad L. Si cui lana: LXX.

L. *Ex Pediculis*, *§. Labeo*, *de auro*, *& arg. leg.* Lana tincta, & verſicolaria, non tincta, coloria, ſacta lana eſt carminata, pectinata, *l. ſed ſi vir*, *de don. int. vir. & uxo.* lanifica eſt, quæ pectit lanam. Lanipendia, quæ præbet lanam. Sabinus accipit ſtamen pro filo laneo non contexto in tela, quod continetur lanæ appellatione. Paulus pro filo contexto in tela, ſed in hac re pugnat; ſed Sabinus ſequendum. Pugnat cum *d. l. pediculis*, *§. lana :* quidam legavit veſtem, ornamenta, lanam, linum & verſicoloria : eſt multiplicatio verborum non neceſſaria. Sabinus putat verſicolorii nomi-

Digitized by Google

ne contineri purpuram: contra Ulpianus, quem ſequor. A In lege Oppia interdictæ ſunt veſtes verſicolores purpureæ: verſicoloria ſunt tincta. Tnmentum eſt deraſum panno vellus: male qui putant eſſe pilos, qui ſeparantur à lana in *l. in pecudum, de uſuc.*

Ad L. Cum ſua LXXI. *& trib. ſeq.*

VIno legato, continetur, quod vini nomine teſtator habuit, *l.1. de trit. vino, & ol. leg.* ſervis quoque legatis idem dicendum, *l. ſervis urbanis 99. hoc tit.* puta ſi heredes inſtituantur ſui ſervi, *l. 2. de cond. inſt.* idem ſi legentur, ut hic: ſuorum appellatione continentur quorum proprictas integra pertinet ad teſtantem, *l.73. in princ. hoc tit.* meum non eſt proprie, quod eſt meum ratione uſusfcuctus, qui non eſt pars dominii, ſed ſervitus. B Interdum ſervi alieni, ſed bona fide poſſeſſi, mei dicuntur: ſuorum nomine continentur ſervi oppignerati, quia pignore non mutatur dominium, *l. cum, & fortis, §.ult. de pign. act.* At contra ſecvi, qui mihi ſunt pignerati, non ſunt mei: opponitur *l. legata, §. ult. de ſupell. leg.* Quidam legavit ſupellectilem omnem ſuam, quæcitur an argentum pignoci acceptum ſupellectili contineatuc, Papinianus ait, non contineri niſi pignus fuerit in uſu creditoris voluntate debitoris quaſi ſuum, & proprietatis jure intellige: Et refer id ad jus antiquum, quo pignus dabatuc mancipio creditoci, idque genus pignoris dicebatur fiducia. Et regulariter creditor non habet pignus in uſu; alioquin facit furtum, quia domini illud eſt: Et ſic quod habuit in uſu proprictatis jure, idque ex *l. qui habebat, hoc tit.* C mitti ſervi in mercedem, dicuntur quorum operæ locantur. Hoc loquendi genus eſt in *l. Quæſitum, §. ſi aliqua, de inſt. leg.* locatio autem dominium non immutat, ut eſt in *l. non ſolet, loc.* niſi duobus caſibus, unus eſt in *l. in navem, eod.* alter eſt in *l.ult.de contcab. emp.* ſuorum nomine non continentur ſervi venales, id eſt, quos emimus, ut vendamus illico: homo noo eſt in merce, & tamen eſt loco mercis, venalitiarius, ſive mango, eſt loco meccatoris: mecx eſt, quod emituc, ut ſtatim vendatur, mercator, qui vendit averſione, id eſt, in aggere, ut in Novel. Valentiniani *de relevat. poſſeſſ.* Gallice *en bloc.* venalitia mancipia, id eſt, ſervi venales: ſuorum nomine non continentuc: peculiares ſecvi, id eſt, qui ſunt in peculio ſervorum noſtrorum, id eſt, ſervi ſervorum noſtrorum, id eſt vicarii ſervorum ooſtrorum, D ſervi noſtri ordinarii, *l. ſi ſervus meus, de pecul. l. ſervo manumiſſo de pecul. leg.* ſervi communes legati, cenſentur tantum legati pco parte noſtra, *l.5. & 6. lib.1. l.30. §. Qui fundum, ſup. hoc tit.* Plena propcietas eſt, cum noſter eſt uſusfructus, nuda dicitur cum uſusfructus alienus eſt. Plena proprietas mea eſt, licet abſcedat uſusfructus, quod ea integra mea ſit, *l. recte, de verb. ſignific. l. 17. in fine rei vindic.* uſucapione acquirituc propcietas, non uſusfructus, *l. locum, §. proprietarius, de uſufr.* Porro nihil refert an teſtator dixerit ſuos, an intellexerit. Itaque hæc non tantum verbis, ſed menti aptantur teſtatoris, ut conſtat ex *l. 73. §.1.* cum ait: *niſi contraria voluntas teſtatoris apareat*. In *l. nuper 85. hoc tit.* ſi certum corpus legatum ſit, ut Stichum meum, licet ejus non ſit, tamen debetur, quia falſa demonſtratio non vitiat legatum: E ſi leget incertum, ut vinum meum, adjectio illa meum, accipietur pro conditione, & non debebitur, niſi ſit ejus, *l. nominatim, de cond. & demonſtr.* Demonſtratio rem præſentem, vel præteritam, conditio futuram deſignat.

Ad L. Nummis, LXXV.

NOn loquitur de nummis, qui ſunt in arca, vel certis nummis: nam hoc modo diſtincte legantur nummi, & hoc caſu quilibet alii debentur, non exiguiores tantum: non loquitur de nummis ſimpliciter legatis, nullo alio adjecto: nam legatum incertæ rei non valet, *l. cum poſt, §. gener. de jur. dot.* ſed loquitur de certo nummocum numero indiſtincte, id eſt, non expreſſa nummorum ſpecie, & qualitate. Et ita in *l. ſi ſervus 50. §. ult. lib. 1.* ubi conjectio fit ex dignitate legatarii, cacitate, & neceſſitudine. Eadem quæſtio eſt in *l. qui non militabat, §. 1. de heredib. inſtit. l. heredes palam, §. 1. qui teſt. fac.* atque ita eſt facienda conjectio ex variis conjecturis, *l. librorum, §. Quid ergo, ſup. h. tit.* Chartarum appellatione non continentur perſcriptæ. In ſtipulationibus quoque in re dubia heredi parcendum, *l. Sempronius 47. lib. 2. l. ult. de his, quæ in teſtam. delent.* utrumque exemplar idemque authenticum ſequimur, cum non appareat utrum ſit authenticum: ſcripſerat, quis teſtamcotum duobus authenticis, in quibus congruerent omnia, niſi quod uno onerabatur heres fideicommiſſo hereditatis ceſtituendæ, io altero non apparebat, quod prius eſſet. Dixi, non deberi fideicommiſſum in favorem heredis cui parcitur: Item in ejus favorem disjunctio accipitur pro conjunctione, *l. generaliter, in prin. C. de inſt. & ſubſtit. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.* purum fideicommiſſum capitur pro conditionali: ſed in hac lege dandi ſunt nummi, qui non abſint ab exiguioribus, ut Seſtertii à quadrantibus: ſeſtertius valet quadrantes quatuor. At qui lex *fidejuſſorem 52. ſup. mand.* ait, peſſimo vino libecari poſſe: ſed tamen non liberabitur accido ſed dando, quod erit peſſimo propinquius: ita in homine legato, *l. legato 37. lib. 1.* objicit Accurſ. legem, *qui lancem, de auro, & arg. leg.* lex loquituc de obſcuro ſermone, *l. qui lancem* non loquitur de ambiguo, cum lanx media legata ſit. Objicie item Accurſ. *l. cum certum, de trit. vino vel ol. leg.* ubi dicitur non eſſe obſervandam conſuetudinem, & cujoscumque generis oleum volet, heredem præſtare: ſed idem de hac lege dicam: nam non eſt ſpectaodum, quo genere teſtator utebatur,

Ad L. Cum in ſubſtitutione, LXXVII.

QUæ ab herede inſtituto legavi, ea & ſubſtitutis dare damnas eſto: ſed ut ut ſit, repetitio intelligituc, *l. in generali, de verb. ſignific.* libertates legato continentur, Item continentur, quæ verbis precariis relinquuntur, *l. & fideicommiſſum 86. inf.* nedum libertates, & cætera, quæ directis verbis relinquuntur: Item adſignatio liberti, quæ nec verbis directis nec obliquis relinquuntur, *l.6. inf. de adſign. libert.* Objicit *l. Imperatores, de tranſact.* in qua ſeparantur manumiſſiones, & legata: ergo legati nomine non continentur libectates.....

Ad L. Quæſitum eſt. LXXVIII.

COnjungendum principiom hujus legis cum *l. cum de lanionis 18. §. Sabinus, de inſtruc. vel inſtrum. leg.* ubi ſi cui fundus, quæquæ ibi ſunt, legata ſint, continentur omnia, quæ in eo fundo morari ſolita ſunt, Et eo legato continentur ea tantum, quæ ibi ſuot, quaſi perpetua ſede: non continentur autem ea, ibi ſunt ad tempus, & quæ ſunt caſu quodam. Et retro, quod caſu abeſt, non minus legatum eſt, *l. 86. inf. l.84. inf. l. 1. C. de verb. ſignif.* eſſe, eſt eſſe ſolere, *l. ſi uxori, §. ult. inf. de auro, & arg. leg.* Ex *l. ejus, qui, §. Celſus ad municipal:* deſtinatio animi domicilium facit, hinc qui abeſt Valentiæ civis, Valentiæ eſſe dicitur, *l. fundi, §. quidam, de inſt. vel inſtrum. leg.* Et legato hoc continentur homines, ut & hoc, cum his, quæ fundi cauſa parata ſunt. Item *l. omnia 32. l. Cajus 86. ſup. lib. 2.* ſi fundum inſtructum legarit quis, *l.12. de inſtr. & inſtrum. leg.* continebuntuc homines, qui ibi mocantur, non ad tempus, *l. Prædia, §. 1. l. Seja, §. idem quæſiit, eod. tit.* ſervi fugitivi, & legato continentur, & partus ancillæ fugitivæ, *l. hujuſmodi 84.*

§. le-

Digitized by Google

§. legatum, *lib.* 1. *l. ſervur* 82. *inf. facit*, *l. Titius, de ſervis export.* Hujus autem legis initium eſt in *d. l. Sejæ*, *§. Pamphilæ*. Denique qui abeſt ſtudendi cauſa, legato continetur, Paulus Sent. lib. 3. *tit. de leg.* A

Ad §. I.

QUæritur an hoc legato debeantur nnmina, & pecuniæ; Et non continentur deſtinatæ nominibus faciendis. Eadem ratin eſt calendarii, *l. 41. §. legaverat*, *ſup. l. ſi chorus*, *§. 1. l. ſi mihi Maria*, *inf.* In qua lege excipiuntur pecuniæ, ut in hoc §. 1. Ita ſervi negotiationi deſtinati non cedunt legato. Et venalia non continentur legato, *l. nam quod*, *§. pen. de pen. leg.* ſi cui penus legata ſit præter vinum, omnis penus legata cenſetur excepto vino: non obſtat *l. Quæſitum*, B *§. pen. de inſtr. vel inſtrum. leg.* in §. 1. hujus legis: ſegavit fundum inſtructum cum ſupellectili, vaſis, & veſte, & mancipiis. Iſta enumeratio eſt ſupervacua: ſed quæritur, adiiciendo eas ſpecies, an videatur coangustaſſe legatum? & ait, non videri. Quod aliter fit in hoc §. ſed alias ſpecies adjecit ex abundanti. Non mutat rei legatæ ſubſtantiam non neceſſaria rerum expreſſio, ſed in hoc legato nihil eſt abundans. Non obſtat *l. à filio*, *§. ult. de alim. leg.* ſed nnn dixit quibus præſtabam, ſed *quæ*; & ita inferior ſcriptura non derogat ſuperiori.

Ad §. Peto.

HIc §. ſumptus eſt ex *l. Qui habebat* 101. *§. ult. inf.* C adſcribere eſt vendere. Coloni, Gallice, *rentiers.* His verbis, *ita uti eſt*, ſignificatur inſtructum, & inſtrumentum, *l. Prædia*; *§. ult. de inſt. & inſtrum.* Inſtructo autem non continentur reliqua colonorum, *d. l. prædia*, *§. 1.* & ratio eſt, quia inſtructo fundo legato non continentur pecuoiæ numeratæ, neque debitæ, neque cautiones, & reliqua colonorum, cum ſint pecuniæ debitæ, nec continebuntur. In *l. Sejæ* 20. *§. ult. eod.* ait, *uti poſſedi*.

Ad §. Illud fortaſſe.

ARgento legato debetur tam factum quam infectum. Argentum factum quid ſit oſtendit *l. cum aurum* D 19. *§. argento*, *inf. de auro*, *& arg. leg.* Nummi neque facto, neque infectn argento computantur; argumenti nomine continentur ea, quæ nomen aliud proprii generis non habent, lex *heres* 100. *§. 1. inf.* obſtat huic §. ait, *nominatim*, ut *l.* 18. *§. cui fundum*, *de inſtr. & inſtr. leg.* Error teſtatoris jus facit, ſi appareat eum voluiſſe, *l. 3. de ſupell. leg.* ubi videtur teſtator inſtrumenti nomine alia mancipia contineri voluiſſe, *l. ornamentorum inf. de auro*, *& arg. leg.* ubi error heredis jus non facit ſi leget omne marmor, & ſtatuas nominatim, hæc adjectio, ſtatuas, abundat: Atque ita error teſtatoris non facit jus, ſi non appareat eum voluiſſe. Ratio autem cur diverſum ſit in marmore, quæ eſt, & *legis lana*, *inf.* hæc eſt, quia *quæ materia potentia &c.* vim nomenque retinent materiæ. Eadem verba ſunt in E *l. heres*, *§. 1. inf.* ubi idem poteſt videri de eo, qui tantum legat marmnr: nam poteſt videri ſtatuas marmoreas non legaſſe. Eadem ratio eſt lanæ: nam lana legata, non debetur veſtis, *d. l. lana*. Nec obſtat, *l. ſervum*, *§. ſi pocula, lib.* 1. ubi lana legata, debetur veſtimentum ex ea factum, ſed addit, ſi legatarius probarit duraſſe voluntatem. Paulus in Senteot. lib. 3. tit. 6. contrarium ait: nam ait, argenzo legato, maſſam tantum deberi, non vaſa; ſed utrumque poteſt eſſe verum, quia eſt quæſtio voluntatis, ut in *l. Sejæ*, *§. ult.* cum ait: *ita uti poſſedi*, ſtatua facta ex auro meo, mea eſt: ſecus de veſte ex mea lana, *l. in rebus*, *de acquirend. domin.*

Ad §. Coccum.

COccum, & purpura verſicoloria non ſunt, ſed quæ tincta ſunt, & verſicolorum nomine Paulus in *l. pediculis*, *§. Labeo de auro*, *& arg. leg.* non contineri purpuram & coccum: Sabinus contra: vide ad Paulum, *lib. 3. Sent. tit. 6. §. lana legata*.

Ad L. Si chorus LXXIX.

CHorus eſt cœtus comœdorum, qui poſt actum concinunt: familiam faciunt tres: ſi cui optio ſervorum data ſit, tres poteſt eligere, *l. 1. de opt. leg. inf.* tres quoque faciunt collegium. Effectus hujus §. hic eſt, ut omnibus mortuis præter unum, valeat legatum; ſed ſi deſit unus choro, jam non eſt amplius chorus: ſicut quadriga legata, & equo mortuo. non extinguitur legatum, niſi mortuus ſit equus, qui demonſtrabat quadrigam, ut eſt in *l. Peculium*, *§. 1. lib. 2.* id eſt, omnium præſtantiſſimus. Et ſic mortuo præeunte cantore extinguitur legatum: at grege legato & mortuo præter ovem, & armento præter bovem, non extinguitur legatum, *l. 22. lib.* 1. Choro legato, aut familia, poſſum vindicare ſingulos homines, ut hereditatem vindicare poſſum per res ſingulas: Et ſic quod una vindicatione poſſum in univerſum, poſſum etiam per partes, ſed non è contra, ut peculii partes ſingulas vindicare poſſum, peculium vero nequaquam, *l. vindicatio 56. ſup. de rei vindic.* quia peculium non eſt nomen corporis, ut grex, armentum. Neque tamen chori legatarius poteſt unum eligere, alterum repudiare, quia unum eſt legatum, *l. 4. 5. 6. lib.* 2. quod nunquam permitteretur, ſi ſinguli legati eſſent, non ſub nomine chori, qnia plura legata ſunt. Idem in venditione, *l. cum ejuſdem*, *de ædil. edict.* Nam ob vitium unius redhibetur alii, quia una venditio eſt, & ſeparari non poſſet abſque detrimento: quod non ita eſt in familia, quæ vendita ob vitium unius, non redhibebitur tota, quia ſeparari poſſunt abſque detrimento. Eadem ratio evictionis: evicto uno choro, actio de evictione ſpectatur in ſolidum: in familia ſecus; nam evictio dabitur io ſingulos, *l. cum plures 72. de evict. ſup. l. Ædiles 38. §. ult. de ædil. edict.* Accurſ. citat *l. ſi domus 71. §. 1. lib. 1. & l. ſervi venditor. ſup. de evict.*

Ad §. Area legata.

OBſtat *l. 39. lib. 2. & l. ſervum filii 44. §. ſi area*, *lib.* 1. ubi impoſitione ædificii non videtur perire legatum. Diſſentit Celſus à cæteris; ſed utrumque defendi poteſt, & ædificium ad legatarium pertinere, & non pertinere, quia, voluntatis eſt quæſtio: verior tamen poſſet eſſe Celſi ſententia, *l. repeti*, *§. ult. Quibus mod. uſusfruct. amitt.* legato uſufructu areæ, impoſitum eſt ædificium: ſane mutatur uſusfructus, quia quælibet mutatio mutat uſumfructum. At nonnunquam debetur tantum æſtimatio areæ, *l. qui res 98. §. aream*, *de ſolut.* ſi deducta ſit in ſtipulationem, & ædificium fuerit factum.

Ad §. Servus quoque.

PUgnat *l. qui res*, *§. aream, de ſolut.* Et Paulus idem ſcripſit, quod in *§. aream*, in *l. ſi ſervus legatus 27. §. 1. de adim. leg.* ſed dicendum diſſentire Celſum à cæteris, cujus ſententia manifeſte refellitur in *d. §. aream*.

Ad L. Quod his verbis. LXXXIII.

PRima pars hujus legis eſt de fideicommiſſo hereditatis: Et quidquid ſcriptum eſt de fideicommiſſo hereditatis, idem dicendum eſt de fideicommiſſo

miſſo

miſſo rerum ſingularum, an fructus debeant reddi, & quæ vice fructuum ſunt, ut penſiones prædiorum, uſuræ nominum, operæ ſervorum, vecturæ navium, vel jumentorum, *l. mercedes 29. ff. de petit. hered. l. eum ſervus 39. §. 1. ſup. lib. 1. l. uſuræ 34. & l. prædiorum 56. ſup. de uſur.* Modeſtinus reſpondet, fideicommiſſo hoc fructus non contineri. Nam hoc legato videtur rogatus reſtituere, quod fuit hereditatis, *l. in fideicommiſſaria 18. ad Trebell.* fructus autem inventi in hereditate venient in reſtitutionem fideicommiſſi, *l. ita tamen 27. §. 1. ad Trebell. l. centurio 1. de vulg. ſubſtitut.* verum fructus percepti imputaotur in Falcidiam heredibus, exceptis liberis, *l. Jubemus, C. ad Trebell.* Cur autem imputentur in Falcidiam ratio eſt, quia omnia, quæ ſunt ex judicio defuncti percipiuntur jure hereditario, *l. quod autem 74. ad leg. Falcid.* fructus autem medio tempore percepti ſunt ex certo judicio defuncti, *l. mulier 22. §. ſi heres, ad Trebell. inf.* Et contraria ratione; ſi pure relinquatur fideicommiſſum, & fructus percipiantur ab herede negligentia petentis, fructus hi non imputantur in Falcidiam. Finge: rogatus pure reſtituere hereditatem, paratus eſt reſtituere: at fideicommiſſarius fruſtratur, & moratur accipere: negligentia hæc ei oberit, & rogatus fructus non imputabit in Falcidiam, quia non percepit ex judicio defuncti, Obſtat huic §. *l. Balliſta, ad Trebell.* ubi ait, fructus eſſe reſtituendos, ac ſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſiſſet, nec captandum ſuffugium, quod dixerit pecuniam: nam in lege 12. tabul. pecunia ſumitur etiam pro hereditate, *l. nam quod, §. ult. eod.* nec verbo, *omnem*: nam *l. heredes, eodem*, ait, *omnem*, & ait fructus non reſtituendos, & hoc verbum ſubintelligendum *l. Lucius, §. tres, eodem.* Sed conſiderandum, non rogari heredem: quicquid provenerit ex hereditate reſtituere; ſed inſtitui filium ſub hac conditione: ſi caverit Reip. quantacumque pecunia ad ſe pervenerit, eam omnem ad coloniam Philippenſium perventuram. Et poſtremo debetur hereditas ex cautione conventionali, quæ recipit incrementum fructuum, *l. pecuniæ, de verbor. ſignif.* non autem ex fideicommiſſo. De fideicommiſſo interponitur cautio prætoria, non conventionalis: ſed hæc non recipit incrementum fructuum, *l. 1. §. belliſſime, ut legat. nom. cav.* ſimile eſt in *l. 18. §. pen. ſup.* quod opponitur in *l. Balliſta*: prohibitio alienationis eſt fideicommiſſum, ſi peto ſimpliciter ne alienes fundum, inutile eſt fideicommiſſum, ſed ſi dico conſerves familiæ, valet. Et tamen in *l. 38.* ait, non eſſe fideicommiſſum, ſed voluit eos teneri ex cautione, non ex fideicommiſſo. Obſtat *l. 3. §. nonnunquam, de uſur.* ſed lex ait, fieri hoc jure voluntatis, & diverſum eſt, ſi quis dicat, *quidquid ex hereditate pervenerit*, vel dicat, *quod ex hereditate ſuperfuerit*; ſed obſtat *l. deducta, §. pen. ad Trebell.* ſed delenda negatio, cum idem ipſe ſcripſit in *d. §. nonnunquam*, & plenius dictum in recitat. ad Papinianum. Obſtat *l. 2. §. ult. inf. de dote præleg.* Sed Accurſ. optime reſpondet, cum legaſſe pro dote & modo dotis, & ſic reſiduum reddet. Eadem ratio eſt in *l. 3. §. cum Tollidius, de uſur.* qui ſequitur *§. nonnunquam.*

Ad §. Idem teſtatores.

POſterorum appellatione continentur liberi in infinitum, etiam ultra trinepotes, *l. 4. ff. de jure immunitat.* ut heredum appellatione contineantur liberi, non heredes in infinitum, *l. ex facto, §. penul. ad Trebell.* ſi ſine heredibus, id eſt, liberis. In feudis heredis nomen ſignificat liberos, & maſculos præcipue, quia fœminæ ſunt incapaces feudorum, liberos ejuſdem nominis, & familiæ; ſicut cum datur immunitas poſteris, intelligitur ejuſdem nominis, & familiæ, *l. vacatio 13. de muneribus, & honor. l. 1. & 4. de jur. immunitat.*

Ad L. Re conjuncti LXXXIX.

PEndet ex *l. triplici, de verbor. ſignificat.* conjunctio, aut re tantum fit, aut verbis, aut re, & verbis: hac autem lege declaratur, qui ſint re tantum, & verbis conjuncti. Quod reſtabat in *d. l. triplici*. Et uter præferatur in jure accreſcendi, deficiente uno ex conjunctis. Lex Iulia, & Papia erat de heredibus, & legatis inutilibus, & quæ pro non ſcriptis habebantur. Fuit & de incapacibus, quibus quidquid relinquitur, pro non ſcripto eſt. Et ea lex facit incapaces cœlibes, orbos, conjuges invicem. Eadem eſt de caducis, & his, quæ ſunt in cauſa caduci. Quæ erant pro non ſcriptis, non cadebant in fiſcum, ſed remanebant penes heredem, *l. ſi Titio 55. §. ult. ſup. de legat. 2. l. un. §. in primo, C. de caduc. toll.* Lex 87. *ſup.* & lex *Senatus 35. inf. de mort. cau. donat.* definit, legati appellatione contineri fideicommiſſum, & mortis cauſa donationem, quia lex Papia prohibet legatum capere, & fideicommiſſum, donationem mortis cauſſa, id eſt, ut qui ex l. Papia incapaces ſunt legatorum, iidem ſint incapaces fideicommiſſorum, & donationum cauſa mortis: varia igitur facta fuere Senatuſconſulta, inter quæ id, cujus meminit *d. l. Senatus.* Idem dici poteſt de lege Falcidia, quæ eſt odioſa, quia contra teſtatoris voluntatem inducitur, *l. Titia 86. ad leg. Falcid.* lex Falcidia locum habet in fideicommiſſis ex Senatuſconſulto Pegaſiano, & conſtitutione Severi in donatione mortis cauſa, *l. 5. C. ad leg. Falcid.* tametſi odioſa non ſint producenda ad benigniora, adeo ut vincat ſententia, quæ pro voluntate facit, *l. ſi pars, de inoffic. teſtam. ſup.* Nunc finge, remittitur militi lex Falcidia, *l. 7. C. ad leg. Falc.* ergo remittitur Senatuſconſultum Pegaſianum, & conſtitutio Severi, quæ Falcidiam vult detrahi ex donatione mortis cauſa: lex Furia, quæ nominatim prohibet capere legatum, et donationem cauſa mortis ultra mille aſſes, ut ſcribit Ulpian. in Fragmentis *tit. 1. & l. Marcellus, de donat. cauſa mortis*, quoniam quæ benigne introducta ſunt, ea poſſumus ampliare. Senatuſconſultum Vellejanum eſt benignum, Macedonianum eſt odioſum, odio creditorum, et fœneratorum introductum, et in *l. ſed ſi paterfamil. §. pennlt. & l. 40. ff. ad Maced.* In *l. 9. §. hoc Senatuſconſultum, eodem*: vocatur ſeveritas: per errorem ſolutum à muliere, quæ tuta erat Senatuſconſulto Vellejano, repetitur, ſecus in Macedoniano, *l. qui exceptionem, de condict. indeb.* Quæ autem ratio *l. 87.* eadem eſt *legis hereditatis 138. de verb. ſign.* ubi ait, quos lex Papia prohibet hereditatem capere, eos etiam prohibet bonorum poſſeſſionem capere, idque eſt ex Senatuſconſulto. Item lex legata, quæ cadunt in fiſcum, eſſe caduca, vel in cauſa caduci, ſi legatarius deceſſerit vivo teſtatore, vel mortuo teſtatore ante apertas tabulas, ſed ita demum, ſi valebat legatum ab initio, die legati cedente deberetur, ſi viveret legatarius, *l. ult. de his, quæ ut indig.* Et hac ratione *d. l.* pertinet *ad leg. Papiam*. Item hac lege tractatur de conjuncto, qui excludit fiſcum, ut puta legatarius, qui habebat collegatarium, mortuus eſt vivo teſtatore: mortui pars conjuncto accreſcit, & præfertur fiſco, & heredi ſcripto: hac ratione in tit. de caduc. toll. tractatur de conjunctis, & jure accreſcendi. Et Juriſconſulti de ſubſtitutionibus tractabant in libris ad legem Papiam, quia ſubſtitutus præfertur fiſco; & ait Juſtinianus, ſubſtitutiones introductas, ut tollerentur caduca; id eſt, ſubſtitutiones reciprocas, vel omnium heredum factas uni tantum, vel unius heredis factas cæteris omnibus excludere fiſcum, ut remedio ſubſtitutionis valeret in teſtamento jus conjunctionis: leges caducariæ conſervabant parentibus uſque ad tertium gradum jus antiquum, id eſt, jus accreſcendi, cæteris heredibus ſcriptis præferebant fiſcum. Huc pertinet *l. 5. ff. de vulg. ſubſtit.* ut ſubſtitu-

tio

Digitized by Google

tio fiſcum excludat, *l. 90. h. tit.* pertinet ad eandem legem: nam ſi deficiat pars ejus, à quo nominatim legatum relictum eſt, accreſcit conjuncto heredi habenti jus antiquum ſine onere: pars autem ejus, à quo non nominatim relictum eſt, accreſcit cum onere, *l. 29. §. ult. lib.* 2. Triplici autem modo conjunctos intelligimus: vel enim conjuncti ſunt re, & verbis, vel re tantum, vel verbis tantum, *d.l.* 142. *Conjuncti* ſunt re, & verbis, quibus eadem ſcriptura eadem res legatur;; ut Primo, & Secundo do lego fundum Sejanum, vel, ex ſemiſſe heredes inſtituo; vel Primus Secunduſque, & Primus cum Secundo, qua de conceptione dubitari poterat an uterque veniret, vel neuter: ſed conjuncti ſunt, *l. ſi quis Attio, de uſufr. accreſc. l. ſi quis inquilinos* 112. *§. ſi ita, & l. ſi quis legaverit,* 121. *lib.* 1. *l.* 1. *§. quæ depoſitis, depoſ.* ſi quis depoſuerit equum cum capiſtro, unum eſt depoſitum, ut ſervo legato cum peculio, unum legatum, ita fundo cum inſtrumento legato, *l.* 1. *de inſtruc. vel inſtrum. leg.* In qua lege duæ ſunt partes, quæ pugnant, niſi obſerves primam partem conſtare verbis Sabini: cui legi conjunge *legem 3. de pecul. leg.* Ait *d. lex triplici*, oratio ſoluta habetur pro conjuncta, ut Primus, Secundus ex parte dimidia heredes ſunto, Tertius ex parte dimidia heres eſto: ſane Primus, & Secundus ſunt conjuncti re, & verbis: Si Tertius adjectus non fuiſſet, Primus, & Secundus non eſſent conjuncti, quia uterque ferret dimidiam partem, & non in unam eandemque concurrerent. Aliud exemplum conjunctorum re, & verbis. Primus ex parte dimidia heres eſto. Secundus ex eadem parte, qua Primum inſtitui, heres eſto. Tertius ex parte dimidia heres eſto: adjectio Tertii facit, ut Primus, & Secundus videantur in unum ſemiſſem coacti, & conjuncti re, & verbis: quod in *d. l.* 142. traditur ex Juliano repetitur in *l. Julianus* 55. *ff. de heredib. inſtituendis*. Re conjuncti tantum ſunt, quibus eadem res ſeparatim legatur: ut Primo fundum Sejanum, Secundo eundem fundum do lego: verbis, quibus conjuncta ſcriptura ejuſdem rei partes legantur, ut Primo, & Secundo fundum Sejanum do lego ex æquis partibus: verbis tantum conjuncti partes habent, non concurſu, id eſt, cum uterque legatum vult, ſed ab initio. Re conjuncti tantum, vel re, & verbis partes habent ab initio in ſolidum, partes vero tantum habent concurſu, id eſt, utroque legatum agnoſcente: verbis conjuncti, ait lex, ſemper habent partes, id eſt, etiam ab initio, cæteri partes habent concurſu, ab initio ſolidum: verum cur in verbis conjunctis id aperte definit, cum in cæteris nihil definite præſcribat? quia inter conjunctos re, & verbis, & conjunctos re tantum, eſt aliqua differentia inter jus novum, & jus antiquum, & inter legatum per vindicationem, & legatum per damnationem: nam ſi disjunctim per vindicationem legetur, ſinguli ab initio ſolidum habent, concurſu autem partes faciunt. Sed ſi eadem res per damnationem legetur, hoc modo ſingulis ſolidum debetur, id eſt, uni res integra, alteri rei integræ æſtimatio: quæ tamen differentia ſublata eſt à Juſtiniano. Ex his patet qui concilianda ſit hæc lex eum *l. Plane*, 34. *§. ſi conjunctim lib.* 1. utraque lex loquitur de his quibus conjunctim res legatur, id eſt, qui ſunt conjuncti re, & verbis. His autem disjunctim ſeu ſeparatim dicitur legari, qui re tantum ſunt conjuncti, *§. ſi eadem res, Inſtit. de legat.* Conjunctio verborum per ſe nullius momenti eſt, niſi quatenus ex voluntate defuncti habetur pro conjunctione duplici, id eſt, tam re, quam verbis, *d.l. plane, §. ſi conjunctim*: & hæc lex eſt de his, qui ſunt conjuncti re, & verbis, & tamen ait hæc lex concurſu partes fieri, ideo *l.* 1. *§.* 1. *de uſufr. acc.* non ex æquis partibus, id eſt, non per concurſum ait: at *d. §. ſi conjunctim*, ait, partes ab initio fieri: poteſt dici, utramque ſententiam eſſe veram; ſed ſententiam hujus legis veram eſſe in legato vindicationis ex jure antiquo, ſententiam *d. §. ſi conjunctim* in legato per damnationem, vel legato per vindicationem jure novo, id eſt, lege Julia, & Papia auctoribus Ulpiano, Paulo, Cajo in Fragmentis: nam cum ait, *data*, loquitur de legato vindicationis: *do lego*, ſunt verba legati per vindicationem; in legato autem per damnationem, ut *Primo, & Secundo fundum illum damnas heres eſto dare*, partes habent ab initio. Quæ dicuntur de legato vindicationis, eadem ſunt in legato præceptionis, quando eorum eadem fere ſunt verba. Quæ de legato damnationis, eadem de legato ſinendi modo eadem ratione. Eadem, & de fideicommiſſis: verba, & jura eorum plerumque eadem ſunt, *l. 20. ſup.* Nec moveat, quod differentiæ horum dicantur ſublatæ in *l. 1. C. de cad. toll.* nam in Pandectis legitur, per vindicationem rem alienam relinqui non poſſe, *l. Stichus* 30. *de man. teſtam. l. Propemodum, alias, l. tantum, de verb. ſign.* lex *re conjuncti* loquitur de jure antiquo; quod fuit ante leges Caducarias: nam Celſus tractavit, ut demonſtrat titulus de regula Catoniana, quod pertinet ad jus vetus, non leges novas, id eſt caducarias, *l. ult. de Reg. Caton. d. l. Plane, de jure novo*: in *l.* 3. *de uſufr. accreſc. inf.* Toties inter legatarios eſt jus accreſcendi, quoties ſinguli ab initio ſolidum habent, concurſu partes; Jus accreſcendi definiamus ſic, ut ſit jus retinendæ, vel nanciſcendæ partis ejus, qui non concurrit, vel concurrere deſiit; quod locum habet tam in uſufructu, quam in proprietate. Et proprie jus accreſcendi eſt inter conjunctos re, & verbis, non proprie inter conjunctos re: ſed proprie eſt jus non decreſcendi, *l. un. §. ſin vero nemo, C. de cad. toll.* ſed quodammodo accreſcit, cum concurrente altero decreſceret: nunc vero concurrente altero, non decreſcit: ut inteſtato moriens videtur heredem quodammodo dare agnato proximo, quam taſtamento poterat ei adimere, & ideo recte oneratur fideicommiſſo. *Jus nanciſcendæ, &c.* quod proprie in uſufructu tantum locum habet, non in proprietate: unde duplex differentia eſt inter proprietatem, & uſumfructum, quæ in jure accreſcendi contingit: una, ut pars proprietatis acquiſita, & poſtea amiſſa non accreſcat, pars uſusfructus accreſcat, id eſt, non nanciſcor partem proprietatis ejus, qui ſemel mihi concurrit, ſed poſtea concurrere deſiit, amiſſa parte ſua, vel omiſſa, nanciſcor in partem uſusfructus, jure accreſcendi: Et aliud eſt omittere, aliud amittere: omiſſa proprietas, & uſusfructus accreſcit: omittimus delata, amittimus quæſita; omiſſus non accreſcit, amiſſus accreſcit. Ratio diſcriminis eſt in *l. 1. §. pen. de uſufr. accreſc.* quia proprietas ſemel uno momento conſtituitur, id eſt, eo ſolo tempore, quo vindicatur legatum ab initio. Finge: Primo & Secundo eundem fundum do lego: eo ſolo tempore, quo Primus vindicat legatum, inſpicimus an concurrat. Secundus, ſi non concurrat, partem non facit Primo: Primus igitur vindicat totum legatum; ſed ſi concurrat Secundus, Primo partem facit. Quicumque partem fert, vel aufert, & facit multo magis, licet non contra: quicumque facit partem, & facit: hoc non eſt verum: nam poteſt aliquid connumerari in partibus faciendis, nec partem ferre: ſed, ſive feras, ſive facias partem ſocio, obſtat juri accreſcendi: ſi nihil feras, neque facias, nihil obſtat, qui ſemel fecit partem, & ſemper faciet; licet amiſſa parte ſua concurrere deſierit: Et hoc in proprietate. In uſufructu longe aliter ſe res habet: nam uſusfructus legatur non ſemel, ſed quotidie; & in momenta ſingula cuilibet legatario accreſcit, quia ex perceptione temporaria conſiſtit, *l. 5. quando dies uſuſ. leg. cedat*, & ſic diverſa videntur legata. Et ſic non eo tempore, quo vindicatur uſusfructus, inſpicitur an concurrat Secundus, ſed quotidie. Et qui hodie mihi concurrit, ſi non concurrat cras amiſſa parte per capitis deminutionem, ejus pars mea eſt. Altera differentia eſt, quia proprietas, ſive pars proprietatis, quæ deficit, non habenti partem ſuam non accreſcit, uſusfru-

Digitized by Google

fructus accreſcit, & ſic non habenti partem ſuam, A quia uſusfructus eſt jus perſonale, perſonæ accreſcit non parti: accreſcit igitur perſonæ non habenti partem ſuam, modo habuerit quondam. Pars autem proprietatis accreſcit parti, vel perſonæ ratione partis quam habet, *l. Interdum, de uſufr. accreſc. l. Et an eadem, §. qui cum, de except. rei jud. l. ſi Titio 33. §. pen. de uſufr.* ubi alluvio eſt jus accreſcendi juris gentium; ſed non de eo agimus. Aliud eſt jus accreſcendi juris civilis, *§. ult. de donat. Inſt.* ſed non eſt illud, de quo diſſerimus, nam hoc ſublatum eſt: hoc de quo agimus confirmatur in *tit. de cad. tollend.* Nulla differentia eſt jure antiquo, niſi quod inter re, & verbis conjunctos eſt proprie jus accreſcendi, inter re conjunctos potius jus non decreſcendi: ſed id videtur accreſcere, quod non decreſcit: ſed nec jure novo, id eſt, lege B Papia, quæ jus reſtituit antiquum, quia tam re, & verbis, quam re tantum conjuncti videntur ab initio ſolidum habere, concurſu partes facere, & eſt inter eos jus accreſcendi, inter re tantum conjunctos, improprie, jure novo ſi re conjuncti ſunt, non concurrentis pars alteri accreſcit, ſi re, & verbis, non concurrentis pars non accreſcit, & fit caduca. Re tantum conjunctis ſolidum legatur: verbi cauſa, Primo hanc rem do lego, Secundo eandem rem do lego. Re, & verbis conjuncto tacite totum legatur: quæ ratio facit, ut re tantum conjuncto invito accreſcat, re, & verbis conjuncto non accreſcat invito, *l. un. §. ſi vero non omnis, & §. ubi autem, C. de caduc. tollend.*: ſi ſumus re conjuncti tantum, duo ſunt legata concurſu: non concurrente altero, nnum eſt lagatum in ſolidum. Porro C unum legatum ſcindi nequit, nec pro parte repudiari, *l. 4. & 6. libr. 2.* hac ratione deficiente altero, invitus alter totum acquirit, ut fit in heredibus. Et non eſt alia ratio heredum, alia legatariorum, ſi quis ſpiſſius, & non ſubtilius intueatur: nam heredi invito ſemper accreſcit, & conjuncto, & disjuncto, non cuilibet legatario, quia juris poteſtate, & fictione heredes ſinguli in aſſem vocantur, & ſolo concurſu partes faciunt, licet ſint disjuncti: quæ fictio non admittitur in legatariis, in utriſque eadem eſt ratio: ſed in heredibus fictitia: in legatariis, vera. Quid ita? qnia & heredes finguntur unius perſonæ vicem ſuſtinere: una autem perſona ſcindi nequit; verum ſi ſumus re, & verbia conjuncti, non tantum concurrente altero, ſed etiam non concurrente, duo videntur eſſe legata. D Et ideo ſi deficiat portio unius, mihi invito non accreſcit, quia non eſt unum legatum invitus, nec totum vindico, quia nec mihi totum palam relictum eſt, ſed ſi hoc malim, potero partem meam retinere. & partem collegatarii repudiare. Eadem ratio facit, ut inter re tatum conjunctos ſit potius jus non decreſcendi, quia ſolidum propalam relictum ſit: inter re, & verbis conjunctos jure antiquo, & noviſſimo ſit jus accreſcendi proprie: non jure novo, quo pars non capientis caduca fit. Et de jure novo eſt *d. l. Plane*, cum ſit de incapaci.

Dictum eſt ſupra quid ſit jus accreſcendi, & in quo diſtet uſusfructus à proprietate, & in quo conjuncti re tantum à re, & verbis conjunctis. Re conjuncti ſemper habere poſſunt partes concurſu, prima facie E ſolidum jure novo, & antiquo, & inter eos eſſe jus accreſcendi: ſi legatum ſit per vindicationem re, & verbis ſemper jure antiqun, & noviſſimo concurſu partes habere: jure novo, non concurſu, ſed ab initio, & inter eos proprie non eſt jus accreſcendi: Re conjunctis propalam ſingulis ſulidum legari, re, & verbis conjunctis non item. Re conjuncto accreſcit invito, & jus eſt non decreſcendi proprie: re, & verbis conjuncto, non invito, jus eſt proprie accreſcendi: Et ſic re conjunctus excludit fiſcum: re, & verbis conjunctus non item. De jure novo eſt *d. l. Plane, §. ſi conjunctim, de leg. 1.* cujus ſpecies hæc eſt: legavi Titio, & ſervo proprio ſine libertate etiam per vindicationem hoc modo: Titio, & Sticho ſervo meo fundum illum do lego: in perſona Stichi non conſiſtit legatum ſervo datum ſine libertate: ſunt re, & verbis conjuncti, & fiunt partes ab initio; ſed jure novo, id eſt, lege Papia, & ideo pars Stichi non accreſcit Titio. Et tamen Stichus facit partem, & ejus pars remanet apud heredem, id eſt, in hereditate remanet; & ſic inutile fuit ejus legatum, ſive pro non ſcripto. Quod ab initio inutile eſt, pro non ſcripto eſt, & in hereditate remanet. Quod utile eſt ab initio, ſed deficit vivo teſtatore, vel ante apertas tabulas, intercidit, id eſt, caducum fit, *l. intercidit, de cond. & dem.* vel cadit in caſum: ſic ergo Stichi pars non accreſcit collegatario. Sequitur deinde in eodem §. de his quibus disjunctim legatur. Finge: Primo legatur teſtamento principali, ut paterno. Secundo teſtamento pupillari, hi ſunt re conjuncti, quia idem diverſa ſcriptura ipſis legatur; *concurſu*, inquit, *partes habent*: ut & in *l. coheredi 41. §. coheres, de vulgi ſubſtit.* unde *interim is habebit partem, cui lsgatum eſt in ſuo teſtamtuto*, id eſt, paterno. *Interim*, id eſt, antequam locus ſi teſtamento pupillari, & locus ſit conditioni legati relicti in pupillari teſtamento, quod vitioſum eſt: nam ſi non fiant partes concurſu, interim, qui Primus venit, habebit ſolidum. Itaque legendum eſt, *interim igitur totum*: nec Azo, & Hugolinus diſſimularunt hoc mendum, & dicunt interim, non tantum partem, ſed ſolidum, vel utramque partem: vel loquitur de legato per vindicationem ſecundum jus novum. In *l. qui bona fide, §. 2.* pro *in ſolidum*, eſt legendum, *partem*, ut in Fragmentis Ulpian. *titul. de legat.* Si duobus disjunctim res legetur, ſolidum debetur, ubi legendum, *partes*, & totum alter cnnſequctur, die legati pupillari teſtamento relicti cedente, & altero non concurrente. Si duobus eadem rea disjunctim legetur, non fiunt partes ab initio, & eſt inter eos jus accreſcendi. Cunjuncti re, & verbis, & re conjunctis tantum, concurſu partes habent, ab initio ſolidum, & inter eos eſt jus accreſcendi, ſi per vindicationem legatum ſit, id eſt, qui ex his non fert partem, non facit partem ſocio, id eſt, collegatario. At inter conjunctos, vel ſeparatos re, & verbis per vindicationem, non adſcriptis partibus, jure noviſſimo, & antiquo eſt jus accreſcendi. Et hanc definitionem confirmat *l. 16. §. 1. libr. 1. l. ſi ſervi ſub conditione, de ſtatulib. infra, l. legatum 116. §. 1. libr. 1.* à ſeipſo legari nequit à coherede. De conjunctis re tantum eſt *l. 1. §. 1. de uſufruct. accreſc.* ubi per vindicationem legatum eſt. Quid juris ſi per damnationem conjunctim, vel disjuctim legatum ſit? ſi disjunctim per damnationem legatum ſit, jure antiquo, & novo, ſingulis ſolidum debetur ſemper, uni res, alteri æſtimatio: ut heres damnas eſto dare Primo illum fundum. Secundo item, jure noviſſimo ſingulis partes tantum debentur, ſi concurrant, ut oſtendit *l. unica, §. ſin autem disjunctim, de cad. toll.* niſi appareat teſtatorem ſingulis dari voluiſſe ſolidum, quæ clauſula eſt Triboniani in *l. 20. hoc tit. l. ſi pluribus, l. ſi filiusfamil. §. 1. libr. 1. l. 13. §. ult. lib. 2. l. duos, inf. de uſufruct. leg.* ſi vero conjunctim per damnationem, jure antiquo ſingulis partes debentur ab initio, nnn concurſu, & non capientis pars non accreſcit alteri, ſed in hereditate remanet. Atque ita, qui non capit partem, facit tamen partem ſocio. Jnre autem novo nnn remanet apud heredem, ſed caduca fit, ut ait Ulpian. *tit. de leg.* videlicet ſi defecerit poſt teſtamentum, vel poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas, non quæ deficit ſtatim ab initio: nam omnia, quæ ſtatim deficiunt ab initio remanent in hereditate jure antiquo: jure noviſſimo pars non capientis accreſcit alteri, ac ſi partes concurſu habeant, non ab initio, & inter eos ſic eſt jus accreſcendi jure noviſſimo; quo jure inter conjunctos, vel ſeparatos per damnationem jus eſt accreſcendi, perinde, atque inter conjunctos, & disjun-

Digitized by Google

disjunctos per vindicationem: jure antiquo nnu videntur re conjuncti : quibus res legatur per damnationem : ſunt re conjuncti , quibus res eadem ſcriptura per vindicationem legatur , disjuocti , quibus eadem res per vindicationem legatur jure antiqun : jure noviſſimo non neceſſe eſt addi per vindicationem : jure novo , hi quibus quoquo modo eadem res legatur , non ſunt conjuncti re . Et de jure antiquo accipienda eſt *l. 16. in principio lib. 1.* quaſi ſublata , *tit. de caduc. tollend.* ubi pars legata ei , qui in rerum natura non eſt jure antiquo , & novo apud heredem remanet , nec eſt caduca , in cauſam caduci non cadit, ſed pro non ſcripta eſt, pars autem, quæ habetur pro nnn ſcripta non accreſcit conjuncto : ubi eſt jus accreſcendi, qui non fert partem, non facit partem : ubi non eſt jus accreſcendi , qui non fert partem , facit partem .

De Jure antiquo .

SUnt varia genera legatorum : jure veteri ſi per vindicationem disjunctim , vel conjunctim eadem res duobus legetur , concurſu partes habent , & non concurrentis pars accreſcit alteri : ſi per damnationem , partes fiunt ab initio , & non concurrentis pars apud heredem remanet ſi conjunctim : ſi disjunctim , ſingulis ſolidum debetur .

De Jure novo .

SI per vindicationem , vel damnationem conjunctim eadem res dunbus legetur , partes habent ab initio , & non capientis pars caduca fit , ſi deficiat poſt teſtamentum ante diem legati cedentem, niſi collegatarius ſit heres ex liberis , aut parentibus , uſque ad 3. gragradum, ut illi accreſcat: ſi per vindicationem legatum ſit , remanet apud heredem : ſi per damnationem , ſi disjunctim , idem eſt jure novo quod antiquo .

Si per damnationem , vel vindicationem conjunctim eadem res duobus legetur , concurſu partes habent , & non concurrentis pars accreſcit alteri . Atque ita jure noviſſimo correctæ ſunt , *l.7.& l.ult.§.Sejo, lib.2.& l.16. in prin.l.hujuſmodi,§.ſi Titio, lib.* 1. & ſi quæ ſimiles ſunt, quæ dicunt, non eſſe jus accreſcendi inter eos , quibus conjunctim, vel disjunctim legatum eſt. Ex eo patet *l.ſi pluribus, l.filiusf.§.ult.lib.* 1.*l.*13.*§.ult.lib.*2.*l.*20.*b.tit.l.duo, de uſufr.leg.* conflatas eſſe ex jure noviſſimo .

Nunc de ſententia *l. mulieri* 74. *de cond. & demonſt.* Quoquo jure , vel caſu eſt inter collegatarios jus accreſcendi, ſemper ab eo, quod conſtitueris eſt excipiendus caſus *l. mulieri , de cond. & dem.* In quo caſu , qui non fert partem , facit partem , & obſtat juri accreſcendi . Species d. leg. hæc eſt . Quidam mulieri , & Titio conjunctim legavit uſumfructum per vindicationem , ſub conditione viduitatis , quæ conditio lege Julia mulieri remittitur propter utilitatem publicam : & ideo mulier ad legatum admittetur quamvis nupſerit. Titio non videtur remitti , ſt Titio ſub ea conditione legatum ſit , ſi mulier non nupſerit , non remittetur , *l. 5. C. de ind. vid. toll.* ſi mulier nupſerit , remittetur conditio , ſed an Titio ? Ratio dubitandi , quia Titius conditione defectus eſt, quæ in perſona ejus non remittitur, & eo excluſo mulier in legatum uſumfructum admittetur : ſed contra Papinianus definit partem uſusfructus habituram : quia lege Julia mulieri tantum habere conceſſum eſt , quantum haberet ſi conditioni paruiſſet : ſed ſi paruiſſet , ſolam partem habuiſſet , ut & Titius : ergo in ſolam partem admittenda : & propter mulierem Titius in alteram . Ita ſæpe evenit , ut quod quis non habet per ſe, & ex ſua perſona, habeat propter alteram, *l.cum hereditate , de acquir. hered. l. ſi commune , quemadmod. ſervit. amitt.*

Quæro quid juris ſit ſi Titius moriatur , capiteve minuatur , aut repudiaverit legatum ? Et ait , non accreſcere , ne mulier plus habeat ſua parte , quæ venit ad legatum contra voluntatem defuncti, quæque venit jure ſingulari , ut ait Bart. id eſt , lege Julia : igitur tria colliguntur ex *d.l.mulieri*, ut is, cui non remittitur conditio , ſt deficiatur cnnditione, admittatur ad legatum : ut *is* , qui conditione deficitur , id recte repudiet , licet non delatum ſit , quia ſcilicet propter mulierem utrique defertur , id eſt , intelligitur legatum : tertium , ut non ſit jus accreſcendi inter conjunctos re , & verbis , quia non veniunt ex judicio defuncti cum non ſit impleta conditio, & quæ admittuntur contra judicium defuncti, non ſunt producenda latius .

De Verbis tantum conjunctis .

INter verbis tantum conjunctos jus accreſcendi Celſus non eſſe dumonſtrat , quia partes ab initio habent ſemper , non concurſu, *l. pen. & l. ult. de uſufr. accreſc.* in qua lege teſtator duos heredes inſtituit ex æquis partibus , Primum , & Secundum , & duobus legavit ejuſdem rei uſumfructum , Tertio , & Quarto ſeparatim : id eſt , à ſingulis heredibus uſumfructum legavit etiam per vindicationem , ut oſtendit *l. ult.* id eſt , uno omittente , vel amittente partem , an accreſcet ? minime , ut inter eos quibus conjunctim eadem res , vel ejuſdem uſusfructus legatur æquis portionibus , qui dicuntur verbis conjuncti , id eſt , ſicut inter verbis conjunctos non eſt jus accreſcendi : nam priore caſu videtur legari æquis portionibus ei quibus à ſingulis heredibus legavit : quas enim partes fecit inter heredes, eaſdem legatarios habere voluit: Atque ita non eſt jus accreſcendi inter conjunctos, vel ſeparatos , aſcriptis partibus ; vel ſi intelligantur aſcriptæ : nam ut in *l.* 10. *lib.* 1. nihil refert viriles partes dari voluerit, an id expreſſerit . Eademque ratio *l.* 12. *§.* 1. *de uſufr. accreſ.* Finge : Duos inſtituit ex æquis partibus , & ab eis ambobus legavit fundum Titio , deducto uſufructu : heredes fundum præſtiterunt , & detraxerunt ſibi uſumfructum , pars unius defecit : hæc non accreſcet alteri, ſed recurret potius ad fundi proprietarium : nam uſusfructus non videtur diviſus concurſu , ſed à teſtatore ab initio , ut ſcilicet haberent portiones hereditarias . Et non eſſe jus accreſcendi inter verbis tantum conjunctos, argumento eſt , *§. ſi eadem , Inſtit. de leg.* ubi de verbis tantum conjunctis nihil dicit . Ergo habuit eos pro alienis : ſed addenda hæc exceptio , niſi aliud teſtator ſenſerit , id eſt, niſi eam conjunctionem nominum affectarit , & partes commemoravit quas facerent concurſu , quo caſu habentur pro re , & verbis conjunctis : & conſequenter eſt jus accreſcendi inter eos . Et hujus voluntatis defuncti argumentum eſt *d. l. 16. in fin.* Finge : Quidam legavit mihi , & poſtumis : poſtumo non nato , totum vindicabo ; & tamen fuerunt tantum verbis conjuncti : ſed hoc ideo , quia teſtator non aſcripſit partes viriles , ut nos ſepararet , noluit partem legati ſeparari , ſed voluit ut omnes baberent partes viriles , ſi plures poſtumi naſcerentur . Itaque non nati poſtumi non facient partem , ſe quaſi ſolido ab initio relicto , ſolidum ad me pertinebit , quaſi non aſcriptæ eſſent partes , *l. 7. & 8. de rebus dub.* In hac lege non videtur teſtator eos velle conjungere : nam id potius brevitati ſtudens dixit , & celeriter , *l. ſi quis ita, de hered. Inſtit.* ſed melius dicendum , teſtatorem conjunctionem induxiſſe , niſi aliud probetur . In poſteriore parte hujus legis quærit quis ſit potior : inter re tantum conjunctos , & re , & verbis eſt jus accreſcendi. Finge nunc : Primo , & Secundo fundum Sejanum do lego , Titio eundem do lego : deficiente primo , ſoli accreſcit Secundo , non Tertio , quia conjunctus re , & verbis præfertur re tantum conjuncto : imo cæteris omnibus , *l. 1. §. idem ait , de uſufr. accreſc. l. Sempronius , §. ult. de uſufr. leg.* Nunc rurſus finge , Primo , &

Digitized by Google

Secundo fundum Sejanum do lego, Tertio eundem A lego, Quarto eundem lego, Quinto, & Sexto æquis partibus eundem do lego: fient tantum quatuor partes, quia Primus, & Secundns habentur pro uno, Quintus, & Sextus pro uno, *l. un. §. hoc ita, de cad. tol. Cod. l. planc, in prin. lib.*1. Nunc deficit Primus, accreſcit ſoli Secundo, deficiente Tertio, an accreſcet ſoli Quarto? minime; ſed omnibus, quia & omnes ſunt conjuncti re aliqua ex parte, Ergo re, & verbis conjunctus præfertur cæteris, & re tantum conjunctus, non præfertur cæteris, ſed veniunt omnes in portionem vacantem. Sed de verbis tantum conjunctis dubitatur propter ambiguum voluntatis, quia incertum eſt, an celeriter dixerit, an data opera eos conjungere voluerit. Deficiente Quinto, cui accreſcat dubitatur in d. ſpecie: ſed verius eſt accreſcere ſoli Sexto, B quaſi videatur teſtator eos non fruſtra conjunxiſſe, & non verbis tantum, ſed re etiam conjuncti videntur; Atque ita, qui re, & verbis conjunctus eſt, & qui intelligitur, vel verbis tantum conjunctus, præfertur cæteris, niſi cæteri probent defunctum celeritati ſtuduiſſe.

Obſtat *l. Mævio, lib. 2. & l. 66. de hered. inſtit.* quæ ut exponantur prius, quatuor intellectus gloſſæ exponam, qui referuntur ab Accurſio ad illa verba: *quod ſi re tantum*, & corrupti ſunt, & ad verbum *habens* in fine hujus gloſſæ pro *contineri*, legendum, *continuari*. In gloſſa legendum: Secundus eſt, an conjunctus re tantum præferatur verbis tantum, & non re, & verbis: dein fac parentheſim (Tertius) uſque ad hæc verba ſecundum Azonem. Primus intellectus eſt C Joannis, quem ſequitur Azo, & Bart. conjunctum re tantum non præferri re tantum, & verbis conjuncto, quod veriſſimum eſt. At ex ſequentibus verbis textus, *ſi vero verbis*, colligit, re & verbis conjunctum verbis tantum præferri quæſtionem eſſe, quod falſum eſt, cum dixerit id omnino verum eſſe. Secundus eſt Rogerii, illis verbis: *quod ſi re tantum*, hoc tantum demonſtrari, conjunctum re non præferri conjuncto re, & verbis: quod quidem verum eſt, ſed falſum, hoc tantum illis verbis demonſtrari: quin imo re tantum conjunctum non præferri cæteris generaliter definitur: nam ut dixit, re & verbis conjunctum præferri cæteris: ita recte re tantum conjuoctum non præferri cæteris dicit: ſequentibus verbis; *ſi autem re*, Rog. ait, conjunctum re tantum præferri conjuncto verbis tan- D tum: quod repugnat ei, quod ſupra dictum eſt, itaque reiiciendum. Tertius eſt Hugolini, quem ſequitur Alciat. ex verbis, *quod ſi re* conjunctum re tantum non præferri conjuncto verbis tantum, vel re, & verbis, quod verum eſt: oam deficiens pars omnibus accreſcit, & non tantum re conjuncto. Ex ultima parte colligit, conjunctum verbis tantum præferri re conjuncto tantum: qui ſenſus verus eſt, ſi etiam dicas, verbis tantum conjunctum præferri cæteris: erit falſiſſimum ſi dicas hoc tantum contineri, conjunctum verbis tantum præferri conjuncto re tantum, cum Paulus velit conjunctum verbis præferri cæteris: nam conjunctio verborum eadem eſt eſt conjuoctio duorum, aut nulla. Quartus eſt Accurſii conflatus ex Joanne, & Rogerin, Ex Rogerio in illo verſu (*quod ſi re*) E conjunctum re taotum præferri verbis tantum conjuncto; ex Joanne in ultima parte legis conjunctum re, & verbis præferri conjuncto tantum. Qui ſenſus refutati ſunt quaſi alieni à mente Pauli; ſed voluit quærere, an verbis conjunctus præferatur cæteris, & eandem habet prærogativam atque re, & verbis. Adjicit Accurſius non fieri mentionem in hac lege de hac quæſtione, nom re tantum conjunctus præferatur verbis tantum conjuncto, vel contra: & ait neutrum neutri præferri, ſed ambo ſimul vocari in portionem vacantem, quod eſt manifeſte contra Paulum, qui ait, verbis conjunctum præferri cæteris: qui verbis tantum conjunctus eſt, aut non eſt admittendus in portio- A nem, aut ſi admittatur; præferendus cæteris quaſi re, & verbis conjunctus: Et movetur *l. ſi ita, quis 66. ff. de heredib. inſtit. & l. Mævio* 41. *lib.* 2. Species legis 66. hæc eſt. Primus heres eſto, Secundus, & Tertius ex æquis partibus heres ſunto: quoniam Tertius, & Secundus habent partes viriles, ſunt verbis conjuncti, & facit conjunctionem: verumtameo ſi deficiat portio Secundi, omnibus accreſcit, & lex ſupponit teſtatorem non tam conjungere voluiſſe, quam celeriter dixiſſe. Ergo Primus, & Secundus non ſunt conjuncti verbis tantum, ſecundum mentem teſtatoris, quia perinde eſt ac ſi non conjunxiſſet. Species *l. Mævio*: Primo partem dimidiam, Secundo partem dimidiam lego, ut videantur verbis conjuncti: dein, Tertio eundem fundum lego; deficit portio Secundi: an accre- B ſcit ſoli Primo, quaſi verbis conjuncto? minime: ſed etiam Tertio: videtur Accurſio, Primum, qui erat conjunctus verbis, non præferri: ſed dicendum Primum, & Secundum non fuiſſe conjunctos verbis: nam verborum conjunctio, eſt nominum conjunctio; in qua oratione nomina Primi, & Secundi non conjunguntur; ſed potius ſeparantur, quia, ut ait lex, ſeparatim, & patres fundi datæ fuerunt, id eſt, ſeparatis verbis, & oratione. In ea oratione, Primo partem dimidiam, ſubauditur, lego per Zeugma à poſterioribus. Zeugma eſt repetitio nominis ſuperioris, vel verbi poſterioris. In *l. Titius, de ſerv. export.* eſt Zeugma à ſuperioribus: priorem ait vendidiſſe ancillam, ut proſtituta libera eſſet: poſteriorem vendidiſſe ancillam, ut manum injiceret; eſt ſubaudiendum ſi proſtitueretur per C Zeugma à ſuperioribus. Zeugma eſt à poſterioribus in *l.* 4. *§. cum igitur, ff. de in diem addict.* In prima parte, *cum tunc recedatur ab emptione, &c.* eſt ſubaudiendum, cum melior eſt conditio. In ſpecie *d. leg. Mævio*, cum dixit, Primo partem dimidiam; perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Partem dimidiam Primo lego. Sunt ergo omnes re conjuncti, & deficiens portio Secundi pro rata cuique accreſcit, & duæ partes Tertio, cui totus fundus legatus eſt, Primo una pars cum dimidia. Et ſic ſunt re conjuncti, vel in totum, vel in partem, *l.* 3. *§. non ſolum, de uſufr. accreſc.* Primus, & Secundus videntur re conjuncti in eundem ſemiſſem propter Tertium, qui non eſſent, Tertio non adjecto, ut in *d. l. triplici*, Primum exemplum eſt: Primus, & Secundus heredes ſunto, Tertius ex ſemiſſe. D Primus, & Secundus videntur verbis, & re conjuncti. Et ſi non adjeciſſet Tertium, non eſſent re conjuncti: nam unus ferret unum ſemiſſem, alter alterum ſemiſſem. Primus heres eſto ex ſemiſſe, ex qua parte Primum, & Secundum inſtituo, Tertius ex ſemiſſe. Primus, & Secundus ſunt conjuncti re: ſi Tertius non fuiſſet adjectus, Primus, et Secundus vocarentur in ſemiſſem, et ſic re oon eſſent conjuncti: et ſic in hoc propoſito, cum ait: Primo dimidiam, Secundo partem dimidiam lego: Tertio eundem fundum do lego c propter Tertium Primus, et Secuudus videntur conjuncti re: et ſi non eſſet adjectus, non venirent in eandem partem: et ſecus eſt ſi totum Primo legarit Tertio non adjecto: ut Primo fundum Sejanum, Secundo fundum eumdem lego: nam erunt re conjuncti, ut E ait Accurſ. ad verbum, *ſeparatim*, quia hic eſt Zeugma à poſterioribus.

Nunc expendamus ea, quæ Bartolus in hanc leg. adnotavit.

Bartolus duo facit: Primo ponit oppoſitiones; dein quæſtiones quamplures: ſi duobus eadem res legetur ſeparatim, re conjuncti ſunt, & inter eos eſt jus accreſcendi. Bart. objicit *l. pen. de uſufr. accreſc.* In ea lege duobus ſeparatim eadem res legatur, et tamen non ſunt re conjuncti: ſed hoc ideo fit, ut et Bart.

ani-

Digitized by Google

animadvertit, quia ibi ſingulis legavit ab heredibus A ſingulis, qua in re ab initio partes teſtatorem dare voluiſſe conjectamur. Finge: Duo ſunt heredes & duobus legavit eandem rem abheredibus ſingulis: ſi heredes ſint ſemiſſarii, erunt, quoque legatarii ſemiſſarii. Et ſimiliter tribus beredibus inſtitutis ex æquis partibus, tribus legat eandem rem: videtur teſtator æquas partes feciſſe. Et quod dicitur conjunctos eſſe re, quibus eadem res ſeparatim legatur, hoc ita verum eſt, ſi legetur ab eodem herede, vel generaliter ab omnibus heredibus, & uni legetur à pupillo in primis tabulis, vel alteri in ſecundis tabulis, *l. coheredi §. coheres, de vulg. ſubſtit. l. plane §. ſi conjunctim, lib.* 1. ſecus ſi ſingulis legarit ab heredibus ſingulis; atque ita fit, ut ex voluntate teſtatoris verbis conjuncti intelligantur, qui ſcriptura re tantum conjuncti apparent. B Secundo affert *l. ſicut, de adim. leg.* ex qua l. efficit, duobus eadem re ſeparatim legata priori legatarin ademptam videri, nnn utrique datam videri; ut ſi ita dixerit: Primo fundum lego, fundum quem Primo legavi, Secundn lego: nam in perſona Primi tacita ademptio videtur, id eſt, videtur ademiſſe legatum Primo, & dediſſe Secundo. Dicendum ergo ea verba, fundum quem Primo legavi, eum Secundo lego, poſſe accipi bifariam, ut Primus, & Secundus ſint re conjuncti, vel ut à Primo transferatur legatum in Secundum, *l. ſi pluribus, lib.* 1. Et Alciatus ait, Primo ademptum legatum, quod probo. Re autem conjuncti videntur, ſi dixerit: quod Primo legavi, idem Secundo lego: vel ſi ita: ex qua Parte primum heredem inſtitui, ex eadem Secundus heres eſto, *l. Julianus, de hered. inſtit:* C Tertio obiicit adverſus definitionem re conjunctorum: oratio ſoluta habetur pro conjuncta: ſoluta eſt hæc: Primo fundum Sejanum lego, Secundo fundum Sejanum lego; quod eſt exemplum re conjunctorum. Ergo re ſoluti habentur pro conjunctis. In ea tamen ſpecie non tantum re, ſed & verbis conjuncti ſunt, idque ex mente teſtatoris, *l. ſæpe, de verb. ſignif.* Et propoſitio vera eſt ex conjectura voluntatis teſtatoris. Deinde in hac ſpecie, non eſt ſoluta oratio: ſoluta eſt omnino in qua deſideratur conjunctio. Atqui in hac ſpecie non deſideratur conjunctio. Quarto obiicit, quod ſeparati re dicantur disjuncti in *l. un. C. de caduc. toll.* ſed hoc ideo fit, quia cum dicimus conjunctos, vel disjunctos, reſpicimus ad ſcripturam. Quinto in eam D partem hujus legis, qua tale exemplum datur verbis tantum conjunctorum. Titio & Sejo fundum ex æquis partibus lego: hi ſunt verbis tantum conjuncti: ſic argumentatur: Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur: hoc tacite ineſt, ut partes fiant, *l. legata, §. 1. lib. 1. l. expreſſa, de regul. juris:* Expreſſa pupillaris excludit matrem: tacita pupillaris, non excludit, *l. precibus, C. de impub. & al.* poteſt adduci exemplum ex *l. 3. Quibus mod. uſusfruct. amitt.* uſusfructus finitur morte fructuarii, & capitis deminutione, ſi non ſit repetitus hoc modo: lego tibi uſumfructum, etiamſi capite minutus fueris: ſi legetur uſusfructus, tacite videtur ineſſe uſque ad mortem; ſed ſi expreſſim dixerit, ſe legare uſumfructum, quandiu vivat, intelligitur repetitus uſusfructus. E Si expreſſerit, illi, ſi volet, lego, conditinnale eſt legatum, & non tranſmittitur in heredem legatarii, *l. ſi ita expreſſim, de condit. & demonſt.* quia conditio videtur injecta. Atque ita expreſſa hæc verba, *ſi volet*, faciunt conditionem, quæ intellecta non faciunt; atque ita expreſſionem eorum, quæ tacite inſunt, nihil operari dicere poſſumus. Fateor expreſſionem ejus tantum, quod ineſt, nihil operari, id eſt, ſi ſermone tuo explanes, quod ineſt, *l. 3. lib.* 1. ubi hæc verba: ſi heres adire voluerit, ſumuntur ex rei natura, & ſic teſtator demonſtrare voluit, quod tacite inerat. Sed plerumque exprimendo ea, quæ tacite inſunt, aliud agit; & in ſumma, expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur, ſi nihil aliud agimus quam, quæ verbis inſunt: ſed ſi aliud agimus, non eſt tantum expreſſio eorum, ſed amplius quiddam. Aſſumptio vera non eſt. In legato duobus relicto hoc ineſt, ut partes fiant. Fateor: ſed non ita ac ſi exprimeretur: nam exprimuntur æque partes ut fiant ab initio. Fateor, quod expreſſerit teſtator æquis partibus; non ſunt iden re conjuncti, quia & demptis his, eſſent verbis conjuncti: nego, quod expreſſerit, æquis partibus, ideo eſſe verbis tantum conjunctos, quia demptis his, non eſſent tantum verbis conjuncti, ſed re & verbis, & expreſſio partium facit, vt ſint tantum verbis conjuncti. Sexto reſpicit intellectum quem Joannes dedit, & Bart. ſequitur, re tantum conjunctum verbis tantum conjuncto præferri, re tantum conjunctum non præferri re & verbis conjuncto. Itaque Bart. hæc, *quod ſi re*, interpretatur. Septimo pertinet ad id quod dicitur inter conjunctos eſſe jus accreſcendi, & obiicit *l. & Proculo* 20. *lib.* 2. ſpecies hæc eſt: Quidam legavit ſervo communi: repudiante uno ex dominis, an accreſcet alteri? Ait, non accreſcere: quia non ſunt conjuncti: itaque tantum abeſt ut nbſtet, quin imo ait, jus nnn eſſe accreſcendi, quod non ſint conjuncti, ſed Bart. ait, non ſunt conjuncti à teſtatore, ſed à lege; & tamen non eſt inter eos jus accreſcendi; ſed ait legem, *re conjuncti* eſſe de conjunctione teſtamentaria, illam vero legem eſſe de legitimam: ſed hnc falſum eſt: nam quos legatarios non conjungit teſtator, lex etiam non conjungit: verum alia ratin eſt heredum: nam quos teſtator heredes non conjunxit, fictio juris conjungit. Obſtat lex *& Proculo*: ſed Celſus ejus auctor eſt in *l. 1. §. 1. de uſufr. accreſc.* Julianus, qui fuit diverſæ ſectæ, reprehendit Celſum, eo quod nominatim reſpondet rationi Celſi: nam ait, non inſpiciendam eſſe perſonam dominorum, ſed ſervi legatarii: ut ſervus unus eſt, ita domini ejus ſervi pro uno habentur: Porro unus non poteſt ſcindere legatum; ſed ſi partem agnoſcat, invitum eum ſequetur altera pars, *l. ſi cui res* 58. *lib.* 2. in *d. l. 1. §. Interdum*, notatur idem ſenſiſſe Julianum, quod Celſus. An ſint re conjuncti, ſi quis ita leget: Titio decem lego, Secundo decem lego. Prima quæſtio, an ſint re conjuncti, quibus ita legatur: Primo decem lego, Secundo decem lego: ſi dixerit, Secundo eadem decem lego, ſunt re conjuncti: ſi dixerit, Secundo decem lego, dubitatur, an ſint re conjuncti: nam ducto argumento à ſtipulationibus, probabitur non eſſe conjunctos ex *l. ſtipulatio iſta 38. §. eum qui, de verb. oblig.* ſi ita ſtipuler, mihi decem & Titio decem, eadem decem dixiſſe videbor. Ergo debentur tantum quinque. Titio nihil debetur, quia alteri ſtipulamur inutiliter, & pars Titii mihi non accreſcet: Et ideo dicerem non eſſe jus accreſcendi in contractibus, ut patet ex *l. ſi mihi & Titio* 10. *eod. tit.* Ergo dicam Primum, & Secundum conjungi in eandem ſummam, ducto argumento à ſtipulatinnibus ad legata, quod frequens eſt in jure, ex *l. Eum qui ita ſtipulatur, eod. tit.* At ſi ſtipuler mihi, & Titio decem, una decem videor communiter ſtipulari, non alia: atque ideo mihi debebuntur quinque, ſicut ex priori, Titio nihil debebitur, nec pars inutilis mihi accreſcet. At in ſumma ſi ſtipuler mihi, & Titio decem, una tantum decem communiter ſtipulor: ſicut, inquit, is qui legat Primo & Secundo decem, non aliud intelligitur quam una decem duobus communiter legare. Conveniunt ſtipulatio & legata in hoc: Si ſtipuleris mihi, & Titio decem, una decem ſtipularis: ſi etiam leges Primo, & Secundo decem, una decem communiter legaſti: nam priori caſu valet ſtipulatio in perſona tua, non in altera in unaque perſona debetur legatum: cur in hoc non fit comparatin, ut una decem videantur legata, & debeantur, in ſtipulatione ſecus? In priori ſpecie d. *legis Eum qui*, facit comparationem legato-

rum, & ſtipulationum, in poſteriore non facit. Denique ſi quis ſtipuletur ſibi, & Titio decem, una decem ſtipulatur, Et in poſteriore ſpecie eſt ſumma differentia inter legata, & ſtipulationes: nam ambigua eſt hæc oratio, mihi decem, Titio decem, quod non ita eſt ſi leget mihi decem, & Titio decem, *l. 1. lib. a.* In priore ergo ſpecie eſt ambiguitas, in poſteriore non, & in ambiguis facimus interpretationem contra ſtipulatorem, *d. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus, l. cum quæritur 26. de reb. dub.* In legatis voluntas teſtatoris conſideratur, & ſecundum quod credibile eſt teſtatorem cogitaſſe. Quo loco re conjunctis legetur, nihil intereſt; nam etiam ſunt re conjuncti, quibus eadem res legatur longo intervallo, ut puta ſi uni teſtamento legetur, alteri codicillis, uni in prima parte, alteri in ima parte teſtamenti: contra, quibus longo intervallo legatur ſi non ſunt re conjuncti, nec ſi ſtatim eis legetur, erunt conjuncti. Exempla ſunt hi, quibus ſingulis à ſingulis heredibus legatur, *l. pen. de uſufr. accreſc.* ſed differentia quoque eſt in hac ſpecie, mihi, & Titio decem: Primo, & Secundo decem: nam fateor quidem utrobique una decem intelligi: ſed ſi ſtipuler mihi, & Titio decem, Titio ergo inutiliter, pars inutilis mihi non accreſcit, *d. l. ſi mihi, & Titio, de verbor. obligat.* Dubitatum tamen fuit, an mihi accreſceret in *§. Quod ſi quis, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ſed in dubio eſt pronuntiandum pro promiſſore: maxime cum pœna eſt in ſtipulationem deducta, quæ dividitur numero, non corpore, quia eſt incorporalis res, id eſt, qualitas: ſecus erit ſi promiſerit mihi, & Titio ſervitutem: nam præſtabit mihi integram ſervitutem, veluti jure accreſcendi, *l. 5. comm. præd. l. fundus 64. de contrah. empt.* Idem in ſtipulatione: nam ſi ſtipuler mihi fundum, & Titio, mihi integer fundus præſtabitur: ſecus in pecunia, quæ ab initio intelligitur dividi. Et ſic in cæteris rebus conveniunt ſtipulationes, & legata, præterquam in pecunia: ſi legentur mihi, & Titio decem, Titio tamen inutiliter, quia incapaci: mihi accreſcit, quia in legato fit latior interpretatio. Secunda quæſtio an ſint re conjuncti, quibus eadem res legatur, ut ſolidum quiſque capiat; ſed nihil facilius: *lex 20. ſup. hoc tit.* hoc modo ait, non communicandi animo legari, & re uni ſoluta, alterum nullum jus in rem ipſam habere: non ſunt ergo re conjuncti: deinde ſi ſunt conjuncti, eſt inter eos jus accreſcendi: Falſum autem extremum: Falſum ergo primum. Finge: Primus, & Secundus heredes ſunto. Tertius ex ſemiſſe heres eſto. Primus, & Secundus inſtituti ſine parte ſunt conjuncti re, et verbis, vel Tertius ex ſemiſſe heres eſto: Primus, et Secundus heredes ſunto, quod idem eſt in legatis: verum non habent jus accreſcendi, id eſt, deficiente Primo, non accreſcet ſoli Secundo, *l. item, quod 17. §. 1. de hered. inſtit.* ubi tractat de his, qui ſine parte inſtituuntur: ſed ſatis ſunt conjuncti: non tamen quantum ad jus accreſcendi, ſed intellige præcipuum, quia etiamſi intelligantur Primus, et Secundus conjuncti in eundem ſemiſſem, non tamen in eum ſunt conjuncti palam: Et hæc reticentia teſtatoris facit, ut non habeant jus accreſcendi præcipuum.

Obſtat *l. heredes 63. eod. tit.* ſi heredes inſtituantur, inquit, ſine partibus, intereſt: nam ſi ſeparatim, uno deficiente accreſcit omnibus: ſed ſi conjunctim, uno ex conjunctis deficiente, non accreſcit omnibus, ſed reliquis. Quod pugnare videtur cum *d. l. Item quod,* ſed vera eſt *l. heredes*, ſi omnes heredes ſcribantur ſine partibus, hoc modo: Tertius heres eſto. Primus, et Secundus heredes ſunto: nam hoc caſu deficiente Primo, ſervabo jus præcipuum Secundo, *l. liber 59. §. Titius, eodem tit.*

Sunt qui reſpondeant ad *d. l. Heredes*, aliud eſſe reſtituere heredes ſine parte, aliud ſine partibus, et *§. 1. l. Item quod*, ait, ſine parte, et *l. Heredes ſine partibus*, ut aliud eſt ex parte heredes inſtituere, aliud

A ex partibus. Et ſine parte inſtituo, ſi dicam: Primus, et Secundus heredes ſunto, ut deficiente Primo, non accreſcat ſoli Secundo, ſed omnibus ſine partibus, non tamen ſine parte, id eſt, ex parte, ſine partibus: ut Primus, et Secundus ex ſemiſſe heredes ſunto, ut deficiente Primo, ſoli Secundo accreſcat, non cæteris: Quod verum eſt, ut in *l. heredes*: ſed hæc lex comprehendit etiam eos, qui inſtituuntur ſine parte. Deinde *lex heredes* loquitur de his, qui inſtituuntur ſine partibus: Ergo de his, qui ſine parte inſtituuntur, ſed non contra: Ex parte autem: Primus, et Secundus ex ſemiſſe æquis partibus heredes ſunto: Et hoc caſu deficiente Primo, dicunt non accreſcere ſoli Secundo: quod eſt falſiſſimum: nam ſi ex parte inſtituti habent jus accreſcendi præcipuum, cur non habebunt hi, qui ex B partibus inſtituuntur? Ex partibus ſine parte: Primus, et Secundus heredes ſunto æquis partibus: quo caſu, deficiente uno, alteri ſoli accreſcit.

Tertia Quæſtio. Quærit Bart. an ſint re conjuncti coheredes ſic inſtituti: Primus heres eſto ex ſemiſſe: qua ex parte Primum inſtitui ex ea parte Secundus heres eſto: ſic videtur ex *l. Julianus, de hered. inſtit.* quia coguntur in unum ſemiſſem, ſi modo Tertius adjiciatur: nam Tertio non adjecto, non ſunt conjuncti re, niſi fictione juris, qua heredes ſemper ſunt conjuncti re. Item, Primus heres eſto ex ſemiſſe, ex parte, qua inſtitui Primum heres eſto Secundus, *l. Triplici, de verbor. ſignif.* ut Primus, et Secundus ſint re conjuncti, adjecto Tertio, videlicet, quia in inſtitutione Secundi intelligitur primi inſtitutio; Itaque non ſolum re, ſed etiam verbis conjuncti ſunt. Ratio C dubitandi hæc eſt. Ex qua parte, vel eadem parte, duobus modis intelligi poteſt. ex eadem parte ſimili, ſed non eadem, vel ſimili, et eadem. Et *l. Julianus* ait, in eandem partem, non ſimilem alteram vocari. Deinde quærit, ſi Primo legetur totum, Secundo pars: an ambo ſint re conjuncti, id eſt, in totum, vel in eam partem, et hoc nihil apertius ex *l. Mævio 41. ſup. de leg. 2.* Eum cui totus fundus legatus eſt, conjungi cum eo, cui partem lego. Et ex *l. 3. §. non ſolum, de uſufr. accreſc. l. qui uſumfructum. inf. de verbor. obligat.* ſed ita accipienda eſt, ut deficiente Secundo, Primo accreſcat pars, et habet totum: deficiente autem Primo, non accreſcat Secundo, ſed dices: Jus ergo accreſcendi non eſt reciprocum? Imo, ſed in eo, in quo ſunt re conjuncti; ſunt autem illi conjuncti tan- D tum in dimidia. Ergo cum Secundus habeat dimidiam, habet id, in quo conjunctus eſt. Accreſcere autem dicitur, quod decreſceret concurrente altero; et quod non decreſceret, concurrente altero, non dicitur accreſcere. Ex his principiis dici poteſt, ſi legetur Primo dimidia, dein Secundo dimidia, deficiente Primo, non accreſcit Secundo: ſed ſi legaverit Primo dimidiam, Secundo dimidiam, Tertio dimidiam, deficiente Primo, accreſcit cæteris, ne minus habeant dimidia; Aliter ſive duobus, ſive tribus leget tertias, deficiente uno, non accreſcit cæteris, ne plus habeant tertia. Et hoc totum pendet ex voluntate teſtatoris: unde ratio juris accreſcendi manat: & ſtultum eſt, originem juris ejus referre ad leg. Papiam, quæ eo ſpectabat, ut aboleret jus accreſcendi, & E caducum fieret: & ex *l. 5. de vulg.* volunt id confirmari per legem, inquiunt, id eſt, legem Papiam: ſed inde male inferunt, jus accreſcendi eſſe ex lege Papia. Per legem fit non quod fit auctoritate legis, ſed quod fit, non impediente lege, cum lex Papia jus accreſcendi ægre parentibus conſervaret. Si legarit Primo totum, Secundo dimidiam, ſunt conjuncti re, & primo accreſcet pars deficientis Secundi, non contra. Nec obſtat *lex cum quæſtio, C. de legat.* quia cum loquitur de partibus faciendis inter legatarios, & definit, duos ſemiſſes, poſteriori legato videtur detraxiſſe ſemiſſem. Duplex eſt quæſtio: una de partibus faciendis, altera de jure accreſcendi: ſi etiam quæratur

tur

tur de partibus faciendis; nihil intereſt, an legetur Primo pars, an totum, ſed in hoc tantum intereſt, quod ſi ſequatur legatum partis, dicimus id detrahi, vel eximi priori legato: ſi præcedat legatum partis, dicimus legatum partis non transferri in ſequens legatum, & cum eo commiſceri: effectus tamen idem eſt, ut legatum ſpeciale ſi ſequatur, deroget generali, ſi præcedat, non transferatur in ſequens, *l. 1. de auro, & arg. leg.* Et in hac quæſtione totum generaliter capitur, in hocque propoſito genus à toto non ſeparamus: nam ſi Primo legentur ſervi, Secundo Stichus, ambo conjuncti ſunt in eum Stichum, & deficiente Secundo, Stichus Primo accreſcet, vel repudiante Secundo, in *l. ult. §. ult. de auro, & arg. leg.* mulier quædam ornamenta ſua legaverat: deinde quædam juſſit in ſepulchrum inferri, quod perinde eſt ac ſi non juſſiſſet. B Ergo ea ſpecialia veſtimenta non inſerentur in ſarchophagum, & erunt legatarii, non heredis: nec obſtat, quod dicitur, generi per ſpeciem derogari, *l. 80. D. de reg. jur.* nam huic regulæ locus eſt in ſolvendis legatis, & concurrentibus omnibus legatariis, non in jure accreſcendi. Prima quæſtio juris, an ſint verbis conjuncti quibus ita legatum eſt: Primo fundum lego, Secundo eundem fundum lego æquis partibus, & ſunt verbis conjuncti, quaſi repetito legato Primi in legato Secundi; repetitio vim conjunctionis habet, ut in hac ſpecie: Primus ex ſemiſſe heres eſto. Secundus qua ex parte Primum inſtitui, heres eſto: nec obſtat *l. 3. §. 1. Quibus mod. uſusfr. amitt.* ſed ejus longe alia eſt ſpecies, quam ſit propoſita in hac quæſtione: ſpecies eſt: lego Primo, & Secundo uſumfructum, & C ſi Secundus capite minutus erit, eidem uſumfructum lego. Ita repetitur uſusfructus. Secundus capite minutus eſt: poſt capitis deminutionem habet uſumfructum: quæritur, Secundo habente uſumfructum, ex repetitione, an ſalvum ſit jus accreſcendi, quod erat ante? Et lex ait, eſſe ſalvum perinde atque, ſi non repetiiſſet legatum, & in locum Secundi ſubſtituiſſet Tertium, hoc modo: Primo, & Secundo fundum lego; & ſi Secundus capite minutus erit, Tertio lego: an erit jus accreſcendi inter Primum, & Tertium? utique: quia re conjuncti ſunt, licet verbis non ſint conjuncti. Quod dicat, verbis non eſſe conjunctos, ducunt argumentum ineptum ad hanc quæſtionem: quia non adjicit æquis partibus. Secunda quæſtio eſt, an ſint verbis conjuncti? cuilibet ex libertis meis fun- D dum lego æquis partibus, & conjuncti ſunt verbis, & re, ac ſi dixiſſet: Primo, & Secundo lego ex æquo fundum, & detractis his verbis (æquis partibus) ſunt conjuncti re, & verbis, vel re tantum: conſequens eſt igitur ut his verbis adjectis ſint conjuncti re, et verbis. Tertia quæſtio eſt, an ſint verbis conjuncti: Primo fundum, Secundo autem eundem fundum lego æquis partibus? maxime, quia repeti videtur legatum Primi, et quia demptis his verbis eſſent re conjuncti, vel verius re, et verbis. Nec obſtat *l. Lucius, 78. §. quæ habebat, ad Trebell.* ſpecies hæc eſt: uxor maritum heredem ſcripſit, eum rogans ut reſtituat hereditatem filio, ita tamen ut filius decem uncias habeat, nepos ex eo duas: nepos deceſſit vivo avo, et patre, quæritur an filio, qui ſupervixit patri ſuo debea- E tur univerſa hereditas ex cauſa fideicommiſſi: item poſt mortem nepotis mortuus eſt pater, quæritur an verba hæc: *ita tamen, ut filius decem uncias, duas autem nepos habeat*, vim hanc habeant, ſi nepos, et filius fuerunt in rerum natura die fideicommiſſi cedente. Et ait, filio deberi tantum decem uncias: ſed non ita proponitur ſpecies, ut quæſtio ſe habet, ſed an ſint verbis conjuncti nepos, et filius: quanquam vix cenſentur verbis conjuncti, niſi quibus æquales partes legantur: cur non eſt jus accreſcendi inter eos? Duarenus ait, ibi agi de partibus faciendis, cum alter ſit mortuus. Sed dicendum ideo inter eos non eſſe jus accreſcendi, quia non fuit jus accreſcendi inter fideicommiſſarios jure antiquo, et novo. Altera ratio eſt, ne plus habeat filius, quam teſtator voluerit; decem autem dari tantum voluit.

Quarta quæſtio, an ſint verbis conjuncti quibus ita legatur: Primo, aut Secundo fundum lego æquis partibus; et detractis his verbis, ſunt conjuncti re, et verbis, *l. pen. C. de verb. ſign.* adiectis ergo, ſunt re, et verbis conjuncti: ſi legetur res illa, aut illa, disjunctio non capitur pro conjunctione, ut ſi ab illo herede, aut illo legetur: ſed ſi hoc modo tutor detur, disjunctio capietur pro conjunctione, et falſa eſt disjunctio, *παραδιαζευξις*.

Nunc de re, & verbis conjunctis. Bartolus nunc exemplum dat re, & verbis conjunctorum: ſuppeditat vero multa lex *triplici de verb. ſign.* unum *§. ſi eadem, de legat. Inſti.* Primo, & Secundo fundum lego, ſunt conjuncti re, & verbis. Petrus contra, re & verbis conjunctos eſſe quibus ſolidum ſingulis legatur, at partes his legantur, quod eſt falſum: nam ſingulis ab initio ſolidum legatur, concurſu habent partes: nec hac in re diſtant re conjuncti à re, & verbis conjunctis: nam utrique ab initio habent ſolidum: concurſu partes: hoc tamen diſcrimen eſt, quod re tantum conjunctis palam ſingulis ſolidum adſcribitur; re & verbis conjunctis non ita manifeſte, quæ differentia facit, ut re tantum conjunctis accreſcat invitis, & non poſſint ſcindere, quod ab eis palam legatum eſt; Re autem, & verbis conjunctis non item. Eademque faciebat, et lege Papia re tantum conjunctis accreſceret ſolidum: re & verbis, non item. Deinde Bart. quærit, quibus modis contingit conjunctio legitima: nam quæ hactenus diximus, ſunt de conjunctione teſtamentaria: legitima eſt, quæ fit juris poteſtate, non judicio teſtatoris. Conjunctio legitima in hereditatibus locum habet, id eſt, heredes quos teſtator non conjunxit, lex conjungit: ut, Primo inſtituto ex ſemiſſe, Secundo ex altero ſemiſſe, hi neque re, neque verbis conjuncti ſunt: Primo tamen deficiente pars ejus accreſcet alteri juris poteſtate, *l. interdum, §. 2. de hered. inſt.* tacito jure, ut ait *l. qui ex duabus, §. 5. & l. ſervus communis, de acquir. hered.* ſinguli heredes vocantur in aſſem, quamvis à teſtatore ſeparentur: quæ fictio ceſſat in legatariis: nam heredes unius perſonæ vice funguntur, non legatarii; ideoque ſi Primo legetur fundus ex ſemiſſe, Secundo, ex altero ſemiſſe: alterutro deficiente, non accreſcet alteri: In legatis, quos non conjunxit teſtator, non conjungit lex; niſi in eo, quod excedit duodecim uncias: qua ratione ſi legetur Primo dimidia, Secundo dimidia, Tertio dimidia, deficiente uno ex his, accreſcet cæteris, deficientibus duobus, nihil accreſcet Tertio. In ſpecie *leg. & Proculo, lib. 2. l. 1. §. 1. de uſufr. accreſc.* quæ pugnant invicem, duo non ſunt conjuncti conjunctione legitima, ſed inſpecta perſona ſervi; qui ex dominis legatum capit, totum capit, quia ſervus ſcindere nequit: ſicut ipſe ſervus pro parte non poteſt ſcindere legatum, ſic unus dominus, qui ſolus capit legatum. Hactenus de legitima conjunctione. An inter re conjunctos tantum, ſeu disjunctos, aut verbis tantum, aut re & verbis conjunctos, ſit jus accreſcendi, ſupra oſtenſum eſt. Nunc videamus an jus accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem omnem: nam alius eſt ſucceſſor juris, ut heres bonorum poſſeſſor, alius rei, ut emptor, vel ex contractu, ut ait Scævola in *l. de acceſſionibus, de diverſ. tempor. præſc.* ſi moriatur legatarius die legati cedente, jus legati tranſit in heredem. Ergo jus accreſcendi, quod jus legati eſt integrum uti à teſtatore ab initio adſcriptum eſt, *l. hæc ſcriptura 26. §. 1. de cond. & dem.* Finge: uni pure, alteri ſub conditione legatum eſt, vel hereditas relicta: deficiente conditione portio accreſcit ejus heredi, cui pure hereditas relicta eſt, modo ea adita ſit. Re conjuncti ſunt, quibus eadem res legatur, vel hereditas uni pure relinquitur, alii ſub conditione;

l. ſi

l. ſi ſeparatim 30. *D. de condit. & demonſtrat. & l. Idem §.1. de uſufr. accreſc. d. l. hæc ſcriptura , §. ult.* Jus accreſcendi inter eos non eſt utroque adeunte, ſed ei qui adiit, portio non adeuntis accreſcit. *l. un. C. Quand. non pet. part. petent. accr.* quæ loquitur de liberis, qui vocantut ex cap. unde liberi, ſi lege veniant jus eſt accreſcendi. Idem ſi non lege veniant, ei qui bonorum poſſeſſionem agnovit, accreſcit portio ejus, qui non agnovit. Omittere eſt proprie excludi tempore, & non petere intra tempus, *l. 1. §. ult. ut in poſſ. leg.* Omiſſam, vel repudiatam hereditatem, aut omiſſam intra centum dies, nullo agnoſcente, vel omnibus agnoſcentibus, non eſt jus accreſcendi, ſed uno petente, altero non. Item ex *d. l. hæc ſcriptura*, intelligimus deliberante herede, heredi ejus, qui agnovit legatum accreſcese: denique jus accreſcendi transmitti in heredem modo pro ſua parte defunctus adierit. Repudiante quoque altero, jus accreſcendi eſt, *l. ſi ex pluribus 9. de ſuis, & legit. her.* cujus prima pars eſt de jure accreſcendi, & facilis, poſterior eſt de jure ſubſtitutionis, quæ difficillima: in parte legis priore, ex pluribus legitimis heredibus quidam non adierunt, reliquis, qui adierint, accreſcet illorum portio, & ſi deceſſerint, qui adierant, antequam accreſceret, heredibus eorum accreſcet. In poſteriore ait, aliam eſſe cauſam heredis inſtituti, & coheredis ſubſtituti. Finge: Duos heredes ſeci, Primum & Secundum. Primum ſubſtituto Secundo. Primus eſt coheres, & ſubſtitutus coheredis. Primus adit ex inſtitutione, deinde deceſſit, an jus ſubſtitutionis ſequitus heredem ejus? Ita diſtinguit: ſi vivo Primo delata eſt hereditas ex ſubſtitutione, quamvis non ſit adita, tranſmittitur in heredem Primi: ſed ſi deceſſerit, antequam ei deferretur hereditas ex ſubſtitutione deliberante Secundo, ſubſtitutio heredem non ſequitur. Jus ſubſtitutionis nondum delatum non tranſmittitur, quia jure ſubſtitutionis portio coheredis defertur, quaſi alia quædam hereditas. Hereditas autem non adita non tranſmittitur, quæ eſt regula juris antiqui, & novi, civilis; & Prætorii, *l. 6. & 7. D. de inoff. teſtam. l. un. §. 5. & §. cum autem in ſuperiore, C. de caduc. toll.* Jure accreſcendi portio coheredis accreſcit quaſi mihi relicta, & quaſi mea, quia ab initio mihi as intelligitur relictus poteſtate juris. Aut igitur capio partem hereditatis coheredis ut aliam hereditatem: & hanc non tranſmitto, niſi eam adiero, vel niſi mihi fuerit vivo delata: aut capio eam quaſi meam, & tunc eam etiam mihi non delatam tranſmitto. Ad *d. l. ſi ex pluribus* addamus, heredem heredis inſtituti, ejuſdemque ſubſtituti, non venire jure ſubſtitutionis, ſed hodie habeo integrum jus accreſcendi, quia lex Papia jus accreſcendi ſuſtulit, non jus ſubſtitutionis, quo modo obviam itum eſt caducis, & ſic leges novæ ut Papiæ abrogant jus accreſcendi, non jus ſubſtitutionis. Secunda differentia. Jus accreſcendi porrigitur ad omnes heredes, niſi jus conjunctionis factæ à teſtatore quibuſdam tribuat jus præcipuum: Et porrigitur in omnes collegatarios conjunctos re, niſi ſupervivat aliquis conjunctus etiam verbis, & hic habet jus præcipuum, jus accreſcendi tranſit in heredem heredis, vel legatarii, etiamſi deceſſerit antequam deferretur portio: Jus autem ſubſtitutionis eſt jus ſingulare, quod non porrigitur in heredes heredis, niſi deceſſerit poſteaquam adierit, & delata ſit hereditas. Tertia differentia. Ei qui amiſit partem ſuam, non accreſcit altera, excepto uſufructu, *l. ſi totam, de acquir. hered.* Ei qui aufert partem ſuam, jus ſubſtitutionis, quæ contingit poſtea, ſalvum manet, *l. ex facto, §. ult. de vulg. & pupill.* Hereditas ergo non adita non transmittitur, ita tamen ut ſi nulla ex parte hereditatem adierim ex inſtitutione, vel ſubſtitutione, nihil in heredem meum tranſmitto. Sed quid ſi adivi ex parte aliqua? ut inſtitutus ſum ex parte aliqua, & coheredi ſubſtitutus in primum caſum: id eſt, vulgari ſubſtitutione: adivi ex inſtitutione, & mortuus ſum delata mihi hereditate ex ſubſtitutione, ſed non adita, an tranſmittam jus ſubſtitutionis? maxime. Atque ita non adita hereditas tranſmittitur: nam qui adivit ex inſtitutione, adiiſſe videtur ex ſubſtitutione: Et ſemel tantum adeundum, *l. ſi ſolus, §. ult. de acq. hered.* nam aditio eſt actus legitimus: omnes autem actus legitimi ſemel tantum fiunt, *l. ſed cum patrono, de bon. poſſ. l. ſervi electione, lib.* 1. quia quæ delata eſt, & adita videtur, & ſatis eſt, quod ſemel adii, & ſubſtitutio eſt appendix inſtitutionis, *l. Toties, D. de adquir. heredit.* quæ ait toties videri, quem adiiſſe etiam ex cauſa ſubſtitutionis, id eſt, non tantum ex cauſa inſtitutionis, ſed ſubſtitutionis, quoties delata ſit ſubſtitutio: nam ſi deceſſerit, non delata hereditatis parte ex ſubſtitutione, non acquirit eam, nec tranſmittit: An tranſmittitur jus accreſcendi etiam ſibi non delata parte hereditatis. Ergo jus accreſcendi, & ſubſtitutionis ſimilia ſunt, quod non eſt opus nova aditione ut quid obveniat jure ſubſtitutionis, vel accreſcendi: diſſimilia in eo, quod jus ſubſtitutionis nondum delatum non tranſmirtitur: jus decreſcendi tranſmittitur. Altera ſpecies: Inſtitutus ex paste una pure, ex altera ſub conditione, adii pure, & mortuus ſum, delata mihi ex conditione inſtitutionis hereditate, ſed nondum adita, quæro an tranſmittam? Et id quidem diverſum erit ſi deceſſero ante conditionem; nam non transmittam jure inſtitutionis, ſed tranſmittam jure accreſcendi: & ſic duobus iſtis caſibus non delata, et nondum adita hereditas tranſmirtitur ad heredem jure accreſcendi, quia adivi ex aliqua parte. Diximus ſupra de omni ſucceſſore: varii enim ſunt ſucceſſores in rem: varii quoque in jus univerſum. In ſucceſſorem heredis jus accreſcendi tranſire etiam nondum delatum defuncto, et hac in re diſtare à jure ſubſtitutionis, et explicuimus legem *ſi ex pluribus*, quæ explicanda eſt ſecundum jus novum, id eſt, legem Juliam, et Papiam, quæ abrogabat jus accreſcendi, non jus ſubſtitutionis, *l. un. C. de caduc. toll.* et heredibus ſcriptis, non autem legitimis derogabat jus accreſcendi. Quare in *d. l. ſi ex pluribus*, legitimus heres mortuus ante ſibi delatam hereditatis portionem confert cum herede ſcripto, et ſubſtituto, qui deceſſit poſt aditam hereditatem: eadem ratione heres ſcriptus, qui deceſſit poſt aditam hereditatem, antequam ei deferretur portio non adeuntis, non confert: Deinde hoc tantum agit, ut intelligatur, aliam eſſe cauſam heredis legitimi, aliam heredis ſcripti: heredi heredis legitimi, qui adiit, accreſcit portio non adeuntis, quæ non accrevit defuncto: heredi heredis ſcripti, & coheredi ſubſtituti, qui adiit ex ſua inſtitutione, jure ſubſtitutionis, non obvenit portio non adeuntis, quæ non fuit delata defuncto: ſed heredi heredis legitimi accreſcit portio non adeuntis, quæ non accrevit defuncto, ut & heredi heredis inſtituti jure accreſcendi, quæ non fuit delata; ſed jure ſubſtitutionis adiri non poteſt hereditas non adita, *l. Totiens, de acquir. hered.* ubi, *toties acquirere*, id eſt, quoties repudiatur, vel ceſſione heredis ex ſubſtitutione eis delata eſt hereditas. Cui legi ex jure noviſſimo, & antiquo addi poteſt, heredem heredis inſtituti, & coheredi ſubſtituit, qui adiit ex ſua ſubſtitutione, mortuo inſtituto, eodemque ſubſtituto ante delatam hereditatem ex cauſa ſubſtitutionis, capere jure accreſcendi; quod etiam in ſubſtituto pupillari locum habet, *l. qui patri eod.* & ſimilis eſt ei cui ſubſtituitur ſub conditione, *l. 1. §. Id quod ex ſubſtitutione, D. ad leg. Falcid.* ubi jure accreſcendi accreſcit portio, ſi extiterit conditio poſt mortem ejus, quam nequit acquirere jure inſtitutionis: Et ita accipienda eſt, *l. qui ex duobus* 53. *D. de acquir. hered. & §. 1.* legis præcedentis.

An jus accreſcendi tranſeat in fideicommiſſarium cui ex Senatuſconſulto Trebell. reſtituitur hereditas.

FIdeicommiſſarius ſucceſſor eſt juris, *l.non enim*, *ad Trebell.* jus accreſcendi in heredem ſucceſſorem juris tranſit, an ergo in fideicommiſſarium? minime: in eum enim, qui directo jure ſuccedit in univerſum jus, tranſit jus accreſcendi. Finge: heres inſtitutus ex ſemiſſe rogatus eſt Titio reſtituere ſemiſſem: reſtituit: poſt reſtitutionem ei accrevit, aut delata eſt portio heredis deliberantis: an ea portio accreſcit fideicommiſſario, & debetur ex cauſa fideicommiſſi? minime. Si heres ſponte adierit, & reſtituerit hereditatem, uti plus habeat, quam teſtator ei dari voluit, cur in *l. Lucius 78. §. quæ habebat*, *ad Trebell.* filio cui voluit dari decem uncias, non accreſcunt duæ datæ nepoti? ne videlicet plus habeat, quam teſtator dari voluerit. Jus autem accreſcendi eſt jus retinendæ partis ejus, qui non concurrit, vel jus hereditatis, vel legati integrum, nec deminutum per ſocii concurſum: & ita plerumque accreſcit, id eſt, non minuitur. Ergo quod accreſcit heredi ſcripto, non poteſt dari fideicommiſſario, quin faciat contra voluntatem teſtatoris: in hac igitur ſpecie accreſcet portio heredis, etiam poſt reſtitutionem, heredi ſcripto, quaſi ab initio ei à ſe relicto, non fideicommiſſario: verum obſtat *lex Papinianus 43. ad Trebell.* loquitur ea lex de eo, qui coactus adiit: is enim non retinet portionem heredis, non de eo, qui ſponte adiit; At qui ſuſpectam adiit hereditatem, & coactus ei reddidit, indignus eſt ut ex voluntate defuncti, vel occaſione ejus quicquam quaſi heres conſequatur: quare id omne perdit, quod haberet ſi hereditatem ſponte adiiſſet. Falcidiam igitur perdit, & præceptiones: ſubſtitutionem pupillarem factam ſub conditione hac, ſi patri heres erit, hoc modo: quisquis mihi heres erit, impuberi filio heres eſto, mortis cauſa capionem, ſi cui legatum ſit, ſi heredi dederit, *l. is cui 34. de cond. indeb.* Cui obſtat *l. Qui heredi 44. §. cum hereditas*, *D. de cond. & demonſtr.* Sed benignius eſt, ut ei non auferatur mortis cauſa capio, quam jure ipſo perdit, & perdit jus accreſcendi, *l. ita tamen 27. §. qui ſuſpectam*, *& §. ſi præceptis*, *& l. ſi patroni 55. §. adeo*, *ad Trebell.* Contra non perdit ea, quæ veniunt jure inſtitutionis, ut ſubſtitutionem pure factam, At qui ſponte adiit, nihil omnino perdit; retinet enim Falcidiam, & cætera, & quod accrevit poſt reſtitutionem, nec reſtituit hoc fideicommiſſario. Hoc ita eſſe confirmat *d. l. Papinianus*, cum loquitur de eo, qui compulſus adiit: ſpecies legis hæc eſt: Quidam inſtitutus ex ſemiſſe, & rogatus reſtituere hereditatem Titio ex qua heres ſcriptus eſt, ſuſpectam dixit hereditatem: compulſus tamen adiit, & reſtituit: deinde accrevit ei alia portio coheredis, & hoc ignoravit fideicommiſſarius. Ulpianus ait, Papinianum tractare an opus ſit fideicommiſſario alia actiune, & an debeat heredem ſcriptum iterum cogere ad adeundam portionem, quæ accrevit: & ait, ſecurum eum eſſe, id eſt, deberi ei portionem, quæ accrevit, etiamſi non adierit heres ſcriptus. Eo in loco duo videntur ineſſe menda. Primum, quia ponit fideicommiſſarium ignoraſſe portionem accreviſſe heredi ſcripto: itaque legendum, *Deinde fideicommiſſarius gnarus ſit*, id eſt, cognoverit accreviſſe: vel ut antiquitus loquebantur, gnarurit accreviſſe: dein mendum eſt in his verbis, an opus ſit ei alia actione: nam ad compellendum heredem ſcriptum non eſt opus actione ulla; ſed extra ordinem poſtulatur à Prætore decretum, ut cogatur adire, *l. Recuſare*, *l. ſi poſtulante*, *ad Trebell.* Et poſtulatio differt ab actione: itaque legendum *an opus ſit ei alia aditione*: nam ſemel adeundum eſt tantum, etiamſi non adieris ex omni parte: nam portio vacans adjicitur, *l. 6. de bon. poſſ. l. 35. in princ. de acquir. hered.* Qui ſemel adiit ex una parte tantum, omnia videtur adiiſſe ex cauſa, quæ accedit jure accreſcendi, vel ſubſtitutionis. Adiicit, *de illo ſolo quærendum*, *&c.* Dubitari, inquit, potius poterat, an opus eſſet nova reſtitutione potius, quam aditione: ſed verius eſt, ut tacito jure fideicommiſſarium ea ſequantur, quæ heres perdit coactus adire.

An Jus accreſcendi in emptorem tranſeat.

HEres inſtitutus ex parte vendidit partem, vel legatum deliberante coherede, vel ea legatario poſtea accrevit: cui accreſcit, an emptori? Et Bart. & omnes definiunt, jus accreſcendi tranſire in emptorem: non deſunt magnæ rationes quibus contrarium aſſeramus. Jus accreſcendi non tribuit plus quam teſtator dari voluit. Ergo ut non tribuat legatum alii, quam cui dari teſtator voluit. Alia eſt, quia vendita hereditate id plerumque agitur, ut ait *l. 2. §. 5. de hered. vend.* ut veneat, quod ad venditorem pervenit tempore venditionis: non igitur, quod poſt venditionem accrevit: nam & hæc non ſequuntur fideicommiſſarium, ſi heres ſponte adierit. In contrarium tamen objicitur *l. ſi Titio 33. §. 1. de uſufr.* portionem portioni accreſcere, veluti alluvione in proprietate, ſecus in uſufructu. Emptori igitur accreſcit, cui portio eſt vendita in *l. ſi totam 83. de acq. hered.* vulgo ita legitur: *ſi totam hereditatem*, *aut partem*: ſed male, quia tractat an accreſcat. Florentiæ rectius: *ſi totam an partem*, id eſt, ſi totam eam partem: nam qui totam habet hereditatem, ei nihil accreſcit: d. lex eſt de incapaci, cui quia re non habet, non accreſcit pars altera: ergo non accreſcit venditori. Ad id quod dicitur, portionem portioni accreſcere, reſpondendum eſt, comparationem alluvionis non omni ex parte reſpondere; ſed hoc dicitur, ut intelligas portionem ſuam habenti alienam accreſcere, non ei qui amiſit. At qui vendidit ſuam partem, videtur poſſidere, *l. 4. §. ult. ſi quis omiſ. cauſa teſtam.* Ergo nec jus accreſcendi tranſit. Contra is cui, ut indigno aufertur hereditas, quia tacite fidem accommodavit, rem amiſit, *l. 5. §. amitte[illegible] de his, quæ ut indign.* ergo & jus accreſcendi: nam [illegible] perdit Falcidiam, *l. beneficio*, *ad leg. Falcid.* perdit etiam caducum, Ulp. *tit. de cad. & omne emolumentum*, *l. cum quidam 17. §. in tacito*, *D. de uſur.* non tamen ſubſtitutionem vulgarem, vel pupillarem etiam factam ſub hac conditione, ſi patri heres extiterit, *l. ex facto*, *§. ult. de vulg. ſubſt.* Qua in re deterior eſt conditio ejus, qui compulſus adiit, quam qui tacitam fidem accommodavit: nam is indignior eſt, qui quantum in ſe fuit, evertit totum teſtamentum patris, & ſecundas tabulas. Ad hanc quæſtionem utrum jus accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem, dubium movet Bart. poſita ſpecie hujuſmodi. Quidam heredes ſibi in teſtamento inſtituit, vel legavit in hunc modum: Titius, & filii fratris mei heredes ſunto: deficit portio unius ex filiis: an portio accreſcat Titio, an cæteris filiis tantum? putat cæteros filios præferri Titio in portionem vacantem: nam licet Titius, & filii ſint re, & verbis conjuncti, & deficientibus filiis omnibus, accreſcat Titio: uno tamen ex filiis deficiente, accreſcit cæteris filiis, non Titio. Quod verum eſt, quia filii pro una perſona habentur, & ſi unus partem legati agnoverit, & repudiarit, eidem potius portio accreſcit, quam collegatario, quia unum legatum non poteſt ſcindi, id eſt, nec res legata, nec actio: & ideo ſi ex una parte dixerit, ſe velle legatum, ex reliqua parte, nolle; tamen in totum legatum venit, *l. ſi cui res 58. lib. 2.* Altera ratio, quia etiamſi Titius non ſit re & verbis conjunctus filio, ſed filiis, filius filio eſt magis conjunctus re, & verbis, & filii Titio magis, quam

filius

filius Titio ? Ad eam rationem confirmandam adducunt *l. Interdum* 13. *in princip. de hered. inſtit. l. ſi quis Attio* 7. *de uſufr. accr.* quæ tamen non loquitur de jure sccreſcendi, ſed de partibus facieodis. Quidsm heredes inſtituit Titium, & filios fratris. Duo ſemiſses fient, unus dabitur Titio. Io *d. l. ſi quis*, legatum heredibus à ſemetipſis videtur, quia vice mutua obligati videntur, *l. ab omnibus* 104. *§. ſi Attio*, *l. Quid ergo* 90. *lib.* 1. Huic definitioni obſtat *l. pen. §. Lucius Titius teſtamento*, *ſap. lib.* 2. ubi legato relicto Sejæ et libertis, et his, quos teſtamento manumiſiſſet, adjecit. Ita ne de nomine familiæ meæ exest, donec ad unum ex illis proprietas perveniat: quæritur, an Sejæ debeatur dimidia, & alia msnumiſſis. Et ait, *perſpicuam eſſe voluntatem teſtantis omnes ad viriles partes vocantis*: ut autem id colligatur quidam ponit in *d. §. Lucius*, eum legaſſe libertis tsntum: quo caſu fiunt viriles. Et quod adjecit, Sejæ, et manumiſſi, hoc adjeciſse declarstionis cauſa, et Sejam fuiſse libertam, quod connumeretur numero eorum, qui ſunt ex nomine ſamiliæ, cx qus non poſset eſse niſi liberta: ſed in hac ſolutione ioeſt fraus, quod dicuot verba adjecta declarationis cauſa, quando legavit ante libertis ſuis: teſtameoto autem manumiſſi non ſunt liberti ſui, ſed orcini, Charoniaoi, liberti nullius, *l. ſi necem*, *de bonis libert.* et ſolebant legsre ſic, ut in *l.* 4. *de alim. leg.* Vaticinantur autem dum dicunt, Sejam libertam fuiſse, cum alumni plerunque ersnt ex nomine educatorum: et quod jus eſt in libertis, idem eſt in alumois, *l. in teſtamento*, *ff. de fideic. libert.* ubi cspiunt alumni ex imperfecto teſtamento ut liberi, et tutores dati teſtamento alicujus perinde atque ſi liberis dati eſsent, confirmantor, *l. Neſennius*, *§.* 1. *de excuſat. tut.* Et dubitabatur an ſuccederent ut liberi, *l. nutritoribus* 10. *C. communia de ſucceſſ.* an cum alumna eſset connubium, *l. ſi quis* 26. *C. de nupt.* Alii ut ſe expedisnt, dicuot, viriles partes fieri, quia legaverst per damnationem: quandoquidem (dari volo) ſuot damnationis verba, et inter legatarios per damnstionem non eſt jus accreſcendi: ſed male, cum ibi sgstur de partibus faciendis: sc præterea ſi ſint legatarii per damnationem, eſt inter illos jus accreſcendi ex voluntate teſtatoris ex his verbis, *donec ad unum ex illis proprietas perveniat*, ut mortui pars veniat ad ſuperſtitem, *l. codicillis* 34. *in princip. de uſuf. leg.* itaque fallontur cum dicunt id fieri, quia non ſit inter eos jus accreſcendi: quod falſum eſt. Deinde vitioſa eſt collectio hæc: non eſt jus accreſcendi inter eos: Ergo fient partes viriles: ſed in obſcura voluntate fient duo ſemiſſes: & partes viriles, ut conſtat cx textu, & spparet teſtatorem non tam habuiſſe rationem perſonarum, quam familiæ, quis legato ſubjecit cauſam: Et perinde eſt, ac ſi legaſſet familiæ: quo caſu fiunt viriles, *l. unum ex familia*, *§. ſi duos*, *& l. Cum pater* 77. *§. hereditatem*, *lib.* 2. Alterum eſt ex *l. utrum* 7. *de rebus dub.* legsvit quidam Titio poſtumo, vel poſtumis: uno nato, fient duo ſemiſſes, duobus natis, fient tres partes, & viriles: ſi legarit Titio, & filiis, quamvis, plures ſint, fient tsntum duo ſemiſſes: ſed aliud eſt legere Titio, & filiis: nam fient duo ſemiſſes, quia quando dixit, filiis, ſingulos potuiſſet nominare ſi voluiſſet, quia sutem hoc non fecit, videtur eos in unam partem coegiſſe: qui dixit, Poſtumis, idem dixit oeceſſario, nec eos nominare potuiſſet; & ideo videtur omnes, qui naſcentur, in unum corpus coegiſſe, & ſic fient viriles psrtes. Reſtat, ſi quis leget Titio & libertis, & heredibus, fieri duos ſemiſſes. Hoc confirmat *l. ſi pater* 9. *de vulg.* Quidam filio impuberi eoſdem, quos ſibi, & Titium heredes inſtituit, & ſit, Titium ferre ſemiſſem, beredes paternos ioter ſe dividere alterum ſemiſſem pro his partibus, pro quibus adierint: verum opponitur dictæ *l.* 9. *l. ult. C. de impub. & al.* filius cum ſuis filiis, & Sempronius heredes ſuoto: duo fient ſemiſſes, quia Titius, & filii ejus ſunt una perſona. Et hæc ſpecies non pertinet ad propoſitum. Altera. Quidam ſubſtituit impuberi duobus heredibus inſtitutis hoc modo: quiſquis mihi beres erit, & Titius impuberi heredes ſunto: ſi deceſſerit intra pubertstem, ait fieri debere tres partes, id eſt, viriles, cum *d. l.* 9. dicat, fieri duos ſemiſſes. Iidem illi ot ſolvant, dicunt, *d. l. ult.* ait, quiſquis mihi heres erit, & Titius impuberi heredes ſunto. Quiſquis, eſt articulus διανεμητικός; diſtributivus, & perinde ac ſi dixiſſet, ille, aut ille: in *d. l.* 9. non dixit, quiſquis, ſed heredes mei, præterea, & Titius heredes ſunto; quæ ratio eſt collectiva, qusſi videaotur heredes collecti in unum corpus. Sed nego ita factam ſubſtitutionem in *d. l.* 9. lex hoc ait: *ſi pater impuberi eos quos ſibi, & te unum præterea heredem inſtituit*: hic ſermo eſt ambiguus, & poteſt aptari magis ad poſteriorem formulam, & *l. ſeq.* & præcedens de hac formula accipi: *Quiſquis mihi heres erit, & Titius, &c.* Atque ita pugoat cum *d. l. ult.* ſed *l. ult.* eſt ex 50. deciſionibus. Et ſic corrigit *d. l.* nsm *d. l. ult.* ſit, de hac re quæſitum apud Ulpianum, & l. 8. eſt Ulpiani ad quam ſpectat *d. l.* 9. quaſi *§.* ult.

Ex Conjunctis uter utri præferatur.

De hac quæſtione dictum eſt ſupra:

An Subſtitutus præferatur conjuncto, vel heredi.

DE ordine ſervando inter conjonctos, & quis cui præferendos dictum eſt. Movet nunc Bartolus quæſtionem, an ſubſtitutus præferstur conjuncto. Et ejuſdem generis eſt, cujus cæteræ: & ſubſtitutus præfertur conjuncto, *l.* 2. *§. ſi duo*, *de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabulas*, Finge: Primum, & Secundum heredes inſtituit, & Secundo ſubſtituit Tertium: omittente Secundo, ſuccedit Tertius. Et pleriſque ratio hæc videtur, quod ſubſtitutus voluntate defuncti utatur, conjunctus lege, & potior eſt expreſſa voluntss: vellem dixiſſent, ſubſtitutum uti voluntate expreſſa, conjunctum tacita. Et quod ait *l.* 5. *de vulg.* per *legem Juliam* coheredi coheredis portionem accreſcere, non hoc ſigoificat, lege Julia jus accreſcendi introductum eſſe inter coheredes, ſed eam legem non impedire quin quandoque ſervetur jus accreſcendi; ut puta liberis: non probo, quod adjiciunt huic regulæ locum eſſe, etiamſi quibuſdam conjecturis teſtatorem ſubſtituiſſe aliquem voluiſſe appareat: nos loquimur de ſubſtitutione directa, in qua noo admittimus conjecturas voluntatis etiam apertæ; cum nolla ſit tscita inſtitutio, ot & ſubſtitutio directa nulla eſt, niſi exprimatur. Subſtitutionis duo ſunt caſus; unus non aditæ hereditatis, & eſt vulgaris, alter aditæ & mortis, & eſt pupillaris.

Longe alia eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria: nam in fideicommiſſis præcipue ſpectatur voluntas, *l. Quisquis* 95. *hoc tit.* Igitur oon poſſumus dicere ſubſtitutum præferri conjuncto, etiamſi tacitus, cum nullus ſit tscitus: fateor quidem nominatim ſubſtitutum præferri in alium caſum, *l. jam hoc jure*, *de vulg. & pupill. ſubſtit.* obſtat *l. quidam*, 30. *eod.* dicimus ſubſtitutum præferri conjuncto, ſi locus ſit ſubſtitutioni, alias non. In *d. l. quidam* locus oon eſt ſubſtitutioni, ideoque coheres vocatur ſpecies. Quidam heredem ſcripſit Proculum primo grsdu ex quadrante, & Quietum ex dodrante. Secundo gradu Proculo ſubſtituit Soſiam, Quieto Florum. Tertio gradu, ſi neque Quietus, neque Proculus heredes eſseot, ſubſtituit eis ex quadrante complures alios, non in quadraotem, ſed in plures uncias, quam faciat quadrans: nunc finge: Proculus primo gradu inſtitutus ex quadrante, & Soſia, qui & erat ſubſtitutus ſecundo grado, deceſſerat vivo teſtatore; poſt ejus mortem adiit

Quie-

Quietus. Quæritur an quadrans Proculi accreſcat Quieto, vel an pertineat ad ſubſtitutos tertio gradu: & ait, accreſcere Quieto, quod videatur ea fuiſſe voluntas teſtatoris, ut ita demum inſtitueret ſubſtitutos, ſi tota hereditas vacaſſet, id eſt, adjiſſent Quietus, & Proculus; quia dixit: ſi neque Quietus, neque Proculus heredes erunt. Et quod teſtator diſtribuit hereditatem in plures, quam duodecim uncias, hæc diſtributio probat, voluiſſe teſtatorem diſponere de toto aſſe: Et ex ea ſpecie intelligis quemadmodum ſit reſpondendum quærentibus, an ſi ſubſtitutus repudiet, quem diximus præferri, vel alio modo excludatur, tum veniat coheres: nam proculdubio veniet, ſi locus non ſit ſubſtitutioni: ſi locus ſit, ſed repudiet ſubſtitutus, coheres ad aliam partem admittetur, *l. 2. §. ſi duo, ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Et idem dicendum, ſubſtituto repudiante, excluſo, vel alio modo non admiſſo, coheredem uti jure accreſcendi: obſtat *l. pen. de inju. rup.* Portio deficiens coheredis cohæredi accreſcit, excluſo altero, quia coheres non adjit, & neutro admiſſu, vel uno admiſſo, excludetur ſubſtitutus. Finge: Primus, & Secundus heredes ſunto, ut in *l. 14. de lib. & poſt.* & ab iis poſtumus eſt exheredatus, valet inſtitutio; dein in ſingulorum locum facta eſt ſubſtitutio vulgaris, & à ſubſtitutis fuit præteritus poſtumus: agnatione poſtumi præteriti rumpetur ſubſtitutio. Primus repudiavit: vocatur ſtatim ſubſtitutus, ſed fruſtra, quia rupta eſt ſubſtitutio præteritione poſtumi, & poſtumus excludit ſubſtitutum Primi repudiantis, ſed & coheredem, licet velit adire: nec enim poterit adire, quia poſtumus ſuccedit ab inteſtato: nec una pars poteſt cadere in cauſam inteſtati, quin & altera cadat. Ergo hic jus accreſcendi non certat cum jure ſubſtitutionis: nam utrumque ſilet. Et hoc ſi in ſingulorum locum facta ſit ſubſtitutio, ſed Primo, & Secundo inſtitutis, ab hiſque poſtumo exheredato, & iis ſic invicem ſubſtitutis, uno ex iis repudiante, alter habet aſſem, quia potius videtur ei obvenire portio altera jure ſubſtitutionis, quam jure accreſcendi. Hæc eſt ſententia hujus leg. ſi ego, & poſtumus inſtituti ſimus, & ſubſtituti nobis alii, poſtumo ab inſtitutione ſola exheredato, & uno inſtitutionem repudiante, totum rumpitur teſtamentum: at vero invicem ſubſtituti ſumus, & ideo uno mortuo, aut repudiante, alius in ſolidum heres erit.

An conjunctus præferatur ei à quo legatum relictum eſt.

Si legatum ſit per vindicationem, pars non concurrentis accreſcet conjuncto, ſi per damnationem, non item.

Quibus caſibus non ſit locus juri accreſcendi.

NOn eſt in his caſibus, in quibus is, qui non fert partem, facit partem: facere partem eſt connumerari in partibus faciendis, vel impedire jus accreſcendi, *l. ſi duobus 16. in princ. l. hujuſmodi 84. §. ſi Titio, lib. 2.* ubi caſus ſunt, in quibus, qui ferant partem oſtenditur: ſed jure novo, id eſt, lege Julia non eſſe jus accreſcendi inter collegatarios, & coheredes, ut & jure etiam antiquo inter eos, ſi per damnationem legatum ſit. Atque ideo in *l. plane, 34. §. ſi conjunctim ſup. lib. 1.* tractatur de jure novo, vel ex jure antiquo legatum eſſe per damnationem, atque adeo poſſumus nos expedire à *l. dominus, de uſufr.* ubi teſtator legavit alimenta certorum prædiorum libertis, cujuſmodi legatum finitur morte: moriuntur quidam liberti: utrum emolumetum partium illorum accreſcet cæteris collibertis? minime: ſed ad proprietatem recurrit. Inde in legato alimentorum non ſervatur jus accreſcendi, quod præſumatur noluiſſe teſtator inter alimentarios eſſe jus accreſcendi, quoniam adjecit, *ob alimenta*: non idem ſi prædium legetur, ut in *l. ult. §. Sejo, lib. 2.* quia per fideicommiſſum legatum eſt. Eadem ratione interpretanda *lex 3. §. ſed etſi conjunctim de legat. præſt. cont. tab. bonor. poſſ. pet.* Finge: legatum conjunctim filio, & extraneo, Petita eſt bonorum poſſeſſio contra tabulas: filio, non extraneo conſervatur ſua tantum portio, & ceſſat jus accreſcendi, quia ibi legatarii ab initio partes habuerunt: in legato autem per damnationem non eſt locus juri accreſcendi, niſi fiant partes concurſu; ſecus ſi fiant, vel fieri intelligantur ab initio: male autem in *l. filium, §. ſi legata, de leg. præſt.* ceſſare ait Bartolus jus accreſcendi: nam hoc non pertinet ad jus accreſcendi. Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas legata præſtantur tantum liberis, non extraneis: ſi non peteretur bonorum poſſeſſio contra tabulas, vel omnibus conſervarentur legata, intervenit forte lex Falcidia, & reſcindit legata, nunc quia omnibus non ſervantur legata, ſed liberis tantum, exonerata eſt hereditas, & legatum, quod non ſervatur extraneis, non accreſcit, ſed prodeſt liberis, ne patiantur Falcidiam: nam hoc facit, ut ſolidum legatum capiat filius, quod oſtendit lex *ex aſſe, 52. ad l. Falcid. §. ult. d. l. filium*: cum quo pugnat *§. ſi legata d. l. filium*, cum eadem pene ſit ſententia: ſed corrupte legitur in *d. §. ſi legata*: non tamen, quod non extraneis præſtatur, prodeſt liberis, ſed Florentinæ Pandectæ rectius legunt, *tamen nunc*: nun eſt jus accreſcendi inter eos, qui nun eodem jure invitantur ad ſucceſſionem, *l. ſed cum patrono, 6. de bon. poſſeſſ. l. ſive 21. §. ex duobus, de jure patron.* Finge: heres ſcriptus eſt in teſtamento, in quo præteritus eſt patronus teſtatoris patronus petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ reſcindit partem teſtamenti, id eſt, dimidiam partem bonorum liberti: bonorum poſſeſſio, quæ datur filio, in totum reſcindit teſtamentum, atque ita ſcriptus heres dimidiam conſequitur, & patronus dimidiam, ſcriptus omittit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas; patronus contra tabulas agnovit: an portio heredis ſcripti patrono accreſcet, ſi dicas accreſcere, id erit tacito jure, *l. 2. §. ſi duo, de bonor. poſſ. ſec. tab.* quod etiam fit in ſubſtitutione, ut accreſcat ſine aditione: ſed non accreſcit pars altera patroni; ſed eam petit per bonorum poſſeſſionem contra tab. Atque ita in ſolidum habet, non ex jure accreſcendi. Non eſt jus accreſcendi in caſu *l. mulieri, & Titio 47. de cond. & dem.* quia mulier, remiſſa conditione viduitatis, admittitur ad legatum beneficio legis Juliæ: Et quæ inducuntur contra judicium teſtatoris non ſunt producenda latius: non eſſe jus accreſcendi poſt acquiſitionem, id eſt, portionem acquiſitam, & poſt amiſſam non accreſcere recte demonſtrat Bart. *l. aquam, §. ult. quemadm. ſervit. amitt., & l. 1. §. ult. de uſufr. accreſ.*

Excipitur uſusfructus, quia acquiſitus, & poſt amiſſus accreſcit: ſed hoc ideo, quia quotidie defertur, & acquiritur, & qui hodie eſt acquiſitus, ſi eo hodie nolis uti frui, accreſcit: ſed acquiſitus heri accreſcit, & non acquiſitus hodie, non accreſcit hodie. Male excipitur aſſignatio libertorum ex *l. utrum, 9. de aſſign. libert.* Duobus adſignavit libertum, unus deſiit eſſe in civitate, quia peregrinus factus eſt, non poteſt uti jure patronatus: vel unus ex his delatam ſibi hereditatem liberti repudiavit: alteri competit jus patronatus: acquirit igitur poſt ceſſionem: non ſequitur, quia hic nondum acquiſierat libertum: nihil enim egerat, quo oſtendi poſſet acquiſiſſe libertum: male excipitur caſus *l. 1. C. ſi liberalit. imperial. ſoc. ſine herede deceſſerit.* Duobus Imper. donavit prædium; unus ex his mortuus eſt nullo herede relicto: portio ejus obveniet conſorti: ſed hoc non jure accreſcendi, ſed ſucceſſionis: nam qui alium non habet ſucceſſorem,

rem, habebit conſortem. Male etiam excipitur caſus, *l. ſi minor 61. de aquiren. hered.* Dun heredes inſtituti ſunt, quorum unus mox adiit, & deinde abſtinuit reſtitutus, quæritur an reſtituti portio coheredi accreſcat? ſic ſane, ſi velit coheres, ſi nolit, non cogetur: ſed accreſcit pars illa acquiſita, & omiſſa non jure accreſcendi, quia obveniret invito, ſi veniret jure accreſcendi. Eaque ratio eſt Novellæ 1. in qua pars coheredis, qui non paret defuncti voluntati accreſcit alteri, ſed volenti: male etiam excipitur caſus *l. qui patris 59. de acquir. hered.* Pater heredem ſibi ſcripſit, atque impuberi filio exheredato, aut inſtituto ſubſtitutionem fecit: ſi exheredatu, & ei ſubſtitutus ſit heres patris, & ante deceſſit, quam locus eſſet pupillari ſubſtitutioni, & ſic moriatur filius, hereditas accreſcit heredi heredis, & ſubſtituti: ſed ſi inſtituto, & pupillus adiit, & ſic uterque acquiſivit, dein mortus eſt filius antequam locus eſt ſubſtitutioni pupillari, hereditas accreſcet heredi heredis, ejuſdemque ſubſtituti: ſed dicendum eſt, ibi non tam ſpectari bona paterna, quam pupilli, ut ſcilicet jure accreſcendi ea accedant bonis parentis, quæ non poſſunt accreſcere jure ſubſtitutionis.

An portio deficiens accreſcat invitis.

SEparandi ſunt re conjuncti ab aliis, quod re conjunctis invitis accreſcit, quia ſingulis palam ab initio ſolidum relinquitur: ut Titio fundum Sejanum lego: Mævio fundum Sejanum lego: & concurſu partes fiunt: unum autem legatum non poteſt ſcindi, & qui partem capit, totum capit, pars agnita trahit ad ſe partem repudiatam: At re, & verbis conjunctis invitis non accreſcit, quia non ita palam ſolidum relinquitur ſingulis, ut oſtenditur in conſtitutione de caducis toll. Exemplum hoc ſit. Primo, & Secundo fundum Sejanum do lego, & duo videntur eſſe legata, & alterum capienti licebit alterum repudiare. Idemque de verbis tantum conjunctis magis dicendum eſt, quia his ab initio partes Legantur, & adſcriptio hæc partium facit duo legata. Et hæc omnia intelliguntur de collegatariis: nam coheredibus ſemper accreſcit invitis, ut ait *§. his ita, C. de caduc. toll.* quia abſurdum eſt, ejuſdem hereditatis partem agnoſcere, alteram non, ut *l. 7. ff. de bon. libert.* aut ut in *l. ſi patronus 12. §. ex teſtamento, eod.* abſurdum eſt, teſtamentum pro parte valere, pro parte non. Hoc idem poteſt dici de legatis, ſive de legatariis re conjunctis: nam ut ait Paul. *lib. 3. Sentent. tit. de legat. §.* ejus rei, ab herede ad legatarium pervenit exemplum, id eſt, ut non ſcindere poſſit legatum, ſcilicet unum idemque. Porro juris fictione heredes ſive conjuncti, ſive disjuncti, ſive inſpecta figura verborum, ſe tantum, aut verbis tantum conjuncti juris fictione habentur pro re conjunctis, id eſt, ſingulis videtur datus as, quantumvis à teſtatore ſeparati ſint. Hinc alia differentia inter jus ſubſtitutionis, & jus accreſcendi: nam jus ſubſtitutionis obvenit volenti, jus accreſcendi invito: lex Julia, & Papia non tollit jus ſubſtitutionis, ſed jus accreſcendi. Porrigitur jus accreſcendi in heredem heredis legatarii: Jus ſubſtitutionis eſt ſingulare, quod non transfertur in heredem heredis, qui deceſſit ante ei delatam hereditatem. Qui compulſus adiit hereditatem, jus ſubſtitutionis non amittit, ſed jus accreſcendi amittit. Duo ſunt coheredes, & alteri alter ſubſtitutus: ei qui adiit ſubſtituti repudiantis portio accreſcit invito: ſed quia ei hoc obvenire potius videtur jure accreſcendi, ex *l. pen. de inj. rupto teſtam.* ſine nova aditione, *l. ſi quis heres 35. de acquir. hered. l. teſtamento, C. de impuber. & aliis.* Et propter l. Papiam hoc fit jure ſubſtitutionis, quia tollebat jus accreſcendi; alioquin ſi eſſet locus juri accreſcendi, non opus eſſet jure ſubſtitutionis. Addamus quædam his, quæ diximus ſup. Opponitur *l. ſi minor 61. de acquir. hered. & Novella 1.* verum non eſt proprie jus accreſcendi, ſi acquiſitæ portioni acquiſita accreſcat, ſed ſi acquiſitæ non acquiſita; at in *d. l. minor, & d. Novella* acquiſitæ portioni acquiſita accreſcit, & ea non accreſcit invito beneficio conſtitutionis, & in *l. 1. ſi liberalit. imperial. ſoc. ſine her. dec.* conſortis portio alteri accreſcit volenti tantum: ut Princeps donavit quibuſdam fundum, vel villam: unus eorum deceſſit, nullo relicto penitus ſucceſſore, ipſo jure caduca ſunt ejus bona, & cætera bona vindicabit fiſcus, ſed non fundi portionem. Conſors excludit fiſcum.

Objiciunt quidam, ſed male *l. ſi ſolus 80. §. ult. de acquir. hered.* ſervus meus ex parte inſtitutus eſt pure, ex parte ſub conditione, dato coherede: ſervus juſſu meo adiit: deinde manumiſſus eſt: poſt manumiſſionem extitit conditio, an altera portio acquiretur mihi? Et mihi quidem pura portio acquiritur, conditionalis ſervi eſt: & ſi non ſit manumiſſus, opus erit juſſu domini. Et quod dicitur, ſemel adeundum, hoc verum eſt in una perſona, id eſt, ſi non acquiratur alicui per alium, ut ſervo per dominum, portio conditionalis invito non accedit domino, ſed ſervo. Et ille §. pugnat cum *l. ſi quis heres 35. eod.* in *l. 35.* paria permanſiſſe omnia dicunt, & eodem tempore delatam hereditatem. Finge: Primus, & Secundus inſtituti ſunt. Primus eſt ſubſtitutus alteri, qui adiit ex ſua inſtitutione. Poſtea repudiat. Secundus videtur adiiſſe ex ſua aditione, ſed ſi mens inſpiciatur, jure accreſcendi: ſi verba, jure ſubſtitutionis. Idem eſt, ſi ſervus, juſſu domini adierit, deinde manumiſſus adeat ex cauſa ſubſtitutionis: *erunt namque heredes*, ut eſt in *d. l. 35.* intellige patrem, & dominum, non filium emancipatum, aut ſervum. Ratio eſt, *quia ſunt appendices præcedentis inſtitutionis*, *d. l. 35.* id eſt, ſunt acceſſiones magis, quam ſubſtitutiones, & remedia introducendi juris accreſcendi contra leg. Papiam. & tamen *l. ſi ſolus, §. ult.* ait, portionem delatam ex inſtitutione conditionali comitari manumiſſum, non dominum, quia illa inſtitutio non fuit appendix inſtitutionis puræ, quoniam fuerat datus coheres, qui, niſi conditio extitiſſet, jure accreſcendi tuliſſet eam partem, ideoque opus eſt nova aditione, vel manumiſſo, vel non.

An accreſcat cum onere, cui accreſcit?

DIfferentia eſt inter re conjunctos, & alios: nam re tantum conjunctis accreſcit ſine onere, ut in *l. un. C. de cad. toll*, quia ſingulis palam ſolidum legatum eſt, & ideo videtur ſuum capere, ſuo autem legato non eſt adſcriptum onus. Re, & verbis conjunctis, & verbis tantum conjunctis accreſcet cum onere, quia videntur capere alienum legatum; & hæc plerumque dicuntur de onere fideicommiſſarii pecuniarii, aut fideicommiſſariæ hereditatis; & ſervantur eadem in conditione, ut re conjuncto accreſcat ſine onere implendæ conditionis, quæ adſcripta fuerat legatario, & loquitur *lex ſi ſeparatim, de cond. & dem.* de re conjuncto: lex *ſi quis legata 54. §. 1. eod.* de conjuncto re, & verbis. Idem in coheredibus, ut ſcilicet eis accreſcat ſine onere legati, aut fideicommiſſi, quia ſemper cenſentur re conjuncti, ut oſtendit *lex pater. 29. §. ult. lib. 2.* Nam ut coheredi quaſi ſubſtituto accreſcat cum onere legatorum, & fideicommiſſorum portio coheredis deficientis quacunque ex cauſa, id eſt, ex conſtitutione Severi, onera inſtituti ſubſtitutum ſequuntur, *l. licet 24. lib. 1.* onera coheredis, coheredem quaſi coheredem ſequuntur, non conditiones, *l. mortuo 49. §. ult. l. ſi Titio 61. §. 1. ſup. lib. 2.* Caducum, vel quaſi caducum fiſco vindicatur cum onere ex l. Julia, & Papia, *l. quidam 96. §. quoties lib. 1. l. in falſo 60. §. 1. de cond. & dem.* quæ indignis auferuntur, quæ dicuntur ereptitia, cadunt in fiſcum cum onere, Atque ita correctus eſt *§. ult. d. l. 29.* in quo dicitur coheredis portionem alteri accreſcere ſine onere.

An

An Legata remaneant apud heredem cum onere.

CAduca ſunt, quæ deficiunt variis ex cauſis: nam ſunt caduca, vel in cauſa caduci. In cauſa caduci ſunt, quæ deficiunt vivo teſtatore poſt teſtamentum. Caduca poſt mortem teſtatoris, antequam dies legati cedat: hæc remanent apud heredem ſi ſit ex parentibus per legem Papiam, hodie apud quemcumque: Et hæc accreſcunt cum onere, *l. 29. in prin. lib. 1.* & in *Conſtit. de cad. toll.* Alia ſunt legata inutilia, quæ habentur pro non ſcriptis: & hæc remanſerunt apud heredem ſemper, & ſine onere, quia onus eſt etiam pro non ſcripto, exceptis duobus caſibus in *l. cum vero 26. §. ſi pro non ſcripto, de fideic. libert. l. ult. de his, quæ pro non ſcriptis, infra.* Deficiunt etiam quæ repudiantur: quæ deficiunt poſt diem legati cedentem, ipſo jure remanent apud heredem: nam fere ex ceſſione ubi eſt directa actio, vel eam poſſum mihi parare, omiſſa ceſſione, eſt utilis, Bartol. in *l. 8. §. certum, ſup. lib. 2.* Quædam legata ſunt, quæ finem accipiunt, ut uſusfructus, alimenta, & finito uſufructu, finitur onus, *l. Titia 19. de ann. leg.* & ſunt legata, quæ adimuntur ab ipſo teſtatore, & remanent apud heredem ſine onere, niſi aliud probetur.

Pro qua parte accreſcat coheredibus, vel collegatariis.

OMnibus accreſcit pro rata partium ex quibus heredes ſunt tam legitimi, quam teſtamentarii, & quolibet alio jure, ut & legatariis, *l. Mævio, lib. 2. l. ſi ita 66. de her. inſt.* nec obſtat quod ait *l. un. de cad. toll.* collegatariis accreſcere pro virili portione: nam virilis portio poteſt eſſe rata portio, ſi viriles partes habeant in legato, *§. ult. de inoff. teſt. Inſtit. pro rata,* inquit, id eſt, *pro virili portione, & l. 1. C. unde liberi, pro rata,* id eſt, pro virili: ſive ex æquo. Rata portio eſt, quod obtingit ex ratione ſive proportione, *ἀναλόγως*: ſi legatarii habeant partes viriles, id eſt, æquales, omnes accreſcent per partes viriles; ſi partes inæquales, eis accreſcet etiam pro virili, ſed ad rationem legati cujuſque pro ratione: *τὸ ἐπιβάλλον μέρος*, portio contingens, *l. domino 16. ad SC. Syll.* Poſſet quæri non jam de parte quæ accreſcit, ſed de legatis, quæ remanent apud eos à quibus relicta ſunt, pro qua parte remanent; ſcilicet pro ea parte pro qua eis præſtandis obligati erant, remanent: pro qua parte obligentur alieni eſt operis.

Qua actione petitur id quod accreſcit.

ACtione videlicet eadem, qua hereditas, vel legatum petitur: nam jus accreſcendi eſt jus hereditatis, vel legati integrum, nec deminutum per concurſum. Quidam id probant, ſed male, ex *l. ſi mihi 12. lib. 1.* ex qua ſumunt hæc verba: *ſi voluero eam rem ex meo legato ad me pertinere, ut tota mea ſit,* quæ ſcilicet erat mihi, & tibi legata. Ergo jure mei legati tota mea ſit, non jure alieni. Species hujus legis hæc eſt: Mihi, & Titio eadem res conjunctim legata eſt: poſt diem legati cedentem deceſſiſti me herede relicto; atque ita poſſum ex legato agere, vel ex cauſa hereditaria, ait *l. ſi Titio 55. de hered. inſt.* & mihi præterea ex mea propria cauſa agnoſcere legatum, & repudiare ex hereditaria cauſa, & contra: atque ſi repudiem ex alterutra, pars deficiens manet apud heredem. Hoc pugnat cum *d. l. 12.* ſed utraque idem exprimit, una de repudiatione, altera de agnatione; Et ſi mihi ſoli una res legetur, non poſſum ſcindere legatum, *l. ſi cui res 58. lib. 2.* ſi tamen plures heredes reliquero, & legatum in plures tranſmiſerim, legati petitio ſcindetur, *l. legatarius 38. lib. 1.* ſi mihi, & tibi eadem res ſit legata, et tu repudies partem tuam, non poſſum quo-

A que ſcindere: verum ſi non repudies, ſed eam tranſmittas in me, quia me heredem reliquiſti, poſt diem legati cedentem poſſum ſcindere, quia concurriſſe videtur, qui legatum tranſmiſit: concurſus autem ſcindit legatum, ut & alii heredi tuo licebit, & mihi partem meam ex mea cauſa repudiare, & tuam ex hereditaria petere; & ſi velim totum habere, agnoſcam legatum ex utraque cauſa; & ſic ſi velim totam rem ex meo legato, poſſum ex hereditaria cauſa petere: Et ſi voluero eam rem ex legato meo ad me pertinere, ut tota mea ſit, reliquam partem ex hereditario legato petere; & ſic male colligunt quicquid accreſcit, accreſcere jure legati, licet verum ſit: id autem male probant ex *l. pen. ut leg. nom. cau.* ubi promiſſori accrevit, id eſt, ei, qui ſatiſdedit legatorum nomine: ſi portio coheredis ac-
B creverit cum onere præſtandi legati, & loquitur lex de portione coheredis, quæ alteri accrevit cum onere, & ſic non poſſis inde colligere partem coheredis coheredi jure hereditario accreſcere. Idem male colligitur ex *l. ſi Titio 33. §. 1. de uſufr.* Duobus res legata eſt, unus amiſit ſuam partem: is ipſe nunc vindicat portionem, quæ vacat, repellitur exceptione rei judicatæ, quia eadem actione agit, qua repulſus eſt; ideo eadem actione petitur quod accreſcit; ſed ratio eſt, quia rem ſuam non habet, quia judicatum de jure legati integro.

An jus accreſcendi trahatur ad bona impuberis coheredis.

C PAter inſtituit impuberem filium ex parte, extraneo coherede inſtituto ex altera; moritur filius, vel repellitur ab hereditate patris: extraneo accreſcet portio filii ex qua is inſtitutus fuit; ſed an accreſcent cætera pupilli bona, ut quæ ex fratre, & matre habuit? minime: quia ei non relicta ſunt: Jus accreſcendi enim non efficit, ut aliud quam teſtator voluit habeas. Quid ſi extraneus ſit ſubſtitutus pupillaris, & filius deceſſit impubes? poſt aditam hereditatem extraneus jure ſubſtitutionis bona alia pupilli conſequetur, quia teſtamentum non poſſum facere de parte bonorum, ſive mihi, ſive impuberi teſtamentum fecero: An & jure accreſcendi? ſic videtur. Ratio eſt, quia coheres impuberis adiit ex ſua inſtitutione, & exiſtente caſu ſubſtitutionis, non poteſt omittere partem hereditatis patris
D acquiſitam pupillo, *l. quidam 20. C. de jure delib.* quia ei magis accreſcere videtur; ideo non poteſt repudiare. Quæ autem jure ſubſtitutionis accreſcunt, repudiari poſſunt: nec obeſt, quod acquiſita pars fuit pupillo, & acquiſita non accreſcit acquiſitæ: verum jus illud accreſcendi titolo, & ſubſtitutionis remedio conceptum in caſum acquiſitæ hereditatis: qua de cauſa trahitur ad omnia bona pupilli: jus accreſcendi non trahitur ad aliam hereditatem; ſed jus ſubſtitutionis, imo, & jus accreſcendi, quod competit remedio ſubſtitutionis; & eodem jure eſt heres ſubſtituti quo ſubſtitutus: nam heredem ſubſtituti ſequentur bona filii impuberis, *l. qui patri 59. de acquir. hered.* ex qua ut quem ſibi facit pater neceſſarium heredem, eum facit etiam filio, ita is, qui ſe obligat hereditati paternæ adeundo pro ſua par-
E te, conſequenter etiam obligatur pupillo invitus, & heres fit neceſſarius; obligatio autem paſſiva omnis tranſmittitur, licet moriar pendente conditione, *l. legato 65. de cond. & dem.* Quoties ex inſtitutione, vel aditione mea obligor hereditati paternæ invitus, etiam obligor hereditati pupillari: ergo & heres meus.

An ſit jus accreſcendi inter dominos ſi ſervo communi legatum ſit uno repudiante.

Obſtat *lex Proculo, de leg. 2.* ex ſententia Jul. *l. 1. §. 1. de uſufr. acc.* ſed verior eſt ſententia Juliani.

Quemadmodum inter coherdes, vel collegatarios teſtamentarios unus alteri præſertur, an ita ſit in heredibus ab inteſtato, vel legitimis.

PAtri heredes ſunt duo filii ab inteſtato, & duo nepotes ex filio jam mortuo: quo caſu fiunt tres partes: uno ex nepotibus moriente, accreſcit tantum nepoti fratris, non patruis, *l. ſi duobus 12. in princ. de bon. poſſ. contr. tabul.* patri heredes ſunt duo filii ex uxore una, & duo filii ex altera: omnes ſunt conſanguinei, quia ex eodem patre, & ſunt fratres agnati, nam uterini ſunt cognati, ſi unus deficiat, alteri accreſcit, licet in Nov. 84. in ſucceſſione præferatur utroque parente conjunctus; ſed hic quia de ſucceſſione paterna agitur,

An ſine nova aditione accreſcat legitimis heredibus.

Lege 6. de bon. poſſeſſ. l. 3. §. ſi duos, de contr. tabul. verum eſt.

An accreſcat cum onere?

Lege ſi Titio 55. §. ult. lib. 2. hoc verum eſt in omnibus heredibus.

An in omnibus negotiis inter vivos, inter conjunctos, vel conſortes ſit jus accreſcendi? & modo eſt, modo non in legatis, & hereditatibus.

JUs accreſcendi ducitur ex voluntate veroſimili, quæ non minus valere debet in actibus viventium, quam defunctorum. Itaque ut in his, ita in illis eſt admittendum jus accreſcendi, ut in contractibus, & in aliis negotiis inter vivos. Finge: ſtipulatus ſum mihi, & Titio decem inutiliter: Titius mihi utiliter: an id, quod ſtipulatus ſum Titio, mihi accreſcat? minime, *§. quod ſi quis, de inutilibus ſtipulat.* & in dubio melius eſt pronunciare pro promiſſore: nec tamen dicendum idem ſequendum eſſe in legatis relictis duobus, uni utiliter, alteri inutiliter ab initio: Et *lex hujus modi 84. §. ſi Titio, & l. plane, lib. 1.* ſunt de legato damnationis. Et ſic differentia eſt inter ſtipulationes, & legata. Finge: Quidam ex cauſa donationis mihi, & Titio utrique utiliter uſumfructum conceſſit: an amittente Titio, mihi accreſcet? minime: quia volunt ab initio partes facere. Et quod dicitur in *l. 1. §. ult. de uſufr. accreſc.* uſumfructum quotidie conſtitui, & legari, non eſt accipiendum de ceſſione, quæ fit inter vivos, ſed de legato tantum ubi *conſtituitur*, intellige, jure legati. Finge: Rem donavit mihi, & Titio, non uſumfructum, Titio amittente, vel omittente, non accreſcet pars deficiens: nam & donationes in jure ſunt anguſtæ, ideoque non recipiuntur, ſi non ſcriptis mandatæ. Item donatio omnium bonorum non valebat, niſi res ſingulas donaſſet: & *l. 1. C. ſi liberalit. imperial. ſoc.* non eſt de jure accreſcendi, ſed de jure ſucceſſionis: princeps duobus conceſſit fundum: unus ex his, nullo ſucceſſore relicto, deceſſit: ideo bona ejus ſunt fiſci. In partem fundi ſuccedet conſors beneficio conſtitutionis. Finge: Ego in vendendo fundo, excepi ſervitutem mihi, & vicino meo, ſed inutiliter: tota ſervitus ad me pertinebit, atque ita mihi accreſcet; ſed hoc quia ſervitus eſt individua, excepto uſufructu, *l. proprium 5. ff. commun. præd.* Ego emi fundum mihi, & Titio, vel uſumfructum rogavi, ut mihi venderet, multum intereſt quin contrahat, *l. cum ab eo 41. de contrah. empt. l. ſervi 16. de per. & com. rei vend.* Titio inutiliter: totus fundus ad me pertinet, *l. fundus 64. de contrah. empt.* quia id agi veriſimile eſt, ut mihi totus fundus tradatur, *arg. l. 1. C. de vend. rer. fiſcal. cum privat. com. l. 2.*

A *C. de commun. rer. alienat.* ut facilius fiſcus inveniat emptorem. Facilius totum emimus quam partem, ſervus meus emit, & accepit mihi, & Titio extraneo, an acquirit mihi totum? nihil agit in parte, *l. per ſervum 37. §. ſi cum mihi, de acquir. rerum domin.* Et tamen ſi ego emero mihi, & Titio, totum conſequar, quia me emente mihi, eſt veriſimilius me emere totum mihi voluiſſe: ita non eſt veriſimile in ſervo, cum mihi adjunxerit extraneum: male admiſere, ſi ſervus communis ſtipuletur, aut contrahat inter duos dominos eſſe jus accreſcendi, quia duo domini non videntur conjuncti, niſi inſpecta perſona ſervi, *l. 1. §. 1. de uſufr. accreſc.* male etiam adſertur in eam rem *l. ſive patronus 21. ff. de jure patronat.* quia ea lex pertinet ad ſucceſſiones ab inteſtato, id eſt, bonorum poſſeſſiones, quæ indicant

B ſucceſſionem ab inteſtato. Species legis: Duo ſunt patroni, unus libertus, qui eis non reliquit debitam portionem, eoſque præteriit, & ſic eis competit bonorum poſſeſſio contra tabulas: unus obiit, vel amiſit jus patronatus, an alteri competit contra tab. utriuſque partis? Et hoc eſt certum: in ſucceſſionibus ab inteſtato eſt jus accreſcendi, *l. communi 24. infra, de bon. libert.* Quid ſi libertus de uno juravit, eum non eſſe patronum, ut in *l. ſi duo 13. de jurej.* cum ageretur de præjudicio an eſſet libertinus? jurejurando deſiit eſſe patronus, *l. eum qui 30. §. ſi libertus, eod.* An igitur alter habebit utriuſque partis jus integrum? & *d. l. 13.* ait, ſi is de quo juravit, vere patronus fuit, partem faciet patrono; atque ita alter non habet jus utriuſque integrum, nam jusjurandum ei tantum prodeſt, qui juravit, non alii, jusjuran-

C dum prodeſt liberto, & ejus heredibus, ſed non prodeſt compatrono: ut jusjurandum non prodeſt partui, *l. 3. §. unde Marcellus, de jurejur.* ſi non ſit patronus, partem non faciet, eadem loquendi forma eſt in *l. 1. §. adverſus, D. ſi quid in fraud. patr.* Cæterum quod ait *d. l. 13.* ſi patronus paratus ſit probare eum de quo juravit libertus patronum non eſſe, diſceptabitur apud judicem de hoc. Interim jusjurandum eſt indicium, & argumentum, eum non eſſe patronum. Et ex eo colligitur, probationem incumbere patrono, ut probet ſe patronum eſſe, & libertum pejeraſſe, quia ſi ab una parte eſſet præſumptio, probatio transferretur in alteram: male in hac quæſtione adfertur *lex uxorem 41. §. agri plagam, hoc tit.* ponit tantum teſtatorem juſſiſſe vendi fundum Titio, & Mævio, quod eſt fideicommiſ-

D ſum, non contractus, & inter eos non eſt jus accreſcendi, quia ſunt fideicommiſſarii.

An inter eos quibus eadem res donata eſt mortis cauſa, ſit jus accreſcendi.

EX *l. un. de cad. toll.* jus accreſcendi eſt, quia ad exemplum legatorum rediguntur mortis cauſa donationes, *l. 2. de Public. act.* quia ſicut legata per vindicationem ipſo jure ex 12. tabul. ſine traditione heredis, apprehenſione poſſeſſionis, acquiruntur, ita mortis cauſa donationes. Eadem eſt ratio adſignationis liberti: nam ſi duobus ſit adſignatus libertus, inter eos eſt jus accreſcendi, *l. 5. de adſign. libert.* nam ad-

E ſignare libertum, eſt quodammodo legare, quia libertum non poſſumus legare *l. 6. eodem.* Eadem ratio eſt mortis cauſa capionum, legavi tibi ſi decem heredibus dares, unus heredum repudiat, an debes alteri dare integra decem? Et hoc verum eſt, *l. qui duobus, 23. de cond. & demonſt. l. Thais 41. §. Stichus ſervus, de fideic. libert.* Et longe alia ſententia eſt *l. pen. de cond. & dem.* quæ opponitur, nam ubi dixit, lego tibi id, ſi Titio, & Mævio centum dederis, enumeratio perſonarum ſcindit conditionem, atque ita legatum, & mortuo Titio dabis tantum partem, quia non dixit collectivo nomine, heredibus, ſicut fit in legato damnationis, & fideicommiſſo, utpote ſi juſſerim Titio, & Mævio dari: & ſic affirmandum in legato damna-

Digitized by Google

damnationis, & fideicommiſſo jure antiquo interdum admitti jus accreſcendi exemplo mortis cauſa capionum, ut ſi juſſerit dari collectivo nomine filis vel heredibus, non ſingulari nomine, ut Titio, & Mævio.

Ad L. Prædiis 91. & l. Oſidius 97.

COloni ſunt conductores fundorum (Gall. *fermiers*) & illi erant tam liberi quam ſervi proprii: ſervorum propriorum aut colonorum alii colunt fide dominica, hique habentur pro inſtrumento, & eo continentur: alii colunt mercede illata à domino, & fructus vendunt ſuo arbitratu, ut extranei coloni, & non continentur inſtrumento, *l. Sejæ 20. §. 1. de inſtr. vel inſtr. leg.* Et in eam rem citatur *l. cum de lanionis, §. cum de villico, eod.* Reliqua colonorum ſunt mercedes, quæ debentur ex ratione locationis & conductionis, Gallice, *les arrerages, que doivent les fermiers*. Actores ſunt villici præfecti rei ruſticæ, & rationibus fundorum, & calendario, quod exercent, & rationes diſpenſant tanquam domini, *l. pen. in princ. de adim. leg.* ubi eundem facit actorem, & villicum. Reliqua actorum ſunt, quæ ex ea adminiſtratione debentur domino, quæ dicuntur reliqua villicorum in *l. Sejæ 20. §. prædia, de inſtruc. & inſtrum. leg.* Præceptio eſt, quod præter hereditariam partem heredi relinquitur, & ſumitur ex media hereditate, *l. Lucius, 88. §. quiſquis, ſup. lib. 2.* Et hoc eſt quod dicitur è medio ſumito, Gallice, *par preciput*, & ea ratione capitur id jure hereditario: nam pro ſua parte capitur jure hereditario, ex parte heredum jure legati, & capitur jure hereditario, ſi adjerit partem hereditariam; ſi omiſerit, capit jure legati, *l. in quartam 91. D. ad leg. Falcid.* Reditus eſt proprie, & ſemper in jure qui redigitur ex locatiune fundorum, *des formes*, à conductoribus, vel à colonis ſervis, vel ab actoribus & villicis, in *l. pen. §. inſulam, lib. 2. l. fundi 38. de uſu & uſufr. leg.* & in *l. liberto 21. in princ. de ann. leg.* ubi *emptoribus fructus*, id eſt, conductoribus: nam conductores olim appellabantur emptores vel redemptores. Reditus à redigendo, & redactus dicitur: Et eo fit ut reditum pecuniæ dicamus fœnus ex ea redactum, *l. Titius 24. de præſcr. verb.* quia redigitur ex locationibus quaſi pecuniæ, & ob id uſura dicitur merces. Horatius.

Omnia conductis coemens obſonia nummis.

Et non male dicimus uſuram reditum pecuniæ: Species hujus legis hæc eſt: Pater filiæ heredi inſtitutæ ex parte legavit certa prædia cum reliquis colonorum, & actorum, id eſt, cum reditu reliquo omni. Poſt teſtamentum vivus teſtator exegit reliqua à colonis, & ea vertit in rationem Kalendarii, vel in Kalendarium, & occupavit fœnori, Quæritur an ea pecunia filiæ debeatur? & ait, non deberi, quia deſiit eſſe in reliquis colonorum, & actorum, licet modo videatur pertinere ad rationem actorum, qui ſunt in eadem regione, & actoribus convenit onus exigendæ pecuniæ: verum pecunia quidem pertinet ad rationem actorum; ſed non eſt in reliquis actorum, nec colonorum. Ergo non eſt in legato filiæ; Et licet legati ſint actores, non propterea filiæ legatæ videntur pecuniæ, quæ pertinent ad eorum rationem. Et ita in ſpecie *d. leg. Sejæ, §. prædia, de inſt. leg.* ubi legat prædia certa cum reliquis colonorum, & actorum, & ait non contineri reliqua, ſi finita conductione coloni, interpoſita cautione, is de colonia diſceſſerit. Finge: finito tempore conductionis, novatione facta, pecuniam quam reliquati erant actores, dominus transfudit in ſtipulationem; atque ita non poteſt peti ex locato ſed ex ſtipulatione; Et hæc novatio facit ut non contineantur reliquis: nam reliqua debentur tantum ex locato. Ergo non ſunt amplius reliqua, facta ſtipulatione, *l. ult. §. ult. infr. de lib. leg.* colonia in jure ſæpe vocatur fundus conductus, & idem pene ac villa. Et ita in *l. ejus, §. 1. ad municip.* colunia accipienda eſt, non ut Budæus voluit.

Ad L. CXVII.

O*Sidius*: Tert. de præſcriptione contra hæreticos, ait, quemdam Oſidium Medeam tragœdiam ex Virgilio exſuxiſſe. Ait, *reliqua relegaverat*. Relegare, aut relegari dicitur, quod repetitur, ut uſumfructum lego: Et ſi fueris captivus, eundem tibi lego, *l. 3. §. ult. Quibus modis uſusf. amitt.* Et relegari dicitur, ſi cui res ſua quodammodo legetur, id eſt, reddi potius, quam dari, & ob id dos relegatur uxori, *l. cum pater 77. §. fidei tuæ, lib. 2. l. 2. §. mulier, de dot. præleg.* Dos eadem ratione dicitur prælegari, qua ratione ſervo dicitur peculium prælegari, & debitori & creditori obligatio, id eſt, ſuum jus. Et ob id in hac lege, reſpectu peculii, & reliquorum dominus actori dicitur relegare. Prælegari dicitur ſi cui res quodammodo ſua legetur, alias prælegare eſt præcipui jure relinquere heredi ultra hereditariam partem; alias, quod eſt legatum prima parte teſtamenti, *l. Titia 87. §. Seja, lib. 2. l. uxorem 41. §. 1. hoc lib.* Prelegare item dicitur per damnationem legare, *l. legata ſub conditione, 41. de cond. & dem.* ubi legitur Flor. *delegari non potuerunt*: id eſt non potuerunt legari per vindicationem: nam res aliena non poterat legari per vindicationem, nec debita. Idem eſt de legato ſinendi modo relicto, id eſt, vindicationis modo. Id demonſtatur in *l. tantum quiſque 88. de verb. ſignif.* ubi non dicor tantum habere quantum poſſum ex meis nummis habere, cum rem alienam viderer habere. nam fundi alieni legatum per vindicationem nullum eſt, *l. alienus 61. D. ad l. Falcid.* Alienus fundus legatus eſt: heres eum non poteſt emere juſto pretio: cogitur pretium dare; *confitendo*, inquit, *heres poterat veram æſtimationem præſtare*, id eſt, actio legati creſcit inficiatione in duplum: ſed legati per damnationem tantum: ideoque ait, *confitendo*. Ergo illa lex eſt de damnationis legato. Rurſus, *d. lex legata ſub cond.* ait, *Interim delegari non potuerunt*, id eſt, pendente conditione non potuerunt legari per vindicationem.

Sciendum eſt, poſt redditas domino rationes ab actoribus, vel procuratoribus duo fieri genera ſcripturarum, pariationes, vel reliquationes quibus ſcriptum eſt, pleniſſime ſatisfecit domino, Gall. *fin du compte* & in *l. ult. §. 3. de condict. indeb. In pariationibus*, id eſt, *ala fin du compte*, inſeri & hoc contractu nullam amplius controverſiam eſſe, id eſt, nihil reſtare. Pariationibus opponuntur reliquationes, *l. Julius, 81. de cond. & dem.* pariare, parem calculum, & rationem facere, paria facere, in *l. ult. §. ult. de doli except.* & *l. 4. §. proinde, de manumiſſ. l. pen. §. conductores, de jure immunit*: paria facere, id eſt, adimplere conductorem, id eſt, perſolvere creditori integrum debitum, *l. Sticho, §. ult. de ſtatulib.* paria facere, id eſt, non eſſe reliquatorem, in qua lege in fi. eſt emendandum, dum ait ſervos, qui juſſi eſſent paria facere, ita demum liberos fore, ſi aut ei pariant, aut per heredem, &c. ſed legendum, *parient*. Aliud genus ſcripturarum eſt reliquatio: nam ſubductis rationibus dominus ſcribit ſibi deberi reliqua. In *l. 97. in eadem ſcriptura*, id eſt, in reliquatione, ſcilicet legenda, filia dicit condita non deberi, quia reliqua non ſunt: condita ſunt, quæ ſunt ſoluta; reliqua, contra, ut oſtendit *§. pater l. prædiis 91.* Imperator ait, in *l. 97.* ſi centies centena millia aureorum reliquiſſet in condito, qua uſus eſt ſumma, ea quæ exegit à colonis & actoribus; & habet in condito, id eſt, in arca, licet eorum plena ratio ſit reddita, non contineri reliquis legatis: Et exacta poſt mortem debentur, quia reliqua fuere tempore mortis.

Ad

Ad §. 1. & 2.

Expoſiti ſunt in *l.* 84.

Ad §. Titio legis prædiis.

IN hoc §. proponuntur variæ voluntatis quæſtiones, ad quas Scævola nunquam reſpondet: Papiniano vero placet, ad quas multæ conjecturæ requiruntur, ut probetur voluntas teſtatoris ex *l. librorum*, *§. quod tamen, hoc tit.* ubi ait, chartarum oomine contineri libros, quod tantum habuerit libros, qui univerſas chartas legavit, quod ſtudioſus ſtudioſo. Finge: Quidam uno pretio emerat fundum Gabinianum, & Sejanum: poſtea legavit fundum Sejanum: an debetur Gabinianum? forte dicet aliquis, deberi, quia emptus ſimul cum altero: ſed argumentum emptionis non ſufficit, niſi inveneris in rationibus: defuncti eum reditus, ſive mercedes fundi Gabiniani acceptas tuliſſe fundo Sejano: vel niſi in eiſdem teſtator Sejanum Gabiniani nomine comprehenderit: ſi igitur confuſas mercedes, & reditus accepto tulerit, debebitur Gabinianus. Ex rationibus defuncti conjectura recte ſumitur, *l. ſervis urbanis, inf. hoc tit. l. 1. de reb. dub. l. Sejæ 20. §. Tyrannæ, de inſt. leg.* in eo legitur Tyrannæ: io inſcription. *l. 7. C. de collation.* Tyrannicæ in lege Tyrannæ, ut in *l. 5. C. de his quib. ut indign. Tyranno*. Finge: Quidam legavit uxori Tyrannæ fundum Græcianum cum ſtabulo, & inſtrumento omni, an legato cedant paſcua, ſive prata, quæ ſimul ad eum pervenerant, quæque in uſibus hujus fundi ſemper habuerat? Ait, deberi, ſi ita conjunxiſſet fundo Græciano, ut haberet ea uno nomine fundi, id eſt, ſi liqueat hoc ex rationibus defuncti. Simile item quod eſt in *§. balneas* in hac lege. Balneum eſt pars domus, ideo domo legata, debetur balneum. Balneum dicitur, quod eſt privatum, imo cum dicis privatum, intelligis balneum in *l. 2. Cod. Theod. de metall. ne quis privatum ab hoſpite*: pro privato in *l. 6. C. eod.* Tribonianus poſuit balneum. Balneæ, quæ publicæ præbentur: legavit domum cui junctæ ſunt balneæ, quas teſtator præbebat populo; an legato cedent? Papinianus ait cedere, quod balneæ per domum legatam intrinſecus adeantur, quod in uſu teſtatoris, & uxoris fuerint, quod mercedes earum inter cæteras meritoriorum ejus domus, teſtator rationibus accepto ferre ſolitus eſt: meritoria ſunt, quæ vocantur ſtabula, cœnatoria, diverſoria, ergaſteria. In domo ejus multa erant meritoria, & officinæ. Ille adſcribebat non tantum mercedes harum rerum, ſed balnearum, quod eſſent comparatæ uno pretio cum domo, vel quod balneæ ſunt legato communi conjunctæ, id eſt, communi contextu, ut io *l. ſi finita 15. §. ex hoc edicto, de damno infecto*, unita contextu ædificiorum. Inſula eſt pars, vel acceſſio domos. Dicet quis; ſi inſula ſit injuncta domui, non eſt inſula, ut pote, quæ non ſit ſeparata, ſed injuncta, eſt proxima, ut in *l. qui domum 57. loc.* & ita in *d. l. ſi finita, §. item quid dicemus,* ſi quis habeat inſulam adjacentem domui, id eſt, non valde diſtantem.

Ad §. Collegio legis 93.

LEx 92. & 93. explicatæ ſunt: reſtat *§. collegio, d. l. 93.* In ſummis urbibus inſtituebatur collegium fabrorum ad ignes compeſcendos, in epiſtola Plinii ad Trajanum: collegiis licitis legatis, *l. cum Senatus 20. de reb. dub.* & legavit uti quiſque optimus maximuſque eſſet: quæritur, an quæ in die mortis in eo fuerunt cedant legato? Finge: pabulum paleaque fuere ibi tempore mortis, an præſtabuntur, quia dixit uti maximus eſſet, videtur intelligi inſtrumentum: machina ſcilicet frumentaria, vel olivaria, id eſt piſcina, moletrina, machinale pondus, Scævola reſpondet ad quæſtionem juris, non voluntatis: videntur autem contineri legato, his verbis. quibus fundum eſſe liberum dicis, maximum, & optimum, id eſt, eſſe liberæ conditionis, immunem, in *l. qui ut optimæ, de verb. ſignific.* videntur fundamenta etiam fundi contineri, *l. fundo 22. de inſt. leg.* ubi ait, retia apraria, id eſt quibus apri capiuntur, contineri legato, nec moveri debemus *l. ult. de ſupellect. leg. l. 1. §. 1. l. cum fundus 21. de inſtrum. leg.* in quibus fundo legato non debentor inſtrumenta, quæ fundo non ſunt infixa inædificataque, ſed ſunt mobilia. Hic legavit fundum ſimpliciter, ibi cum adjectione, uti optimus, maximuſque eſſet: de vaſis vinariis, & granariis, & doliis, & cuppis non ambigitur, quia ſunt infixa: olim granaria erant vaſa ex tabulis ad fructus conſervandos confecta, ut patet ex *l. Granaria 18. de act. empt.* Cameræ erant inopum vimineæ, aut fictiles ad comparandos fructus, quæ dicuntur capſellæ in *l. quæſitum 12. §. 2. de inſt. leg.* Et Scævola non negat eas res legatas, ut nec affirmat; nam de voluotatis quæſtione non reſpondet, quæ eſt quæſtio facti.

Ad L. Is qui complures XCIV.

QUidam legavit tribus libertis fundum conjunctim, & petiit per fideicommiſſum, ne de nomine ſuo exiret, id eſt, libertorum; omnes agnoverunt legatum, & concurſu fecere partes. Quæritur, qui primus ex his morietur, an poſſit partem ſuam legare aliis collibertis, quibus idem fundus non eſt legatus: ſic videtur; neminem elegit, mortuus eſt, quibus debebitur? an collegatariis collibertis, an collibertis aliis non conjunctis accreſcet? Et ſic videtur, quia fideicommiſſum non exit de nomine ſuo, *l. unum ex familia 67. lib. 2.* & jus accreſcendi inter collegatarios poſt acquiſitionem eſſe non poteſt.

Ad L. Quisquis XCV.

NOn tantum legavit, ſed fideicommiſit ab heredibus, quæ erat daturus, & legaturus. Et erat frequens quid relinquere per legatum, & fideicommiſſum, ut ſi id non valeret jure legati, valeret jure fideicommiſſi: ſic erat frequens quid dari directis verbis, & precariis, ut ſi id non valeret jure teſtamenti, valeret jure codicillorum, *l. Publius 36. l. non ad ea 88. de cond. & dem. l. Aurelius, §. Titius, de lib. leg. l. ſi quis ſervo 56. de man. teſtam.* In hac ergo ſpecie, directis & precariis verbis relegavit. *Summæ*, id eſt, pecuniæ ſeparantur à rebus corporalibus, & quæ conſtant pondere, numero & menſura; iſta valent magis quantitate, & ſpectantur, quam corpore, & animo magis intelliguntur, *l. 1. §. non ſolum, ad leg. Falcid.* Et reſpondet, nihilominus deberi res corporales ex ſtipulatione emptæ, & venditæ hereditatis, cum emptor à venditore ita ſtipulatur, quanta pecunia ex ea hereditate ad te pervenerit, tantam mihi præſtare; tamen licet pecunia dixerit, venditor tenetur de rebus corporalibus, *l. cum ſtipulamur 97. & l. pecuniæ 178. de verb. ſignif.* ut in edicto de conſtituta pecunia, id eſt, quantitate, vel qualibet re corporali, in edicto de receptis, qun pecunia compromiſſa, ut *l. litigatores 11. §. 2. de recept. qui arbitr.* quæ verba ſic cape: ſi pecunia fuerit promiſſa, & alia res promiſſa fuerit pecuniæ nomine. Et in l. 12. tabul. *Qui coronam parit ipſe, pecuniæve ejus*, id eſt, ſive ipſe, ſive ſervi ejus, equive: pecunia ſignificat etiam equos. Et lex eſt de eo, qui in certamine publico coronam parit. Addit exemplum dotis relegatæ. Dos ita olim relegabatur. Quanta pecunia dotis nomine ad me pervenit, tantam uxori heres dato, *l. cum ſcriptum 6. & l. ult. de dot. præleg.* quibus verbis ſi res corporales ad eum pervenerint, eas reſtituet; deinde adjicit voluntatem verbis conſentire,

tire, quia legarat non tantum jure legati, ſed jure fideicommiſſi: dein non legaſſet res corporales, ſi eas noluiſſet præſtari.

Ad L. Si Titius XCVI.

HUic legi obſtat *l. cum virum*, *C. de fideic.* ſpecies hujus legis hæc eſt. Titius ſcriptus eſt ex parte, & rogatus eſt reſtituere hereditatem, id eſt hereditatis partem, ut in *l. 1. ad Trebell.* coheres autem rogatus eſt reſtituere Titio coheredi partem ſuam. Quæritur an Titius partem quam accepit jure fideicommiſſi à coherede, reſtituere debeat, quia reſtituere eſt rogatus hereditatem, non fideicommiſſum: ſpecies *l. cum virum*: heres rogatus eſt reſtituere quidquid ex hereditate ad eum perveniret: an reſtituet prælegatum, quod capit partim jure hereditario, partim legati? Et ait, prælegatum contineri fideicommiſſo, certam partem hereditario jure & legati, ſed in illa lege rogatus eſt quicquid ex hereditate ad ſe veniret; legata autem & prælegata ſunt ex hereditate, *l. cum quis*, *§. Patre*, *hoc tit. l. 2. §. ult. de dot. præleg.* non quidem eſt in hereditate, & ſic continetur fideicommiſſo: In hac autem lege eſt fideicommiſſum, in quo præcipue ſpectatur voluntas. Et ſic ſemper ſpectandum an congruat voluntas verbis teſtatoris: Et ſic in fideicommiſſis non ſufficit argumentum, quod ex verbis ſolum colligitur, in legatis ſolum verborum argumentum.

Ad L. Si plures XCVIII.

SI plures ſint gradus heredum, id eſt, ſi ſint inſtituti & ſubſtituti ut Acc. male: imo ſi plures ſint gradus inſtitutorum, ut in *l. cum in teſtamento 37. de hered. inſtit.* Primus heres eſto: ſi Primus, me vivo morietur, Secundus heres eſto: ſi Secundus morietur, Tertius heres eſto: omnes ſunt inſtituti: Inſtitutio enim eſt datio hereditatis nulli alii ante delatæ: ſubſtitutio, datio hereditatis delatæ vel acquiſitæ alteri, ut vulgaris ſubſtitutio, & pupillaris, quæ etiam eſt acquiſita. Et ea ratione omnes ſunt inſtituti: Et ideo in formula Galli, & filius & nepos ſunt inſtituti. Filius heres eſto, & ſi is me vivo, morietur, nepos poſt mortem meam natus heres eſto: ſunt inſtituti, ſed non ſunt coheredes, quia non concurrunt; Et coheredes ſunt, quibus uno gradu defertur hereditas. Et hanc formulam Gallus inſtituit, ne rumpatur teſtamentum. Rurſus quære cur non dedit conſilium ut conſuleret in vulgari ſubſtitutione, filius heres eſto, & ſi heres non erit, poſtumus heres eſto: quia in caſum vulgaris ſubſtitutionis, quo priori caſu defertur hereditas filio, non eſt ſpes rompendi teſtamenti, quia tempore mortis filius præceſſit nepotem. Cur ſit ſubſtitutus, & dicatur in hac ſpecie? Titius heres eſto, & ſi heres non erit, Mævios heres eſto. Titius moritur vivo teſtatore; Mævius jure ſubſtitutionis, imo inſtitutionis jure, vocabitur, ſi ſpectes ſucceſſionem; ſed dicetur ſubſtitutus, ut in *l. quidam 30. l. & cum ex filio 39. §. ult. de vulg.* quoniam utrique deferretur hereditas, ſi Titius ſupervixiſſet teſtatori: ſic inſpecta mente teſtatoris ſubſtitutus eſt: ſed in formula Galli utrique, id eſt, filio & nepoti non potuit deferri hereditas: ſi ergo velit unum onerare plurium inſtitutorum, debebat eum nominare. Lex 99. & *l.* 101. expoſitæ ſunt.

Ad L. Heres meus 100.

IN initio legis dubitatum, quia quod meum proprie eſt, non redditur alteri. Sed & reddere eſt dare heic, *l. cum quidam 21. lib. 2. l. qui uxori 18. in princip. de auro & arg. leg.* Eademque ratio eſt verbi relegare: nam relegare proprie eſt reddere rem alienam, vel quaſi alienam cum emolumento aliquo, ut relegare dotem, eſt reddere dotem cum commodo repreſentationis, id eſt, reddere certo die, quod dare non erat coactus, niſi bima, trima die: tamen ſimpliciter ſumitur relegare pro dare in *l. ſi domus 17. de uſu & habit.* ubi dicitur relegari uſus, reddere eſt de ſuo dare, *l. 1. §. eleganter, depoſiti.*

§. 1. Supra eſt expoſitus.

Ad §. Vxori.

HUic *§.* obſtat lex *Plautius 8. de auro & arg. leg.* mulier quædam legavit alteri veſtem, & mundum, & ornamenta muliebria, non debebuntur niſi ornamenta muliebria: ſed an debebitur veſtis tam muliebris, quam virilis? Et definit deberi etiam veſtem virilem legatariæ: De mundo nihil ſcribit: quia nullus eſt mundus virilis, & deberi ait, quia veriſimile eſt teſtatricem ornamentorum tantum univerſitati derogare voluiſſe, cui muliebrium nomen adjecit, quia muliebris nomen neque veſtis nomini applicari poteſt: nam ſervanda eſt ratio recti ſermonis: ſic dicam his verbis, *quod ejus cauſa factum paratumque*, non recte dici veſtem legatam & mundum: ſed probat hic Jabolenus ſententiam Proculi, exiſtimantis verba hæc referri ad omnia: & idem probat: quod ſcriptum eſt in *l. Plautius*, ſed hic ſervatur ratio recti ſermonis: nam ita latine loquuntur, & ita quod relativum refertur ad ſuperiora, non ad mundum muliebrem.

Ad §. Cui Corinthia.

ELectrina vaſa fiunt ex auro & argento commixto, ſed ſi his addideris æs, fiunt Corinthia, Plinius lib. 9. cap. 40. ait Javolenus, legato Corinthiorum vaſorum, contineri baſes, niſi teſtator baſes numero vaſorum habuerit, id eſt, niſi baſes habuerit acceſſionis loco, & ea quæ acceſſionis locum obtinent, rem legatam ſequantur, *l. librorum 52. §. ult. ſupra.*

Ad §. Teſtudinea.

TEſtas teſtudinis ſolebant ſcindere per laminas, & cooperire lectos, & ſupellectilem.

Ad leg. his verbis 102.

LAteralia ſunt bulgæ coriaceæ, quas viatores ferunt ad latus, vel in quibus ferunt pecunias, & rationes. Eundem uſum præbent ventralia, id eſt, zonæ pecuniariæ: quæ circuire ſolent ventrem, *l. Divus, 6. de bon. damn.* Eadem ratione dixit viatoria, ut in *l. ult. de auro & arg. leg.* & viatoria inſtrumenta in *l. 5. de ſupell. leg.* *Quæ membranulis*: plerumque, quod ſibi debetur in membrana ſcribere & transferre in codicem rationum ſolebant: legatis membranulis legantur nomina. Ille exegit nomina, ita ut ſint vanæ membranæ, & pecuniam exactam conſumpſit. Reverſus in patriam, condidit aliam pecuniam in illis lateraliis, & emptiones prædiorum. Quæritur an hæc debentur uxori? negat deberi: quæ mortis tempore in his lateralibus eſſent, & membranis continerentur. Et Rogerius ait, hoc falſum, & falſam literam: nam primum dicit, *ſecundum ea quæ proponerentur*: proponitur autem exacta fuiſſe alia nomina, & pecuniam quam profecturus in lateralibus condiderat: Ergo conſequens eſt ut ea non contineantur: continentur autem membranis emptiones: ergo debentur: Et quæ ſequuntur oſtendunt deberi; an prædia quoque debentur? Et videntur deberi: nam qui mihi donat inſtrumentum prædii, donat mihi prædium: qui mihi obligat auctoritatem prædiorum, obligat prædia, *l. 1. C. de*

do-

Digitized by Google

donat. l. 2. C. quæ res pign. oblig. ſi prædia debentur, & A multo magis emptione.

Ad §. Paterfamilias.

LAnces leves ſunt, quæ non ſunt aſpræ ſignis (*graveer*) ſigillariorum ſignificatio eſt multiplex: ſed verum eſt hic demonſtrari vicum Romanum in quo ſigilla, & cælata vaſa venibant. Paterfamilias igitur emerat de vico illo lances duas cælatas, non leves; & tamen hic error non vitiat legatum, licet eum errorem potuerit corrigere. nec correxerit, cum fecerit teſtamentum triduo antequam moreretur: ita falſa demonſtratio non vitiat legatum, ſed vera fuit demonſtratio: ſed error fuit in appellatione, alias ſigillaria ſunt feriæ Romanorum, quibus amici mittebant ſibi invicem mu- B nera, quæ & ſigillaria dicuntur. Et ſigillarii dicuntur, qui ea vendunt, & qui nervis quibuſdam incidunt imagunculas, ita ut videantur pugnare, ſaltare, de quibus Horatius:

ut nervis alienis mobile lignum.

Ad §. Ult.

LEgis *fideicommiſſa* 11. *§. ſi ſervo, ſup.* ut §. hic eſt de legata militia: militia eſt officium, ſive adminiſtratio civilis, aut palatina, quam qui gerit, fert annonas de publico, ut functio primipili, *commiſſaire des vivres*, ut quæſtores, quæ tranſmittuntur in C heredes. Hujus generis militiam, ſi teſtator habebat, & legaverat, valet: qui non habet, videtur legare æſtimationem: & militia magis eſt in quantitate, quam corpore, *l. Lucius Titius* 22. *l. mortuo*, 49. *§. 1 lib.* 2. *d. §. ſi ſervo*: Cum ait hic §. *omnia integra preſtari volo*, videtur prohibere Falcidiam: ſed cum teſtator prohibuerat Falcidiam, legatarius partem offerebat Imperatori, ut heres non uteretur Falcidia: quod demonſtrat, ni fallor, *l. ſi legatus*, *§. ult. ad SC. Trebell. Id quod pro introitu*: mos erat cum quis acquiſiſſet militiam, ut introitu offerret ſportulas, *l. 7. C. de prax. fac. ſcrin.* & ait, omnia deberi, quia plenius voluntas teſtatoris eſt interpretanda, & quæ pro introitu ſit præſtaturus.

Ad L. Ult. D

DUæ ſunt quæſtiones hujus leg. Sciendum eſt patrem non tantum impubere inſtituto, ſed etiam exheredato teſtamentum facere poſſe, id eſt, ſubſtitutionem pupillarem. Cæterum ab exheredato legatum, aut fideicommiſſum relinqui non poſſe; quia nihil ei dedit: nam exharedatio eſt ademptio hereditatis debitæ, vel datæ. Quid ſi filius per querelam inofficioſi teſtam. hereditatem evicerit, an præſtabit legata? minime: quia contra voluntatem patris habet, vel ſi habet per contra tabulas, *l. Quidam, C. de fideicommiſſ.* Idem ſi ad filium exheredatum alio quovis modo hereditas pervenerit, ut ſi inſtitutus ſit ab herede patris, quia principali nomine, vel ſuo non pervenit, ut *l. qui fundum* 87. *§. qui filios, ad l. Falcid.* Ab exheredato igi- E tur legatum inutiliter relinquitur, etiamſi ad eum hereditas aliquo caſu pervenerit. Eadem ratio eſt ejus, qui ſubſtitutus eſt filio exheredato: nam ab eo legatum inutiliter relinquitur, licet ei dederit hereditatem impuberis, quia quem non poſſum onerare, & heredem ejus multo minus, *d. l. qui fundum*, *§. qui liberos*. Species hujus legis hæc eſt. Pater filium exheredavit, extraneum inſtituit, eundemque ſubſtituit impuberi filio exheredato, & ab eo extraneo in ſecundis tabulis, id eſt, ſubſtitutione pupillari, legata reliquit: extraneus deceſſit, relicto herede: tum filius exheredatus intra pubertatem: an ſubſtitutus pupilli debeat legata à ſe relicta? Eſt inepta quæſtio, quia pupillus ſupervixit, & locus non eſt ſubſtitutioni, niſi dicas, ut Accurſ. duos fuiſſe ſubſtitutos, & unum ſupervixiſſe pupillo, alterum non; ſed lex unius tantum mentionem facit: ſic ergo ſpecies ponenda eſt, & legendum in initio legis, *inſtituit*, pro, *ſubſtituit*. Pater impuberem filium exheredavit, extraneum inſtituit: Impuberi, exheredato ſubſtituit Titium: extraneus moriens filium inſtituit, qui hereditatem adiit, atque ita nactus eſt bona patris, non judicio patris. ſed beneficio extranei. Is deceſſit intra pubertatem, atque ita Titio delata eſt hereditas, Quæritur an Titius debeat legata ex ſubſtitutione pupillari? Et ait non debere quid, nec exheredatus ea deberet, ſi ab eo relicta eſſent, & plus juris pater non habet in ſubſtitutum exheredati, quam in exheredatum, *d. l. qui fundum*, *§. qui filios*: nec obſtat, quod ad filium bona patris pervenerint: quia non principaliter, & ſuo jure; ſed per ſucceſſionem pervenere, id eſt, ex teſtamento, & ſucceſſione extranei. Heres factus extranei, aditione ſcilicet: ergo ab herede heredis legatum relinquitur inutiliter. Regula eſt, heres heredis heres eſt, *l. ult. C. de hered. inſtit.* teſtatoris, per ſucceſſionem ſcilicet. In d. §. qui filios legendum eſſe, *inſtituit*, confirmat quod ſequitur; nam idem ponit in fratre, quod in exheredato: ſpecies: Duo ſunt fratres, unus pubes, alter impubes, quem pater exheredavit, pubere inſtituto. Impuberi ſubſtituit Titium, & ab eo legavit: deinde pubes heredem inſtituit impuberem, vel ei ab inteſtato ſucceſſit: Et ita quæſivit bona patris: tum mortuus eſt impubes intra pubertatem, eique Titius heres extitit ex pupillari ſubſtitutione: quæritur an legata Titius debeat? magis dubitabatur in fratre, quia quæ per mediam perſonam fratris, qui eſt in poteſtate, bona patris obveniunt fratri, ea quodammodo magis à patre pervenire videntur, quam ab extraneo: ſed idem ſtatuendum. Idem heic eſt principaliter, & directo, ut in *§. ult. Inſtit. quod cum eo*, & directa, & principalis actio opponitur contrariæ, *l. in commodato*, *§. 1. commod.*

Ad §. Si filius.

PEtita bonorum poſſeſſione contra tabul. à filio præterito, reſcinduntur primæ tabulæ. Querela inofficioſi reſcindit omnia, & primas, & ſecundas, id eſt, ſubſtitutionem pupillarem, quia querela datur exheredato, *l. ex duobus, §. ult. & l. ſeq. de vulg. ſubſtit.* beneficio prætoris ex edicto de legatis præſtandis conſervantur legata relicta in primis tabulis, debentur, & præſtantur quibuſdam, qui enumerantur in *l. 1. de leg. præſt.* Inſtitutio primarum tabularum non conſervatur, etiamſi alius filius inſtitutus ſit: unus præteritus eſt, alter inſtitutus; præteritus aperit viam edicto de bon. poſſeſſ. contra tabulas: atque ita inſtitutionem reſcindit: ſed æquum eſt, ut frater inſtitutus perinde admittatur ad bonorum poſſeſſ. contra tabul. atque præteritus, cum inſtitutio locum non habeat, ut veluti ab inteſtato dividat hereditatem, non præterito fratre, *l. non putavit* 8. *de bon. poſſ. contra tabul.* His cognitis, ſpecies hujus §. ſecundum communem ſcripturam hæc eſt: Duo ſunt filii, unus impubes, alter pubes: impuberem heredem inſtituit ex uncia, & ei ſubſtituit Titium in ſecundum caſum: à ſubſtituto nihil legavit; à filio inſtituto ex uncia legavit, alium præterivit filium: ei competit bonorum poſſeſſio contra tabulas, & cum eo petet eandem bonorum poſſeſſionem inſtitutus ex uncia, & ſic uterque ab inteſtato veluti dividant ex æquo patris hereditatem, beneficio fratris præteriti, qui commiſit edictum: filius impubes inſtitutus accepit ſemiſſem, dein deceſſit intra pubertatem, an legata à filio inſtituto relicta ſubſtitutus debeat præſtare ex uncia, an ex ſemiſſe? lex ait, ex ſemiſſe, ſed diverſo jure: nam ex uncia debet onus, id eſt, ex quinque unciis, exceptis perſonis

ſonis tantum in *tit. de leg. præſt.* Hoc quidem verum eſt imo ex ſemiſſe debentur, exceptis tantum, quia inſtitutus deberet ea præſtare ex ſemiſſe exceptis tantum, quia eum habet totum jure poſſeſſionis bonorum contra tab. quia inſtitutio reſciſſa eſt, *l. 5. de leg. præſt.* Ergo & ſubſtitutus ejus: ſed quærebatur tantum, an exceptis præſtarentur ex uncia, an ex ſemiſſe: Et verba ſunt tranſpoſita, quia priore caſu, quem poſuimus ſecundum illam tranſpoſitionem verborum, definitur, ſubſtitutum non in plus obligari, quam inſtitutum: inſtitutum obligatum fuiſſe ad præſtanda legata ex ſemiſſe exceptis tantum, ergo & ſubſtitutum: ſed poſteriore caſu ſecundum reſtitutionem verborum dubitatio major eſt, an ſcilicet legata ſint relicta à ſubſtituto ex uncia? Subſtitutum obligari in id, in quod non eſt obligatus inſtitutus, & in quod non obligaretur inſtitutus, ſi ab eo relicta eſſent legata: nam inſti- A tutus præſtaret tantum ex ſemiſſe, exceptis tantum, ſubſtitutus onus ex ſemiſſe, quia bonor. poſſeſſio contra tabul. non infregit ſubſtitutionem pupillarem: Ergo in ea relicta legata valent. Deinde initio hujus legis egit de legatis relictis à ſubſtituto exheredatis, heic inſtituti hunc ordinem ſervat *l. ab exheredatis 126. libr. 1. l. 5. de leg. præſt.* Legata relicta à ſubſtituto filii unciarii, qui accepit ſemiſſem, commiſſo edicto per fratrem præteritum deberi ab eodem ſubſtituto ſemiſſe omnibus. Et eadem ratio ſequitur in §. ſeq. filius inſtitutus eſt ex dodrante, & ſubſtitutus eſt Titius, & ab eo legavit. Alius filius eſt præteritus, qui petit contra tabul. & ſic ea inſtitutio redigetur ad ſemiſſem, ut ſit æqua ſucceſſio inter eos, qui veniunt eodem jure, ac proinde ſubſtitutus legata à ſe relicta præſtabit ex ſemiſſe, ut quæ ratio eſt in augmento, eadem ſit in decremento.

JACOBI CUJACIJ J.C.

AD TITULUM I. LIB. XXXIX. DIG.

DE OPERIS NOVI NUNTIATIONE.

EX EJUSDEM CHEVANNÆI BIBLIOTHECA.

CONJUNCTIONIS hujus tituli cum ſuperiore ratio intelligi non poteſt, niſi quæ ſupra dicta ſunt, repetantur. Initio Digeſtorum propoſuit varias partes juris, leges, mores, Senatuſconſulta; Dein de hominum jure, ſive ſtatu aliquid tradidit, deque differentia, & qualitate rerum. Et his expoſitis, quia homines diſceptant apud magiſtratus, & judices, expoſuit varia officia magiſtratuum, quando, & quandiu apud eos diſceptaretur, & quo ordine apud eos ageretur. Deinde tranſit ad judices compromiſſarios, & judices ordinarios, id eſt, qui ex ordine dantur à magiſtratibus. Deinde contractus proponit, & quaſi cætera quæ reſtant, ſunt de actionibus, adeo ut poſſis dicere totas pene Pandectas pertinere ad actiones, & ea, quæ actionum ſunt loco, ut interdicta, exceptiones, ſtipulationes prætoriæ: & aliqua remedia, ut damnum infectum, quod vice eſt actionis. Vulgo dicitur tres eſſe partes juris, perſonarum, rerum, actionum; ſed parvulæ admodum ſunt partes de perſonis, & rebus, præ parte actionum. Poſtquam egit de Judicibus datis, proponit vindicationes, condictiones, actiones in perſonam, quæ naſcuntur ex variis contractibus, & quaſi contractibus; & nonnunquam è re nata miſcentur materiæ, ut quaſi contractus negotiorum geſtorum contractibus præponit; miſcet tutelas, aditionem cum ſimilibus, pro herede geſtionem bonorum poſſeſſionem ſecundum tab. aditio, vel neceſſaria eſt, vel voluntaria: neceſſaria qua ſervus obligatur neceſſario, *l. obligamur 52. §. neceſſitate, de obligat. & action.* Idem in ſocietate neceſſaria, quæ eſt communio, quæ interceſſit cum herede, vel legatario, & eſt quaſi contractus, voluntaria contractus. Itaque de actionibus, quæ ex contractibus, vel quaſi contractibus uſque ad h. t. Nunc de remediis jure honorario, vel lege proditis:

B Et primum de novi operis nondum facti, quod quis molitur, nuntiatione, atque adeo de damno ex opere nondum facto, infectoque, de cautione damni infecti, tum actio datur legitima damni infecti aquæ pluviæ arcendæ: Et ut actiones promittuntur à Prætore: ita remedia, & interdicta tria proponuntur, edictum de novi operis nuntiatione, quo remedium illud proponitur, Interdictum de novi operis nuntiatione, & ſtipulatio de novi operis nuntiatione. Edictum eſt de opere novo nondum facto; Interdictum, & ſtipulatio eſt de opere facto. Ulpian. hæc tractaverat ſeparatim: Edictum propoſuit à libr. 52. quod exponit *l. 1. 3. & 5.* Interdictum, libr. 71. ad Edict. *l. 20.* ſtipulationem lib. 80. ad edict. quæ exponitur in *l. 21.* & ex eo apparet falſum eſſe, quod putat Accurſ. C edictum, & interdictum eſſe idem, ut falſum eſt edictum, & actionem idem eſſe, cum edicto actio proponatur, Edicto datur remedium his, qui non habent actionem de damno infecto, nec videntur poſſe petere abſque pudore, cum damnum nondum cœperit: ut ſi vereantur ne ex opere futuro damnum ſentiat, ne opus quod vicinus facturus eſt, luminibus officiat, denuntians hoc modo: Denuntio tibi ne quid novi operis me invito facias, quæ probibitio, vel inhibitio eſt, & vulgo nuntiatio, in Pand. Flor. Denuntiatio, *l. 5. §. ſi plurium, & §. meminiſſe, hoc tit.* Imo renuntiatio dicitur, *d. l. 5. §. ſi is, cui renuntiatum, & l. ſi opus 16. hoc tit.* & poſt denuntiationem, litigatores ſe committunt Prætoriæ Juriſdictioni, ut ſcilicet Prætor remittat, ſi non ſit jus nuntiandi, ut in *l. 1. §. Et poſt. hoc tit.* D Et debet abſtinere ab opere, & ab eo confeſtim diſcedere, cum primum vicinus nuntiavit, donec remiſſio nuntiationis facta ſit à Prætore. Eſt ſic in *tit. de remiſſion.* Remiſſio eſt operis novi nuntiationis abolitio, vel donec caverit de opere reſtituendo, *l. non ſolum 8. §. Sciendum, inf.* Et hæc cautio eſt vice remiſſionis, *l. 1. de remiſſion.* Quod ſi is, cui nuntiatum eſt, non deſiſtat ab opere, tenebitur interdicto, quod

adverſua edictum opus factum ſit, ſcilicet operis novi nuntiationis, quod videtur offendiſſe, cum ei, non paruerit. Et interdum eſt reſtitutorium, quo agitur, ut opus deſtruatur, quia reſtituendi operis novi facti poſt nuntiationem cauſa interponitur. Et formula demonſtratur in *l.5. §. ſi quis forte, l.16. l. 18. l. penult. l. ult. hujus tit.* Interdictum, quod nuntiatori datur, ſignificatur his verbis: quod contra edictum prætoris factum ſit, ut appareat in *l.* 20. non eſſe legendum, *contra interdictum*, ſed, *edictum*: & ſic emendati erunt loci, qui his mendis ſcatent, ut in *l.1. §. 1. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.* in *l.1.§. annus, de vi, & vi arm. l.2. C. quor. bonor.* ubi ſimilis error erat. Triplex eſt edictum. Primum datur nuntiatori, quod eſt reſtitutorium: Alia duo dantur nuntiato. Et ſunt prohibitoria interdicta: unum datur poſt cautionem datam nuntiato, ne vi ait fiat, ſed cum interdictum eſt, quo minus ædificet, *d. l.20. §. deinde.* Poſt quod ſecundum interdictum Ulpianus propoſuerat tertium; ſed tranſlatum eſt in titulum *de remiſſionibus*, quod tertium datur nuntiato poſt remiſſionem factam à prætore, ne vis ei ædificanti fiat. Stipulatio de novi operis nuntiatione proponitur in *l.* 21. quæ eſt cautio præſtita ab eo, cui nuntiatur opus novum de opere non faciendo, ſi nuntiator jus habuerit nuntiandi, quæ ſtipulatio remiſſio eſt. Et formula hujus ſtipulationis eſt in *l.21. h. tit.* Edictum eſt de opere non facto, interdictum, quod datur nuntiatori, & cautio ſtipulaaionis, eſt de opere facto: Et ſic titulus eſt de opere infecto. Quicquid Accurſ. ſcripſit in gloſ. magna, omne delendum eſt, cujus conficiendæ cauſa eſt, quod exiſtimaret initium hujus legis pugnare cum *l. 1. de remiſſ.* quod falſum eſt, idque quod inciderit in depravatos codices. Prætor hoc edicto remedium promittit, ſeu beneficium triplex, id eſt, interdictum triplex; remedium unum nuntiatori, duo nuntiato. Primum remedium eſt, ut ſive jure, ſive injuria opus fieret, interim per teſtationem, & denuntiationem inhiberetur: dicitur beneficium in *l.* 13. *in fin. hoc tit.* quoad remiſſionem fecerit Prætor, vel nuntiatus ſatiſdederit, *l. non ſolum* 8. *§. ſciendum, h. t.* Et quidquid conſtructum eſt, ſi non paruerit, deſtruetur *d. l.*20. exceptis quibuſdam caſibus, *l. 5. §. ſi quis rivos*, & non indiget Prætoris aditione. Alterum remedium eſt, remiſſio nuntiationis, quæ indiget Prætoris aditione, ut cognoſcat jus habuerit, nec ne nuntiator, ut remittat ſi nuntians jus habuerit nuntiandi, ſin minus, non remittat: verba hæc, *hactenus, quatenus prohibendi jus is, qui nuntiaſſet, non haberet*, id eſt, id remiſſio nuntiationis remitti tantum, in quo nuntiatio locum non habet, & non tenuit: In eo vero non tenuit nuntiatio, ut jus haberet nuntiandi, ergo id remittit: ubi dubitavit Accurſius an eſſet tollenda negatio, & eam ſuſtulit: ſed ea opus eſt, quia remiſſio ſit eatenus, ſi jus nuntiandi nuntians non habuit, ut Græca ſectio id confirmat. Et alter interdicto poteſt nuntiatus agere ne vim faciat. Quod ſi ſatiſdederit, ei quoque liberum eſt interdicto agere, ne vis ei fiat. Idque congruit cum *l. 1. de remiſſion.* in quo tit. proponitur interdictum prohibitorium, ne vis fiat poſt remiſſionem uuntiationis nuntiato, quo minus ædificet, ubi ſi præcedat ſatiſdatio, & inde remiſſio ſecuta ſit, non eſt neceſſaria remiſſio, ut & contra. Tertium illud remedium eſt ſatiſdatio de opere reſtituendo. Et hoc remedium non habet neceſſariam Prætoris aditionem, quia adhibetur inter volentes: Et ita ſtipulatio dicitur Prætoria, quia eandem vim habet, ut *l. 1. de Prætor. ſtipul.* Ex *l.5. §. ſi is cui*, Inter ſatiſdationem, & remiſſionem differentia prima eſt, quod hæc indiget Prætoris aditione, illa non item. Secunda differentia: Remiſſio ita demum fit, id eſt, tribuit facultatem ædificandi, ſi nuntiator jus non habuerit. Satiſdatio vero tribuit illud idem, etiamſi jus non habuerit is ipſe. Hinc quæritur an oblatâ ſatiſdatione à nuntiato invitus nuntiator accipiat minus: quia nemo cogitur ſtipulari; an eo non accipiente ſatiſdationem, liceat nuntiato ædificare, ſi ſatiſdederit etiam apud officium, et apud acta, ſi deſit adverſarius, non quia nemo cogitur ſtipulari, *l. un. C. de ſatiſd. l. eum pro quo, de in jus voc. l. ſi fidejuſſor, §. ult. qui ſatiſd. coga.* ſed Finge: nuntiator mavult ſtatim judicium fieri: an jus nuntiandi habeat, cum nolit ſatiſdationem etiam eam, quam velit nuntiatus etiam apud acta facere, et nuntiatori hac in re morem potius gerendum eſſe conſtat: et interim prohibebitur opus. Et ita in cauſa legatorum, ſi legatarius petat ſatiſdari legati nomine, aut fideicommiſſi, et heres deſideret de fideicommiſſo judicium ſtatim fieri, vel legato, audiendus erit potius heres, quia citius cognoſcetur de fideicommiſſo, quam de ſatiſdatione, *l.3. in princ. ut in poſſ. legat.* Et ita de jure nuntiationis poteſt conſtare citius, quam de ſatiſdatione, maxime hodie, cum ex conſtitutione Juſtiniani, et jure Pontificio, lis de operis novi nuntiatione finienda ſit intra tres menſes, *l. ultima, C. de ædific. privat. alias, l. ultima, C. de novi op. nuntiat.* Poſt tres menſes, ſi non ſit finita, licet impune ædificare, præſtita ſatiſdatione apud officium, vel apud acta de opere reſtituendo ſuis ſumptibus, ſi ſecundum nuntiationem judicatum erit, *d. l. ult.* & quod dicitur, ſatiſdationem offerendo ſi velit alter accipere, & impediatur ædificare, congruit cum *cap. pen. & ult. ext. de nov. oper. nuntiat.* & congruit cum *l. ult. de ædific. priv.* quid ſi nuntiator velit accipere ſatiſdationem, neque judicium ſtatim fieri? Et certum eſt remittendam eſſe nuntiationem à Prætore, *l. 20. §. ſi paratus, infra.* Peccata Accurſii. Primum contemni jubet nuntiationem, ſi nuntiator cauſam nuntiationis nullam attulerit. Sed non aliam invenio cauſam exprimendam, quam quæ edicto comprehenſa eſt. Et ſpecialiter genus actionis edicendum, qua utens, & non exprimendo ſatis cauſam dicit. Et ita qui dicit novum opus, ſatis cauſam adfert, & non renunciare dici nequit, qui ſimpliciter dicat; nuntio ne quid facias; ſed recte. Denuntio ne quid novi invito me in eo loco. Et *l. 5. §. qui nuntiat, hoc tit.* loquitur de loco demonſtrando, non alia cauſa, & *§. totiens* non loquitur de cauſa nuntiationis, ſed de allegatione ejus, cui nuntiatum novum opus, dicentis moram periculum allaturam, ut ſi velit reficere cloacam peſtilentem, quo caſu Judex à Prætore datur, qui cognoſcat an tale ſit opus ut nuntiatio valeat, ſed hi §§. non loquuntur de cauſis, quæ appellant nuntiatorem. Idem Accurſius ut probet libello conventionis, quem confert cum operis novi nuntiatione, inferendam eſſe cauſam, id colligit male ex *l. cum hi 8. §. in cauſa, de tranſact.* qui paragraphus non loquitur de libello conventionis, ſed de tranſactione alimentorum, ut non fit ſine cauſa, & auctoritate Prætoris, cum regulariter ſine eo tranſigere liceat; id autem transferre ad libellum conventionis abſurdum eſt: nam nulla cauſa exprimenda libello conventionis, quam quæ denotatur ſpeciali nomine actionis. Illud item male colligit Accurſ. ex *l. ult. C. de edicto divi Adr. toll.* in qua agitur de herede miſſo in poſſeſſionem, cui ſi exiſtat adverſarius in ipſo tempore, quo mittitur in poſſeſſionem, ait examinandas eſſe cauſas miſſionis apud judicem; quoniam ubi exiſtit contradictor, ibi exiſtit lis. Judex eſt diſceptator litis, qua quiſque agit: non igitur agit de allegationibus, & cauſis inferendis libello: & multos alios locos adfert Accurſ. ut doceat, libello conventionis inferendam cauſam: & affert, ut probet contrarium, ſcilicet, libello conventionis cauſam non inferendam, *l. quia poterat ad Trebellian.* etiam male, quæ loquitur de herede reſtituere rogato hereditatem: qui ſi recuſet adire, poteſt cogi periculo fideicommiſſarii adire ex Senatuſconſulto Pegaſiano

olim,

olim, hodie ex Trebelliano, & ait, ſatis eſſe, quod dicat ſe recuſare hereditatem, nec cogitur cauſam afferre, qua recuſet. Ergo qui agit, non debet dicere cauſam cur agat: ſed male collegit hoc Accurſ. ut ex uno ad alterum poſſit duci argumentum, cum actionem intendere, & recuſare diverſa ſint. Et major eſt actio cauſæ inquirendæ ab eo qui agit, quam à recuſante. Eodem loco in *d. l. quia poterat*, male infert, & argumentum ducit à recuſatione hereditatis, ad recuſationem judicis; atque ita recuſari judicem non cauſa dicta infert, quod falſum eſt ex *l. ult. C. de judic. l. ſi pariter*, *inf. de liber cauſ.* Et olim videtur recuſari potuiſſe judex, nulla adducta cauſa ſuſpicionis. Recuſabatur ante litis conteſtationem, nulla allata cauſa, & interpoſita, non poſt, ut hodie obtinet; quia is qui litem conteſtatus eſt, ſi quas cauſas habuit recuſandi judicem, eis conteſtando litem renuntiare poteſt; ſed ex jure Pontificio, ſi qua nova cauſa ſuſpicionis oriatur poſt litem conteſtatam, poteſt recuſari judex. Rurſus Accurſius male remiſſionem nuntiationis ait fieri ex edicto propoſito in *l.* 20. *inf.* cum illo loco non remiſſio permittatur, ſed interdictum reſtitutorium, Et iterum male remiſſionem fieri ex *d. l.* 20. *§. Deinde*, cum ibi de nuntiatione novi operis agatur, ut ſit interdictum prohibitorium, quod datur nuntiato. Et male putat, initio hujus legis 1. de remiſſione, quæ fit per ſatiſdationem agi, quod omnibus interpretibus placet: ſed ſemper hæc duo diſtinguenda remedia, ſatiſdatio, & remiſſio, quæ fateor coaleſcere poſſe, poſt ſatiſdationem à Prætore remiſſionem fieri poſſe; ſed non neceſſario, *l.* 1. *de remiſſion.* Et remiſſio utilis eſt ſine ſatiſdatione, & viciſſim ſatiſdatio. Et hic locus legis eſt de remiſſione tantum; de ſatiſdatione in *l.* 3. *§. ſi is cui renuntiatum*: male Accurſ. remiſſionem fieri ex edicto, quod non habemus: immo quod habemus. Et tit. de remiſſ. non tam pertinet ad remiſſionem, quam interdictum, quod datur poſt remiſſionem, ne vis ei fiat: male Accurſ. remiſſionem fieri ipſo jure, ſine Prætore, videlicet ſi opus ſit jure factum, cum ex *d. l.* 5. *§. ſi is cui renuntiatum*, remiſſio non fiat lege. ipſo jure, ſed à Prætore, qui de eo cognoſcit. Et quod ait *l.* 1. *de remiſſ.* nuntiationem miſſam facio, pollicitatio eſt remiſſionis: nam etiamſi ſit iniqua nuntiatio, neceſſaria eſt cognitio Prætoris, *d. l.* 20. *§. ſi quis paratus*, *arg. l.* 3. *§.* 1. *ut in poſſ. legat. ſup.* ubi de conſtitutione D. Severi loquitur, cui loco *l.* 1. *§. pen. eod. tit. l.* 14. *§. ult. ut legat. nom. cau.* annectendæ ſunt. Male Accurſ. hanc leg. 1. opponit, *l.* 1. *de remiſſ.* quaſi lex velit, remiſſionem ibi fieri, ubi nuntiatio tenet, & ubi nuntiator jus prohibendi habet; cum tamen lex hæc dicat in id tantum fieri in quo nuntiator jus non habuit: ſed non habuit codicem emendatum, idque ut comprobet ita fere argumentatur: Satiſdatio dat licentiam ædificandi in totum, non in partem tantum; licet nuntiator jus prohibendi habuerit: ſatiſdatio eſt remiſſio. Ergo remiſſio habet locum in totum, etiamſi jus prohibendi habuerit; ſed ſatiſdatio non eſt remiſſio, ſed vice remiſſionis, *d. l.* 20. *§.* 1. *& §. ait Prætor*: & initio hujus leg. 1. de remiſſione agitur, quæ poteſt in partem fieri. Satiſdatio dat in totum ædificandi licentiam; etiamſi jus prohibendi habuerit nuntiator: male Accurſius: *hactenus*, *quatenus*, id eſt, ideo quia, vel uſque ad tempus, quo Prætor cognoverit de ea re, modo in totum. Qui omnes errores ex eo manaverunt, quod edictum & interdictum confundat, remiſſionem, & ſatiſdationem: ut confundunt noſtri indignum, & incapacem eo modo, cum id quod relinquitur incapaci, eſt pro non ſcripto, & apud heredem remanet ſine onere: quod indigno, valet ab initio: immo omni tempore, & jure acquiritur ei, ſed eripitur, & ad fiſcum tranſit cum onere. Eodem modo confundunt ceſſionem & delationem: cedere diem legati, & deferre legatum, cum ceſſionis dies eſt mors teſtatoris, hodie delationis dies eſt aditio hereditatis, effectus ceſſionis, ut tranſmitti poſſit legatum, delationis ut peti, vel acquiri, aut repudiari poſſit.

Ad §. Hoc autem edictum.

HOc remedium dicitur beneficium Prætoris in *l.* 13. *hujus tit.* & pertinet ad ædificia futura: nam ad facta pertinet interdictum de opere facto reſtitutorium, ut deſtruatur opus factum ante ſatiſdationem, & remiſſionem, aut quod in loco ſacro, de quo eſt tit. *ne quid in loco ſacro fiat*, quanquam in hoc tit. agatur de prohibitorio tantum. Duplex tamen fuit propoſitum interdictum, prohibitorium, & reſtitutorium, ut hic locus indicat, & *l.* 2. de interdictis, ne quid in loco ſancto, ut ſunt muri, *d. l.* 2. *ne quid in loco ſacro*, Interdictum ne quid in flumine publico de quo in *l.* 1. *de fluminibus*, *ne quid in flumin. publ.* utroque tit. proponitur prohibitorium ne quid fiat in flumine publico ripave ejus: dein reſtitutorium, ut deſtruatur factum quo aliter aqua fluit quam prius. Interdictum ne quid in loco publico, vel itinere, de quo in *l.* 2. *§. Prætor ait*, *Ne quid in loco publico*: qua de re duplex proponitur interdictum: prohibitorium, ne quid fiat, quo iter, & via deterior fiat, & reſtitutorium, ut factum deſtruatur. Hæc autem interdicta pertinent ad locum publicum, ſacrum, ſanctum & religioſum: ſed de privato loco eſt interdictum quod vi aut clam, & huic interdicto locus eſt, ſive præceſſerit nuntiatio, ſive non. Itaque concurrit cum interdicto de novi operis nuntiatione: nam ſi nuntiatio præceſſerit, utrumque competet, ſive etiam non præceſſerit, quia ut facere videtur qui facit contra teſtationem, ſive denuntiationem. ut ait *l.* 1. *§. ſed etſi contra teſtationem*, *D. quod vi aut clam*, quæ fiebat adhibitis teſtibus. Idem confirmat *l.* 5. *§. ſi quis cum non denuntiaſſet*, *l.* 7. *§. ait Julianus*, *l. vi facit*, *eod.* Et erit lectio nuntiatoris utro velit uti ex his duobus, niſi quod in parentes non poſſit uti interdicto, quod vi aut clam, quando notatur patronus aut parens vis, & infamiæ. Et hoc debemus parentum reverentiæ, *l. liert* 7. *ſupr. de obſeq. patr. & parent. præſt.* Ergo interdictum, quod vi aut clam eſt reſtitutorium: at contra interdictum, quod vi aut clam videtur prohibitorium in *l. & ſi forte* 6. *§.* 1. *ſup. ſi ſervit. vind.* vindicatio ſervitutis, id eſt, actio conſeſſoria, vel negatoria datur poſſidenti, & vindicatio corporalis rei datur ei, qui non poſſidet: vindicatio ſervitutis tam poſſeſſori quam non poſſeſſori. Finge: debes mihi ſervitutem altius ædes non tollendi: non habes altius ſublatas ad huc, & ſum poſſeſſor, & ſi velis altius tollere, poſſum te prohibere civili actione, id eſt, vindicatione ſervitutis, & interdicto quod vi aut clam. Ergo eſt de opere futuro, & prohibitorium: Et idem eſt, inquit, & ſi per jactum lapilli impediero, id eſt, poſſum te prohibere ne altius ædifices jactu lapilli. Sed quod dicit poſſe prohibere interdicto vi aut clam, id dicitur ex conſequentia tantum, vel notatur rei conſequentia, ut ſcilicet primum prohibeam te civili actione: dein ſi tollere perſeveres, ut utar interdicto quod vi aut clam; id quod oſtenditur in *l.* 5. *§. meminiſſe*, *hoc tit.* ubi ait, poſſe me prohibere per Prætorem, vel per manum, id eſt, lapilli jactum, & ſi facere perſeveret, poſſe me uti interdicto quod vi aut clam. Et multum intereſt utrum prohibeat quis nuntiatum per nuntiationem novi operis, vel per lapilli jactum: nam ſi prohibet per nuntiationem novi operis, hoc ipſo poſſeſſor vicinus efficitur, id eſt, fateor eum eſſe in poſſeſſione ejus juris, ut ædificet: ſed me denuntiare, ne id faciat, *l.* 7. *§. ait*, *Julianus*, *quod vi aut clam*, *§. in operis*, *h. l.* 1. Græci ſic reddunt: παραγγέλλων γίνεται ἐνάγων: qui nuntiat, fit actor. Et ob id nuntiator, actor, reus & defenſor di-

dicitur, *l. 5. §. pen. l. 20. §. ſi paratus, inf.* Aliud ſi prohibuerit per lapilli jactum, vel per Prætorem, id eſt, adito Prætore, vel ex decreto Prætoris. Idem ſi per interdictum prohibitorium ne quid in loco ſacro, & his quæ ſunt hic. Idem ſi per actionem civilem, ſive confeſſoriam de ſervitute: nam prohibens poſſeſſor remanet. Ratio eſt: Ia qui verbo tantum dicit ſe prohibere ne quid novi operis fiat, quaſi timidus nihil audens ſupra, quodammodo videtur contendere adverſarium eſſe poſſeſſorem: Qui autem quandam vim adhibet prohibendi cauſa, vel qui ſupradictis utitur, is magis videtur tueri ſibi, & aſſerere poſſeſſionem: idemque erit ſi vim armatam adhibuerit, aut etiam demoliendo, quod facere cœperat adverſarius; facit enim ſe poſſeſſorem, non licet tamen paſſim demoliri, & vim armatam opponere. Si quis ædificet in meo, jure meo, opponam manum armatam, vel ſi quid clam fecerit in meo, licet mihi demoliri, *l. quemadmodum 29. §. 1. ad l. Aquil.* ſed ſi vicinus faciat opus in ſuo, non in meo, quamvis in meum immittat, vel mœnia-na, vel ſuggrunda, non licet uti manu armata; ſed licet per jactum lapilli eum prohibere. Si autem protendatur ex tuo ſolo in meum, licet quidem intercidere, ſed non quod imminet. Et hic omnino videndus eſt *§. meminiſſe, l. 5.* qui *§.* pendet ex *§. ſed & ſi in ædes*, quo oſtenditur, nuntiari novum opus ei, qui in noſtro ſolo ædificat, vel quid in noſtras ædes immittit, ubi legendum vel per lapilli jactum, ex *l. 1. §. 2. quod vi, aut clam*, idem eſſe per manum lapillum jactare, quod diverſum eſt ex *l. vi facit 20. §. 1. eod.* manum opponere eſt armatos homines opponere: manus eſt imago vis: manus duo ſignificat, manum armatam, & vim civilem, id eſt, jactum lapilli: Et hæc vis eſt prohibitio civilis. Hujuſmodi eſt, & pœne conſimilis in ordinando judicio vindicationis, quoniam conſtare debet de poſſeſſore, & de eo dubitari poterat: ut liqueret quis poſſeſſor eſſet, vis quædam civilis fiebat fracto ſurculo ex arbore ejus fundi, quo de agebatur, fracta feſtuca. Inde naſcebatur occaſio agendi de poſſeſſione, eaque vis dicitur à Cicerone, vis quotidiana, id eſt, civilis & morib. & quæ fit ex conventu partium, & à Gellio vis feſtucaria vindicta: nam vindicta nihil aliud eſt, quam ramus, ſurculus. Alia vis armata eſt incivilis. Huic quod dicitur, ædificantem in ſuo, ſola nuntiatione novi operis prohiberi ex *d. §. meminiſſ.* obſtat. *d. l. & ſi forte, §. 5. ſi ſervit. vind.* ubi ait, eum qui in ſolo ſuo ædificat, prohiberi poſſe per lapilli jactum, ſi poſſeſſor faciat in ſuo, ut ſi is, qui ædes ſublatas habet, reficiat, & ædificium demoliatur, & nuvum facere velit, is non poteſt prohiberi, niſi denontiatione novi operis, ſed ſi ſim poſſeſſor, id eſt, ſi vicinus ædes non habeat ſublatas, & velit tollere, licet faciat in ſuo, tamen à me poteſt prohiberi per jactum lapilli, retinendæ meæ poſſeſſionis cauſa, quam amitterem per nuntiationem. Et ex his, quæ dicta ſunt, conſtat remedium hujus legis 1. non eſſe ſubſidiarium, quia prohibetur nuntiatus etiam per Prætorem. Porro cum prohibetur per lapilli jactum, verbis opus eſt, ut admoneatur quare prohibeatur, *διὰ τοῦ λίθου βολῆς* ut Græci vertunt, *per jactum lapilli*. Subſidiarium autem eſſe remedium nuntiationem falſum eſt, quia cui liberum eſt prohibere per jactum lapilli, & per civilem actionem, per nontiationem remedium datum eſt, *d. l. & ſi forte, §. 5. & l. inter 15. §. 1. de ſervit. urban. præd.* ſi officias luminibus meis, poſſum te prohibere ſervitutis vindicatione, & operis novi nuntiatione, & datur interdictum prohibitorium, ubi eſt nuntiatio, *hac l. 1. §. nuntiatio fit*: Atque ita remedium non eſt ſubſidiarium. Sed hoc tamen intereſt inter nuntiationem, & alia remedia, quod nuntiatio confeſtim inhibet opus, *l. 5. §. ſi quis forte, hoc tit.* civilis actio non confeſtim, ſed cum jus prohibetur, *l. ſi eo loco 9. in princ. ſi ſervit. vind.* ubi ait, *ſi prohibuero, inhibebo opus tuum*: nuntiatio novi operis non competit poſſeſſori, vel ſi ſit poſſeſſor nuntians, transfert partes poſſeſſoris: civilis actio, & poſſeſſori, & non poſſeſſori, *d. l. & ſi forte, §. 1. l. pen. §. ult. ſi uſufr. pet. §. æque, de act.* Cætera autem remedia data prohibendi cauſa poſſeſſori dantur, veluti per Prætorem, vel per lapilli jactum, interdictum prohibitorium: ſed non omnia ſunt eodem, parique jure. Qui nuntiationem exiſtimant ſubſidiarium eſſe remedium, moventur *l. 3. §. plane, & §. ſeq. hoc tit.* quod ſit aliud remedium. Domus eſt communis inter te, & me, tu facis in ea quid novi me invitu: an tibi poſſum nuntiare novum opus? Et ait, non poſſe, ſed potero eum prohibere per Prætorem extra ordinem: nam quod fit per nuntiationem, fit ſecundum ordinem, per Prætorem extra, vel communi dividundo. Domus eſt communis inter te, & me, tu in ea, me invito, novi quid facis: ego propriam habeo domum vicinam communi, cui nunc nocetur, aut nocebitur, ſi pergas facere novum opus: an poſſum nuntiare ratione meæ domus? Sed ſicut non poſſum nuntiare novum opus, ſi quid facias in locatione, ita licet habeam vicinam domum communi, non poſſum nuntiare novum opus. Denique ſocius ſocio in communi re, non poteſt nuntiare, vel prohibere novum opus, quia poteſt alia ratione prohiberi: ſed hoc non vult Juriſconſult. ſed alia eſt ratio prohibendi. Duæ ſunt cauſæ nuntiationis novi operis, dominium, & ſervitus, id eſt, jus nuntiandi tantum eſt domini ejus loci in quo fit novum opus, vel cui locus ille debet ſervitutem. Socius rei communis non eſt dominus ſolus, imo nec proprie dominus, cum alter ſit condominus, *l. illud 46. de ritu nupt.* Poteſt quidem dominus nuntiare novum opus non domino, non autem domino: non poteſt etiam nuntiare ex cauſa ſervitutis, quia res mea pro parte, nulli poteſt ſervire: ſi ſervierit alteri, jam evaneſcit, *l. in re communi 26. de ſerv. urban.* ſic deficiunt cauſæ nuntiationis, quibus ſocius ſocio poſſit prohibere per nuntiationem, ſed per aliud remedium poteſt, ut per actionem communi dividundo, *d. l. in re communi*. Quod autem ait, quia poſſum alia eum ratione prohibere, hoc perinde eſt accipiendum, ac ſi dixiſſet: ſed poſſum alia ratione prohibere, ut ſup. Denique his verbis non continetur ratio ſocio denegandæ nuntiationis, ſed ratio qua demonſtrat ſocium non deſtitui alio remedio: nuntiatio fit ſine Prætoris aditione, quia ſemel edicto in perpetuum permiſſa, & promiſſa eſt nuntiatio novi operis: ſed adeundus eſt Prætor, qui terminabit rem inter litigantes, *l. ult. C. de ædif. privat.* Nec obſtat ei, quod dictum eſt, nuntiationi non opus eſſe Prætoris aditione, *l. 5. §. qui opus novum nuntiat, hoc tit.* his verbis: ſed qui vult docere apud Prætorem ſe jus habuiſſe prohibendi, jurabit nuntiator, antequam exequatur nuntiationem apud Prætorem de calumnia, id eſt, ſe calumniæ cauſa non nuntiaſſe: Et ita ſi nuntiatus deſideret, Prætore decernente, jurabit nuntiator: ex eo fit ut nuntians non jure, licet regula juris ſit, eum qui defert jusjurandum, debere prius jurare de calumnia, *l. delata 9. C. de reb. cred. l. ult. C. de fideicomm. l. jusjurandum 34. §. 3. & l. ſi non fuerit 37. D. de jurejur.* ut ſit jusjurandum reciprocum. Ratio autem cur nuntians non juret hæc eſt, quia jusjurandum defertur decreto prætoris. Ergo qui defert jusjurandum debet prius jurare de calumnia, ſed non is, quo poſtulante, defert Prætor jusjurandum: nuntiatio omnibus diebus fieri poteſt, etiam feriatis, ut etiam emancipatio, & manumiſſio, ut & quocumque loco: ſed nuntiatio non fit quocumque loco.

Ad

Ad §. Et adverſus abſentes.

NUntiatio fit adverſus furioſos. Ex quibus cauſis ignorantibus acquiritur, ex iiſdem furioſis, & infantibus. Ignorantibus acquiritur actio Pauliana, legatorum, furti, legis Aquiliæ, certi condictio de bene depenſis, liberatio: è contrario, quæ invitum, & ignorantem tenent, ea tenent furioſum, & infantem etiam ſine tutorum, aut curatorum auctoritate: hereditas obligat æri alieno ſervum, & neceſſarium heredem: ergo & furioſum, *l.8. & l.furioſus, de acquir. hered.* nuntiatio novi operis tenet ignorantem, & infantem: ergo & furioſum, quia nuntiatio fit in rem, id eſt, opus quod paratur, non in perſonam, & dicitur nuntiatio fieri in re præſenti, non perſonæ præſenti, *l.10. & 15. inſ.* Ex eo fit, ut ex cauſa nontiationis teneatur quilibet poſſeſſor illius loci in quo nuntiatum eſt novum opus. Finge: nuntiavi novum opus: paruiſti, & eum locum vendidiſti. Emptor fecit novum opus; an tenetur emptor interdicto reſtitutorio? tenetur ex *l. ult. hoc tit.* ibi, *quia nuntiatio operi, non perſonæ fit*: ſic legendum eſſe Baſilica demonſtrant: an deſtruet emptor ſuis ſumptibus, qui ignorans nuntiationem, fecit novum opus? adeoque merito opponitur *l.vi facit, §. idem ſi prohibiti, quod vi, aut clam,* l.3. *§. opus, de al. jud. mut. cauſa fac.* Finge igitur nuntiatum novum opus, & heredem nuntiati, vel emptorem feciſſe ignorantem: non teneri ait *d. l. vi facit, §. idem ſi prohibiti, d. §. opus l.3. de al.jud. mut. cauſ. fac.* quo edictum & titulus continetur, de his qui in futurum parant difficiliorum adverſario adverſarium, Species: Poteras me convenire actione in rem ſcripta, vel interdicto, & priuſquam convenires me, eam alienavi potentiori, ut adverſarium tibi difficiliorem opponerem: tenebor actione in factum reſtitutoria, in quantum tua intereſt non habere difficiliorem adverſarium: nunc finge. Ego tibi nuntiavi novum opus: ab opere deſtitiſti, ſed vendidiſti locum, quo de agebatur, data opera ut mihi opponeres alium adverſarium. Emptor ſive ſciens, ſive ignorans fecit, durior eſt cauſa mea, quia jam te non poſſum convenire interdicto reſtitutorio de novi operis nuntiatione, quia nihil feciſti; nec emptorem, quia ei non eſt nuntiatum: verior Accurſ. ſolutio eſt ex §. qui præcedit *§. opus, d. l.3.* Finge: tenebaris actione aquæ pluviæ arcendæ: vel quod volunt, clam vendidiſti illum locum in quo opus feceram: durior eſt cauſa mea; quia ſi tecum agerem, quod vi, aut clam, deberes reſtituere opus tuis impenſis, & adverſus emptorem non poſſum agere, ut tollat ſuis impenſis, quia qui ab alio factum poſſidet, in hoc tantum tenetur, ut patiatur tolli opus, non ut impenſam præſtet; ita emptor tenetur interdicto reſtitutorio de novi operis nuntiatione, ut tantum patientiam tollendi opus præſtet in *d. l. ult.* & modo præſtat emptor impenſam, ut in *d. l.* ut facit *d.l.3. §. qui opus*: nuntiator eſt actor, nuntiatus poſſeſſor; & hoc quanquam ſit verum, tamen ſi ædificarit nuntiatus ante remiſſionem nuntiationis, non licebit ei agere actione confeſſoria niſi jus ſibi eſſe ita ædificandi probet, quamvis alias hæ actiones dentur poſſeſſori, *l.20. §. 1. inſ. cap. 2. ext. de operis nov. nuntiat.*

Ad §. Poteſt autem.

Ignorans quale opus ſit, recte nuntiat novum opus, etiam adverſus ignorantem adverſarium.

Ad §. Inde quæritur.

AN privatorum conventio ſine Prætore, eam rem dirimere poſſit, id eſt, ut ædificet, nec ne, eo quod dixit eos ſe prætoriæ juriſdictioni committere: Et an ſi pactum ſit, alter ſe tueri poſſit exceptione pacti? Et ſi dicas, privatorum conventionem valere, & parere conſequenter actionem, vel ope exceptionis quid remitti, videbitur hæc conventio præferri juſſui Prætoris, quia videtur juſſum Prætoris præveniſſe, cui ſe commiſerat. Ergo Prætoris debuerat expectari judicium, & ut dicitur in *l.jurisgentium, §. ſi paciſcar, de pact.* verſabatur in ea re judicium Prætoris: ſed ait, conventionem valere, & prætor pacta ſervare debet. De hoc §. plenius dicetur infra.

Ad §. Opus novum.

PRopoſuit edictum: deinde quis eſſet actor, aut reus, dein de judicio: nunc quid ſit opus novum, quod eſt molitio, ſive demolitio, quæ priſtinam faciem operis mutat: qua de cauſa utuntur Juriſconſulti verbo reſtituendi, quod latius eſt, quam deſtruendi. Reſtituere, eſt ædificatum deſtruere, & deſtructum reponere in integrum, *l.2. §. reſtituas, ne quid in loco publ.* Addendum huic definitioni, & quæ in ſolo ſit: nam non pertinet ad ea opera, quæ fiunt in ſuperficie, ut & edictum, quod vi, aut clam, *l.1. §. hoc interdictum, l. 7. §. notavimus, quod vi, aut clam.* Quid ſi quis vindemiam faciat alienam, vites, vel arbores putet, vel ſuccidat, an ea facta hoc interdicto exercentur? minime, quia hoc interdictum pertinet ad facta in ſolo, ea vero facta potius dicuntur fieri in ſuperficie; nam ſeges eſt ſuperficies ſoli, *l. certo generi* 13. *de ſervit. ruſtic. præd.* meſſis vitis, & arboris. Genera autem prædiorum diſtinguntur ex ſuperficie, id eſt, ex rebus, quæ in his naſcuntur. Vinearum nomine intelligimus vites, aut ſolum, in quo ſunt conſitæ, ut qui imponit vineis ſervitutem, debeat imponere ſervitutem ſolo, & ita Cajus 2. *Inſtit.* ſi quis in agro alieno vites, arbores, plantas ponat, ſuperficies cedet ſolo. Quidam argumentantur contra id, quod ex *d. §. notavimus*, diximus, interdictum, quod vi, aut clam pertinere ad opera facta in ſolo, ut ſi quis arborem ſuccidat, tenetur eo interdicto: ſed interdictum, quod vi, aut clam latius patet noſtro hoc interdicto, & latius accipitur: nam quodammodo manum infert terræ, & ſolo corrumpendo, qui arbores ſuccidit: ideo interdictum, quod vi, aut clam, latius patet: nam ſi ſurculum unum defringat tollatve quis ex arbore, tenetur eo interdicto, *l. nam & ſi ramos, eod. tit.* Ita quoque interdictum unde vi, quod dicitur pertinere ad res ſoli, locum habet, vel ſi quis ſurculum defringat ex arbore, eodem colore quo interdictum quod vi, aut clam.

Ad §. Sive autem.

TRia ſunt edicta, quæ hoc lib. 39. proponuntur: unum eſt ex hoc edicto, alterum ex *l. ſeq.* tertium ex *l.* 3. Primo remedio utimur, ſive opus fiat in agro, ſive in urbe, in loco publico, privatove. Idem dici poteſt de ſecundo remedio *l.19. §. ult. inſ. tit. ſeq.* Eadem ratio non eſt tertii remedii: nam ea actione utimur tantum in agris, ut avertatur aqua quæ ex uno agro in alium non naturaliter, ſed opere manufacto fluat: nam in urbe, ſi aqua fluat aliena opera in noſtrum fundum, agitur actione confeſſoria de ſtillicidio. Et hoc tantum interdictum, ſi aqua fluat in privato loco, *l.3. §.pen. & l.ſi in publico, de aqu. & aqu. pluv. arc.*

Ad §. Nuntiamus.

EX hoc §. tres ſunt cauſæ nuntiationis; *l. 5. §. Et belle Sextus inſ.* una naturalis, altera impoſititia, altera publica. Et ſane utrobique cauſas eaſdem proponit, ſed diverſis verbis. Primum, publica cauſa, videlicet ſi opus novum fiat in loco publico, vel flumine,

mine, ripave publicis adverſus facientem cuilibet eſt jus nuntiandi, quia civis eſt. Item ſi quid fiat in loco ſacro, & religioſo, quibus ex cauſis ſunt interdicta propoſita cuique tuendi juris publici cauſa, & hæc finalis eſt cauſa, & quia civis eſt, qui nuntiat, hæc cauſa eſt efficiens. Idem ſi quid fiat contra leges, Senatuſconſulta, edicta Principum, quæ modum ædificiis faciendis præſcribunt: nam quædam prohibebant ne Mæniana projicerentur in publicum; ſed licet hodie intermiſſo decem pedum ſpatio, *l. Mæniana, C. de ædif. privat.* Item ſi quis ædificet juxta ædes publicas, & idem ſpatium non intermittat, *l. ſi cui loci 9. C. eod.* Item ſi non ſit intermiſſum ſpatium ſtatutum balneis, furnis: nam illicite ædificat, *l. 1. hoc tit. l. fideicommiſſa 11. §. ſi quis illicite, de leg. 3.* Item ſi contra conſtitutionem Trajani, de qua Aurelius Victor, ſupra modum altius ædes tollat, qua cavebatur, ne ædes ſuperarent altitudinem ſexaginta pedum, ob ruinas, & ſumptus exitioſos, ex 12. tab. ſi quis ædificet inſulam, debet ab alia ambitum intermittere, vel ſpatium duorum pedum, & ſemipedis, id eſt, ſeſtertium pedem, ob circumeundi facultatem. De quo *l. Imperatores 14. de ſerv. urb. præd.* intelligenda eſt. Secunda cauſa eſt naturalis: ſi quid facias in meo, aut quid in meum projicias, quia dominus ſum, recte nuntio. Tertia cauſa eſt, ſi quis contra ſervitutem debitam prædio meo faciat. Finge: Debet mihi quis ſervitutem altius ædes non tollendi: contra parat, nuntiabo ei novum opus ex cauſa debitæ ſervitutis. Et in hanc rem omnino notanda eſt *l. 1. §. jus, inf. de remiſſion.* ubi jus eſt ei novum opus nuntiandi, qui dominium, vel ſervitutem habet. Sed hoc ita quoties nuntiatio ſolum eſt de re familiari, non autem de publico: ratio eſt, quia cives ſunt. Ex impoſita cauſa nuntiatur novum opus jure ſervitutis. Hinc ſervitus eſt conditio, qua unius prædii jus minuitur, alterius augetur: jus quod quis in alieno agro prædii ſui nomine impoſitum habet, vel jus, quo prædia alia aliis ſubjiciuntur.

In hoc ergo §. proponuntur cauſæ finales nuntiantis novum opus, ut ne quid fiat contra jus noſtrum, vel publicum. Altera cauſa, ut caveatur nobis damni infecti. De hac cauſa non eſt hic tit. ſed ſeq. ſic duæ ſunt nuntiationes, quæ veniunt ex ædificio faciendo à vicino in noſtro ſolo, quarum differentia maxima eſt: nam nuntiatio ex hoc edicto fit in rem præſentem, non in perſonam; nuntiatio ex tit. ſeq. magis eſt in perſonam: nam non eſt neceſſe, ut fiat in ædes ruinoſas; ſed ad vicinum cujus hæ ſunt ædes carioſæ. Quid ſi opus velit facere in mari, vel ejus littore, an nuntiatio fiet? ut & ſi quis velit ædificare in ripa fluminis publici, vel flumine publico? minime: quia quilibet in mari ædificare poteſt, vel in littore maris jure gentium: ſed poteſt prohiberi, & nuntiari novum opus ex edicto damni infecti. Et ſunt duæ cauſæ finales. Ratio eſt, quia uſus maris, & littoris eſt publicus jure gentium, proprietas eſt communis, id eſt, vacat omnibus, & occupanti conceditur: uſus fluminum, portuum, riparum eſt publicus jure gentium, proprietas eſt publica jure civili, id eſt, propria civitatis cujuſque, ad quam ſpectat: proprietas riparum eſt privatorum, & eorum, qui prope ripam ædificia habent, *l. fluminum 24. tit. ſeq. l. ergo 30. §. ult. de acq. rer. dom.* Atque adeo in ripa ſine conſenſu eorumdem ædificare non licet: in aliis ſine conſenſu Imperatoris.

Ad §. Inde quæritur.

UT conventio nuntiationis ex hoc edicto poteſt fieri, ita poteſt conventio ſuper nuntiatione tituli, quod vi, aut clam, *l. 2. §. ſed ſi permiſerit, quod vi, aut clam:* Ita tamen ſi nuntiatio fiat de re familiari, & privata; ſecus ſi de re publica, *l. Juris gentium, §. ſi paciſcar, de pact.* Atque ita pactum de vi non valet, ſi vis in publico fuerit facta, *l. ſi unus 27. §. pacta, eod.*

Diximus ex quibus cauſis fiat nuntiatio, *§. nuntiamus*, quæ ſic breviter comprehendi poſſunt: Aut nuntiatio fit de re familiari, puta ſi in privato opus fiat, aut de re publica, ut ſi in publico. Et primum ſi fiat de re familiari, aut nuntiamus novum opus juris noſtri conſervandi cauſa, ut confeſtim diſcedatur ab opere, ut puta ſi fiat opus in noſtro, vel quid immittat quis, vel opus faciat in ſuo, qui tamen nobis ſervitutem debet: his enim caſibus, quia domini ſumus, nuntiamus, ut diſcedatur ab opere ſtatim, vel ut nobis detur cautio depellendi damni, ut puta ſi quis opus in ſuo, qui nobis ſervitutem debet faciat aliquid. Si nuntiatio fiat de re publica, aut fit juris tuendi publici cauſa, ut ſi quis faciat opus in itinere, via publica, ut ſtatim ab opere diſcedat: aut damni depellendi: cauſa, ut ſi opus faciat in mari, aut in ejus littore: nam ei non nuntiamus, ſed agimus, ut præſtet cautionem damni infecti. Diximus quomodo nuntiatio fiat damni depellendi cauſa, ſive opus fiat in publico, ſive in privato loco, ut *§. ult. l. 3.* oſtenditur.

Ad §. Juris noſtri.

NUntiat ex his cauſis is ad quem res pertinet: multum intereſt, an nuntiet juris conſervandi cauſa: nam cui poſterius licet, non licet primum. Ex priore cauſa nuntiat, qui habet dominium, vel ſervitutem, *l. 1. §. jus, infr. de remiſſ.* Is etiam, qui habet utilem vindicationem rei, loci, vel ſervitutis loco debitæ. Ex poſteriori cauſa nuntiat is, qui neque dominium, neque ſervitutem habet, ut emptor prædii ante ejuſdem traditionem, nonnunquam poteſt nuntiare novum opus, ut caveatur ſibi damni infecti, ut ſi venditor permiſerit ei uti re vendita precario ante traditionem, *l. damni 18. §. emptor, & l. emptor 38. tit. ſeq.* nam qui cuſtodit ædes alienas, curare debet ſibi caveri damni infecti à vicino. Regulariter venditori ante traditionem cavetur damni infecti: ſed ſi ei precario eam rem ante traditionem emptor dederit, poterit nuntiare, & petere, ut ſibi caveatur damni infecti. Et ita ex poſteriore cauſa cavetur inquilinis, inquilinorum uxoribus, & his qui cum inquilinis morantur: fructuarius etiam denuntiat novum opus, ut ſibi caveat damni infecti, *l. qui bona 13. §. qui damni, & §. ſuperficiarius, tit. ſeq.* cum non poſſint nuntiare ex priori cauſa. Dubitatum eſt de fructuario tam ex poſteriore, ſed hoc conſtat poſſe, quam ex prima cauſa, de qua ſane non conſtat an ex ea nuntiare poſſit. Et videtur non poſſe, quia neque damnum habet, neque ſervitutem: debetur quidem ei ſervitus uſusfructus, quæ perſonalis eſt, ſed non debetur ei ſervitus prædialis, id eſt, non poteſt agere de ſervitute debita prædio proprietarii: Ergo non poteſt nuntiare novum opus ex priore cauſa, idque ex *§. ult. hujus leg. ſuo nomine:* nomine quidem proprietarii poteſt, modo det cautionem de rato. An igitur incidit in damnum? id eſt, an vicinus impune inferet damnum fructuario? minime: nam ei conſuletur per vindicationem ſervitutis, & uſusfructus: Et ſic eum prohibebit civili actione, qua tantumdem conſequetur, quantum nuntiatione.

Ad L. II.

SUbjicitur l. 2. quæ pugnat cum *d. §. ult. legis 1.* nam etſi dicat fructuarium non poſſe nuntiare fructuario, tamen ſignificat aperte, poſſe adverſus extraneum, quia non poteſt vindicare ſervitutem à proprietario: non enim habet vindicationem ſervitutis adverſus proprietarium: ſed poteſt eum prohibere per vindicationem uſusfructus, id eſt, actionem confeſſoriam. Et in hac lege ait poſſe agere de ſervitute debita prædio fructuario, quod in *§. ult.* negavit: nam ſequitur, ut ſi agere poſſit de ſervitute eadem ei-

dem

dem prædio debita ; poſſit, & nuntiare , quia hæc cauſa impoſititia . Et ita ſenſiſſe Julianum ex *l.* 1. *§. Item Juliano , de remiſſ.* patet . Nunc de hac lege videamus, quæ explicata eſt uſque ad §. *Jus habet* , In quo §. agitur de nuntiatione . Et nuntiat , qui habet dominium , ſervitutem , & vindicationem utilem . Ulp. in *d. l.* 1. *§. ult. de remiſſ.* refert ſententiam Juliani ; ſed non probat , ut paſſim in ff. certiſſima eſt regula : ſi nuntiatio tenet , remiſſio non valet, et aſt inutilis, & contra: vel ſi nuntiatio eſt utilis , remiſſio eſt inutilis , & contra. Itaque dicendum permutata eſſe vocabula in *hoc §. Jus habet* (utilis , & inutilis) nam ubi legitur *utilis* , legendum , *inutilis* , & ubi , *inutilis* , leg. *utilis* : nec probandi ſunt, qui ad id dicunt; ſi nuntiatio tenet, remiſſio quidem non eſt neceſſaria ; ſed eſt utilis: ſed nequit eſſe utilis , cum non valet : contra , inquiunt : ſi uuntiatio non valet , remiſſio eſt inutilis ſcilicet , ſed neceſſaria tamen : imo ne neceſſaria quidem : ſed quod neceſſarium eſt, eſt utile . Alii falſam nuntiationem , ſi non valeat , tamen remiſſionem valere , dicentes nuntiationem , quia tenet , remitti poſſe , contemni tamen poſſe : ſed certiſſimum eſt ubi nuutiatio tenet , non valere remiſſionem ; ubi non tenet , utilem remiſſionem . Et ſunt verba hæc interpoſita : nam ait in *hac l.* 2. ſi domino nuntiaverit remiſſionem inutilem eſſe, & ſic remiſſio erit ſimul utilis, & inutilis , quod locum non habet , ſicque Juliani ſententia non probatur ab Ulp. Marcello , Labeoni, & Nervæ , & in hoc reprehenditur in *l.* 1. *in princ. ſi uſusfr. pet.* à Marcello , qui ſcripſit , fructuarium non habere jus vindicandarum ſervitutum, nec adverſus dominum, nec non vicinum extraneum .

Sed multo difficilior eſt lex, *qui viam, hoc tit.* ad quam ſolvendam communis opinio eſt , ut qui habet ruſticam ſervitutem, non poſſit nuntiare, ſi quid fiat contra eam, qui urbanam , poſſit : ſed hæc lex ita locum habet , ſi nuntiet domino ædificanti in via , quia poteſt contra dominum agere, jus ſibi eſſe ire, agere : ſed non poteſt ita contra dominum agere , jus ei non eſſe ædificare : id eſt, qui ædificantem non poteſt prohibere ædificare, non poteſt nuntiare novum opus . Finge : tu mihi debes ſervitutem ſtillicidii immittendi, tu altius ædificas , ut non poſſim immittere ſtillicidium ; non poſſum agere tibi jus non eſſe ita ædificandi, ſed jus immittendi ſtillicidii, *l. ſi eo loco , ſi ſerv. vind.* contra is, cui ceſſa eſt ſervitus altius non tollendi, vel operis ferendi , ſi ædifices altius, ut non feras onera ædium mearum , recte agam, jus tibi non eſſe ita ædificandi , *l. & ſi forte , §. ult. ſi ſervit. vind. l. inter , de ſerv. urb. præd.* ex ſententia Juliani, qua ratione conceditur , nempe vindicatione , nuntiatio fructuario, eadem ratione emphyteuticario : cui datur vindicatio ſervitutis , datur nuntiatio . Item ſuperficiario, *l.* 3. *§. pen. hoc tit.* Ex ſententia Juliani : Item creditori hypothecario : poſſis addere , feudatario .

Ad L. III.

PErſequitur hanc quæſtionem ; quæ perſonæ nuntient . Et quæſtio hujus legis eſt , an provinciales poſſint nuntiare novum opus : & id quidem concedit : nam Itali tantum prædiorum , quæ poſſidebant , erant domini , eaque jure Quiritium vindicare poterant , ut & ſervitutes . Et ſic poterant nuntiare, at provinciales prædiorum , quæ poſſidebant , non erant veri domini , ſed populus Rom. vel Princeps , cui pendebant vectigalia : Et prædia ea dicebantur nec mancipi , quia eorum dominium non poterant acquirere per mancipationem , ut nec uſucapiebantur . Potuerunt tamen provinciales acquirere longa poſſeſſione dominium , & ſic veri domini exiſtere , non jure Quiritium, quo videbatur eis non dari vindicatio : ſic nuntiare non poterant : id tamen conſtitutum, ut vindicarent , *l. cum ſponſus , §. in vectigalibus , de Public. in rem act.*

A Et quod ait , *In provinciali etiam* , id eſt , non tantum in Italico .

Ad §. Si in loco .

An unus ex ſociis poteſt nuntiare adverſus vicinum? Et id concedit , ſed non adverſus ſocium .

Ad §. Si ego .

SUperficiarius poteſt nuntiare novum opus . Ratio dubitandi eſt , quod videatur eſſe inquilinus, id eſt, conductor prædii urbani , ſive ædium , & pendit ſola- B rium , id eſt , mercedem pro ſolo , qui & interdum incola . Inquilinus non nuntiat ex priore cauſa : Ex poſteriore nuntiat , quia nec dominium , nec ſervitutem habet . Ergo ſuperficiarius eſt , qui ædificat in alieno ſolo , quod à domino conduxit , ut ea lege ædificaret , vel haberet ædificium in perpetuum , aut certe tempus longum , ſub penſione annua certa , ſub ſolario annuo : locatio non fit in perpetuum , cum fieret in quinquennium : conductor nullum habet jus in re : at ſuperficiarius habet jus , & eſt quaſi dominus ſuperficiei: nam dat ei Prætor interdictum de ſuperficiebus ſimile interdicto uti poſſidetis , *l.* 1. *de ſuperficiebus* , *inf.* & utilem rei vindicationem . Qui autem habet rei, aut ſervitutis vindicationem , nuntiat . Ergo hypothecarius creditor , emphyteuticarius, feudatarius, ſuperficiarius, qui omnes C habent jus in re , poſſunt nuntiare , & hos Prætor tuetur tanquam dominos : non autem fructuarium tuetur tanquam dominum , & jus , quod habet in re fructuarius, non facit eum haberi pro domino . At jus emphyteuticum jus ſuperficiarii , & aliorum jus eos facit haberi dominos apud Prætorem . Hactenus de nuntiatione , quæ fit de re familiari , ſeu privata, à quibus fiat. Nunc in *§. ult.* quæ perſonæ nuntient novum opus ex re publica . Et ait , omnes cives nuntiare . Et ad hanc nuntiationem , atque quæſtionem pertinet *l. 4. & 5.* uſque ad *§. nuntiationem* .

Ad L. V.

D PUpillis non eſt danda executio nuntiationis novi operis , quia executio eſt ea perſecutio , quæ poſt nuntiationem fit apud Prætorem, quæ executio nuntiationem ſequitur : ſi nuntiarit pupillus ex cauſa publica, erit inanis nuntiatio , quia eam non ſequitur executio , & ne auctore quidem tutore , quia nec ei datur actio popularis . Popularis actio eſt , quæ jus ſuum populo tuetur , *l. mulieri , de popul. act.* quæ idem denegat mulieri: ut inde conſtet, mulierem non poſſe nuntiare, quia ei non datur popularis actio : ſicut privatus non poteſt tueri jus ſuum civili actione , ita nec nuntiare : civiliter tamen admittitur ad nuntiationem, ſi res ad ſervum communem ſpectat , auctore tutore , quia etiam non poteſt agere nulla actione ſine tutore , *l.* 1. *§.* 1. *de adm. tut.* In principio hujus leg. 5. dubitant Interpretes , & E Accurſ. quæ ſit differentia inter lumen , & proſpectum: ſed lumen ingreditur , proſpectus egreditur : qua de cauſa in conſtitutiona Græca Zenonis , quæ deſideratur in *tit. de ædif. priv.* differentia ponitur inter feneſtras , quibus proſpicimus , & feneſtras quibus lumina recipimus : non omnes igitur cives habent nunciandi jus de re publica , ut pupillus , ut nec ſervus, quia non eſt civis , licet ſervo nuntiatio fiat , etiam fœminæ , quia & ſervus nullam actionem exercere poteſt : ideo nec de re domini , nec de re pub. nuntiare novum opus poteſt; ſi tamen fecerit quis contra nuntiationem ſervi , qui prohibuit domini nomine , tenebitur interdicto , quod vi , aut clam , *l.* 3. *quod vi , aut clam* , non interdicto tenebitur novi operis nuntiatione .

Ad

Ad §. Nuntiationem.

NUnc quibus nuntietur, & in quibus locis nuntietur, poſt quam ex quibus cauſis, & à quibus fiat nuntiatio dictum eſt: nuntiatio fit in rem, vel locum, ubi opus fit, vel in opus ipſum magis quam perſonam, adeo ut fruſtra quæri videatur, cui perſonæ fiat: Et nuntiari poteſt cuilibet, *l. cuilibet* 11. *h.tit.* id eſt, qui in rem præſentem fuerit: nuntiatio ergo fit in rem, & cuilicet in re præſenti: nuntiatio ſequitur naturam, & jus actionis: loquimur autem de nuntiatione ex privata cauſa, id eſt, familiari; hujus cauſa eſt vindicatio rei, vel ſervitutis, nuntiatio fit in re præſenti: nam vindicatio etiam ulim fiebat in re,& loco præſenti;actio B directa, & principalis eſt vindicatio, ut ſæpe in tit. ad exbib. Actio ad exhibendum eſt præparatoria, interdictum de lib. exhibendis eſt præparatorium, *l. 3. de lib. hom. exhib.* Cum de re immobili agebatur, Prætor ibat olim in fundum, de quo agebatur, & ibi primum lis inchoabatur per vindicationem. Item vindicatio non tam rei vindicatio, quam vindicatio in fundo, poſtea cum prætor non poſſet proficiſci in fundum cum litigatoribus, glebam litigatores capiebant, & adducebant ad Prætorem, & dicebant, totum, ut Gell. 20. cap.t. fundum ad ſe pertinere; & tum lis inchoabatur: nuntiatio fit, dum non ſit perfectum opus: inchoaſſe autem videtur ædificare is, qui vel unum cæmentum poſuit, vel fodere cœpit; etiamſi nondum operi manum adhibuerit, quod non probat Accurſ. ex *l. ſtipulatio*, C *§. opus, infra hoc tit.* qui loquitur de opere facto non inchoato: & ſic aberrat, & ibi male opus factum interpretatur, inchoatum: nam §. loquitur de ſtipulatione operis facti, quæ locum non habet, niſi opere facto. Huic quæſtioni, quod nuntiatio debeat fieri in re præſenti, Ulpianus aliam adjungit, fieri nuntiationem non tantum domino ſoli, ſed operis, vel poſſeſſoris, & ei, qui fuerit in re præſenti domini operis, dominive nomine. Domini, ut ejus negotia gereret, operis, ut opus faceret: nec intereſt cujus conditionis, ſexus, & ætatis ſit. Et quæ ita fit nuntiatio, dominum tenet, & obligat in hoc, ut cogatur ſua impenſa deſtruere conſtructum poſt nuntiationem: fit ergo in re præſenti, vel cuilibet in re præſenti intelligenti, ut domino poſſit renuntiari, licet non fuerit renun- D tiatum. Poteſt nuntiari poſſeſſori, *l. ædibus* 18. *h. tit. inf.* In ſumma, non eſt maxime requirendum, quibus perſonis fiat nuntiatio: nam in rem fit non in perſonam, *l.*10. 11. *& l.ult. inf.* Hic quærit Accurſ. quid ſit ſi nemo ſit in re præſenti, cui denuntietur: ex ſequ. tit. Juriſconſulti, quærit, quid fiat ſi nemo ſit, *l. 4. §. toties*: nos tractamus de ea, quæ fit ex hoc tit. nam quærere de ea, quæ ex ſequ. tit. nihil prodeſt: verum vix eſt,ut fiat opus ſi nullus ſit, vel ſi intermiſſum ſit opus: jam nihil intereſt vicini, cum facientem opus pœnituerit. Quid ſi putet intermiſſum ad finem operis perductum iri. & neminem invenerit? ſane tunc licebit ex hoc tit. ſecus ex tit. ſeq. denuntiare libello ad locum ipſum affixo; ut eo inſpecto, quilibet intelligere poſſit factam nuntiationem, *l. 2. C. de ann.* E *except. l. 1. C. Theod. ſi certum petat de chirogr.* qua cavebatur ne ex ullo chirographo eſſet actio, nec valeret niſi in ſingulos 12. annos denuntiatum debitori renovaretur. Et erat ſimilis conſtitutio de teſtamento, ut teſtamentum non valeret, niſi confirmaretur in quoſque 10.annos. Quod ſi forte debitor abeſſet, ſatis erat denuntiationem affigere poſtibus debitoris, *l.vim* 39. *§. nupta, ad l. Juliam, de adult. l. ult. §. 1. quod vi, aut clam, l.1. §. 1. de lib. agnoſc. l. 13. de excuſ. tut.* Et 12. tab. ad portum obvagulatum ito, id eſt, ad domum denuntiatum ito: ita per feciales denuntiabatur bellum, nec intererat an per eum an per alium denuntiaretur. Denuntiatio nulla eſt, quæ non ſit teſta- A to: alioquin de ea non conſtaret: nova valde eſt opinio Accurſ. ut ſcilicet nuntiatio, quæ fit in re præſenti non ſtatim valeat, ſed ex eo tempore, quo domini ſcient nuntiationem factam, quod falſum eſt: nam fit abſenti ex *l.*10. nuntiatio tenet furioſum, & infantem. Ergo ignorantem, & quidem ſtatim, nec moram patitur, quaſi quilibet actus legitimus, idque demonſtratur in *§. ſequ.*

Ad §. Si quis forte:

NUntiatio quæ fit in foro, nulla eſt, ſed quæ fit in re præſenti: nam ſi admittas, recte in foro fieri, quodcumque fiet dum properat dominus ad opus,ut dimittat fabros, deſtruetur: Et ſic non facit contra edi- B ctum Prætoris, id eſt,locus eſt interdicto reſtitutorio.

Ad §. Si plurium res ſit.

QUæritur an ſi plures ſint domini ejus loci, in quo opus ſit nuntiatio recte fiat uni ex ſociis: & ait, recte fieri, ſicut nuntiatio facta puero, ſervo: ſi nuntiatio à domino non domino. Cæterum interdicto reſtitutorio tenebitur is, qui contra nuntiationem fecerit, & factum unius alteri non nocebit. Et longe alia ratio eſt dominorum ejus loci, cui novum opus nuntiatum eſt: nam unus quidem ex his non poteſt nuntiare alteri,*l.3.*ſed nuntiatio unius non proficiet alteri:& quot ſunt domini, tot nuntiationes eſſe debent ex parte nuntiatorum: ergo uno denunciante ex ſociis, pro cæteris C non videtur denuntiatum, uno denuntiato videtur.

Ad §. Si plurium dominorum.

SIc in *l.Labeo, de ſtatulib. nocet*, id eſt, nocere poterit, & ſic in tit. *de acq.pluv.* ſemper nocet ita accipiendum, ſi modo res ferat. Ad hoc, qui jus habent prohibendi, ſi uni nuntiet, ſatis eſt, vid. *l.18.infra*, quæ loquitur de dominis ejus loci,in quo opus fit,& oſtendit denuntiato uno, cæteris denuntiationem eſſe factam, rem unius non nocere alii, imo locus ſic accipiendus,ut uni facta ſit nuntiatio, poſt quam ejus voluntate opus factum ſit, at omnes obligatio tenet, id eſt, obligantur interdicto reſtitutorio: male Accurſ. qui fecerint, D tenebuntur præſtare patientiam, & impenſam: qui non fecerint, patientiam tantum: imo utrumque, quia voluntate eorum alii fecerunt: nam nihil intereſt quis fecerit, an alter fecerit ejus voluntate, *l.20. §. hoc interdictum*, ſed finge: quidam fecerunt opus cæteris inſciis: hi non tenentur.

Ad §. Si quis ipſi Prætori.

SUnt quoque varii intellectus Accurſii ad hunc §. Habes vicinum Prætorem: vult opus facere, an potes ei nuntiare? minime, quia nec cum eo agi poteſt, quamdiu eſt in magiſtratu, *l. pars 48. de judic. l.2. de in jus voc.* municipalem quidem magiſtratum, ſed non prætorem vocare in jus licet,& contra eum agere.Con- E ſulitur tamen ei, cujus intereſt opus non fieri, alio remedio: ut adhibitis teſtibus dicat ſe nuntiare non poſſe novum opus, & hoc redigat in ſcriptis, finito autem magiſtratu nuntiabit, & ædificatum ante cogetur demoliri, nuntiatio facta poſt magiſtratum retrotrahitur ad tempus teſtationis, barbare ex nunc ut ex tunc, repetito die. Et Guido Pap. de his verbis in quadam deciſione diſputat. Et placet remedium, quo poſſumus uti in ſimilibus rebus.

Ad §. Sed etſi quis, & §. ſeq.

VIdetur pertinere ad quæſtionem, quibus perſonis nuntiatio fit: nam his dicit recte nuntiari, qui

Digitized by Google

qui inferunt in noſtrum aliquid, vel projiciunt, vel in noſtro ædificio, nedum in ſuo: idque probat rebus, & ratione cauſarum. Publica cauſa, ſi quis faciat in publico, vel contra leges, quæ modum ædificiorum præſcripſerunt: nuntio novum opus jure domini, ut ſi quis faciat in meo, civitatis, in publico, ſervitutis ſi in vicino prædio, quod mihi ſervitutem debet. Cui §. adjunge §. *meminiſſe*, ne amittas commodum poſſeſſionis, melius eſt prohibere per Prætorem, per lapilli jactum: nam ſi prohibeas per nuntiationem novi operis, exuis poſſeſſionem: igitur nuntiatio novi operis actionem imitatur, & nuntians ſuſcipit partes actoris, & nuntiatio comparata eſt proprie in gratiam ejus, qui non poſſidet, quanquam nuntiet, qui poſſidet. Itaque cum quis facit in ſuo, tum neceſſaria eſt nuntiatio ex hoc tit. & tunc nuntiat non poſſeſſor poſſeſſori. Quod ſi poſſeſſor nuntiet ex hoc tit. non poſſeſſori, transfert dominium, & melius eſt eum uti adverſus vicinum alio remedio: ſi facere perſeveret in fundo poſt nuntiationem, tenetur interdicto uti poſſidetis, interdicto reſtitutorio, quod vi, aut clam; modo non nuntiarim novum opus ex hoc tit. nam tenetur, & interdicto reſtitutorio: ſi in ſuo, tenetur interdicto reſtitutorio ex hoc tit. cur non ſi in meo, non tenetur interdicto hujus tit. quia non nuntiavi novum upus: interdictum ergo hujus tituli non poſſeſſori datur: interdictum quod vi; aut clam, & poſſeſſori, & non poſſeſſori.

Ad §. Si quis rivos.

NUntiatio non fit ei, qui rivum reficit, aut purgat, & cloacam, vel publicam, vel privatam. Et ſi fiat, contemni poteſt; quia hoc pertinet ad publicam utilitatem, & propter cœlum peſtilens. *l. 1. de cloacis*; Et ſi reficienti, vel purganti non licet nuntiare ex hoc tit. tamen poteſt fieri nuntiatio ex tit. ſeq. Actione civili eum etiam prohibere poſſum, ſi intendam jus ei non eſſe rivum ita habere, & cloacam facere, & ſic eſt actio confeſſoria, vel negatoria: vera eſt propoſitio: Qui nequit agere civili actione, *l. ſciendum eſt 19. inf. hoc tit.* ubi denegata executione novi operis, legitimæ actiones domino non denegantur, & ſi quis nuntiarit alieno nomine. Item ſi cautionem ratihabitionis det. Item in hoc §. ubi prohibetur, ſcilicet edicto Prætoris, ut patebit ex ſequentibus, & in §. *totiens*, hæc pars, ſcilicet edicti. Ideoque in *l. 1. §. ſi quis, de cloac.* ubi ait: ſi quis nuntiet novum opus reficienti, vel purganti cloacam, rectiſſime dicitur contempta nuntiatione poſſe me reficere, videtur legendum, *edicitur*. Et hoc confirmat: ſed & damni infecti cautionem prætor, ſi quid operis vitio factum erit: quamvis velit nuntiari ex edicto hujus tit. tamen permittit ex tit. ſeq. dein ſubjicit rationem, ubi lege, *edicendum*, loco, *dicendum*. Eodemque modo in *l. 3. §. pen. de rivis*: ſi quis, reficienti rivum nuntiet novum opus, belle dictum eſt, contemni nuntiationem poſſe: ſed legendum, *edictum*, loco, *dictum*, quia hoc eſt ex edicto Prætoris: Et ita liber Caſcelit Benedictorum in *l. 2. de origine juris*, videtur eſſe legendum, *bene edictorum*: dein ſubdit rationem, quam vide ibidem. Ad hæc quærit Accurſ. Quid ſi velit facere novam cloacam, an nuntiatio ei facta contemni poteſt? Et refert, Hugolinum exiſtimare hanc contemni poſſe, quod verum arbitror: nec offendor, quod hic agatur tantum de reficiente cloacam: nam ſi idem eſt in faciente, debuit id multo magis exprimi: ſed de hoc tantum agit, ideo quod hoc edicto reficientis, & purgantis, feccrat tantum mentionem. Id tamen placuit Juriſconſultis, ut trahatur ad eum, qui fecit: nam interdictum de cloacis porrigitur ad eum, qui novam facit cloacam, *l. 2. de cloac.* quia eadem eſt ratio; nempe publica utilitas: idque de rivo dici poteſt. Et ita argumentatur in *l. 5. §. conſtitutio, ut in poſſ. leg. inf.* ubi conſtitutio loquebatur de heredibus, & ait locum habere in legatariis, & fideicommiſſariis: Et adjicit aliud argumentum, quod Prætor interdixit, ne vis fieret quo minus in publico cloaca fieret, ac ſimiliter, in privato; ſed de ea, quæ fit in publico Labeo putat ita edicendum eſſe, ut per interdictum liceat purgare, novam facere non licet ſine juſſu eorum quibus cura publicarum viarum erat, & viocuri dicebantur. Et lib. 4. de lingua latina Varronis legitur, *falſo vicini curis*, ubi legendum, *viocuris*: cæterum ſive reficiat, ſive faciat, non eſt prohibendus per nuntiationem novi operis. Et vera eſt opinio Hugulini ex *d. l. 2. de cloac.* ſi Prætor interdicat, ne vis fiat reficienti cloacam: Ergo nec facienti, *l. 1. §. pen. de rivis*. Accurſ. contra ex *l. ſtipulatio* 21. *§. opus, inf.* qui loquitur de opere facto. Ratio qua utitur Hugulinus, quæ eſt in hoc *§. ſi quis rivos*: videtur aliquid ſpeciale conſtitui in rivis, & cloacis, nihil vero in eiſdem erit ſpeciale, niſi & facienti cloacam facta nuntiatio contemni poteſt, nemini reficienti poteſt nuntiari: hoc generale eſt, id eſt ſpeciale, cujus contrarium eſt commune, *l. 1. inf. ad munic.* Et contra, id non eſt ſpeciale cujus contrarium non eſt jus commune. Hic ponitur ſpeciale de rivum reficiente, quod non eſt ſpeciale: nam omni reficienti nuntiatio fit, idque ait Hugolinus, ſed falſum: nam reficere aliquid molienti nuntiatur, *l. 1. §. ſi quis ædificaveris, ſup.* loquitur de fulciente, non de reficiente: Itaque jus commune eſt reficienti, & facienti nuntiare novum opus, & ſpeciale, reficienti, vel facienti cloacam non nuntiare. Idem ait nuntiari non poſſe rem reficienti ex *l. ſeq.* quod falſum: nam pugnat nominatim cum edicto de cloacis.

Ad §. Præterea generaliter.

SIve ſint allatura incommodum publico, ſive multis, ſive nuntianti ſolum: Et de ea re cum tale ſit opus, dabitur judex ſpecialis, qui de eo cognoſcet in §. ſeq. legendum, *rivo reficiendis.*

Ad §. Qui opus novum.

EFfectus nuntiationis proponitur, qui eſt, ut jus noſtrum integrum ſervetur, quoad judicatum ſit: Et ut confeſtim diſcedatur ab opere, vel ut præſtet impenſam, & patientiam deſtruendi opus factum poſt nuntiationem. Executio eſt jurare de calumnia, in *l. qui bona, §. qui damni, tit. ſeq.* ſimilia ſunt verba. Demum agere jus ſibi eſſe prohibendi, & alterum non habere jus ædificandi. Et in hoc §. proponitur executio, & edicti pars proponitur, ut in *§. totiens*.

Ad §. Qui nuntiat.

PArticulatim demonſtrandus locus, in quo prohibeat, non autem confuſe, & an in totum nuntiatio fiat, an in partem: & ſic notandus locus. Et hoc fit exemplo vindicationis: nam vindicans debet demonſtrare, an totam rem vindicet, an partem, *l. ſi in rem, ſup. de rei vind.*

Ad §. Si in pluribus locis.

QUæ ſequuntur valde perturbata ſunt in M. S. Quia fit nuntiatio in re præſenti, plures nuntiationes neceſſariæ ſunt, & ſic plures remiſſiones. Partes edicti de remiſſione, ſatiſdatione, & contemnenda nuntiatione ex certis cauſis, de demonſtrando loco. Satiſdatio autem vel repromiſſio de opere reſtituendo interpoſita obtinet vicem remiſſionis: de his, qui non poſſint, aut debeant ſatiſdare, aut repromittere de opere reſtituendo, in *l. 8. inf.* nuntiatio fit per procuratorem ex *l. 1. §. nuntiatio, l. 17. inf.* & per nuntiatio-

tionem procurator domino acquirit interdictum quod vi, aut clam, aut de operis novi nuntiatione: nam moveri non debemus propter rrgulam juris, qua per liberam perſonam actio nobis non acquiritur; nam hoc caſu facto potius delinquentis, id eſt, ejus, qui non paret nuntiationi, quam facto procuratoris interdictum acquiritur, vel potius conſervatur jus priſtinum, *l. per procuratorem, de procur. ſup. l. 3. in princ. quod vi, aut clam*. Ita etiam per tutorem, & curatorem lib. 7. *in fi. inf.* an etiam per Prætorem? dubium erat: nam eſt actus legitimus, & fit teſtato, id eſt, teſtibus adhibitis: nec præterea fit in re præſenti, & confeſtim effectum habet: actus legitimi non explentur per procuratorem, ſed nuntiatio non eſt actus legitimus. Et propterea recte illi nuntiant novum opus. Tutor autem, & curator, ſi nuntient, non cavent de rato, niſi dubitrtur, an ſit tutor, vel an duret tutor, vel an ſit ei ceſſa adminiſtratio, *l. vulga, de admin. tut.* contra verba edicti: nam aliud vult edictum, aliud uſus *tit. de ſatiſd. inſtit.* Procurator ſemper cavet de rato; ſive agat, ſive nuntiet, nam nuntiatio probatur actione, quæ ſequitur. In actione, qui agit alieno nomine, debrt cavrre de rato. Ergo in nuntiatione, etiamſi verus procurator ſit, debet cavere, cum non conſtet, an ei ſpecialiter mandatum ut nuntiet, alias ſupervacua eſſet cautio, *l. 1. de procur. l. 3. §. ſi procurator, ut in poſſ. leg. inf. l. ſi quis rx argentariis, §. Procuratori, de edendo*. Et merito reprehenduntur à Bulgaro, & Placent. Azo, & Hugolinus: non eſt ergo neceſſe, *l. qui ita, §. 1. ad Trebel.* Procurator fideicommiſſarii abſentis poteſt deſiderare reſtitui hereditatem ex Trebell. & debet cavere, ſi non rvidens abſentis voluntas ſit: Et paulo poſt, ſi incertum ſit, an mandaverit, nullo excrpto caſu: dicrndum ſupervacuam cautionem de rato, ſi conſtet de mandato, ſed forte dices: non eſt ſatis ſpecialiter mandatum habere, cum etiam fieri poſſit, ut revocetur mandatum re integra, inſcio procuratore, vel revocari potuiſſe; ſed dicam tantum non conſtare de mandato: ſrd tunc demum conſtabit, ſi dominus apud acta profiteatur illum creare procuratorem, *l. ne ſatiſdatio rem ratam haberi*, ſi id teſtetur libello ſcripto judici, *l. 1. C. de ſatiſd.* per literas ſcriptas adverſario, *l. ſi procurator, de procur.*

Ad §. Qui remiſſionem.

PRocurator actoris cavet de rato. Ergo procurator nuntiatoris, niſi conſtet de mandato. Procurator ejus cui nuntiatum eſt, non cavet de rato, ſed judicatum ſolvi, etiamſi maxime conſtet de mandato: nam dominus ipſe, ſi ageret, caveret judicatum ſolvi in actionibus in rem, ad quas pertinet nuntiatio: Et de rato tantum cavent, qui ſuſtinent partrs petitoris. De ſtipulatione, quæ de novi operis nuntiatione interponitur in *l. rx operis, inf.* & in *l. ſtipulatio*. Eadem formula ſatiſdationis, nuntiationis novi operis, & judicatum ſolvi. Defenſor non ſolet cavere de rato. Sunt tamen caſus in quibus cavet de rato, *l. non ſolum, §. eſt, & caſus, l. ſeq. §. ſrd & is, qui, de procur. ſup.* Finge: minor petit reſtitutionem in integrum adverſus venditorem: exiſtit defrnſor pro venditore: nam cognitio de in integrum reſtitutione datur cngnita cauſa præſentibus adverſariis. Is, ut defenſor debet cavere judicatum ſolvi, id eſt, ſe ſoluturum quodcunique propter reſtitutionem impetratam minori aberit. Ac propterea cavet de rato habendo judicato, ne reverſus venditor petat pretium, aut ex aliqua cauſa empti venditi agat. Itrm finge: Tutor aliquis poſtulatur ſuſpecti: eſt ejus defenſor, hic drbet cavere de rato, ne reverſus tutor retractet ea, quæ geſta ſunt, is, qui convenitur quaſi defenſor debet ſatiſdare de rato; nam exitus potrſt eſſe ejus judicii, ut poſſit eſſe neceſſaria cautio de rato. Finge: agit quis in rem cum vero procuratore, vel domino, vel poſſeſſore: pronunciatur videri rem eſſe actoris: ſi poſſeſſor agat vindicatione adverſus eum, qui vicit, repelletur exceptione rei judicatæ. At finge: egit quis in rem non cum vero procuratore, & pronuntiatum eſt ejus rem eſſe: ſi non ſit cautum de rato, verſabitur in damno; nam domious non prohibebitur eandem rem vindicare ab eo ſecundum quem judicatum eſt. Ergo defenſor debet cavere de rato. Cur ergo in hoc §. etiam defenſor non cavet de rato? quia dominus non ratractabit remiſſionem; aut ſi volet, non audietur. At alter non dominus contra: ſunt, & alii caſus in quibus defenſor cavet de rato, *l. ſed & hæ perſonæ, §. ult. & l. ſeq. l. vel in operis, ff. de procur.* Ex edicto Prætoris procurator actoris debet defendere eum, cujus nomine agit: alioquin non aget. Pœna non drfendentis eſt, ut non agat. Inde quæritur, quis videatur defendere. Finge: Procurator agit ex ſtipulatu: is, cum quo agit, viciſſim deſiderat damni infecti cautionem, quæ inſtar rſt actionis, vel cautionrm legatorum. Procurator intereſt judicio, quod accipit, ſed non ſatiſdat: atque ita patitur adverſarium mitti in poſſeſſionrm, non data cautione: an videtur defendere: ſic ſane. Item ſi ex cauſa noxali ſervum patiatur duci, de quo agitur, vel in operis novi nuntiationr, & nihil præterea: quid ſibi velir, omnes in eo laborant: ſpecies hæc eſto *d. leg. vel in operis*. Ex cauſa nuntiationis novi oprris mittitur in poſſeſſionem. Finge: Procurator alieno nomine egit ex ſtipulatu: is cum quo egit, nuntiavit novum opus, quod faciebat is, cujus nomine procurator agebat, aut parabat. Ille rem non defrndit, accepta nuntiatione, quia non ſatiſdedit de opere reſtituendo, nec deſidrravit remiſſionem nuntiationis, ut domino ædificare liceret: quo genere nuntiator ex actore fit poſſeſſor juris ſui: atque ita non videtur defendere omiſſis his remediis, ſatisdando, vel remiſſione petita, ut dominus poſſrt ædificare: ac per hoc licet hic procuratnr ita ſe grſſrrit, defendiſſe videtur: ſed adjicit in his quatuor caſibus eum debere cavere de rato, quia domino poſtra poſſet dari defenſio, quam omiſit procurator in integrum rrſtitutus, atque ita adverſarius drciperetur. Itaque illis quatuor caſibus debet cavere de rato, ne dominus rem redintegret, & in damno verſetur is qui viciſſim egit cum procuratore; ſed in *d. l. vel in operis* agit de defenſore, qui non deſideravit remiſſionem, ſive de defenſore ejus cui nuntiatum erat novum opus, nomine domini, qui remiſſionem nuntiationis non poſtulavit, & rem non defendit: ſed in hoc §. agitur de defenſore ejus, qui deſideravit remiſſionem: quo caſu fruſtra exigitur ſatiſdatio de rato: ſed ſi quis nomine ejus cui nuntiatum eſt novum opus, deſiderat remiſſionem, & retro ex parte nnntiatoris interveniat procurator, debet hic cavere dr rato. Finge: Titius nuntiavir novum opus Cajo. Cajus per procuratnrem petit remiſſionem ex parte Titii. Procurator defenſor Caii debet cavrre judicatum ſolvi, Procurator Titii de rato. Et hoc ſignificatur in *l. 13. §. ult. inf.* ubi *benrficium Prætoris*, id eſt, nuntiationis.

Supra dictum eſt, per procuratorem, tutorem, & Prætorem recte fieri nuntiationem: Ita tamen, ut procurator ſatiſdet de rato, alias non. Item per actorem, *l. ult. inf. quod cujuſqur univrrſ.* & is actor non cavet de rato, *l. itrm, §. actor, eod. tit.* Dictum etiam defenſorem ejus cui nuntiatum eſt, ſi deſideret fieri remiſſionem, debere ſatiſdare judicatum ſolvi, non de rato; Et excrptos eſſe caſus, quibus cavet de rato: Dictum item, procuratorem ejus, qui nuntiavit per ſe novum opus, ſi interveniat in remiſſione, vel remiſſionis petitione, debere ſatiſdare de rato, ne decipiatur is qui petit rrmiſſionem poſtea domino improbante, quod actum eſt, *l. 13. §. ult. inf.* Finge: nuntiavi Titio novum opus. Titius deſiderat remiſſio-

ſionem, oblata, forte ſatiſdatione, vel quia contendit nuntiationem non tenere: intervenit meo nomine aliquis judicio, & Titio remiſſio datur, alio interveniente, Prætor id agere debet, ait *d. §. ult.* id eſt, debet Prætor domino jus integrum conſervare, ne remiſſio data adverſario, alio interveniente quaſi procuratore, ei noceat, *argum. legis* 2. *in fi. ſi ex nox. cauſ. ag. ſup.* atque domino debet ſervare interdictum reſtitutorium, eo non habente ratam remiſſionem datam Titio, atque ita remiſſio data præſente nuntiatore, vel ejus vero procuratore, extinguit nuntiationem, at eadem data interveniente voluntario, vel falſo procuratore, ex parte nuntiatoris non extinguit nuntiationem, & quod poſt eam nuntiatus ædificat, ut omne deſtruatur conſequetur: unde is, cui nuntiatum eſt recte deſiderabit remiſſionem ſibi dari, niſi procurator nuntiantis de rato caveat: legis 13. vulgo faciunt tres partes: ſed tantum duæ ſunt; & conjungendus *§. ſi dominus* cum initio legis. Prima pars hujus l.13. eſt difficilis, teſte Accurſio, ſed ſpecies ita fingatur. Procurator nuntiavit novum opus, & ubi oportet ſatiſdedit de rato, ac viciſſim ſatis accepit de opere reſtituendo, ſi non judicaretur intra diem illum domino jus prohibendi fuiſſe, ne domino invito fieret opus: poſt eam ſatiſdationem facta eſt remiſſio ſatiſdationis: nam ſequebatur ſatiſdationem remiſſio, *l.7. §. ait Julianus, quod vi, aut clam*, licet non neceſſario, *l. 1. de remiſſ.* Et poſt ſatiſdationem facta remiſſio collata eſt in perſonam domini. Placet: nam ſicut procurator ſatiſdedit rem ratam dominum habiturum: & ſicut reſtipulatus opus reſtitui, ſi non ſecundum dominum judicaretur intra illum diem; ita etiam remiſſio facta eſt ex perſona domini, ac ſi dominus ipſe nuntiaſſet novum opus: his conſequenter, ſicut ſi ipſe dominus nuntiaſſet novum opus poſt ſatiſdationem de opere reſtituendo, non poſſum iterum nuntiare intra diem ſtipulationis; id eſt, quamdiu teneret ſtipulatio de opere reſtituendo: Ita ſi procurator nuntiaverit, & durante ſtipulatione interpoſita de opere reſtituendo, dominus nuntiaverit iterum, procurator tenebitur ex ſtipulatione de rato in id, quod intereſt, quia dominus ratam non habuit nuntiationem procuratoris, & quidquid exinde conſecutum eſt: ſed extincta ſtipulatione, & finito die indito eidem, procurator non tenetur ex ſtipulatione de rato, quia & ipſe procurator poſſet iterum nuntiare: & idem eſt finis ſtipulationis de rato, & reſtipulationis de operis novi nuntiatione. In *d. l.13. intra diem:* Nam ſtipulationi nuntiationis, ut & ſtipulationi damni infecti inſerebatur dies, cujus formula hæc eſt: *Quod ædium tuarum, arborum, loci, operiſve vitio intra illum diem damnum mihi contigerit, ſive quid ibi ruet, ſive ſcindetur, fodietur, ædificabitur, ejus rei nomine mihi heredive meo, ſucceſſorive, eive ad quem ea res, qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tanti dare ſpondes? ſpondeo:* ex l.13. §. ult. l. damni 18. l. damni 30. l. damni 43. l. fluminum 24. §. adjicitur, tit. ſeq. l. ſi procurator rem ratam haberi. Stipulationis nuntiationis formula eſt ſicut conceptio. *Quod acturus ſum jus mihi eſſe prohibendi te opus novum facere, invito me, cujus rei Lucius Titius judex ſumptus eſt, eam rem recte defendi: aut ſi ea res intra illum diem adverſus te, heredemve tuum judicata erit, quod opus factum erit, id opus boni viri arbitratu reſtitui, dolumque malum abfuturum eſſe, aut quanti ea res erit, tanti dare ſpondes? ſpondeo.* Addebantur fidejuſſores his ſtipulationibus. *Committitur ſtipulatio*, de rato, id eſt, procurator tenetur de rato.

Ad §. ult. hujus leg. 5. & l. 6. & 7. quæ ſunt de eadem re.

SPecies: Procurator verus vicini mei nuntiavit mihi novum opus. Ego ei ſatiſdedi de opere reſtituendo, ſi non intra diem illum ſecundum me adverſus dominum judicaretur, atque ita ædificare poſſum, & procurator poſt ſatiſdationem perſeverat in nuntiatione: ego utar interdicto prohibitorio, ne vis mihi fiat. In hac cauſa interdicti procurator nuntiatoris debet cavere judicatum ſolvi, non de rato, quia defenſoris partes ſuſtinet, cujus regulariter eſt non ſatiſdare de rato; eſt quidem actor in nuntiatione, & ſatiſdat de rato, ſed in interdicto prohibitorio quo utitur, nuntiatus eſt defenſor, & ſatiſdat judicatum ſolvi, non de rato: nam ſatiſdatio de rato non eſt neceſſaria, quia non poteſt dominus non ratum habere judicium illud, quod ex cauſa interdicti prohitorii interceſſit cum procuratore ſuo poſt ſatiſdationem: nam vero exiſtente procuratore, non poteſt dominus non obſervare ordinem, quem obſervavit procurator, ſi ſatis acceperit de opere reſtituendo, & in cauſa interdicti prohibitorii, ne vis mihi fiat: & ſic eum oportet cavere judicatum ſolvi in interdicto novi operis nuntiationis, quia eſt defenſor, ut ait *l.5. §. ult.* Et ideo hoc etiam quaſi ei mandatum non ſit ut dominum defendat ex interdicto prohibitorio, quia ei hoc mandatum non fuerat, ſed ut nuntiaret tantum: ſed procurator qui agit, ſi agatur cum eo viciſſim, debet partes defenſoris ſuſtinere; alioquin non aget: & cuicumque mandata eſt actio, intelligitur, & defenſio ex edicto Prætoris: & ideo nec exceptiones procuratoriæ ei opponi debent, *l. 6.* Exceptiones procuratoriæ ſunt hæ: ſi dicatur is, qui agit, mandatum non habere, non licere ei eſſe procuratori: nam omnis non poteſt eſſe procurator, ſi dicatur non licuiſſe adverſario dare procuratorem. Et de exceptione procuratoria agitur in *l. inter quos* 39. *§. penult. tit. ſequ.* ubi dicitur, ſtipulationi damni infecti inſeri exceptionem procuratoriam, id eſt, ſi quis deſiderat agere alieno nomine, vel caveri damni infecti, debet ſatiſdare de rato; atque etiam ſtipulationi damni infecti inſeritur exceptio procuratoria, id eſt, qui ſtipulanti promittit damni infecti, promittit ſub exceptione altera, ſi eidem mandatum ſit, *l. Prætor* 7. *§.* 1. *l. ſi proprietarius* 22. *l. Qui vias* 31. *eod. tit.* quia dominus ædium vitioſarum ſuo nomine repromittit damni infecti, id eſt, ſine fidejuſſore, non dominus alieno nomine ſatiſdat: ſed ſi fidejuſſores dubitent dominus ſit an non, promittunt ſub exceptione, ſi dominus non ſit: nam ſi ſit dominus, fidejuſſio non debuit deſiderari, ſed repromiſſio. Et ita fidejuſſores promittunt damni infecti procuratori ſub procuratoria exceptione, ſi verus procurator ſit, *l. ſi quis 7. de condit. inſtit. l. ex contractu, de re judic.* In actione etiam olim interſerebatur exceptio: privatis actionibus adduntur, Prætoriæ exceptiones inſeruntur: ſtipulatio damni infecti inſtar eſt actionis, vel quælibet alia: nunc ad rem: Procuratori, qui nuntiaverat, & ſatiſdederat ex interdicto prohibitorio, non opponitur exceptio procuratoria, imo ſubjicit in *l.7.* & ſi non ſatiſdederit judicatum ſolvi, ei denegabitur executio nuntiationis, id eſt, ei denegabitur actio, quam intendit nomine domini: jus ſcilicet non eſſe vicino ædificandi: nam pœna procuratoris non defendentis hæc eſt, ut ei denegetur actio. Et hoc dicitur in *d. l.7.* nemo alienæ litis eſt idoneus defenſor, ſi non ſatiſdet judicatum ſolvi, *l. qui proprio, §. qui alium, de procurat. l.18. §. ult. de caſt. pec. ſi ſatiſdationem non dabit in d. l.7.* intellige, judicatum ſolvi ex ſupradictis.

Obſtat *l. non cogendum* 45. *§. ult. de procur.* Diximus, eum quo cum agitur prohibitorio interdicto, ſuſtinere partes defenſoris. At in d. §. ult. *legis non cogendum*, ait palam, eum qui interdicto utitur prohibitorio eſſe defenſorem, & non cavere de rato: defenſor enim non cavet de rato, ſed actor, ut in nuntiatione eſt defenſor, ita in prohibitorio interdicto actor: & ideo non debet cavere de rato. Non poteſt

non aliquod mendum his locis ineſſe: quia ſi in *§. ult.* A *d.l.5.* procurator nuntiationis conventus interdicto prohibitorio ex actore fit defenſor: E contrario igitur procurator nuntiati, qui utitur interdicto prohibitorio, ex defenſore fit actor: ſi actor eſt: ergo non eſt defenſor: nam nemo in eadem re eſt actor, & defenſor, exceptis tribus judiciis. Procurator nuntiatoris eſt defenſor, procurator nuntiati eſt quoque defenſor in interdicto prohibitorio, in *d.l. non cogendum*. Ergo utraque pars eſt defenſor, & neuter cavebit de rato, ſed judicatum ſolvi. Negat *d. l. non cogendum*, committi ſtipulationem de rato in illa ſpecie, ſi procurator cui nuntiatum eſt novum opus, deinde utatur interdicto prohibitorio, & caveat forte de rato: non proderit cautio: ergo ſupervacua. Imo ex parte procuratoris nuntiati, qui agit interdicto prohibitorio, maxime eſt ratihabitio B neceſſaria, ne dominus eodem interdicto iterum utatur. Itaque videtur legendum, juxta veterem formulam, quam retinent Pandectæ Florentinæ *ſi procuratore opus novum nunciatum ſit*, non, procuratori, ut legitur in *l. pen. de auro leg. ſi uxori viro tradit. ſit*, id eſt, à viro, & in *l.1. §. pen. ad Trebell. ſi legatarius centum fideicommiſſario petat*, id eſt, à fideicommiſſario, *l.11. ad Trebell. damnum fideicommiſſario ſarciatur*, id eſt, à fideicommiſſario: Itaque *ſi procuratore*, id eſt, à procuratore, is qui interdicto utatur, cui ſcilicet nuntiatum eſt opus novum, *defenſoris partes eum*, id eſt, procuratorem, *ſuſtinere*; nec cogendum Julianus ait *l.6. hoc tit.* quod demonſtrat in *d. §. ult. l. non cogendum*, eandem poſuiſſe ſpeciem, quam in h. l.

C

Ad L. Non ſolum. VIII.

NOn tantum proximo vicino, ſed etiam ſuperiori vicino nuntiamus: ſuperiori vicino nun nuntio jure dominii, quia ædes ejus meæ non ſunt; ſed nuntio jure ſervitutis. Ergo ſuperiores, ſive ulteriores ædes poſſunt mihi debere ſervitutem, licet mediæ liberæ ſint, id eſt, meis non ſerviant, ut puta ædes ſuperiores poſſunt mihi debere ſervitutem altius non tollendi. Sed ſi tu medius tuas ædes altius ædificaveris, inutilis eſt mihi illa ſervitus: ſed ſi depoſueris, renaſcitur vindicatio ſervitutis, *l.5. & 6. ſi ſervit, vindic.*

D

Ad §. 1.

NUntiatio fit initio operia faciendi, non tantum puta dum comparatur materia, ſed etiam parte aliqua operis jam facta, opere jam non perfecto, *l.5.§. nunciationem*, *ſup.* Sed ſi jam parte facta nuntiaris, debes in teſtationem redigere, ut quid operis factum ſit tempore nuntiationis, quid deſtruendum ſit, nec ne appareat. Et ſi forte nuntiare non poſſit, ut quia ædificans ſit in magiſtratu, in teſtationem redigetur, non potuiſſe nuntiari, ut *d.l.5.§. ſi quis ipſi Prætori*. Teſtationes ſunt rei geſtæ teſtimonia conſignata à teſtibus, qui in eam rem vocati fuere: Et ſi forte nuntians non E redigat in teſtationem, quid operis factum ſit, Prætor ei ſuccurret: nonnumquam enim decernet Prætor, ut poſſit probari, quid operia poſt nuntiationem factum ſit, ut moduli ſumantur ejus, quod factum eſt ante nuntiationem, & ut redigantur in literas, ut hi moduli ita redacti in literas conferantur cum opere poſt nuntiatiohem facto. Ad hæc recte addit in *l. pen. §. pen. quod vi, aut clam*, in opere novo faciendo: tam cœli, quam ſoli menſuram faciendam: nam quædam fiunt in ſulo alieno. Finge: quædam in ſolo tantum alieno, ut ſi quid immittatur in ædes, vel aream vicini, & faciendi moduli tam ejus, quod fit in cœlo, quam ſolo. De modulo videndus vitruvius.

A §. Si cum poſſem.

CUm poſſem te prohibere, jure ſcilicet meo: quo caſu ſufficit repromiſſio, & ſatiſdatio de opere demoliendo: repromiſſio eſt nuda cautio ſine fidejuſſoribus, ſatiſdatio cautio per fidejuſſores. Cum opus ſit in privato, ſi meo jure nuntiavero novum opus, puta quia dominium, vel ſervitutem habeo, mihi eſt ſatiſdandum de opere reſtituendo ab eo cui nuntiatum eſt, vel ejus procuratori: ſed ſi alieno jure, id eſt, publico jure, quia fiebat opus in loco publico, ſatis eſt ſi mihi repromittatur de opere reſtituendo. Hæc verba hujus §. non ſunt producenda ad procuratorem: Procurator nuntiat novum opus alieno nomine: de alieno jure igitur: ergo tantum debet promittere: falſa concluſio; quia & de jure ſuo veluti contendit, & loco domini eſt, vel dominus videtur nuntiare: ſi nuntiet procurator jure publico, mihi repromittendum eſt, quia tunc plane contendo de jure alieno: ſed intelligendum eſt ſatis eſſe repromitti nuntianti jure publico, ſi is, qui facit opus, faciat ſuo nomine: ſed ſi alieno nomine, ſatiſdare, *l. 1. §. ſtipulatio, inf. de Prætor. ſtipulat.* His quæ dicta ſunt, obſtat *l. Prætor*, *§. pen. hujus tit.* ubi dicitur, ei qui ædificat in aliquo loco publico, etiamſi promiſerit, non eſſe permittendum ædificare, antequam conſtet, quo jure ædificet, atque ideo ex repromiſſione ſola ei non dari interdictum prohibitorium, ne vis ei fiat. Solutio. Repromiſſio ſequi ſolet remiſſionem, ſed non ſequitur remiſſionem, quando opus fit in loco publico, antequam appareat, quo jure ædificet: Poſt ſatiſdationem non eſt neceſſaria remiſſio, ſed utilis poſt repromiſſionem. Ei qui ſatiſdedit, datur edictum prohibitorium, non ei, qui repromiſit, niſi remiſſionem impetrarit: ideo in *§. deinde d. legis Prætor*, fit mentio ſatiſdationis, non repromiſſionis, quia poſt remiſſionem non datur interdictum prohibitorium, ſed ex tit. de remiſſionibus, nuntiatio fit, aut ex hoc titulo, ut ædificans abſtineat, aut ex tit. ſeq. ut non abſtineat, ſed caveat damni infecti, ſi ex hoc tit. ædificanti in publico ſufficit promiſſio in privato ſatiſdatio: at ſi nuntiatio fiat ex tit. ſeq. ædificanti in publico neceſſaria ſatiſdatio; in privato repromiſſio neceſſaria eſt. Ratio ex Paulo Caſtrenſi: nuntio ex hoc tit. hac ratione, quod contra jus novum opus facias in meo, vel in tuo contra ſervitutem mihi debitam; quaſi igitur de re mea debes ſatiſdare. Ergo cum quid tuo nomine fit, vel ſi quid contra jus publicum facias, nuntiatio fit ex hoc tit. quo caſu quaſi de re aliena ſatis eſt repromittere. Denuntiatio ex tit. ſeq. fit, quod jure tuo facias in meo, quia ſcilicet in prædio meo impoſitam habes ſervitutem, vel jure facias in tuo loco, qui nullam mihi ſervitutem debes: his caſibus non poſſum nuntiare ex hoc tit. ſed ex tit. ſeq. Quaſi igitur de re tua, non de mea ſatis eſt repromittere, vel is, qui tuo nomine opus facit, *d. l. Prætor*, *l. ſi finita 15. §. deinde, & ſeq. l. damni 30. tit. ſeq.* vel nuntiatio fit ex tit. ſeq. quod ædifices in publico, & hoc caſu de re tua ſatis eſt ſi repromittas, quia jure facis, ut ſi in mari, *l.1.§.pen.* hoc tit. ſed ſi facies opus in alio loco publico, puta fluvio, ripa, & via publica, quaſi de re aliena mihi ſatiſdabis damni infecti, *l.1.§.quod ſi quis, hoc tit. d.l.15. §. de cæteris, tit. ſeq.*

Ad §. Sciendum.

EFfectus nuntiationis hic eſt; ut nuntiatus ſtatim diſcedat ab opere, donec caveat. Quod verbum generale eſt: nam cautio continet repromiſſionem, & ſatiſdationem: poſt ſatiſdationem, aut poſt remiſſionem nuntiationis recte ædificabit cum exceptione illa, ſi habet jus ædificandi: ſi jus non habet, recte non ædificabit ſine exceptione illa.

Ad

Ad §. Morte, & §. ſeq.

COnſtituit differentiam inter nuntiatorem, & nuntiatum: ſi moriatur nuntians, vel alienet prædium, nuntiatio finitur, & nuntiatus ædificare poterit, cum moritur nuntiator, vel alienat. Ratio cur ceſſet nuntiatio, hæc eſt, quia jus prohibendi extinguitur, & novo rei ſucceſſori neceſſaria eſt nova nuntiatio: nuntiatio enim non porrigitur ad heredem nuntiatoris, vel eum, cui nuntiator vendidit: nuntiatio redigitur ad exemplum vindicationis dominii, vel ſervitutis: vindicatio autem finitur alienatione, & novo emptori opus eſt nuntiatione nova. Poſſet hoc modo quis retorquere: vindicatio à defuncto tranſit in heredem; ergo & nuntiatio: hoc verum eſt, ſed hoc ita intelligendum: vindicatio tranſmittitur in heredem: ſed ei neceſſe eſt agere vindicatione, ut in eum tranſeat; ſic etiam nuntiatio tranſit à defuncto in heredem; ſed neceſſe eſt heredem nuntiare, quia jus nuntiandi tranſit in heredem, non nuntiatio illa quam fecit defunctus. Obſtat huic §. *l. Prætor 20. §. hoc interdictum*, *inf.* ubi heredi nuntiatoris datur interdictum de opere reſtituendo. Ergo nuntiatio non eſt extincta morte nuntiatoris. Negandum eſt conſequens: nam hoc ita capiendum, ut non detur interdictum heredi nuntiatoris, ſi nuntiatus fecit poſt mortem nuntiatoris ante novam nuntiationem heredis: ſed ut heredi nuntiatoris detur interdictum, ſi nuntiatus fecerit vivo teſtatore: quia interdictum cœpit eo caſu à defuncto. Idem de ſtipulatione ex operis novi nuntiatione, ut heredi nuntiatoris non competat ex ea ſtipulatione actio, ſi poſt mortem nuntiatoris judicatum erit, vicino non eſſe jus ædificandi, ſed ut competat ſi adverſus nuntiatum judicatum ſit vivo teſtatore, id eſt, ſi actio ex ſtipulatu cœperit à defuncto. Poſterior pars eſt de nuntiato, ut morte ejus, vel alienatione prædii non extinguatur nuntiatio, quia perſonæ ſacta non fuerat, ſed rei. Itaque qualemcumque rei poſſeſſorem nuntiatio ſequitur: Ideo in formula ſtipulationis mentio ſit heredis nuntiati, non nuntiatoris. Heres nuntiati tenetur edicto prohibitorio, ſi fecerit: Hoc ita procedit ſi ſciens fecerit, id eſt, non ignarus nuntiationis: nam præſtat impenſam, & patientiam. Quod ſi defunctus fecerit contra nuntiationem, indiſtincte heres ejus præſtat patientiam tantum tollendi operis: nam in pœnam non ſuccedit heres, niſi lite conteſtata ex pœnali judicio, *l. 20. §. tamdiu*, *quod vi*, *aut clam*, *l. pen. hoc titul.* Interdictum ergo eſt pœnale ex parte ejus, qui eo tenetur, nempe in eo, quod patitur demolitionem, & impenſam refundit. Quod dictum eſt in herede nuntiati, idem in emptore dicendum eſt, ut ſi ſciens fecerit, præſtet impenſam; ſecus ſi ignorans, *l. ult. hoc tit.* Et quod ait *l. 3. §. opus*, *de alien. judic. mut. cau.* ſic eſt accipiendum, ut in §. præcedenti, ut emptor non teneatur interdicto reſtitutorio ad præſtandam impenſam, quia vendendo duriorem fecit conditionem nuntiatoris: ideo venditor nuntiato tenetur actione in factum in id, quod intereſt ex eo tit. *de alien. jud. mut.* Et hoc ſi emptor fecerit, ſive etiam venditor, *l. is cum quo*, *l. emptor*, *de aqua*, *& aqu. pluv. arc.* venditor autem tenetur interdicto quod vi, aut clam, ut præſtet impenſam, *l. competit 16. §. ult. quod vi*, *aut clam*.

Opponuntur tria adverſus id, quod dicitur heredem nuntiati præſtare patientiam, *l. ſi tertius 6. §. ult. de aq. & aqua pluv. arc.* qui quidem §. eſt de alia actione; ſed ratio eſt eadem. Finge: defunctus opus fecit in ſuo ex quo aqua pluvia vicino nocere poteſt: mortuus eſt: heres ejus tenetur actione aquæ pluv. arcendæ, perinde ac ſi ipſe heres feciſſet. Ergo, ut impenſam quoque præſtet: vulgo ſic reſpondent, & bene in hoc §. litem fuiſſe conteſtatam cum defuncto actione aquæ pluv. arc. & heredem teneri ad impenſam: Et comprobant id ex præcedentibus, & ſequentibus verbis: judicis officium eſt, ut reus damnum ſarciat, quod poſt litem conteſtatam contigit, ubi *ex rei veritate*, id eſt, damnum, quod apparuerit ex eo opere poſt litem conteſtatam tantum.

Dictum eſt, heredem nuntiati præſtare tantum patientiam, nec ſuccedere in pœnam: obſtat *l. 2. C. de fructib. & lit. expenſ.* ubi agitur de poſſeſſore malæ fidei, cum quo actum eſt rei vindicatione. Is tenetur ad fructus reſtituendos ex tempore litis conteſtatæ quos percepit, vel percipere potuit: dein ſubjicit, heredis quoque ſuccedentis in vitium parem eſſe fortunam: id eſt, heres ſuccedens malæ fidei poſſeſſori, tenetur in eoſdem fructus: ergo in pœnam: falſa concluſio. Rurſus, reſtituere non eſt pœna, ſed heres ſuccedit in malam fidem, in vitium poſſeſſoris: mala fides defuncti nocet heredi etiam bonæ fidei poſſeſſori, *l. vitia 11. C. de acqu. poſſ.* ut uſucapere non poſſit, & fructuum nomine teneatur, nec tamen pœnæ nomine. Item obſtat *l. Prætor 20. §. hoc interdictum*: ſupra dictum eſt, in heredem, qui fecit dari interdictum reſtitutorium, ut patientiam præſtet. Hoc oſtenditur in eo §. in heredem nuntiati, qui opus fecit, dari in factum actionem; ſed in id tantum, quod ad eum pervenit, vel dolo malo factum eſt, quo minus perveniret: in factum ſcilicet contra heredem perpetuo, id eſt, poſt annum. Hodie nulla ſunt interdicta; ſed vice interdictorum ſunt actiones in factum, *Inſt. de interd.* Et ita quidam hunc locum interpretantur, cum in nullo loco Digeſtorum actionum mentio ſiat, quæ pro interdictis dantur, niſi in *titul. eod. de interdict.* ſed hic eſt ellipſis quædam potius quam interdictum: vulgo interpretantur hæc verba, in id *quod ad eum pervenit*, id eſt, ut præſtet patientiam tollendi operis, quod ad eum pervenit: ſed non congruit cum ſeq. nam ait, & in id, quod dolo malo, &c. quæ verba ſecundum dictum ſenſum ſic interpretanda: ſi dolo malo deſierit poſſidere opus: quo caſu ridiculum eſſet agere tantum cum herede de patientia præſtanda: ſed interdicto reſtitutorio non in hoc tantum agitur, ut is, qui fecit, reſtituat opus ſuis ſumptibus; ſed & id quod ad eum pervenit ex eo opere: nam verbum reſtituas habet plenam ſignificationem, ut etiam fructus reſtituantur in interdicto, *l. videamus 38. §. in interdicto*, *ſup. de uſur.* In interdicto fraudatorio, quod concurrit cum actione Pauliana, ſi quid debitor geſſerit in fraudem creditorum, quæ proponitur in *l. 1.* & interdictum fraudatorium in *l. ait Prætor*, *ff. quæ in fraud. creditor. l. cum Prætor 81.* de *verb. ſignif.* ubi cum prætor dicat, id eſt, interdicat, ſcilicet interdicto quod vi, aut clam, vel operis novi nuntiatione: fructus ergo reſtituet, ſed non ut ſumptus faciat. Itaque non proprie interdicto reſtitutorio tenetur, ſed in id quod pervenit, ut ſi perceperit mercedes ædium factarum poſt nuntiationem, vel dolo factum ſit quo minus perveniret, & ſit potius conveniendus actione in factum, quam interdicto, *l. 1. §. ult. infra*, *unde vi*.

Ad L. Si priuſquam. XV.

ALciatus 3. Parerg. de hac lege ſcripſit nuntiatio novi operis ab actione civili diſtat, quod nuntiatio non promittitur, antequam vicinus ædificet, vel antequam inchoet, *l. 5. §. nuntiationem*, *hoc titul.* Et quod ea ædificare permittitur non poſſeſſori, ut *l. 1. §. in operis*: civilis actio competit non tantum poſtquam dominus ædificavit, quo caſu non ſum poſſeſſor: ſed antequam ædificet, quo caſu poſſeſſor ſum. Et ſi quidem ædificavit, poſſeſſor eſt; ſi nondum ædificavit, non eſt poſſeſſor, id eſt, ſum poſſeſſor. De jure altius ædificandi civiles actiones dantur, non tantum poſſeſſori: ſed non poſſeſſori, *l. & ſi forte*, *§. 2. ſi ſervit. vind. l. pen. §. ult. l. ult. §. pen.*

ſi

ſi uſufr. pet. §. æque, de actionibus. De ſervitute non de corpore poſſeſſor agit, *d. §. æque*: ideo in controverſiis ſervitutum reus non ex poſſeſſione reus exiſtimatur, ſed ex ratione conveniendi. Et multum differt an quis ſuſtineat partes rei, an actoris: nam actori incumbit onus probandi, & reus eſt favorabilior, quam actor: his ita cognitis, finge: Tu nondum ædificaras: ego igitur eram poſſeſſor: Et non poſſum nuntiare novum opus, cum ſim poſſeſſor, ſed poſſum agere, ita jus tibi non eſſe altius ædificandi: ego licet ſim poſſeſſor, actor ſum, tu es reus, ſed rem non defendis, non compares, quid fiet? nam hæc lex loquitur non de latitante, ſed de non defendente, vel abſente: quid fiet? Et certe pœna non defendentis eſt, ut ex reo fias actor, id eſt, ut non poſſis ædificare ante certum diem præfinitum, quam ultro egeris, & probaveris jus tibi eſſe invito me ædificare: eaque de re debes cavere non prius ædificaturum te quam id probaveris. *Ait*, Julianus ſcilicet: nam Africanus collegit dicta Juliani: ideo cum reperies in legib. Africani, *ait*, *dicit*, *inquit*, ſcilicet Julianus, cujus fuit diſcipulus Africanus. In *l. 6. de pecul. leg.* ultro dicitur agere confeſſoria, qui agit, ſive negatoria, vel negatoria, ſive confeſſoria: ſic commodati ultro agere dicitur is qui eam movet per ſe ſolus, cum non eſt actum directa, ut *l. ſi pignori, famil. erciſc. l. ſervus meus, mand. l. ſed an ultro, de neg. geſt.* ita negativa actione quæ dicitur contraria in *l. ſicuti, ſi ſervit. vindic.* unde ultro agit ſine confeſſoria: Species: Priuſquam ædificarem, atque ita cum non poſſiderem, egi jus eſſe mihi altius ædificandi invito vicino: vicinus rem negligit: pœna non defendentis eſt, ut non poſſit mihi facere vim ædificanti, vel mihi nuntiare novum opus antequam ultro egerit, & probarit jus mihi non eſſe, eo invito altius ædificare, eaque de re officio judicis debet cavere ſe vim ædificanti mihi non facturum. Ac præterea ex poſſeſſore fit non poſſeſſor, *l. 1. §. in operis h. t.* Is cui nuntiatum eſt novum opus, ſi non rem defendat, ex poſſeſſore fit non poſſeſſor. Idem in *l. ædificatum 45. tit. ſeq.* Verba hæc, *altius tollere*, ſcilicet priuſquam tolleret, nec vim ædificanti facturum, ſcilicet quoad intra certum tempus egerit, & probarit jus alteri non eſſe altius tollendi. In fine: *petitoris partes ſuſtinere*: id eſt, de jure ſuo probare, ferre onus probandi: omnino congruit *d. l. ædificatum*: diverſa ſpecies eſt ab ea, quæ heic proponitur: eſt enim de eo, qui ædificatum habebat, *§. hic*, de eo qui non ædificarat. Finge: ædificatum habe: poſſides: ago jus tibi non eſſe ædificatum habere; ego ſum actor, & non poſſeſſor, tu es reus, & poſſeſſor, rem tamen non defendis: hæc pœna erit ut ex reo fias actor, ex poſſeſſore non poſſeſſor, in me transferetur poſſeſſio operis ante ædificati, idque demoliri potero niſi intra certum tempus egeris & probaris ultro jus tibi eſſe ædificatum habere: deleta ſunt verba, *à quo fundus, &c.* in *d. l. ædificatum*, quæ ſuperflua ſunt: nam ſequebatur, ut opinor, ſi nolit rem defendere: verum, quod dixi in ſervitutibus, an idem in corporibus, ut fundo, qui petitur, altero non defendente? & puto idem in eo obſervandum, ut ab eo poſſeſſio fundi in me actorem transferatur quoad egerit & probarit, eum fundum ſuum eſſe. Dubitari poterat, an ſi abſit reus, actor poſſit mitti in poſſeſſionem bonorum, & poſt eam bona vendi ex edicto Prætoris: nam hoc fit in odium ejus, qui convenitur actione in perſonam, & rem non defendit: an is qui convenitur actione in rem ſive de corpore, ſive de ſervitute, ſi non defendet, mittetur actor in poſſeſſionem bonorum? minime; ſed ejuſdem tantum fundi: Et hoc ſi abſit, non latitet. Igitur ſive agatur in rem, ſive in perſonam de corpore, vel ſervitute, & latitet reus, actor mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum, & ea venduntur, *l. 7. §. Item videamus, quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. l. is cujus 18. ſi ſerv. vind.* ſed ſi agatur actione in rem, ſive de corpore, ſive de ſervitute, & reus abſit, non autem latitet, & res non defendatur, actor non mittitur in poſſeſſionem bonorum, ſed ejus fundi quo de agitur, *d. l. 7. §. Celſus*. Hæ autem leges ambæ loquuntur de non defendente, veluti abſente, qui non defendit, nec defenditur: male autem ex his, ut apparet, quidam in fine legis noſtræ, eum qui poſſidet, agere negatoria, cum ſcilicet is cum quo agebatur confeſſoria rem non defendit: quo caſu is, qui rem non defendit, non poteſt vim facere ædificanti, aut nuntiare antequam egerit jus eſſe ædificandi, ſic ſit &c. quæ vide in gloſſa: quod falſum eſt: cum ex reo fiat actor: male quidam dicunt, ei qui agit negatoria, non incumbere onus probandi, ut ſi agat jus non eſſe vicino ædificandi, antequam ædificetur; quod falſum eſt: nam in hac l. dicitur, eum ſuſtinere partes petitoris: nam de eo jure probare debet, *l. loci, §. ult. ſi ſerv. vind.* Et negatoria actio eſt reipſa confeſſoria, ut Theophilus ait in *§. æque, de actionibus*. Et negatoria proprie eſt, ſi dicam jus tibi non eſſe eundi per fundum meum: ſic quoque confeſſoria eſt, ſi intendam, jus mihi eſſe altius ædificandi, quia ago mihi jus eſſe altius tollendi, quando aſſero mihi ſervitutem: altius tollo ædes duplici jure, id eſt, jure meo, quod eſt commune omnibus: vel jure ſervitutis. Finge: conceſſi tibi jus mihi non eſſe altius ædes tollere, dein tu mihi ceſſiſti jus mihi eſſe altius tollere: hoc caſu ædes meas tollo jure ſervitutis, *l. egi tecum, de except. rei judic. l. ſi domus, de ſerv. urb. præd.* Atque ita confeſſoria eſt actio, ſi intendam jus altius tollendi jure impoſititio. Sed ſi intendam hoc jure naturali, eſt actio confeſſoria figura verborum, vi ipſa negatoria: quia mihi aſſero libertatem, non ſervitutem: male quidam aſſerunt *l. harum, ſi ſervit. vind.* nam hæc lex eſt de eo, qui rem defendit, noſtra hæc de non defendente: male item, *l. ſi de via, de aqua quot. & æſt*: quia eſt de præſente, & de alio genere cautionis: hic vero agitur de eo, qui rem non defendit: ſed & hæc lex eſt de defendente, & non eſt explicanda ſecundum titulum, niſi quod titulus eſt de ſervitute aquæ, & hæc l. de eadem ſervitute aquæ, ſed non de æſtiva, Et d. lex eſt de eo, qui agit confeſſoria vel negatoria de jure ſuo in cujus poſſeſſione eſt, ut officio judicis ei caveat interim ſe eum non impediturum, quo minus utatur jure ſuo in cujus poſſeſſione eſt, quoad res judicata ſit: cui legi congruit *l. cujuſcunque, §. ult. de uſufr. ſup.*

Ad L. Si opus XVI.

HÆc lex & vigeſima eſt de interdicto reſtitutorio ex novi operis nuntiatione, non autem de prohibitione, quæ fit per Prætorem extra ordinem, ipſo prohibente ne opus fiat. Et errat Accurſ. dum putat idem eſſe prohibere, & nuntiare novum opus; ſed hæc lex loquitur de nuntiatione novi operis, quæ non habet neceſſariam Prætoris aditionem: ſed nihil vetat quin fiat adito Prætore, & juſſu Prætoris, ut fit hodie in Gallia: Et ſi forte Prætor juſſerit nuntiari novum opus, dein vetuerit, ex priore nuntiatione, ſive renuntiatione agi interdicto reſtitutorio non poteſt cum eo qui poſt nuntiationem fecit opus, quando ſublata eſt prior nuntiatio: quod videtur firmari *l. quod juſſu, de re judic.* non idem in ſententiis: nam juſſa aut vetita poteſt mutare, ſententias vel decreta, non; ſed decreti gratiam facere, Gallice: *diſpenſer*, *l. 1. §. pen. & ult. inf. de quæſtionib.* Decretum eſt ſententia, vel cognitio Prætoris, vel rei, litiſve definitio ad differentiam opinionis, juſſi & interlocutionis: Sumpta eſt hæc lex ex lib. 3. Ulpiani, ad edictum, quo libro tractavit de receptis, qui arbitrium receperunt, in quo tractatu Juriſconſulti eandem quæſtionem tractant, an poſſit arbiter vel judex mutare ſententiam? & ajunt non licere, *l. diem proferre, §. ſtari*,

ri, *de receptis*: Et ſeparant ſententiam, quæ rem defi- A nit per condemnationem, vel abſolutionem: nam ſententiam, quæ præparat, vel interlocutoriam poteſt arbiter mutare, alteram minime.

Ad hanc leg. adferunt *leg. ult. inf. ne quid in lo. publ.* Quæritur ſi quis ædificarit in area urbis publica, an id cogatur demoliri ſi nemine prohibente ædificarit in publico? non cogitur deſtruere. Et ratio, quam ibi affert eſt etiam in *l.2. §. ſi quis nemine, eod. ne ruinis urbs deformetur*. Sed hoc ita intellige, ſi ædificatum in publico non obſtet uſui publico: nam curatores operum publicorum dabunt operam, ut deponatur, alias non deſtruetur, ſed ædificio imponet ſolarium, id eſt, penſionem annuam pro ædificio, quæ ſolet præſtari à ſuperficiario, qui ædificavit in alieno. Deinde additur in *d. l. ult. ſi ædificaverit adverſus edictum Prætoris &c.* B veluti ſi fecerit poſt nuntiationem novi operis. Et puto inde eſſe errorem in inſcriptione *d.leg.ult.* & legendum *lib.49.ff.* quo libro tractavit de nuntiatione novi operis, ut oſtendit *l.a. & 14. hujus tit.l.16.de ſervit.& d.l.ult.* proprie pertinet ad hunc titul.

Ad L. Prætor ait. XX.

PRoponitur formula interdicti reſtitutorii, quod datur in id, quod intereſt adverſus eum, qui opus fecit poſt nuntiationem, ante remiſſionem, vel ſatiſdationem. *Quem in locum*: quia nuntiatio fit in rem, ſive locum. *Aut in ea cauſa eſſet*, id eſt, antequam ſatiſdaretur de opere reſtituendo, vel antequam per nuntiatorem ſtaretur, quo minus ſatiſdatum ſit: nam tunc ſequi ſo- C let remiſſio nuntiationis: ſecus ſi ædificarit ante ſatiſdationem, & remiſſionem: male Accurſ. interpretatur *reſtituas*, deſtruas: nam ædificatum deſtruere, & deſtructum ædificare, eſt in priſtinum locum reponere, ut in omnibus interdictis reſtitutoriis: nam complectitur omne quicquid intereſt.

Ad §. Interdictum, & ſeq.

SEparatur interdictum ab edicto, cujus cauſa eſt ne quid fiat poſt nuntiationem novi operis: interdictum prohibitorium ſequi ſolet reſtitutorium in lib. de interdictis, tit.4.6.28. ut præcedit interdictum prohibitorium; ne quid in loco ſacro, dein reſtitutorium ſequitur, ut quod factum eſt reſtituatur: ſed hoc edictum D ſequitur interdictum reſtitutorium, *d. l. ult. ne quid in loco publico*, ubi legitur, *edictum*, quia nullum eſt interdictum prohibitorium, ne quid in meo, vel tuo facias, quod mihi nocere poſſit: ſatiſdatio hic eſt loco remiſſionis: hoc interdictum eſt de opere deſtruendo, de loco vacuo ædificio reponendo in priſtinum ſtatum. Et quia hoc interdictum datur in id, quod intereſt, & non eſt annuum, ei locus eſt etiamſi poſt nuntiationem loco ædificato non duraverit ædificium, quia qui ædificavit, ſemel commiſit in edictum, & ideo tenetur in perpetuum.

Ad §. Ait Prætor.

ET ob id tenetur, ut ſumptus reſtituat, ſive jure fe- E cit, quia edicto Prætoris non paruit, ſive non jure fecit, ſalva actione legitima, id eſt, actione in rem confeſſoria, vel negatoria, *l.ſciendum 19.ſup.* & ſalva exiſtimatione: nullum enim interdictum famoſum eſt, *l.neque 13. de vi, & vi arm.* ſed actiones quædam famoſæ ſunt.

Ad §. Deinde, & §. hoc interdictum prohibitorium.

NUllum interdictum prohibitorium nuntiatori datur, ſed nuntiatio nuda ſufficit ſine aditione Prætoris: ſed nuntiato duplex datur; unum poſt remiſſionem, ne vis ædificanti fiat, de quo in *l.1. de remiſſion.* alterum poſt ſatiſdationem, vel poſtquam per nuntiatorem ſtetit, quo minus ſatis acciperet, ne vis fiat ædificanti, *l. non cogendum, §. ult. de procurat.* Et obſervandum eſt, in hoc edicto mentionem fieri ejus qui ſatiſdedit, quia interdictum prohibitorium datur poſt ſatiſdationem, vel poſt remiſſionem: nam ante probare debet ſibi jus eſſe ædificare in publico: ædificare ſcilicet præſtita ſatiſdatione: & ſi ſatiſdatum ſit, cautum tamen non perſeveret, ut puta, quia fidejuſſores facti ſunt non ſolvendo, interdictum ceſſabit.

Ad L. Stipulatio. XXI.

STipulatio de operis novi nuntiatione interponitur poſt nuntiationem, datis plerumque fidejuſſoribus, ut ſit vice remiſſionis: & interponitur ante litem conteſtatam, ut ſtipulatio judicatum ſolvi, cui hæc ſimilis eſt, ſi modo nuntiator dicat, jus ſibi eſſe prohibere vicinum opus novum invito ſe facere, etiamſi litem non conteſtetur ex ea cauſa: ſic, ut ait hæc lex, interponi ſolet quando ſolemnis eſt, & prætoria, id eſt cujus interponendæ auctor eſt Prætor in edicto ſuo: quod magni momenti eſt, cum prætoriæ ſtipulationes multa habeant præcipua. Finge: Dixit vicinus jus ſibi eſſe prohibere opus novum invito ſe facere: ſed nuntiavit tantum novum opus, & litem non eſt conteſtatus: an ſtatim nuntiato licebit ædificare? non utique, ſed debet ultro ſatiſdationem de opere reſtituendo offerre, ut nuntiator ſit in mora, *l.20. §. ſi quis paratus, h.t.* quia ſi velit exequi nuntiationem, vel poſtquam ſtipulatus eſt de opere reſtituendo, vel ea omiſſa ſtipulatione; hodie debet intra 3. menſes peragere nuntiationem, poſt quos licebit nuntiato ædificare, ſatiſdatione præſtita apud acta, *l. ult. C. de ædific. priv.* Et hoc ſi nuntiator non probet, jus ſibi eſſe prohibendi intra 3. illos menſes. *Dicit, jus ſibi eſſe*: nam ſi deſinat hoc dicere, ſane nec ſtipulabitur, & licebit impune ædificare: formula ſtipulationis: Quod acturus ſum jus mihi eſſe prohibendi te opus novum invito me facere, cujus rei L. Tit. judex ſumptus eſt, eam rem recte defendi; aut ſi ea res intra illum diem &c. quæ jam ſupra propoſita eſt: nomen judicis apponitur ſtipulationi judicatum ſolvi, *l.3. in princ. & l. pen. judicat. ſolvi*: una clauſula eſt de re defendenda, altera de judicato faciendo, altera de dolo malo, id eſt, ſi non reſtituerit rem omnem bona fide. Tot ſunt clauſulæ in ſtipulatione judicatum ſolvi. In §. a. hujus leg. *habet autem* iſta ſtipulatio conditionem, ut ita demum committatur, ſi judicatum fuerit, ſive ante rem judicatam veniat cauſa aliqua ob quam res non defendatur, ut in *l.10. & 12. Judic. ſol.* ſi nuntiatus ſit in magiſtratu, vel opus eſt collapſum: quod licet ita ſit, nondum lis periit, quia ſupereſt quæſtio de eo, quod intereſt.

Ad §. Sive.

STipulatio committitur in id, quod judicatum erit *l. ex operis 12. ſup.* ut ſcilicet ſi judicatum ſit nuntiatum jus non habuiſſe ædificandi, vel præſtet quanti res ea erit ſi voluerit actor: & hoc præcipuum habet, ut opus confeſtim reſtituatur, ſi nuntiator non ſit contentus æſtimatione.

Ad §. Quæſitum.

HUjus §. interpretatio veriſſima uſui eſſe poteſt in materia dividuorum, & individuorum. Species ejus hæc eſt. Plures ædificant: pluribus nuntiatum ne quid novi operis faciant: debent ſatiſdare de opere reſtituendo: an omnes ſatisdabunt? Et ait Labeo, unum cavere debere: vulgo unumquemque, id eſt, omnes. Sed in Pand. Flor. & Baſilicis, *unus*, legitur: Et quidem in ſolidum ſatiſdabit, quando reſtitutio operis

eſt

A eſt individua : nam non poteſt opus deſtrui pro parte, id eſt, non videtur deſtructum opus, quod eſt deſtructum pro parte, *l.4. §.ult. de verb. oblig. l.2. de Prætor. ſtipul.* Poſſunt etiam omnes promittere; ſed commodius eſt, unum promittere, ne actio plures teneat. Inutiliter alienum factum promittitur; imo utiliter, ſi ſubjiciatur clauſula quanti ea res ſit, ut hic, *l. ſtipulatio iſta, §. 1. de verb. oblig.* ſi promitto Titium facturum, eſt inutilis promiſſio : ſed ſi addatur hæc clauſula, utilis eſt. Ergo unus cavere debet in ſolidum, quia non poſſunt omnes pro partibus, ſed poſſunt ſinguli quidem in ſolidum, ſed pro parte, alias non poſſunt : opponitur *l. in ſtipulationibus 54. §. operarum, de verb. oblig.* in quo §. obligatio dividitur : nam eadem ratio io opere, & operis, ſi libertus promiſerit, aut juraverit ſe præſtiturum operas. Operarum obligatio non corpore B dividitur, ſed numero : ſi promiſerit ſex operas duobus dominis, libertus tres cuique præſtabit, ſi unam, non dividetur, & diurna opera imperfecta nulla eſt, ſed juſta æſtimatio fiet, quæ dividetur inter eos pro partibus quas patroni in liberto habent. Item ſi patroni conſentiant, ut communiter eis edatur opera : aliter ſi dividas, corrumpes operam.

Plures nuntiant an omnes debent ſtipulari de opere reſtituendo? minime, eadem ratione, vel quia pro partibus ſtipulari non poſſunt, vel quia omnes; ſi velint ſinguli omnes in ſolidum ſtipulari, commodius fit unum ſtipulari in ſolidum; ne pluribus actionibus nuntiatus detineatur, & nuntiatores pluribus judiciis : Et hoc ita ſi conveniat inter eos omnes de eligendo uno, qui ſtipuletur : ſed ſi non conveniat, ſinguli ſtipulabuntur de opere reſtituendo in ſolidum, aut quanti ſua intereſt pro parte : nam æſtimatio dividitur, *d. l. 4. §.ult. de verb. obl. l.2. de præt. ſtip.* nam unus electus eſt, qui ſtipularetur de opere reſtituendo in ſolidum, quia pars proderit omnibus, vel quanti uniuſcujuſque intereſt opus reſtitui, id eſt, quanti omnium intereſt, ſi maluerint æſtimationem, quam reſtitutionem: Et prodeſt omnibus. Dices : hic alteri ſtipulatur inutiliter, cum ſtipuletur quanti intereſt; imo utiliter, quia nomine procuratorio : nam electus eſt ab omnibus, & eſt Prætoria ſtipulatio : in prætoriis autem ſtipulationibus, aut interpoſitis à procuratore datur domino utilis actio, *l. in omnibus 5. de Prætor. ſtipul.* Et ille unus poteſt ſtipulari pro parte ſua quantum intereſt, & aliis ſtipulari de opere reſtituendo. Itaque curandum eſt, ut alii præſcribant, an ſtipuletur de opere reſtituendo, vel de æſtimatione præſtanda. Quod ſi nihil expreſſerit palam de præſtando quanti intereſt ſua, vel omnium, & dixerit generaliter, quanti ea res eſt, verba ſunt ambigua : & in dubio dicendum ſtipulationem collatam in perſonam omnium. *Quantitatem*, id eſt, æſtimationem totius operis facti, nec reſtituti: *lex pen. & ult.* expoſitæ ſunt ſup. hoc tit.

JACOBI CUJACIJ J.C.
AD TITULUM I. LIB. XXXXII. DIG.
DE RE JUDIC. COMMENT.
EX EJUSDEM CHEVANNÆI BIBLIOTHECA.

C COHÆRET hic titulus cum ſuperiori tit. hoc modo : actum eſt ſupra de uſucapione, quæ finis eſt litium, *l. ultima tit. præcedenti*, res judicata quoque eſt finis litium. Quæro cur etiam titulus de tranſactionibus non ſit adjunctus huic tit. & tit. de jurejurando, quod eſt inſtar rei judicatæ, ut & tranſactio, & jusjurandum majorem habent auctoritatem, quam res judicata, *l. 2. de jurejur.* verum ſupra tractatum eſt de uſucapione, non tanquam de fine litium, ſed tanquam de commodo poſſeſſionis : nam uſucapio eſt acquiſitio poſſeſſionis, *l. 1. & l. per procurat. 8. Cod. de acqu. poſſeſſ.* per procuratorem poſſeſſio acquiritur, D & per hanc dominium, id eſt, per conſequentias, veluti per traditionem, & uſucapionem acquiritur dominium : & hi ſunt modi ſummi acquirendi dominii, qui cohærent omnibus aliis modis. Sed meo judicio cohæret libro 40. ff. quia tractatum eſt de libertatibus, & liberalibus cauſis, ut exponerentur actiones præjudiciales, quæ ſunt quæſtiones de ſtatu (non enim reſpicio cohærentiam tituli cum proximo, ſed etiam librorum) ab actionibus præjudicialibus vult tranſire ad interdicta, ut inſiſtat eadem via, quæ hodie ſunt extraordinariæ actiones. Porro interdicta ſunt præcipuæ de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione : ideo tractat de poſſeſſione, & dominio, quia dominii, & poſſeſſionis frequens eſt collatio, & interdicto de poſſeſſione præparatur cauſa de dominio, id eſt, poſſeſſorio; præparatur petitorium, *l. 1. de aqu.* quia & poſſeſſoria actio dicitur prima, altera ſecunda, *l. ult. Cod. quor. bonor.* Tractat igitur quibus modis acquiratur poſſeſſio, & dominium per uſucapionem, quæ quidem nihil aliud eſt, quam acquiſitio dominii per juſtam vel prolixam poſſeſſionem : Atque ita egit de titulis, id eſt, cauſis poſſeſſionis, veluti pro emptore, pro dote, &c. miſſio in poſſeſſionem à Quinto Mutio inter cauſas poſſeſſionis ponitur, *l. 3. §. ult. de acqu. poſſ.* qui dicitur poſſeſſor ſæpe : ſed diſtat ab alia : nam ut aliud eſt ſervum eſſe, & aliud in ſervitute; ita aliud eſt poſſeſſorem eſſe, aliud in poſſeſſione : ſed miſſio illa eſt affinis poſſeſſioni : itaque interdicta dantur tantum ei qui eſt poſſeſſor, & miſſus in poſſeſſionem, *l. 1. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ.* miſſio fit ventris nomine, damni infecti, legatorum, vel fideicommiſſorum nomine; de quibus ſupra. Aliæ ſunt cauſæ miſſionis, ut quæ fit crediti ſervandi cauſa, & alia eſt miſſio in poſſeſſionem, quæ fit rei judicatæ ſervandæ cauſa : nam hæc una eſt cauſa, *l.2. & 3. qui potior. in pig. hab.* de qua miſſione eſt hic tit. de re judicata, & effectu ſententiarum, qui nihil aliud eſt, quam emolumentum, & executio ſententiarum. Judicatis, id eſt, condemnatis humanitatis gratia dantur certa tempora ad implendam condemnationem, vel ex legibus, vel conſtitutionibus. Poſt ea tempora eſt actio judicati : ſic ex alia

actio-

actione oritur alia; ſed hujus actionis executio eſt celeris: nam non quæritur de re, de qua erat controverſia, ſed an judicatum ſit, *l. 41. de minor.* ſicut & exceptio rei judicatæ, qua non quæritur de re; ſed an judicatum ſit, ut in *l. 1. §. pari, de lib. exhib.* Executio fit duobus modis, vel captis, & diſtractis pignoribus judicati, id eſt, condemnati, *l. à Divo Pio 15. infra*, vel ſi judicatus non defendatur, miſſo in poſſeſſionem actore rei judicatæ ſervandæ cauſa, *d. l. 2. & 3. qui potior. in pign.* Res judicata eſt lis, de qua judex ſententiam dixit, vel lis finita ſententia judicis: ſententia eſt rei, ſive litis definitio, confirmatione principis non indigens. Rei, *ſive litis*, ad differentiam juſſi, vel interlocutionis, quæ non definiunt litem, ut ſi Prætor jubeat novum opus nuntiari, ſatiſdari, & adeſſe litigatores ad certum diem. Ob id ſeparantur juſſa Prætoris à ſententiis ejuſdem, *l. quod juſſit 14. infra hoc tit.* ad differentiam animadverſionum cenſoriarum, id eſt, notarum: nota, eſt infamia quæcunque venit proprie ex cenſoria animadverſione. Animadverſio, quæ venit ex lege, vel conſtitutione: notato aliquo à cenſoribus res erat adhuc integra, itaque animadverſio non erit rei definitio, ad differentiam opinionis, ex *l. 6. de interdict. & rel.* nam Præſes plerumque non dicebat ſententiam, ſed opinionem, quam mittebat ad Principem: tamen opinio, & interlocutio ſæpe dicitur ſententia. Interlocutio eſt ſententia, quæ abſolutionem, vel condemnationem non continet, vel eſt ſententia de articulo cauſæ aliquo, non de ſumma re, vel quæſtione, qua de agitur, & dicitur ſæpe præjudicium, quod præcedat ultimam condemnationem Judicis. Tres ſunt differentiæ præcipuæ inter ſententiam, & interlocutionem: ſententia rem definit, & mutari non poteſt, *l. judex 55. infra hoc tit.* à ſententia poteſt appellari, ſecus à juſſu, ſine interlocutione, ſive præjudicio, & appellanti infligitur multa præjudicialis, *l. quod juſſit 14. hoc tit.* exemplum ſume ex *l. ſi opus 16. de oper. novi nunt.* & addatur aliud ex *l. pen. de prætor. ſtipulat.* Prætor juſſit caveri in triennium: dein in longius tempus, lex ait, obligatis ex priori ſatiſdatione dari exceptionem, quod à priori ſtipulatione diſcedi Prætor voluerit. Interlocutio dicitur articulus in *l. 5. C. quor. appell. non recip.* Res dicitur judicata, ſententia dicta, etiamſi ab ea appellatum ſit: ſed ſententia appellatione extinguitur, nec dicas, ſuſpenditur, adeo ut ſi confirmetur, non retrotrahatur. Finge: aliquis damnatur furti, fit infamis, niſi appellarit. Appellatio conſervat famam damnati illæſam: at is ad quem appellavit, confirmavit ſententiam; ſane non fit infamis retro ex prima ſententia, *l. furti, in prin. de his, qui not. infam.* Res judicata imponit finem controverſiis: id ſecundum quoſdam. Accurſ. ait ſi modo dictum ſit, damno, vel abſolvo, & lege gloſſ. Acc. Rei judicatæ nomen eſt nomen 12. tabul. in quibus eſt, *æris confeſſi rebuſque jure jud. 30. dies juſti ſunto*, id eſt, triginta diebus ſit juſtitium: non eſt res judicata jure ſi non ſit ſolemnis, ſi non contineat condemnationem, *l. Præſes, C. de ſent. & interlocut. omn. jud.* Item ſi ſcripta non ſit, *l. ult. C. de ſentent. ex peric.* id eſt, ex tabella, ex libello. Æmilius Probus in Epaminonda. Atque ita ſententia fit ex ſcripto. Quid ſi ſententia nondum dicta ſit, ſed de tota re decretum ſit? non proprie dicitur ſententia, ſed ex cauſa habetur pro judicato: de re judicata non licet tranſigere, *l. 7. & 11. ff. de tranſact.* Finge: Ante ſententiam dictam, poſt decretum, an valeat tranſactio? minime, *l. 9. C. de pact.*

Ad L. II.

HÆc lex eſt de tempore judicati ſolvendi: nam tempus præſtituitur ad judicatum ſolvendum: id vero tempus eſt 30. dierum ex l. 12. tab. ſive menſis, ut ſupra dictum eſt. Ergo intra id tempus non poteſt agi judicati, non poteſt magiſtratus ſententiam exe-

A qui, non poteſt agi ex ſtipulatione judicatum ſolvi, *l. 1. judic. ſol. inf.* nam duplex eſt actio, ex ſtipulatu, & judicati: nec enim ſtipulatio novat actionem judicati, ſed interponitur ſtipulatio judicati, ut agatur ex ſtipulatu, & judicati, ut eo nomine accedant fidejuſſores: nam ſtipulatio hæc eſt ſatiſdatio: actio judicati perſequitur tantum in condemnationem deductum; actio ex ſtipulatu non ſolum id, ſed quanti ea res eſt, ſi hoc maluerit actor: nam in prætoriis ſtipulationibus electio eſt ſtipulatoris, in conventionalibus promiſſoris. In conventionalibus fit interpretatio contra ſtipulatorem: in prætoriis, non idem, ſed ea fit quam Prætor faciet, qui dedit formam ipſi ſtipulationi, atque ita ex mente Prætoris, ſtipulationes Prætoriæ à Prætore formam accipiunt, cui nihil addi, & diminui B poteſt, quæque edicto Prætoris interponi jubentur. In ſtipulatione Prætoria actio per procuratorem acquiritur, non in aliis: ſed nec ex illa, vel illa ſtipulatione agitur judicati intra 30. dies humanitatis gratia, *l. ſi cum militi, §. ult. de compenſ.* Datur idem tempus confeſſis debitoribus, ut apparet ex *l. 6. §. ult. de confeſſ. l. ſi debitori, ſup. de judic.* Poſt dati ſunt 60. dies, ſive menſes duo ex *l. ult. §. ult. C. de uſur. rei judic. l. 1. C. Theod. eod. tit.* Idque Accurſ. ſcribit multis in locis, quod ut comprobet affert *l. debitoribus 31. hoc tit.* qua tamen in hanc rem utendum eſſe non cenſeo: non enim illi ſunt duo menſes, quos lex vult conſtitui ad judicatum ſolvendum, ſed ſi intra id tempus non ſolvatur, pignora capiuntur, & captis pignoribus, ſi non ſolvatur intra duos alios menſes, pignora diſtrahuntur; C Itaque illa lege duo menſes poſt capta pignora diſtrahendis pignoribus præſtituuntur; in qua lege non ſolum agitur, ut præſtituatur tempus poſtulanti ad ſolvendum, ſed etiam ut iterum prorogetur, ſi non per contumaciam differt ſolutionem, nam ſi per contumaciam, ſemel tantum dabitur dilatio. In eam rem affert Calliſtratus *in d. l. debitoribus* conſtitutionem Divi Pii, qua declarat dari tempus pro facultatibus cujuſque ad ſolvendum. Ita in *l. 1. C. Theod. de diſt. pign. quæ cred.* duo menſes diſtrahendis pignoribus conſtituuntur. Ex conſtitutione Juſtin. ad ſolvendum judicatum datur hodie tempus menſium quatuor, nec poſſumus hodie uti ratione *l. ſi debitori 21. de judic.* quæ ait, modicum tempus dari, &c. id eſt, dies 30. Moribus Galliæ nulla ſunt certa tempora judicati ſolvendi; ſed arbitro judicis dantur. In Dige- D ſtis quoties dies judicati ſolvendi ſimpliciter legimus, ſecundum mentem Juriſconſultorum intelligendum tempus 30. dierum; & id appellant legitimum tempus, id eſt, conſtitutum l. 12. tabularum, *l. 4. §. ſi quis, hoc tit. l. intra, eod. l. 3. de uſur.* & id modicum tempus appellant, *l. ſi domus, §. in pecunia, de leg. 1. l. ſi debitori, de judic. l. ult. de libero hom. exhib.* Et in interdicto de itinere, actuque priv. ita interpretamur modicum tempus. Nunc ad noſtram l. 2. hujus tit. *pro cauſæ qualitate*, ut ſi agatur interdicto de libero homine exhib. adverſus eum, qui eundem liberum hominem detinet, non datur ei modicum tempus, *l. ult. §. 1. de libero hom. exhib.* In actionibus in rem vix dabatur illud tempus modicum, & ut in *§. 1. de officio judic. Inſt.* qui alienum poſſidet, & damnatus rei reſtituen- E dæ facultatem habeat, ſtatim reddere debet ſine fruſtratione, quia forte agitur de re mobili, vel homine; cujus illico exhibendi facultatem habet: idem in actionibus in perſonam, quibus rei noſtræ poſſeſſionem avocamus, ut depoſiti, & commodati, ut ſi rem depoſitam, & commodatam habeas, poſt condemnationem non datur tempus: Et ex mente l. 12. tab. videtur tempus illud dari in actionibus in perſonam, quibus res petitur, nam difficile eſt ſolvere pecuniam: *pro cauſæ quantitate*: ut ſi minor ſit ſumma, arctetur tempus, & contra, *perſonarum obſequio, vel contumacia*, ut ſi quis confiteatur ultro debitum. Contumaci coarctabit diem: perraro arctat niſi ex cauſa. Et addit duo

exempla, ut ſi agatur de alimentis conſtituendis. Græci addunt recte, pupillis: hæc jubebit præſtari pro modo facultatum etiam intra 30. dies. Idem ſi ſit ſubveniendum minori 25. an. per reſtitutionem in integrum: *ſententiæ exrquentur*, id eſt, ad finem perducentur. Qui pro tribunali cognoſcit, id eſt, magiſtratus, judex pedaneus non habet tribunal: quod cognoſcat pede plano, vel magiſtratus eſt, qui juriſdictioni præeſt, vel cui publice judicium, vel juriſdictio data eſt, quæ non dantur pedaneo: ſed cognitio tantum certæ cauſæ. Et pedanei judices ſunt ſpeciales judices. In fine hujus legis dat exempla, quæ competunt tantum tutori, ut conſtat ex tit. *ubi pup. educ. deb. & de aliment. ei præſt.* cum etiam variæ ſint cauſæ hujus cognitionis, & per actionem, & judicem datum idoneum exequuntur omnes: excepta una, quæ citra actionem à Prætore exequitur, videlicet ſi ſubveniendum ſit minoribus 25. ann. *Qui pro tribunali cognoſcit*, de re tota, ſcilicet, non qui exequitur tantum, & male Accurſ. in exequendo. Proinde quæres quid ſtatuendum ſit in dato judice ſive pedaneo, an coarctat vel prorogat diem legitimum? Poteſt quidem favore rerum prorogare, non coarctare: magiſtratus autem poteſt utrumque. Pedaneus judex in ſententia dicenda poteſt diem prorogare, ut ſi jubeat intra duos menſes: poſt ſententiam neque arctat, nec prorogat, & ab eo executio tranſit in magiſtratum, qui eum dederat: nam judex datus non poteſt exequi ſententiam ſuam. Et ita concilianda hæc lex cum *l. 4. §. ſi quis condemnatus, hoc tit.* Quod §. ille loquitur de judice dato, non de magiſtratu, ut *l. 2.* Judex datus damnavit aliquem ut ſolveret intra certum tempus, vultuti tempore legitimo: an tempus illud computabit ex die ſententiæ dictæ; an vero ex eo die ex quo ſententia judicis ſtatuti præteriit? ut juſſit judex intra 20. dies ſolvere, hoc intervallo utitur reus, & præteritis 20. diebus, vult adiici dies 30. an audietur? minime ſed ſi judex datus minorem diem præſtituerit ad ſolvendum, quam ſit definitum lege, ut reo repleatur, quod ſententiæ judicis deeſt, ut diebus 20. addantur decem, quia judex datus non potuit arctare tempus legitimum: ſed ſi majus tempus præſtituerit, hoc tempus totum indulgeatur reo. Dictum ex *l. cum militi 16. §. 5. de compenſat.* hoc tempus dari humanitatis gratia. Inde ea, quæ humanitatis gratia legibus ſunt indulta poſſumus dilatare, nec faciemus contra legem. Quod autem id tempus datum ſit humanitatis gratia patet, quod illud tempus prorogatum immune ſit ab uſuris; vel fructibus dependendis, qui percipi potuerunt. Finge: uſuraria erat pecunia, & currunt uſuræ ante litem, & pendente lite; nam lite conteſtata, currunt uſuræ, *l. lite, de uſurir.* Poſt ſententiam non current intra tempus judicati; & eſt hæc plena humanitas, *l. 3. de uſur.* ſed poſt id tempus, ſi non ſolverit, infligentur graviores uſuræ, quæ dicuntur uſuræ rei judicatæ, & poſt tempus judicati duplex centeſima penditur, id eſt, qui non ſolverat, poſt tempus ſtatutum pendebat duas centeſimas, hodie unam centeſimam tantum ex conſtitutione Juſtiniani, vel ſi reus non defendatur, fit miſſio in poſſeſſionem Judicati ſervandi cauſa.

Ad L. Intra dies VII.

AD ea quæ dicta ſunt de tempore judicati ſolvendi pertinet *l. 7. hujus tit.* intra diea 30. an poſſit agi judicati vel ea ſtipulatione judicatum ſolvi. Inde quæritur an interim judicatus poſſit modis legitimis liberari: & ait, hac de re non dubitari, cum de hoc dubitatum ſit, quia tempus illud indultum eſt pro judicato, non contra judicatum. Judicatus autem conferri debet cum alio debitore in diem: & cum ait *l. 7.* hodie non dubitati, ratio obſcura eſt; Debitor ad diem an ante diem poteſt liberari? nullis modis, ut ipſo jure, vel exceptione, veluti pacti conventi: nam ipſo jure pactum conventum neque obligat, neque liberat: ipſo jure liberatur ſolutione, novatione, acceptilatione; ſolutione, quæ fit re, acceptilatione, quæ fit imagine quadam; confuſione, vel compenſatione: confuſione, ut ſi debitor heres exiſtat creditoris: compenſatio pro ſolutione habetur: novatione, expromiſſore dato, qui ſuſcipiat in ſe obligationem novandi animo. Si dies non adjectus ſit creditoris gratia, debitor ante diem ſolvendo liberari poteſt, *l. quod die certa, alias, quod in diem, l. qui res §. mihi decem, de ſolut.* Et hoc ſi ſolvat volenti: ſed non cogitur creditor ante diem accipere, & non fit in mora, ſi non acceperit ante diem. Carthaginenſes debebant in plures annos ſtipendium Romanis: idque præſens ferebant totum. Reſpondit populus Romanus, non accepturum ſe ante diem hoc beneficium. Livius lib. 36. cap. 4. novatione, dato expromiſſore volenti creditori, *l. 8. §. legata de novat.* non liberabitur tamen acceptilatione ſtatim, id eſt, antequam dies venerit, *l. quod in diem, de accept.* Et in hac re eſt differentia inter ſtipulationem, & acceptilationem, quæ non fit in diem, *l. 5. de accept.* novatio fit in diem, *l. 15. D. de novation.* quas ſimul junge: non poteſt liberari compenſatione: nam quod in diem debetur, non compenſatur antequam dies venerit, *l. quod in diem 7. de compenſat.* Cui debitor in diem certum ante diem non liberetur omnibus modis: num poſſum uti hac ratione hujus legis, & *l. cum qui, §. ult. de verb. oblig.* ſed obſervandum, quod ſi quis quid debeat in diem, obligatio eſt in diem: obligatio judicati eſt pura, non in diem. Dubitabatur tamen inter interpretes 12. tabul. an obligatio judicati intra 30. dies perimi poſſet modis legitimis, quia 12. tabulis 30. dies juſti eſſe jubentur, ut intra 30. dies nec ſit obligatio, nec actio, ſitque juſtitium, ut ſententia nondum judicatum teneat. Quod ſi verum eſt, nulla liberatio contingere poteſt, cum nulla ſit obligatio. Et de hoc dubitabatur olim; ſed hodie non dubitatur: ſed juriſperiti exiſtimant poſſe liberari multis modis, ideſt multo pluribus quam debitorem in diem: obligatio judicati non eſt in diem, ſed pura, & actio judicati præſens eſt: ideoque interim poterit liberari judicatus etiam ſtipulatione, & pacto, *l. juriſgentium §. ſi paciſcar, de pact.* liberatur compenſatione intra 30. dies lapſos, alias ſecus, *l. cum militi, §. ult. de compenſ.* Tu mihi damnatus es: ego ex alia cauſa tibi quoque damnatus ſum, & ago intra diem 30. contra te; & ait Papin. compenſationem admitti. Nec obſtat quod dicitur, non compenſari, quod in diem debetur: nam judicatum non debetur in diem, ſed tempus illud datur humanitatis gratia: Et ita quod ait l. 7. hoc tempus per legem, ſcilicet 12. tabul. pro judicato conſtitutum, id eſt, humanitatis gratia exercendæ erga judicatum; quia non ſtatim convenitur, qui obligatur ſtatim, non ita in ſtipulatore, vel debitore in diem. Hoc eſſe poteſt uſui, & accidit mihi: ſi creditor humanus ei, qui pure debet, dat laaiorem diem, an potero tibi compenſare, quod mihi debes? ſic videtur. Finge: tu mihi debes centum pure & fateris; Ego vero rogatus differo actionem in biennium, & paciſcor ne petam intra biennium: ex novo negotio, ergo cœpi tibi debere 50. quæ tu petis ſtatim ſumma cum inſtantia, nec eadem uteris in me humanitate, qua ego in te, an poſſum ego tibi compenſare, quod viciſſim mihi debes? an impetrata à me eo nomine à Principe compenſatio fiet: nam in Gallia compenſatio fit Principis beneficio: nam dicis biennium non veniſſe & quod in diem debetur, non venire ante diem in compenſationem. Sane aliud eſt diem non veniſſe, qui fuerit ab initio obligationis: aliud humanitatis gratia tempus ad ſolvendum indulgeri; ea obligatio fuit pura: Et ſane compenſationem facere poſſum, *d. l. cum militi, §. ult.* nam nec proprie eſt in diem debitor, & ita judicatum non eſſe debitorem ad diem, & ſecundum me judicatum eſt.

Ad

Digitized by Google

Ad L. III.

DUo ſunt expoſita : quid ſit res judicata, & tempus judicati ſolvendi quale ſit. Tertium hac l. ſubjicitur, qui faciant rem judicatam : quod oſtendit Paulus *lib. 3. tit. de re, & effectu ſentent.* Rem judicatam facit magiſtratus, qui imperium, & poteſtatem habet, municipalis uſque ad ſummam eis præſtitutam, *l. inter, ad municip.* Judices dati auctoritate magiſtratus, & à Principe extra ordinem dati : unde vides quis ſit judex extraordinarius in *l.2. Cod. de dilat.* Ex ordine enim Prætor, vel Præſes dat judicem, non Princeps : atque ita à Principe datus non eſt datus ex ordine, in ea cauſa, cujus cognitio ad eum ſpectat, vel cum in ea cauſa judicis datio ad alium magiſtratum pertinet. Gellius lib. 12. cap. 13. *à Conſulibus jud. extra ordinem datus* : an arbiter compromiſſarius ? non dat ſententiam is eujus ex ſententia eſt actio judicati, & exceptio rei judicatæ. Quod non eſt datum arbitro, *l. 2. de recept.* & ſi ei non pareatur, eſt actio ex ſtipulatu pœnæ nomine. Atque ita ſententia, ſic deſinienda, de re, ſive lite definitio judicis comprobatione Principis non indigens : nam ſententia arbitri non eſt ſententia per omnia : non enim parit actionem judicati, *l. quid ergo 13. §. ex compromiſſo, de his, qui not. infam.* videtur tamen quod ſit ſententia, ut patet ex *l. diem 27. in fin. de recept.* cum contineat condemnationem, vel abſolutionem. Hæc lex 3. pertinet ad judices datos, & ut oſtendat eos rem judicatam facere, ait: condemnare, & abſolvere poſſunt; quod tamen non eſt certum: nam fallit in arbitro, niſi dicas arbitrum non proprie damnare, cum ſententia ejus effectu caret. Et reſpicit hoc ad formulam dandi judicis, quæ occurrit apud Theophilum : *ſi paret Titium Cajo dare, facere oportere, ex cauſa empti, condemna eum judex* : ubi non fit mentio liberationis, quam qui non habet, nec illud habet. Quo argumento utitur in *l.6. §. 5. de off. proconſ.* In *l. nemo 37. de regul. juris*. Qui condemnare poteſt, & abſolvere poteſt : vulgo : *nemo qui condemn. non poteſt*, abſolvere non poteſt, id eſt, qui non poteſt damnare, nec poteſt abſolvere, ita eſt in Pand. Flor. ſic interpretatur Acc. hanc legem : nemo qui non poteſt damnare, & abſolvere poteſt; ſed male, licet verum ſit, qui abſolvere poteſt, & damnare poteſt : ſed Acc. putat eſſe ſpeciale in *l.3. §. adeo, ubi ſenatores, vel clariſſ.* ex qua datum vult privilegium ſenatoribus, ut à magiſtratibus poſſint abſolvi, non damnari : ſed lex hæc vult, ut poſſit inconſulto Principe, liberare : condemnare poſſit, ſed non inconſulto Principe : male excipit caſum Novell. 83. quaſi clericus poſſit à magiſtratu civili abſolvi, non damnari, quod falſum eſt: ſed vult, ut de communi crimine (nam aliud commune, ut homicidium; aliud Eccleſiaſticum, ut ambitus muneris Eccleſiaſtici : ut aliud commune delictum eſt, aliud militare) hoc, inquam, vult ut de communi crimine cognoſcat Epiſcopus; & ſi non poſſit, cognoſcat Præſes, eumque abſolvat, vel condemnet, ſed ne de eo ſumat ſupplicium, antequam regradatus ſit ab Epiſcopo : quinimo *Novella* 123. de ea re tractans, ait clericum damnari poſſe. Ab ea regula, qui poteſt abſolvere, & liberare, male excipit *l. ſolent, de off. proc.* nam non efficies eum, qui poteſt abſolvere, non poſſe liberare, ſed eum, qui non poteſt condemnare, non poſſe abſolvere.

Ad L. IV.

DOcet cui, & in quem detur actio judicati. Finge : victus eſt procurator meus, an actio judicati dabitur in me, an in procuratorem ? Et dabitur domino, & in dominum, & heredi, & in heredem, Paulus *Sent. lib.1. tit.2.* & nihil differt ab actione, quæ deſcendit ex A ſtipulatione judicatum ſolvi : nam actio judicatum ſolvi datur domino, etiamſi procurator ſtipulatus ſit judicatum ſolvi, *l. ſi procurator meus, de procurat.* quia eſt ſtipulatio prætoria, & in his acquiritur domino actio per procuratorem, *l. in omnibus 5. de prætor. ſtipul.* actio judicati datur domino : tamen actio ex ſtipulatione judicatum ſolvi non datur in dominum, *d. l. ſi procurator*; quia evenit ſæpe utilitatis cauſa, ut ſtipulando alter nobis acquirat actionem, nunquam ut promittendo nos obliget alter, atque ita deteriorem noſtram conditionem faciat. Actio judicati non datur procuratori, vel in procuratorem, ut actio ex ſtipulatione judicatum ſolvi, quam ipſemet interpoſuit, niſi ad actionem judicati interpoſitus ſit, *d.l.ſi procurator.* Actio judicati datur domino, quia litis eſt dominus : nam peracta lite B ſumptus procurator repetit actione mandati; vel ſi dominus ſolvendo non ſit, procurator poteſt deſiderare, ut ſibi ſatisfiat ex judicatione, *l. actoris 30. de procur.* Ergo æquum eſt dari actionem judicati domino, ut & in eundem, non in procuratorem. Actio judicati eſt executio ſententiæ. Iniquum eſt damnoſum eſſe cuique officium, ut ait *lex ſed ſi quis 7. quemadm. teſtam. aper. l. ſi ſervus communis 61. §. quod vero, de furt.* ac proinde executio ſententiæ non debet fieri in bonis procuratoris. Per procuratorem dicitur dominus vincere, aut vinci, & procurator vinci : eaque ratione uterque appellare poteſt, & procurator per alium procuratorem, ut *l.4. §. 1. & ult. de appellat. l. ſi procurator 9. §. 1. de doli ma. & met. except.* Et duo ſunt domini litis, unus principalis, qui conſtituit procuratorem. Al- C ter eſt procurator, nempe quodammodo dominus litis poſt litem conteſtatam. Cujus ſententiæ vis multiplex, ut non poſſit mutari temere, ut mortuo mandatore, ſive domino, nihilominus litem peragere poſſit, & alium procuratorem conſtituere; quod non poteſt ante litem conteſtatam, *l. procuratorib. 22. & ſeq. Cod. de procur.* ut condemnatus poſſit appellare; ſed non ut in eum agi poſſit judicati, vel ipſe agere. Itaque certum eſt, actionem judicati dari domino in dominum, non procuratori in procuratorem, exceptis duobus caſibus : ſi procurator ſe liti obtulerit ſine mandato, id eſt, ſi fuerit voluntarius procurator, qui ultro pro amico litem cœperit: nec intereſt ſi ſe obtulerit liti cum ſatiſdatione, vel ſine ſatiſdatione : nam in eum judicati actio dabitur, quia non eſt verus procurator, & ſi verus do- D minus non approbet ab illo geſtum, quod inconſulto domino ſe liti obtulerit, *l. Plautius 61. de procur. & d. l. ſi procurator*, in fin. quæ loquitur de defenſore, & accipienda eſt de defenſore, qui non habebat mandatum, quia rem ſuam fecit, litem ſuam, atque quodammodo ſubjecit ſe eventui judicati. Excipitur etiam procurator datus in rem ſuam, veluti emptor hereditatis, cui mandatæ ſunt hereditariæ actiones, vel reus, quem fidejuſſor, qui pro eo intervenerat, conventus eo nomine quo fidejuſſerat, facit procuratorem in eam rem : nam ipſe reus tenetur mandati, *l. ſi quis in rem ſuam 34. l. licet 42. §. ea obligatio, de procurat.* idque ex eo paret, quod condemnati in cauſa propria appellare debent ſecunda die, id eſt intra biduum : in aliena, tertia die. Et procurator in rem alienam E appellat tertia die, in propriam, ſecunda, *l. qui ſuſpectum 20. §. 1. de appellat. l.1. §. in propria, quando appell. ſit.* Excipe ergo procuratorem voluntarium, & procuratorem in rem ſuam : ſi egit ex mandato, fieri poteſt, ut quis in rem ſuam, partim in alienam rem datus ſit procurator : quo caſu conſequens eſt, ut dividatur actio judicati, & detur in utrumque, ut in *d. l. 1. §. in propria*, ſi quis partim ſuo, partim alieno nomine litigarit, ſuo nomine intra biduum, alieno nomine intra triduum appellat, *l. pater 7. de dote præleg.* Species : Pater dotem acceptam à nuru filio exheredato legavit : heres ſolvit dotem filio exheredato marito, retenta Falcidia; & accepta cautione de indemnitate, ſi quando cum eo mulier ageret de dote

Digitized by Google

ſoluto matrimonio, ne bis dotem præſtaret: divortio facto, mulier dotem repetit ab herede ſoceri, quam jam ſolverat marito ejus, & ex mandatu heredis pro eo herede maritus defenſionem ſuſcepit adverſus mulierem, & condemnatus eſt: actio judicati dividetur, nam dabitur in maritum pro dodrante, quoniam pro eo in rem ſuam intervenerat, & in heredem ſoceri dabitur pro quadrante, quia pro eo maritus rem alienam defendiſſe videtur; nam etſi mulier ſolutionem ratam habuerit, in heredem ſoceri mulieri eſt actio pro modo retentæ Falcidiæ. Et hoc ita ſi maritus judicatum ſolvi non ſatiſdedit: nam tunc in ſolidum convenietur judicati actione.

Quæ dicta ſunt in Procuratore, eadem in tutore, & curatore dicenda ſunt, *l. 2. de adminiſt. tutor.* ſi ſe liti non obtulerit, quia non potuit eſſe auctor pupillo ad judicium accipiendum, ſed accepit ex neceſſitate officii. Poſſet ſe liti obtuliſſe videri, ſi ultro acciperet judicium, cum eo auctore pupillus poſſit accipere.

Idem in defenſore reipubl. *l. 6. §. pen. quod cujuſque univ. nom.* Dictum eſt in verum, & principalem dominum dari actionem judicati, ſive ſuo, vel procuratorio nomine egerit, & ei dari. Finge: condemnato non eſt pecunia in manu, ſed eſt in expedito idoneus expromiſſor, qui paratus eſt novandi cauſa in ſe transferre alienam obligationem: quare Expromiſſoris datio liberat debitorem: an is qui vicit, contentus eſſe debet expromiſſore? ſed verba edicti ſervanda videntur, *l. prætoriæ 7. de prætor. ſtipul*, Finge, eum quem condemnat prætor, velle ſatisfacere datis pignoribus, an admittetur? non, ne ex obligatione ex qua actum eſt, fiat obligatio in expromiſſorem. Hæc quæſtio eo ſpectat, an is, qui vicit, cogatur contentus eſſe expromiſſore, & ait non cogi, niſi quoties judicato difficilis eſt pecuniæ exſolutio. Conjunge cum *§. penult. h. leg. l. ſi in ſtipulatum 17. de donat.* ſi judicatum deductum ſit in ſtipulationem, & ea accepta lata ſit donationis cauſa, liberatio contingit. Ad hoc pertinet edictum *l. liberationis 47. ff. de verbor. ſignif.* id eſt, plus non ſignificatur verbo ſolutionis, quam verbo liberationis in re judicata. Ad hoc pertinet *l. ſolutionis, de ſolut.* ut magis ſubſtantiam obligationis, quam ſolutionem pecuniæ reſpiciat, ſolvitur debitor, & creditor, ſolvitur res, vel pecunia, obligatio, id eſt, ſubſtantia ejus, *l. 95. §. ult. l. 97. de ſolut.* & hæc verba §. ait prætor, *ut pecuniam ſolvat*, id eſt condemnetur, ut obligationem ſolvat.

Ad §. Si ex conventione.

JUdicatum in ſtipulationem deductum eſt: aut novandi animo inter convenientes receſſum eſt ab actione judicati, aut non novandi animo, ut necteretur judicatus duplici vinculo: & hoc caſu non perimitur ordo executionis, ſi eo vincens uti malit. Item ſi judicatus dederit pignora in cauſam judicati, vel ſi dederit fidejuſſores, hæc acceſſio, quæ fit rei judicatæ, id eſt ſi accedat pignus conventionale, vel fidejuſſor, ſervandæ rei fit, ſcilicet judicatæ, non perdendæ. Itaque manet rei judicatæ executio: *ſi ex conventione*: nam aliter non admittitur alia ſatisfactio, niſi ex magna cauſa, ut & hic recedatur, à re judicata ſcilicet.

Ad §. Idem obſervandum.

IN hac re nihil intereſt an per ſe condemnetur, an per procuratorem: quoniam ordo ſervatur executionis, licet nihil acceſſerit rei judicatæ.

Ad §. Condemnatum.

IN edicto de re judicata, ſive edicto judicati Prætor appoſuit verba, ut condemnatus pecuniam ſolvat: nunc exponit quis dicatur condemnatus. Et ſi quis non ſit rite condemnatus, ceſſat actio judicati: non exigitur ut recte, ſed ut rite: nam etſi non ſit recte condemnatus, eſt actio judicati: ſed rite, id eſt, ſolemniter, & juxta ordinem judiciorum: ut ſi quia abſens condemnatus ſit ex edicto peremptorio, non dato ſecundum ordinem legitimum, *l. ex conſenſu 23. §. ult. de appellat.* ut puta ſi edictum illud non ſit propoſitum publice, & ſi in notitiam non pervenerit abſentis, quia ſententia nulla eſt, *l. 1. §. pen. quæ ſentent. ſine appell. reſc.* Idem erit ſi ſententia non ſit ex ſcripto recitata; nam hoc eſt ex ſolemnibus, ſi non ſit recitata officio præſenti, id eſt, officialibus præſidis, *l. 6. C. de ſent. & interloc.* & non pariunt judicati executionem, ac merito ſcriptum eſt in l. 12. tabul. *æris confeſſi rebuſve jure judicatis*: nam ſi non jure judicatæ, id eſt, rite, nulla eſt actio judicati. Itaque reſpicit hic §. ad Prætoris edictum, & l. 12. tabul. Et quia in edicto Prætoris ſcriptum eſt, *ſolvat*, ſciendum eſt quid ſit ſolvere. Solvendi verbum eſt generaliter capiendum, & magis velle Prætorem ut ſolvatur actio judicati, quam ut ſolvantur nummi. Itaque judicatus ſe liberare poterit pecuniæ numeratione, novatione, acceptilatione, *l. ſi in ſtipulatum 17. de donat.* non cogitur invitus, qui vicit, aliam ſatisfactionem accipere, ſed intendet ex edicto nummos numerari oportere, niſi ex magna, & idonea cauſa. Cæterum inter volentes generaliter liberatio condemnatum ſolvit, mutatio cauſæ debendi, mutatio obligationis judicati in obligationem ex ſtipulatu.

Ad §. ult.

SI quis conventus noxali judicio, lite æſtimata in decem, non numeravit ea decem, hoc caſu eo invito, qui ſententiam obtinuit, liberabit ſe noxæ deditione, quia id ei tribuitur ex l. 12. tab. *l. 6. §. 1. hoc tit.* Itaque non cogitur condemnatus noxaliter præſtare pecuniam: verum hac ratione ſi velit liberari, opus eſt ut ſervi plenum dominium tribuat accipienti; & ſicut is qui ex ſtipulatu ſolvit rem, adhuc poteſt conveniri, ſi aliquid juris ei rei deſit, & ſi plena res non præſtetur, *l. etiam, inf. de ſolut.* Et ſicut heres, qui legatum præſtitit, adhuc tenetur actione ex teſtamento, ſi debilitatum ſervum præſtiterit, vel ædes legataa, quibus ſerviebant ædes ſuæ, non reſtituta ſervitute quam confuſio extinxit: atque ita tenetur ex teſtamento, *l. hujuſmodi, §. heres, de leg. 1. l. debitor, ad Trebell.* Ita ſi ſervum dedat noxalem in quo alter tantum habeat uſumfructum, dominus adhuc tenetur actione judicati: vel ſi ſervum obligatum pignori dedat, & forte interim uſusfructus interiit, vel pignoris obligatio diſſoluta ſit, proceſſuram liberationem Celſus ſcribit in *l. ſi hominem 69. de ſolut* & cum noxæ dedere debet, antequam ſuſcipiat judicium, poſt quod non dedet eum noxæ, *l. 20. §. idem recte, de petit. hered.* nam poſt litem conteſtatam omnino cogitur ſolvere æſtimationem litis in quam condemnatus eſt noxali judicio. Obſtat *l. locum, §. proprietarius, de uſuf.* ex qua efficiunt eum, qui ſervum noxæ dedit, in quo uſusfructus alienus erat, non teneri adhuc actione judicati. Quæritur in eo §. an proprietarius ſervum poſſit noxæ dedere: & poſſe ait, ſi id faciat ſine dolo malo, non in fraudem fructuarii, ſed quia expediat magis ſervum dedi, quam litis æſtimationem præſtari: nec uſufructuarius queri poteſt: nam noxæ deditio non perimit uſumfructum, ſed fructuario denegabitur uſusfructus petitio adverſus eum cui dedit, niſi offerat ei æſtimationem noxæ pro rata uſusfructus. Atque ita conſequens videtur, eum non teneri actione judicati, qui ſervum dedit in noxam, cum is, qui accepit adverſus fructuarium retineat. Repellitur fructuarius non ipſo jure, quia uſusfructus non perimitur noxæ deditione; ſed per exceptionem; ſed & ei

cui

Digitized by Google

cui ſervus deditur noxæ, in quo alienus uſusfructus A eſt, conſulitur duplici via, ut agat judicati in eum, qui dedit in noxam, in hoc videlicet, ut uſumfructum faciat accipientis: hanc viam ſi eligat extra ordinem, id eſt, interventu Prætoris, proprietarius coget fructuarium, ut pro rata uſusfructus conferat ad litis æſtimationem, aut uſumfructum, ſi utrique commodior eſt, *l. ſi ex duobus*, *§. ult. de nox. act.* & hæc via commodior eſt. Altera via eſt, ut non agat judicati, ſi nolit in proprietarium agere, ſed repellat fructuarium perſequentem uſumfructum, ſi non offerat æſtimationem litis, vel ſi noxali judicio cum eſſet præſens, noluerit defenſionem ſervi ſuſcipere. Idem in pignerato ſervo dedito noxæ, ut eo nomine dominus teneatur actione judicati, vel creditorem perſequentem pignus repellat, niſi creditor præſtet æſtimationem ſervi: non cogitur, B ſed ſi cum creditor præſens eſſet noxali judicio, noluerit ejus ſervi defenſionem ſuſcipere: nam tunc ei denegabitur pignoris perſecutio, *l. ſi noxale 27. de nox. act.* Atque ita differt pignus ab uſufructu. Pignus liberatur hoc caſu ipſo jure; eodem autem caſu uſusfructus non liberatur ipſo jure, ſed perimitur: quia pignus conſtituitur jure prætorio, atque ita pacto nudo, ipſo jure ei denegata Serviana, uſusfructus autem jure civili. Itaque non perimitur, niſi alio jure civili. Pignus exceptione ipſo jure liberatur; nam quæ ſunt juris Prætorii, ipſo jure exceptione perimuntur, ſecus in uſufructu.

Obſtat *l. ſi quis adſirmavit 9. §. etſi ſervum, de dolo*. Quidam ſervum pigneratum dedit in noxam per judicem; id eſt, eo interveniente, tenetur actione de dolo, ſi ſciens pigneratum, cum dedit: ergo non eſt alia C actio: nam hæc actio eſt ſubſidiaria: ſed vera ſententia eſt, noxalem actionem etiam in noxali judicio eſſe arbitrariam, id eſt, ſi conventus pareat judici, abſolvitur: nunc finge, te convento judex arbitratur, ut dedas ſervum ante ſententiam; dein fert ſententiam, & te abſolvit: *per judicem*, inquit, id eſt, ante ſententiam judici paruiſti, teneris de dolo, quia ſciens dediſti pigneratum, & merito, quia non eſt actio judicati: non ex ſententia, ſed ex arbitrio quod præceſſit, fuiſti condemnatus; atque ita non poterit eſſe actio judicati.

Ad L. Ait prætor. V.

PErtinet ad verbum, *condemnatum*: non rite condem- D natus eſt, qui ab eo condemnatus, cujus ea de re non fuit cognitio, id eſt, ab eo, qui juriſdictionem habet, id eſt, à magiſtratu. Actio etiam datur ex ſententia judicis dati, qui habet tantum notionem, cognitionem, non juriſdictionem. Juriſdictio tamen eſt notio jure magiſtratus competens: notio eſt cognoſcendi de re aliqua poteſtas judici data à Præſide, vel Prætore conceſſa, *l. à Divo Pio 15. infr.* male hic Accurſ. judicem delegatum habere juriſdictionem, cum idem eſt judex datus, & putat eundem eſſe, ac is, cui mandata eſt juriſdictio, cum is, cui mandata eſt juriſdictio, habeat Juriſdictionem, non judex delegatus. Et differentia eſt, ut in *l. quis à quo appell.* Actio ergo judicati datur ex ſententia judicum datorum. Atque ita melius notionem addit Ulpian. & reprehendit Prætorem, quod E non ſit uſus generaliore verbo.

Ad ritum condemnationis pertinet, ut ſententia quid certi contineat, *tit. Cod. de ſent. quæ ſine certa quant. §. curare, de action.* Cui junge *l. 3. in fin. C. de inutilibus ſtipulat.* Nunc finge: judex dixit: omnem quantitatem cum uſuris ſolve: nulla eſt ſententia, niſi actorum aliqua parte certa ſumma ſit expreſſa, *l. 3. d. tit. de ſentent. quæ ſine c. q.* Item ſi cum ageretur de fideicommiſſo relicto à legatario, dixit, quod hic in fi. rata eſt condemnatio. *Pronuntiatum*: id eſt, ſi pronuntiatum judicis ſententia, deberi fideicommiſſum, quod erat ex non ſcripto relictum, rata eſt ejus ſententia, ſi modo probetur quantum, & quale illud ſit fideicommiſſum.

Ad L. Miles. VI.

ILlud quod eſt in principio hujus leg. fruſtra repetitur in *l. item miles* 18. ut miles ſolvat quatenus ejus facultates ferre poſſint, & ſi minus facere poſſit, non cogatur: nec vult Ulpianus hæc trahi ad militiam civilem, vel Palatinam, ad quod interpretes trahunt: Alia eſt enim civilis militia, ut *l. ab omni, de re milit.* Quare legatum militiæ civilis videtur inutile, *l. 11. §. ſi ſervo, de leg. 3.* Privilegium enim iſtud eſt, & privilegia non ſolent extendi, ne cogantur ſigna relinquere. Id militi indultum: & Ulpianus oſtendit, aliud in judicati actione eſſe; aliud in ſolutione. Et idem accidit in *§. 1. hujus legis*; cum eſſet conventus quidam noxali judicio, judex condemnavit eum in decem, aut ut noxæ dederet ſervum: nam ita pronunciandum eſt à *judice in princ. de off. judicis*. Titulus de judiciis eſt de titulo judicis dati: nam condemnat ſub alternatione: ſed actione judicati agitur tantum in decem. Et longe alia eſt ratio ſtipulationis: nam ſtipulatus decem dari, aut ſervum dari in noxam, ut concipitur ſtipulatio, ita concipienda eſt actio de ſtipulatu: alioqui plus cauſa petitur, quia aufert electionem debitori. Et alia in re differentia eſt inter judicatum, & ſtipulationem, quod ſingula poſſum ſtipulari, & mihi dari tantum, vel talem ſervum in noxam dari; atque ita ſingulatim ſtipulari ſub alternatione, & conſequenter agere de ſingulis ſecundum formam ſtipulationis: ſed non liceret agere de noxæ deditione hoc modo: ſervum in noxam dari oportere, non licet ita agere, & ferre condemnationem de noxæ deditione tantum; ſed agere hoc modo, aut noxam ſarcire, id eſt, litis æſtimationem præſtare, aut noxam dedere, *l. 1. §. cum arietes, ſi quadrup. pauper. fec. dic.* Et principalis eſt actio de noxæ deditione: appendicula, noxam ſarcire. Eadem ratio eſt judicati: nam de ſola noxæ deditione judicatum fieri nequit hoc modo: te condemno ſervum in noxam dare: arbitrium poteſt eſſe de noxæ tantum deditione, non ſententia, *§. Præterea, Inſtit. de act. l. ſi quis adſirmavit, §. & ſi ſervum, de dolo*. In hac ſtipulatione utrumque eſt in obligatione; in judicato decem, aut ſervum in noxam dari: litis æſtimatio in decem ponitur: in obligationem noxæ deditio. In ſolutione lex 12. tab. vult. ut in æſtimationem condemnetur, qui convenitur noxali judicio, ut tamen liberetur noxæ deditione: præcedit condemnatio in noxæ deditionem, ut in decem, vel noxæ dedere, *§. 1. de offic. judic. Inſtit.*

Ad §. Pen.

EXequenda ſententia judicati poſt triginta dies, captis pignoribus, & diſtractis per magiſtratum. Qui domum debitoris ſignat quaſi obligatam, vel pigneratam, is tenetur actione injuriarum, *l. ſi injuriæ 20. ff. de injur.* Qui etiam rem ſuam aufert, mulctatur, *l. 3. §. hac actione, vi bon. rap. l. extat. quod metus cauſa.*

Ad §. Ult.

ACtio judicati videtur Prætoria, ut patet ex edicto; ergo annalis: ſed ideo perpetua, quia ejus origo ex 12. tabul. quamvis ordo ejus mutatus ſit ex edicto Prætoris. Ordo Prætoris eſt levior, quo capiuntur pignora: ordo civilis 12. tab. ut vinciretur judicatus, quoad ſolviſſet. Eadem eſt ratio actionis arborum furtim cæſarum, quæ hodie eſt in duplum, quia actio eſt ex 12. tabulis, & erat in 25. aſſes pro ſingula quaque arbore furtim cæſa, etiamſi non eo animo cæſa, ut furtum facias, *l. 7. §. ult. arb. furt. cæſ.* quæ lex eſt ex libris ad edict. ut hæc *l. 6.* Ex quo apparet, legitimæ actioni aliquid derogaſſe Prætorem,

Digitized by Google

rem, atque ideo; quod deſcendat ex 12. tab. perpetua eſt. Eadem ratio actionis furti nec manifeſti, quæ eſt civilis, & in duplum datur, & eſt perpetua: actio furti manifeſti quoad pœnam quadrupli eſt Prætoria, ſcilicet ratione pœnæ. Actio furti manifeſti jure civili fuit corporalis pœna: eſt autem perpetua licet Prætoria: quia Prætor abſurdum exiſtimat anno eam terminari, Prætor leviorem fecit pœnam furti manifeſti, quam eſſet ex 12. tab. nam ut dixi corporalis erat pœna, & abſurdum exiſtimavit facere breviorem.

Ad L. Si Homo. VIII.

PEtitus eſt homo actione ex ſtipulatu: is deceſſit ſine dolo, & culpa promiſſoris, videlicet facto ſuo poſt litem conteſtatam: factum promiſſor nec poſſeſſor præſtat etiam poſt litem conteſtatam, ſi litigarit exiſtimans juſtam habere cauſam litigandi: Et videtur ſtatim abſolvendus; ſed fructnum, & partuum ſupereſt condemnatio, quorum nomine eſt condemnandus, *l. utique, de rei vind. l. ſi ſervus, judicatum ſolvi*: objices: At fructus non veniunt in actionem ex ſtipulatu, ſed non veniunt ante litem conteſtam, ſed poſt litem conteſtatam officio judicis, & omnis cauſa. Ergo partus *l. videamus 38. §. ſi actionem, de uſur. ſup.* mortuo homine, quo de agitur, ſine culpa, & dolo promiſſoris non ſolvitur omnino judicium, quia ſupereſt fructus, & partus ratio.

Ad L. Furioſo. IX.

A Judice, ſcilicet, in judiciis ſtrictis: *ab arbitro*, ſcilicet, in judiciis bonæ fidei, non ab arbitro compromiſſario, cujus nulla eſt ſententia. Ita hanc legem, quidam dicunt, ab arbitro, vel judice furioſo &c. Sed mihi non placet. Hoc vult, ut in Baſilicis: ſi furioſo dicatur ſententia, nulla eſt, quia pro abſente eſt, *l. de unoquoque 47. in fi. l. ea quæ, C. quomodo, & quando judex.* Finge, poſt litem conteſtatam incidiſſe in furorem: non damnabitur ſine tutore, vel curatore, quia nec in cauſis civilibus, nec criminalibus dicta ſententia valet, niſi ex contumacia dicta ſit ex edicto peremptorio in cauſa criminali, quæ non ſit capitalis: nam ſi ſit capitalis, ne in abſentem quidem ex contumacia damnatur, ſed obſignantur bona, quæ publicantur, ſi non venerit intra annum: nam reatus durat, *l. abſentem 5. de pœnis, l. 1. de requirendis, vel abſent. damn.* in cauſis ergo civilibus, & criminalibus non capitalibus dicta ſententia ex contumacia valet in *l. 21. C. de pœn.* Apparitores abſentes damnantur, *l. 1. §. quod de frumentaria, de adminiſtr. rerum ad civit. pertin.* Procurator emendi frumenti in uſum reipub. pecuniam datam in eam rem, convertit in alium uſum, debet pecuniam reddere cum uſuris, & ſi abſens damnetur, inanis eſt querela.

Ad L. Qui cum X.

AD eos, qui condemnati ſolvant in quantum facere poſſunt pertinet, ex quorum numero fuit miles, *l. 6. ſup.* & ex hac l. filius emancipatus, vel exheredatus: ſciendum eſt filiumfam. ex omnibus cauſis obligari in ſolidum, ſed liberari emancipatione, quia capite minuitur. Capitis minutio ſolvit omnes obligationes. At rurſus poſt emancipationem reſtituitur in ſolidum, ex edicto de capite minutis: ſed ipſo jure per ſtatus mutationem extinguitur obligatio. Ergo reſtituitur in ſolidum: niſi æquum videatur Prætori cauſa cognita in id reſtitui, quod facere poteſt. Finge: Ejus rei nomine, quam contraxit filiusfam. convenitur ſtatim poſt emancipationem: importuna eſt petitio novam conſtituenti familiam, niſi modus adhibeatur pro ejus facultatibus; quem modum adhibet Prætor cauſa cognita, forte, quia pater ei dedit peculium ampliſſimum in emancipando, & convenietur in ſolidum: Quod ſi nihil, aut parum, tunc in id, quod facere poteſt ſtatim poſt emancipationem: nam poſt multos annos in ſolidum convenietur, *l. 4. §. pen. quod cum eo, ſup.* Ex delictis etiam confeſſis ante emancipationem indiſtincte convenietur in ſolidum: ex contractibus, non niſi cauſa cognita. Eadem æquitas eſt in eo, qui morte patris ſui juris factus eſt; nam incipit novam condere familiam, ſed hic non minuitur capite, ſi tamen exheredatus ſit, non tenetur ſtatim, niſi in id quod facere poteſt, ne vexetur in initiis familiæ conſtituendis, qui nihil tulit à patre, *l. 3. quod cum eo, qui in al. pot. l. 8. C. eod. l. 3. §. ſed utrum, de minor. l. ſi dubitet, §. ult. de fidejuſ.* Idem ſi morte patris heres factus ſit, ſed ſe abſtinuit; nam hic non eſt ſtatim ex ante geſto contractu damnandus in ſolidum. Idem ſi à patre ſit inſtitutus in parte modica, *l. 2. ſupra, quod cum eo*, id eſt, ex portione legitima, ſive quarta, quæ dicitur minima portio: nam ſi ſint tres tantum, ſatisfaciet uni filio ſi ei relinquat unciam: nam quarta non eſt quarta bonorum, ſed quarta pars partis ejus, quam filius ex bonis paternis haberet ab inteſtato: cum autem ſint tres filii, ipſe haberet trientem. Si ergo ei relinquat quartam trientis, recte ei ſatisfacit, id eſt, ſi ei relinquat unciam; Et hodie ſi tertiam partem trientis ei relinquat, id eſt, unciam, & binas ſexcuncias, id eſt, tertiam partem unciæ. Hoc autem intelligandum de contractibus factis à filiofam. ante mortem patris, & emancipationem filii. Hæc autem lex ait, hoc privilegium dari filiofam. facto ſui juris, ſi eo tempore: quo contraxit, ſimulabat ſe eſſe patremfam. vel mentitus ſit: nam propter mendacium amittit auxilium ſenatuſconſulti Macedoniani, & auxilium Prætoris. Ergo non tantum amittit hoc privilegium, ne ſupra vires conveniatur, ſed etiam auxilium Senatuſconſulti Macedoniani. Et in hanc rem citatur *lex 4. & l. eum qui, ff. quod cum eo, & l. & exheredatum 49. inf.* Addamus, qui ultra, quam facere poſſint non conveniuntur. Præterea ſocii tenentur in id, quod facere poſſunt maritus ab uxore, patronus à liberto, parens à liberis, donator à donatore, ſi conveniantur: Et deducto ne egeant, id eſt, ne deſit victus, veſtituſve, tenentur in id, quod fac. poſſunt, *l. 6. de ceſſ. bon.* & pro modo ejus, quod ſupereſt ſit condemnatio. Inopes ſunt, qui non ſunt ſolvendo creditoribus, ſed non egent. Pauperes, vel inopes ſunt etiam quibus victus ſuppetit, ſi non poſſint ſolvere creditoribus. Egeni quibus nihil eſt, quod vitæ ſufficiat. Sed differentia eſt inter hos, quod in donatore præter alimenta deducitur æs alienum, & pro modo ejus, quod ſupereſt donatario, condemnatur. Et ſic habetur ratio potius creditoris, quam donatarii. Alii tenentur, in id, quod facere poſſunt, non deducto ære alieno; quoniam melior eſt conditio creditoris, qui feſtinat agere: hic prius ſumet, quod ſibi debetur, non habita ratione aliorum creditorum. Et ita ſi filius poſt mortem patris condemnetur ex ante geſto, deducentur alimenta; ſed nnn æs alienum, ut fit in cæteris, uno excepto donatore. Nec obſtat *l. 3. quod cum eo, ſup.* nam ſciendum hoc privilegium dari filio, ut teneatur in id, quod poſſit, non deducto tamen ære alieno, ut non deducat, quod debet aliis creditoribus quibuscum contraxit ante mortem patris; ſed ſolvat occupanti agere pro modo facultatum, niſi forte aliquis ſit creditor privilegiarins: nam æs alienum privilegiatum deducitur. Item poteſt deducere filius, quod debet his qnibuſcum contraxit poſt mortem patris, & emancipationem, *l. 3. ad Macedonian. d. l. 3. quod cum eo*: ſic excipe hos duos caſus in l. 49. & ſic non obſtabit *d. l. 3.*

Ad L. Si Calendis. XI.

PErtinet ad faciendam condemnationem, vel modum condemnationis, ut intelligatur quatenus, quem

Digitized by Google

quem judex condemnare debeat, & qui dicti ſunt habere privilegium ſuperiore lege, etiam condemnati in ſolidum idem habent privilegium in actione judicati, quod habuerunt in priſtina actione. Finge: quidam promiſit ſe facturum calendis: ex qua ſtipulatione agi ſolet in id quod intereſt fieri calendis. Pone agi poſt calendas, in id quanti intereſt actoris factum eſſe Calendis, quod in ſtipulationem deductum eſt. Quæritur an æſtimatio ejus, quod intereſt referatur ad tempus quo agitur, an ad tempus quo fieri debuit, & ait lex ad tempus, quo fieri debuit, ſcilicet Calendarum: nam poſt Calendas poteſt nihil intereſſe: ſed ex eo tempore, quo noviſſime ſolvi potuit, id eſt, quo non potuit ulterius differri ſolutio, *l. 59. & ſeq. de verb. oblig. l. vinum, ſi cert. pet. l. ult. de cond. tritic. l. qui autem, §. 5. ſi quis caut.* quæ loquitur de obligatione faciendi, utpote quæ loquatur de ſtipulatione judicio ſiſti. Hæc lex eſt de obligatione, quæ habet diem, in qua redigitur æſtimatio ad diem, quo ſolvi debuit. Opponunt huic legi *l. cum quis, de oblig. & act.* ex qua colligunt, non ſpectari diem, quo ſolvi debuit: lex ponit debitorem fuiſſe mercis in diem, & hunc dediſſe fidejuſſorem: & ait, ſpectari debere æſtimationem eo tempore quo fidejuſſit: ſpectatur ergo, inquiunt, tempus contractus, non ſolutionis. Sed ponendum debitorem in diem, dediſſe fidejuſſorem poſt diem, non ita multo poſt diem, ut fit plerumque ab his, qui non habent ad diem pecuniam in manu, ut ſatisfaciant creditori, interim dato fidejuſſore, ne urgeantur: cum igitur ſtipulator vellet agere cum illo ex ſtipulatu, poſt diem dedit fidejuſſorem, qua die ſi egiſſet, teſtatio facta fuiſſet eo tempore quo debebat dari: non mirum ergo ſi dicat ſpectari diem fidejuſſoris: nam idem eſt dies, quo fidejuſſit, & quo debitor dare debuit. Itaque non obſtat: imo illud idem dicit. Non eſt probandum, quod ait Accurſ. ad hanc leg. ſive ejus ſpeciem, æſtimationem fieri, quanti intereſt poſt calendas: in hoc caſu æſtimabitur, ut ait, quod nunc intereſt poſt calendas fieri, ſi poſt calendas creverit, id quod intereſt, id eſt, agentis pluris interſit poſt calendas, quod falſum eſt: & *l. 3. §. ſi per venditorem, de action. emp. & l. pen. de condict. tritic.* loquuntur de obligatione, quæ diem non habuit, in qua æſtimatio ſpectatur poſt moram.

Ad L. In depoſiti. XII.

Finge: depoſitarius, aut commodatarius cum quo agitur judicio depoſiti, vel commodati non habet rei reſtituendæ facultatem, quia dolo ejus ea res abeſt, non dicit, poſſidet. Et quoties rei reſtituendæ facultas non eſt, eſtimari litem oportet, & non tantum æſtimatio fit quanti re vera eſt, ſed aliquando pluris: nam tanti æſtimabitur quanti actor in litem jurabit. Atque ita condemnato depoſitario, vel commodatario, ſolet ſuccurri officio judicis addicti judicio bonæ fidei, ut dominus ei cedat cui damnatus eſt, actionibus ſuis, puta rei vindicatione: nam hæc litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni, *l. 3. pro empt.* Et quamvis dominus vendat invitus, tamen venditio eſt; & cum actor pretium ſuæ rei tulit, quod ipſe fecit, opus eſt ut cedat condemnato actionibus ſuis, ad eam rem perſequendam, vel etiam ut caveat, ſi ei præſtiturum actiones ſuas ejus rei nomine, cum erit commodum, ut cum res apparebit: videbatur plectendus condemnatus propter dolum non ſolum ad æſtimationem litis, quæ petitur; ſed hoc quoque nomine ne cederentur ei actiones, *l. is, qui dolo 69. de rei vindic.* in qua poſſeſſor rei alienæ, qui dolo malo deſiit eam poſſidere, ita punitur, ut condemnetur quanti actor juraverit in litem; dein ut non cogatur ei cedere actiones: in *d. l. is, qui dolo* agitur de rei vindicatione. In hac l. de actione depoſiti, vel commodati, cui adjungi poteſt pigneratitia directa: quæ tres ſunt actiones in perſonam, quibus rem perſequimur: & petimus rem noſtram reſtitui nobis. De his agitur in hac lege, non in *d. l. is, qui dolo*. Hæ tres actiones ſunt bonæ fidei: actio in rem eſt arbitraria, in actione bonæ fidei, ut in *§. bonæ fidei, de actionib.* eſt libera poteſtas judici æſtimandi quemadmodum actori ſatisfieri debeat ex æquo, & bono, & ut alter alteri damnari oporteat, & in hac cauſa ſolet ſubveniri damnato ex bono, & æquo; quamvis non cogatur judex ad id. In actione in rem non ita libera eſt poteſtas judici æſtimandi. In arbitrariis actionibus poteſt tantum arbitrari ut poſſit ſe medium interponere ad litem componendam, ſine condemnatione: ut puta judex arbitratur jubetque rem reſtitui actori: cui arbitrio ſi pareat reus, abſolvitur, ſi vero non pareat, quanti in litem actor juraverit, condemnatur. Et ita ſi quid metus cauſa geſtum ſit, arbitratur jubetque rem metu extortam reſtitui: cui ſi non pareatur, damnatur in quadruplum. Ita in noxali judicio arbitratur, cui ſi non pareat, noxam ſarcire oportet. Itaque in arbitraria actione non eſt amplior judicis poteſtas, quam in ſtrictis judiciis, niſi quod poteſt arbitrari: male Accurſ. opponit *l. 13. in princ. commod.* quæ loquitur de commodato, & ponit rem commodatam abeſſe, & commodatarium præſtitiſſe æſtimationem litis, quo caſu dominus cavet de re præſtanda ſi in ſuam poteſtatem pervenerit: nam hæc cautio eſt de alia re, non de cautionibus, in quibus cedendis inter actiones tres dictas, & cæteras differentia eſt: in hac cautione de re præſtanda nulla eſt differentia, *l. ejus rei 46. & ſeq. de rei vindicat.*

Ad L. Si quis ab alio. XIII.

Ego à te ſtipulatus ſum decem mihi dari, à Titio, ſatiſdari tuo nomine, id eſt, fidejuſſorem dari ejus pecuniæ nomine, quam non ſum à Titio ſtipulatus. Itaque non eſt fidejuſſor, nec reus promittendi, quia rem non promiſit; ſed eſt adjectus obligationi ſatiſdationis cauſa: quid venit in hanc ſtipulationem? Ex venire ait id quod intereſt, quaſi id actum videatur: & in *l. ſi quis 15. §. ult. de verb. oblig.* hæc definitio dicitur eſſe Proculi: qua in ſtipulatione ſatiſdationis venit id, quod intereſt, *l. 153. §. ult. eod.* Et à Proculo Celſus hoc accepit. Itaque ex hac ſtipulatione non agam ut præciſe ſatiſdes, ſed ut præſtes id quod intereſt: cum ita ſtipulatus ſim, ſatiſdari, poteſt mea intereſſe tantumdem, quantum ſcilicet eſt in ſorte, id eſt, in decem, ſi promiſſor non ſit penitus ſolvendo. Poteſt minus intereſſe: ſi promiſſor ad aliquid ſit ſolvendo, ut in quinque: non agam in Titium, niſi in quinque, poteſt nihil mea intereſſe, ut ſi ſis locuples. Itaque non erit actio ex hac ſtipulatione: ſi debitor principalis ſit locuples poſſum convenire prius fidejuſſorem. ſed non contra ſtipulatorem fidejuſſoris: vani timoris æſtimatio nulla eſt, id eſt, quod timeat ſtipulator ne tu deſinas eſſe ſolvendo: non ideo poteſt fingere ſua intereſſe ſatiſdari ſibi; & non ideo deſiderabit ſatiſdari, cum ſis locuples: nam iſtius vani timoris, id eſt, irrationabilis non eſt habenda ratio. Et generaliter in æſtimando id quod intereſt, non ſunt computandi adventitii caſus, *l. 6. qui & à quibus man.* id eſt, ea quæ extrinſecus evenire poſſunt. Itaque ex hac ſtipulatione non agetur, niſi debitor principalis factus ſit non ſolvendo in totum ſive in partem. non agetur ſi ſit locuples ob vanum timorem: ob id in *l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. profer.* in definiendo id quod intereſt ait non eſſe animum attendendum frivolis partium allegationibus, ſed judicem ſpectare oportere quid abſit, lucrarive potuerit: veluti non habetur ratio compendii negotiationis, ut ſi cauſetur, ſi mihi ſolutum fuiſſet, me tantum utilitatis conſecutum fuiſſe, *l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, de action. emp. l. ult. de peric. & comm. rei vend. l. 2. rem rat. hab. l. Imper. §. ſi centum, de leg. 2.*

Digitized by Google

leg.2. *l.26. de leg.3.* ubi prudenter Accurſ. ait: in actione ex teſtamento præſtari damnum, puta ſi res pereat poſt moram tantum heredis, vel ſi deterior facta ſit, non ſi ob rem non præſtitam damnum acciderit bonis legatarii, quaſi remotum. Et emendanda eſt *l. vani timoris, de regul. juris.* Illa eſt ex lib.7. hæc ex lib.6. ff. Sed rectius ex *lib. 6.* vani timoris juſta æſtimatio non eſt, ait lex: veteres non ita; ſed iidem omnes explicant eam ex *l.13. quod metus cauſa*, ut quis vano metu perculſus non poſſit agere de reſtituendo eo quod datum eſt metu vano, ſed hoc modo legenda eſt lex, ut hic, ex irrationabili timore non poteſt ſumi æſtimatio, vel cauſatio ejus, quod intereſt.

Ad §. ult.

EX hoc §. vulgo ſic ſtatuunt: in omni ſtipulatione venit id, quod intereſt, nedum in ſtipulatione ſatiſdationis: ſed falſum eſt, in omni ſtipulatione id venire, niſi ſit ejuſmodi ſtipulatio ſatiſdationis. In *pecuniam numeratam*, id eſt, æſtimationem. Sed finge: Damnum paſſus eſt ſtipulator, & res non eſt in integro. Jam non poteſt facere, quod promiſit; ſed ſi res ſit in integro, id eſt, ſi adhuc facere poſſit, in actionem ex ſtipulatu veniet hoc tantum, fieri oportere, ut ſi promiſerit opus ſe facturum. Hoc certum eſt in donationibus, *§. 1. de donat.* Idem in emptionibus, venditionibus. Et Martini vera ſententia à Paulo *Sentent. lib. 1. tit.13.* confirmata, cum donatio æquiparetur emptioni: idem in inveſtituris, quas qui faciunt, præciſe coguntur tradere feudum, ut in legatis, *l.ſi domus 71. §. qui confitetur, & ſeq. de leg.1. l.11. §.ult. de leg.3.* Idem in honoribus, & muneribus, *l. æſtimationem 16. D. de muner. & bonor. & l.ult. de fideicommiſſ. libertat.* ſtultitia eſt, ut rem non compellatur tradere, qui ejus præſtandæ facultatem habet: venit igitur io ſtipulationibus factum, ſi ejus facti integra ſit poteſtas. Illi autem nituntur ea ratione, quia inutile eſt, quem facere, paratum ſubire æſtimationem litis, quæ ratio fallax eſt. Adferunt *legem nec emere 16. C. de jure deliber.* ſed ibi non cogitur quis emere, & nulla faciendi obligatio eſt: A l.11.uſque in hunc locum proponuntur quatuor caſus, quibus in ſtipulationibus faciendis venit id, quod intereſt, non factum, quorum prior, ſi quis fieri certo die ſtipulatus ſit. Ita in emptione, *l.10. C.de action. emp.* Secundus in *l.12. ſi res abſit*, dolo, vel culpa adverſarii. Tertius in ſtipulatione ſatiſdationis ex definitione Proculi. Quartus in *§. ult. hujus l.ſi quis* promiſerit prohibere ſe oe quod damnum ex ea re ſtipulator patiatur, & non prohibeat: vel ſi quid quis fieri ſtipulatur, in quo ſemel deficiente promiſſore, jam non ſit poſtea ei integrum facere, & ſarcire damnum; quibus omnibus quatuor caſibus neceſſario ſit æſtimatio in id, quod intereſt.

In *§. ultimo* duæ ſunt diverſæ lectiones. Librarius Pandect.Flor. duas lectiones appoſuit, unam poſt aliam, quarum poſterior melior eſt, & non prior, quod dicat librarius, *ita habeatur*, id eſt, ita legatur, lege: tibi quis ita promiſerit, *ne quod ex ea re*.

Ad L. Quod juſſit XIV.

JUſſum Prætoris poteſt revocari, non ſententia, quia juſſum non obtinet auctoritatem rei judicatæ, *l. poſt ſententiam 9. C. de ſentent. & interl. omn. judic.* In qua oſtenditur tribus exemplis, non omnem vocem judicis obtinere vim rei judicatæ: Primum eſt ſi de re jam judicata ſententiam dicat, nunc aliam dicat, ſuper eadem re: nam prior ſententia non potuit repeti, tolli, mutari: Secundum, ſi de poſſeſſione pronuntiarit, de beneficio momenti: nam hæc ſententia de poſſeſſione non facit præjudicium controverſiæ proprietatis. Tertium exemplum, ſi quid interloquatur judex, cum interlocutio

A poſſit mutari. De juſſo eſt lex *l.ſi opus, de oper.nov.nunt.* Alter in *l.pen. de Prætor. ſtipul.* De ſententia *l.1. §. ult. de quæſtion.* ubi Præſes non poteſt corrigere ſententiam, ſed oportet eum ſcribere Principi, *l.acta 45. §.1. hoc tit.* Principi hoc licet, *l.Divi fratres, de pœnis, l.Divus 33. hoc tit.* Quidam condemnatus eſt, circumvento magiſtratu, teſtibus corruptis dolo adverſarii: is libellum Principi obtulit, ſe falſis teſtimoniis damnatum. Tunc quoties Princeps vult cauſam retractari, non debet apud eundem, ſed apud alium, *l.1. C. de ſent. Præſ. Prætor.* à ſententia præfecti Prætorio, non appellatur, ſed retractatur: nam retractatio impetratur à Principe, non apud eundem Præfectum Prætorio, ſed apud ejus ſucceſſorem, quia periculum eſt ne permaneat in ſua ſententia. Ita à ſenatu retractatio ſit ſententiæ latæ ab alio.

B Plinius lib.6. Epiſt. in Epiſtola ſcripta Urſo de Bithyniis conqueritur ea de re: In oratione pro Quintio juſſum ſeparatur à ſententia, ut & præceptum, *l.ult.D.quæ ſent. ſine appellat.* Præceptum autem eſt interlocutio. In Prætore dubitabatur, qui poſt dictam ſententiam non deſinit eſſe Prætor: ſic & multo magis illud erit in judice, etiam dato, & compromiſſario. Ratio ex *l. poſt rem 55.inf.* quæ eſt de judice pedaneo: ſemel enim male, ſeu bene judicavit, & unus dies pro momento computatur, adeo ut ſi uno die, duobus ſit pronuntiatum, neuter videatur prior. Huc pertinet *l. 62. h. t.* Poteſt tamen quæ veniunt ex conſequentia ſupplere, ut *l. 42. h. t.* condemnavit aliquem, & nihil dixit de ſumptibus, poterit eo die eundem in ſumptus damnare.

C

Ad L. à Divo Pio XV.

QUi poſſunt exequi ſententiam in principio hujus leg. §. 1. declarat: cætera pertinent ad ordinem exequendæ ſententiæ non legitimum 12.tabul. qui exolevit, ſed Prætorium. qui dicitur extraordinarius, *l.ſi pignora 50. de evict.* quia non eſt ſecundum legem 12. tab. hic reſcriptum eſt ad magiſtratus.

Judices dati dicunt ſententiam, cujus exetutionem non habent, qnia eſt juriſdictionis, & mixti imperii: nam quæcumque ſunt juriſdictionis, ſunt mixti imperii, & contra, *l.cum Prætor*, de judic. Quærit Acc. an judex ſpecialis datus à Principe babeat executionem, & falſo ait, eum non poſſe exequi: nam boc præcipuum habet, ut poſſit alium judicem dare, quod da-

D tus à judice non habet, *l.4. 5. 6. de judic.* Is habet aſſeſſores ſuos ut magiſtratus, *Nov. 60.* habet propriam apparitionem in *l. pen. Cod. de fructibus, & lit. exp.* Eſt conſtitutin Græca Zenonis de fructibus cujus mentio ſit in *Nov. 82.* Executio judicis ſit per apparitores, *l. 2. Cod. ſi in cauſ. judic. pignus captum ſit*; quid apparitio judici dato à Principe, ſi executionem non habet? à judice quem dedit ipſe, appellatur, *l. un. qui pro ſua juriſd. judic. dare poſſunt*: conſequens igitur, ut habeat juriſdictionem, non notionem tantum. Quæritur an magiſtratus poſſit mandatam ſibi juriſdictionem mandare; ſed magiſtratus partem ſuæ juriſdictionis mandat, *l.ſolet, & ſeq. de juriſdict.* At executio eſt pars juriſdictionis. Et regula eſt. Quæ ſunt legis, non poſſunt mandari, id eſt, quæ non habet jure ma-

E giſtratus, ut jus gladii. Tutorem dat privatis, ſed ex lege. Quæ ſunt juriſdictionis, id eſt, quæ ſuo jure habet, id eſt, ſine ſpeciali attributione à lege, mandari poſſunt: executio, & miſſio in poſſeſſionem, quæ eſt executionis ſpecies, quia ſuo jure babet, mandari poteſt, *l. pen. §. ult. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Ergo executio ſententiæ mandari poteſt: magiſtratus exequuntur ſententias judicum à ſe datorum, vel arbitrorum, *l. furioſo 9. ſup. l. 7. D. ad l. Jul. repet.* In 12. tabul. actiones dividuntur in actiones bonæ fidei, & ſtrictas, ex eadem l. 12. tabul. proficiſcitur diviſio judicum in judices, & arbitros: arbitri adduntur actionibus bonæ fidei, judices ſtrictis: magiſtratus eorum

ſen-

Digitized by Google

ſententiam exequitur. Quidam dicunt, juſſionem Principis ad hoc adeſſe oportere: quia Prætor non habet poteſtatem in Præſidem, magiſtratus urbanus in provincialem: ſed jubere eſt verbum precarium, ut in *l. Aurelius* 28. *§. ult. de liber. leg. l.* 2. *C. comm. de leg.* ait directum eſſe verbum. Plinius in Panegyrico: *juſſit. Imperii hoc verbum, non adulationis eſſe obſequio tuo credas*, ubi videtur innuere, verbum eſſe adulationis, mandare eſt rogare, & hoc fit hodie: *vide* ad hunc *§. l. argentarium* 45. *§.* 1. *de judic.*

Ad §. In venditione.

NUnc quo ordine ſententia exequenda: ordo quidam eſt extraordinarius, non legitimus, ut ſcilicet judicati pignora capiantur, & diſtrahantur per apparitores: longe alius fuit ordo l. 12. tab. In *l. ſi pignora* 50. *de evict.* dicuntur extra ordinem Prætores exequi rem judicatam: ordo 12. tab. ut is ſecundum quem ſententia dicta eſt, ducat judicatum domum, & vinciat nervo, & compedibus: Et ſi ita vinctus velit, de ſuo vivat, ſi non poſſit de ſuo vivere, cum alat is, qui eum habet vinctum: & ad extremum judicatus ei addicatur, ut in eum vitæ, & necis jus habeat. Ad id reſpexit *l. ſi pro aliquo* 21. *§.* 1. *ad Senatuſconſ. Vellejan.* ubi dicitur, mulierem non poſſe tueri ſe Vellejano; veluti ſi quid liberaliter fecerit, ne judicatus vexaretur, quia liberaliter fecit, & donationis cauſa: ne vexaretur, ait lex, id eſt, raperetur, duceretur, vinciretur. Ad id etiam reſpicit *lex quos nos hoſtes* 234. *§. ult. de verb. ſignific.* explicat quid ſit vivere, reſpiciens ad verb. 12. tabul. ni ſuo vivit, ſcilicet, qui ductus eſt, libras panis in diem dato: ubi ait verbum vivere referri ad veſtimenta, & ſtramenta. Ad hoc etiam reſpicit *l. verbo victus* 43. *& l. in ſtratum* 45. *eod. tit.* utraque lex eſt ex lib. 58. ad edictum, in quo tractavit de executione rei judicatæ, & expoſuit edicta Prætoris ad eam rem pertinentia: quæ non tam fuerunt de ordine exequendi extra ordinem, id eſt, jure Prætorio; ſed fuit etiam edicti pars quædam de ordine legitimo: nam ordo l. 12. tab. nunquam fuit ſublatus: non ergo ideo minus licet eo uti. Et hodie licet omnes actiones ſint extraordinariæ, licet etiam uti ordinariis, quæ ſublatæ non ſunt, ut poſſit quis criminaliter agere, *l. ult. ff. de furt.* ſed etiam agere furti in duplum, vel in quadruplum. Et in eum, qui addicto victum non præberet, prodita actio pœnalis à Prætore, vel in eum, qui prohiberet ducto domum ſtramenta, & victum inferri. Et ideo in dd. ll. oſtenditur quid verbo victus, & ſtrati contineatur. Eo ſpectat *l.* 34. *inf.* ubi judicato, & nexu vincto datur utilis, id eſt, in factum actio: nam omnis utilis actio eſt actio in factum, & omnis actio in factum utilis, vel injuriarum. Item datur actio ſi quis ex domo in jus rapiat, *l. qui in domum, de injuriis*, extra domum quidem poteſt. Item ſi quis ſatiſdantem in jus vocaverit, *l.* 5. *qui ſatiſd. cog.* Item ſi inteſtato ducat, id eſt, ſi non teſtato eum ducat: pro his ordo legitimus non eſt abrogatus, ſed frequentior eſt extraordinarius, quo judicati res mobiles, vel animales pignori capiuntur in cauſa judicati, & diſtrahuntur: in jure promiſcuè mobilia, & moventia ſunt eadem, *l.* 1. *de ſup. leg. l.* 3. *§. Nerva, de acq. poſſ.* jubetur autem hoc fieri per apparitorem, vel officialem, *l.* 2. *Cod. ſi in cauſa judic. pign. l. ſi pignora*, de evict. in qua lege apparitor, qui extra ordinem diſtrahit pignora, non tenetur emptori de evictione, quia rem ſuam non vendit, nec ſua ſponte: tenetur tamen de dolo domino rei, ſi forte rem viliori pretio addixerit: quid igitur fiet hoc caſu? Actio eſt emptori adverſus judicatum, qui pretio liberatus eſt, ac ſi ipſe vendidiſſet, tenetur emptori non quanti intereſt, ſed de pretio tantum ejus rei, & uſuris, *l. ſi plus, eod. tit. l. ſi ob cauſam* 13. *de Evict.* diſtrahuntur autem poſt duos menſes, *l. debitoribus* 31. *inf. hoc tit.* ſicut ex ordine 12. tab. judicatus non ſtatim addicebatur, ſed poſt 60. dies, id eſt, poſt duos menſes: Deinde in hac lege, ait, ſi res mobiles ſufficiant judicato, bene rem eſſe; ſin vero minime, pignori capiuntur res ſoli, id eſt, immobiles, nec ab his diſtat lex, quam opponit Acc. id eſt, *l. ult. Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* quæ licet prius loquatur de rebus immobilibus, quam de mobilibus, non ideo ſequitur ab immobilibus incipiendum: lex ea non eſt de judicato, ſed contumaci: ac præterea de prætorio pignore, quod jure ordinario conſtituitur, non de pignore, quod capitur extra ordinem in cauſam judicati; quod pignus nunquam appellatur Prætorium, licet Prætoris juſſu capiatur; ſed prætorium dicitur, quod Prætor ipſe ex edicto conſtituit permiſſionem in poſſeſſionem: & ſic miſſio in poſſeſſionem eſt pignus plenum, & miſſus occupat pignus plenum; ſed is cui quis damnatus eſt, non occupat pignus, quod apparitor capit. Prætorium pignus proficit omnibus creditoribus, ut miſſio, etiamſi unus mitti tantum petierit: Et ſic miſſio eſt univerſalis: pignoris capio, quæ fit extra ordinem proficit tantum ei, qui ſententiam obtinuit. Huic præterea pignori diſtrahendo præſtituuntur duo menſes: diſtrahendis bonis in quæ miſſus eſt creditor non eſt conſtitutum certum tempus, & eſt arbitrarium, *l. pen. & ult. §. ſin autem, C. de bon. auctor. jud. poſſ.* Jura vocat nomina, actiones, & obligationes: nam ad hæc ultimo pervenitur, quia proprie noſtrum non eſt, quod nobis debetur. *Interloqui* in hoc §. eſt, jubere, ut in *l. quod juſſit* 14. *hoc tit.*

Ad §. Si pignora.

CApta pignora apparitor proſcripſit: nullus extitit emptor: addicenda ſunt pignora ei, cui quis damnatus eſt, jure poſſeſſionis non dominii: nam Prætor non facit dominum, ſed poſſeſſorem: eum tamen tuetur, ut dominum, vel ei addicenda à principe jure dominii uſque ad modum judicati, *l.* 3. *Cod. de execut. rei judic. l.* 2. *&* 3. *ſi in cauſam judic. pign. captum ſit*. Finge: minus debetur, quam ſit pignus: hoc caſu non totum addicetur, ſed quod amplius eſt, refundetur: ſi plus eſt in debito, quam in pignore, ſupereſt ei ſuperflui perſecutio, niſi contentus ſit pignoribus: nam hoc modo tranſegiſſe videtur. Igitur antequam capiat pignora, proteſtari debet ſuperflui ſibi eſſe petitionem, vel ea recuſare.

Ad §. Si rerum.

SI debitor rerum, quæ capiuntur, controverſiam patiatur, ut ſi quis dicat pignora ſua eſſe, non judicati, quid faciet apparitor? Prætor de proprietate earum ſummatim cognoſcet, quod ſi aliquatenus juſtam eſſe controverſiam compererit, pronuntiare debet, res ei eſſe relinquendas, qui facit controverſiam. Et ea pronuntiatio appellatur ſententia, & res judicata: ſed rei judicatæ vim non habet, ut *l. poſt ſententiam, Cod. de ſentent. & interloc.* quia debitori licebit jure ordinario experiri, quia ſcilicet de proprietate jure extraordinario victus eſt. Itaque ſententia lata extra ordinem non facit præjudicium cognitioni ordinariæ. In textu: *ſic evenit, ut omnibus integris tantum capioni.* recte legitur, *capiani: res judicata*, ſummatim cognita, ut ſummaria cognitio præſtat, ut res capiantur pignori, vel non: cæterum omnia ſunt integra, id eſt, jura integra utriuſque partis: male Accurſ. *uſucapioni*. In judicato ſi fiat controverſia rerum, vel nominum, quæ pignori capiuntur, ut *l.* 2. *C. quando fiſc. vel privat.* fit ſummaria cognitio, vel dimittuntur, & relinquuntur, ſi ſuperſint alia, ut in compenſationem non veniunt ea, quæ veniunt in controverſiam, *l. ult. C. de compenſ.* Ita in rem judicatam. Ita cognitio, quæ fit ex Carboniano edicto, non præjudicat ſtatui.

Prætor, & cæteri magiſtratus judicum à ſe datorum ſententias exequuntur: ordo autem eſt, ut in cauſam judicati bona capiantur, primum mobilia, dein immobilia, & his non exſtantibus pervenitur ad jura, id eſt, incorporalia; atque ita auctione, vel haſta diſtrahuntur; & addicuntur ei, quem pluris licuiſſe conſtiterit, vel non invento emptore, creditori, pro modo debiti, niſi forte contentus ſit pignora poſſidere. Finge: minoris ſunt pignora, quam ſit judicato comprehenſum; & creditor tamen, qui cauſam obtinuit, his pignoribus contentus eſt: an ſuperflui repetitio eſt? minime: quia tranſegiſſe videtur de credito. Ex quo elici poſſit, tranſactionem poſt rem judicatam valere: atqui res judicata eſt de certa re, tranſactio de incerta: niſi dixeris, pactionem eſſe potius, quæ tacite interpoſita videtur donationis cauſa ab eo, qui pignoribus pretii minoris contentus fuit, quod verius eſt, imo nec pactio proprie eſt, quia nec pactio nec tranſactio perimit rem ante judicatam ipſo jure, ſed per exceptionem: & hoc §. perimitur, ſed ſatisfactio potius eſt, quæ pro ſolutione eſt, *l. ſatisfactio, de ſolution.*

Ad §. Si rerum, repetita prælectio.

QUid ſi rerum captarum ſit controverſia, ut ſi quis dicat ſua eſſe, quæ capiuntur in cauſa judicati? & ait prætorem ſtatim cognoſcere debere de proprietate, & ſi cognoverit, rem eſſe debitoris, perget exequi; ſin minus, ſecus: ſed hæc ſummaria cognitio non per omnia habet vim rei judicatæ: nam ſi Prætor re cognita exiſtimarit rem captam pignoris loco eſſe vindicantis, ea res nihil præjudicat debitori, ut cui integra eſt ejus rei vindicatio, nec repelletur exceptione rei judicatæ, nec ſtatim habebit eam rem is, cui reſtituta eſt, ſi jure ordinario res ab eo petetur: judicati exceptio nullas patitur moras, & cui competit actio judicati, is ſtatim per ſententiam rem aufert, cæteris eſt actio, *l. minor. ann. vigintiquinque 40. de minoribus*, & ſtatim res petitur, *l. 1. §. pari, de liber. exhibend.*

Si magiſtratus putarit rem pignori capiendam, nec audierit controverſiam, præſto eſt integra rei vindicatio. Ergo ſummaria cognitio ſit, *& tantum*, ait lex, *capioni res judicata proficit*, id eſt, pignoris capioni: nec obeſt cognitioni proprietatis. Jure ordinario cœperat peti, id eſt, vindicari, ad differentiam executionis, quæ fit extra ordinem, *l. ſi pignora, de evict.* cum condemnatio ſit ordinaria.

In *Novella* 53. eſt caſus de Prætorio pignore, quod conſtituitur jure ordinario; hic de pignore in rem, in qua Novella πανυμερῶς, id eſt, ſummatim judicatur: quod eſt extraordinarium propter executionem: ſi non inveniatur, qui ſiſti promiſit, ſummatim cognoſcit judex, niſi certo die veniet, & mittet in poſſeſſionem bonorum latitantis, & illa miſſio in poſſeſſionem non finit litem, atque ideo per omnia non habet vim rei judicatæ, cum reverſo debitori licebit de jure ſuo diſputare. Sicut in compenſationem non ſunt deducenda, niſi quæ ſunt extra controverſiam, *l. ſi debeas 22. de compenſat. l. 3. de tutel. & rat. diſtrah. l. ult. C. de compenſ.* Ita pignora capienda non ſunt, niſi, quæ extra controverſiam ſunt: ideoque ſummaria cognitione nihil opus erit, quæ quamlibet vim rei judicatæ habeat. Itaque controverſiæ incidenti non fiet præjudicium. Qui citati non adſunt, mulctantur mulcta, aut pignoribus captis: ideo ſi filius petat alimenta, & negetur eſſe filius, ſtatim cognoſcet Prætor, & ſi videatur, decernet alimenta, vel dabit bonorum poſſeſſionem contra tab. quæ res judicio ſtatus non præjudicabit, *l. 3. §. ſi vel parens, & ſeq. & §. ſolent, de liberis agnoſc. & l. 3. §. cauſa, de Carbon. ed. l. 1. §. ea, quæ, de ventre in poſſeſſ. mitt.* de quibus rebus judices ſummatim cognoſcunt. Acc. in *l. judices, C. de judiciis* de plano. In *l. 3. §. ſciendum ad exhibend.* ſummatim non eſt de plano, id eſt, paſſim, *l. magis 5. §. non paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub tut.* qui ſummatim cognoſcit, cognoſcit pro tribunali, *l. 105. de reg. jur.* at qui de plano non ſummatim. *Capioni.* Si res capta ſit pignori in cauſam judicati, & addicta ſit, ut uſucapi poſſit ab eo, cui addicta eſt, ſi modo omnia concurrant, quæ in uſucapione deſiderantur, puta poſſeſſio longi temporis, & bona fides: idque denotant illa, *integris omnibus*, id eſt, omnium jure ſalvo, ut dicunt; ſed ſupplent, rem addictam, de ſuo. Et quamvis ſententia dicta ſit rem pignori capiendo, ea ſententia non proficit ad uſucapiendum, ſed addictio, quæ proficit, ut creditor pro emptore uſucapiat, *l. 4. C. de evict. l. eleganter, in princ. de uſur.* Et addictio in hac ſpecie adeo proficit uſucapioni, ut creditor poſſit uti acceſſione temporis, quo debitor uſus eſt, *l. Pomponius 13. §. ſi juſſu, de aquir. poſſeſſ.* ex quo erui id poteſt, ſi eundem *§. ſi juſſu*, conjungas cum *§. ex facto*, qui præcedit, quique finitur his verbis, *prædone poſſidente*: à quibus verbis incœpere §. & ſubſequantur cætera, *ſi juſſu*; Atque ita in Baſilicis. Species hæc eſt: manumiſſus eſt inter vivos, puta vindicta, quem non ſequitur peculium: ſecus in teſtamento: manumiſſus ergo inter vivos poſſedit rem peculiarem, & dominus diſtraxit eandem rem peculiarem: an poſſit conjungere tempus domini? Et ait non conjungendum, quia manumiſſus clam poſſedit: non accedit vitium vitio, *§. ult. d. l. Pomponius*; non congruunt verba, *prædone poſſidente*, cum dixerit clam poſſidentem, quem non vocat prædonem, qui palam, & vi poſſidet. Itaque cum dixerit de eo, qui poſſidet clam, dicit de prædone, Prædonis enim vitioſa poſſeſſio non accedit non vitioſæ, niſi uno caſu in *d. §. Prædone*, quia judex, qui reſtitui jubet poſſeſſionem, pleniſſime reſtitui jubet, ſicut, & fructus perceptos, & quos percipere potuit. Et Bart. hanc ipſam ſententiam adducit ad eum *§. Prædone*. Itaque à prædone poſſidente re mihi reſtituta judicis officio, accedit mihi temporis acceſſio. Græci vertunt *d. §. Prædone*. Quod poſſidebas mala fide, mihi reſtituiſti juſſu judicis. Accedit mihi tempus, quo poſſediſti: Dicunt ergo uſucapioni, ſcilicet interrumpendæ: ut ſit ſenſus, uſucapio cœpta à debitore condemnato interrumpitur, ſi magiſtratus eam rem pignori capi juſſerit, quod falſum eſt, ut & Bart. ſenſit, quia pignore capto, ejus rei poſſeſſio, quoad poſſeſſionem non interrumpitur: nam ſicut uſucapio non mutat pignoris cauſam, *l. juſto, §. non mutat, de uſucap.* Ita pignus, ſive detur ex conventione, ſive officio judicis, non mutat uſucapionis cauſam: nam etſi debitor tranſtulerit eam ad creditorem, poſſidet quoad poſſeſſionem, *l. 1. §. per ſervum corpor. de acq. poſſ.* Altera ratio hæc eſt, quod inter pignus prætorium, & judicatum ſit diſcrimen. De Prætorio pignore eſt tit. *ſi in cauſa judicati. Pignus capt. ſit*: pignus Prætorium conſtituit poſſeſſorem. At qui cauſam obtinuit, non mittitur in poſſeſſionem pignoris judicati: nam obſignatur, vel ſequeſtro deponitur, *l. 2. C. ſi in cauſa judic.*

Prætorium pignus prodeſt omnibus creditoribus, *l. cum unus, de rebus auct. jud. poſſ.* Pignus, quod capitur ex cauſa judicati in perſonam conſtituitur, id eſt, reſpectu perſonæ ejus ſecundum quem judicatum eſt, *l. ſi, & jure, ff. qui potior. in pign. hab.* Prætorium pignus, vel miſſio in poſſeſſionem non impedit uſucapionem, *l. miſſus, pro emptore, l. 2. in princ. pro herede*: ſi miſſo creditore in poſſeſſionem non interrumpitur uſucapio pignoris, nec eo non miſſo, puta capto pignore in cauſam judicati per officiales, vel apparitores: ergo falſum, uſucapionem interrumpi pignore capto in cauſam judicati.

Ad §. Quod ſi res.

CErtum eſt rem alienam non poſſe pignori capi in cauſam judicati, ſicut nec dari jure ex conven-

ven-

Digitized by Google

ventione: an tamen res pignerata alii poſſit pignori capi in cauſam judicati, quæritur: id quidem poteſt, ſi una res ſufficit aliis creditoribus; ſed in cauſa pignoris potior erit creditor: quare ſi exempli gratia, Titio res pigneraia capta ſit pignori in cauſam judicati, videtur ex ea cauſa non poſſe res diſtrahi ſine voluntate Titii prioris creditoris, quia non poteſt compelli, ut vendat eam rem: nam ſicut nemo cogitur rem ſuam vendere, ita nec rem pigueratam vendcre; ſed hic in executione judicati ait ita ſervari, ut diſtrahatur res capta pignori, quamvis alii pignerata; ita tamen, ut ex pretio primum ſatisfaciat priori creditori, ſuperfluum convertatur in rem judicati: ſuperfluum vocat, quod in *l. quærebatur* 20. *qui pot. in pign. hab. hyperocham*, videtur prævalentia dici, ut in *l. in rem*, 23. *§. in omnibus*, *ſup. de rei vindic.* Quibuſdam caſibus res mea non trahit alienam per prævalentiam, ut pictura mea non trahit ad ſe tabulam, purpura inſita alienum veſtimentum, *l. veſtis* 23. *§.* 1. *de auro*, *&* *arg. leg.* ubi inſtitæ legendum. Et quamvis ſit interdictus uſus purpuræ, inſtita uti licet, *c'eſt un bord.* quod in Novella Leonis 80. definitur. Igitur, nec prior, uec poſterior creditor diſtrahit pignus, ſed apparitor, qui prius ſatisfacit priori creditori, qui jus pignoris ante non dimittit, quam ei fuerit ſatiſdatum, ut eſt in fine *§.* ſatiſdatum, pro ſatisfactum, ut in *l.* 2. *pro herede*, *l. promiſſor* 21. *§. ult. de conſt. pec.* cui congruit ſpecies *l. quamvis* 6. *de pign. act.* & *Nov.* 110. non cogitur creditor pignus vendere, niſi ex cauſa, ut ſi hodie pluris vendi poſſit, quam poſtea.

Ad §. Si poſt addictum.

EX hoc §. intellige, poſt addictionem pignoris capti in cauſam judicati, ſive addictum extraneo, ſive creditori, finitum eſſe officium judicis, & executoris, id eſt, magiſtratus exequentis rem judicatam, cujus officium ſcilicet conſiſtit in pignoris capione, diſtractione, & addictione: quibus expletis, perſunctus officio eſt: ideo ſi poſt addictionem, ei, cui pignus addictum eſt, controverſia mota ſit, hujus rei cognitio non pertinet ad magiſtratum, qui cognitionem habuit: ſi ejuſmodi rei cognitio eſſet, eſſet executoris; ſed quia fit poſt addictionem, non eſt ejus, ſed jure extraordinario judex dabitur, qui de ea re cognoſcat: Et hoc conſtituitur hac ratione, quia pignore addicto ei, qui pluris licitatus eſt, ſtatim perfecta eſt emptio, & finitum pignus, & periculum commodumque rei pertinet ad emptorem. Denique finitum eſt ejus officium. Perficitur autem emptio ſolo conſenſu, etiam ſine rei traditione: ergo ſola addictione: nam addictio non eſt traditio rei, aut inductio in poſſeſſionem vacuam, ſed deſtinatio venditoris conſentientis tantum in unum emptorem poſt licitationem plurium, quæ fit his verbis: Iſta res ſit tibi empta, *l. s. de in diem addict.* quo genere perficitur emptio etiamſi non inducatur in poſſeſſionem: & ante traditionem, ſive poſt, res perit emptori: omne, inquam, periculum rei, nou pretii: nam re perempta ante traditionem rei emptæ, pretium non amittit, & ſi ſolverit, repetit: amittit tamen pretium poſt traditionem, *l. ſi fundus*, *loc. l. Lucius*, *de evict.* At iu periculo rei emptæ, nihil intereſt, an ante traditionem, vel poſt perierit, non agitur hic de periculo evictionis, quod pertinet ad emptorem, non ad eum, cui debitor damnatus eſt, nec ad executorem, ſed ad debitorem condemnatum, *l. ſi plus* 74. *§. ſi juſſu*, *ff. de evict. l. ſi ob cauſam*, *C. eod.* ut ergo periculum rei poſt, ſive ante traditionem perfecta emptione pertinet ad emptorem: ita & poſt traditionem addicti pignoris: & ceſſant partes judicum, qui ſententiam executi ſunt, quod his verbis ſignificat, *certe*, *&c.* Ergo ante traditionem, quia traditio nihil profecit ad perficiendam emptionem.

Ad §. Sed ſi emptor.

QUid ſi poſt addictionem extraneo factam emptor non ſolvat pretium, an ab eodem executore poterit compelli ad ſolvendum pretium rei addictæ, quia perfecta eſt venditio: nam perficitur ſolo conſenſu, ſine traditione rei, numeratione pretii, datione fidejuſſoris, ſine ſcriptura, & præſentia rei: ſed nequaquam vim ſuæ cognitionis contra emptorem transfert. Nam ſi addicto pignore te executore permiſeris ſuper hac re cognitionem, res nimis longe abibit: condemnandus eſt ergo emptor, & in eum erit exequenda ſententia ablatis pignoribus; ſed quo agente ex vendito condemnabitur emptor? non apparitore, qui vendidit, quia non poteſt eſſe actio ex vendito ei, qui non tenetur ex empto, *l. ſi pignore*, *de evict.* non poterit autem ſemper emptor haberi pro damnato, niſi confeſſus ſit: ſed ſi dicat non emiſſe, vel ſolviſſe, non habebitur ſtatim pro damnato; melius autem eſt, ut executor ſe non permiſceat huic rei, ſed ut ab initio vendat pignus præſenti pecunia, cum ſub auctione fiebat, *l.* 3. *C. de execut. rei judic.* & non tantum cum fit auctio ex hac cauſa, ſed ex quacumque alia, non fit addictio uiſi præſenti pecunia, & facta, *ἐπὶ ἀναβολῇ*, id eſt, dilata in aliud tempus emptio nulla eſt. Emptiones quidem fiunt ſine pecunia interdum, *l. quod vendidi*, *de contrab. empt.* *l.* 5. *§. ult. de tribus. act.* ſed ſub auctioue emptione facta, opus eſt præſenti pecunia. Finge: convenit, ut venderetur præſentaria pecunia, nec habita eſt fides de pretio ab executore, quod fieri nequit in auctione: qua ratione cogetur emptor ſolvere? In hoc caſu oportet, ut executor interponat ſuam operam hoc colore, quaſi per addictionem nondum ſoluto pignore, addictio jus pignoris ſolvit, quo ſoluto nullæ ſunt partes executoris: ſed interponit ſe executor, quaſi non addictum pignus diſtrahat alii: ut ergo non ſoluto pretio non mutatur dominium: ita jus pignoris non ſolvitur, licet addictio intervenerit: vulgo idem exiſtimant in procuratore fiſci, minoris, & Eccleſiæ, ut non poſſit fidem habere de pretio: quæ opinio mihi vera non videtur: procurator privati minoris, cui licet vendere, vendet, & tradet modo fides habita ſit de pretio, niſi mandatum ſit, ne traderet abſque pretio, *l.* 1. *§.* 1. *de except.* rei jud. cur idem non ſtatuendum eſt in adultorum procuratoribus? moventur *l. ſi procurator*, *de jure fiſci*: Ex quo, inquiunt, dominium non transfertur, niſi pretio ſoluto, vel alias, ut ſupplent ſatisfacto: non ſupplent, nec ſupplere volunt, fide habita de pretio, quod cur non ſuppleant nulla auctoritate moventur.

Ad §. Sic quoque; & §. ſeq.

NUnc de nominibus, quæ in cauſam judicati capiuntur. Et non tantum corpora, ſed & nomina capi ait, *l.* 2. *C. quando fiſcus*, *vel priv.* hoc confirmat *lex* 5. *Cod. de execut. rei judic.* Idem in Prætorio pignore ſtatuendum eſt, *l.* 1. *Cod. de prat. pign.* Idem in pignore conventionali, *l. ſi convenerit* 2. *de pignor. action.* *l. nomen*, *C. quæ res pign. oblig. poſſ.* hacque ratione fit, ut conveniatur debitor debitoris, quem convenire non poſſunt actione in perſonam, ſed actione hypothecaria, veluti ſi debitor meus ſua nomina mihi obligarit generaliter, vel ſpecialiter, vel tacite. Eadem vis eſt hypothecæ tacitæ, & manifeſtariæ, niſi aliquod diſcrimen ſit ex *l. pen. ff. in quib. pign. tac. contr.* neque hoc eſt proprium in fiſco, ut quidam volunt: fiſcus debitorem debitoris convenit, *l.* 3. *&* 4. *C. quando fiſcus*, *vel priv. l.* 3. *§. multa, de jure fiſci*, hac ratione, quia fiſcus habet ſemper tacitam, & generalem hypothecam: in generali autem continentur nomina;

ſed quid ſi pignori capto aliquo nomine, *ayant ſaiſi* A *quelques debtes*, debitor debitoris faciat controverſiam, & dicat ſe nihil debere, vel ſolviſſe? An cognoſcet ſummatim de ea controverſia, ſicut dictum eſt in *§. ſi rerum* in corporibus pignori captis? Et ait, nnn eſſe ſtatim perveniendum ad ſummariam cognitionem; ſi tamen confeſſum nomen capiatur in cauſam judicati. Itaque non debet executor ſtatim cognoſcere, nec ultra procedere; ſed manum injicere debet ad alia bona debitoris. Etiam in corporibus. Idem propemodum (*peu s'en faut*) definit *§. ſi rerum* dum dixit conſultius eſſe, ut omiſſa cognitione ſummaria, judex qui exequitur ſententiam, tranſeat ad aliud, de quo non eſt controverſia: hæc eſt differentia tamen, ut poſſit ſtatim de corporibus cognoſcere, non de nominibus, ut refert ex imperatore Antonino. Notat Accurſ. confiteri verbum B in patiendi ſignificatione, & probe. Quærit item captis nominibus pignori, an executor ea diſtrahere debeat, an vero exiget? Et hoc relinquit in arbitrio judicis, ſive executoris. Ait item, pecuniam debitoris condemnati: quæ eſt apud argentarios (Gal. *en banque*) capi pignori: Item pecuniam apud alium extantem deſtinatam debitori damnato, quod uſui eſt in beneficiis Eccleſiaſticis, quæ cum capi pignori non poſſint; reditus tamen Eccleſiæ capiuntur, ſive ſint in corpore, ſive in pecunia, vel nomine, *l. 40. commodii, inf. hoc tit.* ita præmia, quæ athletis dabantur, pignori capiebantur, ut coronæ, annonæ certæ, obſonia certa (Gall. *prebende* dici poteſt) obſonia *du pain*, commodo primipilatus, id eſt, annonæ, ut quæ debentur Eccleſiaſticis.

Obſtat *l. ſpem, C. Quæ res pign. oblig.* quæ ſunt pen- C ſitanda pro coronis athletis, quod verbum denotat, penſitanda annuatim, vulgo dicitur non poſſe capi, niſi cum nihil aliud ſubeſt, quod eſt falſum nec emeritis hic victus athletis adimi poteſt: ſed differentia eſt inter pignus conventionale, & quod capitur in cauſam judicati. Prædium pupilli non poteſt pignori dari ſine decreto; poteſt tamen pignori capi juſſu magiſtratus: nam tutores tantum prohibentur alienare res pupilli, non magiſtratus; Et ita præmia athletarum non poſſunt pignori dari privata poteſtate, ut ait *l. ſpem*, poſſunt tamen capi pignori juſſu magiſtratus idem de ſalariis: nam *§.* noſter ait, pecuniam deſtinatam: nec ab hac dimoveor ſententia per leg. *ſtipendia, C. de execut. rei judic.* non enim loquitur de ſtipendiis quibuslibet, ſed de his tantum, quæ debentur militibus, quæ pignori capi non D poſſunt in cauſam judicati.

Ad §. Penult. & ult.

PEcunia depoſita poteſt capi pignori, quam non inficiatur depoſitarius, & quæ in arca recluſa eſt, ita, ut executioni ſententiæ nihil ſit recluſum: idemque in pecunia pupillari, quæ in arca repoſita eſt ad prædiorum comparationem: & quidem ſine permiſſu Prætoris, id eſt, decreto. Ex oratione Severi, & ſenatuſconſulto prædia pupilli non poſſunt alienari, vel pignerari ſine permiſſu, id eſt, decreto Prætoris: nomina non prohibentur pignerari, vel diſtrahi: imo prohibebantur eo E ſenatuſconſulto alienari prædia ruſtica, non urbana: ſed Conſtantinus produxit ad urbana, nullus produxit ad nomina pupilli, vel pecuniam, ut ſcilicet non poſſit alienari ſine decreto: an id dicam ſi ea pecunia ſit deſtinata ad prædiorum comparationem? ſane tum eam pecuniam comparabo prædiis. In pleriſque enim Galliæ partibus quæritur, an pecunia numeranda ſit inter immobilia propter communionem viri, & uxoris: ita dixerim eam pecuniam deſtinatam prædiorum comparationi pignori capi non poſſe privata pactione, ſed juſſu magiſtratus, *l. 3. §. 1. de rebus eorum, qui ſub tutela, l. 1. de præd. minor. l. ſi ex cauſa, in princ. de minorib.*

Notavimus differentias duas inter corporalia, & nomina, nempe, quod ſi de corpore capto in cauſam judicati controverſia fiat, judex ſummatim cognoſcit: ſecus de nominibus: nam ab eo diſcedit, atque ita nomen tantum confeſſum pignori capi in cauſam judicati: Et quod capionem pignoris corporalis ſequatur diſtractio, nominis minime: cum ejus nominis pecuniam exiget. Ratio differentiæ prior eſt, quod de corpore, quod extat, facilior ſit præſumptio caviſſe, atque adeo facilis ea de re cognitio nominis: ratio abſtruſior. Poſterior eſt, quia ex corpore capto pignori non poteſt confici pecunia, qua judicatum fiat niſi diſtrahatur nomen ipſum.

Ad L. Sunt qui. XVI.

PErſonæ numerantur, quæ in id tantum, quod facere poſſunt, damnantur, id eſt, quatenus eorum facultates patiuntur, quod quantum ſit rei judicatæ tempore ſpectatur, *l. rei, ſol. matrim. l. verum, §. tempus, pro ſocio*: Ii præterea in id, quod facere poſſunt, quodve dolo malo deſierunt facere poſſe: Id enim intelliguntur facere poſſe, quod dolo malo deſierunt facere poſſe: Et nunc, qui dolo deſiit eſſe ſolvendo, ſolvendo eſſe videtur, & perinde videtur ac ſi locuples eſſet, *l. etiam, §. 1. ſolut. matr. l. un. §. cum autem, C. de rei uxor. act. l. 22. §. ult. inf.* & quod quiſque facere poteſt, ita intelligere debes, ut tum dicatur id eſſe in bonis: quod deducto ære alieno ſupereſt. At hic æſtimamus id, quod facere poteſt, ut non inſpiciamus quantum aliis debeat. Qua de cauſa ſi plures ſint creditores, melior eſt conditio accipientis: nam ſi cum quantitate debitorum concurrant facultates non deducto ære alieno, in ſolidum damnatur. Et hic tractavit Ulpianus de privilegiis debitorum: magnum autem hoc eſt privilegium, quoniam carcere vexarentur debitores, nec præterea ſolido liberantur: nam cavent, id eſt, repromittunt de eo, quod facere poſſunt, id puta ſe ſoluturos, quod poſtea lacunam replere poſſit, ut *d. l. verum, §. id quod, pro ſocio, d. l. un. §. cum autem*. Et hæ fere ſunt cauſæ, quibus in poſſeſſionem mittitur: recte fere, quia ſunt multæ, ut & hic fere, ſocius in quantum facere poteſt, & quod dolo malo deſiit facere poſſe, damnatur. Deſinere facere poſſe, id eſt, ad egeſtatem provectus eſt, qui erogavit bona ſua in favorem futuræ actionis. Is autem, qui noluit uti acquirendi occaſione, an deſiit dolo facere poſſe? & non deſiit dolo facere poſſe: quod & obſervatur in actione Fabiana, Pauliana, Calviſiana. Deſinere interdum ſignificatio augetur, *l. 3. §. 1. uſufr. quem. cau.* ubi deſinit, qui non cœpit; Ita juriſconſulti pro ratione verborum ſignificationem augent. In edicto autem erat, ut damnetur ſocius cauſa cognita in quantum facere poteſt, quia ſocietas fraternitatis loco eſt, *l. verum, in princ. pro ſocio*. Itaque eadem ratio obſervanda in fratre, ut frater fratri damnetur tantum in id, quod facere poteſt; quod non animadvertit Accurſ. Hoc beneficium datur ex edicto Prætoris cauſa cognita: nam fatenti ſocio tantum datur, non inficianti ſe non eſſe ſocium, cui non datur hoc privilegium, *l. ſi unus ex ſociis, §. ult. pro ſoc.* Ac ſimiliter fidejuſſor non habet beneficium diviſionis, qui negavit ſe fidejuſſiſſe, *l. 10. §. Ita demum, de fidejuſſ.* Ita qui negavit ſe feudatarium eſſe, privatur feudo: ſocius ex doli clauſula in ſolidum damnatur, *l. 22. §. ult. inf.* clauſula autem doli eſt, dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe; quæ etiam non expreſſa ineſt ſemper judicio bonæ fidei ac ſi expreſſa eſſet. Ex hac clauſula ſi dolo deſiit facere poſſe, & non tantum hoc modo, ſed aliis pleriſque, ut ſi dolo malo ejus res perierit, *l. etiam, §. 1. ſol. matrim. accipiendum eſt.* ut in *l. in bello 12. §. facti, de captivis. ſententiam ſequendam*, & in *l. At quin, §. 1. de neg. geſt. rationem reddendum ſocium omnium bonorum*: obſtat huic legi *d. l. verum, §. 1. pro ſocio*, quæ apertiſſime ait

ait in id qood facere poſſunt, ſocios unius rei, & omnium bonorum damnari : vulgo dicitur, hoc loco ſubaudiendum, maxime. Alii docent hæc verba interrogative ſumenda. Alii unius rei, id eſt, omnium bonorum, vel unius negotiationis, quæ nulla habeat ſpecies, & individua, quod nemo dixerit : ſed ſolutio eſt : ſicut in edicto de procuratoribus, Procurator eſt proprie omnium bonorum, trahitur tamen ad procuratorem unius rei in *l. 1. de procur.* ita in hoc edicto, ſocius omnium bonorum proprie dicitur : trahitur tamen edictum auctoritate Sabioi ad ſocium unius rei. Et hic locus conjungendus eſt cum *d. lege verum* hoc modo : ſocium omnium bonorum accipiendum eſt, attamen verum eſt, quod Sabino videtur &c. Parentes illud idem habent privilegium ex reverentia. Eadem ratio patroni in *l. 17.* liberorumque, & parentum. Et quod eſt in *d. l. 17.* repetitum eſt, ut oſtendit inſcriptio ex *l. 5. cum l. 7. ſup. de obſeq. parent. præſt.* addit etiam eadem ratione maritum conventum de dote ſoluto matrimonio in quantum facere poſſit condemnari. Item militeoi io *l. 18.* de quo ſupra dictum in *l. 6.* propter reverentiam mariti, *l. alia 14. §. 5. ſol. matrim. d. l. un. §. cum autem, C. de rei uxor. act.* & non tantum habet hoc privilegium ſi conveniatur de dote, ſed ex aliis etiam cauſis, ut in *l. 20. inf.* maritus ex jure antiquo civili convenitur in quantum facere poteſt : nam hoc inerat rei uxoriæ actioni : ſed ex conſtitutione D. Pii idem eſt ſi conveniatur ex aliis contractibus. Ad quam conſtitutionem reſpicit *l. ſi rerum 52. inf.* ubi uxor agit actione rerum amotarum : an maritus in quantum facere poteſt damnatur? minime : nam conſtitutio D. Pii intelligitur de contractibus legitimis : at amotio pœnæ furtum eſt. Reſtat ut videamus, an idem beneficium detur uxori, ut non conveniatut ex promiſſione dotis, vel alio contractu niſi in quantum facere poteſt : nam quæ ratio eſt ptima, ſcilicet reverentia, ceſſat in uxore, ſecunda ratio eſt ſocietas vitæ, quæ eſt in uxore, & æquitas idem ſuadere videtur in uxore, *d. l. 20. in fi.* ubi adverte verba illa eſſe Codicis, id eſt, adſuta eſſe à Triboniano. Jure civili antiquo mulier ſi cum ea agat maritus, etiam ex promiſſione dotis damnatur in ſolidum, id eſt, actione rei uxoriæ, *l. ex diverſo 17. ſup. ſol. matrim.* maritus non damnatur in ſolidum, *d. l. un. §. cum autem, C. de rei uxor. act.* Sabino tamen, & Proculo placet mulieri dandam eſſe exceptionem, ut ait *d. lex ex diverſo*. Sabini autem ratio eſt colorata, quia uxor eſt ſocia vitæ divinæ, & humanæ : ſocii autem hoc beneficium habent. Itaque quaſi ſocia uxor damnatur in quantum facere poteſt, *d. l. ex diverſo*. Et inde fortiter defendi poteſt, hoc beneficium communicari uxori, ſi conveniatur ex promiſſione dotis, non ſi ex alia cauſa, quia cauſa dotis pendet ex ſocietate vitæ ; ſociis autem non datur hoc privilegium niſi conventis pro ſocio, *l. 16. hoc tit.* ideoque ſi conveniatur ex alia cauſa, quæ non pendeat ex cauſa dotis, damnabitur in ſolidum, ut ſi ex aliis contractibus : ſecus in marito, quia ubique valet reverentiæ ratio. Ex mente d. leg. 20. nulla eſt differentia, ſed verba d. leg. 20. non agnoſcunt Baſilica : vide Baſil. lib. 9. tit. 3. An idem privilegium datur ſocero cum quo agit nurus? & idem honor ei debetur, *l. rei judicatæ 15. §. ult. ſol. matr. §. affinitatis, de nupt. Inſtit. l. 21. in princ. h. t.* An idem in genero, ut ex promiſſione dotis cum ſocero, & patre uxoris non agat niſi, in id quod facere poteſt : quod æquum videtur, quia parentis loco eſt, *§. ſocerum, Inſt. de nupt.* Hinc dictum Phalerei : Qui invenit generum probum, & filium : qui malum, perdidit filiam, nedum invenit, ſed tamen ait *lex 21.* nos alio jure uti. Et ſane magis eſt ſocer nurui parentis loco, quam genero : ſed gener cum ſocero, ſoluto matrimonio agit de dote in ſolidum, non ſoluto, iu quantum facere poteſt : nurus omni tempore non agit contra ſocerum in ſolidum, *l. pen.*

A *de jure dotium, d. l. ex diverſo, §. ult. ſol. matrim.* An illud ipſum beneficium detur procuratori, vel defenſori viri quæſitum eſt : & definitur in *l. 23. hoc tit.* Procurator eſt ad agendum, eique incumbit etiam defenſiu ejus nomine cujus agit : alioquin denegatur actio. Itaque procurator ſi mutuæ ſint petitiones, defenſur eſt. Defenſor vero eſt, qui ad reum defendendum conſtituitur, & non ſuſtinet actoris partes ut procurator : & mariti quidem ptocutatori non datur hoc privilegium, niſi vivo matito. Defenſor damnatur mortuo marito in ſolidum, quia egreditur fines defenſionis, quia mandatum, vel quaſi mandatum finitur morte rei : fidejuſſur mariti damnatur io ſolidum, ut & heredes mariti, *l. 24. & 25. h. t. l. 12. & 13. ſup. ſol. matr.* cum tamen dicatur, heredem & teſtatorem eſſe eandem perſonam. B Cur nun & procurator mariti? ſed ex *l. minor, §. 1. de procurat.* defendere eſt rei vicem ſubire : Et ideo defenſor mariti non damnatur niſi in id qnod facere poteſt : fidejuſſoris poteſt durior eſſe conditio ; quia ſuo nomine tenetur : heredis quoque interdum durior eſt conditio, *l. ſi per imprudentiam 51. §. pen. de evict.* quia heres poſtquam adivit, ſuo nomine tenetur, non alieno. Et hoc privilegium eſt perſonale, *d. l. 13.* Itaque beneficium perſonale ſequitur vicarium, non acceſſorem, & ſucceſſorem : fidejuſſor dotis numquam à marito uxori datur, vel ſi detur, nulla eſt obligatio : nam ſi dotis fidejuſſor à marito daretur initio matrimonii, perfidiæ daretur locus, & cum dicitur, *ne fidejuſſ. dot. dent.* ſic accipimus, à maritu ſcilicet, vel ſocero mariti, C ſed poſt ſolutum matrimonium recte datur à marito uxori fidejuſſor dotis nomine, *l. 7. de except. l. ſi conſtante, §. quoties, ſol. matrim.* & recte tamen datut fidejuſſor actionis. Atque ita fidejuſſor rei, vel ſua, id eſt, dotis, non datur à marito uxori : fidejuſſor aliquando datur, ſcilicet poſt ſolutum matrimonium regulariter : & ubi datus eſt fidejuſſor, tamen non utitur eodem privilegio. Quia diximus, mulieri conventæ ex dotis promiſſione dari idem privilegium, ſi is, qui donare volebat mulieri, quæ nuptum ibat, marito ejus dotem promiſerit delegatus à muliere an conveniatur à marito in aſſem, in integrum : qua in re pugoat vehementer *l. Neſennius 41. hoc tit.* cum *l. ſi extraneus, de jure dot.* & eſt celebris antinomia : An hoc beneficium detur ſi mulier non promiſerit D dotem, ſed delegaverit quem, qui pro ea dotem promitteret, an maritus poterit cum damnare in ſolidum? Finge : quidam donaturus erat mulieri cettam pecuniam, & paratus erat donare ; ſed delegatus eſt ab uxore, ut eam daret marito dotis nomine : *d. l. 41.* ait, honc poſſe exigi in ſolidum ; ctiamſi non ſit ſolvendo, quod marito ſit extraneus, & quod marito nihil donet : nam mulieri tantum donare voluit, & maritus ſtipulando ſibi dari, ſuum negotium geſſit : eam te mihi donare, vel promittere donationis cauſa velles certam pecuniam, ego te delegavi creditori, vel Titio cui donatum volebam, ut eam ſolveres, ſi tecum agerem, non te convenirem in ſolidum ; nam parentes, patroni, liberique eorum, maritus, uxor donatores ex conſtitut. D. Pii non damnantur ultra E facultates, ſed is cui te delegavi aget recte in te in ſolidum, & damnaberis : Et in ſumma tibi donatori datur hæc Exceptio, ſive beneficium adverſus donatarium, non fidejuſſori, heredique tuo, nec tibi adverſus eum cui delegatus es, cum ei donare non dicaris, *l. qui id quod, §. ult. de donat. l. pen. inf. de novat.* nec intereſt utrum te, qui mihi donare volebas delegavero creditori, vel alii cui donare volebam. Eadem ratio eſt mariti, cui is, qui donare volebat mulieri, ex delegatione dotem poſtea promiſit marito, mandatu mulieris : nam convenietur à marito in ſolidum : maxime conſtante matrimonio : quia eo tempore dos potiſſimum debetur : nam ſoluto matrimonio, ſi maritus petat, repelletur cum in ea cauſa ſit ut debeat ſol-

Digitized by Google

ſolvere uxori adverſus quam habet privilegium, *l. ſi donaturus, in ſi. de condict. cauſa dat.*

Obſtat *l. ſi extraneus, de jure dot.* mulier dotem non promiſit marito, ſed quidam alius: dein everſus eſt facultatibus antequam ſolveret: an imputabitur marito, quod non exegerit, antequam ſolvendo non eſſet. Et diſtinguendum: nam ſi mulier promiſerit, hoc non imputatur marito: Et quod promiſit dotis nomine, periculo mariti non eſt: Et quod pater mulieri promiſit dotis nomine, non imputatur genero, quod non urſerit eum, cum ſolvendo eſſet. Si extraneus promiſit, aut debitor mulieris eſt, aut mulieri donaturus erat: ſi debitor delegatus promiſit marito, dein lapſus ſit facultatibus, mulier viro imputabit, quod non exegerit. Itaque quod debitor mulieris promiſit dotis nomine, eſt periculo viri eo facto non ſolvendo: aut non debitor mulieris promiſit dare, & ejus maritus noluit eum urgere ad ſolutionem, ac deinde lapſus eſt facultatibus: hoc caſu imputabitur marito. Quod ſi is qui donaturus erat, promiſit marito dotis nomine: non eſt periculo mariti: ſed ejus cui acquiritur, ſcilicet mulieri. Alii dicunt, in *d. l. Neſennius*, eum qui donaturum delegavit eſſe factum debitorem mulieris ex cauſa donationis; quod commentitium eſt: nam nunquam fuit debitor mulieris. Alii cauſantur in *d. l. ſi extraneus*, maritum agere in eum, qui promiſit donaturum ſoluto matrimonio, id quoque fictitium eſt, cum loquatur de marito, qui exigere debuit conſtante matrimonio: ſed verum mihi aliud videtur. Finge: donaturus quis mulieri promiſit ea, delegante marito mulieris, & aliquando fuit ſolvendo: nec tamen interea exegit maritus: poſtea caſu quodam everſæ ſunt facultates, an imputatur marito, quod non exegerit? ait non imputari, quia utrumque parcendum eſt marito, qui non præcipitavit ad ſolutionem eum, qui donaverat: Donaverat, inquam, mulieri, id eſt, qui donare voluerat, & effectu mulieri donarat, quemque in quod facere poſſet, ſi conveniſſet, ſcilicet uxor, damnaretur: ita enim intelligendum: nam maritus damnaret eum in ſolidum, *d. l. Neſennius*. Præterea opponitur, *d. l. Neſennius l. ſi prior, ſol. matrim.* ſed ad hanc reſpondent omnes & Accurſ. recte: Finge, mulier divortio facto priorem maritum debitorem dotis delegavit ſecundo, an poſterior maritus conveniet primum in ſolidum? ſic videretur dicendum ex *d. l. Neſennius*, ſed ſecus obtinet ex *d. l. ſi prior*: nam prior maritus promiſit, quod debebat dotis nomine, cujus nomine non debebat ultra facultates. Ergo non plus ſecundo debet: Donator à donatario convenitur in quantum facere poteſt ex D. Pii conſtitutione: imo præcipua habet donator ultra omnes, ut hanc exceptionem, ne damnetur ultra facultates, poſſit opponere poſt ſententiam. Regulariter exceptio peremptoria opponenda eſt ante ſententiam, *l. præſcriptionem* 8. *C. de except. l. 2. C. ſentent. reſc. non poſſe*: hæc autem exceptio ne quis damnetur, niſi in id, quod poteſt, eſt peremptoria, & donatori hoc datur præcipuum ut ea utatur poſt condemnationem ſive ſententiam, *d. l. Neſennius, §. ult.* Exceptio ſenatuſconſulti Vellejani, & Macedoniani opponitur poſt ſententiam, *l. tamen 11. D. de ſenat. Maced.* ut & militibus poſt ſententiam datur ex ſententia ſenatuſconſultorum peremptoriam opponere ex reſcripto Antonini, *l. 1. C. de juris, & fact. ignor.* ſic donatori id datur ex Divi Pii reſcripto, *l. qui ex donatione 12. ſup. de donat.* Idem aliis dari volunt ex *l. ex diverſo 17. §. ult. ſol. matrim.* maritus damnatus eſt in ſolidum ex cauſa dotis, judice juris ignorantia lapſo, cum oppoſuiſſet maritus: Et ait lex ſententiæ, & rei judicatæ opponi doli mali exceptionem. Idem ergo datur beneficium poſt ſententiam aliis: ſed non agitur in eo §. de exceptione iſta, quæ dicitur inopiæ: ſed de exceptione doli quæ eſt ſubſidiaria, quæque obiicitur eo caſu ſpecialiter, ut ejus ſententia retractetur doli mali exceptione, cum ab eo appellare non poſſimus; quod remedium eſt ſingulare, ut cum a judice non poſſis appellare ſententia doli mali exceptione retractetur, *l. non diſtinguemus, §. cum quidam, de receptis*: à ſententia arbitri compromiſſarii non appellatur, ſed ei ſtatim omnino parendum ob pœnam compromiſſi: moribus tamen Galliæ licet appellare: nunc cum arbiter uni manifeſte inimicus apparuiſſet poſt compromiſſum, & teſtationes ne ſententiam diceret, & nihilominus ſententiam dixiſſet, appellari quidem non poteſt, ſed ſi conveniatur ex ſtipulatu, utitur exceptione doli mali.

Ad L. Inter eos XIX.

Alia quæſtio eſt in *l.* 19. Sunt multi debitores, qui in quantum facere poſſunt damnantur, ut dictum eſt, veluti donator: ſed hic duo præcipua habet, ut dictum eſt: de primo dictum eſt ſup. Aliud ut deducto ære alieno, *l. maritus 54. ſol. matrim. l. Et exheredatum 49. inf.* ne eum ſua liberaliras ad inopiam cogat, *l.* 50. quod datum eſt domino feudi: nam datio feudi donatio eſt, & quædam liberalitas. Alii illud non habent privilegium: verum hanc differentiam evertere videtur hæc lex 19. hujus tit. ubi inter eos, donatarios ſcilicet, occupantis melior eſt cauſa. Ergo qui occupat agere, non deducit, quod aliis debetur donatariis: Et hunc locum de donationibus intelligendum oſtendit *l. 12. de donat. ſup.* nam ſi cauſa ſit eadem numero, ut ſi tribus debeatur ex eadem ſocietate, occupantis non eſt melior conditio, *l. verum, 63. §. id quod & §. ſeq. pro ſocio*. Idem ſi cauſa ſit eadem genere: verum eſt differentia inter donatorem & alios. In condemnatione in quantum facere poteſt, non fit detractio alterius debiti, ſed occupantis eſt melior cauſa: occupaſſe autem intelligitur, qui prior ad ſententiam pervenit, ut in actione de peculio, *l. ſi vero 10. de peculio*: nam actio de peculio non datur in ſolidum in patrem, ſed peculio tenus. Et ſimiliter actio de qua agitur in *l.* 19. non datur in ſolidum, ſed in id quod facere patrimonium debitoris poteſt. In actione de peculio cum quæritur quantum ſit in peculio, non fit detractio ejus, quod debetur aliis creditoribus, ſed occupantis melior eſt cauſa, niſi patris, quod occupaſſe prius intelligitur, *l. 9. de pecul.* occupaſſe autem intelligitur, qui ad ſententiam pervenit, *d. l. ſi vero*. In bonis donantis ejus ſit melior conditio, cui prius reus damnatus eſt. Obſtat *l. in judicati 61. inf. hoc tit.* at Baſilica non agnoſcunt negationem in *d. l.* ſed potius exiſtimo deeſſe negationem in Baſilicis quam in latinis codicibus: ita dicamus: Ejus qui occupavit, id eſt, cui primus damnatus eſt reus, in hoc eſſe meliorem conditionem, quod in executione judicati non habeatur ratio alterius debiti, ſed is ſuum debitum ferat: cæterum nihil vetat prius ad executionem præferri poſteriorem ſententiam, ceſſante eo, cui prius reus damnatus eſt: Et ſi judices poſteriorem ſententiam exequentur: ceſſante primo, & capiantur pignora, poſterioris erit melior cauſa cum ſit prior executione, licet alter primus ſit, *l. ſi & jure 10. qui potior. in pign.* & jus vigilantibus ſcriptum eſt, *l. ſumma 21. §. 1. de pecul.* Et ita intelligenda *d. lex in judicati*. Ordo autem ſententiarum prælationem nullam facit, ut nec contractuum, niſi in hypotheca, ſed in actione perſonali prior non præfertur poſteriori: Itaque poſterior præfertur, ſi maturaverit exequi poſteriorem ſententiam. Ergo cæteri, qui habent privilegium, ut in quantum facere poſſint conveniantur, non deducitur æs alienum, licet ſit privilegiarium, ut in actione de peculio vel de dote. Finge: Aliquis agit cum patre ex negotiationis cauſa, nomine filii actione de peculio. Idem filius eſt ei & uxori ſuæ obligatus dotis nomine. Dos eſt privilegiaria: ideoque in actione de peculio deducitur dos debita uxori filii.

liifam. vel interponetur cantio ſi priores agant non privilegiati, *l. ex facto 52. §. 1. & ult. de pecul. l. 3. quod cum eo*. Item ſi pro ſocio agatur cum ſocio, & is debeat dotem uxori, dotis prior habebitur ratio. Quid ſi duo privilegia concurrant, ut ſi duo ex eadem cauſa, dotis nomine, debeant? & regulariter quoties privilegia ſunt ejuſdem tituli, ut duæ tutelæ, concurrunt in exactione, non habita ratione temporis prioris, vel actionis in perſonam, *l. privilegia 32. de bon. auct. jud. poſſ.* Aliter in duabus dotibus: nam in hoc caſu præter actionem perſonalem eſt hypotheca, cujus ratione, ſcilicet hypothecæ, prioris dotis habetur ratio, *l. ult. in fi. C. qui potior. in pign. hab. Nov. 91.* Deducitur quoque æs alienum, quod debent alterius conditionis creditoribus, puta his quibus debent in ſolidum, *l. 3. quod cum eo*, & hæc l. 19. ſubindicat.

Inter eos, qui conveniuntur in quantum facere poſſunt, eſt filius emancipatus. Idem ſi fiat ſui juris morte patris. Idem ſi exheredatus ſit, vel paterna hereditate ſe abſtinuerit. Hic autem filius ſi conveniatur in quantum facere poteſt, non deducit æs alienum quod contraxit poſtquam fuit emancipatus, quodque debet in ſolidum, *l. Ergo, ſup. ad Macedon.* Filius emancipatus comparatur cæteris, qui conveniuntur in id quod facere poſſunt in *l. & exheredatum 49. inf. hoc tit.* Itaque conveniuntur in quantum facere poſſunt non deducto ære alieno. Primum non deducitur æs, quod non eſt privilegiarium, & quod debetur ex eadem, id eſt, ſimili cauſa, ut ſi quis ſit pluribus obligatus ex ſocietatis cauſa, vel ejuſdem, vel diverſæ, non detrahitur, quod ex eadem ſocietate debetur, quoniam ſociorum par & æqua conditio eſſe debet, *l. verum, §. id quod, pro ſocio*. Item non deducitur æs alienum non privilegiarium, quod ex ſimili cauſa debetur ejuſdem plane conditionis hominibus, id eſt, qui exactionem non habent ultra facultates debitoris: Et ita ſi agatur cum patre, & patrono, non deducitur, quod pater debet aliis liberis, vel quod patronus debet aliis libertis. Et hoc de patre, & patrono ſcribitur in hac *l. 19.* quibus videbatur ſuccurrendum ut donatori. Atque ita diſtat donator à cæteris: æs enim alienum non eſt, quod debetur à donatore, ut in *l. 49. inf.* Differunt quod donator deducit, quod ex diſſimili cauſa ejuſdem conditionis hominibus debet, puta ſociis, liberis, libertis, quibus tenetur in quantum facere poteſt: cæteri non deducunt, quod ejuſdem conditionis hominibus ex diſſimili cauſa debent, niſi ſint privilegiarii. In principio hujus legis 19. loquitur de *cæteris, ſub finem verſus, & inter eos*, de donatariis.

Ex l. 19. fuit differentia inter donatorem, & cæteros, quod cæteri, etiam parentes, & patroni, non deducant æs alienum, quod ex ſimili cauſa debetur in computatione ejus, quod facere poſſunt: Et quod ex diſſimili cauſa debetur, ſi modo debeatur ejuſdem conditionis hominibus, id eſt, qui in ſolidum exactionem non habent, niſi ſit perſona privilegiaria. Item niſi æs omne alienum ſit, quod diverſæ conditionis hominibus debetur, id eſt, quibus debetur in ſolidum: & in hac lege 19. *maxime*, id eſt, demum. Et ita in explicatione *leg. Neſennius*, *maxime*, abundat. Donator id ſolum non deducit, quod ex ſimili cauſa debet, puta aliis donatariis, reliquum deducit etiam, quod ex diſſimili cauſa aliis ejuſdem conditionis hominibus debet, ut libertis. Donator non deducit æs alienum, niſi debeatur ex ſimili cauſa, id eſt, donationis. Quod ſi conſtituas, ut vulgo, donatorem *omnes* æs alienum deducere, cæteros nullum, in *l. omnes, de except.* ſi urgeas eſſe regulam univerſalem, falſa erit propoſitio, *l. 7. eod. tit.* Omnes igitur exceptiones, quæ cauſæ ſcilicet, vel rei cohærent, non quæ perſonæ cohærent; & ita vera erit regula *d. l. omnes*, ita quoque diſtinguendum æs aliud ab alio:

verſic. *imo* hujus leg. 19. pertinere putant ad omnes: ſed duas partes facio hujus leg. Prima eſt de reliquis omnibus, altera, qua incipit *verſ. Is quoque, &c.* ad donatorem, ne egeat, id eſt, deducit alimenta: cæteri deducunt etiam alimenta, *l. in condemnatione, de regul. jur.* Item porrigitur ad eum, qui ceſſit bonis, ne egeat, *l. 6. de ceſſ. bon.* Item ad eum, qui ſui juris factus eſt: ad ſocios denique omnes quibus hoc datur privilegium, ne teneantur ultra facultates, habent rationem vitæ, victus veſtituſque, ne eo indigeant, vel ne egeant. Pauper, inops eſt, qui non eſt ſolvendo, etiamſi victus ſuppetat; Egenus eſt cui victus deſit. Seneca 4. & 7. Epiſtol. De donatore hoc proponitur in *l. 30. inf.* non datur in ſolidum actio, ſi dubitetur an donatio exhauriat donatoris patrimonium, ne egeat, & maxime inter liberos, & parentes. Inter parentes, & liberos hoc præcipuum erat, quod obligabantur invicem, non tantum ſi donare promiſiſſent, ſed etiam alia ex cauſa, *l. 4. & 5. C. Theod. de donat. Paulus 4. Sent.* Et inter alios nudo conſenſu: donatio non perficiebatur, ſed mancipatione, aut traditione, & obligatio tantum conſtituebatur ex ſtipulatione: Ex Juſtiniani conſtitutione, donatio nudo conſenſu perficitur. Judex etiamſi dederit, vel protulerit condemnationem, in ſolidum non ſequetur executio, ſed actione judicati non tenebitur in ſolidum, ex conſtitutione Divi Pii, *l. Neſennius, §. ult. inf. l. qui id quod, de donat.* In condemnando donatore, ex mora uſuræ non veniunt. Finge: quis donavit, ſed rem donatam non mancipavit, nec tradidit interpellatus: non præſtat uſuras, quia liberalis amare exigendus non eſt, *l. Eum qui, de donat.* donatio non computatur inter contractus bonæ fidei, in quibus ea mora tantum uſuræ veniunt, ſtipulatio contractus eſt juris civilis, ex quo non veniunt uſuræ niſi lite conteſtata, *l. liberalitatis, de uſuris*, major dubitatio eſt in donatione collata in rempublicam, quam in privatum: liberalitas in rempubl. eſt pollicitatio, quæ nos obligat ex cauſa, puta ob honorem ſibi delatum à repub. id potius eſt debitum. At donatio collata in privatum, non eſt debitum, nec debito proximum, *l. Et exheredatum, infra*. Item ex cauſa donationis non veniunt fructus, ut partus, ſed ex æquitate, ſecundum Sabinianos: ſi quis ſtipulanti promiſerit donandi cauſa, venient fructus, non quidem ex mora, ſed lite conteſtata, *l. videamus, 38. §. ſi actionem, de uſur.* Et in hanc rem non pertinet, ut vult Accurſius, *l. cum de modo 11. & l. in ædibus 9. §. ex rebus, de donat.* Acc. legit, *cum de donatione*, ſed recte *cum de modo*, id eſt, an donatio excedat modum legis Cinciæ, quæ muneralis dicitur, quia donationibus, & muneribus modum præſcripſit, ne liceret in immenſum donare. Et hoc eſſe ex lege Cincia oſtendit *tit. Cod. Theod. de donationib. l. 4.* & hæc ſignificatur in *l. 21. & 24. de don.* Eo reſpexit *lex Modeſtinus, de donat.* cum ait creditorem futuri temporis poſſe uſuras remittere, quod eſt donare: Et ſubjicit, *nec in ea donatione*, id eſt, etiamſi ea remiſſio uſurarum excedat modum lege Cincia præſcriptum; tamen admittemus hanc donationem odio uſurarum. Egimus de donatore convento actione ex ſtipulatu in perſonam: aliud obſervatur ſi donator conveniatur actione in rem: nam tum damnabitur in ſolidum, quia non convenitur tantum ut donator, ſed ut quilibet poſſeſſor, ſicut fur convenitur actione in rem, nec tenetur ut fur, *l. 12. C. de furt.* Item tenetur condictione furtiva, ut fur. Finge: Donatio perfecta eſt traditione: poſtea rei donatæ, & traditæ, poſſeſſionem quam nactus erat bona fide caſu aliquo, amiſit: agit cum eo donatarius in rem. Judex eum non damnabit in quantum facere poteſt, cum deſierit eam rem poſſidere; ſed in ſolidum, *l. Neſennius, §. fundum, hoc tit.* Actionem in rem parit poſſeſſio, *l. 1. C. de alien. judicii mut. cauſ. fa.* Itaque damnatur ut quivis poſſeſſor

Google

ſeſſor extraneus, cum non conveniatur ex cauſa donationis, ſed poſſeſſionis : in ſolidum, inquam, condemnabitur, *l. qui reſtituere 68. de rei vindic.* ſi poſſit reſtituere, nec reſtituat, damnabitur in quantum adverſarius in litem jurabit, *l. ejus rei 46. de rei vindic. l. 2. de in litem jur. l. 5. §. Julianus, ad exhib.* niſi judex fundum malit auferri manu militari : ſi non poſſit reſtituere, nec dolo id fecit, condemnabitur quanti adverſarii intereſt in ſolidum, id eſt, re vera : ſi dolo deſiit poſſidere, in quantum adverſarius juraverit. Et hoc eſt, quod ait hæc lex in fine cum ait ; *tanti ſequetur condemnatio*, id eſt, in ſolidum : ſed ſi reſtituat fundum, & pateat arbitrio judicis : nam actio in rem eſt arbitraria, cum judex prius arbitretur rem reſtitui ; & huic arbitrio ſi pareat, adhuc fit condemnatio fructuum nomine in ſolidum. fructuum ſcilicet perceptorum poſt litem conteſtatam, & extantium ; quod oſtendunt verba ultima hujus legis. Quid ſi ſunt conſumpti ? non damnabitur conſumptorum nomine. Et hoc ait hæc lex, quod eſt contra *l. certum, Cod. de rei vind.* quæ vult bonæ fidei poſſeſſorem reſtituere fructus univerſos extantes, & perceptos conſumptos poſt litem conteſtatam : nam ante litem fructuum nomine non damnatur, niſi extent : nam utendum eſt hoc ſuffragio, donatorem hac in re ab aliis ſeparati, cum non ſit amplius donator. Donator, fur, & qui convenitur actione in rem, damnatur ut quilibet poſſeſſor. Denuntiatio, & controverſia imitatur litis conteſtationem. Hoc vult hic §. donatorem, qui reſtituit fundum, damnari poſtea fructuum extantium nomine. Obſtat *l. 2. C. de fructibus, & litium expenſis*. Solutio. Extantes fructus veniunt in actione in rem, quoquo tempore percepti ſint, *d. l. certum, & d. l. 2.* conſumpti non omnino : nam conſumpti fructus ante litem conteſtatam non veniunt : conſumptos facit ſuos, *§. 2. de off. Judicis* : conſumpti poſt litem conteſtatam, omnino veniunt : nec abs re Azo conjiciebat hoc loco, *maxime* .i. maxime ſi extent. Donator igitur conventus in rem damnabitur rei nomine, & fructuum in ſolidum, quia ut quilibet damnatur. Item ſocius : idem beneficium habet, ſi ut ſocius conveniatur, *l. 16. hoc titul.* Ita maritus eodem beneficio utitur, ſi conveniatur ut maritus, *l. 20. hoc tit.* maritus ſi poſt divortium negotia uxoris geſſerit, actione negotiorum geſtorum dotis nomine damnatur in ſolidum licet ſi ex cauſa dotis conveniretur, damnaretur tantum in quantum facere poteſt, *l. divortio 35. ff. de negot. geſt.* non obſtat *l. 3. de conſtitut. pecun.* Finge : Maritus debitor dotis poſt divortium conſtituit ſe ſoluturum, an damnabitur in ſolidum de conſtituta pecunia ? lex ait, in quantum facere poteſt condemnari. Solutio, actio conſtitutæ pecuniæ eſt acceſſoria : actio negotiorum geſtorum non accedit obligationi de dote. In *l. qui id quod 35. de donat.* donator in quantum facere poteſt, damnatur : ſed ſolutio petenda eſt ex lege ipſa, ubi damnatur maritus ex conſtituti cauſa, ut ex donationis cauſa. An exceptio, ut quis non damnetur ultra facultates, ſit delatoria quærit Accur. in hac *l. 19. & l. 3. de except.* & in *§. appellantur Inſtitut. de except.* verum exceptiones peremptoriæ opponi debent ante condemnationem, *l. 2. C. ſentent. reſc. non poſ.* dilatoriæ initio, ut exceptio fori, procuratoria, vel pacti temporalis, quæ etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt, *l. pen. & ult. C. de except. l. nemo, C. de juriſd. omn. Judic. l. ſed & ſi, l. in princ. ff. de judic.* peremptoria poſt ſententiam ſera opponitur : obſtat *§. ult. l. Neſennius, hoc tit.* Itaque ab hac regula, quod peremptoria opponi debet ante ſententiam, excipe exceptionem ſenatuſconſulti Macedon. & ſenatuſconſul. Vellejani, *l. Tamen 11. ad Macedon.* Item exceptiones peremptorias, quæ competunt militibus, *l. 2. C. de juris, & fact. ignor.* Patet autem, an hæc ſit peremptoria exceptio ex definitione exceptionis, *l. 2. §. ult. de except.* vulgo exiſtimant eam dilatoriam eſſe, quia de cætero conveniri poteſt, ut in ſolidum conveniatur ; ſed & de eo debet cavere, quod facere non poteſt poſtea ſoluturum, *l. nec maritus 8. C. ſolut. matrim. l. un. §. cum autem, C. de rei uxor. act. §. ult. de act.* & auctis poſtea facultatibus, renaſcitur lis, quæ ante perempta non fuerat, ſed dilata in tempus illud incertum. Quidam etiam dicunt hanc exceptionem dilatoriam eſſe, quia ſcilicet, qui hanc habuit exceptionem, ſi ſolverit ſolidum, non habet condictionem indebiti, *l. 9. de cond. indeb.* Ergo non eſt peremptoria, quia ſi eſſet peremptoria, repeteret ſolutum : ſed hoc falſum eſt : nam exceptio judicati, & ſenatuſconſulti Macedoniani, eſt peremptoria, & tamen non repetit, *l. judex 28. l. Julianus 60. l. qui exceptionem 40. de condict. indeb.* Et qui tutus eſt exceptione, quod quiſque juris in alium ſtatuerit, *l. 3. §. ult. quod quiſque juris* ; Ratio autem eſt, quia non tollunt naturalem obligationem, ut exceptione quis teneatur ultra facultates, exceptio judicati Macedoniani, vel exceptio, quæ datur in eum, qui iniquum jus impetravit, *l. quia naturalis 10. ff. ad Macedon.* de quibus jam dictum.

Ad L. Si convenerit. XXVI.

Sciendum eſt, ex voluntate litigatorum à Prætore, vel Præſide judicem eum dari quem volunt, *l. Ex conſenſu 23. infra, de appell.* non quem pars una petit, *l. obſervandum 47. de judic.* Dabitur itaque judex quem utraque pars petet. Eam ob rem dubitabatur, an poſſet appellari à judice dato ex voluntate utriuſque. Et *d. lex 23.* ait appellari *citra compromiſſum*, id eſt, ſi judex non ſit compromiſſarius à quo appellare non licet. Judicabit autem judex etiam die feriato, *l. ſi feriatis 6. ſup. de feriis*, quæ lex cum hac l. 20. ex inſcriptione conjungenda eſt cum *l. ſi feriatis 36. de recep.* In *l. ſi feriatis de feriis* : oſtenditur, ne die feriato judicium ſit, lege cautum eſſe, id eſt, lege Julia judiciorum, & non eſſe actionem judicati ex ſententia dicta die feriato. Et quod ſubjicitur in *l. ſi feriatis, de recept.* eſt obſcurum ; nec Prætor ſi dixiſſet ſententiam die feriato, valeret, *l. 1. §. 1. de feriis, ſup.* ubi intellige prætore cogente, ex cauſa judicem cogi die feriato ſententiam dicere : niſi ex conſenſu partium : dein ſubjicit : *niſi alia lege, &c.* quod intelligendum eſt de juſſo populi ; non ut plerique dicunt, de lege, id eſt, conventione partium, cum pactio non dicitur lex, niſi quæ contractui adjicitur. Hoc dicitur ſi arbiter ſententiam dixerit die feriato, cogente Prætore, ex conſenſu partium, quod producitur ad judicem, *arg. leg. Pomponius 13. de recept.* ubi comparat arbitrum judici : utrumque cogit Prætor, *l. Prætor, de vac. munerum*, niſi ex cauſa non dicit ſententiam die feriato, ut niſi dies compromiſſi exitura ſit : adjicitur, inquam, *niſi alia lege, &c.* puto autem Ulpianum ſcripſiſſe *niſi Julia lege*, judiciaria ſcilicet, cujus mentio fit in *l. 9. §. pen. l. 41. eod. tit. de recept. l. pen. de judic. l. un. ad leg. Jul. de amb.* Eandem leg. intelligit in *d. l. ſi feriatis, de judiciis*, de qua lege etiam *l. ſicut in provincia 38. §. 1. Ex quibus cauſ. maj.* ut videre eſt apud Dionem l. 53. Et ita intellige hanc leg. ſi nominatim lege Julia exceptum ſit : ne die feriato diceretur ſententia, lex prævalebit juſſo Prætoris : Dies autem feſti, feriative, qui excepti erant lege Julia non obſervabantur : Ideo Tribonianus dixit, *alia lege* ; & ita ad uſum noſtrum adaptanda, ut ſi Prætore cogente ex cauſa arbiter, vel judex ſententiam dixerit meſſium, vel vindemiarum tempore non valeat ſententia, ſed & ſi Prætore cogente ſententiam dixerit die natalis Domini, quem conſtitutiones exceperunt, prævalebit lex juſſo Prætoris. Dies natalitius vocabatur ſol novus. Ex voluntate partium pronuntiat, qui, & quo die datus judicat etiam feriato, niſi lex eum diem nominatim exceperit : Diffe-

Digitized by Google

rentia autem, quam conſtituit Acc. & interpretes inter judicem, & arbitrum nulla eſt; utque conſtituerent hanc differentiam ſunt moti, *l. qualem, in princ. de recept.* quæ opponitur *h. l.* 16. Ait autem *d. lex qualem*, Prætorem cogere arbitrum ad ſententiam ferendam, non ad certam ſententiam; dicit enim, quod ſibi videtur. Et ſi in arbitrum ſit compromiſſum, ut certam dicat ſententiam, nullum eſt arbitrium; ſed veriſſima ratio eſt, quæ eſt tertio loco poſita ab Acc. ut dicamus litigatores ab initio judici, vel arbitro, quem elegerunt, non poſſe præſcribere, ut ferant certam ſententiam: nam alioquin non eſt arbiter, & judex, *l. Item ſi unus* 17. *§. Item ſi plures, eod. tit.* ſed poſteaquam partes ei fecerunt poteſtatem liberam judicandi: ſi tranſegerint inter ſe de re, & optent ſimilem tranſactioni ſententiam judicem ferre, poterit judex eis morem gerere; nam non cogitur ad id, ut in criminalibus, *l. ult. C. de abol.* Ad id placet Acc. exemplum; ut ſi convenerit eum, qui tenetur in ſolidum damnari in id quod facere poteſt, cum ea conventio ſit honeſta, ut ſi ante judicium habeatur hæc conventio, *l. ſi quis crediderit, de pact.* poſſum tibi pecuniam credere, ut eam non exigam ultra facultates tuas, aut non poſſit haberi poſt judicium: Et contra quærit Accurſ. ſi convenerit, ut qui tenetur in quantum facere poteſt, teneatur in ſolidum, an valeat: diſtinguit recte Accurſ. cui perſonæ, an propter reverentiam marito, & tunc non valet; ſi ſocio, vel militi ſecus.

Ad L. Præſes XXVII.

Uſuræ uſurarum non debentur ex jure veteri, & ut arbitror, l. 12. tabul. Finge: Judex damnavit aliquem in uſuras uſurarum, expreſſa certa quantitate, puta aureos trecentos; alioquin nulla eſt ſententia, *§. Curare de act.* non nominatim expreſſit uſuras uſurarum præſtari, nec certam quantitatem pro uſuris uſurarum, quia tunc nulla eſt ſententia: valet ſententia ſi condemnaverit in certam quantitatem, etiamſi ea mente ut ſolveret uſuras uſurarum. At cum expreſſim juſſit præſtari uſuras pro uſuris, vel quid pro uſuris uſurarum, *l. 1. §. Item cum contra, quæ ſent. ſine appel. reſcind. l. 2. Quando appell. non eſt nec.* reſciditur ipſo jure, id eſt, lege, *l. 5. §. 1. qui & à quibus man. lib. non fiunt*, non tantum per exceptionem, ſicut & rumpi dicitur ipſo jure, vel exceptione. Sententia ergo, quæ dicitur nominatim contra leges, & conſtitutiones, ipſo jure nulla eſt: contra leges autem, qui expreſſim, & palam contra illas pronuntiat, ut ſi pronuntiet pupillum teſtamentum facere poſſe, vel tres liberos non excuſare à tutela. At non pronuntiat contra leges, qui condemnat reum in certam quantitatem, licet in ea accumulaverit uſuras uſurarum: non pronutiat contra leges, qui conſtitutionum rationem non habet in dicenda ſententia; cum leges, quæ proferuntur in *l. ult. ad leg. Cornel. de falſ.* deſcribebant enim olim patroni integrum reſponſum. Nunc Finge: Protulit quis conſtitutionem qua cauſam ſuam niti putabat. Judex contra eam pronuntiavit, puta quod ad rem non pertinere putaret: ideo non dicitur contra leges pronuntiaſſe. Itaque, qui dixit contra leges, ſcilicet dolo malo, intellige in *l. ult. ad l. Corn. de falſis*. Hæc eſt ſententia *l. 32.* ſententia παράνομος ipſo jure nulla eſt, & reſcinditur neque parit act. judicati, & illa reſciſſione poteſt uti intra 30. annos: poſt 30. annos omne jus perimitur. Sententia ἄδικος reſcinditur per appellationem intra biduum in cauſa propria, intra triduum in aliena: ex Novella 23. intra 10. dies; & niſi intra id tempus appellarit, non poterit appellare; ut ſi quis damnetur in uſuras uſurarum, intra 10. dies appellandum, & niſi appelletur, ſtabitur ſententiæ. Ita differt Judex ab arbitro, in *l. diem, §. ſtari, de recept.* In fi. hujus legis, ſi Titius intra legem non appellaſ-

A ſet, intellige Juliam, quæ conſtituit biduum, aut triduum retractandæ per appellationem ſententiæ.

Ad L. Duo judices XXVIII.

Competens judex eſt magiſtratus, qui dedit judices; nam dati non ſunt competentes, quia juriſdictionem non habent, ſed notionem. Et ita ſi duo dati ſunt judices, qui non conſentiant in dicenda ſententia, cum unus reum cenſet abſolvendum, alter domnandum, utraque ſententia erit in ſuſpenſo; ſed ea valebit, quam competens judex confirmabit: ut enim conſenſionem confirmat, ita diſſenſionem, diverſaſque ſententias, vel contrarias judicum datorum B dirimit judex competens, qui dedit, id eſt, magiſtratus. Obſtat *lex* 38. *inf.* quæ dicit, inter pares numero ſententias eam prævalere, quæ facit pro reo. Ergo non eſt opus confirmatione: ſed explicanda prius lex, antequam reſpondeatur. In cauſis liberalibus quibus quæritur de ſtatu hominum, prævalet ſententia, quæ facit pro libertate; quod parum eſt, niſi adjeceris, etiamſi is, qui litigat pro libertate ſit actor: nam alias prævalet ſententia pro reo; ſed & pro actore, ut ſi aſſerat ſibi libertatem, id eſt, ex conſtitutione Divi Pii, quod etiam eſt ex lege Junia Petronia, *l. lege* 24. *de manumiſ.* Obſtat. *l. duobus* 30. *de liber. cauſa*, quæ facit potiorem ſententiam, quæ eſt contra libertatem: ſi aut unum eſt judicium, & plures judices, aut plura judicia, & ſunt ſemper plures judices: ſi unum ſit judicium, & C plures judices, non prævalet eorum ſententia, qui judicant pro libertate. In una eademque cauſa ſi plura ſint judicia, ut ſi Titius cum primo agat de libertate ſua apud Cajum, idemque cum Secundo apud Sejum, & evenerit ut uno judicio pronuntietur liber, alio non, danda eſt opera ut hæc judicia duo diverſa conſentiant: quod ſi hoc fieri nequit, ducetur quaſi ſervus ab eo, cujus ſervus pronuntiatus eſt, nec prævalebit cauſa libertatis. Itaque videtur prævalere cauſa ſervitutis. Sed tamen adjicitur, quod videtur eſſe à Triboniano, commodius eſſe ut ſit liber, & pretium victori præſtet. Igitur in cauſis liberalibus ut indiſtincte pronuntietur pro libertate, ſi diſpares ſint judicum ſententiæ, in aliis cauſis pro reo judicandum. Nec alia eſt ratio *leg. ſi pars, de inoff. teſtam.* quæ ait, ejus par- D tis ſententiam ſequendam, quæ ſecundum teſtamentum pronuntiavit. Quidam dicunt, id obtinere favore teſtamenti: ſed vera ratio eſt, quia pars, quæ judicat pro teſtamento, pro reo judicat, cum quo filius egerat querela inofficioſi: Et hoc protrahi debet ad teſtes ex *d. leg.* 24. *de manum.* ſi teſtes dixerint pari numero pro libertate, pro libertate eſſe judicandum. Ergo ſi pari numero dicant teſtes pro reo, & actore, pro reo judicandum. Quod autem dicimus, prævalere ſententiam, quæ pro reo facit, ſi pares ſint judices, id quidam exiſtimarunt locum habere in cauſis criminalibus, in civilibus non item. Hæc refelluntur per legem 38. ibi: *quod & in judiciis publicis:* unde concludendum: Reos cujuſcunque generis paribus ſententiis abſolvendos. Quintilianus declamat. 254. *lex jubet eos abſolvi, qui pares ſententias* E *tulerint:* & hoc miſericordiæ cauſa: *d. l. ſi pars, Humanius eſt*, inquit, &c. Rei autem, vel una ſententia damnatur, vel paribus abſolvuntur. Quod & Areopagitæ ſecuti ſunt. D. Auguſtin. de civitate Dei lib. 18. cap. 10. Prævalet item ſententia, quæ exonerat reum: ideoque ſi diverſis ſummis condemnetur, ſpectanda minima. Idem dicam ſi diverſis pœnis condemnetur, *l. factum* 155. *§. ult. de reg. jur.* Et hoc verum eſt ſi duæ ſunt ſententiæ, vel pœnæ: ſed quid ſi tres ſunt ſummæ? Finge: Tres ſunt judices, qui in tres ſummas damnant, & hoc cauſu minima ſpectanda. Quid ergo ſi tres ſunt pœnæ? Finge: Tres ſunt judices; Alius punit capite, alius exilio, alius pecu-

nia : quid fiet ? non potes dicere omnes conſentire in minimam pœnam, ut & in ſumma minima. Et dividendæ ſunt hæ tres ſententiæ ; ita ut numerentur tres, & prima ſententia, & ſecunda non ſunt conjungendæ cum tertia, ut eam opprimant ; ut nec conjungere debes ſecundam tertiæ adverſus primam, ut duorum ſententiæ alteram vincant, neque ſeparandæ, quia diverſæ, & contrariæ : nam quæ inter ſe ſunt diverſæ, & contrariæ ſunt ; ſed prævalet mitior ſententia ; quia non ſunt plures, qui infligant pœnam capitis, quam pœnam pecuniariam : nam unus eſt, qui infligit pœnam capitis, alter qui pecuniæ multam; non ſunt quoque plures, qui infligant exilium. Idem ſi ex judicibus duo infligant exilium, duo capitis pœnam, duo pœnam pecuniariam : nam tertia prævalebit, non media, quod tamen voluit Alciat. Excluditur enim prima ſententia graviſſima, ſecunda comparatur cum tertia, & ſuccumbet mitiori ; media ſententia tanquam gravior. Idem multo magis dicendum ſi ex ſeptem judicibus duo pronuntient exilium, duo pœnam capitis, tres mulctam pecuniariam, quia hoc caſu plures ſunt, qui infligunt mulctam pecuniariam. Quid ſi è contrario ex ſeptem duo infligant exilium, duo mulctam pecuniariam, tres capitis pœnam ? Et omnino dicendum, ſententiam capitalem prævalere, quia potior numero. Idem erit, ac ſi ex ſeptem judicibus alius pronuntiaſſet relegationem, alius deportationem, alius fuſtium caſtigationem, quartus pœnam pecuniariam, & reliqui tres capitalem pœnam ; nam trium ſententia prævalebit. Ergo etiamſi deportandum duo, ſi exilium duo pronuntiarint, tres mortem, mortis ſententia prævalebit ; nec media ſequenda : nam ſi tribus ſententiis non vis quatuor cedere, cur vis duabus tres alias cedere ? Itaque in hac ſpecie prævalebit gravior ſententia : ſed tamen hodie in tribus his caſibus alio jure utimur : nam ex tribus ſententiis fiunt duæ, quia ii, qoi auctores ſunt gravioris ſententiæ, compelluntur omittere graviorem ſententiam, & accedere alterutri ſenteotiæ. Et ita fit, ut media ſententia vincat: nam ſi ex ſeptem duo in exilium, duo in capitalem pœnam, tres in pecuniam damnarint, qui capitalem pœnam dixerunt, accedent potius mediæ ſententiæ, quæ exilio multat, quam minori ; io ſenatuque id obſervatur ; Plinius 8. Epiſt. At quod dicitur ; inter pares ſententias eam ſequendam, quæ pro libertate, & reo facit, verum eſt cum exceptione, niſi aperte appareat judicem inique pro reo, vel pro libertate pronuntiaſſe, *l. ſi parr, de inoffic. teſtam.* cujus exceptionis exemplum in Plinii 6. Epiſt.

Et ut intelligatur, quid reſpondendum ſit ad hanc leg. dicendum eſt, quod & veteres interpretes ſcripſerunt, quod eſt in l. 38. obtinere in judiciis publicis, & judiciis triumviralibus: de quibus eſt *d. lex ſi pars*, cum qua conjungenda l. 38. hujus tit. In noſtro enim jure centumvirale judicium eſt petitio hereditatis, vel querela inofficioſi. Item vera eſt ſententia *d. l.* 38. in extraordinariis judiciis, in quibus non dantur judices ſpeciales : ſed ipſi magiſtratus cognoſcunt, & tunc non expectatur confirmatio, ſi pares ſint ſententiæ privatorum. At ut in *l.* 28. in judiciis privatis ordinariis expectatur confirmatio ejus, qui judices dedit : & à judiciis quibuslibet ſunt ſeparanda arbitria : nam ſi duorum arbitrorum ſententiæ pares ſunt, vel diverſæ, ut ſi unus damnet, alter abſolvat, nullum eſt arbitrium, & nulla datur pœnæ perſecutio : non prævalet ſententia arbitri, quæ pro reo eſt, nec expectatur confirmatio, cum non ſint dati à magiſtratu, ſed recepti : At non potuerunt ipſi arbitri tertium adſciſcere, litis dirimendæ cauſa, niſi duobus caſibus. Primo ſi in eos compromiſſum ſit ea lege, ut Sempronium aſſumerent : Etenim nominandus tertius : alioquin ea lex nulla eſt, *l.* 17. *§. ſi in duos, de receptis* ; altero ſi compellantur à Prætore tertiam perſonam adſciſcere, ut Titium, *d. l.* 17. *§. pen.* Ad id autem ſpectat *l. diem* 27. *§. ſi plures, eod. tit.* quod diximus minimam ſententiam judicis ſequendam.

Ad L. Duo XXXIX.

Diximus de diverſis, & paribus ſententiis judicum, quæ ſequendæ, & quæ confirmatione indigeant : nunc de imparibus ſententiis. Et vetus in hac re jus, tranſlatitiumque eſt. Quod omnium judicum pars major judicarit, ratum eſt, *l. ſicut* 18. *de recept.* major pars eſt, quæ plures habet conſentientes, non ut Accurſ. ait ex gravitate, vel dignitate, vel ratione : nam fieri alias nequit, ut numerentur ſententiæ : At numerandæ, non ponderandæ ſententiæ. Ita in conſtitutione de reſponſis prudentum, quoties quæritur, quam ſententiam prudentes ſequi debeant, eaque dicitur ſequenda, quæ plures habet voces, niſi quam ſententiam ferat Papinianus, cujus vox duabus æquipollet. Ita in teſtibus : nam ſi paria ſint teſtimonia, jubet ut ſequamur eandem normam, quam in judiciis, ſi pares ſint ſententiæ judicum *lege* 24. *de manum.* Ita enim ſi paria ſint teſtimonia, qui dicant pro libertate, pro libertate judicandum, etſi imparia ſint teſtimonia : ſed in teſtimoniorum cauſa plurimum poteſt judicis prudentia, quæ non reſpicit tam ad numerum, quam dignitatem, *l. ob carmen* 21. *§. ult. de teſtib.* Itaque interdum non ponderat judex multitudinem, ſed pondus teſtium : ſed non ita eſt in judiciis : nam ſemper vincit, quod judicum pars major judicarit, 8. Epiſt. Cœlii ad Cicer. ſicut in *d. l.* 18. *de recept.* omnes autem adeſſe debent : nam alioquin ſi major pars judicum judicarit, abſentibus aliis, non rata erit ſententia : nam & omnes judicare jubentur, & abſentia unius irritum facit judicatum, *l.* 39. *in fin.* quæ ſumpta eſt ex Celſi lib. 3. ff. Sed putem legendum ex ſecundo, idque ex *l.* 17. *§. ult. de recept.* cujus ſententia eadem eſt ; idque vero verius apparet ex *l.* 21. *§. pen. & ult. eodem tit. & l.* 23. *eodem.* Qui loci omnes ſunt ex lib. 2. Celſi ff. His adjungenda eſt *l.* 37. *inf. hoc tit.* quæ conjungenda eſt cum *l. ſi parr, de inoffic. teſtam.* quæ vult ſequendam partem eam, quæ facit pro teſtamento. Et hoc quoties pares ſunt ſententiæ : nam ſi centumvirorum ſint impares ſententiæ, & omnes judicarint, ſtatur majori parti ; ſecus ſi omnes non judicarunt : videntur omnes judicaſſe, ſi præſentes ſunt ; quod videtur hoc loco deſignari : ut in ſenatuſconſulto, cujus formula, *de ea re univerſi ita conſuluerunt*, *l.* 2. *ad Vellejan.* atque ex eo colligere eſt, ſi faciendum erat, ſenatuſconſultum omnes adeſſe, & convenire debuiſſe loco, & ſententia. An id in omnibus decretis decurionum locum habet, ut omnes adeſſe debeant ? In judiciis omnibus ſemper oportet ; in curia non : nam quod major pars decurionum decrevit abſentibus aliis, id valet, *l. quod major* 19. *ad municip.* ſatis enim eſt, è tribus partibus decurionum duas adeſſe, *l.* 4. *quod cujuſque univerſ.* Et ibi Acc. *l.* 3. *de decret. ab ord. fac. l. ubi, de tut. & cur. dat. ab his, l. nominationum* 45. *Cod. de decurionibus* : major autem pars conſtat duabus : an deſideratur major pars ? vix deſiderabit quiſquam, ut in Curia, quia Curiæ eſt exiguus numerus, & coactus ; ſunt enim quidam, qui defugiunt decurionatum : ſenatorum autem eſt ingens numerus. Finge eſſe ſupra mille ſenatores, ut Auguſti temporibus : an in ſenatuſconſulto deſiderabis duas partes ? minime : certus tamen numerus ſenatorum requiritur ſenatuſconſulti faciendi cauſa, idque ex eo patet, quod ex Livii lib. 38. 39. ſenatuſconſulta furtim facta fuerunt propter infrequentiam. Item ex eo, quod ſcribit Lampridius, Imperatorem Severum nullas conſtitutiones ſanciviſſe ſine viginti juriſperitis, & non minus quinquaginta prudentibus viris, ot non minus in concilio eſſent ſententiæ, quam ſenatuſconſultum con-

conficerent. Tot adhibuit Conſiliarios in conſtitutione facienda, quot ſunt neceſſarii in ſenatusconſulto faciendo. Id etiam patet ex eo, quod Feſtus ſcribit, quod quoties ſenatnr aliquis volebat impedire ſenatusconſultum, diceret conſuli, qui coegerat ſenatum: numera ſenatum. Quis autem fuerit ille numerus non poteſt definiri abſolute: nam quot opus eſſet ſenatoribus varie præſcribi ſolebat pro negotio quoque: nec enim idem numerus in omni negotio exigebatur. Itaque ſi quot oportet, in ſenatusconſulto ſenatores adfuerint, quod major pars judicarit aliis abſentibus, valet. Alia igitur ratio Curiæ, alia judiciorum: nam judices omnes adeſſe, & judicare debent, non decuriones, niſi ſcilicet jurent quidam ſibi non liquere, ut *l. 13. §. ult. de recep.* tunc enim ſenatnres judicare non coguntur. Finge. Ex tribus judicibus unus juravit ſibi non liquere: non cogetur judicare, nihilque pronuntiabit: Et quod alii duo judicarint, ratum erit, ſive tertius conſentiat, ſive diſſentiat, *l. 36. h. tit.* Ita Actor, qui actione aliqua petit quid, non cogitur deſtinare rem, & colorem rei petitæ, ſi juret ſibi non liquere, *l. 1. §. ſi quis argentum, depoſ. l. in actione 49. de furt.* Nunc circa ſpeciem *leg. 36.* quid ſi contra duo dicant jurentque ſibi non liqnere ex tribus judicibus, an erit ratum, quod unus judicarit? ſic ſane, idque ex Quintiliano, declamatione...... Itaque valet unius ſententia, vel alii expectandi, quoad eis liquebit ex *d. l. Pomponius, §. ult. de recept.* ſed cur vis expectari illos duos, cum ſi unus hoc juraverit non vis eum expectari quoad licuerit? ſed in hac quæſtione conſiderandum quibus verbis concipiatur juramentum: nam ſi unus, vel duo arbitri, vel judices juraverint ſibi non liquere, deſinunt eſſe judices, *d. l. 36.* Gellius 14. cap. 2. ſed ſi juraverit non ſibi liquere, non ſolvitur judicatum, *d. §. ult.* ſed naſcitur inde tamen ampliatio, id eſt, dilatio judicii. Idem eſt, ſi dicam, amplius deliberandum.

Ad L. Tempus XXIX.

NOn eſt neceſſe dicere, quod tempus ſit præſtitutum ad executionem judicati, quia dictum eſt; ſcil. tempus illud, quod præſtitutum eſt executioni judicati: non tantum datur judicato, ſed heredibus, & omnibus ſucceſſoribus juris, adrogatoribus ſcilicet, & his quibus bona addicta ſunt libertatum conſervandarum gratia, ſcriptis heredibus, bonnrum poſſeſſoribus. Itaque datur illud ipſum tempus, quia etiamſi tempus illud dicitur indulgeri humanitatis gratia, *l. tum militi 16. de compenſ.* tamen ex l. 12. tabul. 30. dies, veluti juſtitium indicitur: illud autem præſtituitur cauſæ, non perſonæ. Et hoc dico ad differentiam privilegii, quod diximus in id quod facere poſſunt dari quibuſdam; quia eſt perſonale beneficium temporis. Juſtitium videlicet beneficium eſt reale, non perſonale, heredi autem ait, procedet reſiduum illius temporis. Et male Acc. ait tempus hic prnrogari, allata *l. ult. C. ſi pendente appellat. mors interven.* quæ loquitur de tempore exercendæ appellationis: intra tempora præſtituta exercendæ appellationis deceſſit: heredi, procedet reſiduum tempus defuncti, ſed heredi prorogabuntur quatuor menſes, qui non numerabuntur ex morte deſuncti: unde quæri poteſt, cur in hac lege non prorogetur tempus? In illa ſpecie dantur tempora exercendæ appellationis ad inſtruendam cauſam appellationis, quod novus dominus ſit ignarus rerum defuncti: heres pecuniam debitam defuncto ex cauſa judicati ſcire poteſt.

Lex 30. explicata in l. 2. & 15. ſupra.

Ad L. XXXIII. *Cui adjungetur lex 35.*

HÆ leges ſunt de cauſis in integrum reſtituendis, & hoc eſt, quod dicitur Gallice *Des reviſions de proces.* In integrum cauſam reſtitui ait, & agi, ſi falſis teſtimoniis circumventa ſit religio judicantis conſpiratione adverſarii; teſtibus pecunia corruptis: nam judices jurant in leges, ut patet ex *l. Rem non novam, C. de judic.* & ex Novellis. Et ex cauſa lis poterit in integrum agi, vel apud eundem judicem, vel ſucceſſorem ejus; ſed opus eſt reſcripto Principis. Finge: Actor produxit teſtes falſos, quos largitione ſua corruperat: atque ita elicuit, quam voluit ſententiam, & damnatus eſt reus, cum judex putaret incorruptos eſſe teſtes: Et finge, Præfectum eſſe Prætorio à quo appellari nequit, vel exiiſſe tempora appellationis per ignorantiam rei, libellus eſt Principi porrigendus. Gallice, *il faut revenir par requeſte*. Et ex Principis ſubſcriptione cauſa retractabitur. Hoc reſcriptum eſt ſubſcriptio libelli. Hic reſtitutio alio modo ſumitur, ut infra dicemus.

Duo continentur in hoc reſcripto: primum eſt, ut ille ad quem hoc reſcribit puniat teſtes falſos, & adverſarium, qui illos corrupit, quia tenentur omnes lege Cornelia de falſis, & prius falſum probari oportet, *l. 2. 3. 4. C. ſi ex falſ. inſtrum. l. 11. inf. de except.* Alterum eſt, ut comperto falſo, denuo de hac re cognoſcat. Prinr autem ſententia an proferri poterit ad executionem? minime: nam non parit actionem judicati, ut nec exactionem, & ſoluti judicati erit condictio. Atque ita ipſo jure videtur nulla prior ſententia; ſed tamen opus eſt omnino reſcripto, antequam judex poſſit denuo cognoſcere; ita ut prior ſententia nulla ſit ex reſcripto. Præterea ponit falſa teſtimonia, & teſtes corruptos ab adverſario: quæ dun requiruntur, ut adverſarius puniatur, non ut retractetur lis: Et ſufficit falſa eſſe inſtrumenta, & teſtimonia, ut retractetur cauſa. Poteſt ex integro cauſa agi, ſi reus aliquis de ſe mentitus ſit in quæſtione, ut accidit deploratis, comperto mendacio ante ſupplicium, æquum eſt reſtitui condemnatum: ſed Præſes, qui condemnavit, non poteſt reſtituere; ſed Principi ſcribere poteſt, ut reſcribat Princeps, ut reſtituatur, *l. 1. in fi. de quæſt.* Alius caſus eſt, quo lis retractatur, & reſtituitur judicatus, ſi forte non haberet probationum inſtrumenta: quæ repererit poſtea, & ex reſcripto Principis poteſt, ex *l. Divi, de pœnis* ex integro reſtitui, cum repererit inſtrumenta, quæ non habebat, cum judicatus eſt, quod negant omnes: ſed advertendum hoc tantum Principes concedere in gratiam damnati, qui forte pœna affectus eſt gravi, ſi dicat ſe reperiſſe inſtrumenta, quibus deſtituebatur, eum damnatus eſt. Quæro quid ſi reus ſit abſolutus? & actore poſtulante, lis retractabitur ob reperta nova inſtrumenta, quibus deſtitutus erat. Imperatores in *l. 35. hoc tit.* dicunt, ſe id quidem permittere in publico negotio, id eſt, fiſcali, vel reip. ex cauſa, ut ſi prævaricatio advocati arguatur, in privato negotio non conceditur; ſed tamen Principis reſcriptum eſt generale 7. Epiſt. Plin. epiſtola ad Macrinum, quo in privato negotio jubet cauſam retractari ob probationes novas; ſed Principes in leges non jurabant, Gallice *de garder les loix*; ſed judices, niſi cum Princeps facit alios jurare in leges; Plinius in panegyr. ſed malum Plinii exemplum *l. 4. C. de re judic.* cum reo abſoluto, non debeat cauſa retractari ob repertas novas probationes: nec obſtat *l. admonendi, de jurejur.* facit diſcrimen inter jusjurandum, quod judex ultro defert in cauſa dubia, & jusjurandum, quod pars parti defert. Fioge: Judex cum detuliſſet jusjurandum, tulit ſententiam ſecundum eum, qui juravit: poſtea adverſarius dicit exiſtere inſtrumenta quibus ſolis uſurus eſt: cauſa agetur ex integro. Solutio: aut lites ſunt finitæ prudentia ſola judicis, & non retractantur lites ob reperta inſtrumenta nova: aut ſunt finitæ inopia probationum exacto jurejurando, & hoc caſu lites retractabuntur emergentibus poſtea probationibus: ſi pars parti de-

ſert jusjurandum, eo caſu non retractatur, quia tranſegiſſe videtur, *l.2. l. tutor, §.1. de jurejur. l.quod ſi deferente, ſup. de dolo*. Alius caſus eſt, quo lites retractantur, ceſſante appellatione, ut ſi una pars quæratur de iniquitate ſententiæ judicis à quo non poteſt appellare, auctoritate Principis ex integra cauſa agetur, Gallice, *par une requeſte civile*. Idque ex reſcripto Principis. Notandum in hoc propoſito aliter accipit reſtitutionem in integrum, quam in tit. de in integr. reſt. contra Accurſ. magiſtratus reſtituunt in integrum ſine reſcripto Principis, jure ordinario, ex edicto Prætoris, datis actionibus reſtitutoriis, reſciſſoriis, opem ferentes lapſis ex his cauſis, metu, dolo adverſarii, ætatis lubrico, vel abſentia juſta, errore juſto, capitis deminutione. Ex aliis cauſis non reſtituunt ſine reſcripto Principis. Item ex certis illis cauſis ex edicto reſtituunt adverſus rem judicatam; ſi ex aliis cauſis reſtituant, dicuntur reſtituere litem, ut retractetur: reſtitutio autem eſt rei, vel juris: item petendæ reſtitutioni in integrum jure ordinario ſunt præſtituta certa tempora, non retractationi, quæ pendet ex indulgentia Principis. Item petita reſtitutione à principe nihil novatur, *tit. C. de in integr. reſt. poſt. ne quid novi fiat*, id eſt, ut res conſervetur integra. At petita retractatio contra, jure ordinario reſtituunt adveſſus ſententiam ſuam, *l.in cauſa, 16. §.ult. & l. ſeq. de minor.* Item cum retractatur à Principe, non retractatur apud eundem judicem, ſi de ejus iniquitate queratur, ſed ejus ſucceſſorem: ſed ex cauſis aliis apud eundem judicem retractabitur, *l.1. de ſent. Præſ.Præt.* Quod ſi non ſit ſucceſſor, ut ſi ſenatus judicarit, puto apud alium cauſam retractari. Plinius 6. Epiſtol. ad Urſum ſcribens. Explicatæ ſunt ll. ſequentes uſque ad *l.42.* in *l.41. §. ult.* ponit fructus conſumptos non eſſe, quia fructus tantum exſtantes reſtituit: at cur non tenetur fructuum etiam nomine, ut *l.certum, C. de rei vindic.* cum poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores pares ſint? Dicemus non teneri de conſumptis etiam poſt litem conteſtatam: & hoc ſingulare eſſe in donatore, quoniam non eſt amare exigendus.

Ad L. XLII.

INitio hujus tituli, & in *l.2.& l.quod juſſit* 14. dictum eſt, judicem ſententiam non revocare: præceptum, juſſum, & interlocutionem, quæ tria idem ſunt, poſſe: verum eſt, non poteſt ſententiam revocare; poteſt tamen quæ ad conſequentiam pertinent, ſupplere eodem die, in hac Lut ſi omiſerit condemnationem ſumptuum, vel remiſſionem, non poteſt poſt eum diem de ſumptibus ſtatuere, nec eo nomine litem de novo agere, etiam ex reſcripto Principis, *l.3. C.de fruct.& lit. exp.* Ex conſtitutione Juſtiniani judex, qui ſumptuum rationem non habuit, eo nomine tenetur victori, id eſt, victori debent refundi à judice fructus, *l.Properandum, §.ſin alterutra, l. ſancimus, C. de judic. Novel.* 82. Regula eſt certa, victum victori damnandum ſumptuum nomine: etiam ante victoriam fit condemnatio ſumptuum contumaciæ nomine in ingreſſu judicii, ut ſi adverſarius ad diem non venerit, & poſtea venerit, non prius audictur, quam ſumptus refuderit, ſi ſubſit ratio damnandi, *d. l. ſancimus, quo jure hodie utimur*: fiſcus nunquam damnatur in ſumptus, ut notat Juliani vetus interpres ad Nov. 21. ex conſtit. Græca, quæ deſideratur in *tit. de ſportulis*. Victor non provocat propter omiſſam ſumptuum condemnationem, *l. ult. C. quando provoc. non eſt neceſſe*: nota ſi victus appellarit, victorem non poſſe appellare, etiamſi ſit omiſſa ratio ſumptuum, videlicet ſi non neget æquam eſſe ſententiam, quam obtinuit, *d. l. ult.* Hi vero qui cognoſcunt de appellatione, etiam ſine appellatione victoris juſtam ſumptuum quantitatem præfinire poſſunt, & rationem ſumptuum habere, quam non habuit prior judex, *d. l. ult.* Porro prius judicium non conſtituitur niſi utraque parte præſente: judicium appellationis etiam μονομερῶς, & una parte præſente, *l. ult. §. ult. de temp. appellat. ex l.3. C. de fructib. litium, & expenſis*. Regulariter agendæ ſunt cauſæ utraquæ parte præſente, *l.ult. quando provoc. non eſt neceſſe*, ſed cauſa appellationis poteſt agi una tantum parte præſente, *d. l. ult.* nunc ſi ſumptuum fiat condemnatio, non expreſſa certa quantitate, etiam poſt ſententiam ab eodem judice ſumptuum æſtimatio fieri poteſt, quia hoc in ſententia ſibi reſervavit. Quod ſi in ſententia ſumptuum non fuiſſet habita ratio, perfunctus eſſet officio ſuo, nec poteſt amplius habere rationem fructuum, niſi eodem die: nam quod eodem die fit, eodem modo fieri dicitur, Accurſ. in *l.3. C. de fructib. & lit. exp.* Et quoties jubet judex expenſas reddi litis, id fit vel expreſſa certa quantitate, vel dilata æſtimatione poſt ſententiam, vel etiam dicit ſuper ſumptibus actori querelam competere; quibus caſibus reſervat integram judicati poteſtatem.

Sciendum etiam eſt poſt ſententiam judicem actorum verba poſſe emendare, ut ait *l. 46. hujus tit.* ſententia autem ipſa ne eo die quo lata eſt, emendari poteſt, *l. judex 55. l. cum quærebatur 62. inf.* Acta quoque alia non poſſunt aboleri poſt ſententiam, quia confecta res eſt, & deſiit eſſe judex: Ante ſententiam poteſt acta abolere ex *l.45. hoc tit.* ex conſenſu partium; & ſi judex hoc permiſerit, *l.26.* quia publice intereſt reſtare memoriam rerum judicatarum.

Ad §. Paulus.

SI plures rei una ſententia damnati ſint, ut plures tutores, ſinguli ex cauſa judicati tenentur tantum pro virilibus portionibus: hoc ita verum eſt ſi ſint damnati generaliter, & ſententia non ſit comprehenſum, ut quod ab altero ſervari non poterit, ſervetur ab alterutro. Finge: nihil tale in ſententia judicantis dictum eſt; quamvis damnati ſint in ſolidum, tamen pro parte virili actione judicati conveniuntur, *l. 1. & 2. ſi plures una ſent. condemnati ſint, l. ſi qui ſeparatim, §. quoties, de appellat. l. ſi mandato, §. Paulus, mand.* nec poteſt agi actione priſtina, quia novatur judicati actione, *l. ult. Cod. de uſur. rei judic.* Adverte ex his, quæ ſupra dicta ſunt, Judicem juſſum, vel interlocutionem mutare poſſe, non autem ſententiam: quam licet non poſſit revocare, per conſequentiam tamen, quæ deſunt, eo die adjicere poteſt: ut ſi condemnet eodem die reum in expenſas; deinde ſi omiſerit ſumptuum condemnationem ex conſtitutione Juſtiniani de ſuo refundet; cum certa ſit regula juris, victum victori in expenſas damnandum, quæ in fiſco fallit. Itaque poſt ſententiam debet judex condemnare victum in expenſas, aut eas compenſari jubebit, Gallice *aux depens, ou depens compenſez*. Neque in ſententia omnimodo debet fieri mentio expenſarum, quæ poteſt fieri, non expreſſa certa quantitate, vel dilata poſt ſententiam æſtimatione, vel etiam ſi dixerit eandem actori ſuper ſumptibus querelam competere; tum enim ſibi reſervavit integram de ſumptibus cognitionem: quod ſi non iſta obſervarit, futurum eſt, ut de ſuo expenſas refundat; niſi nominatim exprimat cur non condemnet. Ex jure veteri victor non poterat appellare ea ſola ratione, quod non facta fuiſſet condemnatio fructuum; quod tamen videbatur, *l. ult. Cod. quando provoc. non eſt nec.* ubi tria dicuntur. Primo, victorem non poſſe appellare ſumptuum nomine, ſi non queratur de iniquitate ſententiæ, idque ex jure veteri: ſed ſi victus appellarit, judicem, ad quem appellatum eſt, ſumptuum condemnationem facere poſſe etiamſi utraque parte præſente cauſa agi deberet, *l. 3. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ſi tamen victus deſerat

cauſ-

Digitized by Google

cauſſam appellationis, ea poteſt, una tantum parte præſente agi, *l. ult. ſ. illud etiam de tempor. app. &* *pareapeqe*, *l. ult. ad Trebell.* Atque ita hi qui de appellatione cognoſcunt rei non actoris facere poſſunt condemnationem ſumptuum, quorum nullam habuit rationem prior Judea. Et cauſa appellationis, una tantum parte præſente agitur: nam Juſtinianus in 2. parte, *d. l. ult. quando provoc. non eſt neceſſe*, loquitur de conſultatione, quæ fit convocato ſenatu, cum eſt provocatum ad Principem, *Nov. 62.* Tertia parte *d. leg. ult.* dicitur, victorem impetrare, ut ceſſante parte contraria, & deſerente provocationem, fiat condemnatio ſumptuum. Atque hoc eſt ſecundum jus vetus, cum judex, ut ſupra dictum eſt, debeat damnare reum in ſumptus, aut de ſuo refundere, *l. ſancimus, C. de judic.* Adverte autem, licet dixerimus ſumptuum fieri condemnationem poſt ſententiam, interdum in ingreſſu litis fieri contumaciæ puniendæ cauſa, *l. Properandum*; *ſ. ſin autem alterutra*, *d. l. ſancimus in princ.* Dictum eſt de actis emendandis ex l. 46. & addidimus ex l. 45. ſi judex permiſerit, & ex conſenſu partium. Diximus ex l. 43. ſi plures damnati ſint, an conveniantur in ſolidum; quæ materia eſt *tit. ſi plures una ſententia C.* nunc tranſeamus ad *l.* 44.

Ad L. Ex contractu XLIV.

PUpilla heres patri fuit, & conventa à creditore paterno judicium ſuſcepit, defendente tutore, & condemnata eſt: deinde abſtinuit hereditate paterna, atque ita hereditas pervenit ad ei à patre ſubſtitutum: quæritur an actio judicati detur in pupillam, an ſubſtitutum? & an in ſubſtitutum, qui non eſt damnatus? ex hac lege non datur actio judicati in condemnatum: nec in heredem, contra *l. 6. ſ. ult. ſup.* Pupilla heres extitit patri, & miſcuit ſe bonis paternis, cum ſuſceperit judicium nomine patris, ita extraneus: nam qua ex cauſa extraneus pro herede videtur gerere, ex eadem cauſa ſuus videtur ſe miſcere, *l. cum bonis 87. ſup. de acquir. hered.* Et quod ſe bonis poſtea abſtinuit, non ideo deſiit eſſe heres: at fuit heres ſine re, ut dicitur in *l. filiis 25. C. de inoff. teſt.* & Ulp. in Fragment. tit. 23. & 28. heres vivo teſtatore eſt, qui eſt ſcriptus, ſed ſine re; mortuo teſtatore cum re: Ergo nec in tutorem pupillæ actio judicati datur, ſed in heredem cum re, non datur in heredem ſine re, *l. 2. de adimin. tut. ſup. l. ult. ſup. ſi quis caut.* ſed datur in ſubſtitutum pupillæ, vel coheredem. Cur autem actio judicati in pupillam, quæ judicata eſt non datur? quia hæc actio in bona rei principalis exercetur hodie, & conſequenter in poſſeſſorem eorum bonorum, *l. 1. C. quando ex facto tut.* Cum igitur bona ad ſubſtitutum pupillæ tranſierint, ſequitur, ut non conveniatur pupilla: nam pupilla quæ ſe abſtinuit, prætori non eſt heredis loco, *l. ſi filius, 12. de interrog. in jure fac.* ex cujus Prætoris edicto executio judicati fit. Addit exceptionem, niſi culpa tutorum pupilla condemnata eſt: quia eo caſu actio judicati exercetur in bona tutoris: nam fuit tutor defenſor: utque judex imperitia facit litem ſuam, ita tutor vitio ſuo; itaque ſubſtitutus ſi conveniatur, excipiet, *ſi non culpa tutorum condemnata eſt*: Obſtat quod dicitur, pupillam, quæ ſe miſcuit patri heredem fuiſſe, licet abſtinuerit ſe: & quod dicitur, vacantem portionem accreſcere heredi, non acquiſitam, *l. aquam, quemadmodum ſervit. amitt. l. 1. ſ. interdum, D. de uſufr. accreſc.* Deinde poſt aditam hereditatem expirat ſubſtitutio, *l. poſt aditam, C. de impub. & aliis ſub.* Quod ait, *poſt aditam hereditatem*, addendum, vel acquiſitam: nihil enim refert, acquiſiveris geſtione pro herede, aut alio modo: ait, *directæ*: nam fideicommiſſariæ poſt aditam hereditatem habent effectum: ait, *non impuberibus factæ*: id eſt, vulgares, expirare ſolent: nam pupillares expirant non aditione, ſed pubertate: ergo poſt acquiſitionem hereditatis extinguitur jus accreſcendi, & ſubſtitutionis vulgaris. In hac lege pupilla acquiſiit hereditatem, quæ ſu[illegible] eſt: nam qui eſt ſuus heres, ipſo jure etiamſi non adiit, tranſmittit, *l. ventre, de acq. hered. l. ſi filius heres, de lib. & poſt.* at pupilla acquiſivit exiſtentia & mixtione: Atque ita falſum videtur, bona pervenire ad ſubſtitutum: verior tamen eſt ſententia Scævolæ in hac l. ut non ſit jus accreſcendi, vel ſubſtitutionis quando pupilla heres non perſeverat in mixtione, ſed abſtinet ſe, ut ſuus heres cum ſe miſcuerit, & abſtinuerit, non tranſmittit, *l. 2. ſ. ſed ſi ſint ſui, ad Tertyl.* Ita abſtentio extinguit potius exiſtentiam, vel miationem; Quod ſi extinguit, non extinguit jus accreſcendi & ſubſtitutionis. Itaque perinde eſt ac ſi non fuiſſet heres: ſed facienda eſt differentia perſonarum, quibus fit vulgaris ſubſtitutio: Aut enim vulgaris ſubſtitutio fit ſuis; vel extraneis: formula hujus eſt: ſi heres non erit, ille eſto. In ſuis intellige, ſi heres non erit eo mortuo vivo patre, vel extiterit, ſed ſe abſtinuerit. In extraneis, ſi heres non erit, id eſt, ſi non acquiſierit ſibi hereditatem, vel ei in cujus eſt, vel in cujus eſſe poſtea cœperit, poteſtate, *ſ. ult. Inſt. de vulg. ſubſtit.*

Obſtat *l. ait Prætor*, *ſ. ſed quod Papinian. de minor.* Pupillus extraneus inſtitutus eſt, & ei ſubſtitutus eſt vulgariter ſervus neceſſarius: pupillus adiit, atque ita excludit ſubſtitutum: verum abſtinuit ſe per in integrum reſtitutionem, & ait, neque ſervum heredem, neque liberum fore: ſic igitur poſt aditionem hereditatis extinguitur ſubſtitutio vulgaris: ſed hic *ſ. ſed quod Papin.* loquitur de pupillo extraneo, qui adivit: in hac lege noſtra agitur de pupillo ſuo. Duæ enim inter eos differentiæ ſunt. Prima, ſubſtitutioni vulgari factæ pupillo ſuo ineſt pupillaris, *l. jam hoc jure, de vulg.* ſubſtitutioni vulgari factæ extraneo pupillo, non ineſt pupillaris: ſed an dicemus, facta vulgari ſubſtitutione pupillo ſuo, poſt abſtentionem pupilli, ideo admitti ſubſtitutum, quod ſubſtitutus intelligatur etiam in ſecundum caſum? non: quia ſubſtitutioni pupillari non eſt locus vivo pupillo, nec venit ex vulgari: ſed ſi locus eſſet ſubſtitutioni pupillari, caperet ſubſtitutus tantum pupilli bona, non patris. Itaque quærenda alia ratio. Alia differentia eſt, quod pupillus tuus, puta filiusfamilias, qui miſcuit ſe, ipſo jure, id eſt ea edicto Prætoris, poteſt ſe abſtinere, etiam non petita reſtitutione in integrum, *l. impuberibus*, *l. neceſſariis*, *de acquir. hered. ſup.* Atque ita pupilli ſui abſtentione, non ſtatim extinguitur jus accreſcendi, & ſubſtitutionis, quia ei liberum eſt intra conſtituta tempora pœnitere. Extraneus autem pubes vel impubes non poteſt abſtinere, niſi reſtitutus in integrum. Pubes etiam ſuus qui miſcuit ſe, non poteſt non eſſe heres, & non poteſt abſtinere ſine reſtitutione in integrum, *l. neceſſariis*. Aditio extranei, vel mixtio puberis ſui extinguit vulgarem ſubſtitutionem, vel jus accreſcendi, quia, qui adivit, vel miſcuit ſe, non poteſt non adiiſſe, atque ita extinxit ſubſtitutionem, vel jus accreſcendi: mixtio pupilli ſui vel exiſtentia non extinguit ſubſtitutionem vulgarem, vel jus accreſcendi, quia ei eſt integrum mutare ſuam voluntatem, nec videtur plene hereditatem acquiſiſſe, qui poteſt eam ſpernere ipſo jure, ſine auxilio Prætoris.

Male Accurſ. ait, pupillam fuiſſe in integrum reſtitutam, quia id non eſt neceſſarium, cum ipſo jure reſtituatur: male, non videri ſubſtitutionem vulgarem extinctam aditione hereditatis, ſi per in integrum reſtituta, abſtineat: Hoc enim falſum eſt, & male comprobat ex *d. ſ. Et gaod Papinianus*: Qui ſ. diverſum dicit, à quo excipitur unus caſus. Exceptio eſt, niſi ſubſtitutus ſit ſervus neceſſarius, & non ſit ſolvendo hereditas. Finge quemdam adiiſſe hereditatem; atque ita ſubſtitutus, & legitimus excluduntur

Digitized by Google

tur præter fiſcum : nam bona vacantia fiſcus ipſo jure petit, quæ repudiat ſi non ſunt ſolvendo, *l. 1. §. an bona, de jure fiſci*, *l. ſervus*, *§. qui teſtam. fac.* Inſames autem erant defuncti, quorum nomine bona venibant, quæ ſolvendo non erant : Et ideo ſervus non admittitur ex jure ſubſtitutionis, ſed reſcripto Divi Pii, *d. §. ſed quod Papinianus*, *l. 3. Cod. Theod. de inoffic. teſtam.* Illa exceptio habet rationem : ſed male hinc colligitur, per in integrum reſtitutionem fieri, ut non adita videatur hereditas : male item, fiſcum vocari, ſi pupilla non habeat ſubſtitutum, nec coheredem ex *l. ult. de ſucceſſ. edict.* Cur non perveniunt ad legitimos heredes, quia excluſi ſunt : ſed hoc falſum eſt : nam ſi mixtio illa pupilli non extinguat ſubſtitutum, vel coheredem, cur excludat legitimum heredem ? Et *d. l. ult.* loquitur de en, qui accepit bonorum poſſeſſionem, & abſtinuit ſe per in integrum reſtit. nos loquimur de eo, qui ſuo jure abſtinuit ſine in integrum reſtitutione.

Ad L. Acta XLV.

TRes ſunt ſententiæ. Prima, judicem acta apud ſe habita eadem die circumducere poſſe partibus conſentientibus : poſt definitivam ſententiam acta non poſſunt circumduci, quia judex videretur ſententiam mutare ; Acta poteſt mutare, Et eo pertinet ſecunda Pauli ſententia, quæ vult, judicem pedaneum ſententiam non poſſe remittere ſine auctoritate Principis, de qua dictum eſt in *l. 42.* Tertia ſupereſt, cui adjunge *leg. 54.* Indefenſi pupilli, quos neque tutor, vel curator legitime conſtitutus, neque actor, qui datur à tuture, quia non poteſt intereſſe liti, defendit, non poſſunt damnari. Primum pro eo indefenſo lata ſententia valet, contra eum, non item, *l. non eo, C. de procur.* contra eum non *l. 3. C. ſi adverſus rem judic. l. 2. C. qui leg. perſon. in judic. hab.* Ideo non eſt neceſſaria appellatio, reſtitutio in integrum, actio judicati, quia ſententia ipſo jure nulla eſt. Differentia eſt inter actionem judicati, & executionem : Actio judicati datur ſi dubitetur, an judicatum ſit, & ei actioni addicitur judex delegatus, qui cognoſcat, an ſit judicatum, *l. ſi Prætor, in princ. ſup. de judic.* Executio judicati datur ſi nemo neget judicatum, & huic executioni non addicitur ſpecialis judex ; ſed ſit per Prætorem ipſum, qui judicavit, *d. l. ſi Prætor*, *in fi.* Et quod in minore dictum eſt, idem in Repub. locum babet : nam contra Rempub. indefenſam ſententia nulla eſt proferenda, *l. 1. C. de jure Reipub. l. 11. l. Reſpub. quib. ex cauſ. maj. & l. 3. C. de jure Reip.* Recte, nulla : nam nec interlocutoria valet, & indefenſo minore non ſunt acta circumducenda, nec inſtantia, *l. ſi Præſes*, *C. quomodo, & quando Judex*. Interlocutoria non perimit inſtantiam, *l. Et poſt*, *ſup. de judiciis* : cauſæ bonæ nonnunquam eſt mala inſtantia, Gallice, *quand on ne pourſuit pas bien ſon droit*, in *d. l. Et poſt* : qui inſtat provocat adverſarium, & ea ratione celerius pervenit ad jus ſuum. Inſtantia eſt acceleratio, nec eſt ſententia proferenda ex edicto peremptorio, id eſt, propter cauſam contumaciæ contra minorem, *l. contra pupillum 54.* & adjungit minoribus abſentem Reipub. cauſa : minores tamen defenſi legitime, & damnati poſſunt reſtitui ; abſentes Reipub. cauſa defenſi non poſſunt reſtitui, niſi in hoc, ut appellent etiam poſt præfinitum tempus, ſi ſit judex à quo appellari poſſit, *l. ult. de in integr. reſtit.* hæc lex 54. poteſt trahi ad alios ; ut ſi quis muneri publico adeſſe non potuerit, & parere edicto peremptorio in *d. l. ſi Prætor*, *§. ult.* ſi dicta ſententia in abſentem Reipub. cauſa indefenſum ex edicto peremptorio, non valet : multo minus valet ſententia dicta in eundem, non propoſito ullo edicto peremptorio : quia in quemlibet abſentem, quacumque ex cauſa dicta ſententia abſque edicto peremptorio non valet ſed obſtat *l. 1. C. quib. ex cauſ. maj.* ubi major abſens Reip. cauſa damnatus reſtituitur : ergo valet ſententia : ſed placet Accurſ. in *d. l. 1.* qui dicit præſente eo litem fuiſſe conteſtatam, dein abſentem fuiſſe. Et hoc probatur ex *l. ult. quomodo, & quando judex* : in hanc rem de abſentibus Reip. cauſa vulgo citatur *l. 4. C. de procur.* quod non permitto, cum non ſit de Reipub. cauſa abſente, & falſo conjungitur cum *d. l. 1. quomodo, & quando*. Deinde non eſt de Reipub. cauſa indefenſo, ſed de abſente quolibet, ut ſi mulier eum defendat, *l. alienam*, *C. eod.* Ideo indiget reſtitutione in integrum, quia utcumque defenſus eſt : ſatis dictum eſt, contra quos abſentes dicta ſententia non valeat : nunc videamus qualiter contra indefenſos valeat : contra abſentem indefenſum damnatum ex edicto peremptorio, vel indefenſum abſentem contumaciter, ſi edictum peremptorium ei notum fuerit, lata ſententia valet, & ab ea appellari nequit, *l. 1. C. quorum appellat. non recip. dict. l. Et poſt*, *§. ult. de judic.* Et ait *l. 53.* damnari damno litis, quia non appellat. Et hoc in cauſis civilibus, & criminalibus non capitalibus : nam ſi capitale ſit crimen abſens nullo modo damnari poteſt, idque ex *l. abſentem*, *de pæn.* ſed adnotatur inter reos quaſi requirendus, dein edicto peremptorio adeſſe jubetur, bonis ejus obſignatis, quæ fiſco vindicantur, *titul. de requirend. vel de abſent. damn.* Altera propoſitio : contra indefenſum, & abſentem non contumacem, id eſt, non ex edicto peremptorio evocatum, dicta ſententia ipſo jure nulla eſt, *l. 1. §. Item cum ex edicto*, *ff. quæ ſentent. ſi appell. l. ea, quæ*, *C. quomodo, & quando judex*, *l. 47. hujus titul.* ait, *præſentibus omnibus quos cauſa contingit*, in *l. non ita 9. de adopt.* adhibitis his, qui læderentur adoptione. Et ita in reſtituendis natalibus ſi filii legitimi fiant, neceſſe eſt adeſſe agnatos. Item in petenda reſtitutione quorum intereſt, *l. in cauſa 13. de minor.* Quod adjicitur in *d. l. 47.* eſt exceptio ſuperioris. Breviter ait, niſi ſit damnatus ex contumacia : contra abſentem licet indefenſum propoſitum edictum peremptorium valet. Ergo ex eo edicto ſententia. Addendæ aliæ exceptiones, quarum una eſt in *l. ne diu 21. C. de pæn.* quæ loquitur de apparitorum prava perfidia, quam licet judici punire, eo apparitore abſente, odio apparitoris, cujus gratia introductum eſt, ut à ſententia proprii judicis in criminali cauſa non poſſit appellare : In civili quidem poteſt, *l. 3. Cod. quorum appell. non recip.* de Cæſarianorum, id eſt, apparitorum fraudibus in *l. 7. Cod. de jure fiſci* : malum dixit neceſſarium Alexander apparitores rationalium, & rationales apud Lampridium in *Alex. Sev.* Hine Gallice *Sergens*, quaſi Cæſariani. Et dicuntur Catholiciani, quia Catholicus Cæſar dicitur. Alia exceptio eſt in *l. 2. §. quod de frumentario*, *de adminiſt. rer. ad civit. pert.* Finge : Sitona, id eſt, adminiſtrator frumenti : debet frumentum reddere, & ſi pronuntietur in eum abſentem, valet ſententia propter urgentem rei frumentariæ neceſſitatem. Deinde cauſæ appellationis poſſunt agi μονομερῶς, id eſt, una parte tantum preſente, ut *l. ult. ad Trebell. l. ult. §. Illud*, *de temp. appellat.* Priori cauſæ *utraque pars adeſſe debet* : ac præterea quod dictum eſt in abſentem, & indefenſum datam ſententiam non valere, hoc ita procedit ſi, & abſente eo, & contumace judicium inchoatum, & pronuntiatum ſit : nam ſi utraque parte præſente lis conteſtata ſit, quod alio modo conteſtatio fieri nequit, ſcilicet nonniſi parte præſente utraque, finem accipiet recte, altera parte abſente licet non ſit contumax, *l. ult. C. Quomodo, & quando judex*. Itaque appellatione opus eſt, idque oſtendit *l. & poſt*, *in fine*, *de judic.* ex cujus fine appellationi locus eſt : ergo valet ſententia. Itaque ſequitur utramque partem litem conteſtatam. Superiore caſu ſi abſente parte, judicium ſit inchoatum, & terminatum ſententia judicis, non eſt opus appellatione,

ne, *l.* 1. *§. cum ex edicto, quæ ſententia ſine appell. reſcind.* Huc pertinet *l.* 3. *C. quomodo, & quando judex*, quæ loquitur de ſententia lata in abſentem, quæ non habet firmitatem, id eſt, ipſo jure nulla eſt, ſi non ſit accommodatus conſenſus. Ergo debet inſtituere querelam, non autem provocare. Quod obtinuit in teſtamento ipſo jure nullo: nam oportet filium queri, alias taciturnitate valeret, *l. filio præterito, de inj. rupto teſtam.* Aliud querela, aliud appellatio eſt *in l. ſi nominatus, Cod. Theod. de appell.* querela ineſt appellationi, non contra. Cum ſententia dicta eſt per contumaciam in abſentem, tunc nec querelæ, nec appellationi locus eſt, ut non poſſit agi cauſa de integro per reſtitutionem in integrum *in l.* 53. *hoc tit.* an quod dicat eum damnari litis damno, ſemper damnatur? non, ſi bonam cauſam habet; ſed dicit ſi condemnetur, ut contumax, eum appellare non poſſe, ſed omnino litem perire, *l. ex conſenſu, §. ult. de appell. l. & poſt, §. ult. de judic. l. proper. Cod. eod. Nov.* 82. & inde pendet ratio quæ vulgo non intelligitur *l. liberto, §. litem de negot. geſtis ſup.* Quidam ex litigatoribus litem in judicium deductam deſeruit, quem lex vocat fruſtratorem, id eſt, tergiverſatorem, cunctatorem; qua ratione concontrahitur eremodicium, id eſt, deſertio litis inchoatæ, ἐρήμη deſerta, δίκη cauſa. Itaque agitur μονομερῶς non cognitionaliter, id eſt, partibus cominus conſtitutis, ſeu utraque parte præſente: fruſtrationis amicus non rogatus cauſam egit, cauſas abſentiæ allegans, & condemnatus eſt abſens ex eremodicio: ille fruſtratoris amicus non appellavit, an hoc ei imputabitur? & ait, culpam non contraxiſſe, atque hoc ſibi verum videri, quia fruſtrator condemnatus eſt, ſcilicet ex ſua contumacia; itaque culpam non contraxit ejus amicus, qui cum non poſſet appellare, non appellavit, cum abſens non poſſet. Quæritur ab interpret. an dicta ſententia pro abſente valeat? quod idem de furioſo quæritur *in l. furioſo, ſup.* & conſtat pro abſente contumace dictam ſententiam valere, *d. l. properandum, & d. l. & poſt, l.* 1. *C. quomodo, & quando judex*, quæ eſt de abſente contumace. Et dubium hujus leg. 1. eſt, reſcriptum, quo imperator dicebat abſentes damnari ſolere, abſentes ſcilicet per contumaciam, non tamen ſemper damnandos, quia poſſunt abſolvi. Nunc ſi pro abſente contumace dicta ſententia valet, qui litem inchoatam deſeruit; & pro abſente non contumace multo magis, videlicet ſi litem conteſtatus ſit: nam ſi litem conteſtatus non ſit, non poterit quis damnari abſens, *l. certum, §. ſi quis, infra, de confeſſis.* Et quamvis dicatur, pro minore indefenſo valere dictam ſententiam, hoc ita accipiendum eſt, ſi minor egerit cauſam per ſe, vel per alium, non interveniente tutore, vel curatore, non tamen eſt defenſus, *l. non eo minus, C. de procur.* Sed quid ſi minor nunquam judicio interfuerit, nec quiſquam ejus nomine, an valebit ſuper eo ſententia? non. Contumax eſt, qui contemnit, Græce καταφρονητὴς: quæro, an ſit opus tribus edictis, an peremptorio? Hoc in arbitrio judicis, ut ait *l. nonnunquam, de judic.* Evocatur tribus edictis abſens, intermiſſo inter quodque edictum ex jure veteri 10. dierum ſpatio, menſis ex *Nov.* 112. Interdum poſt tertium proponitur quartum, quod dicitur peremptorium, quod non patiatur adverſarium tergiverſari. Tria tantum interdum proponuntur, *l.* 2. *l. conſentaneum, l. tres, quomodo, & quando judex.* Interdum unum, quod eſt vice omnium, quod eſt peremptorium, quia poſt hoc non ſequitur aliud: Alias judex evocat tribus denuntiationibus, vel literis. Edicto publice affiguntur, denuntiationes fiunt per officia, id eſt, apparitores; Literæ mittuntur ad reum, vel magiſtratum ad requirendum reum, *l.* 1. *&* 4. *ff. de requ. vel abſent.* Paul. 5. *Sent. & l. abſentem, de pœnis.* Heic male legitur, detracta *vel:* particula, itaque lege, *vel literis*; excuſatur interdum: Finge: morbo ſontico non poſſe adeſſe, an incidet in pœnam? non, *l. ſi prætor, in fin. de judic.* Itaque licebit ei de integro cauſam agere, vel ſi præfinitum tempus litis lapſum ſit per reſtitutionem in integrum. Ideo ſi ad majus auditorium evocatus ſit, cum eodem die tribus quoque edictis ad minus evocatus eſſet; vel finge eum, qui evocatur tribus edictis nondum re perfecta mori, & mortuum condemnari, an valet ſententia? non. Adverte tamen, lite conteſtata, mortuum recte damnari; ſed qui mortuus eſt, non quaſi contumax condemnabitur. Et hoc eſt, quod dicitur; morte ſolvi peremptorium. Itaque dicta ſententia, non valet, *l. in ſententiis* 59. *§. ult. hujus tit.* Et ab herede lis retractabitur: qui §. continet reſcriptum: nam Pandectæ ſunt refertiſſimæ reſcriptis ſive conſtitutionibus, ut *l. ſi uxor, §. judex ad l. Jul. de adult.* Auguſtinus ad Pollentium ait eſſe Antonini conſtitutionem in Cod. Gregoriano. Contumax non eſt, qui non parat judici incompetenti, id eſt, judici quem conſtat non eſſe competentem. Finge enim vocari ad eum, quem ambigitur, an ſit competens, ſi non paret, pro contumace damnabitur, *l.* 2. *§. ſed ſi dubitetur, & l.* 5. *de judic.* Ergo multo magis ſi ſit competens, & non pareat. *In l.* 48. *hoc tit.* Decreta ſunt ſententiæ cauſa cognita prolatæ. Objiciunt *l. Judices, C. de ſentent. & interloc. omn. jud.* verum lex *decreta* pertinet ad urbem: nam de prætorum decretis loquitur. *Lex judices* ad Provincias: ſcripta enim eſt Juliano Proconſoli Aſiæ.

Ad L. Si quis dolo LI.

NOn loquitur de eo, qui bonis ceſſit: nam etſi poſtquam bonis ceſſit, bona veneant, non ſit dolus; nam ceſſionem ſequitur venditio, *l. Debitores* 11. *C. ex quib. cauſ. infam. l.* 3. *&* 5. *de ceſſ. bon. inf. l.* 2. *&* 4. *C. qui bon. ced.* tamen non recte dixeris eum dolo feciſſe, qui ceſſit bonis, ut venderentur ejus bona; quia ceſſio bonorum eſt permiſſa lege Julia, cujus duplex eſt beneficium, ut debitor liberetur carcere, nexu, & liberetur infamia; nam venditio, quæ ſequitur ceſſionem, non irrogat infamiam, ſi ultro ceſſit; nam ſi eo invito venderentur ejus bona, venditio afferet infamis; non autem, qui ſponte ceſſit, & ſuo jure utitur, *l. nullus de reg. juris.* Non eſt intelligenda hæc lex de marito, muliere, ſocio, qui non tenentur ultra facultates, & tamen ſi dolo deſierunt facere poſſe, tenentur, *l. verum, in principio, pro ſocio l.* 22. *§. ult. h. t. l. etiam, §. ult. ſol. matrim. l. ſin. §. cum autem, C. de rei uxor. act.* Et videtur hæc lex poſſe de his intelligi; ſed non loquitur de debitore, qui vendidit bona ſua; ſed de debitore cujus creditores bona vendiderunt. Non loquitur ergo hæc lex de marito, patrono, & ſimilibus, ſed ſimpliciter de eo cujus bona creditores vendiderunt, *l. ult. C. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* Itaque ſciendum ex edicto Prætoris, ſi debitor alienarit bona ſua in fraudem creditorum, dari actionem in eum, in quem alienavit, reſciſſoriam, quia revocantur alienata, & poſſidentur. Quæ actio dicitur Pauliana, & datur in eum, qui alienavit, vel fraudatorem, *l.* 2. *quæ in fraud. cred.* & utraque actio eſt annalis, & annus ille numeratur ex die factæ venditionis, *l.* 6. *§. ult. quæ in fraud. credit. l. pen. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* Hæ autem actiones dantur poſt alienationem. Ad hæc pertinet *l. ult. Cod. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* quæ eſt difficilis. Species hæc eſt: Creditoris fraudandi cauſa debitor quidam debitorem ſuum liberavit donandi animo. Lex ait eum fraudatorem ex edicto perpetuo intra annum utilem teneri in quod facere poteſt, vel dolo malo fecit quo minus poſſit. Loquitur hæc lex de eo, qui ceſſit bonis, non loquitur de debitore, qui debuit ex cauſa donationis: & ideo, qui non tenebatur, niſi in id quod facere poteſt. Dico, vaticinari eos, qui dicunt eam loqui de debitore donationis cauſa liberato; ſed de quocumque debitore: non eſt accipiendus debitor acce-

cepti-

ceptilatione liberatus tantum; ſed is debitor tenetur in A ſolidum ſi ſcivit fraudem; ſin minus in quantum facere poteſt, *l. 6. §. in his, quæ in fraud. credit.* Et de eo loquitur, qui tenetur ex edicto, quæ in fraudem creditorum, in quantum facere poteſt, vel in quod deſiit dolo malo poſſidere: nam qui dolo malo deſiit idoneus eſſe, pro idoneo eſt, & amittit privilegium ne damnetur ultra facultates. Atque ita dabitur ex eodem edicto actio non tantum in eos cum quibus debitor fraudavit; ſed in debitorem, poſtquam exutus eſt omnibus bonis. Eſt igitur actio inanis, cum detur in egenum. Fateor; ſed datur pœnæ cauſa, *l. ult. §. ult. quæ in fraud. cred.* ut coerceatur carcere, & vinculis jure civili. Hodie non aliter, quam ſi ſe huic pœnæ obligarit, *l. 1. & ult. C. qui bonis cedere poſſ.* Hinc beneficium ceſſionis bonorum, ne vexentur carcere. Aliud in debito- B ribus tributorum, qui debent fiſco, *l. 2. C. de exact. tribut.* Et ſic aliorum creditorum deterior eſt conditio, quam provincialium, qui tributa pendunt. Nam ſi debitor paſſus ſit bonorum venditionem cum infamia, in eum datur actio pœnæ cauſa: id eſt ſi quid acquiſivit poſt venditionem datur in eum actio pro modo ejus, quod acquiſivit: vel ſi rem diſſiparit dolo malo, ut non poſſit revocari actione Pauliana, datur in eum actio in ſolidum: & hoc ait in *princ. hujus legis*, cum ait tenetur in ſolidum, ut carcere fatigetur, pœnæ cauſa, ut ait *l. ult. quæ in fraud. credit.* in eum, qui paſſus eſt venditionem, & quod acquiſivit datur actio in quantum facere poteſt. Similiter is, qui non ultro ceſſit bonis, ſed neceſſario paſſus eſt venditionem, tenetur in quantum facere poteſt, niſi dolo malo fecerit, quo minus facere poſ- C ſet: Et qui non invitus paſſus eſt venditionem, infamis eſt, & plectitur carcere, & vinculis.

Ad §. 1.

OBſcurus eſt hic §. ob verba: *Si venditor præſtiterit.* Sunt qui legant: *Si vetitor*. Finge: creditor miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum, ſed extraneus non admiſit, quo nomine tenetur actione pœnali quantum ejus intereſt ex *l. 1. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus eſt.* An debitor erit liberatus? ſic videtur, quia creditoris nihil intereſt, cum ſit conſecutus omne ſuum ab extraneo, & dicta lex ait, debitorem liberari; ſed vox illa *vetitor*, Latina non eſt: ſed & falſum eſt, debitorem D eſſe liberatum, quia ſi creditor à debitore petat, idem non petet, quod ab extraneo habuit, quia pœnam conſecutus eſt. Itaque petet recte à debitore, ut fit in edicto de tabulis exhibendis, ubi ponitur actio eadem pœnalis, *l. 3. §. condemnatio, ff. de tabulis exhibend.* Acc. in *l. 1. §. hanc actionem, ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.* exiſtimat ita diſtinguendum: Aut debitor prohibuit creditorem in poſſeſſionem mitti: & ſi conſecutus ſit, quod ſua intereſt, debitor liberatur: Aut extraneus, & ſi conſecutus ſit, quod ſua intereſt, debitor non liberatur, quia tulit pœnam, *d. §. condemnatio.* Ergo falſa lectio, Baſilica legunt: *ſi emptor*. Species eſt: Extraneus prohibuit creditorem in poſſeſſionem ingredi: deinde vendidit: & emptor creditori præſtitit id, quod intereſt; eo caſu debitor liberatur, quod falſum eſt; E & emptor poſſet quidem ultro ſolvere vice venditoris, qui prohibuit, ſed non poſſet ad id compelli actione pœnali. Alii male: venditor, id eſt emptor nominis, ſed non abutuntur hoc nomine noſtri auctores. Alii interpretantur: venditor, id eſt, emptor ſimpliciter. Species: debitor vendidit bona creditorum emptor tenetur actione Pauliana, ſed latitat: creditor mittitur in poſſeſſionem bonorum; ſed non admittitur ab emptore, qui præſtat, quod ejus intereſt, & debitor liberatur: Idem ſi alius creditor, vel extraneus idem præſtiterit; quod falſum eſt, ut jam dictum. Itaque legendum in hoc §. *ſi debitor*, & ponendum, debitorem prohibuiſſe creditorem ingredi in poſſeſſionem, & præſtitiſſe, quod ejus intererat. Itaque lege: *Si debitor:* deinde *quæſitum an debito liberetur*. Itaque ſi debitor præſtiterit pœnam ex edicto, ne vis ei fiat, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, liberatur, quia non tam pœnam, quam debitum præſtitit, quod non ita eſt in extraneo. Vide Obſerv. lib. XII. c. 23.

Ad L. Poſt rem judicatam LVI.

ORatio Divi Marci pertinet ad confeſſionem; ut ea obtineat vicem rei judicatæ, ut & jusjurandum: Nam confeſſio, & jusjurandum obtinent vicem rei judicatæ, *l. 1. ff. quar. rerum actio non detur*, quia adverſarius deferendo jusjurandum, adverſarium de cauſa ſua judicem facit. Confeſſus in jure pro judicato habetur ex 12. tab. maxime ſi de credito ſit confeſſus. Hodie ex oratione D. Marci, ex omnibus cauſis, in jure confeſſus pro judicato eſt, *l. 6. tit. ſeq.* & tempora judicati dantur confeſſis, ut judicandis, *l. 21. de judic.* Poſt rem jurejurando deciſam, & confeſſionem, & rem judicatam nihil quæritur; ſed tamen jusjurandum in aliquo habet majorem vim, quam res judicata, *l. 2. de jurejur.* ut, & confeſſio: nam poſt rem judicatam appellari poteſt, poſt confeſſionem in jure factam, nequaquam, *l. donari, §. quidam, ſup. de donat.* Poſt datum jusjurandum quoque non appellatur, nec ex integro cauſa agitur niſi prætextu novorum inſtrumentorum: neceſſarium jusjurandum, quod refertur: judiciale, quod defertur à judice, voluntarium, quod à parte defertur in judicio, vel extra judicium, & ne ex hac cauſa poteſt retractari, *l. admonendi, ſup. de jurejur.* Præterea major eſt vis jurisjurandi, quam rei judicatæ: quia ſi mulier juraverit ſe eſſe prægnantem, nec ſit prægnans, & ita ſit miſſa in poſſeſſionem ventris nomine, jusjurandum excuſat eam à calumnia, *l. 3. §. pen. de jurejur. ſup.* Sed ſi decreto Prætoris miſſa ſit in poſſeſſionem, non excuſabitur, ſed tenebitur actione pœnali in factum ex *l. 1. §. 3. ſi mul. ventris nom. in poſſ. l. notatur, & ſeq. de his, qui not. infam.* Poſt rem judicatam appellari poteſt; poſt confeſſionem, & jusjurandum nequaquam. Cur id? quia quodammodo ſua ſententia damnatur, qui confitetur, *l. 1. tit. ſeq. l. furti, §. ſed etſi jurejurando, de his qui not. infam.* Nunc, cur non is contra, quem juratum eſt appellat, *l. pen. §. ſive autem, l. de rebus credit.* an quia judicem adverſarium fecit, ut eſt in *l. 1. quarum rer. act. non detur:* non: nam ſi in judicem conſenſi, poſſum ab eo appellare, *l. ex conſenſu 23. in principio, de appellat.* Sed quia ea mente defertur jusjurandum, ut poſtea nihil amplius quæratur, niſi ſit jusjurandum neceſſarium, & judiciale ob reperta nova inſtrumenta. Cæterum ſemper rei judicatæ recte comparantur jusjurandum, & confeſſio. Neceſſarium, & judiciale jusjurandum non defertur extra judicium: voluntarium, aliquando in judicio, ſæpe extra judicium. Confeſſio extra judicium facta, niſi quoque teſtes ſint rogati, nec fidem facit, nec obligationem parit. Itaque exigit *Novel. 90.* ut fiat confeſſio in judicio: atque ita *in jure confeſſus, l. 1. §. proinde, ſi quid in fraud. patr. l. 4. §. pen. ad l. Jul. maj. l. 4. C. de repud. hered.* Confeſſus eſt, qui voce, vel ſcriptura; vel quoquo alio modo in jure confeſſus eſt. Itaque de confeſſione intelligendum apud magiſtratum, vel judicem. Facta confeſſio interdum ſumitur pro cautione, *l. cum de indebito, de probat.* Et parit obligationem extra judicium facta. Sed hic intelligimus confeſſionem pro dicto, vel promiſſo. Nemo abſenti damnari ſolet, ut ait *l. certum, §. ſi quis, tit. ſeq.* abſenti, id eſt, qui non adfuit judicio; non obligatur, qui juravit abſenti ſe daturum operas. Ex jurejurando an naſcitur obligatio? non, ut nec ex pacto nudo, niſi uno caſu, cum libertus patrono juraverit ſe operas præſtiturum; ſed ita demum ſi præſenti, non abſenti juraverit. Et ſicut eſſe certa debet ſententia, *§. curare, de action.* Ita confeſſio, *d. l. certum.*

Ad L. Quidam LVII.

QUæritur an minor 25. annis judex eſſe poſſit: & prima fronte ſignificare videtur hæc lex, ſententiam ab eo dictam obtinere vim rei judicatæ. Sed contrarium verum eſt, & certa Harmenopuli ſententia in 1. Epitomarum, quia imperfectæ eſt ætatis, & non idoneus adminiſtrator rei ſuæ, non eſt idoneus tutor, *l. ult. C.* de *legit. tut.* minores non admittuntur in curiam, ut nec ſuſcipiunt munera publica, & perſonalia officia. *l. non tantum, de decurion. l. ad remp. de muner. & honor. l. 2. §. 1. de vacat. mun.* niſi ſit penuria civium. *l. 2. C. qui ætate ſe excuſ.* niſi beneficio liberorum, *l. 2. de minor.* vel beneficio Principis. Qui contra ſentiunt, ſcilicet minorem judicem eſſe poſſe, afferunt *l. cum lege, de recept.* quæ videtur ſignificare minorem 25. annis, dum ſit major 20. annis, judicem eſſe poſſe. Certum eſt, arbitrum cogi judicare poſtquam recepit. Excipitur lege judiciaria minor 25. annis; ille enim ſi receperit arbitrium, non cogitur judicare. Non dicit lex minorem 25. annis judicem eſſe poſſe, vel arbitrum; ſed ſi electus ſit ex conſenſu partium, eum judicaturum. Non poteſt quidem eſſe judex, ſed poteſt judicare, non tamen cogitur judicare; imo majori 20. annis ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ne judicet, ſi receperit minor 20. annis, ipſo jure excuſatur: major 20. annis excuſatur per reſtitutionem in integrum: male colligitur ex *l. cum Prætor, de judic.* minorem 25. annis judicem eſſe poſſe. Dicunt: Enumerantur in ea lege, qui judices eſſe non poſſunt: minor. 25. annis eo in numero non eſt. Ergo poteſt eſſe judex. Impubes non facit teſtamentum, quia ultimum eſt judicium, *l. major, de inoff. teſtam.* Sed in *l. cum prætor*, impubes omnino prohibetur eſſe judex: minor poteſt eſſe judex ex conſenſu partium, quod non eſt in impubere, & impubes omnino prohibetur eſſe teſtis, *l. 3. §. lege, de teſtib.* minor autem tantum excuſatur in *l. in teſtimonium, cod. tit.* Sed hæc *l. 57.* videtur probare ſententiam à minore dictam, ſi attigerit pubertatem plenam, id eſt annum 18. Sed hoc abſolute hæc lex non dicit, minorem ſcilicet 25. annis judicem eſſe poſſe; ſed ait, tuendam eſſe ejus ſententiam, dum non fuerit minor 18. ann. Sed an omnibus caſibus? minime; Hoc enim tantum procedit in caſibus enumeratis in hac lege, videlicet ſi datus ſit ex conſenſu partium, qui non ignorabant ætatem. Item ſi minor 25. ann. datus ſit magiſtratus à Principe. Præſides magiſtratus judicabant, vel judices dabant, *l. 2. C. de pedan. judic.* Hodie dat tantum Princeps, *l. un. de arbitr.* judicat Princeps, & judices dat, *l. 1. de ſuſpect. tutor.* totum officium juris dicundi mandat. Facilius minoribus 25. annis dabatur magiſtratus, quam datur judex. Minor 25. annis ſit conſul, *l. 1. de off. conſul.* Itaque majores noſtri detulerunt magiſtratus etiam ignaris juris, & legum. Exigitur in judice dato peritia legum, *Nov. de judicibus*; in magiſtratu non: quia erant interdum militares; Ideo in *l. 2. quod quiſque juris*, ex illo edicto punitur, qui jus iniquum dixit, ſi modo dolo malo: Nam finge magiſtratum jus dixiſſe ex imprudentia, & imperitia legum, an præſtabit? non, quia habebit aſſeſſores, ut videre eſt in oratione pro Plancio apud Ciceron. ita Tribuni militum fiebant minores impuberes, ut eſt in *l. ult. C. de milit. teſtam.* impubes, qui eſt tribunus, facit teſtamentum. Itaque ait hæc l. 57. tuendam eſſe ſententiam æquiſſimum eſſe, ſi ſit major 18. ann. nam ſi minor ſit Prætor. conſul, minor, inquam, 18. annis, vel ſit datus ex conſenſu partium, ejus ſententia tuenda non eſt. Itaque minoris tuenda eſt ſententia dati à Prætore, vel ex conſenſu partium.

Ad L. Si cum nulla LVII.

SI nulla ſententia præceſſiſſet, intellige, vel confeſſio facta in jure, vel juſiurandum, ex *l. 1. C. de exce. rei judic.* Itaque nimis propere cœpit ab executione.

Ad L. In ſententiis LIX.

HÆc lex complectitur *tit. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. prol.* certa debet eſſe ſententia judicis, id eſt, certæ rei vel quantitatis, qua de actum eſt: imo & ſi de incerta quantitate actum ſit, nihilominus debet eſſe certa ſententia, *§. curare, de act.* quod explicat *l. 3. in fi. C. de inutil. ſtipul.* ait, *ob incertæ actionis effectum,* quia actum erat in id, quod intereſt, *concludat condemnationem taxatæ quantitatis*: alioquin ſententia non valet, & citra appellationem infirmatur. Sententia eſt definitio litis, quæ eſſe non poteſt niſi certa. Certa eſt ſententia ſi judex jubeat ſolvi certam ſummam, ut aureos centum, vel præſtari, vel quo alio verbo hoc ſignificetur. Satis eſt ſi ſententia ſit certa, id eſt expreſſa certa ſumma, & quo verbo id ſignificarit judex, non admodum curamus, ut ſi juſſerit actorem accipere à reo: nam ſententia non ſit certa formula: aliquando ſententia jubet, aliquando ſententia vetat, *l. qualem 19. §. ult. l. quid tamen 21. §. pen. l. ſi duos 24. De recept. qui arbit. l. 1. quæ ſentent. ſine appell. reſc.* aliquando verbo placet, *l. Metrodorum 40. de pæn.* Et in actione finium regundorum, requiri placere terminos quos majores fixerunt, hiſque parere; aliquando verbo, *videri*, ut animadvertit Budæus, *l. 1. §. quæri, ad S. C. Turpill. Titium temere accuſaſſe videri*, ut teſtes olim, arbitrari ſe, non ſcire, *in d. l. quid tamen, §. ſi arbiter, Titium nihil debere videri, ſervum illius non videri, l. Divi 27. §. 1. de liber. cauſ. l. ob hæc, 20. de his qui not. infam. l. proxime, de his quæ in teſtam. del.* Et frequenter in actione inofficioſi teſtamenti, videri patrem juſtas cauſas iraſcendi filio non habuiſſe; quæ ſententia reſcindit teſtamentum: ideoque ſententiarum verba non erant ſemper directa, imperativa, ſed quodammodo inflexa, & frequentius in condemnationibus, parum Titium ſibi caviſſe videri: Et ideo non fuit ſententiarum certa formula, nec intereſt quo verbo utatur judex; Videtur tamen ſecundum communem opinionem vitandam eſſe brevitatem in ſententia, *l. ult. C. comminat. epiſt. programm. auctoritat. rei judic. non hab. quod magno conſilio ſententia decerni ſolet, id paucis literis temere deſcriptis definiri fas non eſt*. Sed hoc non ſequitur, vitandam in ſententia brevitatem: nam brevitas ſententiæ non nocet, *l. ſi aliquid, C. de don.* brevitas chartulæ donationi non derogat: quin imo donationes & cæteri contractus ſolebant deſcribi pauciſſimis verbis, ſicut brevibus literis deſcripta ſententia valet, nec nefas eſt brevem proferre ſententiam, & alius eſt ſenſus, *d. l. ult.* quæ eſt Imperatoris Conſtantini, qui juris formulas ſuſtulit, quæ maxima ex parte conſtabant notis. Unde quæſitum an teſtamentum notis conſcriptum valeat, *l. ult. C. famil. erciſc.* quibus & ſcribebantur Senatuſconſulta. Certa eſt judicis ſententia ſi jubeat petitum ſolvi, quia videtur nominaſſe quantitatem, quæ libello conventionis comprehenſa eſt, ſi certa fuerit actio: nam ſi incerta fuerit actio, nulla eſt ſententia, ſicut in *l. 5. §. 1. ſup.* ſi ita pronuntiet judex; quod habes ex teſtamento Titii, id reſtituas, valet ſententia, quia videtur expreſſiſſe ſummam teſtamento, vel codicillis comprehenſam: Sicut in appellationibus ſi dixerit judex, juſte appellaſſe, vel inique, valet ſententia, quia videtur ſummam priori ſententia comprehenſam ſua ſententia expreſſiſſe. Eſt ſimilis caſus *l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* Judex addictus actioni judicati pronuntiavit judicatum eſſe; nam de eo tan-

tum quærebatur. Et adjecit, uſuras rei judicatæ deberi, quæ cucurrerant poſt tempora judicati ſolvendi, ſcilicet, nec expreſſit certam quantitatem uſurarum, quæ exprimenda videtur, & certa facienda condemnatio valet, tamen quia videtur nominaſſe eam quantitatem uſurarum definitam legibus in *l. ult. C. de uſur. rei judic.* uſurarum, quæ debentur ex contractu non eſt certa definitio: Et ideo in quæſtione uſurarum, quæ debentur ex contractu, certa quantitas ſententia exprimenda eſt. Difficilis eſt *l.a. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit. prof.* finge, Curatorem reip. condemnaſſe debitorem reipub. non expreſſa certa ſumma, puta indemnitatem reipub. præſtari placere, & tamen valere ſententiam; ſed neceſſario ponendum eſt in ea pœne fuiſſe certam actionem, & remp. petiiſſe certam ſummam, aut ſe damno affectam ad ſummam centum aureorum: certa fuit actio ex certa actione, dicta ſententia valet, quia videtur damnare eum in id quod reſpub. petiit.

Ad L. Quæſitum LX.

NOn valet edictum Prætorium contra eum propoſitum, qui morbo ſontico laborat, *l. ſi Prætor, in fi. de judic.* ſicut nec ſententia, quæ inde ſequitur. Morbus ſonticus pro epilepſia accipitur à Plinio, nos pro quolibet morbo, qui cuilibet rei agendæ eſt impedimento, ut febris in *l. Judex, de judic.* & dicitur ſonticus, quaſi nocivus in *l.4. §. ult. de ædilit. edic.* Et ſonticus morbus eſt ſive ſit perpetuus, ſive temporarius.

Obſtat *l.1. §. pen. de ædil. edic.* quæ oſtendit ſonticum morbum eum videri, qui eſt perpetuus. Sed morbus ſonticus dicitur dupliciter, reſpectu rei qua de agitur. qui rei peragendæ eſt impedimento: & hoc reſpectu morbus ſonticus eſt, ſive temporarius, ſive perpetuus. Alias dicitur morbus ſonticus reſpectu corporis male affecti, nec intelligitur eo reſpectu ſonticus morbus, niſi ſit perpetuus, ut tabes, cæcitas, quæ in *tit. de ædil. edict.* eſt morbus ſonticus. Et tamen non eſt morbus ſonticus in l. 12. tabul. *l. 1. §. quamvis de poſtul.* Ex l. 12 tabul. morbus ſonticus judicis judicium diffindit, *l. judex. de judic.* quæ ait, morbum ſonticum remittere judici judicandi neceſſitatem, & diffindere, ut ait *l. 2. §. ſi quis*, id eſt, differre non ſolvere; Et ita morbus ſonticus litigatoris diffindit judicium ipſo jure, invito judice, quia plus poteſt l. 12. tabul. quæ jubet diem eſſe diffiſum ob morbum ſonticum, quam voluntas judicis, *l. ſi feriatis, de recept. arbitr.* l. 12. tab. ait, diem diffindi, hæc l. ait, *differri*; non tamen idem omnino eſt. Ex diffiſione quidem ſequitur dilatio: Et ideo nihil intereſt dixeris diem diffindi, *l. 2. §. ſi quis judicio, ſi quis caut. jud. ſiſt. c.* Diffindere, id eſt, dividere, interrumpere judicium, & infringere tempus illud quò judex, vel litigator morbo ſontico laborat, demere numero dierum, quibus judicium fieri, judiciove ſiſti oportet, & ita Varro de re ruſtica. Ergo morbus ſonticus judicis, vel litigatoris diem judicii diffindit: Et ideo non recte proponitur edictum peremptorium in eum qui ſontico morbo laborat: ergo nec in febricitantem, quia febris eſt morbus ſonticus. Febris eſt motus corporis contra naturam, vel calor cordis, & arteriarum contra naturam: febriculæ, vel celeres quartanæ non ſunt morbus ſonticus, quia cuique rei agendæ non obſunt.

Ad L. Sæpe LXIII.

PRoponit initio regulam his verbis: *Sæpe conſtitutum eſt*, &c. in *l. ult. C. quibus res judic. non noc. l. 1. C. inter alios acta aliis non nocere*, qua ſignificatur, res inter alios judicatas aliis non præjudicare, ſicut in *l. nuda, C. de contrah. ſtipul.* Ex nudo pacto actionem non oriri dicitur ſæpe fuiſſe conſtitutum, *l. juriſgentium, §. ut puta, de pact.* Ex crebris autem Conſtitutionibus fiunt regulæ juris. Loquitur hæc regula de rebus judicatis, ſed porrigitur ad res inter alios quocumque modo actas, veluti ad jusjurandum, *l. 9. §. ult. & l. 10. de jurejur.* Si quis juraverit rem ſuam eſſe, poterit experiri adverſus eum, qui jusjurandum detulit, non etiam adverſus alium; quia non debet alii nocere, quod inter alios actum eſt. Porrigitur etiam ad ſolutionem à duobus factam, *l. 1. C. res inter alios acta, vel jud.* Solutio unius heredis nihil nocet cæteris, *l. 2. eod. tit.* Idem demonſtratur eſſe in tranſactione, & in pactione, *l. 3. eod.* Poſſet quæri quid diſtet tit. Res inter alios jud. à tit. Res inter alios acta: ſed dicendum eſt. Specialem eſſe tit. de re jud. ut res judicata non noceat his, qui judicio non interfuerunt, etiamſi eorum nomine judicium acceptum, vel dictatum ſit, ſi modo non mandaverit, vel ratum non habuerit. Titulus, res inter alios acta, generalis eſt: nam & ſolutionem, & pactionem, & tranſactionem aliis non nocere docet. Et de re judicata eleganter in *l. is, qui fundum, de uſufruct. leg.* non debere arbitrum inter alios judicando, jus alterius immutare: rem inter alios judicatam aliis non præjudicare. Præjudicare eſt parere exceptionem, vel actionem judicati. Ex re judicata inter alios in alium non naſcitur exceptio rei judicatæ, vel actio. Et adjiciamus etiam, alii non dari exceptionem, vel actionem rei judicatæ: Et generaliter res inter alios judicatas aliis neque prodeſſe, neque obeſſe, *l. 2. C. quib. res jud. non noc. l. Claudius, qui pot. in pign. hab.* Quibus autem caſibus perdit officium ſuum, & quas patiatur exceptiones videamus. Hæc lex proponit unam tantum, nos aliam proponemus ſumptam ex *l. ex contractu 44. h. t.* Ex qua colligitur rem judicatam inter creditorem hereditarium, & filium heredem debitoris nocere ſubſtituto, vel coheredi, qui judicio non adfuerit. Ergo falſum eſt, rem inter alios judicatam aliis non nocere. Sed reſpondendum eſt, *l. ex contractu* non hoc demonſtrat, rem judicatam inter alios nocere ſubſtituto, vel coheredi ſimpliciter, ſed coheredi cui accrevit, vel ſubſtituto cui obvenit portio hereditatis, qua ſe abſtinuit filia poſt condemnationem: quo genere coheres, vel ſubſtitutus ſubiit perſonam filiæ condemnatæ. Et ideo in eum, & bona teſtatoris executio fieri debet; & ita ſi res judicata ſit inter Primum, & Secundum, & Secundus ſit condemnatus, nocebit res judicata Secundo, ſi eodem jure experiatur de integro: ſed ſi novo jure experiatur, vel hereditario jure, puta quaſi heres abſentis, cui res judicata non nocet, nihil etiam ei nocebit, *l. Modeſtinus, inf. de except. l. ſi ſervus, de liber. cauſ.* Et ita fit ut res judicata non noceat condemnato; ſed nocet non condemnato, id eſt, ſubſtituto, vel coheredi. Et ratio eſt hujuſmodi: Condemnato non nocet res judicata, vel quia depoſuit perſonam condemnati per abſtentionem, vel quia aſſumpſit perſonam non condemnati, vel quia heres extitit non condemnato, & agit ex ejus perſona jure hereditario, non priſtino: non condemnato autem nocet res judicata, quia ſuſtinet perſonam condemnati, id eſt, heredis inſtituti, quia condemnatus ex contractu defuncti ſe abſtinet. Alia diſtinctio proponitur in hac l. Primum magis placet ſcriptura Noricarum Pandectarum, ut legatur negative, hoc modo: *Scientibus non obeſt*. Aliter erit incongruus ſenſus: alioquin non tantum ignorantibus obeſt, ſed multo magis ſcientibus, quod falſum eſt: nam non poteſt etiam tolerari alius ſenſus ut dicat, ſententiam inter alios dictam aliis quibuſdam etiam ſcientibus obeſſe, id eſt, non tantum his inter quos res judicata eſt, ſed etiam aliis ſcientibus nocere, & tamen ſeparandi ſunt ab aliis, qui judicio non interfuerint; & quæritur an noceat his res inter alios acta. In ſecunda parte diſtinctionis eſt alius labor propter errorem verborum. Summa hæc eſt: quibuſdam condemnatis non nocere rem judicatam: quod aliquando evênire ſupra diximus in *l. ex contractu 44.* Nam condemnatio non nocet con-

demna-

demnato, qui poſtea ſe abſtinuit bonis, quando obligatio deſcendebat ex contractu defuncti: vel etiam ſi quis ſuſciperet perſonam non condemnati: ſed nihil tale demonſtratur in hac lege: nullum eſt verbum in ſequentibus, ex quo poſſis colligere, condemnato quibuſdam caſibus condemnationem non nocere. Deinde inepta eſt diſtinctio, niſi una pars alteri adverſetur. Prima diſtinctionis pars hæc ſit: Res inter alios judicata aliis quibuſdam ſcientibus etiam obſtet: ergo altera debet eſſe hujuſmodi: Res inter alios judicata aliis quibuſdam ſcientibus non obeſt: Aliquando res inter alios judicata aliis etiam ſcientiebus non obeſt: Aliquando aiis ſcientibus obeſt contra quos nihil judicatum eſt.

Videamus quibus caſibus res inter alios judicata etiam ſcientibus non noceat: Duo ſunt coheredes debitoris: cum uno ex heredibus actum eſt pro portione hereditatis, & condemnatus eſt, an tenebitur alter coheres pro condemnato, quod ſciente eo; coheres ſuus judicium acceperit ex contractu defuncti? non: nam ſi ſciente coherede, alter coheres condemnatus ſit, etiamſi ſcierit, integra eſt ei defenſio adverſus victorem coheredis: nam ei, qui judicio non interfuit, licet ſcierit agi cum coherede, integra eſt defenſio in eum, qui vicit coheredem: nec obſtat ei, quod ſciverit condemnatum coheredem, quo etiam caſu ſcienti non nocet res inter alios judicata. Idem erit ſi duo petitores ſint: Finge apud diverſos judices duos egiſſe; unua victus eſt, nec appellavit: an hoc nocet alteri, qui ei judicio non interfuit, vel qui egit alio loco? minime: Si duo fuerint actores, & nous victus ſit, nec appellarit, hoc nihil præjudicat alteri, etiamſi ſcierit condemnatum alterum. Atque hoc caſu res inter alios judicata, aliis etiam ſcientibus nihil obeſt. Hoc poſteriore caſu ponendum eſt eos fuiſſe coheredea, ut docet Accurſ. in *verſ. Cur autem*: Si duo rei credendi fuerint, quibus ſingulis debeatur in ſolidum, unius petitione tota ſolvitur obligatio, *l. 2. de duobus reis*; vel ſi duo fuerint rei debendi, qui ſinguli debeant ſolidum, & unus ſit conventua, tota rea deducta intelligitur in judicium, ſi cum uno actum ſit: coheredes non ſunt rei debendi, vel credendi, quia ipſo jure obligationes inter eos tam activæ, quam paſſivæ ſunt diviſæ pro portionibus hereditariis ex 12. tabul. Acquieſcere in jure eſt non appellare, *l. 4. C. de procur.* Aliquando res inter alios judicata obeſt ſcientibus, aliis quibuſdam ignorantibus nunquam obeſt. Hoc ita proponit, veluti ſi creditor experiri paſſus ſit debitorem de proprietate pignoris. Reſtat ut doceat, rem inter alioa judicatam, aliis quibuſdam ſcientibus obeſſe, quamvia non ſit contra eos judicatum. Accurſ. legit, *veluti ſi debitor creditorem paſſus ſit*, ſed Florentiæ legitur: *veluti ſi creditor, debitorem*. Et adnotat Accurſ. in verbo *creditor* ſecundum Piſanam, id eſt, Florentinam, legendum, *creditor*, & *debitorem*; ſed potius eſſe, *debitor*, & *creditorem*: & ſecundum eam eſt gloſſ. verum probanda eſt ſcriptura Florentina, quam probant Baſilica, in quibus ita eſt: Si creditor experiri paſſus ſit debitorem de proprietate pignoris. Si creditore interveniente, debitor egerit de dominio rei pignori datæ, & victus fuerit, ea res nocet creditori: Scienti tantum creditori nocet, re judicata inter alium, & debitorem. Confirmatur *l. 4. §. alio, de appell.* quod paulo poſt ait in hac lege, eum qui cauſam egit, vel defendit, dominum fuiſſe, *l. cum & ſortii, §. ult. de pigner. act.* qualis creditor non eſt: debitor is eſt, qui egit de proprietate pignoris ſciente creditore; & hoc caſu ſi contrariam ſententiam debitor acceperit, eam rem creditori nocere: ei dicitur de ea re actio competere, qui ſuperat omnes. Debitor à creditore ſuperatur in perſecutione pignoris, *l. 2. C. ſi unus ex pluribus heredib. cred.* actio hypothecaria eſt in rem, *l. pignoris perſecutio, de pign.* nec perſonam obligat, *l. 2. C. de pign.* Et prior, & potior eſt actio de pignore. Creditor ſuperat debitorem in perſecutione rei pigneratæ, quoad ſibi omnis pecunia perſoluta ſit. Ita merito de re dotali competit actio, deinde uxori, & ſimiliter de re empta, & accepta, primum actio emptori competit, non venditori, quia in ea re perſequenda ſuperior eſt emptor venditore. Si ergo creditor debitorem paſſus ſit experiri de dominio rei, quam pignori dedit, id eſt, agere, vel defendere: nam experiri in jure eſt verbum commune actoris, & rei. Victo debitore res judicata etiam nocet creditori, quia eo ſciente, lis acta, & judicata eſt. Atque ita propter ſcientiam obſtet perſecutio rei judicatæ. Et ea ratione poterit creditor ab ea ſententia appellare, *l. 4. §. actio, de appell.* non tantum appellat, qui condemnatus eſt, ſed & is cujus intereſt. Scire dicitur is, qui videt & patitur, etiamſi taceat; imo etiam velle: hæc enim ſcientia index eſt voluntatis. Duo ſunt videre & pati, per quæ ſcientes, & experientes rerum ſumus. Si abſente, & igoorante creditore, debitor egit de dominio rei, quam creditori pignori dedit, & ſuccubuerit, tum ei res judicata nihil nocet in *l. 3. ſup. de pign.* Debitor, qui rem pignori datam ſuam eſſe dicebat, ſuperatus eſt abſente creditore: creditori ſalva eſt actio Serviana, ſi modo probarit eo tempore, quo pignus contrahebatur, eam rem in bonis debitoris fuiſſe, *l. ſi mater, §. ult. de except. rei judic.* Si debitor petierit à poſſeſſore rem quam dederat pignori creditori ſuo, nec cauſam obtinuerit, ait, ſalvam eſſe creditori actionem. Pigneratitia actio eſt repetitio pignoris, quæ competit debitori ſoluta pecunia: aliquando eſt actio hypothecaria. Diſtinguendum eſt ex *l. ſi mater, §. ult. l. judicatæ, de except. rei judic.* adjuncta *l. 3. §. ult. de pign.* Aut debitor rem pignori obligavit ante ſententiam, aut poſt ſententiam. Si pignus præceſſerit ſententiam, qua proountiatum eſt rem debitoris non eſſe, creditori ignoranti ſalvum eſt pignus, ſalva eſt hypothecaria. Sed quid ſi ſententia præceſſerit pignus? Finge: Quidam egit de proprietate certa rei, & victus eſt, forte per injuriam judicis, deinde eam rem pignori obligavit, quæritur an creditori agenti hypothecaria obſit exceptio rei judicatæ: & hoc caſu obeſt, ne plus habeat creditor, quam habebat debitor, qui pignus dedit. Dices: debitor eſt condemnatus per injuriam judicis, & poſſeſſor, idemque victor nullum jus, nullam propriam actionem habet, quia vicit per injuriam judicis. Ac præterea, iniqua ſententia poſſeſſori, eidemque victori non præbet ullam actionem, ſed retentionem tantum: An igitur, quia is, qui vicit, nullam actionem habet, creditori licebit auferre jus pignoris? minime: quia non conſiderandum eſt quid juris in re victor, ſed quid debitor habuerit, & quemadmodum ex eadem cauſa agens debitor repelletur exceptione rei judicatæ, ita creditor, qui poſtea ab eo cauſam habuit. Inde interpretes efficiunt, rea judicatas eos tenere, qui poſtea à victis cauſam habere cœperunt, non protinus, qui à victis cauſam habuere ante rem judicatam. Sciendum vero illud eſt, ſi ſocer, vel uxor egerit de dominio rei quam dedit, an dotem, ſciente marito, cui priori quaſi ſuperiori in cauſa dotis de ea re actio, vel defenſio competebat, qui cum agere nollet, ſocerum agere paſſus eſt, vel uxorem. Si res judicata eſt, nocebit etiam marito. Tertium, ſi venditor egerit de proprietate rei venditæ, & traditæ, ſciente emptore, cujus in ea re cauſa erat prior; ſed noluit ipſe prius experiri, & paſſus eſt experiri venditorem, res judicata nocebit ſcienti emptori, quæ non noceret ignoranti. Quare ſi libertus de ſtatu ſuo cauſam egerit cum extraneo, qui contendebat eum eſſe ſervum, aut ſuum libertum, ſciente ſuo patrono, qui potuiſſet eam cauſam agendam ſuſcipere: patronus enim fuiſſet prælatus liberto? propter ſcientiam rei judicatæ, ſcientia nocebit patrono. Quæritur cur his quatuor caſibus res judicata noceat ſcientibus, & duobua caſibus non noceat ſcientibus: qui ſupra propoſiti ſunt. Ratio differentiæ hæc eſt, quia his quatuor caſibus ſequentem agere pati-

Digitized by Google

patitur, cui ipſe potuiſſet præferri in agendo; prohibere enim ab agendo potuit, & ipſe cauſam agere, quod cum non lecerit, & ſequentem agere paſſus ſit, videtur voluntate ejus de jure etiam, quod ipſe habuit ex perſona judicantis, judicatum, veluti de jure empti, jure patronatus, pigneratitiæ, dotis. Superioribus autem duobus caſibus quibus res non nocet ſcientibus, coheres coheredem probibere non potuit ab agendo: fuit enim utriuſque coheredis par cauſa, nec potior eſt alter altero. Scientia mihi nocet cum agentes prohibere potui: non nocet ſi prohibere non potui. Idemque quod in coheredibus dixit, obtinet in duobus fundi petitoribus, quorum unuſquiſque pro ſe ſuo jure nititur. Finge: tu poſſides fundum, eum à te vindicat Titius: ego etiam vindico meo jure, quod habeo aliunde, quam ex perſona Titii. Res judicatur contra Titium: non mihi nocet, quia non potui Titium prohibere. In bac lega tres ponuntur caſus, quibus etiam ſcienti non nocet ſententia inter alios dicta, & quatuor quibus nocet. Quidam poſſunt addi caſus, quibus ſententia inter alios dicta etiam ignorantibus præjudicat, ut in *l. à ſententia*, *l. ſi perluſorio*, *de appell. l.* 13. *§. ult. & l. ſeq. l. ſi ſuſpecta*, *de inoffic. teſtam.* Alias ſententia inter alios dicta ignorantibus, vel ſcientibus non nocet: Alias ſententia inter alios dicta ſcientibus, & ignorantibus nocet, *l. qui repudiantis*, *§. ult. & l. ſeq. & l. ſi ſuſpecta*, *de inoff. teſt. l. ſi ſervus plurium*, *§.* 1. *& §. pen. de leg.* 1. *l. à ſententia*, *d. l. perluſorio*. Et pertinet huc *l.* 3. *de pign.* Finge: de hereditate lis acta eſt inter heredem ſcriptum, & legitimum. Ab berede ſcripto erant relicta legata. Res judicata eſt contra heredem ſcriptum, vel quod diceretur ruptum teſtamentum, vel irritum, vel injuſtum, vel inofficioſum. Neſciebant legatarii certum de jure teſtamenti, & tamen res judicata contra heredem ſcriptum præjudicabit legatariis, & libertatibus *d. l.* 3. in qua conſtituitur differentia inter creditores pigneratitios, & legatarios. Finge: beres ſcriptus rem inventam in hereditate pignori dedit: deinde victus eſt à poſſeſſore hereditatis: an ſententia contra debitorem dicta nocebit ignoranti creditori? minime: Et ita ſententia dicta contra heredem ſcriptum non nocet creditori pigneratitio ignoranti, legatario nocet ignoranti. Ubi non eſt heres ſcriptus, ibi non valent legata: nam aliter legata non valent, quam ſi teſtamentum ratum eſſe conſtet: Pignus valet ſi ab initio recte ſit acceptum: dante pignus herede ſcripto, qui jure erat heres; etiamſi teſtamentum ſit reſciſſum ſententia judicis, quia ex teſtamento pignus non pendet: Et fieri poteſt, ut recte contractum fuerit, id eſt, ut fuerit heres ſcriptus victus per injuriam judicis, vel litem ab initio male inſtituerit: nam cauſæ bonæ nonnunquam eſt mala inſtantia, & ex mala inſtantia bonæ cauſæ ſequitur ſæpe, ut res amittatur. Itaque injuria facta beredi ſcripto non nocet creditori hypothecario ignoranti, legatario nocet, ſervo manumiſſo nocet: Nam legata ſunt appendices inſtitutionis. Pignus non eſt appendix teſtamenti: & ita ſententia dicta inter alios nocet ignorantibus. Excipiuntur tantum duo caſus, ſcilicet ſi heres ſcriptus colluſerit cum herede legitimo, & ita ſe vinci paſſus ſit: nam hoc caſu ſententia dicta contra ſcriptum heredem non nocet legatariis, Item ſi heres ſcriptus victus ſit non cauſa cognita, ſed ex edicto peremptorio, non reſpondente herede ſcripto: nam hoc etiam caſu res judicata contra beredem ſcriptum nocet legatariis; & prior eſt ex conſtitutione Divi Pii. Poſterior eſt ex conſtit. Divorum Fratrum. Opus fuit conſtitutionibus, quia ſummo jure ſi teſtamentum corruat, corruent, & legata. Inter eos caſus tamen eſt aliqua differentia: nam priore caſu ſi colluſit, legatarii à ſententia dicta contra heredem ſcriptum poſſunt appellare, quia eorum maxime intereſt non pronuntiari ſecundum legitimum heredem; & ſi ſuſpicantur heredem ſcriptum, cauſam non ex fide agere, poſſunt liti adeſſe, & allegationibus uti, & teſtes producere, *d. l. ſi ſuſpecta*. Et omnino verum eſt, omnem cujus intereſt non ita pronuntiari, poſſe appellare, etiamſi non egerit: omnem etiam cujus intereſt, liti alienæ adeſſe poſſe. Et hæc eſt ratio *Novellæ de litigioſis*. Si res litigioſa legetur, valet legatum, & poteſt legatarius liti adeſſe, quamvis inſtitutæ inter alias perſonas. Poſteriore caſu ſi heres ſcriptus, ex eremodicio condemnatus ſit, legatariis non licet appellare, liceret adeſſe liti, quia appellationi locus non eſt, quando ſententia dicitur ex edicto peremptorio, *l.* 1. *Cod. quor. appell. non recip. l. & poſt*, *§. ult. de jud.* Unde poſſumus ita conſtituere: Quoties non poteſt appellare, qui victus eſt, nec poſſe atiam eos quorum intereſt: Et generaliter verum eſt litem extingui, nec poſſe reviviſcere dicta ſententia ex edicto peremptorio, vel remedio appellationis, vel reſtitutionis in integrum. Præterea priore caſu, id eſt, ſi colluſum ſit cum legatariis, datur actio in heredem ſcriptum, qui perinde tenetur, ac ſi viciſſet. Poſteriore caſu, actio datur in heredem legitimum, ut in *l. ſi perluſorio*, *in fin. de appellat.* nam heres ſcriptus caret dolo: abſuit quidem judicio, & contumax fuit: ſed hoc non egit in fraudem legatariorum, itaque non tenetur legatorum nomine; ſed is ad quem pervenit hereditas, non tam jure, quam propter contumaciam adverſarii: at utroque caſu ſententia dicta inter heredem legitimum, & ſcriptum jus non facit: Priore caſu quia colluſio eſt, non juſtum certamen: & ideo non nocet omnibus; ſed ei tantum, qui egit: Poſterior ſententia non facit jus, quia judex, qui dicit ſententiam ſecundum legitimum beredem, non reſpondente ſcripto, non videtur pronuntiaſſe de jure teſtamenti: cujus rei argumentum eſt in *l. ſi ideo*, *de evict.* Emptor victus eſt ex contumacia: an committitur ſtipulatio de evictione? minime: quia victus videtur magis, quod abſuerit, quam quod malam cauſam habuerit. Sic etiam ſi heres victus eſt propter ſuam contumaciam, non ideo ſequitur eum malam cauſam habuiſſe. Et merito hoc caſu ſententia jus non facit: nam ſi jus faceret, noceret omnibus cauſam habentibus ex teſtamento. Sententia facit jus non tantum quantum attinet ad perſonas litigatorum, ſed quantum ad perſonas aliorum, quibus receptum eſt rem inter alios judicatam poſſa nocere. Sententia pro veritate accipitur, & jus facit: Ingenuus eſt, quem pronuntiatum eſt ingenuum eſſe, ſicut & patronus, *l. ſi juravero*, *de jure patron. l.* 3. *de lib. agnoſc.* Ab hac regula duo caſus ſunt excipiendi, ſi colluſum ſit, & judicatum propter contumaciam. Notandum his etiam duobus caſibus, nec ſcientibus etiam ſententiam nocere legatariis: ſi creditor debitorem agere paſſus ſit de proprietate pignoris, & ideo ſciret: nocet quidem res judicata regulariter propter ſcientiam; ſed excipiendi ſunt bi duo caſus, ſcilicet ſi colluſum ſit, vel ſi debitor ſuperatus ſit ex edicto peremptorio, *l. Præſes*, *C. de pign.* quæ intelligenda eſt de creditore ſciente: nam ſi ignoravit creditor debitorem agere, res judicata ei non nocet ullo caſu, ne dum his duobus tantum caſibus. Ergo res judicata inter heredem ſcriptum, & legitimum, exceptis his duobus caſibus, nocet etiam legatariis ignorantibus, vel manumiſſis; atiamſi beres ſcriptus victus ſit per injuriam judicis, *d. l.* 3. Injuria facta heredi ſcripto nocet legatariis, & manumiſſis: nam duo tantum illi caſus excipiuntur, quibus non nocat ex conſtitutionibus, non hic tertius caſus. Ergo ſi per injuriam heres ſcriptus victus ſit, perimuntur legata, & libertates. Obſtat *l. ſi ſervus plurium* 50. *§.* 1. *de legat.* 1. In quo *§.* proponuntur illi duo caſus, quibus res judicata contra heredem ſcriptum, non nocet legatariis, vel quia colluſorie egit heres ſcriptus: vel ſi ex contumacia damnatus ſit. Quærit, quid ſi per injuriam judicis victus ſit heres ſcriptus, an victoria legitimi heredis nocebit legatariis? Et ſubjicit: *injuria facta heredi*

Digitized by Google

redi ſcripto non nocebit legatariis, ut & Sabinus ſignificat. Subeſt vitium illo loco, & abundat negatio, quia excipiendi hoc modo eſſent tres caſus. Duo priores caſus excipiuntur conſtitutionibus; tertius non eſt exceptus ulla conſtitutione, nec ſufficit ad eum excipiendum auctoritas Sabini; quinimo hoc tertio caſu eſt magis neceſſaria conſtitutio, quæ eum excipiat, quam ſuperiores duos caſus. Dicendum eſt igitur: injuria facta heredi ſcripto nocet legatariis, ſi tamen res judicata ſit inter heredem ſcriptum; quib. verbis apponit exceptionem ad id quod Sabinus ſcripſerat, quando lis acta eſt inter heredem ſcriptum, & legitimum: nam ſubiicit, idem non eſſe dicendum ſi lis acta ſit inter heredem ſcriptum & ſubſtitutum: quia legata ab inſtituto relicta, à ſubſtituto repetita videntur. Itaque res contra inſtitutum judicata inter eum, & ſubſtitutum per iojuriam judicis, non nocet legatariis, ſed judicata inter eum & legitimum heredem etiam per injuriam judicis, nocet legatariis.

Obſtat *l. 1. de except. rei judic.* Proponit hanc regulam: rem inter alios judicatam aliis præjudicium non facere: Et colligit, ex teſtamento, ubi data eſt libertas vel legatum, agi poſſe, licet ruptum, vel irritum, vel injuſtum dicatur teſtamentum, & ſententiam dictam contra heredem ſcriptum non nocere manumiſſo. Si teſtamentum dicatur ruptum, poteſt agi de libertate, vel legato. Et ideo ſententia lata contra heredem ſcriptum non nocet legatariis: ſed negaodum eſt, ut animadvertit Accurſ. in *l. Papinianus, §. ult. de inoff. teſtam.* fuiſſe certatum de hereditate. Sed ſpecies hoc modo ponenda eſt, legatarium egiſſe de legato, non heredem ſcriptum de hereditate, & victum fuiſſe, quod diceretur teſtamentum ruptum, vel irritum, vel injuſtum: an ſententia dicta contra legatarium nocet manumiſſis? minime, quia teſtamentum ſalvum manet: nec ideo quod unus legatarius ceciderit legato, ut in *l. 8. §. ult. de cond. inſtit.* Item jure aliquo ſi victus eſſet heres ſcriptus, quod diceretur inofficioſum teſtamentum, legata & libertates relictæ cum teſtamento corruebant: hodie inſtitutio tantum heredis corruit, legata ſalva manent legatariis: victo herede ſcripto ex cauſa rupti, irriti, vel injuſti teſtamenti, cætera infirmantur, victo herede. Ex cauſa inofficioſi teſtamenti, inſtitutio tantum corruit, cætera firma manent.

Obſtat *l. ſtatuliberi 29. §. Quintus Mucius, de ſtatu lib.* Relicta eſt libertas, ſi heredi 20. dederit: eſt ſtatuliber: deinde poſt mortem teſtatoris lis acta eſt de hereditate inter heredem ſcriptum, & legitimum, & vicit legitimus: an ſcotentia dicta contra heredem ſcriptum nocet ſtatulibertati? minime: quia dando 20. heredi legitimo, qui vicit, perveniet ad libertatem: inea ſpecie, id eſt, in eo genere conditionis, hoc receptum eſt ex l. 12. tab. conditionem illam, ſi heredi 20. dederit poſſe impleri in perſonam emptoris, ut docet Ulpian. in Fragm. tit. 2. cur ergo non implebitur conditio in perſonam heredis legitimi? & generaliter hæc conditio poteſt impleri in omnem perſonam, modo ad eos pervenerit dominium ſervi, *l. ſi ſtatulibera, §. ſtatuliber, de ſtatulib.*

Ad L. ult.

HÆc lex eſt de uſuris rei judicatæ, & eſt ſumpta ex libris Scævolæ, qui quæ in Digeſtis ſcripſit, ſolet in reſponſis hiſdem verbis ſcribere, ut conſtat ex *l. negotiorum, de appell.* negotiorum geſtor conventus eſt actione negotiorum geſtorum, vel curator utili actione negotiorum geſtorum, vel totor tutelæ actione, & condemnatus eſt. Poſt condemnationem appellavit bona fide non morandi, aut protrahendi negotii cauſa; ſed quod exiſtimarit ſe inique condemnatum: deinde apud judicem, qui de appellatione cognoſcebat, negotium diu tractum eſt: quæritur, appellatione injuſta dicta, an medii temporis pecuniæ principaliter

A io ſententiam deductæ uſuræ debeantur; quo tardius judicatum ſit. Et Scævola reſcripſit, uſuras utili actione peti poſſe in hoc caſu: nec enim ultra ſpeciem hanc hoc reſponſum porrigi debet. Colligi videtur, appellatione interpoſita & injuſta dicta, uſuras rei judicatæ retro non poſt tempora ſecundæ pronuntiatis deberi.

Obſtat *l. 4. C. depoſ. & l. in bonæ fidei, de uſur.* quæ oſtendunt, uſuras non deberi, quæ in condemnationem non deductæ ſunt. Obſtat *l. 2. C. de uſur. rei judic.* quæ dicit, appellatione injuſta pronuntiata non deberi uſuras retrorſum, ſed poſt tempora judicati ſecundi, quo pronuntiatum eſt injuſtam eſſe appellationem. Et ea tempora quatuor menſium connumerari, non retro à priori ſententia, ſed à poſteriori ſententia, qua prior confirmata eſt. Quod negat Scevola

B hoc loco. Primum eſt conſtituendum, per appellationem extingui judicatum, non ſuſpendi, adeo ut condemnatus, qui appellavit, non videatur condemnatus, *l. 1. §. ult. ad Turpil.* qua ratione fit, ut ſi prior ſententia juſta pronuntiata ſit, appellatio injuſta, hodie videatur reus condemnari, non retro, *l. furti, §. 1. de his qui not. infam.* famoſus eſt furti judicio condemnatus: quod ſi poſtquam appellarit, non exequatur appellationem, & labantur tempora appellationis exercendæ, hoc caſu retro famoſus intelligitur. Quod tamen ſi exequatur cauſam appellationis, & injuſta judicetur appellatio, non intelligitur retro infamis, ſed hodie, quia prior ſententia confirmata fuit, & conſequenter uſuræ rei judicaræ ab eo retro non debentur, ſed poſt tempora ſecundi judicati: nam ſi retro non

C intelligitur judicatum, nec retro poſſunt eſſe uſuræ judicati, *d. l. 2. C. de uſur. rei judic.* Sed hoc ita procedit ſi bona fide appellarit, & egerit cauſam: hoc enim caſu retrorſum non præſtabuntur uſuræ rei judicatæ, ſed poſt quatuor meoſes connumerandos à ſecuodo judicato. Finge: bona quidem fide appellavit initio, non fruſtrandi cauſa, ſed poſtea per eum ſactum eſt, quo tardius judicaretur, dum tergiverſatur, & protrahit moras: an hoc caſu propterea quod traxit ipſe negotium, fecitque ut tardius judicaretur, debeat uſuras medii temporis? Et Scævola reſpondet, deberi uſuras ex eo tempore, quo tergiverſari cœpit, & trahere negotium, licet uſuræ oon ſint io condemnationem deductæ, & eas uſuras peti poſſe non directa actione ex cauſa judicati prioris; ſed utili actione judicati re-

D tro medii temporis; quod fuit ante poſteriorem ſententiam, quia æquum eſt, ut ei ſua tergiverſatio noceat, & ne lucrum ſaciat ex cunctatione ſua: & ideo præſtabit interuſurium medii temporis ex quo cœpit mala fide verſari: Et ait, quo tardius judicatum ſit, ut demonſtret ex eo tempore deberi uſuras, quo is qui appellavit, moram judici attulit. Et ita in *l. lecta, D. de reb. credit. quo tardius pecunia data ſit*. Ex quo apparet, dolo ejus, qui appellavit judicii tarditatem contigiſſe: alioquio non debet uſuras medii temporis, id eſt, ſe bona fide cauſam egiſſe, *d. l. 2. C. de uſur. rei judic.* Poſſumus enim bona fide appellaſſe, & poſtea traxiſſe negotium: Quod ſi ab initio mala fide appellavit, conſequens eſt ut uſuræ retro debeantur poſt tempora primi judicati, convictus ſcilicet, & confeſ-

E ſus, quia moratoria appellatio non videtur extinguere primum judicatum, nec recipi debuit. Et ideo poſt tempora rei judicatæ currunt uſuræ primi judicati, ut demonſtrat *l. tutor, §. 1. de uſur.* Tutor condemnatus eſt, & appellavit mala fide: ſi judex, qui de appellatione cognoſcit, animadverterit eum morandi cauſa appellaſſe, de uſuris medii temporis eum condemnabit. Poteſt judex eum de uſuris medii temporis damnare, ſed etſi eum noo condemnaverit, citra condemnationem debebuntur uſuræ medii temporis poſt tempora prioris judicati. Nec obſtat, quod dicitur, in bonæ fidei judiciis uſuras non venire niſi in condemnationem deductæ ſint, *l. in bonæ fidei, C. de uſur. l. 4. C. depoſ.* oam ibi agitur de uſuris, quæ veniunt ex mo-

Digitized by Google

ra in contractibus bonæ fidei : hæ veniunt officio judicis, non ipſo jure : Et ideo ſi judex in condemnatione earum non habuerit rationem, non debentur, *l. centum Capuæ ſup. de eo, quod certo loco*. At uſuræ rei judicatæ debentur ipſo jure, & ex natura judicati, *l. ult. C. de uſur. rei judicatæ* : Et ideo oon eſt neceſſaria condemnatio in uſuras poſt tempora judicati, vel ſi de his fiat condemnatio ex abundanti, non eſt neceſſe certam exprimere quantitatem ; quamquam alias certa exprimi debeat quantitas, ut in uſuris bonæ fidei contractus, *l. 2. C. de ſentent. quæ ſint certa quantitate*. Uſuræ rei judicatæ ipſu jure veniunt poſt tempora ſecundi judicati, ſi is, qui appellavit bona ſide litem peregit. Sed ſi mala ſide appellarit, vel dolo malo protraxerit litem appellatione bona fide interpoſita, debebuntur retro uſuræ poſt tempora primi judicati, ex quo conſtiterit reum tergiverſari cœpiſſe. Is qui vicit conteſtari debet moram tarditatis, quam is, qui appellavit adfert judicio, *l. 1. C. Theod. de uſur. rei judic.* Et ex illa conteſtatione retro current uſutæ ante ſecundum judicatum. Fuere olim uſuræ rei judicatæ duæ ceoteſimæ in litibus privatorum, in fiſcalibus centeſimæ tantum, *l. 1. C. de uſur. rei judic.* quæ eſt accipienda de fiſco, & legendum eſt, procuratoribus hereditatis fiſci, in inſcriptione. Erant procuratores univerſales, ut procurator hereditatum, & viceſimæ hereditatum, & procurator ſtationis hereditatum. Hodie in omnibus cauſis ſunt ceoteſimæ tantum poſt tempora judicati, quæ ſunt immunia ab uſuris rei judicatæ.

JACOBI CUJACIJ J.C.

COMMENTARIUS,

Ad Tit. Digeſtorum de uſuris, & fruct. &c.

TITULUS quem explicaturus ſum multis partibus conſtare videtur, cum ſit inſcriptus, de uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora, Sed brevior eſt in Indice titulorum præpoſito Pand. Flor. nempe, de uſuris, & omnibus acceſſionibus, & mora : Et hæc brevitas neſcio quo modo demonſtrat apertius duas tantum eſſe hujus tituli partes ſummas : unam eſſe de acceſſionibus, alteram de mora. De acceſſionibus autem in judicium veniunt quædam. Superiores libri ſunt de rebus, quæ principaliter veniunt in judicium in rem, vel io perſonam. Poſt igitur tractatum de rebus, quæ principaliter in judicium veniunt, apte datur titulus de rebus, quæ acceſſionis vice in judicium veniunt. Et licet plerumque harum acceſſionum ratio habeatur ex mora, adnectitur etiam altera pars de mora. Acceſſionis verbum latiſſime patet : complectitur enim ejus rei, quæ in judicium venit, cujuſve nomine actio, petitio, perſecutio eſt, appendices, ſequelas, conſequentias omnes, ut uſuras, quæ quantitatem acceſſiones ſunt, & fructus, atque prædiorum ruſticorum, & pecorum acceſſiones. Sunt & mercedes, ſive penſiones, quæ prædiorum urbanorum, jumentorum, navium, & ſimilium acceſſiones ſunt. Complectitur etiam acceſſionis nomen res, quæ ſunt vel io rebus ipſis, ut qualitates prædiorum, vel hominum, veluti bonitas, ſalubritas, libertas, immunitas, ſtatulibertas : & hoc eſt, quod dicitur, ſtatuliberum alienari cum ſua cauſa, ſalva ſtatulibertate, ſalva ſpe libertatis, *l. 2. de ſtatulib.* Fundum alienari cum ſua cauſa, id eſt, ſolvo jure pignoris, *l. alienatio, infra de contrah. empt.* & uſucapi cum ſua cauſa, quia uſucapio, etſi dominium mutat, non tamen mutat cauſam, quæ rei, ſive dominio hæret, ut puta hypothecam non mutat, *l. 15. cum prædium, ſupra de pignor.* vel etiam cauſæ manant a rebus ipſis, ut partus ab ancilla, vel manant cauſæ ab aliis rerum acceſſionibus, ut fœtus primus eſt fructus pecoris. Qui autem eſt ex fœtu primo fœtus ſecundus, cauſa eſt, non fructus : ſi cauſa, & acceſſio : ſed acceſſio rei principalis, cujus nomine principaliter agitur, vel actio competit, aut petitio, aut perſecutio, quia acceſſio acceſſioni non eſt acceſſio, niſi ſcilicet uno tantum reſpectu, quia utraque eidem rei accedit. Poteſt idem fœtus primus accipi pro re principali quidem, & tunc fœtus ſecundus ejus ſane fuerit acceſſio. Sed ſi fœtus primos accipiatur pro acceſſione, non eſt & fœtus ſecundus acceſſio, niſi quia uterque eidem accedit pecori, & ita uſuram ſi renovaveris, id eſt, ſi in ſortem uſuram redegeris, quod fit ſtipulatione uſurarum, quæ jam debentur, & ceſſerunt transfuſæ io aliam quaſi ſortis ſtipulationem, tunc quidem fuerit uſura, ſed primæ quæ in ſortem eſt redacta, acceſſio : ſed ſi uſuram non renovaveris, ſi in ſurtem uſuram non redegeris, id eſt, ſi eam non acceperis pro re principali, non erit uſura ; ſed primæ uſuræ uſura, primæ uſuræ acceſſio, niſi illo tantum reſpectu, quia utraque eidem accedit quantitati, & fœtum aptius quodammodo appellamus fœtum ſecundum, *l. equis 8. hic.* ita uſuram uſuræ Lucianus, uſuram ſecundam in eo dialogo, qui inſcribitur ὁ βίων πρᾶσιν vitarum auctio. Ubi etiam facete Lucianus non dedecere Philoſophum ait pecuniam fœnori occupare, quinimo decorum videri, cum ſit ejuſdem λογίζεσθαι quod ait eſſe fœneratorem, & συλλογίζεσθαι, quod eſt Philoſophorum ; cum & inde Philoſophi hoc uti ſoleant Syllogiſmo : ſi uſuram primam acceperit, & ſecundam acceperit : at qui accepit uſuram primam, accipiet igitur & ſecundam. Sequitur aliud ex alio vi ipſa. Sed hodie non eſt uſura ſecunda, nec ſi in ſortem ſit redacta uſura prima, quia hoc leges vetant, ne ullo modo uſuræ uſura debeatur, vel exigatur, *l. ult. C. de uſur. l. ſi non ſortem 26. §. ſupra duplum, ſupra de condit. indeb.* fœtum ſecundum eſſe ſatis apparet. Sed pergamus ad reliqua. At acceſſionibus etiam adnumerantur alluviones fluminum, ſi quid puta, ſundo petito amnis alluat, conſolidationes, ut ſi uſusfructus redierit ad proprietatem, & fructuum adquiſitiones : ut ſi ſervus, de quo agitur, hereditatem, vel legatum, vel quid aliud acquiſierit : hæ ſunt ſpecies acceſſionum, quarum præcipuæ deſignantur hoc tit. plenio ri, his verbis : *De uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus*. Eſt hic titulus de uſuris nauticis, & ita nominatim Juſtinianus in conſtitutione græca de veteri jure enucleando, ait, hunc titulum, eſſe περὶ τόκων ἐγγείων, id eſt, de uſuris mediterraneis. Quo ſenſu etiam in lege Rhodia, cap. 16. & 18. quæ extat : & lege Nautica ei adjuncta, cap. 15. dicuntur ἔγγεια ; ſed ita ſcribendum eſt, ut dixi, non ut vulgo circumfertur, per ν. ἐγγύα χρήματα. pecuniæ mediterraneæ, non nauticæ : Additur, eſſe ἀκίνδυνα, recte, & ait creditorem, mediterraneæ pecuniæ periculum non ſuſcipere ; quæ igitur ſunt mediterraneæ, ſunt periculo debitoris : nauticæ ſunt periculo creditoris : & ita etiam Julio Polluci 8. creditum aliud dicitur ἔγγειον, & ita ſcribendum, id eſt, mediterraneum : aliud nauticum. Sed quid ſit uſura definiendum. An eſt uſura fœnus ſortis, ut eſt in *l. pecuniæ 9. §. 1. hoc tit.* minime, uſura enim latius patet, quam fœtus. Fœtus exercetur propter lucrum, & ducitur, curritque ſtatim à prima numeratione pecuniæ : Uſura non currit ut fœnus ſtatim, ſed à mora demum, vel tardiori ſolutione. Non ut ſit in lucro, ſed ut creditor noo ſit io damno propter moram, vel tardius illatam pecuniam, *l. cum quidam 17. §. ſi pupillo, & §. ex locato, h. t.* Item fœnus eſt ad ſortem tantum creditam additamentum ax conventione ; uſura eſt ad ſortem, quæ debetur, cujuſve poſitio eſt quacumque ex cauſa, acceſſio ex conventione, vel officio judicis. Fœnus eſt tantum ex obligatio-

gatione, uſura eſt, vel ex obligatione, vel ex officio judicis, *l. deducta 58. inſr. ad Trebell.* & dicitur etiam uſura à latinis impendium, ut Varro docuit: & ea ſignificatione Cicero in Bruto: *Serenus aliquid tanquam in inculto, & derelicto ſolo, quod ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere poſſimus, &c.* Impendiis augetur ſors, id eſt, uſuris. Ex uſu uſura dicta, ut idem Varro ait. Inde in *d. l. §. ante diem uſuræ propter uſum medii temporis deducta*. Sed quia in eo uſus bifariam accipitur, quod fallit multos, explicandus eſt ille §. Finge: heres rogatus eſt reſtituere hereditatem poſt mortem ſuam, an cogitur diſtrahere res quaſdam hereditarias, an interim dum potitur hereditate, cogitur ut heres meliorem faciat rem fideicommiſſarii, diſtrahere res hereditarias, & pecuniam ex venditione redactam fœnori occupare? non. Ideoque etiam poſt mortem heredis fideicommiſſarius non poteſt petere pretium, quia ex pretio rerum redigi potuerunt uſuræ propter uſum medii temporis, id eſt, non imputabit heredi, vel heredi heredis, quod non hereditatem auxerit rebus, quæ diſtrahendæ videbantur: diſtracta etiam pecunia fœnori occupata exigitur propter uſum medii temporis ſortiuta, quæ ex venditione redigi poterant, uſuræ non exigentur, quia non cogebatur heres diſtrahere; caret igitur culpa. Item periculum mancipiorum, vel prædiorum non pertinet etiam ad heredem rogatum reſtituere hereditatem, ſi interim ſervi deceſſerint, vel ſi res quædam hereditariæ perierint heres ejus rei rationem non reddet fideicommiſſario, non reddet quod perit ſuo fato; ſed ait nihilominus uſum, & caſum rerum hereditariarum minuere quadrantem quem deducit heres ſemper in reſtituenda hereditate. Ubi uſus longe aliter accipitur, quam ſupra; & omnino ibi uſus eſt caſus, id eſt, quod in ſenatuſconſulto de petitione hereditatis deperditum, & diminutum: deperditum eſt, quod perit ſuo fato, quod in rerum natura eſſe deſiit, deminutum, quod uſucaptum, *l. deperditum, ſup. de petit. hered.* Et ita illo loco caſus, eſt interitus rei; ſed deperditio rei uſus eſt, & deminutio rei, id eſt, uſucapio. Et ita etiam accipitur uſus in *l. nec utilem 20. ſup. ex quib. cauſ. major.* Igitur ait lex ſi quid interim abſceſſerit bonis, vel uſucapione, vel morte ſervorum, aut damno fatali, minui etiam pro rata quadrantem heredis, minui denique fructus, & quadrantem heredis, quia mortuo teſtatore amplior fuerit hereditas. Hæc ſententia ejus §. ſortis autem nomen, quo uſi ſumus in definitione uſuræ, ſi parum obſcura ſit licet reponere quantitatem. Sors eſt quantitas principalis, ſeu caput. Quantitas autem eſt quidquid pondere, numero, vel menſura conſtat, ut pecunia numerata, frumentum, vinum, oleum, argentum. A quantitatibus in jure noſtro ſeparari debent corpora: ad corpora non accedit uſura, *l. 3. §. ult. ſup.* Sed ad quantitatem corpora habent alias acceſſiones, ut prædia ruſtica fructus, & heic definiendum eſſet quid ſint fructus: ſed promiſſi ante explicare, quos ex obligatione ſit fœnori. Dixit fœnus eſſe ex obligatione: quæro ex qua obligatione? videtur eſſe ex obligatione locati conducti quia creditor pecuniam dat fœnori, ut debitor ea utatur: imo & locare pecuniam, qui dat, qui vero accepit conducere videtur, omnia conductis coemit obſonia nummis, ut ait Horat. conductis nummis, id eſt, fœnori ſumptis. Idem paulo poſt uſuras vocat, mercedes quinas. *Quinas hic capiti mercedes exſecat.* Capiti, id eſt, ſorti, quinas, id eſt, centeſimas, nec contentus eſt ſingulis centeſimis. Et ita Pomponius Piſtoribus apud Nonium: *Quæ tuleram mecum millia decem victoriatum græca mercede illico curavi, ut occuparem*, id eſt, græca uſura; & ita in libris noſtris ſumitur reditus. Reditus proprie eſt, qui redigitur ex prædii locatione, *l. fundi de uſufr. leg. l. liberto in princ. de ann. legat. l. pen. §. inſulam, de leg. 2.* ita reditus pecuniæ eſt, quem fœnus quaſi locatio adfert, *l. Titius, de præſcript. verb.* Verum enimvero fœnus non eſt locatio conductio: earum tantum rerum contrahitur locatio quarum eſt uſus pecuniæ: eſt abuſus non uſus, & cæterarum rerum, quæ pondere, numero, vel menſura conſtant, contracta locatione redditur res eadem, fœnore contracto non item.

Quid igitur, an fœnus eſt mutuum? non: Nam mutuum ſui natura mercedem non recipit, nec commodatum, verius eſt duplicem contractum intervenire, mutui, & fœnoris, & mutuum datione pecuniæ, fœnus ſtipulatione contrahi: nec enim aliter creditæ pecuniæ uſura debetur, quam ſi deducta ſit in ſtipulationem, *d. l. Titius*: mora debetur officio judicis, ex pacto, non debetur niſi certis caſibus, ut pecuniæ nauticæ, pecuniæ publicæ, pecuniæ menſæ argentariæ: fœnus contrahitur etiam pacto, ſcilicet earum rerum quæ menſura conſtant, vini, olei, frumenti, *l. 12. Cod. de uſur.* Alioqui fœnus non contrahitur citra ſtipulationem. Eſt igitur fœnus ex obligatione verborum. Fructus autem definitio, quam quæſivi ante, hæc eſt: Fructus ſunt fruges, & quæcumque naſcuntur è terra, vite, arboreque. Separo fruges à terra natas, vite, arboreque: nam fruges ſunt, quæ manu ſerantur quotannis, id eſt, frumenta, legumina, poma; uvæ, herbæ non ſunt fruges, ſed fructus; manu ſata, ſunt fructus, qui ab interpretibus dicuntur induſtriales, terra nata; ſic vocantur in leg. Licinia, ſunt fructus naturales. Itaque ea definitio fructus complectitur duo fructuum genera, *l. fructus, hic.* Sed addi iis convenit etiam tertium genus fructuum, & quidquid pecora ferunt, perfecta definitio, *l. in pecudum, inf. hic*: veluti lac, pilus Lana, fœtus primus. Sed & cauſam definiamus: Cauſa eſt ejus rei, quæ petitur, qualitas, & utilitas omnis, quæ circa eam eſt. Exempli gratia, ſi integra res ſit judicii accepti tempore, & deterior reddatur, non redditur cum ſua cauſa, id eſt, cum cauſa in qua fuit judicii accipiendi tempore: ideo neceſſe eam rem tradi, & ante litem æſtimari, *l. ſi poſt acceptum de rei vindic. l. Julianus, §. quod autem, inf. ad exhib.* Cauſis etiam adnumeratur partus, *l. 8.* Partus enim non eſt fructus: poteſt quidem homo homini eſſe acceſſio, ut vicarius ſervus ordinario ſervo eſt acceſſio, quia eſt peculiaris, peculium autem eſt acceſſio ſervi, *l. juſtiſſime, de ædilit. edict.* ſed homo hominis fructus eſſe non poteſt, quia ut eſt in *d. leg. in pecudum* (quæ ratio ſumpta à Stoicis, ut ibi demonſtrabo) abſurdum, hominem eſſe in fructu, cujus cauſa omnes fructus comparati. Adnumeratur etiam cauſis fœtus ſecundus, quia fœtus primus eſt fructus; fructus autem fructus non eſt, *l. videamus 38. inf. hoc tit.* Et ideo fœtus ſecundus eſt cauſa, non fructus, fructus ſunt comparati, ut conſumantur, non ut ex ſe alios fructus gignant: qua ratione etiam uſura non eſt fructus, *l. uſura, inf. de verbor. ſignificat.* Ita pecunia non comparatur, ut gignat pecuniam, nec poteſt. Et multo minus eſt uſura uſuræ.

Et generaliter acceſſionis acceſſio non eſt; niſi quatenus utraque eidem accedit ſubſtantiæ: cauſis etiam annumeramus acquiſitiones ſervorum, *l. propterea ſupr. de re jud.* & generaliter omnia quæcunque habiturus, vel ſequuturus erat actor, ſi ei res in tempore fuiſſet reddita. Et recte Accurſ. in *l. qui reſtituere, de rei vindicat.* omnem cauſam interpretatur, omnem utilitatem: quod confirmat *l. non ſolum, inf. de vi, & vi arm.* Quinimo & fructus, qui percipiuntur poſt litem conteſtatam ......: *Deeſt folium.* Quanti ea res non pœnalis, nec uſurariæ; nam hæc etiam non committitur ante interpellationem, commiſſa extinguitur, & perimitur oblatione poſtea facta, *l. cum quærebatur, §. proinde, & l. 15. judicat. ſolvi.* Hic igitur dies facit quidem, ut committatur ſtipulatio pœnalis, vel uſuraria; ſed dies non facit, ut videatur quis eſſe in mora. Dies non interpellat pro homi-

Digitized by Google

homine ; ſi interpellat , & moram facit ; atqui moram A non facit : ergo nec interpellar pro homine , tarditas ergo ſola non reſpondentis ad diem non eſt mora ; ſed tarditas non reſpondentis ad interpellationem eſt mora : & præterea ea definitio complectitur tantum moram debitoris , ſed eſt etiam quædam mora creditoris . Sicut moram facit debitor in dando , ſi interpellatus nolit dare : ita moram facit creditor in accipiendo , ſi oblatam pecuniam nolit accipere . Et mora moram eludit , ut ſi prius debitor moratus ſit in dando , deinde offerat , & moretur creditor in accipiendo , corrigitur prior mora , & in mora retinetur ſolus creditor : moram igitur nos ſic definiamus . Mora eſt injuſta tarditas ejus , qui opportune interpellatus de re , aut pecunia , cujus nomine in eum actio eſt , non ſatisfacit , vel quicquid etiam op- B portune offertur , non accipit . Hæc definitio complectitur , & debitoris , & creditoris moram injuſtam , actionemque : Et dixi injuſta , injuſta tarditas , quo verbo ſignificatur mala fides : nam ſi rem ſolvere diſtulerit bona fide , non eſt mora . Et videnda eſt hic *l.* 21. quæ explicabitur cum aliquot ſequentibus , ſimul cum *l. mora inf.* oſtendit *l.* 21. non eſſe moram niſi ſit juſta dilatio , procraſtinatio . Poteſt quis ex juſta cauſa differre ſolutionem , ut ſi adhibendos amicos requirat debitor interpellatus , *vel expediendi debiti* . Sic Flor. legitur , recte Græci : *πρὸς εὐλύτωσιν τοῦ χρέους* , *vel fidejuſſoribus rogandis* : id eſt , ſi debitor interpellatus amicos adhibendos requirat , ut pro ſe expediant nomen , pro ſe ſolvant , vel ut rogati à debitore fidejubeant , quoties ſcilicet poſtulatur C ſatiſdatio damni infecti , vel legatorum , vel rem pupilli ſalvam fore ; quæ ſi confeſtim non exhibeatur , interpellanti creditori , mora contrahitur , ſed cum optima ratione reſpirationem ſibi aliquam debitor interpellatus dari poſtulat , ut per amicos , quos adhibiturus eſt expediat nomen , vel ſatiſdationem , non eſt mora , cum ſit juſta dilationis cauſa , idemque erit , ſi exceptio quædam allegetur adverſus creditorem , ſi modo debitor hic agat bona mente , ut in l. quæ ſequitur , ſi non ſimulet hoc fraudandi cauſa , id eſt , ſi bona fide rem differat , vel ratione exceptionis , vel alia ratione . Idem erit ſi debitor interpellatus ſubito in vinculis poſitus ſit , vel captus ſit ab hoſtibus , vel juſſus ſit Reipublicæ cauſa peregre proficiſci , ut non potuerit defenſionem ſuis amicis man- D dare , *l.* 23. id eſt , ut pro ſe explicaretur nomen , pro ſe ſolverent . Et ita Cicero 16. ad Atticum epiſt. a. *non modo verſura , Attice , verum etiam venditione , ſi ita res coget , nos vindicabis* , id eſt , nos defendes , extricabis nomine : hoc igitur caſu etiam interpellatio non inducit moram , quia juſta cauſa interceſſit , & fuit impedimento : quoniam debitor non potuit parere interpellationi : idem eſt , ut demonſtratur in *l.* 24. *in princ.* ſi debitor ad judicium provocet bona fide , cum interpellatur , dumque putat ſe habere juſtam cauſam litigandi ; ut ſi interpellatus dicat : hodie conſtat de credito , hodie agamus : ego illum judicem fero . Hæc etiam dicitur actio non injuſta . Ergo non eſt mora , *l.* 63. *infr. de regul. jur.* idem etiam eſt , ſi poſtulet arbitrum bona fide , qui excutiat rationes , & ſubducat ad verum , cum ignorat E quantum debeat ſolvere , *l. ſi reſiduum* 8. *C. de diſtract. pignor.* ut ergo ſit mora , omnino exigimus ut injuſta dilatio ſit , ut mala fide differat debitor rem ſolvere creditori interpellanti , & admonenti . Exigit omnino definitio interpellationem , vel dilationem , quod demonſtrat *l. mora* , *inf.* Hic mora proprie eſt , quæ fit ex perſona , ſive in perſonam ; id eſt , per interpellationem : At interdum mora etiam fit in re , non in perſona , ut ſi non ſit , qui interpelletur , qui conveniatur , admoneaturve , ut ſolvat , ut ſi quis ſine herede deceſſerit , ſi nondum ejus hereditas ſit adita , ſi perſonæ nullæ ſint , quæ interpellentur : in reipſa ditemus moram fieri ; *l.* 23. *§. aliquando* , *&* *in re mora decerni ſolet* , ſic legendum decerni à judice , qui optimus hujus rei arbiter , ut in *l. mora* 32. in re , id eſt , ſine interpellatione , ſi non extet , qui conveniatur , id eſt , interpelletur , ſed hoc caſu ſuadet *lex* 2. *tit. ſeq.* ut id ipſum creditor complectatur teſtatione , id eſt , ut palam teſtetur , aut teſtatione in ſcriptis comprehendat , ſe neminem invenire , quem poſſit interpellare . Hæc conteſtatio habetur pro interpellatione . Atque ita huic moræ , quæ fit in re , tacite ineſt interpellatio quædam : nam conteſtatio illa , licet non fiat in perſona debitoris , cum fiat publice , pro interpellatione eſt . Igitur in definitione intelligendum intervenire interpellationem , vel quaſi interpellationem . Fit etiam mora in re , ſi quis rem alienam rapuerit , vel ſubripuerit , vel ſi pecus alienum abegerit , non enim neceſſe eſt interpellare , res ipſa moratorem facit , & pluſquam moratorem , ut ait *l. pen. inf. de vi , & vi arm.* quia ſi mala ratione rem nanciſcitur , odio hoc dignus eſt , quia mala ratione rem alienam , & mala fide nanciſcitur ; & inter pluſquam fruſtrator , ſeu morator eſſe dicitur : morari eſt trahere diem ex die , eludere , ludificari creditorem . Hic non tantum moratur ; ſed & rem alienam , quam malo more abſtulit , retinet : ideo merito in hoc ſtatuendum rem ipſam ſatis per ſe eum quotidie , & in ſingula momenta flagitare , interpellare , admonere , *l. ult. ſup. de cond. furt.* fit etiam mora in re generaliter minoribus 25. annis , ſi quid eis debeatur , quacumque ex cauſa : fit , inquam , minoribus mora in re ſine interpellatione , ſed hoc eſt introductum ex conſtitut. Severi favore minorum , ut videlicet ſuperiore caſu , ita favet hoc caſu : facit quodammodo ut deſciſcamus à definitione moræ , *l. cum vero* 26. *§. apparet* , *inf. de fideicom. libertatib.* *l.* 3. *C. in quibus cauſis integ. reſt. non eſt neceſſ.* *l. curabit.* 5. *C. de act. empt.* Et præterea hæc mora , quæ fit minoribus in re citra interpellationem , non eſt proprie mora , idque demonſtrat *l. Titia* 34. *§.* 1. *de legat.* 2. legatorum uſuræ debentur ex mora , & uſuræ , quæ deberi cœperunt ex vera mora , id eſt , ex interpellatione , perpetuo debentur , ducuntur , currunt ; at uſuræ , quæ debentur minoribus 25. annis ex re ipſa , ſine interpellatione , non debentur perpetuo , quia poſt vigeſimum quintum annum eis deberi deſinunt , cum jam non ſunt minores ; & rurſus non ſubducuntur , niſi interpelletur heres , & qui legatum præſtare debet . Igitur non eſt vera mora , quia quod inducit , non eſt perpetuum . Exigo etiam in definitione moræ , ut ſit opportuna interpellatio , tempeſtiva , non eſt opportuna , ſi plus petatur tempore , ut ſi quod debetur ad diem , petatur ante diem , *l. cum filiusfam. §. ult. de verb. oblig.* Eadem ratione non eſt opportuna ſi plus petatur loco , ut ſi quod Romæ quis promiſit ſe daturum , petatur Epheſi : eadem ratione non eſt opportuna , ſi plus petatur quantitate , vel cauſa , & qualitate . At opportuna nec ne fuerit interpellatio , definiet judex , & reſtituet . Et ſimiliter an injuſta fuerit dilatio pecuniæ Judex definiet , *l. mora* , *inf. l. quod te* 5. *ſup. de rebus cre.* Et in ſumma , an ſit mora facta Judex definiet : nam nos non poſſumus hoc abſolute certa regula comprehendere : hoc enim conſiſtit in facto potius , quam in jure : jus poteſt certa regula comprehendi , factum non poteſt , ac ſubinde variat , mutaturque : & ſi quid ſtatueret abſolute de his , quæ in facto conſiſtunt , id ſtatim ſubrueret aliquid , quod oriretur , aut incideret : multa in his , quæ ſunt facti , oriuntur , & incidunt , quæ regulam ſtare non ſinant . Igitur melius eſt hujuſmodi varietatis diſceptationem relinquere arbitrio judicis , ut ipſe diſpiciat utrum opportuna , an importuna fuerit interpellatio , utrum juſta , an injuſta dilatio . Hujus igitur rei diſquiſitio ad officium judicis pertinet , nos certa regula id definire non poſſumus : Et hoc eſt

quod

quod ait in *d. l. mora*; hujus rei difficilem eſſe definitionem, id eſt non poſſe conſtitui hac de re regulam certam: eſt enim ea lex ſumpta ex libris regularum, & mox, cum ea lege demonſtratur ex reſcripto Divi Pii, non quamlibet interpellationem ſufficere, ut ſi interpelletur ſervus debitoris præſentis, vel procurator debitoris præſentis, eſt forſitan hæc interpellatio idonea, cum ei mox hic ſervus, vel procurator renunciaturus ſit: ſed ſi interpelletur ſervus, vel procurator abſentis, hæc interpellatio non eſt idonea, quia hoc neſcit debitor: ideo non ante videtur mora ex ea interpellatione conflata, quam is hoc reſciverit, & didicerit à ſervo, vel procuratore inſtare creditorem, admonere, interpellare, & interdum ſi interpellatio fiat in perſona debitoris, mora eſt idonea, ut ſi interpellatus debitor mox faciat bonam copiam ſui, & tum non perſeveret creditor in exigendo debito, vel, ut ait *l. mora*, ſi omittat creditor repetendi debiti inſtantiam, interpellatur primum debitor, debitor facit bonam ſui copiam, tum creditor remittit inſtantiam illam ſeu *ὑπέρθεσιν* repetendi debiti, & hæc interpellatio non idonea, quia in ea non perſeverat creditor, ita ſicut ſolutio debitoris creditorem non conſtituit in mora, niſi in ea perſeveret, *l. ſi Romæ. §. Seja, de verb. oblig. l. 3. §. ult. de act. emp.* ita interpellatio creditoris non conſtituit debitorem in mora, niſi in ea perſeveret: nam, & non videtur eſſe interpellatio, quæ non eſt conſtans, & perpetua, & nihil egiſſe videtur creditor: non igitur quælibet interpellatio ſufficit: quæ ſufficiat, vel non in diſquiſitione judicis ponenda. Hoc cum docuiſſet Juriſconſultus in *l. mora*, proponit alteram regulam in *§. in bonæ fidei*, quæ pertinet ad *l. 1. hujus tit.* in bonæ fidei judiciis deberi uſuras ex mora. Eſt, ut dixi, lex *mora* eſt ex libris regularum. Ponuntur in ea duæ regulæ: Prima eſt, moram fieri non ex re, ſed ex perſona, id eſt, mora fieri intelligitur interpellatione tantum, non tacite. Secunda regula ponitur in *§. in bonæ fidei*. In bonæ fidei judiciis debentur uſuræ ex mora. Et in hac regula ſecunda occurrit primum hæc quæſtio, quales uſuræ debeantur ex mora in bonæ fidei judiciis, & definitur in *l. 1.* deberi uſuras eas, quæ in ea provincia, vel in ea regione frequentantur, ubi contractum eſt. In aliis locis pecuniæ inveniuntur levioribus uſuris, in aliis gravioribus, *l. 3. de eo, quod certo loco*. Igitur ſpectandus mos provinciæ, mos regionis in uſuris æſtimandis, & ſtatuendis. Et ita in *l. & in contraria inf. hoc tit.* oſtenditur in actione negotiorum geſtorum contraria, quæ eſt bonæ fidei, puta ſi ego, ut te liberarem magno incommodo, exſolverim pro te pecuniam tuo creditori: ex mora debes mihi uſuras creditæ pecuniæ, quæ frequentantur in ea regione: nam negotia tua geſſi, vel, ut adjicit, quod ſemper ſubintelligendum eſt, debentur uſuræ, quas pro te dependi tuo creditori; ita etiam in actione tutelæ, quæ bonæ fidei eſt, debentur uſuræ, vel quincunces, vel ſemiſſes, vel beſſes pro more regionis, in qua geſta eſt tutela, *l. tutor 7. §. ex cæteris, inf. de adminiſt. tut.* Idem quoque obſervatur in legatis, & fideicommiſſis, licet certa judicia ſint, & certæ uſuræ debeantur ex mora, quod eſt ex conſtitutionibus, ut demonſtrat, *l. uxori 24. de uſufr. leg.* ubi verbum *placuit*, ſignificat id deſcendere ex conſtit. principum: unde hic etiam in quantitate uſurarum ſequendus erit mos provinciæ, id eſt, officio judicis venient uſuræ, quibus creditores ſolent in ea provincia fœnerari *l. cum ſervus 39. §. in uſurarum, de legat. 1.* Igitur conſuetudo valet plurimum in uſuris. Et inde etiam Aſconius Pedianus, in fœneratorem eſſe ait actionem quadrupli (quod eſt ex 12. tabul.) pecuniæ majoribus uſuris fœneratæ, quam pro conſuetudine. Sed animadvertendum ne hæc conſuetudo egrediatur modum legis: Eſt enim quidam modus, & finis uſurarum lege definitus. Legem non poteſt vincere conſuetudo, in ipſo conflictu, & concurſu, cum eſt, vigetque hinc lex, illinc diverſa conſuetudo, vincet lex conſuetudinem, non conſuetudo legem. Sed poteſt tamen fieri, ut ſeneſcat lex, & contemnatur, & deſueſcant ea uti cives, & ita per deſuetudinem abrogari poteſt, tacito illiteratoque conſenſu, cum viget adhuc valetque, in ipſo concurſu, ſuperat lex ſemper, & ideo in *l. 1.* additur, *ita tamen, ut legi non offendat*: ait, in uſurarum quantitate ſequendum eſſe morem regionis; ita tamen, ut hic mos legi non offendat, ſi mos incurrat in legem. Baſilica habent: *ὥστε μέντοι μὴ ὑπερβαίνειν τὸ νόμιμον*. Eſt igitur à lege definitus modus uſurarum, quem egredi non licet. Quæritur, quis ſit is modus legitimus uſurarum, & quis verum modum fecerit: ex 12. tabulis modus uſuræ eſt uncia annua in centenos 12. tabulis permiſſa: nam uſuræ unciariæ poſtea diminutæ ſunt, & permiſſæ tantum ſemiunciariæ: Deinde etiam omnino fuit alias Romæ prohibita uſura, ne quis ullo modo fœneraretur, quod eſt *δανείζειν*; ut ſcribit Appianus lib. 1. de bello civili, ubi ait legem latam eſſe Romæ ne fœnerari liceret. Sed nunquam potuit diu cohiberi avaritia fœneratorum; tantum enim abeſt, ut fuerint legibus deminuta fœnora, ut creverint in ea republ. quotidie, & neceſſe fuerit ad extremum ei modum aliquem ampliorem eo, qui erat in 12. tabul. præſcribi: & ita ad extremum conſtitere uſuræ uſque ad centeſimam: unde modus legitimus uſurarum, eſt centeſima, id eſt ſinguli aurei quot menſibus, ut retineas duodecim quotannis in centenos. Hic modus legitimus uſurarum, *l. 8. C. ſi ſer. petat.* initio appellatur centeſima, poſtea dicitur legitima, *l. 1. & 2. Cod. Theod. de uſur. l. 4. tit. ſeq.* nam ita debet intelligi *d. l. 4.* poſt diem periculi, quod ſuſceperat creditor de pecunia nautica, poſt diem periculi finiti; Et ita cum deſiit eſſe fœnus nauticum, pecuniæ nauticæ uſuras non deberi ſupra centeſimam: nam hic erat modus uſuræ mediterraneæ. Uſura nautica erat infinita ante conſtitutionem Juſtiniani, id eſt, *l. eos qui, de uſuris*; Et ita in Sententiis Pauli aperte, uſuras ſolutas ſupra centeſimam repeti, vel imputari in ſortem. Eſt igitur uſura centeſima ultimus finis, & legitimus modus uſurarum, qui ſemper obſervandus & ſequendus pro modo regionis: intra hunc modum, ut ait *l. 1. & l. Idemque, §. ſed, & ſi petitio, ſup. mand.* ſed quæ lex abſtulit hunc modum? ſunt, qui ſcribunt, eſſe legem Gabianam, vel Senatuſconſultum neſcio, quod. De eo Cicero quinto ad Atticum. Hoc falſum: lex Gabinia non interdixit centeſimam, ſed vetuit tantum lex Gabinia, ut intelligitur ex Cicerone verſuram facere: quid ſit verſuram facere etiam mele explicant. Adfinia vocabula ſunt uſura, & verſura. Æquum igitur eſt intelligere, quid ſit verſuram facere: an quod ajunt, eſt contrahere æs alienum? non: hoc eſt mutuum, non verſura; aliud eſt mutuum, aliud verſura, an eſt creditorem mutare, quia uſura eſt mutatio, ſignificat mutationem? ne hoc quidem: quia delegatio mutat creditorem, nec tamen eſt uſura. An verſuram facere eſt, ut alii ſentiunt, pecuniam mutuam ſumere magno fœnore? non: nam hoc etiam eſt mutuum fœneratitium, non verſura, & cur hoc vetaret lex, pecuniam ſumere magno fœnore, modo intra modum legitimum? An verſuram facere, eſt rem emere pluris, quam quanti eſt pretio ad diem ſolvendo? Et hoc ſtultiſſimum, ne quid acerbius dicam. An eſt pecuniam mutuam ſumere, qua me liberem ab obligatione? Lex tamen Gabinia vetat diſtricte verſuram facere, & jus dici de pecunia ſumpta per verſuram: ineſt igitur verſuræ iniquitas, & impietas. Ajunt quidam, verſuram facere, eſſe pecuniam mutuam accipere ſub uſuris, qua ſolvantur uſuræ debitæ alteri creditori, & cur hoc vetitum

tum

tum fuit Gabinia? quia ineſt huic facto improbitas: A cur? quia non eſt acceſſio acceſſionis, non debet eſſe uſura uſuræ, nec directe, nec per obliquum; & ita ſumpta pecunia ſub uſuris, qua uſuræ alii debitæ ſolvantur videtur uſura uſuræ accedere per obliquum: Quam fraudem voluit tollere lex Gabinia: Nunquam fuit permiſſa uſura uſuræ, ut puta ſi ſingulis menſibus (nam uſuræ debebantur in menſes) uſuris debitis aliæ accedant ſubinde ſemper, & accreſcant, & ſic porro aliæ, & ſic deinceps in infinitum. Ferunt lepores, ut Ambroſius ait de Tobia, quod ſumpſit ex Baſilio, & generare ſimul, educare, & continuo parturire. Sic & fœneratoribus (hos Baſilius in Pſalmo 14. τοκογλύφοι vocat) eodem tempore, & datur ad uſuram, & gigunt, & ſuperfœtant. Et ita Palladas apud Stobæum: ἀνὴρ δανειστὴς τῶν τόκων γλύφων τόκοις, B quod eſt de his, qui uſuris addunt uſuras, & rem ita multiplicant in infinitum: quod ſanguinarium, & inhumanum eſt. Sed uſuram uſuræ imitatur anatociſmus anniverſarius, & verſura: his duobus generibus non accedit re ipſa; quia tamen palam non accedit, ideo fuit permiſſus nonnunquam anatociſmus anniverſarius, & verſura permiſſa. Anatociſmus anniverſarius eſt, ut ſi uſuræ quæ toto anno cucurrerunt, ad finem anni in ſortem redigantur per ſtipulationem, & ejus ſortis uſuræ pendantur. Quod fuit permiſſum ſæpe Romæ, ſublatum merito à Juſtiniano, *l. ult. Cod. de uſuris*: Hoc enim erat legem imponere verbis non rebus: nam revera anatociſmus erat uſura uſuræ, & renovatio illa ſortis verba mutabat, non rem ipſam. Eſt præterea verſura, C cum ſcilicet uni eidemque creditori uſuram pro uſura non pendis, pendis tamen alteri: nam cum mutuaris pecuniam ab altero ſub uſuris, & ea pecunia uſuram alii debitam ſolvas, ei pecuniæ, id eſt, uſuræ ſolutæ accedit alia uſura, atque ita reipſa uſuræ uſura accedit, uſuræ huic debitæ accedit uſura debita alteri, id eſt, pecuniæ, quam ſumpſiſti pro ſolvenda hac, accedit altera. Hæc fraus eſt verſura, quæ tollitur lege Gabinia: non inficior per translationem uſuram alio modo accipi, quam ſuperioribus duobus, ut ſi quis pecuniam ſumptam minori fœnore, accipiat majori. Quod etiam videtur non fuiſſe permiſſum; nam id eſſe vurſuram Donatus ſcribit in Phormione; Id tamen non fuiſſe permiſſum conſtat ex Suetonio in Auguſto, qui ſcribit Auguſtum notaſſe infamia D eos, qui levioribus uſuris mutuati pecunias gravioribus locaſſent, Eſt igitur hoc improbum *fœnus: l. improbum, Cod. ex quibus cauſis infam. irrog.* Qui improbum fœnus exercent, ut qui hanc verſuram, vel illam exercent contra legem Gabiniam. Non ineleganter etiam alio modo verſura dicitur per translationem, cum ita loquimur, ſi non vis fidem habere Ariſtoteli, verſura facienda à Platone, cui tu maxime credis, qui hoc idem dicit, quod Ariſtoteles. Ita Seneca ad Epicureum quendam, cum vellet ei aliquid comprobare auctoritate Mœcenatis, qui erat Stoicus; ait ſe poſſe auctoritate Mœcenatis parem rem facere, id eſt, ſolvere quod debetur; ſed movebis mihi controverſiam, & noles, quod debeo accipere in aſpero: in aſpero, id eſt, recenti moneta, & proba, non ſubærata, in qua non ſit lacuna, noles admittere E auctoritatem Mœcenatis. Itaque erit ab Epicuro verſura facienda, cui maxime credis. Idem ille ſcribit quicquid Mœcenati. Igitur per translationem dicitur verſura, cum pro nummis repudiatis alii numerantur. Sed nunc eſt etiam modus uſuris definitus illo Senatuſconſulto, de quo eo loci refertur à Cicerone factum Senatuſconſultum in creditorum cauſa, ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur, id eſt, ſine anatociſmo, ſine renovatione. Ergo inquiunt, eo Senatuſconſulto introductæ centeſimæ: nego: nam hoc Senatuſconſultum fuit temporarium, ut leges quæ remittebant juſtum debitum, fuerunt temporariæ ſemper ad quærendam gratiam, & inopiam ſublevandam: lex etiam Cæſaris, qui debitoribus diem dedit latiorem, fuit temporaria, ſicut lex quæ refertur à Paterculo libr. 2. ut debitores ſolverent quadrantem tantum, fuit temporaria, non certa definitio debiti, & crediti, vel fœnoris: & ut lex unciaria dicitur à Feſto, ut debitores ſolverent decimam partem tantum, quæ decima pars ſortis eſt uncia, & quinta pars unciæ, & alia etiam apud Livium, ut deducto de capite, quod pro uſuris numeratum eſſet, id eſt, uſuris acceptis in ſortem imputatis, id quod ſupereſſet ex ſorte, debitores ſolverent annua, bima; trima die. Similis à Suetonio refertur de Cæſare, ubi eadem verba *deducere* interpretor de uſuris imputatis in ſortem: & ita debito reddito non cum uſuris. Et hæ omnes leges fuerunt temporariæ, nec conſtat plane, quæ lex centeſimam definierit, niſi quod Tacitus libr. 5. ſcribit, Julium Cæſarem ad extremum tuliſſe legem de modo credendi. At conſtat legitimum modum eſſe centeſimam uſuram: & ideo ſervandus modus hic omnino, & quod dicitur, in bonæ fidei judiciis, venire uſuras ex mora, quæ in ea regione frequentantur, ubi contractum eſt, ita debet intelligi ſecundum legem 1. ſi non excedat centeſimam. Qui tenet ea, quæ dixi, non erit difficile adſequi, etiamſi ſuboſcura videantur cætera; quæ ſunt in *l.* 1. Regula eſt: In contractibus, vel quaſi contractibus bonæ fidei uſuras venire ex mora, arbitrio judicis, quæ proponitur in *l. mora*, *§. in bonæ fidei*, *infra*, ex libris regularum, atque etiam initio leg. 1. in qua præterea declaratur, eas uſuras venire, quæ in ea regione frequentantur, in quacontractum eſt; ita tamen ut non excedant modum legitimum, id eſt, rationem uſuræ centeſimæ. Hujus regulæ duæ ſunt exceptiones: una proponitur in *d. l.* 1. *§. ſocius*: altera in *§. circa*: Prima exceptio in judicio ſocietatis, quod eſt bonæ fidei, ſi ſocius communem pecuniam invaſerit, vel in uſus ſuos converterit: nam hoc caſu uſuræ venient officio judicis addicti pro ſocio actioni, etiam ſi nulla mora intervenerit: id eſt, etiamſi ſocius interpellatus non fuerit de ea pecunia reddenda, vel in commune conferenda. Hoc igitur caſu etiam citra moram uſuræ veniunt in judicio ſocietatis, id eſt, citra interpellationem. Cur ita eſt? quia in re mora eſt. Non eſt mora proprie, quia non eſt interpellatio, ſed in reipſa eſt quaſi mora, *l. ult. C. de cond. ob turp. cauſ.* furtum enim fit etiam rei communis, pecuniæ communis, *l. rei communis*, *inf. pro ſoc.* Et furtum eſt, ſi ſocius pecuniam communem invaſerit, ut ait: quo verbo ſignificatur prædatio ſimilis furto, & ſi pecuniam communem clam, & licenter, latenterque in ſuos uſus converterit: eſt ſimile furto, quia hoc facit clam, & latenter; non eſt tamen furtum, quia quaſi ſuo nomine pecunia communi utitur, non ut numquam redditurus, vel repræſentaturus eam pecuniam, quam vertit in uſus proprios: ideo æquum eſt, propterea quod hoc prope furtum eſt, ut moram æſtimemus fieri ex reipſa, licet non fiat ex perſona: quamobrem ſive ſocius invaſerit pecuniam communem, intervertendi animo, ſive eam converterit in ſuos uſus judex ex eo tempore, quo invaſit, vel in uſus ſuos eam vertit, eum condemnat in uſuras, & ſi nulla interpellatio intervenerit, ſed poſt condemnationem ceſſant uſuræ intra tempus judicati faciendi: incipiunt ab eo tempore qun invaſit, aut vertit, & currunt in diem condemnationis, & poſt condemnationem conſiſtunt: uſuræ etiam ceſſant intra tempus judicati ſolvendi, quod eſt ex 12. tabulis 30. dierum, ex conſtitutionibus 60. dierum, & ex noviſſima conſtitutione Juſtiniani 4. menſium. Datur hoc temporis ſpatium judicatis humanitatis gratia, ut eſt in *l. ſi militi*, *inf. de compenſat.* Ed ideo id temporis ſpatium immune eſt ab omnibus oneribus tam ab uſu-

ris

ris dependendis, quam à fructibus, non quidem perceptis, ſed qui percipi potuerunt, *l. ult. §. pen. C. de uſur. rei judic. l. 3. §. 1. hoc tit.* Et inde dicuntur juſti dies in 12. tabulis, quod ſit interim veluti interſtitium quoddam eorum omnium, quæ ad eam litem pertinent; poſt tempus judicati faciendi incipiunt currere rurſus, & quidem graviores uſuræ rei judicatæ, *l. eos qui, de uſuris rei judic.* medium illud tempus judicati ſolvendi eſt immune ab uſuris. Idem etiam tempus datur confeſſis, quod judicatis, ſi poſtulent ſibi tempus aliquod ad ſolvendum dari, idem dabitur, quod judicatis, & idem in utriſque juris erit, *l. ſi debitori de judic. l. 6. §. ult. de confeſſ.* Sed inde quæritur, an judex, qui ſententia ſua eum, qui pecunias invaſit, vel in uſus ſuos convertit, in uſuras præteritas condemnavit, poſſit etiam eum cogere, ut caveat de futuris uſuris rei judicatæ dependendis, quæ incipient currere poſt ſententiam judicati ſolvendi. Papinianus ait, judicem poſſe quidem eum condemnare in uſuras præteritas in diem ſententiæ, & ſi mora non intervenerit, ſed non poſſe cogere ſocium, ut etiam caveat de uſuris rei judicatæ futuris. Utitur hac ratione, quia ſatis conſultum eſt actori actione judicati, qui aget poſt tempora judicati, & exiget ſummam in condemnationem deductam, & ex condemnatione uſuras rei judicatæ, id eſt, duas centeſimas: non igitur deſiderat ſibi caveri actione ex ſtipulatu. Paulo, qui ſcripſit notas in Papinianum, videtur hæc ratio non fuiſſe idonea, licet hoc palam hic non exprimatur, ſed ideo videtur Paulo non idonea, ut puto, quia vetitum eſt cavere fidejuſſoribus etiam iis, qui habent judicati actionem: qua de cauſa interponitur ſtipulatio judicatum ſolvi, ut cui eſt actio judicati, ſit etiam actio ex ſtipulatu, neque hæc illam novat, *l. ſtipulatio, §. habet, de novi operis nuntiat. l. Stichum, §. Idem Celſus, inf. de novation.* Ideo in notis Paulus aliam rationem adjecit. Quia ad officium judicis, quo perfunctus eſt ſententia dicta, nihil pertinet tractatus futuri temporis poſt condemnationem, de futuro tempore non idem eſt ſollicitus, neque vero de eo quidquam ſtatuere poteſt: non poteſt igitur cogere judicatum, ut etiam caveat de uſuris rei judicatæ futuris poſt tempora judicati faciendi: itaque victor contentus eſſe debet actione judicati: etiam ſi ei non caveatur, non ideo minus actio dabitur in condemnatum, *§. ſocium*, cujus præcipuum caput hoc eſt: in judicio ſocietatis, præterquam ſi ſocius communem pecuniam invaſerit, aut in uſus ſuos converterit, non venire uſuras officio judicis niſi ex mora, ſecundum regulam juris: illo caſu, quo pecuniam communem invaſit, vel in ſuos uſus convertit, venire etiam ſine mora: colligitur ex illo §. generalis illa ſententia, ad officium judicis pertinere præterita, & præſentia: differre per hoc legem à judice, quod lex conſtituat de futuris, judex de præteritis, aut præſentibus. Ad judicem igitur tractatum futuri temporis poſt condemnationem nihil pertinere.

Objiciuntur multa, quæ omnia in duo rediguntur: una objectio ſumitur ex *l. 1. Cod. de ſentent. quæ ſine certa quant.* ad quam adhibentur multæ interpretationes. Lex ait, illam ſententiam non eſſe contra jus, ſeu contra juris formam, qua judex legem dicit de uſuris dependendis, quoad pecunia condemnationis ſoluta ſit: ſtatuit ergo judex etiam de futuris uſuris, quoad judicato ſatisfiat. Labor eſt in ponenda ſpecie, quæ optime congruat ei reſcripto. Species eſt de actione judicati, cui actioni fuit judex addictus. Sententia judicis debet eſſe certa, certa condemnatio uſurarum *l. 3. & 4. Cod. de ſentent. quæ ſine certa quantit.* Finge: judex addictus actioni judicati pronuntiavit de uſuris dependendis, id eſt, juſſit uſuras dependi, non expreſſa certa quantitate, quoad pecunia condemnationis factæ, ſcilicet priore judicio, ſolvatur, quæritur an valeat ſententia? Reſpondetur, valere, quamvis in ea non ſit expreſſa certa quantitas: nam ſatis erat certa per hoc ſumma condemnationis jam factæ. Deinde certæ uſuræ rei judicatæ, quia legibus definitæ, & conſtitutionibus in titulo de uſuris rei judicatæ. Igitur certa hæc ſententia, & valet, & ita poſita ſpecie judex non de futuris uſuris ſtatuit, ſed de iis, quæ ducuntur jam poſt tempora judicati. Et præterea nihil etiam ea lex de cautione, vel exigenda, vel non exigenda, de qua hic agitur. Secundo loco opponitur *l. ſocio ff. pro ſocio, l. omnibus, de judiciis*: & ſimiliter complures, quibus oſtenditur, ſæpe judicem jubere cautionem interponi de re futura, de futuro, de lite, ut ſi debeatur ad diem, ante diem poſtulante creditore, jubebit debitorem cavere de futuro debito in judiciis bonæ fidei, ſi vereatur ne debitor labatur interea facultatibus aliis omnibus, atque ita de futuro tempore judex jubet interponi cautiones. Sed hoc ita fit: agitur ad cautionem interponendam veluti fit quotidie, cum agitur ad interponendam cautionem damni infecti, id eſt, damni futuri judex jubet interponi cautionem; ſed cauſa agitur de re, aut pecunia, & uſuris: judex tantum pronuntiat de ea pecunia, & uſuris, uſque in diem ſententiæ. Et de uſuris futuris, quæ in judicium non venerunt, quæ petitæ non ſunt, quarumque nomine poſtulata cautio non eſt. Igitur de futuro damno, lucro, vel debito decernit judex, poſtulante actore, ante tempus maxime, & ſi ſit judicium bonæ fidei: ſed ſi alia de re egerit actor, non erit judici curæ, non pertinebit ad officium judicis tempus futurum poſt condemnationem, ejuſque temporis tractatus. Altera exceptio eſt, quæ proponitur in *§. circa*, eſt in actione tutelæ, circa tutelæ reſtitutionem latior interpretatio facta pro favore pupillorum, id eſt, circa actionem tutelæ: nam quid intenditur actione tutelæ, ut tutela reſtituatur, reddatur, id eſt, parem rationem faciat tutor, *qu'il rende compte*, nihil præterea. Reddere rationes tutelæ eſt reſtituere tutelam. Tutor reſtituit, pupillus accipit tutelam: igitur actione tutelæ.

Alia interpretatio, quam in actione pro ſocio, & cæteris judiciis bonæ fidei: quia in actione tutelæ ſemper leviantur uſuræ, & ſi mora non interceſſerit, id eſt, & ſi non intervenerit interpellatio ulla. Et hoc ſive tutor pecuniam pupillarem converterit in ſuos uſus, ſive non, indiſtincte veniunt uſuræ ſemper in actione tutelæ, etiam mora non interveniente. Sed uſque ad quod tempus? vel, inquit, judex accipitur, id eſt, vel tutelæ agitur, vel non: judex accipitur, ut cogat reſtituere tutelam, vel non accipitur judex: ſi accipitur judex, ſi agitur tutelæ, uſuræ veniunt in diem ſententiæ, an tempora judicati ſunt immunia? Poſt tempora judicati veniunt uſuræ rei judicatæ legitimæ. Si judex non accipiatur, ſi non agatur tutelæ, uſuræ veniunt in eum diem, quo tutela reſtituitur, redditur, *l. tutor, qui repertorium 7. §. ult. inf. de admin. tut.* etiam poſt finitam tutelam, id eſt, poſt pubertatem, uſuræ ejus pecuniæ ipſo jure currunt ſine interpellatione, uſque in diem quo tutela reddatur. Quod etiam demonſtratur *l. Lucius Titius 46. §. quæſitum eſt, de adminiſtr. tut.* ſed ait in eo §. venire uſuras etiam poſt finitam tutelam in diem judicii accepti, ubi addendum ex hoc loco; imo & in diem ſententiæ; ne dum judicii accepti, id eſt, conteſtationis: ſed ideo ait, in diem judicii accepti, quod plerumque eo die ſoleant bonam fidem agnoſcere, & tutelam reſtituere, paremque pupillo rationem facere, & ita licet *§. quæſitum* dicatur in diem judicii accepti: hoc tamen poſſumus porrigere etiam uſque ad diem ſententiæ, ſicut in *l. 49. §. ſi heres, de legat. 3.* licet dicat, ante judicium acceptum, ut alias dixi, id poſſumus porrigere uſque

que ad ſententiam: ut legatario, cui res evincitur, ſatis ſit ſi laudet auctorem, ſi denuntiet, ut liti aſſiſtat, ante ſententiam: igitur in actione tutelæ, etiam mora non interveniente, id eſt, ſine interpellatione, uſuræ ſemper debentur, & veniunt officio judicis, judice accepto in diem ſententiæ: judice non accepto in diem reſtitutæ tutelæ, redditarumque rationum. Addit Papinianus, hac de re neminem ambigere hodie. Quid eſt hodie? id eſt, poſt conſtitutionem Divi Severi, qui generaliter definivit pupillis, id eſt, minoribus in re ipſa moram fieri, *l. cum vero 26. §. apparet, de fideicommiſſ. libert.* Summa igitur iſtius legis eſt, regulam eſſe, ex mora etiam uſuras venire, ubi mora accipitur proprie, quam fecit interpellatio. Duas autem eſſe exceptiones quibus mora fit in re ipſa, & uſuræ currunt etiam non interveniente vera mora, & legitima, quod infert ſecundum hanc definitionem. Si poſt finitam tutelam, id eſt, poſt pubertatem, & ab eo tantum tempore incipit actio tutelæ, non ante pubertatem, pubes nolit agere tutelæ, allectus forſitan dulcitudine uſurarum, vel loci, *l. ait Prætor 10. §. ſi quid in fraudem, inf. quæ in fraud. cred.* Cur feſtinaret pubes agere tutelæ, cum currant ſemper uſuræ pupillares uſque ad diem tutelæ reſtitutæ, aut dictæ ſententiæ, & ita ceſſatio puberis multiplicat uſuras in immenſum. Hoc igitur ne fiat, tutor poteſt eum, qui moratur agere, tutelæ convenire. Unde apparet verbum convenire eſſe commune creditoris, & debitoris: Convenit debitorem creditor, & contra debitor creditorem, dum offert pecuniam debitam, ille dum appellat debitorem, & ſibi ſolvi petit: unde cum conventionis verbum ſit commune, brevius licebit cuilibet moram ita definire; mora eſt injuſta tarditas non reſpondentis ad conventionem opportunam creditoris, aut debitoris. Rationem tradidi ſupra; ſed quæ eadem continet. Poteſt ergo tutor à quo non repoſcitur tutela, cum tamen currant ſemper uſuræ, puberem tutelæ convenire, & ei offerre reſtitutionem tutelæ, vel reliquam pecuniam, ſi quæ ſit, & non ſatis offerre, ſed debet obſignare in fano, vel tabulario civitatis, vel alio tuto loco, vel in æde ſacra deponere obſignatum, id eſt, ſacculo, in quo eſt pecunia ſignato ſignatorum ſignis: Ita tutor ſi obtulerit, & obſignatam pecuniam depoſuerit tuto loco, ex eo tempore non præſtabit uſuras. Hæc eſt vis oblationis, & depoſitionis: nam utrumque exigitur, ut conſiſtat, inhibeaturque uſura, *l. tutor pro pupillo 28. §. 1. de adminiſtr. tut. l. 7. hoc tit.* Nec ſine ratione, quia hæc oblatio, & depoſitio veluti ſolutio quædam eſt, *l. 9. C. de ſol.* Et ita Cicero 6. ad Atticum, *Conſiſtere*, inquit, *debet uſura, quæ erat in electo meo:* addit, quia rationem deponere volebam: quia ſcilicet depoſitio facit, ut inhibeantur uſuræ: & id eſt, quod extremo loco docuit Papinianus, hac *l.* 1. unde intelligitur, in actione tutelæ, niſi tamen bis uſuris ſe liberaverit tutor, id eſt, per oblationem, & depoſitionem, latiorem interpretationem fieri, quia tutor, ſive ſit uſus pecunia, ſive non, uſuris obſtringitur ſemper, quaſi in re ipſa faciat moram, licet proprie non faciat moram, ſi non interpelletur. At ſocius quidquid tractet ex ſocietate, non obſtringitur uſuris, niſi ex mora, id eſt, ex interpellatione, vel niſi pecuniam communem invaſerit, aut in uſus ſuos

A converterit: quo ſolo caſu in re fit mora pupillo, vel minori, cui quid debetur, in eo ſit ei mora ſemper in re ipſa; ſed addendum, alia etiam in re, quod hic prætermiſit Papinianus, latiorem interpretationem fieri in actione tutelæ, cum ſcilicet tutor pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertit: nam hic tutor obſtringetur uſuris centeſimis, id eſt, graviſſimis; majores lex non permiſit, niſi quibuſdam caſibus: ſemper obſtringitur uſuris tutor, ſed humaniſſimis, id eſt, centeſimis, cum pecuniam pupillarem in uſus ſuos convertit, *l. tutor, qui repertorium, §. pecunia, & §. qui autem, de adminiſtr. tut. l. 1. C. de uſur. pupillar.* quod & ſingulariter obſervatur in omnibus his, qui gerunt negotia aliena, ut curatoribus, procuratoribus, geſtoribus, & magiſtratibus municipalibus, qui pecuniam publicam B adminiſtrant. Hi omnes pecuniam alienam, quam ſuſceperunt, ſi contra bonam fidem vertant in ſuos uſus, obligantur uſuris centeſimis ex conſtitutione *legis qui ſine, ſup. de negot. geſt.* cui mirum in modum obſtat *lex idemque 10. §. ſi procurator, ſup. mand.* quæ loquitur de procuratore, & dicit, eum, ſi pecuniam verterit in ſuos uſus, damnari debere in uſuras, quæ in ea regione frequentantur: non ergo in centeſimas, non in uſuras maximas, ſed in quincunces, vel ſemiſſes, ſi in ea regione frequentantur: verior ſolutio prima Accurſii, quia confirmatur conjuncta *l. non exiſtimo, de adminiſt. tut.* & aliis quæ ſunt ex eodem auctore, & libro: nam ait: *palam*: procurator, tutor, vel geſtor unum, & idem jus in his habent, aut palam pecuniam ejus cujus negotia gerit, vertit in ſuos uſus: ait, *pa*- C *lam, & aperte*: ut ſi accitis amicis ejus cujus negotia gerit, ipſe pecuniam mutuam ſumat, & eam ſcribat mutuam ſe ſumpſiſſe. Poteſt procurator, ſi quid dominus ſibi debeat, id ſibi ſolvere, & ſi quid ſumatur mutuo ex ejus pecunia, id ſibi perſcribere, *l. quoties, §. non tantum, de adminiſtr. tut.* Et ita ſi hoc faciat palam, quaſi extraneus, quaſi quilibet, non erit ei fraudi, ut obligetur graviſſimis uſuris: obligabitur tantum eis uſuris, quæ in ea regione frequentantur, quibus exerceri fœnus in ea regione ſolet, nec centeſimis utique. Sed ſi licentia illa, quam habet in rebus alienis quas gerit, abutatur, & eam pecuniam, quam in ſuos uſus verti putat dominus, vertat geſtor in proprios: hoc vero caſu damnabitur in centeſimas: & ita explic. *l. idemque, §. ſi procurator.* Hi igitur omnes D qui gerunt negotia aliena, cum eam pecuniam alienam convertunt in proprios uſus, debent centeſimas, quia hoc eſt proprie furtum; Ideo fit quaſi mora in eo. Sed & tutor, etſi non convertat pecuniam in ſuos uſus, facit ſemper moram in re pupilli, & ex conſtitutione Severi quidquid hodie cœperit debere tutor pupillo ex adminiſtratione ejus pecuniæ, ſi eam non ſolvat, mox pupillo uſuras debet ipſo jure, quaſi mora facta in re ipſa. In ſtrictis judiciis ex mora non veniunt uſuræ, etiamſi fiat mora in re ipſa, vel ſi fiat in perſona: fur moram facit ſemper in reipſa; ſed non tenetur actione bonæ fidei, tenetur tamen actione ſtricta, puta condictione furtiva ad rem, & ad pœnam. Ad duplum, vel ad quadruplum tenetur actione furti, ut condictione furtiva ſi perſequimur rem, vel pecuniam furto ablatam .... *Cætera deſunt.*

F I N I S.

E M E N D A N D A.

Pag. 825. *Col.* 1. *F. lin.* 60. *lege*, indiſtincte, & permiſſis primis nuptiis, vetitis ſecundis, & rurſus permiſſis omnibus clericis indiſtincte ſi coitæ fuerint ante clericatum, vetitis poſt clericatum, *l.* 19. & 44. *Pag.* 993. *Col.* 1. *E. lin.* 68. pluresve re aut verbis.

NEAPOLI Typis, ac Sumptibus Michaelis Aloyſii Mutio 1721.
SUPERIORUM LICENTIA,
ET PRIVILEGIO PER DECENNIUM.

598063

llo, vel
mper a
ſiic pra-
n fieri in
pupilla-
ol'inge-
juris ex
obſtina-
nteſimis,
it, l. ta-
ctem, &
ſingula-
egotia
ribus, &
blicam
uam ſu-
os uſus,
egis qui
obſtat
r loqui-
n verſo-
e in ca
s, non
lles, ſi
na Ac-
ns, de
, & i-
gebat
meſta
, pa-
gotia
cribat
d di-
matur
ntes,
ai pa-
fran-
ntum
quibus
s uti-
alienis
n ta
n pro-
& ita
omnes,
alienam
quia
m eo.
os uſus,
tione
llo ex
, nec
ı re
iıce.
: ſur
tione
ondi-
, vel
dictio-
furto

ſus pe
4

121.

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica